

# SANCTIONES

ECCLESIASTICAE TAM SY-

NODICAE QVAM PONTIFICIAE, IN TRES

classes distinctæ: quarum prima, vniuersales synodos, secun-

da particulares, tertia pontificia decreta complectitur:  
quæ omnia fuere hactenus commixta, nunc  
verò perspicua, & obuia.

PER FRANCISCVM IOVERIVM  
Valentinum.

*Omissa sunt quedam parerga, addita plerâque cum vtilia, tum necessaria,  
ut pagina proximè sequenti legi potest.*

*Omnia cum indice locupletissimo.*



PARISIIS.

Apud Audoënum Paruum, via ad D. Ia-  
cobum, sub Lilio aureo.

Cum priuilegio Regis.

*fray garcia de ribera*

1555.



7/00 40  
MADE IN SPAIN



# SANCTIONES

ECCLESIASTICAE TAM SY-

NODICAE QVAM PONTIFICIAE, IN TRES

classes distinctæ: quarum prima, vniuersales synodos, secun-  
da particulares, tertia pontificia decreta complectitur:

quæ omnia fuere hactenus commixta, nunc  
verò perspicua, & obuia.

PER FRANCISCVM IOVERIVM  
Valentinum.

*Omissa sunt quedam parerga, addita plerâque cum vtilia, tum necessaria,  
ut pagina proximè sequenti legi potest.*

*Omnia cum indice locupletissimo.*



PARISIIS.

Apud Audoënum Paruum, via ad D. Ia-  
cobum, sub Lilio aureo.

Cum priuilegio Regis.

*fray gorría de ribera*

1555



**H**ENRI par la grace de Dieu Roy de France, au preuost de Paris & senchal de Lyon. Et a tous noz aultres iusticiers & officiers ou leurs lieu tenans quil appartient salut. Scauoir faisons que nous inclinans librallement a la supplication de nostre ame Oudin petit, libraire iure en nostre vniuersite de Paris & a ce que vng liure par luy recouert intitule, *Sæctiones Ecclesiastica tam synodica quam pontificia, in tres classes distincta*, reueu & recollige de nouueau par M. Francois Iouerius docteur en la faculte de Theologie en nostre vniuersite de Paris, soit mys en lumiere comme trefutil & necessaire à ceulx qui le voudront veoir, attendu quil nous est apparu par acte date du dixseptiesme Aupil mil cinq cens cinquâte quatre signe I. Fournier: la faculte de Theologie de nostre dicte vniuersite de Paris auoir veu & leu par les docteurs dicelle qui auroient consenty & ne vouloir empescher ledict liure estre imprime, a iceluy pour ces causes & aultres considerations à ce nous mouuans, auons permis & octroie & par ces presentes permettôs & octroions quil puisse & luy soit loisible imprimer & faire imprimer tant de fois & en tel nombre que bon luy semblera ledict liure & iceluy vendre & distribuer a qui en voudra par tout nostre Royaulme, pays, terres & seigneuries de nostre obeissance durât le temps & terme de neuf ans prochainement venans a commécer du iour & dacte de la premiere impression qui en sera par luy ou ses commis & deputez faicte. Interdisans pendant ledict temps a tous aultres libraires imprimeurs marchans & aultres quelcôques de ne limprimer ne faire imprimer ne adiouster avec aultres liures ne en faire véte ne distribution en nosdictz Royaulme terres & seigneuries si ce nest de ceulx qui auront par luy ou sedictz commys este imprimes ou que ce fust de son vouloir & consentement sur peine de confiscation des liures qui seront autremét imprimes & vendus qui nest cōtenu cy dessus & demande arbitraire, a ce que ledict suppliant & sedictz cōmys se puissent rembourser des frais & impenses qui leur cōuiendra faire a ladicte impression. Si vous mandons & a chascun de vous ainsi quil appartient enioingnons & commettons que de noz presens grace permission et octroy vous faictes souffrez et laissez ledict suppliant ioyr et vser plainement et paisiblement au contenu cy dessus. Et apres proceder contre les transgresseurs par les peines cy dessus indictes et autrement ainsi que verrez estre a faire selon lexigence de la contreuention et offense, car tel est nostre plaisir nonobstant quelconques ordonnances restrictions mandemens ou deffenses a ce contraires. Donne a Paris le 17 iour de luing lan de grace 1555. Et de nostre regne le 9.

*Par le conseil.*

DECOURLAY.

**V**T facilius ad generalium Conciliorum lectionem aditus pateret, eorum singulis opere precium duximus præfationes singulas præfigere, quas interdum obseruationes, interdum velitationes (nisi velificationes malis) nuncupauimus: quarum index sequitur.

- 1 De Apostolorum synodis.
- 2 In Apostolorum canones.
- 3 Nicæna synodi origo & progressus, & Sardicensis synodi alia præfatio.
- 4 Constantinopolitanæ synodi duplex obseruatio.
- 5 Ephesina synodi progressus, cui multa sunt addita, eam spectantia, partim ex Chalcedonensi synodo, partim ex Cyrillo Alexandrino desumpta.
- 6 Quintæ synodi additi sunt etiam canones aliquot ex codice græco.
- 7 Sextæ synodi propugnaculum.
- 8 Examen canonum sextæ synodi: quorum maior pars est recens latinitate donata.
- 9 Septimæ synodi origo & progressus, atque apologia.
- 10 Octauæ synodi præfatio.


*Hactenus vniuersalia concilia in Oriente, tam Græcæ quàm Latinæ ecclesiæ cōsensu habita. Reliqua verò in Occidente, vtraque etiam conueniente ecclesia celebrata sunt. Quæ de præcipuis Lugdunensi & Viennensi, adiunctis nouis præfationibus lectori studioso legenda proponuntur.*

*Locorum præterea, vbi tam generales synodi, quàm particulares celebrare contigit, topographia breuiter indicatur.*

*Pleraque alia etiam addita, non parum lucis adferentia, quæ longum esset recensere.*

\* 2 Ad

AD STUDIOſVM LECTOREM, THEOLO-  
*giæ candidatum, de huius libri æconomia præfatio Fran.*  
*Iouerii Valentinii.*



Ximio ac planè diuino beneficio acceptum ferre oportet, candide lector, quòd nostro hoc turbulento ac difficilimo tempore, quo tam multæ variæque hæreses, dæmonis astu, aut nouæ oriuntur, aut antiquæ iam penitus obolitæ repullulant ac reuiuiscunt: Theologos postpositis rebus ludicris, ad grauias, seria, vtiliæque compescenda studia, vt afflictæ opem ferant ecclesiæ certatim contendere videamus. Summa nanque Dei optimi. prouidentia sic rebus vel minimis prudentissimè prospectum esse voluit, vt nihil mali, nihil incommodi, in hac mundi machina creauerit, permiseritve, quin fœliciori successus sine iacturam pensarit abunde, remediumque salubre ac præsentaneum, eidem incommodo porpulsando vnà pararit. Operosum esset nimis, ac præter rem, hoc in loco rerum omnium natura constantium proprietates enumerare: hominem solum, in cuius gratiam reliqua creata sunt: atque in eo per anacephalæos in collecta, contemplari libet. Hic, cum primum creatus est, serpentis sibilo infectus & dementatus, à suo conditore tanquam desertor, deficientis, deuians ac oberrans, diuina philanthropia, per Christum ad rectam viam reductus, præsentissimo alexipharmaco pristinæ, aut præstantiori sanitati restitutus est. Interim tamen inuida calliditate Satan nostri spiritus valetudinè toxico suo inficere conatur: & viam qua itur ad Deum, obtegere falsis doctrinis & hæresibus, atque obliterare satagit. Quocirca Christus Iesus seruator noster, (quæ sua est benignitas) sacris ecclesiæ sanctionibus, velut mercurialibus iudiciis, maiorum vestigia indicat, atque conseruat: vt recta via ac inoffenso pede vsque ad viæ finem valeant fideles tuto peruenire. Tribus siquidem rebus de Christi redemptoris nostri voluntate instrui mur, sacra scriptura, patrum constitutionibus scriptis, & consuetudinibus: inter quos primatum obtinent quæ à temporibus Apostolorum per manus ad nos deriuatæ sunt. Tam fortis est hic triplex funiculus, quo ecclesia colligat constringitque filios subditos, & in officio continet, immorigeros verò reprimit, coercet atque flagellat, vt nullis dæmonis technis, aut satellitum eius hæreticorū dissolui aut frangi possit: de sacrosanctæ scripturæ authoritate ambigit nemo pius. Constitutiones ecclesiasticæ, etiam non scriptæ, minoris faciendæ non sunt ab his qui catholici nomine censerì cupiunt, quàm si scriptæ forent. De scriptis, quarum maxima pars hoc libro continetur, à nobis impræsentiarum sermo habendus est: Quas in synodicas & pontificias, illas verò, in generalium & particularium synodorum constitutiones diuisimus. Tria huius distributionis membra tribus classibus accommodamus: primæ, vniuersalium synodorum, secundæ particularium, tertiæ, summorum pontificum constitutiones ascribentes. Hæc de huius nostræ methodi generali æconomia. Nunc ad singulas classes peculiariter singillatimque nostra se cõuertat oratio: & in primis ad generalia concilia, de quorum dignitate tractatio iustum exigeret volumen. Verùm quia de hac re, multorum extant perdoctæ lucubrationes (ad

quas

quas recurrere potest studiosus lector) præstat tacere quàm, de tanta re, pauca & infra eius dignitatem loqui. Interim tamen candidatus Theologiæ confideret, ecclesiam, in his quæ fidem ac bonos mores spectant, falli non posse. Quam rem abundè, Paulus ille vas electionis insigne testatur, ecclesiam appellas Christi sponsam sanctam, & immaculatam, sine ruga & macula, quod haud dubiè de militante intelligi multi patres non immeritò censuerunt. Idem apostolus recensens charismata sancti spiritus, quæ sunt velut monilia quibus insignita atque ornata est adhuc iunior ecclesia, à suo sponso Christo: inter ea prophetiam enumerat: quæ tam latè patet, vt suo ambitu, scripturarum interpretationem complectatur. Indubitatum enim è sacra scriptura sensum eruere, eumque fidelibus certò præscribere, solius ecclesiæ munus est peculiare atque perenne. Quemadmodum enim difficillimum Sansonis ænigma dissolui non potuit, nisi Dalida ab ipso Sansone prius edocta, explicatè: sic etiam vera scripturæ cognitio, quæ solet sæpe ambigua esse ac difficilis, ecclesia enucleante recipienda est. Quid facias hæretico peruciaci, iam tradito in reprobum sensum, qui temerè scripturam non erubescit: eamque ad mentem propriam iam infectam contorquere molitur, nisi hac ecclesiæ potestate decernendi de genuino ac germano scripturæ sensu, eum conuincas: Gladius ecclesiæ ad custodiendos hostes suos traditus, verbum est dei. Omnes verum vsus & explicationem penes eam solam haberi compertum est. Solent tamen hæretici, quæ est eorum impudentia, præripere verbum dei, atque insolenter abuti: more conspiratorum, reipublicæ hostium, præoccupantium arma tradita ciuitati, quibus se tueatur, hostesque propulset atque contundat. Neminem arbitror tam vecordem, ac mentis inopem, quamuis sectarius esse velit, qui hæcenus nobiscum non sentiat, & dogma hoc obuiis, vt aiunt, vlnis non recipiat. Quod mihi tam certum videtur, vt inter axiomata & fundamenta Theologica omnium primum veniat connumerandum. Verùm cum nihil possit ecclesia per orbem, quàm latè patet, dispersa, coniungi, adunari, & coalescere (vt solet in œcumenica synodo) necessum fuit. Non enim possent singula supposita in vnum conuenire: nec omnium est de fide statuere: sed prælatorum maiorum seu Episcoporum, qui sunt velut sponsi particularium ecclesiarum seu diocesium, quarum personam, tanquam earum (authoritate Christi) procuratores & syndici gerunt. Fit proinde vt concilium œcumenicum hac in parte proxime, ac, vt sic loquar, immediate vniuersalem ecclesiam referat ac repræsentet. Non tamen desunt quidam ex Catholicis, synodorum authoritatem, quæ est velut sacra anchora fluctuantis ecclesiæ in hoc procelloso mari nostræ infœlicis ætatis, ita pessundates, vt cum nouis istis dogmatistis hac in re conspirare videantur: quo tamen vnico remedio summi pontifices ac imperatores ad componenda ecclesiæ dissidia, atque comprimendam hæreticorum insolentiam, hæcenus vsi sunt. Quare imperatoris sanctionibus atque edictis concilia illa prisca quæ Beatus Gregorius quatuor euangelis æquare non dubitauit, cõmunita sunt eorumque obseruatio sub grauissimis censuris iniuncta est. Quòd si Maximinum hæreticum non vult Augustinus (in libro contra eum scripto tertio, cap. 14.) concilij œcumenici authoritate constringi, non est id simpliciter intelligendum, sed habita circumstantiarum ratione,

non enim recipiebat hæreticus ille concilium Nicænum: & conuenerat inter eos, vt solis scripturis disputatio constaret.

De œcumenicarum synodorum dignitate quædam obiter prælibauimus, reliqua studioso lectori scrutanda relinquentes. De earum tamen numero prolixior esset disputatio, quàm impræsentiarum definiri possit. Quid pro ingenij mei tenuitate, super hac re senserim, satis aperui, dum in prima classe octo synodos in ecclesia Græca, & reliquas in Latina (vtraque tamen conueniente) habitas disposui. Quod latius præfationes singulis œcumenicis synodis à nobis præfixæ indicant. Hactenus de generalibus synodis fusius quàm statuerã. Generalibus cõciliis subduntur particularia, quæ in secunda classe collocata sunt quàm in tres sectiones diuisimus. Primæ sectioni antiqua, secundæ collectanea, tertiæ recentiora concilia tribuimus. Nomine particularium synodorum, intelligo promiscue patriarchicas, prouinciales, ac diocesanas. Primæ, à patriarchis, secundæ ab archiepiscopis, tertiæ verò ab episcopis celebrari solent. Quæ ab archidiaconis aut ab archipresbyteris habentur, eo nomine congregantur, vt diocesana synodi statuta subditis indicentur. Hoc tamen velim consideret huius lectionis tyro, quasdam synodos (quales sunt Carthaginenses & Toletanæ) nominari generales: quod non est intelligendum simpliciter, sed secundum quid: generales inquam, non conuocatione quam latè patet orbis, vt illæ quæ prima classe continentur, sed habita ratione vnus maximè prouinciæ, aut multarum sub eodem principe: quæ aliter vocari solent synodi nationales, quemadmodum ad Toletanos vocabantur omnes episcopi sub ditione regum Gothorum: quorum imperium in prouinciam, linguam oxitanicam, & Vasconiam vsque extendebatur. Nec satis est ad œcumenicam synodum interfuisse legatum summi pontificis, siquidem alteri Arelatensium, & sextæ Carthaginensi, vt ex earum historia liquet adfuerunt duo legati papæ: non tamen ea de causa verè generales censentur. Nec Romanæ à papa tanquam patriarcha, sine conuocatione celebrata generali, sunt generales vocandæ. Prima igitur sectio classis secundæ, antiquas illas particulares synodos continet, quarum aliqua Nicænam synodum præcessere. In quibus si nostri temporis, quos disciplina ecclesiastica & morum integritas elanguit deferbuítque, ratio habeatur: nonnulla statuta rigida, difficilia, aspera & æquitati aduersa videbuntur: At si priscam ætatem illam consideres primitiua, feruentis, ac nouitiæ ecclesiæ, æqui bonique consules eum qui tunc expediebat, rigorem. Ad hæc, prudentia Christiana ita exigebat ad eliminandos prophanos quosdam ritus paganorum, qui recens Christo dabant nomē, quos imbiberant, cum quibus adoleuerant, ac proinde eosdem religioni Christianæ coniungere conabantur. Contra hæc monstra in his antiquis synodis acerrime pugnatum est. Et nisi quis huiusmodi consideratione in legendis antiquis conciliis probe munitur, multa leuiter insulse ac ridicule in eis statuta existimabit. Succedit secunda sectio nomine Collectanea: quia in ea tractantur concilia ex Burchardo, Iuone Carnotensi, & Gratiano collecta: quæ temporis perierant iniuria, quæ collectis hinc inde fragmentis, quoad fieri potuit, in vnum coniunximus more illorum qui inter rudera inuentas imagines antiquas urnas, pegmata, munismata etiam fracta colligunt: & pristinae integritati nullis parcentes sum-

ptibus,

ptibus, restituere conantur.

Tertiæ sectioni recentiora concilia nostri temporis accommodauimus: quæ siue stilum, siue prudentem concordatam que rerum tractationem consideres, multis antiquioribus præpõenda meritò veniunt nedum equanda. Quàm autem accommodata sint morbis nunc occurrentibus, quàm consideratè ac prudenter obuiet abusibus & hæresibus (inter quæ duo mala nostris tēporibus religio Christiana agitur ac fluctuat) norunt docti omnes, modo velint candidè veritatem agnoscere & fateri.

Tertia classis, pontificum decreta cõplectitur. Quæ non ea de causa hunc in locum reiecta sunt, quasi existimemus inferiora particularibus synodis, quorū authoritas, dignitas ve suis certis finibus præscribitur: summi enim pōtificis potestas, quòd sit Christi Iesu vicarius, Petri successor, generalis est, atque omnes Christi fideles deuincit: sed quod methodi ratio exigebat, vt synodicas constitutiones vna eodemque tractu prosequeremur: qua de causa particularium synodorum constitutiones pontificiis edictis præponere coacti sumus. Eius insuper rei velim admonitum Theologicæ palæstræ tyronem, epistolas ferè omnes ad compendium reductas: ne volumen vltra debitam magnitudinem augetur: seruata semper edictorum integritate maiore ex parte. Quamobrem coacti sumus quandoque consimiles sanctiones repetere: quales est ea de non accusandis facilè episcopis: sæpe propter subditorum insolentiam à diuersis pontificibus indicta decreta B. Leonis selectiora collegimus, reliquis eiusdem omissis. Idem de B. Gregorij epistolis à nobis factum est, vt conuenienti magnitudini voluminis consuleretur.

Hæc de nostra œconomia præfari libuit. Iam quid me post insignium virorum in colligendis conciliis diligentiam, & Bartholomei Carranzæ dominicani non minus pij quàm cruditi conciliorum summam, ad hunc laborem subeundum impulerit, candidè lector, breui enarrabo. Cum ante aliquot annos conciliorum lectionem aggressus viderer quasi in sylua errare, & de re eadem alios cõqueri obseruarem: cupiebam offerri mihi aliquam methodum qua huiusmodi lectio vtilissima, facilius ac suauior redderetur. Et obseruans omnium artificum dexteritatem ac solertem industriam, qui vt promptius faciliusque actiones suas expediant & absoluant, singula rerum quas tractaturi sunt genera, seorsim collocant, eam mirum in modum probaui. Trapezita nanque, vt cæteros omitteram, pecuniarum tumultum numeraturus, habita prius ratione materiæ, valoris deinde, in partes eum secernit: vt cito rationem subducere possit. Idem vsu euenire solet imperatoribus exercitus cum hoste congressuris, prius nimirum milites & pedites & equites, hos deinde in cataphractos & velites diuidentibus. Haud ablimilem ordinem naturæ atque doctrinæ conuenientem in hac sanctionum ecclesiasticarum dispositione imitatus sum. Hac enim methodica distributione (nisi mea me fallit opinio) aperitur aditus Theologiæ candidatis, ad facilius, breuius, certiusque intelligendam synodorum lectionem, & firmiter fidei memoriæ infigendam.

Nam

PRAEFATIO

Nam plurimum ordo confert, vt res tenacius hæreant memoria: & cum negotium exigit, quasi depositum, ex penu fideliter depromantur. Hunc igitur ordinem à multis viris insigniter doctis & probis probatum: visum est Theologiae candidatis, vt eorum studia iuuarem, candide communicare. Docti, æqui bonique consulent nequos, quos non dubito aut impressoris vitio, aut nostra inadvertentia, seu ignorantia potius, inueniendos. Nihil arroganter asserui: temerarium enim esset, in re tam ardua & supra vires meas, quicquam quasi ex tripode dictū velle affirmare. Ecclesiae esto iudicium: in cuius obsequium libenter captiuans intellectum dixi: vale. Antuerpiæ.

SERIES ET ORDO REGVM  
FRANCORVM IN GALLIA.

		<i>Duces olim regebant Francos vsque ad initium anni Domini 420. quo ipsi filium Marcomiri Ducis Pharamundum sibi Regem constitunt.</i>			
	Anno Christi.	Reg.			
1	Qui regnavit	420	11	Carolus 2 Caluus	841
2	Clodio comatus	431	18	Ludouicus 2. Balbus	879
3	Meroueus	449	10	Ludouicus 3. & Carolomanus eius frater, nothi ex Balbo,	881
4	Childericus 1.	459	26	Ludouicus iners	881
5	Clodoueus Mag. primus Rex Christianus.	485	30.	Carolus Crassus imp.	886
	Huius filii		31	Odo	891
	Childebertus Parisiorum		32	Carolus simplex	900
	Clotarius Suefionum		33	Rodolphus	927
6	Clodamirus Aurelianensium.	515	45	Ludouicus 4. transmarinus.	929
	Theodoricus Mediomatricum.		34	Lotarius 6.	956
7	Clotarius 1. solus	560	5	Ludouicus 5. Theuro. Fræcorū postremus	987
	Huius filii	An. Christi.	Reg.	<i>Capetorum genus.</i>	
	Cherebertus Parisiorum		35	Hugo Capetus, Comes Parisiensis, vi, & fauore militum	
8	Chilpericus Suefionum	565	9	Primus Gallus Gallorum Rex.	988
	Guntrannus Aurelianensium		26	Robertus	997
	Sigibertus Mediomatricum.		37	Henricus 1.	1031
9	Chilpericus 1. solus	574	14	Philippus 1.	1061
10	Clotarius 2.	588	44	Ludouicus 6. crassus	1110
11	Dagobertus.	632	14	Ludouicus 7. iunior	1138
12	Clodoueus 2.	646	17	Philippus 2. Augustus, dictus à Deo datus	1181
13	Clotarius 3.	663	4	Ludouicus 8.	1224
14	Childericus 2.	668	4	Diuus Ludouicus	1227
15	Theodoricus.	680	12	Philippus 3.	1271
16	Clodoueus 3.	694	4	Philippus 4 pulcher	1286
17	Childebertus 2.	698	18	Ludouicus Hutinus	1314
18	Dagobertus 2.	716	4	Philippus Longus	1316
19	Chilpericus 2.	722	5	Carolus pulcher	1321
	Carolus Martellus Francorum princeps conditus in mausoleo Dionysiaci in ordine Regum. 723		50	Philippus Valesius	1328
20	Theodoricus 2. Cala.	727	15	Ioannes	1350
21	Chilpericus 3. stupidus, vltimus huius familiae regno exactus, monachus efficitur.	742.	An. 9	Carolus 5. sapiens	1364
	<i>Pipinorum genus.</i>		51	Carolus 6	1381
22	Pipinus Breuis Caroli Martelli Franciae principis F.		52	Carolus 7	1423
	Anno Christi Reg.		53	Ludouicus 11	1461
	751	18	54	Carolus 8.	1484
23	Carolus magnus	769	46	Ludouicus 12. Dux Aurelianensis	1498
24	Ludouicus 1. pius	815	26	Franciscus Valesius, Dux Engolismensis, Ludouici 12. gener, fil. Caroli Valesii pronepotis Caroli Sapiens, vir omni laude cumulatisimus.	1515
			58	Henricus 2. Francisci Valesii filius Anno Christi. 1547	
				Faxit omnipotens Deus immensa sua benignitate vt regnum eius faustum sit felix, atque fortunatum.	

INDEX LO

CVPLETISSIMVS RERVM  
et verborum quæ toto hoc opere continentur, serie Alphabetica digestus.

*Indicis notæ sunt hæc. cl. 1. classis primam significat, cl. 2. classis secundam, cl. 3. classis secundæ sectionem tertiam, cl. 3. classis tertiam, a, folij primam columnam, b, secundam, c, tertiam, d, quartam, p, columnæ principium, m, medium, f, finem. Reliquæ numerorum notæ, characteribus classis postposita folia ipsa indicat.*

**A** Aron cl. 1. 35. b. f.  
Abbas vnus, Monasterii vnus sit. cl. 2. 39. d. f. duobus canoniis nō præponendus. cl. 2. 32. d. f.  
Abbas se ad officium episcopale nō extendat

cl. 1. 127. c. p  
Abbas mulierē in monasterio ingredi pmittēs trib<sup>9</sup> dieb<sup>9</sup> pane & aqua sit cōtētus. cl. 2. 63. d. p  
Abbates. cl. 2. 32. c. p  
Abbates duovni monasterio non præficiantur. cl. 1. 84. b. f.  
Abbates à monasteriis suis non discedant. cl. 2. f. 3. 68. d. m. in potestate episcoporum sunt. cl. 2. 47. b. p  
Abbates confirmationis sacramentum & calicum consecrationem non attentent. cl. 2. f. 3. 12. a. f. omnia in laudem Dei faciant. cl. 2. 101. d. f.  
Abbates reges, duces pontifices ad synodū cōuocātur. cl. 1. 159. b. f.  
abbatis Ioachim error de vna trinitatis essentia. cl. 1. 121. c. m.  
abbatis peccātis correptio. cl. 2. 40. a. m. defuncti res ad quoddam tempus intactæ maneat. cl. 2. 84. b. p  
abbatissa præsumens velare virginem vel vi-

duam excommunicetur. cl. 3. 113. b. p  
abbatissæ quales creandæ. cl. 2. 98. c. m. nobiliū virginum debent apud sua collegia residere. cl. 2. f. 3. 68. c. f.  
abbatissæ foras non egrediantur absque licentia episcopi sui. cl. 2. 95. c. f.  
abbatum remotio. cl. 2. 54. a. f.  
abbatum venditiones. cl. 2. 39. d. m.  
abdicator à suis defensorib<sup>9</sup> a rrius. cl. 1. 6. d. m.  
abel iuste offerens promeruit. cl. 2. 61. b. p  
abiectū alterius alter non recipiat. cl. 2. 22. c. m.  
abiuratio Hieronymi de praga. cl. 1. 100. b. m.  
abortiuum facientes. cl. 2. 45. a. p.  
abrahæ credulitas quid cōmeruit. cl. 2. 112. b. f.  
facta qui nō imitantur. ibid. c. m. fides & deuotio ibid. c. f. imitatores. ibid.  
Abraham Melchisede ch decimas dedit. cl. 2. 112. c. f.  
Abrahā aram in honorē dei extruxit. cl. 1. 95. c. f.  
A Abra-



Abrahamus episcopus. cl. 1.80. d f  
 Abrogatio abusus cuiusdam. cl. 2.3.19. b m  
 Abscidentes seipfos. cl. 2.6 b p  
 Absente episcopo vel presbytero diaconus sacramentum comunione proferat & edat. cl. 1.7. d p  
 Absentiam decem. cl. 2.3.34. a m  
 Absentiu nomina in confirmationibus non scribenda. cl. 1.19. d p  
 Absolutio. cl. 2.3.79. a f  
 Abstinendi tempus diligenti cautela hominibus sua delicta cōstituentib⁹ ascribendū. cl. 2.95 b f  
 Abstinentia a sanguine suffocato. cl. 1.91. d f  
 Abstinentia a contaminationibus simulacrorū fornicatione & suffocato cōmēdatur. cl. 1.11. d m  
 Abstinentia aliqua a carnibus, ouis, & lacticiis. cl. 2.3.46 c f. carnis & sanguinis. cl. 2.132 b f  
 Abundantius. cl. 1.71. a f ciuitatis paternensis episcopus. 70 b p  
 Abusus. cl. 2.3.32. a m aliqui officialiū corrigēdi. cl. 2.3.14. a f priuilegiarū & cōfirmationes. cl. 1.113. d f qui parochio officio suo interdicit. cl. 2.3.32. b m. imaginum prohibendus. cl. 2.3.80. b p  
 Abusus circa quotidianas distributiones. cl. 2.3.9. d m. populi in audiendis missis quomodo coercendus. cl. 2.3.72. b f. eorū qui ante missam dicta discendūt corripiendus. cl. 2.3.24. c f  
 Abusus monasteriorum quomodo percipiendi. cl. 2.3.31. b m  
 Abusus cuiusdam abrogatio. cl. 2.3.19. b m  
 Abusiu censurā. cl. 2.3.70. c f. & decreta. ibid.  
 Acacius Beroensium. cl. 1.46. a f. 137. d p. 34. b f  
 episcopus annorum. 110. cl. 1.36. d m. damnatur propter Eutychianorū cōmunionē. cl. 3.161. d m  
 Acacius archiepiscopus. cl. 1.56. a m  
 Acacii epistola. cl. 1.56. a m  
 Academiarū quomodo instaurari possint. cl. 2.3.10. a p  
 Accedentes ad ecclesiam tarde. cl. 2.3. d f  
 Accepta iustificacionis incrementū. cl. 1.218. a m  
 Accessionē & incrementum symboli expositionē & dilucidationē esse. cl. 1.166. a f  
 Accusate personę. cl. 3.128. c f. causa. cl. 3.129. c m  
 Accusantes sacerdotē, nec probantes. cl. 2.4. d p  
 Accusandi licentia nō progrediatur ultra prouinciam terminos. cl. 3.123. b f  
 Accusantium episcopus ineptitudo. cl. 3.127. a f  
 Accusare quibus non liceat. cl. 3.127. a m  
 Accusati episcopi. cl. 2.9. c m. cl. 3.123. a p. 146. b f. 111. a f. & c p m & d p m f. appellent sedem apostolicam. cl. 3.122. b f presbyteri. cl. 2.52. a f  
 Accusati duo de adulterio quid inde faciendū. cl. 2.132. d p  
 Accusatio cōtumacia D. Eugenij papę. cl. 1.134. b m. f & c p m f. & 135. a p m f. intra prouinciam terminetur. cl. 3.129. d p. nisi ad apostolicā & c. ibidem.  
 Accusatio per scripta nō suscipiēda. cl. 3.109. c m  
 Accusationes. cl. 3.128. c f episcoporum. cl. 3.97. a f. 127. a p. 107. a f. 108. c p. 87. a. 127. a f & b m clericorum. 122. d f. cl. 3.122. c f episcoporū & omnium clericorū. cl. 3.103. a m, & accusatores quomodo recipiēdi. cl. 3.127. d m. ibid. 122. c p  
 Accusationis libellus per Ischyronē in Diofcorum productus. cl. 1.50. b m. per Athanasium aduersus Diofcorum productus. cl. 1.50. b m per Sophronium contra Diofcorum productus. cl. 1.50. b f  
 Accusatores. cl. 3.129. b m. cl. 2.43. b p. cl. 3.122. c m  
 Accusator & accusatus. cl. 2.21. d m  
 Accusatores & testes qualiter esse debeant. cl. 1.10. b m. cl. 3.127. c f. 129. c p  
 Accusatores qui admittendi. cl. 3.106. b f. & c p m. qui nō admittēdi. cl. 3.98. a f. 146. b p. 109. c p. 107. a m. 105. a m. 127. b p. 123. c p. 100. b m. 122. d p  
 Accusatores de quibus causis audiēdi. cl. 2.36. a f  
 ecclesiarū. cl. 1.52. d m. praelatorū suorū. cl. 3.174. a f. sacerdotū. 96. c f. 99. a m f. & b p m f. episcoporum qui non admittēdi. cl. 3.101. c p. fratru.

cl. 2.6 c m. falsi fratrum. cl. 2.5 b m. nuptiarū.  
 cl. 2.5. b f. clerici. cl. 2.21. b f  
 Accusatio in accusatione si defecerit rationem recipiat. cl. 3.129. d p  
 Accusatorum personę. cl. 3.109. d m. 127. a f  
 Accusatus episcopus ybi & quando examinandus. cl. 2.18. a  
 Acephali. cl. 1.2. a p. 71. d p  
 Acephalorum hæresis. cl. 2.65. a m. pueri. cl. 1.77. c f  
 Acitarum error. cl. 2.3.3. c p  
 Acoluthi tempus. cl. 1.9. d p. qualiter ordinandi. cl. 2.20. d m  
 Acoluthus non nisi in 7. testibus damnandus. cl. 1.10. b m  
 Acquisita in ecclesiastico gradu ecclesiarū conferantur. cl. 2.19. c m  
 Acta sextę synodi Constantinopolitanę. cl. 1.70. a m  
 Adā omnes homines læstis. cl. 3.143. c m. cl. 2.28  
 Adam alter christus dicitur. cl. 1.21. c f  
 Adæ præuaticio. cl. 1.216. d. 215. m. peccatū in omnibus inest unicuique proprium. cl. 1.216. d f. 213. d p  
 Addere symbolo nil licere. cl. 1.163. d p  
 Additio vel augmentum sit ex rebus extraneis. cl. 1.166. b m  
 Additio symboli Nicęni a Latina ecclesia contra græcorum errorem facta. cl. 1.14. c m  
 Additionis genus triplex. cl. 1.173. c m. primum quale & c. 1.173. c m. secundo genere inepti homines vti solent. cl. 1.173. c m. tertiu genus putat catholicum esse. cl. 1.173. c m  
 Additionem ad symbolum schismatis causam fuisse. cl. 1.163. c f. crucis in trisagio non adiungendam. cl. 1.53. c f  
 Adiecta cōstantini contra hæreticos. cl. 1.14. b p  
 Adiutorium dei. cl. 2.35. a m  
 Administratio sacramentorū. cl. 2.3.3. a p. 50. c f  
 Administrationem bonorum ecclesiasticorum qui habent, reddant rationem. cl. 2.3.71. d f  
 Admissio ad ecclesiastica beneficia. cl. 2.3.82. d f  
 Admittendi ad clericum. cl. 3.131. a p  
 Admonēdus populus vt oret pro magistratibus. cl. 2.3.22. c m  
 Admonitio de hac particula filioque omissa in epistola Agathonis & cōcilij romani. cl. 1.72. d m. in sepulchris. cl. 2.3.26. b p  
 Admonitus episcopus & c. cl. 2.32. b f  
 Adolescentes ad studia publicē alendi. cl. 2.3.82. b p  
 Adolescentes post lauacrū mœchati. cl. 2.4.4. p  
 Adolescentes viduę. cl. 2.21. d f  
 Adrianus primus huius nominis pontifex. romanus. cl. 1.94. b p. 100. a p. archiepiscopus. cl. 1.94. d m  
 Adrianus pontifex huius nominis secundus. cl. 1.110. c m. c f  
 Adriani epistolę ad constantinum imperatorem fragmentum. cl. 1.96. d p  
 Adriani papę epistola ex romana lingua in grecam translata. cl. 1.97. c p  
 Aduentum Antichristi prædicare nemo præsumat. cl. 1.214. b p  
 Aduentus christi dispensatio & mysterium. cl. 1.217. b m  
 Aduersantes nestorii depositioni. cl. 1.44. d f  
 Aduersus Iudeos gentiliū expositulatio. cl. 1.1. b p. hæreticos quomodo certandum. cl. 1.34. 6 p  
 Adulatores clerici. cl. 2.21. b f  
 Adulter est qui relicta vxore aliam ducit. cl. 1.92. c m  
 Adultera deuota. cl. 2.23. d f  
 Adultera cathecumena quę filium necat. cl. 2.4. c f  
 Adulterę vxores clericorum. cl. 2.4. c m  
 Adulterę vxoris vir clericus esse non potest. cl.

2.2. d f  
 adulterę scēminę conscius maritus. cl. 2.4. c f  
 dulteri. cl. 2.4. f. 3. 41. b p. & eorum prouidentia. cl. 2.2. 6 p. confugientes ad ecclesiam. 46. d p  
 Adulterię coniunctiones. cl. 2.3.55. b f & c p m f & d p m. incautus. ibidem.  
 Adulterio ecclesia polluta. cl. 1.119. d p  
 Adulterium committens presbyter anno integro non communicet. cl. 2.63. c f  
 Adulteros maritos relinquentes scēminę. cl. 2.3. c f  
 Aduocati. cl. 2.101. b f. pro causis ecclesiarū. 25. c p  
 Aduocatorum pena qui matrimonium protrahunt maliciose. cl. 2.135. b p  
 Aedificia laicorum in atrio ecclesiarū non fiant. cl. 2.32. d p  
 Aegrotans episcopus legatum per se ad synodum mittat. cl. 2.21. a p m  
 Aegrotantes qui pro se respondere nō possunt. cl. 2.27. c p  
 Aegrotati paruulo ex aliena parochia adducti baptismi sacramentum non negandum. cl. 1.65. b m  
 Aegroti an baptizandi. cl. 2.18. c m  
 Aegyptij boues & reliqua animalia coluerunt. cl. 1.101. b m  
 Aegyptiorum & Alexandrinorum ecclesiarū competentium. cl. 1.8. c m  
 Aerianorum error. cl. 2.3.6. c p  
 Aeris inæqualitas si euenit quid agendum. cl. 3.126. a f  
 Aetas omnis ab adolescentia in malum prona. cl. 2.69. c f  
 Aetius archidiaconus. cl. 1.51. d p  
 Affectus humani in beneficiis execrabiles. cl. 2.3.13. c f  
 Affectus ordinandorum considerandus. cl. 2.3.14. c f  
 Affectus persolueudarum horariorum precum. cl. 2.3.16. b p  
 Affectus prauis hospitalium magistrorum. cl. 2.3.329. c f  
 Afferentes causam sacrificandi idolis. cl. 2.1. d f  
 Affines in quinta generatione copulari possunt. cl. 3.107. b m  
 Αγάλμα non idem quod imago. cl. 1.96. b m  
 Agapam facere in ecclesiis non licet. cl. 2.11. c p  
 Agapę non fiant in ecclesia. cl. 1.92. a f  
 gapas risu deputantes. cl. 2.5. d m  
 Agaperus summus pontifex romanus. cl. 1.53. c  
 Ag. 57. 6. f. 65. a p. cl. 3.168. d m  
 Agapius episcopus. cl. 2.64. c m  
 Agatha. cl. 2.31. a m  
 Agatho episcopus. cl. 172. c m  
 Agathon. cl. 1.170. c p. 168. d m romanus pontifex. 16. b m  
 Agathonis symbolum. cl. 1.168. d m epistola ad imperatores. cl. 1.70. d f. littera. cl. 1.174. d f. 168. d p. ad imperatores. cl. 1.68. c p  
 Agathonis & romanę synodi epistola. 1.72. c m  
 Agelius nouatianorum episcopus. cl. 1.13. d f  
 Agelli sacerdotum firmi maneant. cl. 2.53. c p  
 Aggarus ex laico ordinatus. cl. 1.177. c m  
 Aggrippina. cl. 2.8. b f  
 Agitatores aurigę. cl. 2.5. a f  
 Agnes monacha a monasterio reuocata. cl. 2.60. c f  
 Agri ecclesiarū distracti. cl. 2.51. c p  
 Altare quādo benedicatur & vngatur. cl. 2.31. d f  
 Altari seruire qui recusat de altari viuere nō debet. cl. 2.3.34. a m  
 Altaria consecranda. cl. 2.40. a f. cur consecrentur. cl. 2.3.27. c p. & m  
 Altaria portatilia non facile consecranda. cl. 2.3.9. b p  
 Altarib⁹ noua offerre libamina nefas. cl. 1.59. d f  
 Altario seruiantes. cl. 2.45. a m. 44. d f  
 Altaris ministri. cl. 2.11. d m  
 Altaris ministros non eligat populus. cl. 2.11. b m  
 Alypius

Alypius episcopus. cl. 2.26. b f. cl. 1.11. d p  
 Amalrici dogma improbatum & damnatū. cl. 1.122. d f  
 Amās, nō clamās cātat in aure dei. cl. 2.3.61. c f  
 Ambientes qui prodiderit & c. cl. 2.40. d f & eorum fautores. ibid. & coniuatores ibid.  
 Ambitionē clericali officio maxime repugnare. cl. 2.3.17. a f  
 Ambrosius. cl. 1.169. b p. 39. a f. cathecumen⁹ assumitur ad episcopatum. cl. 1.111. d p  
 Amphilocheus. cl. 1.12. d f. 32. a f. 88. d p. 94. d m. 101. 102. a p  
 Anabaptistarum erroris euersio. cl. 1.93. d p  
 Anacletus tertius papa. cl. 3.96. c p papa decimus. cl. 3.102. a m  
 Anastasius papa. cl. 3.132. d m secundus. 164. d f  
 Anastasius presbyter. cl. 1.15. b f c p  
 Anastasius de monte Sina. cl. 1.169. b f  
 Anastasius & Photius Nestoriani hæretici Iacobum quandam ad prædicandum miserunt. cl. 1.174. c f  
 Anastasii error. cl. 1.15. c p  
 Anastasio mortuo successit Iustinus vir pius. cl. 1.53. b m  
 Anathema non consentibus, Deum esse veraciter Emmanuel. cl. 1.48. a f. carni secundū substantiam vnium & c. ibid. Si quis in vno Christo diuidit substantias & c. ibid. Si quis in personis duabus & c. ibid. Si quis audeat dicere hominem Christum Theophoron. ibid. b p. Si quis dicit Deum esse vel Dominum Christum Dei patris verbum ibid. Si quis velut hominem Iesum & c. ibid. Si quis audeat dicere assumptum hominem coadorandum Deo verbo & c. cl. 1.48. b m. Si quis vnum Dominū Iesum Christum glorificatum dicit a spiritu sancto & c. ibid. Si quis pontificem & Apostolum nostrum & c. ibid. Si quis confitetur carnem Domini viuificatricem esse & c. ibid. Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & c. ibid. negantibus baptismi parulis recentibus vteris matrum. cl. 1.217. a p. 215. d m. illi qui presbyteram in coniugem duxerit. cl. 2.63. b p. presbytero vel diacono vxore mducenti ibidem. monachā qui in vxorem duxerit. ibid. commatrem spiritalem duxerit in coniugium. ibid. fratris vxorem. ibid. neptem. ibid. nouercam aut mirum. ibid. confortinam, de propria cognatione in qua cognatas habuit, virginem rapuerit, vel furatus fuerit, cum sibi cōsentientibus, virginem, quam sibi non desponsauerit rapuerit vel furatus fuerit in vxorem, vnā cum sibi fauentibus. ibid. Si quis hariolos, aruspices vel incantatores obseruauerit, aut phylacterijs vsus fuerit, in scelere permanerit, ex clericis laxauerit coronam. ibid. m  
 Anathema concilij smyrnensis. cl. 2.10. b f  
 Anathemate percussus Ioannes antiochenus. cl. 1.47. a f  
 Anathematismorum duodecim Cyrilli reprehensio. cl. 1.23. d f. declaratio. 21. d p  
 Anathematizatur laici qui aliam fidem quā nicęnam componunt aut docent. cl. 1.164. b m  
 Anathematizati a catholica ecclesia. cl. 1.8. a  
 Anathematizetur excommunicatus sacrificans. cl. 1.17. b p  
 Anatholius episcopus. cl. 1.49. c p Constantino-  
 politanus antistes. 83. a m  
 Ancillam si quis sibi sociauerit libertate prius donatam & c. cl. 2.124. b m  
 Ancyra. cl. 2.1. b m. cl. 1.88. c f  
 Ancyre cur celebrata synodus. cl. 1.169. e f  
 Ancyranū concilij capitula. cl. 2.2. b m  
 Andreas præful colossensis pro Romana ecclesia. cl. 1.162. a f  
 Angelus de corario. cl. 1.128. d f  
 Angelicam sint corporei. cl. 1.100. b m  
 Angelica salutatio ab omnibus æqualiter dica-

tur. cl. 2.3. 52 a  
 Angelicus hymnus quando de cantandus. cl. 3.100. c m  
 Angelorum mille millia Christo ministrant. cl. 1.36. a f  
 Angelorum præsidia adsunt cantantibus & psallentibus Domino. cl. 2.108. a p  
 Angelos & animas immortales non per naturam sed per gratiam. cl. 1.78. b p  
 Anglia. cl. 2.89. a f  
 Anima hominis ex diuina non est substantia. cl. 3.155. b p vnica. cl. 1.112. d m  
 Anima fugiente ad Iesum, statim irasci & sczure incipit inimicus. cl. 2.3.47. b p  
 Anima iustorum perfecta fruuntur: felicitate. cl. 1.160. c p  
 Animā circūscribere nemo potest. cl. 1.103. c m  
 Animarum reus est presbyter qui pœnitentiam morientibus abnegat. cl. 3.123. d m  
 Anna quid benedictionis promeruit, pro eo quod filiu suum Domino obtulit. cl. 2.116. p m  
 Annata. cl. 1.155. c p  
 Anno 406 Innocentius primus floruit. cl. 1.22. a m  
 Annotationes errorum olim damnatorum. cl. 2.3.6. b p  
 Annua concilij euocatio. cl. 2.58. a m  
 Annūciatij dominicę celebritas. cl. 2.83. a m  
 Annus septuagesimus captiuitatis populi Israellitici. cl. 3.117. d p  
 Annuus conuentus. cl. 2.31. a p  
 Anthon episcopus. cl. 1.53. c f  
 Anthon papa decimus octauus. cl. 3.106. a m  
 Anthimus episcopus Trapezundarum. cl. 1.65. a m anathematizatus. cl. 85. c p. 57. d f & 63. c f. 53. b m. 65. d p  
 Anthyimi responsio. cl. 3.115. b p  
 Antichristi aduentum prædicare nemo præsumat. cl. 1.214. b p  
 Antiochena ecclesia. cl. 1.14. d m. cl. 3.136. b f  
 Antiocheni contra Flavianum. cl. 1.14. b p  
 Antiochenus. cl. 1.43. a p  
 Antiochię commorati Paulus & Barnabas docebant & Euangelizabant verbum Domini. cl. 11. d f  
 Antiochię fuere editi Apostolorum canones. cl. 1.2. a m  
 Antiochiam mittuntur Iudas & Silas cum Paulo & Barnaba. cl. 1.11. d m  
 Antiochus lector. cl. 1.79. c p  
 Antiqua priuilegia in ecclesiis seruanda. cl. 1.113. b f  
 Antiquę ecclesiarum fundaciones obseruandę. cl. 2.53. 8 d f  
 Antiochodorum. cl. 2.63. b f  
 Antistites substituendus. cl. 2.53. c p  
 Antistites in cellulis vitę testes habeant. cl. 2.69. c f  
 Antistes plurimi ecclesiarum variis temporib⁹ suam fidem declarauerunt. cl. 1.176. a f  
 Anxij nimis quomodo tranquillandi. cl. 2.3. 25. b f  
 Apamiaz thronus. cl. 1.58. b p  
 Apamiarum præsentia a Petro subrepta. cl. 672. c m  
 Apertum hostem facile vitamus. cl. 1.24. a p  
 Aphrica. cl. 2.27. b f  
 Aphricani concilij epistola. cl. 2.29. a f symbolum ibidem d f  
 Aphrorum regio. cl. 1.188. d p  
 Apocalypsis liber recipiendus & prædicandus. cl. 2.69. b p  
 Apocriphę scripturę. cl. 3.164. d m Priscillianorum. cl. 3.155. d f  
 Apollinariū fides. cl. 1.81. a f  
 Apollinaris. cl. 13. 2. b m. 165. veritatis oblator. cl. 1.88. b m  
 apollinarium concilium, macedonium & constantinopolitanum. cl. 1.165. b p  
 apollinaris. cl. 1.24. a p. dementia. cl. 1.107. b p.

heresis. cl. 1.56. c m. 8. c m. & Eutichis impietas. cl. 1.67. b f  
 Apollinaris præfulatu nudatus. cl. 1.12. c m  
 apollinaris hæretici discipulus Timotheus condemnatus. cl. 1.13. d p  
 apollinaristę. cl. 1.14. d m. 71. d p  
 apollinaristę antiochizati. cl. 1.82. c m. cum Arrianis & Eunomianis depositi. cl. 1.47. d m  
 apollinaristarum error. cl. 1.54. a f  
 apologeticus liber Cyrilli pro duodecim capitulis. cl. 1.31. b p  
 apostata. cl. 2.3.34. a m. 50. d f. ab ecclesia separandi. cl. 3.130. c p  
 apostatę vota sua deferentes sub prætextu apostolicarum dispensationum. cl. 2.3.71. d p. omnium generis requirendi. cl. 2.3.71. d p. omnia  
 Apostatę nō reuerentes. cl. 2.6. c f. quomodo recipiendi. cl. 2.51. c p  
 Apostatę parochia Alexandri egressi. cl. 1.5. b m  
 Apostatis conuersis pœnitentia non negetur. cl. 2.18. c m. quādiu pœnitendum. cl. 2.4. b m  
 Apostatis Eusebius patrocinatur. cl. 1.5. b f  
 Apostatorum opiniones. cl. 1.5. b f  
 Apostoli congregati ad fidei negotia tractanda. cl. 1.1. a f  
 Apostoli qualiter ecclesias fundauerūt. cl. 2.112. b p  
 Apostoli omnes vnanimis orarunt. cl. 1.1. b f  
 Apostolica ecclesia nunquam defecit in fide. cl. 1.71. c f. imitatio. cl. 1.100. b f. sedes. cl. 3.188. b p  
 sedes quatenus appellanda. cl. 3.100. a f  
 Apostolica sede vacante quomodo procedendum. cl. 1.131. b f  
 Apostolicę sedis primatus. cl. 3.129. b p  
 Apostolicę sedis iussa qui transgrediuntur. cl. 3.101. c m  
 Apostolicę sedis decreta custodiatur. cl. 3.138. c p  
 Apostolicas & Euangelicas voces de Christo duabus personis vel subsistentijs non adaptandas. cl. 1.22. c m  
 Apostolici loci expositio ad purgatorium relati. cl. 1.160. b f  
 Apostolicorum canonum tituli. cl. 1.2. b m  
 Apostolicorū canonū dignitas recepta. cl. 12. am  
 Apostolorum Petrus Coriphæus. cl. 1.1. b m  
 Apostolorum concilij epistola. cl. 1.1. d m. prima congregatio. cl. 1.1. b p. Secunda congregatio. cl. 1.1. b p  
 Apostolorum tertia synodus sub D. Petro. papa primo celebrata. cl. 1.1. c f  
 Apostolorū cōcilij tertii deliberatio. cl. 1.1. d m  
 Apostolorum quarta congregatio seu synodus. cl. 1.1. c p  
 Apostolorum congregatio quę fuit post spiritus sancti missionem conciliū non est. cl. 1.1. b m  
 Apostolorum symbolum ab omnibus equaliter dicitur. cl. 2.3.53. a f  
 Apostolorum canones Antiochię fuere editi. cl. 1.2. a m. per Clementem Romanum episcopū in vnum digesti. cl. 1.2. c f  
 Apostolorum canonum numerus. cl. 1.2. a f  
 Appellationis ordo. cl. 1.113. d f. causa exprimentada. cl. 1.125. b m  
 Appellationes. cl. 1.116. a p. Friuolę. cl. 1.155. c p  
 Appellauit Christus corpus suum templum. cl. 3.27. a m  
 Approbatio sex vniuersalium synodorum. cl. 1.106. b p  
 Springius episcopus Chalcidensis. cl. 1.37. d p  
 Aquileia. cl. 2.12. c m  
 Arabici lupi pellē ovinā simularūt. cl. 1.167. a m  
 Arausienis ciuitas. cl. 2.33. c p  
 Arbitrium liberum. cl. 2.3. 5. d p. cl. 2.34. c f  
 Arbitrii liberi reparatio. cl. 2.35. a f  
 arbitrio libero bene vnium per Christum. cl. 3.143. d p  
 Arbitrio metropolitanū synodus cōgregetur. cl. 2.6. c p  
 Arborum fructus. cl. 2.3.39. b f



Arca Dei ex lignis Sethim constructa. cl. 1.96. b f  
 Arca Dei quanta in veneratione habita est à David. cl. 2.116. d, f  
 Arcadius episcopus Cæsariæ. cl. 1. 44. b p 45 d f  
 Arcæ Dei raptoribus quid accidit. cl. 2. 116. c f  
 Arcanda clericorum ebrietas. cl. 1. 123. d m  
 Arcensis ecclesia. cl. 1. 61. d f  
 Archidiaconales synodi. cl. 2. f. 331. a, m, d m  
 Archidiaconi officium. cl. 2. f. 3, 49. a m  
 Archidiaconi quibus possint munus suum committere. cl. 2. f. 368. b p 83. d p  
 Archidiaconi in visitatione sua examinent sacerdotes. cl. 2. 134. c, ecclesias non grauent, cl. 2. 134. b f  
 Archidiaconorum officiales quales esse oporteat. cl. 2. f. 331. d m  
 Archiepiscopus sine pallio missam nõ dicat. cl. 2. 60. b p  
 Archiepiscopi. cl. 3. 189. a p 102. b m  
 Archiepiscopi visitationis prætextu suffraganeos non grauent. cl. 1. 112. c f quo tempore synodum prouincialem conuocare debeant, cl. 2. f. 334. b p  
 Archimandrita. cl. 1. 61. a m  
 Archipresbyter nihil vendat. cl. 2. 39. d, m  
 Archipresbyteri officium. cl. 2. f. 35. b, m plebem parochiales vel quicumque curam habet animarum per se vel per alios idoneos salutaria docere debet. cl. 1. 216. b. f, coniugati quomodo dormiant. cl. 2. 54. d, p m  
 Archipresbyterorum empriones. cl. 2. 39. d, m  
 Arelate. cl. 2. 5. a, p  
 Arelatensis concilij fides. cl. 2. 94. a, p  
 Argumentatio quomodo fiat secundum Aristotelem. cl. 1. 17. a, f  
 Ariamirus rex. cl. 2. 76. a, p  
 Aristoteles. cl. 1. 167. a. m b. f. 168. d. p  
 Arma proiciunt in pace. cl. 2. 5. a, f  
 Armenij male intellexerunt verba Chryf. cl. 1. 90. b. m  
 Armeniorum error. cl. 1. 90. 6, 3, m  
 Armenis declaratur damnatum Nestorij hæresim falsam fuisse suggestionem. cl. 1. 211. d, m  
 Armis secularibus relictis, spiritalia habenda. cl. 2. 100. c, m  
 Arreptij sanctis altaribus non ministrent. cl. 3. 101. d, f  
 Arrianae factionis decem & septem episcopi in exilium acti sunt. cl. 1. 4. a, p  
 Arrianae factionis vndecim episcopi palynodiam ceciderunt. cl. 1. 4. c, p  
 Arriani pulsi ab ecclesiis. cl. 1. 14. b, m  
 Arrianorum clerici an sint recipiendi. cl. 3. 137. a, m  
 Arrianorum fidei petitio ab vniuersis dirupta & adultera fraudulentaque pronunciata. cl. 1. 6. d, p  
 Arrianorum impia sententia de christo. cl. 1. 5. d, p  
 Arriani. cl. 1. 71. d, p. cl. 2. 5. 6, p  
 Arriani non rebaptizandi. cl. 3. 130. b, m  
 Arriani dolose in fidei termino consenserunt. cl. 1. 6. d, m  
 Arriani dictantes fidei petitionem. cl. 1. 6. d, p  
 Arriani se filios dei sicut & christus fieri posse putant. cl. 1. 5. d, m  
 Arriani præ timore interdictum  
 Arrij dogma anathematizauerunt. cl. 1. 6. d, f  
 Arriani piteratis prædicatores occulte debellare conati. cl. 1. 6. d, f  
 Arriani cur persecutionem passi. cl. 1. 6. a, m  
 Arrianum respicientem non recipiat presbyter. cl. 3. 118. b, p  
 Arrij error. cl. 1. 168. a, f  
 Arrij, Eutyche & Macedonij error. cl. 1. 170. b, f  
 Arrij conscriptio igni tradenda. cl. 1. 8. c, f

Arrij blasphemia de filio dei. cl. 1. 8. b, m  
 Arrij sectatores. cl. 1. 8. b, m  
 Arrij defensores. cl. 1. 6. d, p  
 Arrij insania. cl. 1. 107. b, p  
 Arrij epistola ad Constantinum imperatorem. cl. 1. 8. d, f  
 Arrij epistola ad Eusebium. cl. 1. 5. d, f  
 Arrio fauens error. cl. 2. f. 3, 6, b, m  
 Arrium damnauit nicænum concilium. cl. 1. 165. b, p  
 Arrius & euzoius se vniri ecclesie postulant. cl. 1. 9. a, p  
 Arrius & Euzoius in communionem suscepti. cl. 1. 9. a, m  
 Arrius & Euzoius iudicio & probationi episcoporum hierosolymis congregatorum commissi. cl. 1. 9. a, m  
 Arrius & euzoius fidem suam explicant. cl. 1. 8. d, f  
 Arrius & Achilles colloti superbiam alterius secuti. cl. 1. 5. c, m  
 Arrius & Achilles paganorum, & Indæorum impiam de christo sententiam confirmant. cl. 1. 5. c, f  
 Arrius & Achilles ab ecclesia expulsi. cl. 1. 5. c, f  
 Arrius sæpe admonitus & correptus ab Alexandro episcopo. cl. 1. 4. b, m  
 Arrius apertè martescum complicitibus suis Alexandro aduersatus est. cl. 1. 4. b, f  
 Arrius ab Alexandro papa perfectionem patitur. cl. 1. 5. d, f  
 Arrius à suis defensoribus abdicatus. cl. 1. 6. d, m  
 Arrius & qui cum eo erant anathematizati. cl. 1. 5. c, p  
 Artes quæ doceri debeant. cl. 2. f. 366. b, f  
 Arthoricatorum error. cl. 2. f. 366. c, p  
 Artificio victum querant clerici. cl. 2. 21. b, m, f  
 Artis spiritalis instrumenta. cl. 1. 93. c, f  
 Asceticus liber. cl. 1. 41. d, f  
 Alepiades episcopus. cl. 1. 54. c, m  
 Asiana diocesis. cl. 1. 14. d, m  
 Asianorum prouincia. cl. 1. 65. d, p  
 Asinorum sepultura sepeliendi qui sacramento non communionem neglexerint. cl. 2. f. 34. a, m  
 Ασπασμης salutationem προσχνησις appellari. cl. 1. 107. b, f  
 ασπασμης id amplecti imagines oportere. cl. 1. 107. b, m  
 Aspergius pergensis. cl. 1. 1. b, m  
 Assertio Caiphaica. cl. 1. 102. c, f  
 Assertio fidei concilij toletani. cl. 2. 24. a, f  
 Assyrus. cl. 1. 87. d, p  
 Asterius. cl. 1. 57. b, f  
 Asterius Anastasii episcopus. cl. 1. 102. a, m  
 Athanasius. cl. 1. 30. a, f  
 Athanasius. cl. 1. 32. a, m  
 Athanasius episcopus. cl. 1. 34. b, f  
 Athanasius Alexandriæ lumen. cl. 1. 101. d, f  
 Athanasius restitutus ab hæreticis. cl. 1. 11. a, p  
 Athanasius ad se Tyrenum concilium euocat. cl. 1. 9. a, f  
 Athanasius quæ in Cyro passus constantino narrat. cl. 1. 9. a, m  
 Athanasij sermo de duabus volutatibus in christo. cl. 1. 80. c, p  
 Athanasij responsio. cl. 3. 115. b, p  
 Atticus episcopus constantinopolitanus. cl. 1. 3. d, p cl. 3. 136. c, m  
 Auaritia radix omnium malorum. cl. 2. 70. a, p  
 Auaritia Parocho vitanda. cl. 2. f. 3. 21. a, p  
 Auaritia in clero execrabilis. cl. a. f. 3. 17. c, m  
 Audientiam fieri non debere tempore electionis. cl. 1. 14. 3. d, p  
 Auguratos ab ecclesia separentur. cl. 2. 32. c, f  
 Auguria non respicienda. cl. 2. 63. b, f  
 Auguriis seruientes. cl. 1. 21. d, m  
 Auguriis non studeant clerici. cl. 2. 37. d, m

Augustini episcopi laus. cl. 3. 143. b, f  
 Augustini expositio in hæc verba non quod ego volo sed quod tu vis. cl. 1. 72. a, p  
 Augustino Cyrillus contemporaneus. cl. 1. 17. d, f  
 Augustinus episcopus. cl. 2. 26. c, f  
 Augustinus illustrissimus latinorum doctor. cl. 1. 169. g, p  
 Augustinus quo tempore moritur. cl. 3. 146. a, p  
 Augustus. cl. 1. 11. d, p  
 Aureæ statuæ Nabuchodonosoris. cl. 1. 99. d, f  
 Aurelia. cl. 2. 46. b, m  
 Aurigæ agitantes. cl. 2. 5. a, f  
 Aurigæ fideles. cl. 2. 65. c, m  
 Authentica epistola honorij. cl. 1. 79. c, m  
 Authores prelegendi iuuentuti & vitandi qui. cl. 2. f. 366. c, m  
 Authores heretici quos citant Monothelites. cl. 1. 72. b, m  
 Authoris admonitio de Theodoro. cl. 1. 51. b, m  
 Authoritas patrum. cl. 1. 32. a, p  
 Authoritas patrum doctrinæ. cl. 1. 20. b, m  
 Authoritas sacrorum conciliorum. cl. 2. f. 3. 2. c, m  
 Authoritas Cælestini papæ in concilio & damnatione hæreseos. cl. 1. 17. d, f  
 Authoritas & dignitas Chorepiscoporum. cl. 2. 2. a, p  
 Authoritas episcoporum eudoxæ. cl. 1. 42. a, m  
 Authoritates ad confirmandas duas in christo voluntates. cl. 1. 75. a, p  
 Axioma falsum falsæ synodi. cl. 1. 100. a, p  
 Azyma non accipiant iudæi. cl. 2. 11. c, f  
 Azymi & fermentati panis materia. cl. 1. 200. c, f

B.

Baal. cl. 1. 99. d, m  
 Bacarenis concilij fides. cl. 2. 88. a, m  
 Balaam vates. cl. 1. 61. c, m  
 Balac. cl. 1. 61. c, m  
 Ballimatur in sanctorum natalitiis prohibendæ. cl. 2. 60. a, p  
 Balthazar regno & vita vna nocte caruit & quare. cl. 2. 117. c, m  
 Bannitum ieiunium ab omnibus diligentissime obseruetur. cl. 2. 122. d, p  
 Baptisma omnium sacramentorum primum. cl. 1. 212. a, m  
 Baptisma puerorum. cl. 2. 24. d, m  
 Baptismata hæreticorum comprobati non debent. cl. 1. 33. c, p  
 Baptismatis sacramentum. cl. 2. 99. d, p  
 Baptismi effectus. cl. 1. 212. a, f celebratio. cl. 3. 103. b m sacramentum. cl. 2. 68. b m paruulo ægrotanti ex aliena parochia adducto non negandum. cl. 1. 93. b m  
 Baptismi reiteratio violenta subleuanda. cl. 3. 150. d m suscepti dubium si fuerit. cl. 3. 154. c p trina mersio. cl. 3. 174. d p  
 Baptismus in trinitate susceptum non iteretur. cl. 2. 7. a, m mortuis non detur. cl. 2. 18. a, p  
 Baptismus. cl. 2. f. 350. d p  
 Baptismus. cl. 3. 190. a m cl. 2. f. 3. 23. a f. 4. a p 40. b f  
 Baptismus quid. cl. 1. 202. d f quid significet. cl. 3. 147. b f  
 Baptismus quando dandus. cl. 2. 47. c f cl. 2. f. 3. 78. d p  
 Baptismus in facie ecclesie peragendus. cl. 2. f. 3. 23. b f  
 Baptismus absque solennitate paschæ illicitus. cl. 2. 63. c, f  
 Baptismus prohibetur celebrari in die Epiphaniæ. cl. 3. 147. a f

Baptismus

Baptismus in ecclesiis tantum celebretur. cl. 1. 91. c, m  
 Baptismus an sit maius sacramentum, an manu impositione episcoporum. cl. 3. 117. d, m  
 Baptismus confirmatio & ordo characterem imprimunt in anima indelebile. cl. 1. 22. a, p  
 Baptismus quomodo docendus. cl. 2. f. 3. 78. c, p  
 Baptismus paruulorum. cl. 2. f. 3. 78. c, m  
 Baptismus quomodo administrari debeat. cl. 2. f. 3. 78. c, m  
 Baptismus quo die fiat obseruandum. cl. 2. 61. a, m  
 Baptisterii ratio. cl. 2. 101. d, p  
 Baptizandi. cl. 2. 19. d f tempore paschali paruuli. cl. 2. f. 3. 72. a f ordo qui tenendus. cl. 2. 75. c, p  
 Baptizandi infantes de quibus an baptizati sint dubitatio. cl. 2. 27. a, f  
 Baptizandis quid discendum & docendum. cl. 2. 11. d, p  
 Baptizando qui nomen dant à vino & carne abstineant. cl. 2. 21. d, p  
 Baptizandorum diuersa tempora. cl. 3. 150. b f puerorum locus & tempus. cl. 2. f. 3. 72. b, p  
 Baptizandum in nomine trinitatis. cl. 3. 170. a, m cl. 1. 1. c, m  
 Baptizare non præsumant mulieres. cl. 2. 21. d, f quando non oporteat. cl. 2. 11. d, p  
 Baptizati. cl. 2. 19. c, p  
 Baptizati debent omni tempore qui mortis necessitate vrgentur. cl. 3. 147. d, p  
 Baptizati prægnantes. cl. 2. 2. d, f  
 Baptizati paruuli apud donatistas. cl. 2. 27. c, p  
 Baptizati multo testimonio. cl. 2. 22. d, f  
 Baptizati nuper castè & continenter viuant. cl. 2. 21. d, p  
 Baptizati ante confirmationem mortui. cl. 2. 4. d, m  
 Baptizati peregrè. cl. 2. 3. d, f  
 Baptizati in agitudine. cl. 2. 11. d, p cl. 2. 2. a, p  
 Baptizati ad vomitum reuersi. cl. 2. 52. d, f  
 Baptizati energumeni. cl. 3. 133. d, f iudæi. cl. 2. 82. d, m  
 Baptizati tantum, ab episcopo debent cõfirmari. cl. 3. 133. c, f  
 Baptizati apud hæreticos. cl. 2. 144. c, f  
 Baptizati ab hæreticis vel schismaticis reconciliandi. cl. 2. f. 3. 76. a, m  
 Baptizati ab hæreticis sola sancti spiritus inuocatione firmantur. cl. 3. 150. d, f  
 Baptizati iterum ab Arrianis. cl. 3. 169. d, f  
 Baptizatis qui se agnoscent, sed fidei professionem nesciunt quid agendum. cl. 3. 154. c, m  
 Baptizatus liniat presbyter. cl. 3. 118. a, f  
 Baptizatus ecclesie baptismate denuo baptizari non debet. cl. 1. 3. c, m  
 Baptizatus ab hæreticis per impositionem manus spiritum sanctum accipiat. cl. 3. 50. a, m  
 Baptizatus Constantinus à syluestro episcopo christum prædicat. cl. 1. 110. a, p  
 Baptizentur Fortiniani & Paulianistæ. cl. 2. 6. c, p  
 Baptizentur paruuli in peccatorum remissionem. cl. 2. 28. c, f  
 Barnabas & Paulus Antiochiæ commorati docebant & euangelizabant verbum Domini. cl. 1. 1. d, f tradiderunt animas suas pronomine Domini. cl. 1. 1. d, f  
 Basilica. cl. 1. 166. d, p  
 Basilicastricababus. cl. 1. 106. d, p  
 Basilus magnus. cl. 1. 105. c, p  
 Basilus magnus. cl. 1. 169. b, p  
 Basilus episcopus. cl. 1. 50. a, m Gortynæ episcopus. cl. 1. 75. a, f imperator. cl. 1. 110. c, m post 16. annum virginem recipendam statuit. cl. 1. 90. d, m  
 Basilii consulatus. cl. 1. 67. b, p  
 Basilii prius hæretici confessio catholica. cl. 1. 94. c, m  
 Basilica Anastasia. cl. 1. 11. c, f

Basilica quæstus causa non ædificanda. cl. 2. 76. c, f  
 Basilica. cl. 2. 47. a f laicorum. cl. 2. 45. a, m nouæ ab episcopis non dedicentur. cl. 3. 162. c, f  
 Basilica. sine martyrum reliquiis dicata. cl. 2. 23. a, m hæreticorum diuinis non applicanda. cl. 2. b, m  
 Basilicis collaræ oblationes. cl. 2. 50. b, m  
 Basiliscus. cl. 1. 41. a, p  
 Beatae Mariæ perpetua benignitas. cl. 31. d, p visitatio. cl. 1. 148. a, m conceptio. cl. 1. 158. d, p  
 Beati Hieronymi sententia. cl. 1. 173. a, m  
 Beatus Cyrillus Romani pontificis vicarius ter tique synodo præfuit. cl. 1. 172. c, p Augustinus. cl. 1. 173. b, m dominicus. cl. 1. 120. c, f Sophronius. cl. 1. 176. a, f  
 Beat° Iohannes Chrysostronus. cl. 1. 169. b, m  
 Begardorum error. cl. 2. f. 3. 6. c, f  
 Belisarii consulatus. cl. 1. 64. b, f  
 Bella. cl. 3. 191. a, p  
 Bellum legis Dei contra legem diaboli in vno homine. cl. 2. f. 3. 45. a, f  
 Benedictio. cl. 2. f. 3. 52. c, f eorum quas ad vsum fidelium parantur. cl. 2. f. 3. 80. a, m  
 Benedictio salis & aquæ & carcerum elementorum. cl. 3. 99. d, m lucernæ & cerei cur infra vigiliis fiat. cl. 2. 68. c, f fontis. cl. 2. f. 3. 72. a, f sponfi & sponse quomodo fiat. cl. 2. 20. d, f in die celebranda. cl. 2. f. 3. 12. b, m  
 Benedictio mensæ. cl. 1. f. 3. 46. c, p viduarum. cl. 2. 40. a, m  
 Benedictio puellarum à presbyteris non fiat. cl. 2. 17. a, p  
 Benedictus primus. cl. 3. 171. d, m  
 Beneficia ecclesiastica. cl. 2. 101. b, p  
 Beneficiorum pluralitas. cl. 2. f. 3. 49. d, f  
 Beneficia plura curata qui obtinent. cl. 2. f. 3. 82. a, m duo nullus habeat cura annexa. cl. 1. 124. d, m ecclesiastica vni plura non concedenda. cl. 1. 118. a, m conferendi modus. cl. 1. 157. 6, f  
 Beneficia dignis esse conferenda. cl. 2. f. 3. 13. d, p  
 Beneficia ecclesiastica qui obtinere volunt sint idonei. cl. 2. f. 3. 8. c, p priusquam vacent nemini promittenda. cl. 2. f. 3. 13. c, f aliquid non tribuenda vel promittenda antequam vacent. cl. 1. 120. d, m spiritaliter non tradantur ad firmam. cl. 2. 34. c, p exilia non conferantur nisi volentibus reuidere in eisdem. cl. 2. 134. a, f  
 Beneficii ratione nihil assignetur alicui in ecclesia. cl. 2. 135. b, p  
 Beneficiorum collatio qualis esse debet. cl. 1. 157. b, f 156. d, m 136. d, f cl. 2. f. 3. 82. c, f  
 Beneficiorum resignationes & permutationes quomodo consideranda. cl. 2. f. 3. 15. c, p renunciationes. cl. 2. f. 3. 35. d, f pluralitas odiosa. cl. 2. f. 3. 15. b, m plurimorum coactuatio restringenda. cl. 2. f. 3. 68. d, m resignatio. cl. 2. f. 3. 82. d, f fructus ab episcopis auare surripere clericis non licet. cl. 2. f. 3. 34. b, p  
 Beneficio priuetur episcopus, vel diaconus vxorem suscipiens vel susceptam retinens. cl. 3. 108. d, p & presbyter ibidem.  
 Beneficium ecclesiasticum vnum inter plures non diuidendum. cl. 1. 118. a, f suum qui resignat aliquid sibi de eodem non retineat. cl. 2. 134. a, p  
 Bernardinus de carauial Hispanus. cl. 1. 213. a, p  
 federicus de sancto Seuerino veniam petunt erroris. cl. 1. 213. b, m pristinae dignitati restituntur. cl. 1. 213. b, m  
 Berocinianus. cl. 1. 49. c, m secretarius. cl. 1. 51. c, m  
 Beronensium episcopus Acacius. cl. 1. 46. a, f  
 Berytorum ciuitas. cl. 1. 58. b, f  
 Bessarion græcam orationem habuit. cl. 1. 160. d, p  
 Bessarionis declaratio. cl. 1. 210. c, m excusatio. cl. 1. 210. c, p

1. 210. c, p patriarchæ Constantinopolitani oratio habita in Synodo Florentina. cl. 1. 203. b, p  
 B ethel. cl. 1. 95. d, p  
 Biblia à clericorum manibus nunquam deponenda. cl. 2. f. 3. 16. a, m  
 Bibliopolis. cl. 2. f. 3. 29. d, p  
 Bigami. cl. 2. 10. a, f non admittendi ad clerum. cl. 1. 9. a, p ad ecclesiasticos gradus non accedant. cl. 2. 38. c, m  
 Blada seu frumenta. cl. 2. f. 3. 39. b, m  
 Blasphematores. cl. 2. f. 3. 35. b, p  
 Blasphemia Arrii de filio Dei. cl. 1. 8. b, m Nestorii & Eutycheis. cl. 3. 156. c, m in Cyrillum. cl. 1. 21. a, p impunita esse non debet. cl. 2. f. 3. 34. b  
 Blasphemia scripturam Eusebius protulit. cl. 1. 6. d, m  
 Blasphemia scripturam Eusebius protulit. cl. 1. 202. a, p  
 Blasphemia Eutycheis. cl. 3. 148. a, f  
 Bohemorum error. cl. 2. f. 3. 6. b, & c, p  
 Bona omnia Domini sunt. cl. 2. 112. a, p  
 Bona presbyteri ab intestato defuncti quomodo conuertenda. cl. 2. f. 3. 30. d, f  
 Boni imperatores. cl. 3. 187. b, f  
 Bonifacius presbyter. cl. 1. 5. d, p episcopus. cl. 1. 49. c, p secundus. cl. 3. 168. c, p nonus. cl. 1. 128. c, m  
 Bonorum ecclesiasticorum administrationem qui habent reddant rationem. cl. 2. f. 3. 71. d, f  
 Bonofiaci. cl. 2. 5. b, f iudæis sunt comparandi. cl. 3. 137. a, b, p  
 Bonum matrimonij triplex. cl. 1. 212. d, p  
 Bonus suis viribus nullus est. cl. 3. 143. c, f  
 Boues iungere die dominico non licet. cl. 2. 63. c, f  
 Bracarum oppidum. cl. 2. 74. c, m  
 Breuiaria reformanda. cl. 2. f. 3. 16. a, m  
 Briarei. cl. 1. 102. d, m  
 Britannia. cl. 2. 86. a, f  
 Brumalia. cl. 1. 9. 1. d, p  
 Bubalius damnatus à prouincialibus episcopis. cl. 3. 135. d, m  
 Bubulci qui suas incantationes exercuerunt. cl. 2. 144. c, m  
 Bulla contra simoniacam prauitatem. cl. 1. 213. a, f  
 Byzantium antea lygos dictum. cl. 1. 14. b, f  
 Byzantina monasteria quatuor. cl. 1. 69. c, m

C.

Abilonensis vrbs. cl. 2. 83. d, f  
 Cæcilij Abitæ suffragium. cl. 2. 1. b, p  
 Cacitas Photini. cl. 159. d, m  
 Cærimonie. cl. 2. f. 3. 27. d, p  
 ecclesiastica. cl. 2. f. 3. 52. c, f  
 Cæsariæ. cl. 2. 47. d, m  
 Cæsariæ Arcadii episcopus. cl. 1. 44. b, p  
 Cæsaris christiani zelus. cl. 1. 39. c, f  
 Cæsaris Philippi baptismus. cl. 3. 106. b, f  
 Caiphaica assertio. cl. 1. 102. c, f  
 Caiphaicum conciliabulum. cl. 1. 107. a, p. 108. a, f  
 Calendæ Ianuarij. cl. 2. 55. d, m  
 Calendis Ianuarij strenas diabolicas obseruare non licet. cl. 2. 63. b, f  
 Calixtus papa decimus quintus. cl. 3. 104. a, f  
 Cancellarius qualis constituendus. cl. 2. 109. a, f  
 Candidianus comes Nestorium custodiendum suscepit. cl. 1. 36. c, p  
 Canonici. cl. 2. 139. b, f qualiter viuere debeant episcopo prouidendum. cl. 2. 94. b, m sacris adhibent. cl. 2. f. 3. 18. b, p horas canonicas religiose obseruent. cl. 2. 107. d, p omnes ad completorium veniant. cl. 2. 108. d, p studiosi mittendi ad studia

studia vniuersitatum sumptibus collegiorum, cl. 2. f. 3. 66. d. f. cum primum recepti suos fructus recipiant, cl. 2. f. 3. 9. d. f. tabernae non ingrediantur, cl. 2. 102. a. m. in vestibulis modum teneant, cl. 2. 107. a. m. cuculas monachorum non induant ibid. b. p. Canonici domicellares quando ad capitula admittendi, cl. 2. f. 3. 84. c. m. Canonici bonae voluntatis, malitia huius temporis obesse non potest, cl. 2. f. 3. 44. d. p. Canoniorum vita, cl. 2. 100. a. p. officium, cl. 2. f. 3. 49. c. m. 17. d. m. 12. c. m. Canoniorum claustra diligenter munienda, cl. 2. 105. d. f. monasterii plures non recipiat quam ratio permittit, cl. 2. 94. b. f. & ibid. 95. d. p. filij cum patribus non instituendi cl. 1. 125. a. m. porta qualiter custodiatur, cl. 2. 109. b. f. claustra diligenter custodienda. ibid. c. p. secularium regula, cl. 2. f. 3. 44. b. f. libertas mala cl. 2. f. 3. 43. b. m. Canonici secularis cum quibus versari debet, cl. 2. f. 3. 43. c. m. Canonici, quod intentionem primò dirigere debeat, cl. 2. f. 3. 43. d. f. quomodo in capitulo habere debeat, cl. 2. f. 3. 46. b. f. Canonici recens admissi, cl. 2. f. 3. 19. a. m. non est qui non vult regi & dirigi, cl. 2. f. 3. 43. d. p. Canonissarum status, cl. 2. f. 3. 50. a. f. secularium collegia, cl. 2. 139. c. p. mores reformandi, cl. 2. f. 3. 29. b. m. Canon missae, cl. 2. 134. c. m. Canonem de confectione ieiunij sabbati duriuscule loqui, cl. 1. 87. b. f. Canonem diuini animo seruandi, cl. 1. 108. c. m. sacros qui violant in spiritu sanctum blasphemant, cl. 3. 129. d. f. Niceni custodiantur cl. 2. 38. c. p. nulli liceat episcopo ignorare, cl. 2. 95. a. p. apostolorum per Clementem Romanum episcopum in vnum digesti, cl. 1. 2. c. f. Antiochia fure editi, cl. 1. 2. a. m. Canonis synodorum seruandi, cl. 1. 52. a. m. de confirmatione, cl. 1. 220. a. p. sextae synodi constantiensis vocati, cl. 1. 85. c. p. de iustificatione cl. 1. 218. d. f. de residentia & reformandis in ecclesia moribus, cl. 1. 220. a. m. legendi ratio, cl. 2. 101. d. p. Canonica institutio ceteris praestat, cl. 2. 105. c. f. Canonice horae, cl. 2. f. 3. 61. c. m. 81. b. m. ab ecclesiasticis quomodo legendae cl. 2. f. 3. 9. c. m. qualiter dicenda extra chorum, cl. 2. f. 3. 40. c. f. quomodo in ecclesia cantandae, cl. 2. f. 3. 9. c. p. Canonice scripturae tantum in ecclesia legantur, cl. 2. 19. b. f. Canoniarum horarum persolutio cl. 2. f. 3. 40. c. m. Canonum statuta ab omnibus seruanda, cl. 2. 84. a. f. cl. 3. 153. b. p. contemptores laici excommunicentur, cl. 2. 7. d. m. confirmatio, cl. 2. 40. c. p. antiquorum praecipua seruanda, cl. 2. 75. d. m. vniuersalium synodorum obseruatio, cl. 1. 112. b. m. apostolorum tituli, cl. 1. 2. b. m. apostolorum numerus cl. 1. 2. a. f. apostolorum dignitas recepta & indubitata est cl. 1. 2. a. m. Cantantes inter epulas clerici, cl. 2. 21. c. p. Cantica in ecclesiis quae viranda, cl. 2. 84. c. m. Canticorum ignari non ordinandi, cl. 2. 80. d. f. Canticum luxuriosum circa ecclesias non deferatur, cl. 2. 101. b. f. Cantor, aleator & ebriosus esse non debet, cl. 1. 3. c. p. Cantores, cl. 2. 108. d. m. quales in ecclesia constituendi, cl. 2. 108. a. f. ecclesiastici inordinata non vtantur modulatione, cl. 1. 92. a. f. possunt vxores ducere, cl. 1. 89. a. m. Cantores & lectores qui in clerum peruenerunt cl. 1. 3. a. m. Cantores apud ecclesias suas resideant, cl. 2. f. 3. 83. a. m. Cantus musicus ad deuotionem excitans in ecclesia exhibeatur, cl. 2. f. 3. 9. b. m. Capellae non temere de nouo erigendae, cl. 2. f. 3.

9. a. p. Capellanorum officia, cl. 2. f. 3. 69. a. f. Capitale crimen incurrentes clerici, cl. 2. 32. d. m. Capitulum non ascendant fideles sacrificandi causa, cl. 2. 4. c. p. Capitula Ancyranum concilij, cl. 2. 2. b. m. Capitula disciplinae qualiter obseruanda, cl. 2. f. 3. 18. c. p. Capitula tempore missae non tenenda, cl. 1. 156. a. f. Capitula tenentes tempore missae, cl. 2. f. 3. 40. d. p. Capitulum quotidianorum coentus quo tempore obseruandi, cl. 2. f. 3. 18. d. m. Cappae ecclesiae non deferendae à laicis in festo confratrum, cl. 2. f. 3. 11. a. f. Caput congregatorum episcoporum Cyrillus cl. 1. 4. a. f. Cardinales simoniace aliquem eligentes qua pena afficiantur, cl. 1. 213. b. p. Cardinales soli ad apostolatus culmen promouentur, cl. 3. 109. d. f. Cardinales tres simul missi constantinopolim, cl. 3. 187. c. f. Cardinales vrbs romae & diaconi per parochiam rursus examentur, cl. 1. 10. b. f. Cardinalibus numerus dierum praescribitur, vt in grediantur conclauae, cl. 1. 133. b. p. Cardinalis de medicis papa eligitur, cl. 1. 213. b. m. Cardinalium archiepiscoporum, episcoporum loci designati in synodo, cl. 1. 159. c. p. Cardinalium officium est assistere summo pontifici, cl. 1. 213. d. p. Carisus tribus de causis Nestorianos in synodo inculcauit, cl. 1. 176. a. m. Carisij expositio in synodo antiquata non fuit cl. 1. 176. b. p. suum solum deinde Nestorianum in synodo recitauit. 174. c. f. Christum quadoque non fuisse negat ibidem d. p. neque Nicenum neque Constantinopolitanum erat ibid. verum ac pium esse ibid. Carnaliter ex muliere verbum dei procreatum, cl. 1. 15. d. f. Carnaliter ex muliere Christus in tempore procreatus, cl. 1. 48. c. p. Carnem Hypostasi verbi dei vnitam non esse diuidendam cl. 1. 103. c. f. Carnem manducantem non abhominandum, cl. 2. 5. c. f. Carne mortem gustasse dei verbum, cl. 1. 48. b. f. Carnis vocabulum duobus modis vsurpari, cl. 1. 78. d. m. Carni secundum substantiam dei verbum vnitam, cl. 1. 22. b. p. 103. a. m. Carni deitatem vnitam, passam non esse, cl. 1. 30. b. f. Caro dei viuificans cl. 1. 103. a. m. Caro domini viuifica & ipsius verbi dei propria, cl. 1. 23. b. f. Carolus magnus, cl. 2. f. 3. 5. c. f. Carolus magnus ad imperium à Gregorio tertio vocatus, cl. 1. 94. a. m. Carolus dux francorum & longobardorum, cl. 1. 97. c. p. Carolus de malatestis cessit papatu, cl. 1. 129. c. f. Carpentoracte, cl. 2. 36. c. m. Carrina poenitentis non diuidatur, cl. 2. 132. d. m. Carthago, cl. 2. 7. a. p. Cascus & oua in quadragesima non comedantur, cl. 1. 91. c. p. Castellati dormones, cl. 1. 69. d. m. Castitas à leuitis & sacerdotibus custodiatur, cl. 2. 16. d. f. Castitate professi, si praeruarauerint, cl. 2. 34. a. f. professae virgines aut aliae mutata veste coniugio copulatae, cl. 2. 54. d. f. & 55. a. p. m. f. & b. p. m. Castitatis votum occidentalium ecclesia obtulit, cl. 3. 109. d. f. Castorij damnatio, cl. 3. 115. a. p. Casuum relaxanda reseruatio, cl. 2. f. 3. 79. b. p.

Casus episcopis specialiter reseruati, cl. 2. f. 3. 42. b. p. Cataphrygia, cl. 2. 11. b. p. Cataphrygarum haereticorum quo tempore orta, cl. 3. 102. c. p. Catharorum error, cl. 2. f. 3. 6. c. m. Cathari quo tempore condemnati, cl. 3. 107. c. m. Cathecumena adultera, quae filium necat, cl. 2. 4. c. f. Cathecumenae foeminae coniugium, cl. 2. 4. c. m. Cathecumenorum ratio, cl. 2. 101. d. p. ordo orationum, cl. 2. 11. b. f. missa, cl. 2. 21. d. p. Cathecumeni relicta, cl. 2. 3. c. f. euangelia non audiant, cl. 2. 34. a. m. peccantes, cl. 2. 2. d. m. lapsi triennio sint inter audientes verbum, cl. 1. 7. c. f. qui ecclesiam non frequentant, cl. 2. 4. b. p. sine redemptione baptismi defuncti, cl. 2. 75. d. p. ante dies viginti baptismi, ad purgationem exorcismi concurrant, cl. 2. 76. b. f. ad baptisteria non accedant, cl. 2. 34. a. m. cum fidelibus benedictionem non accipiant. ibidem. Cathecumenis de baptismo consulendum, cl. 2. 34. a. p. sacramentum non praebatur, cl. 2. 18. a. p. Cathecumenus quatenus clericus esse non potest, cl. 3. 137. c. f. Cathedra sancti Petri, cl. 2. 55. d. f. Cathedrae episcopales, cl. 3. 105. b. m. Cathedrales ecclesiae, cl. 2. f. 17. c. f. Cathedralis ecclesia vel regularis vltra tres menses non vacet, cl. 1. 124. b. f. Catholica fides, cl. 1. 121. b. m. cl. 2. f. 3. 35. a. m. cl. 2. f. 3. 45. c. p. Catholica Basilij prius haeretici confessio, cl. 1. 84. c. m. Catholica haereticorum matrimonio non socianda, cl. 2. 11. b. p. Catholicae fidei regulae contra Priscilianos, cl. 2. 24. a. m. plenitudo, cl. 2. 72. d. f. veritas, cl. 1. 140. a. p. Catholicae & Apostolicae ecclesiae fides, cl. 1. 16. c. m. Catholici, in haeresim transeuntes si non reuertuntur, cl. 2. 3. d. f. causam apud infideles proponentes, cl. 2. 21. d. p. haereticorum martyria non ingrediantur, cl. 2. 11. b. p. qui filios suos haereticis baptizandos tradiderunt, cl. 2. 45. b. m. Catholicus episcopus vel presbyter aut diaconus ad quem Nouatianus accedit suam habeat dignitatem, cl. 1. 7. c. p. Cauenda haereticorum connubia, cl. 2. 11. c. m. Cauponarius non exerceat clericus, cl. 1. 89. b. m. cl. 2. f. 3. 33. a. p. Causa personae accusatae, cl. 3. 29. c. m. appellationis exprimentada, cl. 125. b. m. nestorij damnati, cl. 1. 37. c. p. Causae ecclesiasticum forum concernentes, cl. 1. 214. a. f. episcoporum, cl. 3. 102. a. f. 122. c. f. 128. d. f. & 129. b. m. 101. a. f. terminandae, cl. 3. 103. b. m. non sunt terminandae absque autoritate summi pontificis, cl. 3. 127. b. f. Causae difficiliores ad sedem apostolicam referantur, cl. 3. 98. a. m. Causae maiores episcoporum ad sedem apostolicam sunt deferendae, cl. 3. 117. c. f. Causae maiores ad sedem apostolicam referendae, cl. 3. 96. d. f. Causae difficiliores ad sedem Apostolicam referantur, cl. 3. 98. a. m. Causae praecipuae mali omnis tres, cl. 2. f. 17. a. m. Causae quae legibus non continentur, vel quae prohibitae non sunt, cl. 3. 127. a. p. Causae clericorum quae ab apostolica sede terminari debent, cl. 3. 134. b. m. Causae propter quas licet romam appellare, cl. 1. 156. b. f. Causae schismatis, cl. 1. 203. b. f. Causam si qui habuerint aduersus episcopos vel actores, cl. 3. 110. c. m. 126. d. m.

Causam D. Cyrilli enervant constantinopolitano, cl. 1. 38. d. p. Causidici ad clerum non admittendi, cl. 3. 138. c. m. Cedere compellantur qui postularunt licentiam cedendi, cl. 1. 124. d. m. Celebratio missarum, cl. 2. f. 3. 40. c. m. 50. d. m. qua hora inchoanda, cl. 2. 50. d. m. conciliorum, cl. 1. 153. b. m. Ieraniarum quando, cl. 2. 47. b. f. Pentecostes, cl. 2. 4. b. p. Celebrare festa cum paganis non licet, cl. 2. 11. c. f. Cellula sacerdotis, cl. 2. 21. a. p. Cellulas non construat monachus, cl. 2. 47. b. m. Censura excommunicationis cur pafsim in inobedientes & c. cl. 2. f. 3. 30. c. p. Censurae abusu, cl. 2. f. 3. 70. c. f. & vitiorum ibidem. Censuræ & alij prouentus, cl. 2. f. 3. 39. c. p. Centurio quid, cl. 1. 91. c. f. Cerei in cœmiterijs non incendiendi, cl. 2. 4. a. m. Certitudo & synceritas fidei à sanctis patribus petenda, cl. 1. 34. b. f. Celsiones, cl. 2. f. 3. 36. d. p. Charitas, cl. 2. f. 3. 78. b. p. deus est, cl. 2. 99. d. p. Charitatis laus, cl. 3. 176. a. m. Chartula fidei Polychronij haeretici, cl. 1. 80. c. m. Chalcedon vrbs, cl. 1. 49. b. f. Chalcedonense concilium Eutychem & diofcorum damnauit, cl. 1. 165. b. m. Chalcedonenis concilij decretum, cl. 1. 168. a. p. synodus & c. 1. 49. b. m. à 630. patribus celebrata cl. 1. 169. a. f. Chara deo veritas, cl. 1. 69. c. p. Cherubicus hymnus, cl. 1. 55. b. m. Childebertus rex, cl. 2. 57. a. f. Chindasindus rex, cl. 2. 77. a. p. Chore Synagoga, cl. 1. 89. a. f. Chorepiscopi, cl. 2. 9. b. p. episcoporum vicarij sunt cl. 2. 2. a. p. reprehensi in manu impositione liberiori, cl. 3. 171. a. p. Chorepiscoporum autoritas & dignitas, cl. 2. 2. a. p. Chori disciplina obseruanda, cl. 2. f. 3. 61. b. f. Chori secularium in ecclesia non admittendi, cl. 2. b. 6. c. p. Chrisma, cl. 1. 10. b. f. à nullo presbyterorum conficiendum, cl. 1. 10. b. f. vnde, cl. 1. 10. b. f. custodiatur sub fero, cl. 2. 134. c. m. custodiant presbyteri sub sigillo, cl. 2. 94. c. f. & eucharistia, cl. 1. 124. a. f. alterius episcopi nullus accipiat, sed proprium, cl. 2. 36. d. f. Chrisma nouum conficiatur per annos singulos & vetus incedatur, cl. 3. 106. d. p. m. f. petat à presbytero presbyteri parochiani, cl. 2. 21. b. p. à medio quadragesimae, cl. 2. 63. c. p. ab episcopo conficiatur, cl. 3. 18. b. p. cl. 2. 24. a. m. non conficiatur presbyter, cl. 2. 18. c. f. 17. a. p. Chrismandum post baptismum, cl. 2. 11. d. p. Chrismatum vnctio in confirmatione, cl. 2. f. 3. 78. d. f. Christi & sanctorum imagines probandae, cl. 1. 97. d. p. Christi paupertas vnde sit aestimanda, cl. 1. 28. d. m. gratia, cl. 2. 28. d. p. corpus in singulis portionibus, singulorum accipiunt, cl. 3. 160. c. p. nostris corporibus cognatum est & consubstantialiale cl. 1. 29. d. f. carne propria factam, cl. 1. 29. c. p. passio à prophetis praedicta, cl. 1. 26. a. m. contra calamitates nos obarmat, cl. 1. 29. a. p. ecclesia qualiter cepit crescere ab exordio natiuitatis suae, cl. 2. 119. b. m. Christiana fortitudo, cl. 2. 35. b. p. mancipia. cl. 2. 50. d. p. alienis non vendantur, cl. 2. 84. b. p. à ludæis retenta redimi possunt, cl. 2. 60. c. m. Christianae doctrinae summa in Enchiridion conprehensa, cl. 2. f. 3. 22. c. f. Christiani ad nuptias euntes, cl. 2. 11. d. m. sabbatizare non debent, cl. 2. 11. c. m.

Christiani Caesaris zelus, cl. 1. 39. c. f. Christiani qui cum ludæis vescuntur, cl. 2. 4. b. m. Christiani populi iudices non sint iudæi, cl. 2. 59. b. f. Iudæi non deputantur iudices, cl. 2. 60. b. f. Christianitatis decani, cl. 2. f. 3. 63. c. m. Christiano non licet cum mulieribus lauacra exercere, cl. 2. 11. c. m. Christianorum nuptiae, cl. 2. 45. d. p. nomē vbi prius appellatum, cl. 1. 13. c. p. Christianos captiuos si quis interfecerit, cl. 2. 130. c. f. Christianus non sectetur conuiuia ludæorum, cl. 2. 60. c. p. in pecudes non iuret, cl. 2. 53. a. p. Xpi. Ius, cl. 1. 54. a. m. Christo mille millia angelorum ministrant, cl. 1. 36. a. f. Christum ex sententia Arrianorum mutabilis esse nature, cl. 1. 4. d. m. varijs modis coli, varijs nationibus non impedit seruata veritate fidei, cl. 1. 87. c. p. patri esse hominibus, cl. 1. 15. a. p. quando que non fuisse negat Charisius, cl. 1. 174. d. p. missum, cl. 1. 29. d. m. non esse glorificatum à spiritu sancto tanquam ab aliena virtute, cl. 1. 17. c. f. non esse Theophorum sed Deum, cl. 1. 17. c. m. post assumptionem animatae rationalis & intellectuales carnis simul federe cum Deo patre, cl. 1. 103. a. f. ab aliquo deiferum hominem nominari non debere, cl. 1. 26. d. m. deiferum hominem esse ex Basilio, cl. 1. 26. d. p. Christum in carne passus, cl. 1. 30. d. f. est vnus ante secula ex parte natus, & in tempore ex virgine editus, cl. 3. 128. a. f. caput nostrum oblata fidelium suscepisse non ambigitur, cl. 2. 119. b. m. secundum veram vnionem vna adoratione adorandus, cl. 1. 23. a. m. frater diligentium ipsum appellatus, cl. 1. 23. a. f. à spiritu non tanquam ab aliena virtute sed propria, in deitate & humanitate perfectus, cl. 1. 83. a. f. Melchisedech secundum sacerdotium comparatus, cl. 1. 35. c. p. In forma serui propter carnem, cl. 1. 27. b. p. vnus ex duabus naturis, cl. 1. 27. b. f. operandi virtutem non habuit secundum similitudinem sanctorum cl. 1. 27. c. m. vnus dominus, cl. 1. 17. a. f. Christum secundum carnem ex spiritu sancto natum ex Theodoro, cl. 1. 27. d. f. Christus pontifex & apostolus confessionis nostrae, cl. 1. 17. c. f. & 23. b. m. oblatione non indignus, cl. 1. 17. d. p. circumscribibilis, cl. 1. 103. c. p. Deus simul & homo, cl. 1. 17. c. m. humani generis redemptor, cl. 1. 13. d. m. venturus, cl. 1. 17. a. p. in similitudinem carnis peccati veniens, cl. 1. 78. d. m. pontifex noster & sacrificium factus, cl. 1. 28. c. m. non duplex etiā si ex duabus diuersis rebus intelligatur in vnitate coadunatus, cl. 1. 33. b. f. dei virtus & sapientia, cl. 1. 33. c. f. resuscitatus seipsum ex mortuis, cl. 1. 3. 4. b. p. corpus suum templum appellauit, cl. 1. 27. a. m. Christus conuoluntarius patri, cl. 1. 74. d. f. quomodo de caelo, cl. 1. 20. a. f. In deitate & humanitate perfectus, cl. 1. 20. a. f. non dici debet vnigenitus, quia solus de virgine natus sit, cl. 3. 155. a. m. cur pontifex vocatus, cl. 1. 36. a. f. vno nomine deum & hominem significat, cl. 1. 103. c. p. theophoros non dicendus, cl. 1. 48. b. p. ex muliere carnaliter procreatus in tempore, cl. 1. 48. c. p. patri secundum diuinitatem nobis secundum humanitatem consubstantialis, cl. 1. 19. a. p. secundum diuinitatem impassibilis secundum humanitatem passibilis, cl. 1. 19. a. m. Deus simul & homo vnus & idem, cl. 1. 48. a. f. summus sacerdos & pontifex, cl. 2. 61. a. m. ecclesiam in hoc seculo per septem dies construit, cl. 2. 119. a. f. Filius dei idē Abrahæ ac Dauidis, cl. 1. 32. b. f. veritas & patris lumen, cl. 1. 107. d. m. comprehensibilis, cl. 1. 103. c. p. secundum Adam, cl. 1. 74. c. m. Christus deifer nominari non debet, cl. 1. 26. d. m. hominem suscepit integrum sine peccato, cl. 3. 128. a. m. in figura humana pingendum non

agni, cl. 1. 92. b. f. patientiae suae doctor, cl. 1. 59. c. p. ex tempore factus, cl. 1. 83. a. f. voluntarie passus cl. 1. 53. d. m. cur pro nobis passus, cl. 1. 16. a. p. propter nos filius hominis vocatus, cl. 1. 17. a. m. Christum in nobis habitasse quid sit, cl. 1. 19. b. p. Christus creator ab Hippolyto & Calisto creatura factus, cl. 1. 10. a. f. mediator dei & hominum cl. 1. 17. b. p. non aliena sed propria virtute operandi facultatem accepit, cl. 1. 35. b. m. Chrysofomi tempore imagines pingebantur, cl. 1. 98. c. m. expositio in hæc verba nunc anima mea turbata est, cl. 1. 75. b. f. Chrysofoli, cl. 1. 80. c. m. Cibum cum excommunicato sumere non licet, cl. 2. 63. d. f. Cibus & potus in congregatione ecclesiastica equaliter accipiantur, cl. 2. 106. b. m. eius mensura. ibidem f. Cinciani epistola, cl. 1. 55. c. p. Cingulum militiae secularis, cl. 2. 16. c. p. qui post baptismum acceperunt non sunt admittendi ad clerum, cl. 3. 134. b. m. Cisterciensis ordinis monachi, cl. 1. 119. c. p. Ciues ad certas solennitates inuitandi, cl. 2. 40. b. f. Ciuitas noua nouam dignitatem habeat, cl. 1. 90. c. f. Ciuitas Ferrariensis, cl. 1. 159. b. p. Rhegitana, cl. 1. 70. b. p. Ciuitati suae Nestorius odibilis factus, cl. 1. 16. b. p. Ciuitatum discretio, cl. 3. 97. d. m. Clandestina coniugia non contrahantur nec tolerentur, cl. 2. f. 3. 73. c. m. non attendanda, cl. 2. f. 3. 12. b. m. Claudi aut aliqua parte corporis minuti an sacro ordini possint adiungi, cl. 2. 130. c. m. Claudus à medicorum incisione non prohibetur à sacris ordinibus, cl. 2. 45. c. m. Claustra habitantes simul in vno dormitorio dormiant & in eodem refectorio reficiantur, cl. 2. 95. c. p. Claustra canonicorum diligenter munienda, cl. 2. 105. d. f. Claustra perpetua monialium, cl. 2. f. 3. 10. d. p. Claustra monasteriorum virginum, cl. 2. f. 3. 84. a. m. Clemens papa secundus, cl. 3. 87. d. p. Clementis opera ab haereticis deprauata, cl. 1. 2. b. p. Cleobius, cl. 1. 78. b. m. Cleri germaniae reformatio, cl. 2. f. 3. 32. b. p. Clericali officio ambitionem maximè repugnat, cl. 2. f. 3. 17. a. f. Clericalis honestas & decencia, cl. 2. f. 3. 83. b. f. Clericatu digni, cl. 1. 10. d. p. Clerici, cl. 2. 6. c. f. & 27. c. p. & cl. 3. 139. d. p. & cl. 2. 28. b. p. & 29. a. p. maledicti, frequentiter litigantes, discordantes, turpilique, vagi, per creaturas iurantes, cantantes inter epulas, sani ieiunia pollutentes, cl. 2. 21. c. p. innocentes iniuste deieci quomodo recipiendi, cl. 2. 69. d. m. magos aruspices ariolos, augures, sortilegos confulentes qualiter puniendi, ibidem. sine literis episcopi proficiunt, cl. 2. 32. d. m. ab haereticis ordinati non sunt admittendi, cl. 3. 137. d. f. de ecclesiasticis beneficijs gaudere non debent, quorum praedia & domos non restaurant, cl. 2. f. 3. 33. b. f. contraheutes post clericatum, cl. 3. 178. d. p. ab officio continentur, cl. 2. 21. b. f. si defuerint de monachis eligantur, cl. 3. 162. c. p. viduarum familiaritati non associantur, cl. 2. 21. d. f. de iudicio episcoporum suorum conque rantur, cl. 2. 25. c. f. ad viduas vel virgines non habeant accessum, cl. 2. 18. b. f. extraneam mulierem non habeant, cl. 2. 4. a. p. & 7. b. p. qui defecerunt ad phoenicem, deponantur, cl. 1. 113. d. m. quos Bonofus ordinauit antequam dānaretur suae

recipi.

recipiendi, cl. 3. 137. b, m nullam cum extraneis...

Clerici fugitivi, cl. 2. 101. a p. iudices seculares appetentes excommunicandi, cl. 2. 59. c p. concubinariorum, cl. 2. f. 3. 36 a m...

Clericis presentibus laicus non doceat, cl. 2. 21 d m Clericis emendi vilius vel vendendi carius non permittatur licentia, cl. 2. 39, a p...

2. 33 d m Clericum non constringat aut discutiatur secularis iudex, cl. 2. 53 a m Clericum suo officio intentum esse oportere, cl. 2. f. 3. 15 d f...

Clericus ubi legerit ibi permaneat, cl. 2. 25 b f Clericus a suo episcopo excommunicatus, cl. 1. 21. a m Clericus iniuste ab episcopo suo excommunicatus, cl. 1. 12. a f...

Celestii errores damnati, cl. 3. 138 d m Celestini littere recitatae, cl. 1. 174. b m Celestini papae auctoritas in concilio & damnatione haereticos, cl. 1. 17 d f...



communicatorum epistolae confessorum, cl. 2.3, d f
communicatorias literas portantes, cl. 2.4 c p
communicet fidelium quique ter in anno, cl. 3.1 07, b f
Communio, cl. 2.11, b f
Communio sacramentalis, cl. 2.13, 73, d p
Communio quibus denegata, cl. 2.60, c m
Communio vnius speciei, cl. 2.13, 79, c m
Communio ecclesiae non contemnenda, cl. 2.9 a m
Communio schismatica vitanda, cl. 2.13, 71, b m
Communio sub vna specie tantum, cl. 1.131, c p
Communione sacramentorum qui neglexerint qua sepultura sepeliendi, cl. 2.13, 34, b m
Communione sacramentorum etiam in cena Domini debemus accipere, cl. 3.102, d m
Communione priuatur, qui clericum alienum defendere nititur, cl. 2.37, a p
Communione qui priuantur & ita moriuntur, cl. 3.154, b m
Communione priuati a suis episcopis, cl. 2.48, a m
Communione laicorum tempus, cl. 2.32, a p
Communiorum Romani papae, cl. 2.26, b p
Communiorum contra donatistas, cl. 2.28, b f
Comparatio piscatorum cum Petro episcopo, cl. 1.56, c m
Compendium fidei christianae, cl. 3.89, c m
Competentia, cl. 2.13, 38, a m
Competentia pastorum, cl. 2.13, 63, d m
Competentia assignanda, cl. 2.13, 62, a m ecclesiae Egyptiorum & Alexandrinorum, cl. 1.8, c m
Completorium, cl. 2.107, c p
Compositio corporis dominici super altario, cl. 2.54, a m
Compositio debita exterioris hominis, cl. 2.13, 44, d m
Comprovinciales episcopi de pascha suam inquirant primates, cl. 2.17, d f a metropolitano vocati, cl. 2.50, a m
Computatio consanguinitatis, cl. 2.132, c f
Conatus Ioannis antiocheni subdolosus, cl. 1.47, d f
Conceptio beatissimae virginis mariae, cl. 1.157, d p, 142, a, f
Concessus presbyterorum in ecclesia cum episcopo, cl. 2.21, b p
Conciliabulum caiphaicum, cl. 1.108, a f
Conciliabulum caiphaicum, cl. 1.107, a p
Concilia generalia, cl. 1.131, d m quatuor constantinopoli celebrata, cl. 1.14, b m
Concilia ter in anno celebranda, cl. 1.9, d p
Concilij apostolorum epistola, cl. 1.1, d m Aphricani epistola, cl. 2.29, a, f, symbolum ibid m ancyranum capitula, cl. 2.2, b m Basilienfis stabilitas, cl. 1.140, c f ferrariensis fides, cl. 1.165, c m hierosolymitani epistola, cl. 2.10, a f chalcedonensis decretum, cl. 1.168, a p symyrensis fides, cl. 2.10, b m
Concilij dies, cl. 2.28, a f generalis potestas Tolitano pontifici concessa, cl. 2.91, c p
Concilij Niceni epistola ad ecclesiam aegypti, lybiae & pentapolis, cl. 1.8, b p tertij apostolorum deliberatio, cl. 1.1, d m gesta episcoporum subscriptionibus confirmantur, cl. 2.19, c f Niceni primi oecumenici origo & progressus, cl. 1.4, b m
Concilio inobedientes puniendi, cl. 1.131, b f 153, b f
Concilio interesse qui tenentur non recedant sine licentia, cl. 1.153, b f interesse liberum est cuiilibet, cl. 1.153, b f
Conciliorum celebratio, cl. 1.153, b m consuetudo, cl. 1.164, a m factorum autoritas, cl. 2.13, 2, c m
Concilium ferrariense, cl. 1.68, d p lateranense sub innocencio papa tertio, cl. 1.120, c f generale ad quas causas congregandum, cl. 2.25, b

p, & particulare ibidem chalcedonense Eutychem & dioforum damnauit, cl. 1.165, b m secundum euangelistarum vestigia sequuntur, cl. 1.168, a m constantiense, cl. 1.68, c m generale est supra papam, cl. 1.131, a, f, 153, b f adire negligit Nestorius ter admonitus, cl. 1.47, c p fiat singulos annos, cl. 2.17, d f Nicenum a 318, partibus celebratum, cl. 1.165, a f Arrium damnauit, cl. 1.165, b p a Syluestro presuli presente Constantino confirmatum, cl. 1.9, c, f contra donatistas, cl. 2.28, c, f contra Ignatium, cl. 3.186, c, f episcoporum bis in anno in singulis prouinciis fieri, cl. 1.7, b, m Sardicense quo tempore celebratum, cl. 1.10, d f lateranense sub Alexandrino tertio, cl. 1.114, c, p legitimum esse definitur, cl. 1.213, a, f
Concilium ferrariense translatum, cl. 1.189, d, f florentinum, cl. 1.68, c, f ephesinum, cl. 1.167, b, p primum ubi celebratum, cl. 3.87, c, m
Concilium adire renuit Ioannes Antiochenus ter vocatus, cl. 1.47, d m
Concio habenda per visitatores, cl. 2.13, 31, b, m
Concione finita quid recitandum, cl. 2.13, 22, d f, & 23, a, p
Concio quomodo finienda, cl. 2.13, 22, d, f
Concionandi ordo quem simpliciotes sequuntur, cl. 2.13, 22, d, p
Concionatores, cl. 2.13, 40, c, m obseruandi quo modo doceant, cl. 2.13, 81, a, m plebem verum missae usum doceant, cl. 2.13, 81, c, m
Concionatoribus qui libri vitandi, cl. 2.13, 66, d, p
Concionatoris officium, cl. 2.13, 50, b, f
Concordia maximi & iuuenalis episcopi, cl. 1.51, b, p
Concordia ab omnibus indurpta tenenda, cl. 2.94, c, p reparata a populo Antiocheno, cl. 1.14, b, m
Concubinam ad parentes redire volentes, cl. 2.13, 58, d, p relabentes ibidem, & vxoris discrimen, cl. 3.154, a, f
Concubinarij, cl. 1.155, a, p clerici, cl. 2.13, 86, a, m puniendi, cl. 2.13, 10, c, m monachi vel sacerdotes, cl. 2.13, 70, d, f
Concubinatus clericorum, cl. 2.13, 58, c, p
Concubinus clericorum qualis poena infligenda, cl. 2.13, 4, d, f
Concupiscentia triplex, cl. 2.13, 45, b, p non con summata, cl. 2.2, d, m
Condemnantur quidam libelli scandalosi, cl. 1.146, c, m
Condemnetur nemo sine accusatore legitimo, cl. 2.73, d, f
Conducentia ad ephesini concilij historiam cognoscendam, cl. 1.15, b, p
Condemnatio Palladij haeretici, cl. 2.15, b, p
Confabulandum non esse in ecclesiis, cl. 2.95, d, f
Confessarius presbyter quid confidentem doceat, cl. 2.13, 35, b, p
Confessi de se, non credendi super crimine alieno, cl. 3.122, d, m
Confessio, cl. 2.13, 4, c, p 45, d, f 79, a m oris, cl. 1.212, c, p per vim extorta, cl. 3.99, b, f & c, p, m constantini imperatoris, cl. 3.118, b, m Marcelini, cl. 3.115, c, m non reuelanda, cl. 2.13, 79, b, f sacramentalis, cl. 2.13, 73, d, p cl. 3.88, d, p poenitent, cl. 3.90, a, f sacerdotum praemittenda ante sacrificium missae, cl. 2.13, 81, c, p faciendae & non reuelanda sacerdoti, cl. 1.124, 2, f auctularis, cl. 2.98, c, m quo tempore fuit, cl. 2.97, c, f & d, p, m Basilij prius haeretici catholica, cl. 1.94, c, m
Confessione recitata quid agendum per parochum, cl. 2.13, 25, c, m
Confessionibus audiendis qui praefici debent, cl. 2.13, 79, a, f
Confessionibus factis sine testimonio, nemo ad sacrae eucharistiae perceptionem admittatur, cl. 2.13, 79, b, m
Confessores speciales deputentur in singulis ar

chidiaconatibus, cl. 2.134, b, m sanctimonialium, cl. 2.13, 74, a, p
Confessorum epistolae communicatorum, cl. 2.3, d, f literas portantes alias accipere, cl. 2.5, b p
Confessus alteri quam parochio, cl. 2.13, 24, b p
Confirmandus in fronte iniungitur, cl. 1.212, b p
Confirmari precatur nicenum concilium a Romano, cl. 1.9, c, p
Confirmatio, cl. 2.13, 50, d, m & 23, b, f, & c, p sicut baptismus non iteranda, cl. 2.97, c, p secundum sacramentum, cl. 1.212, a, f canonum, cl. 2.40, c, p legum quae in Iudaeorum nequitia promulgatae sunt, cl. 2.91, d m electionis, cl. 2.13, 14, a, p
Confirmati susceptores cuius sunt admonendi, cl. 2.13, 23, c, m
Confirmationis sacramentum, cl. 2.13, 4, b m sacramenti doctrinae modus, cl. 2.13, 78, d, m materia, cl. 1.212, a, f minister, cl. 1.212, a, f
Confirmetur gesta concilij subscriptionibus episcoporum, cl. 2.19, c, f
Confirmetur nullus secundo vel tertio, cl. 2.39, b, f
Confiteor vnum baptismum symbolo appositum, cl. 1.174, a, p
Confratrie non sunt de nouo erigenda, cl. 2.13, 11, a, p
Confugientes ad ecclesiam, cl. 2.13, 58, a, f pro qua libet culpa, cl. 2.46, c, f non tradentur, cl. 2.33, d, m inde vi non extrahantur, cl. 2.92, a, m ad hostes, cl. 2.73, d, f
Confusiones duae sunt, cl. 2.119, b, p
Congregati Apostoli ad fidei negotia tractanda, cl. 1.1, a, f
Congregatio prima apostolorum seu synodus, cl. 1.1, b, p secunda apostolorum seu synodus, cl. 1.1, b, p
Quarta apostolorum seu synodus, cl. 1.1, c, p apostolorum quae fuit post Spiritus sancti missionem concilium non est, cl. 1.1, b, m
Congregationes nouae, cl. 2.39, d, f
Congrua portio, cl. 2.13, 38, a, m
Coniugati a coniugibus se abstineant in diebus sacris ieiuniorum, cl. 3.126, a, f postea in adulterium lapsi, cl. 2.4, c, f clerici nisi continentiam praestentur, diaconi non fiat, cl. 2.14, a, m monasterium ingressi vel ingredi volentes, cl. 1.11, f, a p ab episcopo vsque ad diaconum, sine testimonio non viuunt, cl. 2.47, c, f archiepiscopi quomodo dormiant, cl. 2.54, d, p m sacerdotes, cl. 2.13, 70, d, m concubinarij, ibid, f diaconi non ordinentur, cl. 2.37, a, p quomodo ad sacerdotum prouehantur, cl. 2.6, b, p fideles, si cum Iudaea vel gentili morantur sint, cl. 2.4, d, m
Coniugatis poenitentia detur ex consensu, cl. 2.6, c, m
Coniugatus presbyter, cl. 2.5, c, f
Coniugia clandestina non contrahantur, cl. 2.13, 73, c, m non dirimenda, cl. 2.97, c, m si qui duplicauerint ad quos ordines promouendi, cl. 2.34, a, f pristina tradantur poenitentibus qui bursi, cl. 2.73, c, f numerosa qui habent ab ecclesiasticis officiis arceantur, cl. 3.146, d, p incasta, cl. 2.33, a, p
Coniugij duplicatio non est quando ancilla relicta vxor assumitur, cl. 3.154, b, p
Coniugio non copuletur monachus, cl. 2.54, c, p
Coniugium a presbytero non sumendum, cl. 1.10, d, m nullum fiat sine dote, cl. 1.37, b, m cathemenaem feminae, cl. 2.4, c, m in quarta generatione copulari permittitur, cl. 2.101, c, p carnale subdiaconis denegatur, cl. 3.15, a, m eorum, qui ex gentilitate veniunt, cl. 2.3, d, p
Coniunctio coniugum in facie ecclesiae contrahenda, cl. 2.13, 25, d, f
Coniunctiones incastae, cl. 2.50, c, p cl. 2.53, b, m cl. 2.94, b, f 40, b, p, 56, c, f adulterinae, cl. 2.55, b, f, & c, p m, f & d, p m, incastuosae ibidem, consanguineorum, cl. 3.105, a, p

Coniurantes aduersus principem, cl. 2.83, a m
Coniuratores contra episcopum, cl. 1.52, d, p
Conon monachus, cl. 1.66, d m
Connubia legitima quibus temporibus prohibenda, cl. 2.132, c, m
Connubia haereticorum cauenda, cl. 2.11, c, m
Connubio sese alligantes contra vorum solenne praestitum, cl. 2.13, 59, a m
Connubium nulli nisi legitimum habere liceat, cl. 2.89, c, p
Consanguineam si quis polluerit, cl. 2.130, b m vxoris suae vel sponsae propriae qui cognouit, cl. 1.116, d m
Consanguinei tantum vel antiqui & veraces propinquitatem in synodo computent, cl. 3.107, b, f
Consanguineorum coniunctiones, cl. 3.105, a, p prohibiti in contrahendo, cl. 3.179, a m computatione, cl. 2.132, c, f
Conscientia pura apud deum est habenda, cl. 2.69, c, m
Conscii corruptionibus virginum, cl. 2.2, b, m
Conscriptio Arrii igni tradenda, cl. 1.8, c, f
Conscriptionem Arrii occultans morte dignus, cl. 1.8, d, p
Consecratio, cl. 2.13, 52, c, f
Consecratio ecclesiarum, cl. 2.2, d, f
Consecratio quo tempore fiat, cl. 1.91, b, m
Consensus ecclesiarum, cl. 1.29, c, f
Consensus Faclicis papae, cl. 1.14, 5, d, m
Conservatio mundi, cl. 2.13, 77, d, m
Consuetudo incarnationis verbi dei, cl. 1.15, d, m
Consignari qui debeant ab episcopo, cl. 3.133, c, f
Consobrina non ducenda, cl. 2.51, d, m
Consobrinam accipere non licet, cl. 2.63, d, p
Conspirantes aduersus episcopos, cl. 2.104, c, m
Conspiratio clericorum, cl. 2.51, a, m
Constantiensis synodus, cl. 1.128, c, p
Constantini festum celebrat vigesima prima maij Graeca ecclesia, cl. 1.4, d, p
Constantini adiecta contra haereticos, cl. 1.14, b, p epistola ad concilium in Tyro, cl. 1.9, a, f imperatoris praecipua virtus pro fide, cl. 1.14, a, f epistola ad omnes episcopos & reliquum populum, cl. 1.8, c, f confessio, cl. 3.118, b, m religio pietas & affectus erga ecclesiam, cl. 1.4, c, m modestia, cl. 1.4, c, epistola ad Alexandrum & Arrium haeticum, cl. 1.6, b, m
Constantinopolis ante Constantinum Byzantium dicta, cl. 1.14, b, f
Constantinopolitana sedes aequatur Romanam, cl. 1.90, c, p ecclesia haereticis blasphemis subfossa, cl. 1.13, c, p
Constantinopolitanae synodi zelum, cl. 1.13, b, m fides, cl. 1.13, b, m ad Damasium papam epistola, cl. 1.13, a, p sententia contra Anthimum, cl. 1.63, d, p oratio, cl. 1.13, b, p
Constantinopolitani causam D. Cyrilli enervant, cl. 1.39, d, p
Constantinopolitanum concilium macedonijs & Apollinaria, cl. 1.165, b, p symbolum, cl. 1.168, a, p a Niceno non discrepat, cl. 1.168, d, f
Constantinop. populus cum episcopo fuit dio cum lachrymis Deo supplicationes intendit, cl. 1.53, b, f
Constantinus baptizatus a Syluestro episcopo Christum praedicat, cl. 1.10, a, p christianae pietatis illustrator, cl. 1.38, c, m diaconus, cl. 1.36, c, f, presbyter A. pamae, cl. 1.80, e, f, cu Arriani haeretici conspirabat, cl. 1.169, c, f Nacoli haereticus, cl. 1.106, d, p cur ad se tyrenum concilium euocat, cl. 1.9, b, p
Constituta patrum inuiolata maneat ubi nulla vget necessitas, cl. 3.162, a, f
Constitutae ecclesiae in barbaricis gentibus quo

modo regenda, cl. 1.14, d, f
Constitutio ecclesiae charitati cedat, cl. 2.13, 27, a, p
Constitutio de concubinariis, cl. 1.133, c, m demnatis, ibidem.
Constitutio Iustiniani contra Anthimum, seu Petrum & Zoaram, cl. 1.63, b, p
Constitutiones, cl. 2.13, 48, c, m ecclesiae, cl. 2.13, 80, d, m, & 26, c, f humanae, cl. 2.13, 33, a, f, sacerdotum, monachorum & monacharum sine muneribus faciendae, cl. 1.109, d, m principum non praedecent ecclesijs, cl. 1.125, d, m
Constitutio in nouatio contra Simoniacos, cl. 1.213, d, m
Constitutis in sacris ordinibus incumbere potest studijs prohibetur, cl. 1.111, c, m
Consubstantialitatis praesides, cl. 1.24, a, m
Consuetudines ecclesiasticae, cl. 2.13, 26, c, f variae diuersarum ecclesiarum non improbandae, cl. 3.178, d, m nihil obsunt saluti humanae, cl. 3.187, d, m
Consuetudo conciliorum, cl. 1.164, a, m vim legis habet, cl. 1.42, a, f
Consuetudo laudabilis qua nihil contra fidem agitur, cl. 3.101, d, f seruanda quae non est contra fidem, cl. 3.102, a, m
Consuetudo perniciosa nequaquam retinenda, cl. 2.69, b, m
Consuetudo mala vitanda est, cl. 3.187, d, m
Consulatus Basilij, cl. 1.67, b, p
Contra inanem haereticorum fiduciam, cl. 1.218, a, p
Contra Acephalos ipatij liber, cl. 1.20, d, f
Contra Flavianum Antiocheni, cl. 1.14, b, p
Contra Macedonium constantinopolitanum synodus, cl. 1.14, c, p
Contemptores conuentuum, cl. 2.5, d, p
Contentio synodorum quos apostatae celebrant, cl. 1.1, a, f
Contentiones qui amant, corripiantur, cl. 1.114, b, p cl. 2.33, c, p
Contentiones & rixas qui amauerint, b, f
Contentiosa iurisdicctio ecclesiastica, cl. 2.13, 30, b, m
Contentiosi per quos ad pacem reuocandi, cl. 2.13, 18, c, f eorum poena, ibidem, d, p
Contentiosus in ecclesia dei, notetur vsque quo se corrigat, cl. 3.160, c, p
Continentum a propria vxore ante sacrae communionem, cl. 2.4, d, f
Contentientia clericorum, cl. 2.21, b, m
Contentientia ordini sacro annexa, cl. 1.86, d, f
Contentientiam professa viduae, praenata, cl. 2.21, d, f
Contentio bona fidei in omni praescriptione, cl. 1.125, d, p
Contritio, cl. 2.13, 79, a, m
Contritio cordis, cl. 1.212, c, p
Contritio in suggesto semper pertractanda, cl. 2.13, 25, a, p
Contumaces clerici, cl. 2.7, c, m, & 3, c, p, & 51, a, p
Conuentio synodi per singulos annos, cl. 2.53, d, f
Conuentionis donatistarum forma, cl. 2.28, b, f
Conuentui pauperi quid licet, cl. 2.13, 33, c, p
Conuentum ephesinum Nestorius contemnit, cl. 1.43, b, f
Conuentus capitulorum quotidianorum quo tempore obseruandi, cl. 2.13, 8, d, m
Conuentus annuus, cl. 2.31, a, p
Conuentus ad anniuersaria episcoporum, cl. 2.13, 19, c, p
Conuentuum contemptores, cl. 2.5, d, p
Conuersae plebes a donatistis, cl. 2.28, d, p
Conuersi haeretici baptizentur, cl. 2.5, b, p
Conuersi infirmi manus impositione accipiunt, cl. 2.5, b, p

Conuersi clerici, cl. 2.47, a, p
Conuersio Pauli quo anno contigit, cl. 1.1, b, p
Conuersionem & mixturam non contigisse cum verbum caro factum est sed vnionem, cl. 1.24, 6, f
Conuersis apostatis & histrionibus poenitentia non negetur, cl. 2.18, c, m
Conuictus duobus vel tribus testibus a clero cesset, cl. 1.7, & f
Conuictus episcoporum sint peregrini & pauperes, cl. 2.95, a, m
Conuinctur nullus in ecclesia, cl. 2.18, c, p
Conuictus, cl. 2.13, 46, c, m
Conuictus Iudaeorum non sectetur Christianus, cl. 2.69, c, p in ecclesijs non celebrentur, cl. 2.27, c, p, & 63, c, m
Conuictus paganorum auferenda, cl. 2.27, c, f
Conuictus haereticorum & Iudaeorum, cl. 2.40, a, p
Conuictus haereticorum fugiat clericus, cl. 2.21, c, m nuptiarum vitent presbyteri, diaconi & subdiaconi, cl. 2.37, c, f non celebrent clerici, nec laici ex symbolis, cl. 2.11, d, m
Conuictus Iudaeorum non vtantur clerici, cl. 2.32, c, m
Conuictus gentium qui vsi sunt, cl. 3.154, c, m
Conuocantur ad synodum pontifices abbates, reges duces & c. cl. 1.15, 4, b, f
Copula indecens sanctimonialium raptarum, cl. 2.56, d, p
Copulantes se proximis suis, cl. 2.48, c, p
Copulati duabus sororibus, cl. 1.4, c, p
Cordis contritio, cl. 1.212, c, p
Cornelius papa, cl. 1.86, c, f vigesimus, cl. 3.107, c, m
Coronis digni cyrillus & Memnon, cl. 1.47, a, m
Corporale, nemo ad extinguendum incendium in ignem proicitur, cl. 2.132, c, m
Corporali peccato occupati presbyteri, cl. 2.2, d, f
Corporis & sanguinis Christi incrementum sacrificium, cl. 1.13, c, p
Corporis dominici compositio super altario, cl. 1.23, c, p
Corporis dominici compositio super altario, cl. 2.54, a, m opertorium, cl. 2.51, d, p
Corpus christi in singulis portionibus, singulorum accipiunt, cl. 3.160, c, p
Corpus christi nostris corporibus cognatum est & consubstantiale, cl. 1.29, d, f
Corpus suum Christus templum appellauit, cl. 1.27, a, m
Correctio fraterna, cl. 2.13, 47, b, f excessuum, cl. 1.122, c, f
Correptio abbatis peccantis, cl. 2.40, a, m
Correptionis modus, cl. 2.108, a, f
Corrigenda vbique, cl. 2.13, 31, b, p
Corruptae mariti ad ecclesiasticos gradus non accedant, cl. 2.38, c, m
Corruptionibus virginum conscij, cl. 2.2, b, m
Cosma diaconus notarius charthophylax, cl. 1.60, c, f
Credenda sunt aliqua quae non continentur expressa in scriptura sacra, cl. 2.13, 3, a, p
Creatio mundi, cl. 2.13, 77, d, m
Creatio hominis, cl. 2.13, 77, d, m mundi, ibidem.
Creator Christus ab Hippolyto & Calisto creatura factus, cl. 1.10, a, f
Crimen capitale incurrentes clerici, cl. 2.32, d, m
Crimen qui obiecit scribat se probaturum, & si non probauerit similem poenam sustineat, cl. 3.146, b, m
Crimen turpitudinis in presbyterum a diacono non adferendum, cl. 1.10, d, m
Crimina capitalia qui obiecit fratri, plectendus, cl. 2.37, a, p
Criminatio in Cyrillum, cl. 1.23, d, f
Criminationes maiorum natu. cl. 3.122, d, m sacerdotum

cerdorum, cl. 2. 41. a. f. doctorem. cl. 3. 104. b p. & 109. d m  
Criminibus implicati, clericos non accusent, cl. 2. 17. a m  
Criminosi manifesti pro questu non ferendi, cl. 2. 13. 30. d p  
Crimibus calamitatis ne quis incedat. cl. 1. 92. d m  
Crucis additionem id Trifagio non adiungendam, cl. 1. 53. c f  
Crux non apponenda in trifagio, cl. 1. 92. b m  
Crux figura in pavimento non fiat, cl. 1. 92. a m  
Crucis signo confirmato signatur, cl. 1. 212. b p.  
Culpa sacerdotum populi ruina saepe exitit & contra, cl. 2. 116. c f  
Culpatorum receptio vel communio apud ecclesiam, cl. 2. 92. d f  
Cultum diuinum pignores, cl. 1. 156. a f  
Cultus diuinus, cl. 2. 1. 3. 50. c. f. diligenter obseruandus, cl. 2. 1. 3. 61. b. f. summa cum veneratio ne est peragendus, cl. 2. 1. 3. 16. d f  
Cultus diuinus propter peccata populi tempore iudicij neglectus, cl. 2. 116. a f  
Cupiditas clericorum qui contra fidem christiana nam iudeis suffragium praestant, cl. 2. 70. d p.  
Cura quae adhibenda in absolueudis hominibus a peccatis, cl. 1. 93. a m. in minoribus ordinibus conferendis, cl. 2. 1. 3. 15. a p  
Cura vicariorum, cl. 2. 1. 3. 14. b f  
Cura animarum praefici non debent religiosi, cl. 2. 1. 3. 13. b f  
Curam habeat episcopus ne praedicator calumnie vexetur, cl. 1. 216. c m  
Curas seculares postponant episcopi, clerici & monachi, cl. 1. 52. a f  
Curati presbyteri, cl. 2. 1. 3. 34. 9 b m  
Curati resideant in suis ecclesiis, cl. 2. 1. 3. 8. d p  
Curati de quibus suos admonere debent, cl. 2. 1. 3. 8. d m  
Cura vnde dicta. cl. 1. 10. d p  
Curiales non admittendi ad clerum, cl. 3. 138. c. m.  
Curiosi clerici damnantur, cl. 2. 1. 3. 17. c f  
Custodes, cl. 2. 1. 3. 9. b f, apud ecclesias suas resideant. cl. 2. 1. 3. 83. a m. religiosae sua officia exequantur, cl. 2. 1. 3. 72. a m  
Custodia Eucharistiae, cl. 2. 1. 3. 40. b p. sacrum virginum, cl. 2. 1. 8. c m  
Cyprici ecclesia sit metropolis, cl. 1. 90. c f  
Cypriani decretum de rebaptizandis haereticis approbatum, cl. 1. 86. c f  
Cyrilli literae ad Sergium, cl. 1. 98. c p  
Cyrilli & Memnonis innocentia, cl. 1. 37. b p. & c m  
Cyrilli liber ad Euoprium, cl. 1. 23. c f. epistolae pro orientalibus scriptae, cl. 1. 20. c p. literae ad Acacium melitenensem scriptae, cl. 1. 17. 1. b f aduersus Theodoretum refutatio, cl. 1. 24. b p. epistola ad sanctos monachos, cl. 1. 32. c m. missa Nestorio, cl. 1. 15. c f. epistolae pars ad Antiocham scriptae recitatur, cl. 1. 164. c f. epistola ad Ioannem Antioch. Mariae, & c. cl. 1. 19. c f. de partu diuae virginis expositio in hac verba non sicut ego volo sed sicut tu, cl. 1. 72. a p  
Cyrilli expositio in hac verba pater si possibile est. & c. cl. 1. 75. c p  
Cyrilli fides, cl. 1. 19. d f. literae ad Ioannem Antiochenum, cl. 1. 167. d m. liber Apologeticus ad orientales episcopos, cl. 1. 31. b p. oppositio, cl. 1. 30. c f. in differendo miravis & solertia, cl. 1. 29. a f. declaratio duodecim anathematismo rum, cl. 1. 21. d p. elocutio in ecclesia Alexandrina, cl. 1. 19. c p  
Cyrilliani. cl. 1. 40. d p  
Cyrillum & Memnonem Synodus Ephesina restitutos supplicat, cl. 1. 46. d m  
Cyrillus, cl. 1. 208. b m. & d f. 166. c m. 208. c f. Alexandriae, cl. 1. 84. a f. cl. 1. 15. c m. 12. d p. in epistola ad Nestorium, cl. 1. 208. d p

am  
Cyrillus non fat habuit symbolo subscribere, cl. 1. 36. d f. episcopus plurima certamina propter Arrianos passus. cl. 1. 13. c m. caelestini vicarius Ephesinae synodo praefuit, cl. 1. 169. d f. iterum a Ioanne damnatus, cl. 1. 18. c p. hierosolymorum episcopus moritur in cuius sede successit Ioannes, cl. 1. 14. b m. Nicenum symbolum caedidius reddidit, cl. 1. 174. b p. contemporaneus Augustino, cl. 1. 17. d f. Christum deum & hominem vna tantum hypostasi ex Maria virgine genitum demonstrauit, cl. 1. 174. a f. cum Nestorio & Memnone depositus. cl. 1. 36. c p. custodiendus traditur Iacobo comiti, cl. 1. 36. c p  
Cyrillus & Memnon episcopi, cl. 1. 36. b m  
Cyrillus congregatorum episcoporum caput, cl. 1. 45. a f. odiose dictus Aegyptius, cl. 1. 36. d p. ad Valerianum Iconij episcopum, cl. 1. 20. d m  
Cyrus Edicensis, cl. 1. 59. d f. episcopus lazorum, cl. 1. 79. c p. episcopus Tyriorum metropolis, cl. 1. 37. d p  
D  
Daemones saepe a sanctorum reliquiis fugantur, cl. 1. 99. b p  
Daemones simulant, cl. 1. 91. c m  
Daemones qui se simulant qualiter puniendi, cl. 1. 91. c m  
Dalmatij domus, cl. 1. 57. c p  
Damascus papa, cl. 3. 127. d, b  
Damascius, cl. 1. 12. b f  
Damasci papae epistola cl. 1. 11. c f  
Damasci professio fidei catholicae, cl. 3. 128. a, f  
Damascus & Theophilus circa flauianum indignati, cl. 1. 14. b m  
Damascus post liberium gubernacula ecclesiae suscepit, cl. 1. 12. b f  
Damnandi sortilegi cl. 1. 91. c m  
Damnati Nestorij causa, cl. 1. 37. c p  
Damnati pro criminibus officium pristinum non usurpet, cl. 1. 13. a f  
Damnati clerici, cl. 2. 27. d m  
Damnati clerici ab aliis non recipiendi, cl. 1. 3. a, f  
Damnatio episcoporum a synodo tractanda, cl. 2. 21. a, f  
Damnatio iniusta episcoporum cl. 3. 123. a, p  
Damnatio clericorum per pecuniam ecclesiasticos gradus assequendum, cl. 2. 73. b, f  
Damnatio Marcellini, cl. 3. 115. c m  
Damnatio Vrbani, cl. 3. 115. a, p. Castorij, ibid.  
Damnatio omnium haereticorum a sex synodis damnatorum, cl. 1. 106. b m  
Damnatur & altera synodus photij in templo Sophiae celebrata habes tres can. cl. 1. 112. a, m  
Damnatus episcopus Equitius, cl. 2. 27. d m  
Damnatus Nestorius, cl. 1. 20. c p. & 168. c m  
Damnatus Victorinus, cl. 1. 10. b p  
Damnatus Maximus cynicus, cl. 1. 15. a, m  
Damnatus Calistus, cl. 1. 10. b p  
Damnatus error vicleui, cl. 2. 1. 3. 6. d p  
Damnatus hippolytus, cl. 1. 10. b p  
Dauid regis electio, atque vinctio cl. 2. 116. d, f  
Dauid in numeratione populi peccauit & c. cl. 2. 116. d, f. edificare voluit Domum domino, ib. 117. a p  
Deambulationes in ecclesiis, cl. 2. 1. 3. 19. b, p  
Deambulationes in templo domini prohibendae, cl. 2. 1. 3. 76. a, f. inter diuina, cl. 2. 1. 3. 83. b, m  
Decani apud ecclesias suas resideant, cl. 2. 1. 3. 83. a m  
Decani qui constituendi, cl. 2. 144. a m  
Decani rurales quales esse debent, cl. 2. 1. 3. 31. d, m  
Decani, temple summi potestas in praeparatores, cl. 2. 1. 3. 18. a, m  
Decani christianitatis, cl. 2. 1. 3. 53. c m  
Decani officium in rebelles, cl. 2. 1. 3. 18. c, m, & 49. c m  
Decani rurales de causis matrimonialibus se non intromittant, cl. 2. 134. b f  
Decani in primis reformandi, cl. 2. 1. 3. 31. b, p

Decanis non licet a suis collegiis abesse, cl. 2. 1. 3. 68. c m  
Decanorum officium, cl. 2. 1. 3. 17. d, p  
Decanorum vigilantia, cl. 2. 1. 3. 18. a, f  
Decem & septem episcopi factionis Arrianae in exilium acti sunt, cl. 1. 4. a, p  
Decima quomodo soluenda aut deneganda, cl. 1. 132. d, m  
Decimae, cl. 1. 101. a, f  
Decimae de terris acquirendis daadae, cl. 1. 127. a, f  
Decimae offerendae, cl. 2. 1. 3. 11. b, m  
Decimae iuxta episcopi dispositionem distribuuntur, cl. 2. 110. d, p  
Decimae ad vsum ecclesiae & pauperum dispensandae, cl. 2. 95. b p  
Decimae pensionum & absentiarum, cl. 2. 1. 3. 34. a, m  
Decimae & alia onera ecclesiastica, cl. 1. 130. c, f, & 152. c, p  
Decimae antiquarum & nouiter consecratarum ecclesiarum, cl. 2. 129. a, p  
Decimae persolueudae, cl. 2. 1. 3. 83. c, p  
Decimae ante tributa soluendae, cl. 1. 127. a, m  
Decimae pleniter dentur, cl. 2. 102. b, p  
Decimae antiquae, cl. 2. 129. c p  
Decimas de manu laicali non recipiant religiosi, cl. 1. 127. c p  
Decimas propter pactum aliquod non amittat presbyter parochialis, cl. 1. 127. a f  
Decimas Abraham dedit Melchisedech, cl. 2. 112. c f. Dare qui negligunt crebro admoniti excommunicentur, cl. 2. 97. b p  
Decimas ex priuilegio religiosi viri non praestantes & de priuilegio abutentes, cl. 1. 116. d f  
Declaratio Beffarionis, cl. 1. 210. c m  
Declaratio duodecim anathematismo rum Cyrilli, cl. 1. 21. d p  
Decreta fidei, cl. 2. 1. 3. 1. a m  
Decreta synodorum sancti spiritus gratia fieri, cl. 1. 175. a p  
Decreta Romanorum pontificum, cl. 3. 188. c m.  
Decreta sedis apostolicae custodiantur, cl. 2. 38. c p  
Decreta veterum, pulchrum est obseruare, cl. 2. 1. 3. 34. c m  
Decretalis circa religiosos & eorum decreta, cl. 1. 214. b, f  
Decretalis prolata contra inuadentes domos cardinalium in electione Romani pontificis cl. 1. 214. b, f  
Decretalis super modo praedicandi verbum dei cl. 1. 214. a, f  
Decretalis edicta su per impositione librorum, cl. 1. 214. a m  
Decretum Cypriani de rebaptizandis haereticis a probatum, cl. 1. 86. c f  
Decretum chalcedonensis concilii, cl. 1. 168. a p.  
Decretum de iustificatione, cl. 1. 217. a f  
Decretum contra simoniam, cl. 1. 130. c f  
Decretum sextae synodi, cl. 1. 168. c m  
Decretum de peccato originali, cl. 1. 216. c f  
Decretum de cassatione literarum false bullatarum, cl. 1. 134. a f  
Dedicationis templi dies, & c. cl. 2. 1. 3. 27. b m  
Defensor ecclesiarum a principe postulandus, cl. 2. 23. a p  
Defensores Arrii, cl. 1. 6. d p  
Defensores ecclesiarum a quibus poscendi, cl. 2. 28. b p  
Definitio quarti vniuersalis concilii Chalcedonensis de duabus naturis in vna Christi persona, cl. 1. 211. b m  
Definitio quartae synodi iterum recitata, cl. 1. 168. b p  
Definitio de duabus voluntatibus duabusque Christi operationibus, cl. 1. 211. c f  
Definitio synodi Romanae celebratae sub Nicolao, cl. 1. 111. b m  
Definitio synodi Ephesinae contra Messalianitas, cl. 1. 41. d m  
Definitiones Nicolai & Adriani papae obseruat.

uat. cl. 1. 112. b f  
Defuncti vxores. cl. 2. 50. c p  
Defuncto Philegone Eustachij communi decrero ad regimen ecclesiae impulsus. cl. 1. 6. c f  
Defunctorum fructus. cl. 2. 1. 3. 39. b p  
Defunctorum oblationes. cl. 2. 21. d m, commemoratio. cl. 2. 1. 3. 5. a p. oblationes qui recinent ab ecclesiae liminibus arceantur. cl. 1. 60. a f  
Degenerum seruorum famulatus. cl. 2. 56. d f  
Deierare qui praesumit sciens infamis efficitur cl. 3. 108. b m  
Dei templum. cl. 1. 24. c m. filius cur carnaliter ex muliere natus, cl. 1. 15. d f. quomodo & propter quid. ibidem gratia quid possit, cl. 2. 24. d f. & 25. a p, verbi temperamentum aut confusionem ad carnem non factum, cl. 1. 20. b p  
Dei verbum carne mortem gustasse. cl. 1. 48. b f  
Dei genitrix quomodo Maria. cl. 1. 17. b f. caro viuificans. cl. 1. 103. a m. mater vera. cl. 1. 109. c. cl. 1. 168. d f  
Dei verbum nobis simile factum. cl. 1. 22. a m  
Dei filius ex patre sine tempore. cl. 1. 57. d p  
Dei periphraes, cl. 1. 41. a f. gratia. cl. 2. 28. c f  
Dei verbum humanum & incarnatum. cl. 1. 22. c f. adiutorium. cl. 2. 35. a m  
Dei verbum carne passum & carne crucifixum cl. 1. 23. c p  
Dei verbum ex muliere carnaliter procreatum. cl. 1. 15. d f. filius quomodo caro factus. cl. 1. 16. d f. verbum quomodo impassibile. cl. 1. 20. b p  
Dei verbum carni secundum substantiam vnitum. cl. 1. 22. b, d  
Dei ministros in voluntate religionis alterutris concordare esse debere. cl. 1. 6. c m  
Dei verbi duas esse naturas. cl. 1. 67. b m  
Dei voluntate omnia non ex eius substantia facta. cl. 1. 6. a f  
Dei filium posteriorem esse patre, error. cl. 3. 155. a p  
Dei puerperam Mariam. cl. 1. 15. c  
Dei verbum passum. cl. 1. 17. d p  
Dei verbum hominem esse Christum ex Basilio. cl. 1. 26. d p  
Dei Arca ex lignis Sethim constructa. cl. 1. 96. b f  
Dei para. cl. 1. 169. a m & 172. d m  
Dei param esse sanctam virginem, cl. 1. 22. a m  
Dei verum carni vnitum passum non esse. cl. 1. 30. b f  
Dei veritas vnititas. cl. 3. 69. d f  
Delatores. cl. 2. 4. d p  
Delegatorum iudicium potestas. cl. 1. 115. c m  
Deliberatio concilii tertij Apostolorum. cl. 1. 1. d m  
Delictum in taxandis poenitentibus non solum considerandum sed etiam personae qualitas. cl. 1. 37. c m  
Denarius consuetus pendendus. cl. 2. 1. 3. 26. c m  
Dementia apollinaris. cl. 1. 107. b p  
Deplorandi maxime haeretici, cl. 1. 28. c f  
Deploratorum poena. cl. 2. 1. 3. 58. d p  
Deponendi clerici scorta alite s. cl. 1. 92. c p  
Deponitur Nestorius, cl. 1. 43. b f  
Depositi Apollinaristae cum Arrianis & Eunomianis, cl. 1. 47. d m  
Depositi episcopi, cl. 2. 9. c p  
Deposito Eugenij papae quarti, cl. 1. 140. b p  
Deposito clericorum & dispensatio contra eos facta. cl. 1. 117. c m, Macarij & Stephani, cl. 1. 75. b m  
Depositioni Nestorij aduersantes, cl. 1. 44. d f  
Depositi cur Nestorius, cl. 1. 44. a m  
Depositi a synodo Episcopus, cl. 1. 11. b f  
Deprecatio pia. cl. 3. 187. c p  
Descriptio Nicenae vrbis, cl. 1. 5. b p. iustificationis impij quibus verbis insinuat. cl. 1. 217. c p  
Desipientes mente, cl. 1. 34. a p  
Desperatus ab ecclesia non renouatur, cl. 2. 40. b f  
Desponsata puella ab aliis corrupta, cl. 2. 1. d f  
Desponsata puella non prohibetur monasterium eligere, cl. 3. 117. b f  
Deum non possum esse sed hominem ex nobis

assumptum dicit Theodoretus, cl. 1. 30. c m  
Deum esse incarnatum & hominem factum quid cl. 1. 16. c m. colit qui Martyre colit. cl. 1. 69. d f  
Deum nemo vidit vnquam, cl. 1. 101. a p  
Deuota adultera, cl. 2. 23. d f. maritum ducens. ib.  
Deus dedit papa. cl. 3. 180. c f  
Deus quales nos diligit. cl. 2. 35. a f. orandus vt mittat operarios in messem. cl. 2. 1. 3. 19. d m  
Deus ante aduentum impassibilis, cl. 1. 74. a f  
Deus pater filij nec voluntate nec necessitate genuit, cl. 2. 85. b f. quomodo incarnatur. cl. 1. 31. c m  
Deus lignum vitae & scientiae crucem appellauit. cl. 1. 99. c m. secundum veritatem Emanuel. cl. 1. 103. a p. permittit fluctuare ecclesiam. cl. 1. 159. d m. cur venit in mundum, cl. 1. 74. c m. forma serui suscepit. cl. 1. 24. a f. cur pati dicitur, cl. 1. 78. d p. vnus in essentia trinus in personis. cl. 1. 121. b m. verbum impassibile, cl. 1. 19. c m  
Deus tribulationibus seruos suos corripit, cl. 1. 13. a f  
Deus nec sibi seruus nec Dominus, cl. 1. 16. d m  
Deus in carne quomodo apparuit, cl. 1. 22. b p  
Deus verus Emanuel, cl. 1. 17. c p & 78. d p  
Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa cl. 1. 64. a f  
Deus Petrum elegit vt gentes verbum Evangelij & audiret & crederent. cl. 1. d p  
Diaboli insidia, cl. 3. 148. a m  
Diaboli insidias euitare non possumus nisi gratia Dei iuuemur. cl. 3. 143. c f  
Dei verbum carni secundum substantiam vnitum. cl. 1. 22. b, d  
Diacones protestantes cum ordinantur. cl. 2. 1. d f mensurae propriam iuxta decreta custodiant. cl. 3. 162. d m. in presbyterio resideant non possunt, ibid. qualiter constituendi. cl. 2. 20. d p post ordinationem filios generantes, cl. 2. 23. c m. abstinentia ab vxoribus, cl. 2. 4. a m ad conjugalem coitum reuertentes, cl. 2. 31. d p quae aetate ordinantur. cl. 2. 32. a p non fiant, qui vi duas acceperint. cl. 2. 23. c f qui immolauerunt. cl. 2. 1. c m. in medio presbyterorum non sedeat, cl. 1. 7. d p. non sint venatores nec accipitres habeant. cl. 2. 39. d p  
Diaconi, cl. 2. 51. d m & f. septem ab Apostolis electi. cl. 1. 89. c f  
Diaconi tempus. cl. 1. 9. d p. ordinatione quo die celebranda, cl. 3. 151. a m  
Diaconi coniugati non ordinantur. cl. 2. 37. a p  
Diaconi a carnibus abstinentes. cl. 2. 2. a p  
Diaconi non fiant clerici coniugati nisi continentiam profiteantur. cl. 2. 34. a m  
Diaconi non sedeat loco honoratiori quam presbyteri. cl. 1. 89. c m  
Diaconi vidua maritum accipiens, cl. 2. 24. a p  
Diaconi filia religiosa peccans. cl. 2. 24. a p  
Diaconi presbyterorum ministri. cl. 2. 70. b p  
Diaconi ab vno presbytero non deponendi. cl. 2. 64. c p  
Diaconi nuptiarum vitent conuiuia. cl. 2. 37. c f  
Diaconi presbyteris se non praferant. cl. 2. 7. a f  
Diaconi relicta. cl. 2. 47. a m  
Diaconi relicta maritum non accipiat. cl. 2. 45. d p  
Diaconi incontinentes. cl. 2. 80. c m  
Diaconi quo habitu vtantur in ecclesia, cl. 3. 118. b p  
Diaconi accusati. cl. 2. 18. a m  
Diaconi in aliquo crimine detecti non possunt per manus impositionem poenitentiam consequi. cl. 3. 154. a f. cessare debent ab opere cogali ibidem non tamen repudiare coniugium ibidem.  
Diaconibus licitum est erogare pauperibus de bonis ecclesiae. cl. 2. 65 a f  
Diaconibus non licere sacramenta porrigere

presbyteris. cl. 1. 7. d p  
Diaconissa ne ante 40. creetur, cl. 1. 89. c m  
Diaconissa. cl. 1. 133. c f  
Diaconissa non ordinanda, cl. 2. 14. a f  
Diacono non licet calicem benedicere, cl. 2. 1. c p. velo vel palla scapulas suas indui non licet, cl. 2. 63. c m  
Diaconorum ordinatio. cl. 3. 104. a f, professio, cl. 2. 69. d m. numerus in ciuitate, cl. 3. 98. b m iudicantium numerus. cl. 2. 7. c m. apostolicae sedis officium. cl. 2. 62. c f. obedientia erga presbyteros. cl. 2. 21. b p  
Diaconus. cl. 2. 52. a p. iubete presbytero sedeat cl. 2. 21. b p coram presbytero non sedeat, cl. 2. 6. c p. ante vigintiquinque annos non ordinetur, cl. 2. 36. d m. eucharistiam iussu presbyteri ministrat, cl. 2. 1. b p  
Diaconus absente episcopo vel presbytero sacramentum communionem proferat & edat cl. 1. 7. d p. pro criminibus damnatus, communionem non priuetur, cl. 1. 3. a m. non debeat iuratus accipere, cl. 1. 3. c p  
Diaconus sine commendatitiis literis non est suscipiendus, cl. 1. 3. b f. aleator & ebriosus esse non debet. cl. 1. 5. c p. in solatio suo nullam habeat mulierem, cl. 2. 6. b d. si ante honorem peccasse probetur, cl. 2. 4. d p  
Diaconus ne ante 25. annos ordinetur. cl. 1. 82. c m. sine suo presbytero nihil agat. cl. 2. 5. b 4 coram presbytero Eucharistiam non tradat. cl. 2. 6. c p. exauctoratus non ministrat, cl. 2. 9. b p. crimen capitale committens. cl. 2. 47. a p. fideles peccantes verberare non debet, cl. 1. 3. a m. officio & beneficio priuetur, vxorem suscipiens vel susceptam retinens, cl. 3. 108. d p. coram presbyteris interrogatus respiciat, cl. 2. 21. b p. tempore tantum officij albam induat. ibidem.  
Diaconus non debet cum haereticis orare, cl. 1. 3. c p  
Dicitur alter Adam Christus, cl. 1. 21. c f  
Dicitur liber, cl. 3. 156. a m  
Dicitur tractatus explosus. cl. 2. 75. a f  
Dicitur per seipsum, cl. 1. 78. a p  
Dicitur legis peritorum, cl. 1. 74. c f  
Dicitur per seipsum, doctrinale instrumentum contra Anthimum, cl. 1. 64. b f  
Didymus, cl. 1. 66. c m, & 88. b f  
Dies solennitatis paschae, cl. 1. 9. a, b, cl. 2. 28. a f concilij. ibidem  
Dies festi Armenis celebrandi & quibus diebus cl. 1. 112. d p, feriales alibi celebrare clerico non licet, nisi in obsequio episcopi. cl. 2. 60. b m  
Differentia inter Graecos & Latinos de purgatorij natura. cl. 1. 160. b m  
Digami, cl. 3. 161. c f  
Digami non consecrandi, cl. 2. 12. b f  
Digami non permittantur ad ordinem clericatus admitti, cl. 3. 13. b p, & 135. c m  
Digami ad sacerdotium non promoueantur, cl. 2. 36. d f  
Digami ad presbyterium vel diaconatum non promouendi, cl. 2. 64. b f  
Digni clericatu, cl. 1. 10. d p  
Digni honore qui solitariam eligunt vitam, cl. 1. 52. a f  
Digni magno supplicio qui monasteria prophanant, cl. 1. 109. c p, coronis Cyrillus & Memnon. cl. 1. 47. a m  
Dignitas canonum apostolicorum recepta & indubitata est, cl. 12. a m  
Dignitas & auctoritas chorepiscoporum. cl. 2. 2. a p. patriarcharum, cl. 1. 127  
Dignitatem episcopi nullus potentia principum fretus assumat, cl. 1. 112. d f  
Dilectio qua deum diligimus, cl. 2. 35. b f  
Dilectio dei & proximi, cl. 2. 1. 3. 45. d f  
Diligens inquisitio faciendae personarum promouendarum in episc. & abbatibus, cl. 1. 213. c m  
Diluuium cataclysmum dictum, cl. 1. 95. c f  
B Dimisso





executio Cýrilli in ecclesia Alexandrina. cl. 1. 19, c p  
 elongatio ab occasionibus concupiscentiarum cl. 2. 6, 3, 4, 5, b m  
 emanuel. cl. 1. 24, b p  
 emanuel. cl. 1. 77, b, m, quid. cl. 1. 16, b p  
 emendatio fraternalis. cl. 2. 3, 4, 7, b f  
 emptiones archipresbyterorum. cl. 2. 39, d m  
 energumeni. cl. 2. 2, c m  
 energumeni an baptizandi. cl. 2. 4 a f  
 energumeni baptizati. cl. 3. 13, d f & cl. 2. 34, a p  
 ad clerum non promouendi. cl. 2. 34 a p  
 energumeni in clerum assumpti remoueantur ab officio. cl. 2. 37 a p. qualiter habeantur. cl. 2. 4 a p  
 energumenum victus. cl. 2. 21, d m  
 energumenis de baptismo consulendum. cl. 2. 34 a p  
 ephesina synodus à 200, patribus celebrata. cl. 1. 199, a f  
 ephesina synodi mens. cl. 1. 175, a m  
 ephesina synodi epistola ad Cælestinum. cl. 1. 46, d f ad episcopos, presbyteros & diaconos cl. 1. 46, d f ad imperatores. cl. 1. 44, c f  
 ephesina synodi mandatum. cl. 1. 37, a m  
 ephesina synodi responsum. cl. 1. 42 a f  
 ephesina synodi relatio. cl. 1. 37 b m pro restituendis Cyrillo & Memnone. ad imperatores, per Eutychem. cl. 1. 45 d p. de orientalibus. cl. 1. 45 a p  
 ecclesiastica synodi definitio contra Meffalanas. cl. 1. 41 d m  
 ephesus. cl. 1. 167 b f & 166. c p  
 ephesus symbolum perfectum esse protulit. cl. 1. 168 d p  
 ephesij sententia de scriptura sacra. cl. 1. 168 a m  
 ephod. cl. 1. 99, d p  
 epiphanius. cl. 1. 43, a f & 169. c p & 57. b f. & 200 c f & 209, b f. Cõstantinopolitanus. cl. 1. 60 a m  
 epiphanius Cyprus. cl. 1. 101 c p. episcopus. cl. 1. 84, a f Cýri episcopus. cl. 1. 75, c f. Tyrion episcopus. cl. 1. 60, d p  
 epiphanius ex vitio esse ait presbyteros & diaconos subdiaconos liberis operam dire. cl. 1. 86 d  
 epiphanius epistola ad synodum Constantinopolitanam. cl. 1. 61. c f sententia contra Seuerum & Petrum. cl. 1. 63 a p  
 episcopale munus. cl. 2. 53, 13, a f  
 episcopales res. cl. 2. 10, ap. cathedræ. cl. 3. 105 b m, synodi. cl. 2. 63, 31 a m pœnitentiarij. cl. 2. 3, 7, 3, d f  
 episcopalis domus omnes sine personarum acceptione in hospitalitate recipiat. cl. 2. 61, d m canes nec accipitres habeat. ibid.  
 episcopalis synodus anno bis habenda. cl. 2. 3. 31, c f  
 episcopatum precio comparare nulli liceat. cl. 2. 57, c m  
 episcopi lectioni diuinæ incumbant. cl. 2. 181, d f sermones & homilias sanctorum patrũ prædicare studeant. ibi. omnia in laudem Dei faciant. ibid. rebus expoliati. cl. 2. 43, a f sede pulsi. ibidem.  
 episcopi, presbyteri aut diaconi secularibus curis non implicentur. cl. 1. 2, d p  
 episcopi res proprias nemo competat, & c. cl. 2. 56, c f  
 episcopi depositi. cl. 2. 9 c p  
 episcopi Europę singulatum alios sub se habere episcopos. cl. 1. 42, a m, nulla munera de ordinatione clericorum accipiant. cl. 2. 76, c p rebus spoliati & à sede pulsi. cl. 3. 108, b m  
 episcopi dignitatem nullus potentia principũ fretus assumat. cl. 1. 112, d f  
 episcopi cessare debent ab opere coniugali nõ tamen repudiare coniugium. cl. 3. 154. a f  
 episcopi in aliena prouincia non ordinent. cl. 2. 9, c m rebus expoliati aut à sede pulsi. cl. 3.

109, b f  
 episcopi iniuste damnati, & c. cl. 3. 110, c f  
 episcopi qui, quod reperere poterant & c. cl. 2. 25, c m  
 episcopi ordinati non suscepti. cl. 2. 2, a f  
 episcopi prædicandi licentiam gratis cõcedat. cl. 2. 16, c. comprouinciales de pascha suum inquirant primatem. cl. 2. 17, d f  
 episcopi non sunt ordinandi extra consuetudinem metropolitani. cl. 3. 134 b m  
 episcopi reliquias sanctorum abutentes damnati. cl. 2. 88, d m, sacram scripturam & canones intelligant. cl. 2. 96, c p, quod sunt necesse. sarij in episcopi consecratione. cl. 3. 179, b p  
 episcopi electio post alterius mortem. cl. 2. 84. b m  
 episcopi quorum res detinetur. cl. 3. 174, a f incestuosos inuestigare debent. cl. 2. 101, c p  
 episcopi ordinatio. cl. 2. 52 c f  
 episcopi qui excommunicato alieno communi cant. cl. 2. 4 b f  
 episcopi. cl. 3. 189, b p & cl. 2. 27, b f  
 episcopi ordinatio. cl. 1. 2, d p, electi. cl. 3. 98, b f  
 episcopi rebus suis spoliati, vel à sede pulsi. cl. 3. 125, c m  
 episcopi, seculares curas postponant. cl. 1. 52, a f  
 episcopi vrbe episcopali priuati, sua priuilegia non amittunt. cl. 1. 90, c m  
 episcopi Alexandrii sententia de Deo patre & filio. cl. 1. 6 a p  
 episcopi duo episcopũ non faciant. cl. 2. 34, a m  
 episcopi vnus prouinciæ cõtendentur inter se. cl. 1. 11, b m quæ legendo perscrutantur opere compleant. cl. 2. 96, c m scholas literarum instituant. ibid. f quibus humiles & quibus terribiles esse debent. ibidem.  
 episcopi ad concilium conuenientes & c. cl. 2. 18, d m  
 episcopi electio. cl. 2. 18, d m  
 episcopi ad synodum vocati non contemnendi. cl. 2. 11 c f  
 episcopi Macedonij à Constantino conuocati. cl. 1. 12, c f  
 episcopi officium in circuitatione. cl. 2. 144. d p  
 episcopi non ordinant in vicis aut villis. cl. 2. 11, d f dispensatores habeant. cl. 1. 52, a p à sede sua pulsi vel rebus suis expoliati. cl. 3. 129 b f  
 episcopi peregrini contenti sint hospitalitatis numero oblato. cl. 2. 89, b f non ordinent premio vel pecunia. cl. 1. 52 a m  
 episcopi incontinentes. cl. 2. 80. c p  
 episcopi discordes de repetitione possessionis. cl. 2. 52, d m  
 episcopi sciunt quantos quisque abbas canonicos in suo monasterio habeat. l. 2. 100. d p  
 episcopi non sint venatores nec accipitres habeant. cl. 2. 39 d p  
 episcopi episcopum ordinare debent. cl. 2. 27. c p. plusquam ducenti Nestorium deposuerunt. cl. 1. 45. c f suis vicariis prouidere debent. cl. 2. 63, 33, d m prouideant quid presbyteri dominicis suis faciant. cl. 2. 37, a f  
 episcopi qui vadunt ad imperatorem. cl. 2. 9. c p  
 episcopi rebus suis expoliati aut à sede pulsi. cl. 3. 126, d f & 110. c m  
 episcopi an bonis clericorum inhiare debeant. cl. 2. 63, 34, a m  
 episcopi quando honore priuandi. cl. 1. 22, b f  
 episcopi non ordinent in diocesi aliena. cl. 2. 50 d m  
 episcopi nihil agant sine consilio metropolitani, & contra. cl. 3. 122, d f  
 episcopi tyrannidem non exercent. cl. 2. 97. a p  
 episcopi in defendendis populis, imposira à deo sibi curam non ambigant. cl. 2. 69, d f  
 Episcopi innocentes vel pro minimis causis excommunicantes. cl. 2. 31. c m

Episcopi in suos vicarios liberales esse debent. cl. 2. 1. 3. 34. c, m rebus suis expoliati vel à sede pulsi. cl. 3. 122. c m postiores prioribus se nõ præferant. cl. 3. 108. c m hereticos vel paganos hæredes instituentes. cl. 2. 28. b, p postiores anterioribus non præferendi. cl. 2. 25 b, m in monasterio quale ius habere debeat. cl. 2. 70. c p ad concilium venire detrectantes. cl. 2. 19. a p qui illicite ordinati sunt, remouendi. cl. 1. 154. d f  
 Episcopi quomodo ordinandi. cl. 2. 11. b, m rebus spoliati vel à sede pulsi. cl. 3. 100. b, m res. cl. 2. 46. m fidei populus idem commissus est. cl. 1. 3. b, f  
 Episcopi morientis exequiæ. cl. 2. 77. c, m recedant à propriis vxoribus post ordinationem suam. cl. 1. 89. b, m ad diem concilij occurrant. cl. 2. 23. a, p accusati. cl. 3. 123. a, p & cl. 2. 9. c m qualiter ordinari debeant. cl. 2. 20. c, m qualiter consecrati. ibid. d p  
 Episcopi 318. conuenerunt. cl. 1. 4. b, f rebus spoliati & à sede pulsi. cl. 3. 104. a, m  
 Episcopi, Archiepiscopi primates & alij ecclesiarum prelati tenentur per seipfos predicari sanctum Iesu Christi euangelium. cl. 1. 216. b, m  
 Episcopi res proprias nemo competat, & c. cl. 2. 56. c f  
 Episcopi accusati appellent sedem apostolicam. cl. 3. 122. b, f  
 Episcopi qui non habentur. cl. 3. 154. a, m duo nõ ordinent pontificem. cl. 2. 18. d p  
 Episcopi relicta maritum non accipiat. cl. 2. 45 d, presbyteri, diaconi, ibidem mori entis exequiæ. cl. 2. 46. a, f  
 Episcopi metropolitani. cl. 2. 9. b, m  
 Episcopi diebus omnibus docere populum debent. cl. 1. 89. d m  
 Episcopi ad concilia occurrentes. cl. 2. 28. b, p  
 Episcopi de parochiis suis fortilegos & maleficos expellant. cl. 2. 2. b, m  
 Episcopi discordantes. cl. 2. 21. a, m  
 Episcopi pro tempore ordinationis literas habeant. cl. 2. 25 b, f  
 Episcopi honorandi & nõ detrahedi. cl. 3. 100 c f  
 Episcopi in Britannia quomodo ordinandi. cl. 2. 54. a, f  
 Episcopi in quanto honore à principibus secularibus habendi. cl. 1. 112. d, f  
 Episcopi testamentum. cl. 2. 32. d, m  
 Episcopi non nisi à metropolitano suis excommunicentur. cl. 1. 41. d, p  
 Episcopi abstineant ab vxoribus. cl. 2. 4. a, m  
 Episcopi curam pauperum habeant. cl. 2. 95. a, f  
 Episcopi qui fratribus nocere desiderant. cl. 3. 142. d, m  
 Episcopi defuncti spolia indimutè in futuro seruentur. cl. 1. 94. c, p  
 Episcopi electi & alij eorum loco substituti. cl. 3. 98. b, f & c, p, m, f  
 Episcopi singulis annis diocesim visitent & tertiam tantum partem de ecclesiis accipiant. cl. 2. 39. a, f  
 Episcopi episcoporum præceptis obtemperent. cl. 1. 43. a, p  
 Episcopi Hierosolymitani honor. cl. 1. 7. b, f  
 Episcopi studeant diuinæ lectioni. cl. 1. 94. d, f  
 Episcopi, quibus suas vices committere debeant. cl. 2. 63. 33. d, p  
 Episcopi heretici & schismatici. cl. 2. 30. c, f  
 Episcopi qua ætate consecrantur. cl. 2. 32. a, p  
 Episcopi non auferant res ecclesiæ. cl. 2. 82. a, p  
 Episcopi vxor reponatur in monasterio. cl. 1. 91. b p  
 Episcopi negligentes aduersus hereticos. cl. 2. 25. c, f  
 Episcopi aut abbates non sint amouendi non præmissa defensionis copia. cl. 1. 213. c, f  
 Episcopi crescente numero fidelium augendi. cl. 2. 89. c, p

episcopi

Episcopi ad comitatum non pergat. cl. 1. 11. c f  
 Episcopi suam diocesim gubernent. cl. 1. 14. d m  
 Episcopi vidua maritum accipiens. cl. 2. 24. a p  
 Episcopi in ordine suo recipiendi. cl. 2. 21. a f  
 Episcopi accusati. cl. 3. 111. a f & c. p m f & d. cl. 3. 146 b f  
 Episcopi in possessione aliena basilicam constructuras. cl. 2. 33 d f exco munitur alterius suscipientes. ibid. 34. a p  
 Episcopo obediendum. cl. 2. 94. c m & 95. d p  
 Episcopi quid licitum. cl. 2. 52. b p  
 Episcopi accusatis vel damnatis quid liceat. cl. 3. 110. a p m f & b p  
 Episcopo alienę prouincię quando licet episcopum ordinare. cl. 1. 11. b f  
 Episcopo non licet à synodo discedere. cl. 2. 6 c m  
 Episcopo non licet propriis manibus aliquem cadere. cl. 2. 33. b p  
 Episcopo peregrino locus sacrificandi detur. cl. 2. 5. b f  
 Episcopo non est obediendum qui pro hereticis missam canere iubet. cl. 3. 113. a f  
 Episcopo nulli liceat canones ignorare. cl. 2. 95. a p  
 Episcopo defuncto de rebus ipsius quid agendum. cl. 1. 45. d f  
 Episcopo de sua ciuitate ad aliam transire non licet. cl. 1. 11. b p  
 Episcopo quid faciendum antequam ecclesiam dedicerit. cl. 2. 76. c m  
 Episcopus duos vna ciuitas non habeat. cl. 2. 84. a f  
 Episcopo non licet sine cuncta ecclesia Neophitum ordinare. cl. 1. 9. d m  
 Episcopo an liceat de ciuitate in ciuitatem transire. cl. 3. 173. b p  
 Episcopo à quid derelictum. cl. 2. 31. c f  
 Episcopo licitum est erogare pauperibus de bonis ecclesiæ. cl. 2. 95, a f  
 Episcopo viuente alius non superponatur. cl. 2. 51. a m  
 Episcoporum ambitus. cl. 3. 152. b p  
 Episcoporum primatus. cl. 1. 3. a p  
 Episcoporum viuentium vxores viduæ appellatę. cl. 1. 87. b p  
 Episcoporum causę. cl. 3. 101. a f & 122. c f & 108. a p m & 128. d f. 129. b m  
 Episcoporum orientalium relatio ad Calliorem. cl. 1. 41. b f  
 Episcoporum testimonium aduersus Marcellinum. cl. 3. 115. a p  
 Episcoporum accusationes. cl. 3. 107. a f & 108. c p  
 Episcoporum discretio. cl. 3. 97. d m  
 Episcoporum causę terminandę. cl. 3. 103. b m  
 Episcoporum sit magna sollicitudo presbyteris suis trahere baptismi sacramentum. cl. 2. 95 b m  
 Episcoporum & clericorum accusationes. cl. 3. 103. a m  
 Episcoporum accusationes. cl. 3. 127. a p. rerum suarum ablatarum redintegratio. ibid.  
 Episcoporum conuiuia sint peregrini & pauperes. cl. 2. 95. a m  
 Episcoporum potestas. cl. 2. 99. d f  
 Episcoporum excessus contra suos archidiaconos & archidiaconorum contra suos episcopos. cl. 1. 7. c p  
 Episcoporum iniusta damnatio. cl. 3. 123. a p  
 Episcoporum causę non terminandę, absque autoritate Romani pontificis. cl. 3. 127. b f  
 Episcoporum ordinationes intra tres menses fiant. cl. 1. 52. a p  
 Episcoporum secũdę Syrię epistola & c. cl. 1. 62 c p  
 Episcoporum ordinatio. cl. 3. 97. c m  
 Episcoporum ordo. cl. 2. 28. b m  
 Episcoporum ordinatio. cl. 2. 56. d m  
 Episcoporum accusatione quæ præcedere de-

beat. cl. 3. 109. c p  
 Episcoporum subscriptionibus confirmantur gesta concilij. cl. 2. 10 c f  
 Episcoporum translationes nõ fiant. cl. 2. 18. c f  
 Episcoporum concilium bis in anno in singulis prouinciis fieri. cl. 1. 7 b m  
 Episcoporum vxores quod à maritis quantum ad thorum diuisa. cl. 1. 87. b p  
 Episcoporum iudicia. cl. 3. 127. c m  
 Episcoporum danatio à synodo tractanda. cl. 2. 21 a f  
 Episcoporum ordinationes. cl. 3. 97 a m accusationes ibidem.  
 Episcoporum orientaliũ fidei expositi. cl. 1. 38. a p  
 Episcoporum Europę autoritas. cl. 1. 42. a m  
 Episcoporum ordinationes. cl. 3. 97. a m. accusationes ibid. & 127. a f & b m  
 Episcoporum causę maiores ad Apostolicam sedem sunt deferendę. cl. 3. 117. c f  
 Episcoporum pacta. cl. 1. 7. c m  
 Episcoporum ordinationes. cl. 3. 97. c m & f discretio. ibid. d m  
 Episcoporum synodus bis in anno celebrari debet. cl. 1. 3. b m  
 Episcoporum præceptis episcopi obtemperet. cl. 1. 43. a p  
 Episcoporum rebaptizationes reordinationes, translationes. cl. 2. 17. c p  
 Episcoporum sententia in absentẽ irrita. cl. 2. 21. a f  
 Episcoporum orientalium ad Iulij uocatio. cl. 3. 122. a f  
 Episcoporum metropolitanorum primatus. cl. 1. 7. b m  
 Episcoporum mutatio. cl. 3. 106. a f  
 Episcoporum orientalium relatio contra Cyrillum. cl. 1. 40. a p  
 Episcoporum negotia ad quos deferenda. cl. 3. 109 c m  
 Episcoporum ordinationes. cl. 3. 102. a f causę. ib.  
 Episcoporum mutatio. cl. 3. 104. d p m f  
 Episcoporum distractiones irrita. cl. 2. 21. a  
 Episcoporum officij in synodo. cl. 2. 3. 34. c f  
 Episcoporum electiones quæ vi procedunt infirmam. cl. 1. 197. d p  
 Episcopos duos metropolitanos esse non oportet. cl. 3. 137. a m  
 Episcopum vel præpositum suburbana ecclesia alienare non oportet. cl. 1. 109 b f  
 Episcoporum nullus accuset pœnes arbitros seculares. cl. 3. 126 d m  
 Episcopum mulieres non prosequantur. cl. 2. 54. b f  
 Episcopum alium plebs non capiat. cl. 2. 17. d f  
 Episcopus ecclesiasticarum rerum potestatem habet. cl. 2. 10. a m  
 Episcopus damnatus, equitius. cl. 2. 27. d m  
 Episcopus Deo dicata cognatis suis elargiri non debet. cl. 1. 3. b m  
 Episcopus in diocesi factus, & c. cl. 2. 19. b f  
 Episcopus quomodo clerum alloqui debet. dispositus aliquem excommunicare. cl. 2. 144. b m  
 Episcopus accusatus & de gradu suo deiectus. cl. 1. 11. c p  
 Episcopus non minus quàm à tribus episcopis ordinari debet. cl. 3. 67. b p  
 Episcopus pro ordinationibus nihil accipiat. cl. 2. 49. b f  
 Episcopus per singulas parochias suas singulis annis ire debet. cl. 2. 70. a m  
 Episcopus. cl. 2. 54. b m & f  
 Episcopus, alterius clericum non ordinet. cl. 3. 134. c p  
 Episcopi ex officio datum docere populum. cl. 1. 89. d m  
 Episcopus ad sepeliendum episcopum non distinetur. cl. 2. 49. f & c p  
 Episcopus Nonatianorum donatus. cl. 3. 153. c p  
 Episcopus vocatus ad consilium si ire non potuerit. cl. 3. 127. a p  
 Episcopus alteri non se præferat per ambitio-

nem. cl. 2. 89. b f  
 Episcopus episcopum ordinare non presumat & c. cl. 2. 19. b f  
 Episcopus nullus inuitus ordinetur. cl. 2. 57. c m  
 Episcopo viuente nullus alius ordinetur. cl. 2. 57. c m  
 Episcopus alienas plebes nõ vsurpet. cl. 2. 18. b f  
 Episcopus deo sacrificans testes secum habeat. cl. 3. 96 d m  
 Episcopus negligens principalem ecclesię suę cathedram. cl. 2. 144. d p  
 Episcopus deo ordinetur sine tribus episcopis. cl. 2. 4. b f  
 Episcopus sine consensu metropolitani ordinatus. cl. 2. 6 b m  
 Episcopus alterius parrochiam non inuadat. cl. 2. 51. d p  
 Episcopi Galliani in galliis non discutiantur. cl. 2. 35. d m  
 Episcopus. cl. 2. 29. a m  
 Episcopus hæredes non habens. cl. 2. 32. b f  
 Episcopus accusatus à quibus audiendus. cl. 3. 109. c f  
 Episcopus clericos alterius suscipiens commone priuetur. cl. 1. 3. a p  
 Episcopus quæ dederit ecclesiæ ab hæredibus non auferatur. cl. 2. 52. d f  
 Episcopus sine testimonio clericus non instituat. cl. 2. 21. a m. causas clericis presentibus non audiat. ibi. quando verbum facit nullus discedat. ibidem  
 Episcopus non ordinatus in metropolitana ciuitate post duos menses se metropolitano præsentet. cl. 2. 32. a m. qui à metropolitano communitus ad synodum non venerit exco munitur. ibidem.  
 Episcopus pro iudiciis munera non accipiat. cl. 2. 39. b p  
 Episcopus alterius parochiã nõ retineat. cl. 3. 122 c p  
 Episcopus diaconus vel presbyter vxorẽ non abiciat sub pietatis prætextu. cl. 1. 2. d p  
 Episcopus semel in anno circumeat parochiã suam. cl. 2. 24. c f  
 Episcopus non appelletur princeps sacerdotũ. cl. 2. 27. b f  
 Episcopus fideles peccantes verberare non debet. cl. 1. 3. a m  
 Episcopus in aliena ecclesia aliquid agere non presumat. cl. 1. 113. d p  
 Episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. cl. 1. 3. b m  
 Episcopus parochiam alterius non inuadat. cl. 2. 89. b m  
 Episcopus à præsentato iuramentum accipere debet, vt euitetur simonia. cl. 2. 134. b m  
 Episcopus ex laico ordine nullus assumatur. cl. 1. 112. c p  
 Episcopus pauperes & infirmos tuetur. cl. 2. 47. a f  
 Episcopus plures habens clericos. cl. 2. 19. b p.  
 Episcopus sine formata longius non abeat. cl. 2. 18. c p  
 Episcopus non extra diocesim suam ordinare potest. cl. 1. 43. b p  
 Episcopus videre maritum ad clerum promouens deponendus. cl. 2. 21. c m. repudiatę ibi. episcopus alear & ebriosus esse non debet. cl. 1. 3. c p.  
 Episcopus clerico aliquid dans. & c. cl. 2. 53. c m  
 Episcopus alienum clericum non retineat aut ordinet. cl. 2. 18. b f  
 Episcopus proiectus. cl. 1. 45. d f  
 Episcopus nullus inuitus ordinetur. cl. 3. 152. a m  
 Episcopus semper testes secũ habeat. cl. 3. 103. b f  
 Episcopus alterius ministrum non sollicitet. cl. 2. 130. a m. seruum ante perfectam libertatẽ ordinare non presumat. ibidem. f  
 Episcopus ambulans p suas dioceses nihil pter honorem

B 3 rem

rem cathedræ suæ p ecclesiam tollat, cl. 2. 76. c, p  
 Episcopus quomodo ordinandus, cl. 2. 9. d, p  
 Episcopus alterius episcopi res non competat, cl. 2. 56. c, f  
 Episcopus sine commendatitiis literis non suscipiendus, cl. 1. 3. b, f  
 Episcopus non minus quam à tribus episcopis debet ordinari, cl. 3. 97. b, p  
 Episcopus qui alterius episcopi diocesim per 30. annos sine interpellatione possederit, eam teneat, cl. 2. 70. a, m  
 Episcopus ordinatus, cl. 2. 9. d, p  
 Episcopus parco & moderato cibo sit contentus, cl. 2. 95. a, p  
 Episcopus alienam civitatem possidens, cl. 1. 12. a, m  
 Episcopus seruum alterius non promoueat ad clericatum, cl. 3. 146. c, f  
 Episcopus suæ sententiæ non acquiescens, cl. 2. 6. d, p  
 Episcopus cum quibus vult & quomodo vult relinquenti facultatem habet, cl. 1. 3. b, f  
 Episcopus prædicationem interdicit prædicatori errores vel scādala disseminati, cl. 1. 216. c, m  
 Episcopus vel intra positus die dominica causas agere non præsumat, cl. 2. 39. a, m  
 Episcopus admodum & c. cl. 2. 12. b, f  
 Episcopus alterius clericum non suscipiat, cl. 2. 51. d, m  
 Episcopus non ordinetur, sine consensu metropolitani, cl. 2. 17. b, f  
 Episcopus nullus fiat contra ordinationem canonum, cl. 3. 136. b, p  
 Episcopus primæ sedis princeps sacerdotum non appellatur, cl. 2. 18. c, p  
 Episcopus non doceat in aliena civitate, cl. 1. 89. d, f  
 Episcopus alium clericum suscipere non debet, cl. 1. 52. d, m  
 Episcopus pro criminibus damnatus communionem non priuatur, cl. 1. 3. a, m  
 Episcopus romanus non iudicatur à quoquam nisi in casu hæresis, cl. 1. 112. a, p  
 Episcopus ad iudicium, cl. 1. 11. b, m  
 Episcopus monasteria monachorum & sanctorum frequenter visitet, cl. 2. 144. b, p  
 Episcopus relicta cathedra in diocesi non resideat, cl. 2. 22. d, m  
 Episcopus non ordinandus qui tuto non spondet se canones seruaturum, cl. 1. 108. c, f  
 Episcopus res ecclesiæ non distrahatur, cl. 2. 12. c, m  
 Episcopus indigentium curam agat per presbyteros & diaconos, cl. 2. 21. a, p, per testamentum tuitionem non suscipiat ibid. pro rebus secularibus non litiget, ibid. tantum diuinis vacet, ibid.  
 Episcopus an possit à pauciori numero episcoporum restitui quâ fuerat dānatus, cl. 3. 123. a, p  
 Episcopus priusquam ordinetur canones agnoscat, cl. 2. 17. d, f  
 Episcopus clericum alterius ordinare non præsumat, cl. 2. 75. c, m  
 Episcopus alium non cōculcet epum, cl. 2. 5. b, f  
 Episcopus seruū alienū promouens, cl. 2. 47. a, p  
 Episcopus quando ordinandus, cl. 1. 11. d, f  
 Episcopus clericū alienū non ordinet, cl. 2. 19. a, m  
 Episcopus dissidentes concordare cōpellat, cl. 2. 21. a, m non transferendus in alio loco ibid.  
 Episcopus in alienam non iruat civitatem, cl. 2. 9. d, f  
 Episcopus ab omnibus prouinciæ episcopis vel saltem ceterorum qui absunt ordinandus est, cl. 1. 7. b, p  
 Episcopus alterius terminos non vsurpet, cl. 3. 104. d, p  
 Episcopus non præsumat in locis sibi non subiectis ordinationes facere, cl. 1. 3. b, p  
 Episcopus alterius non adeat civitatem. cl. 2. 145. b, p  
 Episcopus accusatus si sedem apostolicam appellauit, cl. 1. 107. b, p  
 Episcopus curam habeat ne predicatorum calumniose vexentur, cl. 1. 216. c, m

Episcopus libros gentiliū non legat, cl. 2. 21. a, p  
 Episcopus accusatus vbi & quando examinandus, cl. 2. 18. a, p  
 Episcopus Celestinus, cl. 1. 45. d, m  
 Episcopus ad forum iudiciale non pergat, nisi ut pauperibus oppressis occurrat, cl. 2. 96. d, f  
 Episcopus à synodo depositus, cl. 1. 11. b, f  
 Episcopus nunquam ordinetur in locis vbi episcopus non fuerit, cl. 2. 91. a, p  
 Episcopus primæ sedis, cl. 2. 27. b, f  
 Episcopus successorem sibi non constituat, cl. 2. 9. d, f  
 Episcopus si terrulas prestiterit & c. cl. 3. 47. b, m  
 Episcopus qui alicui crimen obiecit, cl. 2. 21. a, f  
 Episcopus alienum clericum redarguat peccantem, cl. 2. 36. a, f  
 Episcopus ægrotans legatum per se ad synodum mittat, cl. 2. 21. a, m  
 Episcopus nolentibus clericis vel populis non debet ordinari, cl. 3. 144. d, f  
 Episcopus si senserit se prægrauari à comprouincialibus vel metropolitanis, cl. 3. 127. b, f  
 Episcopus non ordinetur sine consensu metropolitani, cl. 3. 159. d, p relicta ecclesia propria ad aliam non transeat ibid. m  
 Episcopus Hierosolym. luuenalis, cl. 1. 44. a, f  
 Episcopus non debet cum hæreticis orare. cl. 1. 3. c, p  
 Episcopus, cl. 2. 52. a, p  
 Episcopus, alterius parochianum non retineat & c. cl. 3. 110. c, m  
 Episcopus alterius episcopi fines non occupet, cl. 2. 9. c, m  
 Episcopus ab ecclesia die dominica abesse non debet, cl. 2. 47. c, p  
 Episcopus in aliena prouincia diutius non resideat, cl. 1. 12. a, p  
 Episcopus angarias seu exactiones in sua diocesi non imponat, cl. 2. 59. d, m  
 Episcopus, cl. 2. 29. a, p  
 Episcopus exauctoratus non ministret, cl. 2. 9. b, p  
 Episcopus de sua prouincia ad aliam non transeat nisi à fratribus inuitatus, cl. 1. 11. b, m  
 Episcopus si intestatus obierit, cl. 2. 39. b, m  
 Episcopus non debet vsuras accipere, cl. 1. 3. c, p  
 Episcopus ad concilium venire non detractet, cl. 2. 49. b, f  
 Episcopus aut presbyter vel diaconus de ciuitate ad ciuitatem non transeat, cl. 1. 7. d, p  
 Episcopus suspensus à communionem sacerdotum, cl. 2. 6. d, p  
 Episcopus non inquietet monasteria deo consecrata, cl. 2. 89. b, f  
 Episcopus à concilio non discedat aut ad concilium ire non recuset, cl. 2. 34. b, p  
 Episcopus Beronensium Acacius, cl. 1. 46. a, f  
 Episcopus quomodo ordinandus, cl. 2. 6. b, m  
 Episcopus nihil detrahat sine clericorum conuentione, cl. 2. 32. c, f  
 Episcopus qualiter ordinetur, cl. 2. 39. d, p  
 Episcopus officio & beneficio priuatur, vxorē suscipiens vel susceptam retineat, cl. 3. 108. d, p  
 Episcopus mulieribus que ei sua fuerint peccata confessæ non debet commiseri, cl. 3. 14. b, f  
 Episcopus, cl. 1. 53. d, p  
 Epistola synodi ephesinæ ad Cælestinum, cl. 1. 46. d, f  
 Epistola Agathonis & Romanæ synodi, cl. 1. 72. c, m  
 Epistola Adriani papæ ex romana lingua in grecam translata, cl. 97. c, p  
 Epistola synodi ephesinæ ad episcopos, presbyteros & diaconos, cl. 1. 46. d, f  
 Epistola Cyrilli missa Nestorio, cl. 1. 15. c, f  
 Epistola constantini imperatoris ad oēs episcopos & reliquum populum, cl. 1. 8. c, f  
 Epistola concilij Aphricani, cl. 2. 29. a, f symbo-

lum. ibid. d m  
 Epistola Cinciani, cl. 1. 55. c, p  
 Epistola Theodoretæ ad Alexandrum. cl. 1. 40. b, d  
 Epistola Damasi papæ, cl. 1. 13. c, f  
 Epistola Dionysij capitanei ad Theodorum. cl. 1. 42. d, p  
 Epistola de Nestorij depositione, cl. 1. 43. c, p  
 Epistola Constantinopolitanæ Synodi ad Damasum papam, cl. 1. 3. a, p  
 Epistola Ephesinæ synodi ad imperatores. cl. 1. 44. c, f  
 Epistola Acacij, cl. 1. 56. a, m  
 Epistola Agathonis ad imperatores, cl. 1. 70. d, f  
 Epistola Honorij authentica, cl. 1. 79. c, m  
 Epistola Alexandri episcopi Alexandrini ad vniuersos, cl. 1. 5. b, m  
 Epistola Epiphaniæ ad synodum Constantinopolitanam, cl. 1. 61. c, f  
 Epistola orientalium episcoporum ad Agapetum papam, cl. 1. 64. d, p  
 Epistola Constantini ad concilium in Tyro, cl. 1. 9. a, f  
 Epistola Cyrilli ad S. Monachos, cl. 1. 32. c, m  
 Epistola Dionysij capitanei ad clericum Constantien. cl. 1. 42. d, f  
 Epistola Cyrilli ad Ioan. Antioch. de partu diuæ virginis Mariæ & c. cl. 1. 19. c, f  
 Epistola 4. Syntij Papæ, cl. 2. 16. b, p  
 Epistola Iustini, cl. 1. 54. d, f  
 Epistola debet tribui egenis, cl. 1. 52. c, p  
 Epistola à synodo Nicæna directa Syluestro papæ primo, cl. 1. 4. b, f  
 Epistola Alexandri Alexandrini episcopi ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopum, cl. 1. 5. c, p  
 Epistola Nicæni concilij ad ecclesias Aegypti, Lybiæ & Pentapolis, cl. 1. 81. b, p  
 Epistola diuini Basilij in Iulianum, cl. 1. 96. a, m  
 Epistola concilij Apostolorum, cl. 1. 1. p, m  
 Epistola Eusebij ad Paulinum, cl. 1. 6. a, m  
 Epistola Arrij ad Eusebium, cl. 1. 5. d, f  
 Epistola Constantini imperatoris ad Alexandrum & Arrium hæreticum, cl. 1. 7. a, b, m  
 Epistola legatorum orientalium, cl. 1. 40. c, m  
 Epistola Arrij & Euzoij hæreticorum ad Constantinum imperatorem, cl. 1. 8. d, f  
 Epistola episcoporum secunde Syriæ & c. cl. 1. 62. c, p  
 Epistola Hormisdæ ad Epiphaniū. cl. 1. 60. a, p  
 Epistola Felicis papæ, cl. 1. 56. c, p  
 Epistola concilij Hierosolymitani, cl. 2. 10. a, f  
 Epistola, cl. 2. 28. b, m  
 Epistolæ libellus ad Iustinianū, cl. 1. 57. c, f  
 Epistolæ Adriani ad Constantinum imperatorem fragmentum, cl. 1. 96. d, p  
 Epistolæ ad conuocandum concilium, cl. 2. 25. b, p  
 Epistolæ forminarum, cl. 1. 4. d, m  
 Epistolæ dandæ, cl. 2. 54. a, f  
 Epistolæ Cyrilli pro orientalis scriptis, cl. 1. 20. c, p  
 Epistolæ Ioannis comitis Sacrensis exemplar, cl. 1. 39. b, p  
 Epistolæ Pauli legendæ, cl. 2. 101. d, p  
 Epistolæ Cyrilli pars ad Antiochenum scriptæ recitatur, cl. 1. 6. c, f  
 Epistolæ communicatorum confessorum, cl. 2. 3. d, f  
 Epistolæ Honorij papæ rescriptum ad Sergiū, cl. 1. 78. c, m  
 Epistolæ sanctæ synodi Ephesinæ oblatio, ad synodum Pamphyliz, cl. 1. 42. b, p  
 Equitius damnatus episcopus, cl. 2. 27. d, m  
 Eremitarum habitus, cl. 1. 91. a, p  
 Errantes ad ecclesiam reuocandi veniæ spe proposita, cl. 2. 13. 71. c, p  
 Error, animam hominis ex diuina esse substantia, dicere, cl. 3. 155. b, p. diabolus esse ex se & propriam habere naturam. ibid. m nuptias esse peccatū. ibid. f. procreationem liberorum esse peccatū. ibid. f. corpora humana, esse diaboli signa, & à dæmonibus in vtero formari. ibid. filios repromissionis ex spiritu sancto conce-

ptos esse ibidem. c. p. animas in cœlestibus peccare, & secundum qualitate peccati in hoc mundo accipere sortem vel bonam vel malam, ibidem m. fatalibus stellis animas hominum obligatas esse. ibidem. f. sub aliis potestariis partes animæ sub aliis corporis membra describere. ibidem. d. p. duodecim signa quæ mathematici obseruant per corpus omne distinguere. ibidem. d. m. f.  
 Error dei filium posteriorem esse patrem, cl. 3. 155. a, m. vnigenitum dici christum, quia solus de virgine natus. ibidem. p. m  
 Error Manicheorum, cl. 1. 54. a, f  
 Error manichæi, cl. 1. 57. a, m  
 Error Nestorij, cl. 1. 54. a, f  
 Error Catharorum, cl. 2. 1. 3. c. c. f  
 Error Doctarum, Acitarum, & Postolicorum. cl. 2. 1. 3. c. c. p  
 Error Priscilliani de anima humana. cl. 2. 75. a, p  
 Error Priscilliani, cl. 2. 75. c, f  
 Error Priscillianistarum, cl. 3. 155. a, p  
 Error, eorum qui filium non videre patrem cōtendunt, cl. 3. 113. a, f. & filium minorem esse patrem, quia, & c. ibid. b, m  
 Error vicleui, cl. 2. 13. 6. d, p  
 Error Arrij & hæresis, cl. 1. 4. b, m  
 Error damnatus, cl. 2. 1. 3. c. c. f  
 Error Priscilliani de mulieribus secum retinendis, cl. 2. 75. a, f. de quinta feria Patchali. ibidem.  
 Error Nestorij de Christo, cl. 1. 43. d, f  
 Error Anastasij, cl. 1. 15. c, p  
 Error Valdensium, cl. 2. 1. 3. c. c. f  
 Error Apollinaristarum, cl. 1. 54. a, f  
 Error Begardorum, cl. 2. 1. 3. c. c. f  
 Error Hulsitarum, cl. 2. 1. 3. c. c. f  
 Error Catharorum & Valdensium, cl. 2. 1. 3. c. c. m  
 Error fauens Arrio Macedonio, cl. 2. 1. 3. c. b, m, Bohemorum. f  
 Error Begardorum, cl. 2. 1. 3. c. c. f  
 Error Nestorij de Christo, cl. 1. 135. d, f  
 Error Arrij, cl. 1. 168. a, f  
 Error Eurychianistarum, cl. 1. 54. a, f  
 Error armeniorum, cl. 1. 90. b, m  
 Error fauens Vicleuo, cl. 2. 1. 3. c. c. f  
 Error Nestorianæ sectæ, cl. 1. 169. c, m  
 Error fauens Vicleuo, cl. 2. 1. 3. c. c. p  
 Error Arrianorum & Arthouritarum, cl. 2. 1. 3. c. c. p  
 Error Seueri, cl. 1. 60. b, m  
 Error Vicleui, cl. 2. 1. 3. c. c. f  
 Error Nestorij de trinitate, cl. 1. 134. a, m  
 Error Vicleui damnatus, cl. 2. 1. 3. c. d, p  
 Error fauens Iouiniano, cl. 2. 1. 3. c. c. f  
 Error Arrij Eutycheis & Macedonij, cl. 1. 170. b, f  
 errores Vicleff damnati, cl. 1. 129. a, m. f. & b. p. m. f. & c. p. m  
 Errores damnati, cl. 3. 138. d, f  
 errores Ioannis Huz damnati, cl. 1. 129. c. f. & d. p. m. f. 12. 10. a, p. m  
 Errores Ioannis Vicleff, & Ioannis Huz, cl. 1. 130. d, m. f. & 132. a, p. & c. p  
 errores Pelagii & Celestin damnati, cl. 3. 138. d, m  
 Errores Nestorij, cl. 1. 32. b, f  
 Errores archiepiscopi Nazareni, cl. 1. 133. c, f  
 Errores Ioannis Huz, cl. 2. 1. 3. c. b, m  
 Errores Originestarum, cl. 1. 53. c, p  
 Errores anabaptistarum euersio, cl. 1. 93. d, p  
 Errorum olim damnatorum annotationes, cl. 2. 1. 3. c. b, p  
 Eruditio ordinandorum inquirenda, cl. 2. 1. 3. 14. c, f  
 Esæ non vitandæ, cl. 3. 103. a, p  
 Essentiam verbi dei post incarnationem in inconfcriptibilem remansisse, cl. 1. 103. b, m  
 Ethnice non iurandum, cl. 1. 92. d, p  
 Euagrius, cl. 1. 66. c, m

Euagrius, cl. 1. 88. b, f  
 Euagrius, cl. 1. 42. c, p  
 Euagrius ordinatus episcopus, cl. 1. 14. b, p  
 Euagrius episcopus, cl. 1. 49. b, p  
 Euagrius, cl. 1. 43. a, m  
 Euangelicas & apostolicas voces de Christo duabus personis vel substantiis non adoptandus, cl. 1. 22. c, m  
 Euangelia non audiant cathecumeni, cl. 2. 34. d, m  
 Euangelicæ prædicationis summa, cl. 2. 1. 3. 21. d, m  
 Euangelii legendi ratio, cl. 2. 101. d, p  
 Euangelium instar historiarum traditum fuit, cl. 1. 169. d, p  
 Euangelium, in principio erat verbum nemo audiat nisi suo tempore, cl. 2. 132. c, f  
 Euangelium post Apostolum annunciandum, cl. 2. 49. a, p  
 Euangelium sanctum vniuersi stantes audiant, cl. 2. 11. b, m  
 Euangelium post apostolum legatur, cl. 2. 45. d, f  
 Euaristus quartus papa, cl. 3. 98. b, p  
 Eucharistia sacrosancta à quibus sumeda, cl. 2. 1. 3. 79. c, f  
 Eucharistia sacrosancta, cl. 2. 1. 3. 23. c. f. & d. p. & m. & 24. a, p  
 Eucharistia non danda mortuis, cl. 1. 92. b, f  
 Eucharistia mortuis non detur, cl. 2. 18. a, p  
 Eucharistia mortuis non tradenda, cl. 2. 63. c, m  
 Eucharistia custodiatur sub fera, cl. 2. 134. c, m  
 Eucharistia eleuata quid agendum, cl. 2. 1. 3. 16. c, f  
 Eucharistia in ore mulieris in carnem versa, cl. 1. 119. d, f  
 Eucharistia sacramentum, cl. 2. 1. 3. 50. d, m  
 Eucharistia sacramentum tertium est, cl. 1. 212. b, m  
 Eucharistia sacramentum quomodo docendum, cl. 2. 1. 3. 79. c, f  
 Eucharistia sacramenti forma, cl. 1. 212. b, f  
 Eucharistia custodia, cl. 2. 1. 3. 40. b, p  
 Eucharistiam qui administrat nihil exeat, cl. 7. 90. a, p  
 eucharistia in ecclesia qui accipit, & c. cl. 2. 48. a, p  
 eucharistiam à sacerdote acceptam si quis non sumpserit, cl. 2. 6. c, p  
 Eucharistiam iussu presbyteri diaconus ministret, cl. 2. 21. b, p  
 eucharistiam nuda manu sumere mulieri non licet, cl. 2. 63. d, m  
 eucharistiam accipiens & non sumens, cl. 2. 23. d, f  
 Euersio erroris Anabaptistarum, cl. 1. 63. a, p  
 Eufemius, cl. 1. 57. b, f  
 Eufemius diaconus, cl. 1. 65. b, f  
 eufraata Christum deum negauit, cl. 2. 8. b, f  
 Eugenii papæ quarti depositio, cl. 1. 140. b, p  
 eugenius papa, cl. 1. 68. d, m  
 eulogias accipere ab hæreticis non licet, cl. 2. 11. c, m  
 eulogius monachus, cl. 1. 6. d, m  
 eunuchus non est ad falsos martyres, cl. 2. 11. c, m  
 Eunodii libellus, cl. 2. 42. d, f  
 Eunoani, cl. 1. 13. b, f  
 eunomiani potius Anomiani dicendi, cl. 1. 14. d, m  
 eunomii blasphemia in spiritu sanctum, cl. 1. 203. a, p  
 Eunomius homouision filium non dicit, cl. 1. 55. a, p  
 eunuchi qui seipos abscindunt, cl. 1. 7. a, f  
 eunuchus clericus non fiat, cl. 1. 3. a, p  
 eunuchus factus humana violentia suscipiatur ad clericum, cl. 1. 3. a, p  
 euphemius, cl. 1. 52. b, f. & cl. 1. 61. b, f  
 euphemius Antiochiæ episcopus, cl. 1. 75. c, f  
 euphemius expulsus, cl. 1. 60. d, f  
 eusebii epistola ad Paulinum, cl. 1. 6. a, m

eusebii penitentia, cl. 1. 8. d, p  
 eusebii papa, cl. 3. 116. c, m  
 eusebius in synodo clamauit Eutychem mentiri, cl. 1. 175. b, m  
 eusebius episcopus Doryletanz ciuitatis, cl. 1. 49. c, f  
 eusebius scripturam blasphemiam protulit, cl. 1. 6. d, m  
 eusebius & Theognius ab exilio reuocati, cl. 1. 8. d, p  
 eusebius apostatis patrocinatur, cl. 1. 5. b, f  
 Eustachius presbyter, cl. 1. 102. b, p  
 Eustachius episcopus, cl. 1. 50. a, m  
 Eustachius defuncto Poligonio communi decreto ad regimen ecclesie impulsus, cl. 1. 6. c, f  
 Eutychem hæreticum fecit, sanctorum scripturarum ignorantia, cl. 3. 148. c, p  
 Eutychem & Dioscorum Chalcedonense concilium damnat, cl. 1. 165. b, m  
 Eutyches hæreticus, cl. 1. 149. d, p  
 Eutyches Nicænum symbolū de verbo ad verbum professus est, cl. 1. 175. b, p  
 Eutyches tota opinione atque apparentia incarnationis ministerium contigisse existimauit, cl. 1. 88. b, f  
 Eutyches sonat faustum, Atyches in faustum, cl. 1. 55. c, f  
 Eutyches in dispensatione Christi naturam asserit, cl. 1. 104. b, f  
 Eutycheis vanitas, cl. 1. 107. b, p  
 Eutycheis dogmata damnata, cl. 2. 57. a, f  
 Eutycheis blasphemiam, cl. 3. 156. c, m  
 Eutecheris blasphemiam, cl. 3. 148. a, f. eius excommunicatio iustissima, ibidem m  
 Eutycheiana & Nestoriana prophanatio, cl. 1. 78. b, p  
 Eutycheiani anathematizati, cl. 1. 82. c, m  
 Eutycheianista, cl. 1. 79. a, f & cl. 1. 71. d, p  
 Eutycheianista fatui, cl. 1. 57. d, m  
 Eutycheianistarum error, cl. 1. 64. a, f  
 Eutycheianus pontifex, cl. 3. 112. c, p  
 Euzoij epistola ad constantinum imperatorem, cl. 1. 8. d, f  
 Euzois & Arrius se vniri ecclesie postulant, cl. 1. 9. a, p  
 Exactio nulla facienda pro sacramentis, cl. 2. 1. 3. 52. c, f  
 Exactio indebita sacramentorum deuitanda, cl. 2. 1. 3. d, p. 7. d, p  
 Exactio ecclesiarum Gallitiæ prouinciæ, cl. 2. 77. c, f  
 Exactio dotis post diuortium, cl. 1. 118. b, m  
 Examen ordinandum, cl. 2. 1. 3. 67. b, f, ad quos pertinet, ibid. c, p  
 Examen ordinandorum, cl. 2. 3. 65. d, f  
 Examen literarum dimissorium, cl. 2. 1. 3. 8. a, f  
 Examen prælatorum, cl. 2. 1. 3. 82. a, p  
 Examen eorum qui per resignationem sicut permutationes ad beneficia contendunt, cl. 2. 1. 3. 67. d, f  
 Examen instituendum ad dignitates, curas animarum & alia officia, cl. 2. 1. 3. 67. d, m  
 Examinandi lectores sacræ Theologiæ, cl. 1. 216. b, m  
 Exceptiones, cl. 1. 118. d, p  
 Excessus episcoporum contra suos archidiaconos & archidiaconorum contra suos episcopos, cl. 1. 117. c, p  
 excessuum correctio, cl. 1. 122. c, f  
 excipitur imperator Constantinopolitanus à summo pontifice, cl. 1. 159. a, m  
 Excommunicandi forma, cl. 1. 126. a, f  
 Excommunicandi clerici sceneratores, cl. 2. 5. b, m  
 Excommunicati, cl. 2. 133. b, p, m, f, & c, p, m, f, cl. 2. 9. b, p. cl. 2. 29. a, p. cl. 1. 118. a, f  
 excommunicati vitandi, cl. 2. 1. 3. 30. c, f & cl. 2. 1. 3. 86. b, p  
 Excommunicati clerici per culpam, cl. 2. 22. c, p  
 Excommunicati episcopos accusare non possunt, cl. 3. 100.

cl.3.110.d,m,&123.d,p  
**Excommunicati ad clericorum accusationem non admittendi**, cl.2.27.b,p  
**Excommunicati recedentes ex corpore**, cl.1.7.c.f.  
**Excommunicati qui moriuntur**, cl.2.40.c,p  
**Excommunicati à sacerdotibus**, cl.2.23.d,f  
**Excommunicati moriente episcopo**, cl.2.40.a,f  
**Excommunicati clerici vel laici**, cl.1.7.b,m  
**Excommunicati ad communionem non recipiendi**, cl.1.7.b,m  
**Excommunicati reconciliatio**, cl.2.34.b,f  
**Excommunicati presbyteri, necessitate cogente communionem dare possunt**, cl.2.4.a,p  
**Excommunicatio**, cl.2.3.86.a,f  
**Excommunicatio prima**, cl.2.14.c,m  
**Excommunicatio iustissima eutychetis**, cl.3.148.b,m  
**Excommunicationes quomodo concedendæ**, cl.2.3.11.b,p  
**Excommunicationis origo & usus**, cl.2.3.30.b,f  
**Excommunicationis modus & forma** cl.2.34.b,m  
**Excommunicationis sententia**, cl.2.3.42.a,m & cl.2.3.54.a,m  
**Excommunicationis contrahit pœnam qui excommunicatis communicat**, cl.1.114.b,p  
**Excommunicationis censura cur passim in obedientes & c.** cl.2.3.30.c,p  
**Excommunicatis non communicandum**, cl.2.9.a,m  
**Excommunicatis nullus communicare præsumat**, cl.2.75.c,f  
**Excommunicatis non communicandum**, cl.3.106.b,f,&c.p,m,f  
**Excommunicatis communicantes** cl.2.54.a,f  
**Excommunicatis communicantes**, cl.3.104.c,f  
**Excommunicatos alterius suscipientes**, cl.2.6.b,m  
**Excommunicatus presbyter sacrificans. anathe matizetur**, cl.2.17.b,p  
**Excommunicatus humiliet semetipsum** cl.2.36.a,p  
**Excommunicatus ab aliis non colligatur**, cl.2.56.d,m  
**Excommunicetur qui orat aut communicatum excommunicatis**, cl.2.21.c,m  
**Excommunicetur qui alterius excommunicatū susceperit**, cl.2.17.a,f  
**Excusatio Bessarionis**, cl.1.210.c,p  
**Executores nuptiarum** cl.2.5.c,f  
**Executores pro causis ecclesiarum**, cl.2.25.c,p  
**Exempla quinque horribilia, &c.** cl.2.3.42.c,f  
**Exemplar sacrilegæ expositionis Nestorij**, cl.1.21.b,m  
**Exemplar libelli oblati in synodo Ephesina**, cl.1.42.a,p  
**Exemplar relationis orientalium aduersus Cyrillum**, cl.1.36.c,f  
**Exempla suggestionum de Cypri episcopis in concilio Ephesino**, cl.1.41.c,p  
**Exemplar regiarum literarum ad ephesinam synodum**, cl.1.44.b,p  
**Exemplar epistolæ Ioannis comitis sacrensis**, cl.1.36.b,p  
**Exemplar epistolæ sanctæ synodi ephesinæ ad Synodum Pamphyliæ**, cl.1.42.b,p  
**Exemptorum & non exemptorum visitatio**, cl.2.3.69.c,m  
**Exequiæ pomposæ prohibendæ** cl.2.3.72.d,m  
**Exequiæ pro defunctis. quando cum admonitione celebrandæ** cl.2.3.24.d,m  
**Exequiæ morientis episcopi**, cl.2.77.c,m  
**Exheredatis subueniendum**, cl.2.99.d,f  
**Exhortatio pontificis ad synodum**, cl.1.213.a,m  
**Exhortatio ad principes Christianos pro hereticis exterminandis**, cl.2.3.6.d,p  
**Exitus imperatorum qui Rom. ecclesiam persecuti sunt**, cl.3.187.b,m

**Exorcista non nisi in, 7, testibus damnandus**, cl.1.10.b,m  
**Exorcistæ**, cl.2.11.c,p  
**Exorcistæ tempus**, cl.1.9.d,p  
**Exorcistæ qualiter constituendi**, cl.2.20.d,m  
**Expectantia**, cl.2.3.19.a,p  
**Explicant suam fidem Arrius & Euzoius** cl.1.8.d,f  
**Explicatio loci euangelici Ioannis**, 1. cl.1.19.a,f  
**Explorations ordinum**, cl.2.3.59.a,f  
**Expoliati rebus episcopi**, cl.2.43.a,f, sede pulsi ibidem  
**Expofita inuenta**, cl.2.32.a,f  
**Expofitio fit ab intrinsecis**, cl.1.166.b,m  
**Expofitio Charifij in synodo antiquata non fuerit** cl.1.176.b,p  
**Expofitio Cyrilli in hæc verba non sicut ego volo sed sicut tu** cl.1.72.a,p  
**Expofitio Cyrilli in hæc verba pater si possibile est & c.** cl.1.75.c,p  
**Expofitio fidei secundum reuelationem Gregorii**, cl.1.53.c,m  
**Expofitio fidei secundum reuelationem Gregorii**, cl.2.48.c,f  
**Expofitio fidei orientalium episcoporum**, cl.1.38.a,p  
**Expofitio Gregorii Nicani in hæc verba Spiritus quidem prompusest. &c.** cl.1.72.a,m  
**Expofitio loci Apostolici ad purgatorium relati**, cl.1.160.b,f  
**Expofitio Augustini in hæc verba nõ quod ego volo sed quod tu vis**, cl.1.62.a,p  
**Expofitio Pauli emiffeni in Ioannis verba & verbum caro factum est**, cl.1.18.d,m  
**Expofitio Chryfostomi in hæc verba, nunc anima mea turbata est**, cl.1.75.b,f  
**Expofitio interdicti synodi ephesinæ**, cl.1.174.c,f  
**Expofitionis sacrilegæ Nestorii exemplar**, cl.1.21.b,m  
**Expofitum qui inuenerit ecclesiam cõtestetur**, cl.2.36.a,f  
**Expofitus ante ecclesiam**, cl.2.6.d,p  
**Expofitatio gentilium aduersus Iudæos**, cl.1.11.b,p  
**Exprienda appellationis causa**, cl.1.125.b,m  
**Expromptantes clericis quod in ecclesia sine largitione delicti sunt multæ subiiciantur**, cl.1.108.d,f  
**Extranææ feminæ cum clericis non cohabitent**, cl.2.18.b,p,m  
**Extranæam mulierem non habeant clerici**, cl.2.4.a,p  
**Extranearum mulierum familiaritas**, cl.2.47.b,f  
**Extrema vnctio**, cl.2.3.4.c,f  
**Extrema vnctio**, cl.2.3.52.c,p  
**Extrema vnctio quintum est sacramentum**, cl.1.212.c,m  
**Extrema vnctio cur adhibeatur**, cl.2.3.26.a,m quomodo impendenda, ibidem  
**Extremæ vnctionis materia**, cl.1.212.c,m  
**Extremæ vnctionis effectus** cl.2.12.c,m  
**Extremæ vnctionis sacramenti forma**, cl.1.212.c,m  
**Extremæ vnctionis minister sacerdos**, cl.1.212.c,m

F

**Fabianus papa decimus nonus**, cl.3.106.f,m  
**Fabrica ecclesiarum**, cl.3.196.d,f  
**Fabricæ magistri**, cl.2.139.b,f  
**Fabricæ ecclesiarum parochialium**, cl.2.3.85.a,p  
**Faciles orthodoxæ fidei**, cl.1.104.d,p  
**Faciles qui sunt ad detrahendum quomodo ple cendi**, cl.2.33.c,p  
**Facta oblatione communicandum est**, cl.1.2.d,m  
**Facultatem accepit Christus non aliena sed propria operandi virtute**, cl.1.35.b,m

**Facultates sacerdotum firmæ maneat**, cl.2.53.c,p, agelli ibidem  
**Falsa religio comitis candidiani**, cl.1.44.c,m  
**Falsæ synodi axioma falsum**, cl.1.100.a,p  
**Falsati codices per hæreticos**, cl.1.80.b,f  
**Falsi accusatores fratrum**, cl.2.5.b,m  
**Falsi testes**, cl.2.32.c,p  
**Falsi testes**, cl.2.4.d,p  
**Falsi testes contra Ignatium**, cl.1.112.b,m  
**Famam apud homines optimam habere oportet**, cl.2.69.c,f  
**Fames si euenerit quid agendum**, cl.3.126.a,f  
**Familia parochi qualis esse debet**, cl.2.3.21.a,f  
**Familia alterius non est competenda. & c.** cl.2.56.d,p  
**Familiaritati viduarum non associantur clerici**, cl.2.21.d,f  
**Familiaritas extraneorum mulierum**, cl.2.47.b,f  
**Familiaritas extraneorum mulierum cum clericis**, cl.2.50.b,p  
**Famulatus seruorum degenerum**, cl.2.56.d,f  
**Famuli ecclesiæ**, cl.2.71.b,m  
**Famulus se percutiens**, cl.2.6.d,m  
**Faltum clericali officio maxime repugnare**, cl.2.3.17.a,f  
**Faustinus episcopus**, cl.2.26.c,f  
**Fauftus episcopus**, cl.1.54.a,p  
**Fauftus anathematizatus**, cl.1.88.c,p  
**Federicus primus imperator**, cl.1.114.c,p  
**Federicus de sancto seuerino**, cl.1.213.a,p  
**Ferdinandus rex**, cl.1.128.d,p  
**Ferix sanctorum**, cl.2.3.53.a,p  
**Ferix moderandæ**, cl.2.3.62.b,m  
**Feriales dies non licet clerico alibi celebrare, nisi in obsequio episcopi**, cl.2.60.b,m  
**Fermentum quibus dirigatur**, cl.3.133.d,m  
**Ferrariæ concilium translatum**, cl.1.59.d,f  
**Ferrariam vehementissimus morbus affigit**, cl.1.160.c,p  
**Ferrariense concilium**, cl.1.68.d,p  
**Ferrariensis ciuitas**, cl.1.159.b,p  
**Ferrariensis concilij fides** cl.1.165.c,m  
**Festa sanctorum**, cl.2.3.53.a,p  
**Festa gentilium non celebrentur**, cl.1.91.d,p  
**Festa in quibus conceduntur opera agriculturæ & carrucarum**, cl.2.133.d,p in quibus post missam opera rusticana conceduntur, sed non ante, ibidem  
**Festa quæ celebranda**, cl.2.3.75.b,m  
**Festa celebrare non licet cum paganis**, cl.2.11.c,f  
**Festi dies celebrandi**, cl.2.101.a,f  
**Festi dies Armeniæ celebrandi & quibus diebus**, cl.1.212.1,p  
**Festiuitas paschalis quando celebranda**, cl.2.3.c,m  
**Festiuitates maiores non celebrentur in villa**, cl.2.47.b,m  
**Festiuitates per parochias quæ obseruandæ**, cl.2.110.d,f  
**Festiuatum iteratio**, cl.3.151.b,m  
**Festorum dierum numerus** cl.2.3.33.d,f  
**Festum Constantini celebrat Græca ecclesia vigesima prima maij** cl.1.4.a,p  
**Fictilia nestorij laus** cl.1.40.c,f  
**Fidei columnæ Doctores ecclesiæ** cl.1.19.b,f  
**Fidei dilaceratores seueræ animæ aduersione ple cendi**, cl.2.3.34.c,p  
**Fidei symbolum. 318. patres Niceæ diffinierunt**, cl.1.61.a,p  
**Fidei catholicæ regulæ contra prisci Ilianos**, cl.2.24.a,m  
**Fidei assertio concilij Toletani**, cl.2.24.a,f  
**Fidei expofitio secundum reuelationem Gregorii**, cl.1.53.c,m  
**Fidei Christianæ compendiolum**, cl.3.89.c,m  
**Fidei bonæ continuatio in omni præscriptione** cl.1.125.d,p  
**Fidei sinceritas quomodo retineri debeat**, cl.1.15.d,p

**Fidei certitudo & sinceritas à sanctis patribus petenda**, cl.1.34.b,f  
**Fidei orthodoxæ facies**, cl.1.104.d,p  
**Fidei catholicæ plenitudo**, cl.2.72.d,f  
**Fidei expofitio secundum reuelationem Gregorii**, cl.2.48.c,f  
**Fidei nicænæ firmitas**, cl.1.5.a,m  
**Fidei petitionem Arriani dictantes**, cl.1.6.d,p  
**Fidei rationes non adulterandæ**, cl.1.39.b,p  
**Fidei catholicæ veritas**, cl.3.140.a,p  
**Fidei expofitio orientalium episcoporum**, cl.1.38.a,p  
**Fidei episcopi populus idem commissus est**, cl.1.3.b,f  
**Fidei capitula**, cl.3.157.d.p.m.&c.  
**Fides Iudæorum cuiusmodi**, cl.2.73.b,m  
**Fides decreta**, cl.2.3.2.a,m  
**Fides chartula Polichronij hæretici**, cl.1.80.c,m  
**Fides catholicæ plenitudo**, cl.2.78.d,f  
**Fidei iussor clericis esse non potest**, cl.1.3.a,p  
**Fidelibus apostatis quandiu pœnitendum**, cl.2.4.b,m  
**Fidelibus quæ prædicanda materia**, cl.2.3.11.d,m  
**Fideles peccantes diaconus verberare non debet**, cl.1.3.a,m  
**Fideles aurigæ & theatrici** cl.2.6.c,m  
**Fideles cum mulieribus vnâ non lauentur**, cl.1.92.b,p  
**Fideles feminæ gentibus iunctæ**, cl.2.5.b,m  
**Fideles coniugati, si cum Iudæa vel gentili mechati sint**, cl.2.4.d,m  
**Fideles non accipiant de hoc quod datum est idolis**, cl.2.4.a,f  
**Fideles puellæ, infidelibus non coniungendæ**, cl.2.3.d,p  
**Fideles peccantes presbyter verberare nõ debet**, cl.1.3.a,m  
**Fideles peccantes episcopus verberare nõ debet**, cl.1.3.a,m  
**Fideles non ascendant capitulum sacrificandi causa**, cl.2.4.c,p  
**Fideles feminæ**, cl.2.113.b,f  
**Fidelis erga homines esse non potest qui est infidelis deo**, cl.2.71.a,p  
**Fidelis verbi dispensator quis**, cl.2.3.210.m  
**Fidelis non suscipiatur sine literis commendatitiis**, cl.1.2.p,f  
**Fidelitas in parcho requiritur**, cl.2.3.21.c,p  
**Fidelitas laico sine causa à clerico non præstada**, cl.1.125.d,m  
**Fidelium fruges à Iudæis non benedicantur**, cl.2.4.b,m  
**Fidelium consortio quis carere debet**, cl.3.113.b,p  
**Fidelium quisque ter communicet in anno**, cl.3.107.b,f  
**Fidelium miles azyma Iudæorum comedat**, cl.1.89.b,m  
**Fidelium orationum ordo**, cl.2.11.b,f  
**Fidelium numero crescente episcopi augendi**, cl.2.89.c,p  
**Fidelium laicorum communicatio**, cl.1.2.d,m  
**Fidelium oblatio**, cl.2.6.c,f  
**Fidem patrum. 318. esse custodiendam**, cl.1.14.d,m  
**Fidem sponfaliorum frangentes**, cl.2.4.b,f  
**Fidem suam quilibet episcopus Chirographo confirmet**, cl.1.9.d,p  
**Fidem habere in coloribus non in corde flagitium**, cl.1.101.d,p  
**Fides**, cl.1.168.d,p  
**Fides quid**, cl.1.202.d,f  
**Fides principi seruanda**, cl.2.94.d,f  
**Fides quomodo vniat nos perfecte cum Christo**, cl.1.217.d,m  
**Fides à Ioanne in concilio dictata**, cl.1.18.c,f  
**Fides symboli apud Constantinopolim constituti**, cl.1.14.d,f

**Fides instrumentorum**, cl.2.3.37.a,p  
**Fides Cyrilli**, cl.1.19.d,f  
**Fides Arelatenfis concilij**, cl.2.64.a,p  
**Fides violata à Dioscoro**, cl.1.49.d,p  
**Fides nicæna**, cl.1.46.a,f  
**Fides catholica**, cl.2.3.48.c,p  
**Fides toletana**, cl.2.85.b,p  
**Fides Bracarenfis concilij**, cl.2.88.a,m  
**Fides Toletana**, cl.2.90.b,f  
**Fides orthodoxa**, cl.2.3.60.d,p  
**Fides sancta concepta est duodecim apostolorum symbolo**, cl.1.1.c,m  
**Fides catholica**, cl.2.3.35.a,m  
**Fides in generali Nicæna synodo tractata**, cl.2.8.a,m  
**Fides catholica**, cl.1.121.b,m  
**Fides Nicæna**, cl.1.36.d,p  
**Fides ab vnoquoque ediscenda**, cl.2.101.c,f  
**Fides Nicæna plus mille annis in quietâ possessione permansit**, cl.1.5.a,f  
**Fides catholica firmiter tenenda**, cl.2.99.c,f  
**Fides concilij Ferrariensis**, cl.1.165.m  
**Fides Toletana**, cl.2.67.d,m  
**Fides non contrariatur vero**, cl.1.213.c,p  
**Fides catholicæ & apostolicæ ecclesiæ**, cl.1.16.c,m  
**Fides Smyrnenfis concilij**, cl.2.10.b,m  
**Fides constantinopolitanæ synodi**, cl.1.13.b,m  
**Fides Nicæna rursus firmata**, cl.1.13.d,f  
**Fides & opera**, cl.2.3.6.a,p  
**Fides catholica**, cl.2.3.77.d,p  
**Fides Nicæna synodi**, cl.1.8.a,m  
**Fides Apollinarij**, cl.1.81.a,f  
**Fides Romanorum**, cl.1.53.a,m  
**Fides Nestorii**, cl.1.21.b,m  
**Filia aliena per potestatem non competenda**, cl.2.53.a,f  
**Filia sacerdotis religiose peccans**, cl.2.24.a,p  
**Filiam qui tradiderit in matrimonium ei qui habet concubinam non peccat**, cl.3.154.a,f  
**Filiam vxoris suæ accipere non licet**, cl.2.63.d,p  
**Filij sacerdotum in ecclesiis paternis non collocandi**, cl.2.63.c,p  
**Filij clericorum ad spectacula non accedant**, cl.2.18.b,p  
**Filij clericorum in episcopi sunt potestate**, cl.2.46.d,m  
**Filij presbyterorum**, cl.2.3.36.a,m  
**Filij negligentes patres christianitatis obtentu**, cl.2.5.d,f  
**Filij missio à patre**, cl.3.100.d,f  
**Filij qui sint legitimi**, cl.1.118.b,m  
**Filij incarnata** *Ἐκνοπισ*, cl.1.96.a,m & 100.a,m  
**Filij ante vel post compaternitatem geniti possunt coniugi** cl.1.118.b,m  
**Filij canonicorum cum patribus non instituendi** cl.1.125.a,m  
**Filij spirituales catholicè instituendi**, cl.2.101.b,m  
**Filiorum mercatorum acriore disciplina corripendi**, cl.2.59.c,f  
**Filiorum sacerdotum ordinatio**, cl.1.117.a,f  
**Filios in adulterio si qui genuerunt, omnino separandi** cl.2.131.c,f  
**Filios generantes in honore** cl.2.22.c,m  
**Filios non esse duos in Christo**, cl.1.36.a,m  
**Filium incarnatum & genitum aduersus nestorium celebratum & c.** cl.1.167.d,p  
**Filium ex patre natum in annum celebratum fuit**, cl.1.167.d,p  
**Filius dei quomodo caro factus**, cl.1.16.d,p  
**Filius dei quomodo & propter quid**, cl.1.15.d,f  
**Filius dei ex patre sine tempore**, cl.1.57.d,p  
**Filius dei cur carnaliter ex muliere natus**, cl.1.15.d,f  
**Firmitas nicænæ fidei**, cl.1.5.a,m  
**Fiscalibus quid iniunctum**, cl.2.3.76.b,m  
**Flamines, qui non immolarunt**, cl.2.3.c,p

**Flamines cathecumeni**, cl.2.3.c,m  
**Flavianus**, cl.1.12.c,p  
**Flavianus**, cl.1.50.a,p  
**Flavianus episcopus**, cl.1.13.c,p  
**Flavianus archiepiscopus**, cl.1.60.b,f  
**Flavianus cum Ioanne & Paulo reuocatus**, cl.1.61.a,p  
**Flavius constantinus imperator**, cl.1.83.d,p  
**Flavianus quidam Eurythen condemnauit** cl.1.175.b,p  
**Flavianus constantinopolitanus**, cl.1.69.a,p  
**Flavianus episcopus inique occisus**, cl.1.49.d,p  
**Flavianus patriarcha**, cl.1.62.d,f  
**Flavianus ab Eutyche peccare denunciatur**, cl.1.175.b,m  
**Flavianus archiepiscopus iniuste occisus**, cl.1.49.d,p  
**Flavianus & Eusebius absoluti**, cl.1.175.b,f  
**Flavius Belisarius**, cl.1.65.b,m  
**Florent & stant imperia per fidem apostolicam** cl.1.40.a,m  
**Florentia** cl.1.159.b,p  
**Florentinum concilium**, cl.1.68.c,f  
**Fluctuare ecclesiam Deus permittit**, cl.1.159.d,m  
**Fœlicis papæ epistola**, cl.1.56.c,p  
**Fœlix episcopus**, cl.1.55.a,f  
**Fœlix papa**, cl.1.56.c,p  
**Fœlix secundus**, cl.3.126.b,p  
**Fœlix quartus**, cl.3.168.a,p  
**Fœlix papa vigesimus quintus**, cl.3.111.b,p  
**Fœlicis papæ consensus**, cl.1.145.d,m  
**Fœlicis papæ quinti prouiso**, cl.1.147.a,m  
**Fœmina que per zelum ancillam occidit**, cl.2.3.c,m  
**Fœminæ extraneæ cum clericis non cohabitent** cl.2.18.b,m  
**Fœminæ quæ ad priores maritos redire noluerint quomodo puniendæ**, cl.3.150.d,p  
**Fœminæ quæ captis viris aliis nupserunt, ipsis reuersis, prioribus copulentur**, cl.3.150.c,f  
**Fœminæ quæ cum clericis debeant habitare**, cl.3.131.a,f  
**Fœminæ extraneæ cum clericis non habitent**, cl.2.70.b,m  
**Fœminæ sacra vasa vel sacras pallas non contingant**, cl.3.102.c,p  
**Fœminæ viduitatem professæ coram episcopo** cl.2.34.a,f  
**Fœminæ in cœmeteriis non peruigilent**, cl.2.4.a,m  
**Fœminæ conscis maritis adulteratæ**, cl.2.4.c,f  
**Fœminæ abortus procurantes qualiter puniendæ**, cl.1.92.c,f  
**Fœminæ fideles, gentibus iunctæ**, cl.2.5.b,m  
**Fœminæ adulteros maritos relinquentes**, cl.2.3.c,f  
**Fœminæ relictis viris, aliis nubentibus** *Ἐκνοπισ*  
**Fœnerari non licet clericis**, cl.2.7.d,p  
**Fœneratores clericis excommunicandi**, cl.2.5.b,m  
**Fœnum**, cl.2.3.39.b,f  
**Fontis benedictio**, cl.2.3.72.a,f  
**Forma conuentionis donatistarum**, cl.2.28.b,f  
**Forma de professione Papæ faciendâ**, cl.1.132.a,p  
**Forma excommunicandi**, cl.1.126.a,f  
**Forma serui**, cl.1.27.a,m  
**Forma excommunicationis**, cl.2.34.b,m



Forma sacramenti eucharistiae. cl. 1. 212. b f
Forma sacerdotii. cl. 1. 212. c f
Forma sacramenti extremae unctionis. cl. 1. 212. c. m
Formam serui Deus suscepit. cl. 1. 24. a f
Formata qualiter fiant. cl. 2. 23. c p
Formata a solo fiant chorepiscopo. cl. 2. 6. b m
Formatis sine nemoad comitatum proficiscatur. cl. 2. 25. c p
Formula inquirendi in uisitationibus. cl. 2. f. 3. 69. d p
Formula viuendi canonicorum vicariorū. & c. cl. 2. f. 3. 42. c m
Formula viuendi Canonicorum, vicariorū & aliorum presbyterorum. cl. 2. f. 3. 12. c m
Formula ad examinationem apta. cl. 2. f. 3. 67. d. f.
Fornicatae mulieres, partus suos necantes. cl. 2. b p
Fornicator presbyter. cl. 2. 19. c f
Fornicator monachus iure communi punitur. cl. 1. 91. a m
Fornicatus si quis fuerit cum aliqua & c. cl. 2. b. f.
Fortitudo christiana. cl. 2. 35. b c
Fortitudo cl. 1. 54. c f
Fortitudo sacerdotibus competit. cl. 1. 42. b m
Forum competens. cl. 2. f. 3. 36. c m
Forum competens. cl. 2. f. 3. 83. c m
Fortius anathematizatus. cl. 1. 85. c p
Fortiniani. cl. 1. 14. d. m
Fortiniani baptizentur. cl. 2. 5. c p
Fouea perditionis. cl. 1. 21. d m
Fragitanus presbyter a suo pontifice iniuste eiectus. cl. 2. 64. c p
Fraternitates quomodo reformanda. cl. 2. f. 3. 28. a. f.
Fratres duo possunt contrahere cū duabus fororibus. cl. 1. 179. a p
Fratres duo si arbore succiderint. & c. cl. 2. 120. d. m.
Fratres quatuor ordinum confessiones nō audiant nisi sint praesentati. cl. 2. f. 3. 73. d m
Fratrum priuilegijs nihil denegatur. cl. 2. f. 3. 20. c. f.
Fratrum falsi accusatores. cl. 2. 5. b m
Fructus defunctorum. cl. 2. f. 3. 39. b p
Fructus iustificationis hoc est meritum bonorum operum & de ipsius meriti ratione. cl. 1. 218. c f.
Fructus quomodo percipiendi. cl. 1. 132. b m
Fructus eorum qui contra veritatem insurgūt. cl. 1. 102. c m
Fructus ecclesiae in laico fundo non reponantur, nec de eis aedificia fiant. cl. 2. 13. a p
Fructus arborum. cl. 2. f. 3. 39. b f
Fratres mendicantes quatenus a dimittendi. cl. 2. f. 3. 20. a f
Fructuum oblationes. cl. 2. 5. d p
Fuges fidelium a Iudaeis non benedicantur. cl. 2. f. 3. 39. b m
Frumenta seu blada. cl. 2. f. 3. 39. b m
Fugienda Parocho. cl. 2. f. 3. 21. b p
Fugitiui serui. cl. 2. 40. c u
Fugitiuos seruos ecclesiae licet vendere episcopo. cl. 2. 32. c f
Fugitiui serui. cl. 2. 40. c p
Fugitiuos seruos ecclesiae licet vendere episcopo. cl. 2. 32. c f
Fugitiuos ab ecclesiarum septis non distraharunt. cl. 2. 55. a m
Fulgentij querimoniam. cl. 2. 64. b p
Fulgentij suggestio de congregata synodo. & c. cl. 2. 40. c f
Fundationes antiquae ecclesiarum obseruanda. cl. 2. f. 3. 8. d f
Fures & latrones. cl. 2. 130. b m
Fures confugientes ad ecclesiam. cl. 2. 46. d p
Furiosus & furiosa matrimonium contrahere non possunt. cl. 3. 107. b m
Furtum qui fecerit ecclesiae. cl. 2. 31. c m

furum Pœnitentia. cl. 3. 178. d f
Futura illicitè cogitare perniciosum. cl. 2. 72. c. p.
G
Abanoite tabernaculo domini mancipati. cl. 2. 116. a p
Gaianus. cl. 1. 71. d p
Gaianus anathematizatus. cl. 1. 85. c p
Gallicani episcopi in galliis non discutiuntur. cl. 2. 35. d m
Gangra. cl. 2. 5. c p
Gangrae ecclesiae. cl. 1. 108. a m
Gazophylacium quid. cl. 1. 19. c f
Gelafius. cl. 1. 3. c p
Gelafius papa de Constantinopoli. cl. 3. 166. a p
Generale concilium esse supra papam. cl. 1. 153. b. f.
Generale concilium ad quas causas congregandum. cl. 2. 25. b p
Generalia concilia. cl. 1. 131. d m
Generalia concilia quatuor constantinop. celebrata. cl. 1. 14. b m
Generalis concilij potestas Toletano pontifici concessa. cl. 2. 91. c p
Generantes filios in honore. cl. 2. 22. c m
Genitiuus apud Graecos quā vim habeat. cl. 1. 165. b f
Gennadius patriarcha. cl. 1. 88. d p
Gentibus iuncta fideles formata. cl. 2. 5. b m
Gentilibus manus apponatur. cl. 2. 4. a f
Gentilium libros non legat episcopus. cl. 2. 21. a p
Gentilium expostulatio aduersus Iudaeos. cl. 1. 182. c m
Gentilium sacerdotes non sacrificantes. cl. 2. 4. b f
Gentilium more viuere. cl. 2. 2. b m
Gentilium festa non celebrentur. cl. 1. 91. d p
Gentium sacerdotes, qui post baptismū immolarunt. cl. 2. 3. c p
Genus additionis triplex. cl. 1. 173. c m
Georgius manzur appellatus. cl. 1. 105. b p
Georgius Cyprius. cl. 1. 105. a f
Georgius Neocæsarea episcopus constitutus. cl. 1. 98. b p
Georgius Apochrifarius. cl. 1. 76. b p
Georgius archiepiscopus. cl. 1. 69. d m
Germanorum imperatoris sedes. cl. 1. 159. c p
Germanus scriptor aliquorum dialogorū. cl. 1. 105. a f
Gerunda. cl. 2. 47. c p
Gesta concilij episcoporum subscriptionibus confirmantur. cl. 2. 19. c f
Gesta Romanorum pontificum memoriae tradit solent. cl. 1. 170. b m
Gestus quo accedere oportet ad Eucharistiam. cl. 1. 93. a p
Gortina. cl. 1. 75. a f
Gloria, in fine responsorii quando conuenit dicere & quando non. cl. 2. 69. b p
Gloriae Christi oppugnat ut Nestorius. cl. 1. 34. c. m.
Gladius nemo in ecclesiam portet. cl. 2. 132. c f
Glorificatum non esse Christum a spiritu sancto tanquam ab aliena virtute. cl. 1. 17. c f
Gloriosissimae beatæ virginis Mariæ cōceptio. cl. 1. 42. a f
Gradus ecclesiastici a Syluestro episcopo facti. cl. 1. 10. b m
Gradus officiorum ecclesiasticorum. cl. 2. f. 3. 17. d. p.
Graeca ecclesia vicesima prima mensis Maii Constantiniani festum celebrat. cl. 1. 4. d p
Graeci atque Armeni vnum cum ecclesia Romana sunt effecti. cl. 1. 211. a f
Graeci doctores disputaturi. cl. 1. 160. d p
Graeci quamuis creaturā colebant. cl. 1. 101. b m
Graeci sexta feria & sabbato magna cum obseruatione paschæ nihil comedentes ieiunant. cl. 1. 87. c m
Graecorum nuncii. cl. 1. 196. b p
Graecorum leuitas. cl. 1. 110. d, f
Graecorum mos fuit ut non nisi clerici symbolum in ecclesijs cantarent. cl. 1. 174. d, f
Graecorum mos in pane benedictio. cl. 1. 159. b, m
Graecorum senectia de purgatorio. cl. 160. b, p
Graecorum tergiversatio. cl. 1. 160. b, f
Graecos terror inuadit. cl. 1. 160. c, p
Gratia. cl. 2. 35. b, m
Gratia dei. cl. 2. 28. c, f
Gratia dei quid possit. cl. 2. 24. d, f
Gratia dei quid possit. cl. 3. 143. d, f
Gratia cibo sumptio. cl. 2. f. 3. 46. c, f
Gratianus in pannoniā venit. cl. 1. 12. c, m
Grandæui ad sacram militiam se conuertentes. cl. 3. 131. a, m
Grauatus a proprio Metropolitano ad quos appellat. cl. 3. 110. d, f
Grauis in Cyrillum calumnia. cl. 1. 40. c, f
Grauis in Cyrillum calumnia. cl. 1. 41. c, p
Grauitas in choro quomodo seruanda. cl. 2. f. 3. 9. c, m
Gregorij Niceni expositio in hæc verba spiritus quidem promptus. & c. cl. 1. 72. a, m
Gregorij Neocæsareae episcopi διαμαρτυρηθεις διδους. cl. 1. 88. d. p
Gregorius. cl. 1. 169. b, p
Gregorius. cl. 2. f. 3. 11. d, f
Gregorius 12. cl. 1. 28. c, m
Gregorius primus. cl. 1. 174. c, f
Gregorius primus quibus contemporaneus fuit. cl. 2. 62. c, f
Gregorius secundus. cl. 3. 189. p. b, tertius ibid. 182. c, m
Gregorius syracusanus. cl. 1. 3. b, f
Gregorius episcopus Nissa. cl. 1. 88. d, p
Gregorius Nissenium episcopus ab omnibus patrum pater vocatus. cl. 1. 101. c, f
Gregorius palamas. cl. 1. 167. a, p
Gregorius theologus. cl. 1. 167. a, p
Gregorius theologus. cl. 1. 171. d, m
Gregorius Nicenus. cl. 1. 12. d, f
Gregorius Cyri episcopus. cl. 1. 79. b, m
Gregorius Nazianzenus. cl. 1. 101. c, f
Gregorius nazianzenus ecclesiae constantinopolitanae rectores ad Nazianzum remeare intendit. cl. 1. 12. d, m
Gregorius Nazianzenus constantinopoli sacra celebrat. cl. 1. 12. c, f
Gregorius Nazianzenus. cl. 1. 105. d, p
Gregorius Nazianzenus. cl. 1. 107. c, p
Gregorius Nazianzenus. cl. 1. 103. d, m
Gregorius presbyter locum gerens Agathonis papæ. cl. 1. 82. b, p
Gregorius presbyter locum gerens Theodori. cl. 1. 82. b, m
Gregorius patriarcha. cl. 1. 68. b, m
Gregorius & nectarius linguas in spiritu sanctum blaphemias iaculantibus abscindebat. cl. 1. 83. a, p
H
Habitus. cl. 2. f. 3. 44. d, f
Habitus clericorum. cl. 1. 102. b, f
Habitus clericorum. cl. 2. 134. d, p
Habitus clericorum & virorum ecclesiasticorum. cl. 2. f. 3. 10. b, m
Habitus sacerdotis. cl. 2. 21. a
Habitus modestia a clericis exigitur. cl. 2. f. 3. 17. a, m
Hebdomadam paschæ celebrem esse nec in ea fieri ludos aut spectacula debere. cl. 1. 87. c, p
Hæmorrhoides. cl. 1. 100. d, m
Hæreseos septem pontifices damnati. cl. 1. 74. d, f
Hæreseos etiam Cyrillus incusatus. cl. 1. 39. d, m
Hæresis & error Arii. cl. 1. 4. b, m
Hæresiarum. cl. 1. 102. cl. f
Hæresim qui metu secuti sunt si conuersi fuerint recipiantur. cl. 3. 150. b, p
Hæresis Cerdonis. cl. 2. 75. a, p Marcionis, Manichæi & Priscilliani de anima & angelis ibid. de diabolo, ibid.
Hæresis Nestorij. cl. 1. 47. c, m
Hæresis Nestorij. cl. 1. 31. c, f
Hæresis Nestorij. cl. 1. 15. c, p
Hæresis Apollinaris. cl. 1. 56. c, m
Hæresis valentiniana quibus temporibus inualuit. cl. 3. 100. b, f
Hæresis pelagianorum. cl. 2. 24. d, m
Hæresis Valentini. cl. 1. 54. b, f
Hæresis nouatiana. cl. 1. 91. a, m
Hæresis semel damnata non iterum alio processu indiget. cl. 3. 162. a, m
Hæresis Paganorum & Priscilliani de anima & corpore humano. cl. 2. 75. a, m
Hæresis Acephalorum. cl. 2. 65. a, m
Hæresis Theodotij. cl. 1. 81. c, m
Hæresis feueri. cl. 1. 81. c, m
Hæresis Cataphrygarum quo tempore nota. cl. 1. 71. b, m
Hæresis abiuranda. cl. 2. f. 71. b, m
Hæresis Samosatensis. cl. 1. 54. a, f
Hæresis Priscillianistarum. cl. 3. 169. c, f
Hæresis Priscilliana. cl. 2. 74. d, p & f
Hæresis hydroparastarum. cl. 1. 90. b, m
Hæresis Theodori. cl. 1. 67. d, m
Hæresis eorum qui animas poenæ gratia in corpore demissa asserebant. cl. 1. 67. a, m
Hæreticum fecit Eutychem sanctarum scripturarum ignorantia. cl. 3. 148. c, p
Hæretica, orthodoxo non nubat. cl. 1. 92. a, m
Hæretica prauitas inquiri potest per iudicem competentem non obstantibus & c. cl. 1. 131. d, p
Hæretici. cl. 2. 25. b, p
Hæretici quomodo recipiendi. cl. 2. b, c, p
Hæretici qualiter suscipiendi. cl. 1. 92. d, p
Hæretici episcopi. cl. 2. 30. c, f
Hæretici multi ex episcopis Constant. cl. 3. 186. b, f
Hæretici feriatica non accipiant. cl. 2. 11. c, f
Hæretici seuera animaduersione plectendi. cl. 1. 92. d, p
Hæretici in hæresim permanentes in ecclesiam non ingrediantur. cl. 2. 11. a, f
Hæretici in mortis discrimine positi. cl. 2. 33. d, p
Hæretici se conuertentes. cl. 2. 40. a, p
Hæretici aduersus catholicam fidem anathematizati. cl. 1. 122. d, f
Hæretici Palladij condemnatio. cl. 2. 15. b, p
Hæretici in sexta constanti. synodo anathematizati. cl. 1. 86. c, p
Hæretici conuersi baptizentur. cl. 2. 5. b, p
Hæretici deplorandi maxime. cl. 1. 28. c, f
Hæretici bonifaci. cl. 2. 51. b, f
Hæreticis non per omnia reclamandum. cl. 1. 20. c, m
Hæreticorum conuiuia. cl. 2. 40. a, p
Hæreticorum conuiuia fugiat clericus. cl. 2. 21. c, m
Hæreticorum connubia cauenda. cl. 2. 11. c, m
Hæreticorum matrimonio non socianda catholica. cl. 2. 11. b, p
Hæreticorum simulata innocentia. cl. 1. 18. a, m
Hæreticorum martyria catholici non ingrediantur. cl. 2. 11. b, p
Hæreticorum nomina ad altare non sunt recitanda. cl. 2. 150. b, m
Hæreticorum res omnes & sermones discutiendi. cl. 1. 42. a, p
Hæreticorum cœtus conciliabulum non ecclesia. cl. 2. 21. c, m
Hæreticorum colluies recensita. cl. 2. 78. c, p
Hæreticorum basilicæ diuinis non applicanda. cl. 2. 40. b, m
Hæreticorum scripta vulgò non permittantur. cl. 1. 109. b, p
Hæreticorum fraudulenta subtilitas. cl. 3. 147. a, f

Hæresim qui metu secuti sunt si conuersi fuerint recipiantur. cl. 3. 150. b, p
Hæresis Cerdonis. cl. 2. 75. a, p Marcionis, Manichæi & Priscilliani de anima & angelis ibid. de diabolo, ibid.
Hæresis Nestorij. cl. 1. 47. c, m
Hæresis Nestorij. cl. 1. 31. c, f
Hæresis Nestorij. cl. 1. 15. c, p
Hæresis Apollinaris. cl. 1. 56. c, m
Hæresis valentiniana quibus temporibus inualuit. cl. 3. 100. b, f
Hæresis pelagianorum. cl. 2. 24. d, m
Hæresis Valentini. cl. 1. 54. b, f
Hæresis nouatiana. cl. 1. 91. a, m
Hæresis semel damnata non iterum alio processu indiget. cl. 3. 162. a, m
Hæresis Paganorum & Priscilliani de anima & corpore humano. cl. 2. 75. a, m
Hæresis Acephalorum. cl. 2. 65. a, m
Hæresis Theodotij. cl. 1. 81. c, m
Hæresis feueri. cl. 1. 81. c, m
Hæresis Cataphrygarum quo tempore nota. cl. 1. 71. b, m
Hæresis abiuranda. cl. 2. f. 71. b, m
Hæresis Samosatensis. cl. 1. 54. a, f
Hæresis Priscillianistarum. cl. 3. 169. c, f
Hæresis Priscilliana. cl. 2. 74. d, p & f
Hæresis hydroparastarum. cl. 1. 90. b, m
Hæresis Theodori. cl. 1. 67. d, m
Hæresis eorum qui animas poenæ gratia in corpore demissa asserebant. cl. 1. 67. a, m
Hæreticum fecit Eutychem sanctarum scripturarum ignorantia. cl. 3. 148. c, p
Hæretica, orthodoxo non nubat. cl. 1. 92. a, m
Hæretica prauitas inquiri potest per iudicem competentem non obstantibus & c. cl. 1. 131. d, p
Hæretici. cl. 2. 25. b, p
Hæretici quomodo recipiendi. cl. 2. b, c, p
Hæretici qualiter suscipiendi. cl. 1. 92. d, p
Hæretici episcopi. cl. 2. 30. c, f
Hæretici multi ex episcopis Constant. cl. 3. 186. b, f
Hæretici feriatica non accipiant. cl. 2. 11. c, f
Hæretici seuera animaduersione plectendi. cl. 1. 92. d, p
Hæretici in hæresim permanentes in ecclesiam non ingrediantur. cl. 2. 11. a, f
Hæretici in mortis discrimine positi. cl. 2. 33. d, p
Hæretici se conuertentes. cl. 2. 40. a, p
Hæretici aduersus catholicam fidem anathematizati. cl. 1. 122. d, f
Hæretici Palladij condemnatio. cl. 2. 15. b, p
Hæretici in sexta constanti. synodo anathematizati. cl. 1. 86. c, p
Hæretici conuersi baptizentur. cl. 2. 5. b, p
Hæretici deplorandi maxime. cl. 1. 28. c, f
Hæretici bonifaci. cl. 2. 51. b, f
Hæreticis non per omnia reclamandum. cl. 1. 20. c, m
Hæreticorum conuiuia. cl. 2. 40. a, p
Hæreticorum conuiuia fugiat clericus. cl. 2. 21. c, m
Hæreticorum connubia cauenda. cl. 2. 11. c, m
Hæreticorum matrimonio non socianda catholica. cl. 2. 11. b, p
Hæreticorum simulata innocentia. cl. 1. 18. a, m
Hæreticorum martyria catholici non ingrediantur. cl. 2. 11. b, p
Hæreticorum nomina ad altare non sunt recitanda. cl. 2. 150. b, m
Hæreticorum res omnes & sermones discutiendi. cl. 1. 42. a, p
Hæreticorum cœtus conciliabulum non ecclesia. cl. 2. 21. c, m
Hæreticorum colluies recensita. cl. 2. 78. c, p
Hæreticorum basilicæ diuinis non applicanda. cl. 2. 40. b, m
Hæreticorum scripta vulgò non permittantur. cl. 1. 109. b, p
Hæreticorum fraudulenta subtilitas. cl. 3. 147. a, f

Hæresim qui metu secuti sunt si conuersi fuerint recipiantur. cl. 3. 150. b, p
Hæresis Cerdonis. cl. 2. 75. a, p Marcionis, Manichæi & Priscilliani de anima & angelis ibid. de diabolo, ibid.
Hæresis Nestorij. cl. 1. 47. c, m
Hæresis Nestorij. cl. 1. 31. c, f
Hæresis Nestorij. cl. 1. 15. c, p
Hæresis Apollinaris. cl. 1. 56. c, m
Hæresis valentiniana quibus temporibus inualuit. cl. 3. 100. b, f
Hæresis pelagianorum. cl. 2. 24. d, m
Hæresis Valentini. cl. 1. 54. b, f
Hæresis nouatiana. cl. 1. 91. a, m
Hæresis semel damnata non iterum alio processu indiget. cl. 3. 162. a, m
Hæresis Paganorum & Priscilliani de anima & corpore humano. cl. 2. 75. a, m
Hæresis Acephalorum. cl. 2. 65. a, m
Hæresis Theodotij. cl. 1. 81. c, m
Hæresis feueri. cl. 1. 81. c, m
Hæresis Cataphrygarum quo tempore nota. cl. 1. 71. b, m
Hæresis abiuranda. cl. 2. f. 71. b, m
Hæresis Samosatensis. cl. 1. 54. a, f
Hæresis Priscillianistarum. cl. 3. 169. c, f
Hæresis Priscilliana. cl. 2. 74. d, p & f
Hæresis hydroparastarum. cl. 1. 90. b, m
Hæresis Theodori. cl. 1. 67. d, m
Hæresis eorum qui animas poenæ gratia in corpore demissa asserebant. cl. 1. 67. a, m
Hæreticum fecit Eutychem sanctarum scripturarum ignorantia. cl. 3. 148. c, p
Hæretica, orthodoxo non nubat. cl. 1. 92. a, m
Hæretica prauitas inquiri potest per iudicem competentem non obstantibus & c. cl. 1. 131. d, p
Hæretici. cl. 2. 25. b, p
Hæretici quomodo recipiendi. cl. 2. b, c, p
Hæretici qualiter suscipiendi. cl. 1. 92. d, p
Hæretici episcopi. cl. 2. 30. c, f
Hæretici multi ex episcopis Constant. cl. 3. 186. b, f
Hæretici feriatica non accipiant. cl. 2. 11. c, f
Hæretici seuera animaduersione plectendi. cl. 1. 92. d, p
Hæretici in hæresim permanentes in ecclesiam non ingrediantur. cl. 2. 11. a, f
Hæretici in mortis discrimine positi. cl. 2. 33. d, p
Hæretici se conuertentes. cl. 2. 40. a, p
Hæretici aduersus catholicam fidem anathematizati. cl. 1. 122. d, f
Hæretici Palladij condemnatio. cl. 2. 15. b, p
Hæretici in sexta constanti. synodo anathematizati. cl. 1. 86. c, p
Hæretici conuersi baptizentur. cl. 2. 5. b, p
Hæretici deplorandi maxime. cl. 1. 28. c, f
Hæretici bonifaci. cl. 2. 51. b, f
Hæreticis non per omnia reclamandum. cl. 1. 20. c, m
Hæreticorum conuiuia. cl. 2. 40. a, p
Hæreticorum conuiuia fugiat clericus. cl. 2. 21. c, m
Hæreticorum connubia cauenda. cl. 2. 11. c, m
Hæreticorum matrimonio non socianda catholica. cl. 2. 11. b, p
Hæreticorum simulata innocentia. cl. 1. 18. a, m
Hæreticorum martyria catholici non ingrediantur. cl. 2. 11. b, p
Hæreticorum nomina ad altare non sunt recitanda. cl. 2. 150. b, m
Hæreticorum res omnes & sermones discutiendi. cl. 1. 42. a, p
Hæreticorum cœtus conciliabulum non ecclesia. cl. 2. 21. c, m
Hæreticorum colluies recensita. cl. 2. 78. c, p
Hæreticorum basilicæ diuinis non applicanda. cl. 2. 40. b, m
Hæreticorum scripta vulgò non permittantur. cl. 1. 109. b, p
Hæreticorum fraudulenta subtilitas. cl. 3. 147. a, f

Hæreticorum baptismata comprobati non debent. cl. 1. 3. c, p
Helena constantini mater. cl. 95. a, m
Heli sacerdotis ruina. & c. cl. 1. 116. b, f
Heliseus. cl. 1. 99. c, m
Helladius. cl. 1. 112. d, f
Heraclianus presbyter. cl. 1. 60. c, f
Helladius episcopus prolemaidis. cl. 1. 37. d, m
Heraclea. cl. 1. 80. c, m
Heraclius. cl. 70. a, f
Heraclius. cl. 1. 72. c, m
Herdtsfeld locus in Anglia. cl. 2. 89. c, f
Hermeus. cl. 1. 169. d, p
Hierichunticæ vobis subuersio. cl. 2. 115. c, f, & d, p, m, f
Hieronymi documentum. cl. 2. 119. c, p
Hieronymi de praga abiuratio. cl. 1. 130. b, m
Hermogenes. cl. 1. 78. b, m
Hierosolymitani concilij epistola. cl. 2. 10. a, f
Hierosolymitani episcopi honor. cl. 1. 75. m
Hierosolymorum episcopus Cyrillus moritur in cuius sede successit Ioannes. cl. 1. 14. b, m
Hierosolymorū iuuenalis episcopus. cl. 1. 44. a, f
Hilarius. cl. 3. 143. b, p. & cl. 1. 169. b, p
Hilarius papa. cl. 3. 159. c, p
Hippolytus damnatus. cl. 1. 10. b, p
Hipponensium ecclesia. cl. 2. 28. b, p
Hispania. cl. 2. 58. b, f
Hispania vnde dicta. cl. 2. 58. b, f
Hispanorum varietas de solennitate paschali. cl. 2. 69. b, m
Hispanorum reprehensio qui inordinate constituant clericos. cl. 3. 138. c, m
Historia sanctorum quatenus attingenda. cl. 2. f. 3. 22. d, m
Historia prophana in synodo non vtendum. cl. 1. 166. d, m
Histriones christiani facti. cl. 2. 17. d, m
Histrionibus conuersis poenitentia non negatur. cl. 2. 18. c, m
Homicida habeatur qui præter constitutum exposcit. cl. 2. 36. b, p
Homicidæ. cl. 2. 32. c, p
Homicidæ confugientes ad ecclesiam. cl. 2. 46. d, p
Homicidæ quatenus a communione submouendi. cl. 2. 37. c, p
Homicidarum poenitentia. cl. 2. 40. b, m
Homicidia non sponte commissa. cl. 2. 132. d, m
Homicidis penitus non communicandum. cl. 2. 38. b, p
Homicidium voluntarium. cl. 2. 2. b, p
Homicidium voluntariè factum. cl. 2. 53. b, m
Homicidium qui fecerit agat poenitentiam decem annos. cl. 2. 63. b, m
Homilia Ioannis Antiocheni. cl. 1. 41. b, p
Homiliæ Theodoretici pars ad confirmandos orientales episcopos. cl. 1. 40. d, m
Hominem deiferum nestorius Christum nominat. cl. 1. 34. c, m
Hominem integrū suscepit Christus sine peccato. cl. 3. 128. a, m
Hominis anima vnica. cl. 1. 112. d, m
Hominis lapsus. cl. 2. f. 3. 77. d, f
Hominis anima ex diuina non est substantia. cl. 3. 151. b, p
Hominis exterioris debita compositio. cl. 2. 44. d, m
Hominis creatio. cl. 2. f. 3. 77. d, m. mundi. ibidem.
Hominis interioris reformatio. cl. 2. f. 3. 4. a, f
Hominum propria. cl. 2. 35. b, m
Homo nihil boni potest sine deo. cl. 2. 35. b, m
Homo mortuus ossa Helisei attingens resurrexit. cl. 1. 99. c, f
Homouision vocabulum vnde. cl. 2. 85. b, m
Honestas a clericis seruanda. cl. 2. f. 3. 10. a, f
Honestas & decencia clericalis. cl. 2. f. 3. 83. b, f
Honor Hierosolymitani episcopi. cl. 1. 75. b, f

Honor regis iudicium diligit. cl. 1. 84. d, f
Honor imagini exhibitus ad prototypum referatur. cl. 1. 100. a, p
Honor prælatorum. cl. 2. f. 3. 84. c, p
Honore digni qui solitariam eligunt vitam. cl. 1. 52. a, f
Honorandi senes. cl. 2. 21. d, p
Honorificentia martyrum. cl. 1. 7. b, p
Honorii authentica epistola. cl. 1. 70. c, m
Honorii querimoniam. cl. 2. 64. b, p
Honorius papa hæreticus. cl. 1. 83. d, f
Honorius papa monothelismi accusatus. cl. 1. 68. a, f
Hora qua surgendum. cl. 2. f. 3. 46. a, m
Horæ beatæ Mariæ virginis. cl. 2. f. 3. 46. a, f
Horæ canonicæ. cl. 2. f. 3. 81. b, m
Horæ canonicæ. cl. 2. f. 3. 61. c, m
Horæ canonicæ quomodo in ecclesia cantandæ. cl. 2. f. 3. 9. c, p
Horæ canonicæ ab ecclesiasticis quomodo legendæ. cl. 2. f. 3. 9. c, f
Horæ canonicæ qualiter extra chorum dicendæ sint. cl. 1. 156. a, p
Horæ canonicæ qualiter dicendæ extra chorum. cl. 2. f. 3. 40. c, f
Horæ canonicæ qua autoritate celebrandæ. cl. 2. 107. b, m
Horariæ preces. cl. 2. f. 3. 16. a, m
Horariæ preces quomodo decantandæ. cl. 2. f. 3. 17. d, f.
Horarium precum persoluedarum affectus. cl. 2. f. 3. 16. b, p
Horarum canonicatum persolutio. cl. 2. f. 3. 40. c, m
Horarum officium nō cantandum priuatim in choro cū illæ cantantur. cl. 2. f. 3. 9. c, m
Hormisdas. cl. 1. 58. d, p
Hormisdas summus pontifex. cl. 1. 170. b, p
Hormisdæ epistola ad Epiphaniam. cl. 1. 60. a, m
Hormisdas episcopus. cl. 1. 59. b, m
Hormisdas episcopus. cl. 1. 60. a, m
Hospitalia. cl. 2. f. 3. 29. b, m
Hospitalia pauperum, infirmorum & peregrinorum. cl. 2. f. 3. 53. a, m
Hospitalitas diligenda. cl. 1. 93. d, f
Hospitalitas a Christo præcepta. cl. 2. 61. c, f
Hospitalium cura. cl. 2. f. 3. 31. c, m
Hospitalium visitatio. cl. 2. f. 3. 69. c, f
Hospitalium visitatio & reformatio. cl. 2. f. 3. 10. d, f
Hospitalium magistrorum prauus affectus damnatur. cl. 2. f. 3. 29. c, f
Hostem apertum facile vitamus. cl. 1. 2. a, p
Hostes imaginum non admittendi. cl. 1. 112. c, m
Hostiensis ecclesia. cl. 1. 3. b, p
humanae constitutiones. cl. 2. f. 3. 3. a, f
humani affectus in beneficiis ecclesiasticis execrabiles. cl. 2. f. 3. 13. c, f
humani generis redemptor Christus. cl. 1. 13. d, m
humanitatis aliquid etiam circa sponte lapsos ostendendum. cl. 1. 7. c, m
humiliatio Nabuchodonosor regis. cl. 2. 117. b, f & cum feris habitatio, ibid. recognitio eiusd. ibidem. Hussitarum error. cl. 2. f. 3. 6. c, f
Hydroparastarum heresis. cl. 1. 90. b, m
Hymni recipiendi. cl. 2. 55. d, f
Hymni in ecclesia canendi. cl. 2. 69. a, m
Hymnologia. cl. 1. 58. b, p
Hymnorum ignari non ordinandi. cl. 2. 80. d, f
Hymnum trium puerorum vniuersa catholica ecclesia celebrat. cl. 2. 69. a, f
Hymnus angelicus quando decantandus. cl. 3. 100. c, m
Hypodiacaon ne ante 20. annos creetur. cl. 1. 89. c, m
Hypostasis quid. cl. 1. 81. a, p
Hypostasi verbi carnis dei vitam non esse diuidendam. cl. 1. 103. c, f



Iudæorum fidei custodia. cl. 2. 73. b m
Iudaicus superstitionibus seruientes. cl. 2. 21. d m
Iudas & Silas propheta. cl. 1. 1. d f
Iudas & Silas cum Paulo & Barnaba mittuntur Antiochiam. cl. 1. 1. d m
Iudex immediatus post Deum episcopus Romanus. cl. 1. 51. b m
Iudex quibus diebus placitum habere non debeat. cl. 2. 130. d p
Iudex interlocutoriam & comminatoriam sententiam poterit reuocare. cl. 1. 115. b f
Iudex secularis clericum non constringat aut discutiatur. cl. 2. 53. a m
Iudex quomodo iudicare debet. cl. 2. 134. d p
Iudex ecclesiasticus quomodo suo officio nequit perungi. cl. 2. 53. 70. c p
Iudicandus quisque ab eis quos sibi iudices elegerit. cl. 1. 8. a p
Iudicare quomodo oportet. cl. 3. 123. b f
Iudicata res. cl. 2. 3. 37. a m
Iudicem recusandi modus. cl. 1. 126. b m
Iudices quales esse debeant. cl. 3. 117. c f
Iudices bonum pacis non impediunt. cl. 2. 134. d p
Iudices seculares de matrimonialibus & aliis spiritualibus causis non iudicent. cl. 2. 53. 70. c m
Iudices seculares. cl. 3. 135. a f
Iudices maioris autoritatis possunt appellari. cl. 3. 122. d m
Iudices non prius viduas & pupillos conueniant quam episcopo nunciauerint. cl. 2. 61. d p
Iudices alterius prouincie quatenus non audiendi. cl. 3. 111. a p
Iudices qui pauperes opprimunt. cl. 2. 56. a m
Iudices ecclesiastici. cl. 2. 8. b p
Iudices seculares clerum ultra æquitatem iudicialibus impensis non grauent. cl. 2. 53. 73. c p
Iudices sententiam non proferant in absentem. cl. 3. 122. d f
Iudices inimici & suspecti. cl. 3. 185. d f
Iudices clericis publicis actionibus implicantes. cl. 2. 52. d f
Iudicia peregrina. cl. 3. 107. a f
Iudicia peregrina. cl. 3. 101. b p
Iudicia peregrina. cl. 3. 146. b p
Iudicia peregrina & prouincialia. cl. 3. 96. d m
Iudicia episcoporum. cl. 3. 127. c m
Iudicia. cl. 2. 53. 36. b f
Iudicia inordinata. cl. 3. 123. a p
Iudicia peregrina. cl. 3. 122. d p
Iudicia. cl. 3. 187. d f
Iudicia discernenda. cl. 2. 102. a p
Iudicia & scribenda. cl. 1. 125. c m
Iudicio secularium oppressi ad iudicium sacerdotum appellent. cl. 2. 96. d f
Iudicis sedis Apostolicæ autoritas. cl. 3. 111. b p
Iudicis alterius sententia tenetur nisi sui, &c. cl. 3. 123. c p
Iudicium extraneum. cl. 3. 98. a f
Iudicium sanguinis & duelli clericis prohibitorium. cl. 1. 124. a p
Iudicium extraneum. cl. 3. 98. a f
Iudicium quando renouandum. cl. 1. 11. b f
Iudicium viuorum & mortuorum. cl. 1. 78. a f
Iudicium nullus suscipiat accusatoribus absentibus. cl. 3. 126. c f
Iudicium sententia. cl. 2. 18. d f
Iudicium delegatorum potestas. cl. 1. 115. c m
Iudicium potestas. cl. 1. 119. a m
Iuliani episcopi commendatio. cl. 3. 150. b f
Iulianus. cl. 1. 70. a f
Iulianus pelagianus. cl. 1. 72. a p
Iulianus anathematizatus. cl. 1. 85. c p

Iulij Secundi papæ obitus. cl. 1. 213. b p
Iulius pontifex. cl. 1. 33. d m
Iulius pontifex indixit concilium Romæ apud lateranum celebrandum. cl. 1. 213. a m
Iulius primus. cl. 3. 120. c p
Iulius secundus. cl. 1. 213. a p
Iumentum in templum non inducendum. cl. 1. 92. c m
Iura ecclesiastica presbyter non vendat. cl. 2. 2. a m
Iuramenta seruanda. cl. 1. 11. a p
Iuramenta non sunt facile exigenda in capitulis. cl. 2. 53. 18. d f
Iuramenta facili exactio in iudiciis referenda. cl. 2. 53. 31. a p
Iuramentorum exactio restringenda. cl. 2. 53. 84. d p
Iuramentum à iurantibus inuicem potest remitti. cl. 1. 120. a f
Iuramentum ecclesiæ. cl. 1. 117. b f
Iuramentum quatenus seruandū. cl. 3. 102. c m
Iuramentum synodale. cl. 3. 113. b f
Iuramentum in carum. cl. 3. 79. a m
Iurantes per capillū, caput Dei, aut alias creaturas. cl. 3. 101. d p
Iurantes per creaturas clericis. cl. 2. 21. c p
Iurare nullus cogatur ante quatuordecim annos. cl. 2. 4. d f
Iuris professores à quibus cauere debeant. cl. 1. 92. a m
Iurisdicchio ecclesiastica. cl. 2. 53. 70. b p
Iurisdicchio ecclesiastica contentiosa. cl. 2. 53. 30. b m
Iurisdicchio ecclesiastica iam propemodum collapsa restituitio. cl. 2. 53. 65. d f
Ius ecclesiæ si quis auellere tentauerit. cl. 3. 105. b m
Iustificari quomodo intelligatur. cl. 1. 217. d f
Iustificatio. cl. 2. 53. 78. a m
Iustificatio quid & quæ eius causæ. cl. 1. 217. c f
Iustificatio per Christum. cl. 2. 17. b f
Iustificationis fructus hoc est meritum bonorum operum & de ipsius meriti ratione. cl. 1. 218. c f
Iustificationis impij descriptio quibus verbis insinuat. cl. 1. 217. c p
Iustificationis acceptæ incrementum. cl. 1. 218. a m
Iustiniani 2 literæ ad Ioannem quintum. cl. 1. 86. a p
Iustiniani constituto, contra Anthimum, Seuerum, Petrum & Zoaram. cl. 1. 63. b p
Iustiniani epistola. cl. 1. 54. d f
Iustinianus episcopus. cl. 1. 54. d m
Iustinianus concilium Constantinopoli indicendum putauit. cl. 1. 53. b m
Iustinianus 2, amputatis ei naribus in exilium relegatus est. cl. 1. 86. b f
Iustinianus 2, post Tyberium iterum septennium regnat. cl. 1. 86. b f
Iustinianus 2, Constantini quinti filius. cl. 1. 86. b m
Iustinianus successit iustino mortuo. cl. 1. 53. b m
Iustinianus imperator. cl. 1. 75. c f
Iustino mortuo successit Iustinianus. cl. 1. 53. b m
Iustinus vir pius Anastasio mortuo successit. cl. 1. 53. b m
Iustinus philosophus & martyr. cl. 1. 75. c m
Iustitia secularis. cl. 1. 125. d p
Iustorum animæ perfecta fruuntur felicitate. cl. 1. 160. c p
Iustus quis possit esse. cl. 1. 217. d m
Iuuenalis episcopus Hierosolymorum. cl. 1. 4. a f
Iuuenalis Hierosolymorum Archiep. cl. 1. 49. d m
Iuuentutis instituendæ præceptores quomodo examinandi. cl. 2. 53. 66. b p

Laicus non ingrediatur chorum. cl. 1. 92. a p
Laicus ab honore acoluthi vsque ad episcopatum quomodo subleuandus. cl. 1. 10. c m
Laici. cl. 3. 189. d, f
Laici clericis crimen intendentes. cl. 2. 22. b, f
Laici anathematizantur qui aliam fidem quam Nicænam componunt aut docent. cl. 1. 164. b, m
Laici in accusatione episcoporum non sunt audiendi. cl. 3. 98. a, f
Laici si ad clerum eligantur quantum temporis obseruandum. cl. 3. 162. c, m
Laici non ordinentur episcopi. cl. 3. 145. a, f
Laici usurarij. cl. 2. 3. d, m
Laici in ecclesia clericis non misceantur. cl. 1. 54. a, m
Laici sacerdotes non fiant nisi per gradus ecclesiasticos. cl. 3. 141. a, f
Laici vsuras non exercent. cl. 3. 146. d, m
Laici in ecclesia aliena non communicent sine literis episcopi. cl. 2. 7. c, p
Laici non recipiendi in clero. cl. 2. 47. d, p
Laici clericos actores non constituant. cl. 2. 7. c, m
Laici qui ad clerum non debent prouehi. cl. 3. 135. c, m qui possunt. ibid. f
Laici non ordinandi sine episcopi voluntate. cl. 2. 46. d, m
Laici sortilegi. cl. 2. 53. 3. d, m
Laici in solemnitatibus maioribus ad ciuitatem occurrant. cl. 2. 33. a, m
Laici, aleatores & ebriosi esse non debent. cl. 1. 3. c, p
Laici an res ecclesiasticas dispensare debent. cl. 3. 109. d, m
Laici ad agapem vocati. cl. 2. 11. c, p
Laici scorta alentes segregandi. cl. 1. 92. c, p
Laici canonum contemptores excommunicentur. cl. 2. 7. d, m
Laici nihil iuris habeant in presbyteros. cl. 2. 94. b, p à presbyteris nulla exigant munera ibid. m
Laici non reiciendi in accusationem episcoporum. cl. 3. 98. a, f
Laici presbyteros non eiiciant de ecclesiis. cl. 1. 101. a, p. à presbyteris munera non exigant. ibid.
Laici sacerdotes non fiant. cl. 3. 131. d, p
Laici ordinandi. cl. 2. 40. b, f
Laici in alterius ecclesia non ordinentur. cl. 2. 7. b, f
Laici conuiuia non celebrent ex symbolis, i. 11. d, m
Laici quibus temporibus communicare debent. cl. 2. 32. a, p
Laici refugij. cl. 2. 77. a, m
Laico prohibetur publice docere. cl. 1. 91. d, m
Laico fidelitas sine causa à clericis non prestanda. cl. 1. 125. d, m
Laicorum fidelium communicatio. cl. 1. 2. d, m
Laicorum propositio contra clericos. cl. 2. 40. a, f
Laicorum ædificia in atrio ecclesiæ non fiant. cl. 2. 32. d, p
Laicorum procacitas erga suos archipresbyteros remouenda. cl. 2. 110. c, m
Laicorum nullus ante annum conuersationem episcopus ordinetur. cl. 2. 57. c, p
Laicorum basilicæ. cl. 2. 45. a, m
Laicos patronos respiciens moderatio. cl. 2. 53. 14. b, p
Laicos crimen non inferat clericis. cl. 3. 118. b, p
Laicus presbytero ecclesiā suam non commendet sine licentia episcopi sui. cl. 2. 134. d, p
Laicus coniugem abiiciens communionem peritendens. cl. 1. 3. c, m
Laicus viduam qui duxerit clericus non fiat. cl. 3. 134. b, f

Laicus
Laicus non ingrediatur chorum. cl. 1. 92. a p
Laicus ab honore acoluthi vsque ad episcopatum quomodo subleuandus. cl. 1. 10. c m
Laici. cl. 3. 189. d, f
Laici clericis crimen intendentes. cl. 2. 22. b, f
Laici anathematizantur qui aliam fidem quam Nicænam componunt aut docent. cl. 1. 164. b, m
Laici in accusatione episcoporum non sunt audiendi. cl. 3. 98. a, f
Laici si ad clerum eligantur quantum temporis obseruandum. cl. 3. 162. c, m
Laici non ordinentur episcopi. cl. 3. 145. a, f
Laici usurarij. cl. 2. 3. d, m
Laici in ecclesia clericis non misceantur. cl. 1. 54. a, m
Laici sacerdotes non fiant nisi per gradus ecclesiasticos. cl. 3. 141. a, f
Laici vsuras non exercent. cl. 3. 146. d, m
Laici in ecclesia aliena non communicent sine literis episcopi. cl. 2. 7. c, p
Laici non recipiendi in clero. cl. 2. 47. d, p
Laici clericos actores non constituant. cl. 2. 7. c, m
Laici qui ad clerum non debent prouehi. cl. 3. 135. c, m qui possunt. ibid. f
Laici non ordinandi sine episcopi voluntate. cl. 2. 46. d, m
Laici sortilegi. cl. 2. 53. 3. d, m
Laici in solemnitatibus maioribus ad ciuitatem occurrant. cl. 2. 33. a, m
Laici, aleatores & ebriosi esse non debent. cl. 1. 3. c, p
Laici an res ecclesiasticas dispensare debent. cl. 3. 109. d, m
Laici ad agapem vocati. cl. 2. 11. c, p
Laici scorta alentes segregandi. cl. 1. 92. c, p
Laici canonum contemptores excommunicentur. cl. 2. 7. d, m
Laici nihil iuris habeant in presbyteros. cl. 2. 94. b, p à presbyteris nulla exigant munera ibid. m
Laici non reiciendi in accusationem episcoporum. cl. 3. 98. a, f
Laici presbyteros non eiiciant de ecclesiis. cl. 1. 101. a, p. à presbyteris munera non exigant. ibid.
Laici sacerdotes non fiant. cl. 3. 131. d, p
Laici ordinandi. cl. 2. 40. b, f
Laici in alterius ecclesia non ordinentur. cl. 2. 7. b, f
Laici conuiuia non celebrent ex symbolis, i. 11. d, m
Laici quibus temporibus communicare debent. cl. 2. 32. a, p
Laici refugij. cl. 2. 77. a, m
Laico prohibetur publice docere. cl. 1. 91. d, m
Laico fidelitas sine causa à clericis non prestanda. cl. 1. 125. d, m
Laicorum fidelium communicatio. cl. 1. 2. d, m
Laicorum propositio contra clericos. cl. 2. 40. a, f
Laicorum ædificia in atrio ecclesiæ non fiant. cl. 2. 32. d, p
Laicorum procacitas erga suos archipresbyteros remouenda. cl. 2. 110. c, m
Laicorum nullus ante annum conuersationem episcopus ordinetur. cl. 2. 57. c, p
Laicorum basilicæ. cl. 2. 45. a, m
Laicos patronos respiciens moderatio. cl. 2. 53. 14. b, p
Laicos crimen non inferat clericis. cl. 3. 118. b, p
Laicus presbytero ecclesiā suam non commendet sine licentia episcopi sui. cl. 2. 134. d, p
Laicus coniugem abiiciens communionem peritendens. cl. 1. 3. c, m
Laicus viduam qui duxerit clericus non fiat. cl. 3. 134. b, f
Laicus
Laicus non ingrediatur chorum. cl. 1. 92. a p
Laicus ab honore acoluthi vsque ad episcopatum quomodo subleuandus. cl. 1. 10. c m
Laici qui se euachifantibus tribus annis comunione priuetur. cl. 1. 3. a m
Laicus per potestatem regiā res ecclesiæ possidere non præsumat. cl. 2. 53. b p
Laicus viduam ducens non admittatur in clerum. cl. 2. 16. c p
Laicus siue epistola non peregrinetur. cl. 2. 11. d p
Laicus in ecclesia non sepeliatur. cl. 2. 129. a f
Laicus ante annum conuersionis non ordinetur. cl. 2. 36. d f
Laicus qualiter ad sacerdotij gradum venire debeat. cl. 3. 75. d m
Laicus absens ab ecclesia per tres hebdomadas punitur. cl. 1. 92. b m
Laicus sacramenta sibi non ministret. cl. 1. 91. c m
Laicus presentibus clericis non doceat. cl. 2. 21. d m
Langor Sabellij. cl. 1. 13. b f
Laodicea. cl. 2. 10. d p
Lapsi à fide catholica in hæresim. cl. 2. 33. a p
Lapsi presbyteri in persecutione. cl. 2. 1. c m
Lapsi clericis. cl. 1. 7. m
Lapsi à catholica fide ecclesiæ restituendi. cl. 2. 40. a f
Lapsi & eorum reparatio. cl. 1. 218. c p
Lapsi verbum triennio sint inter audientes verbum. cl. 17. c f
Lapsi sacerdotibus manus non imponatur. cl. 2. 13. a p
Lapsorum in hæresim penitentia. cl. 2. 52. d p
Lapsos per ignorantiam ordinatos non prauidicere regulæ ecclesiasticæ. cl. 1. 7. c m
Lapsus hominis. cl. 2. 53. 77. d f
Largitores rerum ecclesiasticarum. cl. 2. 43. c m f. & d p m f. & 44. a b c p m f. vel pontificaliū ibidem.
Lateranense concilium sub Alexandrino tertio. cl. 1. 114. c p
Lateranense palatium Romanum. cl. 2. 62. b p
Lateranense concilium sub Innocentio papa tertio. cl. 1. 120. c f
Lateranense concilium legitimum esse definitur. cl. 1. 213. a f
Latini doctores disputaturi. cl. 1. 160. d p
Latinorum cum græcis disceptatio de purgatorio. cl. 1. 160. a m
Latriam excludi à sanctorum adoratione. cl. 1. 105. c f
Latriam in Deum reponere quid. cl. 1. 98. b p
Latrones. cl. 2. 130. b p
Latrones in domibus vel in seruitio non tenendi. cl. 2. 134. b f
Laus charitatis. cl. 3. 176. a m
Laus Nestorij ficticia. cl. 1. 40. c f
Laus Damasi. cl. 1. 12. b f
lectio sacræ scripturæ in conuentibus aliorū regularium habeatur. cl. 1. 216. b p
lectio in mensa cl. 2. 53. 46. b c
lectiones eadem per solennium dierum vigiliis sunt legendæ. cl. 2. 75. b f
Lector non nisi in 7. testibus damnandus. cl. 1. 10. b m
Lector, aleator & ebriosus esse non debet. cl. 1. 3. c p
Lectores. cl. 2. 11. c p
Lectores & cantores qui in clerum peruenerunt nuptias contrahere possunt. cl. 1. 3. a m
Lectores quales in ecclesia constituendi. cl. 2. 188. a f
Lectores qualiter fiant. cl. 2. 20. d m
Lectores possunt vxores ducere. cl. 1. 89. a m
Lectores sacræ theologiæ examinandi. cl. 1. 216. b, m
Lectoribus sacræ Theologiæ deputatum stipendium. cl. 1. 216. a p

lectio
lectio sacræ scripturæ in conuentibus aliorū regularium habeatur. cl. 1. 216. b p
lectio in mensa cl. 2. 53. 46. b c
lectiones eadem per solennium dierum vigiliis sunt legendæ. cl. 2. 75. b f
Lector non nisi in 7. testibus damnandus. cl. 1. 10. b m
Lector, aleator & ebriosus esse non debet. cl. 1. 3. c p
Lectores. cl. 2. 11. c p
Lectores & cantores qui in clerum peruenerunt nuptias contrahere possunt. cl. 1. 3. a m
Lectores quales in ecclesia constituendi. cl. 2. 188. a f
Lectores qualiter fiant. cl. 2. 20. d m
Lectores possunt vxores ducere. cl. 1. 89. a m
Lectores sacræ theologiæ examinandi. cl. 1. 216. b, m
Lectoribus sacræ Theologiæ deputatum stipendium. cl. 1. 216. a p
Lectoribus sacra altaris vasa portare non licet. cl. 2. 75. c m
Lectoris tempus. cl. 1. 9. d p
Lectorum tonsura. cl. 2. 70. b p
Lectorum officium. cl. 2. 75. c m
Lectorum & auditorum sacræ theologiæ priuilegium. cl. 1. 216. b m
Legant clerici qui orare possunt. cl. 2. 21. b f
Legatio ad Donastitas. cl. 2. 28. a m
Legatorum sedes. cl. 1. 189. c p
Legatorum orientalium epistola. cl. 1. 40. c m.
Legatum per se ad synodum mittat episcopus ægrotans. cl. 2. 21. a m
Legere in sacro cœtu super pulpito non oportet citra manus impositionem. cl. 1. 109. c p
Legis non septem esse sacramenta. cl. 2. 211. d, f.
Legis dei bellum, contra legem diaboli. cl. 2. 53. 45. a f
Legis vim consuetudo habet. cl. 1. 42. a f
Legislatorum dictum. cl. 1. 174. c f
Legitimi parochi qui. cl. 2. 53. 20. a p
Legum diuinarum præuaricatores. cl. 2. 20. a p.
Legum quæ in Iudæorum nequitia prouulgatae sunt confirmatio. cl. 2. 91. d m
Leo papa huius nominis primus. cl. 1. 49. b m
Leo primus. cl. 1. 69. a p
Leo decimus. cl. 1. 213. b m
Leocadia martyr. cl. 2. 67. c f
Leonis secundi papæ scripta ad Constantinum piissimum Augustum. cl. 1. 84. d p
Leontius. cl. 1. 70. b p
Leontius tres annos regnat. cl. 1. 89. c f
Leontius martyr. cl. 1. 58. c b
Leontius amputatis ei naribus in carcerem coiectus. cl. 1. 6. b f
Leprosarium visitatio & reformatio. cl. 2. 53. 10. d f
Leprosi. cl. 1. 118. c p
Leuiculi clericis damnantur. cl. 2. 53. 17. c f
Leuita crimen suum confitens. cl. 2. 12. c p
Leuita filiorum procreatio in operanda re conuictus à communione dominica abstineat. cl. 2. 38. a m
Leuitæ non offerant. cl. 2. 5. b f
Leuitæ cum mulieribus non cohareant. cl. 3. 34. c m.
Leuitæ ante viginti quinque annos non ordinentur. cl. 2. 18. a p
Leuitæ canibus nec accipitribus vtantur ad vendendum. cl. 2. 32. d m. Sacerdotes ibidem.
Leuitæ in cellulis suis vitæ testes habeant. cl. 2. 69. c f
Leuitæ ab vxoribus se contineant. cl. 2. 22. d p.
Leuitæ cum vxoribus suis non viuant. cl. 2. 59. a f
Leuitæ, magi aut incantatores non sint. cl. 2. 33. a f.
Leuitæ castitatem custodiant. cl. 2. 16. d f
Leuitæ sine iussu presbyteri non sedent. cl. 2. 33. a f
Leuitarum incontinentia. cl. 2. 130. c f
Leuitæ ab anno 25. ordinari in aliqua lege mandantur. cl. 2. 69. c p
Leuitæ cum vxoribus suis non cocant. cl. 2. 16. c p.
Leuitarum incontinentia. cl. 2. 34. a f
Leuitarum incontinentia. cl. 3. 135. a p
Leuitarum tonsura. cl. 2. 70. b p
Leuitas Græcorum. cl. 1. 110. d f
Lex penitentium. cl. 2. 21. c f
Liber vetustissimus in quo scriptum erat sanctum spiritum ex filioque. cl. 1. 170. a f
Liber Cynilli Apologeticus ad orientales episcopos. cl. 1. 31. b p

Liber græcis conceditur. cl. 1. 166. a m
Liber vetustissimus à latinis in medium prolatus. cl. 1. 165. c f
Liber apologeticus Cyrilli pro duodecim capitulis. cl. 1. 31. b p
Liber liberam ducens &c. cl. 2. 130. d f
Liber Cyrilli ad Euporium. cl. 1. 23. c f
Liber asceticus. cl. 1. 41. d f
Liber ipatij contra Acephalos. cl. 1. 20. d f
Libelli quidam scandalosi condemnantur. cl. 1. 146. c m
Libelli à Cyrillo & memnone in concilio oblati. cl. 1. 18. b m
Libelli oblati in synodo Ephesina exemplari. cl. 1. 42. a p
Libellos famosos qui ponunt in ecclesia, anathematizantur. cl. 2. 4. b f
Libellus monachorum ad Memnam. cl. 1. 58. a p
Libellus monachorum Apamiz. cl. 1. 62. c f
Libellus Eunodij. cl. 2. 42. d f
Libellus sancto concilio Ephesino à Cyrillo & memnone oblati. cl. 1. 45. c p
Libellus accusationis per Ichthyonem in Dioscorum productus. cl. 1. 50. b m
Libellus accusationis per Athanasium aduersus Dioscorum productus. cl. 1. 50. b m
Libellus epistolarum ad Iustinianum. cl. 1. 57. c f
Libellus monachorum ad synodum. cl. 1. 61. b m
Libellus accusationis per Sophronium contra Dioscorum productus. cl. 1. 50. b f
Liberi atbitrij reparatio. cl. 2. 35. a f
Liberi monendi ne in sciis parentibus contrahant. cl. 2. 53. 79. d m
Liberius in sententiam Constantij iudicatus. cl. 1. 5. a m
Liberius papa. cl. 3. 124. b m
Libero bene vtitur arbitrio per Christum. cl. 3. 143. d p
Liberum arbitrium. cl. 2. 34. c f
Liberum arbitrium. cl. 2. 53. 5. d p
Liberum est cuiuslibet concilio interesse. cl. 1. 153. b f
Libertas vera Christiana. cl. 2. 53. 78. b f
Libertas donata seruis quomodo valeat. cl. 1. 92. c p
Libertas mala canonicorum secularium. cl. 2. 53. 43. b m
Libertatis ecclesiasticæ violatores. cl. 2. 53. 60. a f
Liberti. cl. 2. 59. b p
Liberti. cl. 2. 23. d p
Liberti. cl. 2. 29. a m
Liberti. cl. 2. 32. b p
Liberti. cl. 2. 4. d m
Liberti ecclesiæ ab obsequiis ecclesiæ non recedant. cl. 2. 82. c f
Liberti in ecclesia commendati non opprimantur. cl. 2. 33. d m
Liberti ecclesiæ superbi ad seruitium reuocandi. cl. 2. 64. d p
Liberti sacris. condemnati ecclesiis. cl. 2. 61. b f
Liberti ecclesiæ cl. 2. 71. b p & m
Libertorum ecclesiæ professiones & obediencia. cl. 2. 73. d p
Libri lingua vernacula scripti, tractantes de fide & moribus à quibus legendi. cl. 2. 53. 11. c m
Libri per typographum publicandi. cl. 2. 53. 85. d m
Libri de fide & moribus an ampli imprimi debeant & vendi. cl. 2. 53. 11. b, f
Libri sacri non corrumpendi. cl. 1. 92. a, p
Libri in ecclesia legendi. cl. 2. 11. d, f



Libri qui in canone sunt recipiendi, cl. 3.135. b, m
Libri parochorum & concionatorum inspiciendi, cl. 2. f. 3. 81. b, p
Libri sacri recognoscendi & repurgandi, cl. 2. f. 3. 81. d, f
Libri non canonici non legantur in ecclesia, cl. 2. 11. d, f
Librorum veteris testamenti index, cl. 1. 215. b, p
Libri parochis & concionatoribus vitandi, cl. 2. f. 3. 66. d, p
Librorum sacrorum index, cl. 215. a, f
Librorum noui testamenti index, cl. 1. 215. b, p
Libros gentiliū non legat episcopus, cl. 2. 21. a, p
Licentia ordinandi episcopo passim non danda, cl. 1. 11. c, p
Licentia exeundi religiosorum, cl. 2. 135. b, f
Licentiam predicandi episcopi gratis concedant, cl. 1. 216. c, m
Licentiariorum ad suscipiēdos ordines extra dicētesim, cl. 2. f. 3. 67. c, f
Licita & illicita in rebus ecclesiasticis pactiones, cl. 1. 117. d, f
Linea toga super vestem à canonicis ferenda, cl. 2. f. 3. 10. a, f & b, f
Linus, cl. 3. 87. c, f, quid interdixit, ibi.
Litania quid, cl. 2. 101. a, p
Litaniae cur instituta, cl. 2. f. 3. 27. a, m
Litaniae secundae quando faciendae, cl. 2. 47. c, f
Litaniae quando celebrandae, cl. 2. 47. c, f
Litaniarum nouarum institutio, cl. 2. 72. b, p
Litaniarum solemnia pro carolo magno, cl. 2. 94. a, f
Litaniarum obseruatio, cl. 2. 73. b, p
Litaniarum celebratio quando, cl. 2. 47. b, f
Litaniae & Epiphaniae discrimen, cl. 2. 101. a, p
Litania maior, ibid.
Litterae patriarchae, cl. 1. 199. d, m
Litterae Cyilli ad lohanneum Antiochenum, cl. 1. 167. d, m
Litterae Agathonis, cl. 1. 174. d, f
Litterae puerae monacho aut monachae resignare non licet, cl. 2. f. 3. 29. b, p
Litterae maiorum pro non consultis concilio- rum habitae, cl. 1. 165. d, p
Litterae non impetrandae ultra duas dietas & sine speciali mandato, cl. 1. 125. b, f
Litterae metropolitani ad ordinationem necessa- rias, cl. 2. 31. a, p
Litterae Cyri ad Sergium, cl. 1. 68. c, p
Litterae Agathonis ad imperatorem, cl. 1. 68. c, p
Litterae Caesariensis recitatae, cl. 1. 174. b, m
Litterae vigilij, cl. 1. 168. c, p
Litterae Iustiniani 2. ad Ioannem quintum, cl. 1. 86. a, p
Litterae dimissoriae nulli temere concedendae, cl. 2. f. 3. 15. a, f
Litterae Cyilli ad Acacium melitensem scrip- tae, cl. 1. 171. b, f
Litterae Agathonis, cl. 1. 168. d, p
Litterae synodicae, cl. 1. 176. b, p
Litterarum dimissoriarum examen, cl. 2. f. 3. 8. a, f
Litterarum regiarum ad ephefinam synodum ex- emplar, cl. 1. 44. b, p
Litteras confessorum portantes alias accipere cl. 2. 5. b, p
Litteras communicatorias portantes, cl. 2. 4. c, p
Litigantes frequenter clerici, cl. 2. 21. c, p
Loca mortuorum tria simpliciter sunt, cl. 160. a, f
Loci Apostolici ad purgatorium relati exposi- tio, cl. 1. 160. b, f
Loci explicatio Ioannis Euangelici, cl. 1. 119. a, f
Locus Nestorij Maximianus episcopus factus, cl. 1. 20. c, p
Loculos quare dominus habere voluerit, cl. 2. 119. b, f
Locus sacrificandi detur episcopo peregrino, cl. 2. 5. b, f
Locus cardinalium archiepiscoporum episco- porum destinatus in synodo, cl. 1. 159. c, p

Locus ad concilium preparatus, cl. 1. 6. c, m
Loquacitas praedicatori vitanda, cl. 2. f. 3. 12. a, f
Loquutio, cl. 2. f. 3. 44. d, f
Lucentius episcopus, cl. 1. 49. c, f
Lucentius episcopus, cl. 1. 49. c, p
Lucentius episcopus, cl. 1. 51. c, f
Lucentius papa vigesimus primus, cl. 3. 108. b, p
Ludentes alea, cl. 2. 4. d, m
Ludi clericis vitandi, cl. 2. f. 3. 33. a, p
Ludi à clericis vitandi, cl. 2. f. 3. 10. c, p
Ludi theatrales non inferendi in templis, cl. 2. f. 3. 19. b, m
Ludicra tollenda, cl. 2. f. 3. 26. a, m
Luna dicta ecclesia, cl. 1. 83. c, p
Luxus parochis cauendus, cl. 2. f. 3. 21. a, f
Luxus omnis clerico interdictus, cl. 2. f. 3. 17. a, f
M
Macarius Antiochenus, cl. 1. 68. b, m
Macarius patriarcha, cl. 1. 69. b, m
Macarius Laodicensium vrbis episco- pus, cl. 1. 37. d, p
Macarius in impietatis dogmatibus inueterat, cl. 1. 79. c, f
Macarius confusus, cl. 1. 70. c, p
Macarij & Stephani depositi, cl. 1. 75. b, m
Macedonius, cl. 1. 165. a, f
Macedonius, cl. 1. 61. b, f
Macedonius, cl. 1. 62. d, f
Macedonius, cl. 1. 55. a, p
Macedonianus, cl. 1. 50. a, p
Macedonius haereticus, cl. 1. 65. d, m
Macedonius spiritus denegabat deitatem, cl. 1. 82. d, f
Macedonicum concilium Apollinarium & Co- stantinopolitanum, cl. 1. 465. b, p
Macedonius expulsus, cl. 1. 60. d, f
Macedonij rabies, cl. 1. 187. b, p
Macedonij episcopi à Constantino conuocati, cl. 1. 112. c, f
Macedonio fauens error, cl. 2. f. 3. 6. b, m
Macrobius Seleuciae episcopus, cl. 1. 73. d, p
Magicae artes nihil possunt remedij afferre in- firmantibus, cl. 2. 96. a, m
Magister ab episcopo & capitulo eligendus est qui grammaticam doceat, cl. 1. 216. a, f
Magister sententiarum, cl. 1. 173. c, f
Magistratus quomodo corripiendi, cl. 2. f. 3. 22. c, p
Magistratus & dominantes, cl. 2. 4. b, f
Magistratus seculares decanis & pastoribus in officiorum suorum executione non sint im- pedimento, cl. 2. f. 3. 73. b, m, commoueret do- mos religiosorum, ibid.
Magistri instituendi, cl. 2. f. 3. 53. b, f
Magistri scholarius, cl. 2. f. 3. 85. c, m
Magistri scholastici, cl. 2. f. 3. 40. a, m
Magistri scholastici, cl. 1. 123. b, m
Magistri grammaticam docentes stipendia, cl. 1. 216. a, f
Magistranus Palladius, cl. 1. 44. d, f
Magistrorum hospitalium prauis affectus dam- nantur, cl. 2. f. 3. 29. c, f
Magni Constantini imperatoris Nicæni sym- bolum, cl. 1. 164. d, f
Maiores qualiter poenitentiam accipiant, cl. 2. 31. d, f
Maioritas populi, cl. 2. f. 3. 53. c, f
Maioritas, cl. 2. f. 3. 36. b, p
Maiores litterae pro consultis concilio- rum habitae, cl. 1. 165. d, p
Maledici clerici, cl. 2. 21. c, p
Malefica & sortilegæ mulieres, cl. 2. 2. b
Mali vnus praecipua causa tres, cl. 2. f. 3. 17. a, m
Malorum confortia saepe bonos corrumpunt, cl. 2. 70. d, f
Mancipari in officio clericatus, cl. 2. 48. b, p
Mancipia Christiana Iudaeis seruientia, cl. 2. 52. b, m
Mancipia Christiana à Iudaeis detenta redimi- possunt, cl. 2. 6. c, m

mancipia ad ecclesiam confugientes, cl. 2. 53. a, f
mancipia clericorum nulli occupet, cl. 2. 33. d, m
mancipia ecclesiae, cl. 2. 58. c, f
mancipia Christiana alienis non vendantur, cl. 2. 84. b, p
mancipia Christiana, cl. 2. 50. d, p
mancipia Christiana Iudaei non habeant, cl. 1. 117. b, p
mancipium iuris ecclesiae, cl. 2. 71. a, f
mandatorum Dei obseruationem verè Chri- stianis esse possibilem, cl. 2. f. 3. 78. b, m
mandatorum illius obseruatio necessitas & pos- sibilitas, cl. 1. 218. a, f
mandatum contra concubinos, cl. 2. f. 3. 59. d, p
mandatum synodi Ephefinae, cl. 1. 37. a, m
mandatum orientalium, cl. 1. 37. a, m
mandatum septa, cl. 1. 58. b, m
manducantes in locis idolorum, cl. 2. 1. d, p
manichaei, cl. 1. 32. d, m
manichaei, cl. 1. 53. d, m
manichaei error, cl. 1. 57. a, m
manichaei insipientia, cl. 1. 59. a, m
manichaei in vrbe Roma reperti, cl. 3. 133. a, p
manichaei & Priscilliani de coniugijs humanis de plasmatione corporis humani, & de con- ceptionibus maiorum, ibidem & de cibis car- niū ibidem f
manicheorum error, cl. 1. 54. a, m
manicheorum error, ibid. a, f
manicheorum secta quo tempore introducta & à quo, cl. 3. 111. b, p
manifesta reprehensio vitanda, cl. 2. f. 3. 22. b, f
manifesti criminosi pro quatuor non ferendi, cl. 2. f. 3. 30. d, p
manumissi, cl. 2. 57. b, f
manumissio seruorum ecclesiae, cl. 2. 31. c, f
manumissiones, cl. 2. 27. d, m, cl. 2. 28. b, m
manuum impositio, cl. 2. f. 3. 13. m
manus nemini cito imponenda, cl. 2. f. 3. 13. c, p
nō imponatur lapsus sacerdotibus, cl. 2. 23. a, p
manzur, cl. 1. 103. a, m
marcellini, cl. 1. 14. d, m
marcellini thurificatio, cl. 3. 114. d, m, negatio q̄ non thurificasset, ibid. f
marcellini confessio, cl. 3. 115. c, m, & eius damna- tio, ibidem.
marcellinus, cl. 3. 113. d, f
marcellus ceruinus, cl. 1. 214. d, p, pap. cl. 3. 115. c, f
marci Ephefij oratio, cl. 1. 116. b, m
marciauus, cl. 1. 12. d, p, imperator, cl. 1. 88. b, f
marcionis dogma, cl. 1. 56. c, f
marcionista, cl. 1. 55. d, f
marcionista, cl. 1. 75. c, f
martionista die sabbati ieiunabant, cl. 1. 87. b, f
Marcus papa, cl. 3. 119. d, p
Marcus Ephefus pro graecis sermonē habuit, cl. 1. 162. a, m
marcus filius Petri in baptisate, cl. 3. 87. c, m
maria quomodo Dei genitrix, cl. 1. 17. b, f
maria Dei genitrix vocata, cl. 1. 18. c, p
maria virgo vere deipara, cl. 1. 104. a, p
mariam virginem Dei genitricem esse, cl. 1. 169. a, p
mariam virginem non esse Dei genitricem as- serebat Nestorius, cl. 1. 174. b, p
mariam Dei puerperam, cl. 1. 15. c, m
mariam virginem esse theotocon, cl. 1. 48. d, p
marianus, cl. 1. 65. b, f
Marianus presbyter, cl. 1. 57. c, p
marinus diaconus, cl. 1. 111. a, f
mariti viduarum promoti ad sacerdotium, ab ecclesiasticis officijs arceantur, cl. 3. 146. d, p
mariti viduarum non permittuntur ad clerica- tus ordinem admitti, cl. 3. 131. b, p
mariti repudiatarum ad sacerdotium non pro- uehantur, cl. 2. 36. d, f

maritis consensu adulteratae foeminae, cl. 2. 4. c, f
maritos adulteros relinquentes foeminae, cl. 2. 3. c, f
maris perfa, cl. 1. 66. c, f
maris perfa, ibid. d, p
maris perfa, cl. 1. 20. d, f
martianus imperator, cl. 1. 68. d, p
martianus imperator, cl. 1. 83. a, m
martianus imperator graecae & latinę synodum allocutus, cl. 1. 51. a, m
martinus primus, cl. 3. 180. d, f
martinus quintus, cl. 1. 128. c, p
martyrem qui colit Deum colit, cl. 1. 99. d, f
martyria haereticorum catholici non agredian- tur, cl. 2. 11. b, p
martyrio Petrus coronatus sub Nerone, cl. 1. 2. a, f
martyrum passiones, cl. 2. 27. c, p
martyrum sepulchra, cl. 2. 7. b, p
martyrum historiae quae damnatae, cl. 1. 91. d, m
martyrum memoriae falsae, cl. 2. 28. b, m
martyrum natalitia quibus diebus celebranda in quadragesima, cl. 2. 11. d, m
mater Dei vera dicitur, cl. 1. 167. d, f
materia fidelibus praedicanda, cl. 2. f. 3. 11. d, m
materia sacramenti ordinis, cl. 1. 212. c, f
materia sacramenti Eucharistiae, cl. 1. 212. b, m
materia confirmationis, cl. 1. 212. a, f
materia poenitentiae, cl. 1. 212. c, p
materia extremę vnctionis, ibid. c, m
matifconensis ciuitas, cl. 2. 60. a, p
matricaria, cl. 2. 11. b, m
matrimonia, cl. 2. f. 3. 40. d, m
matrimonia contrahere seruo licet, cl. 3. 123. d, f
matrimonia clandestina contrahentium poena, cl. 1. 126. d, p
matrimonia clandestina non attendenda, cl. 2. f. 3. 12. b, m
matrimonij bonum triplex, cl. 1. 212. d, p
matrimonij restricta prohibitio, cl. 1. 126. c, m
matrimonij solemnitas, cl. 2. f. 3. 79. d, f
matrimonij impedimenta, cl. 3. 190. d, p
matrimonij sacramentum qualiter suscipien- dum, cl. 2. f. 3. 12. b, p
matrimonij sacramentum quomodo docendū, cl. 2. 79. d, p
matrimonij sacramentum, cl. 2. f. 3. 4. d, p
matrimonij sacramentum quid postulet, cl. 2. f. 3. 25. c, m
matrimonij clericorum infideles non socien- tur, cl. 2. 18. b, p
matrimonio haereticorum non socianda catho- lica, cl. 2. 11. b, p
matrimonium, cl. 3. 190. c, p
matrimonium tria completi, cl. 2. f. 3. 25. d, m
matrimonium septimum sacramentum, cl. 1. 212. c, f
matrimonium contrahere nō possunt furiosus, & furiosa, cl. 3. 107. b, m
matrimonium quae debant praecedere, cl. 2. f. 3. 73. c, f
matrimonium contrahere qui affectant quomo- do monendi, cl. 2. f. 3. 25. c, f
matrimonium contractum siue contrahendum, cl. 1. 115. a, f
matrimonium significat indiuisibilem coniu- ctionem Christi & ecclesiae, cl. 1. 212. d, p
matrone vestimenta non dent adornada pom- pam, cl. 2. 4. c, p
mathias in locum Iudae sufficitur, cl. 1. 1. b, p
matutina, cl. 2. 107. c, m
maurentij episcopi suggestio, cl. 2. 28. c, m
maximi & Iuuenalis epistol. concordia, cl. 1. 51. b, p
maximiani sanctitas, cl. 1. 18. c, m
maximianista & donatista, cl. 2. 27. d, f
maximianus episcopus, cl. 2. 28. b, f
maximianus episcopus ordinatus, cl. 1. 18. c, m

maximianus nestorij episcopus factus, cl. 1. 20. c, p
maximinus pontificali dignitate proiectus, cl. 1. 11. d, m
maximianus Arrianus, cl. 1. 72. a, p
maximianus anathematizatus, cl. 1. 85. c, p
maximus, cl. 1. 105. d, p
maximus Cynicus damnatus, cl. 1. 15. a, m
maximus ex donatistis, cl. 3. 153. c, p
mediator Dei & hominum Christus, cl. 1. 17. b, p
mediatores simoniae electiones quando puniē- di, cl. 1. 213. b, p
medium semper tenendum, cl. 2. f. 3. 45. a, m
Melchades papa, cl. 3. 117. c, m
meletius, cl. 1. 12. d, p
meletius, cl. 1. 12. d, f
meletius, cl. 1. 12. c, p
Melitius omni priuatus potestate in propria ci- uitate manet, cl. 1. 8. b, f
melitenensis Acacius, cl. 1. 43. b, f
melodia organorum quomodo temperanda, cl. 2. f. 3. 16. c, f
menna episcopus, cl. 1. 65. a, f
menna archiepiscopus, cl. 1. 67. b, f
menna archiepiscopus & patriarcha, cl. 1. 63. b, p
menna patriarcha, cl. 1. 53. c, p
mennę sententia contra Anthimū, cl. 1. 66. a, f
mennę sententia contra Petrum, Seuerum & Zoaran, cl. 1. 63. b, p
mennę patriarchae interlocutio, cl. 1. 65. b, p
memnon Ephefios concitat aduersus Impios episcopos, cl. 1. 41. c, m
memnon à Ioanne comite reprehensus, cl. 1. 36. c, m
memnon Iacobo comiti custodiendus traditur, cl. 1. 36. c, m
memoriae falsae martyrum, cl. 2. 28. b, m
medicantes qui habeat potestatem absoluen- di, cl. 2. f. 3. 12. a, p
medicantes fratres quatenus admittendi, cl. 2. f. 3. 20. a, f
medicantibus validis hospitalia clausa, cl. 2. f. 3. 29. c, m
mensa sobria, cl. 2. f. 3. 44. d, m
mensae benedictio, cl. 2. f. 3. 46. c, p
mensuata vitandae, cl. 3. 179. c, f
mensura cibi & potus in canonica congrega- tione, cl. 2. 106. b, f
mensurae sint vbiq̄ aequales, cl. 2. 64. c, m
Mensurae vbiq̄ sint aequales, cl. 2. 90. a, f
Mente desipientes, cl. 2. 34. a, p
Mente polluta accedentes ad altare domini ar- guantur, cl. 2. f. 3. 16. c, p
Mentis distractio, cl. 2. f. 3. 46. b, m
Mercatio clericis interdicta, cl. 2. f. 3. 33. a, p
Mercatura publica dominicis diebus non exer- cenda, cl. 2. 94. c, m
Mercatus diebus dominicis & festiuis prohi- bendus, cl. 2. f. 3. 85. d, p
Mercimonia non vendantur intra ecclesiarum ambitum, cl. 1. 92. a, f
Meretricem qui acceperit non admittatur in clerum, cl. 1. 3. a, p
Meretrix pagana, cl. 2. 4. b, p
Merita omnia sanctorum dona sunt dei, cl. 3. 143. d, p
Meritum bonorum operum, cl. 2. f. 3. 78. b, p
meritum & gratia, cl. 2. f. 3. 6. a, p
meritionem vnam in baptisate non peragen- dam tantum, cl. 1. 3. c, m
messaliana, cl. 1. 41. d, m
Metta & edy, cl. 1. 34. b, m
Metta & edy, cl. 1. 34. c, f, ibidem d, p
methodius, cl. 1. 100. b, m
methodius, cl. 3. 186. d, m
methodus de doctrina Christiana, cl. 2. f. 3. 77. c, f
metropolis quae primates vocentur, cl. 3. 12. 2. c, f

metropolitae non exerceant ministeria, episcopi scopolia per subiectos episcopos, cl. 1. 13. d, p
metropolitanae ecclesiae, cl. 2. f. 3. 27. c, f
metropolitani, cl. 3. 109. c, m
metropolitani episcopi, cl. 2. 9. b, m
metropolitani licet ad ordinationem necessa- riaz, cl. 2. 31. a, p
metropolitani arbitrio synodus congregetur, cl. 2. 6. c, p
metropolitani singulis annis concilium euo- cent, cl. 2. 49. b, f
metropolitani in quibus ciuitatibus esse debe- ant, cl. 3. 27. b, m, & f
metropolitani in quibus ciuitatibus esse debe- ant, cl. 3. 27. b, m
metropolitani sua iura seruentur, cl. 3. 152. a. p
metropolitanorum electio, cl. 2. 59. a, f
metropolitanorum episcoporum primatus, cl. 2. 7. b, m
metropolitanus sine consilio agens, cl. 3. 102. b, m suspectus ab episcopis, ibidem
metropolitanus nihil agat sine concilio episco- porum & contra, cl. 2. 12. d, f
metropolitans sine concilio episcoporum ni- hil agat, cl. 3. 108. c, p, sine episcopis causas eo- rum non audiat, ibidem m
metropolitanus episcopus subiectos non gra- uet, cl. 1. 113. b, f
metropolitanus in aliena prouincia qualiter se habere debeat, cl. 3. 179. b, f
michael imperator, cl. 1. 110. c, f
michael imperator, cl. 1. 68. c, f
michael imperator, cl. 1. 94. a, f
michaelis imperatoris proteruita, cl. 3. 185. d, p
mimi à clericis non spectandi, cl. 1. 91. b, m
mimi non debent ecclesiam, & c. cl. 2. f. 3. 9. b. m.
militans post baptismum, cl. 2. 23. d, p
militiae secularis cingulum, cl. 2. 16. c, p
militiae seculari dediti non admittendi ad cle- rum, cl. 3. 13. c, m
militum Theutoniarum visitatio, cl. 2. 140. a. m. Sancti Ioannis & Antonitarum, ibidem
minister sine chrismate cum proficiscatur, cl. 2. 33. d, p
Minister sacramenti poenitentiae est sacerdos cl. 1. 121. c, m
Minister confirmationis, cl. 1. 212. a, f
Minister extremę vnctionis sacerdos, ibi. c, m
Minister ordinis est episcopus, ibid. c, f
Ministeria minor idoneis committenda, cl. 2. f. 3. 19. c, p
Ministeria ecclesiastica praeter ecclesiam faciē- tes, cl. 2. 5. d, p
Ministerium clericorum duplex, cl. 2. f. 3. 85. d, f
Ministerium subdiaconorum, cl. 2. 11. c, p, d, f
Ministerium seruorum degenerum, cl. 2. 16. c, m
Ministrant Christo mille millia Angelorum, cl. 1. 16. a, f
Ministrantes altario, cl. 2. 44. d, f
Ministrantium in ecclesijs vestitus, cl. 2. f. 3. 18. a, m
ministri ecclesiae pro criminibus damnati cō- munionem non priuentur, cl. 1. 3. a, m
Ministri altaris à secularibus abstineant nego- tijs, cl. 2. 100. b, m
Ministri non recedant ab officijs, cl. 2. 11. d, p
Ministri orario non vtantur, cl. 2. 11. c, p
Ministri ecclesiae in Dei timore actus suos diri- gant, cl. 2. 38. c, p
Ministri si mœchati fuerint, cl. 2. 33. d, m
Ministri secretarium non ingrediantur, cl. 2. 33. a, f
Ministri ecclesiae ad certum titulum deligendi & ordinandi, cl. 2. f. 3. 13. c, p

Ministeria

Ministri ecclesiarum res ecclesie non alienent. cl. 2. 51, a f  
 Ministri verbi, cl. 2. f. 3, 19, c f & d p  
 Ministri altaris. cl. 2, 11, d m  
 Ministris panem dare non licet, cl. 2. 11, c p  
 Ministros Dei in voluntate religionis alterutris concordare esse debere. cl. 1. 6. c m  
 Ministros altaris non eligat populus. cl. 2, 11, b m  
 Minores qualiter penitentiam accipiant. cl. 2. 31, d f  
 Mira Cyrilli in differendo vis & solertia. cl. 1. 29, a f  
 Miracula tria pro statuenda imaginum veneratione. cl. 1. 100, a p  
 Miraculum, cl. 1. 57, a m  
 Misericordes misericordiam consequuntur. cl. 2. 94, c m  
 Misericordiam princeps faciat. cl. 2. 102, b p  
 Missa quomodo legenda. cl. 2. f. 3, 16, c m  
 Missa cathecumenorum, cl. 2, 21, d p  
 Missa quo gestu & qua deuotione audienda. cl. 2, f. 3, 13, c f  
 Missa à quibusdam abusiue dici. cl. 1. 156, a m  
 Missa nuptialis solum in die celebranda. cl. 2. f. 3, 12, b m  
 Missa à ieiuniis celebranda. cl. 2. 18, c p  
 Missæ duæ in vno altario eadem die non dicendæ. cl. 2. 63, c m  
 Missæ mysteria. cl. 2. f. 3, 81, b m  
 Missæ in oratoriis priuatis non celebrentur. cl. 2. f. 3, 9, a m  
 Missæ sacrificium. cl. 2. f. 3, 4, d m  
 Missæ in sacrificio quid offerendum. cl. 2. 52, c f  
 Missæ peculiare non fiant nisi suo tempore. cl. 2. 132, c f  
 Missæ die dominico non celebrentur in capellis, nisi post missam parochoalem. cl. 2. 39, a f  
 Missæ verum vsus concionatores plebem doceant. cl. 2. f. 3, 81, c m  
 Missæ, sub concione aut solenni sacro non celebrentur. cl. 2. f. 3, 81, c m  
 Missæ pro defunctis quando cum admonitione celebrandæ. cl. 2. f. 3, 24, d m  
 Missæ canon. cl. 2. 134, c m  
 Missæ sacrum summa deuotione celebrandum. cl. 2. f. 3, 16, b f  
 Missæ eodem ordine celebrandæ. cl. 2. 75, c p  
 Missæ officium quomodo rite peragendum. cl. 2. f. 3, 62, a m  
 Missæ tempore capitula non tenenda, cl. 1. 156, a f  
 Missalia reuidenda. cl. 2. f. 3, 16, c p  
 Missalia visitanda per diocesanos, cl. 2. f. 3, 10, a p  
 Missam ieiunus celebrare tenetur presbyter. cl. 2. 76, d m  
 Missam non celebret presbyter sequenti die, qui post galli cautum bibit, cl. 2. 132, c m  
 Missam non celebret sacerdos sine oratio. cl. 2. 88, c f  
 Missarum celebratio, cl. 2. f. 3, 40, c m  
 Missarum celebratio, cl. 2. f. 3, 50, d m  
 Missarum celebratio, cl. 3, 100, c m  
 Missarum celebratio vbi fieri debeat, cl. 3. 168, a m  
 Missarum celebritas qua hora inchoanda, cl. 2. 250, d m  
 Missarum ratio, cl. 2. 101, d p  
 Missarum solennia pro Carolo magno, cl. 2. 94, a f  
 Missas tractare minimis non licet, cl. 2. 63, c f  
 Missas plures dicere quando & vbi conueniat, cl. 2. f. 3, 72, c m  
 Missio filij à patre, cl. 3, 100, d f  
 Missum Christum, cl. 1, 29, d m

Mittendi qui sint ad sedem Apostolicam propter abolitionem, cl. 1. 116, c p  
 Mixturam & conuersionem non contigisse cum verbum caro factum est sed vnionem, cl. 2. 4, b f  
 Moderatio sumptuum in visitatione, cl. 2. f. 3, 69, d m  
 Moderatio in casibus referuatis, cl. 2. f. 3, 25, b f  
 Moderatio processionum collegiarum ecclesiarum, cl. 2, 19, b m  
 Moderatio patronos laicos respiciens, cl. 2. f. 3, 14, b p  
 Modestia Constantini, cl. 1. 4, c f  
 Modestia clericorum, cl. 2. 11, b f  
 Modestia habitus à clericis exigenda, cl. 2. f. 3, 17, a m  
 Modus communionis, cl. 1. 156, b m  
 Modus recusandi iudicem, cl. 1. 116, b m  
 Modus preparationis, cl. 1. 127, c m  
 Modus eligendi summum pontificem, cl. 1. 142, b f  
 Modus seu gestus in concilio & sessione, cl. 1. 153, b m  
 Modus conferendi beneficia, cl. 1. 156, b f  
 Modus deseruendi quotidianas distributiones, cl. 2. f. 3, 83, a f  
 Modus in comedendo, cl. 2. f. 3, 46, c m  
 Modus & forma excommunicationis, cl. 2. 14, m b  
 Modulatio organorum ad deuotionem excitans in ecclesia exhibeatur, cl. 2. f. 3, 9, b m  
 Mœchata vidua, cl. 2. 4, c f  
 Mœchati adulescentes post lauacrum, cl. 2. 4, a  
 Mœchati post lauacrum, (subdiacones non fiant cl. 2. 4, a, p  
 Mœchiaz penitens, si rursus peccauerit, cl. 2. 3, c, m  
 Monachatum qui profitentur quomodo probandi, cl. 1. 90, d, f  
 Monachi, cl. 1. 45, a, m  
 Monachi, cl. 2. 32, c p  
 Monachi, cl. 1. 90, d, p  
 Monachi, cl. 2. f. 3, 62, c, m  
 Monachi cl. 2. f. 3, 70, d, m concubinarij, ibid. f  
 Monachi oratorio non vtantur, vel zonis, cl. 2. 47, b, m  
 Monachi vagi, cl. 2. 47, c, p  
 Monachi apoitata non recipiendi, cl. 2. f. 3, 70, c, f  
 Monachi regulariter exeuntes, cl. 2. 129, d, f  
 Monachi ab alio episcopo ordinati, cl. 2. 23, a, m  
 Monachi per se non comedant, cl. 2. 135, c, p  
 Monachi creati episcopi non murent vestis rationem, cl. 1. 113, d, f  
 Monachi sacerdotes non fiant nisi per gradus ecclesiasticos, cl. 3. 141, a, f  
 Monachi ad militiam non redeant, cl. 1. 52, b, m  
 Monachi ad placita secularia non eant, cl. 2. 102, a, m  
 Monachi sine commendatiis literis non vagentur, cl. 2. 37, b, m  
 Monachi abiecto proposito incontinenter viuentes, cl. 3. 130, c, m  
 Monachi non adsint ludis theatricis, cl. 1. 90, a, m  
 Monachi de loco ad locum non migrent, cl. 2. b, f  
 Monachi tabernas non ingrediantur, cl. 2. 102, a, m  
 Monachi ad solitarias cellulas non discedant, cl. 2. 37, c, m  
 Monachi professio, cl. 2. 70, b, f  
 Monachi cisterciensis ordinis, cl. 119, c, p  
 Monachi qui à monasteriis egressi vxores accipiunt, cl. 2. 70, c, p  
 Monachi & moniales sine probatione recepti & in probatione positi recedere volentes, cl.

117, b, m  
 Monachi vagi in custodiam reuocandi, cl. 2. f. 3, 29, b, p  
 Monachi propositum si quis deseruerit, quomodo plectendus, cl. 3. 154, b, f  
 Monachi extra obedientiam diuina tractantes, cl. 2. f. 3, 70, a, p  
 Monachi placita secularia facere non audeant, cl. 2. 100, b, p  
 Monachi quatenus laicos communicent, cl. 2. f. 3, 76, a, f  
 Monachi seculares curas postponant, cl. 1. 52, a, f  
 Monachi à secularibus negotiis abstineant, cl. 2. 100, b, m  
 Monachi & regulares habeant in monasterio seniores, cl. 2. 135, d, m  
 Monachi bonæ indolis, ad Academias mittendi, cl. 2. f. 3, 28, c, f  
 Monachis commatres habere non licet, cl. 2. 9, d, p  
 Monachismi professione nemo temere alligandus, cl. 2. f. 3, 28, b, m & f  
 Monacho ad nuptias ambulare non licet, cl. 2, 63, d, p  
 Monachorum monasterium plures non recipiat quam ratio permittit, cl. 2. 94, b, f & ibid. 95, d, p  
 Monachorum status, cl. 2. f. 3, 50, a, f  
 Monachorum ecclesie per seculares presbyteros gubernanda, cl. 2. f. 3, 20, c, f  
 Monachorum Apamie libellus, cl. 1. 62, c, f  
 Monachorum communes capituli, cl. 1. 112, b, f  
 Monachorum studia qualia esse oporteat, cl. 2. f. 3, 29, a, f  
 Monachorum promotio ad clerum, cl. 3. 131, a, f  
 Monachorum libellus ad synodum, cl. 1. 61, a, m  
 Monachorum vita, cl. 2. f. 3, 29, a, m  
 Monachorum & aliorum vicarii, cl. 1. 118, a, m  
 Monachorum quies & securitas, cl. 2. 62, b, p  
 Monachorum monasteria frequenter visitet episcopus, cl. 2. 144, b, p  
 Monachorum schemata quando facienda, cl. 10, c, p  
 Monachorum vita, cl. 2. 100, a, f  
 Monachorum libellus ad Mennam, cl. 1. 58, a, p  
 Monachorum sancti Benedicti reformatio, cl. 2. 95, c, m  
 Monachos monasteria habere ad firmam non licet, cl. 2. 135, d, p  
 Monachos cum mulieribus si vsus venerit gratiarum actione & reuerentia cibum capere oportere, cl. 1. 110, a, p  
 Monachus non construat cellulas, cl. 2. 47, b, m  
 Monachus monasterium non constituat inconstituto episc. cl. 2. 32, b, p  
 Monachus & clericus non immisceat se negotiis secularibus, cl. 1. 117, d, m  
 Monachus alicubi missus ministerium clericatus agere non presumat, nec negotiator existat, cl. 2. 39, b, p  
 Monachus coniugio non copuletur, cl. 2. 54, c, p  
 Monachus fornicator iure communi punitus, cl. 1. 91, a, m  
 Monachus non ducat vxorem, cl. 1. 52, c, f  
 Monachus si clericus factus fuerit propositum suum seruare debet, cl. 3. 134, d, p  
 Monachus vxorem ducens, cl. 2. 47, b, m  
 Monachus sine episcopi sui epistola non proficiscatur, cl. 2. 32, c, p. Clericus ibidem.  
 Monasteria, cl. 1. 90, d, p  
 Monasteria noua cl. 2. 39, d, f  
 Monasteria puellarum procul à monachis constituenta, cl. 2. 32, b, p  
 Monasteria puellarum qui ingredi possunt, cl. 2. 94, b, m  
 Monasteria non molestanda, cl. 2. f. 3, 63, a, m

Mon

Monasteria alicui non sint commendanda, cl. 1. 213, c, f  
 Monasteria ad episcopum pertineant in cuius sunt territoria, cl. 2. 17, a, m  
 Monasteria Deo consecrata nullus episcopus inquietet, cl. 2. 89, b, f  
 Monasteria deo sacrata, cœnacula non fiant, cl. 1. 52, d, f  
 Monasteria puellarum, cl. 2. 40, b, f  
 Monasteria virginum à monachis tueantur, cl. 2. 65, a, p  
 Monasteria monialium victum & mensam communem habeant, cl. 2. f. 3, 28, d, f  
 Monasteria habeant qui doceat legem domini, cl. 2. f. 3, 28, c, m  
 Monasteria non conuclenda, cl. 2. 64, d, f  
 Monasterii vnus sit vnus abbas, cl. 2. 39, d, f  
 Monasteriis prouidendum, cl. 2. 100, c, f  
 Monasteriis collata non distrahenda, cl. 2. 52, d, m  
 Monasteriorum visitatio necessaria, cl. 2. 93, 28, d, m  
 Monasteriorum visitatio, cl. 2. 139, c, m  
 Monasteriorum faciem paulatim mutatam esse & c. cl. 2. f. 3, 28, d, p  
 Monasteriorum virginum clausuræ, cl. 2. f. 3, 84, a, m  
 Monasteriorum non adeat sola mulier, cl. 2. 54, c, m  
 Monasterium puellarum ingredi quibus licet, cl. 2. 60, a, f  
 Monasterium non fieri citrà cōsentum episcopi, cl. 1. 52, b, p  
 Monasterium sine notitia episcopi non constituitur, cl. 2. 32, d, f  
 Monasterium canonicorum, monachorum & puellarum plures non recipiat quā ratio permittit, cl. 2. 94, b, f & ibidem. 95, d, p  
 Monasterium non constituat monachus inonsulto episcopo, cl. 2. 32, b, p  
 Monasterium sancti Dorothei, cl. 1. 62, d, m  
 Monastica vita, cl. 2. f. 3, 3, d, p  
 Monastica vita, cl. 3. 189, d, p  
 Monastica vita, cl. 2. f. 3, 28, b, p. quo affectu amplectenda, ibidem, c, p  
 Monastrix futuræ habitus, cl. 1. 91, a, m. non exeat à monasterio nisi sub reatus forma, ibidem, f  
 Moniales, cl. 2. f. 3, 39, d, f  
 Moniales, cl. 2. f. 3, 62, c, m  
 Moniales per se non comedant, cl. 2. 135, c, p. simul in monasterio habitent, ibidem, m  
 Moniales cui consistantur, cl. 2. f. 3, 27, c, f  
 Monialium visitatio, cl. 2. 139, d, f  
 Monialium prepositi abrogandi, cl. 2. f. 3, 28, d, m  
 Monialium numerus quomodo instituendus, cl. 2. f. 3, 10, d, p  
 Monialium confessio, cl. 2. 135, c, m  
 Monialium status, cl. 2. f. 3, 50, a, f  
 Monialium familiares, cl. 2. 135, b, f  
 Monialium perpetua clausura, cl. 2. f. 3, 10, d, p  
 Monothelita, cl. 1. 75, c, f  
 Mons pietatis, cl. 1. 213, d, f  
 Mons Sinay, cl. 1. 58, a, m  
 Montanista, cl. 1. 92, d, p  
 Montenses, cl. 2. 16, c, p  
 Mopuestia, cl. 1. 66, d, p  
 Mopuestia, cl. 1. 73, d, f  
 Morbus vehemens ferrariam affligit, cl. 1. 160, c, p  
 Moribus qui penitentiam abnegat presbyter reus est animarum, cl. 3. 123, d, m  
 Mors subita patriarchæ, cl. 1. 199, d, m  
 Morte dignus Arrii conscriptionem occultans, cl. 1. 8, d, p  
 Mortem gustasse dei verbum carne, cl. 148, c, f  
 Mortis imperium destructum, cl. 1. 17, a, p  
 Mortui sepeliendi in basilica, cl. 2. 94, c, f  
 Mortui quomodo ad sepulchra deferendi, cl. 2.

59, d, f  
 Mortui mortuis non superimponendi, cl. 2. 62, a, m  
 Mortuis eucharistia non tradenda, cl. 2. 63, c, m  
 Mortuis non danda Eucharistia, cl. 1. 92, b, f  
 Mortuis baptismum non detur, cl. 2. 18, a, p vel eucharistia ibid.  
 Mortuorum sepultura, cl. 2. 129, a, m  
 Mortuorum loca tria simpliciter sunt, cl. 1. 160, a, f  
 Mortuos non anathematizare insolitum, cl. 1. 69, a, p  
 Mortuum super mortuum mitti non licet, cl. 2. 63, c, m  
 Motus in tempore, cl. 1. 205, a, f  
 Motus terræ maximus sub Theodosio iunioris constantinopolim concussit, cl. 1. 53, b, f  
 Mulier à consanguineo viri sui polluta, cl. 1. 119, b, m  
 Mulier prægnans potest baptizari, cl. 1. 179, c, f  
 Mulier cum aliis consiliata in mortem mariti, cl. 2. 4, d, f  
 Mulier copulam peccatum existimans, cl. 2. 5, d, m  
 Mulier quando communicat dominicalem sum habeat, cl. 2. 63, d, f  
 Mulier inuita virum non ducat, cl. 2. 59, b, f  
 Mulier ad altare non debet ingredi, cl. 2. 11, d, p  
 Mulier sola monasterium non adeat, cl. 2. 54, c, m  
 Mulierem extraneam à subdiaconatu & supra nullus habeat, cl. 2. 48, b, f  
 Mulierem duobus fratribus nubere non licet, cl. 2. 2, d, m  
 Mulierem extraneam non habeant clerici, cl. 2. 4, a, p  
 Mulierem extraneam secum non habeat clericus, cl. 1. 89, a, p  
 Mulieres cum quibus permittitur ecclesiastico habitare, cl. 2. 60, a, m  
 Mulieres sese tondentes christianitatis obtentu, cl. 2. 5, d, f  
 Mulieres sacerdotum relicta, cl. 2. 40, b, m  
 Mulieres subintroductæ, cl. 1. 7, b, p  
 Mulieres lenocinium facientes, cl. 2. 3, d, p  
 Mulieres extraneæ, cl. 1. 52, a, p  
 Mulieres virilibus indumentis vsæ, cl. 2. 5, d, m  
 Mulieres episcopum non prosequantur, cl. 2. 54, b, f  
 Mulieres baptizare non presumant, cl. 2. 21, d, f  
 Mulieres fornicatæ partus suos necantes, cl. 2. 2, b, p  
 Mulieres maleficæ & sortilegæ, cl. 2. 2, b, f  
 Mulieres in adulterio cum clericis deprehensas, cl. 2. 53, b, m  
 Mulieres filios de adulteris necantes, cl. 2. 4, c, m  
 Mulieres in ecclesia taceant, cl. 1. 92, a, p  
 Mulieres publice non doceant, cl. 2. 20, d, f  
 Mulieri non licet manum suam ad pallas dominicas mittere, cl. 2. 63, d, m  
 Mulieri non licet absque duobus presbyteris episcopi cubiculum ingredi, cl. 2. 60, a, f  
 Mulierum raptores, cl. 1. 52, a, m  
 Mulierum & clericorum cohabitatio, cl. 2. f. 3, 37, c, m  
 Mulierum suspecta cohabitatio clericis interdicta, cl. 2. f. 3, 17, c, p  
 Mulierum extranearum familiaritas, cl. 2. 57, b, p  
 Mulierum extranearum familiaritate clericis non vtantur, cl. 2. 54, b, p  
 Mulierum extranearum familiaritas, cl. 2. 47, b, f  
 Mulierum extranearum familiaritatē cum clericis, cl. 2. 50, b, p  
 Multis nuptiis communicantes, cl. 2. 2, d, m  
 Mundanis suppelletilibus ecclesie non exponendæ, cl. 1. 24, a, m  
 Mundi creatio & conseruatio, cl. 2. f. 3, 77, d, m

hominis ibidem  
 Mundum relinquere quid, cl. 2. 106, c, m  
 Munera beato petro transmissa, cl. 3. 176, c, m  
 Munera pro placito nullus requirat, cl. 2. 102, b, p  
 Munera pro quolibet placito vel iudicio non accipienda, cl. 2. 95, d, m  
 Munus episcopale, cl. 2. f. 3, 13, a, f  
 Munus perseverantia, cl. 1. 218, b, f  
 Munus à presbytero propter ecclesiam non requirendum, cl. 2. 144, a, f  
 Murmurantes à fratre societate alieni efficiantur, cl. 1. 114, a, f  
 Musicus cantus ad deuotionem incitans in ecclesia exhibeatur, cl. 2. f. 3, 9, b, m  
 Mutatio episcoporum, cl. 3. 106, a, f  
 Mutatio corporis non polluit sed animæ inquinatio, cl. 1. 4, a, m  
 Mysterium dominicæ dispensationis, cl. 3. 148, c, m

N

Nabuchodonosor regis humiliatio, cl. 1. 117, b, f  
 Nabuchodonosoris statua aurea, cl. 1. 99, d, f  
 Natalitia martyrum quibus diebus celebranda in quadagesima, cl. 1. 11, d, m  
 Natum ex patre à quarto concilio mutatum, cl. 1, 166, c, p  
 Natura, cl. 2. 35, b, m  
 Natura in scripturis, cl. 1. 32, d, p  
 Natura gemina est asserenda in Christo, cl. 3, 156, d, f  
 Naturæ & legis ad iustificandos homines imbecillitas, cl. 1. 217, b, m  
 Naturæ duæ in Christo, cl. 1. 103, a, m  
 Naturæ duæ in Christo, cl. 2. 65, b, p  
 Naturæ duæ in Christo, cl. 3. 168, d, f  
 Naturæ duæ in Christo, temperamentū vel cōfusio non sunt, cl. 3. 148, d, f  
 Naturæ duæ in Christo incommutabiles manent, cl. 1. 77, c, p  
 Naturalis vnitas, cl. 1. 25, c, m  
 Naturæ necessitatis causam dicit Theodoretus, cl. 1. 25, a, f  
 Naturarum permixtio nulla est in diuinis, cl. 1. 26, b, p  
 Necessitas preparationis ad iustificationem, cl. 1. 217, c, p  
 Necessitati non subiacere, quod secundum naturam est, cl. 1. 25, c, p  
 Necessitas naturam causam dicit Theodoretus, cl. 1. 25, a, f  
 Nectarius, cl. 1. 12, d, f  
 Nectarius, cl. 1. 61, a, p  
 Nectarius, cl. 1. 88, d, p  
 Nectarius episcopus, cl. 1. 13, c, p  
 Nectarius episcopus Constantinopolitanæ ecclesie constitutus, cl. 1. 12, d, m  
 Nectarius ex patre vrbano catechumenus sacerdotium suscepit, cl. 1. 11, c, m  
 Negligentes episcopi aduersus hæreticos, cl. 2. 25, d, p  
 Negligentiores penitentes, cl. 2. 21, c, f  
 Negligit concilium adire nestorius ter admonitus, cl. 1. 47, c, p  
 Negotii secularibus dediti clericis puniendi, cl. 2. f. 3, 10, c, m  
 Nemo potest animam circumscribere, cl. 1. 103, c, m  
 Neocæsarea, cl. 1. 88, d, p  
 Neocæsarea Metropolitana, cl. 1. 65, b, m  
 Neocæsarea cur celebrata synodus, cl. 1. 169, c, f  
 Neophyti non ordinandi, cl. 2. 6, b, p  
 Neophyti non promouendi ad sacerdotium, cl. 2. 11, a, f

Neophyti sacerdotes non fiant, cl. 3. 131. d. p  
 Neophyti in gradu prohibito iuncti non separandi sunt nec sacra communione priuandi, cl. 3. 179. a. f  
 Neophytiz, cl. 1. 62. a. f  
 Nepotes clericorum in episcopi sunt potestate cl. 2. 46. d. m  
 Nepoti non licet auunculi uxorem accipere, cl. 2. 63. d. m  
 Nerua imperante Petrus mortuus, cl. 1. 2. a. f  
 Nestorianæ sectæ error, cl. 1. 169. c. m  
 Nestoriani nicænum symbolum transformarunt & suum hæreticum ediderunt, cl. 1. 164. c. p  
 Nestoriani anathematizati, cl. 1. 82. c. m  
 Nestorianorum symbolum in tertio concilio recitatum, cl. 1. 164. c. m  
 Nestorianorum symbolum improbatum, cl. 1. 164. b. p  
 Nestorianorum symbolum damnatur, cl. 1. 174. d. p  
 Nestorij error, cl. 1. 54. a. f  
 Nestorij errores, cl. 1. 32. b. f  
 Nestorij error de trinitate, cl. 1. 34. a. m  
 Nestorij error de christo, cl. 1. 35. d. f  
 Nestorij error de Christo, cl. 1. 43. d. f  
 Nestorij hæresis, cl. 1. 31. c. f  
 Nestorij heresis, cl. 1. 47. c. m  
 Nestorij blasphemiam, cl. 3. 156. c. m  
 Nestorij idolatria, cl. 1. 107. b. p  
 Nestorij verba, cl. 1. 29. d. f  
 Nestorij fides, cl. 1. 21. b. m  
 Nestorij damnati causa, cl. 1. 37. c. p  
 Nestorij & eutyche discipuli condemnati, cl. 1. 53. b. m  
 Nestorij laus fictitia, cl. 1. 40. c. f  
 Nestorij expositionis sacrilegæ exempla, cl. 1. 21. b. m  
 Nestorij ordinatio & hæresis, cl. 1. 15. b. f  
 Nestorij ad Cyrillum literæ perlectæ in synodo ferrariensi, cl. 1. 174. a. f  
 Nestorij blasphemiam in Cyrillum, cl. 1. 21. a. p  
 Nestorij dogmata veræ fidei contraria, cl. 1. 174. b. m  
 Nestorij simulatio de incarnatione verbi, cl. 1. 22. d. p  
 Nestorij loco Maximianus episcopus factus, cl. 1. 20. c. p  
 Nestorij depositioni aduersantes, cl. 1. 4. d. f  
 Nestorij dogmata damnata, cl. 2. 57. 6. p  
 Nestorium deposuerunt plusquam ducenti episcopi, cl. 1. 45. c. f  
 Nestorius ter a synodo conuocatus accedere recusauit, cl. 1. 174. a. m  
 Nestorius idololatra, cl. 1. 57. d. p  
 Nestorius damnatus, cl. 1. 168. c. m  
 Nestorius presbyter, cl. 1. 15. b. f  
 Nestorius & Eutyche a Theodoro anathematizati, cl. 1. 51. b. m  
 Nestorius hominem deiferum nominat, Christum, cl. 1. 34. c. m  
 Nestorius gloria Christi oppugnator, cl. 1. 34. c. m  
 Nestorius impius, cl. 1. 165. a. f  
 Nestorius impietatis prædicator, cl. 1. 47. a. m  
 Nestorius Mariam virginem non esse dei genitricem asserbat, cl. 1. 174. b. p  
 Nestorius ciuitati suæ odibilis factus, cl. 1. 16. b. p  
 Nestorius quo tempore in Mariam matrem dei blasphemauit, cl. 3. 143. a. p  
 Nestorius cur depositus, cl. 1. 43. d. f  
 Nestorius deponitur, cl. 1. 43. c. p  
 Nestorius vnum Christum dicit duos tamē sentit, cl. 1. 28. b. p  
 Nestorius suipsum accusator, cl. 1. 43. d. f  
 Nestorius ter admonitus concilium adire negligit, cl. 1. 47. c. p  
 Nestorius damnatus, cl. 1. 20. c. p  
 Nestorius anathemate notatus, cl. 1. 174. b. p  
 Nestorius cur depositus, cl. 1. 44. a. m

Nestori<sup>2</sup> duas hypostasies in Christo asserit, cl. 1. 104. a. p  
 Nestorius propter affumentem venerabatur asumptum, cl. 1. 16. d. m  
 Nestorius impius, cl. 1. 21. d. f  
 Nestorius conuentum Ephesinum contemnit, cl. 1. 43. b. f  
 Nicææ 318 patres congregati, cl. 1. 46. c. f  
 Nicææ congregati trecenti decē & octo patres, cl. 1. 88. c. f  
 Nicææ 318 patres symbolum fidei diffinierunt, cl. 1. 61. a. p  
 Nicæna synodus, cl. 1. 19. d. f  
 Nicæna synodus multa apostolicā symbolo addidit, cl. 1. 166. d. f  
 Nicæna synodus secunda memoratur, cl. 3. 186. d. m  
 Nicæna fides, cl. 1. 36. d. p  
 Nicæna fides, cl. 1. 49. a. f  
 Nicæna fides plus mille annis in quietā possessione permansit, cl. 1. 5. a. f  
 Nicæna fides iurata firmata, cl. 1. 12. d. f  
 Nicæna vrbis descriptio, cl. 1. 53. b. p  
 Nicæna synodi fides, cl. 1. 8. a. m  
 Nicæna fidei firmitas, cl. 1. 5. a. m  
 Nicæni concilij epistola ad ecclesias ægypti, lybiæ & Pentapolis, cl. 1. 8. b. p  
 Nicæni symboli progressus, cl. 1. 14. c. p  
 Nicæni canones custodiantur, cl. 2. 38. c. p  
 Nicæno symbolo coniuncta à constantinopolitano, cl. 1. 14. c. m  
 Nicæno concilio Syluester summus pontifex interfuit, cl. 1. 162. c. f  
 Nicænum concilium à 318. patribus celebratum, cl. 1. 165. a. f  
 Nicænum concilium à syluestro prefuli presentē constantino confirmatum, cl. 1. 9. c. f  
 Nicænum concilium à romano confirmari precatum, cl. 1. 9. c. p  
 Nicænum concilium Arrium damnauit, cl. 1. 163. b. p  
 Nicænum symbolum, cl. 1. 164. a. f  
 Nicænum symbolum, cl. 2. 26. d. m  
 Nicænum symbolum cur sic dictum, cl. 1. 14. c. m  
 Nicænum symbolum magni constantini imperatoris, cl. 1. 164. d. f  
 Niceta cl. 70. a. f  
 Nicolai & Adriani papæ definitiones obseruata, cl. 1. 112. b. f  
 nicolaitæ primi Sarbanæ ministri, cl. 1. 2. b. p  
 nicolaus primus, cl. 1. 110. c. f  
 nicolaus papa, cl. 1. 68. c. f  
 nicolaus papa, cl. 1. 94. a. f  
 nicolaus graecorum interpres, cl. 1. 110. a. p  
 nicolaus ferrarius Marchio obuia sit Palæologo imperatori, cl. 1. 159. a. m  
 nicomedia, cl. 1. 73. b. f  
 nicomedia, cl. 1. 75. a. m  
 nicomedia metropolis, cl. 1. 76. a. p  
 nobilium facellani, cl. 2. 3. 85. c. p  
 nobis simile factum dei verbum, cl. 1. 22. a. m  
 nobridius, cl. 1. 100. b. f  
 noe altare domino ædificauit, cl. 2. 112. b. m quid pro altaris ædificatione & holocaustorū oblatione quid benedictionis consecutus fuerit, ibid. f  
 nomen theotocos, cl. 1. 33. b. p  
 nomen Christianorum vbi prius appellatū, cl. 1. 13. c. p  
 nomen domini in vanum non assumendum, cl. 2. 66. a. m  
 nomina absentium in confirmationem non scribenda, cl. 1. 119. d. p  
 nomina ante precem sacerdotis non recitanda, cl. 3. 133. c. f  
 nominari non debere ab aliquo Christum deiferum hominem, cl. 1. 26. d. m  
 nominat nestorius hominem deiferum Christum, cl. 1. 34. c. m  
 Noua, cl. 2. 3. 46. c. p

Notarij, cl. 2. 3. 37. a. p  
 Notarius in visitatione adhibendus, cl. 2. 3. 69. c. p  
 Noua offerre altaribus libamina nefas, cl. 1. 59. d. f  
 Nouæ legis septem esse sacramenta, cl. 1. 211. d. f  
 Nouæ religiones prohibita, cl. 1. 123. c. f  
 Nouandum non est facile in ecclesiastico officio, cl. 2. 3. 16. c. f  
 Nouati quo tempore condemnati, cl. 3. 107. c. m  
 Nouatiana hæresis, cl. 1. 91. a. m  
 Nouatiani, cl. 2. 11. b. p  
 Nouatiani, cl. 2. 16. c. p  
 Nouatiani accedentes ad ecclesiam catholicā ordinandi, cl. 1. 7. b. f  
 Nouatiani clerici ordinati à catholicis in clerico suo ordine persistant, cl. 1. 7. c. p  
 Nouatiani in communionem non suscipiendi, cl. 2. 6. b. m  
 Nouatianorum episcopus Agelius, cl. 1. 13. d. f  
 Nouatianorum episcopus donatus, cl. 3. 153. c. p  
 Nouatianus episcopus ad catholicam ecclesiam accedens sacerdotij habeat dignitatem, cl. 1. 7. c. p  
 Nouatus quo tempore hæreticus fuit, cl. 3. 196. b. m  
 Nouatus anathematizatus, cl. 1. 85. c. p  
 Nouercam accipere uxorem non licet, cl. 2. 63. d. p  
 Nubentes aliis relictijs viris, cl. 2. 5. c. f  
 Nubentes post acceptam pœnitentiam, cl. 2. 6. c. m  
 Nudatus præsulatu Apollinaris, cl. 1. 12. c. m  
 Nulla est permixtio naturarum in diuinis, cl. 1. 26. b. p  
 Nulli clericorum licere habere secum mulierem extraneam, cl. 1. 7. b. p  
 Nullum sacrificium præter ordinationem domini instituendum, cl. 1. 2. d. p  
 Nullis cum hæreticis & iudæis coniungatur, cl. 1. 52. c. m  
 Nullus subdiaconorum ad nuptias transire debet, cl. 1. 10. c. p  
 Numero Paulo plus triginta à concilio ephesino defecerunt, cl. 1. 48. d. m  
 Numerus in religione non spectandus, cl. 1. 41. d. p  
 Numerus canonum apostolorum, cl. 1. 2. a. f  
 Numerus iudicantium presbyterorum, cl. 1. 7. c. m  
 Numerus monialium quomodo instituendus, cl. 2. 3. 10. d. p  
 Numeri Graecorum, cl. 1. 196. b. p  
 Nuptiæ Christianorum, cl. 2. 45. d. p  
 Nuptiæ prohibita in secundo affinitatis gradu, cl. 1. 91. b. f  
 Nuptiæ in quadragesima non fiant, cl. 2. 11. d. m  
 Nuptiæ secundæ, cl. 1. 116. a. p  
 Nuptiæ quæ damnata, cl. 2. 101. c. p  
 Nuptialia conuiuia videntur clerici, cl. 2. 32. c. m  
 Nuptialis benedictio & missa solum in die celebranda, cl. 2. 3. 12. b. m  
 Nuptiarum ornatus, cl. 2. 1. d. p  
 Nuptiarum celebritas quibus diebus interdicitur, cl. 2. 3. 34. a. p  
 Nuptiarum executores, cl. 2. 5. c. f  
 Nuptiarum vitent conuiuia presbyteri diaconi & subdiaconi, cl. 2. 37. c. f  
 Nuptias celebrat non licet in diebus quadragesimæ, cl. 2. 45. c. a  
 Nuptiis multis communicantes, cl. 2. 2. d. m  
 Nuptiis non interfiant religiosi, cl. 2. 3. 72. b. m

2, 21, b. p  
 Oblata ecclesiæ nullus auferre præsumat, cl. 2. 57. d. p  
 Oblata à fidelibus inter clericos omnes diuidenda, cl. 2. 75. d. m  
 Oblata mutilantis seipsum non recipienda, cl. 2. 63. c. f  
 Oblatio fidelium, cl. 2. 6. c. f  
 Oblatio & pax in ecclesia faciendæ, cl. 2. 101. b. m  
 Oblatio panis & vini tantum in sacrificio fiat, cl. 2. 88. b. m  
 Oblatio debet esse tantum panis & vini, cl. 3. 99. c. f  
 Oblatio altaris singulis dominicis diebus ab omnibus fiat, cl. 2. 61. c. f  
 Oblatio altaris singulis diebus dominicis fiat, cl. 3. 107. c. p  
 Oblatio ab episcopis vel presbyteris non fiat in domibus, cl. 2. 11. d. f  
 Oblatio spontanea esse debet, cl. 2. 96. d. p  
 Oblatio puellarum in monasterijs, cl. 2. 57. d. f  
 Oblatio pœnitentis qui nec tamen reconciliatus, de hac vita decesserit, ab ecclesia receptur, cl. 2. 87. c. f  
 Oblatione facta communicandum est, cl. 1. 2. d. m  
 Oblatione Christus non indignus, cl. 1. 17. a. p  
 Oblationes sanctæ, cl. 2. 11. b. m  
 Oblationes popularum, cl. 3. 102. a. p  
 Oblationes defunctorum, cl. 2. 11. d. m  
 Oblationes defunctorum, cl. 2. 3. 72. d. m  
 Oblationes defunctorum qui retinet ab ecclesiæ luminibus sunt arcendi, cl. 2. 60. a. f  
 Oblationes ecclesiasticæ diuidendæ, cl. 3. 178. c. f  
 Oblationes pœnitentium subito mortuorū recipiendæ, cl. 2. 35. d. f  
 Oblationes collatæ basilicis, cl. 2. 50. b. m  
 Oblationes ecclesiæ defraudantes, cl. 2. 31. c. m  
 Oblationes discordantium non recipiantur, cl. 2. 21. d. m  
 Oblationes in altario, cl. 2. 47. a. f  
 Oblationes in missa faciendæ, cl. 2. 3. 72. c. f  
 Oblationes fructuum, cl. 2. 5. d. p  
 Oblationes qui auferunt, cl. 3. 108. c. f  
 Oblationes pauperum oppressorum non recipiendæ, cl. 2. 21. d. m  
 Oblationes in domibus non celebrandæ, cl. 2. 98. c. p  
 Oblationes ecclesiarum sub laicorū dominio non detineantur, cl. 3. 12. 9. d. m  
 Oblationes eorum qui non communicant, cl. 2. 4. a. p  
 Oblationes à parochianis, cl. 2. 47. a. f  
 Oblationis origo ab Abel ducta est, cl. 2. 112. b. p  
 Oblatis deo rebus in necessitatibus nostris vti possumus, cl. 2. 111. d. p  
 Oblatus libellus Synodo ephesinæ à Cyrillo & memnone, cl. 1. 45. c. p  
 Obligatio votorum, cl. 2. 35. a. m  
 Obligatus cuiquam clericus non fiat, cl. 2. 23. d. m  
 Obmutescens subito baptismum & pœnitentiam accipere possunt, cl. 2. 34. a. p  
 Obseruantia collapsæ, cl. 2. 3. 44. b. m  
 Obseruatio canonum vniuersalium synodorū, cl. 1. 112. b. m  
 Obseruatio diei quo fieri debet baptismus, cl. 2. 61. a. m  
 Obseruatio imaginum, cl. 1. 112. b. f  
 Obseruatio pfallendi, cl. 2. 54. c. f, ieiuniorum. ibidem. m  
 Obseruatio mādatorum dei, verè christianis esse possibilem, cl. 2. 3. 78. b. m  
 Occidentales ex patre & filio spiritu sanctū dicunt procedere, cl. 1. 204. c. f  
 Occidentium seruos proprios pœna, cl. 2. 40. b. f  
 Occidit destruentes idola, cl. 2. 4. c. p  
 Occisores filiorum acriore disciplina corripiendi, cl. 2. 59. c. f

Occultans Arrii conscriptionem morte dignus, cl. 1. 8. d. p  
 Odi publica inuicem exercentes, cl. 2. 6. d. p  
 Oeconomij eligendi, cl. 2. 7. b. f  
 Oeconomus in ædibus episcopilibus & monasterijs esse oportere, cl. 1. 109. b. m  
 Oeconomus quid in ecclesia, cl. 2. 70. b. f  
 Oeconomus in rebus diuinis ex laicis constituendus, cl. 2. 64. d. m  
 Oecumenicæ non dicuntur Synodi quæ ab Apostolis habitæ sunt, cl. 1. 1. a. f  
 Offerendarum rerum origo & religio qualiter inchoauerit, cl. 2. 112. a. f  
 Offerendum tantum in quadragesima sabbato & dominica, cl. 2. 11. d. p  
 Offerre quicquid nemo potest, nisi quod de manu domini accepit, cl. 2. 102. a. m. quid gratum de iniuræ acquisitis nemo potest, ibidem. f  
 Offertoria persoluenda, cl. 2. 3. 83. c. p  
 Officia publica non appetant iudæi, cl. 2. 71. a. m  
 Officia ecclesiastica pecuniis obtineri non debent, cl. 1. 3. a. f  
 Officia vicariorum seu capellanorum, cl. 2. 3. 69. a. f  
 Officia archidiaconorum quales esse oporteat, cl. 2. 3. 31. d. m  
 Officiarium tabula in choro ponenda, cl. 2. 3. 9. d. p  
 Officii diuersitas inordinata disciplina mores ab ecclesia depulit, cl. 2. 67. d. f  
 Officio clericali ambitione maxime repugnare, cl. 2. 3. 17. a. f  
 Officio priuor episcopus, presbyter, vel diaconus uxorem suscipiens vel susceptam retinens, cl. 3. 108. d. p  
 Officiorum ecclesiasticorum gradus, cl. 2. 3. 17. d. p  
 Officiorum susceptorum sedula perfunctio, cl. 2. 3. 65. d. f  
 Officiorum vna sit regula, cl. 2. 37. d. m  
 Officiorum diuersitas in eadem prouincia esse non debet, cl. 2. 38. c. p  
 Officiorum perfunctio, cl. 2. 3. 68. b. p  
 Officium priuatum & publicum clericorum, cl. 2. 3. 15. c. f  
 Officium canonicorum, cl. 2. 3. 17. d. m  
 Officialium aliquot abusus corrigendi, cl. 2. 3. 14. a. f  
 Officium horarum non dicendum priuatum in choro cum illæ cantantur, cl. 2. 3. 9. c. m  
 Officium episcoporum in synodo, cl. 2. 3. 34. c. f  
 Officium diuinum, cl. 2. 3. 44. b. p  
 Officium archipresbyteri, cl. 2. 3. 35. b. m. f. & c. p. m. & d. p. m  
 Officium sexta feria passionis in ecclesia celebrandum, cl. 2. 68. c. m  
 Officium diuinum in ecclesia quomodo celebrandum, cl. 1. 155. d. p  
 Officium cardinalium est assistere summo pontifici, cl. 2. 13. d. p  
 Officium sacerdotis & clericorum, cl. 3. 93. a. p  
 Officium archidiaconi, cl. 2. 3. 49. a. m  
 Officium vicariorum in pontificalibus, cl. 2. 3. 14. b. m  
 Officium ecclesiæ vnum ordinem tenet, cl. 2. 47. c. m  
 Officium decani in rebelles, cl. 2. 3. 18. c. m  
 Officium decanorum, cl. 2. 3. 17. d. p  
 Officium vesperinarum, cl. 2. 107. b. f  
 Officium diuinum per metropolitanum ordinandum, cl. 2. 40. a. f  
 Officium boni principis, cl. 3. 116. a. m  
 Officium decani & canonicorum, cl. 2. 3. 49. c. m  
 Officium qui non dixerit beneficium fructus non facit, cl. 1. 213. d. m  
 Officium missæ quomodo ritè peragendum, cl. 2. 3. 62. a. m

Officium diuinum quomodo celebrandum, cl. 2. 3. 40. c. f  
 Officium concionatoris & diuini verbi prædicatorio, cl. 2. 3. 50. b. f  
 Officium presbyterorum puerorum, cl. 1. 213. d. p  
 Oleum custodiatur sub sera, cl. 2. 134. c. m  
 Omnes apostoli vnanimes orauerunt, cl. 1. 1. b. f  
 Omnes res & sermones hæreticorum discutiendi, cl. 1. 42. a. p  
 Omni mole corporis diuina carent, cl. 1. 16. c. f  
 Omnia dei voluntate non ex eius substantia facta, cl. 1. 6. b. m  
 Omnis creatura corporea, cl. 1. 100. b. f  
 Omnia esse Christum patri, cl. 1. 15. a. p  
 Opera trinitatis indiuisa licet scripturæ distinguat, cl. 1. 35. a. p  
 Opera bona, cl. 2. 3. 79. b. p  
 Opera dominico die illicita, cl. 2. 102. a. f  
 Opera clementis ab hæreticis deprauata, cl. 1. 2. b. p  
 Operandi virtutem Christus non habuit secundum similitudinem sanctorum, cl. 1. 27. c. m  
 Operitorium dominici corporis, cl. 2. 51. d. p  
 Opinio Iba Edesseni, cl. 1. 66. c. m  
 Opiniones apostatarum, cl. 1. 5. b. f  
 Opiniones scriptorum de situ vrbs constantinopolitanæ, cl. 1. 14. b. f  
 Oppositio beati Cyrilli, cl. 1. 30. c. f  
 Oppressa in Cyro veritas, cl. 1. 9. a. f  
 Oppressi secularium iudicio appellent ad iudicium sacerdotum, cl. 3. 96. d. f  
 Oppressorum pauperum oblationes non recipiendæ, cl. 2. 21. d. m  
 Oppugnator gloriæ Christi nestorius, cl. 1. 34. c. m  
 Orandi pro defunctis mos antiquus, cl. 2. 98. a. m  
 Orandum non esse cum excommunicatis, cl. 2. 2. d. m  
 Orandum pro infirmis, cl. 3. 134. a. p  
 Orandum genibus flexis excepto die dominico, cl. 2. 95. d. f  
 Orandum non esse cum hæreticis, cl. 2. 21. c. m  
 Orandum non esse cum clericis damnatis, cl. 1. 2. d. f  
 Orandum deus vt mittat operarios in messem, cl. 2. 3. 19. d. p  
 Orans cum excommunicatis excommunicetur, cl. 2. 21. c. m  
 Orare pro inferentibus sibi mortem non oportet, cl. 1. 75. c. f  
 Orare cum hæreticis aut schismaticis non licet, cl. 2. 11. c. m  
 Orari non vtantur ministri, cl. 2. 11. c. p  
 Oratio ad Deum patrem, cl. 1. 161. a. m  
 Oratio ad Christum, cl. 1. 161. a. f  
 Oratio ad spiritum sanctum, cl. 1. 161. a. f  
 Oratio ad trinitatem, cl. 1. 161. b. p  
 Oratio pro vnione, cl. 1. 209. d. f  
 Oratio constantinopolitanæ synodi, cl. 1. 13. b. p  
 Oratio constantinopolitanæ synodi, cl. 1. 13. b. p  
 Oratio marci Ephesij, cl. 1. 16. b. m  
 Oratio Bessarionis patriarchæ constantinopolitani in synodo florentina habita, cl. 1. 203. b. p  
 Oratio dominica quotidie dicenda, cl. 2. 68. d. p  
 Oratio dominica omnibus horis dicatur, cl. 2. 47. d. d  
 Oratio dominica ab omnibus æqualiter dicatur, cl. 2. 3. 53. a. f  
 Oratorem dominicam ignorare nulli christiano licet, cl. 2. 101. c. f  
 Orationes quæ dicendæ, cl. 2. 25. b. p  
 Orationes dicantur post antiphonas, cl. 2. 32. b. m  
 Orationes quotidianæ, cl. 2. 11. b. f  
 Orationes pro principe fundendæ, cl. 2. 94. d. f  
 Orationes pro defunctis, cl. 2. 3. 80. c. m  
 Orationum cathemenorum ordo, cl. 2. 11. b. f  
 Oratoria, cl. 2. 52. c. f  
 Oratoria in parochiis constituta, cl. 2. 140. c. m  
 Ora



Oratorio non vrantur monachi, cl. 2. 47. b, m  
 oratoriorum curam habentibus vis non inferenda, cl. 2. 84. b, f  
 oratorium facientes in agro suo, cl. 2. 53. c, p  
 oratorium non fieri citra consensum episcopi, cl. 1. 52. b, p  
 ordinanda ecclesia defuncto episcopo, cl. 2. 30. d, f  
 Ordinandi quo tempore debeant dare nomina sua & examinari, cl. 2. f. 3. 67. d, p  
 ordinandi quo die examinandi, cl. 2. f. 3. 14. d, f  
 ordinandi promissionis suæ vota sub cautione spondere debent, cl. 2. 87. b, m  
 ordinandi non sint psalmorum ignari, canonicorum & hymnorum, cl. 2. 80. d, f  
 ordinandi non sint penitentes, cl. 2. 39. d, m  
 Ordinandi laici, cl. 2. 40. b, f  
 ordinandis, testimonium quale afferendum, cl. 2. f. 3. 14. d, m  
 ordinandorum examen, cl. 2. f. 3. 65. d, f  
 ordinandorum examen, cl. 2. f. 3. 67. b, f ad quos pertineat, ibid. c, p  
 ordinandorum affectus considerandus, cl. 2. f. 3. 14. c, f  
 Ordinandorum instructio, cl. 1. 124. d, p  
 ordinandorum qualitas, cl. 2. f. 3. 48. d, f  
 ordinandorum testimonium, cl. 2. f. 3. 84. b, p  
 ordinandorum ætas, cl. 2. f. 3. 14. c, p  
 ordinandorum nullus ab examine sit immunis, cl. 2. f. 3. 15. a, p  
 Ordinandorum incontinentia, cl. 2. 34. a, f  
 ordinandorum tituli diligenter discutiendi, cl. 2. f. 3. 15. a, f  
 ordinandorum eruditio inquirenda, cl. 2. f. 3. 14. c, f  
 ordinans per pecunias alienas est à sacerdotio cl. 1. 114. b, p  
 ordinare clericum de aliena ecclesia nullus vsurpet, cl. 2. 16. c, p  
 Ordinarij sententias excommunicationis quomodo ferant, cl. 2. 154. c, f  
 ordinati extra suas dioceses, cl. 2. f. 3. 84. b, f  
 ordinati extra diocesim quomodo admittendi ad divina, cl. 2. f. 3. 33. c, m  
 ordinati à Bonoso hæretico quare sunt recipiendi, cl. 3. 138. a, p  
 ordinati contra canones, cl. 2. 45. b, p  
 Ordinati contra interdictum, cl. 2. 22. c, m  
 ordinati à Syluestro episcopo, cl. 1. 110. c, m  
 ordinati sine vxoribus, cl. 2. 47. d, p  
 ordinati clerici non nubant, cl. 2. 50. b, f  
 ordinatio, cl. 2. 16. b, f  
 Ordinatio Episcoporum, cl. 2. 56. d, m  
 ordinatio episcopi, cl. 2. 52. c, m  
 ordinatio episcopi, cl. 1. 2. d, p  
 ordinatio episcoporum ac presbyterorum, cl. 3. 97. c, m  
 ordinatio presbyterorum atque diaconorum, cl. 3. 104. a, f  
 Ordinatio presbyteri clerici, diaconi & reliquorum clericorum, cl. 1. 2. d, p  
 ordinatio presbyteri quo die celebranda, cl. 3. 151. a, m diaconi ibid.  
 ordinatio religiosorum, cl. 2. 135. b, p silentium ibid. f  
 ordinatio filiorum sacerdotum, cl. 1. 117. a, f  
 ordinatio fiat in publicis locis, cl. 1. 52. b, m  
 Ordinatio irrita, cl. 1. 7. d, m  
 ordinatio non rata, cl. 1. 12. b, p  
 ordinationes crimina vel vitia non bene auferunt, cl. 3. 138. a, p  
 ordinationes facere in locis sibi non subiectis non presumat episcopus, cl. 1. 13. b, p  
 ordinationes episcoporum, cl. 3. 102. a, f  
 Ordinationes episcoporum & omnium clericorum, cl. 3. 97. a, m  
 ordinationes episcoporum & presbyterorum, cl. 3. 97. m & f  
 ordinationes episcoporum intra tres menses fiunt, cl. 1. 52. a, p

ordinationes clericorum illicitæ, cl. 2. 39. d, p  
 ordinationes illicitæ irritæ habentur, cl. 2. 38. b, m  
 Ordinationes illicitæ sunt vitandæ, cl. 3. 145. a, p  
 ordinationum tempora, cl. 2. f. 3. 35. d, f  
 ordinatorum peruersi, cl. 2. 30. b, p, & f  
 ordinatus preter voluntatem metropolitani episcopi non debet esse episcopus, cl. 1. 7. b, f  
 ordinatus quisque in illis permaneat, vbi ordinatus est, cl. 2. 37. a, f  
 Ordinatus pecunia qua sententia feriendus, cl. 2. 87. b, p  
 ordinatus episcopus Euagrius, cl. 1. 14. b, p  
 ordines sacri, cl. 189. d, p  
 ordines sacri muneribus non assequendi, cl. 2. 80. b, m  
 ordini sacro annexa continentia, cl. 1. 86. d, f  
 Ordinis sacramentum, cl. 2. f. 3. 4. a, m  
 ordinis sacramenti materia, cl. 1. 212. c, f  
 ordinis sacramenti docendi modus, cl. 2. f. 3. 79. d, p  
 ordinis minister episcopus, cl. 212. c, f  
 ordinum explanationes, cl. 2. f. 3. 59. a, f  
 Ordinum maiorum receptioni quæ necessaria, cl. 2. f. 2. 14. d, p  
 ordo quid, cl. 1. 163. d, m  
 ordo sacramentum sextum, cl. 1. 212. c, f  
 ordo sacerdotum bipartitus est, cl. 3. 97. c, p  
 ordo episcoporum, cl. 2. 28. b, m  
 Ordo seruandus in ordinatione episcopi, cl. 2. b, d, m  
 ordo appellacionis, cl. 1. 113. d, f  
 ordo librorum veteris & noui testamenti, cl. 3. 164. c, d  
 ordo rerum per incarnationem verbi sumptis exordium, cl. 3. 147. b, p  
 ordo concionandi quem simpliciores sequuntur, cl. 2. f. 3. 22. d, p  
 ordo cognationis spiritualis adferuetur, cl. 1. 91. b, f  
 Ordo orationum cathecumenorum, cl. 2. 11. b, f  
 organorum melodia quomodo temperada, cl. 2. f. 3. 16. c, f  
 organorum modulatio ad deuotionem excitans in ecclesia exhibeatur, cl. 2. f. 3. 9. b, m  
 orientales doctores dicunt spiritum sanctum procedere ex patre per filium, cl. 1. 204. c, f  
 orientalium mandatum, cl. 1. 37. a, m  
 Orientalium professio seu fides Nicæna, cl. 1. 38. a, f  
 orientalium exemplar relationis aduersus Cyrillum, cl. 1. 35. c, f  
 orientalium legatorum epistola, cl. 1. 40. c, m  
 orientalium episcoporum fidei expositio, cl. 1. 38. a, p  
 orientalium episcoporum ad Iulium vocatio, cl. 3. 122. a, f  
 Orientalium episcoporum relatio ad Calliorem, cl. 1. 41. b, f  
 orientalium episcoporum relatio contra Cyrillum, cl. 1. 40. c, p  
 origenes, cl. 1. 66. c, m  
 origenes Adamantius dictus, cl. 1. 67. d, f  
 originale peccatum, cl. 2. f. 3. 77. d, f  
 Originalis peccati statuta, cl. 1. 215. c, f  
 originalium errores, cl. 1. 53. c, p  
 origo & progressus concilij Nicæni primi œcumenici, cl. 1. 4. b, m  
 origo excommunicationis, cl. 2. f. 3. 30. b, f  
 Oris confessio, cl. 1. 212. c, p  
 Ornamenta ecclesiæ, cl. 2. 133. d, f  
 Orphanis subueniendum, cl. 2. 99. d, f  
 Orphanotrophia, cl. 2. f. 3. 29. b, m  
 Orthodoxæ fidei faces, cl. 1. 104. d, p  
 Orthodoxæ fidei apostatæ Seuerus & Petrus, cl. 1. 63. a, m  
 Orthodoxus hæreticam non ducat, cl. 1. 92. a, m  
 Osculum pacis quando dandum, cl. 3. 133. c, m  
 Osius Cordubensis ab imperatore Constantino in Alexandriam mittitur, cl. 1. 4. b, f

Osius Cordubensis ad Constantinum redit, cl. 1. 4. b, f  
 Ossa Ioseph cum honore ex Aegypto vecta, cl. 1. 99. c, f  
 Ostiarii qualiter ordinentur, cl. 2. 2. d, m  
 Ostiarii qui adulteris mulieribus admiscetur, prohibeantur, cl. 2. 39. b, p  
 Ortho colūna Martinus quintus dictus, cl. 1. 118. d, m  
 Otimius, cl. 1. 12. d, f  
 oua & caseus in quadragesima non comedantur, cl. 1. 95. c, p  
 oues pastorem suum non accusent, cl. 2. 43. a, p, m  
 Oziav, cl. 1. 41. a, p  
 Ozias, cl. 1. 60. a, p  
 Ozias rex lepra multatus, cl. 2. 118. c, m  
 P  
 Pacifici possessores, cl. 1. 155. c, f  
 Pacis osculum quando dandum, cl. 3. 133. c, m  
 Pacta inter episcopos inita custodienda, cl. 2. 7. c, m  
 Pactiones, cl. 1. 119. a, f  
 Pactiones licitæ & illicitæ in rebus ecclesiasticis, cl. 1. 117. a, f  
 Pagana meretrix, cl. 2. 4. b, p  
 Paganorum conuiuia auferenda, cl. 2. 27. c, f  
 Paganorum & Iudæorum impiam de Christo sententiam confirmant Arrius & Achillas, cl. 1. 5. c, f  
 Palæologus imperator, cl. 1. 68. d, m  
 Palæstini tres, cl. 1. 58. a, m  
 Palæstini pro flauiano laborant, cl. 1. 14. b, p  
 Palæstini episcopi, cl. 1. 50. b, p  
 Palladii sacrilegia, cl. 2. 12. c, f  
 Palladij hæretici condemnatio, cl. 2. 13. b, p  
 Palladius, cl. 1. 38. d, m  
 Palladius laicus, cl. 2. 22. b, f  
 Pallæ, cl. 2. 51. c, f  
 Pallio qui vtuntur superbientes, cl. 2. 5. d, m  
 Palmites vitis, cl. 2. 31. b, f  
 Pamphilus episcopus, cl. 1. 54. b, p  
 Pancratius monachus, cl. 3. 66. d, m  
 Panis & merum, cl. 2. 27. b, f  
 Panis tantum & vinum aqua mixtum offerantur, cl. 3. 99. c, f, & d, p  
 Panis & calix tantum in sacrificio offerantur, cl. 2. 18. b, f  
 Pantomimi conuersi, cl. 2. 4. c, p  
 Papa morte præuento, & c. cl. 2. 40. d, f  
 Papa Celestinus, cl. 1. 15. c, m  
 Papæ Romani commonitorium, cl. 2. 26. b, p  
 Parentes cum patrinis filios suos erudire summo opere studeant, cl. 1. 94. c, f  
 Parentes fidem sponsaliorum frangentes, cl. 2. 4. b, f  
 Parisi, cl. 2. 56. b, p  
 Parochi, cl. 2. f. 3. 19. c, f  
 Parochi, cl. 2. f. 3. 49. b, m  
 Parochi legitimi qui, cl. 2. f. 3. 20. a, p  
 Parochi familia qualis esse debet, cl. 2. f. 3. 21. a, f  
 Parochi gratis sacra ministrant, cl. 2. f. 3. 21. b, p  
 Parochi erga parochianos quomodo gerere debeant, cl. 2. f. 3. 33. a, m  
 Parochi & parochiani, cl. 2. f. 3. 38. d, f  
 Parochia aliena ab episcopis non peruadatur, cl. 1. 2. d, f  
 Parochia aliena  
 Parochia clericorum non relinquenda nec in aliam terram migranda sine consensu episcopi, cl. 1. 109. b, p  
 Parochialium ecclesiæ fabrica, cl. 2. f. 3. 86. a, m  
 Parochianæ ecclesiæ, cl. 3. 111. a, m  
 Parochiani presbyteri christiana ab episcopo perant, cl. 2. 21. b, p  
 Parochiani presbyteri res ecclesiæ distraherentes, cl. 2. 32. d, m ementes ibidem

Parochiarum vitia assueta acriter corrigenda, cl. 2. f. 3. 31. c, m  
 Parochias frequenter visitent dioecesani in quibus audiunt hæreticos habitare, cl. 2. f. 3. 11. b, m  
 Parochias visitando quid agendum, cl. 2. f. 3. 31. b, m  
 Parochis victus necessarius suppeditandus, cl. 2. f. 3. 16. b, m  
 Parochis qui libri vitandi, cl. 2. f. 3. 66. d, p  
 Parocho pudicitia seruanda, cl. 3. f. 3. 21. a, f  
 Parocho quid meditandum, cl. 2. f. 3. 21. b, f  
 Parocho vitanda auaritia, cl. 2. f. 3. 21. a, p  
 Parocho quæ fugienda, & quæ sectanda, cl. 2. f. 3. 21. b, p  
 Parocho qua solitudine vtendum in verbi predicatione, cl. 2. f. 3. 21. d, m  
 Parocho luxus cauendus, cl. 2. f. 3. 21. a, f  
 Parochorum vita ac mores, cl. 2. f. 3. 20. d, p. & m, f  
 Parochorum virtus, cl. 2. f. 3. 26. b, p  
 Parochorum competentia, cl. 2. f. 3. 85. b, m  
 Parochorum potestas in absoluendo, cl. 2. f. 3. 33. b, p  
 Parochorum vicarij, cl. 2. f. 3. 19. c, f  
 Parochum quomodo aduersus hæreticos pugnare oporteat, cl. 2. f. 3. 22. a, f  
 Parochus interrogandus quo titulo ministerij gerat, cl. 2. f. 3. 31. b, f  
 Parochus qualis esse debeat in reprehendis criminibus, cl. 2. f. 3. 22. b, m  
 Parochus à scommatis abstineat, cl. 2. f. 3. 22. b, p  
 Pars homiliæ Theodreti ad confirmandos orientales episcopos, cl. 1. 40. d, m  
 Partes quaruor de redditibus ecclesiæ, cl. 1. 10. b, m  
 Particula symboli ex filioque, cl. 1. 168. d, f  
 Particula ex filioque, cl. 1. 169. a, f  
 Particulâ hanc Trifagio qui crucifixus est pro nobis male addunt hæretici, cl. 1. 53. b, f  
 Particulare cõcilium ad quas causas conuocandum, cl. 2. 25. b, p. & generale ibidem.  
 Partus virginis fuit citra vllum dolorem, cl. 1. 92. b, p  
 Paruuli tempore paschali baptizandi, cl. 2. f. 3. 72. a, f  
 Paruuli apud donatistas baptizati, cl. 2. 27. c, p  
 Paruuli apud donatistas baptizati clerici ordinentur, cl. 2. 27. c, m  
 Paruuli qui in captiuitatem deuenerunt & baptismum non recordantur consecutos, cl. 3. 149. d, m  
 Paruulo egrotati ex aliena parrochia adductus baptismi sacramentum non negandum, cl. 1. 93. b, m  
 Pascha quando celebrandum, cl. 2. 89. b, m  
 Pascha quo tempore celebretur, obseruandum, cl. 2. 76. d, p  
 Pascha suo tempore celebrandum, cl. 2. 21. c, p  
 Pascha cum Iudæis non celebretur, cl. 2. 9. a, m  
 Pascha celebrandum die dominico, cl. 2. 101. b, f  
 Pascha in ciuitate celebretur, cl. 2. 52. c, m  
 Pascha Viatorius, 10. cal. Maij venire putabat, cl. 1. 10. a, f  
 Pascha & Pentecoste ad baptizandum à Romanis pontificibus præfixa sunt, cl. 3. 147. c, f  
 Pascha diuerso tempore non fiat, cl. 2. 9. a, p  
 Pascha vno die & tempore celebretur, cl. 2. 5. a, f  
 Paschæ dies, cl. 2. 27. c, m  
 Paschæ dies, cl. 2. 28. a, f  
 Paschæ solennitas, cl. 1. 9. c, f  
 Paschæ celebratio, cl. 3. 103. b, m  
 Paschæ festiuitas, cl. 3. 170. a, p  
 Paschæ sanctus dies ante vernum æquinoctium non est celebrandus, cl. 1. 2. d, m  
 Paschæ hebdomadam celebrem esse nec in ea fieri ludos aut spectacula debere, cl. 1. 87. c, p

Paschale tempus, cl. 2. 22. d, f  
 Paschali tempore baptizandi paruuli, cl. 2. f. 3. 72. a, f  
 Paschalis ratio, cl. 3. 136. a, f  
 Paschalis festiuitas quando celebranda, cl. 2. 52. c, m  
 Paschasinus episcopus, cl. 1. 5. a, p  
 Paschasinus episcopus, cl. 1. 49. c, p  
 Passio Christi à prophetis prædicta, cl. 1. 26. a, m  
 Passio Christi contra calamitates nos obarmat, cl. 1. 20. a, p  
 Passio Christi in oblatione sacramentorum cõmemoranda, cl. 3. 199. c, f  
 Passio b. Perri & Pauli, cl. 3. 97. d, f  
 Passiones martyrum, cl. 2. 27. c, p  
 Passionis domini dies quomodo celebranda, cl. 1. 92. c, m  
 Passus cur pro nobis Christus, cl. 1. 16. a, p  
 Passiones pauperum ridentes, cl. 2. 5. d, m  
 Pastorem suum nõ accusent oues, cl. 2. 43. a, p, m  
 Pastores gregi exemplum esse oportere, cl. 2. f. 3. 20. d, f  
 Pastores suis ecclesijs idoneos vicarios præficiant, cl. 2. f. 3. 82. a, f  
 Pastores ecclesiam suam tribus dominicis relinquere non debere, cl. 1. 87. c, p  
 Pastores rurales decanis suis obediant, cl. 2. f. 3. 173. b, p  
 Pastorum competentia, cl. 2. f. 3. d, m  
 Pastus pauperum propriorum, cl. 2. 54. a, f  
 Pater sine filio & spiritu neque filius absque spiritu potest intelligi, cl. 1. 166. c, f  
 Paternensis ciuitas, cl. 1. 70. b, p  
 Patres trecenti decem & octo Nicææ cõgregati, cl. 1. 88. c, f  
 Patres 318. Nicææ congregati, cl. 1. 46. c, f  
 Patres 318. Nicææ symbolum fidei diffinierunt, cl. 1. 61. a, p  
 Patres 215. aut eo plures in concilio lateranensi congregati, cl. 1. 120. c, f  
 Patres idolatriæ, cl. 1. 104. a, f  
 Patri esse Christum, cl. 1. 15. a, p  
 Patriarcha Constantinopolitanus, cl. 1. 199. c, p  
 Patriarchæ, cl. 3. 189. a, p  
 Patriarchæ literæ, cl. 1. 199. d, m  
 Patriarchæ mors subita, cl. 1. 199. d, m  
 Patriarchalis sedes, cl. 1. 159. c, p  
 Patriarcharum dignitas, cl. 1. 122. c, p  
 Patris filij & spiritus sancti deitas natura & substantia eadem, cl. 1. 103. a, p  
 Patris sui sponfam qui cognouit, cl. 1. 110. d, m  
 Patrocianus ius, cl. 1. 119. a, m  
 Patroni, cl. 2. f. 3. 82. c, f  
 Patroni apostatarum, cl. 2. f. 3. 59. a, p  
 Patroni idonei præsentent, cl. 2. f. 3. 14. a, m  
 Patronos laicos respiciens moderatio, cl. 2. f. 3. 14. b, p  
 Patronus clericum occidens aut mutilans ius patronatus amittit, cl. 1. 125. d, f  
 Patrum autoritas, cl. 1. 32. a, p  
 Patrum pietas erga ineptum senem, cl. 1. 42. b, f  
 Pauli conuersio quo anno contigit, cl. 1. 1. b, p  
 Pauli Emiseni expositio in Ioanis verba & verbum caro factum est, ibi, cl. 1. 18. d, m  
 Paulianistæ baptizentur, cl. 2. b, c, p  
 Paulianistæ & cataphrygi ad ecclesiam catholicam fugientes rebaptizandi, cl. 1. 7. d, f  
 Paulinus ouium antistes, cl. 1. 12. c, m  
 Paulus apostolus hebræus & ex hebræis edoctus in lege, cl. 1. 34. a, m  
 Paulus exclamant characterem hypostaseos patris ipsum filium, cl. 1. 103. b, p  
 Paulus cum Petro vno die vnoq; tempore sub Nerone principe mortuus est, cl. 1. 4. d, f  
 Paulus & Barnabas Antiochiæ commorati docebant & euangelizabant verbum domini, cl. 1. 1. d, f

Paulus constantinopolitanus, cl. 1. 69. a, p  
 Paulus Somofatenus, cl. 1. 76. d, p  
 Paulus somofatenus fortinus, cl. 1. 55. d, f  
 Paulus hereticus, cl. 1. 75. d, f  
 Paulus episcopus Emisenorum, cl. 1. 37. d, p  
 Pauperes sine episcoporum conuiuia, cl. 2. 99. a, m  
 Pauperes non adiuuare deo odibile, cl. 2. 95. d, f  
 Pauperibus erogare de rebus ecclesiæ licitum est, cl. 2. 95. a, f  
 Pauperibus de rebus suis distribuendum, cl. 2. 71. a, m  
 Paupertas Christi vnde sit æstimanda, cl. 1. 28. d, m  
 Pauperum stipendia cui committi debeant, cl. 2. 106. b, p  
 Pauperum oppressorum pastus, cl. 2. 54. a, f  
 Pauperum res mala occisione non emantur, cl. 2. 99. d, f  
 Pauperum oppressorum oblationes non recipiendæ, cl. 2. 21. d, m  
 Pauperum passiones contemnentis, cl. 5. d, m  
 Pauperum hospitalia, cl. 2. f. 3. 53. c, m  
 Pax, cl. 3. 136. c, p & d, p  
 Pax ecclesiæ, cl. 2. 101. b, p  
 Pax sacerdotalis, cl. 2. 54. a, p  
 Pax sit in populo Christiano, cl. 2. 99. d, m  
 Pax ab omnibus indurpta tenenda, cl. 2. 94. c, p  
 Peccans publicè, publica mulctetur penitentia, cl. 2. 95. b, f  
 Peccans clericus cæde non attingendus, cl. 1. 10. d, m  
 Peccantes fideles episcopus verberare non debet, cl. 1. 3. a, m  
 Peccantes fideles presbyter verberare non debet, cl. 1. 3. a, m  
 Peccans cathecumeni, cl. 2. 2. d, m  
 Peccantis abbatis correctio, cl. 2. 40. a, m  
 Peccata quadam, cur deus iudicat in hoc seculo quadam in futuro iudicanda referuat, cl. 2. 111. d, f  
 Peccata pro pecuniis impunita relinquere non licet, cl. 2. f. 3. 68. b, f  
 Peccati originalis statuta, cl. 1. 215. c, f  
 Peccatum quo in deum peccatur quomodo accipiendum, cl. 2. 116. b, m  
 Peccatum nullum inultum dimittit deus, cl. 2. 111. d, m  
 Peccatum grauissimum ex pauperum victu ditare, cl. 2. f. 3. 29. c, f  
 Peccatum originale, cl. 2. f. 3. 77. d, f  
 Peccatum populi multum solet remanere in ecclesia, cl. 3. 138. b, f  
 Peccato mortali amitti gratiam sed non fidem, cl. 1. 218. c, m  
 Peccato corporali occupati presbyteri, cl. 2. 2. d, f  
 Peccator qui reuertitur, recipiendus, cl. 1. 3. c, f  
 Peccatorum diuersorum lapsus incurrentes, cl. 2. 11. a, f  
 Peccatorum penitentia medulla animæ, cl. 2. 84. b, p  
 Pecunia vel præmio episcopi non ordinetur, cl. 1. 52. a, m  
 Pecunia, nullus ad sacros ordines promoueat, cl. 2. 84. c, p  
 Pecunia ordinatus qua sententia feriendus, cl. 2. 87. b, p  
 pecunia templo dicatæ quomodo seruandæ, cl. 2. f. 3. 33. d, p  
 pecuniæ quæ in ecclesiis utilitatem impedi debent, cl. 2. f. 3. 84. d, f  
 pelagianus & Cælestiani cum nestorio, cl. 1. 47. d, p  
 pelagianorum hæresis, cl. 2. 24. d, m  
 pelagij errores damnati, cl. 3. 138. d, m  
 pelagius, cl. 1. 57. b, f  
 Pelagius Laodicensis, cl. 1. 12. d, f  
 Pelagius primus, cl. 3. 170. a, f

Pelagius secundus, cl. 3. 172. a, m
Pellicit populum ad se theodoretus, cl. 1. 40. b, f
Pensionem competentem clericis patroni dimittant, cl. 1. 125. a, m
Pensionum decimæ, cl. 2. f. 3. 4. a, m
Pentecostes celebratio, cl. 2. 4. b, p
Per causam significare, cl. 1. 205. c, f
Per & ex quam vim habeant, cl. 1. 205. a, f
Per & ex in Theologia equaliter, cl. 1. 108. b, m
Peragentes ritus gentilium, timore, cl. 2. 1. d, p
Percussus anathemate Ioannes Antiochenus, cl. 1. 47. a, f
Perditionis fama, cl. 1. 21. d, m
Perditorum conuicta à via rectitudinis nos mouere non debent, cl. 3. 108. a, f
Peregrina iudicia, cl. 3. 96. d, m
Peregrina iudicia, cl. 3. 107. a, f
Peregrina iudicia, cl. 3. 122. d, p
Peregrina iudicia, cl. 3. 146. b, p
Peregrinationes ad reliquias sanctorum, cl. 2. f. 3. 8. b, f
Peregrini clerici, cl. 2. f. 3. 36. a, f
Peregrini clerici, cl. 2. f. 3. 49. a, m
Peregrini clerici, cl. 2. f. 3. 76. a, m
Peregrini clerici, cl. 2. f. 3. 85. b, f
Peregrini clerici quomodo admittendi, cl. 2. f. 3. 15. b, p
Peregrini sint episcoporum conuiuia, cl. 2. 95. a, m
Peregrini in alia ciuitate non ministrent, cl. 1. 52. c, m
Peregrini episcopi & clerici contenti sint hospitalitatis munere oblato, cl. 2. 89. b, f
Peregrino episcopo locus sacrificandi detur, cl. 2. 5. b, f
Peregrinorum hospitalia, cl. 2. f. 3. 53. c, m
Peregrinos sine legitimo testimonio non coniungendos, cl. 2. f. 3. 25. d, f
Peregrinus absque episcopis non suscipiatur, cl. 2. 9. b, m
Peremptio populi dei propter furtum Achan, cl. 2. 115. f, & d, p, m, f
Perfectus Christus in deitate humanitate, cl. 1. 20. a, f
Perfunctio officiorum, cl. 2. 3. 68. b, p
Periphraſis incarnationis qua uiuntur græci, cl. 1. 83. c, p
Periurium facientes iubentibus dominis suis, cl. 3. 101. d, m
Permittit Deus flu ſtuare eccleſiam, cl. 1. 159. d, m
Permixtio naturarum nulla est in diuinis, cl. 1. 26. b, p
Permutationes beneficiorum quomodo consideranda, cl. 2. f. 3. 15. c, p
Perpetua uirginitas B. Mariæ, cl. 1. 31. d, p
Perpetua monialium clauſura, cl. 2. f. 3. 0. d, p
Perpetuas uniones non debere fieri, cl. 1. 213. c, f
Perſæ ignem & ſolem adorabant, cl. 1. 101. b, m
Perſecutionem cur paſſi Arriani, cl. 5. 6. a, m
Perſecutiones paſſi pro fide ab infidelibus, cl. 2. 21. b, m
Perſecutionis tempus, cl. 1. 13. d, m
Perſecutores ſacerdotum, cl. 3. 99. a, m
Perſeuerantiæ munus, cl. 1. 218. b, f
Perſoluitio horarum canonicarum, cl. 2. f. 3. 40. c, m
Perſonæ illicitæ ad episcopatum non prouehantur, cl. 3. 152. c, m
Perſonæ quæ prohibentur ad regum accedere, cl. 2. 74. b, m
Perſonæ infames, cl. 2. 29. a, m
Perſonæ accuſatorum, cl. 3. 127. a, f
Perſonæ accuſatorum, cl. 3. 109. d, m
Perſonæ accuſatæ cauſa, cl. 3. 129. c, m
Perſonæ quæ ſacerdotum epulis poſſunt intereſſe, cl. 3. 117. c, m
Perſonæ genere ſeruiles, cl. 2. 53. b, f
Perſonæ quibus clericorum accuſatio interdicti-

tur, cl. 2. 27. b, p & 3, m
Perſonæ quæ ſacerdotum epulis ad eſſe poſſunt, cl. 3. 113. c, m
Perſonalis reſidentia, cl. 2. f. 3. 18. b, m
Perſonarum promouendarum in episco. & abſolutes diligens inſpectio faciendæ, cl. 1. 213. c, m
Perueroſorum eccleſiaſticarum, cl. 2. 56. a, p
Peruerſi ordinatores, cl. 2. 30. b, p. & m
Peruenda certitudo & ſynceritas fidei à ſanctis patribus, cl. 1. 34. b, f
Petitio fidei Arrianorum ab vniuerſis dirupta & adultera fraudulentæque pronunciata, cl. 1. 6. d, p
Petitores rerum eccleſiaſticarum vel pontificalium, cl. 2. 43. c, m, f, & d, p m f & 44. a, b, c, p, m, f
Petri uerba ad Clementem, cl. 3. 87. c, m
Petri ſedes ſola declarandæ noſtræ fidei poteſtatem habet, cl. 1. 170. b, f
Petri hieroſolymorum ſententia contra Anthimum, cl. 1. 66. b, f
Petrum Deus elegit ut gentes uerbum euangelij & audirent & crederent, cl. 1. d, p
Petrus apoſtolorum princeps, cl. 1. 98. a, f
Petrus apoſtolorum coryphæus, cl. 1. 2. b, m
Petrus factus apoſtolus uxoris conſuetudinem carnalem relinquit, cl. 1. 86. d, f
Petrus apoſtolus in die pentecoſtes uirorū tria millia baptizauit, cl. 3. 147. c, f
Petrus papa primus, cl. 3. 87. c, p
Petrus martyr, cl. 1. 32. a, m
Petrus martyrio coronatus ſub Nerone, cl. 1. 2. a, f
Petrus mortuus erat imperante Nerua, cl. 1. 2. a, f
Petrus episcopus Antiochenus quaternitatem conſtituit, cl. 1. 53. d, m
Petrus Nicomediæ episcopus, cl. 1. 73. b, f
Petrus de luna, cl. 1. 128. d, f
Petrus de luna hispanus dictus benedictus, cl. 1. 128. c, m
Petrus anathematizatus, cl. 1. 63. c, m
Petrus anathematizatus, cl. 1. 57. d, f
Pharaon, cl. 1. 50. a, p
Pharaonem impium Iacob benedixit, cl. 1. 99. a, f
Phariſaicum ſupercilium, cl. 1. 107. c, p
Pheretrum Romani pontificis non uelandum, cl. 2. 62. d, f
Phidæp. i. a. mare imagines oportere, cl. 1. 107. b, m
Philetus, cl. 1. 78. b, m
Philippus preſbyter, cl. 1. 44. a, f
Philophos in vno dogmate conſentire, cl. 1. 6. c, p
Phœnices pro ſtauiano laborant, cl. 1. 14. b, p
Photini caritas, cl. 1. 59. d, m
Photini damnatio reuocata, cl. 3. 138. b, f
Photius patriarcha, cl. 1. 110. c, m
Photius romanæ eccleſiæ inimicus acerrimus in ſummos pontifices inuectus eſt, cl. 1. 170. a, f
Photius ad pœnitentiam commoſitus, cl. 1. 111. d, m
Photius pro Ignatio condemnatur, cl. 1. 170. b, p
Photius conſtantinopolitanus antiſtes condempnatus, cl. 1. 166. a, p
Photius anathematizatur, cl. 1. 112. c, p
Photius reſtitutus, cl. 1. 66. a, m
Photius & qui cum eo crediderant recepti, cl. 1. 111. b, f
Phœſia, cl. 1. 52. d, p
pia deprecatio, cl. 3. 187. c, p
pia uoluntatis motus à deo eſt, cl. 3. 143. d, f
picturas in eccleſia non eſſe debere, cl. 2. 4. a. m.
pietatis diuinæ inimicus porphyrius, cl. 1. 8. a, f.
pietatis prædicatores Arriani occulte debellare conati, cl. 1. 6. d, f
pietatis mons, cl. 1. 213. d, f

pignorantes cultum diuinum, cl. 1. 156. a, f
piſanum conciliabulum damnatum, cl. 1. 213. a, f
piſcatorum comparatio cum petro episcopo, cl. 1. 56. c, m.
pium uotum ad ſtudia ſubleuanda, cl. 2. f. 3. 30. a, m
pius & utilis imaginum uſus, cl. 1. 98. c, p
pius papa nouus, cl. 3. 101. b, m
placita non ſiant in baſilicis, cl. 2. 94. c, f
placita ſecularia in eccleſijs non ſiant, cl. 2. 96. d, f.
plebes ex donatiſtarum malitia conuerſe, cl. 2. 28. c, p.
plebes conuerſe à donatiſtis, cl. 2. 28. d, p
plebem alium episcopum non accipiat, cl. 2. 18. d, f.
plebs adigenda ad conciones diuinas, cl. 2. f. 3. 81. b, p.
plenitudo fidei catholice, cl. 2. 72. d, f, & 78. d, f.
pluralitas beneficiorum, cl. 2. f. 3. 49. d, f.
pluralitas beneficiorum odioſa, cl. 2. f. 3. 15. b, m.
pneumachi, cl. 1. 14. d, m.
pneumatomachi, cl. 1. 13. b, f.
pœna hereticorum, cl. 1. 20. b, f.
pœna Sabellii, cl. 1. 84. a, f.
pœna deploratoium, cl. 2. f. 3. 58. d, p.
pœna aduerſus contentioſos pertinaces, cl. 1. 3. 18. d, p.
pœna occidentium ſeruos proprios, cl. 2. f. 3. 40. b, f.
pœna clericis percufforis aut rixoſi, cl. 2. f. 3. 85. d, f.
Sortilegorum ibi, 86. a, p.
pœna aduocatorum qui matrimonium promittunt malicioſe, cl. 2. 135. b, p.
pœne, cl. 2. f. 3. 54. b, p.
pœne occaſione interdicti, cl. 2. f. 3. 41. c, m.
pœnis uicti ſacrificare compulſi, cl. 2. 6. b, f.
Pœnitens lector fiat, cl. 2. 23. c, m.
Pœnitens oſtiarius fiat, cl. 2. 23. c, m.
Pœnitens mœchiæ, ſi rursus peccauerit, cl. 1. 3. c, m.
Pœnitens pœnitentiam agat, cl. 2. 59. b, f.
Pœnitens non fiat clericus, cl. 3. 131. b, p.
Pœnitens dum carinam ſuam ieiunat, de loco ad locum non migret, cl. 2. 132. d, m.
Pœnitens in conſinio mortis diuine non ſuſcipiatur, cl. 2. 87. c, m.
Pœnitentiam non introducat in eccleſiam per byter, cl. 2. 132. d, f.
Pœnitentes, cl. 2. 6. b, f.
Pœnitentes, cl. 2. 40. a, f.
Pœnitentes, cl. 3. 133. d, f.
pœnitentes ubi communicant, cl. 2. 5. b, f.
pœnitentes ad ſuperiorem ordinem non accedant, cl. 2. 38. c, m.
pœnitentes caſu aliquo mortui, cl. 2. 21. c, f.
pœnitentes negligetiores, cl. 2. 21. c, f.
pœnitentes qui ad ſecula redierint, cl. 2. 47. a, m.
pœnitentes poſt uaticum ſuperuenientes, cl. 2. 21. c, f.
pœnitentes clerici, cl. 2. 47. a, m.
pœnitentes non permittantur ad ordinem clericatus admitti, cl. 3. 131. b, p.
pœnitentes qui de corpore exeunt, cl. 2. 33. d, p.
pœnitentes ſubito mortui, cl. 2. 35. d, f.
pœnitentes non reconciliet preſbyter, cl. 2. 18. c, m.
pœnitentes tranſgreſſores, cl. 2. 73. c, m.
pœnitentes ut in morte uaticum accipiant, cl. 2. 21. c, f.
pœnitentes mortuos efferant & ſepeliant, cl. 2. 21. d, m.
pœnitentes ad ſacerdotium non prouehantur, cl. 2. 36. d, f.
pœnitentes, pœnitentiã non admittentes quomodo plectendi, cl. 2. 37. c, d.
Pœnitentes clerici non ordinentur, cl. 2. 32. c, f.
Pœnitentes non ſunt ordinandi, cl. 2. 39. d, m.
Pœnitenti uicium ſtuprum illatum, cl. 2. 41. a, f.
Pœnitenti uicium ſtuprum illatum, cl. 2. 41. a, f.
Pœnitenti uicium ſtuprum illatum, cl. 2. 41. a, f.

a f. religioſe uirgini. ibidem.
Pœnitenti carina non diuidatur, cl. 2. 132. d, m.
Pœnitenti nulli, negociationis lucra exercere conuenit, cl. 3. 154. b, m. poſt pœnitentiam ad militiam ſecularem redire non licet. ibidem. f.
Pœnitentia, cl. 1. 118. b, f.
Pœnitentia, cl. 2. f. 3. 51. a, m.
Pœnitentia, cl. 3. 190. a, f.
Pœnitentia uicima nulli eſt neganda, cl. 3. 144. c, m.
Pœnitentia adulterorum, cl. 2. 2. b, p.
Pœnitentia accepta ſi quis ad uomitum reuerſus fuerit quomodo puniendus, cl. 2. 38. b, p.
Pœnitentia homicidarum, cl. 2. 40. b, m.
Pœnitentia non negetur conuerſis apoſtatis & hiſtrionibus, cl. 2. 18. c, m.
Pœnitentia detur coniugatis ex conſenſu, cl. 2. 6. c, m.
Pœnitentia quartum eſt ſacramentum, cl. 1. 212. c, p.
Pœnitentia peccatorum, medulla animæ, cl. 2. 84. b, p.
Pœnitentia cui danda, cl. 1. 10. d, p.
Pœnitentia lapſorum in hæreſim, cl. 2. 52. d, p.
Pœnitentia furum, cl. 3. 178. d, f.
Pœnitentia par ei indicitur qui ſpiritualem ſilium & pœnitentialem ſuam violare monſtratur, cl. 2. 145. b, m.
Pœnitentia iuuenibus temere non credenda, & c. cl. 2. 51. b, p.
Pœnitentia eius cuius negligentia de ſanguine Domini aliquid tillat, cl. 3. 101. d, f.
Pœnitentia quibus concedenda eſt, cl. 3. 150. d, m.
Pœnitentia Theognij & Eufebij, cl. 1. 8. d, p.
Pœnitentia quadraginta dierum, cl. 2. 133. a, p.
primi anni, ſecundi & tertij ibidem quartij, quintij, ſextij & ſeptimij. ibidem.
Pœnitentia, cl. 2. f. 3. 41. d, m.
Pœnitentiæ tempus, cl. 1. 114. b, m.
Pœnitentiæ publicæ uſus in eccleſiam reuocandus, cl. 2. f. 3. 25. c, p.
Pœnitentiæ materia, cl. 1. 21. c, p.
Pœnitentiæ partes, cl. 2. f. 3. 24. 25. a, p.
Pœnitentiæ ſacramentum quomodo docendum, cl. 2. f. 3. 76. a, p.
Pœnitentiæ tempus conſtituentibus conſtituendum, cl. 2. 101. d, f.
Pœnitentiæ ſacramentum, cl. 2. f. 3. 4. b, f.
Pœnitentiæ ſacramenti effectus, eſt abſolutio à peccatis, cl. 1. 212. c, m.
Pœnitentiarij episcopales, cl. 2. f. 3. 73. d, f.
Pœnitentiam uolentes clerici, cl. 2. 33. d, m.
Pœnitentiam qui accipiunt in aliquo conſtituti diſcrimine, cl. 2. 70. c, m.
Pœnitentiam qui morietibus abnegat animarum reus eſt, cl. 3. 123. d, m.
Pœnitentiam publicam agant qui publico crimine ſunt conuicti, cl. 2. 94. d, p.
Pœnitentiam qui acceperunt apud hæreticos, cl. 2. 25. c, f.
Pœnitentiam poſcentes ſi poſtea obmuteſcât, cl. 2. 21. c, f.
Pœnitentiam qui accipiunt conſentientes, cl. 2. 90. d, p.
Pœnitentiam poſcentes, cl. 2. 60. c, p.
Pœnitentiam qui geſit adoleſcens, & non ſe continet, quomodo poteſt ſuſtineri, cl. 3. 154. b, f.
Pœnitentiam qualiter accipiant maiores & minores, cl. 2. 31. d, f.
Pœnitentiam agere qui differunt, cl. 3. 154. b, m.
Pœnitentiam qui nolunt accipere à ſacerdo-

tibus, cl. 2. 132. d, m.
Pœnitentiam publice non accipientes, cl. 2. 47. d, p.
Pœnitentibus quibusdam priſtina tradatur coniugia, cl. 2. 73. c, f.
Pœnitentis oblatio, qui nec tamen reconciliatus de hac uita exceſſerit ab eccleſia recipiatur, cl. 2. 87. c, f.
Pœnitentium lex, cl. 2. 21. c, f.
Pœnitentium diſcretio, cl. 2. 102. a, f.
Pœnitentium nullus ad clerum admitti poteſt, cl. 3. 135. d, p.
Pœnitentium reconciliatio à preſbyteris non fiat, cl. 2. 17. a, p.
Poëſis ſtudium prohibetur & quibus, cl. 1. 213. c, m.
Polluta adulterio eccleſia, cl. 1. 119. d, p.
Polluta mente accedentes ad altare Domini arguantur, cl. 2. f. 3. 16. c, p.
Polluti, cl. 2. 12. c, p.
Pollutio nocturna quando celebrationem & communionem impedit, cl. 3. 180. b, f.
Pollutio, quæ reconciliationem requirit, cl. 2. f. 3. 28. a, p.
Polychronij hæretici fidei chartula, cl. 1. 80. c, m.
Polychronij inſania contententis ſuſcitare mortuum in hæreticorum ueritatis teſtimonium, cl. 1. 80. c, m.
Polychronius, cl. 1. 81. b, m.
Polychronius deriſus quod mortuos ſuſcitare pollicitus non ſuſcitaret, cl. 1. 83. b, f.
Polychronius anathematizatus, cl. 1. 85. c, m.
Polyendus, cl. 1. 70. a, f.
Pompoſæ exequiæ prohibitz, cl. 2. f. 3. 72. d, m.
Pondera ſint ubique æqualia, cl. 2. 64. c, m.
Pondera ubique ſint æqualia, cl. 2. 96. a, f.
Pontianus papa decimus ſeptimus, cl. 3. 106. a, p.
Pontica diœceſis, cl. 1. 14. d, m.
Pontifex cur Chriſtus uocatus, cl. 1. 36. a, f.
Pontifex noſter Chriſtus & ſacrificium factus, cl. 1. 128. c, m.
Pontifex & Apoſtolus cõfeſſionis noſtræ Chriſtus, cl. 1. 32. b, m.
Pontifex ſummus ſalutatur, cl. 1. 159. b, m.
Pontificali dignitate Maximinus proiectus, cl. 1. 12. d, m.
Pontificalium rerum petitores inuaſores, & largitores, cl. 2. 43. c, m, f, & d, p, m, f, & 4. a. b. c. p, m, f, & eccleſiaſticorum. ibidem.
Pontifice mortuo à quibus abſtinenda, cl. 2. 52. c, p.
Pontificem non ordinent duo episcopi, cl. 2. 18. d, p.
Pontifices aliquot hæretici, cl. 1. 83. d, f.
Pontifices ſeptem hæreſeos damnati, cl. 1. 79. d, f.
Pontifices abbates reges duces ad ſynodum conuocantur, cl. 1. 159. b, f.
Pontificij Romano ſoli, licet generale concilium congregare & episcopos iudicare, cl. 3. 120. a, f.
Pontificis exhortatio ad ſynodum, cl. 1. 213. a, m.
Pontificis electio qualis eſſe debet, cl. 1. 133. d, p.
Pontificis ſummi primatus, cl. 1. 200. d, p.
Pontificis ſummi ſedes in ſynodo, cl. 1. 159. c, p.
Pontificis honor, cl. 2. 51. c, m.
Pontificum inſidiatores, cl. 2. 43. b, f.
Pontificum ornatus quis inſtituit, cl. 3. 87. d, p.
Pontificum Romanorum decreta, cl. 3. 188. c, m.
Pontificum romanorum geſta memoriæ tradi ſolent, cl. 1. 170. b, m.
Populi Maioritas, obediencia & diſciplina, cl. 2. 53. c, f.
Populi abuſus in coercendis miſſis quomodo

coercendus, cl. 2. f. 3. 72. b, f.
Populum ad ſe theodoretus pellicit, cl. 1. 40. b, f.
Populum docere episcopis ex officio datum, cl. 1. 80. d, m.
Populus Chriſto dilectus triticum dictus, cl. 1. 84. c, f.
Populus non egrediatur ante miſſam expletam, cl. 2. 32. d, p.
Populus docendus quale ſit miſſæ ſacrificium, cl. 2. f. 3. 24. d, p.
Populus Conſtantinop. cum episcopo ſub Die cum Iachymis Deo ſupplicationes intendit, cl. 1. 53. b, f.
Populus miniſtris altaris non ligat, cl. 2. 11. b, m.
Populus inſtruedns quid agatur in cuiuſlibet ſacramenti exhibitione, cl. 2. f. 3. 21. a, m.
Populus admonendus cur feriæ inſtitutz, cl. 2. f. 3. 27. b, p.
Populus docendus quid agatur in miſſa, cl. 2. f. 3. 24. b, m.
Populus docendus eſt non ſequendus, cl. 3. 145. b, p.
Populus admonendus ut oret pro magiſtratus, cl. 2. f. 3. 22. c, m.
Populus quomodo docendus ſapere in contentioſis dogmatibus, cl. 2. f. 3. 22. b, m.
Populus quomodo docendus ſapere in contentioſis dogmatibus, cl. 2. f. 3. 22. b, m.
Populus rectoribus eccleſiarum temporalia reddant, cl. 2. f. 3. 76. b, p.
Populus non ingrediatur miſſa incompleta, cl. 2. 47. b, f.
Porphyriani ab Arrio uocati, cl. 1. 8. c, f.
Porphyrius diuinæ pietatis inimicus, cl. 1. 8. a, f.
Porta domini, cl. 1. 21. d, f.
Portalitia altaria non facile confecranda, cl. 2. f. 3. 9. b, p.
Portio congrua, cl. 2. f. 3. 38. a, m.
Portio quæ debeat uicario reſidenti aſſignari, cl. 2. 134. a, f.
Poſcentes pœnitentiam poſtea obmuteſcant, cl. 2. 21. c, f.
Poſſeſſio uera, cl. 1. 125. c, f.
Poſſeſſio triginta annorum non repetenda, cl. 2. 52. a, m.
Poſſeſſiones clericorum, cl. 2. 40. a, m.
Poſſeſſiones eccleſiæ in quem uſum ſeruari debeant, cl. 1. 113. a, m.
Poſſeſſiones ante episcopatum, cl. 2. 38. d, f.
Poſſeſſores paciſici, cl. 1. 155. c, f.
Poſteriores episcopi anterioribus non præferendi, cl. 2. 25. b, m.
Poſteritas perſonarum ſeruilium genere, cl. 2. 52. b, f.
Poſtolicorum error, cl. 2. f. 3. 6. c, p.
Potens qui expoliauerit quenquam, & c. cl. 2. 23. d, m.
Potestas patriarcharum & metropolitanorum, cl. 1. 113. a, m.
Potestas decani ſummi templi in præuicario, res, cl. 2. f. 3. 18. a, m.
Potestas iudicium delegatorum, cl. 1. 115. c, m.
Potestas Romani pontificis, cl. 1. 200. a, m.
Potestas generalis concilij Toletano pontifici conceſſa, cl. 2. 91. c, p.
Potestas iudicium, cl. 1. 119. a, m.
Præbendæ, cl. 2. f. 3. 38. a, p.
Præcepta quæ ſpecialiter monachis, quæ generaliter omnibus Chriſtianis conueniant, cl. 2. 105. a, m.
Præceptis Episcoporum Episcopi obtemperet, cl. 1. 43. a, p.
Præceptores iuuentutis inſtituendæ quomodo examinandij, cl. 2. f. 3. 66. b, p.

Præceptoribus philosophiæ præcipitur ut discipulis suis ostendant & declarent veritatem religionis Christianæ. cl. 1.213, c p  
 Præceptorum puerorum officium, cl. 1.213, d p  
 Præcipitur præceptoribus philosophiæ ut discipulis suis ostendant & declarent veritatem religionis Christianæ. cl. 1.213, c p  
 Præcipus synodorum Apostolicarum. cl. 1.1, a f  
 Præcipua virtus imperatoris Constantini pro fide, cl. 1.14, a f  
 Prædestinationis temerariam præsumptionem cauendam esse, cl. 1.218, b m  
 Prædicanda quæ sit materia fidelibus, cl. 2.3.11, d m  
 Prædicandi suis plebibus potestas concedatur presbyteris, cl. 2.36, b m  
 Prædicandi licentiam Episcopi gratis concedant, cl. 1.216, c m  
 Prædicare cui liceat, cl. 2.3.32, d p  
 Prædicatio Domini verbi, cl. 2.3.30, b f  
 Prædicatio in populum procuranda, cl. 2.100, b f  
 Prædicatio sancta assidue in ecclesia fiat, cl. 2.100, d f  
 Prædicatio non solum in ciuitatibus sed etiam in omnibus parochiis faciendâ, cl. 2.94, b f  
 Prædicationis Euangelicæ summa, cl. 2.3.21, d m  
 Prædicator impietatis Nestorius, cl. 1.47, a m  
 Prædicatorem verbi in monasteriis esse oportere, cl. 2.3.28, c m  
 Prædicatores verbi, cl. 1.3.60, d f. qui admittendi, ibid. 61, a m  
 Prædicatores qui admittendi, cl. 2.3.81, a p  
 Prædicatores quomodo admittendi, cl. 2.3.11, c f  
 Prædicatores quales esse debent, cl. 2.3.11, d f  
 Prædicatores quid cauere debeant, cl. 2.3.22, a m  
 Prædicatores inepti prohibendi & puniendi, cl. 2.3.12, a p  
 Prædicatori errores vel scandala disseminanti prædicationem interdicat episcopus, cl. 1.216, c m  
 Prædicatoribus prohibita prædicare, cl. 1.214, b p  
 Prædicatorum institutio, cl. 1.123, b p  
 Prædicta Christi passio à Prophetis, cl. 1.26, a m  
 Præditum sacerdotio vestibus sumptuosius amiri non oportere, cl. 1.109, c f  
 Præminentia londinen. & eboracen. cl. 1.117, d m  
 Præfationes in missis quæ Romano more cantantur, cl. 3.174, c m  
 Præfectus religiosus fœminis, cl. 2.21, d m  
 Præficiendi in ordines, cl. 1.9, d p  
 Prægnans mulier potest baptizari, cl. 3.176, c f  
 Prægnantes baptizari, cl. 2.2, d f  
 Præiudicium non patitur ecclesia, cl. 2.53, a p  
 Prælati omnes elemosynarum, cl. 2.3.34, c m  
 Prælati subditis geminam passionem impendant, cl. 2.106, d m  
 Prælati ab inferioribus eligantur & à superioribus confirmantur, cl. 1.153, c p  
 Prælati non transferantur inuiti, cl. 1.132, a m

Prælati, quibus curam animarum conferre debeant, cl. 2.3.33, b m  
 Prælati non vendant vel impignorent ecclesiam suam consanguineis eorum, cl. 2.134, d f  
 Prælatio fastigij principalis agnita & confirmata in nomine sanctæ Trinitatis, cl. 2.90, c p  
 Prælati non licet officia sua pro pecunia pacta alicui committere, cl. 2.3.68, b m  
 Prælatorum commensationes & negligentia, cl. 1.123, d f  
 Prælatorum vigintiquatuor electio in concilio Lateranensi, cl. 1.213, b m  
 Prælatorum honor, cl. 2.3.84, c p  
 Prælatorum electio, cl. 1.158, a m  
 Prælatorum vice qui fungi debeant, cl. 2.109, a p  
 Prælatorum examen, cl. 2.3.82, a p  
 Prælati qualiter & quando procedere ad inquirendum debeat, cl. 1.122, d m  
 Prælectio scripturæ sacræ in monasteriis habeatur, cl. 1.216, b p  
 Prælocutio papæ Symmachi, cl. 2.41, a f  
 Præmio vel pecunia episcopi non ordinent, cl. 1.52, a m  
 Præmium pro episcopatu non accipiatur, cl. 3.167, b p  
 Præmium pro diuinis sacramentis non accipiendum, cl. 1.87, a f  
 Præparatio ad missam, cl. 2.3.46, b f  
 Præparationis modus, cl. 1.217, c m  
 Præparationis necessitas ad iustificationem, cl. 1.117, c p  
 Præparatus ad Concilium locus, cl. 1.6, c m  
 Præpositi, cl. 2.101, b f  
 Præpositi, cl. 2.109, a m  
 Præpositi, cl. 2.139, b m  
 Præpositi monialium sumptuosius abrogandi, cl. 2.3.28, d m  
 Præpositi apud ecclesias suas resideant, cl. 2.3.83, a m  
 Præpositi collegiorum mundo suo satisfaciant, cl. 2.3.68, c m  
 Præpositi solitariè commorantes, cl. 2.3.29, a p  
 Præsanctificationum sacrificium quid, cl. 1.91, b m  
 Præscriptiones, cl. 1.118, c p  
 Præsentia Apamiarum à Petro subrepta, cl. 1.62, c m  
 Præsides, cl. 2.5, b p  
 Præsides consubstantialitatis, cl. 1.14, a m  
 Præsul summus à quoquam non iudicandus, cl. 1.10, b m  
 Præsul non nisi in 72, testibus damnandus, cl. 1.10, b m  
 Præsulatu nudatus Apollinaris, cl. 3.12, c m  
 Præsulem superiorem ante sententiam nullus vitet, cl. 1.112, d m  
 Præsules ecclesiastici abstineant à curis secularibus & vacent orationi & lectio, cl. 1.113, d p  
 Præsulum Romanorum decreta custodienda, cl. 2.58, d f  
 Præsumptionem temerariam prædestinationis cauendam esse, cl. 1.218, b m  
 Præsumptores, cl. 2.38, b m  
 Præsuaricati in persecutione, cl. 2.6, b f  
 Præsuaricatio eorum qui dudum ad Christianam fidem promoti sunt, cl. 2.70, d m  
 Præsuaricatores diuinarum legum, cl. 2.20, a p  
 Pragmatica sanctio annullatur, cl. 1.213, a f

Prandii sobrietas, cl. 2.3.46, c p  
 recariæ ecclesiasticarum rerum qualiter fieri debeant, cl. 2.19, d f  
 Precatio illa sanctus deus sanctus fortis, sanctus immortalis reuelata, cl. 1.53, b f  
 Preces horariæ, cl. 2.3.16, a m  
 Preces horariæ quomodo decantandæ, cl. 2.3.37, d f  
 Preces quæ dicendæ, cl. 2.25, b p  
 Preces pro summo pontifice, imperatore, rege & aliis principibus catholicis fundendæ, cl. 2.3.54, b p  
 Preces ad altare dicendæ, cl. 2.28, c m  
 Preces frequentandæ in ecclesiis, cl. 2.3.70, c m  
 Preces qui dicant immunes habentur, cl. 3.135, b p  
 Precia non exigantur de baptizandis & confirmandis, cl. 3.162, c f  
 Precio non recipiendi religiosi, cl. 1.120, d m  
 Precum horariarum persoluendarum affectus, cl. 2.3.16, b p  
 Presbyter, cl. 2.52, a p  
 Presbyter in monasterio puellari immorari non debet, cl. 2.98, d p  
 Presbyter in secundis nuptiis non debet orare, cl. 2.2, d f  
 Presbyter ne ante 30, annos ordinetur, cl. 1.89, c m  
 presbyter qui proprium aspernatus episcopum conuenticula egerit, deponatur, cl. 1.3, a f  
 presbyter precio ecclesiam adeptus deponatur, cl. 2.95, b p  
 presbyter à proprio loco in alium migrans, non recipiatur sine literis commendatiis, cl. 2.98, a f  
 presbyter confessarius quid confidentem doceat, cl. 2.3.25, b p  
 presbyter Arrianum resipiscentem non recipiat, cl. 3.118, b p  
 presbyter diaconum & presbyterum ordinare non præsumat, cl. 2.64, b f  
 presbyter illiteratus missam celebrare non audeat, cl. 3.107, c p  
 presbyter alicui dans munere ad ecclesiam subripiendam qualiter puniendus, cl. 1.92, b p  
 presbyter non reconciliat pœnitentes, cl. 2.11, c m  
 presbyter fideles peccantes verberare non debet, cl. 1.3, a m  
 presbyter fornicator, cl. 2.10, c f  
 presbyter etiam ignorans à nuptiis illicitis abstinere debet, cl. 1.90, a m  
 presbyter qui post galli cantum bibit sequenti die missam non celebret, cl. 2.132, c m  
 presbyter res ecclesiæ non vendat, cl. 2.32, a m  
 presbyter chrisma non conficiat, cl. 2.18, c f  
 presbyter non debet cum hæreticis orare, cl. 3.3, b p  
 presbyter non ordinetur ante annos triginta, cl. 3.107, c p  
 presbyter populo benedictionem, & c. cl. 2.30, c f  
 presbyter non communicet populum sub vniuersa specie, cl. 1.131, c f  
 presbyter minus triginta annorum minime ordinandus, cl. 2.3, a p  
 presbyter parrochialis decimas propter parochiam aliquod non amittat, cl. 1.127, a f  
 presbyter non debet viuras accipere, cl. 1.14, c p  
 presbyter altare non erigat, cl. 2.82, c f  
 presbyter coniugatus, cl. 2.5, c f

presbyter sine commendatiis literis non est suscipiendus, cl. 1.3, b f  
 Presbyter benedicat priuatim fidelibus desiderantibus, cl. 2.30, d m  
 Presbyter missam non cantet nisi duobus presentibus, cl. 3.102, d m  
 Presbyter ante legitimum tempus non ordinandus, cl. 2.95, a f  
 Presbyter chrisma benedicere non debet, cl. 2.75, d p. aut ecclesiam aut altare consecrare, ibidem.  
 Presbyter animarum est reus qui pœnitentiâ morientibus abnegat, cl. 3.123, d m  
 Presbyter crimen capitale committens, cl. 2.47, a p  
 Presbyter, aleator & ebrius esse non debet, cl. 1.3, c p  
 Presbyter non amplius quam tres missas in die celebret, cl. 2.132, c m  
 Presbyter cibo aut potu confertus sacrificia cõtractare aut missas celebrare non audeat, cl. 2.91, b m  
 Presbyter ecclesiastica iura non vendat, cl. 2.2, a m  
 presbyter qui filios genuit ab officio remoueat, cl. 3.135, c f  
 Presbyter Philippus, cl. 1.44, a f  
 presbyter pro criminibus damnatus communionem non priuetur, cl. 1.3, a m  
 presbyter ieiunium missam celebrare tenetur, cl. 2.76, d m  
 Presbyter excommunicatus sacrificans, anathematizetur, cl. 2.17, b p  
 presbyter inconsulto episcopo non celebret, cl. 2.17, b m  
 Presbyter Isidorus, cl. 1.12, b m  
 presbyter officio & beneficio priuetur, vxorẽ suscipiens vel susceptam retinens, cl. 3.108, d p  
 Presbyter non nisi in 44, testibus damnandus, cl. 1.10, b m  
 Presbyter non ordinetur ante annos, 30, cl. 3.142, c f  
 Presbyter solus missam non cantet, cl. 2.101, b p  
 Presbyter à cõfessionibus qualis esse debeat, cl. 2.3.25, b p  
 presbyter exautoratus non ministret, cl. 2.9, b p  
 presbyter pœnitentem in ecclesiam non introducat, cl. 2.132, d f  
 presbyter mulieribus non debet commisceri quæ ei sua fuerint peccata confessa, cl. 2.145, b f  
 Presbyter pœnitentiam iussus, & cetera, cl. 2.17, a p  
 Presbyteri, cl. 2.27, b f  
 presbyteri, cl. 2.29, a p  
 presbyteri, cl. 2.51, d m & f  
 Presbyteri, cl. 3.189, c p  
 Presbyteri excommunicati necessitate cogente communionem dare possunt, cl. 2.4, a p  
 Presbyteri incontinentes, cl. 2.80, c m  
 Presbyteri parochiales frequenter prædicent & infirmos visitent, cl. 2.133, d f  
 Presbyteri in celullis suis vitæ testes habeant, cl. 2.69, c f  
 Presbyteri parochiani chrisma ab episcopo petant, cl. 2.21, b p  
 Presbyteri quibus de rebus plebẽ admoncant, cl. 2.144, d f  
 Presbyteri clerici diaconi & reliquorum clericorum ordinatio, cl. 1.2, d p  
 Presbyteri qualiter ordinandi, cl. 2.20, d p  
 Presbyteri tabernas non ingrediantur, cl. 2.95, b f  
 Presbyteri in ordine suo recipiendi, cl. 2.21, a f

INDEX.  
 Presbyteri sine conscientia episcopi nihil faciunt, cl. 2.5, c f  
 Presbyteri chrisma accepturi nihil pro balsamo sine luminaribus emendis dent, cl. 2.67, a f  
 Presbyteri abstineant ab vxoribus, cl. 2.4, a m  
 Presbyteri ad monendi, vt corpus Christi indiscretè non tribuant, cl. 2.95, b m  
 Presbyteri curati, cl. 2.3.47, b m  
 Presbyteri vxores ducere non debent, cl. 2.2, d m  
 Presbyteri ante ingressum episcopi non ingrediantur aut sedent in tribunalibus, cl. 2.11, d m  
 Presbyteri omnes suis principum quadagesimæ nunciant, cl. 2.63, b f  
 Presbyteri ab vno episcopo non deponendi, cl. 2.64, c p  
 Presbyteri sub sigillo chrisma custodiant, cl. 2.94, c f  
 Presbyteri nuptiarum vitent conuiuia, cl. 2.37, c f  
 Presbyteri accusati, cl. 2.52, a f  
 Presbyteri vidua maritum accipiens, cl. 2.24, a p  
 Presbyteri à carnibus se abstinentes, cl. 2.2, a p  
 Presbyteri sine examinatione promoti in ecclesiasticum ordinem non recipiendi, cl. 1.7, c p  
 Presbyteri quomodo plebes suas admoneant, cl. 2.52, a m  
 Presbyteri post ordinationem filios generantes, cl. 2.23, c m  
 Presbyteri alterius regionis, cl. 2.3, a p  
 Presbyteri parochiani res ecclesiæ distrahentes, cl. 2.32, d m. ementes, ibidem.  
 Presbyteri qua ætate consecratur, cl. 2.32, a p  
 Presbyteri lapsi in persecutione, cl. 2.1, c m  
 Presbyteri diligenter custodiant chrisma, cl. 2.100, d f. assidue vtantur orariis, ibidem. 101, a p  
 Presbyteri gradu amisso in monasterium mittantur, cl. 2.98, a m  
 Presbyteri nihil de iis quæ sunt episcoporum præsumant, cl. 3.102, d p  
 Presbyteri ad coniugalem coitum reuertentes, cl. 2.31, d p  
 Presbyteri nihil agant in viris aut villis sine præcepto vel consilio Episcopi, cl. 2.11, d f  
 Presbyteri missas cum irreuerentia celebrantes, coercendi, cl. 2.3.81, b f  
 Presbyteri à propriis episcopis chrisma petant, cl. 2.12, c m  
 Presbyteri relicta, cl. 2.47, a m  
 Presbyteri ab intestato defuncti bona quomodo conuertenda, cl. 2.3.30, d f  
 Presbyteri & diaconi vel clerici in alia ecclesia non suscipiendi, cl. 1.7, d m  
 Presbyteri ordinatio quo die celebranda, cl. 3.151, a m  
 Presbyteri relicta maritum non accipiat, cl. 2.45, d p. episcopi, diaconi, ibidem.  
 Presbyteri accusati, cl. 2.18, a m  
 Presbyteri non sint venatores nec accipitres habeant, cl. 2.39, d p  
 Presbyteri de minori titulo ad maiorem non transfugiant, cl. 2.102, a p. precio gradũ adepti deponantur, ibidem.  
 Presbyteri in aliquo crimine detecti non possunt per manus impositionem pœnitentiam consequi, cl. 3.154, a f  
 Presbyteri defuncti res ad quoddam tempus intactæ mancant, cl. 2.84, b p

Presbyteri corporali peccato occupati, cl. 2.1, d f  
 Presbyteri parochiani dum ordinantur libellum officialem à sacerdote suo accipere debent, cl. 2.69, d p  
 Presbyteri prædicandi potestas suis plebibus concedatur, cl. 2.36, b m  
 Presbyteris iniungendum ne sacrum chrisma foras cum clauē dimittant, cl. 2.95, b f  
 Presbyteris licitum est erogare pauperibus de bonis ecclesiæ, cl. 2.95, a f  
 Presbyteris licet per monasteria puellarum missas celebrare, cl. 2.100, d f  
 Presbytero cum presbyteria dormire in eodem lecto non licet, cl. 2.63, c f  
 Presbytero inter epulas cantare aut saltare non licet, cl. 2.63, d f  
 Presbytero non licet de titulo minori ad maiorem migrare, cl. 2.95, b p  
 Presbytero ecclesiam suam non commendat laicus sine consensu episcopi sui, cl. 2.132, d p  
 Presbytero iubente diaconus sedeat, cl. 2.21, b p  
 Presbyterorum ordinationes, cl. 3.97, c m & f  
 Presbyterorum ordinatio, cl. 3.104, a f  
 Presbyterorum viuendi formula, cl. 2.3.12, c m  
 Presbyterorum filij, cl. 2.3.36, a m  
 Presbyterorum profectio, cl. 2.69, d m  
 Presbyterorum iudicantium numerus, cl. 2.7, c m  
 Prima, cl. 2.3.46, b m  
 Prima sedes ecclesiæ, cl. 1.4, d f  
 Prima sedes à nullo diiudicanda, cl. 1.10, d f  
 Prima synodus Ephesina approbata, cl. 1.50, d m  
 Primate sedis episcopus, cl. 2.27, b f  
 Primate, cl. 3.102, b m  
 Primate, cl. 3.109, c m  
 Primate, cl. 3.127, a f  
 Primate, in quibus ciuitatibus esse debent, cl. 3.97, b m & f  
 Primate deferuntur negotia, quæ metropolitana explicare non valet, cl. 3.142, c f  
 Primate summi pontificis, cl. 1.200, d p  
 Primate sedis apostolicæ, cl. 3.129, b p  
 Primate episcopus, cl. 1.3, b p  
 Primate concessus presbyterorum cum episcopo, cl. 2.21, b p  
 Primate episcoporum metropolitanorum, cl. 1.7, b m  
 Primate Sathana ministri Nicolaitæ, cl. 1.2, b p  
 Primitiæ fructum episcopo & presbyteris dum mittendæ, cl. 1.2, d p  
 Primo calphurnius gentilis postea christianus effectus, cl. 1.10, a f  
 Primum genus additionis quale, cl. 1.173, c m  
 Princeps misericordiam faciat, cl. 2.102, b p  
 Princeps sacerdotum non appelletur episcopus, cl. 2.27, b f  
 Principum constitutiones non præiudicent ecclesiis, cl. 1.125, d m  
 Principes seculares non se immisceant promotioni episcoporum, cl. 1.113, c f  
 Principes humilitatem cordis habeant, cl. 3.176, d m. corporis castitati studeant, ibidem, f  
 Principi non maledicendum, cl. 2.72, c m  
 Principia & ea quæ post principium sunt deferre, cl. 1.17, a p  
 Principium vitæ custodia & defensio adhibenda, cl. 2.74, b f  
 Principium patrociniis non vtantur ecclesiastici



ci. cl. 2.84, c p  
 Prioratus non habens sufficientes prouentus. cl. 2. f. 3. 10, c f  
 Priscillianiana hæresis, cl. 2. 74, d p & f  
 Priscilliani error, cl. 2. 75, c f  
 Priscilliani error de anima humana. cl. 2. 75, a p, de signis & sideribus. ibid. m  
 Priscilliani error de mulieribus secum retinēdis, cl. 2. 75, a f, de quinta feria paschali. ibid. dem.  
 Priscillianistæ in natali Domini ieiunia celebrant, cl. 3. 155, a f  
 Priscillianistarum hæresis, cl. 3. 169, c f  
 Priscillianistarum error, cl. 3. 155, a p  
 Priscillianorum scripturæ apocryphæ. cl. 3. 155, d f  
 Priscillianus scripturas deprauauit. cl. 2. 75, a f  
 Priscillianus anathematizatus. cl. 1. 85, c p  
 Priuigna non ducenda. cl. 2. 51, d m  
 Priuignas suas ducentes in uxorem, cl. 2. 4, c m  
 Priuilegia generaliter & specialiter inducta. cl. 1. 118, d m  
 Priuilegia sedis Apostolicæ. cl. 3. 123, a f & 6, p m  
 Priuilegia antiqua in ecclesiis seruanda. cl. 1. 113, b f  
 Priuilegiis vniuersitatum qui gaudere possint. cl. 2. f. 3. 67, a m  
 Priuilegiis fratrum nihil derogatur. cl. 2. f. 3. 20, c f  
 Priuilegiorum verba interpretanda. cl. 1. 127, b p  
 Priuilegiorum abusus & confirmationes, cl. 1. 118, d f  
 Priuilegium lectorum & auditorum sacræ Theologiz, cl. 1. 216, b m  
 Probatio quod per causam significat, cl. 1. 205, a f  
 Probationes, cl. 2. f. 3. 36, d f  
 Processiones non abrogatæ, cl. 2. f. 3. 19, b f  
 Processiones in quibus sacra hostia cum imaginibus sanctorum circumfertur, cl. 2. f. 3. 72, d f  
 Processiones intra septa ecclesiarum peragēdæ, cl. 2. f. 3. 27, b p  
 Processiones rurales, cl. 2. f. 3. 73, b p  
 Processionum collegiarum ecclesiarum moderatio, cl. 2. f. 3. 19, b m  
 Proclatio ante maiores ordines faciendæ, cl. 2. f. 3. 67, c f  
 Proclus, cl. 1. 54, d p  
 Procuraciones, cl. 1. 132, a f  
 Procuraciones sine vitiatione non accipiendæ, cl. 1. 125, b p  
 Procuracionum moderatio in visitatione, cl. 2. f. 3. 69, d m  
 Procuratores ecclesiarum, cl. 2. f. 3. 40, b f  
 Procuratores fiscales, cl. 2. f. 3. 30, c f  
 Proditor non audiendus, cl. 3. 122, d f  
 Proditores fratrum, vel vaforum vel scripturarum cum verberibus deponantur, cl. 2. 5, b m  
 Proditores clerici, cl. 2. 21, b f  
 Professa absente sacerdote officium sacerdotale non impleat, cl. 2. 23, d p, aut lucernales ibidem.  
 Professæ viduæ, cl. 2, b c f  
 Professio orientalium seu fides Nicæna, cl. 1. 18, a f  
 Professio presbyterorum & diaconorum, cl. 2. 69, d m  
 Professio monachi, cl. 2. 70, b f  
 Profuere idem quod producere, cl. 1. 208, d p  
 Profuturus episcopus, cl. 2. 75, c p  
 Progressus & origo concilij Nicæni primi œcumenici, cl. 1. 4, b m  
 Progressus Nicæni symboli, cl. 1. 14, c p

Prohibetur constitutis in sacris ordinibus incumbere poesis studiis, cl. 1. 213, c m  
 Prohibita prædicatoribus prædicare, cl. 1. 214, b p  
 Prohibitæ religiones nouæ, cl. 1. 123, c f  
 Prohibitio matrimonij restricta, cl. 1. 1. 6, c m  
 Proiectus episcopus, cl. 1. 45, d f  
 Promissione munerum honoris gratia non veniendæ debet, cl. 2. 89, a p  
 Promoti in curia Romana quomodo promouendi ad sacros ordines, cl. 2. f. 3. 8 b m  
 Promoti presbyteri sine examinatione in ecclesiasticum ordinem non recipiendi, cl. 1. 73, c p  
 Promoti ob pecuniam deponendi, cl. 1. 90, a p  
 Promotio monachorum ad clerum, cl. 3. 131, a f  
 Promoti ad sacros ordines vxorē ducere non licet, cl. 1. 86, d f  
 Promouendi ad sacros ordines, cl. 2. f. 3. 84, b p  
 Promouendi ad sacros ordines testimoniales exhibeant, cl. 2. f. 3. 7, d f  
 Promouendis ad beneficia quales esse debent, cl. 1. 117, b m  
 Promouendo ad subdiaconatum quæ necessaria, cl. 2. f. 3. 8, a p  
 Promulgatio interdictorum non leuiter ponēda, cl. 1. 155, b f  
 Prophetæ ludas & Silas, cl. 1. 1. d f  
 Prophanatio Eutichiana & Nestoriana, cl. 1. 78, b p  
 Prophanis historiis in synodo non vtendum, cl. 1. 169, d m  
 Propositi sacri transgressores, cl. 2. 73, c m  
 Propositio laicorum contra clericos, cl. 2. 40, a f  
 Propositum obseruandi formam viuendi conceptam, cl. 2. f. 3. 45, d f  
 Propria hominum, cl. 2. 35, b m  
 Propriam Christi carnem factam, cl. 1. 29, c p  
 Propter carnem Christus in forma serui, cl. 1. 27, b p  
 Propugnaculum sexti concilij, cl. 1. 68, a f  
 Propter intentionem significat desiderij, cl. 1. 107, b f  
 Propter adorationem, i. adoratione imagines oportere, cl. 1. 107, b m  
 Prosper, cl. 3. 143, b p  
 Propter opus, cl. 1. 60, b f  
 Proterua Scueri, cl. 1. 62, c m  
 Proterua imperatoris Michaelis, cl. 3. 185, d p  
 Protestantes diaconi cum ordinantur, cl. 2. 1. d f  
 Protulit Eusebius blasphemiz scripturam, cl. 1. 65, d m  
 Prouentum ecclesiasticorum iusta distributio, cl. 2. f. 3. 83, a p  
 Prouincia vnaquæque suo metropolitano debet esse contenta, cl. 3. 144, d m  
 Prouincia in duos metropolitanos episcopos non diuidatur, cl. 1. 52, c p  
 Prouincia Asianorum, cl. 1. 65, d p  
 Prouincia inconuulsa maneat, cl. 1. 52, c f  
 Prouinciæ visitandæ, cl. 2. 27, c m  
 Prouinciales synodi quotianis fiant, cl. 1. 89, b p  
 Prouinciales à metropolitano vocati ad concilium venire tenentur, cl. 2. 57, d f  
 Prouincialia consilia, cl. 1. 122, c m  
 Prouincialia iudicia, cl. 3. 96, d m  
 Prouincialis synodus retractanda à papa, cl. 3. 122, d m  
 Prouisio Felicis papæ quinti, cl. 1. 147, a m  
 Prouisio erga futura schismata, cl. 1. 131, d m  
 Pudicitia parochi seruanda, cl. 2. f. 3. 21, a f  
 Puella religiosa virorum familiaritatem nõ habet, cl. 2. 23, c f  
 Puella voluntariè religionem professæ ad con-

iugium non debet accedere, cl. 2. 60, b f  
 Puellæ virginitatis votum sua sponte suscipiētes, cl. 3. 154, c p. si nupserint, ibidem.  
 Puellæ quo tempore religioni tradendæ, cl. 2. 83, c f  
 Puellæ quæ se vouerunt deo, cl. 2. 6. d p  
 Puellæ desponsatæ ab alijs corruptæ, cl. 2. 1. d f  
 Puellæ deo dicatæ, cl. 2. 12, b f  
 Puellæ fideles, infidelibus non coniungendæ, cl. 2. 3. d p  
 Puellarum monasteria, cl. 2. 40, b f  
 Puellarum monasteria qui ingredi possunt, cl. 2. 94, b m  
 Puellarum monasteria procul à monachis constitutenda, cl. 2. 31, b p  
 Puellarum benedictio à puellarum presbyteris non fiat, cl. 2. 17, a p  
 Puellarum in monasteriis oblatio, cl. 2. 57, d f  
 Puellarum monasterium plures non recipiat, quàm ratio permittit, cl. 2. 94, b f. & ibidem, 95, d p  
 Puer natus potest baptizari, cl. 3. 179, c f  
 Puer in acra raptus, cl. 1. 53, b f  
 Pueri ante annos 14, non cogantur iurare, cl. 3. 108, b p  
 Pueri Acephalorum, cl. 1. 77, c f  
 Puerorum baptisma, cl. 2. 24, d m  
 Puerorum institutio, cl. 2. f. 3. 31, c m  
 Puerorum stupratores, cl. 2. 4, c f  
 Puerorum canonicè congregatorum custodia, cl. 2. 108, c f  
 Pugna in larissa facta, cl. 1. 62, d f  
 Pulfati, cl. 3. 107, 2 f  
 Pulfus ad matutinas, cl. 2. f. 3. 4, 6, b p  
 Punienda clericorum incontinentia, cl. 1. 112, d p  
 Puniendi sacerdotes incontinentes, cl. 2. f. 3. 10, c m.  
 Purgatio clericorum, cl. 2. 45, c m  
 Purgatio clericorum si conuinci non potuerint, cl. 2. 33, b m.  
 Purgatorium, cl. 2. f. 3. 5, a b  
 Purgatorium, cl. 2. f. 3. 80, c m  
 Pfallendi obseruatio, cl. 2. 84, c f  
 Pfallendi vnus ordo tenendus in matutinis & uespertinis, cl. 2. 75, b f  
 Pfallendum non esse cum hæreticis, cl. 2. 11, c m.  
 Pfallendi sparsim non confundi dantur, cl. 2. 116, f  
 Pfallendi ab idiotis compositi in ecclesia non dicantur, cl. 2. 11, d f  
 Pfallmistæ, cl. 2. 11, b m  
 Pfallmistæ qualiter ordinentur, cl. 2. 20, d f  
 Pfallmo finito non Gloria patri, sed Gloria & honor patri, dicatur, cl. 2. 69, a f  
 Pfallmodia maturè & cum distinctione peragantur, cl. 2. f. 3. 9, b m  
 Pfallmorum ignari non ordinandi, cl. 2. 80, d f  
 Pseudoecclesiastes vnde cognoscantur, cl. 2. f. 3. 19, d f  
 Pseudothei, cl. 1. 91, c f  
 Pyrrhus presul, cl. 1. 80, b p  
 Pyrrhus anathematizatus, cl. 1. 85, c m

**Q**uadragesima æqualiter tenenda, cl. 2. 57, c m  
 Quadragesima teneatur ante pascha, cl. 2. 47, b m.  
 Quadragesimæ principium presbyteri omnes suis nunciēt, cl. 2. 63, b f  
 Quadragesimæ omni sabbato ieiunetur, cl. 2. 31, d f  
 Quadragesimæ obseruationem contemnentem, cl. 2. f. 3. 27, a p

Quæstio

Quæstio de symbolo, cl. 1. 162, a m  
 Quæstio de circuncisione quo tempore agitata fuit, cl. 1. 1. b f  
 Quæstiones profundiores nec sunt contemnendæ, nec penitus asserendæ, cl. 1. 144, b m  
 Quæstionum duo genera, cl. 1. 163, d m  
 Quæstiones eleemosinarum, cl. 1. 216, a f  
 Qualitas ordinandorum, cl. 2. f. 3. 4, 8, d f  
 Qualiter à fidelibus festa celebranda, cl. 1. 91, d f.  
 Qualiter puniendæ scemina abortus procurantes, cl. 1. 92, c f  
 Qualiter puniendi qui se demoniacos simulant, cl. 1. 91, c m  
 Quomodo iterum consecranda ecclesia, cl. 1. 8, a p.  
 Quando faciendæ monachorum schemata, cl. 10, c p  
 Quarta congregatio seu synodus apostolorum, cl. 1. 1. c p  
 Quarta apostolorum synodus mileti habita, cl. 1. 1. c p.  
 Quarta apostolorum synodus typus diuersarum synodorum, cl. 1. 1. c p  
 Quarta synodi definitio iterum recitata, cl. 1. 168, b p  
 Quarta concilii definitio, cl. 1. 164, d p  
 Quarta vniuersalis concilii Chalcedonensis de duabus naturis in vna Christi persona, cl. 3. 211, b m  
 Quartodecimani, cl. 2. 11, b p  
 Quartum concilium, cl. 1. 164, d p  
 Quartum sacramentum est pœnitentia, cl. 1. 212, c p.  
 Quaternitatem constituit petrus episcopus antiochenus, cl. 1. 53, d m  
 Quatuor concilia generalia Constantinopoli celebrata, cl. 1. 14, b m  
 Quatuor partes de redditibus ecclesiæ, cl. 1. 10, b m  
 Querelæ si quis habuit aduersus episcopos vel adores ecclesiæ, cl. 3. 99, c m  
 Querimonia inter presbyterum & laicum, cl. 2. 129, c p  
 Querimonia Theodulphi, cl. 2. 64, a f. Fulgentii & Honorii, ibidem, b p  
 Qui ex patre procedit additum ex conciliis generalibus, cl. 1. 173, c p  
 Quinque synodi in sexta constantino synodo approbata, cl. 1. 85, b f  
 Quintianus episcopus, cl. 1. 55, c p.  
 Quintum concilium, cl. 1. 165, a p  
 Quo anno pauli conuersio contigit, cl. 1. 1. b p  
 Quotidianæ orationes, cl. 2. 11, b f  
 Quotidianæ distributiones quibus assignandæ, cl. 2. f. 3. 8, c m

R

**R**abies macedoni, cl. 1. 107, b p  
 cl. 2. 56, d p  
 Raptarum sanctimonialium indecens conuersio, cl. 2. 46, d p.  
 Raptor cum rapta confugiens ad ecclesiam, cl. 2. 46, d p.  
 Raptores, cl. 2. f. 3. 41, b m.  
 Raptores mulierum, cl. 1. 52, a m  
 Raptores & conficii puniendi, cl. 1. 92, c f  
 Raptores & violatores ecclesiarum, cl. 1. 118, b m  
 Raptus sacrarum virginum, cl. 1. 50, d f.  
 Rata solutionis impositionum, cl. 2. f. 3. 39, c p  
 Rationes fidei non adulterandæ, cl. 1. 39, b p  
 Reatum originalis peccati non remitti per gratiam Christi quæ in baptisate confertur error, cl. 2. 217, a m, cl. 1. 215, d f  
 Rebaptizati quantum pœniteant, cl. 2. 45, b p  
 Rebaptizationes episcoporum, cl. 2. 27, c p.  
 Rebelles corripiendi, cl. 2. f. 3. 31, b m  
 Reccaredus rex, cl. 3. 174, d p  
 Reccaredi principis laus, cl. 3. 176, c

Receptioni ordinum maiorum quæ necessaria, cl. 2. f. 3. 14, d p  
 Receptus ad vnam præbendam plures non soluat receptiones, cl. 2. f. 3. 7, d m  
 Reciduiandi occasiones sunt vitandæ, cl. 2. f. 3. 47, a m  
 Reconciliari qui non vult fratri suo, medijs maceretur acerrimis, cl. 3. 107, b p  
 Reconciliatio excommunicati, cl. 2. 34, b f  
 Reconciliatio pœnitentium à presbyteris non fiat, cl. 17, a p  
 Reconciliatio quorum sumptibus faciendæ, cl. 2. f. 3. 28, a p  
 Rectores ecclesiæ quid non deceat, cl. 2. 89, a m  
 Rectores ecclesiæ in suis strenuus & in ecclesiasticis rebus esse remissos non decet, cl. 2. 89, a p  
 Rectores ecclesiarum opera seruilia subire nõ cogantur, cl. 2. 69, a m  
 Rectores ecclesiarum quæ debeat esse discretio, cl. 2. 87, a m  
 Recula, cl. 2. 51, d p  
 Redditus non sufficientes, cl. 2. f. 3. 26, c p  
 Redemptio per Christum, cl. 2. f. 3. 78, a p  
 Redemptor humani generis Christus, cl. 1. 13, d m  
 Reformatio cleri Germaniz, cl. 2. f. 3. 32, b p  
 Reformatio monachorum sancti benedicti, cl. 2. 95, c m  
 Reformatio hospitalium, & leprosariorum per quos faciendæ, cl. 2. f. 3. 10, d f  
 Reformatio interioris hominis, cl. 2. f. 3. 45, a f  
 Reformationis curiæ romanæ bulla legitur, cl. 1. 213, c m  
 Refractorij & in errore persistentes vi cogendi, cl. 2. f. 3. 71, c f  
 Refutatio Cyrilli aduersus Theodoretum, cl. 1. 24, b p  
 Reges, cl. 3. 188, d p  
 Reges duces, pontifices, abbates ad synodum conuocantur, cl. 1. 159, b f  
 Reges Theodosius & Valentinianus, cl. 1. 40, a p  
 Regia proles incolomis seruanda & diligenda, cl. 2. 74, a f  
 Regia voluntas in ecclesiasticis causis sacerdotibus est postponenda, cl. 3. 167, a p  
 Regimen ecclesiæ quibus & quando & infra quam ætatem conferendum, cl. 1. 117, c p  
 Reginaldus polus, cl. 1. 214, d p  
 Reginus, cl. 1. 42, c p  
 Regio apthorum, cl. 1. 88, d p  
 Regiones septem à Syluestro episcopo factæ, cl. 1. 110, c m  
 Regis honor iudicium diligit, cl. 1. 84, d f  
 Regula religiosorum, cl. 1. 117, d m  
 Regula canonicorum secularium, cl. 2. f. 3. 44, b f  
 Regulæ fidei catholicæ contra priscillianos, cl. 2. 24, a m  
 Regulares, cl. 2. f. 3. 39, c m  
 Regulares, cl. 2. f. 3. 83, d p  
 Regulares clerici, cl. 2. f. 3. 32, c p. ad studia able gandi ibid.  
 Regulares cuiuscunque ordinis sine examine prædicare non debent, cl. 1. 216, c p  
 Regularis disciplina in monasterijs seruanda, cl. 2. f. 3. 10, a m  
 Regum custodia, cl. 2. 72, b m  
 Relabentes concubinz, cl. 2. f. 3. 58, d m  
 Relapsi quatuor modis cognoscuntur, cl. 2. f. 3. 1, c m  
 Relatio orientalium episcoporum contra Cyrillum, cl. 1. 40, a p  
 Relatio episcoporum orientalium ad Callimum, cl. 1. 4, b f  
 Relatio synodi Ephesinæ, cl. 1. 37, b m

Relatio synodi Ephesinæ pro restituendis Cyrillo & Memnone, cl. 1. 46, c m  
 Relatio Ephesinæ synodi ad imperatores de orientalis, cl. 1. 45, a p  
 Relatio synodi Ephesinæ ad imperatores per Eutychem, cl. 1. 45, d p  
 Relatio de Nestorij depositione, cl. 1. 43, c p  
 Relatio comitis candidiani falsa, cl. 1. 44, c m  
 Relationis orientalium exemplar aduersus Cyrillum, cl. 1. 36, c f  
 Relicta ecclesiæ, cl. 2. 52, d p  
 Relicta fratris non ducenda, cl. 2. 51, d m  
 Relicta episcopi, presbyteri, diaconi maritum non accipiat, cl. 2. 45, d p  
 Relicta presbyteri aut diaconi alij se coniungens, cl. 2. 47, a m  
 Relicta cathemeni, cl. 2. 3, c f  
 Relictæ mulieres sacerdotum, cl. 2. 40, b m  
 Religio pietas & affectus Constantini imperatoris erga ecclesiam, cl. 1. 4, c m  
 Religiones nouæ prohibitæ, cl. 1. 123, c f  
 Religionis cultus in iacob augmentatus, cl. 2. 112, d f  
 Religiosa sacerdotis filia peccans, cl. 2. 24, a p  
 Religiosa puella virorum familiaritatem non habeat, cl. 2. 23, c f  
 Religiosæ virgini stuprum illatum, cl. 2. 45, a f  
 Religiosorum reuocatio, cl. 2. f. 3. 10, d p  
 Religiosi, cl. 2. f. 3. 62, c m  
 Religiosi non bibant vltra horas debitas, cl. 2. 135, d m  
 Religiosi viri decimas ex priuilegio non præstantes & de priuilegio abutentes, cl. 1. 116, d f  
 Religiosi curæ animarum præfici non debent, cl. 2. f. 3. 33, b f  
 Religiosi qui nec inter clericos nec monachos habentur, cl. 2. 70, c m  
 Religiosi decimas de manu laicali non recipiant, cl. 1. 127, c p  
 Religiosi baptizatos nõ suscipiant in fonte, cl. 2. f. 3. 72, b m aut nuptiis interesse, ibid.  
 Religiosi testamenta non condant, cl. 2. 135, d p  
 Religiosi seculares diuinationibus attendentes, cl. 2. 47, b f  
 Religiosi precio non recipiendi, cl. 1. 120, d m  
 Religiosi laicos non communicent sine consensu parochorum, cl. 2. f. 3. 79, b m  
 Religiosi possessionati quolibet admoneantur, vt reddant computum, cl. 2. 135, a m quid accipiant pro ingressu alicuius ibid. f.  
 Religiosis scemina præfectus, cl. 2. 21, d m  
 Religiosorum regula, cl. 1. 117, d m  
 Religiosorum nullus fide iubeat sine Abbatis licentia & conuentus, cl. 1. 117, b f  
 Religiosorum ordinati, cl. 2. 135, b, p silentium, ibid.  
 Reliquiæ sanctorum, cl. 2. 40, a f  
 Reliquiæ sanctorum, cl. 2. f. 3. 80, b f  
 Reliquiæ sanctorum extra capsam non ostendantur, cl. 1. 127, c m  
 Reliquiis sanctorum abutentes episcopi, damnati, cl. 2. 88, d m  
 Reliquiæ sanctorum virtute potentes, cl. 1. 98, b f  
 Reliquiæ de nouo iuentæ non venerentur abfque romani pontificis autoritate, cl. 1. 127, c m  
 Reliquiæ idolorum, cl. 2. 27, c f  
 Reliquiæ idolorum, cl. 2. 28, b m  
 Remedium duplex contra peccatum, cl. 2. f. 3. 45, c p  
 Remedium pro ratione morbi adhibendum, cl. 2. f. 3. 25, b m  
 Remi, cl. 2. 143, a m  
 Remissiones, cl. 2. f. 3. 41, d m  
 Remissiones, cl. 2. f. 3. 51, a m  
 Remotio abbatum, cl. 2. 54, 2 f

Renunciatio, cl. 2. f. 3. 48. d. m.  
 Renunciaciones beneficiorum, cl. 2. f. 3. 35. d. f.  
 Reordinationes episcoporum, cl. 2. 27. c. p.  
 Reparatio liberi arbitrii, cl. 2. 35. a. f.  
 Repellendus quis non est à promotione propter occultum delictum, cl. 1. 119. c. m.  
 Repetitio tricennaria, cl. 2. 50. c. f.  
 Reprehensio manifesta vitanda, cl. 2. f. 3. 2. 2. b. f.  
 Reprehensio Hispanorum qui inordinate constituunt clericos, cl. 3. 138. c. m.  
 Reprehensio duodecim anathematismorum Cyrilli, cl. 1. 23. d. f.  
 Reprobatio eorum qui prohibentur adipisci regnum, cl. 2. 72. c. p.  
 Repudiatarum mariti ad sacerdotium non provehantur, cl. 2. 36. d. f.  
 Repudio interveniente si quis alij se matrimonio copularit, & cetera, cl. 3. 135. b. m.  
 Repulsio caulli per Christum, cl. 1. 34. c. f.  
 Rerum ecclesiasticarum tres esse portiones, cl. 2. 75. c. m.  
 Rerum ecclesiasticarum inuafores, petitores, vel largitores, cl. 2. 43. c. m. f. & d. p. m. f. & 44. a. b. c. p. m. f.  
 Res ecclesiarum, cl. 2. 22. d. f.  
 Res ecclesiarum non alienandæ, cl. 2. f. 3. 8. b. f.  
 Res ecclesiarum diligenter curandæ, cl. 2. f. 3. 85. a. p.  
 Res ecclesiarum competentes, cl. 2. 55. d. f. & 56. a. p.  
 Res ecclesiarum non vendat aut donet clericus, cl. 2. 32. a. m. aut presbyter, ibidem.  
 Res ecclesiarum non distrahatur episcopus, cl. 2. 12. c. m.  
 Res ecclesiasticæ & episcopales, cl. 2. 10. a. p.  
 Res ecclesiarum quomodo ab episcopis habeantur, cl. 2. 31. c. f.  
 Res ecclesiarum nemo peruat, & cetera, cl. 2. 56. b. f.  
 Res ecclesiarum propriæ vel acquisitæ, cl. 2. 32. d. p. non alienandæ, ibidem.  
 Res ecclesiarum propriæ vel acquisitæ, cl. 2. 32. d. p. non alienandæ, ibidem.  
 Res episcopi, cl. 2. 46. a. m.  
 Res episcopi proprias nemo competat, & cetera, cl. 2. 56. c. f.  
 Res iudicata, cl. 2. f. 3. 37. a. m.  
 Res sacrata à presbytero aliis non porrigatur, cl. 1. 10. c. p.  
 Rescriptum hominis Hierosolymitani ad Ioannem Constantinopolitanum, cl. 1. 61. c. p.  
 Rescriptum Syluestri episcopi ad Synodum Nicænam, cl. 1. 9. c. p.  
 Rescriptum epistolæ honorii papæ ad Sergium, cl. 1. 78. c. m.  
 Rescriptum epistolæ pauli Emisiani, cl. 1. 18. d. f.  
 Rescriptum ad regem Franciæ, cl. 2. 46. c. f.  
 Reseruatio casuum relaxanda, cl. 2. f. 3. 79. b. p.  
 Residencia vicariorum, cl. 2. 134. a. f.  
 Residencia personalis, cl. 2. f. 3. 18. b. m.  
 Resignatio ecclesiasticorum beneficiorum, cl. 2. f. 3. 82. d. f.  
 Resignationes beneficiorum quomodo considerandæ, cl. 2. f. 3. 15. c. p.  
 Respectio domini in Gazophylacium, cl. 2. 119. d. p.  
 Responso Athanasij & Anthymi, cl. 3. 115. b. p.  
 Responsum Ephesinæ synodi, cl. 1. 42. a. f.  
 Restauratio ecclesiarum, cl. 2. 10. c. f.  
 Restituendos supplicat Synodus ephesina Cyrillum & Memnonem, cl. 1. 46. d. m.  
 Restitutio contra possessorem danda, cl. 1. 175. c. f.  
 Restitutio ecclesiasticarum rerum, cl. 3. 178. d. f.  
 Restricta matrimonij prohibitio, cl. 1. 162. c. m.  
 Resurrectionis feriæ, cl. 1. 91. d. f.  
 Reuerentia præpositis exhibenda, cl. 3. 119. a. m.

Reuertentes ad pacem propter odium, cl. 2. 32. b. m.  
 Reuidenda missalia, cl. 2. f. 3. 16. c. p. & breuiaria, ibidem.  
 Reuidenda statutorum volumina, cl. 2. f. 3. 18. d. m.  
 Reum ad ecclesiam confugientem nemo abstrahat, cl. 2. 101. b. p.  
 Reuocatio religiosarum, cl. 2. f. 3. 10. d. p.  
 Reus est uterque, qui falsum de alio profert & qui crimina credit, cl. 1. 114. b. m.  
 Rhemenfis ciuitas, cl. 2. 101. c. m.  
 Rhegitana ciuitas, cl. 1. 70. b. p.  
 Reginum, cl. 2. 30. b. m.  
 Ritus in fide catholica diuersi, cl. 1. 123. a. f.  
 Rixas qui amant, corripantur, cl. 1. 114. b. p.  
 Robertus Geneuensis Clemens sextus vocatus, cl. 1. 128. c. p.  
 Rodoldus Nicolai primilegatus, cl. 1. 110. c. f.  
 Rogationes cur institutæ, cl. 2. f. 3. 27. a. m.  
 Rogi in nouiluniis non accedantur, cl. 1. 91. d. f.  
 Romæ sedes apostolica & primus episcoporum, cl. 1. 37. a. f.  
 Romam qui ituri sunt, cl. 2. 132. d. m.  
 Romana ecclesia, cl. 1. 169. a. f.  
 Romana ecclesia, cl. 3. 188. b. p.  
 Romana ecclesia vniuersali inferior est, cl. 1. 174. d. f.  
 Romana ecclesia profitetur Nicænum Constantinopolitanum symbolum rem eandem significare, cl. 1. 174. b. f.  
 Romana ecclesia quare particulam ex filioque symbolo addidit, cl. 1. 174. b. f.  
 Romana ecclesia spiritum ex filioque procedere additionem non esse profitetur, cl. 1. 167. b. f.  
 Romanæ synodi celebratæ definitio sub Nicolao, cl. 1. 111. b. m.  
 Romanam ecclesiam ex filioque necessario suscepisse, cl. 1. 170. c. p.  
 Romani pontificis potestas, cl. 1. 200. a. m.  
 Romani papæ communionem, cl. 2. 26. b. p.  
 Romani pontificis electio per simoniam nulla est, cl. 1. 213. b. p.  
 Romanorum fides, cl. 1. 53. a. m.  
 Romanorum pontificum gesta memoriæ tradit, cl. 1. 170. b. m.  
 Romanorum pontificum de creta, cl. 3. 18. c. m.  
 Ruffiniani, cl. 1. 40. b. f.  
 Rurales synodi, cl. 2. f. 3. 31. d. m.  
 Rurales decani quales esse debent, cl. 2. f. 3. 13. d. m.  
 Rurales diaconi de causis matrimonialibus se non intromittant, cl. 2. 334. b. f.  
 Rusticus, cl. 1. 57. b. f.

S

Sabbato omni ieiunandum, cl. 2. 3. d. f.  
 Sabbato omni quadragesimæ ieiunetur, cl. 2. 33. d. f.  
 Sabbato & dominica in quadragesima offerendum, cl. 2. 11. d. p.  
 Sabbatis legatur euangelium sanctum, cl. 2. 11. b. m.  
 Sabbatizare non debent Christiani, cl. 2. 11. c. m.  
 Sabelliani, cl. 1. 14. d. m.  
 Sabellianorum secta quo tempore exorta, cl. 3. 10. a. p.  
 Sabellianum dogma Calistus secutus, cl. 1. 10. b. p.  
 Sabellij hæresis, cl. 2. 74. d. f.  
 Sabellij langor, cl. 1. 13. b. f.  
 Sabellij poena, cl. 1. 54. a. f.  
 Sabinus, cl. 1. 43. a. f.  
 Sabinus, cl. 1. 57. b. f.  
 Sabinus ijs qui in Nicæa cõuenerunt derogauit, cl. 1. 8. a. f.  
 Sacellani nobilium, cl. 2. f. 3. 85. c. p.

Sacellum extruere ne aggrediatur qui non habet quæ ad perfectum ornatum pertinent, cl. 1. 109. d. p.  
 Sacerdos extremæ vñtionis minister, cl. 1. 212. c. m.  
 Sacerdos crimen suum confitens, cl. 2. 12. c. p.  
 Sacerdos ante triginta annos non ordinetur, cl. 2. 36. d. m.  
 Sacerdos filiorum procreationi operam dare conuictus, à cõmunionem dominica abstineat, cl. 2. 38. a. m.  
 Sacerdos in alterius prouincia ius sibi non usurpet, cl. 3. 150. a. m.  
 Sacerdos sine orario missam non celebret, cl. 2. 88. c. f.  
 Sacerdos propria vasa habeat ad baptizandum & vestimenta altaris lauanda, cl. 2. 45. c. f.  
 Sacerdos in altari cur ministrum habeat, cl. 2. f. 3. 16. d. m.  
 Sacerdos est poenitentis sacramenti minister, cl. 1. 212. c. m.  
 Sacerdos vel quilibet ex clero viduam uxorem si duxerit, vel eiectionem suam perdat officium, cl. 3. 137. c. f.  
 Sacerdotalis pax, cl. 2. 54. a. p.  
 Sacerdote moriente, quid de rebus ecclesiæ obseruandum, cl. 2. 45. b. m.  
 Sacerdotem accusantes, nec probantes, cl. 2. 4. d. p.  
 Sacerdotes cum vxoribus suis non viuant, cl. 2. 59. a. f.  
 Sacerdotes ab hæreticis reuertentes non statim ad ministeria ecclesiarum promoueantur, cl. 2. f. 3. 71. c. p.  
 Sacerdotes qui idololatriam non euerterunt, cl. 2. 6. c. m.  
 Sacerdotes coniugati, cl. 2. f. 3. 70. d. m. concubinarij ibid. f.  
 Sacerdotes ab oculorum & aurium illecebris abstineant, cl. 2. 96. d. f. sobrietatem teneant, ibid.  
 Sacerdotes ab aurium & oculorum illecebris abstineant, cl. 2. 95. a. m.  
 Sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi, cl. 2. 69. d. f.  
 Sacerdotes non debent amicti pallii & præcincti lumbis in ecclesia ministrare, cl. 3. 144. c. a.  
 Sacerdotes, si mœchari fuerint, cl. 2. 3. d. m.  
 Sacerdotes fortilegi, cl. 2. f. 3. 58. d. m.  
 Sacerdotes iuxta instituta canonum ordinandi, cl. 3. 167. a. f.  
 Sacerdotes barbarici cum ordinantur vxores dimittere possunt, cl. 1. 90. b. p.  
 Sacerdotes in dei timore actus suos dirigant, cl. 2. 38. a. p.  
 Sacerdotes ab vxoribus se contineant, cl. 2. 22. d. p.  
 Sacerdotes castitatem custodiant, cl. 2. 16. d.  
 Sacerdotes ecclesiæ res debitas occupantes, cl. 2. 51. a. f.  
 Sacerdotes publici fornicarij, cl. 2. f. 3. 76. b. m.  
 Sacerdotes gentilium non sacrificantes, cl. 2. 4. b. f.  
 Sacerdotes quæ scire debent, cl. 2. 94. b. p.  
 Sacerdotes intemperantes quomodo coercedi, cl. 2. f. 3. 33. c. m.  
 Sacerdotes canibus nec accipitribus ad venandum non vtantur, cl. 2. 32. d. m. leuitæ, ibid.  
 Sacerdotes dei irreprehensibiles esse debent, cl. 2. 69. c. m.  
 Sacerdotes gentium, qui post baptismum immolarunt, cl. 2. 3. c. p.  
 Sacerdotes irreprehensibiles sint, cl. 2. 96. c. f.  
 Sacerdotes cum mulieribus non cohareant, cl. 3. 134. c. m.  
 Sacerdotes cum vxoribus suis non cocant, cl. 2. 16. c. p.

Sacerdo-

Sacerdotes incontinentes puniendi, cl. 2. f. 3. 10. c. m.  
 Sacerdotes vagi quantum & quomodo tolerandi, cl. 2. f. 3. 33. d. p.  
 Sacerdotes cessare debent ab opere coniugali non tamen repudiare coniugium, cl. 3. 154. a. f.  
 Sacerdotes quilibet in ecclesiæ familiis truncationes facere non debent, nec aliquid morte quod plebendum sit iudicare, cl. 2. 87. a. p.  
 Sacerdotibus non offerantur particule statæ, cl. 1. 92. d. f.  
 Sacerdotibus fortitudo competit, cl. 1. 42. b. m.  
 Sacerdotibus lapsis manus non imponatur, cl. 2. 23. a. p.  
 Sacerdotibus non expedit secularibus iocis inter esse, cl. 2. 95. a. m.  
 Sacerdotij forma, cl. 1. 212. c. f.  
 Sacerdotij prædium sumptuosius vestibus amici non oportere, cl. 1. 109. c. f.  
 Sacerdotis officium, cl. 3. 93. a. p.  
 Sacerdotis cellula, cl. 2. 21. a. p.  
 Sacerdotis cellula, cl. 2. 21. a. p. victus ibid. habitus ibid.  
 Sacerdotis filia religiosa peccans, cl. 2. 24. a. p.  
 Sacerdotum per pecuniam non acquiratur, cl. 2. 56. b. p.  
 Sacerdotium, qui per pecunias quærit, cl. 2. 49. b. f.  
 Sacerdotium ignotis non detur, cl. 3. 131. c. f.  
 Sacerdotum princeps non appelletur episcopus, cl. 2. 27. b. f.  
 Sacerdotum ordo bipartitus, cl. 3. 97. c. p.  
 Sacerdotum discordia, cl. 2. 86. c. m. excessus cõpescendi, ibid. d. p.  
 Sacerdotum agelli firmi maneat, cl. 2. 53. c. p. facultates, ibid.  
 Sacerdotum accusatores, cl. 3. 96. c. f.  
 Sacerdotum nulli licet canones ignorare, cl. 3. 145. a. m.  
 Sacerdotum precibus coadiuante ecclesia venalia peccata expiantur, cl. 1. 160. a. m.  
 Sacerdotum ordo bipartitus est, cl. 3. 97. c. p.  
 Sacerdotum mulieres relicte, cl. 2. 40. b. m.  
 Sacerdotum tonsura, cl. 2. 70. b. p.  
 Sacerdotum incontinentia, cl. 3. 130. c. f.  
 Sacerdotum epulis quales personæ possunt interesse, cl. 3. 117. c. m.  
 Sacerdotum cælibatus, cl. 2. f. 3. 3. c. m.  
 Sacerdotum incontinentia, cl. 3. 135. a. p.  
 Sacerdotum, monachorum & monacharum constitutiones sine muneribus faciendæ, cl. 4. 109. d. m.  
 Sacerdotum vendicatio mala, cl. 2. f. 3. 17. c. p.  
 Sacerdotum quorundam consuetudo fecidissima qui oblati deo sacrificiis non communicant, cl. 2. 95. b. f.  
 Sacerdotum accusatores, cl. 3. 99. a. m. persecutores ibid.  
 Sacerdotum bonorum paucitas, præstat prauæ multitudini, cl. 2. f. 3. 15. c. m.  
 Sacerdotum ordinatio, cl. 3. 97. c. m.  
 Sacerdotum duplex genus, cl. 1. 87. a. p.  
 Sacerdotum criminationes, cl. 2. 40. a. f.  
 Sacerdotum accusatores vel persecutores, cl. 3. 99. a. m. f. & b. p. m. f.  
 Sacra vasa cl. 3. 100. a. m.  
 Sacra vasa & diuino cultui mancipata ad alios vsus non retorquenda, cl. 1. 93. b. m.  
 Sacra vasa à lectore vel ostiario non tangenda, cl. 1. 10. c. p.  
 Sacra diptycha, cl. 1. 58. c. m.  
 Sacre scripture prelectio in monasteriis habeatur, cl. 1. 216. b. p.  
 Sacre theologiæ lectorum & auditorum priuilegium, cl. 1. 216. b. m.  
 Sacre theologiæ lectores examinandi, cl. 1. 216. b. m.  
 Sacre scripture lectio in conuentibus aliorum regularium habeatur, cl. 1. 216. b. p.

Sacræ vestes & vasa, cl. 3. 91. d. p.  
 Sacre imagines quando in ecclesiis sunt collocandæ, cl. 2. f. 3. 12. b. m.  
 Sacre theologiæ lectoribus deputatum stipendium, cl. 1. 216. a. p.  
 Sacre literæ, non solum à sacerdotibus discendæ sed etiam de illis laici disceptare possunt, cl. 2. f. 3. 34. c. m.  
 Sacramenta, cl. 1. 219. c. m.  
 Sacramenta, cl. 2. 27. b. f.  
 Sacramenta altaris, cl. 2. 27. c. p.  
 Sacramenta in genere, cl. 2. f. 3. 78. c. p.  
 Sacramenta sibi non miniuret laicus, cl. 1. 91. c. m.  
 Sacramenta gratis administrent parochi, cl. 2. f. 3. 85. b. p.  
 Sacramenta septem à Christo instituta, cl. 2. f. 3. 4. a. p.  
 Sacramenta omnia tribus conficiuntur, cl. 1. 212. a. p.  
 Sacramenta non licere Diaconibus porrigere presbyteris, cl. 1. 7. d. p.  
 Sacramenta nouæ legis septem esse, cl. 1. 211. d. f.  
 Sacramenti ordinis effectus, cl. 1. 212. c. f.  
 Sacramenti propositio in vnum consecratur, cl. 2. 34. a. m.  
 Sacramenti eucharistiæ institutio, cl. 2. f. 3. 24. b. f.  
 Sacramenti ordinis materia, cl. 1. 212. c. f.  
 Sacramenti poenitentis minister est sacerdos, cl. 1. 212. c. m.  
 Sacramenti extremæ vñtionis forma, cl. 1. 212. c. m.  
 Sacramenti Eucharistiæ forma, cl. 1. 212. b. f.  
 Sacramenti Eucharistiæ effectus, cl. 1. 212. c. p.  
 Sacramenti confirmationis effectus, cl. 1. 212. b. p.  
 Sacramento se obligantes, ne ad pacem redeant, cl. 2. 45. a. f.  
 Sacramentorum administratio, cl. 2. f. 3. 23. a. p.  
 Sacramentorum reuerentia, cl. 2. f. 3. 40. b. p.  
 Sacramentorum communionem: qui neglexerint qua sepultura sepeliri debeant, cl. 2. f. 3. 34. b. m.  
 Sacramentorum indebita exactio deuitanda exactio deuitanda, cl. 2. f. 3. 7. d. p.  
 Sacramentorum administratio, cl. 2. f. 3. 50. c. f.  
 Sacramentorum omnium baptisma primum, cl. 1. 212. a. m.  
 Sacramentum catechumenis non præbeatur, cl. 2. 18. a. p.  
 Sacramentum baptismi paruulo ægrotanti ex aliena parochia adductus non negandum, cl. 1. 93. b. m.  
 Sacramentum ordinis, cl. 2. f. 3. 4. a. m. eucharistiæ ibid. b. p. cõfirmationis ibid. b. m. Poenitentia, ibid. f. confessionis, ibid. c. p. vñtionis extremæ, ibid. c. f. matrimonij, d. p.  
 Sacramentum septimum matrimonium, cl. 1. 212. c. f.  
 Sacramentum eucharistiæ, cl. 2. f. 3. 50. d. m.  
 Sacramentum sextum ordo, cl. 1. 212. c. f.  
 Sacramentum matrimonij qualiter suscipiendum, cl. 2. f. 3. 12. b. p.  
 Sacramentum quod quæ quid possit, cl. 1. 212. a. p.  
 Sacramentum altaris, cl. 2. 134. c. m.  
 Sacramentum Eucharistiæ tertium est, cl. 1. 212. b. m.  
 Sacramentum quartum poenitentia, cl. 1. 212. c. p.  
 Sacramentum baptismi, cl. 2. 68. b. m.  
 Sacramentum an ab episcopis fieri debent, cl. 3. 107. d. m. & f. 7.  
 Sacramentum baptismatis, cl. 2. 99. d. p.  
 Sacramentum corporis & sanguinis domini quomodo sumendum, cl. 2. 69. b. m.  
 Sacramentum matrimonij quid postulet, cl. 2. f. 3. 25. c. m.  
 Sacrum ingredi ad communicandum non licet laicis, cl. 2. 75. c. f.

Sacrum imaginum veneratio, cl. 2. f. 3. 5. c. p.  
 Sacrum virginum custodia, cl. 2. 18. c. m.  
 Sacrum virginum raptus, cl. 2. 50. d. f.  
 Sacri ordines & hominij vocabulum contempta, cl. 1. 5. a. f.  
 Sacri propositi transgressores, cl. 2. 73. c. m.  
 Sacrificandi locus detur episcopo peregrino, cl. 2. 5. b. f.  
 Sacrificandi causa, capitolium non ascendendant fideles, cl. 2. 4. c. p.  
 Sacrificando variè errantes, cl. 3. 124. a. m.  
 Sacrificans, sacerdoti habeat qui cepta sacrificia expleat si necessitas inguerit, cl. 3. 102. c. f.  
 Sacrificantes atque canentes domino post se semper adiutoria habeant, cl. 2. 87. d. p.  
 Sacrificantes idolis ante baptismum, cl. 2. 2. a. p.  
 Sacrificantes idolis post baptismum, cl. 2. 3. c. p.  
 Sacrificare compulsi poenis victi, cl. 2. 6. b. f.  
 Sacrificia peragantur à ieiuniis, cl. 2. 27. c. p.  
 Sacrificium altaris in quo panno faciendum, cl. 3. 118. a. f.  
 Sacrificium qui non bene custodierit, puniatur, cl. 2. 37. a. m.  
 Sacrificium præsanctificatorum quid, cl. 1. 91. b. m.  
 Sacrificium missæ, cl. 2. f. 3. 4. d. m.  
 Sacrificium altaris consecratur in lineo panno non in serico, cl. 3. 117. c. p.  
 Sacrificium præter ordinationem domini nullum instituendum est, cl. 1. 2. d. p.  
 Sacrilegæ expositionis Nestori exemplar, cl. 1. 21. b. m.  
 Sacrilegi ad testimonium non admittendi, cl. 3. 127. a. p.  
 Sacrilegia Palladii & Secundiani, cl. 2. 12. c. f.  
 Sacris initiandi cuius sunt admonendi, cl. 2. f. 3. 15. a. p.  
 Sacris adesse non oportet lucri causa, cl. 2. f. 3. 18. b. f.  
 Sacrorum conciliorum autoritas, cl. 2. f. 3. 2. c. m.  
 Sacrorum librorum index, cl. 1. 218. a. f.  
 Sacrum missæ summa deuotione celebrandum, cl. 2. f. 3. 16. b. f.  
 Salegnustadense oppidum, cl. 2. 132. a. f.  
 Salomon filius David domum Domini ædificauit, cl. 2. 117. a. m.  
 Salomon qualiter instructus à Davide de ædificando domo domini, cl. 2. 112. a. p.  
 Salomon ædificator Iudaici templi, cl. 2. 119. a. f.  
 Saluamur scripturas & patres sequendo, cl. 1. 31. b. p.  
 Saluare semper ad bonam partem accipitur, cl. 1. 160. b. f.  
 Saluari neminem nisi deo miserante, cl. 2. 35. b. m.  
 Salutare populum non debent aliter episcopi quam presbyteri, cl. 2. 75. c. p.  
 Salutatio angelica ab omnibus equaliter dicitur, cl. 2. f. 3. 53. a. f.  
 Saluator summus pontifex, cl. 1. 159. b. m.  
 Samosatani hæresis, cl. 1. 54. a. f.  
 Samuelis tempore cultus diuinus collapsus, postea erectus, cl. 2. 116. d. p.  
 Samosatensis, cl. 1. 54. b. f.  
 Sancta omnis cogitatio à deo est, cl. 3. 143. d. f.  
 Sanctæ oblationes, cl. 2. 11. b. m.  
 Sanctam virginem esse deiparam, cl. 1. 22. a. m.  
 Sanctam virginem cur 914 appellabant, cl. 1. 16. a. m.  
 Sancti petri cathedra, cl. 2. 55. d. f.  
 Sancti viri dei voluntur, cl. 1. 98. b. f.  
 Sancti spiritus donum pecuniis non comparandum, cl. 2. 89. a. p.  
 Sancti Dorothei monasterium, cl. 1. 62. d. m.  
 Sanctimoniales, cl. 2. f. 3. 70. d. m.  
 Sanctimoniales puellæ, cl. 2. 98. d. p.

Sancti

Sanctimoniales sui instituti defertices non recipiendæ, cl. 2. f. 3. 70. c f  
 Sanctimoniales religionis suæ habitum subinde mutant, cl. 2. f. 3. 71. a m  
 Sanctimoniales qua ætate velentur, cl. 2. 32. a p  
 Sanctimoniales virgines non velentur ante 40 annos, cl. 2. 48. a f  
 Sanctimoniales quæ propositum abiecerint, cl. 2. 83. c p  
 Sanctimoniales fœminæ cum extraneis nõ habitent, cl. 2. 7. b p  
 Sanctimoniales virgines quomodo ordinandæ, cl. 2. 20. d f. quomodo ad baptisterium ordinentur, ibidem.  
 Sanctimoniales abiecto proposito incontinenter viuentes, cl. 3. 130. c m  
 Sanctimonialium confessores, cl. 2. f. 3. 74. a p  
 Sanctimonialium raptarum indecens copula, cl. 2. 56. d p  
 Sanctimonialium monasteria frequenter visitet episcopus, cl. 2. 14. b p  
 Sanctio pragmatica annullatur, cl. 1. 23. a f  
 Sanctiones veterum pulchrum est obseruare, cl. 2. f. 3. 34. c m  
 Sanctitas ecclesiæ, cl. 2. f. 3. 2. b p  
 Sanctitas Maximiani, cl. 1. 18. c m  
 Sanctorum reliquiarum, cl. 2. f. 3. 80. b f  
 Sanctorum reliquiarum, cl. 2. 40. a f  
 Sanctorum reliquiarum virtute potentes, cl. 1. 98. b f  
 Sanctorum festa, cl. 2. f. 3. 53. a d  
 Sanctorum veneratio, cl. 2. f. 3. 5. b p  
 Sanctorum omnia merita, dona sunt dei, cl. 3. 143. d p  
 Sanctorum communionem in simbolo, cl. 2. f. 5. b f  
 Sanctorum patrum testimonia pro Cyrillo, cl. 1. 32. a m & 34. d p  
 Sanctorum imagines tẽpore Chriftostomi pingebantur, cl. 1. 96. c m  
 Sanctorum inuocatio, cl. 2. f. 3. 80. c p. veneratio ibidem.  
 Sanctorum historiarum quatenus attingendæ, cl. 2. f. 3. 22. d m  
 Sanctorum reliquias abutentes episcopi, damnati, cl. 2. 88. d m  
 Sanctorum reliquiarum extra caput non extendantur, cl. 1. 127. c m  
 Sanctorum solennitates dominicis cedant, cl. 2. f. 3. 81. d m  
 Sanctorum patrum dogmata non solum secundum sensum sequenda, sed eisdem vt cum illis vocibus, cl. 1. 78. c m  
 Sanctorum corpora de loco ad locum nõ trãferenda, cl. 2. 101. b f  
 Sanctorum patrum testimonia quibus defendit sententiam suam Cyrillus, cl. 1. 30. d f  
 Sanctum euangelium subbatis legatur, cl. 2. 11. b, m  
 Sanctum spiritum deum esse in Macedonia & Euuomium celebratum, cl. 1. 167. d p  
 Sanctum spiritum ex patre filioque procedere res diuersas significare, cl. 1. 171. d f  
 Sanctus, sanctus, sanctus quatenus dicendum, cl. 2. 36. b f  
 Sanctus dies paschæ ante verum æquinoctium non est celebrandus, cl. 1. 2. d m  
 Sanctus Thomas, cl. 1. 168. b f  
 Sanctus Thomas, cl. 1. 173. d m  
 Sanguinis & duelli iudicium clericis prohibitum, cl. 1. 124. a p  
 Sanguis ex imagine à Iudæis irrifa abundanter fluxus, cl. 1. 98. c f  
 Sani clerici ieiunia pollutentes, cl. 2. 21. c p  
 Sani seipsum abscindens etiam à clero cessare debet, nec vilis talis ordinandus est, cl. 1. 7. a f  
 Sapiritius, cl. 1. 43. a p

Sara Abrahæ vxor, cl. 1. 107. c m  
 Sardinensis synodus occidentalis appellata quotempore celebrata fuit, cl. 1. 169. c f  
 Sardinense concilium quo tempore celebratum, cl. 1. 10. d f  
 Sardicensis concilii sententia, cl. 2. 29. c m  
 Sardicensis synodus inter æcumenicas collocata, cl. 1. 11. a p  
 Saul regis reprobatio, cl. 2. 116. d m  
 Satisfactio, cl. 2. f. 3. 79. a m  
 Satisfactio, cl. 2. f. 3. 49. c p  
 Satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis, cl. 1. 21. c p  
 Scedula de anima humana & eius immortalitate, cl. 1. 213. b f  
 Scenæ clericis vitandæ, cl. 2. f. 3. 33. a p  
 Schenici, cl. 2. 27. c p  
 Schemata monachorum quando faciendæ, cl. 1. 10. c p  
 Schismatica communio vitanda, cl. 2. f. 3. 71. b, m  
 Schismatici episcopi, cl. 2. 30. c f  
 Schismatis causæ, cl. 1. 203. b f  
 Scholæ, cl. 2. f. 3. 29. d p  
 Scholæ instituentæ, cl. 2. f. 3. 53. b f  
 Scholæ visitandæ, cl. 2. 141. c f  
 Scholæ repurgandæ, cl. 2. f. 3. 29. d m  
 Scholarum magistri, cl. 2. f. 3. 85. c m  
 Scholastici, cl. 2. 139. b m  
 Scholastici magistri, cl. 1. 123. b m  
 Scholastici magistri, cl. 2. f. 3. 40. a m  
 Scholastici apud ecclesias suas, cl. 2. f. 3. 83. a, m  
 Scientiæ omnes sua habent principia, cl. 1. 167. a, m  
 Scorta alentes laici segregandi, cl. 1. 62. c p  
 Scorta alentes clerici deponendi, cl. 1. 92. c p  
 Scripsit suum euangelium Ioannes post reditum ab exilio à pathmo insula, cl. 1. 2. a f  
 Scripta à Constantino disrupa, cl. 5. 14. a f  
 Scripta hæreticorum puerilia ludibria, quia sunt soluta facilia vt puerorum ludibria, cl. 1. 109. b, p.  
 scripta & dicta in Ignatium & photium anathematizata, cl. 1. 166. a m  
 scripta Leonis secundi papæ ad Constantinum piissimum Augustum, cl. 1. 84. d p  
 scripta Theodoriti contra Cyrillum reprobata, cl. 1. 208. b f  
 scriptorum opiniones de situ vrbis Constantinopolitane, cl. 1. 14. b f  
 scriptura per vim extorta, cl. 3. 99. b f & cætera, c, p, m  
 scriptura ad Christianam charitatem exigenda, cl. 2. f. 3. 21. c f  
 scripturæ sacræ lectio in conuentibus aliorum regularium habeatur, cl. 1. 216. b p  
 scripturæ diuinæ ad mensam episcopi legendæ, cl. 2. 59. b m  
 scripturæ per vim extortæ, cl. 3. 99. b f  
 scripturæ sacræ prelectio in monasteriis habeatur, cl. 1. 216. b p  
 scripturæ canonicæ in ecclesia tantum legantur, cl. 2. 19. b f  
 scripturæ apocryphæ, cl. 3. 164. d m  
 scripturæ apocryphæ priscillianorum, cl. 3. 155. d f  
 scripturam blasphemie Eusebius protulit, cl. 1. 6. d, m  
 scripturarum sanctarum ignorantia Eutychem hæreticum fecit, cl. 3. 148. c p  
 scripturas & patres sequendo saluamur, cl. 1. 31. b, p.  
 sculpitilia Chanaan, cl. 1. 58. b f  
 scurræ clerici, cl. 2. 33. b p  
 scurræ clerici damnantur, cl. 2. f. 3. 17. c f  
 scurriles clerici, cl. 2. 20. a p  
 secretarium qui cognominatur Trullus, cl. 1. 76

a, p  
 secretarium non ingrediantur ministri, cl. 2. 33. a, f  
 sectanda parochia, cl. 2. f. 3. 21. b p  
 sectatores Arrii, cl. 1. 8. b, m  
 sectus à medicis vel à barbaris castratus in clero permaneat, cl. 1. 7. a m  
 seculares vsurpantes sibi potestatem plenius conferendi beneficia, cl. 2. f. 3. 68. a f  
 seculares iudices clerum vltra equitatem iudicialibus impensis non grauent, cl. 2. f. 3. 73. c p  
 Seculares iudices de matrimonialibus & aliis spiritualibus causis non iudicent, cl. 2. f. 7. 70. c, m  
 Seculares suas vxores derelinquentes, cl. 2. 31. a, f  
 Seculares clerici, cl. 2. f. 3. 82. c, p. ad studia able, gandi, ibid.  
 Seculares regimen parochiarum non habeant, cl. 2. 84. b, p  
 Seculares curas postponant episcopi, clerici & monachi, cl. 1. 52. a, f  
 Seculares religiosi, diuinationibus attendentes, cl. 2. 47. b, f  
 Seculares magistratus decanis & pastoribus in officiorum suorum executione non sint impedimento, cl. 2. f. 3. 73. b, m non onerent domos religiosorum, ibid. f  
 Seculares virgines mœchaturæ, cl. 2. 3. d, p  
 Secularibus curis non implicentur Episcopi, presbyteri aut diaconi, cl. 1. 2. d, p  
 Secularibus negotiis dediti clerici, puniendi, cl. 2. f. 3. 10. c, m  
 Secularium canonissarum collegia, cl. 2. 139. c p  
 Secularium canonicorum regula, cl. 2. f. 3. 44. b, f  
 Secularium canonicorum libertas mala, cl. 2. f. 3. 43. b, m  
 Secularis canonicus cum quibus versari debet, cl. 2. f. 3. 43. c, m  
 Secularis iustitia, cl. 1. 125. d, p  
 Secularis iudex clericum non constringat aut discutiat, cl. 2. 53. a, m  
 Secunda sedes, cl. 1. 4. d, f  
 Secunda apostolorum congregatio seu synodus, cl. 1. 1. b, p  
 Secunda synodus Ephesi damnata, cl. 1. 49. d f  
 secundæ in Nicæa synodi definitio  
 secundæ nuptiæ, cl. 1. 116. a, p  
 secundani sacrilegia, cl. 2. 12. c, f. 13. 14. 15 a  
 secundo genere additionis inepti homines vt solent, cl. 1. 173. c, m  
 secundum concilium euangelistarum vestigia sequuntur, cl. 1. 168. a, m  
 secundum sanctorum similitudines operandi virtutem christus non habuit, cl. 1. 27. c, m  
 secundum naturam hoc est secundum veritatem, cl. 1. 25. b, f  
 secundum carnem Christum ex spiritu sancto natum ex Theodoro, cl. 1. 27. d, f  
 secundum substantiam dei verbum carni unitum, cl. 1. 22. b, p  
 secundum symbolum primi expositio fuit, cl. 1. 164. c, f  
 secundum concilium, cl. 1. 167. a, f  
 secundum substantiam veritas, cl. 1. 24. d, f  
 secundum sacerdotium Christum melchisedech comparatus, cl. 1. 35. c, p  
 secundus Adam Christus, cl. 1. 74. c, m  
 sedes apostolica romæ & primus episcoporum, cl. 1. 37. a, f  
 sedes legatorum, cl. 1. 159. c, p  
 sedes apostolica, cl. 1. 83. b, p  
 sedes Theopolitarum, cl. 1. 58. c, p  
 sedes tertia, cl. 1. 4. d, f  
 sedes summi pontificis in synodo, cl. 1. 159. c, p  
 sedes prima à nullo diiudicanda, cl. 1. 10. d, f

Sedes

sedes prima, b. petri apud Antiochiam fuisse memoratur, cl. 3. 136. d, f  
 sedes imperatoris, cl. 1. 189. c, p  
 sedes secunda, cl. 1. 4. d, f  
 sedes imperatoris Germanorum, cl. 1. 159. c, p  
 sedes prima ecclesiæ, cl. 1. 4. d, f  
 sedes petri sola declaranda nostræ fidei potestatem habet, cl. 1. 170. b, f  
 sedes parriarchalis, cl. 1. 259. c, p  
 sedium dispositio in synodo, cl. 1. 159. c, p  
 seditioarij clerici non ordinandi, cl. 2. 33. b, p  
 seditioarij, non fiant clerici, cl. 2. 21. c, m  
 segregandi laici scorta alentes, cl. 1. 92. c, p  
 seleucia, cl. 1. 73. d, p  
 Senes honorandi, cl. 2. 21. d p  
 Seniores viduz, cl. 2. 11. b m  
 Sententia de purgatorio & de azimo & fermẽtato, cl. 1. 200. a f  
 Sententia Petri Hierosolymorum contra Anthimum, cl. 1. 66. b f  
 Sententia contra Hieronymum de Praga, cl. 1. 130. b m  
 Sententia graecorum de purgatorio, cl. 1. 16. b p  
 Sententia Mennæ contra Anthimũ, cl. 1. 66. a f  
 Sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti, cl. 2. f. 3. 54. a m  
 Sententia episcoporum in absentia irrita, cl. 2. 1. a f  
 Sententia Mennæ contra Petrum, Seuerum, & Zoaram, cl. 1. 63. b p  
 Sententia excommunicationis, cl. 2. f. 3. 42. a m  
 Sententia episcopi Alexandrini de Deo patre & filio, cl. 1. 6. a p  
 Sententia Epiphaniij cõtra Seuerum & Petrum, cl. 1. 3. a p  
 Sententia synodi Constantinopolitane contra Anthimum, cl. 1. 65. d p  
 Sententia pro Iba episcopo, cl. 1. 51. b f  
 Sententia Sardicensis concilij, cl. 2. 26. c m  
 Sententia, cl. 2. f. 3. 37. a m  
 Sententiæ & interlocutiones, cl. 1. 118. b f  
 Sententiæ episcopi sui qui non acquieuerit recurrat ad synodum, cl. 2. 36. a p  
 Sententiarum magister, cl. 1. 173. c f  
 Separari volentes ab hæreticis suscipiantur à catholica ecclesia, cl. 2. 22. c p  
 Sepelire corpora in baptisterio non licet, cl. 2. 63. c m  
 Sepeliri in ecclesia qui mortui debeant, cl. 2. 101. b f  
 Septa mandrati, cl. 1. 58. b m  
 Septem esse nouæ legis sacramenta, cl. 1. 211. d f  
 Septem regiones à Syluestro episcopo factæ, cl. 1. 10. c m  
 Septem pontifices hæreticos damnati, cl. 1. 79. d f  
 Septem diacono ab Apostolis electi, cl. 1. 89. c f  
 Septemdecim Episcopi factionis Arrianæ in exilium acti sunt, cl. 1. 4. a p  
 Septimum sacramentum matrimonium, cl. 1. 212. c f  
 Septimum concilium, cl. 1. 165. b f  
 Septuagesimæ annus captiuitatis, populi Israelitici, cl. 2. 117. d p  
 Sepulchra martyrum, cl. 2. 7. b p  
 Sepultura, cl. 2. f. 3. 26. a f  
 Sepultura mortuorum, cl. 2. 129. a m non vendenda, ibidem.  
 Sepultura asinorum sepeliendi qui sacramentorum communionem neglexerint, cl. 2. f. 3. 34. a m  
 Sepultura & mortuorum voluntates, cl. 1. 118. d m  
 Sepultura sine precio fiant, cl. 2. 36. c m  
 Sericeæ vestes à clericis non ferendæ, cl. 2. f. 3. 10. b p  
 Sermo ad summum pontificem, cl. 1. 161. b f  
 Sermo Athanasij de duabus voluntatibus in Christo, cl. 1. 30. c p  
 Sermo ad imperatorem, cl. 1. 161. d p  
 Sermo ad patres amplifis, cl. 1. 161. b f  
 Sermo quomodo temperandus, cl. 2. f. 3. 21. d f

Sermo licet matrimonia cõtrahere, cl. 3. 123. d j  
 Sermone vnanimis & concordia ab imperatore proposita, cl. 1. 6. c f  
 Serpens ad mulierem veniens mœdacia loquebatur, cl. 1. 105. c f  
 Seruanda iuramenta, cl. 1. 117. a p  
 Seruandi canones synodorum, cl. 1. 52. a m  
 Seruata fidei veritate non impedit Christum varijs modis varijs nationibus coli, cl. 1. 87. c f  
 Serui fugitiui, cl. 2. 40. c p  
 Serui, cl. 2. 29. a m  
 Serui iugum famulatus abijcientes, cl. 2. 5. c f  
 Serui forma, cl. 1. 37. a m  
 Serui formam deus suscepit, cl. 1. 24. a f  
 Serui dei qui persecutionem patiuntur, cl. 3. 116. b, p.  
 Serui ecclesiæ qualiter ab episcopo manumittantur, cl. 2. 31. c f  
 Seruiles personæ genere, cl. 2. 53. b f  
 Seruis domini prohibetur idola colere, cl. 2. 4. b, p.  
 Seruorũ degenerũ famulatus, cl. 2. 56. d f  
 Seruos suos qui necant extra iudicium, cl. 2. 33. a m  
 Seruos suos tribulationibus deus corripit, cl. 1. 13. a f  
 Seruos ecclesiæ fugiuos licet vendere episcopo, cl. 2. 32. c f  
 Seruũ alienũ promouens episcopus, cl. 2. 47. a p  
 Seruum alterius non promoueat ad clericatum episcopus, cl. 3. 146. c f  
 Seruus alienus nõ ordinetur clericus, cl. 2. 57. b f  
 Seruus ad ecclesiam confugiens, cl. 2. 46. d m  
 Seruus ad honorem quomodo promouendus, cl. 2. 51. b p  
 Seueri hæretici, cl. 1. 81. c m  
 Seueri error, cl. 1. 60. b m  
 Seueri blasphemia, cl. 1. 64. b p  
 Seueri proteruita, cl. 1. 62. c m  
 Seuerus & Petrus orthodoxæ fidei apostolus, cl. 1. 63. a m  
 Seuerus hæreticus, cl. 1. 75. d m  
 Seuerus multos in Eutichis errorem adduxit, cl. 1. 53. b m  
 Seuerus anathematizatus, cl. 1. 63. c m  
 Seuerus anathematizatus, cl. 1. 87. d f  
 Seuerus Eutichis Symnites, cl. 1. 53. b p  
 Sexta, cl. 2. f. 3. 46. c m  
 Sextæ synodi decretum, cl. 1. 168. c m  
 Sexti synodi canones cõstanti ~~synodi~~ <sup>synodi</sup> vocati, cl. 1. 86. c p  
 Sexti synodi Constantinop. acta, cl. 1. 70. a m  
 Sexti concilij propugnaculum, cl. 1. 68. a f  
 Sextum concilium, cl. 1. 165. a f  
 Sextum sacramentum ordo, cl. 1. 212. c f  
 Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, & c. cl. 2. 85. b, f  
 Sicut erat in principio, & c. quando dicendum, cl. 2. 36. c p  
 Sifinius consilium, cl. 1. 13. d f  
 Signatus potius quàm signis inherendum, cl. 2. f. 3. 27. d p  
 Significare per causam, cl. 1. 205. c f  
 Signo crucis confirmatio signatur, cl. 1. 212. b p  
 Silas & Iudas prophete, cl. 1. 1. d f  
 simeon metaphrastes, cl. 1. 169. b f  
 simon magus, cl. 1. 178. b m  
 simon magus donum dei pecunia voluit emere, cl. 2. 76. c m  
 simonia, cl. 1. 114. c m  
 simonia, cl. 1. 127. d m  
 simonia, cl. 2. f. 3. 85. a f  
 simonia circa monachos & sanctimoniales, cl. 1. 127. d f  
 simonia circa cupiditatem clericorum, cl. 1. 128. a m  
 simonia circa illicitam pecuniæ extortionem, cl. 1. 128. a p  
 simoniaci, cl. 2. f. 3. 34. b f  
 simplicitas papa, cl. 3. 160. c p  
 simulata hæreticorum innocentia, cl. 1. 18. a m

simulatio Nestorij de incarnatione Christi, cl. 1. 22. d p  
 siriiclii diaconus, cl. 1. 80. a p  
 sifenaudi regis præceptum, cl. 2. 70. b f  
 sifinnius, cl. 1. 41. d m  
 sixtus primus, cl. 3. 100. a m  
 sixtus papa, cl. 3. 145. c f  
 sixtus papa vigefimus sextus, cl. 3. 110. a p  
 sixti papæ causa, qui se sacramento purgauit, cl. 3. 145. d m  
 smyrnenfis concilij fides, cl. 2. 10. b m  
 sobria mensa, cl. 2. f. 3. 44. d m  
 sobria sit cœna, cl. 2. f. 3. 46. d m  
 sobrietatis prandij, cl. 2. f. 3. 46. c p  
 solennitas Paschæ, cl. 1. 9. c f  
 solennitates maiores in ciuitatibus celebrandæ, cl. 2. 32. a p  
 solennitatis paschæ dies, cl. 1. 9. d p  
 sophronius archiepiscopus, cl. 1. 76. b p  
 sophronius Hierosolymorum patriarcha, cl. 1. 79. c m  
 sorapenus mons, cl. 1. 65. b p  
 soror vxoris non ducenda, cl. 2. 51. d m  
 sorores duas si vnã mortua fuerit, accipere nõ licet, cl. 1. 63. d p  
 sorores duas qui habuerit non admittatur in clerum, cl. 1. 3. a p  
 sororibus duabus copulati, cl. 2. 4. c p  
 sortilegæ ab ecclesia separentur, cl. 2. 32. c f  
 sortilegæ & maleficæ mulieres, cl. 2. 2. b f  
 sortilegi damnandi, cl. 1. 91. c m  
 sortilegi damnandi, cl. 1. 91. c p  
 sortilegi sacerdotes & laici, cl. 2. f. 3. 58. d m  
 sortilegi non aspiciendi, cl. 2. 63. b f  
 sortilegia, cl. 2. f. 3. 35. b p  
 sortilegorum pœna, cl. 2. f. 3. 86. a p  
 sother papa vndecimus, cl. 3. 102. c p  
 spectacula quibus diebus prohibita, cl. 1. 61. d f  
 Spectacula quibus diebus non celebranda, cl. 2. 27. d, p  
 Spectacula in ecclesia non faciendæ, cl. 1. 156. a, f  
 Spes in deum habenda, cl. 2. 99. c, f  
 spiritalis artis instrumenta, cl. 1. 93. c, f  
 Spirituales cognationes, cl. 2. f. 3. 79. a, p  
 Spiritum ex filioque procedere additionem romanæ ecclesiæ non esse profitetur, cl. 1. 167. b, f  
 Spiritum esse consubstantialem patri & filio profuerat in suo synodo charifius, cl. 1. 174. d, p  
 Spiritum sanctum naturæ cum patre & filio, cl. 1. 14. c, p  
 Spiritum ex patre procedere quare simbolo appositum, cl. 1. 173. c, f  
 Spiritus sanctus cur nec genitus nec ingenitus, cl. 2. 85. b, f  
 Spiritus veritatis, cl. 1. 17. b, m  
 spiritus quomodo ex deo profuit, cl. 1. 166. c, m  
 spiritus viuificat perinde vt filius, cl. 1. 30. a, m  
 spiritum inspirationis, cl. 1. 214. b, m  
 spoliati qui restituendi vel non, cl. 1. 117. b, m  
 sponsalia, cl. 1. 118. d, f  
 sponsalia, cl. 2. f. 3. 40. d, m  
 sponsaliorum fidem frangentes, cl. 2. 4. b, f  
 sponsam patris sui qui cognouit, cl. 1. 116. d, m  
 sponsam alterius non licet alteri in matrimonio iura accipere, cl. 3. 130. c, p  
 sponsi & sponsæ qualiter benedicantur, cl. 2. 20. d, f  
 sponsam nullus accipiat, post mortem alicuius de eius consanguinitate, cl. 3. 123. d, f  
 sponsio in baptismo facta, cl. 3105. b, f  
 sponsus & sponsa vbi & quãdo cõiungi debent, cl. 2. f. 3. 73. d, p  
 stabilitas concilij Basiliensis, cl. 1. 140. c, f  
 stant & florêt imperia per apostolicam fidem, cl. 1. 40. a, m  
 stationes, cl. 2. f. 3. 73. a, m



Statuæ aureæ Nabuchodonosoris, cl. 1.99. d, f
Status monachorum, monialium & canoniffarum, cl. 2. f. 3. 50. a, f
Statuta obseruanda, cl. 2. 53. c, m
Statuta canonum conferuanda, cl. 3. 153. b, p
Statuta originalis peccati, cl. 1. 215. c, f
Statuta contra libertatem ecclesiæ facere nemo præsumat, cl. 2. f. 3. 64. b, f
Statutorũ copiam quilibet habeat, cl. 2. f. 3. 64. c, m
Statutorum volumina reuidenda, cl. 2. f. 3. 18. d, m
Stephanus monachus, cl. 1. 73. a, f
Stephanus Macarij discipulus, cl. 1. 81. c, m
Stephanus doctor, cl. 1. 169. d, f
Stephanus doctor, cl. 1. 169. d, f
Stephanus episcopus, cl. 1. 111. a, f
Stephanus papa vigesimũ secundũ, cl. 3. 108. d, m
Stephanus episcopus Bostrorum, cl. 1. 96. b, m
Stipendia magistrũ grammatice docentis, cl. 1. 216. a, f
Stipendia clericorum iuxta meritum distribuenda, cl. 2. 32. c, p
Stipendia pauperum cui committi debeant, cl. 2. 109. b, p
Stipendia clericorum, cl. 2. 73. c, p
Stipendia ecclesiæ sustentatũ viduæ, cl. 2. 21. d, f
Stipendium sacre theologiæ lectoribus deputatum, cl. 1. 216. a, f
Strenas diabolicas obseruare non licet calendis ianuariis, cl. 2. 63. b, f
Studia quomodo ali possint, cl. 2. f. 3. 30. a, p
Studia monachorum qualia esse oporteat, cl. 2. f. 3. 29. a, f
Studia generalia instauranda & conferuanda, cl. 2. f. 3. 82. b, p
Studia apud monasteria instauranda & conferuanda, cl. 2. f. 3. 82. c, p
Studiorum, potissimum sacrorum instauratio, cl. 2. f. 3. 65. d, f
Studiũ poësis prohibetur & quibus, cl. 1. 213. c, m
Stupratoris puerorum, cl. 2. 4. c, f
Stuprum illatum viduæ pœnitenti, cl. 2. 45. a, f
Religiosæ virginitatis, ibid
Subdiacones non fiant qui mœchati sunt post lauacrum, cl. 2. 4. a, p
Subdiacones abstineant ab vxoribus, cl. 2. 4. a, m
Subdiaconi tempus, cl. 1. 9. d, p
Subdiaconi qualiter ordinandi, cl. 2. 20. d, p
Subdiaconi nuptiarum vitent cõiuiam, cl. 2. 37. c, f
Subdiaconi & supra vicis suæ tempore ab vxoribus abstineant, cl. 1. 89. b, f
Subdiaconi incontinentes, cl. 2. 80. c, m
Subdiaconis carnale coniugium denegatur, cl. 3. 152. a, m
Subdiacono iniuriam qui fecerit mulctetur, cl. 2. 102. c, m
Subdiaconorum ministerium, cl. 2. 11. c, p
Subdiaconorum nullus ad nuptias transire debet, cl. 1. 10. c, p
Subdiaconus qua ratione ostiarius fiat, cl. 2. 23. c, f
Subdiaconus non nisi in 7. testibus damnandus, cl. 1. 10. b, m
Subdiaconus, aleator & ebriosus esse non debet, cl. 1. 3. c, p
Subditi in ecclesiâ qui cl. 1. 10. b, f
Subditi non grauandi pretextu seruitij alicuius, cl. 1. 125. b, m
Subdolos Ioannis Antiocheni conatus, cl. 1. 47. d, f
Suborta controversia de scriptura per patrum interpretationem diluenda, cl. 1. 89. d, f
Subscriptionibus episcoporum confirmantur gesta concilij, cl. 2. 19. c, f
Subsistentias in Christo non diuidendas, cl. 1. 22. b, f
Substantiæ in Christo post vnionem non diuidendæ, cl. 1. 48. a, f
Substituendus antistes, cl. 2. 53. c, p
Suburbana ecclesiæ episcopum vel præpositum alienare non oportet, cl. 1. 109. b, f

Sufficitur Mathias in locum Iudæ, cl. 1. 1. b, p
Suffraganeos Archiepiscopi visitationis pre-textu non grauent, cl. 1. 112. c, f
Suffraganeos de quibus diligenter ab episcopis sunt admonendi, cl. 2. 94. b, p
Suggestio Maurentij episcopi, cl. 2. 28. c, m
Suggestio de Cypri episcopi in concilio Ephesino exemplar, cl. 1. 42. c, p
Sui ipsius accusator Nestorius, cl. 1. 43. d, f
Summa trinitas, cl. 2. f. 3. 48.
Summa euangelicæ prædicationis, cl. 2. f. 3. 21. d, m
Summa doctrinæ Christianæ in Enchiridion contrahenda, cl. 2. f. 3. 22. c, f
Summarium materiam in concilio florentino tractatarum, cl. 1. 199. c, m
Summi pontificis sedes in synodo, cl. 1. 159. c, p
Summi pontificis primatus, cl. 200. d, p
Summus pontifex salutatur, cl. 1. 159. b, m
Summus præsul à quoquam non iudicandus, cl. 1. 10. b, m
Sumptuosis vestibus sacerdotio præditum amittiri non oportere, cl. 1. 109. c, f
Sumptus quos in synodis faciunt decani collegiorum & pastorum, cl. 2. f. 3. 70. a, m
Sumptuum moderatio in visitatione, cl. 2. f. 3. 69. d, m
Superbia græcorum cõtra Latinos, cl. 1. 122. b, f
Superbientes pro virginitate, cl. 2. 5. d, m
Superiorem præfulem ante sententiam nullus vitent, cl. 1. 112. d, m
Supercilium pharisaicum, cl. 1. 107. c, p
Superstitionibus iudaicis seruientes, cl. 2. 21. d, m
Superstitiosi clerici damnantur, cl. 2. f. 3. 17. c, f
Supplicationes, cl. 2. f. 3. 73. a, m
Supplicio magno digni qui monasteria phanant, cl. 1. 108. c, p
Supplicium concilij tuitio, cl. 1. 148. a, m
Sufanna contumelia exornata, cl. 1. 105. c, p
Suscepit Deus formam serui, cl. 1. 24. a, f
Susceptores infantis cui sunt admonedi, cl. 2. f. 3. 23. a, f
Susceptores confirmati cuius sunt admonendi, cl. 2. f. 3. 23. c, m
Suspensionis sententia, cl. 2. f. 3. 54. a, m
Susipientes excommunicatos alterius, cl. 2. 6. m, p
Sychias, cl. 1. 64. d, f
Syluester papa, cl. 3. 118. a, f
Syluester summus pontifex Nicæno concilio interfuit, cl. 1. 162. c, f
Syluester episcopus quicquid in concilio Nicæno constitutum est probat, cl. 1. 9. c, p
Syluestri episcopi rescriptum ad synodum Nicænam, cl. 1. 9. c, p
Symboli triginta à particularibus cõciliis prodita, cl. 1. 164. c, p
Symbola duo Nicænum & constantinopolitanum pro vno habita, cl. 1. 164. b, f
Symboli Nicæni progressus, cl. 1. 14. c, p
Symboli apud Constantinopolim constituti fides, cl. 1. 14. d, f
Symboli particula ex filioque, cl. 1. 168. d, f
Symboli Nicæni additio à latina ecclesiâ contra grecorum errorem facta, cl. 1. 14. c, m
Symbolo addere nil licere, cl. 1. 165. d, p
Symbolo duodecim apostolorum fides sancta concepta est, cl. 1. 1. c, m
Symbolum secundum, primi expositio fuit, cl. 1. 164. c, f
Symbolum in septimo concilio recitatum, cl. 1. 165. d, m
Symbolum Nestorianorum recitatum in tertio concilio, cl. 1. 164. c, m
Symbolum Charisij verum ac pium esse, cl. 1. 274. d, p
Symbolum Nicænum, cl. 2. 26. d, m
Symbolum Nicænum cur sic dictum, cl. 1. 14. c, m

Symbolum Nestorianorum datur, cl. 1. 174. d, p
Symbolum quo tempore & quibus prædicetur, cl. 2. 31. d, f
Symbolum Nestorianorum improbatum, cl. 1. 164. b, p
Symbolum Agathonis, cl. 1. 168. d, m
Symbolum apostolorum ab omnibus equaliter dicatur, cl. 2. f. 3. 53. a, f
Symbolum fidei, 318. patres Nicææ cõueniunt, cl. 1. 61. a, p
Symbolum signaculum fidei, cl. 2. 101. b, m
Symbolum vtriusque vno solo susceptum, cl. 1. 164. d, f
Symbolum Constantinopolitanum à Nicæno non discrepat, cl. 1. 168. d, f
Symbolum Nicænum, cl. 1. 164. a, f
Symbolum concilij aphyricani, cl. 2. 29. d, f
Symbolum Armenis datum cum additione filioque, cl. 1. 211. b, p
Symbolum in omnibus ecclesijs die dominica recitandum, cl. 2. 59. a, p
Symbolum Charisij neque Nicænum neque Constantinopolitanum erat, cl. 1. 174. d, p
Symmachi papæ prælocutio, cl. 2. 41. a, f
Symmachi papæ insidiatoris, cl. 2. 43. a, p
Symmachi interlocutio, & c. cl. 2. 40. c, f
Symoniacæ eligentium pœna, cl. 1. 153. d, m
Synagoga chore, cl. 1. 59. a, f
Syncretitas fidei quomodo retineri debet, cl. 1. 15. d, p
Syncretitas & certitudo fidei à sanctis patribus petenda, cl. 1. 34. b, f
Synodi, cl. 2. f. 3. 54. b, p
Synodi Ephesinæ epistola ad episcopos presbyteros & diaconos, cl. 1. 46. d, f
Synodi diœcesanæ & prouinciales quoties in anno celebrari debeant, cl. 1. 154. a, f
Synodi Nicæna fides, cl. 1. 8. a, m
Synodi ephesinæ mens, cl. 1. 175. a, m
Synodi sextæ decretum, cl. 1. 568. c, m
Synodi ephesinæ epistola ad Cælestinum, cl. 46. d, f
Synodi Constantinop. oratio, cl. 1. 13. b, p
Synodi archidiaconales ac rurales, cl. 2. f. 3. 30. d, m
Synodi quartæ definitio iterum recitata, cl. 168. b, p
Synodi Ephesinæ relatio, cl. 1. 37. b, m
Synodi Ephesinæ relatio ad imperatores, per Eutychem, cl. 1. 45. d, p
Synodi prouinciales quotannis fiant, cl. 1. 89. b, p
Synodi Constantino. epistola ad Damasum papam, cl. 1. 13. a, p
Synodi Ephesinæ ad imperatores de orientibus relatio, cl. 1. 45. a, p
Synodi conuentio per singulos annos, cl. 2. 59. d, f
Synodi episcopales & archidiaconales, cl. 2. f. 3. 31. a, m
Synodi quæ ab apostolis habitæ sunt œcumenicæ non dicuntur, cl. 1. 1. a, f
Synodi Ephesinæ definitio contra Messalianitas, cl. 1. 41. d, m
Synodi Romanæ celebratæ definitio sub Nicolao, cl. 1. 111. b, m
Synodi quinque in sexta constanti. synodo approbatæ, cl. 1. 88. b, f
Synodi Ephesinæ epistola ad imperatores, cl. 44. c, f
Synodi veteres diuerso patrum numero celebratæ fuerunt, cl. 1. 169. d, m
Synodi conficiendæ formula, cl. 2. 68. a, p
Synodi Ephesinæ mandatum, cl. 1. 37. a, m
Synodi Ephesinæ relatio pro restituendis Cyrillo & Memnone, cl. 1. 46. c, m
Synodica literæ, cl. 1. 176. b, p
Synodo Ephesinæ à Cyrillo & Memnone libellus oblatus, cl. 1. 45. c, p
Synodorum vniuersalium canonum obseruatio, cl. 1. 1. a, f

Synodorum quas apostoli celebrarunt contentio, cl. 1. 1. a, f
Synodorum canones seruandi, cl. 1. 52. a, m
Synodorum apostolicarum præcipua, cl. 1. 1. a, f
Synodorum frequens celebratio, cl. 2. f. 3. 65. d, f
Synodorum celebratio, cl. 2. f. 3. 69. d, f
Synodorum decreta sancti spiritus gratia fieri, cl. 1. 175. a, p
Synodum bis in anno fieri, cl. 1. 52. d, p
Synodus Romæ celebrata, cl. 1. 16. b, f
Synodus tertia apostolorum sub D. Petro papa primo celebrata, cl. 1. 1. c, f
Synodus quomodo sit initianda, cl. 2. 36. a, m
Synodus semel in anno conuocanda, cl. 2. 59. c, f
Synodus ephesina à 200. patribus celebrata, cl. 1. 169. a, f
Synodus annis singulis celebranda, cl. 2. 53. c, m
Synodus chalcedonensis, a. 650. patribus celebrata, cl. 1. 169. a, f
Synodus episcopalis anno bis habenda, cl. 2. f. 3. 31. c, f
Synodi constantinopolitanæ sententia contra Anthimum, cl. 1. 65. d, p
Synodus Nicæna secunda memoratur, cl. 3. 186. d, m
Synodus quarta apostolorum miletij habita, cl. 1. 1. c, p
Synodus congregetur metropolitani arbitrio, cl. 2. 6. c, p
Synodus contra Paulum Samosatenum Antiochiæ celebrata, cl. 1. 169. c, p
Synodus sardicensis inter œcumenicas collocata, cl. 1. 11. a, p
Synodus bis in anno congregetur, cl. 2. 89. b, f
Synodus secunda Ephesinæ damnata, cl. 1. 49. d, f
Synodus constantiensis, cl. 1. 128. c, p
Synodus quid decreuit super Nicæno symbolo, cl. 1. 174. a, p
Synodus quarta apostolorum typus diuersarum synodorum, cl. 1. 1. c, p
Synodus Nicæna, cl. 1. 19. d, f
Synodus chalcedonensis, cl. 1. 49. b, m
Synodus contra Macedonium constantinopolitanum, cl. 1. 14. c, p
Synodus ephesina Cyrillum & memnonem restituendos supplicat, cl. 1. 46. d, m
Synodus prouincialis retractanda à papa, cl. 3. 122. d, m
Synodus singulis annis conuocanda, cl. 3. 167. b, f
Synodus vera non est quæ papæ autoritate caret, cl. 1. 100. c, f
Synodus singulis annis congreganda, cl. 2. 33. b, p
Synodus damnatur in templo apostolorum celebrata constanti per Photium, cl. 1. 112. a, p
Synodus nicæna multa apostolorum symbolo addidit, cl. 1. 166. d, f
Synodus bis in anno celebranda, cl. 2. 9. d, p
Syri pro flauiano laborant, cl. 1. 14. b, p
Syricus papa, cl. 3. 130. a, m
Syricus pontifex, cl. 1. 87. a, p

T.
Tabernæ clericis vitanda, cl. 2. f. 3. 33. a, p
Tabernæ non ingrediantur clerici, cl. 2. 18. c, p
Tabula pendens in choro, cl. 2. f. 3. 40. d, p
Tabula ludentes, cl. 2. 4. d, m
Tabula in choro pendens, cl. 1. 156. a, m
Tabula officiariorum in choro ponenda, cl. 2. f. 3. 9. d, p
Taleæ à clericis non exigendæ, cl. 1. 126. a, p
Tarasius episcopus, cl. 1. 110. a, f
Tarasius patriarcha, cl. 1. 98. a, f
Tarasius patriarcha, cl. 1. 97. a, p
Tarasius ex laico ordine assumitur ad archiepiscopatum, cl. 1. 111. c, f
Tarasius præsul constantinopolitanus sanctum spiritum ex parte per filium procedere scripsit, cl. 1. 170. a, f
Tarraco, cl. 2. 38. d, p
Taurianus damnatus à prouincialibus episco-

restamenta quomodo insinuanda, approbada, & exequenda, cl. 2. f. 3. 30. d, m
restamenta & vltimæ voluntates, cl. 2. f. 3. 85. c, f
restamentum episcopi, cl. 2. 32. d, m
restes, cl. 3. 122. c, m
restes, cl. 3. 129. b, m
restes falsi, cl. 2. 4. d, p
restes falsi, cl. 2. 37. c, p
restes falsi, cl. 2. 39. d, f
restes falsi contra Ignatium, cl. 1. 112. b, m
restes falsi esse debent vt de eorum fide non dubitetur, cl. 2. 97. b, m
restes qui cogendi vel non, cl. 1. 115. d, m
restes qui admittendi, cl. 2. 98. a, m. accusatores ibidem.
restes & accusatores quales esse debeant, cl. 1. 10. b, m.
restes falsi quatenus à communionem submouendi, cl. 2. 37. c, p
restificari quibus non licet, cl. 3. 127. a, m
restimonia, cl. 3. 128. c, f
restimonia sanctorum patrum pro Cyrillo, cl. 1. 32. a, m. 34. d, p
restimonia duo vel tria in accusatione fornicationis requirantur, cl. 2. 76. d, p
restimonia prolata ab hæreticis voluntate dei detruncata, cl. 1. 73. a, m
restimonia sanctorum patrum quibus defendit sententiam suam Cyrillus, cl. 1. 30. d, f
restimonia clerici in Laicum non recipiendũ, cl. 1. 10. d, p
restimonia episcoporum aduersus Marcellinum, cl. 3. 115. a, p
restimonia receptum, postea repudiatum, cl. 2. 91. c, f
restimonia de auditu in causa matrimonij non recipiendum, cl. 1. 126. d, m
restimonia vitæ ac doctrinæ per quos exhibendum, cl. 2. f. 3. 14. c, m
restimonia qui ferre non debet, cl. 2. 95. d, m
restimonia falsum capitale crimen esse, cl. 2. 33. c, p
restimonia ordinandis quale afferendum, cl. 2. f. 3. 14. d, m
restimonia sit duorum vel trium, cl. 2. 45. c, f
restimonia ordinandorum, cl. 2. f. 3. 84. b, p
Thalafius episcopus, cl. 1. 50. a, m.
Thalafius Cappadociæ Archiep. cl. 1. 49. d, m
Theatrales ludi non inferendi in templis, cl. 2. f. 3. 19. b, m
Theatrici fideles, cl. 2. 6. c, m
Thelephorus septimus papa, cl. 3. 100. b, f
Themistij hæresis, cl. 1. 81. c, m
Themistius ignorantij pater Christi diē iudicij nescisse delirabat, cl. 1. 78. b, f
Themistius hæreticus, cl. 1. 75. c, f
Theodorus villa, cl. 2. 102. b, f
Theodoretus naturam necessitatis causam dicit, cl. 1. 25. a, f.
Theodoretus episcopus Hieropolitanorum metropolis, cl. 1. 17. d, m
Theodoretus populum ad se pellicit, cl. 1. 40. b, f
Theodoretus epistola ad Alexandrũ, cl. 1. 40. b, u
Theodoretus discrimen inter copulationem & conuentum, cl. 1. 25. a, m
Theodoretus Nestorij conficius, cl. 1. 169. c, m
Theodoretus dicit deum non passum esse sed hominem ex nobis assumptum, cl. 1. 30. c, m
Theodoretus homiliæ pars ad confirmandos orientales episcopos, cl. 1. 40. d, m
Theodoretus hæresis, cl. 1. 67. d, m
Theodoretus scripta contra Cyrillum reprobata, cl. 1. 208. b, f
Theodoretus impia scripta, cl. 1. 68. a, p
Theodorus Ancyranus, cl. 1. 43. b, f
Theodorus, cl. 1. 57. c, p
Theodoretus Mopsuestiensis, cl. 1. 66. c, m
Theodoretus Mopsuestenus, cl. 1. 16. b, p
Theodorus Nestorii magister, cl. 1. 88. b, f



Theodosius & valentinianus reges, cl. 1.40. a, p  
Theodosiani, cl. 1.71. d, p  
Theodosius falsi nominis episcopus ephesi, cl. 1.106. d, p  
Theodosius Imperator factus, cl. 1.12. c, f  
Theodosius & Damasus errori Macedonij ob-  
stiterunt, cl. 1.82. d, f  
Theodosius hereticus, cl. 1.75. d, f  
Theodosius Imperator, cl. 1.13. c, p  
Theodosius imperator, cl. 1.75. c, m  
Theodotus, cl. 1.42. c, m  
Theodulphi querimoniz, cl. 2.64. a, f  
Theognius & Eusebius ab exilio reuocati, cl. 1.  
d, p  
Theognij poenitentia, cl. 1.8. d, p  
Theologij professores apud ecclesias collegia  
tas, cl. 2. f. 3. 32. c, f  
Theologicæ lectiones quomodo instaurandæ,  
cl. 2. f. 3. 67. b, p  
Theologus qui doceat in collegiis alendus, cl.  
2. f. 3. 67. a, f  
Theopassani seu Theopaschitz, cl. 1.53. c, p  
Theophanes episcopus Theopoleos seu An-  
tiochiz, cl. 1.82. b, m  
Theophanes presbyter & abbas monasterij ba-  
ias, cl. 1.74. d, p  
Theophanius patriarcha, cl. 1.81. b, m  
Theophilus alexandriæ archiepiscopus, cl. 1.  
88. d, p  
Θεοφωρος non esse Christum sed Deū, cl. 1.17. c, m  
Theophoros Christum non dicēdus, cl. 1.48. b, p  
Theopolis, cl. 1.50. d, p  
Theopolis, cl. 1.73. d, f  
Theopolitani, cl. 1.58. b, p  
Theopolitanorum ecclesia, cl. 1.63. d, m  
Theopolitanorum sedes, cl. 1.58. c, p  
Theotocon esse Mariam virginem, cl. b. 48. d, p  
Theotocos nomen, cl. 1.33. b, p  
Θεοτόκος, cl. 1.168. d, f  
Θεοτόκος vera dei mater, cl. 1.168. d, f  
Therapeutica vita, cl. 1.91. a, p  
Thermæ Domitiani nunc Traianæ cognomina-  
ta, cl. 1.10. a, m  
Thefaurus cœlestis, cl. 1.21. d, m  
Thessalonicense, cl. 1.50. c, m  
Thessalonicensis antistites vicem apostolicæ  
sedis semper impleuerunt, cl. 3.151. c, m  
Theutonicorum domus visitandæ & c. cl. 2. f. 3.  
29. a, p  
Theutonitarum visitatio, cl. 2.140. a, m  
Thomas Sardinæ episcopus, cl. 1.100. b, f  
Thronus Apamiæ, cl. 1.58. b, p  
Tiberius, cl. 1.70. a, f  
Tiberius, cl. 1.72. c, m  
Timotheiani, cl. 1.71. d, p  
Timotheus Alexandrinus, cl. 1.12. d, f  
Timotheus Alexandrinus, cl. 1.12. d, p  
Timotheus Apollinaris heretici discipulus cō-  
demnatus, cl. 1.15. d, p  
Tituli canonum apostolicorum iuxta veterem  
editionem, cl. 1.2. b, m  
Tituli ordinandorum diligenter discutiendi, cl.  
cl. 2. f. 3. 15. a, f  
Toletana fides, cl. 2.92. d, f  
Toletana fides, cl. 2.85. b, p  
Toletana fides, cl. 12.90. b, f  
Toletana fides, cl. 2.67. d, m  
Toletano pontifici potestas generalis concilij  
concessa, cl. 2.91. c, p  
Toletum, cl. 2.23. b, p  
Tonfura clericorum, cl. 2.21. b, m  
Tonfura clericorum & habitus, cl. 3.102. b, f  
Tonfura clericorum, cl. 2.70. b, p lectorum, le-  
uitarum & sacerdotum, ibid. cl. 2.70. b, p  
Tradiderunt animas suas Barnabas & Paulus  
pro nomine domini, cl. 1.1. d, f  
Transgressores sacri propositi, cl. 2.73. c m poe-  
nitentes ibid.  
Transire non licet Episcopo de sua ciuitate ad  
aliam, cl. 1.11. b, p

Translatio corporū B. Petri & Pau. i. cl. 3.107. c, f  
Translationes episcoporum, cl. 2.27. c, p  
Traslaciones episcoporum non fiant, cl. 2.18. c, f  
Transmarini quomodo ad clerum recipi debe-  
ant, cl. 3.133. a, p  
Trapezuntius, cl. 1.53. b, f  
Trecenti decem & octo patres Nicææ congre-  
gati, cl. 1.88. c, f  
Treuiri, cl. 2. f. 3. 55. c, p  
Tria simpliciter sūt mortuorū loca, cl. 1.160. a, f  
Tria miracula fūt statuenda imaginū venera-  
tione, cl. 1.100. a, p  
Tribunalia vbi non collocanda. cl. 2. f. 3. 19. a, f  
Tricennaria respectio, cl. 2.50. c, f  
Tricenalis possessio territorij conuentum non  
adimit, cl. 2.70. a, m  
Triginta symbola à particularibus concilij pro-  
dita, cl. 1.164. c, p  
Triginta annorum possessio non repetenda, cl.  
2.52. a, m  
Trina renascentium mersio, cl. 3.169. d, p  
Trina mersio baptismi, cl. 3.174. d, p  
Trinitas summa, cl. 2. f. 3. 48. c, p  
Trinitas, cl. 3.199. d, f  
Trinitas summa, cl. 2. f. 3. 35. a, m  
Trinitas summa probatur esse vnitas, cl. 3.171.  
d, m  
Trinitas credenda & prædicanda, cl. 2.16. d, m  
Trinitas non est appellanda triplex, cl. 2.85. b, f  
Trinitas facta & fides catholica, cl. 2. f. 3. 77. d, p  
Trinitatis indiuisa opera licet scriptura distin-  
guat, cl. 1.35. a, p  
Trinitatis opera inseparabilia, cl. 2.85. d, f  
Triplex additio genus, cl. 1.173. c, m  
Triplex matrimonij bonum, cl. 1.212. d, p  
Tripolis, cl. 1.58. b, f  
Tripolitana ecclesia, cl. 1.61. d, f  
Trisagio particulam hanc qui crucifixus est pro  
nobis male addant heretici, cl. 1.53. b, f  
Trithemæ, cl. 1.76. c, p  
Troilo, cl. 1.12. d, f  
Troilus, cl. 1.42. c, m  
Trullus, cl. 1.70. a, f  
Trullus, cl. 1.70. d, m  
Tuitio suppositorum concilij, cl. 1.148. a, m  
Tuitionem per testamentum non suscipiat epi-  
scopus, cl. 2.21. a, p  
Tumultus in ephesorum ciuitate exorti, cl. 1.  
36. b, f  
Turones, cl. 2.37. d, f  
Turpiloi qui clerici, cl. 2.21. c, p  
Turpitudinis crimen in presbyterū à diacono  
non adferendum, cl. 1.10. d, m  
Tyberianus ex laico ordinatus, cl. 3.153. c, m  
Tiberius Leontio succedens septem annos re-  
gnat, cl. 1.86. b, f  
Typographi, cl. 2. f. 3. 29. d, p  
Typographi visitandi, cl. 2.141. c, f  
Tyrenum concilium cur ad se euocat Constan-  
tinus, cl. 1.9. b, p  
Tyrii, cl. 1.61. d, m  
Tyriorum ecclesia, cl. 1.62. a, f

V.

Vacantes episcopi, cl. 2.9. c, f  
Vagantes per ecclesiam tempore diuino  
rum, cl. 2. f. 3. 40. c, f  
Vagantes per ecclesiam tempore diuinorum,  
cl. 1.156. a, p  
Vagantes per templa, dum sacra fiunt, cl. 2. f. 3.  
61. d, p  
Vagi clerici, cl. 2.21. c, p  
Vagi clerici, cl. 2.4. b, p  
Vagi sacerdotes quantum & quomodo toleran-  
di, cl. 2. f. 3. 33. d, p  
Valdensium error, cl. 2. f. 3. 6. c, m  
Valentia, cl. 2.11. d, f  
Valentia, cl. 2.45. d, m  
Valentini heresis, cl. 1.54. b, f  
Valentiniani insani, cl. 1.76. c, f

Valentini impium dictum, cl. 1.55. c, f  
Valentiniani dogma, cl. 1.56. c, m  
Valentiniani & Flauij martiani imperatoris  
edictum ad Constantinop. ciues, cl. 1.50. c, f  
Valentinianus, cl. 1.50. a, p  
Valentinianus & Martianus imperatores, cl. 1.  
49. b, f  
Valentinianista diaconus dēnatus, cl. 1.10. b, p  
Valentiniana hæresis quibus temporibus inua-  
luit, cl. 3.100. b, f  
Valentinianus & Theodosius reges, cl. 1.40. a, p  
Valerianus, cl. 1.41. d, m  
Vaniloquentia iconolastarum, cl. 1.108. a, m  
Vanitas diofcori, cl. 1.107. b, p  
Vanitas Entychis, cl. 1.107. b, p  
Vanitates qui exercebant in ex cubiis, cl. 2.37.  
a, f  
Vasa sacra cl. 3.100. a, m  
Vasa sacra, cl. 3.91. d, p  
Vasio, cl. 2.35. d, p  
Vasa sacra, cl. 3.100. a, f  
Vasa sacra & diuino cultui mancipata ad alios  
vsus non retorquenda, cl. 1.93. b, m  
Vasa sacra quibus mysteria sacra conficiuntur,  
cl. 2.119. b, m  
Vasa sacra à lectore vel ostiario non tangenda,  
cl. 1.10. c, p  
Vasa propria habeat sacerdos ad baptizandum  
& vestimenta altaris lauanda, cl. 2.45. c, f  
Vasa domus sacra humanis vsibus non seruiant  
cl. 2.88. c, m  
Velitatio de apostolorum synodis, cl. 1.1. a, b, p  
Venalia peccata coadiuuante ecclesia sacerdo-  
tum precibus expiantur, cl. 1.160. a, m  
Venalitas in beneficijs execrabilis, cl. 2. f. 3. 14.  
c, f  
Venationes à clericis non spectandæ, cl. 1.91. b, m  
Venatores clericis puniendi, cl. 2. f. 3. 10. c, m  
Vendicatio mala sacerdotum, cl. 2. f. 3. 17. c, p  
Vendita ecclesiarum, cl. 2.52. d, p  
Venditiones per abbates factæ, cl. 2.32. d, f  
Venditiones episcoporum, cl. 2.39. d, f  
Venditiones abbatum, cl. 2.39. d, m. episcoporum  
ibidem, f.  
Venerandum quod antiquitate excellit, cl. 1.100.  
b, m.  
Veneratio sanctorum, cl. 2. f. 3. 80. c, p  
Veneratio sanctorum, cl. 2. f. 3. 15. b, p. sacrarū ma-  
ginum, c, p.  
Veneratio sacrosanctæ eucharistiæ, cl. 2. f. 3. 24.  
a, p. & m, f  
Veneria, cl. 2.37. b, m  
Velitatio de apostolorum canonibus, cl. 1.2. a, p  
Veniam qui petit pro illicitis, etiam à licitis de-  
bet abstinere, cl. 3.154. b, m  
Venientes ad fidem quomodo baptizandi, cl. 2.  
4. b, p  
Vera possessio, cl. 1.125. c, f  
Vera libertas Christiana, cl. 2. f. 3. 78. b, f  
Vera dei mater Θεοτόκος, cl. 1.168. d, f  
Veræ pudicitie indicium, cl. 1.10. c, p  
Verba privilegiorum interpretanda, cl. 1.127. b, p  
Verba fidem variam significantia sunt fugienda  
cl. 1.167. b, m  
Verbi prædicatorem in monasteriis esse oportere,  
cl. 2. f. 3. 28. c, m  
Verba Nestorii, cl. 1.19. d, f  
Verbi de essentiam post incarnationem inco-  
munescribibilem remansisse, cl. 1.103. b, m  
Verbi disseminatio, cl. 2. f. 3. 21. b, m  
Verbi dispensator fidelis, cl. 2. f. 3. 21. c, m  
Verbi prædicatores, cl. 2. f. 3. 60. d, f. qui admittunt  
di. ibidem. 61. a, m  
Verbi diuini prædicatio, cl. 2. f. 3. 50. b, f  
Verbi ministri, cl. 2. f. 3. 19. c, f. & d, p  
Verborū & rescriptorū interpretatio, cl. 1.118. d, f  
Verbum, cl. 1.169. a, m  
Verbum dei inhumatū & incarnatum, cl. 1.22. c, f  
Verbū dei quomodo impassibile, cl. 1.20. b, p  
Verbum dei nobis simile factum, cl. 1.22. a, m  
Verbum

Verbum Domini docebant & Euangelizabant  
Paulus & Barnabas Antiochiz commorati.  
cl. 1.1. d, f  
Verbum Dei carne passum & carne crucifixū.  
cl. 1.25. c, p  
Verbum carnem esse factum habitationem in  
carne exponunt orientales, cl. 1.31. c, m  
Verbum ex filioque non additionem sed expo-  
sitionem esse, cl. 1.106. a, p  
Verbum Dei carni secundum substantiā vni-  
tum, cl. 1.22. b, p  
Verbum carni secundum hypostasim vnitum.  
cl. 1.103. a, m  
Verbum Θεοτόκος ad dogma de seruatoris in-  
carnatione maximæ necessarium. cl. 1.64.  
c, m  
Verbum Dei carne mortem gustasse, cl. 1.48.  
b, f  
Verbum Deus impassibile, cl. 1.19. c, m  
Verbum Θεοτόκος, cl. 1.4. c, p  
Verbum Dei passum, cl. 1.17. d, p  
Verbum Dei ex muliere carnaliter procreatū.  
cl. 1.15. d, f  
Vere Emanuel Deus, cl. 1.48. a, f  
Vere Emanuel Deus, cl. 1.17. c, p  
Veritas ecclesiasticorum sacramentorum Ar-  
menis explicata, cl. 1.211. d, f  
Veritas Deo chara, cl. 1.69. c, p  
Veritas in Tyro oppressa, cl. 1.9. a, f  
Veritas simplex est, cl. 1.170. d, m  
Veritas & patris lumen Christus. cl. 1.107.  
d, m  
Veritas fidei catholicæ, cl. 1.140. a, p  
Veritas spiritus, cl. 1.17. b, m  
Vespertinum officium, cl. 2.107. b, f  
Vesporsius episcopus, cl. 1.65. b, m  
Vestes sacræ, cl. 3.91. d, p  
Vestes sericæ à clericis non ferendæ. cl. 2. f. 3.  
10. b, p  
Vestimenta ecclesiastica, cl. 3.116. a, m  
Vestitus ministrantium in ecclesiis, cl. 2. f. 3. 18.  
a, m  
Vestitus à clericis quomodo querendus. cl. 2.  
21. b, f  
Veteres synodi diuerso patrum numero cele-  
bratæ fuerunt, cl. 1.169. d, m  
Vetus & vulgata editio pro authentica habenda,  
cl. 1.215. b, m  
Veteris ecclesie disciplina & seueritas in hæ-  
reticos, cl. 1.41. d, f  
Veteris testamenti librorum index. cl. 1.215.  
b, p  
Veteris testamenti libri clericis ac laicis vene-  
randi ac sacri sunt, cl. 1.4. b, p  
Veteris testamenti nihil potest scriptum in  
ecclesia psallatur, cl. 2.75. c, m  
Verustissimus liber à latinis in medium prolata-  
tus, cl. 1.165. a, f  
Vicarij, cl. 2.139. c, p  
Vicarij monachorum & aliorum, cl. 1.118. c, m  
Vicarij vt diuinis intersint laudibus decantan-  
dis adigendi, cl. 2. f. 3. 18. b, m  
Vicarij perpetui, cl. 2. f. 3. 26. b, m  
Vicarij parochorum, cl. 2. f. 3. 19. c, f  
Vicarij episcoporum chorepiscopi, cl. 2.2. a, p  
Vicariis bonæ voluntatis, malitia huius tempo-  
ris obesse non potest, cl. 2. f. 3. 4. d, p  
Vicario residenti quæ portio debet assignari.  
cl. 2.134. a, f  
Vicariorum residentia, cl. 2.134. a, f  
Vicariorum viuendi formula, cl. 2. f. 3. 12. c, m  
Vicariorum officia, cl. 2. f. 3. 69. a, f  
Vicariorum officium in pontificalibus, cl. 2. f. 3.  
14. b, m. cura ibidem, f.  
Vicarius quo intentionem primo dirigere de-  
bet, cl. 2. f. 3. 43. d, f  
Vicedomini, cl. 2. f. 3. 26. b, m  
Vicedomini, cl. 2.101. b, f  
Victor papa decimus tertius, cl. 3.103. b, p  
Victorinus damnatus, cl. 1.10. b, p

Victorinus 10 cal. Maij pascha venire putabat.  
cl. 1.10. a, f  
Victus sacerdotis, cl. 2.21. a, p  
Victus à clericis quomodo querendus, cl. 2.21.  
b, f  
Victus energumenorum, cl. 2.21. d, m  
Victus necessarius parochis suppeditandus, cl.  
2. f. 3. 26. b, m  
Victus parochorum, cl. 2. f. 3. 26. b, p  
Vidua mœchata, cl. 2.4. c, f  
Vidua, episcopi, presbyteri diaconi maritū ac-  
cipiens, cl. 2.24. a, p  
Vidua duas in gazophylacium stipes mittens.  
cl. 2.119. c, f  
Vidua absente sacerdote officium sacerdotale  
non impleat, cl. 2.23. d, p. aut lucernale, ibid.  
Vidua velata, cl. 2.129. d, f  
Vidua professæ, cl. 2. b, c, f  
Vidua mariti ad ecclesiasticos gradus non ac-  
cedant, cl. 2.38. c, m  
Vidua in delictis non sint, cl. 2.102. a, f  
Vidua continentiam professæ, præuaricatæ, cl. 2.  
25. d, f  
Vidua adolescentes & infirmæ, cl. 2.21. d, f  
Vidua poenitenti stuprum illatum, cl. 2.45. a, f  
Vidua si nubere velint & c. cl. 2.37. b, m  
Vidua iuuenes cito non velentur, cl. 2.95. c, f  
Vidua seniores, cl. 2.11. b, m  
Vidua ad baptiterium quomodo ordinandæ.  
cl. 2.20. d, f  
Vidua quatenus velum sibi imponant, cl. 2.14.4.  
a, f  
Vidua ecclesie stipendiis sustentatæ, cl. 2.21.  
d, f  
Vidua castitatem professæ, aut aliq. mutata ve-  
ste coniugio copulatæ, cl. 2.54. d, f. & 55. a, p, m, f  
& b, p, m  
Vidua ducens laicum non admittatur in cle-  
rum, cl. 2.16.  
Vidua clericus non ducat, cl. 2.16. c, p  
Vidua qui duxerit clericus non fiat, cl. 3.134.  
b, f  
Vidua, qui acceperit non admittatur in cle-  
rum, cl. 1.3. a, p  
Viduarum familiaritati non associetur cleri-  
ci, cl. 2.21. d, f  
Viduarum mariti promoti ad sacerdotium, ab  
ecclesiasticis officiis arceantur, cl. 3.146. d, p  
Viduarum sanctimonialium habitus & profes-  
sio, cl. 2.83. c, p  
Viduarum benedictio, cl. 2.40. a, m  
Viduarum duo genera, cl. 2.70. c, f  
Viduarum mariti non permittantur ad ordinē  
clericatus admitti, cl. 3.131. b, p  
viduas qui acceperint, diacones non fiant, cl. 2.  
23. c, f  
viduis pro castitate violentiam nullus inferat.  
cl. 2.59. b, m  
viduitatis encomium, cl. 3.132. b, p  
vigefimaprima mensis Maij græca ecclesia Cō-  
stantini festum celebrat, cl. 1.4. d, p  
vigiliæ clericorum, cl. 2.21. b, f  
vigiliæ statute ad vigilandum, cl. 2.133. d, m  
vigiliæ in cœmeterijs, commutatæ in ieiunia,  
cl. 2.4. a, m  
vigilium noctis non licet expedire in vigilia  
paschæ ante horam secundam, cl. 2.63. c, m  
vigiliarum antiquitas, cl. 2.107. c, f  
Vigilius, cl. 1.53. c, p  
Vigilius, cl. 1.66. c, f  
Vigilius, cl. 3.169. b, f  
Vigilius papa, cl. 1.70. c, f  
Vigilij literæ, cl. 1.168. c, p  
Villici, ecclesiastici non fiant, cl. 2.97. a, p  
Vinum cum aqua mixtum solum in sacrificiis  
offerendum, cl. 2.63. c, p  
Vinum solum aut aqua sola non offeratur, cl. 2.  
129. b, f  
Violata fides à Dioscoro, cl. 1.42. d, p

Vinum aqua mistum in sacrificio offeratur, cl. 1.  
90. b, m.  
Violatores libertatis ecclesiasticæ, cl. 2. f. 3. 60.  
a, f.  
Violatores & raptores ecclesiarum, cl. 1.118. b, m,  
Violatores sacrarum foeminarum puniantur, cl.  
2.17. a, m  
Vir sine consensu vxoris religionis propositum  
fumere non potest, cl. 1.114. b, m  
Vir vxoris adulteræ clericus fieri non debet, cl.  
2.2. d, f  
Vir in monasterio mulierum non dormiat vel  
econtra, cl. 1.91. a, f  
virgiferi, cl. 2.39. c, p  
virginem matrem esse Θεοτόκος, cl. 1.57. d, m  
Virgines velatæ infra, 25. annos, cl. 2.25. d, m  
Virgines, cl. 2.29. a, p  
Virgines sanctimoniales ante 40. annos nō ve-  
lentur, cl. 2.48. a, f  
Virgines quo tempore consecrati debeant, cl. 3.  
101. d, p  
Virgines deo sacratæ, si adulterauerint, cl. 2.3.  
d, p.  
Virgines sacræ si lapsæ fuerint, cl. 3.134. d, m. nō  
velatæ si deuauerint, ibidem, f.  
Virgines puellæ sub sororis habitu cum aliqui-  
bus commorantur, cl. 2.2. b, p  
Virgines non velentur ante 25. annos, cl. 2.95.  
c, f.  
Virgines ante vigintiquinque annos non ordi-  
nentur, cl. 2.18. a, p  
Virgines sanctimoniales quomodo ordinandæ,  
cl. 2.20. d, f  
Virgines sacræ, cl. 2.100. b, p  
Virgines castitatem professæ mutata veste con-  
iugio copulatæ, cl. 2.54. d, f & 55. a, p, m, f, & b.  
p, m,  
Virgines sacræ quæ vim barbaricam pertule-  
runt, cl. 3.153. c, m  
Virginibus socientur clerici, & secundam non  
ducant, cl. 3.134. b, f  
Virgini religiosæ stuprum illatum, cl. 2.45. a, f  
Virginis partus fuit citra vllum dolorem, cl. 1.  
92. b, p  
Virginitas beatæ Mariæ perpetua, cl. 1.31. d, p.  
Virginitatem profitentes, cl. 2.2. b, p  
Virginitatem & continentiam professus, cl. 2.5  
d, m  
Virginitatem professæ, postea adulteræ reperte  
quomodo puniendæ, cl. 2.37. b, m  
Virginitatis encomium, cl. 3.132. b, p  
Virginum sacrarum raptus, cl. 2.50. d, f  
virginum sacrarum custodia, cl. 2.18. c, m  
virginum corruptionibus consensu, cl. 2.2. b, m  
virginum monasteria a monachis tueantur, cl. 2.  
65. a, p  
virgo deo dicata non nubat, cl. 1.52. c, f  
Virgo ante duodecim annos velata, cl. 2.129.  
d, p.  
Viri, cl. 2.28. c, m  
Viri de captiuitate regressi quatenus vxores  
suas recipiant, cl. 3.150. d, p  
Viri cum adulteris vxoribus non conueniant,  
cl. 3.135. a, f  
Virilibus indumentis vsæ mulieres, cl. 2.5. d, m  
Virilia qui sibi abscidit clericus non fiat, cl. 1.3.  
a, p.  
Viri coniugati postea in adulterium lapsi, cl. 2.  
4. c, f  
virtutem operandi Christus non habuit secun-  
dum similitudinem sanctorum, cl. 1.27. c, m  
virtutes fictæ a veris vitiis discernendæ, cl. 1.100.  
c, f.  
virtus præcipuo imperatoris Constantini pro  
fide, cl. 1.11.4. a, f.  
visibilium omnium & cæ. nunquam in Nicæno  
symbolo scripta fuerit, cl. 1.166. b, f

Visitanda breuiaria per diocesanos. cl. 2. f. 3. 10 a p  
 Visitando parochias quid agendum. cl. 2. f. 3. 31. b m  
 Visitatio. cl. 2. f. 3. 65. d f  
 Visitatio. cl. 2. f. 3. 69. b p  
 Visitatio. cl. 2. f. 3. 54. a p  
 Visitatio. cl. 2. f. 3. 31. a m  
 Visitatio. cl. 2. f. 3. 15. c m  
 Visitatio ecclesiarum collegiarum. cl. 1. 339. a p  
 Visitatio hospitalium. cl. 2. 141. b p. templorum & aliarum sacrarum ædium, quod ad exteriorem faciem attinet ibidem m. scholarum, typographorum & bibliothecarum ibid c f  
 Visitatio parochialium ecclesiarum. cl. 2. 140. a m. clerici qui in parochiis sunt. ibid e f. populi. ibidem. c f  
 Visitatio hospitalium, leprosariorum per quos faciendæ. cl. 2. f. 3. 10. d f  
 Visitatio beatæ Mariæ virginis. cl. 1. 148. a m  
 Visitatio hospitalium. cl. 2. f. 3. 69. c f  
 Visitatio monasteriorum necessaria. cl. 2. f. 3. 28. d m  
 Visitatio monasteriorum. cl. 2. 139. c m. monasterium. ibidem. d f  
 Visitatio domorum militum Thentonicorum, Sancti Ioannis & Antonitarum. cl. 2. 140. a m  
 Visitatio quomodo instituenda. cl. 2. f. 3. 31. a f  
 Visitatio formula. cl. 2. 137. a f  
 Visitatio prætextu suffraganeos non grauet archiepiscopi. cl. 1. 112. c f  
 Visitatorum episcoporum auctoritas. cl. 2. f. 3. 69. d p  
 Vita clericorum. cl. 2. 37. a f  
 Vita & honestas clericorum. cl. 1. 132. c p  
 Vita & honestas clericorum. cl. 2. f. 3. 64. c p  
 Vita & honestas clericorum. cl. 2. f. 3. 49. d p  
 Vita & honestas clericorum. cl. 2. f. 3. 33. b p  
 Vita ac mores clericorum. cl. 2. f. 3. 16. d f  
 Vita & mores clericorum. cl. 2. f. 3. 15. c f  
 Vita canonicorum. cl. 2. f. 3. 17. d m  
 Vita canonicorum. cl. 2. 100. a p. clericorum ibidem m. monachorum ibid. f  
 Vita communis. cl. 3. 105. c m  
 Vita communis. cl. 3. 96. a f  
 Vita ac conuersatio monastica. cl. 2. f. 3. 28. b p  
 Vita ac mores parochorum. cl. 2. f. 3. 20. d p. & m f  
 Vita therapeutica. cl. 1. 91. a p  
 Vita genus eligendum secundum suæ naturæ statum & congruentiam. cl. 2. f. 3. 45. c p  
 Vita testimonium per quos exhibendum. cl. 2. f. 3. 14. c m  
 Vitalianus papa. cl. 1. 73. c m  
 Vitandi excommunicati. cl. 2. f. 3. 30. c f  
 Vitians sororem sponsæ suæ. cl. 2. 2. b m  
 Vitij causam non penitus extinguit qui in eam postea incidit. cl. 1. 114. b f  
 Vitis palmites. cl. 2. 35. b f  
 Viuendi formula Canonicorum vicariorum, & aliorum presbyterorum. cl. 2. f. 3. 12. c m  
 Viuentes gentium more. cl. 2. 2. b m  
 Viuentes irrationabiliter aut cum pecudibus versantes. cl. 2. 2. a m  
 Viuere secundum carnem quid sit. cl. 2. f. 3. 43. c m  
 Viuificat spiritus perinde vt filius. cl. 1. 30. a m  
 Viuificatrix Domini caro. cl. 1. 17. d p  
 Viuorum & mortuorum iudicium. cl. 1. 78. a f  
 Vua non distribuenda simul cum Eucharistia. cl. 1. 90. a f  
 Vnam in Christo voluntatem asserere anathematizati. cl. 1. 83. b m  
 Vnanimis orarunt Apostoli omnes. cl. 1. 1. b f  
 Vnanimitas & concordia sermonis ab imperatore proposita. cl. 1. 6. c f  
 Vnctio extrema. cl. 2. f. 3. 4. c f  
 Vnctio extrema. cl. 2. f. 3. 52. c p

Vnctio extrema cur adhibeatur. cl. 2. f. 3. 26. a m  
 Vnctio extrema quintum est sacramentum. cl. 1. 212. c m  
 Vnctionem sacram contemnent. cl. 2. f. 3. 74. a m  
 Vnctiones omisæ in baptizatis paruulis expleri debere. cl. 2. f. 3. 78. c f  
 Vnctiones sacri olei in baptismo non omittendæ. cl. 2. f. 3. 84. b m  
 Vnctionis extremæ sacramenti forma. cl. 1. 212. c m  
 Vnctionis extremæ effectus. cl. 1. 112. c m  
 Vnctionis extremæ minister sacerdos. cl. 1. 212. c m  
 Vnctionis extremæ materia. cl. 1. 212. c m  
 Vnctionis extremæ docendi modus. cl. 2. f. 3. 7. c f  
 Vndecim episcopi Arriane factionis palinodia cecinerunt. cl. 1. 4. c p  
 Vnguentum quo mulier corpus Christi unxit. cl. 2. 116. c m  
 Vnica hominis anima. cl. 1. 112. d m  
 Vnigenitum Dei alterum præter Christum nõ esse. cl. 1. 23. a p  
 Vnio. cl. 1. 25. b p  
 Vnio in Christo duarum naturarum. cl. 1. 120. d p  
 Vniones perpetuas non debere fieri. cl. 1. 213. c f  
 Vnitas deitatis. cl. 3. 99. d f  
 Vnitas naturalis. cl. 1. 25. c m  
 Vnitas ecclesiæ. cl. 2. f. 3. 2. b p  
 Vnitas secundum substantiam. cl. 1. 24. d f  
 Vnitio. cl. 1. 24. c p  
 Vnitum Dei verbum carni secundum substantiam. cl. 1. 22. b p  
 Vnitum carni secundum hypostasim verbum. cl. 1. 103. a m  
 Vniuersalium synodorum canonum obseruatio. cl. 1. 112. b m  
 Vniuersitatū priuilegiis qui gaudere possint. cl. 2. f. 3. 7. a m  
 Vniuiræ. cl. 2. 11. b m  
 Vnius prouincie episcopi contendentes inter se. cl. 1. 11. b m  
 Vnius Christi omnia sunt. cl. 1. 26. b m  
 Vnum Christum Nestorius dicit duos tamen sentit. cl. 1. 28. b p  
 Vnum Christum diuidi in duas personas & substantias non permittit Cyrillus. cl. 1. 33. b p  
 Vnus Christus ex duabus naturis. cl. 1. 27. b f  
 Vnus & idem Christus Deus simul & homo. cl. 1. 48. a f  
 Vocabulum carnis duobus modis usurpari. cl. 1. 78. d m  
 Vocatus qui non est, respondere non debet nisi sponte velit. cl. 3. 129. b f  
 Volumina statutorum reuidentia. cl. 2. f. 3. 18. d m  
 Voluntarium homicidium. cl. 2. 2. b p  
 Voluntas Dei & hominis. cl. 2. 35. b f  
 Voluntatem vnam in Christo asserentes anathematizati. cl. 1. 83. b m  
 Voluntates vitæ. cl. 2. f. 3. 38. c p  
 Voluntatis piæ motus à Deo est. cl. 3. 143. d f  
 Vora. cl. 2. f. 3. d p  
 Vota monastica. cl. 3. 189. d p  
 Vota inter sentes vel arbores vel ad fontes nõ exoluenda. cl. 2. 63. b f  
 Votorum obligatio. cl. 2. 35. a m  
 Votum pius ad studia fabuleuanda. cl. 2. f. 3. 30. a m  
 Vrbani papa. cl. 1. 212. c p  
 Vrbani papa decimus sextus. cl. 3. 105. c p  
 Urbani damnatio. cl. 3. 115. a p  
 Urbis Nicenæ descriptio. cl. 1. 5. b p  
 Urbis Romæ cardinales & diaconi per patriarchiarum examen quot. cl. 1. 10. b f

Vsum imaginum qui dicitur sufficere ad memoriam solum reprehenduntur. cl. 1. 105. d m  
 Vsuræ quid. cl. 3. 123. d m  
 Vsuræ quando committatur. cl. 2. 33.  
 Vsuræ. cl. 1. 116. d f  
 Vsuræ. cl. 2. f. 3. 41. b m  
 Vsuræ iudeorum. cl. 1. 128. a f  
 Vsuram clericus non accipiat. cl. 2. 6. c p  
 Vsuram accipere clericus non licet. cl. 2. 11. a f  
 Vsuram non capiat clericus. cl. 1. 7. d m  
 Vsurarii clerici non fiant. cl. 2. 21. c m  
 Vsurarii clerici & laici. cl. 2. 3. d m  
 Vsuras non accipiat clericus. cl. 2. 38. b f  
 Vsuras nec clericus nec laici exerceant. cl. 3. 146. d. m.  
 Vsuras non accipiant clericus. cl. 1. 89. b m,  
 Vsurari duobus modis carnis vocabulum. cl. 1. 78. d m  
 Vsum imaginum pius & vtilis. cl. 1. 98. c p  
 Vsum excommunicationis. cl. 2. f. 3. 30. b f. c m  
 Vvicleui error damnatus. cl. 2. f. 3. 6. c m  
 Vvicleui error. cl. 2. f. 3. 6. d p  
 Vvicleui error damnatus. cl. 2. f. 3. 6. d p  
 Vvicleui error. cl. 2. f. 3. 6. c f  
 Vvambanus rex. cl. 2. 84. d m  
 Vvicleuo error fauens. cl. 2. f. 3. 6. c f  
 Vxor quibus & quomodo ducenda. cl. 3. 98. b, m  
 Vxor episcopi reponatur in monasterium. cl. 1. 91. b. p.  
 Vxor de captiuitate reuerfa, recipiatur. cl. 3. 136. a. p.  
 Vxor clericus mortuo marito secundò nõ nubat. cl. 2. 62. a p  
 Vxor contra prohibitionem ecclesiæ si quis duxerit, vxor non est. cl. 3. 145. b f  
 Vxor ducenda. cl. 3. 98. b m  
 Vxorem non abiiciat episcopus diaconus vel presbyter sub pietatis pretextu. cl. 1. 2. d p  
 Vxorem alterius viuente eo si quis contuprauit. cl. 1. 31. a f. si quis duxerit & non valens cum ea concumbere, frater eius si clam violauerit, ibidem. b p  
 Vxorem legitimam si quis interfecerit, & c. cl. 3. 101. d m  
 Vxorem ducens monachus. cl. 2. 47. b m  
 Vxorem captiui qui in matrimonium duxerit, culpabilis non est. cl. 3. 150. c f  
 Vxorem qui habuit ante baptismum & post illud accepit clericus non fiat. cl. 3. 138. d p  
 Vxorem ducere presbyteri non debent. cl. 2. d. m.  
 Vxorem ducere promoris ad sacros ordines nõ licet. cl. 1. 86. d f.  
 Vxorem aliam non accipiat cuius vxor adulterauit. cl. 2. 5. b m  
 Vxorem nullus ducat ex propinquitate sui sanguinis vel vxoris vsque in septimum gradum. cl. 3. 123. d f.  
 Vxorem habens sapius mæchatus. cl. 2. 4. b m  
 Vxorem habens concubinam non comunicet. cl. 2. 24. a p  
 Vxores clericorum adulteræ. cl. 2. 4. c m  
 Vxores episcoporum à maritis quantum ad thorum diuisa. cl. 1. 87. b p.  
 Vxores diuortio intercedente, relicte. cl. 2. 90. d. p.  
 Vxores episcoporum viuentium viduæ appellata. cl. 1. 87. b p  
 Vxores filios de adulteris necantes. cl. 2. 4. c m  
 Vxores defunctæ. cl. 2. 50. c p  
 Vxores. cl. 2. 28. c m  
 Vxoribus relictis qui alias duxerint sine causa communionem arceantur. cl. 2. 37. c p  
 Vxor adulteræ vir clericus fieri non debet. cl. 2. d f  
 Vxor & concubinæ differentia. cl. 3. 154. a f

Vxor suæ vel sponsæ propriæ confanguineæ qui cognouit. cl. 1. 116. d m

X

Xenea Hieropolitana. cl. 1. 59. d f  
 Xenodochium Lugdunense à Childeberto rege fundatum. cl. 2. 57. c f

Z

Zachus. cl. 1. 105. b f  
 Zacharias. cl. 1. 95. c p  
 Zacharias primus. cl. 3. 183. d p  
 Zacharias Nicolai primi legatus. cl. 1. 110. c f


Zelum Constantinopolitanæ synodi. cl. 1. 11. b m  
 Zelus Christiani Cæsar. cl. 1. 39. c f  
 Zeno episcopus. cl. 1. 49. b p  
 Zenon. cl. 1. 43. a p  
 Zenon. cl. 1. 42. c p  
 Zepherinus papa decimus quartus. cl. 3. 103. c m

Zeuxippus. cl. 1. 80. c f  
 Zoara ecclesie Dei perturbator. cl. 1. 59. b p  
 Zoara anathematizatus. cl. 1. 63. c m  
 Zoara anathematizatus. cl. 1. 85. c p  
 Zoaras impiissimus. cl. 1. 63. b p  
 Zoara à piis gentium idola nominantur. cl. 1. 102. c f

Finis.

Lectori.

In fronte fol. 14. cl. 1. loco concil. niceni lege Concil. Constantinopol.  
 Item in calce sectionis secundæ cl. 2. leg. finis sectionis non classis. cetera si qua fuerint errata, quod non dubito præferim in isto opere consiliter facile est restituere. Vale.

 CLASSIS PRIMA CONTI-  
NENS GENERALIVM CONCILIORVM ACTIO-  
nes & canones: Quorum nomina sequenti  
indicantur catalogo.



*Synodi ecumenicae habitae*

In oriente

In occidente

- |   |   |   |
|---|---|---|
| 1 | Nicænum 1. Cum duabus appendi-<br>cibus, Romano & Sardicēsi cōciliis. | Lateranense sub Alexandro tertio<br>Lateranense sub Innocentio tertio       |
| 2 | Constantinopolitanum primum   | Acta Lugdunēsis in 5. decretal. cōtinē-<br>nentur: Vinenēsis in Clementinis |
| 3 | Ephesinum   | Constantiense   |
| 4 | Chalcedonense   | Basiliense  |
| 5 | Constantinopolitanum secūdum  | Florentinum   |
| 6 | Constantinopolitanum tertium  | Lateranense sub Leone decimo  |
| 7 | Nicænum secundum  | Tridentinum   |
| 8 | Constantinopolitanum quartum  |   |

\* A Catalog-



CATALOGVS

Summorum Pontificum.

	An.	men	Di.
1 Petrus	25	0	0
2 Clemens	9	0	0
3 Anacletus	9	0	0
4 Evaristus	8	0	0
5 Alexander I.	10	7	2
6 Sixtus I.	10	3	0
7 Thelephorus	11	3	0
8 Higinus	4	3	0
9 Pius	19	9	0
10 Anicetus	11	0	0
11 Sober	9	0	0
12 Eleutherius	15	3	0
13 Victor	10	0	0
14 Zepherinus	9	7	0
15 Calistus	5	2	0
16 Urbanus	4	0	0
17 Pontianus	9	5	0
18 Antherus	3	0	0
19 Fabianus	14	0	0
20 Cornelius	2	0	0
21 Lucius	3	0	0
22 Stephanus	7	0	0
23 Sixtus 2.	2	0	0
24 Dionysius	6	0	0
25 Felix	4	0	0
26 Eutichianus	1	0	0
27 *Gaius	11	0	0
28 *Marcellinus	9	0	0
29 Marcellus	5	0	0
30 Eusebius	6	0	0
31 Melchiodes	3	0	0
32 Syluester I.	23	0	0
33 Marcus	2	8	21
34 Iulius I.	15	0	0
35 Liberius I.	6	3	0
36 Felix 2.	1	3	0
37 Damasus I.	18	3	11
38 Syritus	15	11	25
39 Anastasius	3	10	0
40 Innocentius	15	2	0
41 Zosimus	1	2	11
42 Bonifacius I.	3	8	0
43 Celestinus	8	10	17
44 Sixtus 3.	8	0	19
45 Leo I.	21	1	13
46 Hilarius	6	3	10
47 Simplicius	15	1	7
48 Felix 3.	8	11	17
49 Gelasius	4	8	18
50 Anastasius 2.1.	11	11	24
51 Symmachus	15	7	27
52 Hormisdas	9	0	17
53 Ioannes I.	2	9	17
54 Felix 4.	4	2	13
55 Bonifacius 2.	2	0	26
56 Ioannes 2.	2	4	6
57 Agapetus I.	11	11	18
58 Syluerius	1	5	11
59 Vigilus	17	6	26
60 Pelagius	11	10	28

Quidam in-  
terponunt  
Grifegoniz

	An.	Men.	Di.
61 Ioannes 3.	12	11	26
62 Benedictus I.	4	1	28
63 Pelagius 2.	10	2	10
64 Gregorius I.	13	6	10
65 Sabianus	1	5	11
66 Bonifacius 3.	0	8	20
67 Bonifacius 4.	6	7	13
68 Deusdedit	3	0	23
69 Bonifacius 5.	5	0	10
70 Honorius I.	12	11	17
71 Seuerinus	11	0	4
72 Ioannes 4.	1	0	0
73 Theodorus	6	5	8
74 Martinus I.	6	1	26
75 Eugenius I.	2	9	24
76 Vitalianus	14	6	0
77 Adeodatus	4	2	5
78 Donus 1.	1	5	6
79 Agatho	2	6	4
80 Leo 2.	0	10	17
81 Benedictus 2.	1	0	0
82 Ioannes 5.	2	0	0
83 Conon	1	9	0
84 Sergius 1	9	0	0
85 Ioannes 6.	3	0	0
86 Ioannes 7.	2	0	0
87 Sisinius	0	0	20
88 Constantinus 7.	0	0	0
89 Gregorius 2.	16	9	12
90 Gregor. 3.	10	8	25
91 Zacharias	10	3	14
92 Stephanus 2.	5	0	28
93 Paulus I.	10	1	0
94 Constantinus 2.	1	0	0
95 Stephanus 3.	3	5	0
96 Adrianus I.	23	10	17
97 *Leo 3.			
98 *Stephan. 4.	0	7	0
99 Paschalis	7	0	0
100 Eugenius 2.	4	6	24
101 Valentinus	0	0	40
102 Gregori <sup>o</sup> .	4	16	0
103 Sergius 2.	2	1	3
104 Leo 4.	8	0	0
105 Ioannes 8.	2	1	4
106 Benedictus 3	2	5	0
107 Nicolaus I.	9	6	21
108 Adrianus 2.	5	9	12
109 Ioannes 9.	10	2	0
110 Martinus 2.	1	9	0
111 Adrianus 3.	2	0	0
112 Stephanus 5.	7	0	0
113 Formosus	6	0	0
114 Bonifacius 6	0	0	26
115 Stephanus 6	0	0	0
116 Romanus I.	0	3	0
117 Theodorus 2	0	0	20
118 Ioannes 10.	2	0	0
119 Benedictus 4	4	0	0
120 Leo 5.	0	0	40
121 Christopho.	1	7	0
122 Sergius 3.	7	0	0
123 Anastasius 3.	2	0	0
124 Landus I.	0	6	0
125 Ioannes 11.	13	0	0

Fortis  
positi

	An.	Men.	Di.
126 Leo 6.	0	7	0
127 Stephanus 7	2	0	0
128 Ioannes 12.	4	0	0
129 Leo 7.	3	0	0
130 Stephanus 8	3	0	0
131 Martinus 3	3	6	10
132 Agapetus 2.	9	0	0
133 Ioannes 13.	8	0	0
134 *Benedictus 5.	0	6	0
135 *Leo 8.	1	0	0
136 Ioannes 14.	6	0	0
137 Benedictus 6.	1	0	0
138 Donus 2.	1	0	0
139 Bonifacius 7.	0	7	0
140 Benedictus 7.	8	0	0
141 Ioannes 15.	0	4	0
142 Ioannes 16.	0	8	0
143 Ioannes 17	10	6	10
144 Gregorius 5.	2	5	0
145 Ioannes 18.	0	10	0
146 Syluester 2.	4	0	0
147 Ioannes 19.	0	4	20
148 Ioannes 20	4	4	0
149 Sergius 4.	2	0	0
150 Benedictus 8	11	0	0
151 Ioannes 21.	11	0	0
152 Benedictus 9.	11	0	0
153 Syluester 3.	0	0	49
154 Gregorius 2	2	7	0
155 Clemens 2.	0	9	0
156 Damasus 2.	0	0	23
157 Leo 9	5	2	6
158 Victor 2.	2	3	14
159 Stephanus 9	0	7	0
160 Benedict <sup>o</sup>	10	0	9
161 Nicolaus 2.	3	0	0
162 Alexader 2.	11	6	6
163 Gregori <sup>o</sup> .	7	12	1
164 Victor 3.	1	0	0
165 Urbanus 2.	12	0	0
166 Paschalis 2	18	6	0
167 Gelasius 2.	1	0	0
168 Calistus 2.	5	10	0
169 Honorius 2.	5	2	0
170 Innocentius 2.	14	7	0
171 Celestinus 2	0	5	0
172 Lucius 2.	0	7	4
173 Eugenius 3.	8	4	20
174 Anastasi <sup>o</sup>	4	4	0
175 Adrianus 4.	4	10	0
176 Alexader 3.	21	0	0
177 Lucius 3	4	2	18
178 Urbanus 3	1	10	25

Fortis  
positi

	An.	men	Di.
179 Gregorius 8	0	0	57
180 Clemens 3	3	5	0
181 Celestinus 3	6	7	11
182 Innocentius 3	18	0	0
183 Honorius 3	10	7	13
184 Gregorius 9	14	5	0
185 Celestinus 4	0	0	18
186 Innocentius 4	11	6	12
187 Alexander 4	7	0	0
188 Urbanus 4	3	1	0
189 Clemens 4	3	0	0
190 Gregorius 10	4	0	0
191 Innocentius 5	0	6	0
192 Adrianus 5	0	0	40
193 Ioannes 22	0	8	9
194 Nicolaus 3	3	5	0
195 Martinus 4	4	1	0
196 Honorius 4	2	0	0
197 Nicolaus 4	4	0	0
198 Celestinus 5	0	0	0
199 Bonifacius 8	8	5	0
200 Benedictus 11	8	15	0
201 *Clemens 5	8	0	0
202 Innocentius 23	19	4	0
203 Benedictus 12	4	3	0
204 Clemens 6	10	6	0
205 Innocentius 6	19	8	0
206 Urbanus 5	8	4	0
207 Gregorius 11	7	5	0
208 Urbanus 6	11	8	0
209 Bonifacius 9	14	9	9
210 Innocentius 7	2	0	0
211 Gregor. 12.	2	0	0
212 Alexader 5	0	8	0
213 Ioannes 24	4	0	0
214 Martinus 5	14	3	0
215 Eugenius 4	16	0	0
216 Nicolaus 5	8	0	0
217 Calistus 3	3	0	0
218 Pius 2	6	0	0
219 Paulus 2	6	10	0
220 Sixtus 4	13	0	0
221 Innocentius 8.	7	0	0
222 Alexader 6	11	0	0
223 Pius 3	0	0	17
224 Iulius 2	10	0	0
225 Leo 10.	9	0	0
226 Adrianus 6	2	0	0
227 Clemens 7	10	10	0
228 Paulus 3.	15	0	0
229 Iulius 3	6	0	27
230 Marcellus 2	0	0	21
231 Paulus 4.			

sub hoc Ro-  
mana cu-  
ria Aue-  
nionē trās-  
lata est: ubi  
70 annis  
egit

# CATALOGVS

## Imperatorum

1. C. Iulius Caesar  
 Octavianus Augustus  
 Tiberius Caesar  
 C. Caligula  
 Claudius  
 Sextus Nero  
 Galla  
 Otho  
 Vitellius  
 Vespasianus  
 Titus  
 Domitianus  
 Nerva  
 Traianus  
 Hadrianus  
 Antonius  
 M. Antonius  
 Commodus  
 Helius pertinax  
 Seuerus  
 Bassianus Cara  
 Marcus  
 M. Aurelius Ant.  
 Alexander  
 Maximinus  
 Gordianus  
 Philippus  
 Decius  
 Gallus hostilius  
 Valerianus  
 Claudius  
 Aurelianus  
 Tacitus  
 Probus  
 Carus  
 Diocletianus  
 Galerius  
 Constantinus  
 Constantinus 2.  
 Iulianus  
 Iouianus  
 Valentinianus  
 Valens  
 Gratianus  
 Theodosius  
 Arcadius  
 Honorius  
 Theodosius 2.  
 Martianus  
 Zeno  
 Anasthasius  
 Iustinus  
 Iustinianus  
 Iustinus 2.  
 Tiberius 2.

	Mauritius	20.
	Phoca	8.
	Heraclius	27.
	Heraclion	2.
	Constantinus 3.	27.
	Merentius	Mens. 6.
	Constantinus 4.	17.
	Iustinianus 2.	10.
	Leontius	3.
	Tiberius 3.	Mens. 7.
	Philippus	Ann. 1.
	Anasthasius 2.	Mens. 3.
	Theodosius 3.	Ann. 1.
	Leo	24.
	Constantinus 5.	35.
	Leo 2.	5.
	Constantinus 6.	10.
	Nicephorus	9.
	Carolus	14.
	Lodonicus	25.
	Lotharius	15.
	Lodonicus 2.	11.
	Carolus 2.	6.
	Carolus 3.	12.
	Arnulphus	12.
	Lodonicus 3.	6.
	Berengarius	4.
	Berengarius 2.	4.
	Hugo	10.
	Lotharius 2.	2.
	Berengarius 3.	11.
	Otho. 2.	12.
	Otho. 3.	17.
	Otho. 4.	18.
	Henricus	19.
	Conradus	15.
	Henricus 2.	17.
	Henricus 3.	48.
	Henricus 4.	20.
	Lotarius 2.	11.
	Conradus 2.	15.
	Fridericus	37.
	Henricus 5.	10.
	Otho 5.	3.
	Fridericus 2.	33.
	Rodolphus	19.
	Adulphus	6.
	Albertus	10.
	Henricus 6.	5.
	Lodonicus 4.	32.
	Carolus 4.	32.
	Enceflaus	19.
	Robertus	19.
	Sigismundus	27.
	Albertus 2.	2.
	Fridericus 3.	53.
	Maximilianus	33.
	Carolus 5.	
		7.

Anno Domini	Concilia œcumenica	Intercesserunt anni.	Summi pontifices.	Imperatores.	Hæretici & causæ p quas celebratæ sunt hæ synodi.
330	1 Nicænum primum		Syluester.	Magnus Constantinus Augustus.	Arrius.
372	2 Cōstantinopolitanum primum.	54	Damasus.	Magnus Theodosius.	Macedonius.
413	3 Ephesinum.	41	Cœlestinus.	Theodosius iunior.	Nestorius.
443	4 Chalcedonense.	30	Leo primus.	Marcianus.	Eutiches.
545 554	5 Constantinopolitanum secundum.	102	Vigilius.	Iustinianus.	Origenes.
719	6 Constantinopolitanum 3.	129	Agatho.	Constantinus progenatus.	Macharius monothelita.
794	7 Nicænum 2.	109	Adrianus. 1.	Constantinus & Irene mater eius.	Iconoclastæ.
914	8 Constantinopolitanum quartum.	120	Adrianus 2.	Basilus Macedo.	Photius qui deposuerat Ignatium.
1180	Lateranense.	266	Alexander 3.	Corradus Sueuus.	De electione summi pontificis.
1215	Lateranense.	35	Innocentius 3.	Henricus sextus Germanus Cæsar.	De recuperanda terra sancta.
1246	Lugdunense.		Gregorius 10.	Vuilhelmus germanus Cæsar.	De processione spiritus sancti à patre & filio.
1305	Viennense.		Clemens 5.	Albertus germanus Cæsar.	
1415	Constantiense.	*Tollitur scilicet summum pontificum.	Ioannes 24. cui deponitur succedit Martinus 5.	Sigismundus.	Ioannes huz & Hieronymus de praga. * Huzitæ.
1431	Basiliense Florentinum		Eugenius 4.	Maximilianus & Fredericus.	
1513	Lateranense.		Iulius 2. & Leo 10.	Maximilianus Cæsar.	Oecolampadius & Lutherus.
1545	Tridentinum.		Paulus 3.	Carolus quintus germanus Cæsar.	* A 3







Iatenus incurfione turbetur Per dominum &c. His vero completis diaconus habens librum supra pulpitum inter altare & celebratem difpofitum, accenfis duobus cereis, circa ipfum pulpitum incipit Euangelium. Vos eftis fal terræ, vel quod ad legendum fibi eft ordinatum. Quo euangelio perlecto, celebras primo facit collationem, exhortando omnes & fingulos ad follicitam meditationem & curam dei, & fuper omnibus caufis, propter quas facrofancta Synodus eft congregata. Deinde flexis genibus, incipit alta voce hymnum Veni creator fpiritus quem hymnum cantant alternatim exiftentes in feffione cum cantoribus. Quo hymno folemniter & deuote decantato, duo clerici induti fuperpelliceis & aftantes pudenti, dicunt verficulum Emitte fpiritus tuum & creabuntur. Et cantores respondent. Et renouabis faciẽ terræ. Poftea celebras dicit hanc orationẽ: Ore.

Deus qui corda fidelium fancti fpiritus illuftratione docuifti, da nobis in eodem fpiritu recta fapere, & de eius femper confofatione gaudere. Per dominum noftrum Iefum Chriftum filium tuum, qui tecum viuut & regnat in vnitare fpiritus fancti deus per omnia fecula feculorum, Amen. Poftmodum duo pcedi clerici vel diaconus vel fubdiaconus dicunt: Benedicamus domino. Et aftantes respondent Deo gratias. His autem omnibus completis, idẽ pcedens vel celebrans, & omnes alij prelati fedent & ponunt mitras in capitibus fuis. Et tunc vnus prelatorum ad hoc deputatus legit, decreta in illa feffione expedienda. Et in eodem ambone cum dicto prelato legente ipfa decreta, erant pcedentes nationũ tempore concilij Cõftantiensis, & respondebat qui libet pcedens placet, pro natione fua. Pcedens vero generalis in dicta feffione respondebat etiam placet, etiam pro facto cõcilio & collegio generali. De cretis vero perlectis, & refponfo placet, & dicto, Te deum laudamus, cum oratione de fpiritu fancto, omnes deponitis pluuiatibus, & mitris refumunt habitus fuos confuetos, & recedunt.

Admonitio.

Non deerunt fortaffe quibus magis placebit cõftitutionum ecclefiafticarum enumerationem iuxta Pontificum & conciliorũ tempora quàm iuxta methodum à nobis pceditam agnofcere: in horum gratiam fequens tabella parata eft: in qua promifcue vtraque iuxta temporis feriem digeffimus: vt curiofi lectores vnico poffint obtutu ecclefiafticas fanctiones diuerfis temporibus latas pcedere, quæ, quas pcederint, quas ve fequantur.

Synodum vniuerfalem breuitatis caufa S. V. fignauimus, Particularem S. P. Decreta Pontificum caractere D.

Canones Apoftolorum

D. Clementis

Anacleti

Euarifti

Alexandri

Sixti

Thelefphori

Higinij

Pij

Aniceti

Sotheris

Eleutherij

Victoris

Zepherini

Vrbani

Pontiani

Fabiani

Cornelij

S. P. Carthaginẽfe de rebap.

D. Lucij

Stephani

Sixti fecundi

Dionyfij

Felicis

Eutychniani

Gaij

Marcellini

S. P. Ancyranum

D. Marcelli

Eufebij

Melchiadis

S. P. Neocæfariẽfe

D. Sylueltri

S. V. Nicænum. 318 epifcoporum

S. P. Elibertinum

Arelatẽfe

Gangrenẽfe

Arelatẽfe fecundum

Carthaginẽfe primum

D. Marci

S. P. Antiochenum

Sardicẽfe. Nicæ. appendix

Hierofolymitanum

D. Iulij primi

Syrmienẽfe.

Laodicenum.

Constantinopolitanum 150 patrum

Valentinum

D. Siricij

S. P. Telenẽfe

Carthaginẽfe fecundum

Carthaginẽfe tertium

Carthaginẽfe quartum

Carthaginẽfe quintum

Toleranum primum

D. Innocentij primi

S. P. Mileuitanum

Carthaginẽfe sextum

Carthaginẽfe feptimum

D. Cæleftini primi

S. V. Ephelinum

D. Sixti tertij

S. P. Rhegienẽfe

Agathenẽfe

Aquileienẽfe

Arauficanum

Vafenẽfe

Carpentoraftenẽfe

Arelatẽfe tertium

S. V. Chalcedonẽfe vnum ex quatuor celeberrimis

S. P. Veneticum

Turonenẽfe

D. Hilarij

Simplicij

Felicis tertij

S. P. Tarraconenẽfe

D. Gelafij

S. P. Epauenẽfe

D. Symmachi

S. P. Ilerdenẽfe

Valentinum

D. Hormifdæ

S. P. Aurelianenẽfe

Gerundenẽfe

Cæfaraugufitanum

D. Ioannis primi

Felicis quarti

Bonifacij fecundi

S. P. Toletanum fecundum

D. Agapeti

Syluerij

Vigilij

S. P. Constantinopolitanum quintum

Aurelianenẽfe fecundum

Aurelianenẽfe tertium

Auernẽfe

Aurelianenẽfe quartum

Turonenẽfe fecundum

Parifenẽfe primum

Aurelianenẽfe quintum

D. Ioannis tertij

Benedicti

Pelagij fecundi

S. P. Hifpalenẽfe primum

Toletanum tertium

Matifconenẽfe primum

Matifconenẽfe fecundum

Antiffiodorenẽfe

Hifpalenẽfe fecundum

Toletanum quartum

Toletanum quintum

Toletanum fextum

Bracarenẽfe primum

Bracarenẽfe fecundum

Toletanum feptimum

Toletanum oãtauum

Toletanum nonum

Toletanum decimum

Cabilonenẽfe

Toletanum vn decimum

Bracarenẽfe tertium

S. V. Constantinopolitanum fextum

Toletanum duodecimum

Toleranum decimum tertium

Concilium fub Zacharia

tempore Carlomagni

S. V. Nicænum fecundum

S. P. Maguntiacum

D. Vormaciẽfe

Nicolaj primi

S. V. Constantinopolitanum oãtauum

Triburiẽfe

Lateranenẽfe

Viennẽfe

Constantienẽfe

Bafilienẽfe

Florentinum

Tridentinum

Vniuerfalium

Valentinũ

# ❁ UNIVERSALIVM SYNODORVM CLASSIS

Huiusce totius operis prima, non earum modò canones, verùm etiã actiones, à Nicæna prima ad Tridentinam vsque, breuiter facileque cõplectens: præmissis Apostolorum conciliis & canonibus, ac præfatiunculis quibusdam ad totam hanc rem apprime conducentibus.

De Apostolorum synodis Velitatio.

*Pet Franciscum Iouerium Valentinum, Academia  
Parisiensis Doctorem Theologum.*



Riusquã nostrã contentionis præcipuũ attingamus scopũ, opere precium erit difficultatẽ, tritam quidem eam & apud doctos sæpẽ discussã, de prima œcumenica synodo in

mediũ obiter proponere: vt eius discussione, primariã thesi de Apostolorum synodis intelligendã sternatur via, aditũq; pareatur facilior. Et quanuis nodi huius solutio, multorum exercuerit ingenia: euriõsior tamẽ videtur quã vt tractatione egeat longiore, q; de nomine potius q; de re instituatũ disputatio. Sed vt ad rem cominus accedamus: proponatur controversia in particulari, facta collatione primã synodi Nicænã, ad synodum aliquã sub Apostolis celebratã, vtra fuerit prima œcumenicã. Si ad œcumenicã synodum exigas generalem conuocationem, reuera non dicentur œcumenicę quę ab Apostolis habitę sunt. Præcipua: siquidem inter eas habetur Acto. 15. Sed quia non fuit omnibus indicta, quorum intererat adesse, (tantum enim aderant Apostoli quatuor, & aliquot pij & prudentes viri, quos beatus Lucas ecclesiam vocat) non dicetur œcumenica. Erunt igitur media hæc concilia inter œcumenica & prouincialia. Habita enim ratione materię (agebatur siquidẽ de fidei negotio) erunt vniuersalia: habita verò ratione congregationis, quę non fuit vniuersalis, potius accedent ad prouincialia quã ad œcumenica. Sed quia aderant Apostoli peculiariter donati muneribus & charismatibus spiritus sancti, poterant illi quidẽ pauci numero, de fidei rebus tutò statuere, quod non liceret hoc tempore, alijs non accersitis ecclesijs. De numero synodorũ quas Apostoli celebrarunt, maxima est inter Theologos contentio. Probabiliorem tamen sententiam, alijs non omnino neglectis, in medium proponemus.

Sæpẽ fuisse Apostolos congregatos ad religionis negotia tractanda, constat ex Actis apostolicis. Testimonio tamẽ multorum patrum, quatuor præcipui cœtus memorantur Acto. 1, 6, 15, & 21, qui-

bus additur etiã cœtus cuius fit mentio Acto. 4. Prima igitur post Ascensionem domini congregatio fuit Hierosolymis, ad eligendum aliquem in locum Iudæ proditoris, cui tunc sorte diuina suffectus est Mathias, vt habetur Acto. 1. c. In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum. &c. ad finẽ vsque capitis. Secunda congregatio habita est etiam Hierosolymis, anno primo post Christi mortem, & spiritus sancti missionẽ: ante Pauli conuersionẽ (quæ eodem anno contigit) ad eligendum septem diaconos, vt satis fieret ex postulationi gentiliũ aduersus Iudæos: quòd gentiliũ viduę non honorarentur in ministerio, id est, dum eleemosynę distribuerentur, non haberetur ratio gentiliũ viduarũ: neq; his subueniretur vt viduis Hebręis, vt legitur Acto. 6. ab initio capitis vsque ad finẽ. Quidam eam congregationem quę fuit post spiritus sancti missionem, secundã appellant, cuius meminit Lucas Acto. 4. cap. Dimissi autem venerant ad suos &c. Ad finem vsque. Sed hic cœtus propriẽ nõ dicitur concilium, cum non fuerit de aliqua re definitum: nec ea de causa conuenerant Apostoli: sed Petrus & Ioannes à vinculis liberati, eò se receperunt vbi erant alij Apostoli, & oēs vnanimis orarunt pro augmento gratiæ spiritus sancti, & abundantiore eiusdem confirmatione. Quidam inter eam congregationem quę habetur Acto. 6. & eam quę Acto. 15. eliciunt quandã intermediã ex Acto. ca. 8. Cum audissent Apostoli, q; Samaria recepisset verbum dei, miserunt Petrus & Ioannem vt imponerent eis manus. Tertia Apostolorũ congregatio seu synodus, ex qua desumpta est œcumenicorũ formula decretorum in ecclesia obseruata, Visum est spiritui sancto, & nobis, Acto. 15. habita est anno. 14 à Christi resurrectione, qui fuit secundus annus Claudij Cæsaris, cuius meminit Paulus ad Gala. 2. Deinde post annos 14. ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium, quod prædico in Gentibus. &c. Subdit, Et cum cognouissent gratiam quę data est mihi, Iacobus, & Ioannes & Cephas, qui videbantur columnę esse, dexteram dederunt mihi, & Barnabę societatis, vt nos in Gentes, ipsi autem in circuncisionem. &c. Ex contextu Paulino colligitur, agitatam fuisse hoc 14. anno, eam questionem de circuncisione, à gentibus conuersis, simul cum baptismo, recipienda: quę lis, Acto. 15. dirempta est. Quia hæc synodus fuit magnã cum solennitate celebra-



lebrata, eam ad longum describere libuit, tametsi quatuor soli Apostoli interfuerunt: Petrus, Paulus, Iacobus, & Barnabas, & seniores, qui casu aderant Hierosolymis. Quarta desumitur ex c. 21. Act. propter contentione de legis obseruatione, ad tempus Iudeis permisa. Tunc Paulus purificauit se cum alijs: & ex apostolis solus Iacobus interfuit cum Paululo illi congregationi. Inter eam quae habetur Act. 15. & hanc Acto. 21. quidam interponunt eam quae habetur Act. 20. cui solus Paulus ex apostolis interfuit: reliqui fuere presbyteri, vocanturque maiores natu ecclesiae Ephesine, qui ad Pauli praecipuum conuenere Miletum, ubi habitata est haec congregatio: quae fuit velut typus diocesanarum synodorum postea in ecclesia celebrandarum.

Quaedam alias fuisse Apostolorum congregationes non dubito, quarum sacra scriptura expressè non meminit, ex receptis tamen colliguntur historijs, qualis est illa in obitu sanctissimae dei genitricis Mariae, cui omnes apostolos adfuisse probabile multi existimant, inter eos etiam Nicephorus affirmat. Lege Velitationem in Apostolorum Canones, quae hanc proximè sequitur. Praeterea Symbolum quod ab apostolis habemus, tanquam fidei formulam, in concilio ab eisdem habito editum est, postmodum traditum ecclesiae, ad nos usque, per manus deriuatum: ut testatur Clemens Romanus in epistola ad Iacobum fratrem domini, & Ireneus lib. 1. ca. 2. In mundum enim vniuersum dispergendi, in vnum coacti antequam abirent, tesseram illam fidei vnicam & concordem fidelibus praescribere voluerunt: quod Leo ad Pulcheriam Augustam scribit. Catholici symboli breuis & perfecta confessio duodecim apostolorum totidem signata est sententijs. Eandem rem propius explicans Ambrosius, Clauem, inquit, istam arbitror duodecim artificum operatione conflata. Duodecim enim apostolorum symbolo fides sancta concepta est: qui veluti periti artifices in vnum conuenientes, clauem suo concilio conflauerunt. Existimat igitur Ambrosius, ad condendum symbolum Apostolos in vnum fuisse congregatos. De his haec tenus.

TERTIA SYNODVS APOSTOLORVM, sub D. Petro Papa primo celebrata, ex decimo quinto capite libri Acto- rum Apostolicorum excerpta.



Vidam descendentes de Iudaea, docebant fratres (i. fideles ex Gentibus conuersos) quod nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditione & disceptatione non parua, Paulo & Barnabae aduersus illos, constituerunt ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex ipsis, ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac questione. Illi ergo deducti ab ecclesia, peragrabant Phoeniciam & Samariam, narrantes conuersionem Gentium, & afferebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem venissent Hierosolymam suscepti sunt ab ecclesia, & Apostolis, & senioribus, annunciantes quanta Deus fecisset cum ipsis. Surrexerunt autem quidam de haeresi Pharisaeorum, qui credebant, dicentes, quod oportet circumcidere eos, & praecipere, seruare legem Moysi conueneruntque Apostoli & seniores videre de

hoc verbo.

Cum autem magna disceptatio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos. Viri fratres, vos scitis, quod ab antiquis diebus Deus inter nos elegit per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere. Deus qui nouit corda, testimonium perhibuit eis, dans eis spiritum sanctum, sicut & nobis: & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum, ut imponatur iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi, credimus saluari quemadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum narrantes, quanta Deo fecisset signa & prodigia in gentibus per eos.

Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus dicens: Viri fratres, audite me: Simon narrauit, quemadmodum primum Deus visitauit, ut sumeret ex gentibus populum nomini suo, & huic concordant verba prophetarum, sicut scriptum est: Post haec reuertar & reaedificabo tabernaculum Dauid, quod collapsum est, & diruta eius reaedificabo, & erigam illud, ut requirant dominum reliquiae hominum, & omnes gentes, super quas inuocatum est nomen meum, dicit dominus, qui facit haec omnia. Nota sunt a seculo domino omnia opera sua. Propter quod ego iudico non esse turbandos eos qui ex gentibus conuertuntur ad Deum: sed scribendum ad eos, ut abstineant a contaminationibus simulachrorum & fornicatione, & suffocato sanguine. Moses enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum praedicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur.

Tunc placuit Apostolis & senioribus, cum omni ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur Barsabas, & Silam, viros primarios inter fratres, & scripserunt per manus eorum.

EPISTOLA CONCILII Apostolorum.

Apostoli & seniores, & fratres, fratribus qui sunt ex Gentibus Antiochiae, & in Syria, & Cilicia salutem. Quoniam audiuimus, quod quidam ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis, labefactantes animas vestras, iubentes circumcidi, & seruare legem quibus non mandauimus: placuit nobis collectis vnicum eligere viros, & mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba & Paulo hominibus, qui tradiderunt animas suas, pro nomine Domini nostri Iesu Christi. Misimus ergo Iudam & Silam, qui & ipsi vobis eadem referent verba. Visum est enim spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam haec necessaria, ut abstineatis ab idolothytis, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, a quibus custodietes vos bene ageris. Valete.

Illi ergo dimissi descenderunt Antiochiam. Et congregata multitudo, reddiderunt epistolam. Quam cum legissent, gauisi sunt super consolatione. Iudas autem & Silas, cum essent etiam ipsi prophetarum verbo vbertim consolati sunt fratres, & confirmauerunt. Commorati autem aliquo tempore dimissi sunt cum pace a fratribus ad Apostolos, qui miserunt illos. Visum est autem Silae ibi permanere. Paulus autem & Barnabas comorabantur Antiochiae docetes & euangelizantes cum alijs pluribus verbis Domini.

De Apo-

DE APOSTOLORVM CANONIBUS Velitatio.



De Apostolorum Canonibus, certant Theologi, & nondum lis dirèpta est, An sint Canonici, necne. Gratianus distinctione. 16. variè & lubricè diuersas proferens super hac re sententias, quasi more Academico, nihil certi statuit. Ait enim eos, Adriani secundi sententia approbatos, in Epistola ad Tharalsium Constantinopolitanum, cuius tamen rei in ea Epistola non meminit Adrianus. Nam in quarta actione septimae synodi, illa verba, quibus comendatur sexta Synodus & eius Canones, sunt Tharalsij, & non Adriani. In fine tamen praedictae quartae actionis, confirmatur a Concilio, & legatis Adriani Papae, ipsa. 4. actio, qua approbatur canones sextae Synodi, in quorum secundo Recipiuntur. 85. Canones Apostolorum. Quae hanc bipartita est, Altera pars auctoritatem horum Canonum, Altera numerum concernit. Prioris autem assertoria pars est certissima, videlicet Canonum Apostolicorum dignitatem receptam esse & indubitata, quae iam multorum patrum auctoritate comunitur, ut vix audeat quisquam, nisi velit impudentis, nota subire, hos canones esse omnino apocryphos asserere. Athanasius enim inter agiographa eos enumerat. Epiphanius libr. 3. contra haereses, Audianus confutans, institutionem Apostolorum citat, dum agit de paschae celebratione, praecipiens, ut gentiles ad fidem conuersi, celebrent sanctum pascha, iuxta formam fratrum, qui sunt ex Iudaeis conuersi: tametsi non inueniatur inter canones quos habemus. Innocentius primus, qui floruit Anno 406. epistola 18. scribens ad Alexandrum episcopum, capite primo commendat ecclesiam Antiochenam, subiungit. [Quae couentum Apostolorum apud se fieri meruit.] Ex quibus verbis probabiliter colligitur, Antiochia a senatu Apostolorum fuisse hos canones editos, & ecclesiae per manus traditos, quemadmodum de Apostolorum symbolo tradunt patres, Clemens papa in epistola ad Iacobum & Tertulianus aduersus praxeam, & Augustinus plerisque in locis. Haec tamen de horum canonum dignitate, nunc de numero agendum. Isidorus primus inter Latinos conciliorum collector, quinquaginta tantum recenset. Sexta Synodus canone secundo, 85. probat, tametsi non sint nisi. 84. in primo tomo conciliorum: sed duodecim latinus, est in codice graeco in duos diuisus: quod in ipso, quem exhibemus, codice, signatum inuenitur. Zepherinus tamen quingentis annis sexta synodo prior, sexaginta tantum canones admittit. Leo nonus 350. fere annis posterior eadem sexta synodo, totidem enumerat: In epistola ad Michaelem patriarcham, contra epistolam Niceti abbatis. De numero igitur praecipua est difficultas. Nam vltimo Apostolorum canone recipitur Ioannis euangelium: Atqui Petrus sub Nerone martyrio coronatus est 14. anno Neronis, qui fuit vltimus sui imperij: Ioannes vero non scripsit suum Euangelium, nisi post reditum ab exilio, a Pathmo insula (ad quam eum relegauerat Domitianus) imperante Nerua, quo tempore iam Petrus erat mortuus: Non potuit igitur eius Euangelium confirmare. Aduget difficultatem, quia etiam in 28. canone habetur, a me

Petro: Igitur viuente Petro & diti sunt illi canones. Praeterea habetur sexagesimo secundo canone, quod comedens carnes cum sanguine deponatur. 66. autem ieiunium diei dominicae & sabbati prohibetur. De quibus agitur in examine canonum sextae synodi. Res est difficilior, in qua mallem doctiorum audire sententiam, quam meam exhibere ieiunam ac tenuem definitionem. Videtur quibusdam, idem contingere huic libro, quod plerisque alijs pijs & catholicis, ut haereticorum nequitia fuerit deprauati, conspersis quibusdam: Quemadmodum Clementis opera, pastoris librum, aliosque permultos huiusmodi libros, sic ab haereticis, qui nascentem ecclesiam etiam impugnarunt, arbitrantur conspersos esse aliquot falsis dogmatibus, forte a Nicolaitis, qui fuerunt ex primis Sathanae ministris. Ego vero sicut nolle certa & indubitata fide, hos omnes canones tribuere Apostolis: sic nolim tam facile apparentem fidem, propter vnum aut alterum canonem eis derogare. Id autem quod habetur in vltimo canone, in approbatione librorum canonicorum, de Ioannis euangelio, non paruam habet difficultatem. Fortè, ex libri margine, cui ab aliquo sciolo additum fuit, in contextum irrepit: quae solutio trita & communis, si alicubi recipitur, hac in re habeat locum oportet. Fieri etiam potuit, ut aliquis pietate quadam simplici adductus, euangelium Ioannis inter alios canonicos libros addiderit. Nisi forsitan, dicam? Petrum Apostolorum Coryphaeum, cum alijs prauidisset Ioannem editurum euangelium: Quod videretur satis extortum, & quasi argumento urgente dictum. Quocirca, id quod iam prius dictum est, probabilius nobis apparet.

Collatione facta exemplariorum, circa hos Apostolorum canones, quandoque variam lectionem, quandoque redundantem, aut definentis additionem margini apposuimus, aut quando negotium postulabat, lectioni inseruimus.

TITVLI CANONVM APOSTOLICORVM, iuxta veterem editionem.

- 1 De ordinatione episcopi.
2 De ordinatione presbyterorum, diaconorum, & ceterorum.
3 Nihil aliud in sacrificio, praeter quod dominus statuit, offerendum.
4 Quae species ad altare non ad sacrificium, sed ad benedictionem simplicem debeant exhiberi.
5 Quod ea quae in ecclesijs offerri non possunt, ad domos sacerdotum a fidelibus deferantur.
6 Ut episcopus, aut presbyter uxorem suam, quam debet castè regere, non relinquat.
7 Ut sacerdotes & ministri altaris, secularibus curis abstineant.
8 Quo tempore pascha celebretur.
9 Quod ministri altaris oblatione celebrata, communicare debeant.
10 Quod fideles laici ingredientes ecclesiam, communicare debeant.
11 Quod cum excommunicatis non sit orandum.
12 Quod cum damnatis clericis non sit orandum.
13 Ut nullus fidelium praeter commendatitias suscipiatur epistola.
14 Ut ab episcopis aliena parochia minimè peruadatur.
15 Ut clerici proprias ecclesias non relinquunt.

Tituli uerbi sunt statim post 3. cano. uno numero a canonibus huius libri. 37 et 39. etc.





\* Suos uocet in exemplari gratia. al. nec ul o modis ipsi desit. b. Ibid. c. Ex nis autem. Passim in Eccl. & Dent. 18. 1. Cor. 9. c. 3. c. Episcopus aut presbyter. D. 47. Episcopus aut presbyter. al. susceperit. 2. Corin. 6. D. 32. Præter. Matt. 28. De consec. D. 4. Si quis presbyter. Mat. ultimo. His 50. ca. no. accõmodati sunt tituli ex antiqua translatione.

nos erogetur in pauperes. præcipit autem & ipse (si modo idiger) quatuor ad necessarios suos, & hospitio excepto: ut fratrum usus opus habet, \* ne quomodo ipse posteriore loco habeatur, quam ceteri. Ordinavit enim lex Dei, ut qui altari inseruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites unquam suisannonis arma hostibus inferant.

41 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget, vel definito, vel deponitor.

42 Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit, vel definito, vel a communione se iungitor. Similiter & laici.

43 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui susuras a mutuum accipientibus exigit, vel definito, vel deponitor.

44 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit, duntaxat a communione suspenditor. Si verò etiam ipsos tanquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

45 Episcopum, aut presbyterum qui hæreticorum baptisma, aut sacrificium susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim conuentio inter Christum & Belial? Aut quæ particula fidei cum infideli?

46 Episcopus, aut presbyter, si eum qui verum baptismum habeat, iterum baptizauerit, aut pollutum, ab impiis non baptizauerit, deponitor: ut qui crucem & mortem domini derideat, neque discernat veros sacerdotes a sacerdotibus impostoribus.

47 Si quis laicus cum suam a se uxorem abiicit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam, a communione segregator.

48 Si quis episcopus, aut presbyter secundum ordinationem domini non baptizauerit in patrem, & filium, & spiritum sanctum, sed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paraclitos, deponitor.

49 Si quis episcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immersiones, sed vnam duntaxat quæ in mortem domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, In mortem meam baptizate: sed, Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

50 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicquid omnino de sacerdotali consortio nuptiis, & carnibus, & vino abstinerit, non propterea quod mens ad cultum pietatis reddatur exercitator, sed propter abominationem, oblitus quod omnia pulchra valde, & quod masculum & feminam Deus creauit hominem, sed diffamationibus lacessens creationem Dei vocat ad calumnia: aut corrigitor, aut deponitor, & ex ecclesia reiicitor. Consimiliter & laicus.

51 Si quis episcopus, aut presbyter, eum qui a peccato reuertitur, non recipit, sed reiicit, deponitor, eo quod Christum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem qui resipiscat, gaudium oboriri in celo.

52 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus & vino festiuis diebus non utatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis author sit offendiculi.

53 Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, a communione excluditor: excepto tamen eo, qui necessario in itinere in commune diuerterit hospitium.

54 Si quis clericus episcopum contumelia affecerit, deponitor: principi enim populi tui non maledices.

55 Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum aut diaconum, a communione segregator.

56 Si quis clericus claudum, mæcum, aut mutum, surdumve, aut cæcum, aut eum cui vitiosus incessus est, subannauerit, communione priuator. Consimiliter & clericus.

57 Episcopus, aut presbyter qui negligentius circa clerum aut populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione segregator: si verò in ea \* socordia perseverauerit, deponitor.

58 Si quis episcopus, aut presbyter clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit, a communione reiicitor: si perseverat, deponitor, ut qui fratrem suum necauerit.

59 Si quis falsò in scriptos impiorum libros tanquam sacros in ecclesia ad populi, & cleri \* corruptionem publicauerit, deponitor.

60 Si accusatio contra fidelem instituat de fornicatione, aut de adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

61 Si quis clericus per metum humanum vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, si quidem nomen Christi, ab ecclesia reiicitor: si verò nomen clerici, deponitor. Pœnitentia tamen ductus, aut laicus recipitor.

62 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicumque ex sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ ei, aut a bestiis abreptum, aut suffocatum, deponitor. hoc enim lex prohibuit. si verò laicus sit, a communione excluditor.

63 Si quis clericus, aut laicus synagogam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingressus fuerit, ut preces cum illis coniugat, deponitor, & a communione secluditor.

64 Si quis clericus in concertatione aliquem pulsauerit, & vno ictu ac pulsatione interemerit, deponitor propter temeritatem suam. Si verò laicus sit, arcetor a communione.

65 Si quis Dominicum diem, aut sabbatum, vno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor. Si laicus, a communione eiicitor.

66 Si quis virginem sibi non desponsatam, admoda vi detinet, a communione suspenditor. non licitum autem esto ei aliam ducere, sed eam detineto quam \* sollicitauit, quamuis pauperula sit.

67 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponitor tam ipse, quam qui ipsum ordinauit, nisi forte constet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim a talibus baptizati aut ordinati sunt, hi neque fideles, neque clerici esse possunt.

68 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, \* aut lector, aut cantor, sacrâ quadragesimâ Paschæ, aut quartam feriam, aut parasceue non ieiunauerit, deponitor, præterquam si imbecillitate impediatur corporis. Si laicus sit, communione priuator.

69 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicumque ex clericorum consortio cum Iudæis ieiunauerit, aut comunem festum diem cum ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis susceperit, deponitor: si laicus, a communione segregator.

70 Si quis Christianus oleum \* ad sacra gentilium,

aut ad synagogam Iudæorum in festis eorum detulerit, aut lucernam in cæderit, a communione excluditor.

71 Si quis clericus, aut laicus ceram aut oleum ex sancta furripiat ecclesia, a communione se iungitor: & quintuplum cum eo, quod surripuit, restituat.

72 Vas aureum & argenteum sanctificatum, aut velamen linteumve, nemo amplius in suos usus assumito: iniquum enim est. Ceterum si quis deprehensus fuerit, excommunicatione mulcator.

73 Episcopum de aliquo, per fide dignos, accusatum homines, ab episcopis vocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus conuictusque fuerit, censura irrogator ecclesiastica. Si verò vocatus non obtemperauerit, secunda quoque vice vocator, missis duobus ad ipsum episcopis: Quod si ne sic quidem paruerit, vocator & tertio, duobus denuò episcopis ad eum missis. Quod si per contumaciam nec sic quidem comparuerit, synodus suam contra ipsum pronuntiato sententiam, ne quid tergiversando detrectandusque iudicium, lucrum facere videatur.

74 In dictionem testimonij contra episcopum hæreticus non admittitor, sed neque fidelis, si solus sit. In ore enim duorum vel trium testium consistet omne dictum.

75 Item non oportet episcopum fratri, aut filio, aut cognato gratificantem, ad ecclesiæ dignitatem discernere quem velit. Hæredes enim episcopatus facere haud æquum est, res Dei affectu condonantem, aut alteri cognato, humano gratificari affectu. Neque enim ecclesiam Dei conferre debet in hæredes. Enimvero si quis id fecerit, irrita permanet ordinatio, ipse autem ex communicatione percussitor.

76 Si quis oculo defectus, aut obruso crure existat, & dignus sit, episcopus efficitur. Non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ.

77 Qui verò mutus, surdusve, & cæcus est, episcopus non efficitur: non quia obleso corpore est, sed ne ecclesiastica impediatur munia.

78 Si quis demonem habeat, clericus non efficitur, sed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus verò recipitor: & si dignus fuerit, efficitur.

79 Qui ex vita gentili aduenit, & baptizatus est, aut ex conuersatione praua, eum, iustum non est, protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est, eum qui non prius specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere, nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

80 Dicimus, quod non oporteat episcopum, aut presbyterum, publicis se administrationibus immittere, sed vacare, & commodum se exhibere visibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito, hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum Dominicum.

81 Serui si in clerum promoueantur citra dominorum voluntatem, hoc ipsum operatur rehibitionem. Si quando verò seruus quoque gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noster Onesimus apparuit, & domini consenserint, manumque emiserint, & domo sua ablegauerint, efficitur.

82 Episcopus aut presbyter, aut diaconus qui militiæ vacauerit, & simul utrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quam functionem sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo.

83 Quisquis Imperatorem, aut magistratum contumelia affecerit, supplicium luito: & quidem si cle-

ricus sit, deponitor: si laicus, a communione remouetor.

84 Sunt omnibus vobis, clericis simul & laicis venerandi ac sacri libri, veteris quidem Testamenti, Moysi quinque Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regnorum quatuor, De relictorum ex libro dierum duo, Hester vnus, De Maccabæorum gestis tres, Iob vnus, Psalterium vnus: Salomonis tres, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim vnus, Eiaia vnus, Hieremiæ vnus, Iezechiel vnus, Daniel vnus. Inquirentes autem a vobis extrinsecus, ut adolescent vestri addiscant item sapientiam eruditi Syrach. Nostri verò, hoc est, noui Testamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Luca, Ioannis, Pauli epistolæ quatuordecim, Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudæ vna, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ vobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt: quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana quæ in se continent. Et actiones nostras Apostolorum.

Laodiceæ c. 40. forte, 44. can. ultimo. hoc est librum dierum. Et dicitur duo. id est. Esdræ duo legitur in libro parisiensi. Et præter hæc vobis insuper tradatur, ut adolescent ut scri addiscant sapientiam eruditi Syrach. Et est ecclesiasticum, cuius scriptura est sapientia Iesu filij Syrach.

CONCILII NICAENI primi œcumenici origo & progressus.



Vm in Alexandrina ecclesia esset quidam presbyter, Arrius nomine, elati & ambitiosi, non minus quam fucati animi, qui ad dignitatem quam optabat peruenire non valens, hæreticorum more, aliquod dogma insolens & hæreticum planè adinuenit, ut posset vir alioqui ignotus, eo nomine illustrior haberi, more eius qui ut in precio haberetur, Dianæ Ephesinæ templum incendit. Asserebat enim verbum Dei creaturam esse, diuersæ naturæ & essentiæ a patre, eoque longè inferius, quod iniquum dogma auctoritate illa diui Ioannis (Pater maior me est) & similibus confirmabat, cumque is ab Alexandri episcopi obedientia, a quo admonitus, & correptus sæpe fuerat, secessisset, perfrieta fronte impudentior factus, multos suo veneno cacodæmonis instinctu infecit. Iam eò res deuenerat, ut aperto Marte Arrius cum coplicibus Alexandro aduerfaretur. Quod cum Constantino Imperatori nuntiatum esset, molesto & ægro animo ferens, insignem pari & eruditione, & pietate virum Osium Cordubensem, qui tunc temporis propter religionis negotia apud eum agebat, ad litem componendam in Alexandriam destinauit, qui re infecta (vsque adeo contentionis ardor efferbuerat) ad Constantinum rediit. Tandem cum nihil spei relictum esset sedandæ contentionis, a concilio generali præsentissimum tanto malo remedium petendum prudenter existimauit. Missis itaque a summo pontifice Syluestro duobus legatis Victore, & Innocentio, conuenerunt. 318. episcopi doctrina, sanctitate, ac religione insignes, inter quos fuit Nicolaus Mirrha episcopus, Spiridon Cyprius, & Paphuntius ex superiori Thebaide, & alij multi vita & miraculis clari. Interfuit etiam Alexander episcopus Alexandriæ, quem comitatus est Athanasius eiusdem ecclesiæ tunc temporis diaconus. Aderat & ipse Arrius, & sequaces eius, quorum præcipuus erat Eusebius Nicomedien-



episcopus & alij. Cùm res ardua admodum esset, ac difficilis, diuini verbi quippe naturam concernens, longa atque matura vltima citraque acri concertatione, statutum est omnium catholicorū consensu verbū *ὁμοούσιον*. i. consubstantiale esse patri: Quā sententiam cum decem & septem episcopi factionis Arrianæ nollent recipere, in exilium à Constantino acti sunt: è quibus vndecim palinodiam fidei tamen, vt sæpe solent hæretici, cecinerunt, vt exilij incommoda vitarent. Inter quos fuit Eusebius Nicomedie episcopus, vafer homo, & noxius, quippe qui sua fictione plus nocuit, quàm si fuisset apertus hostis. Zozomenes lib. 2. tripart. histo. cap. primo tribuit Iulio. 1. huius Synodi Nicænæ tempus, & Casiodorus eandem sententiam sequutus. Crediderim tamen, codicem non carere menda: tametsi libellus quidam anno 1553. Florentiæ, nomine Cardinalis Gasparis Côtareni, velut posthumus, authore iam defuncto in lucem emissus, vt conciliet hanc diuersitatem, tribuit concilij Nicæni initium Syluestro, finem verò Iulio primo. Quod facile improbat ex concilio Romæ celebrato à Syluestro, cui interfuit idem Constantinus imperator, cum matre sua Helena, quo approbatum fuit Nicænum concilium proximè ante celebratum. Cæterum inter Syluestrum & Iulium præfuit ecclesiæ Marcus, qui vixit duos annos & eo plus, à quo petiit Athanasius canones concilij Nicæni. Ex quibus omnibus facile colligitur cōcilium Nicænum fuisse temporibus Syluestri, & non Iulij celebratum: nisi intelligat Zozomenes interfuisse Iulium Nicæno concilio, non tanquam Romanum pontificem, sed nomine proprii Episcopatus, tamen inter subscriptiones minimè legatur eius nomen. Constantini imperatoris (licet breuitati studeamus) hoc loco omitti nō debet religio, & pietas, affectusque ingens erga ecclesiā, quod destinarit omnibus patribus, & equos, & vehicula, quibus possent à longinquis regionibus ad concilium commodè accedere, vnā sumptus omnes, & cætera omnia magnificè, vt principem decet, eidem suppeditauit. Cùmque inter patres essent, quibus in Maximiani persecutione, pro fide Christi abscissi fuissent nerui poplitis sinistri, & oculi dextri eruti, solebat pius imperator Constantinus, hos patres tanta veneratione colere, vt sepe ciaticem oculorum, Christi nomine oscularetur, tanto religionis amore æstuabat. Ordini ecclesiastico tatum detulit, vt noluerit causas sacerdotum iudicare, saccūque in quo erant literæ contentionum inter ecclesiasticos, comburi ante se iusserit, afferens eos iudices secularium futuros, & non decere, vt ab eis iudicarentur. Sicque omnium lites composuit vt *ἀμυσίαν* amnistiam, id est, iniuriarum obliuionem quādam more Thrasibuli induxisse videretur. Nec omnittendum est hoc in loco singulare modestiæ, quod principibus Christianis reliquit exemplum: dum in concilio post episcopos, ab eisque primum rogata venia sedere voluit. Quo facto pontificiam dignitatem imperatoria præstantiorē esse, verè pius princeps agnoscebat, & testabatur. Nec est creditu dignum, quod ab aliquibus fertur, Constantinum ab Eusebio Nicomedensi in Arrianismū inductum, ab eodemque baptizatum: quam rem de Constantio vno ex tribus Constantini filiis intelligendam arbitror, vt gesta Felicis papæ successoris Liberij testantur. Ad hæc Græca ecclesiā Cō-

Hist. eccl. lib. 10. ca. 4.

stantini imperatoris festum vigesima prima mensis Maij celebrat. Ambrosius etiam in psal. 13. cum magni meriti fuisse, ait, apud Deum, quia primus imperator viam fidei & deuotionis principibus reliquit. Beatus etiam Gregorius Mauritio scribens Constantinum bonæ memoriæ, cum appellat.

De numero canonum huius concilij, dubitatur à multis fuerintne viginti præcisè an plures?

Hos enim viginti, ex Gratiani codice collectos fuisse arbitrantur plerique, quod facile crediderim, quemadmodum multa alia antiqua monumenta in eodem codice nobis asseruata fuisse constat: tamen ex epistola Athanasij ad Marcum papam colligitur fuisse 70 canones huius Synodi, quos petebat sibi transmitti, cum Arrianorū nequitia deuastati fuissent in Alexandrina ecclesia catholicorum libri. Hos 70 canones respondet Marcus papa, se destinare Athanasio & Aegyptiis episcopis. Vide etiā su per hac re epistolas Liberij papæ. Ex his 70 canonibus extant quidam in concilio Arelateni secundo, & Antiocheno, & Sardicensi, & in decretis Iulij primi. Ad hæc Hieronymus in Prologo Iudith asserit Librum Iudith receptum à Nicæna Synodo, cuius rei nulla fit mentio in hoc concilio, consentaneum est aliquot canones huius Synodi periisse.

Adiunximus tãquam appendices huic sacrosancto Nicæno concilio, Romanum sub Syluestro, & Sardicense: non quod existimem hæc duo generalium numero habenda. Sed tanquam appendices eius hoc loco inseruntur, quia perpauca huius Synodi Nicænæ omnium generalium primæ ac celeberrimæ habemus, visum est his duobus asseclis in medium prodire.

Huius concilij Nicæni extant duæ præfationes in tomis conciliorum, in quarum priori annotatur mox post initium.

Sciendū est sanè ab omnibus, qm̄ sancta ecclesia Romana, nullis Synodicis decretis prælata est: sed euāgelica voce domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit, vbi dixit beato Petro Apostolo: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam, &c. Adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe, beatissimi Apostoli Pauli vasis electionis, qui vno die, vnōque tempore gloriosa morte cum Petro, sub principe Nerone, agonizans coronatus est, & ambo pariter ecclesiam sanctam Romanam Christo domino consecrarunt, aliisque omnibus vrbibus in vniuerso mūdo eam sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerūt &c. Prima ergo sedes est, cælesti beneficio Romanæ ecclesiæ, quam beatissimi Apostoli, Petrus & Paulus suo martyrio dedicarunt. Secunda sedes Alexandria, quam beatus Marcus, à Petro directus consecrauit suo martyrio, cui successit Abilius. Tertiaverò sedes apud Antiochiam eiusdem beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis, quia illic priusquam Romam veniret habitauit, & Ignatium episcopū constituit: & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. De Ierosolymitana ecclesia subdit, quod sit honorabilis, quia Iacobus frater domini secundum carnem nuncupatus, à Petro, Iacobo & Ioanne episcopus ordinatus, illic oportet esse primā sedem, sed ne forè ab infidelibus & idiotis sedes domini nostri Iesu Christi (quæ in cælo est) i terra esse putetur nō est factū. Sequitur postea. Ecclesiā Ephesinā, quia beatus Ioānes in ea mul-

Videi creati ceteri 22. sicut etiam in lib. 3.


Antiochiam quem dicitur Ignatium

Zacharia quem dicitur Ignatium

Es. 40. b Psal. 118.

to tēpore moratus, atq; scripsit suū Euangeliū, ibique mortuus est, primum locum tenere in cōciliis, inter Metropolitanas. Tãdem accedit ad narrationem concilij Nicæni, ex lib. 10. hist. eccl. ca. 1. & 3.

ITEM, ALIVD QVODDAM PRAEAMBULUM, pro eodem concilio Nicæno, tempore Syluestri papæ primi.



Anto sanè certius ac sacratius nobis esse debet hoc concilium, quāto contentiosius olim orbis Christianus variis propter ipsum concussus est tumultibus & disidiis, dum contra illud insurgeret totis conatibus mundi dominus Imperator Constantius Augustus, Constantini maximi filius. Congregans enim multa & numerosa episcoporum concilia, iam in Oriente, iam in Occidente, quibus acta sacratissima huius concilij rescinderet, in eam postremō angustiam redegit ecclesiam catholicam, vt in tribus tantum episcopis assertio eius fidei consistere videretur, teste Hieronymo, in Athanasio (videlicet) Alexandrino, Hilarioque Pictaunen. & Romano pontifice Liberio. Hos tamen ille sic exagitauit exiliis, & persecutionibus, vt Liberius tandem fractus ærumnis, in sententiam impij principis, dum restitueretur, celsisse sit iudicatus. Nisi igitur in solidissima fidei petra (super quam ecclesiam suam extruxit Christus) fuissent decreta & huius concilij acta per spiritum sanctum fundata, præualuissent vtrique tam præpotentes illæ inferorum portæ, quæ sæpe. 300. & amplius episcoporum subscriptionibus per varia concilia Mediolani, Arimini, Sirmij, Seleuciæ, Antiochiæ, &c. à Constantio Augusto conuocata, sacrosanctam huius concilij fidem abolere nitentur, id quod ex historiis ecclesiastica & tripartita notissimum est. Quāta igitur existimari debet Nicænæ fidei firmitas & certitudo, quam neq; potentia atque verusitudo Constantij Augusti, neque ingenium, & apostaticū Iuliani Imperatoris odiū, neque decē & amplius concilia numerosa subscribentium episcoporum, nec item Valeritius august. & Iustinæ aug. impij conatus, nec denique tot populorum, barbarorumque in Gothis, Vandalis que gentium, seu impugnationes euertere atque abolere potuerunt? Nam quia fundata erat, supra firmā petram, ideo nec pluuie subscriptionum episcoporum, nec flumina populariū vexationum, nec freui persecutionum imperialium regaliumque venti in domum istam irruentes, eam euertere valuerunt. Stetit immota illius fidei veritas, atque inuicta authoritas, dum tot, tantisque quassaretur hæreticorū turbinibus & procellis. Permanit deinde in quieta possessione annis plus mille, ad hæc vsque tempora periculosa, in quibus audax impietas huius quoque concilij, vt omnium p̄a instituta fugillare non formidat, dum alius ordines sacros, alius homouij vocabulum contemnit & odit. Sed facile sustinebit hos nouorum hostium impetus & incurfus Synodus illa, tot iam seculis firmissimè radicata, & per verbum domini, cui innititur, in æternum permanens, quicquid in illam dicat, agantq; audaces apostata. Sic enim publica lege ante M. C. annos de ea statuerunt pij principes Gratianus, Valentinianus, & Theodosius. Arceantur cunctorum hæreticorū

Matt. 16. e

Matt. 7. d

Es. 40. b Psal. 118.

C. defum. s. m. & s. de arb. li. 2.

Gene. 14. d

Nicæna ubi de Jerry. 1. 110.

ab illicitis cōgregationibus turbæ, & vnus, & summi dei nomen vbique celebretur, Nicænæ fidei dudum à maioribus tradita, vt diuine religionis testimonio atque assertione firmata, obseruantiæ semper mansura teneat. Religiose autem obseruat numerum episcoporum, qui huic interfuerunt Synodo, diuus Hilarius in eo, quem ad Germaniæ, Galliarumque episcopos scripsit tractatu. Et mihi quidem (inquit) ipse ille hic numerus sanctus est, in quo Abraham victor regum impiorum, ab eo, qui æterni sacerdotij est forma benedicatur.

Subdit postea quæstionem de numero canonum huius concilij, quæ iam discussa est initio. Vide dist. 16. cano. septuaginta, eadem dist. cano. viginti. Adducitur postea ex historia tripartita lib. 1. cap. 9. & 12. & ex ecclesiastica historia lib. 1. cap. 2. & 3.

Nicæa Asiæ ciuitas, Bithyniæ Metropolis, ab Antigono Philippi filio condita, Antigonina primum dicta est, postea verò à Lyfima-cho nomine eius vxoris Antipatri filia Nicæa appellata. Hæc Strabo. lib. 12. Plinius lib. 5. ca. 32. Pto- lomæus lib. 5. cap. 1. Vulgò Nice.

Adduntur aliquot epistolæ ex historia ecclesiastica & tripar-

EPISTOLA ALEXANDRI, EPISCOPI Alexandrini ad episcopos vniuersos. Socrates.



ilectissimis atque charissimis, vbique catholica ecclesiæ cōministris, Alexander in domino salutem. Quum vnum catholica sit corpus ecclesiæ, mādato existere in scripturis sacris, vt seruetur vinculum pacis & vnanimi- tatis, consequens est, debere nostris scribere, & alterutris, quæ apud singulos aguntur insinuare, vt siue patitur, siue gaudet vnum membrum, compatiatur, aut congaudeamus adinuicē. In nostra igitur parochia nunc egressi sunt viri iniqui, & Christo rebelles, docentes apostasiam, quam rectè quilibet præcurrere suspicetur Antichristo. Et volui quidem, hoc taciturnitati contradere, si quomodo inter solos apostatas consumeretur hoc malum, & non loca alia penetrando, simplicitatem sordidaret auditus. Sed quoniam Eusebius nunc Nicomediæ, putans in se consistere causas ecclesiæ (quia quum reliquisset Berytiorum ciuitatem, & concupisset Nicomediensem ecclesiam, non est in eo vltio subsequuta) patrocinator etiam his apostatis, & scribere vtrique molitus est, commendans eos, si quomodo trahat aliquos ignorantes ad hanc pessimam hæresim, & Christo rebellem. Ideoque necessariū iudicavi, sciens quod in lege scriptum est, vltius non tacere, sed vobis omnibus indicare, quatenus etiam vos sciatis apostatas, & eorum hæresis verba nequissima caueatis. Si ergo scripserit vobis Eusebius, ne recipiatis eum, nec eius scripta suscipiatis.

Ea verò, quæ opinantes loquuntur, huiusmodi sunt. Non semper (inquiunt) Deus pater fuit, non semper fuit Dei verbum, sed fuit, quater Deus pater non fuit, Dei autem verbum ex non existentibus factum est. Existens enim Deus, ex non existente, non existentem fecit, quapropter aliquando fuit, quando nō fuit. Creatura est enim & factura filius, nec similis est patri secundum substantiam, neque verus est, neque vera eius sapiētia est, neque verum naturali-

Hist. tripart. lib. 1. ca. 134. Ephe 4. a

al. vniuersitati

1. Cor. 12. d

Es. 58. d

naturaliter patris verbum est, sed vnus quidem creaturarum & facturarum est. Abusue autem dicitur verbum & sapientia, factus & ipse, & existens in proprio Dei verbo, & in Dei sapientia, in qua & ipsum, & omnia fecit Deus.

Hæc itaque dicentes, id est, Arrium, & qui cum eo sunt, & in his impudenter instantes, ipsos, & sequaces eorum nos quidem cum episcopis Aegypti, & Libyarum, pene centum conuenientes anathematizauimus. Qui vero circa Eusebiū susceperunt, miscere studentes veritati mendacium, & impietatem cum pietate sociare, sed non preualcunt. Vincet enim veritas, nec vlla communio est luci cum tenebris, neque concordia Christi cum Belial.

3 Esdr. 3. c.  
2. Cor. 6. c.  
Ioh. 1. c.

EPISTOLA ALEXANDRI, ALEXANDRINI EPISCOPI, AD ALEXANDRUM CONSTANTINOPOLITANUM EPISCOPIUM.

Hist. tripar.  
lib. 1. cap. 14.  
Theodo. lib.  
1. cap. 4.



Charissimo fratri & vnanimi Alexandro, Alexander in domino salutem. Appetitus potētiae hominum pessimorum, avaritiæque propositum, veritati, quæ creditur esse præcipua, solet insidiari, per varias scilicet occasiones resistentes ecclesiasticæ pietati. Impulsi namque maliuoli à diabolo, in eis operante, ad propositam sibi libidinem, & ab omni reuerentia resilientes, conculcant iudicij Dei timorem, de quibus mihi necessarium fuit patientiæ & reuerentiæ vestræ significare, vt ab huiusmodi caueatis, ne quis forte præsumat eorū, in parrochias vestras accedere, vel per se, vel per alios. Valent enim magis ad seducendum, figmentis vti, vel literis falsitate compositis, quæ possunt facere præstigium, simplicem fidem, puramque respicientibus. Arrius igitur & Achillas, coniuratione nuper facta, Colloti superbiâ, & multo deterius, secuti sunt. Ille namque hospites culpan, pessimæ voluntatis suæ inuenit occasionem, isti vero dignam illius negotiationem respicientes, nequaquam iuri ecclesiæ subiacere pertulerunt, sed speluncas sibi laterum ædificantes, incessabiliter in eis conciliabula celebrant, noctibus & diebus, contra Christum agentes, & contra nos, prauisque libidinibus exercentur, qui omnem piam & apostolicam accusantes gloriam, Iudaico schemate Christo rebellare instituerunt sibi officinam, diuinitatem, & æqualitatem cum patre saluatoris nostri Iesu Christi negantes, omnemque eius salutaris dispensationis, & humilitatis propter nos habitæ, vocem decerpentes, prolatione harum, impietatis suæ prædicationem exercere nituntur, quippe diuinitatis eius rationem, & ineffabilis gloriæ, quam à principio habuit apud patrem, plenius euitantes, paganorum & Iudæorū impiam de Christo confirmant sententiam, & laudem propriam (vt assolet) aucupantes, omnia quidem (quæ contra nos possunt) derisiones afferre negotiantur, seditionesque nobis quotidie, ac persecutiones instituunt, tam iurgia proponentes per adiciones mulicrum impudentium, quas seducunt, quam ipsi communi Christianitati derogantes, dum eorum iuuentulæ omnes circumeunt vicos, Insuper irrumpibilem Christi tunicam, quam milites diuidere noluerunt, isti scindere nunc præsumunt. Et nos quidem vitam ipsorum, & nephanda conamina, eo quod laterent, tardius cognoscens, nunc generali decreto, ab ecclesia adorante Christi

al. pat. lib.  
al. pietati.

al. achilles  
al. Coluthi.  
al. colluthi.

sti diuinitatem, eos expulimus. Conati sunt tamen illi discursionibus vti, & aduersum nos machinari, qui apud vnanimos comministros nostros figuram pacis, & vnitatis dignitatem se exercere fingunt.

Non enim, quæ apud nos malè docuerunt, & egerunt, ea fatentur, propter quæ etiam sunt expulsi, sed hæc aut taciturnitati contradunt, aut fictis eos rationationibus, & quibusdam obumbrationibus sepiunt, verisimilibus vero, & pomposis, corruptibile doctrinam suam velantes eloquiis, attrahunt in deceptionem quemlibet incautum, non abstinentes etiam apud omnes nostræ pietati calumniari. Vnde contingit, quosdam eorum literis subscribentes, in ecclesiam suscipi, maximo (sicut reor) imminente periculo, præsumptibus talia cōministris, eo quod neque Apostolica hoc regula patiatur, & effundunt super eos diabolicam efficaciam contra Christum. Quapropter in nullo segnīs (ô charissimi) ad inuandam vobis perfidiam eorum, memetipsum exxi. Dicunt enim, quia fuit aliquando, quando non fuit filius Dei, & postea factus est, qui prius non fuerat talis factus, quia & aliquando factus est, qualem & omnem hominem esse contingit. Cuncta enim (inquiunt) Deus ex non existentibus fecit, omnium rationalium, & irrationalium creaturis miscere volentes & filium Dei. Quibus verbis consequenter aiunt, eum mutabilis esse naturæ, virtutis, malitiæque capabilem, cum ex non existentibus esse dicatur. Diuinas quippe scripturas, quibus ostenditur, eum semper esse, perimentes, quibusque palam designatur inconuertibilitas verbi, & sapientia atque diuinitas, quæ sunt Christus. Possumus ergo (inquiunt isti polluti) & nos fieri filij Dei, sicut & ille. Scriptum est enim: Filios genui, & exaltaui. Cùmque illatum fuerit eis, quod sequitur, id est, ipsi autem spreuerunt me, quod naturale non est saluatoris, cum naturæ sit immutabilis, omni reuerentia spoliates semetipsos aiunt. Nec aliquam proprietatem habet ad Deum, sed cū sit ipse natura mutabilis, scuit de illo Deus præscientia, & præcontemplatione, quia cum non esset spreturus, eligendus foret ex omnibus. Non enim (inquiunt) natura, quasi præcipuum inter alios filios, aliquid habet. Nam & nec naturaliter Dei filius est, nec aliquam habet ad Deum proprietatem, quando etiam ipsum naturæ mutabilis existentem, propter moderationem, diligentiam & virtutem, non mutatū ad deterius, elegit Deus, cum & si Paulus, vel Petrus ad hoc peruenisset, nihil Iesus poterat ab horum filiatione differre. Propter reprobationem igitur huius vesanæ doctrine, etiam diuinas literas reuoluentes, proposuimus illud, quod in psalms de Christo dictū est: Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

EPISTOLA ARRII AD EVSEBIUM Nicomedien. Episcopum.



Omino desiderantissimo, homini Dei, fidei, orthodoxo Eusebio, Arrius (qui persecutionem ab Alexandro papa patitur iniuste, propter vincentem omnia veritatem, quam tu quoque defendis) in domino salutem. Patre meo Armonio veniente ad Nicomediam, rationabile iudicavi, te salutare per eum, sciens dilectionem, pariter & affectum, quem circa fratres

Hist. tripar.  
lib. 1. ca. 14.  
Et Theodo.  
lib. 1. cap. 6.

al. ingeniti.

fratres propter Deum habere dinosceris. Vehementer nos vastat, atque persequitur, & omnem benignum animum mouet aduersum nos episcopus, ita vt etiam de ciuitate nos expulisset, velut homines sine Deo, quoniam non concordamus ei publice, dicenti, semper Deus, semper filius, simul pater, simul filius coexistit ingenito Deo. Filius semper genitus est, ab ingenito genitus est, neque cogitatione, neque atomo quadam præcedit Deus pater, semper filius ex ipso Deo est. Et quoniam Eusebius frater tuus Cæsariensis, & Theodorus, & Paulinus, & Athanasius, & Gregorius, & Erius, & omnes per Orientem dicunt, quia præexistit Deus filio sine principio, anathema facti sunt, præter solum Philogonium, & Helladicum, & Macharium homines hæreticos ineruditos, quorum alij quidem dicunt filium eruptionem, alij verò propositionem, alij coingenitum, quas impietates nec audire possumus licet innumeras mortes nobis minentur hæretici. Nos autem quoniam dicimus, & sapimus, & docuimus, & docemus, quia filius non est ingenitus, nec ingeniti pars vllō modo, neque ex aliquo subiecto, sed quoniam voluntate, & consilio, subsistit ante tempora, & ante secula, plenus Deus, vnigenitus, inconuertibilis, & antequam generaretur, aut crearetur, aut prædestinaretur, aut fundaretur, non erat, ingenitus enim non erat, persecutionem patimur, quia diximus, principium habet filius, Deus autem sine principio est, & quia diximus, ex non extantibus est, (sic autem diximus, secundum quod, nec pars Dei est, nec ex aliquo subiecto) propterea persecutionem patimur. De cætero tu nosti. Valere te in domino, opto, memore tribulationum nostrarum colucianista vere Eusebi, id est, pie. Hanc igitur Eusebius dum suscepisset epistolam, & ipse venenū suæ impietatis euomuit, scripsitque idē hoc modo Paulino episcopo Tyri.

Psal. 44.

Esai. 4

EPISTOLA EVSEBII NICOMEDIEN. ad Paulinum episcopum Tyri.

Hist. tripar.  
lib. 1. ca. 14.  
Et Theodo.  
lib. 1. cap. 6.



Omino meo Paulino Eusebius in Domino salutem. Neque domini mei Eusebij studium pro veritate verbi, tacitum est, sed vsque ad nos peruenit, neque tuum, domine, super hac causa silentium. Et vt consequens erat, de domino quidem meo Eusebio latati sumus, de te vero tristamur, arbitantes tanti viri taciturnitatem nostram esse deuictionem. Quapropter rogo te scientem, quoniam indecens est, virum sapientem alia sapere, & tacere veritatem, vt spiritali ratione commotus, ad conscribendum de huiusmodi rebus incipias, cum & tibi sit vtile, & audientibus te, maxime dum & per consequentiam scripturæ, & vestigia sermonum eius, & voluntatis, scribere volueris cuncta, quoniam neque duos ingenitos audiuius aliquando, neque vnum in duos diuisum, neque corporale aliquid passum esse didicimus, aut credidimus, domine meo, sed vnū quidem ingenitum, vnum vero ab eo vere, & non ex eius substantia factum, & vniuersaliter dicendum, nequaquam eum cum ingenita natura participantem, aut existentem, aut ex eius substantia, sed factū perfecte aliud natura, atque virtute, quantum attinet ad integram similitudinem affectum, potesta-

témque factoris, factum, scilicet, inenarrabiliter, quod etiam cogitationi non solum humana, sed etiam quæ vltra omnes homines est, incomprehensibile iudicamus, & credimus. Et hæc quidem non rationibus nostris obstricti, sed ex scriptura sancta discētes, dicimus creatum esse, & fundatum, & genitum substantia, & inconuertibili, & ineffabili natura, similitudine factoris, sicut ipse dominus ait. Dominus creauit me in initio viarum suarum, in opera sua, & ante secula fundauit me, ante omnes colles genuit me. Si autem ex eo, hoc est, ab eo erat, quasi pars eius, vel ex fluxu substantiæ, nequaquam creatus, aut fundatus esse diceretur. Neque tu hoc ignoras, domine vere, quia quod ex ingenito existit creatum iam ab alio, quam ab eo, aut fundatum non erit. Ab initio ingenitum eum dicere, ostensionem quandam præbet, quasi ex paterna substantia sit natus, & habeat ex eo æqualitatem naturæ. Scimus enim, quia non de eo solo, genitum dicit scriptura, sed etiam de dissimilibus ei natura per omnia. Nā & de hominibus ait, Filios genui, & exaltaui, ipsi vero me spreuerunt. Et iterum: Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris. Et in aliis quidem ait: Qui peperit guttas roris, non naturam ex natura narrans, sed vniuscuiusque naturam ex eius voluntate natiuitatē. Non enim eius substantia sunt, sed omnia voluntate eius facta, sicuti facta sunt. Ille siquidem Deus est, hæc autem ad similitudinem eius verbo similia futura secundum spontaneum motum facta, & omnia quidem per eū à Deo facta, cūcta tamen ex Deo. Quæ percipiens, & exponens, secundū datam tibi diuinitus gratiam scribere domino meo Alexandro festina. Confido enim, quia si scripseris illi, conuertetur.

Prout. 8. c.

Esai. 1. c.  
Deut. 32. c.  
Iob. 3. c.

al. feruntur.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS, AD ALEXANDRUM, ALEXANDRINUM EPISCOPIUM, & ARRIUM HÆRETICUM. Socrates.



Victor Constantinus, maximus, pius Alexandro & Arrio. Didicisti tunc natam præsentis quæstionis originem, quādo tu ô Alexander, à præbyteris requirebas, quid vnusquisque eorum de quodam loco in lege conscripto, magis autem pro vanæ cuiusdam quæstionis parte, sentiret, tūque, ô Arri, quod neque principio cogitari debuerat, aut cogitatum taciturnitati tradī potius cōpetebat, illud improvide protinus obiecisti, vnde discordia inter vos emergente, mysteria contemuntur, sanctus verò populus, in vtraque diuisus, communis corporis congruentia separatur. Ergo vterque vestrum, ex equo voluntatem præbens, in quo vos confamilus vester iuste monet, obediatur. Hoc itaque neque requirere dignum est, neque de talibus respondere quærentibus. Huiusmodi enim quæstiones, quæ non cuiusdam legis necessitate proponuntur, inutilis vacationis tempus exquirunt. Et licet causa cuiuspiam naturalis exercitij fiant, ramen debemus eas intra sensum claudere, & non prompte in publica conciliabula deportare, nec omnium auribus inconsulce committere. Quantus est enim vnusquisque hominū, vt possit ita magnarum rerum, & valde difficilium virtutem, aut ad perfectum inspicere, aut interpretari dignetur.

Sup. 1. c. 20

al. scripto.

al. alicuius.

2. ad. 19. c.



gne? Ac si quis hoc facere (difficili me tamē) possit, quantē parti populi suadebit? Aut quis tantarū quæstionum subtilitates, extra lapsus sui periculum sustinebit? Ergo fugienda sunt in talibus multiloquia, ne forte dum infirmitati nostræ naturæ minime, quod proponitur, explicatur, mente discentium auditorum, pro tardiore intellectu, ad perfectam quæstionis perceptionem peruenire non valente, ad necessitatem blasphemiarum, aut schismatis populus adducatur. Quapropter & interrogationis incaute, & responsionis improvide, æquam alterutris veniam tribuam ex utroque. Non enim pro summæ legis mandato apud vos occasio certaminis inflammata est, neque noua quædam pro Dei religione hæresis introducta, sed vnam, eandemque rationem habentis, sicut etiam vnum communionis signum. Vobis enim inter alterutros pro paruulis, & valde modicis causis contententibus, tantum Dei populum, quem vestris orationibus, & prudentia cōuenit gubernari, discordare non decet, nec omnino fas esse, credibile est. Vt autem paruo quodam exemplo sapientiam vestram commoneam, nostis etiam ipsos philosophos, quia in vno quidem dogmate consentiunt. Cum verò in quadam sententiæ parte discordant, licet disciplinæ virtute separentur, tamen adinuicem corporis vnitatem conspirant. Cum hæc ita sint, quantum potius iustum est, vos magni Dei ministros in voluntate religionis alterutris esse concordantes. Cōsideremus itaque ratione maiori, & ampliori intelligentia cogitemus, si recte se habeat, propter parua, & vana sermonū certamina, fratres, fratribus \* resultare, & honorem concilij per vos impia contentione discerpere, dum adinuicem pro sic paruis, & nequaquam necessariis litigatis.

al. infultare.

Conuenientibus igitur vniuersis, maximam domum preparauit in regalibus Imperator, sedes, & subsellia in ea poni præcipiens, quæ sufficerent ordini sacerdotali, ita decentem præparans eis honorem, inuitauit ingredi, & de presentibus habere cōcilium. Introiuit autem & ipse princeps vltimus cū paucis, laude dignam sui magnitudinem habens, & mirabilem speciem, mirabiliorēque gerens dignitatem pudoris in fronte. Minore verò sede quam aliis posita, in medio eorum sedit, primo tamen petens, hoc sibi episcoporum iussione concedi. Tum cū eo resedit sacratissimus ille chorus. Primus itaque magnus Eustachius Antiochenæ ecclesiæ fortitus præfulatum, nam Philogonius, cuius iam dudum meminimus, ad meliorem iam transierat vitā, & hunc \* mirabilem virum, etiam nolentem, ad regimen eius ecclesiæ decreto communi pontifices, ac sacerdotes, & omnis populus Christianus, venire compulerat. Is ergo præconiorum floribus caput principis exornauit, & studio eius, quod habebat circa sacra, benedictiones exhibuit. Post hunc autē Eusebius cognomine Pamphili. Quibus iam reticētibus, \* famosissimus Imperator protulit de vnanimitate \* concordiam sermonis, tyrannorum eis crudelitate rememorās, & honorabilem pacem, quæ sub eo collata est diuinitus, simul & quia pessimum, & valde crudele videretur, vt destructis hostibus nullōque præsumente resistere, sacerdotes in alterutros iacularentur, atque confunderent, & impiis, atque sine Deo personis, delectationem, risumque præberent. Cum utique de diuinis tractaret rebus, & sancti spiritus doctrinā in scriptis haberent.

al. venerabilis.

al. celeberrimus.

al. cōcordia.

que sermōnes.

Euāgelici (inquit) sunt libri, & Apostolici, antiquorumque prophetarum sanctiones, qui nos erudiunt, quid de sacra lege sapiamus. Expellentes igitur hostile certamen, ex verbis diuinitus inspiratis, solutionem quæstionum mente capiamus. Hæc, & his similia, tanquam filius, & amator pacis, sacerdotibus veluti patribus offerebat, Apostolicorum dogmatum studens \* profligare concordiam. Concilij verò plurima pars his, quæ dicebantur, obediēbat, & inter alterutros vnanimitatem, & dogmatum salubritatem, libenter amplectēbatur. Pauci verò quidem, quorum iam meminimus, & super illos Minophantis Ephesius, & Scytopolis Patrofilus, Theognius Nicænus episcopus, & Narcissus \* Nerodias, quæ est t̄ sedes Ciliciæ, quam nunc t̄ Herinopolim vocant, & cum his Theonas Marmoricensis, & Ptolemaidis Aegypti Secundus, Apostolicis resistētes dogmatibus, Arrium defendebant, dicentes autem fidei petitionem, cætui communi dederunt. Quæ cum lecta fuisset, ab vniuersis repente dirupta est, & adultera, fraudulentāque pronuntiata. Turba siquidem & tumultu, contra eos ab omnibus habito, cunctisque prodicionem pietatis ab eis factam accusantibus, formidantes surrexerunt, & primi Arrium abdicarunt, excepto Secundo & Theona. Quum ergo fuisset impius ille destructus, concorditer vniuersi fidem, gloriāque dicentes, quæ hæctenus in t̄ ecclesia permanet, & subscriptionibus roborantes, conciliū soluere, dolose tamen, & non salubriter prædicti viri in fidei termino consenserunt, quod testantur, tam quæ postea ab eis machinata sunt contra pietatis propugnatores, quam quæ ab ipsis conscripta noscuntur. Eustachius itaque Antiochenus episcopus (cuius primitus memini) hæc de eis retulit, docens quæ facta sunt, eorumque redarguens blasphemiam, vbi illud etiam prouerbiale interpretatur eloquium. Dominus creauit me in principio viarū suarum, in opera sua. Pergo itaque iam hinc, & ad ea, quæ gesta sunt. Quum itaque propter hæc synodus maxima in Nicæam venisset urbem, & quæreretur fidei modus, aperta quidem impudētia Eusebius scripturam protulit blasphemiarum, quæ coram omnibus lecta, repente cladem importabilem, causam diuisionis irrogauit audientibus, confusionem tamen incurabilem suo prouidit auctori. Quumque officina capta fuisset indubitanter, Eutēbij disrupta iniquitatis scriptura, in conspectu omnium quidam ex tractatu nomen exponentes pacis, compescuerunt omnes, iustam querimoniam facientes. Arriani autem metuentes, ne congregato in idem tanto concilio, pellerentur, exiliētes, anathematizauerūt interdictum Arrij dogma, concorditer subscribentes literis, suāque manu consentientes, & similiter se sicut omnis synodus sapere profitentes. Quumque præfulibus (vt ita dicam) mala calliditatis arte præualuissent, qui magis agere debuerant pœnitentiam, tunc quidem latenter, postea verò clare damnatas cœperūt allegare sententias, sæpe ponentes insidias eis à quibus videbatur esse conuicti, volentēque; zizaniorū germina radicare, tunc timentes, declinantēque, tanti concilij cognitores, occulte postea pietatis prædicatores debellare tentabant. Sed non credimus homines sine Deo posse præualere contra sacram, adorandamque legem, euangelicamque doctrinam. Nam licet ad modicum roborentur rursus fortiter, & magnifice de-

al. cōcilij.

al. non dicitur.

al. scilicet.

al. ita.

al. vbi.

Prædicti.

uincuntur, secundum Prophetam gloriosæ vocis Esaiam. Hæc itaque magnus Eustachius.

Itaque cum conuenisset hoc sanctum, & magnū concilium apud Nicæam Bithyniæ ciuitatem, Cōstantino Augusto, & Lycinio Cæsare, cōsultatu Paulini & Iuliani, decimotertio Calēdarum Iuliarum, qui est apud Græcos. 18. dies mensis eorum, secundū Alexandriam. 31. Era. 363. statuta sunt ab episcopis, quæ infra scripta sunt, & ex Græco in Latinum verba sermonem. Et placuit vt hæc omnia mitterentur, ad episcopum vr̄bis Romæ Syluestrum.

TITVLI CANONVM NICÆNI CONCILII.

- 1 De eunuchis, qui seip̄os abscindunt.
- 2 De his, qui post baptisma statim ad clerū applicantur.
- 3 De subintroductis mulieribus.
- 4 Qualiter episcopi debeant ordinari.
- 5 De excommunicatis clericis, vel laicis.
- 6 De primatibus episcoporum metropolitanorum.
- 7 De honore episcopi Hierosolymitani.
- 8 De Nouatianis,
- 9 De presbyteris, sine examinatione constitutis.
- 10 De lapsis clericis ordinatis.
- 11 De his, qui sponte lapsi sunt.
- 12 De excommunicatis, a seculo exeuntibus.
- 13 De cathecumenis lapsis.
- 14 De diaconibus, ne corpus Christi tradant presbyteris, vel ante presbyteros communicent.
- 15 De clericis temere à ecclesia recedentibus.
- 16 De presbyteris, & diaconibus, vel clericis qui ad alias ciuitates transeunt.
- 17 De clericis aliens, sine conuentione proprii episcopi ab alio in sua ecclesia non ordinandis.
- 18 De clericis, & suram, vel ampliationem accipientibus.
- 19 De Paulianistis & Cathaphrygis, rebaptizandis.
- 20 De diebus dominicis, & pentecostes vt in eis, stantes oremus.

CANONES NICÆNI CONCILII.

D. 55. Si quis à medicis. Et in dec. Inuol. 3.



I quis in ægritudine vel à medicis sectus est, vel à barbaris castratus, placuit vt iste permaneat in clero. Si quis autem sanus seip̄sum abscidit, hic etiam si est in clero, cessare debet, & ex hoc nullū tale m oportet ordinari. Sicut autem de his qui vel affectauerint hæc, vel ausi sunt seip̄os abscindere, hæc quæ diximus statuta sunt: ita si qui vel à barbaris, vel à dominis suis eunuchi facti sunt, & probabilis vitæ sunt, tales hos suscipit ecclesiastica regula in clerum.

Distin. 48. Quando multa sunt.

2 Quoniam multa, siue per necessitatem, siue ex quacunque causa, contra regulam gesta sunt, ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc catechisati, vel instructi, statim ad spiritualem baptismū venissent, & continuad cum baptizati sunt, etiam ad episcopatum vel ad presbyterium prouecti sunt: recte igitur visum est de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus est, vt sit cathecumenus, & post baptismum multa probatione indiget. Euidens namque est Apostolicum præceptum, dicens: Non neophytum, ne forte elatus in iudiciū incidat, & laqueum diaboli. Si verò procedente tempore aliquod peccatum admiserit, & conuictus duobus vel tribus testi-

1. Tim. 3.

bus fuerit, cesset à clero qui huiusmodi est. Si quis verò præter hæc facit, tanquā contraria statutis sancti concilij gerens, ipse periclitabitur de statu sui cleri.

D. 32. Interdixit per omnia & in dec. Ino. li. 3.

3 Omnibus modis interdixit sancta synodus, neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque vlli clericorum omnino licere, habere secum mulierem extraneam, nisi fortē mater, aut soror, aut auia, aut amita, vel matertera sit. In his nanque solis personis, & harū similibus, omnis quæ ex mulieribus est suspicio declinat. Qui autem præter hæc agit, periclitabitur de clero.

D. 94. Episcopi ab omnibus qui.

4 Episcopum oportet ab omnibus episcopis, si fieri potest, qui sunt in prouincia eius, ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente necessitate, vel itineris longitudine, certē tres episcopi debēt in vnum esse congregati, ita vt etiam cæterorū qui absentes sunt, consensum literis teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas sanē vel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

11. q. 3. ser. 2. uetur ista sententia.

5 Seruetur & ista sententia, vt hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiritur sanē, si fortē aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione episcopi sui, excommunicati sint. Vt ergo digna hæc possint examinatione perquiri, recte visum est per singulos annos in singulis prouinciis bis in anno episcoporum concilium fieri, vt simul in vnum conuenientes ex communi prouincia, huiusmodi examinationes, vt ita demum hi qui ob culpas suas, episcoporum suorum offensas merito contraxerunt, dignē etiam à cæteris excommunicati similiter habeantur, quousque in communi, vel ipsi episcopo suo visum fuerit, humaniorem circa eos ferre sententiam. Habeatur autem semel conciliū ante dies Quadragesimæ, vt omnibus, si quæ sunt, simulatibus amputatis, mūdum & solenne Deo munus possit offerri. Secundum verò agatur circa tempus autumnii.

D. 18. Hæc beat.

D. 65. Mos antiquus.

6 Mos antiquus perdurat in Aegypto, vel Libya & Pentapoli, vt Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem: quoniam quidem & episcopo Romano \* parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasque prouincias, honor suus vnicuique seruetur ecclesiæ. Per omnia autem manifestum est, quod si quis præter voluntatem & conscientiam metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hunc concilium magnum & sanctum censuit non debere esse episcopum. Sanē si communi omnium consensu rationabiliter probato, secundum ecclesiasticam regulā, duo vel tres animositate ducti, per contentionem contradicant, obrineat plurimorum sententia sacerdotum.

vt dicitur in codice Græco.

Quare cōmōdus uertit potuisset hoc assuetum est nec inde colligitur equalitas inter Alexandriam ecclesiā & Romā nā nec dictio in xta ætymon sonat paritatem.

1. q. 7. si quis uoluerint.

7 Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, vt Eliæ, id est, Hierosolymorum episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen metropolitanæ ciuitatis propria dignitate.

8 Si qui voluerint venire ad ecclesiam catholicam ex Nouatianis, placuit sancto concilio, vt ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hæc habeant ab eis confessionem, quam per scripturam exigī oportet, vt fateantur se cum omni consensu ecclesiæ catholice statuta obseruatos, id est, communicatos se, & his qui fortē secundas nuptias exper-

1. q. 7. si quis uoluerint.



experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt: quibus tamen lapsis poenitentiae modus, & tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea quae in ecclesia catholica obseruantur. Et sicubi iidem ipsi fuerint inuenti, siue in vicis, seu in urbibus, clericum ordinatum a catholicis, sic etiam in clero persistant, vnusquisque tamen in suo ordine. Si vero episcopus, vel presbyter ecclesiae catholicae fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certum est, quod episcopus quidem catholicus suam habeat dignitatem. Similiter autem presbyteri & diaconi habeant. Hi vero qui ab istis veniunt, si forte episcopus fuerit, habeat sacerdotij dignitatem, nisi forte placeat catholico episcopo, concedere ei etiam episcopalis nominis honorem. Si vero non placuerit, inueniat ei locum, ut sit in parochia Chorepiscopus, aut in clero presbyter, ut in ciuitate vna non videantur duo episcopi esse, & ille omnimode in clero permanere videatur.

*D. 81. si quis sine exam.* 9 Si qui sine examinatione promoti, presbyteri sunt, & postea examinati, confessi sunt peccata sua, & cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines, manus eis temere imposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipiat. In omnibus enim quod irreprehensibile est, defendit ecclesia sancta.

*D. 81. Quis cl. i. i. h.* 10 Quicumque ex lapsis per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptu eorum qui eos ordinauerunt, hoc non prauidicat regulam ecclesiasticam. Cum enim compertum fuerit deponantur.

11 De his qui praeter necessitate praeruaricati sunt, aut propter ablationem facultatum, aut praeter periculum, aut aliquid huiusmodi quod factum est sub tyrannide Licinij: placuit sanctae synodo, licet indigni sint misericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendi. Si quos ergo ex animo poenitet, tribus annis inter poenitentes habeantur. Si tamen fideles sunt, septem annis aliis inter poenitentes sint. Duobus autem annis iidem, sine oblatione in oratione sola, participant populo. Si qui vero per Dei gratiam vocati, primo quidem ostenderunt fidem suam, deposito militariae cingulo, post haec autem ad proprium vomitum reuersi sunt, ut & pecunias darent, & ambire redire rursus ad militiam: isti decem annis sint inter poenitentes, post primum triennium, quo fuerint inter audientes. Ab omnibus vero illud praecipue obseruetur, ut animus eorum & fructus poenitentiae obseruetur. Quicumque enim cum omni timore & lachrymis perseverantibus, & operibus bonis, conuersationem suam non verbis solis, sed opere & veritate demonstrant, quum tempus statutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus iam coeperint communicare, licebit etiam episcopo humanius circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapsum, & sufficere, sibi, quod ecclesiam introierunt, arbitrantur, isti omni modo tempora statuta complebunt.

*2. q. 6. de his vero qui.* 12 De his vero qui recedunt ex corpore, antiquae legis regula obseruabitur etiam nunc, ita ut si forte quis recedat ex corpore, necessario vitae suae viatico non defraudetur. Quod si desperatus aliquis, recepta communionem, superuixerit, sit inter eos qui sola oratione communicant. De omnibus tamen his qui a corpore recedunt, in tradendo eis communionem & cura & probatio sit episcopi.

13 Placuit hoc sancto & magno concilio, de catechumenis, qui lapsi sunt, ut tribus annis inter audien-

tes verbum sint tantummodo, post haec vero orent cum catechumenis.

14 Peruenit ad sanctum concilium, quod in locis quibusdam & ciuitatibus, presbyteris sacramenta diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, ut hi qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, quod quidam diacones, etiam ante episcopos sacramenta sumunt. Haec ergo omnia amputentur, & accipiant secundum ordinem post presbyteros ab episcopo, vel a presbytero sacram communionem. Quod si non fuerit in praesenti vel episcopus, vel presbyter, tunc ipsi proferant, & edat. Sed nec sedere quidem licet in medio presbyterorum diacones. Si quis autem non vult his sufficiens esse post hanc definitionem, cesset esse diaconus.

15 Propter multas perturbaciones & frequentes tumultus seditionum quae fieri solent, placuit omnimodo istam abscindi consuetudinem, quae contra regulam est: sicubi tamen sit, id est, ne de ciuitate ad ciuitatem transeat vel episcopus, vel presbyter, vel diaconus. Si quis vero post haec statuta sancti huius concilij tale aliquid agere tentauerit, infringetur omni genere huiusmodi conatus, & restituatur propriae ecclesiae, in qua ordinatus est.

16 Si qui vero timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab ecclesia sua, siue presbyter, siue diaconus, vel in quocumque ecclesiastico ordine positi fuerint, non debent suscipi in alia ecclesia, sed cum omni necessitate cogantur, ut redeant ad ecclesiam suam. Quod si permanserint, excommunicare eos oportet.

17 Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in sua ecclesia, quum non habeat consensum episcopi ipsius, a quo recessit clericus, irrita erit huiusmodi ordinatio.

18 Quoniam multi clerici auaritia causa turpia lucra sectantes, obliuiscuntur diuini praecipii, quo dictum est, Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, fecerunt centesimas exigant: statuit hoc sanctum concilium, si quis inuentus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad septuplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quastum, deiciatur a clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

19 Si quis confugit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cataphrygis, statutum est rebaptizari eos debere. Si qui vero clerici erant apud eos, si quidem inculpati fuerint, & irreprehensibiles, rursus etiam ordinentur ab episcopo ecclesiae catholicae. Si vero examinati, minus fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa diacones, & de omnibus qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma seruabitur. Commemorauimus autem diaconissas, quae in hoc ordine inuentae sunt, quae nec manus impositionem aliquam habent, & omni modo inter laicas habeantur. Similiter autem diaconissae quae in catholico canone non habentur, simili loco, id est laicae, & tanquam non consecratae deputentur.

20 Quoniam sunt in Dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecostes, propterea utique statutum est a sancta synodo, quoniam

CONC. NICENI. 8  
niam consona & conueniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem vota domino reddamus.

DECRETA DVO EIVSDEM CONCILII EX GRATIANO, quae non habentur inter praecedentia.

1. Ab eis quisque iudicandus est, quos sibi iudices elegerit. Iudices autem esse non debent, nisi quos ipse qui impetitur elegerit, aut quos suo consensu haec sancta sedes, aut eius primates, auctoritate huius sanctae sedis delegauerit.

2. Ecclesia semel Deo consecrata, quando iterum est consecranda. Ecclesiis semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut igne exusta, aut sanguinis effusione, aut cuiuscunque semine polluta fuerint, quia sicut infans a qualicumque sacerdote in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizatus, non debet iterum baptizari: ita nec locus deo dicatus, iterum consecrandus est, nisi propter eas causas, quas supra nominauimus, si tamen fidem sanctae trinitatis tenuerint, qui eum consecrauerunt.

FIDES NICENAE SYNODI.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium inuisibiliumque factorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei natum ex patre, vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, hoc est, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, & quae in caelo, & quae in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus, & homo factus, est passus, & resurrexit tertia die, & ascendit in caelos, & inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Dicentes autem, erat quando non erat, aut non erat antequam fieret, & quia ex non extantibus factus est, aut ex altera substantia vel essentia dicentes esse, aut creatum, aut conuertibilem filium Dei, hostiles anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Et subscripserunt trecenti, decem & octo episcopi, qui in eodem concilio conuenerant.

SUBNECTVNTVR QVAEDAM, EANDEM SYNODVM CONCERNENTIA, IPSAMQUE SEQUENTIA.

**S**abinus enim Heraclij Thracien. Macedonianorum episcopus, habita conuentione eorum, quae per diuersa concilia sacerdotum ex scripto prolata sunt eis, qui in Nicaea conuenerunt, velut ideotis, & simplicibus, derogauit, non sentiens, quoniam & ipsi Eusebio, cum multa probatione confitenti fidem, velut ideota noscitur derogare. Et aliqua quidem volens praeteriit, aliqua vero mitigauit, cuncta tamen secundum propriam sumpsit intentionem. Et laudat quidem, tanquam fide dignum testem Eusebium Pamphyli, laudat simul & principem, tanquam ea, quae sunt Christianorum dogmatizantem. Culpat autem expositam in Nicaea fidem, tanquam ab ideotis, & nihil scientibus traditam, & quem velut sapientem, & sine mendacio testem vocare consuevit, eius voces sponte

contemnit. Ait enim Eusebius, quia ex viris Dei in Nicaea conuenientibus, alij quidem sapientiae sermone emicuerunt, alij continentiae vita laudati sunt: & quoniam Imperator praesens, omnes ad vnitate suam concordans, & consecretores esse perstruxit. Sic ergo contraria dicta Sabini, necnon Eusebij, & consortium eorum, sibi met agnoscuntur. Concordia ergo fidei, a magno in Nicaea prolata concilio, ab Eusebio clara voce laudata, est haec.

EPISTOLA NICAENI CONCILII ad ecclesias Aegypti Libyae, & Pentapolis. Theodoricus.

**A**ncta, magneque, Dei gratia Alexandrinae ecclesiae, & dilectissimis fratribus per Aegyptum, & Libyae, & Pentapolim, constitutis, congregate, & magnam sanctam synodum Nicaeae celebrantes episcopi, in domino salutem. Quoniam Dei gratia, & Deo amantissimi principis nostri Constantini, nobis congregatis in vrbe praedicta, ex prouinciis diuersis & ciuitatibus, magna, sanctaque synodus celebrata est, omnimodis necessarium visum est, ab hoc sacro & sancto concilio, etiam ad vos literas destinari, ut noueritis, quae quidem mota, & examinata, quae vero placuerunt, atque firmata sunt. Ante omnia siquidem exquisita sunt impia, & iniqua, & sine Deo, dogmata Arrii atque consentientium, sub praesentia Deo amantissimi Imperatoris nostri Constantini, & omnium decreto complacuit, anathematizari impiam eius sectam, atque iniqua, & sine Deo verba, simul & nomina, quibus utebatur, de filio Dei blasphemans, & dicens, ex non extantibus esse. Et iterum. Fuit aliquando, quando non fuit. Quomodo enim fuit, aut quomodo iterum non fuit, & pro libero arbitrio malitiae, atque virtutis capabilem filium Dei dicentis, & creaturam nominantis eum, atque facturam. Haec igitur omnia fatua, & anilia, & blasphemata, anathematizauit sanctum, & vniuersale concilium, & nec usque ad auditum impiae sectae, atque rumoris huius, aut intellectuum iniquorum, sensum accommodauit. Ea quidem, quae de illis gesta sunt, qualem terminum habuerint, omnia iam aut audistis, aut audietis, ne forte videamur nos viro obloqui, propter delictum suum impropria digna portanti. Tantum enim valuit eius impietas, ut etiam Theonas, Marmoricenus, & Secundus Ptolemaidis, ea vterentur. Idem enim & illi damnati sunt. Sed quoniam ineffabilis gratia Dei, illas quidem malas sectas, & blasphemias, & discordiam, & audaciam personarum, & diuisionem, praedicta commotione destruens, liberauit Aegyptum, relinquuntur autem, quae per petulantiam Melitij gesta sunt, & eorum, qui ab eo sunt ordinati, etiam ex hac parte, quae placuerunt synodo, vobis insinuatim, charissimi fratres. Placuit ergo, Melitium quidem clementi concilio, dum subtili, veraque ratione nullam veniam mereretur, manere quidem in propria ciuitate, nullam vero omnimodis habere potestatem, neque eligendi, neque ordinandi, nec in prouincia, nec in qualibet ciuitate videri, purumque nomen tantummodo possidere. Eos autem, qui ab ipso sunt constituti, mystica ordinatione firmatos, habere honorem, & ministerium, ut tam en sequentes sint modis omnibus, vniuersorum in singulis parochiis

al. nos congregatis. al. furoris. al. c. 7. c. 1. al. postea. al. vniuersos. & ec-

al. confcra-  
491.

& ecclesiis à charissimo, & cōministro nostro Alexandro, \* confcra-  
torum, & vt his nulla potestas sit, placitos sibi eligere, aut nomina eorum præferre, aut omnino aliquid agere, præter voluntatem ecclesiæ catholicæ præsulis Alexandri. Gratia nanque Dei, & orationibus vestris, in nullo schismate re-  
pertos, sed sine macula in catholica & apostolica ecclesia permanentes, dignum est, potestatem habere & eligendi quemlibet, & nomina eorum dandi, qui clero sunt digni, & absolutè facere omnia secū-  
dum legem, & sanctiones ecclesiæ. Si quem verò cō-  
tigerit requiescere in ecclesia, tunc prouehi in honorem defuncti eos, qui nuper assumpti sunt, solummodo si videantur digni, & populus eos elegerit, concedente, simul & designante, maxime Alexandri ciuitatis episcopo. Hoc itaque aliis quidem cōcessum est omnibus. In persona verò Melitij nequaquam eadem placuerunt, propter priorem indisciplinationem eius, & propter procacitates eius, ac petulantiam voluntatem, ne vlla daretur autoritas, vel potestas homini, qui posset rursus easdem indisciplinationes instruere. Hæc sunt præcipua, & cō-  
petentia Ægypto, & sanctissimæ Alexandrinorum ecclesiæ. Si quid aliud ordinatum est, aut dogmatizatum, præsentè domino, atque charissimo cōm-  
ministro, & fratre nostro Alexandro, ipse præsens vobis poterit subtilius aperire, tanquam author gestorum & communicator existens. Euangelizauimus autem vobis & de cōsonantia sanctissimæ paschæ, quia vestris orationibus est correctum etiam hoc opus, ita vt omnes Orientales fratres, qui cum Iudæis primitus celebrabant consonè cum Romanis, vt vobiscum, & cum omnibus, ab initio pascha custodientibus, ex hoc tempore debeant custodire. Exultantes itaque in his, quæ gesta sunt, & in cōmuni pace atque concordia, & in eo, quod omnis radicatus hæresis est auulsa, cum maiori honore, & ampliori charitate, suscipite cōministram nostrum, vestrum pontificem Alexandrum, qui nos sua præsentia lætificauit, tantumque laborem pro pace vestra, etiam in hac ætate sustinuit. Orate simul & pro omnibus nobis, vt quæ bene placuerunt, firma permaneant, dominum nostrum Iesum Christum, secundum bonam voluntatem facta, sicuti credimus, Dei & patris, in spiritu sancto, cui est gloria in secula, Amen.

EPISTOLA CONSTANTINI IMPERATORIS AD OMNES EPISCOPOS, & RELIQUUM POPULUM. Socrates.

ubi sup. c. 15



ictor Constantinus maximus, Augustus episcopis, & populo. Malignos & impios Arrius imitatus, dignum est, vt illorum quoque suscipiat vltionem. Sicut igitur Porphyrius diuinæ pietatis inimicus, iniqua volumina contra religionem proferens, dignam promeruit inuenire mercedem, & talem, per quam in posterum esset opprobrium, & plurima completur infamia, & nunc placuit Arrium, & confcra-  
tores eius vocari Porphyrianos, vt quorū mores imitati sunt, eorum vocabulo perfruantur. Super hæc autem, si qua conscriptio ab Arrio facta reperitur, igni tradatur, vt non solum praua eius doctrina pereat, sed neque vlla eius possint remanere \* documenta. Hoc etiam præcipio, si quis conscriptiones

al. cōmista.

Arrij cælasse compèritur, & non repente proferens, igne cōsumpserit, mortis supplicio subiacebit. Mox enim cum in hoc fuerit captus, capitalem suscipiet vltionem. Deus vos custodiat.

EVSEBII NICOMEDIEN. ET THEOGNIJ NICANI EPISCOPORUM PŒNITENTIA. Socrates.



Vsebius igitur, & Theognis, pœnitentiæ libellum summis episcopis dirigentes, ab exilio reuocati sunt imperiali præcepto, & suas ecclesias receperunt, expellentibus, qui in eorum locis fuerant ordinati, id est, Eusebius Amphionem, Christum vero Theognis, cuius libelli exemplar hoc est. Dudum quidem ante iudicium à reuerentia vestra condemnati, patienter ferre, quæ decreta sunt à sancto concilio vestro debuimus. Sed quia nimis absurdum est, contra nosmetipsos dare calumniatoribus de taciturnitate probationem, propterea referimus, quoniam nos & in fide vna cucurrimus, & sensum examinantes de consubstantialitatis sermone, cuncti pacificati sumus, nequaquam sequentes hæresim, sed commemorantes ad cautelam ecclesiarum, quæ nostræ subueniebant menti, & satisfaciennes eis, à quibus \* pro nobis suaderi debuerat, in fide subscripsimus. Anathematismo autem non subnotauimus, non tanquam fidem accusantes, sed velut non credentes talem eum esse, qui fuerat accusatus, certi de eius ad nos directis epistolis, & inter nos disputationibus habitis. Si igitur satisfactum est sancto vestro concilio, non reluctantes sed cōsentientes decretis vestris, etiam hac conscriptione satisfacimus vobis, non exilium \* graue ferentes, sed suspicionem abiicientes hæreseos. Si enim dignamini nunc in vultu nos vestro recipere, habebitis in omnibus cōsonantes, & vestra sequentes pariter cōstituta, quæ deo etiam eum, qui accusatus est in his, placuit vestre reuerentiæ clementiam promereri atque reuocari. Absurdum nanque est, si is, qui putatur esse reus, reuocatur ad satisfaciendum, in quibus ei derogabatur, vt nos contra nosmetipsos præbecamus per taciturnitatem increpationis iudicium.

EPISTOLA ARRI ET EZOII PRESBYTERORUM HÆRETICORUM AD CONSTANTINUM IMPERATOREM SUAM FIDEM EIDEM EXPLANANTIUM.



ilissimo, & Deo amantissimo, domino nostro Imperatori Constantino, Arrius, & Euzoii presbyteri. Sicut præcepit deo amabilis pietas tua Imperator, exponimus nostram fidem, & scriptis profiteamur, coram Deo sic credere & nos, & omnes, qui nobiscum sunt, sicuti subiectum est. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & dominum nostrum Iesum Christum filium eius, qui ex eo ante omnia secula natus est, Deum \* verum, per quem omnia facta sunt, quæ in cælis, & quæ in terra. Qui venit, & carnem assumpsit, & passus est, & resurrexit. Et ascendit in cælos, & iterum venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum, & carnis resurrectionem, & vitam \* venturi seculi, & in regnum cælorum, & in vnam sanctam Dei, ecclesiam catholicam, quæ à finibus vsque ad fines est. Hanc autem

Mat. 28. d

al. die

autem fidem percepimus ex sanctis euangelis, dicente domino discipulis suis: Eūtes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Si autē non hæc ita credimus, atque suscipimus verè patrē, & filium & spiritū sanctū, sicut omnis ecclesia, & sancta edocēt scripturæ, quas per omnia sequimur, iudex noster erit Deus & nūc, & in futuro \* seculo. Quapropter, tuam pietatē rogamus, Deo amabilis Imperator, vt dum ecclesiastici sumus, & fidē, & sensum ecclesiæ, sanctarūq; scripturarū, habemus, vniri nos per pacificā, & Dei cultricem pietatē tuā matri nostræ ecclesiæ iubeas, quippe quæstionibus, & superfluitatibus inquisitionum sublati, vt & nos, & sancta ecclesia adinuicē pacificati, solennes orationes pro pacifico, pioque imperio, & omni tuo genere omnes cōmuniter celebremus. Hanc fidei expositionē alij quidem dicebant artificiosè cōpositā, vt videretur princeps placari sermonibus, & ita Arrij dogmatibus circūferri, quatenus per expositionē omnium ei fiducia præberetur, & vtrumq; haberet intellectū. Arbitratus autē Imperator, Arrium, & Euzoium similia credere his, qui in Nicæa cōuenerant, valde gauisus est, non tamen sibimet persuasit, vt eos in ecclesiæ cōmunionē susciperet ante iudiciū, & probationē cōgruam personarū, secundū ecclesiæ legē, sed destinauit eos ad episcopos tunc Hierosolymis cōgregatos, scribens, vt fidem eorū expositionis examinarent, & clementē super eis deberent proferre sententiam, si rectē credentes, inuidiæ gratia essent iniustitiam passī, seu dum nō haberent, vnde iudices suos culparent, peterent per pœnitentiā reuocari. Porro sumpta occasione, fautores Arrij per scripta Imperatoris, eos in cōmunionem susceperunt. Et cum hoc fecissent, ipsi Imperatori rescripserunt, & ecclesiæ Alexandrinæ, & in Ægyptū, & Thebaidam, & Lybiam, vniuersis episcopis, & clericis præcipiētes, vt eos alacriter susciperent, Imperatore restante, rectā eorum esse fidē, quam etiā propriæ epistolę subiecerunt. Hæc quidē Hierosolymis gesta esse noscuntur. Athanasius autē fugiens de Tyro, Cōstantinopolim venit, & quæ passus est, adito Imperatore, narravit, petens, vt quæ Tyro fuerat gesta, examinaretur, sub eius quoq; præsentia. Porro Constantinus Imperator rationabilē eius petitionē iudicans, hæc scripsit episcopis, qui in Tyro cōuenerāt. Socrates. Igitur Imperator, directā sacra, cōciliū euocauit, vt in sui præsentia Athanasij examinaret causam, cuius verba sunt hæc.

EPISTOLA CONSTANTINI AD CONCILIUM IN TYRO.

ubi sup. c. 7



ictor Constantinus pius, episcopi in Tyriorū vrbe collectis. Ego quidem ignoro, quæ vestro cōcilio turbulēter atq; cum tempestate decreta sunt. Apparet enim, quod quadam tumultuosa indisciplinatione, veritas est oppressa. Vobis quippe non cōsiderantibus, quæ placent Deo, propter iurgias, quæ cōtra proximos vestros habetis, & vota vestra inuincibilia esse cōtenditis. Sed erit opus diuinæ prouidentię, quatenus & hæc cōtentio apertè deprehēsa, possit euacuari, atq; nobis palā fieri, si quid illic cōueniētēs, siue qualibet gratia, aut inimicitiarū causa gelsistis. Quapropter cū omni festinatione vos omnes ad meam reuerentiā volo concurrere, quatenus gestorū apud vos integritatē per vospis

possitis ostēdere. Verū, quæ gratia hæc scripserim vobis, vōsque ad me literis euocauerim, per ea, quæ sequuntur agnosceris. Pergenti iam mihi ad cognominis nostri scelicissimę patrię ciuitatē, dum essem cōscensurus equū, repēte Athanasius episcopus in media platea cū quibusdā sacerdotibus, quos circa se habebat, sic inopinatē nos adiit, vt nobis daretur subitō cuiusdā causa formidinis. Testis enim mihi inspector omnium deus est, quoniā neq; cognoscere eū quis esset, prima fronte præualui, nisi quidā nostrū, & quis esset, & quæ pertulisset iniustitiā, tūc narra-  
set. Et ego quidem neq; confabulatus cū eo sum illo tempore, nec qualibet collocaione participatū. Dūq; ille audiri se deposceret, ego verò refutarem, & penē eū repelli præcipere, cū maiori fiducia nihil aliud à nobis, q̄ vestrū postulauit aduentū, vt vobis presentibus, quæ passus est, necessariō posset suis gemitibus explanare. Vnde quia mihi rationabile videtur, & tēporibus opportunū scribi vobis libētius hæc præcepti, vt omnes quicumq; apud Tyrū concilium celebrastis, indefinētè ad expeditū nostræ māsuetudinis cōcurrere festinetis, ipsis operibus ostēsurī puritatē, & rectitudinē, vestri iudicij corā me, quē Dei ministrum propriū, neque vos \* abnegatis. Igitur vbiq; pacificatur Dei nomē, & integrè benedicitur per meā in Deo culturā, etiā apud ipsos Barbaros, quiveritatē hætenus ignorabāt. Certū nanq; est, quia qui veritatē ignorat, neq; Deū scire potest. Veruntamen, sicut prædictū est, etiā Barbari per me fidelē ministrū recognouerūt, & Deū metuere didicerunt, quē vtiq; protectorē meū vbiq; ac prouisorē, ipsis operibus ostēsum, vnde etiā præcipuē Deū sciunt. Et illi quidē propter nostrū timorē reuerentię deū, vos autē, qui sancta \* ministeria eius clementię proferre videmini, nō dicā nō custodire, sed nihil agere, nisi quæ ad cōtentionē noscūtur, & odia pertinere, & (vt absolutè dicā) quæ ad humani generis tendere vidētur interitū. Sed festinate, vt dixi, ad nos venire cōtinuō, sciētēs, quoniā omni virtute cōnabor agere, quatenus, quæ in lege Dei sunt, ea præcipue sine aliqua titubatione seruētur, quibus vtiq; neq; vituperatio, neq; mala superstitio poterit implicari, dispersis vtiq; ac palā cōtritis, & penitus exterminatis sacratissimę legis inimicis, qui sub schemate scī noīs blasphemias varias \* ad diuersos iniiciūt.

EPISTOLA A SYNODO NICAENÆ DIRECTA SYLVESTRO PAPÆ PRIMO.



eatissimo papę vrbis Romę, cū omni reuerentiā colēdo Syluestro, Osius episcopus prouincię Hispanię ciuitatis Cordubē. & Macharius episcopus ecclesię Cōstantinopolitanę, & Victor & Vincērius presbyteri vrbis Romę ordinati ex directione tua. Quoniā omnia corroborata de diuinis mysteriis ecclesiasticæ vtilitatis, quæ ad robur pertinent sanctæ ecclesiæ catholicæ, & apostolicæ, ad sedem tuam Romanam, explanata, & de Græco redacta, scribere cōfitemur, nunc itaque ad vestrę sedis augmentum accurrimus roborari. Itaque censeat vestra Apostolica doctrina, episcopos totius vestræ Apostolicæ vrbis in vnum conuenire, vestrumque habere conciliū, sicut docet mystica veritas, vt firmetur nostra sanctimonia, gradūque fixos vel textus ordinationis tuæ sanctimonia nostra possit habere regulā, quoniam decet numerum dictorū vrbis coepi-

al. nostrorū

al. abnegatis

al. mysteria

al. ac diuersi

Ob exēplaris deprauationē vsq; potest sensus erui.

al. forte uel ordines cōstitueret vrbis.

coepiscoporum à te discere gradus, vel Fenices cōsternere vrbis. Quicquid autē cōstituiamus in cōcilio Nicēno, præcamur, vestri oris confortio confirmetur. Oret beatitudo tua pro vniuerso concilio. Data 8. Cal. Iulias, accepta. 13. Calē. Nouemb. Paulino & Iuliano summis consulibus.

RES CRIPTVM SYLVESTRIS EPISCOPI ad synodum Nicēnam.



Syluester episcopus sedis apostolicę, & sanctę ecclesię catholicę, reuerēde religionis vrbis Romę fratribus, & coepiscopis, qui in Nicēnū cōciliū cōuenērūt, in domino salutē. Gaudeo, prōptam vos benignitatē seruare. Nā & cōfirmo, figōq; ad doctrinę vestrę reclamātes de mysterio, vel vnitatē trinitatis chris̄matis vos secundū dictā & doctrinam Euangelicā sanctā accepisse gratiā, de quo examinationis probo veritate fuisse, & esse māsura, quę in vestrū, nostrūq; manauere mysteriū, meū chirographū, & discipulorū meorū offero in vestro sancto cōcilio, quicquid constituistis, vnā parē dare cōsensum, atq; in gremio vestrę synodi, parua propter disciplinā ecclesię allegabo præcepta, propter Victorinū, qui arbitrio suo, quicquid vellet, affirmabat, & cyclos Paschę pronuntiabat fallaces, vt cum episcopis totius orbis Italię examinātā vniuersitas vestri sancti cōcilij dignetur accipere veritatem. Et alia manu. Oret pro nobis beatitudo vestri sancti cōcilij, trecentorum, decem & octo, vt charitatis, quę vobis data est, domini nostri Iesu Christi, seruetur augmentum. Data quinto Calendas Nouembris, accepta quarto Idus Februarij, Cōstantino septies, & Constantino Cæsare quarto consulibus.

al. alligabo.

Quia Romanū hoc conciliū, eandem ferē materiā cum Nicēno cōcernit, velut appendix Nicēni inter œcumenica collocatur, nō tamen habetur tanti momenti quanti Nicēnum, vt cōnumeretur illis quatuor verē & indubitatē œcumenicis, tametsi auctoritate summi pontificis conuocatū fuerit, & cōuenierint ex latina & gręca ecclesiis. 275. episcopi, ex hac. 136. ex illa. 179. Incertū est an hæc duplex canonum congeries sit vnius eiusdemque synodi Romanę, an duarū, vicinis tamē temporibus: crediderim esse vnius, propter exemplariorum deprauationem certi colligi potest nihil.

CONCILIVM QVOD SANCTVS PAPA Syluester celebrauit, præsentē Constantino Augusto in vrbe Roma intra thermas Domitianas, cum ducentis septuagintaquinque episcopis, qui in ipsa synodo conuenerant, vocati à beato Syluestro.



Syluester episcopus sanctę & Apostolicę sedis præsul vrbis Romę, dixit: Quicquid in Nicęa Bithynię constitutū est, ad robur sanctę matris ecclesię catholicę & Apostolicę, à sanctis sacerdotibus trecētis decem & octo, nostro ore cōformiter cōfirmamus. Omnes qui ausi fuerint dissoluere diffinitionē sancti & magni cōcilij, quod apud Nicęam cōgregatū est, sub præsentia piissimi & venerādi Principis Cōstantini Augusti, anathematizamus. Et dixerunt omnes: Placet.

1 De Paschę solennitate.

Omnibus episcopis & presbyteris præceptū est,

Paschę obseruantiam custodire à luna 14. vsque ad 21. ita vt Dominicus dies coruscet. Et dixerunt episcopi: Placet.

2 De conciliū ter in anno celebrandis.

Syluester episcopus dixit: Robustius duximus cō filium si placet, vt omnis episcopus, qui conuenit ad conciliū, fidem suam chirographo confirmet, vt deinceps rediens ad parochiam suam, compaginem nostrę salutationis plebi suę innotescat, vt fide concilij declarata, intemeratus ordo seruetur. Et dixerunt episcopi: Placet.

3 Nulli clerico licere, causam in publico examinare.

Syluester episcopus dixit: Nulli omnino clerico licere, causam quamlibet in publico examinare, nec vllum clericum ante iudicem laicum stare. Et dixerunt episcopi: Placet.

4 De præficiendū in ordinibus & proficiendis.

Si quis clericatum promereri desyderat, hoc iustum est, vt sit ostiarius annum vnum, lector annos viginti, exorcista annos decē, acoluth⁹ annos quinque, subdiaconus annos quinque, diaconus annos quinque. Et si ad honorē presbyterij accedat, & faciēs in eo ordine annos 6. si fuerit omniū votiua gratia, non præmio, non inuasiōne cupiditatis, nulli præcipiens gradum, sic ab omni ecclesia eligatur consecrandus episcopus, nullo de membris ecclesię intercedente, & omni ecclesia conueniente. Et dixerunt episcopi: Placet.

5 Vt nulli episcopo liceat sine cuncta ecclesia, à nouissimo gradu vsque ad primum ordinare neophytum. Et dixerunt episcopi: Placet.

Syluester episcopus dixit: A nobis incipiētes moderamine lenitatis indicare, commonemus, vt nulli episcopo liceat quemlibet gradum clerici ordinare aut consecrare, nisi cum omni adunata ecclesia. Si placet: Et dixerunt episcopi: Placet.

ROMANVM CONCILIVM ALIVD SVB Syluestro papa primo celebratum.

Tituli canonum sub Syluestro papa primo.

- 1 De congregatione episcoporum, vel diaconorum.
- 2 De condemnatione Calisti, Victorini, Hippolyti.
- 3 Per singulos gradus, vt nullus crimen obiiciat.
- 4 Vt de redditibus ecclesię quatuor partes fiant.
- 5 Vt nullus presbyter chrisma conficiat.
- 6 De diaconis parochiarum, & diaconis cardinalibus vrbis Romę.
- 7 Vt à subdiacono vsque ad lectore omnes subditi sint diacono cardinali vrbis Romę.
- 8 Vt nullus subdiaconus ad nuptias transeat.
- 9 Nullus lector, nullus acoluthus vasa sacrata contingat.
- 10 Nullus episcopus virginem sacratam maritali consortio benedicat.
- 11 Vt nullus ex laica persona ab honore acoluthi vsque ad episcopatum eleuetur, nisi per singulos gradus.
- 12 Nemo det pœnitentiam, nisi quadraginta annorum.
- 13 De mysterio quodam.
- 14 Testimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat.
- 15 Nemo clericum in publico examinet.
- 16 Vt nullus clericus, vel diaconus, aut presbyter, propter causam suam intret in curiam.
- 17 Vt nullus peccantem clericum cæde attingat.
- 18 Vt nullus diaconus aduersus presbyterum crimen offerat.
- 19 Vt nullus presbyter à die presbyterij sumat coniugium.
- 20 Vt nullus diiudicet primam sedem iustitię.

CANON

CANON, VEL CONSTITVTIO SYLVESTRIS EPISCOPI VRBIS ROMÆ, & DOMINI CONSTANTINI AUGUSTI, QUALITER ECCLESIASTICI GRADUS CUSTODIANTUR, VEL RELIGIO.

ACTIO PRIMA.



O tempore, quum multi nobiles gauderent, q̄ Cōstantinus baptizatus esset à Syluestro episcopo vrbis Romę, & emundatus fuisset à lepra, pro hoc beneficio quod accepit à domino nostro Iesu Christo, per Syluestrum episcopū cœpit integrē prædicare dominum Iesum Christum, & confiteri eius beneficia. Syluester igitur episcopus vrbis Romę cōgregauit fratres, cōpresbyteros, & coepiscopos, & diaconos suos, & ciues Romanos: & quę mater ecclesia genuerat filium charissimum Cōstantinum. Integrē igitur Syluester episcopus vrbis Romę cum suis eam ordinare desyderauit, & filios eius frequenter lactare, & gradus eius, ordinēsq; & consuetudines constituere, & honorare legibus canonicis ecclesię statum cupit, atq; hunc canonē modò subter annexū cōstituit. Collegit autem vniuersam synodum episcoporum, cum consilio Augusti, & matris eius, & fecit parari in vrbe Roma, intrā thermas Domitianas, quę nunc cognominantur Traianę. Collegit autem in gremio sedis suę ducētos octogintaquatuor, quibus Augustus Cōstantinus vehicula & annonas omni loco præstari præcepit. Et alios quinquaginta septem episcopos partis Rinocorurę, quorum chirographus in eorum concilio declaratur, & centum quadraginta duos presbyteros vrbis Romę, & diaconos sex, & subdiaconos sex, acoluthos eius cōcilio factos quadragintaquinque, exorcistas vigintiduos, lectores vrbis Romę nonaginta, qui omnes præsentēs aderant. notarios ecclesię quatuordecim, qui gesta diuersorum martyrum suscipientes, ordinatē narrabant. Hos omnes etiam dum in vno articulo ad examen sanctitatis eius colligeret in thermas supradictas, voluit vt nemo laicorum præsens videretur.

Hic interseruntur episcopi tam ex vrbe Roma & circumiacenti regione, quàm ex Græcia.

Dum hi omnes venissent in synodum, similiter & alij, quorum chirographus cucurrit, & opinio sanctitatis, sederunt in eodem specu thermarum supradictarū. Presbyteri autē Romani omnes, & diaconi clerūsq; & gradus sequentes, à tergo episcoporum steterunt. Nemo enim sedit in eodem loco, nisi tantum episcopi, & Syluester episcopus & pontifex vrbis Romę. Erat enim ibi & Calphurnius, qui primò gentilis & præfectus vrbis, postea Christianus effectus est. Dicit autem Syluester episcopus vrbis Romę rationem hęc. Audite me fratres & coepiscopi, & vniuersus ordo ecclesię Romanę, quoniā bonū est, vt fixas conignationes habeat ecclesia, vt regia ecclesia non vacillet, sed sit firma, & claudat ostium propter persecutorem, & habeat firmū murum, vnde expugnet aduersarios.

2 Cognitos loquor, improbum Hippolytum & Calistum, qui pro arbitrio suo fecerunt creatorē Christum creaturam: & Victorinum, qui in sua extollentia dicebat, Pascha non venire die suo, nec mense, sed decimo Calendas. \* Maij custodiri. Ego enim (sicut lex cōmemorat) in vestro iudicio meum cōmendo sermonem, vt introducantur hi tres. Et pri-

al. Aprilis.

mò quidem arbitror Calistū damnari, vt nostro sermone corroboretur examen, quia sequutus est ita dogma Sabellianum, vt arbitrio suo præsumat; vnā esse personam trinitatis. Non enim coæquat patri filium & spiritum sanctum. Victorinum quoq; præcipuum Pictauiensis regionis antistitē, qui in sua ferocitate quicquid vellet affirmabat hominibus, & cyclos Paschę pronuntiabat fallaces, vt & hoc, quod constituit decimo Calendas Maij custodiri, vestro sermone (sicut veritas habet) castetur, & vestro iudicio condemnentur, & filiorum nostrorum Augustorum præcurrat autoritas ad condemnandum Victorinum episcopum. Et introierunt omnes, vt suo sermone damnarentur in iudicio. Damnauerunt autem Hippolytum, diaconum Valentinianistam: & Calistū, qui in sua extollentia separabat trinitatē: & Victorinum episcopum, qui ignorans lunę rationē, sub arbitrij sui tenacitate distrūpebat veritatem. Et in præsentia episcoporum supradictorum & presbyterorum, clericorūq; diuersorum graduum, damnauit & Syluester episcopus Hippolytum, Victorinum, & Calistum. Et dedit eis anathema, & damnauit eos extra vrbes suas.

3 Postea autem fecit hos gradus in gremio synodi, vt non presbyter aduersus episcopum, nō diaconus aduersus presbyterum, non subdiaconus aduersus diaconū, non acoluthus aduersus subdiaconū, non exorcista aduersus acoluthum, non lector aduersus exorcistam, non ostiarius aduersus lectorem det accusationem aliquā. Et non damnabitur præsul, nisi in septuaginta duobus testibus; neq; præsul summus à quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: Nō est discipulus super magistrum. Presbyter autē nisi in quadraginta quatuor testibus non damnabitur, diaconus cardinarius constitutus vrbis Romę, nisi in triginta sex non condēnabitur. Subdiaconus, acoluthus, exorcista, lector, nisi (sicut scriptū est) in septem testibus. Testes autem & accusatores sine aliqua sint infamia, vxores & filios habentes, & omnino Christum prædicantes, sicut dat mysticaveritas.

4 Commonco autem vobis omnibus, mihi confortibus monumentum hoc, vt de redditibus ecclesię quatuor partes fiant: quarum vna cedat pontifici, ad sui sustentationem: alia presbyteri, & diaconis, & omni clero: tertia templorum & ecclesiarum reparationi: quarta pauperib⁹, & infirmis, & peregrinis. Constituit & hunc ordinem, vt si quis de clero, vel presbyteris vniuersi loci transierit (quod commune est) de hoc mūdo, si neminem de suo genere habuerit consortem, quicquid paupertas eius haberet, cōferret ecclesię, & exinde quatuor partes fierent, sicut supra dictum est.

5 Constituit etiam clara voce idem Syluester episcopus vrbis Romę, vt nemo presbyterorum chrisma conficeret, dicens: Quoniam Christus à chrismate vocatur.

6 Et vt diaconi non essent plures per parochiarum examē, nisi duo, & cardinales vrbis Romę septem: ita tamen: vt dalmaticis vterentur, & palla lino stimala eorum tegeretur.

7 Ita quoque Syluester voce clara dicebat ad coepiscopos, vt à subdiacono vsque ad lectorem omnes subditi essent diacono cardinali vrbis Romę in ecclesia honorē representantes eidē. Pontifici verò p̄sbyter, p̄sbytero diacon⁹, diacono subdiacon⁹, subdiacono acoluth⁹, acolutho exorcista, exorcistę le-



8or, lectori ostiarius in omni loco repræsentet obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ.  
 8 Nullus autem subdiaconorum ad nuptias transire, ne aliqua prauaricatione præsumpserit, præcipimus.  
 9 Nullus lector, vel ostiarius, vasa sacrata audeat contingere, nullus acoluthorum rem sacratam à presbytero iam alij porrigere: quia aliud est minister, aliud assistens est, nisi tantum supporter, quod ei sacerdos imposuerit, suo ore benedictum.  
 10 Nullus etiã episcoporum virginem sacratã, si maritalis expetierit consortium, benedicere attēter, nisi eam probauerit septuaginta duorum annorum esse constitutam, vbi probabitur iudicium veræ pudicitie, vt in septuaginta duobus annis requirens verum Christum, pudicitia custodita, vnctã vertice, introducatur ad nuptias Christi, velamen capitis ferens, non cordis. Nulla schemata monachorum oportet fieri, nisi prius viginti quinque ætatis annos propter scandala, vt viginti quinque annis, iam euacuato omni feruore diaboli, inueniat sibi mundum vas spiritus sanctus. Et subscripserunt supradicti episcopi in istud, prædicant Syluestro episcopo vrbis Romæ. Subscripsit autem & nouissimus Calphurnius præfectus vrbis Romæ. Subscripsit & Augustus Constantinus cum matre sua Helena Augusta. Tunc fecit orationem, sedens in eodē loco, & discesserunt.

ACTIO SECVNDA.



Lia autem die venerunt omnes presbyteri vrbis Romæ, & diacones, & omnes episcopi ducēti octoginta quatuor intra thermas Domitianas, quæ nunc Traianæ vocantur: & sedē in sede sua in eodem loco, vbi & fecit septem regiones, & diuisit diaconibus. Erant autē diacones isti, Fabianus, Marcus, Liberius, Arcidamus, & Iulius. Ordinavit quoque & alios duos, Priscum & Theodorum. Vniuersus enim cæterus presbyteri, & diacones, & clerus hoc poposcerunt à Syluestro episcopo, vt eos ordinaret. Ibi ergo in thermis hos duos, Priscum & Theodorum subordinavit, & non ordinavit, aut cōsecrauit eos, nisi in gremio Basilicæ occulto cōsecraretur.  
 11 Et præsentē synodo constituit, vt nullus ex laica persona ab honore acoluthi vsq; ad episcopatū subleuaretur, nisi prius fuisset lector annis triginta, deinde vna die exorcista, postea caperet onus acoluthi, & faceret in eodem ordine annos decem, vt acciperet onus subdiaconi, & in subdiaconatu esset annis quinque. Deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus, donec rogantibus triginta presbyteris examen, vt esset diaconus cardinalis, quia à prima sede erat constitutum, vt seruiret annos septem. Hoc etiam constituit, quod si quis desideraret ordinem presbyterij, ita exequeretur, vt in septē annis à cuncto clero Romano probaretur gratia doctrinæ, natiuitatis, generositatis, & consilij, non expetens prædam à quoquam, & cuius opinionem clarã & firmam omnes presbyteri declararent & confirmaret & sic ad ordinem presbyterij accederet, & faceret in eodem ordine annos tres: & ita si exigat ordo, vel dispositio, vel causa pietatis, aut sanctitatis ad onus episcopatus ascēderet, & omnis clerus peteret ordinari ex vno voto perenni. Quod cum ita fieret sermonibus Syluestri episcopi nil opponeret synodus, sed magis firmabat prece. Dixit autem & hoc Syluester vrbis Romæ episcopus: Audite sancti & coepiscopi: Nemo abscondat, quod ei videretur iustitia oburgare. Responderunt omnes episcopi, & dixe-

runt, clamantes cum vniuersis presbyteris clericisque: In te iustitia, & pietas à te non discedat. quoniã à nobis nihil iudicabitur in opinione distorum tuorum, quoniam sapientia non est, nisi in patientia fuerit constructa. Dixit autē Syluester episcopus: Quoniam si sapientia non est, nisi in patientia, quicquid sermone fixero, vestro chirographo confirmetur.  
 12 Nemo det pœnitentiam, nisi quadraginta annorum petenti. Baptismum enim prædicantes date omnibus infirmis: sanis autem, sicut veritas commonet, in Pascha & Pentecoste.  
 13 Nemo enim nisi velamen cœlestē acceperit primi coniugij per manus sacerdotis, ad clericatus honorem accedat. Fictus est enim.  
 14 Testimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat.  
 15 Nemo etiam clericum quemlibet in publico examinet, nisi in ecclesia.  
 16 Nemo etiam clericus, vel subdiaconus, vel diaconus, aut presbyter, aut episcopus propter causam suam quamlibet intret in curiam: quoniam omnis curia à cruore dicitur, & immolatio simulacrorum est. Quod si quis clericus in curiam introierit, anathema suscipiat, nunquam rediens ad matrem ecclesiam. Communionem autem non priuetur propter tempus turbidum.  
 17 Nemo etiam quenquam peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus, nec episcopus clericum ad cædem perducatur. Sed si ita causa exigit clerici, triduo priuetur honore, vt pœnitens redeat ad matrem ecclesiam.  
 18 Nemo etiam diaconus aduersus presbyterum afferat crimen turpitudinis. Quod si quis accusatur, cum grãdi examinatione accusetur. Et nisi detineatur, cum chirographo suo in cōmunionem perpetua distringatur. Multi enim liuore corrupti, crimen exerunt.  
 19 Nemo etiam presbyter à die oneris presbyterij sumat coniugium. Quod si quis negligenter egerit, duodecim annis eum dicimus priuari honore. At si quis contra hunc præsentem chirographum ac publicè dictum egerit, condemnatur in perpetuum.  
 20 Nemo etiam diiudicet primam sedem, quoniã omnes sedes à prima sede iustitiam desiderant temperari. Neque quoque ab Augusto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur. Et subscripserunt 284. episcopi, & quadraginta quinque presbyteri, & quinque diacones, & duo sequentes, & Augustus Constantinus, & mater eius Helena. Et fixit canonem hunc Syluester episcopus vrbis Romæ, & omnibus episcopis scripsit. Actum in Traianis thermis tertio Cal. Iunij Donno Constantino Augusto, & Prisco Consule tertio.

CONCILIVM SARDICENSE SVB IVLII huius nominis primo, Anno sexto Imperatoris Constantij Leontio & Salustio consulibus. Aera. 381.



De concilio Sardicensis causa & origine habetur in historia tripartita libr. 4. cap. 21. Et latius apud Nicephorum historicum lib. 9. ca. 12. & 28. Ex historia tripartita li. 4. ca. 23 colligitur celebratum fuisse anno 11. ab obitu magni Constantini patris duorum imperatorum Constantis & Constantij. In libro concilio-


rum assignatur ara. 381. ad hanc synodum conuenere 300. occidentales episcopi, orientales. 76. qui orientales discesserunt à concilio antequam quidquam in conuentu publico tractaretur. Volēbāt enim excludi Pauli & Athanasij defensores, quod occidentales non admiserunt. Sed potius Athanasium curarunt ecclesiæ suæ restituendū ab hæreticis antea derurbatum. Hæc synodus inter œcumenicas nobis collocatur, quia patres vtriusque ecclesiæ & latinæ & græcæ ad eam conueniunt in maximo numero, & agitata fuit causa fidei contra Arianos. Sed quia idem argumentum agitatum fuit in concilio Nicæno, inferitur huic loco tanquam eiusdem concilij appendix. Non enim vocatur secunda synodus œcumenica quæ dignitas seruetur. Primò concilio Constantinopolitano, & quia fuit illud notabile dissidium inter episcopos orientales & occidentales, non habetur tam celebris vt alia quatuor synodi quæ summa vnitatem, & consensum omnium patrum suos canones ædiderunt. Hac de causa arbitror in codice græco canonum Parisiis impresso, post quatuor œcumenicas collocatum. Beatus tamē Hilarius in libro synodorum magnificat hanc synodum Sardicensem, quod egerit contra Arianos discipulos, & fautores, & declarauerit synodum Nicænam tandem Nicolaus papa clero Constantinopolitano, & habetur distin. 16. quod dicitur, neque Sardicenses concilium neque decreta alia vos habere sanctorum patrum vel recipere: non facillè vobis facultas credendi tribuitur: maximè cum Sardicenses concilium, quod penes vos inuestris regionibus actum est, & omnis ecclesia recipit & c. Hanc ciuitatem in qua celebrata est hæc synodus Nicephorus, inquit, sitam in Illirico. Alij verò in Lydia quæ fuit olim regia Cræsi Lydorum regis quod Horatius epistola. 10. indicat.  
 Idem Osius episcopus Cordubensis qui interfuit concilio Nicæno præfuit etiam huic Sardicensi concilio, & aliis multis eo tempore celebratis. Huius concilij extant duæ translationes. In tomo primo conciliorum, libuit magis sequi posteriorem, quia visa est concinnior & dilucidior, author summæ conciliorum priorum sequutus est.

Tituli canonum Sardicensis concilij.

- 1 Episcopum non debere ad aliam ciuitatem transferri.
- 2 Episcopum de provincia ad provinciam non transire, nisi fuerit inuitatus.
- 3 De duobus episcopis vnius provincie inter se contentione habentibus.
- 4 De episcopo ad iudicatum.
- 5 De episcopis à synodo depositis.
- 6 De quibus supra.
- 7 De episcopis accusatis.
- 8 Vt episcopi passim ad comitatum non pergant.
- 9 De quibus supra.
- 10 De quibus supra.
- 11 De quibus supra.
- 12 De quibus supra.
- 13 Vt ne ex laico quilibet episcopus ordinetur.
- 14 Vt episcopus in aliena provincia non immoretur.
- 15 De episcopis in aliena provincia possessiones habentibus.
- 16 De clericorum excommunicatione.
- 17 Licere clericis, si iniuste fuerint excommunicati, vicinos adire episcopos.

- 18 Nō licere episcopo, alterius clericum in sua ecclesia ordinare.
- 19 De quibus supra.
- 20 Vt extranei clerici apud Thesalonicensem non tardent.
- 21 Clerici vim passi, aut persecutionē, si ad aliam accesserint ciuitatem non verentur ibi morari, quoad potuerint redire.

CANONES SARDICENSIS CONCILII.



Sius episcopus dixit: Nō minus mala cōsuetudo, quā perniciose corruptela funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo de sua ciuitate ad aliam ciuitatem transire. Manifesta est enim causa, qua hoc facere tentant, cū nullus in hac re inuētus sit episcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem transiret. Vnde apparet auaritiæ illos ardore inflāmari, & ambitioni seruire, & vt dominationē exercerent. Si ergo omnibus placet, huiusmodi perniciosi austeri vindicentur: nec laicā cōmunionē habeat, qui talis est. Vniuersi dixerunt: Placet. Osius episcopus dixit: Etiã si talis aliquis extiterit temerarius, vt forsità excusationē afferat, & populi literas acceperit, cū manifestū sit p̄mio & mercede paucos qui fidē sincerā nō habent potuisse corrumpi, vt clamaret in ecclesia, & ipsum petere videretur episcopū, omnino has fraudes dānandas esse arbitror, ita vt nec laicam cōmunionem in fine accipiat talis. Quod si vobis omnibus placet, statuere. Vniuersi dixerunt: Placet.

- 2 Osius episcopus dixit: Illud quoque statutū sit, vt episcopus de sua prouincia ad aliam prouinciã, in qua sunt episcopi, nō transeat, nisi forsità à fratribus inuitatus, ne videamur ianuarum charitatis claudere.
- 3 Osius episcopus dixit: Prouidendū est etiã, vt si in aliqua prouincia fortē aliquis episcopus contra fratrem suum episcopū litem habuerit, ne vnus è duobus ex alia prouincia aduocet episcopos ad iudiciū.
- 4 Osius episcopus dixit: Quod si aliquis episcopus adiudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonā causam habere, vt iterum iudicium renouetur, si vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, vt scribatur vel ab his qui examinauerunt, vel etiam ab aliis episcopis qui in propinquo morantur Romano episcopo. Et si iudicauerit renouandū esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autē probauerit talē causam, vt ea non refricentur quæ acta sunt, quæ decreuerit Romanus episcopus, cōfirmata erūt. Si ergo omnibus placet, statuatur. Synodus respondit: Placet.
- 5 Gaudentius episcopus dixit: Ad dēdū est, si placet, huic sententiæ quam plenam sanctitate protulisti, vt quum aliquis episcopus depositus fuerit, eorum episcoporum iudicio qui in vicinis commorantur locis, & proclamauerit agendum sibi negotium in vrbe Roma, alter episcopus in eadē cathedra (post appellationem eius qui videtur esse depositus) omninō non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Romani episcopi determinata.
- 6 Osius episcopus dixit: Si cōtigerit in vna prouincia, in qua fuerint plurimi episcopi, vnū fortē remanere episcopum, ille verò per negligentiam voluerit ordinare episcopum, & populi conuenientē episcopos vicinæ provincie, debent illius conuenire episcopū qui in eadē prouincia moratur, & ostēdere quod populi perat sibi rectore, & hoc iustū esse vt & ipse veniat, & cum eo ordinent episcopum. Quod si cōuētus literis tacuerit, & dissimulauerit, nihilque re-

sponderit, tunc satisfaciendum esse populis, vt veniant ex vicinis prouinciis, & ordinent episcopum.

*De quibus supra.*

6 Iterum licentia ordinandi episcopum danda passim non est. Si enim subito aut vicus aliquis, aut modica ciuitas cui satis est vnus presbyter, voluerit sibi episcopum ordinari, ad hoc vt vilescat nomē episcopi, & summi honoris authoritas, non debent illi ex alia prouincia inuitati facere episcopum, nisi aut in ciuitatibus quę episcopos habuerint, aut si qua tam populosa est ciuitas, vel locus qui mereatur habere episcopum.

11. q. 9. Si quis episcopus accusatus

7 Osius episcopus dixit: Et hoc placuit, vt si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum decernerint, si appellauerit qui deiectus est, & confugerit ad episcopum Romanę ecclesię, & voluerit se audiri, si iustum putauerit vt renouetur iudiciū vel discussionis examē, scribere his episcopis dignetur qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligēter omnino requirant, & iuxta fidem veritatis definiāt. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi quid velit, & quid aestimet. Et si decreuerit mittēdos esse, qui præsentes cum episcopis iudicent, habētes eius authoritatem a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit episcopos sufficere vt negotio terminum imponāt, faciet quod sapientissimo consilio iudicauerit.

*Hucusque ex secunda editione.*

8 Osius episcopus dixit: Importunitates & nimia frequētia, & iniuste petitiones fecerūt nos nō tantā habere vel gratiā, vel fiduciā, dum quidam non cessant ad comitatū ire episcopi, & maximē Aphri, qui (sicut cognouimus) sanctissimi fratris & coepiscopi nostri Grati salutaria cōsilia spernunt, atq; contemnant, vt non solū ad comitatū multas & diuersas ecclesię nō profuturas perferant causas, vt fieri solet, aut oportet, vt aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subueniatur, sed & dignitates seculares & administrationes quibusdā postulant. Hęc itaq; prauitas olim nō solum murmuraciones, sed & scādala excitat. Honestū est autem, vt episcopi intercessionem his præsint, qui iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expolietur, si tamen isthęc omnia iustā habeant causam, aut petitionem. Si vobis ergo, fratres charissimi, placet, decernite ne episcopi ad comitatū accedant, nisi fortē hi qui religiosi Imperatoris literis vel inuitati vel vocati fuerūt. Sed quoniā sępē cōtingit, vt ad misericordiam ecclesię cōfugiant qui iniuriam patiuntur, aut qui peccantes in exilio, vel insulis damnantur, aut certē quamcūque sententiam suscipiūt, subueniendum est his, & sine dubitatione petenda indulgētia. Hoc ergo decernite, si vobis placet. Vniuersi dixerunt: Placet, & constituatur.

23. q. 8. Si vobis fratres chariss.

9 Osius episcopus dixit: Hoc quoq; prouidentia vestra tractare debet, qui decreuistis ne episcoporum improbitas nitatur, vt ad comitatū pergant. Quicūque ergo (quales superius memorauimus) preces habuerint vel acceperint, per diaconum suum mittāt, quia persona ministri inuidiosa nō est, & quę impetraverit celerius poterit referre. Et hoc consequens esse videtur, vt de qualibet prouincia episcopi ad eum fratrem & coepiscopum nostrum preces mittant, qui

in metropoli consistit, vt ille & diaconum eius, & supplicationes destinet, tribuens cōmendatitias epistolas paratione ad fratres & episcopos nostros, qui in illo tempore in his regionibus & vrbibus morantur, in quibus scēlix & beatus Augustus rempublicā gubernat. Si verò habeat episcopus amicos in palatio, qui cupit aliquid (quod tamen honestū est) impetrare, nō prohibetur per diaconum suum rogare, ac significare his quos scit benignā intercessionem sibi absenti posse præsint.

10 Si verò Romam venerint (sicut dictum est) sanctissimo fratri & coepiscopo nostro Romanę ecclesię preces, quas habent, tradant, vt & ipse prius examinet si honestę & iustę sunt, & præsint diligentiam atq; sollicitudinem, vt ad comitatū perferatur. Vniuersi dixerunt, placere sibi, & honestū esse consiliū. Alipius episcopus dixit: Si propter pupillos & viduas vel laborantes, qui causas nō iniquas habent, susceperint peregrinationis incōmoda, habebūt aliquid rationis: nunc verò cum ea postulent pręcipuē quę sine inuidia hominum, & sine reprehensione esse nō possunt, non necesse est ire ad comitatū.

11 Gaudentius episcopus dixit: Ea quę salubriter pręmonuistis cōuenientia & astimatione omnium & deo placitura & hominibus, tenere hęc firmitatē possunt, si metus huic sententię cōiungatur. Scimus enim & ipsi sapientissimē propter paucorum impudētiā, religiosum sacerdotale nomē fuisse reprehensum. Si igitur aliquis cōtra omnium sententiam nifus, voluerit ambitioni magis placere, quā Deo, is debet scire causas redditis honorem dignitatēq; se amissurū. Quod ita demum cōpleri poterit, si vnusquisq; nostrum qui in canali cōstitutus est, quū progredientem episcopum viderit, inquirat trāsitum eius, causas videat, quō tendat agnoscat, & si quidem eum inuenit ire ad comitatū, requirat & illud quod superius cōprehensum est, nisi fortē inuitatus sit, vt ei facultas eundi permittatur. Si verò (vt superius memorauit sanctitas vestra) propter desideria & ambitiones ad comitatū pergat, neq; in literis ei scribatur, neq; in cōmunionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sentētia cōfirmari debet. Vniuersi dixerunt, hoc honestū esse, & placere sibi hanc cōstitutionē.

12 Osius episcopus dixit: Sed & moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne adhuc aliqui nescientes quid decretū sit in synodo, subito veniant ad ciuitates eas quę in canali sunt. Debet ergo episcopus ciuitatis ipsius admonere eum, & instruere, vt ex eo loco diaconum suum mittat. Admonitus ipse tamē redeat in parochiam suam.

13 Osius episcopus dixit: Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissimē tractetis, si fortē aut diues aut scholasticus de foro, aut ex administratore episcopus fuerit postulatus, vt nō prius ordinetur, nisi antē & lectoris munere & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus, & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascēdat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quę habebunt vtique prolixū tēpus probari qua fide sit, quāue modestia, qua grauitate & verecūdia. Et si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur: quia cōueniens non est, nec ratio vel disciplina patitur, vt temerē & leuiter ordinetur aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est. Maximē cum & magister gentium beatus Apostolus, ne hoc fieret, denunciaffe & prohibuisse videatur: sed hi quorū per longum tempus exami-

Di. 61. episcopi. xii.

examinata sit vita, & merita fuerint comprobata. Vniuersi dixerunt, placere sibi hęc.

14 Osius episcopus dixit: Et hoc quoq; statuere debetis, vt episcopus si ex alia ciuitate cum venerit ad aliam ciuitatē, vel ex prouincia sua ad aliam prouinciā, & ambitioni magis quā deuotioni seruiens, voluerit in aliena ciuitate multo tēpore residere. Fortē enim euenit, episcopum loci nō esse tam instructū, neq; tam doctū. Is verò qui aduenit, incipiat cōtemnere eum, & frequēter facere sermonē vt dehonestet & infirmet illius personā, ita vt ex hac occasione nō dubitet relinquere assignatā sibi ecclesiā, & transeat ad alienā. Define ergo tempus, quia & non recipi episcopum, inhumanū est: & si diutius resideat, perniciosum est. Hoc ergo ne fiat, prouidendū est. Memini autē superiore cōcilio fratres nostros constituisse, vt si quis laicus in ea in qua cōmoratus ciuitate tres Dominicos dies, id est, per tres septimanas, nō celebrasset cōuentū, cōmunionem priuaretur. Si ergo hęc circa laicos cōstituta sunt, multo magis episcopo nec licet, nec decet, si nulla sit tam grauis necessitas quę detineat, vt amplius a supra scripto tēpore absens sit ab ecclesia sua. Vniuersi dixerunt, placere sibi.

15 Osius episcopus dixit: Quia nihil prętermitti oportet, sunt quidam fratres & coepiscopi nostri, qui nō eam ciuitatē possidēt in qua videtur episcopi esse constituti, vel certē quę paruam rem illic habeant, alibi autē idonea prędia habere cognoscunt, vel affectionē proximorum quibus indulgēt hactenus permitti eis oportet, vt accedāt ad possessiōes suas, & disponant, vel ordinent fructū laboris sui, vt post tres Dominicos, id est, post tres hebdomadas, si morari necesse est, in suis potius fundis morētur. Aut si est proxima ciuitas in qua est presbyter, ne sine ecclesia videatur facere diē Dominicū, illuc accedat, vt neq; res eius domesticę per absentiam eius detrimentū sustineāt, & nō frequēter veniēdo ad ciuitatē in qua episcopus moratur, suspicionē iactatię & ambitionis euadat. Vniuersi dixerunt, placere sibi.

In decr. Ino. lib. 5.

16 Osius episcopus dixit: Hęc quoq; omnibus placet, vt siue diaconus, siue presbyter, siue quis clericorum ab episcopo suo cōmunionem fuerit priuatus, & ad alterum porrexerit episcopum, & scierit ille ad quē confugit, eum ab episcopo suo fuisse abiectum, non oportet vt ei cōmunionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se cōnuocatis episcopis causas esse dicturū. Vniuersi dixerunt: Hoc statutum & pacem seruabit, & concordiam custodiet.

11. q. 3. Si forte episcopus trac.

17 Osius episcopus dixit: Quod me adhuc mouet, reticere nō debeo. Si episcopus qui fortē iracundus (quod esse nō debet) citō & asperē cōmoueat aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendū est ne innocēs dānetur, aut perdat cōmunionē. Et ideo habeat potestatem is qui abiectus est, vt episcopos finitimos interpellat, & causa eius audiatur, ac diligētius tractetur, quia nō oportet ei negare audientiam roganti. Et ille episcopus qui aut iuste aut iniuste eum abiicit, patiēter accipiat vt negotiū discutiatur, vt vel probetur sentētia eius a plurimis, vel emēdetur. Tamē priusquā omnia diligēter & fideliter examinentur, eum qui fuerit a cōmunionē separatus, ante cognitionē nullus alius debet pręsumere, vt eum cōmunioni societ. Hiverò qui cōueniūt ad audiendū, si viderint clericorum esse fastidium, & superbiā, quia iam

non decet vt episcopus iniuriā vel cōtumeliā patiat, seuerioribus eos verbis castigent, vt obediāt honesta pręcipienti episcopo: qui sicut ille clericis syncerū exhibere debet amorē charitatis, ita quoque vicissim ministri infucata debent episcopo suo exhibere obsequia.

18 Ianuarius episcopus dixit: Illud quoque statuatur sanctitas vestra, vt nulli episcopo liceat, alterius episcopi ciuitas ministrum ecclesiasticum sollicitare, & in suis parochiis ordinare. Vniuersi dixerunt: Placet, quia ex his contentionibus solet nasci discordia, & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

19 Osius episcopus dixit: Et hoc vniuersi cōstitui-mus, vt quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum, sine consensu episcopi ipsius, & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio eius. Quicumque autem hoc usurpauerit, a fratribus & episcopis nostris & admoneri debet, & corrigi.

20 Aetius episcopus dixit: Nō ignoratis quanta & qualis sit Thessalonicensium ciuitas. Sępē ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri & diaconi, & nō sunt cōtenti breui tempore morari: aut resistent ibi, aut certē vix post longa spacia ad sua redire coguntur. Vniuersi dixerunt: Ea tempora quę constituta sunt circa episcopos, & circa has personas obseruari debent.

21 Osius episcopus dixit: Suggestente fratre & coepiscopo nostro Olympio etiā hoc placuit, vt si aliquis vim perpeffus est, & iniquē expulsus pro disciplina & catholica confessione, vel pro defensione veritatis, effugiens pericula, innocēs & deuotus ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quando aut redire possit, aut iniuria eius remedium acceperit: quia durum est eum qui persequutionem patitur, non recipi. Etiam & larga beneuolentia & humanitas ei est exhibenda. Omnis synodus dixit: Vniuersa quę constituta sunt, catholica ecclesia in vniuerso orbe diffusa, custodiat.

*Et subscripserunt, qui conuenerant omnes episcopi diuersarum prouinciarum, numero centum uiginti vnus.*

CONSTANTINOPOLITANVM concilium sub Damaso Papa primo.



Ratianus Valentiani filius, quū dum, patre defuncto, Europę partes suscepisset, mox pietatem, quā mente perceperat, operibus demōstrabat, initiāque sui regni omnium domino dedicauit. Scripsit itaque pręcipiens, vt expulsi pastores ad sua ouilia remearent, sacraque Basilica eis redderentur, qui communionem Damasi sequebantur. Is enim Damasus Romanę vrbis episcopus laude dignus, vir mirabilis, vita laudabili conspicuus, dicere & facere pro Apostolicis dogmatibus cuncta festinās, post Liberiū gubernacula suscepit ecclesię. Direxit igitur Imperator cum huiusmodi lege etiā Saporem quēdam tunc nominatissimum militiam principem, & Arrianę quidem blasphemię prędicatores, veluti quasdam bestias septis iussit expelli, optimis verò pastoribus, & sacris ouilibus vniuersa restitui. Hoc in toto orbe terrarum simpliciter peracto, Antiochię, quę est primaria vrbs Orientis

Tripur. hist. lib. 9. cap. 20. & Theodos. lib. 4. cap. 20.

Theod. lib. 5. cap. 3.

tis quædam contentio extitit. Tunc veniente Sapore magistro militiæ, & ostendente principis legem, Paulinus quidem fatebatur se Damasi esse principem, mittebat etiam Apollinaris, hoc ipso langore celato. Sacratissimus verò Meletius sub quiete degens, illorum certamina deuotabat. Porro Flauianus sapientissimus tunc in ordine presbyterij constitutus, primo quidē veniente magistro militum, ita ad Paulinum loquutus est: Si communio-nem Damasi, ð amice, sectaris, ostende nobis dog-matum tuorum apertè cõsortium. Ille nanque dum vnam trinitatis substantiam confiteretur, tres sub-stantias prædicat in aperto, verum tu è diuerso sub-stantias perimis trinitatis. Ostende itaque dogma-tum concordiam, & suscipe secundum legem ec-clesiæ. Quum ergo illum his sermonibus obiurgas-set, cõuersus, Appollinari dixit: Admiror te, ð ami-ce, sic impudèter veritati resistere, quum apertè no-ueris, quoniam laudabilis Damascus perfectè natu-ram nostram à Deo verbo dicit assumptam, tu verò contraria fatearis, nostram nanque mentem salute fraudans. Si autem falsè loquimur, te forsitan ac-cusantes, vel nunc nouitatem à te natam denega, & Damasi amplexus doctrinam septa suscipe vene-randa. Porro Meletius omniū mansuetissimus hom-inum, tranquillissimè atque modestè Paulino dix-it: Iungamus, amice, greges, soluamus de præfula-tu contentionem, communiter pascentes oues, cu-ram eius communiter offeramus. In sede ponatur sacrum Euangelium, & exvtraque nos parte fedeamus, & siquidem prius ego terminum vitæ suscepe-ro, solus eris antistes: si vero hoc tibi prius euenerit, ego rursus gregis curam habebō. Quum ergo hæc Meletius cum omni mansuetudine protulisset, Paulinus acquiescere non cõsensit. Tunc magister militiæ, iudex vtrorūmq; verborum, ecclesiæ Me-letio tradidit. Paulinus autem aliarum ouium per-mansit antistes. Verum Apollinaris, præfultu nu-datus, ecclesiæ nouitatem doctrinæ suæ aperta impudètia prædicabat. Porro Gratianus Thraciā Bar-baros vasturæ cognoscens, Italia relicta, in Panno-niam venit. Ea tempestate Theodosius in Hispania morabatur. Quumque imperator quid faceret, he-sitar et, quippe cum Barbari elati, victoria inexpu-gnabiles viderètur, ducatu Theodosij pugnam cre-didit terminari. Congreisione verò facta, Barbari imperum non ferentes, suas acies reliquerunt, im-mensaque cædes facta est Barbarorum. Mox dux optimus disperso exercitu velociter remeavit ad principem, vt ipse triumphorum nuncius extitisset.

Theod. lib. 5. cap. 6.

Quamobrem Lætatus princeps, Theodosium fecit Imperatorem. Socrates. Consulatu Ansonij & Olibrij. 16. die mēsis Ianuarij. Theodoritus. Mox igitur vt imperium sumpsit, præ omnibus de concordia ecclesiæ cogitauit, & vniuscuiusque præfultus episcopos Cõstantinopolim venire præcepit. Sozomenes. Tunc igitur Gregorius Nazian-zenus communi decreto multorum episcoporum, in Cõstantinopoli transmūtatus, intrā ciuitatem in paruo oratorio sacra celebrabat. Cui loco post-eā principes basilicam maximam copulantes, eam vocauerunt Anastasiam. Theodoritus. Interea cum episcopi. 150. fuissent Cõstantinopoli congre-gati, Imperator rogauit vt de rebus præsentibus cogitarent. Socrates. Et cum speraret posse, Ma-cedonianos vniri, etiam eorum conuocauit episco-

Triplic. hist. lib. 9. cap. 8. Ibidē ca. 12. & Theod. lib. 5. cap. 7.

pos. Conuenerunt ergo de consubstantialitatis fide, Timotheus Alexandrinus, Cyrillus Alexandrinus, post pœnitentiam in consubstantialitatis dogma consentiens, Meletius Antiochiæ, & Acolius Tes-saloniciæ, alique plurimi, ita vt centum quinquaginta numerus compleretur. Macedoniorum verò præerat Eleuzius Cyrici, & Lazaci Marcianus. Erantque simul. 36. quorum plurimi videbantur de ciuitatibus Helleponti. Conuenerunt itaque con-sulatu Eucharij & Euagrij mense maio. Igitur im-perato, & episcopi partisque eius laborabant, vt Eleuzius, eius sequaces vnirent ecclesiæ, commemo-rantes eis legationem, qui miserant ad Liberium, tunc Romanæ vrbis episcopum, per Eustachium, & quia pridem spõte ei communicassent, nec esset sine pudore vt subitò bene prius placita mutarent. At illi eius monita aperta conuitia pauipendētes, elegerunt sequi potius Arrianam pestem, quàm cõ-substantialem dicere trinitatem. Hæc farentes de Cõstantinopoli sunt egressi, & scribebant alteru-tris, ne quis eorum Niceni concilij dogma consen-tiret. Gregorius itaque qui tunc Cõstantinopoli-tanam regebat ecclesiā, ad Nanzianzum remeare intendebat, pro quo, quum Cõstantinopolitana varet episcopo ecclesia, Timotheus Alexandrinus Petri successor maximum quendam Cynicum or-dinauit episcopum, quum imperato totondisset eū. Is enim erat etiam Apollinaris vesaniæ farcinatus. Sed non pertulerunt viri sanctissimi hoc malū Cõ-stantinopoli congregati. Et dum Ægyptij maximè se pro eius ordinatione separassent, sacra officia cū Gregorio celebrabant. At ille grauiter ferens rur-sus factam diuisionem, exorabat vniuersos vt laude dignum virum quærerent quem pontificem ordi-narent. Tunc illi eius dictis acquiescentes, Nectari-um, generis nobilitate decoratum, constituerunt Cõstantinopolitanæ ciuitatis episcopum, Maxi-mum verò Apollinaris contagio laborantem, nu-datum pontificali dignitate proiecerunt. Tunc etiā regulam protulerunt, vt Cõstantinopolitanus epi-scopus haberet honoris priuilegia post pontificem Romanum, eo quòd noua Roma esset. Firmaueruntque rursus Nicenam fidem, & patriarchas cõ-stituerunt, distribuerunt prouincias, vt episcopi vniuscuiusque diocœsis ad ecclesiās non irent ex-traneas. Hoc enim primito propter persequutionis tempus indifferenter agebatur. Distribuerunt itaque Nectario quidem maximā ciuitatem, & Thra-ciam, Ponticam verò diocœsin Helladio, qui post Basilium fuit. Cæsaream Capadociæ Gregorio Ni-seno, Basilique Germano, Troilo quoque Mitiline Armeniæ ius patriarchæ dederunt, Asianam verò diocœsim Iconij Amphilochius est fortitus. Oti-mius autem Antiochiæ Pfidia, Ægyptum quoque Timotheo Alexandrino distribuerunt. Porro ec-clesiarum Orientalium gubernationem præfultibus cõmiserunt, Pelagio Laodiceno, & Diodoro Tarsi, Antiochaniæ ecclesiæ priuilegia reseruantes, quæ tunc Meletio præsentī dederunt. Desinjerunt pari-ter, vt si quid in prouincia qualibet emergeret, prouincia cõsilio finiretur. In his omnibus suum præ-buit Imperator assensum. Theodoritus. Aestate verò sequenti rursus plures episcopi ad Cõstanti-nopolim pro causis ecclesiasticis sunt reuersi. Vbi occidentalium episcoporum synodicam susceperunt epistolam, inuitantem eos ad Romam vt illic maxi-

Triplic. lib. 9. ca.

Consul. politanæ episcopis manifest. ca. 12. Cõstantinopolitan

Theod. lib. 5. cap. 14.

Theod. lib. 5. cap. 9.

maximum celebraretur concilium. Sed illi quidem profectionem, quasi nihil habituram lucri refugerunt. Verum literas direxerunt Damaso, ceterisque præfultibus, quæ sequuntur.

EPISTOLA CONSTANTINO-politanæ synodi ad Damasum Pa-pam, & ad episcopos in syno-do Romana congregatos.

al. Britoni.



Ominis honorabilibus, atque ve-neradis fratribus & comministris Damaso, Ambrosio, Brutoni, Va-leriano, Acholio, Basilio, & reli-quis sanctis episcopis in maxima Roma collectis sancta synodus or-thodoxorum episcoporum congregatorum in ma-xima ciuitate Cõstantinopoli, in domino salutem. Nunc velut ignorantia vestra reuerentiæ insinuare, atque narrare multitudinem passionum ab Arri-ana potentia nobis sapius illatarum, forsitan super-uacuum est. Non enim ita negligere vestram credi-mus sanctitatem, vt adhuc egeatis discere, quos cer-tum est condolere. Sed neque tales nos cõstringe-re tēpestates vt pro sui paruitate latere potuissent. Neque tempus persequutionis est nouum, sed ad-huc memoriam seruat antiquam, non solum in his, qui passi sunt, sed etiam in eis qui participes sunt il-lorum quorum proprias indicat passiones. Hesterni enim (vt ita dicamus) aut hodie exiliorum vin-culis resoluti, post innumeras tribulationes ad pro-prias sunt ecclesiās reuersi, aliorum verò in exilio defunctorum, funera reuocata sunt, quidam verò etiam ab exilio remeantes, & feruenti hæreticorū furore detenti, amariora quàm in exilio in propriis sunt perpessi, lapidibus ab eis obruti, suppliciis ad-huc stigmata Christi, & vulnera in suo corpore cir-cunferentes noscuntur. Pecuniarum verò dispēdia, honoris ademptiones, singulorumque confiscatio-nes, & machinamina, iniuriæ atq; vincula quis nu-merare valebit ad singula? Etenim omnes tribula-tiones veræ super nos multiplicatæ sunt vltra nume-ron, iustè quidem, quoniam valde peccauimus, aut certe clemēs dominus passionum multitudine nos voluit exerceri. Propter hæc itaque gratias Deo re-ferimus, qui & per tantas tribulationes seruos suos corripit, & secundum multitudinem misericordiarum suarum deduxit nos rursus ad refrigerium. No-bis itaque tempus & labor maximus fuit, quatenus emendatio proueniret ecclesiarum, vt tãquam pro longa ægritudine, diligentia paulatim adhibita, pri-scam pietatis redderet sanitatem. Hoc etenim mo-do putabimur persequutionibus acerrimis libera-ri, & ecclesiās longo tempore ab hereticis detētas, denud reparari. Veruntamen graues adhuc nobis sunt lupi, qui postquam de caulis expulsi sunt, ex ipsis pasuis oues abripiunt, collectas facere con-tendentes, populos commouentes, & in nullo se-gnes ad ecclesiæ læsionem. Erat itaque (sicut dixi-mus) necessarium huic operi tempus. Quia tamen fraternam circa nos charitatem ministrātes, syno-dum in Romana vrbe Dei voluntate fecistis, & nos illuc, tanquam membra propria, literis Deo admi-rabilis principis euocastis, vt quoniam tunc ad tri-bulationes soli sumus addicti, tunc sub imperatorū concordia pia non sine nobis regnaretis, sed etiam

nos vobiscum, secundum apostolicam vocem con-regnaremus. Oratio quidem nostra fuit, si esset pos-sibile, vt omnes nostras simul relinquentes eccle-siās, desyderio vtili iungemur. Qui enim nobis da-bit pennas sicut columbæ, vt volumus, & apud vos requiescamus? Sed quoniam hoc omnino nudabat ecclesiās, requie nuper inchoante, resq; nimis erat plurimis impossibilis, quia concurreramus in vrbe Cõstantinopolitanam, causa literarum ad nos di-rectarum vestra charitate post Aquileien. conciliū adeò amabilem Imperatorem Theodosiū propter hanc solimmodo causam vsque ad Cõstantinopo-lim preparati, & de hac tantummodo ferentes syno-do consensum episcoporum, qui per prouincias permansere. Maioris verò profectionis neque spe-rauimus opus, neque præaudiuimus omnino ante-quam Cõstantinopolim veniremus, Super hæc au-tem induciarum augusto tempore faciente, neque præparare nos valentes ad longam profectionem, neque vniuersos communicatores nostros, in prouinciis positos, commonere, & eorum consensum sumere præualuimus. Quoniam igitur hæc, & alia multa plurimorum aduentum prohibere videban-tur, quod erat secundum ad effectum rerum & ve-stræ circa nos charitatis ostensionem, hoc egimus, reuerendissimos atque charissimos fratres & com-ministros episcopos, Cyriacum, Eusebium & Pri-scianum vsque ad vos laborare alacriter exorantes, per quos & nostram voluntatem pacificam, & in-tentionem habentem vnitatis, ostendimus, Zelūm-que nostrum quem pro saluberrima fide gerimus, indicamus. Nos etenim persequutiones, siue tribu-lationes, siue minas imperiales, siue crudelitates iu-dicum, siue quaslibet alias tētationes hæreticorū li-benter sustinimus pro euangelica fide, quæ in Ni-cæa Bithyniæ à 318. patribus roborata dignoscitur. Hanc etenim & nobis, & vobis, & omnibus qui nō subuertunt verbum veræ fidei, complacere confi-dimus, quam scimus antiquissimam existere, & se-quacem baptismatis, docentemque nos credere, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Diuinitatē quippe & virtutem, atque substantiam vnam patris, & filij & spiritus sancti, credimus, & æqualem ho-norem ac dignitatem & imperium coeternum in tribus perfectissimis subsistentiis, seu tribus perfe-ctis personis, vt neque Sabellij lægor habeat locum confusione subsistentiarum, aut peremptione pro-prietatum, neque Eunomianorum, & Arrianorum, & Pneumatomachorum, id est spiritui resistētium, blasphemia præualeat, substantia (videlicet) secun-dum illos, aut natura, aut diuinitate diuisa, & in-creata cõsubstantiali, & coeternæ trinitati postre-ma quædam, vel alterius substantiæ detur natura: inhumanationis verò Christi sermonem sine aliqua violatione seruamus, neque sine anima, neque sine mente, aut imperfectam carnis dispen-sationem suscipientes, sed totum scientes perfectum quidem ante secula existere Deum verbum, perfe-ctum verò hominem in nouissimo dierum propter nostram salutem factum. Igitur quæ de fide apertè prædicantur à nobis, velut in summa hæc esse no-scuntur. De quibus instrui amplius, si poteritis & totum in Antiochia factum, à syno lo ibi consti-tuta, dignemini legere, & quod anno superiore in Cõstantinopoli ab vniuersali synodo cognoscitur esse prolatum, in quibus latius fidē profelsi sumus, & con-

2. Cor. 1. 6. 2. Tim. 2. 6.

Aquileien concilium.



& contra nouitates heresum nuper exortas, anathemata ex scripto protulimus. De dispensationibus autem particularibus ecclesiarum antiqua (sicut notis) sanctio tenuit & definitio sanctorum patrum in Nicæna conuenientium, secundum vnamquamque provinciam. Et si pontifices voluerint, ut cum eis vicini propter utilitatem celebrent ordinationes, quibus rebus consequenter & cæteras ecclesias apud nos ædificari cognoscite, & insignium ecclesiarum hæc approbasse sacerdotes. Porro Constantinopolitanæ vrbis nouellam (ut ita dicamus) ecclesiam, velut ex ore leonis, hæreticis subfossam blasphemis, abstraximus, & per misericordias dei reuerendissimum & deo amabilem episcopum Nestarium ordinauimus, coram vniuersali concilio cum omni concordia, sub aspectu etiam amabilis Imperatoris Theodosij, vniuersique clericis, cuncta decernente pariter ciuitate. In seniore autem & vere apostolica ecclesia Antiochiæ, Syriæ, in qua prius venerabile Christianorum nomen appellatum est, reuerendissimum & Deo amabilem episcopum Flavianum de vniuersa prouincia, & de Orientali diocese concurrentes, regulariter ordinarunt, omni ecclesia pariter decernente, & quasi sub vna voce hunc honorante virum. Quam ordinationem, tanquam legalem, suscepit commune concilium. In matre verò cunctarum ecclesiarum Hierosolymis constituta, reuerendissimum & deo amabilem Cyrillum episcopum esse significamus, qui regulariter olim à prouincialibus ordinatus, plurima propter Arrianos diuersis temporibus certamina passus est. His igitur tam legaliter & canonicè apud nos gestis, etiam vestram reuerentiam congaudere deposcimus spirituali intercedente dilectione, & timore dominico, per quæ humana remouetur offensus, & ecclesiarum ædificatio præponitur vniuersis. Sic etenim verbo fidei concordante, & christiana in nobis charitate firmata, cessauimus dicere quod reprehendebat Apostolus: Ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo, ego autem Cephæ, dum omnes videlicet appareamus Christi, qui in nobis diuisus non est. Et si sine schismate corpus ecclesiæ deo iuante seruemus, cum fiducia ante deum ad tribunal stabimus. Hæc contra Arrij, & Etij, Eunomijque, vrsaniam, necnon contra Sabellij, Marcelli, Pauli, Samosatani conscripserunt, similiter autem & Apollinaris nouitatem palam abdicauerunt, dicentes: Inhumanationes verò domini sine violatione seruamus, neque sine anima, neque sine mente, aut imperfectam carnis dispensationem suscipientes. Porro Damafus omni laude dignissimus, hanc agnoscens hæresim exortam fuisse non solum Apollinarem, sed etiam Thimotheum discipulum illius abdicauit, ex hoc orientem gubernationis episcopis, literis propriis indicauit, quas curauimus subter annectere.

DAMASI PAPAE EPISTOLA AD episcopos contra Apollinarem Antiochenum, & Thimotheum eius discipulum hæreticos.



Quoniam apostolicæ sedi reuerentiam debitam charitas vestra distribuit vobis, quam plurimam charissimi filij præstitistis. Nam licet ecclesia in qua sanctus apostolus residens docuit, nos quodammodo gu-

bernacula, quæ suscepimus, teneamus, tamen profiteremur nos minores esse, & propterea omni modo festinamus, ut ad gloriam eius peruenire possimus. Scitote igitur quia dudum Thimotheum profanum ineruditum, Apollinaris hæretici discipulum cum impio eius dogmate condemnauimus, nec ultra concedimus, eius reliquias qualibet ratione de cæterò præualere. Si autem ille serpens antiquus semel & secundo percussus, ad pœnam propriam reuiuiscit, quique extraneus ab ecclesia est, mortiferisque venenis suis quosdam infidelium tentare non cessat, hanc tanquam pestiferam, declinate corruptione, quatenus vos memores apostolicæ fidei, quæ præcipue in vrbe Nicæna à patribus ex scripto prolata est, firmo gradu stabiles in fide, & immutabiles quaestiones ab isto audire patiamini clericos vestros, aut plebem. Iam enim semel formam dedimus, ut qui semetipsum cognouerit christianum, illud seruet quod ab apostolis noscitur esse contradictum, dicente sancto Paulo. Si quis vobis annunciauerit præter quod accepistis, anathema sit, Christus enim filius dei dominus noster humano generi per propriam passionem suam salutem plenissimam condonauit, ut totum hominem delictis obnoxium peccatis omnibus liberaret. Hunc si quis in deitate, siue humanitate minus aliquid dixerit habuisse, plenus spiritu diaboli, gehēnæ semetipsum filium demonstrauit. Cur itaque rursus à me quaeritis damnationem Timothei, qui & hic iudicio apostolicæ sedis præsentis quoque Petro Alexandrinæ ciuitatis episcopo, cum Apollinari suo doctore damnatus est, & in die iudicii tormenta debita & supplicia sustinebit. Si verò quibusdam leuioribus suadet ille veluti quandam habens, qui veram spem in Christi confessione mutauit, sciant se similiter cum isto perituros, cum quo ecclesiasticæ regulæ resultabunt. Deus vos incolumes custodiat filij charissimi.

CONSTANTINOPOLITANVM concilium concernentia. Zozomenus.



Quoniam Merobaudis secundo, & Saturnini aderant vndique totius religionis episcopi. Inter hæc euocans Imperator Nestarium, tractabat cum eo, quid fieret, ut non christianitas discordaret, sed tota vniueretur ecclesia. Dicebat autem: Oportet examinari ecclesias segregantem, quia, dum discordia recederet, ecclesias cõcordia segregaret. Hoc audiens Nestarius cogitabat, & euocans Agelium, tunc Nouatianorum episcopum, tanquam in fide confortem, indicauit ei votum Imperatoris. At ille, quum esset rebus aliis venerandus, de dogmate tamen non valebat reddere rationem, sed lectorem suum Sifinnium nomine statuit, qui pro eo deberet proferre sermonem, virum eloquentem & rebus expertum, summeque non solum scientem sacrarum profundissima literarum, sed etiam philosophica dogmata. Is ergo dixit, quia disputatio non solum schismata non vniret, sed amplius diuideret, & etiam hæreses ad contentiones potiores adduceret, & propterea Nestario dedit tale consilium. Bene nanque sciebat, quia veteres patres principium subsistenti filio dei dare vitabant, quoniam percepissent eum esse patri coeternum. Quapropter dedit consilium ut disputatiuas

ratiuas fugeret intentiones, & testimonium ex traditione veterum adhiberet, utque præfules hæresum requireret imperator vtrū sermonē vellēt face- re de antiquis ecclesiæ doctoribus, qui ante floruerunt, an certè illos velut alienos à christianitate, respuerent. Et si quid eos abnegarēt, obiceretur eis, ergo eos anathematizare præsumite. Et si hoc perpetrare non præsumerent, à populo pellerentur. Quo factò apertam fore victoriam veritatis. Si verò de principibus non offenderetur, doctoribus nostrum (inquit) est, præbere veterum libros, per nostrum dogma eorum testimonio roboretur. Inter hæc cū Nectarius, Sifinnio dicente, libenter audisset, festinus ad palatium properauit, dixitque principi consilium sibi datum. At ille considerata sententia, causam sapienter instituebat. Deinde, conuocatis hæresiaris, requisit si susciperent magistros ecclesiæ, qui ante tempora diuisionis extitissent. Illis verò non abnegantibus, sed tanquam præceptores honorantibus, rursus Imperator interrogauit, si eis horum testimonia christiani dogmatis complacerent. Hæc audientes præfules hæresum, atque disputatores eorum (erant enim plurimi ad disputationis certamina præparati) in responso vehementer hæserunt. Irruit enim in omnes magna discordia, aliis dicentibus, bonum Imperatoris propositum esse, aliis verò cogitantibus, quia non eorum expediret intentioni, dum alij aliter de libris veterum sentire viderentur, & nequaquam inter se conspirabant, sed erant diuisi non solum aduersus alias hæreses, sed etiam inter semetipsos, qui dudum vnius hæresis esse videbantur. Quamobrem confors malitia sicut linguæ gigantum veterum, est diuisa, & turris eorum funditus est subuersa. Cognoscens igitur Imperator eorum confusionem, & quia in disputatione solummodo, & non in antiquis expositionibus confidebat, alio properauit itinere, eisque declarauit ut ex scripto vnaquæque religio terminum suæ fidei declararet. Tunc callidi viri singularium hæresum subtiliter sua verba tractantes, dogma proprium conscripserunt. Aderant ergo Nectarius & Agelius consubstantialitatis præfides. Arraniorum verò Demophilus, Eunomianorum ipse Eunomius Macedonianorum Eleuzius Cyzici. Igitur Imperator eos qui conuenerant, considerans, & vniuersiusque dogmatis scripta suscipiens, seorsum que recedens orauit intentè, ut ei cooperaretur deus ad veritatis electionem. Deinde vniuersiusque dogmatis relegens scripturam, alia quidem omnia, tanquam diuisionem trinitatis introducentia, culpans repente dirupit, & solum consubstantialitatis dogma cum laude suscepit. Hæc enim occasio fuit, ut Nouatiani, bene agentes, intra ciuitatem haberent rursus ecclesias. Admiratus nanque princeps eorum concordiam circa fidem, lege præcepit, ut propria oratoria detinerent, & priuilegia suæ ecclesiæ, atque fidei possiderent. Verum aliarum religionum antistes, propter discordiam suam in reprehensionem populi sui venientes, æstuabant, tristitiaque confusi discedebant, & literis consolabantur alterutros, ut non affligerentur, cur eos plurimi relinquentes, ad fidem consubstantialitatis accederent, dicentes: Quid enim, multos vocatos, paucos autem electos? Quod utique non dicebant, quando multum populum per potestatem sibi aggregabant. Zozomenus. Imperator interea lege sancit, ut

hæretici neque ecclesias haberent, neque de fide docerent, neque episcopos, aut alios ordinarent, & alios quidem è ciuitatibus expelli, alios sine honore esse, neque frui communi ciuitate permisit. Insuper crudeles pœnas aduersus eos in lege conscripsit, quas tamen executus non est. Studebat enim ut per hæc concordēs existerent non vero supplicio subicerent. Socrates. Sed neque hi, qui tuebantur fidem Nicæni concilij penitè a tristitia videbantur extranei. Nam Antiocheni eos, qui in concilio præfentes fuerant, declinabant Aegyptij, & Arabes & Flavianum ab Antiochia expellendum esse dicebant. Palestini verò & Phœnices, atque Syri pro Flauiano laborabant. Eo siquidem tempore, quo hæc synodus Constantinopoli agebatur, talia circa Hæresiam prouenerunt. Et cætera. Socrates. Circa hæc itaque tempora in Antiochia Syria Paulino episcopo moriente plebs eius declinabat omnino Flavianum, & propter hoc Euagrius ordinauerunt suæ partis episcopum. Quo in breui tempore mortuo, alter quidem in eius loco factus iam non est, Flauiano quidem renitente. Verum hi qui declinabant Flavianum propter iusiurandi præuaricationem seorsum solemniter celebrabant. Porro Flavianus omni virtute curabat, ut eos sibi aggregaret quod post paululum hoc modo cognoscitur euenisse. Cum Damafus Romanus pontifex & Theophilus Alexandrinus indignarentur, circa Flavianum, non solum propter periurium, sed etiam quia ipse fuit occasio, ut populus fidelium discordaret, postea Theophilus à Flauiano rogatus, misit Istdorum presbyterum, ut contristatum Damafum Flauiano mulceret episcopo, dicens vile fore populi concordiam, si culpa iam facta Flauiano remitteretur. Hoc itaque modo communionem reddita Flauiano, Antiochenus populus paulatim concordiam reparauit. Arriani verò, ab ecclesiis pulsi, in suburbanis Antiochenis collectas agebant. Inter hæc autem mortuo Cyrillo Hierosolymorum episcopo, Ioannes in eius sede successit. Quia Constantinopoli celebrata sunt quatuor concilia generalia. Secundum videlicet, Quintum, Sextum & Octauum, orientalium vltimum œcumenicum, visum est hoc loco, non nihil de huius vrbis situ attingere, ut in aliis non oporteat eiusdem rei, iterum facere mentionem.

Huius planè ciuitatis plures scriptores meminerunt sub nomine Byzantium, non sub nomine Constantinopolis. Scripserunt enim ante tempora Constantini Magni, qui hanc nominis mutationem fecit. Proio. siquidem lib. 3. cap. 11. tit. Thraciæ situs, & iterum tit. In ore Ponti. addit Byzantium. Et Plinius. lib. 4. cap. 11. tit. Thracia dicit Promotorium Chrysoceras, in quo oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea Iygos dictum, abest a Dyrrachio d. cc. 221. m. passuum. Et Anto. in initio tit. ab aureo monte Vicea & c. Melanciada, Byzantio, quæ & Cõstantinopoli. Item tit. à Constantinopoli vsque Antiochiam. Itè tit. à Dyrrachio Byzantium & cætera. Clodiana & c. Melanciada, Byzantio quæ Constantinopolis. Item tit. Iter rectum ab Hydrunto Aulonam & c. Inde per Macedoniam vsque Constantinopolim & c. Apollonia & c. Melanciada, Byzantio. Et Strabo lib. 7. vbi dicit: Iam vsque Byzantium progressi sumus, illustrissimam sanè ciuitatem, ad nobiliora confinia propinquam, & Istri ostio vicinam

1. cor. 1. b

Trip. hist. lib. 9. ca. 15. Theod. lib. 5. cap. 10.

Adiecta imperatoris cõtra hæreses.

Trip. hist. lib. 9. cap. 20.

Trip. hist. lib. 9. cap. 6.

Damafus p. Romanus.

Gene. 11. b.

Præcipua virtus Imperatoris pro fide.

al. con. 1. b.

Theod. ca. 18.

ab eo flumine nauigationem planè demonstrantem supra Byzantium genus astorum, id est, ciuium iacet, in qua Calyba ciuitas est.

OBSERVATIO DVPLEX CONCILIIUM Constantinopolitanum, Oecumenium Secundum, Concernens Prior obseruatio.



ynodus secunda oecumenica, prima Constantinopolitana, Coacta sub Damaso papa & Theodosio seniore, à 150 patribus, contra Macedonium Constantinopolitanum, negatè diuinitatem Spiritus sancti. statuit igitur spiritum sanctum esse deum, eiusdem naturæ cum patre & filio, quemadmodum in Nicæno Concilio, de filio, definitum est, & sicut Nicæna synodus edidit symbolum, quod in ecclesia canitur alta voce, sic & Constanti. synodus, hac tamen ferie, vt ex duobus coalescat vnum, quod canitur ecclesia. Nicænum enim progreditur vsque ad eam particulam, & in spiritum sanctum, mox agit contra Arrianos subiungēs, dicentes autem, erat quando nouerat, & vt legere potes in fine Cōcilij Nicæni. Ea verò quæ diuinitatē spiritus sancti declarat & explicat vsque ad finē symboli, à sancta hac secunda synodo sunt definita & Nicæno symbolo coniuncta, videlicet, dominum & alias, viuificantem, qui ex patre procedit & hoc igitur ecclesie symbolum possit Constantinopolitanum dici, sicut Nicænum: Sed quia Concilium Nicænum fuit primum, & symbolum eius, multo tempore antequam fieret hæc accessio explicatoria, cœperat in ecclesia cani Marci papæ autoritate, idcirco Nicænum vocatur. Additio illa, horum duorū verborum, filioque ab ecclesia Latina, iusta de causa, contra græcorum errorem, explicationis ergo, facta est. Posterior obseruatio: obseruanda est etiam varietas quantum ad Canonum attinet numerum. Antiqua translatio continet tres duntaxat, posterior verò septem, sed eadem in vtrisque continentur, Codex tamen græcus in secundo Canone, complectitur tres Canones, æditionis latinæ, sis, qui nobis est quibus, græcis est tertius, quem aliqui suspicantur esse supposititiū, quia post ecclesiam Romanam, primatus honorem deferret Constantinop. ecclesie, licet non fiat iniuria Romane, tamen inuertitur ordo sedis, & hac in re fit iniuria Alexandrinæ sedi & Antiochenæ, quarum illa secundum locum obtinebat, hæc vero tertiū, & Hierosolymitana quartum, nec Constantinop. erat ante sedes patriarchæ, at hic quintus canon ambitu quodam, videtur ei tribuere patriarchatus primatum post Romanam. Qui uoluerit canonem hunc tueri mordicus, dicet, hūc ordinem inter illas tres conseruatum fuisse, sed vno gradu deiectas, vt sedes Constantinop. primatum post Romanam assequeretur sed cum id non sit de iure diuino, & sit in potestate ecclesie disponere maximè pro causa legitima, ipsi concilio licuit hoc disponere: credendū est etiam Alexandrinam, Antiochenam & Hierosolymitanam, in gratiam Imperatorum, qui impensissimè fauebant Constantinop. facile celsisse iuri suo. Quoniā ecclesia potest nūc nouum patriarcham instituere potuit etiam tunc tēporis, & illarum ordinem si expedierit inuertere: non est igitur cur abiiciatur hic canon quintus, ne

detur ansa facilè abiiciendi Canones à tanto tempore approbatos Hæc constituerunt, qui Constantinopolim, gratia Christi cōuenerūt episcopi, ex diuersis prouinciis iuxta uocationem piissimi Imperatoris Theodosij.

Tituli canonum Concilii Constantinopolitani.

1. Custodiendam esse fidem patrum 318.
2. Vt episcopi suam diocēsim gubernent, nec ad alios accedant.
3. Non inuitatos episcopos ultra diocēsim propriam accedere non debere.
4. De ecclesiis barbaricis positis.
5. De honore Constantinopolitani episcopi.
6. De maximo cynico Philosopho.
7. De fide symboli apud Constantinopolim constituti.

Canones Concilii Constantinopolitani.



On spernendam esse fidem Patrum 318. qui in Nicæam bithyniæ conuenerunt, sed manere eam ratam oportet, & anathematizari omnem hæresim, specialiter autem Eunomianorum. Imo Anomianorum, qui latinè sine lege dicuntur, & Arrianorum, siue Eudoxianorum, & semiarrianorum, necnon Pneumachorum, id est, qui contra spiritum sanctum pugnant, & Sabellianorū, & Marcellianorum, & Fotinianorum, & Apollinaristarum.

2. Episcopi qui extra diocēsim sunt, ad ecclesias, quæ extra terminos eorum sunt, non accedant, neque confundant, & permisceant ecclesias secundum regulas constitutas. Alexandria quidem episcopi solius orientis curam gerant, seruatis honoribus Primatu ecclesie Antiochenæ, qui i regulis Nicæne synod. continetur. Sed & Asiæ diocēsis episcopi ea quæ sunt in Asia, & quæ in Asianam tantummodo diocēsim pertinent, gubernent. Ponti autem episcopi, Ponticæ tantum diocēsis habeant curam, Thraciæ verò ipsius tantummodo Thraciæ.

3. Non inuitati episcopi ultra diocēsim accedere non debent super ordinandis aliquibus vel quibuscunque disponendis ecclesiasticis causis, seruata regula, quæ supra scripta est de vna quaque diocēsi, manifestum nanque est, quod per singulas quasque prouincias prouincialis synodus administrare, & gubernare omnia debeat, secūda ea quæ sunt in Nicæna definita.

4. Ecclesias autem dei quæ sunt in barbaricis gentibus constitutæ, regere atque administrare oportet secundum consuetudinem, quam à patribus obtinuisse dignoscitur.

5. Constantinopolitanæ ciuitatis habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum propterea quod sit noua Roma.

6. Propter totius indisciplineationis eius doctrinā, quæ Constantinopoli orta est, vt neque maximus fuisse, aut esse etiam putetur episcopus, statutum, neque hi qui ab eo sunt ordinati, qualemcumque gradum clericatus obtineant, omnibus scilicet quæ circa eum vel ab eo gesta sunt, in irritum reuocatis.

7. Credimus in vnum deum Patrem omnipotentem,

tem, factorem cœli, & terræ, visibilium omnium & inuisibilium conditorem, & in vnum dominum Iesum Christum filium dei vnigenitum ex patre natum ante omnia secula, deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natum non factum, homo factus, passus est sub Pontio Pilato, ac sepultus, ac tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris, inde venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus in spiritum sanctum dominum & viuificantem ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum & conglorificandum. Qui locutus est per Prophetas. Et vnam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum, expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri sæculi. Amen. Hæc regulæ, siue definitiones sunt expositæ ab episcopis 150 qui in vnum constantinopolim conuenerunt, quando B. Nectarius episcopus ordinatus est, damnato maximo cynico, quorum nomina & prouinciæ nominantur in græco.

Et subscripserunt 150 episcopi, qui in eodem concilio conuenerunt. In codice græco continetur epistola concilij ad imperatorem Theodosium, nūc primò latinitate donata quæ sequitur.

EPISTOLA NVNCVPATORIA Eiusdem sanctæ Synodi ad religiosissimum imperatorem Theodosium magnum, cui eadem sancta Synodus canones subiecit à se Constitutos.

PIENTISSIMO ET RELIGIOSISSIMO imperatori Theodosio Sancta Synodus episcoporum è variis prouinciis in urbem Constantinopolitanam congregatorum: S. P. D.



itio huius epistolæ, quam ad te scribimus pientissime imperator, deo gratias agemus qui te summa pietate præditum imperio potiri voluit ad communem ecclesiarum pacem & fulcimentum veræ fidei. Deo autem gratias vt debemus agentes, necessariò quæ in Sancta Synodo gesta sunt ad pietatem tuam referimus. Primùm quod cum euocati literis tuis Constantinopolim conuenissemus, mutuam inter nos concordiam renouauimus: Deinde etiam breues canones edidimus, quibus fidem patrum qui concilio Nicæno interfuerunt confirmauimus, & exortas aduersus eam hereses improbauimus. Postremò etiam pro recta ecclesiarum institutione certos canones fecimus quos & valere volumus. Hæc nos omnia huic nostræ epistolæ subiecimus. Cupimus igitur diplomate tuo synodi sententiam cōfirmari, vt quæ admodum literis, quibus nos conuocasti, ecclesiam honorasti ita etiam placita Synodi ad finem perducta subscriptione tua munias. Dominus imperium tuum in pace & iustitia confirmet, & in multas generationes proferat. Cum imperio tuo terreno superueniat tandem cœlestis imperii fruitio. Deus te verè religiosum ac pium imperatorem votis sanctorum annuens potentia virtutibusque omnibus præstantem orbi terrarum diu seruet incolumem.

CONCILIUM EPHESINUM tertium œcumenicum, Sub celestino papa cuius vices gerebat in concilio Cyrillus Alexandrinus & sub Theodosio Imperatore Iunioris Anno 468. Episcoporum. 200.



Decenter profectò proponeretur hæc tenus historie sacre & conciliorum studio hoc concilium Ephesinum, cum sit vnum ex quatuor illis præcipuis generalibus, ex eo enim nihil aliud producebatur, præter duodecim anathematismos editos à Cyrillo. Ego verò, vt gratificer theologie candidatis, eorūque in dustriam vt cūque iuuenem, hoc in loco, disposui ea, quæ vel maximè facere videbantur ad Ephesini concilij historiam cognoscendam. Primo loco, liberati archidraconi cartha. breuiarium de Nestorij causa, hæc enim fuit præcipuū negociū huius Synodi. Secūdo loco collocauim⁹ declarationes anathematismorum seu capitū probatorū in hac synodo, cuius fuisse coryphæum Cyrillum, ex gestis constat. Tertio loco succedunt impugnationes prædictorum Anathematismorum Theodreti, & aliorum episcoporum orientis, quibus parallelè opponuntur refutationes His addidimus sententiam latam à Concilio in Nestorium, quam desumpsimus à Nicephoro. Quarto loco sunt aliquot epistolæ recens latinæ factæ, plurimum conducetes, Nouis autē loco, octo canones huius Concilij ex Codice græco Canonum Parisiis impresso desumpti.

Ephesus Ioniæ vrbs quondam celeberrima tū Dianæ spectatissimo in ea templo, tum clarorum virorum dignitate, ab Amazonibus secundum Plinium lib. 5. cap. 29. & Iustinum lib. 2. condita, Vnica D. Pauli ad Ephesios epistola per celebris, Eius meminit Ptolom. lib. 5. cap. 2. Strabo. li. 14. Pomponius Mela. Titulo de Iouia. Huius etiam celebris mētior habetur in actis apostolicis.

EX BREVIARIO CAUSAE Nestorianorum & Eutythianorum, auctore D. Liberrato, Ecclesie Carthaginensis Archidiacono.

De Nestorii ordinatione & hæresi.



ost Apollinaris damnationem & depositionem, aliquantis temporibus euolutis mortuo Sisinnio, qui post obitum beati Attici Constantinopolitanæ Ecclesie præsulatum susceperat, visum est Imperatoribus nullum ordinare de Constantinopolitana Ecclesia pontificem, sed ab Antiochia Syriæ, vnde prius illa Ecclesia Ioannem susceperat, aliquem aduenam accersire, & Episcopū facere. Et sicut Socrates in Ecclesiastica historia narrat, erat quidam presbyter Antiochiæ nomine Nestorius, genere Germanicenis, boni eloquij: quem quasi vtilem ad docendum, Constantinopolim principes euocauerunt. Et transactis tribus mensibus, ab Antiochia venit Nestorius, qui castitate inter plurimos præcipuus habebatur. Quibus autem moribus institutus fuerit, sapientes à primæ eius homilia cognouerunt. Erat cum eo & Anastasius presbyter pariter destinatus, quem nimis honorabat, & veluti consiliarium habebat in causis suis. Ordinato ergo Nestorio decimo die mensis Aprilis consulatu Felicis & Tauri, Anastasius Ecclesia docens, Dei (inquit) genitricem nullus dice-


Vide Ecclesiasticam historiam auctoris casiodori lib. 12. cap. 4.

Anastasi  
presbyter.

cere praesumat, quoniam Maria homo fuit, & Deum ab homine generari nimis est impossibile. Quod cum pariter audissent plurimi clericorum & laicorum, multum conturbati sunt. Didicerant enim antiquitus Deum confiteri Christum, & nullatenus per dispensationem hominem a Deo separatum credebant. Tumultu ergo facto in Ecclesia, Nestorius volens confirmare Anastasij sermonem, eum quod eum honoraret, tanquam blasphemum noluit eum arguere, sed frequenter ex hoc coram Ecclesia docebatur, & agitabat hanc quaestionem cum contentione, abnegans Dei genitricis confessionem. Unde diuisione nata est in Ecclesia, & confusione magnam orbi terrarum tepidissimi tractatus Nestorij concitauerunt. Et eo non emendante, Constantino politana Ecclesia erat in scandalo, velut in nocturna lite, repleta omni confusione: fociorum & hostium nulla erat agnitio, diuersis nunc his nunc aliis consentientibus, & verba propria mutantibus. Quoniam Nestorius in ea erat opinione, quod omnino purum hominem diceret Christum, introducens in Ecclesiam tanquam Pauli & Photini dogma atque doctrinam. Quod cum audisset Cyrillus Alexandrinus Episcopus, cui tunc dabatur primatus de tabulis agendi, venerunt ad eum aliqui de populo Constantinopolitanorum, non communicantes Nestorio, & suggererunt ei, quae Constantinopoli acta fuerant. Direxit ergo Nestorio epistolam Cyrillus, cuius est principium, Venerabiles filij ac fide digni &c. persuadens ei, ut si in plebe lapsus fuisset sermo in tractatibus corrigeretur, ut Dei puerperam diceret sanctam virginem, id est, *θεοτοκος*, ut totius orbis offensio conquiesceret. Iam enim quaterniores expositionum eius per Antiochum quendam illustrem Papa Celestinus acceperat, dogmaque ipsius Nestorij manu eius subscriptum, & ab eo directum legerat atque tractauerat, totusque Oriens ex eius scriptis iam cognitum habebat. Sed Nestorio emendare nolente, rursus quoque Cyrillus secundam ad eum direxit epistolam, cuius est principium, Obloquitur me quidam apud tuam fraternitatem, &c. quae ei & incarnationis Christi plenam reddidit rationem, rogans eum, ut cum eo illa sentiret, ut Ecclesiarum pax perstaret incolumis, & sacerdotibus indiscissa concordia permaneret.

Hac est epistola statim sequens. Cuperi, &c. quam propterea subiungimus, quod commo- dius uersa uideretur, quam hic sit mentio apud liberatum.

EPISTOLA D. CYRILLI MISSA Nestorio Mense Mechir, qui Aegyptiis Februarius est, Indictione 14. & a patribus Concilij Chalcedonensis impense commendata.



Omperi quosdam existimationi meae detrahentes, apud reuerentiam tuam, multa garrere, & id crebro frequenterque agere & maxime tunc, cum virorum illustrium atque prudentium praesto esse plurimos vident, & fortasse opinantes tuas aures delectari. Non adeo ex voluntate tales aduersum nos voces emittunt homines, nulla quidem in re a me prorsus offensus nec laesi, sed modesta a nobis clementerque comitanti: vnus, quia caecis vim, egentibusque faciebat: aliter, quia supra matrem suam erexit gladium: alius, quia cum ancilla aurum rapuit alienum, & hac semper existimatione vixit, quam nullus inimicissimus suo optat euenire. Caterum talium hominum nullam omnino habeo curam, ne videar supra dominum

aut magistrum, vel supra patres nostros mensuram meam mediocritatis extendere. Neque enim fieri potest, ut aliquis maledicorum virus & molestiam vitare possit, quamuis rectissime viuatur. Sed illi maledictionis & amaritudinis os plenum habentes ratione iudicii omnium reddituri sunt. Ego autem me conuerto ad id, quod me maxime decet, & te nunc quoque admonebo quasi fratrem in domino, ut doctrinam verbi, & sensum fidei caute & cum omni obseruatione facias semper ad populos, sciens plane, quod si quis ex his, qui in Christum credunt, vnum duntaxat scandalizauerit, indignationi subiacet ingenti. Sin vero non vnus sit, sed multitudo decepta, tunc omni arte nobis vtendum est, ut circuncidamus scandala, & illis, qui quaerunt veritatem sanam rectamque fidei dirigamus rationem. Id autem facile fiet, si pariter patrum recensentes scripta sanctorum, eos plurimi faciamus: & nosmetipsos consulentes, si in fide consistimus, secundum quod scriptum est, tum demum rectis illorum atque irreprehensibilibus institutis sensus nostros animosque firmemus. Ait igitur sancta & magna Synodus, ipsum, qui est ex Deo patre naturaliter natus filium vigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine (per quem & cum quo omnia fecit pater) hunc descendisse, incarnatum esse, & hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, & ascendisse rursus in caelos. Haec nos sequi verba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse, & hominem factum Dei verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura conuersa vel immutata, facta sit caro, nec quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit: sed illud magis, quod carnem animata anima rationali sibi copulauerit verbum substantia liter, & ineffabiliter & indeprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec adsumptione sola personae, sed quod diuersa quidem naturae in vnum conuenerint. Vnus tamen ex ambabus Christus & filius, non euacuata aut sublata diuersitate naturarum per coniunctionem, sed quia simul nobis effecerunt vnum dominum & Christum & filium, id est, diuinitas & humanitas, per arcanam illam ineffabilemque copulationem ad vnitatem. Itaque is, qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus: non quia diuina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordium nec quod propter seipsam opus habuit secundo nasci post illam natiuitatem, quam habebat ex patre, est enim ineptum & stultum hoc dicere, quod is qui ante omnia secula est consempiternus patri, secunde regenerationis egerit, ut esse inciperet: sed quia propter nos & propter nostram salutem naturam sibi copulauit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neque enim primum natus est homo communis de sancta virgine, & tunc demum inhabitauit in eo verbum: sed in ipsa vulua, vteroque virginali se cum carne coniunxit & sustinuit generationem carnalem, carnis suae natiuitatem suam faciens. Sic illum dicimus & passum esse, & resurrexisse, non quia Deus verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera (Deus nanque incorporalis extrahere passionem est) sed quia corpus illud quod ipsius proprium factum est passum est, ideo haec omnia pro

Psalmi.

Mat. 11.

Quomodo dei Synodus tenetur debet.

pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore quod patiebatur, Deus qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & vita, & viuificans Dei verbum. Sed quia corpus ipsius proprium gratia Dei iuxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis. Non quod ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet (insania est enim hoc vel sentire vel dicere) sed quod (ut supra diximus) vera caro ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus: non quia in corruptione ceciderat (quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Ita Christum vnum & dominum confitemur, non tanquam hominem cum verbo coadorantes, ne diuisionis quaedam species inducatur, sed vnum iam & eundem adorantes: quia non est alienum a verbo corpus suum, cum quo ipsi etiam adfuit patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus filiis adfidentibus, sed vno cum carne per vnitatem: quia si talem copulationem factam per substantiam, aut quasi impassibilem, aut quasi parum decoram voluerimus accipere, in id incidimus, ut duos filios esse dicamus. Neesse enim est discernere, & dicere hominem separatum fuisse sola filij appellatione honoratum, & rursus, quod est ex Deo, & nomine & veritate, filium Dei, sed discernere in duos filios non debemus vnum dominum Iesum Christum. Neque enim id adiuvat recta fidei rationem, licet nonnulli copulationem (nescio quam) perhibeant personarum. Non dixit enim scriptura, verbum Dei personam sibi hominis adsumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere Dei verbum similiter ac nos participatum habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum proprie suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abiecta nec deposita deitate, aut generatione illa, quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in adsumptione carnis Deum, quod erat. Hoc vbi que recta fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse comperimus. Ideo illi non dubitarunt sanctam virginem dicere *θεοτοκος*, non quod verbi natura deitasque in sancta virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum Dei verbum, carnaliter natum esse dicitur. Haec igitur pro charitate in Christo scribo, querens te tanquam fratrem, & tontestans coram Christo & electis angelis, ut haec nobiscum & sentias simul & doceas, ut Ecclesiarum pax salua seruetur, & concordiae charitatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus Dei.

LIBERATVS.




Ad haec autem Nestorius contrariam scribens epistolam Cyrillo, cuius principium est, Iniurias quidem, quae contra nos sunt, mirandarum tuarum litterarum, &c. verum tamen beatam Mariam *θεοτοκος* voluit dicere, nec suum emendauit errorem. Ioannes quoque Antiochenus direxit Nestorio epistolam, cuius principium, mea intentionem circa tuam reuerentiam, &c. per quam eum hortatus est, ne se repelleret, bonum sibi futurum consiliarium, dum eum dicere pigeret, beatam

virginem Dei genitricem: quae sancti patres docuerunt & scripserunt. In qua epistola meminit Theodori Mopsuesteni, ostendens ei retractationis exemplum, quomodo ille dum tractat, tumultu facto surgens fortissimus vir sine confusione, suam sententiam retractauit, & quae parum prodesse ignorantibus videbantur, velociter ad vtilitatem correat Ecclesia. Sed hanc Nestorius contemnens, ciuitati suae odibilis factus est. Cyrillus vero per Popsidonium diaconum suum retulit de eo Papae Celestino, & quid Constantinopoli ageretur, ei per epistolam suam allegauit. Cui identidem Cyrillus tertiam Nestorio Synodicam direxit epistolam, in qua duodecim capitula contra eius dogma dictauit & inseruit. Et est principium, Qui amat patrem suum aut matrem suam plus quam me, non est me dignus.

Hac est epistola illa quae modo sequitur.

D. CYRILLVS ALEXANDRINVS EPISCOPVS, Et Synodus, quae conuenit apud Ephesum, Nestorio, Deo amabili & religioso fratri.



Me saluator noster aperte pronunciet: Et qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus: & qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus: quid nos faciemus, qui deposcimus a tua religione, ut te super Christum saluatorem omnium diligamus? Quid enim nobis in die iudicij subuenire poterit: aut quam satisfactionem reperire poterimus ita diuturnum silentium prolatis a te contra eum blasphemias continentes? Et si quidem te tantummodo laederes, docens ista vel sentiens, sollicitudo nobis minor existeret. Cum vero totam scandalizaueris Ecclesiam, & fermentum insolitae prauitatis, & nouae haeresis miscueris in populis, nec tantum ibidem positus, sed vbi que existentibus (nam tuarum expositionum libri per cunctum vulgati sunt orbem) quae super nostro silentio ratio vltra, vel excusationis sermo sufficiat? Aut quomodo non excessus sit meminisse Christi domini, sic dicentis: Non putetis, quod venerim pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam. Nam cum laeditur fides, parentum reuerentia velut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fratresque vitatur. Ad postremum etiam super ipsam vitam mors potius a piis viris eligitur, ut me liorem resurrectionem, sicut scriptum est, consequantur. Ecce itaque te simul cum sancta Synodo, quae apud amplam urbem Romam congregata est, praesidente sanctissimo & reuerendissimo fratre, & consacerdote nostro Celestino Episcopo his scriptis synodicis te iam tertio conuenimus, consilium dantes, ut a tam prauis abstineas distortisque dogmatibus, quae & sentire dignosceris & docere: recipias vero fidem rectam, Ecclesiam per beatissimos apostolos & Euangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri verbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, iuxta dilationem literis praefinitam sanctissimi & reuerendissimi consacerdotis nostri Romanae praesulis Ecclesiae Celestini, scias te nullam sortem habere nobiscum, nec locum aut colloquium cum Dei sacerdotibus & Episcopis obtinere. Non enim fas est (contemnere nos) Ecclesias ita turbatas, & scandalizatos populos, fidemque rectissimam violatam vel distipatam;

Matth. 10.

Ioblem.

Hebra. 11.

Synodus Romana celebrata.

Al. comit.



si patam quinetiam gregem, quem custodire debueras (si iuxta nos amator rectidogmatis extitisses) factorum patrum vestigia pia confectans. Omnes itaque, quos propter fidem tua religio à communionem remouit, aut ab ordine suo deposuit, laicos & clericos, in nostram communionem recepimus. Non enim iustum est eos tuis decretis opprimi, qui nouerunt rectè sentire, qui etiam benè facientes, tibi prudentissimè restiterunt. Hoc idem nanque in epistola, quam misisti ad præfulem amplæ Romæ sanctū & coepiscopum nostrum Celestinum significare curasti. Non autem sufficit tuæ religioni, solummodò fidei symbolum confiteri, quòd expositum est per idem tempus sancti spiritus largitate, à venerando Concilio apud Nicæam congregato: hoc enim nec intellexisti, nec rectè interpretatus es: quinimò per uersè, licet sono uocis ea uerba protuleris. Sed consequens est, etiam iureiurando fateri te, quòd anathematizes fidè tuam pollutam & prophana dogmata sentias & doceas, quæ nos uniuersi, siue per Orientem, siue per Occidentem Episcopi & magistri, præfulesque populorum credimus & docemus. Apostolis autem ab Alexandrina tuæ religioni directis Ecclesia consensum præbuit, tam ea, quæ apud urbem Romam conuenit, sancta Synodus, quam etiam nos omnes uelut rectè, irreprehensibiliterque còscriptis. Subdidim⁹ autem his literis nostris, quæ sentire oporteat & docere, & à quibus abstinere còueniat. Hæc est enim fides catholice & apostolice Ecclesiæ, cui cuncti consentiunt orthodoxi per Orientem, Occidentemque pontifices.

Credimus in unum Deum, patrem omnipotentem &c. Sequentes itaque per omnia sanctorum martyrum confessiones, quas loquente in eis sancto spiritu protulerunt, & intentioni, quæ est in eorum intellectibus, æquis uestigis inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur quòd ipsum unigenitum Dei uerbum, natum ex ipsa patris essentia, de Deo uero Deus uerus, lumen de lumine, per quæ omnia facta sunt, siue in cælis, siue in terra, salutis nostræ causa descendens, ad exinanitionem sese dignatus est inclinare, Incarnat⁹ autem, & homo fact⁹, id est carnem de uirgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, natiuitatem nostram ex uulua sustinuit, homo de muliere procedens, nec quòd erat, abiciens. Nam licet factus sit in assumptione carnis & sanguinis, tamen etiam sic quòd erat Deus, natura scilicet & ueritate, persistit. Nec carnem itaque dicim⁹ in naturam deitatis esse conuersam, nec in substantiam carnis ineffabilem Dei uerbi essentiam còmutatam: inconuertibilis etenim est & incommutabilis, idemque ipse iuxta scripturas iugiter permanens. Visus est autem & paruulus, sed & positus adhuc in cunabulis, & in sinibus genitricis uirginis constitutus, uniuersam creaturam replebat, ut Deus genitoris suo indiuisus existeret: quòd enim diuinum est, sine quantitate, & sine mole cognoscitur, nec ullis terminis continetur. Vnitum ergo carni uerbum Dei secundum substantiam constitutes, unum adoramus filium, & dominum Iesum Christum: non seorsim ponentes hominem & Deum, uel inuicem sibi dignitatis & authoritatis uinitate còiunctos: hoc enim nouitas uocis est, & aliud nihil: nec item Christum specialiter nominantes, Deum uerbum, quòd ex Deo est, nec alterum similiter Christum specialiter, qui de muliere natus est, sed unum

solummodò Christum, Dei patris uerbum cum propria carne cognoscimus. Tunc enim etià iuxta nos uinctus est quis spiritum dignis ipse contulerit, & non ad mensuram, sicut beatus Euangelista Ioannes adseruit. Sed nec illud dicimus, quòd De uerbum uelut in homine còmuni, qui de sancta uirgine natus est, habitavit, ne Deum homo Christus habitator possidere credatur. Quauis enim uerbum habitauerit in nobis, & dictum sit, in Christo habitare omnem plenitudinē deitatis corporaliter, attamen intelligimus eum, quòd caro factus, non sicut in sanctis habitare dicitur, nec talē in ipso habitationem factā definire tentauim⁹, sed uinitus iuxta naturam, nec in carne penitus còmutatus, talē sibi fecit habitationē, qualē & anima hominis habere creditur ad propriū corpus. Vnus igitur est Christus filius & dominus noster, non uelut coniunctione qualibet, in uinitate dignitatis & authoritatis hominis habentis ad Deum: non enim potest uinitate naturas sola dignitatis æqualitas. Denique Petrus & Ioannes æquales sunt alterutrum dignitatis propter quòd & apostoli, & sancti discipuli esse monstratur, uerū tamen uterque non unus est. Nec iuxta collationē uel connexionē connexionis modū animaduertimus: hæc enim ad uinitatem non sufficit naturalē nec secundum participationis affectum: sicut nos etià adhærentes domino unus cum eo spiritus sumus, imò potius coniunctionis nomē euitamus, tãquam non existens idoneū, quòd significet uinitatis arcana. Sed neque Deum aut dominum Christum uerbum Dei patris adserimus, ne iterum manifestius in duo diuidamus unum Christum filium & dominum, ne in crimen sacrilegij incidamus, Deum illi seipsum facientes & dominum: uinitus quippe, sicut superius dixim⁹ Deus uerbum carni, secundum substantiam Deus quidem est omnium, & dominator uiuersitatis: uerū tamen nec seruus est sibi ipse, nec dominus: quia ineptum est, uel potius impium, hoc sentire uel dicere. Quauis enim Deum suū patrem dixerit, cum Deus sit etià ipse natura, & de illius essentia, tamen nullatenus ignoramus, quod manens Deus, homo quoque factus est, qui sub Deo iuxta debitam legem naturam humanitatis existeret. Ipse uero sibi quomodo uel Deus poterit esse uel dominus: Ergo sicut homo, quantum deceter exinanitionis mensuræ cògruit, sub Deo se nobiscum esse differuit. Hoc etià, quomodo sub lege factus est, quauis ipse promulgauerit legem, & legislator ut Deus existeret, uenemus de Christo dicere: Propter adsumptionem ueneror adsumptum, & propter inuisibilem adoro uisibilem. Horrendū uero super hoc etiam illud adiciatis: qui susceptus est, cum eo qui suscepit, connūcupatur Deus: qui enim hæc dicit, diuidit iterum in duos Christos cum qui uinitus est, hominem seorsim in parte & Deum similiter in parte constituens. Euidenter enim \* diuidit uinitatem, qua non alter cum altero coadoratur, aut connūcupatur Deus, sed unus intelligitur Christus Iesus filius Dei unigenitus, una seruitute cum propria carne uenerandus. Confitemur etiam, quod idē ipse, qui ex Deo patre natus est filius unigenitus Deus, licet iuxta naturam suam expertus passionis extiterit, pro nobis tamē secundum scripturas carne passus sit, & erat in crucifixo corpore propriæ carnis impassibiliter ad se referens passiones: gratia uero Dei pro omnibus gustauit mortem, tradens ei propriū corpus, quauis naturaliter ipse uita sit & resurrectio mortuorum. Nā ut mortem ineffabili potentia procūcāret, ac primus

in sua

in sua carne primogenitus ex mortuis fieret & primitiæ dormientium, uiaque faceret humanam naturam ad incorruptionis recursum, gratia Dei, sicut supra dictum est, pro omnibus gustauit mortem, & tertio die resurgens expoliauit infernum. Idcirco quauis dicatur, quòd per hominē facta sit resurrectio mortuorum, tamen intelligimus hominem factum uerbum, quòd ex Deo est, & per ipsum mortis imperium fuisse destructum. Veniet autē temporibus presinitis, sicut est unus filius & dominus in gloria patris ut iudicet orbem terrarum in æquitate, sicut scriptura testatur. Necessariò igitur & hoc adiciamus: adnunciantes enim sicut secundum carnem mortē unigeniti filij Dei, id est, Iesu Christi, & resurrectionem eius, & in cælis ascensionem pariter confitentem, in cruentam celebramus in Ecclesiis sacrificij ueritatem. Sic etià ad mysticas benedictiones accedimus & sanctificamur, participes sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti, non ut communem carnem percipientes (quòd absit) nec ut uiri sanctificati, & uerbo coniuncti secundum dignitatis uinitatē, aut sicut diuinam possidentis habitationē, sed ut uerè uiuificatricem, & ipsius uerbi propriam factam: uita enim naturaliter ut Deus existens, quia propriæ carni uinitus est, uiuificatricem eam esse professus est. Et ideo quauis dicat ad nos: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non tamen eam ut hominis unius ex nobis existimare debemus (quomodo enim nihil iuxta naturam suam uiuificatrix esse caro hominis poterit?) sed uerè proprium eius factum, qui propter nos filius hominis & est, & uocatus. Eas autem uoces, quas saluator noster in Euangelis protulit, non in duabus subsistentiis aut in personis omnino partimur: non enim duplex est unus Christus & Deus solus, quauis ex duabus diuersis; rebus ad uinitatem cognoscatur indiuiduā conuenisse: sicut homo quoque ex anima constans & corpore, non duplex sed unus potius est ex utroque. Humanas ergo, & diuinas insuper uoces ab uno Christo dictas animaduertentes rectè sentimus: cum enim \* de duobus dignissimè loquitur de seipso: Qui me uidet, uidet & patrem. Et: Ego & pater unum sumus: diuinam eius ineffabilemque intelligimus naturam, secundum quā unum est cum patre suo, propter unam eandemque substantiam, imago & character, splendorque gloriæ eius existens. Cum uero humanæ naturæ mensuram nullatenus ignorans Iudæos alloquitur: Nunc me queritis occidere, hominē qui ueritatē uobis locutus sum, itē non min⁹ eum, qui in similitudine & æqualitate patris est, Deum uerū etià in mensuris humanitatis eius agnoscimus. Si autē necessariò creditur, quòd natura Deus existens factus sit caro, imò potius homo animatus anima rationali, quæ causa est, ut in eius quilibet uocibus erubescat, si eas homine dignas effatus est: Si sermones homini congruentes abiicit, iuxta nos hominē fieri quis cogit? Cū uero se propter nos ad exinanitionē spontaneā misericorditer inclinari, quā ob causam dignosexinanitione sermones effugerit? Vni igitur personæ eūctas eius in Euangelio uoces adscribimus, uni substantiæ, uerbi scilicet incarnati. Quia un⁹ est domin⁹ Ies⁹ Christus, ut scriptū est. Apellatū uero apostolum & pontificē confessionis nostræ, tanquā sacrificantē Deo & patri fidei nostræ confessionē, quæ à nobis ipsi,

1. corin. 8.  
Hebræ. 3.

& per ipsum Deo & patri incessanter offertur, iterum cum dicimus, qui ex Deo est secundum naturam filius unigenitus, nec homini præter eum alteri sacerdotij nomen & officium deputam⁹. Factus est enim mediator Dei & hominū, & reconciliator ad pacē, semetipsum Deo & patri pro nobis offerens in odorem suauitatis. Ideoque dicebat: Sacrificium & oblationē non uulisti, holocausta & pro peccato non tibi placuerunt, corpus autē perfecti mihi: tunc dixi, ecce uenio: in capite libri scriptum est de me, ut faciā Deus uoluntatem tuam. Obluit enim proprium corpus, non pro se, sed pro nobis in odorem suauitatis. Nā quia pro se oblatione uel sacrificio indigeret, ab omni peccato liber ut Deus existens? Quòd si omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, secundum hoc quòd sumus ad mutabilitatis excessum præuiores effecti, & peccatis ægrotauit humana natura, ipse uero non ita ideoque nos gloria eius egemus, cur erit ueltra iam dubium, quòd agnus uerus propter nos & pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet cum nihil prorsus iste deliquerit, nec ullum fecerit omnino peccatū. Quia igitur ægrotabile, nullo suo extante facinore: Pro quo, si esset satis admodum uenienter offerret. De spiritu quoque cum dicit: ille me glorificabit, hoc rectissimè sentientes, unum Christum dominum & filium, non uelut alterius egentem gloria confitemur à spiritu sancto gloriam consecutum: quia spiritus eius nec melior, nec superior illo est. Sed quia mira opera faciens, ad demonstrationem suæ deitatis uirtute proprii spiritus utebatur, ab ipso glorificari dicitur, quòd uirtus sua uel disciplina quælibet unumquemque clarificet. Quauis enim in sua sit substantia spiritus eius, & intelligatur in persona proprietatis, iuxta id quòd spiritus est, & non filius, attamen alienus non est ab illo: nā spiritus appellatus est ueritatis, ueritas Christus est: unde & ab isto similiter sicut ex Deo patre procedit. Denique hic ipse spiritus etiam per sanctorum manus apostolorum miracula gloriosa perficiens, dominum glorificauit Iesum Christum, postquam ascendit in cælum. Nam creditus est Christus, natura Deus existens, per suum spiritum uirtutes efficiens ideoque dicebat: de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Nequaquam uero participatione alterius idem spiritus sapiens aut potens dicitur: quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indigens bono. Nam paternæ uirtutis & sapientiæ, id est, filij spiritus creditur: & ideo ipsa re & subsistente uirtute uirtus & sapientiæ, id est, filij spiritus creditur: & ideo ipsa re & subsistente uirtute uirtus & sapientiæ còprobat. Igitur quia Deum carni uinitum iuxta substantiam sanctam uirgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei genitricem esse confitemur: non quod uerbi natura existēdi præcipiū de carne sortita sit: erat enim in principio uerbum, & Deus erat uerbum, & uerbum erat apud Deum: & ipse est conditor seculorum, patri còæternus & uniuersitatis creator: sed, quòd superius diximus, iuxta substantiam sibi ueniens humanam naturam natiuitatem sustinuerit ex ipsa uulua corporata: non quòd egerit necessariò aut propter suam naturam natiuitate ista, quæ est in extremis seculi facta temporibus, sed ut ipsas benediceret substantiæ nostræ primitias. Et dum eum carni uinitum mulier edidisset, illa, quæ aduersus omne genus humanum maledictio fuerat prolata, desineret, nec iam morti nostra corpora destinaret. Illud quoque quod

C

Alias missus. Non factus est christi ano symbolo ut cumque subscribere.

psalm. 101

Diuina omni mole corpori carent.

ioann. 3.

1. Timoth. 2. pph. 5. psalm. 394

Rom. 3.

ioann. 15. c. 14.

ioann. 16.

Maria Deum peperit  
ioann. 1.

Gene. 3.  
1. Corin. 15.  
Apoca. 7.

quod dictum est: In tristitia paries filios, ipse dissoluens, verum esse monstraret, quod Propheta voce praxiderat: Absorpta est mors in victoriam. Et iterum: Abstulit Deus omnem lachrymam ab omni facie eorum. Propter hanc etenim causam dicimus eum dispensatori, & ipsis benedixisse tunc nuptiis, cum in Cana Galilaeae cum sanctis vocatus apostolis adesse dignatus est. Haec sapere sumus edocti a sanctis Apostolis & Euangelistis, & ab omni scriptura diuinitus inspirata, nec non & a beatis patrum confessionibus veritate subnixis. His omnibus etiam tuam religionem concordare, & praeter aliquem dolum vel fictionem consentire conuenit. Quae vero religioni tuae anathematizare necesse est, huic epistolae nostrae subiecta sunt.

Ioannis. 2.

1. Si quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, & propter hoc ipsam Dei genitricem sanctam virginem (peperit enim secundum carnem carnem factum Dei verbum, secundum quod scriptum est: Et verbum caro factum est) anathema sit.

2. Si quis non confitetur carni secundum substantiam unitum Dei patris verbum, vnum quoque esse Christum cum propria carne, & eundem ipsum sine dubio Deum simul & hominem, anathema sit.

3. Si quis in vno Christo diuidit substantias post unionem, sola societate coniungens ea, quae secundum dignitatem est, vel etiam auctoritatem aut potestatem, & non magis conuentu, qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

4. Si quis in duabus personis vel substantiis diuidat eas voces, quae tam in Euangelicis, quam apostolicis literis continentur: vel etiam eas, quae de Christo a sanctis dicuntur, vel ab ipso Christo de seipso: & aliquas quidem ex his tanquam homini, qui praeter Dei verbum specialiter intelligatur, applicandas crediderit, aliquas vero tanquam Deo dignas, soli verbo Dei patris deputauerit, anathema sit.

5. Si quis audet dicere Christum hominem id est, deiferum, & non potius Deum esse veraciter dixerit tanquam vnicum filium per naturam, secundum quod verbum caro factum est, & participauit nobis similiter carne & sanguine, anathema sit.

6. Si quis Deum vel dominum esse Christi Dei patris verbum, & non magis eundem ipsum confitetur Deum & hominem simul, propterea quod verbum caro factum est, secundum scripturas, anathema sit.

7. Si quis tanquam hominem Iesum operante Deo verbo dicit adiutum, & vnigeniti dignitatem, tanquam alteri praeter ipsum existenti, tribuit anathema sit.

8. Si quis audet dicere adsumptum hominem coadorari cum Deo verbo oportere, & conuocari deum tanquam alterum cum altero (adiectio enim vnus syllabae con, hoc cogit intelligi) & non magis vna reuerentia veneratur Emmanuelem, vnamque ei glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum sit, anathema sit.

Ioannis. 1.

9. Si quis vnum dominum Iesum Christum glorificatum dicit a spiritu sancto, tanquam ab aliena virtute, qua per eum vteretur, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, & per eum implet se diuina signa, & non magis proprium eius esse spiritum dicit, sicut & patrem, per quem signa operatus est, anathema sit.

10. Pontificem & apostolum confessionis nostrae

factum esse Christum, diuina scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis Deo patri in odore suauitatis, Si quis ergo pontificem & apostolum nostrum alium dixerit esse factum, praeterquam ipsum Deum Dei verbum, quando factum est caro, & secundum nos homo, sed quasi alterum praeter ipsum specialiter hominem ex muliere: & si quis dicit, quia propter se obtulit seipsum in oblationem, & non magis pro nobis solis (Non enim indignum oblatione, qui peccatum nesciuit) anathema sit. Si quis non confitetur carnem domini viuificantem esse, tanquam propriam ipsius verbi Dei patris, sed quasi alterius cuiuspiam praeter ipsum, coniuncti eidem secundum dignitatem, aut secundum quod solam diuinam habitationem habuerit, & non potius, vt diximus, viuificantem esse, quia facta est propria verbo Dei, cui omnia viuificare possibile est, anathema sit.

12. Si quis non confitetur Dei verbum carne passum esse, & carne crucifixum, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod est & vita & viuificator, vt Deus, anathema sit.

LIBERATVS.



uius exemplar epistolae perueniens ad Ioannem Antiochenum, offensus est in ipsis Cyrilli capitulis. Putauit enim eum dum immoderate occurreret Nestorio, in seipsum Apollinaris declinare. Mandauit ergo Andrea & Theodorico Episcopis Concilii sui, vt in scripto responderent contra ipsa duodecim capitula tanquam Apollinaris dogmata instaurantia. Cognoscens itaque Nestorius, quod Cyrillus non pateretur Ecclesiam sic esse in perturbationibus, & populos in scandalo, suggessit pio principi Theodoro, vt sacram ad eum dirigeret, & a sua eum persecutione compesceret. Et scripsit ad eum sacram Imperator, arguens eum tanquam inquietum & scandalosa suscitante, qui sine consortio ageret atque scriberet. Et post haec scripsit aliam sacram ad vniuersos Episcopos, vt Ephesum conuenerent, & ferrent de Nestorii libris & Cyrilli iudicium. Scripsit Imperator sacra & beato Augustino Hipponensi Episcopo per Ebagnium Magistrianum, vt ipsi Concilio praestaret sui praesentiam. Qui Ebagnius veniens Carthaginem magnam, audiuit a Capolo ipsius urbis antistite beatum Augustinum ex hoc mundo migrasse ad dominum, acceptisque ab eo ad Imperatorem literis, loquentibus de obitu beati Augustini, Constantinopolim, vnde venerat, rediit. Porro Campolus Archiepiscopus propter impetum vniuersale non valens congregare Concilium, Vessulam Diacorum suum misit Ephesum ad Concilium legatum. Celestinus vero Papa misit increpationis epistolam cum exhortatione ac vituperatione, quia errare non debuerit ab eius ordinatione, & est eius principium, Aliquantis diebus vitae nostrae, &c. tribuens ei decem dierum spatium, hoc est, a prima die acceptionis ipsius epistolae usque ad vltimam diem, vt si minimè Nestorius emendaret expositiones suas, & reuocaret ad Ecclesiam, qui propter Christum, qui est caput eius, ab eo fuerant expulsi cognosceret se ab eius collegio, & omnium sanctorum

Ecclesiasticae historiae lib. 12. ca. 5.

Simulata haereticorum innocentia.

Alliase Desjps Ephesie Nestorius natum.

Cyrilli temporis Augusti De discordia Cyrilli Alexandrii & Ioannis Antiocheni. Ecclesiasticae histor. vbi supra. 6. c.

Celestinus in Concilio & li. natione respectu.

etorum Episcoporum consortio esse separatam, insinuans ei dedisse vicem suam in Concilio per epistolam suam, cuius principium est, Tristitia nostra sanctitatis vestrae litera, &c. qua Cyrillum admonuit, vt si per illos decem dies doctrinam suam minimè Nestorius emendaret, disponeret eum ad communione Episcoporum vel Coepiscoporum remouendum, & prouidendum illi Ecclesiae. Eadem de re pariter scripsit Ioanni Antiocheno, Rufo Theffalonicensi, Iuuenali Hierosolymitano, & Flauiano Philippensi Archiepiscopis. Scripsit & ad clerum Constantinopolitanum, admonens eos contra doctrinam Nestorii fortiter stare, eiusque persecutiones patienter ferre, quae fructus adferunt coronarum, scientes ab eo excommunicatos vel deiectos, in Apostolicae sedis permanere communionem. Continuo autem post paschalem festiuitatem Nestorius cum maxima multitudine venit Ephesum, & inuenit plurimos Episcopos collectos. Porro Cyrillus Alexandrinus modicum retardatus, circa Pentecosten occurrit, & Iuuenalis Hierosolymorum. Sed Ioanne Antiocheno remorante, questionem mouebant praesentes Episcopi de beata Maria Dei genitrice. Cyrillus autem deflorationes quasdam librorum Nestorii faciebat, eum perturbare volens. Erat enim (vt dicitur) eius inimicus. Et cum plurimi Deum confiterentur Iesum Christum: ego (inquit Nestorius) qui fuit duorum vel trium mensum, nunquam confitebor Deum: quia gratia ter mundus sum a sanguine vestro, & amodo ad vos non veniam. Et his dictis cum reliquis congregabatur Episcopis, qui eius sententiam sequebantur. Praesentes ergo Episcopi in duos ordines sunt diuisi. Porro Cyrillus cum suis habens vires sedis Apostolicae, Concilio conuocato ducentorum Episcoporum, Nestorium vocauerunt. At ille venire noluit, differens in praesentiam Ioannis Antiocheni. Scripsit enim ipse Ioannes de itinere Cyrillo, positus in sexta mansione, festinationem suam & itineris labores, animalium ruinas, & Episcoporum, qui secum erant, necessitates insinuans. Qui vero circa Cyrillum erant Episcopi, homilias Nestorii, quas de hac questione protulerat, sepius relegentes, priusquam Orientis Concilium, & aliquarum prouinciarum Episcopi ipsi Concilio coniuncti, ad Synodum occurrerent iudicantes, Nestorium tanquam blasphemantem Dei filium, damnauerunt. Hoc facto circa Nestorium, Ioannes & Episcopi, qui cum eo erant alterum Concilium apud se facientes, damnauerunt Cyrillum, & cum eo Memnonem Ephesiorum Episcopum. Post biduum vero venit Ioannes Antiochenus, & cognoscens ista, quae supra diximus, & post haec quae gesta fuerant in damnatione Nestorii, & illa duodecim capitula Cyrilli in ipso Concilio suscepta & confirmata, indignabatur contra Cyrillum tanquam, seditionis auctorem quod feruentissimè Nestorii fecisset damnationem. Qui autem cum Ioanne conuenerant Episcopi, id est, Alexander Apamiae, Ioannes Damasci, Asianus Seleucia, Alexander Hierapoleos, Aimerius Nicoedia, Helladius Tarfi, Maximus Anasarbi, & caeteri numero .34. qui tunc cum eo Ephesi occurrerant, querebantur de Cyrillo, dicentes: Secundum iussu principum, cur non sunt expectati aliarum prouinciarum Episcopi, vt quod modo iudicauit de libris Nestorii, & de Cyrilli dictis, Concilium iudicaret? Congregatis ergo illis, Ephesi, Ioan-

nes contra Cyrillum & Memnonem ita inuectus est: Optimus quidem secundum regulas sanctorum patrum, & secundum literas piissimorum & Christianissimorum Imperatorum nostrorum cum pace fieri Synodum. Quoniam autem audacia & seditione, & haeretico sensu videntes, soli confidentes, nobis, propinquantibus secundum literas piissimorum Imperatorum nostrorum, secundam Synodum implestis, vt ne requirerentur capitula, quae contraeuerunt Apollinaris, & Arrii, & Eunomij perfidia & impietati, neque expectastis praesentiam sanctorum Episcoporum, qui vndique a piissimis Imperatoribus conuocati sunt, cum magnificentissimus comes Candidianus in scriptis, & sine scriptis praecipisset vobis, nil tale praesumere, sed expectare commune omnium sanctorum Episcoporum Concilium: ideo scitote, quod depositi estis, & alieni ab Episcopatu Cyrille Alexandrine Episcopi, & tu Memnon huius ciuitatis, & omni Ecclesiastico ministerio alieni, vt pote vniuersa seditionis & iniquitatis auctores, qui, vt regula patrum & Imperiales sanctiones conculcarentur, causam dedistis. Caeteri autem omnes, qui consentitis, agentes contra leges & aduersus sanctiones Imperiales, excommunicati estis, donec agnoscentes proprium delictum poenitentiam agatis, & fidem sanctorum patrum, qui in Nicaea congregati sunt suscipiatis, nil aliud nouum introducentes, & anathematizetis haeretica capitula, quae a Cyrillo Alexandrino Episcopo exposita sunt contra Euangelicam & apostolicam doctrinam, & sequamini literas piissimorum & Christianissimorum Imperatorum nostrorum, qui iubent quaeri, & subtiliter de fide cum pace examinationem fieri. Hanc interlocutionem tuam Ioannes, & qui cum eo erant, aduersus Cyrillum & Memnonem Ephesi publice proponentes, vtrorumque damnationem literis suis Imperatori insinuauerunt, quarum est principium: Pietas vestra praefulgens ad beneficium orbis terrarum. Post haec aduenerunt ab Hesperia ad Concilium legati Papae Celestini, Arcadius & praefectus Episcopi, & Philippus Ecclesiae Romanae presbyter. Quibus residentibus Cyrillus & Memnon obtulerunt libellos in Concilio, contestationem deponentes aduersus Ioannem Antiochenum, & qui cum eo erant, Episcopos, vt vocarentur, & redderent causas depositionis suae. Vocati ergo a Concilio per Daniele Colonae secundae Cappadociae, & Commodum Tripolis Lydiae, & Timotheum Theraeum Hellepontis Episcopos, vna cum Musonio Notario, per interannunciantem diaconum tale acceperunt responsum: Neque vos mittatis, ad nos, neque nos ad vos, quoniam de vobis responsum principis expectamus. Igitur Cyrillus cum Memnone volentes se vlscisci, Ioannem damnauerunt, & omnes qui cum eo conuenerant, qui multa mala pro factu vtriusque Ephesi pertulerunt. Porro Imperator per Ioannem sacram scripsit omni Concilio, & ad locum dicens: Nestorii, Cyrilli & Memnonis damnationem susceperimus, alia vero, quae apud vos gesta sunt & damnata, reprehendimus, Christianam fidem rectitudinemque custodientes, quam ex patribus progenitoribusque susceperimus. Redeunt igitur de Concilio. Et septem Episcopi satisfacere Imperatori, quia magnum & vniuersale Concilium omnia regulariter agens, damnauit Nestorium. His agnitis iussit

Alliase praefectus.



iussit eos imperator Ecclesiam ingredi, & pro Nestorio alium ordinare Episcopum. Et post hæc iussit omnes Episcopos abire, quæque in propriam regionem. Et ita Ioannes cum suis Antiochiam profectus est, ubi colligens plurimos Episcopos, damnauit iterum Cyrillum, cum iam esset Alexandria & sicut Socrates dicit, cognoscens Nestori pro contentio nem ad quendam perniciem peruenisse partes, Dei genitricem Mariam vocabat dicens: Dicatur (inquit) etiam Dei genitrix, & ea, quæ adferunt dissidium, conquiescat. Sed nullus eum ex penitentia talia dicentem suscepit. Quapropter hæcenus damnatus est, & in exilium missus, in Oasin habitare dinoscitur. Post damnationem autem eius, dura Constantinopoli turba contra Ecclesiam mota est, diuisusque est populus propter tepidum eius (sicut dixi) tractatum. Clerici vero communi decreto eum anathematizauerunt. His ita prouenientibus, de electione Episcopi rursus quæstio orta est. Multi enim Philippum quærebant presbyterum, qui ab Ioanne cognominato Chrysostomo diaconus fuerat ordinatus, multaque conscripsit volumina contra Imperatorem Iulianum apostatam. Alij vero Proclum presbyterum quærebant, quæ ad Cyzicum Sisinnius Episcopus ordinauit. Qui priusquam Cyzicum proficisceretur, procedentes ciues eiusdem ciuitatis Dalmacium monachum sibi met ordinauerunt Episcopum, quoniam Attico præcessori Sisinni soli hoc præstare videbatur. Sed proceribus Palatii, ut fieret, displicuit, quod quidem factum est postea. Manebat ergo Proclus, non habens Ecclesiam propriam, qui tamen in doctrina ecclesiastica Constantinopoli valde florebat. Cumque quatuor transissent menses, post Nestorij damnationem Maximianus ordinatur Episcopus, vita quidem Monachus, ordine vero presbyter, constans quidem fide, idiota autem sermone, & sub quiete viuere eligebat. Post paululum vero videns Imperator Cyrilli & Ioannis permansisse discordiam, intolerabilem iudicabat eorum dissensionem. Et vocans tunc ad se Maximianum Episcopum, & alios plurimos Constantinopoli tunc repositos Episcopos, quo modo tolleretur Ecclesiarum dissensio, cogitabat. At illi dixerunt, quia non aliter hoc fieri posset, nisi prius sciretur & præferretur vnus fidei vinculum, & Ioannes Antiochenus Episcopus anathematizaret Nestorium, & improbata dogmata eius. Et gauiso valde super hoc Imperatore, missus est hoc ipsum agere Aristola Tribunus, sacram principis deferens Ioanni & Cyrillo, in qua comminatus est vtrisque Nico mediam pro exilio, nisi pacem, haberent adinuicem. Scripserunt autem & Episcopi à Constantinopoli Cyrillo, quia amicitiarum modum & pacem Ecclesiarum sanctarum non aliter fieri conueniret, nisi omnia, quæ ab eo in causa inscripta sunt, epistolis, & tomis, & libris euacuarerentur. Cyrillo verò hoc facere importabile visum est: verum Ioannes Antiochenus Imperatori mandauit: Propter illa ipsius capitula, fidem meam Cyrillo dirigam, quam si suscipiens subscripserit, communicabo ei: alioqui pacificus cum eo esse non potero. Et congregans iterum Ioannes apud Antiochiam Concilium, dictauit fidem, ita se habentem: Confitemur dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore: ante secula quidem ex patre natum secundum diuinitatem, in fine vero dierum, eundem propter nos, & propter

nostram salutem, de Mariavirgine secundum humanitatem. Duarum enim naturarum vnio facta est propter quod vnum Christum, vnum filium, vnum dominum confitemur. Secundum hunc inconfusam vnionis intellectum confitemur sanctam virginem Dei genitricem. Propter quod Deo verbum incarnatum, est homo factus. Et ex ipsa conceptione vnio sibi templum, quod ex ipsa suscepit. Euangelicas vero atque Apostolicas de domino voces scimus de illo quos viros quasdam quidem coniungentes tanquam in vna persona: quasdam diuidentestanquam ex duabus naturis, & diuiores quidem atque altiores secundum diuinitatem Christi, humiliores autem secundum humanitatem eius tradentes. In isto ergo modo hanc fidei regulam interposuit Ioannes epistolæ, cuius est principium: Dudum pensationem piissimorum principum, &c. quam tradidit Paulo Episcopo Emisseno, & direxit Alexandriam Cyrillo. In qua urbem veniens Paulus, & gratissimè à Cyrillo susceptus est, & sine difficultate vel contentione (ut à multis putabatur) inuolantem fidem Orientalium suscepit Episcoporum. Tunc Paulus dominico die fecit sermonem in populo, præsentem Cyrillo, & exposuit capitulum de Euangelio Ioannis: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Conspice (inquit) Ioannem duas naturas prædicantem, & vnum filium. Aliud enim habitaculum, & aliud qui habitat. Aliud enim templum, & aliud qui habitat, Deo. Intendite eis, quæ dicta sunt, rogo. Non dixit, alter & alter, tanquam in duabus personis aut in duobus Christis, aut in duobus filiis, sed aliud & aliud, & ut in duabus naturis. Quando ergo dixit, & habitauit in nobis, & prædicauit duas naturas, tunc addidit: Et vidimus gloriam eius, tanquam vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate. Et in sequentibus fidem quam Cyrillo portauerat, differebat aperte prædicans, duas in domino Christo naturas in vna persona. Et clamante populo: Bene venisti orthodoxe, mox Cyrillus similia tractauit, & inter cætera ait: Quid his clarius dici potest? Quia indigent hæc explanatione? Aperte nos docuit, quia aliud est, qui habitat, & aliud qui inhabitatur. Et aliud natura humana, aliud diuina. Et concludens sermonem ad confirmationem eorum, quæ à Paulo dicta sunt: Conspice (inquit) Ioannem duas naturas prædicantem, & vnum Christum, duas naturas vnigeniti, & vnam personam. Et quando dixit: Et habitauit in nobis, & prædicauit duas naturas, tunc addidit hæc: Et vidimus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate. Hæc Cyrillus Paulo præsentem tractauit, & Alexandrinam docuit Ecclesiam ita de Christo credere, sicut Paulo dudum tractante didicerat.

RESCRIPTVM EPISTOLAE ipsius Pauli Emisseni, Qui posteaquam sancti Ioannis Antiocheni literas in Alexandriam deportasset, sedente atque audiente ibi beato Cyrillo verba fecit, docuitque duas in Christo naturas, non verò personas prædicari, & impassibile quidem credi deitatem, sanctarum porro scripturarum voces diuini oportere.

**R**idem ad vestram loquentes intentionius charitatem, minimè ponere, finem sermoni volumus. Compressio enim fratrum nostrorum nos de schismate pepulit. Igitur rursus expo-

liati, eadem certamina repetamus. Hoc autem fortissimus pater, & in doctrinis à pueritia politus, quod tunc faciebat, id est, iudicet palestras. Etenim tunc elaro vultu & latitiæ subrisione gaudens puero certamina demonstrabat, & in modum rami dexteram nobis agitans, manifestus erat nobis consentiens & desiderans puerum non deiici, & victorem & dignum corona monstrari. Populus adclamauit: Dei donum Cyrille totus fecisti, sicut te ipse dignus digno populus dixit: Episcoporum pater, domine salue, venisti Episcopo recte fidei, totius mundi doctor. Qui credit, taliter diligit, magni doctoris magnus imitator laudat. Paulus Episcopus dixit: Reuertamur igitur ad Dei genitricem Mariam & ad genitum ex ea Emmanuel Deum incarnatum. Genuit ergo nobis virgo Emmanuel, secundum diuinitatem quidem patri consubstantiali, secundum humanitatem eundem nobis consubstantiali. Cæterum quæ admodum erit virga ex radice Iesse, quem admodum etiam semen Abraham, quæ admodum filius Dauid intelligendus erit ex eis secundum carnem Christus, qui est in omnibus Deus. Quæ admodum illud sancti Pauli accipimus: De filio eius, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui definitus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. Genuit ergo Maria Emmanuel, secundum diuinitatem quidem, sicut prædicimus, patri consubstantiali, secundum humanitatem nobis consubstantiali, secundum diuinitatem impassibile, secundum humanitatem passibilem. Etenim & si propria facit sui corporis passiones Deum verbum & ad se refert, attamen ipse permansit in passibilitatis finibus, & audies eum dicentem: Dedi dorsum meum ad flagella, maxillas autem meas ad palmas, faciem meam non auerti à confusione conspuentium. Nihil autem eum perpeffum in propria natura existimes, sed sua facere potius proprii corporis flagella. Nam Deus verbum permansit impassibile. Qui autem contrarij sunt diuini scripturis & rectæ fidei, dicent nobis: Si impassibile Deus verbum & incoercibile atque immutabile, quem admodum verbum caro, audi dilectissime verbum caro factum est, & non traslatum in carnem. Neque enim Deus verbum traslatum est in carnem, neque in assumptis naturam adsumpta caro migravit. Quid ergo est, Verbum caro factum est: id est, carnem adsumpsit, & carnem non simplicem, sed cum anima rationali & intelligentiam habentem, quod est perfecta natura. Taliter verbum caro factum est. Volebam autem vos & sententiam magniloqui in his agnoscere, ut sciretis quæ sunt prædicta. De illo quoque Ioannes tonitruus filius, qui dignus factus fuerat in dominico pectore reclinari, exinde altiora diuina hauriens dogmata, vult copiosam Dei circa nos humanitatem nobis ostendere, hæc primū dicens, quæ diuina sunt. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deo erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & si ne ipso factum est nihil, id quod factum est. Postquam ostendit coæternum patri, illo enim, in principio, nihil antiquius inuenimus, & si præcurrat sensu præcedenti quod erat. Etenim eius quod erat, nullus terminus inuenitur. Cum autem hæc dixit, hæc docuit, coæternum esse patri & opificem omnium, tunc subdit: verbum caro factum est, veluti dicens, quia ille qui coæternus patri & omnium dominus, iste humiliavit se propter nos & propter no-

stram salutem, ut caro fieret, quatenus ab humiliori nostra parte copiosas miserationes ostenderet. Verbum igitur factum est caro. Et non stetit in hoc usque, sed addidit: Et habitauit in nobis, id est, in nostra natura. Conspice Ioannem duas naturas prædicantem & vnum filium. Aliud enim habitaculum & aliud qui habitat: Aliud templum, & aliud qui inhabitat, Deus. Intendite eis, quæ dicta sunt, rogo: Non dixi, alter & alter tanquam in duabus personis, aut in duobus Christis, aut in duobus filiis, sed aliud & aliud, & ut in duabus naturis. Quando igitur dixit: Et habitauit in nobis, & prædicauit duas naturas, tunc addidit: Et vidimus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre. Non dixit duorum filiorum, sed eam quasi vnigeniti. Esaias ergo prædicat Emmanuel, id est, inhumanatum. Petrus dicit: Tu es Christus filius Dei viui. Duplicem naturam & singularem personam filij deo loquus Ioannes dicit: Et habitauit in nobis, duas naturas vnigeniti, & vnam personam. Permansit autem Deus verbum impassibile. Rursus nanque ad illud venio, intendite in his, quæ dicuntur, ut ea quæ diuina sunt, contulit adsumptæ naturæ, eorum autem quæ humana sunt nihil accepit. Ambulauit in mari, sed cum proprio corpore, imperauit ventis & mari, sed per proprium corpus. Obuiavit illi leprosus, dicens: Domine si vis, potes me mundare, dicit: Volo mundare. Et tetigit eum corpus dominicum, & languor effugit & abrafa est lepra. Nutriuit quinq; milia ex quinq; panibus, sed per nostrum corpus. Accipiens enim egit patri gratias, & frangens dedit discipulis, discipuli autem populo, & superfuerunt duodecim cophinæ fragmentorum. Dei solius est dimittere peccata: de nouo dicit: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo, qui ea quæ diuina sunt, contulit. Dum autem videris eum esurientem, laborare, lassatum, sudantem, traditum Pilato, duci & circumduci manibus carnificum, moerentem, orantem, Heli Heli lamafabachthani, id est, deus meus Deus meus, quare me dereliquisti? Et rursus clamantem: Pater si possibile est, transeat à me calix iste, non sicut ego volo, sed sicut tu: dum videris eum crucifigi, dum videris clauos in manibus & pedibus eius, & punctum in latere, tunc intellige quia Deus verbum permansit impassibile, hæc autem omnia propria fecit, quæ fiebant in proprio eius corpore. Ut autem ostenderet, quoniam à suo templo neque in tempore abfuit passionis, quando Iudæi aduersus dominum perperabant, extinxit Deus radium solis, tenebris operuit mundum, conscidit velum templi, petras descendit, mortuos suscitauit. Omnia hæc operatus est, ut agnosceres quia inerat patienti, & passiones quidem proprias faciebat, ipse autem impassibilis existens, cuncta operabatur. Quæ nostra sunt, vobis exposuimus, hæc nanque patris doctrina, hic thesaurus habitus vester beati Athanasij. Hæc dogmata magni Theophili, hæc doctrina eorum, qui rectæ fidei sunt columnæ. Et quoniam patienter tulistis balbutiones, expectate patris sapientiam. Audistis fistulam pastoralem, audite tubam magnisonam. Populus exclamat, filij Theophili & Athanasij, Cyrilli sapientiam, audiamus. Episcopus, nos quidem, qui similia glorificamus dogmata exercitanti, Ecclesiam supernam destruenti, Deo gloriam referamus & nunc & semper.

Ecclesiast. h. i. stor. cas. siodori. li. 12. cap. 5.

Ofis est id quod eremus constat tam esse ciuitatis nomen.

De ordinatione Maximiani Constantinopoli tani Episcopi.

Alias prædecessor.

De pace cyzicæ & ioannis.

Alias impossibile.

Alias rionis carnationis est sibi. Alias munit.

Esai. 11. Matth. 1. Roman. 1.

Esai. 50.

Objectionis dissolutio.

Explicatio loci Euangelici Ioan. 1.

Esai. 7. Matt. 16.

Ioan. 1.

Matth. 16.

Matth. 8.

Ibidem.

Matth. 13.

Ioan. 6.

Matth. 9.

Matth. 4.

Ioan. 4.

Luc. 22.

Ioan. 19.

Matth. 15.

Matth. 26.

Et 27.

Ioan. 20.

Matth. 27.

Columnæ s. doctor. Ecclesie.



DIVI CYRILLI ALLOCVTIO IN Ecclesia Alexandrina, scilicet vbi allocutionem beati Pauli Emiffeni recapitulans affirmaret.

Esai. 12.



**B**eatus propheta Esaias in Christo doctorum eloquentiam predicans, dicit: Haurite aquam cum lætitia de fontibus saluatoris. Ecce igitur hauriamus aquam de sancto fonte præcedentis in atria doctoris, qui ex sancti spiritus facibus illustratus explanauit nobis magnum & colendum mysterium saluatoris. Ipse gloria & potentia, nunc & semper & in secula seculorum, Amen. Quid his clarius sermonibus? Quia indigent hæc explanatione & interpretatione? Aperte nos docuit: Quia aliud quidem est qui inhabitat, & aliud quod inhabitatur. Et aliud natura humana, & aliud diuina. Aliud nanque (inquit) habitatio, & aliud qui inhabitat. Aliud templum, & aliud qui inhabitat Deus. Et quia omnes passiones humanitas vnigeniti, & non diuinitas passa est: Quando videris (inquit) iterum esurientem, sitientem, lassatum, sudantem, tradi Pilato, duci & circumduci manibus carnificum, mœrentem, orantem, Heli Heli lamafabachthani, id est, Deus meus Deus meo, quare me dereliquisti? Et denuo clamatem: Pater, si possibile est, transeat à me calix hic, non sicut ego volo, sed sicut tu. Dum videris eum crucifigi, dum videris clauos in manibus, & in pedibus eius, & punctum in latere, tunc intellige, quia Deus verbum impassibile permansit. Hæc omnia propria fecit, quæ fiebant in proprio eius corpore. Audistis etiam & de verbo: Verbum caro factum est, admirabili interpretatione. Quid enim (inquit) est, verbum caro factum est & habitauit in nobis, id est, in nostra natura? Conspice Ioannem duas naturas prædicantem & vnum filium. Et rursus duas naturas vnigeniti & vnam personam. Et denuo quando dixit, & habitauit in in nobis & prædicauit duas naturas, tunc addidit & hæc: Et vidimus gloriam eius tanquam vnigeniti. Et rursus Petrus: Tu es filius Dei viui, duplicem naturam & singularem personam.

Roman. 11.

Matt. 4. 26. & 27.

Ioann. 20.

Ioann. 1.

Matt. 16.

LIBERATVS.



**P**ost hæc Cyrillus fidem epistolæ, quam à Paulo suscepit, epistolæ suæ interponens (cuius principium est, Latentur cæli & exultet terra) satisfaciens aliquorum rumoribus, qui de illo habiti sunt, quoniam non adsereret, de cælo corpus Christum adsumpsisse, neque fermentationem aut commixtionem senserit animarum eius, scripsit & subscripsit præfatam fidem, & Orietalibus direxit Episcopis.

EPISTOLA CYRILLI AD IOANNEM Antiochenum de partu diuinæ genitricis virginis, & vnigeniti filij dei humanitatis adsumptione in aliis exemplaribus habetur, de pace.



**L**atentur cæli, & exultet terra. Solutus est enim medius paries sepi, & cessauit illud, quod adferebat tristitiam, & totius dissentionis sublata est via, omnium nostrum saluatore Christo suis Ecclesiis pacem præstante, prouocantibus nos & adhortantibus ad hoc ipsum piissimis & Deo amatissimis principibus nostris, qui patrum suorum religionis æmuli existentes, veracem & inconcussam & rectam in suis animis conseruant fidem. Egredi-

am autem faciunt sollicitudinem pro sanctis Ecclesiis, vt inenarrabilem habeant sempiternam gloriam, & suum imperium dignum omni laude conseruent. Quibus & ipse omnium virtutum dominus, ditissima manu distribuit bona, & præstat obtinere resistentes, & donat victoriam veritati. Nec enim metitur, dicens: Viuo ego, dicit dominus, quoniam eos qui me glorificant, glorificabo. Adueniente igitur nunc Alexandriam domino meo venerabili fratre Paulo, lætitia repleti sumus, & valde necessarîe, vt pote tali viro mediatore, & de his laboribus & causis (quæ vires excedunt) animosè volenti disputare, vt diaboli vincat inuidiam, & coniungat diuisa, & quæ in medio fuerant inter hæc aspersa scandala, auferat, & coronet concordia & pace Ecclesias, quæ sunt & apud nos & apud vos constitutæ. Quemadmodum enim diuisa sunt, superfluum est dicere. Opertere autem arbitror ea loqui & sentire, quæ decent pacis tempora. Gausi sumus igitur occursum & notitia memorati religiosi viri, qui ferè non leuiter se laborare putauit, vt persuadeat nobis Ecclesias oportere coniungere, & adunare ad pacem, & eorum qui aduersa nobis sentiunt dissipare ridicula, obscurare autem & hebetare adhuc diaboli malignitatis stimulum. Inuenit autem nos ira paratos ad hoc, vt omnino nullum laborem sustineamus. Meminimus enim saluatoris nostri dicentis: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Docti etiam sumus dicere in orationibus nostris: Domine Deus noster pacem da nobis, omnia enim reddidisti nobis. Si quis igitur particeps fiat à Deo pacis huius tributæ, inops non erit omnis boni. Quoniam ergo superflua, & nullis ex causis Ecclesiarum dissentio facta est, nunc maximè plenius docti sumus, & cognouimus, domino meo venerabili Paulo Episcopo charam nobis proferente, irreprehensibilem habentem fidei confessionem, & hanc ipsam chartam confectam esse adstruente & confirmante à tua sanctitate, & à venerabilibus illarum partium Episcopis. Quæ conscriptio ita continetur, & ipsis verbis apponetur in hac epistola nostra. De partu autem diuinæ genitricis virginis, quemadmodum & sentiamus, & dicamus, & de humanitatis adsumptione vnigeniti filij Dei, necessarij, non partem aliquam addentes, sed plenissima satisfactio & ratione speciali, à principio & de diuinis scripturis & traditione sanctorum patrum suscipientes, & docti, breuiter dicimus, nihil prorsus addentes in sanctorum Patrum conuentu & Synodo Nicæni Concilij expositæ & expressæ fidei. Sicut enim prædiximus, ad omnem sufficit pietatis scientiam, & vniuersæ hæreticæ & prauæ doctrinæ abdicationem. Dicimus autem non temerè audentes de incomprehensibilibus, sed confessione propria infirmitatis, excludentes eos, qui oboriri volunt, in quibus ea cogitamus, quæ sunt vltra hominem. Confitemur igitur dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum, ex anima & corpore rationali, ante secula quidem de patre natum secundum deitatem, in nouissimis verò temporibus eundem ipsum propter nos & propter nostram salutem de Maria virgine secundum humanitatem, consubstantium vel consubstantialem patri secundum deitatem, consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum vnio facta est, Propter quoniam Christum, vnum dominum confitemur. Secundum

Ephes. 4.

Alias intellexi.

apostrophe.

Esai. 7.

Luce. 1.

Matth. 1.

1. Corin. 15.

Ioann. 3.

Philip. 2. Matt. 16.

cundum hanc incōparabilis vnitatis fidem confitemur sanctam & diuinam Dei genitricem virginem propter hoc, quod Dei verbum incarnatum est, & humanitatem adsumpsisse, & ex ipso conceptu adunasse sibi templum credimus, quod ex ipsa adsumpsit. Euangelicas autem & Apostolicas de domino nostro voces nouimus viros, aliquas quidem communes facientes tanquam in vna persona, aliquas autem diuidentes tanquam ex duabus naturis, & illas quidem quæ Deo conueniunt secundum deitatem Christi, humiles verò secundum humanitatem ipsius tradentes. His ergo cognitis sacris vocibus vestris, & sic vos sentientes cum cognouissemus (vnum enim dominum, vna fides, vnum baptisma) glorificamus omnium dominum saluatorem Deum, inuicem congraudentes, quoniam scripturis, quæ à Deo inspiratæ sunt & traditioni sanctorum patrum convenientem habent fidem, quæ apud nos & apud vos sunt Ecclesiæ. Quoniam igitur interrogauimus quosdam, quia amant ex more suo vituperare, velut crabones agrestes circum strepere, & molesta eructare contra me verba, eod quod dixerim de cælo aduenisse, & non de sancta virgine sanctum corpus Christi, oportere arbitratum sum pauca super hoc ad eos dicere. O stulti, & solum calumnias mouere scientes, quomodo ad hoc consilium deducti estis, & tanta stultitia ægrotastis? Oportebat enim, & valde oportebat, aperte vos intelligere, quoniam penè omne nobis, quod pro fide est, luctamen aduenit, affirmantibus, quoniam sancta virgo diuini partus est genitrix. Sed dixerim, de cælo, & non ex ipsa sancta natum esse corpus omnium nostrum saluatoris domini, quomodo enim dicemus genitricem Dei, quæ eum omnimodo peperit, nisi est verum illud quod peperit secundum carnem, qui est Emmanuel? Derideantur ergo, qui de me ista garriunt. Non enim mentitur beatus Esaias propheta dicens: Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen eius Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. Verum quoque testatur & sanctus Gabriel, ad eandem beatam virginem dicens: Noli timere Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluabit populum suum à peccatis eorum. Quando autem dicimus, de cælo & de superioribus dominum nostrum Iesum Christum, non tanquam de cælo deposita sancta eius carne talia dicimus, sed sequimur magis mirabilem Paulum, clamantem aperte: Primus homo de terra, terrenus, secundus homo de cælo, cælestis. Meminimus autem & ipsum saluatorem dicentem: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis. Natus est enim secundum carnem (sicut paulo antè prædixi) de sancta virgine, & quoniam qui de cælo & de superioribus aduenit Deus verbum, exinanituit seipsum formam serui accipiens & appellatus est filius hominis, manens quod erat, hoc est deus, immutabilis enim & inconuertibilis secundum naturam, tanquam vnum iam intellectum cum propria carne, de cælo dicitur descendisse. Appellatus est etiam & homo de cælo perfectus, cum esset etiam in deitate perfectus, idem ipse in eadem humanitate perfectus, & tanquam in vna persona intelligendus. Vnus enim dominus Iesus Christus, & si naturarum differentia non ignoretur, de quibus inenarrabilem vnionem actam fuisse sentimus & dicimus. Eos autem qui dicunt, quoniam tempera-

mentum, aut confusio, aut conspersio facta est Dei verbi ad carnem, dignetur tua sanctitas refrenare. Forsitan enim esse quosdam ambigo, qui hæc de me iactitent, tanquam garrientes aut dicentes. Ego autem in tantum ab his longè sum, vt nihil tale sentiam, vsque adeo, vt insanire putem, qui hoc de me suspicati sunt, quod omnino mutationis adumbratio accidere potest circa diuini verbi naturam. Manet enim id, quod semper est, & non mutatur, nec vquam mutabitur, nec suscipiet mutationem. Impassibile enim ad hæc Dei verbum esse confitemur vniuersi, tametsi sapientissimè ipse disponens mysterium, video in propria carne passiones, quæ acciderunt. Quamobrem & sapientissimus Petrus: Christus (inquit) pro nobis passus in carne, & non natura inenarrabilis deitatis. Vt enim ipse omnium saluator esse credatur, secundum dispositionem propriam in se (vt dixi) propriæ carnis reuocat passiones. Quale est illud secundum Prophetam vocem prædictum tanquam ex ipso intelligendum: Dorsum meum dedi ad flagella, & maxillas meas ad verbera, faciem autem meam non auerti à confusionibus sputorum. Quoniam autem sanctorum patrum doctrinis obtemperantes vbi que, maximè autem beati & p' omnia laudabilis patris nostri Athanasij præcepto, omnino de his aliquid foras eicere recusantes: discat quidem tua sanctitas, & nullus alius societur. Posuissem autem etiam illorum plura verba, quibus meis dictis fidem adhiberem, si non prolixitatem scriptorum reuererem, ne ex hoc ipso fieret horribile. Nullo autem modo patimur à quibusdam cōcuti diffinitam fidem, siue fidei symbolum, à sanctis patribus nostris, qui apud Nicæam conuenerunt illis temporibus. Nec permittitur aut nobis aut aliis, mutare aliquod verbum ex his, quæ ibidem continentur, vt vnam syllabam immutare, memores eius dicentis: Ne transferas terminos æternos, quos posuerunt patres tui. Non enim erant ipsi loquentes, sed spiritus Dei & patris, qui procedit quidem ex ipso. Non est autem alienum à filio secundum essentiam rationem, & ad hoc nos eorum sanctorum, qui mysteria tradiderunt, dicta confirmant. In actis enim apostolorum scriptum est: Venientes autem circa Mysiam, tentabant in Bithyniam ire, & non eos permisit spiritus Iesu. Scribit etiam & venerabilis Paulus: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quando autem quidam, qui consueti sunt, quæ recta sunt peruertere, qui meas voces deuicare & abstracte æstimant ad id quod eis videtur, non miretur hoc sanctitas tua, sciens, quoniam qui sunt de omni ex hæresi, diuinis scripturis erroris sui colligunt causas, & ea, quæ per spiritum sanctum rectè dicta sunt, malignitatibus mentis suæ corrumpentes, propriis capitibus suis ignis inextinguibilis exhauriunt flammam. Et quoniam cognouimus, & ad beatum Epictetum epistolam, per omnia laudabilis patris nostri Athanasij rectam fidem habentem, quod immutantes eam ediderint, & hinc quasi lædi plurimos: propter hoc necessarium & vtile intelleximus, & fratribus nostris de exemplaribus antiquis ædere, quæ apud nos sunt benè explanata & similia tuæ venerabilitati dirigere.

Legendum forte, videtur.

1. Petri. 4.

Esai. 50.

Autoritas patrum doctrinæ.

Alia aliter.

Hæreticorum pând.



**A**scendens ergo Antiochiam Paulus obtulit Ioanni Archiepiscopo, & omni Concilio eius epistolam Cyrilli. Qui vt cognouerunt eum suscepisse fidem à se directam, & in eius subscripsisse confirmationem, pacem cum eo & eius fecerunt Concilio, damnantes Nestorium, & suscipientes Maximianum, qui pro illo factus fuerat Episcopus, dubitantibus adhuc ex eis aliquibus Cyrillo communicare, putantibus eum errasse, & postea veritatem agnouisse, & culpantes Ioannem, cur ab eo non expetierit capitulorum eius damnationem. Ex altera autem parte quidam de palatio per Eulogium presbyterum & Apocritarium Alexandrinæ Ecclesiæ culpauerunt Cyrillum, cur suscepit ab Orientalibus Episcopis duarum confessionem naturarum, quod Nestorius dixit & docuit. Sed & Valeriano Iconij & Acatio Melitenensibus Episcopis hoc ipsum de Cyrillo videbatur. Scripsit ergo eis Cyrillus in defensionem Orientalium Episcoporum, & pro duabus vnus Christi naturis. Et superfluum non esse reor interponere aliqua huic operi ex ipsis epistolis, ad cõfusionem phantasiastrarum vel corrupticolarum, gloriantium de Cyrillo tanquam de patre atq; auctore suo. Cõmonet ergo Eulogiũ presbyterum suum Cyrillus, & dicit: Reprehendũt quidam expositionem, quam fecerunt. Orientales, & dicũt, Cur deus duas naturas nominantibus eis passus est audire, aut etiam laudauit Alexandrinus Episcopus. Alij verò dicunt idem dixisse Nestorium. Dicunt & illum sic sapere, suggerentes nescientibus subtilitatem. Oportet enim culpantibus nos illa dicere, quia non omnia, quæ dicunt hæretici, fugere aut confuturare decet. Multa enim confitentur, sicut & nos cõfitemur. Velut Arriani, quando dicunt patrem, qui creator est omnium & dominus: nunquam propter hoc fugere consequens est huiusmodi confessiones. Sic in Nestorio, licet duas personas adserat, significans diuersitatem carnis & verbi (altera enim verbi natura, altera carnis est) sed tamen nequaquam vnitatem confitetur nobiscum. Nos autem vnites hæc, vnum Christum, vnum filium, eundem vnum Deum confitemur. Et iterum: Nestorius itaque in suis expositionibus simulat se dicere, vnus filius, vnus dominus: sed refert filiationem ad solum Dei verbum. Cum autem venerit ad dispensationem, rursus alium Deum, qui ex muliere est seorsum hominẽ dicit, copulatũ dignitate, æquo honore quia habet copulationem ad Christum. Quomodo non apertum est duos eum dicere Christos, si Christus ad Christum habet coniunctionem, alter ad alterũ. Qui verò ex oriente sunt, nihil tale didicerunt. Voces autem diuidunt solum. Diuidunt autem secundum hunc modum, vt alias quidem de Deo dicibiles esse dicant, alias autem humanas, alias autẽ cõmunes factas, tanquam habẽtes simul, & q̃ de Deo dicibile est, & quod humanum, veruntamen dictas ab vno eodemq;. Et sicut Nestorius alias quidẽ Deo verbo seorsum tribuit, alias autẽ ei, qui ex muliere est, tanquam alteri filio. Item Acatio Melitenensĩ Episcopo scribẽs, inter alia sic dicit: Nestorius etenim seorsum nominari dicit Dei verbũ, habere autẽ coniunctionem ad Christũ continuam. Putas ergo, nõ

duos Christos apertissimẽ dicit. Orientales verò Christum vnum, & filium, & Deum, & dominum confitentur se adorare, eundem ex patre secundum diuinitatem, & eundem ex sancta virgine secundum humanitatem. Duarũ nanq; naturarũ vnitionẽ factã dicunt, tantũ vnũ Christũ, vnũ Deũ, vnũ filium cõfitentur apte factũ. Et in sequentib; cõcordas aliquatenus Tomo Papæ Leonis, Cyrillus sic dicit: Sit aliqua vocum maximẽ de Deo dicibiles, aliq; verò sic rursus hominẽ concedẽtes, alia autẽ quendã ordinẽ obtinent, ostendentes filiũ Deum, ostendentes & hominẽ simul. Et idẽ: Quãdo enim Philippo dicit: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, nõ credis, quia ego in patre, & pater in me est? Qui videt me, videt & patrem. Et: Ego & pater vnũ sum, Deo decentissimã affirmãt vocẽ. Quãdo vero Iudaicum increpat populum, illud dicens: Si filij Abraham essetis, opera vtiq; Abraham faceretis, nũc autẽ queritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis loquutus sum, hoc Abraham nõ fecit: homini decẽter hæc dicta dicim;. Huius epistolę sequẽtia duarũ naturarũ probabilẽ continent expositionẽ, cui; tamen pro hui; operis cõpendio, omnia ponere inter misimus necessaria documenta. Valeriano autẽ Iconij ita rescripsit: Vniuersi Orientales Episcopi simul cũ domino meo reliquissimo Antiochenorũ Episcopo Ioãne prescriptã manifestaramq; cõditionẽ clarẽ cõstituerẽ vniverfis, quoniã pollutas quidẽ Nestorij nouitates cõdẽnant, anathematizantq; nobiscũ, & nullaten; eas vnquã sermone dignantur, sed Euangelica & Apostolica sequũtur dogmata, & patrum cõfessionem nullo modo cõtristãt. Cõfessũ sunt enim & ipsi nobiscũ, quia Dei genitrix sit sancta virgo, & nõ adderunt, quia Dei genitrix sit homo tantũ, ideo Deum genuisse nõ potuisse, sicut inquit, qui Nestorij infelices & respuẽdas opinatiũculas, curãt, sed inquit palã, vnum esse Christum & filium, & Deum ex Deo, ante omne seculum ineffabiliter genitum Dei verbum. In vltimis verò tẽporib; hunc ipsum etiã ex muliere secundum carnem, ita vt idem ipse sit simul De; & homo, p̃fect; in deitate, & p̃fect; in humanitate idem ipse, & vnã ei; personam nullo modo diuidentes in duos filios, aut Christos, aut dominos. Si ergo quidam mentientes dicunt alia quãdam præter hæc sapere illos, non eis credatur, sed sicut impostores & fallaces secundum patrem suum diabolus proiciantur, vt non perturbẽt eos, qui rectẽ ambulare desiderant. Si verò & epistolas sibi met cõponentes quidã circumferunt, velut ex persona clarorum virorum, minimẽ oportet præsumere de his. Qui enim semel scripto confessi sunt fidẽ, quomodo poterunt alterã scribere, velut ex pœnitẽtia reuocati, vt rectẽ sapere nõ velint? Alloquere fraternitatẽ, quæ apud te est. Te qui nobiscum sunt, salutãt. Ex hac cõclusionẽ epistolę suæ, in qua dicit Cyrillus: si verò epistolas sibi componentes quidam circumferunt, &c. probat Ipatius Ephesiorum Episcopus in collatione, quã contra Acephalos suscepit iussione Iustiniani p̃cipis, medio Strategio comite sacrarum largitionum, in palatij loco qui dicitur Hepta, contra Cyrillum epistolã fecisse mentionem, scriptã ad Mariũ Persã, quẽ neq; Cyrillus condemnãdum iudicauit, neq; Nestorianum esse in ipsa sua notauit epistola. Et hæc sunt, quẽ Cyrillus scripsit in defensionem Orientalium Episcoporum

De Cyrilli e  
pistolis pro  
Orientalib;  
scriptis.

Hæreticis  
non per om-  
nia reclamã-  
dum.

Tomus.

Tomus.

Cyrillus  
p̃cipis  
Ipatius  
Ephesiorum  
Episcopus  
forte  
dicitur  
Ipatius

Epistola  
hæc contra  
Acephalos

Ioannus. 2

Psalm. 199

Acephali,  
contra quos  
suscepit  
conus egit  
scripto.

porum, pro duabus & vnus Christi naturis. Quam quicunque tunc minimẽ receperunt hos esse puto auctores Acephalorũ, qui neq; Cyrillũ habet caput neque quem sequantur, ostẽdunt. Tunc & Eupatius Ptolemaidis Pentapoleos regionis Episcopus, accipiens exemplar literarum Theodoretĩ, qui scripserat contra duodecim capitula Cyrilli, direxit illud Cyrillo, vt responderet ad ea, & sua capitula exponeret: quod gratissimẽ suscipiens Cyrillus, fecit expositionem capitulorũ suorum & interpretationẽ, duodecim addens expositiones, quò videretur plenam pro eis reddere rationem. Itaque Cyrillo suscipiente & defendente fidem Orientalium Episcoporum, & sua capitula exponente, pax & vnitas Ecclesiis est reddita. In qua pace, gaudente Ecclesiã, inimicus pacis, æmulus vnitatis, non quieuit aduersus eam mouere vasa sua, & superfeminare zizania.

NESTORII BLASPHEMIAE IN D.  
p̃cipuẽ Cyrillum Archiepiscopum Alexandrinum confictã.



**I** quis eum, qui est Emmanuel, Deũ verum esse dixerit, & non potius, nobiscum Deum: hoc est, inhabitasse eam, quæ secundum nos est, naturam, per id quod vnitus est nostrã, quam de Maria virgine suscepit, matrem etiam Dei verbi, & non potius eius, qui Emmanuel est, nuncupauerit, ipsũque Dei verbũ in carnem verũ esse, quam accepit ad ostentationem deitatis suæ, vt habitu inueniretur vt homo, anathema sit.

Audet &  
hæretici ana-  
thematiza-  
re ac dãnã-  
re, quãuis  
ipsi dãnabi-  
les.

Si quis in verbi Dei coniunctionem, quæ ad carnem facta est, de loco in locũ mutatione, diuina sententia esse dixerit factam, eiũsq; diuinã naturã carnem capacem dixerit, ac partialiter vnitam carnĩ, aut iterum in infinitum in circũscriptã naturã cum extenderit carnem, accipiendum Deum, eundẽmq; ipsum natura & Deum dicat & hominem, anathema sit.

Si quis non secundum coniunctionem vnum dixerit Christum, qui est etiam Emmanuel secundum naturam, ex vtraque etiam substantia, tam Dei verbi, quam etiã ab eo hominis suscepti, in vna filij cõnexionẽ, quam etiam nunc inconfusẽ seruamus, minimẽ confitetur, anathema sit.

Si quis eas voces, quæ tam in Euangelicis, quàm in epistolis Apostolicis de Christo, qui est ex vtraque, scripta sunt, accipiat tãquam de vna natura, ipsiq; Dei verbo tentat p̃siones tribuere tam secundum carnem, quàm etiam deitatem, anathema sit.

Si quis vnum esse post adumptionem hominis naturaliter Dei filium audet dicere, cum sit Emmanuel, anathema sit.

Si quis post incarnationem Deum verbum alterum quempiam præter Christum nominauerit, serui sane formam initium non habere cum Deo verbo, & increatam, vt ipse est, dicere tentauerit, & nõ magis ab ipso creatam confiteatur, quam naturam dominum & creatorem & Deum, quam & suscitare propria virtute promissit. Soluite, dicens, templũ hoc, & in triduo suscitabo illud, anathema sit.

Si quis hominem, qui in virgine creatus est, hũc esse vnigenitum dixerit, qui ex vtero patris ante Luciferum natus est, & non magis propter vnitionem,

eum qui est naturaliter vnigenitus, patris ingeni appellatione confitetur cum participem factum, Iesum quoque alterum quempiam præter Emmanuel dicat, anathema sit.

Si quis serui formam pro seipso, hoc est, secundũ propriã naturã rationem, colendam esse dixerit, & non omnium dominam, & non potius per societatem, quam beata, & ex se naturaliter domini vnigeniti naturã coniuncta est, veneratur, anathema sit.

Si quis formam serui consubstantialẽ esse dixerit spiritui sancto, & nõ potius per illius meditationem, quæ est ad Deum verbum, & ex ipsa cõceptione habuisse dixerit coniunctionem, per quas cõmunes nonnunquã in homines miranda curatione exercuit, & ex hoc curandorum spirituum eueniebat esse potestatem, anathema sit.

Si quis illum in principio verbum, Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse, sequẽ ipsum obtulisse pro nobis dicat, & non Emmanuel esse Apostolum dixerit, oblationẽque secundũ eandem diuidat rationem ei, qui vnitus, si quis vnitus ad vnã communitatem filij, hoc est, Deo quæ Dei, & homini quæ sunt hominis deputans, anathema sit.

Si quis vnitam carnem, ex naturã propriã possibilitate viuificatricem esse dixerit, ipso domino & Deo pronuciãre: Spiritus est qui viuificat, caro nihil prodest, anathema sit. Spiritus est Deus, at non pronuciatum est. Si quis ergo Deum verbum carnaliter secundum substantiam carnem factum esse dicat, hoc autem modo & specialiter custodit, & maximẽ in domino Christo post resurrectionẽ suã discipulis suis dicentem: Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis, anathema sit.

Si quis confitens p̃siones carnis, eas quoque tãquam verbo Dei tribuerit, quas etiam carnĩ, in quã factus est, aut adhibuerit, non discernens dignitatẽ naturarum, anathema sit.

EXEMPLAR SACRILEGAE EX-  
positionis Nestorij.



**N**os, qui nunc in primis imbuuntur Ecclesiastici dogmatis diligentia, aut ex aliquo volunt hæretico errore ad veritatem cõuerti, doceri & cõfiteri oportet, quia credimus in vnum Deum patrem æternum, neque postea incipientem vt esset, sed qui est desursum æternus Deus: neq; enim postea factum patrem, quoniã vtique semper Deus erat & pater. Credimus verò & vnum Dei filium vnigenitum de substantia esse patris, sicut verẽ est filius, & eiusdem substantiã constitutum, cuius est & creditur filius. Et in spiritum sanctum, qui ex Dei est substantia, non filium, Deum verò esse substantiã, sicut eiusdem constitutus substantiã, cuius est Deus & pater, ex quo secundum essentiam est. Nos enim, inquit, non spiritum mundi accepimus, sed spiritũ qui ex Deo est. A creatura quidem eius vniverfa separatus, Deo verò vnitus, ex quo essentialiter est specialis modo præter omnem creaturam. Quam non secundum substantiam, sed secundum causã creationis ex Deo esse arbitramur. Sed neque filiũ æstimantes, neque per filium sumpsisse substantiã. Confitemur verò patris p̃fectam personam, & filij si-

Hebr. 3

Ioan. 6

Luc. 24

Nestorius ha-  
det.

Galat. 1.

mi.



militar, & sancti spiritus idētidem, salua nobis pietatis ratione, id est, patrem & filium & spiritum sanctum, non per aliquas diuersas substantias æstimantes, sed vnam proprietatem deitatis cognoscentes. Oportet verò & de dispensatione, quam pro nostra salute, quam in domini Christi dispensatione dominus Deus perfecit, scire, quoniam Deus verbum hominem perfectum adsumpsit ex semine Abrahæ & Dauid, secundum pronunciationem diuinarū scripturarum. Hoc cōstitutum natura quod erat illi, ex quorum erat & semine, hominem perfectum naturā, ex anima intellectuāli & carne humana constitutum, per quem hominem constitutum secundū nos per naturam, spiritus sancti virtute in virginis vulua firmatum, factum ex muliere, & factum sub lege, vt omnes nos à seruitutis lege redimeret: ante iam prædestinatam adoptionem accipiētes inenarrabiliter sibimetvniens, mori quidem cum secundum legem humanam faciens, suscitans verò ex mortuis, & perducens in cælum, & cōsiderare faciens ad dexteram Dei. Vnde super omnes constitutus principatus, & potestates, & dominationes, & virtutes, & omne quod nominatur nomen, non solum in hoc seculo, verum etiam & in futuro, ab omni creatura accipit adorationem, sicut inſeparabilem à diuina natura habens copulationem, relatione Dei & intelligentia omni creatura adorationem exhibēte. Et neque duos filios dicimus, neque duos dominos, quoniam vnus filius patris secundum substantiam, Deus verbum vnigenitus filius patris, sicut iste cōiunctus, & particeps constitutus filij communicat nomine & honore, dominus secundum essentiam, Deus verbum, cui iste cōiunctus honore cōmunicat. Et ideo neque duos filios hos dicimus, neq; duos dominos, quia manifesto constituto secundum substantiā domino & filio, inseparabilem tenet ad eum copulationem, qui causa nostræ salutis adsumptus, confertur nomine & honore filio & domino. Non sicut vnusquisque nostrum secundum seipsum constitutus est filius, vnde & multi secundum beatum Paulum dicimur filij, sed solus præcipuum habens hoc, quod ad Dei verbi copulationem adoptione & dominatione participans. Aufert siquidem omnem suspicionem dualitatis filiorum & dominorū, præstat verò nobis in copulatione ad Deum verbum omnem habere ipsius fidem & intelligentiam & theoriam, pro quibus & adorationem pro relatione dei ab omni suscipit creatura. Vnum igitur filium dicimus, & dominum Iesum Christum, per quem omnia facta sunt: principaliter quidem Deum verbum intelligentes, substantialiter filium Dei & dominū, conspicientes autem assumptum à Nazareth, quē vnxit Deus spiritu & virtute, sic in verbi Dei copulatione adoptionis participante & dominationis, qui & secundus Adam secundum beatum dicitur Paulum, sicut eiusdem quidem naturæ constitutus cuiusdam. Demonstrans verò nobis futurum statū, & tantam habens ab illo differentiam, quanta si facta fuerit inter enarrabilia administrante in futuro seculo bona, & inter eum, qui præsentium tribulationum dedit initium. Simili verò modo & secundus Adam vocatur, sicut secundum statum demonstrans: quoniam primi quidem exordij factus est Adam mortalis, & passibilis, & multis plenus doloribus, cuius & nos suscepimus similitudinem. Secūdi verò ostendit dominus Christus, qui de cælo in

futuro apprens, omnes nos ad suam perducit communionem. Primus enim, inquit, homo ex terra terrenus: secundus homo de cælo, id est, exinde appariturus, vt omnes ad imitationem perducatur suam. Vnde subiunxit: Qualis terrenus, tales & terreni: qualis cœlestis, tales & cœlestes: & sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. In eo verò apparente, & ab omni viſo, qui in futuro iudicandi sunt, inuisibiliter constituta faciet iudiciū diuina natura. Tempore enim ignorantia nostræ prætermittens Deus, nunc præcepit hominibus vbi que pœnitentiam agere, quoniā statuit diem, in quo iudicaturus est vniuersum orbem in iustitia, in viro, quem prædestinavit, fidem præstans, resuscitās eum à mortuis. Hæc est Ecclesiasticorum dogmatum doctrina, & omnis qui his contraria sapit, anathema sit. Omnis qui non salutarem pœnitentiam suscepit, anathema sit. Omnis qui non celebrat secundum diem Paschæ, secundum sanctæ catholicæ Ecclesiæ regulam, anathema sit.

DECLARATIO DVODECIM CAPITVM  
& anathematismorum, à Cyrillo archiepiscopo  
Alexandrino, Ephesi Sacra synodo latiore  
illorum explicationem petente dicta.



Conspicua sunt intelligentibus omnia, & recta scientiam inuenientibus, sicut scriptum est. Hi nanque qui sacra diuine scripturæ verba acuto & puro oculo introspiciunt, vtilitatis loco diuinum quendam & cœlestem ex illis thesaurum in animos suos reconducunt. Qui verò mentem habent ad mēdaciū procedentem, & quorundam dicacitate deuictam, vanæque scientiæ amantem, consortes illorum erunt, de quibus beatus Paulus dicit: In quibus Deus huius seculi, sensus infidelium excœcauit, vt non splēdeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi. Sunt enim cæci, & duces cæcorum. Quapropter & in foueam perditionis incidūt. Sicut nanque seruator ipse alicubi dicit: Si cæcus cæco ducatum præstiterit, ambo in foueam cadent. Nugantur itaque nonnulli contra veritatis dogmata, ac mentem diabolicam: improbitate refertam habentes, veritatis mysterium vrgenti studio adulterare conantur, incarnationisque vnigeniti dispensationi haud mediocriter derogant, non intelligentes, neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant, sicut scriptum est. Sunt autem huiusmodi impietatis inuētores multi quidē, & alij superioribus, & iam elapsis temporibus facti: nunc autem illorum impietate minimē inferiores Nestorius & qui cum illo faciūt, ad exemplum præscorum Phariseorum Christo aduersantur, impudenter vociferātes. Quamobrem tu, cum homo sis te ipsum Deum facis? Est itaque necessarium, vt aduersus illorum sermones accingamur, & impura ac prophana eorum dogmata anathematizemus memores Dei per vocem prophetæ, dicentis: Audite sacerdotes, & contestamini domum Israel, dicit dominus omnipotens. Et iterum ingredimini per portas meas, & lapides à viis abiicite. Oportet enim nos qui pro veritatis certam dogmatibus, è medio submouere offēdiculā, ne vllō pacto populi ad illa impingentes veluti per planam semitā ad sacra & diuina stabula veniant ferre quotidie dicentes: Hæc est porta domini, iusti intrabunt per eam. Cum itaque

que Nestorius ad excitandas turbas peregrina & impia dogmata libris suis inseruerit, necessariò salutis eorum, qui illa lecturi sunt rationem habētes, anathematismos construximus, nō statim quicquid in mentem incidisset admonitoriæ, quam ad ipsum scripsimus epistolæ inferentes, sed vt iam dixi, peregrina & aliena esse à pietatis dogmatibus dementiæ ipsius demonstrantes conuicia. Molestè verò nonnulli forsā quæ à nobis dicta sunt, ferunt, vel non verè intelligentes vim eorum quæ scripta sunt, vel impuræ Nestorij hereſeos propugnatores & impietatis illius, eadem sentientes participes facti. Latet itaque veritas neminem eorum qui rectè sapere cōsueuerunt. Quoniam autem verisimile est futuros quosdam qui nō intelligent quomodo Anathematismi isti aduersus illorū sunt inducti nugæ, necesse existimaui, vt singulos breuiter exponam, & quantum fieri potest vim illorū perspicuè doceam, futurum est enim, vt arbitrer, hoc institutum conducibile ad vtilitatem legentium.

Anathematismus primus.

Si quis non confitetur Emmanuelem secundum veritatem esse Deum, ideòque sanctam virginē esse deiparam (carnaliter enim verbū ex Deo patre carnem factum genuit) anathema sit.

Declaratio.

Beati patres olim Nicææ congregati, cum rectè, & irreprehensibilis fidei determinationem exponerent credere se dixerunt in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum dominum Iesum Christum, filiū eius. Et in spiritū sanctū. Ipsum verbū quod ex Deo est, per quod omnia facta sunt, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero incarnatum esse, & inhumanatum, passūque & excitatum dixerunt. Cum enim vnigenitum patris verbum secundum naturam Deus esset, semen Abrahæ assumpsit, sicut beatus Paulus dicit: & nobis simile factum de carne ac sanguine participauit. Natum est enim secundum carnem è sancta virgine, & homo nobis similis apparuit, non desinens esse Deus, Absit, sed existens quod erat, & in diuinitatis natura & gloria permanens. Dicimus igitur ipsum verbum hominem esse factum, nec conuersionem aut alterationem sui in id, quod non erat passum. Idem enim semper est, nec mutationis obscuritatem pati sustinet. Sed & neque commixtionem, neque confusionem, nec temperaturam aliquam essentiæ eius cum carne factam esse statuimus. Dicimus autem verbum carni rationalem habenti animam, modo nobis, nec intelligibili, nec dicendo, quem solum ipsum nouit esse vnitum. Mansit itaque Deus in assumptione quoque carnis, & est vnus Dei ac patris filius, dominus noster Iesus Christus, idem cum ante omnia secula & tempora, quatenus intelligitur verbum esse Dei & character subsistentiæ eius, tum in nouissimis temporibus per dispensationem homo propter nos factus. Quoniam verò nonnulli natiuitatem eius secundū carnem ex sancta virgine ad omnium salutem factā tollunt, quæ non hoc illi contulit, vt primum esse inciperet, sed vt nobis similis factus à morte nos & corruptione liberaret. Ob hanc causam primus noster anathematismus partim contra peruersam illorum fidem vociferatus est, partim id quod rectè habet confitetur, Emmanuelem secundum veritatem Deum, & ob id sanctā virginem deiparā esse dicens.

Anathematismus secundus.

Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam vnitum esse, quod ex Deo est verbum, atque vnum esse Christi cum carne sua, eundem videlicet Deum simul & hominem, anathema sit.

Declaratio.

Scribit diuinus Paulus, facer diuinorum mysteriorum minister, in confesso magnum est pietatis mysterium. Deus apparuit in carne, iustificatus est in spiritu, visus est angelis, prædicatus est inter gentes, fides illi habita est in mundo, assumptus est in gloria. Quid igitur est quod dicit: Deus apparuit in carne? hoc est: verbum ex Deo patre caro factū est, non secundum transmutationem, aut cōuersionem in carnem mutatum, sicut iam diximus, sed magis quod carnem ex sancta virgine sumptam propriam sibi fecerit, vnus & idem appellatus filius, ante incarnationem, tamque carnis expers, & verbum tantum, post incarnationem verò idem existens in corpore. Propterea dicimus eum simul & Deū esse & hominem, non diuidentes illum in hominem separatim & seorsum considerandum, & in Deū verbum separatum, ne duos cogitemus esse filios, sed vnum consistentes & Christum esse & filium & dominum. Eos verò qui causam hanc non ad hūc modum habere suspicantur, aut non sic credere volūt, sed eum qui vnus est in duos filios diuidunt, & quæ secundum veritatem sunt coniuncta à se inuicem separant, dicuntque hominis cum Deo coniunctionem duntaxat, secundum dignitatem, vel autoritatem esse factam, à recta & inculcata fide alienos esse dicimus. Itaque licet Apostolus nominetur, & vnctus, inquit, filium designatus dicitur, non tamen erubescimus hanc dispensationem, sed ipsum Dei patris verbum, quando pro nobis homo factum est, tum sanè & Apostolum nominatum, & nobiscum secundum humanitatem vnctū esse dicimus. Cum enim nobis sit simile factū licet quod erat manserit, quæ humana tamen sunt non est auersatum, sed admittit potius simul cum humanitatis mensuris quæ sunt humana, propter dispensationem, nihil ex eo in propria vel gloria, vel natura diminutum. Est enim, est inquam, etiā hoc pacto Deus, ac dominus omnium.

Anathematismus tertius.

Si quis in vno Christo subsistentias post factā illarum vnionem diuidit, coniunctione tantum illas, quæ sit secundum dignitatem, vel autoritatem, & non magis coitione, secundum naturalem vnionem connectens, anathema sit.

Declaratio.

Dispensationis vnigeniti cum carne mysterium studiose considerantes, admirabili & inenarrabili modo verbū Dei patris sancto corpori rationalem animam habenti adunatum esse dicimus, atque ita vnum esse filium intelligimus, quemadmodum videlicet in nobis ipsis cernere licet. Est quidem anima diuersa à corpore naturæ & tamen vtraque coniuncta vnum animal efficiunt. Verum sunt qui ista non ad hūc modum habere suspicantur, sed hominem nobis seorsim ac separatim statuentes Dei patris illum verbo secundum solam dignitatem vel autoritatem non naturali, id est, vera vnione, & sicque nos credimus, coniunctum esse dicunt. Nam ita & diuina scriptura alicubi dicit: Et eram natura filij iræ sicut & cæteri, dictionem naturæ, provere vsurpans. Itaque qui subsistentias post vnionem diuini

Christus aliter Adam dicitur. 1. Cor. 15.



diuidunt, & singulas, hoc est, Deum & hominem separatim ponunt, & coniunctionem illarum, eam intelligunt, quæ secundum solam sit dignitatem duos omnino filios statuunt, cum diuina scriptura & filium & dominum esse dicat. Proinde post inenarrabilem illam vnionem eum Deum nominat Emmanuel incarnatum, & humanatum verbum, nos quod ex Deo ac patre est intelligimus, & cum hominem eum esse dicit, nihilominus illud ipsum verbum per dispensationem in humanitas mensuris constitutum esse cognoscimus. Dicimus itaque eundem palpabilem cum sit impalpabilis, visibilem cum sit inuisibilis. Non enim alienum ab eo corpus est, quod illi coniunctum est, quod & palpabile, & visibile esse dicimus. Eos vero qui ad hunc modum non credunt, sed quemadmodum dixi, substantias post vnionem diuidunt, nudamque coniunctionem quæ secundum solam sit dignitatem, vel autoritatem confingunt, propositus hic anathematismus alienos ab his esse iudicat, qui quæ recta sunt sentire conueniunt.

*Anathematismus quartus.*

Si quis voces illas quæ in Euangelicis & Apostolicis habentur literis, siue de Christo à sanctis, siue ab ipso de seipso dictas, duabus personis vel substantiis assignat, & alias tanquam homini separatim à Dei patris verbo intellecto, alius vero tanquam Deo competentes soli Dei patris verbo adaptat, anathema sit.

*Declaratio.*

Cum verbum Dei, ac patris in ipsius esset forma, & qualitate non est rapinam arbitratum quod Deo esset æquale, sicut scriptum est, sed magis seipsum ad spontaneam exinanitionem demisit, & in nostram naturam descendit, non amittens quod erat, sed magis etiam hoc pacto Deus permanens, & tamen humanitatis mensuram non despiciens. Sicut itaque ipse omnia tam diuina, quam humana. Etenim ubi seipsum exinaniuit si in humanitatis sese mensuras demittere erubuit? Etsi humana detrectauit, quis illum necessitate ac vi aliqua ad hoc impulit, ut nobis similis fieret? Vniuersas igitur Euangelicas voces, tam quæ humanitatem, quam quæ diuinitatem concernunt vni personæ adaptamus. Nam & vnum credimus esse filium Christum Iesum, hoc est, inhumanatum & incarnatum Deum verbum. Itaque etiam si humanum quid scriptura de Christo dicat, humanitatis eius mensuris hoc deputamus (est enim ipse & humanitas, etiam si Deus esse dicatur) Deum qui humanatus est, esse credentes. Rursus & quæ de humana natura sonant Euangelicæ voces vni Christo & filio assignamus. Qui vero illum in duas personas diuidunt, omnino duos comminiscuntur esse filios. Quemadmodum enim hominem (quales nos sumus) non in duas diuidimus personas, licet ex anima esse, & corpore intelligatur, sed vnus & idem homo est, ita & in Emmanuele faciendum est. Quoniam enim vnus est filius & dominus, verbum illud Dei incarnatum & inhumanatum, omnino etiam vna est illius persona, & huic ascribimus, tam humana propter dispensationem illius cum carne susceptam quam diuina, propter inenarrabilem illius quam ex patre habet generationem. Qui vero illum diuidunt & partiuntur in hominem separatim, tanquam alium præter Dei verbum existentem filium, & in deum separatim tanquam rursus alium existentem filium

merito tanquam duos dicentes esse filios virtuti propositi huius anathematismi subiiciuntur.

*Anathematismus quintus.*

Si quis Christum deiferum hominem audeat dicere, & non potius Deum secundum veritatem, tanquam vnicum & naturalem filium, quemadmodum verbum caro, & carnis & sanguinis perinde atque nos particeps est factum, anathema esto.

*Declaratio.*

Verbum Dei diuinus Euangelista Ioannes carnem esse factum dicit, non solum transmutationem aut conuersionem propriæ naturæ in carnem mutatam, sicut iam prædiximus. (Est enim inalterabile tanquam Deus) sed quia consimiliter nobiscum in carne ac sanguine communicauit, homoque factus est. Est enim in consueto diuinæ scripturæ, ut hominem carnem vocet. Scriptum est enim, & videbit omnis caro salutare Dei. Sed impiorum dogmatum inuentores Nestorius, & qui eum illo faciunt, eadem videlicet cum illo sentientes, simulant quidem confiteri se incarnationis vocem: verum non simul dicunt verbum Dei secundum veritatem esse incarnatum, hoc est, hominem ad nostri similitudinem factum, ita ut quod erat manserit, sed velut in homine vno ex sanctis, ex sancta virgine nato, vnigenitum Dei verbum habitare affirmant, ut iam non confiteantur, quod vnus sit filius, & dominus adorandus: sed quod tanquam homo seorsum ac separatim intellectus, sola coniunctione secundum dignitatem vnionem honoratus simul adoretur, & glorificetur. Habitat quidem in nobis omnium Deus, per sanctum spiritum. Nam & per vnum ex sanctis prophetis dixit: Quonia habitat in eis, & inambulabo in eis, & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Scribit & beatus Paulus, dicens: An ignoratis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Et ipse spiritus de sanctis prophetis, vel reliquis sanctis, qui ante ipsum fuerunt, dixit: Si & illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est, quem pater sanctificauit, & in mundum misit: vos dicitis quod blasphemet, quia dixi, filius sum Dei: verum non ita Deus in Christo, sicut in nobis habitat. Erat enim natura Deus, etiam cum nobis similis fieret, vnus ac solus filius, etiam cum caro fieret. Itaque qui Deiferum illum hominem dicere audent, & non magis inhumanatum Deum, merito proposito subiacent anathematismo.

*Anathematismus sextus.*

Si quis verbum quod ex Deo patre est, Deum ac dominum Christi esse dicit, & non magis illum eundem confiteretur esse Deum simul & hominem sicut verbum caro factum est secundum scripturas, anathema sit.

*Declaratio.*

Dominus noster Iesus Christus, vnus & solus & secundum veritatem filius Dei ac patris existens, cum verbum illius sit, caro factus est, & simul omnibus vna cum genitore suo dominatur, sicut & illi omne genu caelestium, terrestrium, & inferorum, & confitetur omnis lingua quod dominus noster Iesus Christus sit in gloria Dei patris. Est itaque idem ipse dominus omnium, iuxta quod & intelligitur & est Deus, licet non sine carne post inhumanationem, ipse vero sui ipsius nec Deus est, nec dominus. Est enim hoc omnium absurdissimum, imò omni impietate re vera refertum, si ita sentias aut dicas. Itaque merito

ritò contra hanc impietatem propositus est hic anathematismus.

*Anathematismus septimus.*

Si quis Iesum à verbo Dei tanquam hominem actum & impulsum esse, & vnigeniti gloriam illi tanquam alteri cuidam à se diuerso accessisse dicit, anathema sit.

*Declaratio.*

Cum vnigeniti filij Dei generationem secundum carnem sanctæ virgini beatus Gabriel euangelizaret: paries, inquebat, filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse nanque saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Nominatus autem & Christus est, propterea quod nobiscum humanitus vnctus secundum. Psalmistæ vocem dicentis. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis. Quamquam enim cum ipse sit spiritus sancti supplicator, illumque non mensurate det, his qui digni sunt. Est enim plenus, & de plenitudine eius omnes accepimus, sicut scriptum est, per disceptationem tamen, ut homo vnctus est: Dicitur & spiritualiter spiritus sanctus, non humanitus per omnia supra ipsum venisse, ut & in nobis permaneat, licet propter transgressionem à principio à nobis fugerit. Ipsum itaque vnigenitum Dei verbum, caro factum Christus vocatum est, & cum propriam habeat potentiam, Deo competentem miranda operatur. Proinde qui Christi potentiam vnigeniti gloriam accessisse dicunt, quasi alter sit præter Christum vnigenitus Dei, duos sentiunt esse filios: alterum operantem, alterum vero illius operatione, tanquam hominem nobis similem, impulsum ob eam causam virtuti huius anathematismi subiiciuntur.

*Anathematismus octauus.*

Si quisquam assumptum hominem audeat dicere vnà cum Deo verbo adorandum & glorificandum, Deumque tanquam alterum cum altero appellandum esse, & non magis vna adoratione Emmanueli honorat, & vnam illi glorificationem sicut verbum caro est factum deputat, anathema sit.

*Declaratio.*

Baptizati sumus in vnum Deum patrem omnipotentem, & in vnum filium, & præterea in vnum quoque spiritum sanctum. Denique beatus Paulus dicit: An ignoratis quotquot in Christum baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus. Sumus itaque illi consecuti per baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus excitatus est ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Credidimus itaque & baptizati sumus in vnum, sicut dixi, filium, dominum nostrum Iesum Christum, hoc est, incarnatum & inhumanatum Dei verbum, sumusque vnum adorare Deum edocti, & nobiscum etiam caelestes virtutes. Scriptum est autem: Cum induceret primogenitum in orbem dicit. Et adorēt eum omnes angeli Dei. Factus est autem vnigenitus primogenitus, quando homo nobis similis est factus. Tunc etenim & frater diligentium ipsum, est appellatus. Si quis igitur adorari eum tanquam hominem vna cum altero præter ipsum existente, videlicet Dei patris verbo, dicit, & non secundum veram vnionem in vnum Christum & filium & dominum coniunctum vna adoratione honorat, iuste virtuti anathematismi huius subiicitur.

*Anathematismus nonus.*

Si quis dicit vnum dominum Iesum Christum à

spiritu tanquam aliena virtute, qua per ipsum sit vnus, glorificatum esse, & ab illo accepisse, quæ contra spiritus immundos operatus est, & quæ diuinitatis signa inter homines perfecit, & non magis proprium ipsius esse spiritum, per quem diuinitatis signa operatus est, anathema sit.

*Declaratio.*

Cum homo factum sit vnigenitum Dei verbum etiam sic tamen Deus mansit, omnia existens quæ pater est, solo hoc deopto, quod ille pater est, & proprium habens, quod ex patre est. Et essentialiter inherens illi spiritus sanctus signa illa diuinæ potentie operatus est. Itaque etiam homo factum Deus mansit, atque ita propria virtute spiritus miracula perfecit. Qui vero dicit, quod tantum vnus ex nobis, sanctis videlicet, spiritus sit glorificatus efficacia, qua sit non propria, sed aliena magis & non quomodo Deum decet, vnus, & quod gratiæ loco à spiritu sancto assumptionem in caelos accepit, iuste virtuti huius anathematismi subiacebunt.

*Anathematismus decimus.*

Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum scriptura dicit. Obtulit autem pro nobis semetipsum in odorem bonæ fragrantie Deo ac patri. Si quis igitur pontificem, & Apostolum nostrum, non ipsum quod ex Deo est verbum, & caro & homo, nobis similis est factum, sed tanquam quendam hominem præter ipsum, separatim ab eo, ex muliere natum factum esse dicit: aut si quis Christum etiam pro seipso oblationem, & non magis pro nobis obtulisse dicit (non enim opus habuit oblatione, qui peccatum non nouit) anathema sit.

*Declaratio.*

Modici quidem momenti indubiè verbo ex Deo patre genito sunt, quæ humana sunt, veruntamen ab illo non contempta, propter dispensationem. Cum enim secundum naturam dominus esset omnium, demisit semetipsum in nostram naturam, forma serui accepta, appellatusque est noster pontifex & Apostolus, humanitatis mensuris ad hoc illum vocantibus. Obtulit autem semetipsum pro nobis, in odorem bonæ fragrantie Deo ac patri. Vnica quippe oblatione bonæ fragrantie Deo ac patri. Vnica quippe oblatione consummauit in sempiternum, sanctificatos, sicut scriptum est. At ignoro quomodo qui aliter sentiunt, non ipsum Dei verbi hominem esse factum & Apostolum ac pontificem confessionis nostræ appellatum, affirmant: sed tanquam alium quendam præter ipsum separatim hominem ex sancta virgine natum, Apostolum & pontificem appellari, famuladique modo ad hoc muneris venisse, & non magis pro nobis, quam pro seipso semetipsum Deo ac patri obtulisse, id quod omnino à recta est & inculcata fide alienum. Peccatum enim non fecit. Qui vero superior est omni delicto, & prorsus expers peccati, oblatione pro se nulla opus habuit. Quoniam vero ut apparet, præuaricantes duos iterum filios excogitant, qui aliter sentiunt, necessarid positus est hic anathematismus, \* ut veritatem perspicua redderet.

*Anathematismus vndecimus.*

Si quis carnem domini non confiteretur esse viuificam, & ipsius verbi, quod ex Deo patre est, propriam, sed tanquam alterius cuiuspiam præter ipsum, secundum dignitatem quidem, aut tanquam qui diuinam duntaxat inhabitationem sit adeptus, cum ipso coniuncti, & non magis viuificam, sicut diximus, propterea

*al. palam sciens eorum impietatem*

propterea quod propria facta est verbi, quod omnia viuificare potest, anathema sit.

*Declaratio.*

*Inuentum sacrificium corporis & sanguinis christi.*

Sanctum ac viuificum inuentumque in Ecclesia celebramus sacrificium, non hominis alicuius nobis similis & communis corpus: consimiliter & pretiosum sanguinem esse, quod proponitur credentes, sed magis tanquam proprium viuificantis verbi corpus & sanguinem accipimus. Communis enim caro viuificare non potest. Et hoc ipse seruatur testatur, dicens: Caro non prodest quicquam, spiritus est qui viuificat. Quonia enim verbi facta est propria, ob eam causam intelligitur, & est viuifica, sicut seruatur dicit: Sicut misit me viuens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me, etiam ille uiuet propter me. Quia vero Nestorius, & qui cum illo sentiunt mysterij huius virtutem temere dissoluant, propterea, idque valde merito, constitutus est hic anathematismus.

*Anathematismus duodecimus.*

Si quis non confitetur verbum Dei carne esse passum, carne crucifixum, & mortem carne gustasse, primogenitum ex mortuis factum, quemadmodum & vita est, & viuificans sicut Deus, anathema sit.

*Declaratio.*

Impassibile quidem & immortale est Dei patris verbum. Vt enim excellentior est diuina & inenarrabilis natura quam quae patitur aliquid, ita & ipsa omnia viuificat, & corruptionem ac quicquid contristare solet, superat. Attamen licet verbum ex Deo patre essentialiter haec habeat, nihilominus carnem mortis capacem sibi propria fecit, vt per hoc quod passionibus est obnoxium passiones illas pro nobis ac propter nos in sese susciperet, & nos omnes morte ac corruptione liberaret, suum ipsius corpus viuificans vt Deus primitiæque; dormientium ac primogenitus ex mortuis. Non enim communis homo est, separatim ac scorsim, praeter verbum Dei, intellectus qui propter nos praetiosam passus est crucem, & mortem gustauit, sed ipse Dominus gloriae carne passus est, secundum scripturas. Quoniam vero qui vana sua & impia dogmata, in rectam & inculpatam fidem insinuare conantur, communem pro nobis hominem crucem sustinuisse dicunt, necessarium anathematismus hic constitutus est, vt latentis in illis impietatis magnitudinem demonstraret.

*Hebr. 2.*

*1. corin. 2.*

**LIBER CYRILLI AD EVOPTIVM EPISCOPI**, qui miserat ei reprehensiones Theodoretus episcopi Cyri, contra duodecim Anathematismos, quos capitula vocat factas, reddit autem de omnibus obiectionibus ratione hoc ordine, primum praemittit capitulum, nos vero quia bis, terue capitula haec sunt repetita, omittimus, subdit deinde Theodoretus reprehensionem, Postremo suam responsionem addit.

*Pientissimo & desideratissimo fratri & comministro Euoptio, Cyrillus in domino salutem.*

*Prout.*



Etis nuper literis a pietate tua ad me datis, admiratus sum & affectionem charitatis, & in Christo sinceritatem, atque adeo vt illud in Prouerbiis, frater qui a fratre adiuuatur, sicut ciuitas mu nita, verisimile scriptum sit, nunc quoque verè dici debere censeam, videaturque mihi charitatis possessio digna, quae omni eloquio rectè & merito inscripturis diuinitus spiratis celebretur. Plenitudinem enim legis continet, aliisque virtutes antecellit, &

ad miraculum vsque in sanctorum animabus residet. Eam sanè non solum puris verbis compleri dicimus, sed magis spectamus, vt ab operibus testimonium recipiat. Sicut enim praeciosissimas gemas quas Indicas esse dicunt, non continuo admiramur, si quis de illis mira narret, sed si videntes admirationem capiant: ita etiam clarum dilectionis pulchritudinem effulgere arbitror, si in cunctis piis negotiis, ab operibus perfectis testimonium habeat.

Hanc igitur dum pietas tua probè colens per prudentium sanctorum vestigia incedit, gloriam quam illi bene viuendo meruerunt vendicat. Abundantius autem comprobatum est mihi, tuae pietatis erga me studium, libro mihi exhibito, quem coposuisse dicitur contra anathematismos Theodoretus Cyri, ita enim ciuitatulam vocat. Lectis his, quae in eo habentur, gratias Deo cum hymnis offerebam, tantum non & illud, dicens: Domine libera me a labiis iniustis & a lingua dolosa. Sentiebam enim me vbi que calumniis impeti, idque per singula capita. Cogitabam autem hoc quod familiares nonnulli dicebant virum istum in literis exercitatum, & in sacrarum scripturarum cognitione fortè prouectum. Verum ab intelligentia istorum capiendorum tantum abcessit, vt de eo nunc planè sentiam, quod quorundam desiderii indulgens, fingat se ignorantem, ne arroganter & superuacaneae, sed iuste & appositè ledoriis in me vsus reputetur, tametsi in dictis nostris nihil omnino sit ita difficile vel sublimè, vel quod apprehensionem subterfugiat. Quoniam autem, licet pridem de his scripserimus, pauca & cum illo loqui necessarium est, vt ne quis praes desperatione silentium eligere putet, quanta licuerit sermonis breuitate defensionem illaturus sum, oportebat sanè ipsum vt pote in sacris exercitatum scripturis, siquidem mens eius erat de diuinis mysteriis nobiscum miscere sermones, de solis sacris literis nobiscum commentari, narrationemque, vt sacra decet contexere, neque veteres nobis fabulas cum salibus in medium afferre, meos enim sermones pome Eridis confert, fortassis vt ostendet quantum sibi sapientis peculium compararit, vnde & nos dictorum suorum multo maximi admiratores fieremus. Nam & eloquentissimum se declarat, & multipharium eruditum, vt pote, qui pomum aridos non ignoret, atque adeo, neque Priami Paridem. Caterum his missum factos praesentem causam in manus potius sumamus.

**D. CYRILLI ALEXANDRINI** archiepiscopi anathematismus primus.

Si quis non confitetur Deum, &c.

**H**orum duodecim anathematismorum principia solum proponimus, quia ter repetuntur in histo. synod. Ephes. in cuius fine illos require, aut in epist. ad Nestorium sup.

**REPREHENSIO DVODECIM CAPITV-  
LORVM diui Cyrilli Alexandrini Archiepiscopi, ab  
Theodoro Episcopo Cyro ad Ioannem Antiochenum conscripta.**



Alde dolui, dum Anathemata legissem, quae direxisti, destruere ea a nobis ex scripto praecipiens, & haereticum eorum sensum nudum omnibus intimare. Dolui autem, quia vir pascendi sortitus officium, cui grex tan-

*al. praecipit  
redundat.*

*Apertum  
nostre facile  
vitamus.*

*al. multos.*

*apollinaris.*

*al. dispensa-  
re.*

*al. malum.*

*Psalm 101*

*Hebr. 1.  
Galac. 3.*

*Philip. 2.*

*Matth. 11.*

tantus est creditus, & oves infirmas curare praecipit, languet quidè ipse, & vehementer implere. Implere autè oves nititur egritudine, & agrestibus bestis sauius ea, quae sunt pascenda, discerpit. Illae naque ea, quae sunt dispersa, & a grege diuisa, capientes dilacerant: hic autem in medio eius existens, & saluator est deputatus, & custos, latentem laesionem introducit obedientibus. Quod enim apertè rebellat, obseruari facile est: quod verò sub amicitiarum figura insidias parat, inuenit id, contra quod pugnat, incautum, ei que infert facile laesionem. Vnde obli dentibus hostibus interioribus feuiores sunt proditores. Hoc ergo magis contristat, quod sub pietatis nomine atque figura, & sub pastoris dignitate consistens, in haereticas & blasphemias voces erumpit, & dudum extinctam Apollinaris inanem simul impiamque doctrinam renouat. Super haec autem non solum talia allegare, sed & non consentientè suis blasphemias anathematizare praesumpsit. Si tamen ipsius ista sunt germina, & non inimicorum quispia veritatis, tanquam ex illo haec componens, proiecit in medium, secundum illud quod infabula melum discordiae in altum flammis exaltans. Nos autem quicunque doctrinas Euangelicas sequimur, non carnem naturaliter factum, neque in carnem conuersum Deum verbum dicimus: inconuertibilis enim est immutabilisque diuinitas. Vnde & Dauid propheta dicit: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Quod Paulus maximus veritatis praeco de filio dictum in epistola ad Hebraeos edocuit. Et alibi per Prophetam ait Deus: Ego sum, ego sum, & non mutabor. Si igitur inconuertibilis est immutabilisque diuinitas, mutabilitatis est & conuersionis insusceptibilis. Si autè impossibile est mutari immutabilem, non factus est caro Deus verbum conuersus, sed adsumpsit carnem, & inhabitauit in nobis, secundum Euangelicam vocem. Et hoc explanans sacratissimus Paulus in epistola ad Philipenses ait: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, vt esset aequalis Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui suscipiens. Palam igitur ex his, quae dicta sunt, quia Dei forma mutata non est in serui formam, sed manens quod fuit, adsumpsit formam serui. Si igitur non est caro factum Deus verbum, sed carnem viuam & rationalem animam adsumpsit, non ipse naturaliter ex virgine natus est, conceptus, & factus, atque formatus, & principium exinde vt esset adsumens, qui ante secula est, & Deus est, & apud Deum est, & cum patre est, & cum patre cognoscitur & adoratur: sed templum sibi in vtero virginali fingens, erat cum concepto, & ficto, & formato, & nato. Qua gratia & sanctam illam virginem Dei genitricem appellamus: non tanquam Deum naturaliter generarit, sed tanquam hominem vnitum Deo, qui finxit eum. Si autem non est homo, qui in vtero virginis fictus est, sed Deus verbum, quod ante secula est, factura igitur spiritus, Deus verbum. Quod enim in ea nascitur, inquit Gabriel, ex spiritu sancto est. Si autem increatum est vnigenitum Dei verbum, patrique consubstantiale & coaeternum, non est figmentum aut creatura spiritus. Sin verò non Deum verbum in vtero virginis spiritus sanctus finxit, restat intelligi serui formam & fictam & formatam, & conceptam & natam naturaliter. Quia verò non nuda est à Dei

forma, sed templum erat inhabitantis verbi, secundum Pauli vocem: In ipso enim, inquit, complacuit omnem plenitudinè diuinitatis inhabitare corporaliter: non hominis genitricem, sed & Dei genitricem virginem appellamus: hanc quidem figmento, & formationi, & conceptui, hanc autem vnitati ponentes appellationem. Propterea & natus infans Emmanuel appellatur: neque Deus humana natura separatus, neque homo diuinitate nudus. Emmanuel enim nobiscum interpretatur esse Deum, secundum Euangelicam vocem Nobiscum autem Deus ex nobis pro nobis adsumptum significat, & adsumptum Deum praedicat verbum. Ergo infans Emmanuel propter adsumptum Deum, & Dei genitrix virgo propter vnitatem Dei formae ad conceptam Dei formam: non enim in carnem Deus conuersus est, sed Dei forma adsumpsit serui formam.

*Coloss. 1.*

*Emmanuel  
Matth. 1.*

**CYRILLI ADVERSVS THEO-  
DORVM refutatio.**



Vt valde declamauimus aduersus eos, qui confiteri non patiuntur Deum carnem Dei verbum, quando factum est caro. Accusator verò horum sic rectè dictorum, si non Deum nouit verè existentem Emmanuel, si non natum secundum carnem ex sancta virgine, carnem factum Dei verbum, secundum quod scriptum est, cur non potius clarè dicit? Quid agis, o fortis, terribilis, & contrarias euomens voces, cur extolleris aduersus dogmata veritatis? Non est secundum veritatem Deus Emmanuel? neque Dei genitrix sancta virgo? At nos ita clamanti atque dicenti, ex scriptura diuina resistentes, prudenter & Apostolica atque Euangelicae fidei traditionem, patrumque confessionem, qui per tempora in Nicæa collecti sunt, proferentes satisfaciamus: quia neque rectè, neque honestè nostris dictis conatur insurgere, magis autem cum omnibus diuinis scripturis litigat impudenter. Sed sapiens & astutus expositor, quae quidem dicebat, ritè dici & necessario praetermittens, & omnino cogitans de talibus nihil, ad aliam semitam pergit, quasi compelleretur oportere monstrare, quia conuersione superior est Deus verbum, & non in naturam transformatus est carnis, tanquam hoc obtinente, & verè declarare volente nunc anathemate. Audiat itaque qui obuiare his, quibus con tradicit, nullo modo nouit. Superflue loqueris homo, & sensu litigas ociofo, & hoc apud nos. Nouimus enim quia conuersionem & obumbrationem sustinere diuina & excellentissima natura non patitur, sed neque Dei verbum, esse desinens hoc quod est, in naturam transit carnis. Quia verò à Dei forma adsumptam serui formam, doceat transiens, si absque subsistentis solae secundum vnitatem formae conuenerunt alterutris. Sed existimo; certabit ex hoc & ipse. Non enim similitudines simpliciter, non subsistentes & formae conuenerunt alterutris, secundum vnitatem dispensatiuam, sed rerum ipsarum siue subsistentiarum conuentus est factus, vt & inhumanationis ratio verè facta credatur. Ergo si dicimus carnem factum verbum, non confusionem non mixturam, non conuersionem, aut immutationem contigisse dicimus circa eum, sed vnitum potius ineffabiliter & inenarrabiliter sancto corpori animam

*Ioan. 1.*

*Non tantum  
scriptura  
sacra inni-  
tendum.*

*In Cy-  
rimmo*

Vnitio,

animam habenti intelligibilem. Quod autem vniti dicitur, non omnino confunditur, sed fit in adsumptione magis alterius. Affirmam<sup>9</sup> igitur ex Deo patre verbum in adsumptione factum sanctæ & animatæ carnis, vnitumque secundum veritatē inconfusē, ex vulua ipsa processisse hominem, permāsisse autem etiam sic Deum verbum: ideoque & Dei genitrix est sancta virgo. Superfluum autem arbitror, existimandum & hominis genitricem eā oportere dici. Siquidem essent aliqui ex multa mētis vesania, qui dicerent, Dei verbi naturam fontem veluti quēdam, & propriæ essentiæ principium habuisse carnem, fortē fuisset aliquando non absurda & contemnenda ratio volentibus eam etiam hominis nominare oportere genitricem. Quia verò abominabilis, & odiosa quidem apud omnes est huiusmodi sententia, intelligiturque non aliter Dei genitrix sancta virgo, nisi primò susceperit quisquam fidem, hoc est, quia factus est caro, hoc est, homo, verbum ex Deo patre. Non enim quodammodo diuinitatem nudam, sicuti dixi, peperit virgo: quæ huius instantiæ videtur vtilitas, dicentium oportere nominari eam & hominis genitricem, sed sicut apparet, inuenta quædam ab eis est cōtra Christum hæc machinatio. Non enim pariuntur sapere vel dicere, ipsum qui ex Deo & patre est ante secula filium, in nouissimis seculi temporibus, inconfusē, inconuertibiliter ex vulua vnitum carni, animam habenti rationalem, sicque factum secundum nos hominem: sed tanquam vnum sanctorum inhabitantem habentem Deum prædicare conantur, & suadent hæc sapienda, non considerantes, quia & in nobis est per spiritum, sicut & in sanctis templis omnium Deus. Scriptum est enim: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis ergo templum Dei corruerit, corrumpet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Sed licet nominemur templa Deum habentia, inhabitantem per spiritum, attamen alterum nouimus modum sacramenti secundum Christum: vnitam enim Deo verbo secundum veritatem carnem adserimus, cum anima vtique rationali. Libenter autem eum percunctar, vtrum vnitatem verbi ad humanitatem, siue ad sanctum corpus animatum, intelligibiliter factam dicat secundum veritatem, an potius cum aliis simul, & ipse secundum copulationem, quæ per habitudinem est, sermo decibilis & inexistens formæ, ad inexistentem & diuinam formam, aut etiam secundum alium modum, secundum solam filiationis homonymiam, id est, vniuocationem, & secundum solam æqualitatem meritorum: si tamen aliquis modus iste copulationis intelligitur. Sed enim, sicut apparet, insisto naniis inaniter, & interrogationem superfluum facio, habens eius voces apertamque confessionem. In primo nanque Capitulo ipsis verbis sic ait: Propterea natus infans Emmanuel appellatur, neque Deus humana natura separatus, neque homo diuinitate nudus. Oportebat igitur eum subtilem politamque explanationem de istis efficere. Veruntamen illud interim designare conuenit: Ecce enim hic & satis clarè interpretatus ipse vnitatem humanæ naturæ, non separatum dicit Deum, simul etiam confitetur, quia & vnum secundum vnitatem nouit existentē Christum, eundem vtique & Deum simul & hominem. Quomodo ergo non erubescit à nobis factos ob-

1. Cor. 3.

iurgare sermones?

D. CYRILLI ALEXANDRINI  
Archiepiscopi anathematismus  
secundus.


Si quis non confitetur carni secundum. &c.

THEODORETI REPREHENSIO.



Num quidem Christum confitemur, sanctis Apostolorum obediētes doctrinis, eundemque propter vnitatem & Deum & hominē nominamus. Secundum subsistentiam verò vnitatem modis omnibus ignoramus, tanquam peregrinam, & alienigenam à diuinis scripturis, & patribus, qui eas interpretati sunt. Si autem hoc vult dicere per vnitatem secundum subsistentiam, quæ hæc genuit, quod temperamentum carnis & diuinitatis sit factum, contradicimus omni virtute, & redarguimus blasphemiam. Necessè enim est temperamentum sequi confusionem, ingressaque confusio aufert vniuscuiusque proprietatem. Quæ enim temperantur, non permanent, vt primo fuerunt. Hoc autem de Deo verbo, & qui ex femine Dauid est, dicere, absurdissimum est. Oportet autem obedire domino, ostendenti duas naturas atque dicenti Iudæis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Si autem temperatio facta est, neque Deus permanserat Deus, neque templum cognoscetur templum, sed & templum Deus, & Deus templum: hoc enim exigit ratio temperamenti. Et superflue dominus ait Iudæis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Oportebat enim dicere: Soluite me, & in tribus diebus suscitabor, si verè aliquod temperamentum factum fuisset atque confusio. Nunc autem ostendit soluendum templum, & suscitantem Deum. Superflua itaque secundum subsistentiam vnitatis, quæ pro temperamento nobis, sicuti puto, proponit. Sufficit autem dicere vnitatem, quæ & naturarum proprietates ostendit, & vnum edocet adorare Christum.

CYRILLI ADVERSUS THEODORETI REFUTATIO.



Ecce rursus iste fortis occasione cōtra nos oris effrenati fortuitam facere studēs, detrahit sermoni, id est secundum subsistentiam dicto. Determinat autem, quod insolitum est ei, & peregrinè eam prolata affimat: non considerans, quia pro scelestorum hæreticorum adinventionibus harum dictionum virtus, veritatem ediuerso examinans, destruere nititur, quod ab eis videtur oppositum. Nestorio igitur vbi que perimente Dei verbi secundum carnem natiuitatem, & solarum nobis dignitatum vnitatem introducente, hominēque Deo copulatum dicente, filiationis homonymia, hoc est, vniuocatione honoratum, necessariò nos dictis illius repugnantes, secundum subsistentiam vnitatem dicimus factam: hoc secundum subsistentiam nihil aliud declarantes, nisi quia solam verbi naturam, siue subsistentiam, quod est ipsum verbum, humanæ naturæ secundum vnitatem vnitum, sine vlla conuersione atque confusio-

Naturæ necessitatis causam dicit Theodoretus.

Vnitio.

fusione, sicuti sepius diximus. Vnus intelligitur & est Christus idem Deus & homo. Hoc autem vt opinor etiam Theodoro probatur dicenti ab humana natura Deum non esse separatum, neque humanitatem absque Deitate intelligi: Igitur neque subsistentiis serui & Dei formam vnitam esse, neque sane communem hominem sola dignitatem æqualitate cohonestatum, secundum habitudinem verbo copulatum esse dicimus: verum ipsum, vt dixi, filium Dei vnigenitum, secundum veritatem in vnitatem sibi vnitæ carnis esse, animam habentis rationalem, cum hoc quod & Deus maneat. At virgile sermonibus disertus, & contemplationibus valens, verbum definiuit esse temperamenti significatum, & dicere audeat, & asserti iniurias quæ ex cōtemperatione fieri solent, quasi nos ignoraremus, vel fortassis sibi ipsi placet, & verborum ornatu gaudet. Nihilque aliud assequitur quàm opinionem quod prosit prolixè loqui, & quod nullum ab alio dictum tanquam verum recipiat, vt aliquis esse videatur apud eos qui rectè diiudicare nesciunt, quænam fabuletur & mentiatur, aut quis recta veritatis via incedat, & sermonibus sapientibus & necessariis vtatur. Nam & initio, fateor, credebam eum sensum ignorare capitulorum: fingere autem quasi videatur ignorare, & in hoc quibusdam morem gerere, atqui nunc verè illum ea ignorare cōperio.

EDIVI CYRILLI ALEXANDRINI  
Archiepiscopi anathematismus tertius.

Si quis in vno Christo diuidit. &c.

THEODORETI REPREHENSIO.



Enebricosa quidem & caliginosa est dictorum intelligentia, piis autem manifesta est ipsorum ineptia. Cui non est perspicuum quod copulatio & conuentus nihil differunt. Copulatio enim est discretorum copulatio. Conuentus verò distantium coitus. At sapientissimus istorum verborum pater, quasi contraria posuerit ea quæ non pugnant: non oportet, inquit, copulatione subsistentias coniungere, sed conuentu, & conuentu naturali, vel ignorans fortè quod dicit, vel cognita blasphemans. Natura enim res est necessariò compellens, & absque voluntate. Exempli gratia: Natura esurimus, arbitrio hoc non, sed necessitate patimur, natura sitimus, natura dormimus, natura spiramus aerem. Hæc autem omnia omnium sunt absque voluntate, vt dixi: Qui autem nihil horum in se recipit, necessariò vitæ finem accipit. Si igitur naturalis fuit Dei formæ & serui formæ vnio, à necessitate quædam cogitur, & non misericordia vsus est Deus verbum formæ serui coniunctus, & legislator omnium necessitatis legem sequi inuenitur. Verum non ita nos docuit beatus Paulus, sed contrarium, eo quod seipsum exinaniuit forma serui assumpta. Quod autem seipsum exinaniuit, voluntarium demonstrat. Si igitur consilio & voluntate naturæ ex nobis susceptæ, vnitus est, superflua est naturalis verbi ad-

ditio. Satis enim fuerit fateri vnionem. Vnio autem etiam in discretis accipitur. Nusquam enim intelligitur, vbi vnio non inuenitur. Igitur vnionem suscipiens discretionem recipit. Quomodo igitur dicit, non oportere subsistentias diuidere, siue naturas, idque sciens, quod perfecta quidem Dei verbi subsistentia ante secula fuit. Perfecta autem ab illa assumpta fuit serui figura. Ideò & subsistentias dixit, sed non subsistentiam. Si igitur altera natura perfectionem habet, in hoc autem conuenerunt ambæ, forma videlicet Dei serui formam suscipiente, vnâ quidem personam & vnum filium & Christum, sicut pius est confiteri, duas autem subsistentias siue naturas vnitatis dicere, non absurdum est, sed & iuxta causam confectancum. Etenim si in vno homine diuidimus naturas, vt mortalem corporis, immortalem verò animæ dicamus, vtrâque autem hominem, multo magis assumptis Dei, & assumpti hominis naturarum proprietates cognoscere ratio poterit. Inuenimus autem & beatum Paulum vnum hominem in duos diuidentem, & aliquando quidem dicentem: quanto exterior homo corrumpitur, tanto interior, renouatur: aliquando verò, cōdelectat me lex Dei, inquit, secundum internum hominem. Et iterum: In interiore homine inhabitare Christum. Iam si Apostolus naturalem copulationem naturarum simul cōditarum diuidit, quomodo impietatis arguit eos, qui diuidunt proprietates naturarum Dei, qui ante secula fuit, & eius qui in extremis diebus homo assumptus est, quomodo temperationem nos per alia verba doceat?

CYRILLI ADVERSUS THEODORETI REFUTATIO.



Ide obsecro, quomodo callidissimè iste, qui obscuritatem in dictis calumniatur, nimirum ipse mentem non fulgidam, sed tenebricosam afferens. Tenebricosum esse dicit sermonem, qui rectè sentire volentibus tam perspicuus est adeoque notissimus. Existimauit autem quod debeat dici conuentus & non copulatio, deinde industriæ suæ dexteritatem declarans, vnam vim ex significationibus ostendit, siue quis conuentum siue copulationem factam esse dixerit. Ego verò cū admiratione deprehendo eius mentem subtili valere consilio. Solus enim nouit, vt videtur, quod à nullo qui vsquam sit ignoratur, & sic protritū est vt etiam his elucescat, qui nihil vel mūdane vel scholasticæ sapientiæ tenent, vel audiendo mediocriter & negligenter didicerunt. Admiratus igitur eruditionem eius illud dictum mecū repeto. Paulum euigilans quasi ex somno & crapula, is qui amplum os cōtra nos dilatat. Vide subtiliter sacramentum. Vnionem quæ in Christo est calumniatur quidem, qui præter sacrarum literarum mētem iuxta suam ipsorum sententiam fœde torquent. Dicunt enim diuisas esse à se inuicem & omnibus modis se iungi naturas, & seorsim ac particulariter vtranque esse: hominem autem sic coniunctum esse Deo per habitudinem contendunt, secundum solam dignitatem, vel auctoritatem, secundum filiationis æqualem nominationem. Hanc opinionem tollit Anathematismus, nugacissimisque illis vocum nouitatibus se opponit. Afferit enim vnitum secundum naturam, hoc est, non secundum

2. Corin.

Roma. 7.  
Eph. 3.

Secundum naturam hoc est, secundum vnitatem.

D ha-



habitudinem, sed secundum veritatem, sanctæ carni verbum rationale habenti animam, nullo modo diuidendum esse, vt ne duos imaginemur filios, & impartibilem partiamur. At hic non intelligens, quidnam sit vnio naturalis, hoc est, vera, non confundens naturas neque commiscens, ita vt alteram aliter esse oporteat quàm vt est. Puerile quoddam & frigidum suscipit argumentum, & bene se gere arbitrat. Et inquit: Si naturalis facta est vnio, exinanitio verbi voluntaria non fuit, sed quasi ex vi & necessitate. Natura enim cogere solet. Ad hæc dicat quis ei: Esuri, siti, & cætera facito, quæ ipse dixisti. Carnis erunt naturales infirmitates, & in nobis ipsis motionem habent, quia naturam possidemus tyrannicis affectionibus obnoxiam. Ipsa autem diuina & ineffabilis natura verbi nullo modo passionibus, & necessitati subiecta est, neque à nullo alio, nec à seipsa coacta est, ad hoc, vt præter voluntatem caro fieret, & appropriaret sibi humanitatis formam, apprehenderetque semen Abrahæ. Quàm inconsideratè autem loquatur, nulli, qui voluerit, difficile erit videre. Dicit enim: Semper omnibus modis naturalia necessitatis legibus subiacebunt. Et ad demonstrationem hoc protulit, quod præter voluntatem nostram esuriamus & sitiamus, natura in hoc prouocante, etiam si quis nolit: Atqui oportebat virum & in his exercitatum habentem animum etiam alia opera videre, quæ meriti maioris pensari erant. An non est verum quod homo secundum naturam est rationalis. Itaque & ipse præter voluntatem suam, & coactè est rationalis? Quæ autem dic mihi Deus omnium, an non secundum naturam est Deus? an non secundum naturam est sanctus, iustus, bonus, vita, lux, sapientia & virtus? Itaque præter voluntatem & coactè est quod est? At eum qui sic voluerit sapere, opinor quod ad summam peruenerit amentiam. Quid igitur nobis medicium tanquam murum inexpugnabilem & inuictum opponit, & putria problemata tractat, & audiens naturalem fieri vnionem, hoc est, veram, & versionis expertem inconfusumque omnino subsistentiarum conuentum, attentat torquere vim dictorum, ita vt videantur non esse recte facta? Nec formidauit auidæ inuictabilibus necessitatibus subiicere verbi naturam, secundum similitudinem quã nobiscum habeat. Exinaniuit semetipsum non absque voluntate, sed voluntariè vnigenitus factus est homo, & non sicut tu dicis suscepit hominem habitudinem, donans ei copulationem, filiationisque gratia coronans sicut nos. Atque adeo licet intelligamus vnitas esse substantias hominemque factum & incarnatum esse verbum, & videatur quodammodo secundum hoc naturalis dici à nobis vnio, eiecta non vera & habituali, quam nos per fidem & sanctificationem habemus, quia & diuina natura facti sumus participes, sicut inquit Paulus. Qui adharet Domino vnus spiritus est. Sed nõ subiicit necessitatibus & desiderijs naturalibus affectionum expertem & liberum Deum verbum. Quod autem vnita post vnionem in duo separari debere non vult, mea sententia irreprehensibile est & inculpabile, maximè quod bonus ille Theodoretus hominem qui nobis consimilis esse intelligitur, in exemplum assumpsit, & in duo diuidi non finit, quanuis ista eius consideratio contineat par-

tionem & diuisionem non repudiandam, quod dixerim quantum ad sciendum attinet. Quia alterum quidem secundum naturam est anima, alterum vero secundum suam naturam caro. Itaque secundum similem rationem, vnionem diligenter inquirentes quæ in Christo facta esse intelligitur, considerando quidem diuinitatis & humanitatis conuentum, verum secundum vnionem factum esse dicimus, non ignorantes quod aliud quidem quàm caro secundum naturam sit Dei verbum, & aliud secundum suam naturam sit caro. Non est autem tutum semel secundum carnem vnium dissecare, neque in duos filios dimetire vnum Christum & filium & Dominum permittit vlla rectæ fidei ratio, ita nos sancta diuinitusque inspirata scriptura erudiente. Verum illi non tanta cura est de veritatis dogmatibus, nosse autem quid in rebus vtendis necessariū sit, non mediocriter studet, vt si quid ad iniurias natum sit, medicis illud verisimiliter adornet, satis etiam ad calumniandum instructus audiat à nobis, quid gloriæ in malitia potens iniquitate? tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.

EDIVI CYRILLI ALEXANDRINI  
Archiepiscopi anathematizatus quartus.

Si quis eas voces quæ in Apost. &c.

ET HEODORETI REPREHENSIO.



Vnt & hæc his quæ iam dicta sunt, cognata & assimilia. Vult enim tanquam tēperatione facta in sermonibus qui in sacris euāgelijs & apostolicis scriptis dicti sunt, nullam esse differentiam, licet eos Arrium & Eunomium & ceteros hæresiarchas oppugnare gloriatur. Dicit igitur ille sacrorum dogmatum diligentissimus doctor, quomodo hæreticorum blasphemiam redarguat, dum ea quæ humiliter & congruè à serui forma dicuntur, Deo verbo aptat. Illi enim hoc facientes, minorem, & creaturam, & facturam, & seruum, & ex nihili filium Dei esse docendo statuunt. Cui igitur nos qui diuersa quàm illi sentimus, & consubstantialem esse & coæternum Deo & patri filium confitemur, opificemque omnium & factorem, & ornatores & gubernatores, & administratores, & in omnibus sapientem & omnipotentem, imò ipsammet potentiam, ipsammet vitam, ipsammet sapientiam affirmamus, cui in quã attribuemus illud: Deus meus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Et illud: Pater, si possibile est, transeat poculum istud à me. Et: Pater salua me ex hac hora. Et illud: Horam illam nullus nouit neque filius hominis. Et alia quæcunque humiliter ab ipso & à sanctis Apostolis de ipso dicta scriptaque sunt? Cui famem & sitim adaptabimus? cui fatigationem & somnum? cui ignorantiam & formidinem? Quis angelico subsidio habebat? Si hæc Dei verbi sunt, quomodo ignorauit sapientia? Quomodo vocata est sapientia ignorantia infirmitati obnoxia? Quomodo verax fuit dicens habere se omnia quæ patris, quum patris cognitionem non habeat? Solus enim,

enim, inquit, pater nouit diem illi: Quomodo fuit incommutabilis imago genitoris, non omnia quæ genitoris sunt referens? Itaque, si quidem hoc dicens verax fuit, quis ista eum ignorare suspicaretur? Si autem diem sciens, ignorare se illa dicere voluit, vide in quam blasphemiam quod colligitur euadat, si veritas mentiatur, quæ immeritò veritas dicitur, si quid in se habet veritati aduersum. Si autem veritas non mentitur, neque Deus verbum diem quem fecit ignorat, quem ipse ab alijs distinxit, in quo orbem iudicaturus est. Sed habet patris sapientiam imago incommutabilis. Non igitur Dei verbi est ignorantia, sed formæ serui, quæ tanta per illud tēpus sciebat, quanta deitas inhabitans reuelabat. Hæc & de alijs similibus dicenda sunt. Quam enim rationem haberet, Deum verbum dicere ad patrem: Pater si possibile est transeat à me poculum istud, Veruntamen nõ quod ego volo, sed quod tu? Multa enim incōgrua rursus hinc accidunt. Et primum discordes erunt pater & filius, & alia quidē vult pater, & alia filius. At enim: Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu. Deinde magnam rursus ignorantiam considerabimus in filio. Inuenietur enim ignorans an possibile sit vel non, quod transeat poculum. Hoc autem de Deo verbo dicere impium & blasphemiam plenū foret. Sciebat enim accurate, qui propter hoc aderat qui spōte nostram naturam assumpserat, qui seipsum exinanierat, quis nam sacramenti dispensationis finis futurus esset, vnde & sanctis Apostolis prædicebat: Ecce ascēdimus Hierosolyma & filius hominis tradetur in manus gentiū, vt illudant ei, & flagellent, & crucifigat, & tertia die resurget. Qui igitur hoc antea prædicauit, & Petrus deprecantem ne hoc fieret, corripuit, quomodo deprecatur ne fiat, qui manifestè sciebat omnia euentura? Quomodo autē nõ absurdum, Abraham quidem ante multa secula diem eius vidisse & gauisum esse, & Esaiam similiter prædicasse salutarem eius passionem, & Hieremiam, & Danielem, & Zachariam, atque adeo omnem prophetarū chorum, ipsum verò & ignorare, & liberationem petere, & deprecari, quod in salutem orbis futurum erat. Igitur hæc verba nõ sunt Dei verbi, sed formæ serui, quæ metuebat mortē, eo quod nondum erat mors destructa, cui etiam formæ Deus verbum loco timori dato, hæc dicere permisit, vt assumpti appareret natura, & ne eum qui ex Abraham & Dauid descenderat putatiuum vel phantasticū crederemus, vnde impiorū hæreticorum societas hanc blasphemiam protulit. Igitur ea quæ dicta & facta sunt deū decencia, Deo verbo accomodemus, quæ verò humiliter dicta & facta sunt, formæ serui aptemus, vt ne eodē quo Arrius & Eunomius blasphemiam morbo laboremus.

EDIVI CYRILLI ADVERSVS THEODORETUM REFUTATIO.



N quãto satius foret, amice, eum cuius mens ab odio & affectionibus libera est, dictorum nostrorum vim exquirere? Verum hoc minime pensi facit, vt get autem vt cunq; sibi visum fuit. Et enim dicit: Sunt & hæc his quæ iam dicta sunt similia. Vult enim tanquã temperatione facta in sermonibus qui in sacris Euangelicis & Apostolicis scriptis dicti sunt nullam esse differentiam, licet eos

Arrium & Eunomium & hæresiarchas ceteros oppugnare gloriatur. Verum hoc quidem ille. Ego autem in tantum caui ne dicerem contemperatas inter se naturas, mixtionemque & confusionem ac versionem tolerandã, quantum & ipse in hoc rectè sapit. Qui nec sermonum differentiam è medio sustulimus. Scimus enim quod alij quidē tales sunt, vt de Deo deceter dicantur, alij verò humanū morem sapiunt, & illi quidē summã docent gloriã, hi autem exinationis mensuræ conuenientiores sunt. Ceterum dicimus eos non duabus personis inter se modis omnibus distinctis distribuendos. Nam si vnus est dominus noster Iesus Christus, vnusque fides quæ in illum, & vnus baptisma, vna quoque eius tanquam vnus persona, & quando quidem idem Deus est simul ac homo, congruenter & absque reprehensione de illo dicentur sermones siue Deo digni siue humani sint: neque diuina & ineffabilis eius natura, vel in minimo in excellentia patris per hoc quod loquimur ea quæ humanitatem sapiunt, minuitur: neque propterea minus creditur dispensatio cum carne, quando cum hoc quod est Deus & homo sicut nos factus esse prædicatur. Itaque omnia sunt vnus Christi tam ea dicta quæ Deū decent, quàm quæ humanitatem referunt. Nam si quidem non fuisset verbum quod ex Deo patre est, homo factum, non humanitus vt de nobis ita & de ipso fieret sermo. Quoniam autem verum est, quod similiter sicut nos particeps factus est sanguinis & carnis, & assimilatus est fratribus per omnia, eum nobis videlicet stultissime dispensationem sapientissimam irrident, vocem humanã non ferentes sermonisque vtilitatem, quasi ad alterum seorsim filium, formam serui sicut ipsi dicunt, referre studentes? Omnino autem stultū foret, fingere quidem quod metuantur hæreticorum morositates, quasi traditionem rectè fidei extra suã dignitatem aucturi sint. Melius autē dixim & longè eruditius esse humanas aptare voces non alteri personæ, magis quæ seorsim & particulariter intelligatur esse filius, & sicut ipsi dicere solent, formæ serui, attribuere aut potius humanitatis mensuris. Nam cum qui simul deus est ac homo, vtrūque sermonem admittere oportet. Atqui miror quomodo ipse similiter quod confiteatur vnū esse Christum, qui idem Deus simul sit & homo. Nam quasi in obliuionem adductus esset eorū quæ bene se habere putauit, separat iterum vnum in duos, dum Saluatoris vocem, apponit dicentis: De die vel hora illa nemo nouit, neque angeli cælorum, neque filius nisi pater. Deinde sapientiam esse affirmans verbum ex Deo patre natum quæ & omnia futura prænoscat, adiicit & dicit: Non igitur verbi Dei est ignorantia: sed formæ serui quæ tanta per tempus illud sciebat, quanta deitas inhabitans reuelabat. Hæc & de alijs similibus dicenda sunt. Igitur si non mentiris dicens vnum esse Christum & dominum Iesum, eundem scilicet Deū & hominem, vtique didicis & duos dicere filios non erubescis. An nõ plane duo sunt, si quidem non est idem cum eo qui diuinitatem habet scientiã, is qui nouit omnia: & cum eo qui partiarã recipit reuelationem, is qui perfectus est in sapientia, & tanta cognoscens quanta & pater, & si quid est vnus & idē propter verã vnitatis causam & nõ alius, atque alius disiunctimque & particulariter, ei omnino erit etiã hoc scire, & nequitiam vt solum putetur scire. Itaque nouit quidem diuinitate sicut sapientia patris, quum dispensa-

Non subiacere necessitati, quod secundum naturam est.

Naturalis vnitas.

1. corinth. 3.

Psalms.

Matth. 26.

Luc. 18. Mat. 16.

Joan. 8.

Matth.

Joan.

Matth.

Luc.

Matth.

Nulla est permixtio naturarum in diuinis.

Ephes. 4.

Hebr. 2.

Matth. 24.

tim mensuram ignorantis humanitatis assumpsit, propriumque sit hoc cum aliis, quanquam sicut dudum dixi ignorans nihil, sed sciens omnia cum patre. Nam propter quam causam esurire, & ex itinere fatigari dicitur, quamuis vita & viuificus sit vt Deus & ipse sit panis viuus qui de caelo descendit, & dat vitam mundo, & insuper ipse sit virtutum dominus. Verum vt credatur secundum veritatem factus homo, appropriauit sibi humana in bonis suarum nature mansionem gratiam habens, & indiuisibilem retinens ea, in quibus semper erat & est & erit. Iam qui reuelationem datam esse dicit formae serui ab inhabitante Deo, eamque mensuratam, is Emma-nuelem prophetam nobis facit, deiserumque hominem, atque aliud nihil. Porro putat quid sapienter, & irrefragabiliter dictum. Nam si Dei verbum est qui clamauit: Pater, si possibile est transeat a me poculum istud, & primum quidem facit discordem filium cum patre, iniuriarumque deprecatur ne bibat poculum, quamuis, inquit, non ignorans mundo salutem allaturam passionem suam. Igitur, inquit, non erunt tales verbi voces. Itaque vicissim audiat & a nobis, qui tam adulterinis cogitationibus vacat. Quonia tibi videtur a Deo verbo tales voces amouendas esse, solique serui formae adaptandas, igitur, non in duos iterum filios vnum partitis? Et quis hoc sapientium perspicue cognoscet? Nam dicit fortasse quidam, Heus cur tuas sequeris cogitationes? Quia nec credibile, nec rationi consentaneum, vt forma serui passionem declinet, & cum patre & inhabitante verbo dissidere videatur. Sciebat enim opinor passionem suam omnibus qui sub caelo sunt, & quos mors vicerat, salutarem, & vitae conciliatricem fore. Oportebat sane, inquit, videri etiam metu superiorem, diuinumque nutus sequi paratum. Age non sentis, qui temere nugatus es, quae nam sit talis cogitationum confusio: ego autem, quod parua quidem sint omnia haec humana verbo ex Deo nato, absque mora dixero. Quero autem cuius fuisse puretur exinanitio, & quis hanc voluntarie tulerit. Itaque si quemadmodum alij dicunt, forma serui, vel quod est ex semine Dauid, quomodo, vel quo pacto exinanitum est, si a Deo assumptum est. Si autem ipsum verbum, quod in forma & aequalitate Dei & patris existit, seipsum exinaniuisse dicitur: quomodo vel quo pacto exinanitum est, si refutauit exinanitionem. Exinanitio autem Deo verbo, versionis & passionis nescio, est facere & dicere quiddam humanum, propter dispensationem ad carnem conuentum. Tametsi autem factus sit homo, nullo modo sacramenti ratio naturam eius laesit. Mansit enim quod erat, etiam in humanitatem sese demittens, propter mundi salutem ac vitam. Eapropter non in duas personas, sed tanquam in vnum Christum & filium & Deum euangelicas & sanctorum Apostolorum referentes voces, neque diuinam eius imminuimus naturam, & gloriam propter humana, neque dispensationem negamus, sed propter nos factam ipsius verbi incarnationem credimus.

Matth. 4.  
1 can. 4.  
10 an. 6.

Esa. 7.

Matth. 26.

Christum  
deiserum  
hominem  
Basilium.

Coloss.



Articipem fuisse sicut nos sanguinis & carnis & animae immortalis Deum verbum propter vnionem cum istis dicimus. Carnem autem Deum verbum conuersione quadam factum esse non solum non dicimus, sed & eos qui dicunt impietatis fugillamus. Pugnare autem hoc & ipsis dictis videtur. Nam si conuersum est verbum in carnem, non communicauit nobiscum carni & sanguini, sicut aliud praeter haec. Si autem aliud quiddam praeter illud est caro, non ipsum in carnem est verbum. Igitur communicationis nomine vtentes, sicut vnum quidem filium adoramus, & cum qui assumpsit, & id quod assumptum est: naturarum autem differentiam cognitam habemus, & Deiserum hominem, sicut a multis sanctis patribus dictus est, non deuitamus, quorum vnus magnus ille Basilius in sermone de sancto spiritu ad Amphilochem, hoc vsus est nomine, & in explanatione quinquagesimo noni Psalmi. Vocamus autem deiserum hominem, non quod particularem quandam gratiam acceperit, sed quod omnem vnitam habeat filij deitatem. Hoc enim interpretans beatus dicebat Paulus: Videte ne quis vos depraedetur per philosophiam & inanem deceptionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum, qui in illo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter.

CYRILLI ADVERSVS THEODORETI REFUTATIO.



Terum etiam in hoc loco, quam inaniter nugetur, ostendere facillimum fuerit. Dicimus enim nos, non debere ab aliquo deiserum hominem nominari Christum, vt non sicut vnus sanctorum intelligatur, sed magis Deus verus praedicetur verbum Dei, quod factum est homo, & incarnatum est. Perstringit autem ille iterum ea quae recte dicta sunt, variisque modis prodigiose & false concionatur. Inquit autem quod nos dicamus verbum Dei conuersum esse in naturam carnis, & cogitatus suos manifestat, quibus effodere, & in lucem eruere studeat, verbum Dei non esse conuertibile. Id quod sapissime dixi, hoc nunc quoque necessario dico, cum nemo sit qui dicat diuinam incorruptibilemque verbi naturam, in carnem terrenam transformari, omnibus vno consensu inconuertibilem esse testantibus. Cessate superuacaneos exantlare labores, vt eos qui minimè decepti sunt copiosis argumentis certiores faciatis, quod verbum Dei secundum naturam sit inconuertibile & immutabile. Quis enim ita stupidus & insipiens est, vt tam turpia, & ab ipsis forte insipientibus refutata sentire & dicere velit? Obstupesco autem quod cum vbiq; Deum esse Emmauelem affirmet, in his deprehendatur illi prophetica mensuram tribuere, hominem enim eum esse deiserum dicit, vt videatur similis nobis qui per sanctum spiritum Deum omnium habemus in nobis habitantem. Habitat enim in cordibus nostris, & sumus templa Dei viuētis. Neque idem fuerit dicere, verbum factum esse hominem, & putare Deum habitare in homine, etiam si, vt est, vera beati Pauli vox est, quod complacuit in ipso habitare omnem plenitudinem

ADIVI CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiscopi anathematismus quintus.

Si quis audet dicere Christum. &c.



E sacramento dispensationis vnigeniti cum carne, sermones superiores, quos fecimus praesens sermo coniunctus monstrabit decentes ac rationabiles, sedque facillime. Vnigenitus enim filius, qui est in forma Dei patris & aequae cum illo mensurae per omnia par gloria & libertate, forma serui assumpta, frater appellatus est eorum, qui sub seruitutis iugo erant, hoc est, noster. Itaque quasi vnus ex nobis persoluit didragmon centum exigentibus, & factus est legislator sub lege, quasi homo, quasi Deus docebat discipulos suos, quia & filius est verè, & in forma serui propter carnem, tametsi secundum naturam propriam liber sit, vt pote Deus & ex Deo: veruntamen tanquam propria habens, propter exinanitionem mensuram tributorum exactoribus erat: atque aded si quis dicat seruum eum appellari, propter vocem sanctorum prophetarum, nullo modo offendi decet. Cognouerunt enim per reuelantem eis spiritum sanctum, quod verbum ex Deo patre fieret homo. Erat quidem & sic liber, tanquam filius. Neque sic tamen mensuram exinanitionis optima facta, faciebat contemptibilem, configuratus nobis, seruitutis iugo subditis. Sic & Deum suum patrem dicit, quamuis natura Deus existeret, & ex ipso & nullo modo gignentis eminentia minor. Quum Nestorius igitur sic scribat de Christo. Atque aded passus pontifex misericors, non viuificator Deus eius qui passus est. Et Deum Christi, Deum verbum nominauit, adieceritque: Erat autem ipse & infans, & infantis dominus. Hos illius sermones nos non solum indecorè, sed & impiè dicta asserimus. Nam si Deus est Christi, verbum quod ex Deo patre est, duo vtique erunt modis omnibus & incunctanter. Quomodo autem intelligitur ipse infans, & infantis dominus? Non igitur dicitur suimetipsum Deus ac Dominus Emmanuel, quandoquidem ipse idem simul est Deus ac homo, eo quod verbum Dei homo factum & incarnatum est. Quia autem deitas aliud secundum naturam suam humanitas, quomodo quis vacillabit? Veruntamen vnus est Christus ex duabus deitatis & humanitatis naturis secundum dispensationem vnitatem.

Matth. 17.

Coloss. 2.

Iob. 4.

Philip. 2.  
Forma serui

Galat. 4.

Ioh. 1. 5.

Esa. 9.

Esa. 49.  
Ibidem.

Esa. 42.

Philip. 2.

nem deitatis corporaliter. Sed vnum inquit esse deum patrem & filium dominum Iesum Christum, per quem omnia. Dicit autem quis & in homine habitare spiritum eius. Denique & de nonnullis scriptum est: Eos autem qui inhabitant domos luteas, ex quibus & ipsi de eodem luto sumus. Igitur vnus intelligitur, & est secundum constitutionem homo, & ex carne, & ex rationali anima illam inhabitante. Quare igitur non cessat rectam minimèque peruersam rationem conturbare? Aliquando enim vnus dicit Christum & dominum, eundemque Deum simul ac hominem: aliquando verò prophetarum mensuram ei dans, deiserum hominem appellat, ignorans fortassis quod illum nobis aequalem faciat, quandoquidem non est Deus verus, sed templum quod inhabitat Deus verbum, sicut & in nobis. Verum diuina scriptura secus habet. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis, ne quis putet secundum conuersionem & transformationem in carnis ipsius naturam transformatum esse. Iam factum caro, hoc est, homo, non est deiserum homo, in exinanitionem spontaneam seipsum demittens, & suam faciens carnem, quam ex muliere accepit, carnem inquam, neque animae, neque mentis expertem, sed animam ac mentem habentem. Memores autem eius sumus, qui suum corpus templum appellauit, verum non propter habitudinem, sicut & in nobis per spiritum sanctum est, in habitationem censerit voluit, sed vnus secundum vnionem intelligitur Christus & filius.

D. CYRILLI ALEXANDRINI  
archiepiscopi anathematismus sextus.

Si quis dicit Deum aut dominum esse. &c.

THEODORETI REPREHENSIO.



Eatus ille Paulus, quod assumptum est a Deo verbo, formam serui appellat, quandoquidem vnionem assumptio precessit. At vbi de assumptione differit idem beatus Paulus, formam serui assumptam appellauit naturam. Non vltra locum habet vnitate facta seruitutis nomen. Nam quoniam idem Apostolus scribens, his qui in illum crediderant, dicebat: Atque adeo iam non est seruus, sed filius. Et dominus discipulis: Non iam seruos vocabo vos, sed amicos, multo autem magis initiu nostrae naturae, per quod & nos adoptionis donum assecuti sumus, a serui conuersione liberatum est. Deum igitur fatemur & serui formam, propter vnitam ipsi Dei formam. Et credimus prophetarum etiam puerum Emmanuelè appellanti, & natum puerum & magni consilij angelum, & admirabilem, & consiliarium, & Deum fortem, & potestatem habentem, & principem pacis, patremque futuri seculi. Veritatem idem propheta etiam post vnionem praedicans assumpti naturam, seruum appellat eum, qui ex semine Abraham sit, dicens: Seruus meus es tu Israel, & in te glorificabimur. Et iterum sic inquit: Dominus qui formauit me ex vtero seruum sibi, pauloque post: Ecce dedi te in foedus populi, in lucem gentium, vt tu sis in salutem, vsque ad vltimum terrarum. Quod autem formatum est in ventre, non Deus verbum, sed serui forma est. Non enim Deus verbum conuersus factus est caro, sed assumpsit carnem anima rationali praeditam.

D. CYRILLI ALEXANDRINI  
Archiepiscopi anathematismus septimus.

Si quis tanquam hominem Iesum operante. &c.

THEODORETI REPREHENSIO.



I mortalis est humana natura, deus verbum autem vita & viuificans suscitauitque; templum a Iudaeis solutum & in caelos euexit, quo pacto forma serui per formam Dei glorificata non est? Quum enim natura sit mortalis, facta est immortalis propter vnionem cum Deo verbo. Assumpsit quod non habebat, quod autem non habebat, vt assumpsit, & glorificauit, ab eo qui dedit, glorificatus est. Idcirco & Apostolus clamat: secundum efficaciam roboris virtutis eius, quae operatus est in Christo excitato eo ex mortuis.

Iob. 21.

Epheso. 4.



Vi Christum Iesum nominant, non vnum quēdam, sicut nos vulgarem hominem, sed verbum ex Deo natum, hominem factum & incarnatum auditoribus significant, atque adēdō siquid, quod dignē Deo tribuitur per corpus eius, vt organum sibi ministeriū exhibet factum esse dicatur: nihilominus virtutum dominus Christum operans est, non concedens alteri, vt operetur. quemadmodū scilicet beatis Apostolis potestatem contra spiritus immundos dedit, vt illos eiicerent, & curarent omnem morbum & languorem in populo. Propterea beatus Paulus inquit: Non ausim aliquid loqui quod non operatus est per me sermone & opere Christus, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti. Gaudentes autem & beati discipuli, acceperunt aliquando ad Christum & dicebant: Domine etiam dæmonia nobis subiiciuntur in nomine tuo. Operatos enim esse per Christum in spiritu sancto dicimus, quod alij ab ipso fuerint: sed non ita de Christo intelligimus, quod à verbo in spiritu ad operandum motus sit, quasi alius sit filius præter vnigenitum ex Deo. Vnum enim monstrauit vnio, & propterea cauemus ne in duos illum diuidamus. Nam quauis secundum scripturas verbum caro factum est, attamen & sic secundum veram vnionem, quæ & mentem & sermonem excedit vnigenitus filius est. Itaque ipse vnus, & solus Christus Iesus, quasi per organum sui corporis operatus est diuina signa, & non operandi virtutem habuisse eum dicimus, secundum similitudinem sanctorum. Prophanum & hoc esset, atque valdē absonum. Iam quia & ex mortuis corpus suum excitauit, secundum quod vita est & viuificator, ipse semetipsum glorificare videtur, naturam suam viuificare declarans, neque alteri cuidam in hoc eam gloriam largitus est. sanē & ad Deum ac patrem, qui in cælis est dicebat: Pater glorifica me gloria quam habui antequam mundus esset apud te quauis & Deus esset, & ex Deo secundum naturā & gloriæ dominus. Deinde quomodo sicut gloria egens gloriam, quam ante secula habuit peti? Nā quia factus est homo, & per carnem suam gratia Dei, pro vniuersis mortē gustauit, secundum quod dicit beatus Paulus. Cauens enim ignominiam, quæ inde colligi posset, resurrectionē prædicat, per quā quia & vita & viuificus est Deus, rectē cognoscitur, & sic à nobis creditur. Glorificauit igitur non alium quempiam, sed seipsum declarans vnium sibi templū secundum veritatem, quod nec morte domaretur. Porro quod vnium illi corpus, neque animæ neque mentis expers credamus, sed animam mentēque habens, sēpissimē à nobis dictum est.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiscopi anathematismus octauus.

Si quis audeat dicere assumptum. &c.

THEODORETI REPREHENSIO.



Nam quidem, vt sæpe dixi glorificationem domino Christo tribuim⁹, & ipsum Deum simul ac hominem confitemur. Hoc enī nos vnionis docuit ratio. At naturarū proprietates dicē-

do non vitabimus. Neq; enim Deus verbū versionē in carnem accepit, neque vicissim homo perdidit quod erat, nec in naturam Dei trāsmutatus est. Igitur vtriusque naturæ proprietates dicimus dominū Christum adorantes.

CYRILLI ADVERSVS THEO- doretum refutatio.



T nos vir eximiē qui meliora veriorāque credere assueuimus & subtiliores intellectus ad accuratā sacramenti huius manifestationē & cognitionem applicamus, secundū quod sacris scripturis & sanctorum patrum æquis interpretationibus videtur, non hominem adsumptum esse dicimus à Deo verbo & copulatum illi secundū habitudinem quandam quæ extrinsecus intelligatur, sed hominē eum factū esse definimus. Et hanc ob causam excidisse à pietate dogmatum eos qui audent dicere assumptum hominem adorandum cum filio & Deo, vt alterū cum altero. Nam siquidē ipse est Deus ac homo, ipse adoratur, sicut vnus adorandus est adoratione vna, & non coadoratur & conglorificatur Deus, ne Emmanuel credatur esse homo simpliciter communis, & sicut nos per gratiam diuinæ gloriæ particeps. Confiteri autem decet Deum in carne, propter nos verē hominem factum, non transitu naturæ, secundum alterationem & versionem, sed vnionis dispensatione.

D. CYRILLI ALEXANDRINI Archiepiscopi anathematismus nonus.

Si quis dicit vnum dominum. &c.

THEODORETI REPREHENSIO.



ic manifestē anathematizare præsumpsit nō eos modo, qui nūc piē sentiūt, sed, & eos, qui olim veritatis fuere præcones, atque adēdō Euangeliorum scriptores, sanctorūque Apostolorum chorum, & Gabrielem archangelum. Primus enim ille Christum secundum carnem ex spiritu sancto natum esse, idque ante conceptionem prædicauit, & post conceptionem ipsum Ioseph docuit. Mariæ quidem roganti, quomodo erit mihi hoc, quoniam virum non cognosco? dicebat: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Idēdō quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Iosepho autem inquit: Ne timeas accipere Mariam vxorem tuam, quod enim in ea natum est, ex spiritu sancto est. Et Euangelista: Cum esset, inquit, desponsata mater eius Maria Ioseph, inuenta est pregnans de spiritu sancto. Quin & ipse Dominus Iesus ingressus in synagogam Iudæorum, acceptoque propheta Esaia, hunc locum legit, in quo dicit: Spiritus domini super me, eo quod vnxit me, & c. Subdit autem: hodie cōpleta est scriptura ista in auribus vestris. Beatus etiam Petrus loquens cōm Iudæis hoc testatur, dicens: Iesum Nazarenum, quem vnxit Deus spiritu sancto. Sed & Esaia ante multas generationes talia præ-

Matth.

Luc. 1.

Matth.

Luc. 4.

Esa. 61.

Esa. 11.

Esa. 12.

Esa. 42.

Matth. 12.

Luc. 11.

Ioan. 2.

Luc. 4. & 11.

al. nō ait dicitur deum verbū patri cōsubstantia- lē & coeternū à spiritu sancto formatum esse & vnctum.

Ioan. 15.

1. Corin. 2.

De spiritu christi.

Anathematismorū mēs dicit Nestorū rei aduersatur.

Ioan. 16.

Roma. 8.

fagiuit: Egredietur virga ex radice Iesse, & germen ex radice eius oriatur, & requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & virtutis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Dei implebit eum. Et iterū: Ecce puer meus, quem legi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ, ponam spiritum meum super eum, iudiciū gentibus profert. Hoc autē testimoniū & Euangelista in suis conscriptionibus posuit. Sed etiam ipse dominus in Euangeliis ad Iudæos ait: Si autē in spiritu Dei ego eiicio dæmonia, appropinquauit supervos vtiq; regnum Dei. Et Ioannes: Qui misit me, inquit, baptizare in aqua, ipse mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & manentē super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Non itaq; in prophetas solos & Apostolos, neque in Gabrielem archangelum sacrorum dogmatum subtilis examinatur, sed in ipsum saluatorē omnium blasphemias extendit. Ostēdimus enim & ipsum dominum, nunc quidem Iudæis post lectionē, qua ait: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, & c. dicentem: Hodie scriptura hæc completa est in auribus vestris: nūc autem ad eos, qui dicebant, in Beelzebub eum eiicere dæmonia, dicentē se in spiritu Dei eiicere dæmones. \*Fictum autē à spiritu sancto & vnctum non verbū Dei dicimus, spiritui cōsubstantiale & coeternum, sed in nouissimo dierum humanam ab eo adsumptā naturā, proprium autem spiritum filij: si quidem eiusdē cum eo naturæ, & ex patre procedentē, ac simul confitemur, & tanquam piam suscipientes vocem. Si verō tanquā ex filio, aut per filium essentiam habentem, blasphemū hoc est, & tanquā impiū aspernabimur. Credimus enim domino dicenti: Spiritus, qui ex patre procedit. Sed & sacratissimo Paulo, dicenti similiter: Nos autem non spiritū mundi suscepimus, sed spiritum, qui ex Deo est.

estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi nō habet, hic non est eius. Procedit enim ex Deo patre spiritus sanctus, secundum saluatoris vocem. Sed nō est alienus filio: omnia enim habet cum patre, & hoc ipse edocuit, dicens de spiritu sancto: Omnia quæcunque habet pater, mea sunt, propterea dixi vobis, quia ex meo accipiet, & adnunciabit vobis. Ergo glorificauit quidem Iesum spiritus sanctus inopinabilia operantem, veruntamen sicut spiritus eius, & non aliena virtus, & eo superior, secundum quod intelligitur Deus. Nec blasphemauimus igitur in sanctos angelos, nec in prophetas, sicut dicere præsumpsit, qui solūmodo accusare nouit. Quia verō mens eius & sociorum eius est, vt vnū in duos Christos diuidant & illum quidem vt glorificetur, & operandi vim recipiat, hunc verō vt glorificet & operetur, itaque carpūt insipienter omnem sermonem piū, sēque in partem tam male sentientium constituunt. Proinde & de beato Gabriele faciens sermonem vitigator iste. Etenim secundum carnē, inquit, Christum ex spiritu sancto natū esse, primus ille & ante formationē prædicauit. Alius igitur est Christus, ille qui secundum carnem, & alius seorsum Christus iterū verbum quod ex Deo patre est: Vbi igitur vnio? Et quæ inde vtilitas si duo Christi, & seorsim ac particulariter vterq; intelligatur. Eapropter licet pietatis multum sibi affingentes vnum dicant esse Christum, verē tamen duos esse putantes, audiant à nobis: vsque quō claudicatis in duos poplites? Satiū enim fuerit rectē incedere fidem habentes in adulteratam & firmatam, nullisque stultis opinionibus claudicantem.

Ioan. 15.

Ioan. 16.

Nestorius vnū Christū dicit, duos tamē sentit.

D. CYRILLI ALEXANDRINI archiepiscopi anathematismus decimus.

Pontificem & Apostolum confessionis. &c.

THEODORETI REPREHENSIO.



on in carnis naturam versa est inconuertibilis natura, sed humanam suscepit naturā, & hæc super communes sacerdotes cōstituit, vt beatus Paulus docet, dicens: Omnis enim pontifex ex hominibus sumptus pro hominibus constituitur in his quæ erga Deum sunt, offerat dona & sacrificia pro peccatis qui placabilis esse posset ignorantibus & errantibus, quandoquidem & ipse infirmitate circumdatus est, & propter illam debet, sicut pro populo, ita & pro seipso offerre pro peccatis. Et paulo post hoc interpretans, dicit: Sicut & Aaron, ita & Christus. Deinde monstrans assumptæ naturæ infirmitatem, inquit: Qui in diebus carnis suæ supplicationes & preces ad eum qui poterat ipsum seruare à morte cum clamore valido & lachrymis obtulit & pro reuerentia sua exauditus est. Et cum esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est obedientiam, & consummatus factus est author salutis æternæ omnibus qui obediunt ei, appellatus à Deo sacerdos, secundum ordinem Melchisedech. Quis igitur ille qui laboribus virtutis perfectus, & non natura perfectus existit? Quis ille qui didicit obe-

Hebr. 4.



dientiam, & hanc ante experimentum ignorans? Quis cum reuerentia vixit, & cum voce valida & la chrymis supplicationes obtulit, & saluare se non va luit: sed qui poterat eum saluum facere, rogauit, & mortis absolutionem poposcit. Non Deus verbum, quod immortale est, impassibile, incorporeum, cuius memoria secundum Prophetam, exultatio & la chrymarum securitas: ipse enim abstulit omnem la chrymam ab omni vultu. Et rursus Propheta: Memor factus sum, inquit, Dei, & satiatus sum. Qui co rorat cum reuerentia viuentes, qui cognoscit vni uersa ante natiuitatem suam, qui habet omnia, quæ patris sunt, & imago existit impermutabilis genito ris, qui in semetipso demonstrat patrem, Sed quod ex semine Dauid adsumptum est ab eo, quod mor tale, quod passibile, quod timuit mortem, licet hoc ipsum postea mortis destruxerit potestatem, pro pter vnitatem ad adsummentem Deum, quod per om nem ambulauit iustitiam, & ad Ioannem locutu est: Sine modo, inquit, sic enim decet compleri om nem iustitiam, hoc pōtificis appellacionem accepit, secundum ordinem Melchisedech: hoc enim indu tum est naturæ necessitate, & non omnipotens Dei verbum. Vnde & ante pauca beatus ait Paulus: Non enim habemus pontificem, qui non potest compati infirmitatibus nostris, expertum verò per omnia se cundum similitudinem absque peccato: in experi mento autem nostrarum factus est passionum sine peccato ex nobis, pro nobis adsumpta natura, qui hanc adsumpsit nostræ causæ salutis. Sed & in prin cipio capituli huius talia rursus docet: Considerate Apostolum & pontificem cōfessionis nostræ fide lem existētem ei, qui fecit eum, sicut & Moses in to ta domo eius. Facturam verò nullus dixerit, rectam habens fidem, increatum & nō factum, & patri co aternum Deum verbum, sed qui ex semine Dauid, qui omni peccato liber existit, pontifex noster, & sa crificium factus est: ipse semetipsum pro nobis offe rens, habens in semetipso, videlicet ex Deo, verbū vnitum sibi, & inseparabiliter connexum.

CYRILLI ADVERSVS THEO doretum refutatio.



**D**ropheta Hieremias offendenti Is rael, & exacuenti ad iracundiam om nium Deū, dicebat tristis: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & de flebo populum istum die ac nocte. Arbitror autem ego huiusmodi voces non illis po tius conuenire, & eos decere, sed his qui sine Deo, & incontinens in Christum os habent: quique ob loquuntur aduersus gloriam ineffabilem audaces & p̄sumptores, sicut scriptū est. Lamentatione quippe & gemitu digni pro veritate, qui ex multa nimis subsannatione, & inderogabile pietatis Christi re linquentes viam, cursus sibi faciunt monstrosos, & corruptibilibus sensuum adinventionibus pulchri tudinem veritatis adulterantur. Ergo audiant hi, qui sapere elegerunt, quæ omnibus respuenda sunt: Er ratis, nescientes scripturas, atque venerandū, & ma gnum inhumanationis sacramentum. Scripturæ nā que diuinitus inspiratę Deum nobis inhumanatum p̄dicant Emmanuel, participatūmq; carne & san guine proximē nobis Dei & patris affirmant verbū

cellentique naturæ & gloriæ hæc parua sunt, sed in ipsis contemplabimur paupertatem quam propter nos sponte perpeffus est, quando tibi visum fuerit onerosum, quod ex euacuatione ingloriosum est potius admirari circa nos filij charitatem. Quod enim tu parum esse dixisti, hoc promptissimē fecit propter te: Fleuit humanē, vt tuam constringeret la chrymam: Formidatus est dispensatiuē permisit carni pati interdum quę propria sunt, vt nos p̄paratos ostenderet: Refutauit calicem, vt impieta tem Iudæorum crux accusaret: Infirmari dicitur se cundum humanitatem, vt tuam repararet infirmita tem: Preces offert supplicationis, vt & deprecationi bus tuis accessibilem monstret patris aurem, & vt tu discas in tentationibus non dormire, sed ad orationem magis adsurgere. Vnde culpabat dormi tantes sanctos Apostolos, & dicebat: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. In informa tionem etenim tuam, qua sanctæ conuersationis seipsum pandens profuit vniuersis, humanitatis in firmitates proprias fecit. Ob quam causam? vt & se cūdum veritatem homo factus crederetur: licet per manendo quod fuit, hoc est, Deus. Sed nescio quo modo qui Christum vnum se dicere fingunt & fili um & dominum, eundem Deum & hominem non ex Deo natum verbum appellari dicunt pontificem & apostolum confessionis nostrę quando factus est homo, sed velut alterum quendam singulariter hominem ex semine Dauid vocatum ad hoc affirmat, metuentes, vt æstimo, ne à mala secta Nestorij deficientes, recta sapere capiantur. Ait enim sic ille: Ille fidelis Deo factus Pontifex. Factus est enim hic, nō sempiternē p̄fuit hic, qui paulatim ad pontificis prouectus est hæreticē dignitatem. Deinde, sicut cōstitimauit confirmans in veritate suas voces, intulit dicens, de quo & Lucas clamabat in Euangeliis: Iesus autem proficiebat ætate, & sapientia, & gratia. Et rursus: Cū sit nobis hic solus Pontifex, compas sibili & cognata & firma in eo fide nolite deficere: ipse enim nobis pro benedictione promissa ex semi ne Abraham misit tanquā pro se, & genere corpo ris sacrificium collaturus. Illius autem odij optim⁹ imitator magnus iste Theodoretus non erubescit, dicens: Humanam naturam adsumpsi, & hanc vltra communes statuit Pontifices, sicut & Paulus ait: Omnis enim Pontifex ex hominibus sūptus, pro hominibus statuitur in his, quę ad Deū sunt, cōpativa lens ignorantibus & errantibus. Nam & ipse circū datur infirmitate, & propterea debet, sicut pro po pulo, ita & pro se offerre pro peccatis. Putas nō ho minem nobis communem, quantum ad suum placi tum, explicauit Emmanuel? non cognata sensit his, quæ nuper à nobis nominata sunt, & parem gene rantia blasphemiam? Dic mihi, metuis Pōtificij mo dum omnium nostrum saluatoris Christi? Incon grtuū esse dicis, de verbo humanē sacrificium mini strare propter dispensationem. Ergo aufer personā, nega dispensationem factam incarnationem verbi, propter quam nominatus est etiam Pontifex. Putas sacrificantem vides tanquam alteri Deo, & potiori Deo patri bouem immolantem secundū illos, qui ex hominibus sunt accepti, & compati possunt igno rantibus & errantibus, eò quòd & ipsi sint in nostris infirmitatibus? non considerasti, quia ab omnibus fi dem, siue fidei confessionem sibi met vouet, & per

cellentique naturæ & gloriæ hæc parua sunt, sed in ipsis contemplabimur paupertatem quam propter nos sponte perpeffus est, quando tibi visum fuerit onerosum, quod ex euacuatione ingloriosum est potius admirari circa nos filij charitatem. Quod enim tu parum esse dixisti, hoc promptissimē fecit propter te: Fleuit humanē, vt tuam constringeret la chrymam: Formidatus est dispensatiuē permisit carni pati interdum quę propria sunt, vt nos p̄paratos ostenderet: Refutauit calicem, vt impieta tem Iudæorum crux accusaret: Infirmari dicitur se cundum humanitatem, vt tuam repararet infirmita tem: Preces offert supplicationis, vt & deprecationi bus tuis accessibilem monstret patris aurem, & vt tu discas in tentationibus non dormire, sed ad orationem magis adsurgere. Vnde culpabat dormi tantes sanctos Apostolos, & dicebat: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. In informa tionem etenim tuam, qua sanctæ conuersationis seipsum pandens profuit vniuersis, humanitatis in firmitates proprias fecit. Ob quam causam? vt & se cūdum veritatem homo factus crederetur: licet per manendo quod fuit, hoc est, Deus. Sed nescio quo modo qui Christum vnum se dicere fingunt & fili um & dominum, eundem Deum & hominem non ex Deo natum verbum appellari dicunt pontificem & apostolum confessionis nostrę quando factus est homo, sed velut alterum quendam singulariter hominem ex semine Dauid vocatum ad hoc affirmat, metuentes, vt æstimo, ne à mala secta Nestorij deficientes, recta sapere capiantur. Ait enim sic ille: Ille fidelis Deo factus Pontifex. Factus est enim hic, nō sempiternē p̄fuit hic, qui paulatim ad pontificis prouectus est hæreticē dignitatem. Deinde, sicut cōstitimauit confirmans in veritate suas voces, intulit dicens, de quo & Lucas clamabat in Euangeliis: Iesus autem proficiebat ætate, & sapientia, & gratia. Et rursus: Cū sit nobis hic solus Pontifex, compas sibili & cognata & firma in eo fide nolite deficere: ipse enim nobis pro benedictione promissa ex semi ne Abraham misit tanquā pro se, & genere corpo ris sacrificium collaturus. Illius autem odij optim⁹ imitator magnus iste Theodoretus non erubescit, dicens: Humanam naturam adsumpsi, & hanc vltra communes statuit Pontifices, sicut & Paulus ait: Omnis enim Pontifex ex hominibus sūptus, pro hominibus statuitur in his, quę ad Deū sunt, cōpativa lens ignorantibus & errantibus. Nam & ipse circū datur infirmitate, & propterea debet, sicut pro po pulo, ita & pro se offerre pro peccatis. Putas nō ho minem nobis communem, quantum ad suum placi tum, explicauit Emmanuel? non cognata sensit his, quæ nuper à nobis nominata sunt, & parem gene rantia blasphemiam? Dic mihi, metuis Pōtificij mo dum omnium nostrum saluatoris Christi? Incon grtuū esse dicis, de verbo humanē sacrificium mini strare propter dispensationem. Ergo aufer personā, nega dispensationem factam incarnationem verbi, propter quam nominatus est etiam Pontifex. Putas sacrificantem vides tanquam alteri Deo, & potiori Deo patri bouem immolantem secundū illos, qui ex hominibus sunt accepti, & compati possunt igno rantibus & errantibus, eò quòd & ipsi sint in nostris infirmitatibus? non considerasti, quia ab omnibus fi dem, siue fidei confessionem sibi met vouet, & per

omnia sancto patri? Dic mihi, putasne, mos est hu mani sacrificij, fidem petere eos, qui in odorem suā uitatis offerunt in spiritu? Contemplare etiam ali ter existentem Deum, licet dicatur humanē sacer dotium perhibere propter dispensationem. Adsidet enim Deo & patri, & in sublimibus sedibus decora tus apparet. Conturbat te humanitas: quod est Deo decibile, terroribus non absoluit. Non pateris ipsis videre rebus Deum simul & hominem existentem Emmanuel, sed sic impudenter & durē vltra omnē impietatem currens, consummatū dicis secundum virtutem in laboribus, & profecisse paulatim ad Pō tificis dignitatem. Si profecit, vbi exinanitus est & pauper factus? Si consummatus est per virtutem, ex imperfecto vtique & in tempore factus est integer. Omne verò quod imperfectum est ad virtutem, sub vitio est, & quod sub vitio, sub peccato. Quomodo ergo scriptum est de eo, quia peccatum non fecit? P̄sumpsisti etiam dicere, quæ subiecta sunt: Quis igitur sacerdotio functus est, qui laboribus virtutis consumptus, & non naturaliter perfectus existens? Quis experimento discens obedientiam, & hanc an te experimentum ignorans? Quis cum reuerentia viuens, & cum clamore valido & lachrymis suppli cationes offerens, & saluum facere non valens se metipsum, sed Deum, qui poterat saluum facere rogans? O audax vox atque scelestæ. Quæ suffici ent lachrymæ ad diluendum peccatum talia sapere pronentium? Si suscipis vnitatem, quomodo ignorasti, quia tibi sermo fuit de Deo homine facto Humiliauit se propter te, & tu imprudenter exclamas: Propitius esto tibi domine. Non erit tibi hoc: Ergo audies dicentem: Vade post me Satana, scan dalum es mihi. Sed enim in fine verborum suorum ait: Ergo qui ex semine Dauid, est Pontifex, habens vtique in semetipso ex Deo verbum vnitum, insepa rabiliterque connexum. Quomodo ergo vnitum di cis, qui ex semine Dauid est ex Deo verbum, si soli, qui ex semine Dauid, Pontificatum attribuis? Palā itaque est, quia fingunt quidem se confiteri vnitatē simplicium vota surripientes, & copulationem verò sapiunt, quæ est extrinsecus, & per habitum, quam & nos habuimus, participes diuinæ eius effecti natu ræ per spiritum. Si enim vera est vnitas, nō duo om nino sunt, sed vnus & solus ex ambobus intelligitur Christus. Respicienda itaque sunt non illorum mul tiloquia, sed recta & immaculata fides, & Euangeli cæ atque Apostolicæ sanctiones: Deus est in carne, & in sanguine, humanitatisque mensuram per ea, quæ sunt humana, cognoscimus. Milia milium enim angelorum sanctorum ministrant ei, & sa cram eius sedem circumstant Seraphin. Quia verò factus est homo, appellatus quoque summus sacer dos, non tanquam maiori Deo offerēs sacrificium, sed sibi met & patri, fidei nostræ negociatus confes sionem, confunderis audiens, quia sacerdos est ap pellatus propter humanitatem. Proinde quomodo non admiratus es, quia non secundum sacerdotum solēnitatem alteri celebrat immolationis modum, sed magis sibi, sicut dixi, & patri, quādo dicis, non esse dignum Deo vt sacrificet? Simul & ego dico: Sed si solum esset & citra carnem verbum, diceres rectē: quia verò factus est homo, intueri & immo lantem propter humanitatem, & in dignitatibus, quæ vltra creaturam sunt sicut Deum: adsidet enim Deo & patri. Intueri siquidem eum immolantem quidem

Matth. 3.

Hebr. 4.

Hier. 9. Hæretici deplorandi maximè.

Matth. 22.

Christi pas sio contra ca lamitates nos ob ar mat.

Amos 7. al. pastor. al. syme. ros. Pjal. 146.

1. corin. 6.

Matth. 26.

2. corin. 1.

Hebr. 2.

Luc. 2.

Gene. 17.

Hebr. 5.

Citra Cyrilli indifferendo ris & soler tia.

1. Pet. 3.

Hebr. 5.

Matth. 10.

Daniel. 7.

al. iudic.

cellen-

Hebra. 8.

quidem secundum humanitatem, adfidentem verò sicut Deum. Quid enim ait beatus Paulus: Talé habemus Pontificem, qui sedet in dextera sedis maiestatis in excelsis. Scientes igitur, quia cum Deus esset, factus est homo (est autem vnus atque idem filius) ipsi omnia tribuimus tanquam vni: & dispensationis non ignoramus modos, sensuum virtutem artificiosè atque prudenter ad eius semper conuertentem obedientiam.

D. CYRILLI ALEXANDRINI ARCHIEPISCOPI ANATHEMATISIMVS VNDICESIMVS.

Si quis non confitetur domini carnem &c.

THEODORETI REPREHENSIO



Propriam factam dominicam carnem verbi per vnitatem confiteri bonum est, intelligentes tamen eam ex nobis adsumptam. Superfluum autem est inferre, & non alterius cuiuspiam præter eum, nisi forte excepit eam ex nobis adsumptam. Dum enim sæpe dicit propriam, excipientis est dominicam carnem nostræ esse naturæ. Et vbi gloriatio nostra est, per quam, dicit Paulus, confuscitavit & confedere fecit nos: Cuius enim hominum caro alterius est, quam vniuscuiusque? Nonne vnusquisque nostrum communem quidem habet carnem, cum vnoquoque cõ substantialem ratione & propriam, eo quod quæ est vniuscuiusque, non sit alterius, nisi solius cuius est caro? Quid ergo sibi vult, cum dicit propriam, tanquam aliud quid dicens? Sic enim intelligit dominicam carnem ex nostra adsumptâ, & intelligit quia vniuscuiusque caro illius est propria, cuius est caro, & non alterius, velut extranei dicit propriam eam esse. At certum est, quia obscure dicit eam ex nostra sumptam non esse natura sicuti clarius dicit in primo suo Tomo: Et infans, inquit, erat non secundum nos, hoc est, non in pura & sola apud nos similitudine, sed in humanitate quidè propter carnem: diuinus autem tanquam vltra nos, & de cælo. Et iterum in secundo Tomo sic ait: Corpus enim eius non erat alterius alicuius, qui secundum nos est, sed proprium magis ipsius existentis ex patre verbi, quod natum ex eo est. Quis autem aliquando dixit, quia alterius alicuius a seculo hominum facta est caro dominica, velut Abel, aut Noe, aut Helix aut cuiuslibet alterius a seculo hominum? Non solum autem de dominica carne definimus, quia facta non est cuiuslibet alterius a seculo hominum, sed ipsius domini propria & sola, quæ inconfuse inseparabiliter vnita est deo verbo. Sed neque vniuscuiusque nostrum caro facta est aliquando, sicuti diximus alterius alicuius, nisi illius cuius est caro. Hoc itaque omnibus Ecclesiis consentientibus, quid sibi vult, quod sæpe propriam eam dicit? nisi forte excepit eam à nostra natura. Quomodo autem etiam interdicit, ne dici oporteat, connexa quidem ei secundum dignitatem & auctoritatem? cum ipse dicat in primo Tomo: Sic enim & nos illius paupertate ditati sumus, vt eleuata in eo humana natura in dignitate Deo cõueniētē decibil. Sed nos dicimus ei, aduersanti etiã sibi: Si igitur naturæ inconfusæ manent: manet autè & vnitas, dicim⁹ vero ea, quæ ad rationis, & virtutis, & dignitatis, & auctoritatis sunt, tâquã vni filio offerri digna, manentibus naturis in vnitate inconfusis, quid restat aliud, q̄ subtiliorè fugit vnitatem? & cedimus, & consentimus, extra cõfusionem videlicet naturarum. Sed certum est, quia

Propriam Christi carnem factam


Ephes. 2.

Consensus Ecclesiarum.

ad figuram.

nihil ei sufficit ad summitatem vnitatis, naturas non confundenti. Sed nos naturas quidem existentes in confusas seruamus, vnitatemque summam & diuinam, & nobis incomprehensibilem confitemur: omnia ad glorificationem tanquam Deo & vni filio offerentes, & dicentes ei beati Petri voce: Tu es Christus filius Dei viui.

CYRILLI ADVERSVS THEODORETUM REFUTATIO.



Xacuebantur aliquando ad iracundias scelestas infelices Iudæi, inuidiæ iaculis mente percussi. Quia verò super hæc etiam prophanas inferebant manus omnium nostrum saluatori Christo, talium præsumptionum causas volebat edicere: Multa, inquit, bona opera ostendi vobis patris mei, propter quod horum opus me lapidatis: At illi ad tantam inconsiderationem & fatuitatem cogitationum venerunt, vt etiam criminibus blasphemiæ eum molirentur obstringere. Dicebant enim: De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cõsis, facis te ipsum Deum. Dixit autem ad eos Saluator: Nõne scriptum est in lege nostra: Ego dixi Dixi estis? Si illos dixit deos ad quos verbum Dei factum est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis quod blasphemem, quia dixi filius Dei sum. Nos verò diligenter perscrutantes modum apostolatus de quo hic dicitur, in sacris scripturis in hoc scientiam lucrificamus. Dicit igitur ipse per vocem Esaiæ, Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, ad prædicandum captiuis remissionem, & cæcis visum: Missum verò dicimus Christum à deo & patre, factum hominem. Valde enim congruunt humanitatis mensuris Apostolatus nomen & res. Missum itaque est, sicut dixi, non nudum & absque carne, verbu quod est ex deo patre, sed magis natiuitatem secundum carnem ferens, vel corpus ex sancta virgine assumptum ineffabiliter & inconfuse sibi vnies, sicut sapissimè diximus, apparuit nobis deus dominus secundum scripturas. Proprium igitur corpus dicimus factum esse verbi, & non hominis alicuius seorsum & separatim, tanquam alius præter illum Christus & filius intelligatur. Quemadmodum autem vniuscuiusque nostrum proprium dicitur corpus seorsum, eius ita & in vno Christo est intelligendum. Nam quamuis sit nostris corporibus cognatum, hoc est, consubstantialia, natum enim ex muliere est, proprium eius vt dixi intelligitur & dicitur. Quia autem vita secundum naturam est verbum quod ex deo patre est, viuificatricem declarauit suam carnem. Et hac ratione facta est nobis benedictio viuificatrix. Proinde & Christus dicebat: Amen dico vobis, ego sum panis viuus, qui de cælo descendi & vitam dedi mundo. Et rursus: Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Et iterum: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo: Vides igitur quomodo vbique suum corpus è muliere assumptum nominat, propter summam vnitatem, & hanc mysterij habeat rationem, quod dictionem propriam in expositione posuimus. Nestorius verò. Audite, inquit, attendentes verba. Qui manducat carnem meam, memores estote, quod de carne

Matth.

Ioanni.

Ibidem.

sanctus.

sermo de.

fit.

Esai.

Missus.

Christus.

corp⁹ ei.

si noster.

corp⁹ noster.

cognatum.

est eo.

stanti.

Ioanni.

Ibidem.

Verba.

Porti.

carne

carne est sermo, & quod non à me adiectum est carnis nomen ne videar sinistrè interpretari. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, non dicit: Qui manducat meam diuinitatem, & bibit meam diuinitatem. Qui manducat meam carnem, inquit, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Memores estote quod de carne sit dictum, sed forte male interpretor, audiamus igitur ex sequentibus. Sicut misit me viuens pater. Dicit hereticus, hic diuinitatem dicit. Misit me deum verbum viuens pater, secundum illos, & ego deus verbum viuo propter patrem. Dein de post hoc: Et qui manducat me & ille viuere. Quid manducamus? diuinitatem ne vel carnem? Igitur iã satis diu hæsimus in sermone quem absurdè negligerque nugatus est. Quid igitur vult intelligere? Non Deum verbum missum esse dicens incarnatū & hominem factum. Ponens autem iterum seorsum & particulariter, vt ipse dicit, quod videtur nõ possum dicere imo & manifestum iam cauillum est. Nam vnionis modum destruit, vt commune inueniatur corpus Christi, non iam proprium verbi omnia viuificare valentis. Indubitanter omnia humana parua sunt Deo verbo. Quia autem dignatus est propter nos mundo salutarem exinanitionem sustinere, etiam si missus esse dicatur, vt prædicet captiuis remissionem, & cecis visum, glorificatur magis, vt pote humilitatem desponsationis in carne passus. Et nullus opinor rectè sapientium reprehenderit quod humiliarit se propter nos ad hæc nostra. Num igitur asseris esse alium quendam filium & Christum præter verbum ex deo quod apparuit, cui & soli attribuitur Apostolatus negotium? Num hominis commestionem nostrum hoc sacramentum pronuncias, & irreligiosè ad crassas cogitationes vrges eorū qui crediderunt mentem, & attentas humanis cogitationibus tractare quæ sola, pura, & in exquisita fide accipiuntur? Quoniam enim minimè editur diuinitatis natura, propter hoc commune dixerit quis sanctum corpus domini? Scire autem operæ precium est, quod sicut supra diximus, proprium est corpus eius verbi quod omnia viuificat. Quoniam autem est corpus vitæ, viuificum est. Nã per hoc mortalibus nostris corporibus largitur vitam & mortis imperium euacuat, viuificat autem nos æquali modo & sanctus spiritus Christi. Spiritus est enim qui viuificat secundum eiusdem saluatoris vocem. Nec moror vt ne videar ego & solus propriū appellare corp⁹ verbi etiã sanctorū patrū asserere sententias, vt sciant aduersarij, quod nos frustra in clamant, qui vbique illorum voces sequimur. Dicit igitur celeberrimus pater noster & episcopus Athanasius in sermone de S. Trinitate. Et monstrabatur quod non apparenter sed verè habuerit corpus. Decebat autem Christum indumentem humanam carnem hanc cum propriis passionibus eius indui totam, vt sicut proprium eius dicimus esse corpus, ita & ipsas passiones corporis propriæ solum eius dicuntur, quamuis non contingerent secundum diuinitatem eius. Et iterum, hæc necessario antea examinauerimus, vt si videamus ipsum quasi per instrumentum sui corporis, diuino modo operantem vel dicentem cognoscamus quod deus existens omnia operetur. Et hæc quidem beatus pater noster Athanasius. Verum tamen quauis proprium dicatur verbi corpus, est tamen ex muliere, & nostris cognatum, secundum quod caro in-

Esai. 61.

Nota de commestione carnis christi.

Viuificat spiritus perinde vt filius. Ioannis. 6.

Athanasius

telligitur. Iam & beatus Paulus inquit. Primus homo ex terra terrenus, secundus è cælo, ipse autem est Christus. Nullus ascendit in cælum inquit, nisi qui de cælo descendit filius hominis. Porro dicim⁹ quod non ex cælo corpus vnium sibi deferens verbum hæc dicat, verum quum desurfum existens ipsum & ex cælo, corpus hoc sibi proprium fecit & vnium tam mirè, vt nec edici nec intelligi valeat, absque conuersione & confusione, ideoque & de cælo dicit se venisse, quando factus est filius hominis.

Proinde rectè & inculpate habet sermo noster.

Quam igitur nugandi occasionem obtrectare nobis volentes habebunt, si quorundam blasphemis anathematismus repugnans mēdatio veritatem opponat. Opinor autem me neutiquam à recta via excidisse, quod Christum dixi, vltra nos. Nam licet, verbum Dei factum sit homo, est tamen etiam sit non solum vltra nos homines solus, sed etiam super omnem creaturam. Non enim solus homo intelligitur sicut nos, sed idem ipse deus desurfum & de cælo.

D. CYRILLI ALEXANDRINI ARCHIEPISCOPI ANATHEMATISIMVS DUODECICESIMVS.

Si quis non confitetur Verbum Dei, &c.

Reprehensio Theodreti.



Terum hic commonefacimus sermonum eius in libro primo, vbi omnino impassibilem diuinam naturam dicit esse his verbis. Vn⁹ igitur omnium dignissimus propriam pro omnib⁹ posuit animam, & permisit dispensatiuè, carnem suam breui tempore à morte comprimi, & euacuans mortem vt vita non valens pati, quod præter naturam suam est, nunc secundum se patitur propter carnem, sed non passus deus carni vnium, sed caro coniuncta Deo verbo, & secundum suam indulgentiam propria sustinuit. Non enim vel passio vel mors factæ fuissent, nisi ipse permisisset: Nam si anima præsentem non sit mors, quomodo Deo præsentem, & non solū præsentem simpliciter, sed etiã coniuncto secundum summam quandã & ipsi soli compræhensibilem vnionem, turbaret eius templum ipso non admittente, vel passio vel mors, Atqui nõ Deitas carni vnita passiva fuit, sed caro, ipsa permittente, propria sustinuit. Caterum quod malignè ei additum sit hoc, passum est carne, ad seductionem simpliciorum, inde manifestum erit. Non enim obseruauit impassibilem diuinam naturam, dicens: Passum est carne, nihilominus passibilem dicit quamuis cum carne pateretur. Erit & pater passibilis consubstantialis existens filio. Necesse enim omnia genitori accidunt, quæ soboli accidunt. Non confitebimur eum quidè passum esse, vt pote aptum ad passionem, patrem verò non esse aptum ad passionem? Verum sic dicentes, consentiemus hæreticis dicentibus Deitatem vni geniti passibilem, patris verò deitatem non esse passionis susceptiuam, vnde illam & alterius substantiæ esse dicunt? Si autem dixerint præter naturam ipsum passum esse, dicim⁹, & quæ passio diuina natura est fortior, ita vt naturam impassibilem passioni præter naturam subiiciat? Sed dicunt, eius volūtas hæc est. Verum

1. Corint. 3.

Ioanni. 3.

Verum dicimus: Voluntas eius impassibilis est, que ramus autem passionem que impassibilem naturam in suam passibilitatem transferat. Alioqui & diuina voluntas illa vult que se decent. Et quid, inquit, honestius quam seruare hominum genus? Quo pacto autem seruaret humanum genus que diuinam & impassibilem naturam in passionem attrahit? Omnino enim fortior transtulit ad suam passibilitatem id quod erat impassibile. Et que utilitas passibilis si & impassibile passibile fiat? Salus autem passibilis nature est non societas impassibilis in passione. Hoc igitur magis erit augmentum mali non ablatio. Alterum enim a simili non aufertur sed augetur. Que igitur salus passibilis est natura vt diximus non eius quod impassibile est, ad ipsam societatem in passione, sed translatio eius ad id quod est impassibile, quod & fecit dominus Christus, non ipse secundum diuinitatem ad passionem coactus, sed qui omnem humanitatem per suam sanctam carnem in sublimem euexit, & humi iacentem in celos traxit, & pridem omni libertate destitutam adoptione filiorum dignatus est. Quis autem debebat mortem, que est ex inobedientia? Omnino humana natura, non diuina. Quomodo igitur consentaneum erat illam persolvere mortem?

*Latinus Codex his omisis, hanc habebat reprehensionem breuioribus.*

**P**assiones eius qui est passibilis, propriae sunt. Impassibilis enim ultra passiones est. Passa est itaque serui forma, coherente utique Dei forma, & permittente quidem pati propter salutem que ex passionibus, nascebatur proprias vero faciente propter unitatem, passiones. Ergo non Deus passus est, sed homo ex nobis sumptus a Deo. Vnde & beatus Esaias prelagiens clamabat: Homo cum in plaga esset, & sciret ferre languorem. Sed & ipse dominus Christus ad Iudaeos dicebat: Quid me queritis occidere hominem, qui veritatem vobis loquutus sum. Occiditur autem non ipsa vita, sed habens mortalem naturam. Et hoc docens alibi dominus ad Iudaeos ait: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Ergo solutus est qui ex Dauid est, suscitauit autem hunc solutum, quod ex patre impassibiliter natum est ante secula vnigenitum dei verbum.

*Oppositio beati Cyrilli.*

**A**dmiranda profecto veritatis potentia est, id quod experientia testatur. Non enim multo mihi sermone ad defensionem opus est, ad persuadendum deceptis & opinantibus quod passibile esse dicamus Verbi naturam, deiectis in hoc semel aduersariis, palamque consententibus nos ab illis criminibus esse alienos. Quoniam autem vt industriae suae acrimoniam ostentent, austeris cogitationum adinventionibus vsi, imprudenter argumentum inuictum, sicut ipsis videtur, adducunt, miraque gravitate asserunt, impassibile secundum suam naturam esse Dei Verbum, audiant a nobis quod frustra pugillant, aeremque verberant, nemine in hoc eis se opponente, vel diuersa cogitante. Quid igitur frustra

fudant & in superuacaneis morantur? Quis tam attonitus vt eminentissimam omnium substantiam passibilem, & eam que ultra omne genitum, & in corpoream infirmitatibus passionum concuti dice re audeat. Porro sacramenti ratio habet filium ex Deo patre secundum naturam vnigenitum, hominem factum dispensatiue. Quia autem dicimus proprium eius esse sanctum corpus, quod ex beata Virgine est assumptum, eam ob causam iustissimam, carnis passiones eius esse dicimus secundum dispensatiuam appropriationem, seruata ubique natura eius impassibili. Deus enim est ex Deo. Quando igitur carne dicitur pati, non ipse in propria natura intelligitur pati. Ipsi enim factum est vnitum sibi corpus, sicut dudum dixi. Quapropter & diuinus Paulus ipsum esse dicit factum primogenitum ex mortuis, ipsum inquam, per quem omnia & in quo omnia fecit pater. Scribit autem sic. Grati as agentes patri qui nos idoneos fecit ad partem fortis sanctorum in lumine, qui liberauit nos ex potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suae in quo habemus remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae: quia in ipso creata sunt omnia, cum que in caelis, tum que super terram, visibilia & inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt, & ipse est caput corporis Ecclesiae qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum habens, quia in ipso complacitum est omnem plenitudinem inhabitare, & per ipsum conciliare omnia, pacificatis per sanguinem crucis eius tam his que super terram, quam his que in caelis sunt. Considera obsecro, quomodo per ipsum omnia dicat esse facta, visibilia & inuisibilia, sedesque & potestates, ipsum datum Ecclesiae caput, & primogenitum ex mortuis factum esse affirmat, restitutaque omnia per ipsum in ipsum, & pacificata per sanguinem crucis eius, siue que super terram, siue que in caelis. Igitur post haec dubitaret quisquam & frustra formidaret, ne passibilem filij naturam sacramenti sermo declaret quando dicitur carne pati? Propria enim fiunt, vt dixi, proprii corporis passiones. Hoc sentire visus est & sanctus Petrus, dicens: Christo igitur passo pro nobis in carne. Aliud est autem dicere pati in carne, & aliud simpliciter dicere pati diuinitatis naturam. Quia enim idem Deus simul est ac homo, impassibilis quidem quantum ad diuinitatis attinet naturam, passibilis vero secundum humanitatem. Quid hic absurdi si dicatur pati in eo quod pati non potest? Quod autem in tali fide & sanctorum Patrum perseuerarit chorus, ex his cognoscemus que ipsi scripserunt. Mandati enim Seruatoris, quod & seruauerunt, memores fuerunt, dicentes. Gratis accepistis: gratis date.

*Sanctorum Patrum testimonia, quibus defendit sententiam suam Cyrillus: primum D. Gregorij Episcopi in epistolam ad Philippenses.*

Hoc

*al sentite. philip. 2.*




**H**oc sapiatur, inquit, in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalem Deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui suscipiens. Quid pauperius in Deo, quam forma serui? Quid humiliter in rege cunctorum, quam ad comunem pauperis nostrae naturae sponte venire? Rex regum & dominus dominantium induitur forma serui: iudex omnium fit subditus potestatibus creaturae. Dominus in spelunca deponitur, qui omnia continet: in diuersorio non inuenit locum, sed in praesepe proicitur iumentorum: mundus & immaculatus sordes suscepit humane naturae, & per omnem paupertatem nostram transiens, vsque ad mortis venit experimentum. Considerate paupertatis spontaneae mensuram: vita mortem gustat, iudex deducitur ad iudicium, vitae omnium existentium dominus subditus sententiae iudicantis: rex omnium virtutum, que ultra mundum sunt, speculatorum non respuit manus.

*Basilii Magni Episcopi Caesariensis.*



**N**on enim totum caelum & terra, & magnitudines pelagorum, & quae in aquis habitant, & terrena animalia, & plantationes, & stellae, & aer, & tempora, & varius mundi totius decor sublimitatem fortitudinis demonstrauit, quantum potuisset Deus (vt quem vniversa non capiunt) impassibiliter per carnem morte complecti, vt nobis propria passione impassibilitatem donaret.

*D. Athanasii Episcopi Alexandrini.*



**T** videbat, quia non phantasia, sed verè vehemens erat corpus. Decebat enim dominum induentem humanam carnem, vt (cum propriis eius passionibus totum indueret) sicut proprium eius dicimus esse corpus, ita & corporis passiones propriae eius solummodo dicentur, licet non applicarentur secundum diuinitatem eius. Nam si alterius esset corpus, illius etiam dicerentur & passiones. Si autem verbi caro (verbum enim caro factum est) necessarium est & carnis passiones dici eius, cuius & caro est. Cuius enim dicuntur passiones, quale est maxime damnari, flagellari, sitis & crux, & mors, & alia corporis infirmitates, huius & correctio & gratia est. Propterea igitur & consequenter & decenter non alterius, sed ipsius domini dicuntur huiusmodi passiones. Vt & gratia ab eo sit, idololatrae non efficiamur, sed vere colentes Deum: quia nullum horum que facta sunt neque communem quemlibet hominem, sed ex Deo naturaliter & verum filium, eundem etiam hominem factum, nihilo minus dominum eundem & Deum & saluatorem inuocamus. Sufficiunt itaque ad satisfactionem, vt puto, sapientibus dicta proposita, diuina lege palam dicente: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Si quis autem voluerit & post haec adhuc contendere, audiat a nobis ipsum contra seipsum existere. Nos autem diuinas

*Ioannis. 1.*

*Ioannis. 3.*

litteras, & sanctorum patrum sequimur fidem. Sic enim lucrabimur supernae vocationis palmam in Christo: per quem & cum quo Deo & patri honor & gloria cum sancto spiritu in secula, Amen.

*Scripturas & patres sequendo saluamur*

*3. D. Cyrilli Alexandrini Archiepiscopi liber Apologeticus pro duodecim Capitulis seu Anathematismis ad Orientales Episcopos qui consutationem iniustamque damnationem adiderant.*



**V**i suam mentem sanctissimo Deo dicarunt, & veritatis dogmata profiteri delegerunt, cauent & prophana irreligiosorum hereticorum vaniloquia (confirmante internum & absconditum cordis oculum scriptura diuinitus inspirata bonis cogitationibus) & iis, qui recta peruertunt, obluantur idque strenue, quasi dicentes: Zelando zelati sumus dominum. Itaque quum Nestorius multas & diuersas blasphemias contra Christum saluatorem nostrum omnium effuderit, & quodammodo venerandum & magnum incarnationis sacramentum funditus remoueat, non ignoramus ad haec velle filere, periculosum esse. Caeterum cum sapissime consuluerimus illi, vt a talibus blasphemis cessaret nihilque penitus proficeremus, necessario tandem ad defendenda pietatis dogmata accessimus, & selectis quibusdam illius dogmatibus, ea vtiliter anathematizauimus, hoc est, eos qui talia sentire nolunt: obtemperantes in hoc beato Paulo dicenti: Si quis vobis euangelizauerit praeter id, quod accepistis, anathema sit. Sed & si nos, vel angelus de caelo euangelizauerit vobis praeter id quod accepistis, anathema sit. At nescio quo pacto id grauatim ferant plerique vel sint eiusdem sententiae ac opinionis cum illo: vel simulat quidem se vitare opinionis societatem, attentant autem modis omnibus ipsum adiuuare, & reddere exosos eos, qui saluatorem Christum simul praedicare volunt. Veruntamen cogitandum erat, quod increpare diuersa docentes, conciliandis illis amoris in Christum sinceritatem, officium fuerit. Nunc autem cum non faciant melius, vt oportebat, atque adeo multum in eis desideratur, imo facti sunt insensibilissimi his, quorum si fuissent imitatores, cum ipsis corona redimiti forent. Itaque Anathematismos arripuit, quasi non habeant bene, unde & vnique suarum mentium adinventiones scribendo apposuerunt, rati se, qui stultas quasdam ac friuolas fabulationes commenti sunt, attracturos etiam librorum suorum imprudentes lectores. Itaque & nobis necessarium fuit, e diuerso veritatem tractare, & refellere obloquutionem, ostendereque aduersarios esse dicacitatis studiosos, vel saltem veritatis indagatores. Proinde praordinabimus singulos Anathematismos. Deinde his adiungemus, quae ab illis conposita sunt. Postremum subdentes & nostra, ea diuinas scripturas scientibus quasi iudicibus offeremus, petentes ab his, qui veritatem sciunt, sententiam rectam & inculpatam.

*3. Reg. 9.*

*Galat. 2.*

*Partitio operum.*

*3. D. Cyrilli Adversus Nestorium Anathematismos primus.*

Si quis non confitetur Deum &c.

Orient.



ORIENTALIUM OPPOSITIO.

Luce. 1.

Matth. 2.

Luce. 2.

Ioannis. 1.



Quis carnaliter carnem factum Dei verbum, natum esse simul cofitebitur. Nam si carnaliter genuit, iam non ut virgo. Et ubi ponemus hoc: Spiritus sanctus venit super te, & virtus altissimi obubrabit tibi, si carnaliter iuxta illius mentem virgo, & non ut Deum decet, genuerit? Et quomodo hac stella in solito modo apparens demonstravit? Magi ex Perside, illa duce aduenerunt, natum querentes, & inueto dona obtulerunt. Angeli qui descenderat de caelis cum pastoribus mixti, de natali tripudiarunt dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus benevolentia. Hec cuius indicia, carnalis, vel eius quae Deum decet, natiuitatis? Et alio qui si absque examine & iudicio in voces inciderimus, & conuersionem & commutationem verbi in carnem imaginabimur, & sic etiam peccatum & maledictum ipsum natum esse suspicabimur, si quidem minus ad sequentia & praecedentia contextus sermonis, & ad ipsam consuetudinem scripturae attenderimus. Caeterum carnem esse factum verbum, recte iuxta Euangeliorum mentem, habitationem in carne exponimus.

CYRILLI DEFENSIO.

Ibidem.

Nicana Synodus.

Quomodo Deus incarnatur.

Haereticus Nestorius.

Al. commune.



Dispensationis vnigeniti filij Dei in carne sacramentum sapientissimum Ioannes Dei declarat, scribens: Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hae recte intelligentes beati patres, olim in Nicea congregati, dixerunt ipsum verbum ex Deo patre esse natum, per quem omnia fecit pater, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, incarnatum & hominem factum esse, hoc est, vnitum carni, animam habenti rationalem, & hominem factum esse, & cum hoc etiam mansisse Deum. Quod autem absque conuersione & confusione vnionis operis, factum est, manente, ut dixi, Dei verbo id quod est tamen facta sit caro. Immutabilis enim secundum naturam est: id quod nulli dubium. Nam dum dicitur incarnari, non intelligitur, quod in carnis naturam vertatur, sed aliud quiddam ab illa sit, & vnitum sit ei. Sic sentientes beati patres, Dei genitricem nominauerunt, sanctam virginem. Crediderunt enim quod incarnatum & hominem factum genuerit filium, per quem omnia fecit pater. Verum Nestorius nouellarum blasphemiarum inuentor, cum illa opinione pugnant, perstringit quidem vocem Dei genitricem, quasi non sit verè dicta, dicebat autem sic: Interrogavi, inquit, saepe eos, diuinitatem natam dicitis ex sancta virgine? Resiliunt statim ad verbum. Et quis, inquit, tanto blasphemiae morbo laborat, ut illam quae genuit, templum dicat, & a spiritu sancto Deum in illa conditum esse? Deinde quando infero: Quid igitur absurdum nos dicimus, conulescentes fugiendam vocem, & eundem ad communes utrasque naturas significantes? Id nunc blasphemè dictum putant. Vel cofiteri manifestè Deitatem ex beato Maria natam esse, vel si fugis hanc vocem, dic quare ea uti non liceat. Igitur illo urgente, imò persuadente impiè, ut ij qui sanctam virginem Dei genitricem dicunt, fateri debeant carnis fuisse fructum nudum, & seorsim Deitatis naturam, & substantiae initium ex mulie-

re habuisse Dei verbum: nos ab hac opinione alienos esse, qui certiores fieri volunt, audiant. Nondum ita delirauimus, ut velim sentire aliud, quam sit sentendum. Peperisse dicimus virginem, carnem factum secundum scripturas Dei verbum, hoc est, hominè: peperisse autem illum carnaliter, hoc est, secundum carnem. Nam Deus & pater secundum diuinitatem genuit ex se Deum existentem filium. Quoniam autem quod natum ex carne, caro est, genuit virgo ut caro existens, carnaliter. Carnaliter enim dicere, non est tollentis admirabilem natiuitatem, neque subuertentis spiritus sancti operationem, qua in vtero formauit partum, sed docentis potius, quod sicut Deus gignit diuinè, hoc est, dignè Deo secundum suam naturam, ita & homo humanè, hoc est, carnaliter. Deus autem existens secundum naturam verbum, quamuis caro factum processit, hoc est, ut decet eum qui secundum veritatem est Deus. Solus enim habuit matrem nuptias non expertam, & seruauit virginem eam, quae ipsum peperit secundum carnem. Admiror autem quod grauantur dicere ipsam sanctam virginem, Dei genitricem, cum Deo dignè ipsam genuisse fateantur: non enim homo communis gignitur Deo dignè. Dona item allata esse dicitur a Magis, quae & oblata, & ei qui intelligebatur, & ei qui videbatur, diuidentes in duos iterum post vnionem vnum dominum Iesum Christum, Qui enim intelligitur, factus est visibilis, non imitatione naturae, sed vnitione cum corpore quod videbatur. Et profecto ipsos spectatores & ministros fuisse verbi sanctos apostolos sacra scriptura ostendit: quamuis non vnique manifestum, quod sit incorporeum & intangibile, ac inuisibile Dei verbum. Verum inuenio dicentes sanctos apostolos: Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus quod spectauimus oculis nostris, quod manus nostrae palpauerunt de verbo vitae. Oblata igitur dona vni, hoc est, Christo. Etenim est in eodem Deo simul & homo idem. Hac ratione nato ipso, tripudia quidem fuere sanctorum angelorum, exercitus autem spirituum dicentium ipsum saluatorem ac redemptorem. Porro quum Euangelista dicat, verbum caro factum est, formidandum dicitur, si dictio, factum est, propriam seruet significationem, versus quaedam intelligatur circa diuinam verbi naturam fuisse. Laudo quidem metum: miror autem, quod cauentes dictionem, veramque & necessariam manifestationem, sic factum fuisse carnem verbum dicunt, perinde ac si dicatur, factum fuisse maledictum & peccatum. Deinde quo pacto non vident mente praediti, quod beatus Euangelista ponens dictionem, factum est, mox omnis conuersionis suspicionem tollit, adiiciens: Et habitauit in nobis? Absurdum autem & alioqui foret dicere, sic factam esse carnem verbum, ut factum esse dicit maledictum & peccatum. Non enim ipsum maledictum vel peccatum factum est, sed cum iniquis reputatus est, iustus existens, ut aboleat peccatum: & appellatus est maledictus, qui benedicit creaturam, ut soluat nostrum maledictum, & liberet a peccata credentes in ipsum. Igitur non est factus secundum veritatem maledictum & peccatum: appellatus autem illorum nominibus, ut aboleat maledictum & peccatum. Igitur si sic factum esset caro aboleuisset utique carnem sicut & maledictum & peccatum & neque factus esset homo, neque incarnatus esset secundum veritatem, sed in hoc solo esset sacramentum,

1. Corint. 1.

Patrum auctoritas.

Petrus martyr. Ioan. 1. Luce. 2.

Ibidem.

Athanasius.



Etus martyr Episcopus Alexandrinus: Vnde & Euangelista verè loquitur, dicens: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Tunc videlicet, quando angelus salutauit virginem, inquit: Ave gratia plena, dominus tecum. Quod dicit Gabriel: dominus tecum, pro hoc est dictum, dominus verbum tecum. Significat enim ipsius gigni in vtero, & fieri carnem, sicut scriptum est: Spiritus sanctus venit super te, & virtus altissimi obubrabit tibi. Porro & quod nascitur sanctum, vocabitur filius Dei.

Athanasius Episcopus Alexandrinus. Vnde & quum nasceretur caro ex Dei genitrice Maria, ipse dicitur natus esse, qui aliis natiuitatem, ut essent, exhibet, ut nostram in se transferret natiuitatem. Idem in Epistola ad Epictetum: Quomodo & ambigere audent qui vocantur Christiani? Dominus qui est Maria processit, filius quidem substantia & natura Dei est: quod autem secundum carnem, ex semine est Dauid, carne autem sanctae Mariae. Qui autem tam audaces fuere, ut dicerent Christum carne passum & crucifixum non esse dominum & saluatorem, & Deum & filium patris? Vel quo pacto volunt nominari Christiani, qui dicunt in hominem sanctum, sicut in vnum prophetarum venisse verbum? & non ipsum hominem factum, qui sumpsit ex Maria corpus: sed alium esse Christum, & alium Dei verbum, eum qui ante Mariam & ante secula, filium existentem patris? Vel quomodo Christiani esse possunt, dicentes alium esse filium, & alium Dei verbum? Has nos sanctorum sequemur sententias. Si autem quis diuersum docet, & diuersum sapit, extra rectam & regiam viam fertur. Quod autem & carnaliter dici natum esse Christum, non insolitum sit sanctis patribus (est autem magis & aliis tritum verbum) nihilominus nobis verè dictum esse demonstrat & quod subiungitur, dictum. Habet autem sic.

Amphilochius Episcopus Iconij: Nisi enim ille natus esses, carnaliter, neque tu natus esses spiritualiter: nisi ille portasset serui formam, neque tu ad gloriam adoptionis filiorum natus esses. Signi-

ficat autem & hoc loco carnaliter, hoc est, secundum carnem, sicut scilicet deus diuinè, hoc est, secundum diuinitatem.

D. CYRILLI ANATHEMATISMUS TERTIUS.

Si quis in vno Christo diuidit &c.

ORIENTALIUM OBIECTIO.



Terum illum suorum commonefecimus verborum, ostendentes ipsum duas substantias dixisse. Dicit enim in primo Tomo. Itaque quantum ad suam naturam, non sanctificatum est solum Dei patris verbum. Si autem quis putauerit eum, qui ex sancta virgine genitus est, vnum esse & sanctificatum solum, hac ratione & nominatum Christum, &c. quomodo igitur, quasi oblitus suorum verborum ad vnam hypostasin cogit naturas confundens, naturalem diuinam vnitionem nominans? Et quis vnquam ostendet naturalem diuinam vnitionem sacramenti dispensationes? Si enim, naturalis vnitione, ubi gratia? ubi diuinum sacramentum? Naturae enim, ut edocti sumus, semel ab ordinante Deo ordinatae, necessariis consequentiis seruiunt. Num etiam iterum erit, secundum reuolutionem & naturae consequentiam, dispensationis operis, iuxta deliramenta fabulosaque mille annorum ignobilis Apollinarij dogmata?

CYRILLI DEFENSIO.



Iuus Paulus, quomodo factus sit homo vnigenitus Dei verbum, ut fidelis dispensator sacramentorum Dei, & ipsum habens in se loquentem Christum, manifestè omnibus ostendit. Non enim alii cubi angelos apprehendit, inquit, sed semè Abraham apprehendit. Vnde oportebat eum per omnia fratribus, similem fieri, ut misericors & fidelis fieret Pontifex in his, quae ad Deum. Nos verò rectissima sententia dictum laudamus, sequentes vbique diuinitatem inspiratas scripturas, & valde admirantes Theologorum voces. Imò & diuinas censentes leges, dicimus Dei patris verbum non apprehendisse, neque sanctorum angelorum, neque suam naturam. Credimus autem, secundum quod sacris literis videtur, quod adumbrans sanctam virginem (utpote & virtus existens altissimi patris) formauit sibi corpus ex illa: veruntamen per operationem sancti spiritus & factus est homo, appellatusque & filius Abraham & Dauidis, non amittens propter humanitatem, quod sit filius Dei & patris secundum veritatem, manens autem potius, quamuis factus sit caro, in natura & eminentia & gloria deitatis: immutabilis enim est, & conuersione melior ut Deus. Est igitur vnus & idem filius, & dominus, & ante incarnationem, & post incarnationem. Diuidere autem vnum in duos filios, & soluere veram vnitionis operis in distinctos seorsim & positos, propriè hominem, & propriè Deum, impietatem habet nulla scriptura satis suggillabilem. Porro Nestorius ista parum curas, audet istis verbis sic dicere: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui in forma serui existens, seipsum exina-

Deest Anathematis secundus.

Apollinarius.

2. Cor. 13.

Hebr. 1.

Thimo. 2.

Luce. 1.

Christus filius Dei id est Abraham ac Dauidis.

Nestorius et rorsus.

Phil. 2.

Philipp. 2a

niuit, qui formam serui suscepit. Non dixit: Hoc fen- tite in vobis, quod & in Deo verbo, quod in forma serui existens, serui formam suscepit. Sed dicens, qui suscepit Christus, vt duarum naturarum appella- tionem significatiuam, sine periculo ipsum & ser- ui formam dicit suscepisse, & Deum nominat, dum ea, quæ dicuntur, in duas naturas sine reprehensio- ne diuiduntur.

In altera autem enarratione iterum dicit: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium & ter- renorum & subterraneorum, & omnis lingua con- fitebitur, quod dominus Iesus Christus (propter quæ ferentē, & fertur, non erat) inseparabilis est ab eo, qui videtur Deus. Propter hoc, dum non separatur, honorem non separo, separo naturas: sed vniõ adora- tionē. Et iterum in alia explanatione: Dic eū qui sus- cepit, & sit Deus: appone susceptū, quia serui forma adice post hæc connexionis dignitatem, quia duo- rum autoritas communis, quia duorum eadem di- gnitas, naturis manentibus fatere dignitatis vnita- tem. Vides vbi que separatim quidem inter se natu- ras, viuentem autem, vt dicit, adorationem, & com- munem auctoritatem nominatim, iuxta solius di- gnitatis vnitatem. Quod autem commune, non vni si commune sit, sed duobus prorsus, vel pluribus, qui propriè & separatim considerantur. Itaque pro quo tanta facta est obiectio, quum sermo hoc rectè ana- thematizet: Quid absurdum, si execrabilibus & ab- surdissimis Nestorij sermonibus pia dogmata è di- uerso excitentur? Necessaria securitatis fratrum cura habita. Quoniam autem dicunt mea verba secum pugnare, & adferunt ad demonstrationē partem epi- stolę, quam scripsi ad sanctos Monachos, opere pre- cium arbitror & ad hoc conuenientia dicere. Dicunt enim, quod duos etiam ipse nominauit subsistentias, & sufficeret eis ad redarguendum, si nos ipsis idē eis renunciareremus. Istuc ipsum scilicet putant. Ap- posita igitur necessaria parte epistolę, subinferam post hæc ea, quibus vbi que falso nugari velle demon- strentur. Habet autem sic: Itaque quantum ad suam naturam, non sanctificatus est separatim, Dei patris verbū. Si autē quis existimet eū qui ex sancta virgi- ne natū vnctūq; esse & sanctificatū solū, hac ratione & nominari Christum, dicat pertractans, nū sufficiat vnctio ad hoc, vt appareat quod vnctum est: & qua- lis glorię & throni cum eo, qui super omnia est De- us. Quoniam enim Dei verbum propriè nominari Christum, non illarum nobis blasphemiarum inuē- tor continuè affirmat Nestorius: propriè autem & seorsim Christum alterum, qui ex sancta virgine ge- nitus est, ne adulteremus gloriā quasi \* minus pul- chram, contemptam, & à veritate alienatam neque verbum Dei patris, quod seorsim intelligatur vnctū esse oleo exultationis, affirmamus, neq; seorsim & priuatim vt hominem, & alium filium ab eo qui ver- bum ex Deo, & alium eum qui ex sancta virgine, v- num autem ab omnibus oportere confiteri Christū adferimus, incarnatum & hominem factum vnigen- itum Dei verbum. Vnus enim dominus, vna fides, vnum baptisma. Igitur nulli, qui rectè sentire solet, obscurum est, quod vitiant sensum eorū, quæ à me scripta sūt, & calumniantur etiam in hoc veritatem. Quin & alio modo culpa vacaret & omni reprehē- sione, id que meritò, scire forsitan, quod alia quidem sunt secundum naturam propriam caro à verbo ex Deo patre \* nato, & vnigenitus verbum secundum

suam naturam. Sed scire hæc, non est diuidere natu- ras post vnitionem. Iam si quis voluerit sacramenti virtutem exacto mentis oculo considerare, videbit vtique, quod sicut dixi in principio, non suam natu- ram apprehendit Deus existens verbum, sed semen Abraham: non consubstantialem autem verbo, quod ex Deo natum est, \* quod ex semine Abraham sanctū corp⁹, id quod ex sancta virgine sumpsit, procedens homo, vt fratribus similis esset, vt appelletur primo genitus: qui vnigenitus. Quamuis autem alterius na- turæ à verbo Dei patris, vnus tamen est Christus & filius & Deus & dominus, tametsi facta sit caro. Nō caret autem damno, dissoluere veræ vnitionis mo- dum, & diuidere in duos filios subsistentias, secedē- tes quidem inter se, vt priuatim & seorsim sint: ha- bentes autem solum externam connexionem quasi in ordine dignitatis. At si naturalem vnionem dix- erimus, veram dicemus: habet enim scriptura diuini- tus inspirata hunc morem, hac dictione vti. Scribit enim alicubi quibusdam diuinus Paulus: Et eram⁹ filij natura iræ, sicut & ceteri. Et ne utiquam dixerit \* quopiam, subsistere secundum naturam diui- nam, iram, ita vt peccatores illius sint soboles: a- lioqui prorsus & omnibus modis cum errore & in- fania Manichæorum laboraremus. Vnde ibi natura idem est, quod verè. Non igitur confundentes natu- ras, neque ipsas inter se confermentantes, sicut di- cunt aduersarij, naturalem dicimus factam esse vn- itionem, sed ex duabus rebus dissimilibus, deitate in- quam & humanitate, vnum factum esse Christum, & filium & dominum, vbiq; affirmamus. Demum de Apollinarij dogmatis planè nullum sermonem facimus. Semel enim condemnata tanquam verita- tem adulterantia, auersari oportet.

D. CYRILLI ANATHEMATIS- mus quartus.

Si quis eas voces, quæ in Apostolicis &c.

ORIENTALIUM OPPOSITIO.

**D**Einceps etiam hoc loco, illi sua ip- sius verba suggerenda sunt, dixit enim: Quamuis audias q̄ profecit æ- tate, & sapientia, & gratia, ne putes sapiens ex incremento factum esse verbum Dei, neq; illud nugaciter ausis dicere, quia proficere in ætate, & sapientia, & gratia, homini adaptabimus. Tametsi neget hic scri- pturæ testimonium, profecit ille iuxta naturam car- nis, quæ videbatur, fuerit. Verum nunc non est tem- pus redarguendi hoc, festinantibus ad propositum capitulum. Nam vt ostenderemus eum dicere, duas subsistentias, & sibi ipsi contrarium, apposimus ea, quæ olim ab ipso dicta sunt. \* Quod autem duabus personis, vel duabus subsistentiis, vel duobus filiis, diuidentes vnitionem, hoc est, vnum filium, voces a- daptare non oportet: indiuisibilis enim & insepara- bilis est summa vnitio. Et vnus fili⁹ omnibus modis & sermonibus & cogitationibus est. Cū autem sum- ma vnitio seruetur, & confiteamur vnum filium & Christum & dominum de vno & eodem filio acci- pienda sunt, quæ dicuntur. Etenim iuxta virtutem naturarum vnitarum, adaptare conuenit vni filio, quæ dicuntur. \* Cæterum quod non sint separanda voces in Euangelij, quas vel ipse dominus de se lo- quutus,

Hebra. 6. Ioannis. 8. Ioannis. 2. 0.

Ioan. 10. Adendum forte, per. Ioannis. 5.

Ioannis. 8. Ioan. 1.

Ioannis. 3.

Hebr. 13.

Ioannis. 1.

quutus vel Apostolica scripta habent, quam hy- perbolem non transcendit? Nam si voces non di- stinguimus, quomodo obfirmemus Arrio & Eunomio, omnia in vnam naturam dicta confundētib⁹ & humilia humanitatis summā perfectæ etatis natu- rā referentibus? Vel quomodo intelligem⁹ domini voces propter naturā carnis, quæ videtur, dicentis: Nō veni meā voluntatē facere. Et: Ego à me ipso ni- hil facio. Et: Mandatū accepi, quid dicā, vel quid lo- quar. Et: Vado ad patrē meū & patrē vestrū, & do- minū meū & Deū vestrū & cætera quæcunq; talia sunt? Indiuisibilis enim vocib⁹ sicut & naturis ma- nentibus, erit secundū illū vnigeniti Dei Deus pa- ter, minister autē & seruus paternorū mandatorū, fi- lius secundū vnitatē. Et si humilia in deitatis naturā exposuerimus, cui adaptabimus: Ego & pater vnū sumus. Et similis erit patri, \* ipsum operari? Etenim quæadmodū pater excitat mortuos, ita & fili⁹ quos vult, & non de quibus imperatur, viuificat: sed est re- cte secundū ipsius domini vocē, pater & De⁹ pater. Deus quidē nouissimis tēporibus ex semine Dauid carnis, pater autē eius, qui ex se absq; passione & æ- terne nat⁹ est, Dei verbi. Et si seruetur confiteamur que filiationē intra vnitatis præscriptū, quomodo in- telligemus hoc: Amen amen dico vobis, priusquā A- brahā fieret, ego sum? Et hoc: Omnia per ipsum fa- cta sunt. Si inde secretæ manent voces, vtique aptabi- mus vocē hanc naturā, quæ ex semine Dauid nouis- simis tēporibus facta est, & sit ante Abraham & Dauid & omnia per ipsam facta. Vel dicemus pie, naturis inconfusis manentibus, & in vnitione inseparabili posita, adaptantes voces secundum vnitarum natu- rarum vim (sicut prædictum est) in vnū quidē filium & dominum & Christū, sed non in vnā naturā om- nia contrahentes: ita & ex vno naturarū nomine ali- as intelligi propter incōprehensibile vnitionis sum- mitatē. Quæadmodum & hoc: Null⁹ ascendit in cœ- lum, nisi qui descendit, filius hominis qui est in cœ- lo. Et: si igitur videritis filium hominis ascendentē, vbi prius erat, &c. Nonne ex appellatione filij homi- nis etiā ei inconfusē & inseparabiliter vnitū intelli- gimus? Nā quāuis & filiū hominis nominarit, pro- pter adsumptæ & visibilis carnis naturā, tamen per ea quæ ab ipso fiebant, Deū ipsum demonstrabat. Et iterum: Iesus Christ⁹, per quæ omnia. Et iterū: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Si heri & hodie, quomodo per ipsum omnia? Si autē per ipsum omnia, quomodo heri & hodie? Præterea & hoc verum est: Omnia per ipsum. Et hoc, heri & hodie, fide recipiendū. Et hoc, ipse in secula, credendum, si secundum vnitarum inconfusē & inseparabiliter na- turarum differentiam voces aptamus, intelligentes secundum visibile, heri & hodie: secundum intelli- gibile autem, in secula: secundum autem filiationis vnitatem vnum & eundem.

CYRILLI DEFENSIO.

**V**T apparet his, qui Anathematismos à nobis vtilissimè & necessariò factos, imprudenter reprehēdere volūt, vnus ille scopus est, vt nihil verū vel sa- pient, vel dicant, declarētq; se solo ca- lumniā di studio occupatos. Nonne si mentē studio sē ac diligētē scriptis adhibuissent, non ignorassent quod suis sententiis, & sermonibus quos faciūt, stabili-

liant Anathematismū, ostēdantq; illū nō ineruditē conditum? Et quomodo dicā: Bonus Nestorius dice- bat tale quiddā in Ecclesiis enarrās. Vt autē ipsū ma- nifesti⁹, ita vt omnes capere possint, dicam: Arri⁹ & Eunomi⁹ & Apollinari⁹, & omnes societatis illorū chori, studebant inducere nomē theotocos, hoc est, Dei genitrix, vt si cōmixtio fieret, & natura nō sepa- raretur, nihil humile in humilitate suscipiendū esset, locūq; haberēt ipsi cōtra deitatem, quasi omnia quæ dicebatur, de vno diceretur. Hæc cū sic dicta sint, v- tilissimè Anathematismū fecim⁹, nō permittētes in- duas diuidi psonas & subsistentias vnū dominū Ie- sum Christū. Quod autē & ex nostris sermonib⁹ v- tilitatē capiāt, notū est his qui capere poterūt, ex his quæ scripta sunt. Habet autē sic: Sicut autē psonis duabus vel subsistentiis duabus, vel filiis duob⁹ diui- dendo vnitionē, hoc est, vnū filiū, voces adaptare non cōuenit. Indiuisibilis enim & inseparabilis est summa vnitio, & vnus filius est secundū omnē & ser- monē & modū & vnitionē. Si autē summa vnitio ser- uetur, & vnus filius & Christ⁹ & dominus ponatur de vno & eodē filio accipere oportet, quæ dicūtur. Sanè secundū vnitarū naturarū virtutē accōmodare decet vni filio, quæ dicuntur. Igitur dū seruetur sum- ma vnitas, qualis irreperet dualitas, vel saltē imagi- natio sectionis adiudicaretur? Et qui audeat diuidere quomodo non extra rectā viā incedit, & à pietatis dogmatib⁹ in vniuersum recedit? Quid igitur dicit Anathematism⁹? Si quis diuidit voces secundū hūc modū, vt alias quidē tanquā homini à Deo seorsim intellecto adaptet, alias verò vt Deo dignas soli ver- bo Dei, anathema sit. Igitur separantes & distingū- tes in hominem propriè & seorsim, & in verbū Dei propriè & seorsim, nō partiūt vñ Christū? nō du- os dicūt filios? Succēscāt nobis criminatores. Si autem sectio & separatio est, ita sentire, secundū quem modū nostros sermones in crepare poterūt: quāuis & ipsi, sicut dicūt, indiuisibile & vnū, secundū sum- mam vnitionem confiteantur esse Emmanuelem. Ita- que vnāquamque vocem de Christo à sanctis, vel etiam ab ipso fortè dictam, exponendam esse, lauda- rim etiam ego, & (vt opinor) quisque rectè senserit: nam aliæ quidem sunt Deo dignæ, aliæ verò disper- sationi cum carne congruentiores. Quoniam autē est vnus & idem Deus simul ac homo, hac ratione rectè, aliquando diuinè, aliquando humanè loquitur. Veruntamen vnus Christi & has & illas voces esse adferimus, neq; vulgare dicētes tēplū, quod ex san- cta virgine, neq; sine carne scientes Dei patris ver- bum post ineffabilem vnitionem. Admiror autē, q̄ quāuis curiosè inquirentes, & vt arbitrantur, subtili- ter examinantes meas Epistolas, quæcunq; in eis sunt vtilia & necessaria ad demonstrandā dogmatū rectitudinem & diligentiam, volentes prætereunt: apprehēdunt autem supra modum atrociter, si quæ ipsis vel minimam coniecturā præbent ex ipsis con- tra nos calūnias cōtexi posse. Cōmemorabo autē & mea verba, quæ sic in prima ad Nestorium Epistola scripsi: Voces autē saluatoris nostri in Euāgelij, ne- que subsistētis duab⁹, neq; certè duab⁹ psonis distri- buim⁹. Nō enim duplex est, vn⁹ & sol⁹ Christ⁹, etiā- si ex duab⁹ & diuersis reb⁹ intelligatur in vnitatē in- diuisibile coadunat⁹, quæadmodū scilicet & homo, & nō duplex magis, sed vn⁹ ex vtriusq;. Ceterū huma- nas & diuinas quoq; ab vno dictas esse, cognoscim⁹ rectè sapiētes. Quādo em̄, vt Deū decet, de se loquit⁹

locus diffi- cilis.

Epistola cy- rilli ad S. monachos.

Deesse vide- tur, aliquo- rum salm. 44.

Ephes 4.

Fortis, nati

Hebra. 6. Forte addidit, sed, Roma, 8.

Natura in scripturis. Ephes. 4. Quispiam.

Manichæi.

Semel eni- mata, nisi recipiunt in actibus.

Uma.

Hæc ad ma- gnum per- tinentia sunt in scripturis.

Et hæc ne- gis ad mag- num faciunt.



Ioh. 14.  
Ioh. 10.

Qui vidit me, vidit patrem. Et: Ego & pater vnū sumus, diuinam ipsius & ineffabilem intelligimus naturam, secundum quam est apud suum patrem, propter identitatem substantiæ, & imago, & character, & splendor gloriæ ipsius. Quando autem humanitatis mensuram obseruans Iudæis loquitur: Nunc autem me quæritis occidere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, iterum nihilo minus ipsum in æqualitate & similitudine patris Deum verbum, & ex humanitatis suæ mensuris agnoscimus. Nam si, necessarium est credere, quod Deus existens natura factum est caro, hoc est, homo anima prædit<sup>9</sup> rationali carnis, quomodo verisimile, erubescere quæpiam voces eius, si factæ sunt homini congruentes? Nam si vitasset sermones, qui hominibus congruunt, quis compulisset, vt homo fieret similis nobis? Qui autem se demisit propter nos in voluntariam exinanitionem, propter quâ causam vitaret sermones, suam exinanitionem docentes? Igitur vni personæ omnes voces in Euangeliis, substantiæ vniverbo incarnatæ. \* Dominus enim vnus Iesus Christus secundum scripturas. Igitur & sicut à iam præscriptis non ignorasse deprehendimus dispensationem & suas vtriusque naturæ voces, non permittere autem animalibus, & spiritum non habentibus, duos cogitare vel dicere filios, vt diuidant inter se substantias post indiuisam vnitionem. Vbi autem vel parum quid ex nostra Epistola posuerunt in principio suorum sermonum, minantur nobis, quod in tempore sint redarguturi. Quasi non mediocriter peccent, quod in verbum ex Deo patre, & ipsius naturæ incrementum & profectum, quæ ad carnem pertinent, insipientissimè distribuerint. Age & ad hoc verisimilia dicamus, adiuciendo tantū Epistolæ partem. Ipsi enim meruentes veritatem, & auditores allicientes, partem quandam posuerunt (eam quæ ipsius vtilissima esse videtur) ad hoc, vt inde viderentur iuste calumnias in nos struxisse. Habet autem sic quod dictum est: Etiam si audieris quod profecerit Iesus ætate, & sapiētia, & gratia, ne putes verbū Dei patris, sapiens profectu temporis effectum esse. Cōmemorabo autem magis, quod hic diuinus Paulus scripserit: Christus Dei virtus, & Dei sapientia. Neque rursus illud nugaciter ausis dicere, quod proficere in ætate, & sapientia, & gratia homini attribuiamus. Hoc enim, vt opinor, nihil aliud est, quàm diuidere in duos vnum Christum. Sed sicut dudum dixi: Filius qui est ante secula, in nouissimis seculi temporibus, in filium prædefinitus esse Dei dicitur, suæ carnis natiuitatē approprias dispensatiuē. Sic & extens sapientia eius, qui genuit, proficere in sapiētia dicitur, quāuis perfectissimus sit, vt pote Deus, dum humanitatis proprietates per summam vnionem in se conuenienter suscepit. Sanè pro hoc quod Deus dicit iudiciū iustum iudicate, veritatem falsis rationibus adumbrant. Neque enim partitionem substantiarum post vnionem dogmatizamus, neque Deitatis naturā augmento & profectu opus habuisse dicimus, sed illud multò magis, quod secundum dispensatiuam appropriationē suas fecerit carnis proprietates, eò quod verbum caro factū est secundū scripturas. Quod autem tali fidei & opinioni etiam sanctorum patrum concinat chorus, ostendere attentabo, adiuciens ad maiorem certitudinem partē enarrationis olim ab Attico, beatæ memoriæ Episcopo factæ. Ea sic habent.

Phil. 2.

Deest forte, distribuitur?

Hæreticis truncatis citant antiores. Luca. 2.

1. corin. 2. Quomodo christus profecerit.

Zachar. 7.

Iohann. 1.

DE SANCTORVM PATRVM TESTIMONIA PRO CYRILLO, & IN PRIMIS ATTICI CONSTANTINOPOLITANI.

**H**odie dominus Christus humanitatis natiuitatem suscepit. Iuxta enim diuinā dignitatem prius extitit. Deinde illis iterū annectit. Humanitatis verbū exinanitur, natura non exinanibile existens. Seipsū enim exinanuit, forma serui adsumpta. Qui absq; carne, propter te incarnatur. Verbū enim caro factū est. Qui tactui non subiaceret propter incorpoream naturam, palpatur. Qui principio caret, sub principio corporali fit. Qui perfectus, crescit: qui inconuertibilis, proficit: qui diues, in diuersorio fit: qui operit cælum nubibus, pannis inuoluitur: qui rex, in præsepio ponitur. At quod post vnitionē subsistētias diuidere, delictō nō careat, & sit planè subuertere venerandū incarnationis sacramentū, nihilo minus cognoscemus legentes, sententias Iulij & Felicis, qui olim Romanæ Ecclesiæ doctores fuere.

SENTENTIA IULII EPISCOPI ROM.

**R**adicatur autem ad completionem filij dei, & incarnat<sup>9</sup> ex virgine Maria Dei filius, qui & habitauit in hominibus, nō in nomine energiæ operans. Hoc enim in prophetis est & in apostolis. Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu, nō duo filij. Vnus quidem germanus filius, qui suscepit hominē, alter verò mortalis homo adsumptus est à Deo, sed vn<sup>9</sup> vnigenit<sup>9</sup> in cælo, vnigenit<sup>9</sup> sup terrā.

SENTENTIA FELICIS SANCTISSIMI EPISCOPI & MARTYRIS ROMANI.

**I**n incarnatione verbi & fide credimus in dominum nostrū Iesum Christum ex virgine Maria natum, quod hic est Dei æternus filius & verbum, & non homo à Deo adsumptus, vt alius sit ab illo. Neque enim hominem suscepit Dei fili<sup>9</sup>, vt alius ab ipso, sed Deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus, incarnatus ex virgine.

DE D. CYRILLI ANATHEMATISMVS SEPTIMVS.

Si quis dicit Iesum tanquam hominem &c.

ORIENTALIVM OBIECTIO.

**Q**uerandi vim habere dominum nostrum Iesum Christū à spiritu, vt hominem simpliciter, vel vt prophetam, vel vt apostolū nullus confiteretur. Quippe apostolicas voces de illo propter visibilis carnis naturam dictas neque negabimus, neque expungemus aliquando, dicentes quidem secundum efficaciam roboris virtutis eius, quam efficaciter operatus est in Christo: suscitans ipsum ex mortuis, soluēs dolores inferni. Et iterum: Virtute Dei exaltatus, & quæcunque talia. Quamuis & hæc adhæreant, propter visibilem nullus excipiat, velut hominem simpliciter operandi vim accepisse, vel vt iustū, vel vt prophetam, vel vt apostolum. Itaque diuinas voces neque debemus, neque inficiabimur, neque imperite simul & blasphemè anathematizamus dictas & adiacentes propter visibilis carnis naturam, neque vt hominem simpliciter, vel vt iustum, vel prophetam, vel apostolum, operandi inde accepisse dicemus. Non enim dicebat. Hæc dixit dominus, sed vt filius legislator: Ego autem dico vobis.

DE CYRILLI DEFENSIO.

Alibi p. 10. p. 11. p. 12.

Iulij scilicet.

Deest forte, distribuitur?


Galat. 1.

Ioh. 6. Matth. 11.

Alibi.

Matth.

Et



Alibi.

Galat. 1.

Ioh. 6. Matth. 11.

**T**nunc quoque iisdem sermonibus defensionis modus incedet. Nam vnus quidem est absque dubitatione, dominus noster Iesus Christus qui idem credit<sup>9</sup> esse & ex Deo patre verbum perpetuū & ante secula & in nouissimis seculi temporibus, homo ex muliere, qui admirabilem habuit secundum carnem natiuitatem. Veruntamen quum vnus erat filius & Deus & dominus, operabatur signa per virtutem plus quàm humanam, sufficientibus argumentis docens quod quamuis factus sit caro, nihilo minus tamen sit etiam sic Deus verus & virtus patris. Non enim destitit esse, quod erat factus homo. Faciebat igitur insolita, tum quod dæmonia increpabat, & satanam conterebat, tum quod cæcis lumen præstabat, mortuos resuscitabat, mare procellosum vno verbo sedabat, non sic hominem quendam, & existentem seorsim Christum glorificari faciēs, quem admodum scilicet & vnum ex sanctis prophetis vel apostolis, sed sibi gloriam procurans, vt ab omnibus crederetur Deus existens natura, tamen factus esset homo. Fuisset igitur absurdissimum ferre Nestorium dicentem: Communes enim Trinitatis sunt efficaciam, & solis subsistentiis distinctionem habentes. Proinde vnigeniti gloria, interdum patri adaptatur, interdum spiritui, interdum Christi potentiam. Idcirco qui reprehendere volunt, ostendant nobis alium Christū qui priuatim & seorsim existat & intelligatur, cui suam potentiam applicuerit vnigenitus Dei verbum, quasi sit propriè ab ipso filius, vel nisi sit alius & alius, sed vnus & idem, & ex patre vnigenit<sup>9</sup>, & ex matre homo secundum carnem. Quomodo igitur filij di loci esset, & non magis debebat veritatis potentiam, illius nugis oblectari, quæ pulchra pietatis dogmata obliterant? Itaque erat quidem, & est Deus filius. Quoniam autem semel subiit mensuram, dispensationem irrectaneam fecit. Sustinuit autem omnia voluntarius propter nos. Ea propter quum sit secundum naturam vita, viuificari dicitur à patre, & quum sit gloria, dominus dicitur gloriā accepisse. Hinc Paulus apostolus Hebræ<sup>9</sup>, ex Hebræis verè doctus in lege, & ex tribu Benjamin, dicebat: Non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrem, qui excitauit illum ex mortuis, & gloriam illi dedit. Verum quāuis dicatur gloriam accepisse à patre, quū transit res ad humanitatis mensuram, nouit seipsum habere dignitatem vltra creaturam, secundū quod intelligitur & est De<sup>9</sup>. Proinde dicebat: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et: Nullus cognoscit quis sit fili<sup>9</sup>, nisi pater, neque patrem quis cognoscit, nisi fili<sup>9</sup>, & cui fili<sup>9</sup> reuè lauerit. Fortasse quis studiosorū interrogabit: Si omnia tibi tradita sunt à patre, quasi ei qui gloria indigerit, & debuerit habere datum robor contra omnes propter humanitatem, quomodo humanis mentibus vltra comprehensibile esse dicit scire se, quem admodum scit & pater? Vtique dicit, cognitio enim non est coarctata in eo, sicut in me, vsque ad visibilia. Nam nisi Deus in carne & sanguine secundū carnem quidem cognosceretur, secundum naturam autem & gloriam diuinitatis, æqualem cum Deo & patre mensuram habere, omnium mentem & sermonē transcederet. Proinde (amplector enim proposito rum mentem) neque apostolicas voces negamus, ab sit, neque alia quædam minus probabilia, & incarna-

tionis sermonibus aduersa, vel sentimus, vel loquimur, vel tractamus. Sequimur autem, vbi sacras scripturas & Theologorum voces inuenimus, quas ratas esse debere concedentes, obstitim<sup>9</sup> solis istis, qui recta Ecclesiæ dogmata subuertunt. Quod autem & pater ex mortuis resuscitare dominum nostrum Iesum Christum dicitur, quasi scilicet circa carnem eius operandi vis suscipiatur, nullus admiserit. Ipse autem, quum sit vita & viuificator, & efficax virtus patris, suum viuificat templum, iuxta illud: Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. Itaque quum viuificatur, non erat alienū, neque alicui<sup>9</sup> ex nobis hominibus similib<sup>9</sup>, sed propriū ipsius verbi corp<sup>9</sup>.

DE D. CYRILLI ANATHEMATISMVS OCTAVS.

Si quis audet dicere adsumptum &c.

ORIENTALIVM OBIECTIO.



**C**onadore, & conglorificare, quasi de personis, vel subsistentiis, vel filiis duobus non dicimus, quasi aliter fiat adoratio Deo verbo, & aliter carni: sed vnā potius adoratiōnem & cetera, vt in filio offerimus & quod coadoratur: sicut & ipse in primo libro. Nā quamuis semper vt verbum cum patre suo confidet & ex ipso, & in ipso secundum naturam existat, iterum audit dicentem, & cum carne: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedū tuorum. Ita & adorari dicimus ipsum, & à nobis, ipsi, & à sanctis angelis. Proinde ad hæc dicimus, quod valde erudite prouidit his, qui cum carne vnum & eundem filium adorare volunt, eo quod aliud quiddam sit, vñ & vnū cum, id quod & ipse posuit, sicut prædictum est, dicens ipsum cum carne adorandum, negans autem coadorandam cum diuinitate carnem.

CYRILLI DEFENSIO.



**M**entis esse nos dominos diuin<sup>9</sup> Paulus, ostendit dicens: Probate vos ipsos, num sitis in fide. Nam mensuram, licet non nunquam propter amorem sui, si à recta via egrediamur, & à veris dogmatibus adducen- tem habeat motionem, fermè semper grauatur, & formidat suarum cogitationum absurditatem definire, quum se correxerit, & obiter labores scrutata fuerit sanctorum patrum, qui præ omnibus in rectitudine & certitudine dogmatū celebrantur, suā rectè fidē explorabit. Omnes enim quibus integrū cor est, illorū sentētias sequi nō detrectant. Quia quū & ipsi Apostolica & Euangelica traditione suam mentem impleuerint, & ex sacris scripturis sermonem in fide rectum ac inculpatum prænuciarint, mundi fuere luminaria, sermonem vitæ continentia. Itaque scribit reuerendam memoriæ pater noster & Episcopus Athanasius de nostri omnium saluatore Christo in libris De incarnatione:

Confitemur etiam esse illum filium Dei, & Deum secundum spiritum, filium hominis secundum carnem, non duas naturas (vnum filium) vnā quæ adoratur, & alteram quæ non adoratur: sed vnā naturam Dei verbi incarnatam & adorandam cum carne sua, vna adoratione, nō autem duos filios, aliū quidem

Quomodo certandum aduersus hæreticos.

Christus resuscitatus seipsum ex mortuis. Ioh. 2.

psalm. 109.

2. corin. 3.

A sanctis patribus p. senda fidei certitudo & sinceritas.

Athanasius, in Episcopis.



quidem filium Dei verum & adorandum, alium vero ex Maria hominem non adorandum, scilicet secundum gratiam filium Dei factum, sicut & homines. Et post alia iterum: Igitur qui natus ex virgine Maria, filius Dei natura, & Deus verus, & non gratia ac participatione. Secundum carnem solam, ex Maria homo: secundum spiritum autem, ipse filius Dei, & Deus. Et iterum: Si autem quis præter hæc ex diuinis scripturis docet, aliud docens filium Dei, & alium ex Maria secundum gratiam filium factum sicut nos, ita ut sint duo filij, vnus secundum naturam filius Dei, qui ex Deo, & vnus secundum gratiam homo ex Maria: vel si quis domini nostri carnem supernè esse dicit, & non ex virgine Maria, vel conuersam diuinitatem in carnem, vel confusam, vel immutatam, vel passibilem domini deitatem, vel non adorandam domini nostri carnem ut hominis, & non adorandam ut domini & Dei carnem: hunc anathematizat sancta & catholica Ecclesia, diuino Apostolo obtemperans, qui dicit: Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod accepistis, anathema sit. Hæc quum senserit & scripserit nobis ille, nunc Nestorius gloriam Christi oppugnare volens, & impudentem linguam taxans, iterum dicit: Cõfiteor quidem in homine Deum, colo autem eum diuina connexionione Deo verbo coadorandum hominem. Nonne hic manifestè hominem deiferum nominat Christum, & connexionem simpliciter dicit hominis factam esse cum Deo? secundum illud fortassis, quod à Paulo dictum: Qui adheret domino, vnus spiritus est. Quamuis quomodo non est verum, quod ipse fuerit potius Deus simul & homo, & non homo quidam, qui seorsim ac propriè intelligatur, connexionem cum Deo secundum habitudinem habens? Etenim post ineffabilem vnitionem etiam si quis dicat Deum Emmanuelem, hominem factum & incarnatum Dei verbum intelligi conuenit. Quamuis hominem nomines, scimus tamen cum hoc & ipsum esse Dei patris verbum. Est igitur aliud vnum dicere filium, cum vnita sibi carne, Dei patris verbum & si militer aliud, in homine dicere esse Deum, quemadmodum videlicet in prophetis erat, vel saltem etiam in nobis ipsis propter spiritum sanctum. Itaque ut mihi videtur, citra periculũ & culpam dixerit quis quoddam incarnatum Dei verbum, utpote vnus existens filius, non absque sua carne, sed cum illa potius adorandum sit: quemadmodum scilicet etiam hominis anima cum suo corpore honoratur. Vna autem appellatione, quod ex vtriusque constat, significatur animal. Igitur quando de omnium saluatore Christo sermones facere paratus diuiseris in duo vnum, & hominem propriè ac seorsim intelligendum declaraueris, denique illum coadorandum & coappellandum Deum (quasi ille alius sit à Christo ex Deo secundum naturam genito) dicere fueris ausus, quis ferre poterit tam perspicuam contra illum criminationem aut silentio præterire? Potius enim dicendum erat: Colo quidem verbum Dei factum hominem, quod appellatur Deus, & in humanitate adoratur, quia natura Deus est, & ex Deo patre apparuit. Eia, dicunt aduersarij, captus es & in Epistola scribens, quod sedeat filius cum patre cum propria carne. Deinde, quomodo intelligitis dicentem, quod cum Deo verbo hominem coadoret & coappellare oporteat? Idem enim dicere est cum & cum. Proinde redarguamus ignorantes dictorum virtutem, &

rerum naturam non inspicientes. Etenim quãdo ab vna persona & natura, hoc est, subsistentia vna, manat sermo, ea ex quibus est, hoc est, constat naturaliter, adfert cum, hoc est, cum. Seruauit etiam sic per significatum, quod vnũ sint secundum compositione, & non inter duo distinctè discernit. Quãdo autè ante distinctis subsistentiis in duo & ad hoc quod oporteat seorsim alteram intelligi & propriè, si cum, vel cum, tunc eorum vel etiam plurimum, & non vnus secundum compositionem factam manifestationem dicimus. Ut exempli gratia, si dicerem fortè cohortari animam hominis cum suo corpore, qui honor certè fieret à quopiam erga vnũ hominem, qui est ex vtriusque. Vel si quis diceret, animam cum suo corpore esse vnum animal, non propterea in duos homines vnum diuidit. Videtur autem potius non ignorare ea, ex quibus sit, hoc est, compositum sit naturaliter. Quando vero dico, Petrus & Ioannes coappellantur homines, vel etiam cum Petro & Ioanne ascendit in templum, non iam cum, vel cum, id est, cum, vnus cuiusdam manifestationem facit. Non enim Ioannes compositus est cum Petro, sed neque ad vnus hominis constitutio nem vterque aliquid faciunt. Vnde veritati illudunt diuidentes imperiti in duos Christos vnum. Si autem putant quod dicendo, filium cum proprio corpore considerare patri, duos intelligendos filios concesserimus, inquirant, an non dicam, vnum filium vnica confidentia honoratum esse, & non duabus, ita ut vna & propria tributa sit corpori, alia vero iterum & propria verbo. Verum hoc non poterint ostendere: Quomodo enim vel vnde? Nam vnum & eundem filium vnum propria carne esse Deum simul & hominem, vna confidentia apud patrem honestate affirmam. Ceterum dicere hominem adorari cum Deo, & coappellari Deum, omnino est confiteri duos adorandos, vel etiam inter se appellandos. Atqui valde fatuus & alienus à rectis & veris cogitationibus omnino est sermo ille: igitur factus est Anathematismus contra eos, qui modis omnibus diuidunt Emmanuelem in hominem propriè & Deum verbum propriè. Nobis enim & eundem Theologorum sermo prædicauit sacrarumque scripturarum inadulterata cognitio.

**DE D. CYRILLI ANATHEMATISMUS NONVS.**

Si quis dicit vnum dominum Iesum & c.

**DE ORIENTALIUM OPPOSITIO.**



Terũ bonũ fuerit, ea que ab illo ab illo dicta sunt, & quorũ ille fortassis oblitus fuit, in mediũ adducere, & ita comone facere eum. Non enim solum dominũ signa in spiritu fecisse demonstrauit, sed etiam ipsum mortuum, viuificatum esse spiritu, dixit in primo Tomo his verbis: Igitur si nõ passus moriendo carnaliter secundum scripturas non viuificatus esset spiritu. Hic videre licet, quantum secum ipse pugnet, cum in Anathematismis suis negarit dominum in spiritu demones eiicere, & alia signa facere, & scriptam in Euangeliis vocem domini exprobrarit dicentis: Si autem in spiritu Dei ego eiicio demonia. At nos dominum nostrũ Iesum Christum etiam sua virtute & spiritus operatione absoluisse signa confitemur, non quasi careat propria virtute, uti dicimus virtute spiritus sancti. Non autem spiritum sanctum simul esse dicere,

dicere, esset eorum, qui scripturas sanctas negant. Nam quamuis alicubi scriptura dicat patrem perficere opera miraculorum, dum dicit: Pater qui manet in me, ipse facit opera, quæ ego facio. Filius est, qui facit omnia opera patris, licet ea filij spiritus dicatur facere, dum dicit: Si autem ego in spiritu Dei eiicio demonia. Dominus est, qui facit in spiritu: non enim alienus est filius à patre vel spiritu. Neque separata & propria facta sunt Trinitatis efficacia, sed proprie est Trinitatis vnus cuiusque subsistentia, quæ in scriptura dicitur efficacia. Quia scriptura dicit aliquando omnem creaturam filij opus, dicens: Verbo domini cœli firmati sunt. Aliquãdo autè spiritus domini dicit. Et spiritu orisei omnis vir tus eorũ: sed nõ quasi pater nõ possit omnia facere. Cõdutor est & filius, & spiritus quoque; adsumitur ad credendum non quod ita infirmus sit filius. Vere enim dictum est, quod per ipsum facta sunt omnia. Ut trinitatis nobis eadem substantia, idem honor, & eadem virtus commendetur, dicit hæc interdum à patre, interdum à filio, interdum à spiritu sancto esse facta. Sic enim & ab vna substantia diuina perfecta esse omnia intelligimus. Nam ut verbum est in substantia & in subsistentia vnigenitus, absque passione natus ita & spiritus sanctus ex ipsa procedens, in propria subsistentia existit, ita ut in tribus subsistentiis vna substantia effigietur, & multa ipsarum in substantia ratione aliena spectetur: solis autem proprietati bus characterem referentibus siue distinguentibus inter ipsas intelligantur. Quomodo igitur efficacia est alicui proprie cedens? Nam hæc omnia communia vna penitus efficacia.

**CYRILLI DEFENSIO.**



Vnquid mihi testium voce opus erit ad commonstrandum, aduersarios vana loqui voluisse, & aduersum nos circũspectè blasphemias vsos esse? Verum hoc solus illorum sermo, ut opinor, iudicabit. Nam proposito Anathematismo affirmamus manifestè, proprium esse filij spiritum sanctum, & quod per ipsum perfecerit diuina signa. At illi quamuis sæpe dicunt me oblitum esse meorum sermonum, in eã perueniunt dementiam, ut putent me dicere, quod Iesus demonia non eiicerit per spiritum. An notum est manifesta calumnia hæc? Nam si non dignantur confiteri diuina signa esse, modum eiiciendi demonia, dum dicunt, quæ volunt, adferant contra me scripturam, accusent quos non hoc dixi manifestè, silentio præteritis diuinis signis. Si autem cum aliis diuinis signis, non caret miraculo, demonia eiicere, cur cū didicerint, quã inutile sit, eligere sonoram pronuntiationem, & vitare tanquam rem inutilem veritatis sermonem, suam contra impudentiam honorarunt, neque paucis dixerunt, quod apud Deum & homines vituperatum est? Videtur mihi esse oblitum Christi dicentis: Quomodo dices fratri tuo: Frater, sine eiiciam festucã de oculo tuo, & ecce trabs est in tuo oculo? Hypocrita, eiice primũ trabẽ de oculo tuo, & tunc videbis, ut eiicias festucam de oculo fratris tui. Itaque quod sancta Trinitas eiusdem roboris & operationis, non per vestrum didicimus sermonem sed sumus edocti potius ex sacris scripturis. Iam quod propositus Anathematismus nullo

modo rectæ fidei contrarius sit, & in sermonibus istis non offendat, sed quod proficit potius, sine labore videre licet. Nam eos qui diuidunt vnum dominum Iesum Christum, & diuidunt ipsum (ut iam sæpissime diximus) in hominem propriè, & in Deum verbum propriè, ita ut duè intelligantur persone & subsistentiæ inter se distinctæ, hoc facere non sinit neque permittit dicere, quod vnus communis homo Iesus operandi facultatem acceperit à spiritu sancto: ut possit scilicet diuina signa perficere. Quia nullo modo differet à factis apostolis vel prophetis, qui per diuinam benignitatem diuinis impleti donis dixerunt merito: Gratia Dei sumus quod sumus. Hæc vox sanctis quidem viris, sancti spiritus gratia distributa honestatis, benè congruit: Christo non item. Proprius enim est eius spiritus sanctus, quemadmodum scilicet est Dei patris. Operatur autem efficaciter, sicut pater per spiritum, ita & ipse: quamuis dicens Iudæis: Multa bona opera ostendi vobis à patre meo, & à me ipso nõ loquor. Pater autem in me manens, facit opera. Ipse dicebat iterum: Si autem ego eiicio demonia: operationem per spiritum referens in se & patrem, propter identitatem substantiæ. Et plurimus quidem ac prolixus esset de illis sermo qui tempore congruo his, qui voluerint, examinandus erit. Itaque non quasi aliena virtute, per spiritum operandi facultatem accepisse dicimus Emmanuelem, sed propriam habuit consubstantialis spiritus virtutem, quam ut Deus habuit. Nam beati quidem discipuli signa facientes dicebãt: Viri quid nobis attenditis? quasi propria virtute vel pietate fecissent ambulare portæ speciosæ adidentem claudũ. Proprius autem Christi est spiritus eius. Illis autem qui nostra cauillantur, hoc dicimus: Quippè si quidem consonat cum illorum mentibus diuidendum indiuisibilem, & sicut communem hominem operandi facultatem accepisse per spiritum Iesum, haud magna ratio est eorum, qui sic affecti sunt. Sin Christum vnum & filium & dominum esse confitentur, eundemque esse simul Deum ac hominem, credant nobiscum quod non operandi facultatem accipit, quasi meliore quadam & aliena ab illo virtute: ipse autem potius efficaciter diuina signa quasi per proprium spiritum, in quo & omnis genitorum virtus. Nam sic cessabunt frustra nos irridere, & inuidiatentes in nobis confringere.

**DE D. CYRILLI ANATHEMATISMUS DECIMVS.**

Pontificem & apostolum confessionis & c.

**DE ORIENTALIUM OBIECTIO.**



I Deus verbũ est sacerdos, cui vel quali Deo suo ministerium suum offert? Sed adducitur beatus Paulus dicens: Non enim habemus pontificem, qui non potest compati infirmitatibus nostris, sed tentatum per omnia secundum similitudinem absque peccato. Quid igitur est tentatus ille? num Deus verbum, vel humana natura semen Dauidis? Et iterum: Nemo sibi adsumit honorem sed vocatus à Deo, sicut & Aaron, ita & Christus non seipsum glorificauit, ut fieret pontifex. Quis igitur ille qui comparatur secundum sacerdotij dignita-

Galat. 3.

1. Corin. 3.

Canillio re- pulsa.

Luc. 11.

Ioannis. 14.

Luc. 11.

Indiuisa trinitatis operata, licet scriptura distingat. Psalm. 32. Ibidem.

Ioannis. 1.

Nulla.

1. Corin. 15.

Ioannis. 10.

Luc. 11.

Act. 3.

Operatur vel facit.

Hebra. 4.

Ibidem.



**I**terum aduersariis tempestiue dice-  
mus: Vsq̄quo claudicatis ambobus  
poplitibus vestris? Oportebat enim  
vos habere sanam & validam ad agno-  
scenda rectæ fidei dogmata mentem,  
non duplicitate animę claudicantem,  
valde imbecillem, & recte incedere non valentem.  
Inconstans enim est duplex anima in omnibus viis  
suis, & non adiuuatur à domino. Quod dico valde  
admirans, aduersarios tam effuse ac temere propo-  
situm etiamnum Anathematismũ perstringere vel-  
le. Nec absurdum, quod volunt Dei patris verbum  
à nobis nominari apostolum & pontificem confes-  
sionis nostræ, quando factus est homo. Nam qui pro-  
fus attentant natiuitatem eius secundum carnem ca-  
lumniari, & reiectiuam quasi non veram facere au-  
dent, non ferentes dici sanctam virginem, Dei ge-  
nitricem, quomodo non & dispensationis modos  
vitarent? Audiant igitur hoc, quod Esaias dixit: Ni-  
si credideritis, non intelligitis. Etenim diuinus E-  
uangelista Ioannes magnum & præcipuum quid-  
dam hominibus detonuit dicens, verbum carnem  
esse factum. Qui autem virtutem veritatis suffuran-  
tur, ita carnem ipsum factum esse dicunt, sicut &  
maledictum & peccatum esse fatentur. Et de illis  
iam pridem diximus, quæ probabilia erant, vt pos-  
sint sermones illorum falsi comprobari. At illis ob-  
iurgatoribus nunc illuc dicimus: Discite audire an-  
gultiati suscipite fundamentum, sacramenti secun-  
dum Christum prima dispensationis exordia, & ip-  
sum, vt ita dicam, ingressum. Credite nobiscum,  
imò sacris scripturis. Date, date veritatis calculum  
confitentes, quod ipse vnigenitus Dei verbum, qui  
est in sinu patris, per quem omnia, & in quo omnia,  
factus sit caro, non ferendo conuersionem vel con-  
temperationem, sed existens hoc secundum natu-  
ram, id quod erat, & est, & erit. Factus autem est ca-  
ro, natiuitatem ferens ex sancta virgine, secundum  
carnem inquam, & appellatus est filius hominis, &  
similiter vt nos, particeps fuit sanguinis & carnis.  
Hæc cognoscentibus & tam venerandam veram-  
que fidem amplexantibus, omnia deinceps appare-  
bunt accessa & peruia, & planè nihil asperum vel ob-  
bluctans. Scriptum est enim, quod perspicua sunt  
intelligentibus, & recta inuenientibus scientiam. O-  
pinor autem operæ precium, vt & nos causam nos-  
tram dicamus, propter quam factus est Anathema-  
tismus. Nestorius enim qui omnia perturbat, & om-  
nia susque deque confundit, tale quiddam de salua-  
tore nostre nostre Christo dicebat: Missus est ad  
prædicandum captiuus remissionem, hic fidelis Deo  
factus pontifex. Factus est enim hic, non perpetuo  
erat. Hic paulatim ad pontificis dignitatem per-  
uenit hæreticè, aliaque his consimilem parientia  
impietatem, adducit multa. Quis igitur auditis  
tam fœdis sermonibus, nõ mallet omnia pati, quam  
silentium Deo exosum diligere? Mortuus est pro  
nobis Christus, confusionem contempsit, crucem  
& mortem tulit secundum carnem: & nos benefactori  
neq; beneuolum sermonem repèdemus? sed quieti  
sedebimus iã absurdas audientes blasphemias, vel  
fortassis etiam inter nos diuidentes crimina? Heus  
quid

tem Aaroni, & ei qui non à seipso honorem adsu-  
mit, sed vocatur à Deo in diuina natura, quæ patri co-  
æterna, cui omnia patris sunt propria, & in quam di-  
gnitatem se maiorem ascendit? Dicemus sacerdoti-  
um diuina natura dignius? ad quod non à seipso, sed  
à Deo vocatur, perque illum ascendit, & per istud  
glorificatur, vel natura ex semine Dauid facta & præ-  
finita? Cui etiam iurauit Deus, secundum Psalterium da-  
turum se sacerdotium in æternum. Iurauit enim, in-  
quit, dominus, & non pœnitebit eum. Tu es sacer-  
dos in æternum secundum ordinem Melchisedech.  
Num deitas vnigeniti promissiones cum iuramen-  
to accepit, suscepturam se sacerdotium in æternum  
à Deo, per quod sit glorificanda? Et quis nos feret  
talia dicentes vel cogitantes? quis non contemnet  
nos Deum introducetes, qui pontifex ordinetur, &  
pacta cum iuramento recipiat, voceturque ad sacer-  
dotium, & non sibi ipsi accipit honorem, sed ad il-  
lum vocatur & comparatur primo qui sacerdotium  
accepit? Et iterum dicit: Tu es sacerdos in æternum  
secundum ordinem Melchisedech. Quis igitur qui  
comparatus est Melchisedech secundum sacerdoti-  
um, vt illud suscipiat sanctus Deus verbum vel caro  
ex nobis susceptus secundum carnem, hæc sibi inse-  
parabiliter & inconfuse vnita? Et iterum dicit: Qui  
in diebus carnis suæ, preces & supplicationes ad e-  
um, qui potest ipsum saluare de morte, cum clamo-  
re valido & lachrymis offerens, exauditus est pro  
sua reuerentia. Nunquid Deus verbum supplicatio-  
nes & preces, & cum clamore valido ad aliquem,  
qui potest saluare ipsum, offerens, exauditus est pro  
reuerentia, & didicit ex his, quæ passum est, obe-  
dientiam? Si igitur deus verbum pontifex: & di-  
dicit & ex his quæ passus est ipse, & consum-  
matus est? Verum ne turbetur vestra mens, au-  
diens de eo qui passus est, quamuis existat filius.  
Non enim duos filios ponimus, eum qui passus est,  
& qui mansit impassibilis. Neque enim deitas seorsim  
sequestrata ab eo, qui ex semine Dauid filius no-  
minata est, ita vt neque deitas post vnitionem sine  
carne visibili filius appellatus sit. Nam filiatio post  
vnitionem vna est vtriusque naturis, inter se non se-  
paratis. Non enim post hanc vnitionem separatio  
facta est. Manet enim perpetuo vnitio. Quin & in  
passionibus carnis deitas inseparabilis, manet im-  
passibilis: & quæ Deum addecent, per carnem per-  
ficiuntur. Vnde vnum & eundem filium confitemur,  
naturis inconfusis manentibus, non alium & alium  
dicentes, absit, sed vnum & eundem. Itaque pontifi-  
cem & apostolum confessionis nostræ Iesum Chri-  
stum, secundum diuinas scripturas factum esse, nul-  
lus non confitebitur. Itaque non dicimus separa-  
tum proprie hominem ex muliere à Dei patris ver-  
bo, ita vt quod ex semine Dauid, vnitum sit inconfu-  
se, ineffabiliter & inseparabiliter verbo, quod ex  
Deo, sacerdotem tentatum per omnia absque pec-  
cato, & edoctum ex his, quæ passus est, obedientiam  
obtulerit Deo & patri, non pro seipso, sed  
pro solis nobis suam carnem. Non  
enim imperite dicimus Deum  
verbum pontificem, &  
obtulisse seipsum  
Deo & patri:  
non enim vn-  
nigeniti deitatis Deus  
pater, sed pater.

quid dicit? Profecit in sacerdotem paulatim? Verbũ  
quamuis esset Deus, exinaniuit seipsum, liber secun-  
dum naturam accepit serui formam, & qui vltra om-  
nem creaturam est, & diuinitatis eminet gloria, hu-  
miliauit seipsum. Si autem profecit, quodammodo  
exinaniuit est, vel quo pacto se demisit ad humiliati-  
onem? Vtique ante præcesserunt honor & gloria,  
dixerit quis, hanc exinaniuitatem. Deinde, quomo-  
do ante rem est exinaniuitio? Eia, inquit, si ipsum Dei  
patris verbum factus est pontifex, quis oro maior  
est ille ei? cui sacerdotali ministerio seruit? Igitur di-  
cã iterũ: Crede, quod quamuis Deus secundum natu-  
ram esset in forma patris filius, non rapinam arbi-  
tratus est se esse Deo æqualem, sed seipsum exinani-  
uit formam serui adsumens. Si autem factus est ho-  
mo, adsumpsit autem serui formam, quomodo cen-  
sebitur parum, & dispensationis sermonibus incon-  
gruum appellari & apostolus & pontifex? Et qui mē-  
suram humanitatis nostræ non dedignatus est, quo-  
modo repudianda faceret humana? Forsitan haud  
difficile foret, id multis tractare sermonibus, & pro-  
lixiorum enarrationem protrahere. Sed illis nunc  
transitis, ipsorum adferam sermones, scripserunt e-  
nim sic: Verum ne turbetur vestra mens, audiens de  
eo qui passus est, quamuis sit filius. Non enim duos  
filios dicimus, eum qui passus est, & eum qui mansit  
impassibilis. Neque enim deitas seorsim sequestra-  
ta ab eo, qui ex semine Dauid filius nominata est, ita  
vt neque deitas post vnitionem sine visibili carne  
filius appellatus est. Et iterum: Vnde vnum & eun-  
dem filium confitemur inconfusis naturis manenti-  
bus, non alium & alium dicentes, absit, sed vnum &  
eundem. Igitur pontificem & apostolum confessio-  
nis nostræ factum esse dominum nostrum Iesum Chri-  
stũ secundum diuinas scripturas nullus nõ confitebi-  
tur, nec separatum proprie hominem ex muliere à  
Dei patris verbo. Itaque si vnum dicunt filium, nul-  
lo modo partientes in duos vnum ex semine Dauid  
& alium ex Deo patre verbum, quomodo non læ-  
dunt sacramentũ, partientes dispensationem Deo  
& homini, & non potius vnum & eundem Deũ &  
hominem esse dicunt, vt sunt omnia eius, quæ diui-  
nè vel humanè dicta? Nam quando aliquid, quod de  
centissimè de ipso dicitur, hoc certè omnimodo &  
verum esse dicimus. Deum enim ipsum esse scimus  
Et si humani quippiam dictum fuerit, etiam hoc ad-  
mittemus. Confitemur enim, quod Deus est in car-  
ne & sanguine, & humanitatis mensuram per huma-  
na agnouimus. Mille enim milia sanctorum angelo-  
rum ministrant ei, & diuinum eius sanctorum circun-  
stant Seraphin. Quando autem factus est homo, vo-  
catus est & pontifex, non quod maiori Deo offerret  
sacrificium, sed quod sibi ipsi & patri fidei nostræ  
confessionem procuraret. Audiens quod dictus est  
sacerdos propter humanitatem, erubescis ne? Dein-  
de quomodo non admiratus es, quod non secun-  
dum sacerdotum morem alteri fecerit sacrificij mo-  
dũ, sed sibi ipsi potius & patri, vt dixi? Quando di-  
cis indignum esse Deo vt sacrificet, ad stipulor & e-  
go. Scilicet si solum sit & absque carne verbum, di-  
xeris recte: quia autem factum est caro, inde & sacri-  
ficantem propter humanitatem & in dignitati-  
bus vltra creaturam, sicut Deum. Confidet enim  
cum Deo & patre. Itaque inde ipsum sacrifican-  
tem secundum humanitatem, confidentem autem  
vt Deum. Quid enim dicit beatus Paulus? Talem

habemus pontificem, qui confedit in dextra throni  
magnitudinis in excelsis. Igitur videntes, quod factus  
est homo qui Deus sit (est autem vnus & idem  
filius) illi omnia attribuemus vt vni, & dispensatio-  
nis sermones non ignorabimus: cogitationis vim  
semper proinde & sapienter ad obedientiam eius  
accommodantes.

**VNDECIMO ET DVODECIMO** Anathematismo eadem obiecta & responsa sunt cum  
his, quæ D. Cyrillus ad Theodoretum reprehension-  
es supra rescripsit.

**EXEMPLAR EPISTOLAE IOANNIS** comitis Sacrensis, scripta ab Epheso ad Reges,  
qua docet, quid egerit, vbi Synodum conue-  
nerit Ephesinam, & præsertim, cur san-  
ctissimos Episcopos Cyrillum & Mem-  
nonem capere voluerit.

Hebræ. 8.

Faciunt hæc ad argu-  
mentum E-  
phesini Con-  
cilii, & ad  
superiorem  
historiã ubi  
berati.



**Q**uam sciam conducibile pietati,  
si diuinis scripturis commenden-  
tur omnia, quæ iuxta purissimè cel-  
situdinis tuæ mentem pro virili fe-  
ci, hinc quæ sint acta, discetis. Pri-  
die quam hæc literæ darentur, labo-  
re magno, accelerationeque mira in Ephesiorum  
ciuitatem perueni. Aduenissẽm autem citius, nisi  
maximis negociis impeditus fuissẽm, quæ vestrę ma-  
gnitudini adfuturus (Deo propitio) coram recense-  
bo. Statimque sanctissimos Episcopos, qui hinc &  
inde conuenerant, reuerenter salutavi. Propter dis-  
cordiam autẽ, quæ intercedebat inter eos, partes ac-  
cerere conueniebat. Turbatis autem omnibus, Cy-  
rilloque & Memnone se munientibus, per me ipsum  
eis qui conuenerant, denunciaui, & iis qui aberant,  
manifestaui, vt sequenti die absque vlla mora om-  
nes in diuersorio meo confluerent. Porro ne confli-  
ctus quidam fieret, promiscue ipsis conuenientibus  
(metuendum enim & hoc erat propter ferociam,  
quæ nescio vnde illis acciderat) ingressus, ordinem  
distribui. Præsentem autem Nestorio, fere cum ipsa  
aurora, & Ioanne pientissimo Episcopo, aduenit et-  
iam Cyrillus cum omnibus pientissimis Episcopis.  
Solo autem Memnone absente, magna turbatio tu-  
multusque exoriri cœpit, dicentibus iis, qui cũ Cy-  
rillo venerant, Nestorij qui ab ipsis depositus esset,  
nihilominus quidem ferendum esse, & nihilominus  
tamen conuenientibus diuinarum scripturarum lec-  
tionem fieri volebant. Affirmabant autẽ ij, qui Cy-  
rillo fauebant, lectionem diuinarum & terribilium  
scripturarum abque Cyrillo non habendam, neque  
præsentem Nestorio, neque his qui ab Oriente vene-  
rant, sanctissimis Episcopis. Et ob hoc magna facta  
seditio est, imo prælium & pugna. Eadem quoque  
& sanctissimi Episcopi, qui Ioanni pientissimo E-  
piscopo adstant, contendeabant, dicentes. Cyril-  
lum non oportere diuinarum literarum lectioni in-  
teresse, vt pote & illò cum Memnone ab ipsis depo-  
sito. Fiebat igitur super hæc re contentio. Iam au-  
tem maximo diei intervallo exacto, operæ precium  
existimaui, absq; Cyrillo & Nestorio cæteris pate-  
facere Regias sententias, quãdoquidẽ commemoratis  
illis neq; scriptæ essent a mundi dominis. Verũ repue-  
bant

Cyrillus &  
Memnon E-  
piscopi.

Daniel. 7.  
Hebræ. 5.

Subaudi, ad  
mitte.

bant & hoc pientissimi Episcopi, qui cum Cyrillo venerant, nolebantq; etiam his qui cum Ioanne aduenerant, præsens aures præbere, eo quod dicebant eos illegitime Cyrillum & Memnonem deposituisse. Vix igitur potui persuasione & vi (si quidem vera dicere oportet) sequestratis Nestorio & Cyrillo, inducere omnem Synodum, vt Regium rescriptum audiretur. Igitur congregatis omnibus Augustarum literarum lectionem feci, in quibus depositi sunt Cyrillus, & Nestorius, & Memnon. Quum autem hi, qui cum Ioanne pientissimo conuenerant, lectionem amicè suscipere & approbarent, audierunt a graui auditorio, depositionem Cyrilli & Ioannis illegitime factam. Cæterum ne maior fieret seditio, Nestorium quidem custodiendum suscepit Candidianus Comes\* conuiuarum domesticorum, qui omnibus consiliis & operibus meis interfuit. Cyrillum autem & ipsum custodiendum tradidi Iacobo circumspecto Comiti & præposito quartæ scholæ. Memnon vero, vt prædixi, aberat. Vnde missis dispensatore & lictore ac Protodiacono sanctissimæ Ephesiorum Ecclesiæ, ei manifestavi quod depositus esset. At memoratus Memnon cum prædictis, fidem dedit eis, se suo periculo cum omni securitate Ecclesiasticis pecunias seruare. His in hunc modum actis, quoniam oportebat me & precib⁹ vacare, descendi in sanctissimam Ecclesiam. Cognoscens autem Memnonem agere in Episcopio, mitto ex ministris meis Primicerium nobilium Palatinorum ad ipsum, vt ad me veniret, vt discerem, nū omnino me accedere renueret. Verum ipse absque mora aduenit, & reprehensus à me, quare mane non venisset, dixit, ægritudine se depræhensum esse, & propterea non adfuisse. Ne ferret autem alias meas admonitiones vel consilia, præuenit sermones meos, & in meam irrupit domum. Traditus igitur & ipse Iacobo circumspecto Comiti custodiendus, & à Scutariis nobilibus, & reuerendis Palatinis. Hæc primo die à me facta sunt. Quoniam autē & de pace pientissimis Episcopis sermonem habere oportebat, ne hæreses & schismata in orthodoxa religione fierent, proinde quanta potui diligentia, ei negotio me accommodaui, & posthac operam daturus, modo placeat & meliorib⁹, & pietati consonum sit, & recta mens sit domini mundi. Quod si pientissimos Episcopos videro implacatos & non reconciliabiles, nescio vnde in hanc rabiem & asperitatem venerint, & si quid amplius factum fuerit, quam primum vestræ amplitudini significabo.

Vel nobilitate comprehensur D. cyrillos.

Cyrillus de se dicitur Aegyptium.

Fides Nica.

Academy scopi summi.

Cyrillus sat habet symbolis scribit.

EXEMPLAR RELATIONIS Orientalium ad Reges aduersus diuum Cyrillum & huius Anathematismos.



**M**erito quis dixerit, nostri seculi homines, qui tuo imperio gubernentur beatiores iis, qui ante nostram aetatem fuerunt. Vestra enim pietas inter innumeras totius orbis curas, eam quam religionis pietate gerit, omnibus aliis præposuit. Magis autem veneratur laudatissimum vestrum imperium ea, quæ Dei sunt, quam omnia quæ super terram. Quoniam fides in illis vestras cogitationes & opera moderans, cum vestra pietate in omnibus honestis cooperatur. Hæc ita

certò se habere semper quidem ex his, quæ contingunt, didicimus, isto autem tempore maxime certissimum. Postquam enim inexpectata sacerdotum exorta sunt disturbia, singulis simul à se inuicem disidentibus, & commune hoc nostrum consistorium commotum est. Aegypto orbem (id quod semper solitus est) conturbante, vestræ pietatis oraculum per magnificentissimum & gloriosissimum Comitem generalem largitionum Ioannem allatum, omnium vanas choleras restinguere sufficiens fuit, si quidem modesti esse voluerimus. Illud autem maximum, quod vestra Maiestas literis cauit tollenda offendicula à quibusdam excitata. Vtendum autem canone & regula, qua olim à patribus in Nicæa fides exposita est, quæ etiam nihil diminutum vel superfluum continens compendiarium salutem concedit, verbis paucis comprehendens omnia, quæcunque diuinæ scripturæ tradiderunt, & eliminans seductorum, & nouam nobis tradere volentium opinioniones. Quapropter acceptis literis vestris, quum vidissemus mentem vestræ Maiestatis rectæ patrum fidei conuenire, operam dedimus, vt confestim eiicerentur Capitula contra Euangelicam & Apostolicam doctrinam, à Cyrillo exposita, in quibus omnes & qui nunc sunt, & qui olim fuerunt, sanctos anathematizare ausus est. Quam autem nupero tempore turbulenter Episcoporum præsentia conspirationem fecit, multorum inexperience, & aliquorum morbo olim quidem latente, nunc autem impudenti circuncursatione manifestato, auctoritate synodali stabilire attentauit. Hæc autem sicut vestra Maiestas, etiam pientissimus sanctissimusque pater noster & Episcopus Acatius, scriptis sanctam Synodum docuit, Apollinarij impietatem contingunt. Optime enim scit vir ille decem & centum annos natus, qui omnem ætatem in apostolicos sudores insumpsit, & plurimis Synodis interfuit, quod Apollinarij asseclas vicinos semper habuit. Vnde facile deprehendere potuit, quod prædicta Capitula prauam illam opinionem saperent, & iam deceptos Episcopos, & illi subscribere sinentes Orauimus igitur vna cum Ioanne magnificentissimo & gloriosissimo Comite, vt ab orthodoxa fide eiicerentur & alienarentur, & se subscriberent orthodoxæ fidei patrum in Nicæa congregatorum. Et quum non possent propter malam ipsorum præiudicationem factam, coacti sumus apud eos syneram illam & rectam confiteri fidem, & illi subscribere, eiicereque legitima confessione superfluum illam, impiis opinionibus refertam Capitulorum expositionem. Sufficit enim paruorum illorum verborum rectæ fidei confessio ad redarguendum omnem hæreticum errorem. Neque enim prædicta patrum fides contempsit ea, quæ de vnigeniti deitate recensentur, sed consubstantialem prædicans, immobiles fidelium mentes seruauit, & Arrianorum hæresim sustulit, deque dispensatione exactas definitiones tradidit. Tunc inconuertibilem & incommutabilem deitatem vnigeniti nos docuit, & non purum hominem esse dominum nostrum Iesum Christum, sed vere filium Dei credendum prædicauit, congrua diuinis sanctisque scripturis confirmans. Vnde & nos illos sequentes, fidei & expositioni confessionis nihil adiecimus, nihilq; ademimus contenti in omnibus sanctorum patrum expositione. Quoniam autem, o pientissimi reges, percipimus post hanc

Imperatores adisti Cyrillo.

Educere.

Roma sedes Apostolica, & primus Episcoporum.

hanc firmæ fidei consonantiam, etiam de sancta ac Dei genitrice virgine, vestræ excellentissimæ pietati innotuisse. (Hoc enim Ioannes ille magnificentissimus & gloriosissimus Comes annunciauit, idque diuino petito auxilio. Maius enim fuerat, quam vt talia homines attentarent) nota facimus vestræ pietati, quæ ex diuinis scripturis edocti sumus confessione nostræ infirmitatis excludere, & hæc inferere volentes inter ea, quæ super hominem esse considerauimus. Igitur fatemur dominum nostrum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre genitum, nouissimis autem diebus ex Maria virgine secundum humanitatem: consubstantialem ipsum patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum vnio facta est. Idcirco vnum Christum, vnum filium, vnū dominum confitemur. Iuxta hanc inconfusam vnionis sententiam, confitemur sanctam virginem Dei genitricem, eo quod verbum incarnatum & inhumanatum est, & ex illius conceptione vniuit sibi templum ex ipsa adsumptum. Hæc quum didicerimus à viris Theologis, Euangelistis, & Apostolis, & prophetis & piæ fidei doctoribus sua tempestate claris, tanquam in compendio exposuimus. Oramus autem & obsecramus vestram maiestatem, piam religionem (quæ corrumpi videtur morbo ab Aegyptiacis Capitulis inuecto) more solito defendere, & omnibus præfectis sanctarum Ecclesiarum sacerdotibus\* edocere dignetur, vt explodant Capitula à prædicto Cyrillo, magna Ecclesiarum iactura & fidei catholica introducta: solique subscribant sanctorum patrum in Nicæa congregatorum confessioni. Neque enim aliter pax in Ecclesiis Dei triumphabit, nisi eiecta fuerit impia illa expositio.

MANDATVM, QVOD SYNODVS dedit legatis Constantinopolim proficiscentibus, vt Orientales iudicarent, Cyrillum vero & Memnonem sanctos Episcopos à condemnatione ac depositione liberarent.

PHILIPPO PRESBYTERO DEI, ET amantiſſimo & colendiſſimo, sanctiſſimi & pientissimi Archiepiscopi Apostolica sedis, magna Roma Celestini Vicario, & pientissimis & sanctissimis Episcopis, Arcadio, Iuuenali, Flauiano, Firmo, Theodoto, Acatio, Euprio, sancta & vniuersalis Synodus, qua gratia Dei edicto pientissimorum Regum in Ephesinorum Metropoli congregata in domino salutem.




**A**dmoniti à pientissimis Christique amantiſſimis Regibus, vt mittatur Legati pro toto orbe, qui propter eos qui nobiscum in Ephesiorum vrbe congregati sunt, anxius est, vnanimi calculo decreuimus, & legationis prouinciam (vt pro recta fide & pro sanctis fratribus) sanctis & Dei amantiſ. Archiepiscopo Cyrillo, & Dei amantiſ. Coepiscopo Memnoni iniunximus. Vtrorumque autem securitatis, & vestrorum & nostrorum habentes curam, hoc mandatorium diploma instruximus: vt & sciatis, propter quæ nos miserimus, & vestra pietas cognoscat, quod nihil præter hæc facere debeatis,

Ante omnia igitur sciat vestra sanctitas, quod cum Ioanne Antiocheno, & cum apostatarum concilio comunione nullo modo habere debeatis, eo quod noluerunt nobiscum deponere impietatis præconem Nestorium, sed illi vsque ad abitionem vestram patrocinati sunt, ausi contra omnes canones condemnare sanctissimum, Deique amantiſſimum Archiepiscopum Cyrillum, & sanctissimū Deique amantiſſimum Episcopum Memnonem. Prætereasque ad id tempus in Nestorij dogmatis defendendis anxij sunt. Sunt item inter eos Celestiani & depositi, audentque totius orbis Synodum hæreticam appellare. Iam si necessitas quædam se obtulerit, adeundi Regem pientissimum, quoniam edicto amatoris Christi & pientissimi pro virili obediendum est: si noluerit prædicti subscribere depositioni Nestorij, per libellos veniam petere à sancta Synodo super iis, quæ temere in nostros præfides admiserunt, anathematizareque Nestorij dogmata, & abiicere eos qui eadem cum illo, vel sapiunt, vel sapere, denique & laborare nobiscum, vt restituantur nobis sanctissimi Archiepiscopi Cyrillus & Memnon: permittimus vestræ sanctitati his factis, polliceri quidem ipsis comunionem, scribere autem nobis, vt & vobis compaciscentibus perfecta cum ipsis pax constet. Verū non erit antea promittenda illis pax, nisi præfides suos recipiat sancta Synodus. Scire autem volumus vestram sanctitatem, quod si quid horū à vobis contemptum fuerit, neque sancta Synodus acta habeat rata, neque vos comunionis sinet esse participes. Subscripserunt episcopo 141

Innocentia Cyrilli & Memnonia

RELATIO SYNODI EPHESINAE missa cum prædictis episcopis & locum tenente papa, ad Reges, ubi & iuste damnati Nestorij causa redditur, & iniuste depositi Cyrilli, Memnonisq; innocentiæ defenditur aduersus Ioannem Antiochenum.

PIENTISSIMIS DEIQVE ET CHRISTI amantiſſimis Theodosio & Valeriano victoribus triumphantibus, semper Augustis, Synodus qua iuxta gratiam Dei & vestræ Maiestatis edictū in Epheso congregata est.



**M**nia quidem, o Reges amatores Christi, Regiæ Maiestatis vestræ acta laudem merentur, magnūq; pietatis zelū præ se ferunt. Eapropter vnanimiter omnes & singuli pro perpetua vestra incolumitate & imperio, preces domino Christo offerimus, orantes vt Christi amantiſſima vestra Maiestas orbi perpetuò seruetur. Quia autem & nūc nostris precibus flexa vestra pietas præcipit per Ioannem magnificentissimum & gloriosissimum Comitem, vt vniuersalis vestra Synodus ad vestram Maiestatem electos quosdam pientissimos mittat Episcopos, & coram omnibus causis exponant, merito gratias agentes Christi amantiſſimæ vestræ Maiestati, elegimus sanctissimos ac pientissimos Episcopos Arcadium, Iuuenalem, Flauianum, Firmum, Theodotum, Acatium, Euprium & Philippum presbyterum Romæ Celestini sanctissimi & pientissimi Archiepiscopi Apostolicæ sedis, magnæ Romæ locum tenentem. Quos his literis vestræ serenitati commendamus,



vt eos benignè videre & audire dignetur. Sciètes autem, quantum animavestra amat Christum, deoque sit dedita, maximè faciat Christum, qui pugnat pro vobis & vos seruat: seruentur, habeanturque in honore semper sacerdotes eius, iuxta id quod dictum est ab eo: Qui vos audit, me audit: & quivos recipit, me recipit. Confidimus, & quod nos conturbavit, idem & vos (sicut literis insertum est) conturbat: nos enim non ob aliam causam, qui Ephesi nunc sumus, quam vt iuxta vestrum pientissimum edictum de fide tractaremus. Quoniam enim prophana Nestorij dogmata eius immobilem à seculo tranquillitatem conturbauerunt, meritò super ea re consilium proposuimus. Post decimum & sextum diem p̄finiti termini, Nestorij suis decretis Ecclesiis conturbantem accersuimus. Verum quia ille malè sibi cōsciū comparare detrectauit: inquirètes impia dogmata, de domini Christi incarnatione ab illo scriptis exposita, ea ipsa anathematizauimus, & eorum patrè ab Episcopali dignitate omnino alienauimus. Ceterum Ioannes Antiochenus post vicesimum diem p̄stituti termini, quasi zelo fidei nos adiutus huc peruenit, congregatis apud ipsum Episcopis paulò minus triginta, quorum alij Celestiani, alij depositi multò antea fuerant, aduersus nostros p̄sides & orthodoxa fidei amulatores, secessit, sanctissimūque & pientissimum Archiepiscopum Alexandriae Cyrillum, & sanctissimum ac pientissimum coepiscopum Memnonem, neque accusatos ab ipso, neque citatos iuxta canonum rationem, depositionis contumelia affecit: & quasi communicarit cum ipso sancta & vniuersalis Synodus, in hanc contra illos iniustitiam ita pias & religiosas vestras corripuit aures. At sancta & vniuersalis Synodus (cui adidet & magna vestra Roma sanctissimus & pientissimus Archiepiscopus Celestinus, omnisque Occidentalis Synodus per eos, quos ad vos misit sanctos Episcopos (adidet autem & Africa omnis & Illyricum) legitime nota, ipsum p̄fectum Concilij apostatam Ioannem & ceteros, qui cum eo sunt, alienos ab omni Ecclesiastica communione esse decreuit, atque omni sacerdotali ministerio destituit: refutans omnia, quæ ab illis illegitimè facta sunt. Et quæ cum illis acta sunt, vestra Maiestati pridem literis significauimus: nunc verò his scriptis, & per hos legatos piētissimos Episcopos vestra pia genua protensis manibus attingimus, rogantes vt quæ violenter acta sunt cum sanctissimis & pientissimis Episcopis Cyrillo & Memnone, nullumque canonibus robur habentia, prorsus irritare: \* ita vt nostra Synodus capite non careat, & nos & omnes Christiani vniuerso orbe, luctu intolerabili indefinenter propter p̄sides \* conteramur, sed petitionum cōpotes consuetas preces \* vniuersi orbis Ecclesiis domino Christo offeramus, vt in seculum concedatur vestrum Christi amatissimum Imperium. Nam calumniam quæ contra illos facta est à Ioanne Antiocheno & sociis eius, ad omnes nos pertinet, eandem fidem habentibus cum p̄dictis, & cum eis sacerdotali ministerio fungentibus: eò quòd & omnis Occidentalis Synodus testimonium dat eis, rectam & inculpabilem eorum esse fidem. Et nos quoque de hoc certiores facti, cōmentariorum scriptis promulgauimus, quòd sint orthodoxi, sanctorumque patrum nostrorum sententiam in dogmatibus catholica & apostolica Ecclesie habeat. Oramus igi-

tur vestram Maiestatem, soluite & nos & illos à vinculis: vincis enim fratribus & p̄sibus sancte nostræ Synodi, etiam nos quodammodo vincis sumus.

**MANDATVM, QVOD ORIENTALES legatis suis episcopis dederunt, vt iudicent cum Legatis vniuersæ Synodi orthodoxis Episcopis in Constantinopoli. Sed hæc etiam aduersus D. Cyrillum.**



Anctæ Synodo in Epheso congregata, pientissimis & sanctissimis Ioanni Archiepiscopo Antiochenorum magna ciuitatis, & Paulo Episcopo Emissenorum, rationem reddente: & pro sanctissimo Episcopo Acatio Berroensi, & Imerio Episcopo Nicomedie metropolis, & Macario Laodicensium vrbis, rationem reddente: & pro Cyro Episcopo Tyriorum metropolis, & Apringio Episcopo Chalcidensium, rationem reddente: & pro Alexandro Episcopo Apamiæ, & Theodoro Episcopo ciuitatis Cyretanorum, rationem reddente: & pro Alexandro Episcopo Hieropolitanorum metropolis: & Heladio Episcopo Ptolemaidis, p̄sentes p̄sentibus mandabamus, quæ subordinata sunt.

Quoniam Ecclesiastica causæ gratia, propter quæ in hanc Ephesiorum vrbem omnes vocati sumus, p̄senti tēpore vestra nouit pietas, quod iuxta edictum pientissimorum Regum nostrorum in celeberrimam Constantinopolim citati sumus ad suffragandum veritati, fideique sanctorum patrum, & rectis dogmatibus, non tamen omnes iussi sumus esse vobiscum: operaprecium est, vt omnium nostrum mens, quasi p̄sentium manifesta fiat. Vnde propria habemus, quæ à nobis sunt, & pertinent ad timorem Dei, & pacificandam benèque ordinandam Ecclesiam. Quapropter hunc vobis libellum, quo mandatum continetur, fecimus: quo p̄cipimus & permittimus, perfectamque potestatem tradimus, quam & nos, si p̄sentes essemus, haberemus, vt quum vos gratia Dei in p̄dictam magnam ciuitatem perueneritis: siue apud pientissimum Regem opus fuerit. siue in consistorio, siue in sancto cōuentu, siue patrum Synodo, de his, quæ inquiruntur, sermo habeatur: hac valeatis libertate dicendi, sapientiæque ac diligentia (vt vos decet) adferre pro communi Ecclesiarum vsu: laborem hunc suscipientes pro nobis omnibus, scilicet manentibus, & comitantibus, & amantibus, & tanquam acta essent, habentibus omnia quæ à vobis in hac causa agitis, & acturi estis, & istuc ipsum oramus vestram sanctitatem, ne quod communi vsui profuturum \*, & ad gloriā domini Christi, facere minus alacres sitis. Iam si videbitur & synodalis Epistola cum omnium subscriptione mittenda, confitemur omnes communiter & singuli, omni alacritate nos subscripturos, & ad pium exercitum missuros. Quippe manifestum est, quod Capitula, quæ à Cyrillo Alexandrino adiecta ad fidem patrum, qui in Nicæno Cōcilio, tanquam hæretica modis omnibus & à Catholica & Apostolica Ecclesia aliena, eiiciantur.

Alexander Episcopus Hierapolis metropolis: Si quid iuxta expositam fidem à sanctis patribus feceritis, neque adieceritis aliquid fidei sanctorum patrum

rum, reprobantium hæretica vlla Capitula Cyrilli Alexandrini, consentio. Huic enim expositioni fidei, etiam cum sancta Synodo vobiscum subscripsi. Dorotheus Episcopus Martianopolis secundæ Mysiæ subscripsi, similiter commendans, vt p̄missum est. Conscripterunt autem & ceteri omnes.

**EXPOSITIO FIDEI, QVAM DE DERUNT Orientales Episcopi Legatis suis in Constantinopoli, aduersus sententiam & scripta D. Cyrilli.**




Anctæ Synodi tam Orientalis diœceseos, quam adiunctorū eius, ex diuersis diœcesibus & prouinciis congregati, Bithyniæ, Cappadociæ secundæ, Paphlagoniæ, P̄sidiæ, Europæ, Mysiæ, Rodopes, Thessaliæ, Daciæ, subsequenti colloquuti sunt.

Propter Ecclesiasticas quæstiones nuper exortas conuocati in Ephesiorum ciuitatem, ab his qui ad iustè regendum à Deo probati, sapienterque & pie subditos dirigunt, sine mora in p̄dictam venimus ciuitatem. Non multo autem tempore exacto, propter factas à Cyrillo Ægyptio turbas, secundoque ac tertio literis à pientissimis Imperatoribus acceptis (qui adhortantur, vt omnes Christi Ecclesie vinculo pacis vniantur, contentæque fide quæ in Nicæa à sanctissimis patribus exposita est, explodamus offendicula, nuper scilicet exorta) attentauimus quidem persuadere Episcopis, Ægyptio illi consentientibus, qui hæreticis articulis ab eo expositis subscribere, vt illa quæ manifestè fidem orthodoxam offendunt, amputent, cōtenti expositione, quæ in Nicæa facta est iuxta edictum pientissimorum nostrorum Regum. Cum autem nequiuimus ipsis persuadere propter malam eorum p̄sumptionem, coacti sumus nos, qui in sana patrum fide permanemus, & nihil noui in illam inferri permittimus, eam scriptis exponere, & subscriptionibus nostræ confessionis solidare. Contenta enim paucis verbis expositio, & exactam docebit pietatem, & veritatis demonstrans semitam, hæreticæ impietatis reprehendet errorē.

Credimus in vnum Deum patrem, Deum potentem, omnium visibilibus & inuisibilibus factorem, & in vnum dominum Iesum Christum, filium Dei genitum, ex patre vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantiali patri, per quem omnia facta sunt, tam quæ in cælo, quam quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, homoque factus, passus, resurrexit tertia die, ascendit in cælos, & venit iudicare viuos & mortuos. Et in sanctum spiritum. Eos autem, qui dicunt: Erat aliquando, quando non erat, & priusquam nasceretur, non erat, & quod ex nihilo factus sit, vel ex alia substantia vel essentia, dicentes esse conuertibilem & commutabilem filium Dei, anathematizat sancta Catholica & Apostolica Ecclesia. Ista est fides, quam exposuerunt patres, primū quidem contra Arrium blasphemantem & dicentem, creaturam filium Dei, & contra omnem hæresim Sabellij, Photini, Pauli Samosatani, Manichæi, & Valentini, ac Marcionis, & contra omnem hæresim, quæ in Catholica & Apostolica Ecclesia surrexit, quos con-

demauerunt in Nicæa ciuitate congregati trecenti decem & octo Episcopi. In hac fide manentes omnes confitemur, & nos qui in Epheso conuenimus, & ij qui in nostris prouinciis agunt pientissimi Episcopi, qui pacti sunt se mansuros in omnibus, quæ à nostris aguntur. Itaque obtemperamus sapienti, qui dicit: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Quæ autem nuper à Cyrillo Alexandrino exposita sunt hæretica Capitula, quibus & Anathematismos superfluos & friuolos coniunxit, attentans suffragio & subscriptione Episcoporum stabilire, eiicit, ac alienos ab orthodoxa fide censet sancta, quæ in Epheso congregata est, Synodus.

**REPETITIO PRIMA SEPTEM Orientalium Episcoporum, missa Regibus ex Chalcedone, vt D. Cyrilli causa p̄iudicaretur, & illi iam liberè abire possent veluti victores.**



Random erat, ne à quopiam alio in expositionibus absurdus sermo pietatis amitteretur, maximè autè ne ab his, qui sacerdotium, p̄fecturamque Ecclesiarum sortiti sunt: quos, nescimus quomodo, p̄sidi cupidas & ambitio, frigidæque promissiones quædam, ad contemnenda semel omnia Christiana mandata induxerunt, idque hoc solo animo, vt seruiant viro, qui p̄sumit ac sperat, se & auxilium sibi ferentes omnia rectè gesturos: dicimus Alexandrinum Cyrillum, qui sola nugacitate in sanctas dei Ecclesias hæretica introduxit dogmata, eaque confidit se argumentis comprobaturum, & correctionem peccatorum effugere, solo Memnonis & p̄dictæ conspirationis Episcoporum ministerio sperauit. Quapropter nos, qui silentium alioqui amamus, & in ceteris philosophicè agendum censemus, nunc silentium, & eius sapientiæ studium, fidei iacturam \* fingentes, ad solos vos post supremam virtutem, orbis seruatores, precando vertemur: quandoquidem scimus \* proprietate sollicitudinem vobis peculiariter conuenire, vt potè is, qui vsque in hoc tempus custodierint, vicissimque per illam custodiatur. Suspensos autem hos libellos offerimus, tanquam coram sanctissimo Deo exhibenda esset nostra excusatio. Nō quod pro religione minus alacres fuerimus, sed pietati studentes & pro ea sermone facientes. Nihil enim est, quod Christianorum temporibus sacerdotes magis facere deceat, quam vt coram tam fideli Rege testimonium ferat: etiam si parati essemus vitam ac corpora nostra in fideli discrimine millies exponere. Idcirco propter Deum, qui videt omnia, & per dominum Iesum Christum, qui iudicaturus est omnes in iustitia, per spiritum sanctum, cuius gratia Regnum gubernatis, & per electos angelos, qui vos custodiunt, quos adstantes videritis terribili throno, & horrendam illam sanctificationem semper Deo offerentes, quam nunc quidam adulterare nituntur: pietatem vestram, quæ obfiderit vafritie quorundam (id re ipsa adimentium, & hæretica capitula fidei introducta stabilientium, quæ omnino à sanis dogmatibus aliena sunt, & cū hæreticis opinionibus conueniunt) obsecrauimus, vt vel si quis illis subscribat vel consentiat, & post promissam à vobis veniam \* contendere ultra nolit, p̄cipias illum in medium venire, & ecclesiasticis pœnis

Luc. 10.

Nestorii dā-  
tati causa.

Ioannes An-  
tiochenus.

Cyrilli &  
Memnonis  
innocentia.

Velitis.

Non.  
In.

Ægyptiis  
Cyrillus.

Orientaliū  
professio,  
sua fides Ni-  
cæna.

Prou. 2.26

Rectius cen-  
sentes aut  
astimantes.  
Forte, pro  
pietate.

al. cōuenire.

pœnis subiaccere, quo pugnare pro pietate melius possis. Nihil enim o Rex magis regium fuerit, pro quo & cum Persis & aliis barbaris prælia committere festinasti, reddente tibi Christo pulchras victorias pro hac tua in ipsum alacritate. Obsecramus autem, ut fiant apud pietatem tuam quæstiones in scriptis: sic enim facilius dignoscuntur, & in omne posterum tempus reprehenduntur peccates. Si autem quis sermones, pro quibus delinques fuit negliges, voluerit per præceptum rectæ fidei præualere, tua iustitiæ ac iudicij fuerit attendere, num & ipsam doctorum appellationem abiecerint ij, qui de dogmatis introducunt, periclitari grauantur, & prædictis subiici nolentes, ut non redarguantur impie egisse, neque refutare ea digna putantes, ut mutua eorum conspiratio non habeatur inutilis. Iam enim per ordinatos manifestum est, quosdam ex illis pro hac impietate meditados esse, ut dignitatibus concessis nonnullos demerantur, & alios quosdam modos exco-gitasse. Et ob id manifestius obstat, & videbit eos pietas tua non multo post proditiōis suæ mercedē, quasi spolia fidei Christi, distributuros. At ex nobis quidam a pientissimo Iuvenale Hierosolymitano olim ordinati siluimus, quamuis pro canonibus certandum esset, ne videremur nostræ gloriæ causa dolere. Et nunc quoque illius studia & præstigijs tales per Phœnicen secundam & Arabiam non ignoramus. Sane de illis nobis non vacat curam habere, qui ciuitatibus ipsis, quarum nobis ministerium cōtraditum est: atque adeo vita nostra destitui maluimus, quam ista, pro fide, promptitudine. Verum aduersus illorum conatus Dei ac vestræ pietatis iudicium opponemus. Nunc autem oramus, ut vna ac primaria pietas curetur, & ne orthodoxæ religionis splendor, qui vix tandem sub sancti nominis Constantino irradiavit, & per beatissimos auum & patrem vestræ pietatis confirmatus est, a tua autē Maiestate etiam in alias barbaras gentes, & in Persarū gentem prorogatus est: nunc ipsis Regiæ aulae penetrantibus languescat, & apud vestram turbetur serenitatem. Non enim duplices in Persidem o Rex mittas Christianismi doctrinas: neque nostra magnum aliquid erunt, nobis discordia laborantibus, nemineque existente apud illos, qui diiudicet. Neque quis geminis communicabit verbis & sacramentis, neque certe pie a tantis patribus & in condemnatis sanctis desciscet, sed neque Regni commoda tribuenda erunt his, qui diuersa inter se sentiunt, neque paruus inde vsus, pietatis hostibus excitabitur: & innumera alia malignæ cōtentionis ipsorum quis enumerarit nouimenta? Si autem quis est, qui parui faciat cœlestium rationem, talis fit potius quicumque olim, quam is cui omnem orbis potestatem dominus dedit. Nostræ autem preces sunt, ut iudicium a tua pietate accipiamus. Mentem enim tuam ad exactam eorum, quæ inquiruntur, comprehensionem Deus inducet. Demum si quid nūc prohiberet (neque enim tuæ pietatis negocia omnia nota esse possunt) petimus a tua serenitate, ut ad propria tuto & feliciter commigrare nobis liceat. Nam videmus ciuitates nobis commissas, ex tali mora non parum offendi propter eos, qui etiā in rebus pijs, ut videtur, contentionem quærunt: nulla inde proueniente utilitate.

**P**ETITIO ORIENTALIVM EPISCOPORVM SECUNDA, MISSA REGI A CHALCEDONE AD OBRUENDAM CAUSAM DINI CYRILLI.



penumero pietatem vestram, & per nos ipsos, & per eos, qui a nobis misi sunt, docuimus, quod rectæ fidei corruptioni obnoxium dogma videatur, & quod ij discerpere videantur Ecclesiæ corpus, qui omnia sūtque deque faciunt, & omnem ecclesiasticam constitutionem, omnemque Regiam legem cōculcant, vniuersaque simul confuderunt, ut expositam hæresim a Cyrillo Alexandrino confirmet. Nam ut a vestra pietate in Ephesum vocati sumus, ad inquirendum quæstiones, quæ pullularunt, & ad confirmandum fidem Euangelicam & Apostolicam a sanctis patribus expositam, nondum omnibus presentibus conuocatis Episcopis ijs, qui particulare Concilium habuerunt (hæretica illa capita, quæ cū Arrii & Eunomij & Apollinarij impietate conueniunt, scriptis commentarijs roborarunt, & alios quidem deceperunt, alios verò terruerunt, alios autem de hæresi accusatos in communionem susceperunt, & alijs qui non communicabāt, mercedem, ut communicarent, dederunt: alios demum spe honorum, quibus indigni erant, accenderūt, & ita multitudinem sibi congregarūt: quasi nescientes, quod quam religionem non multitudo, sed veritas ostendit) iterum lectæ sunt vestræ pietatis literæ per magnificentissimum Comitum Candidianum, significantes, quod pacifice & fraterne quæstiones, quæ exorta nuper sunt, inquirantur. Verum conuenientibus omnibus pientissimis Episcopis, nihil profuit lectio. Venit nobilis Palladius Magistrianus, alias vestræ Maiestatis literas adferens, docentes rescindenda esse omnia, quæ particulariter constituta fuerunt, & Concilium denuo congregandum, ve rumeque dogma faciendum. Contemptum est autem & hoc more solito pium vestrum mādaturum ab his, qui omnia audent. Aduenit rursus magnificentissimus Magister Ioannes, qui tunc Comes omnium largitionum, alias iterum adferens literas, significantes, quod a vestra Maiestate trium depositiones decretæ sint, tollendaque e medio suborta offendi-cula, solamque fidem in Nicæa expositam a sanctis & beatis patribus, ab omnibus confirmandā. Transgressi sunt, ut solent, & hanc legem ij, qui omnia pro ludibrio habent. Enimvero nec post lectionem a cœptis destiterunt, & communionem habuere cū depositis, & meminerunt eorum tanquam Episcoporum, non permittentes ut capitula ista in damnū & corruptionem piæ fidei exposita exploderentur, tametsi a nobis ad colloquium sæpius accessiti fuerint. Habebamus enim in promptu hæreticorū capitulorum argumenta. Horum nobis testis est magnificentissimus Magister, qui nobis & illis tertio ac quarto conuocatis, & hæc nec prætere audent propter illorum inobedientiam, operæ precij duxit, posthac huc nos vocari. Aduenimus, nihil remorati, nec quieuius, donec huc perueniremus, & apud vestram pietatem, & apud illustre consistorium obsecrantes, ut ipsi certamen hoc pro capitulis susciperent, ac in colloquium venirent, vel ea tãquam aliena a recta fide exploderent, manentes in sola

Nō hæretici statim, qui cum Cyrillo credūt alia præter symboli fidei.

sola expositione fidei beatorum patrum, qui in Nicæa conuenerant. Et hi quidem nihil horum facere voluerunt, sed manentes in hæretica contentione permisi sunt Ecclesias frequentare, & sacerdotio fungi: nos verò synaxi destituti mansimus tanto tēpore, & in Epheso & nunc, innumeraque pericula & illic & hic pertulimus, & quum lapidaremur, & tantum non perderemur a seruis Monachorum habitu indutis, boni consulimus, utpote pro pietate talia libenter perferentes.

Post hæc visum est vestræ Maieitati, ut iterum nos ad illos conuocaremur, & ut ad inquirenda dogmata, inobedientes compellerentur. Hæc ut fierent nobis expectantibus, vestra pietas in ciuitatem profecta est, & eos quidem, qui de hæresi accusabantur, & propter hoc alios ex his depositos a nobis, alios verò excommunicatos, & deinde canonicis pœnis subiiciendos, præcepit ut in ciuitatem venirent, sacerdotio fungerentur & ordinarent. Nos verò qui pro pietate tantum certamen suscepimus, & pro rectis dogmatibus nullum non periculum sustinimus, neque ingredi in ciuitatem iussit, ut fidei periclitantis negocium ageremus, & pro rectis dogmatibus vgeremus, neque ad propria remigrare permisit, sed sumus in Chalcedone tristes ac gementes in Ecclesia, quæ exercetur schismate.

Idcirco qui nullum responsum obtinemus, necessarium duximus presentibus literis, ut doceremus vestram pietatem coram Deo & Christo ipso, ac sancto spiritu, quod si quis ordinatus fuerit, antequam discutiantur recta dogmata, ab his qui hæretica sentiunt, necesse ut tota Ecclesia scindatur, tam clero quā plebibus disidentibus. Nullus enim piorum feret, hæretica colentibus communionem dari, propriamque salutem annihilari. Vbi autem hæc futura sunt, tunc vestra pietas præter suam mentem agere cogetur. Nam & schisma præter sententiam inualescet, & eos qui pro pietate certant, contristabit, non ferentes ut suæ animæ pereant, & contentiosis impia Cyrilli dogmata, quæ iustificare volunt. Multi autem qui pietati student, & omnes nos qui ex Orientali diœcesi, & vestræ prouinciæ ex diœcesi Ponti & Asiæ & Thraciæ & Illyrici & Italiarum: non Cyrilli dogmata admitti sinent, qui & vestræ pietati librum beatissimi Ambrosij miserūt, aduersa pullulanti huic superstitioni docentem. Quapropter ne hoc eueniat, & vestra pietas magis conturbetur, supplicamus, precamur, obsecramus, ut edicat, ne ordinatio antea fiat, donec orthodoxa fides formetur, propter quam & nos congregauit vestra quæ Christum amat, Celsitudo.

**P**ETITIO TERTIA ORIENTALIVM EPISCOPORVM, SIMILITER A CHALCEDONE MISSA AD IMPERATOREM, UT REVM D. CYRILLVM PERAGERENT.



On hunc euentum sortituram vestræ pietatis expectabamus vocationem. Vocati enim honestè sumus tanquam sacerdotes a Rege, & vocati sumus ad confirmandam sanctorum patrum fidem. Propterea etiam tanquam pio Regi obedituri aduenimus. Vbi autem venimus, neque Ecclesiam minus sequuti sumus, neque vestrum cōtempsum edictum: sed vestros nutus sequuti sumus continue

ab eo die, quo in Ephesum peruenimus vsque in hodiernum. Veruntamen, ut videtur, nihil nobis profuit in hoc seculo modestia nostra: imò etiam plurimum, ut videmus, obfuit. Nam nos quidem, qui sic vos habuimus, vsque in præsentem diem in Chalcedone tenti conseruati sumus, nunc autem ad propria dimittimur. Hi verò, qui omnia confuderunt, & orbem turbellis implerūt, & Ecclesias discerpere contendunt, & pietatem manifestè oppugnant, sacerdotio funguntur, Ecclesias congregant, & ut putant, auctoritatem ordinandi habent, nimirum illicite ab illis petitam, seditiones in Ecclesia excitant, quæ expendenda in vsu pauperum, in suos insumunt milites. Ceterum non illorum tantum, sed & noster Rex es. Non enim parua portio regni tui est Oriēs, in qua semper recta fides refulsit, & cum hac etiam alię prouincię & diœceses, e quibus congregati fuimus. Proinde ne despiciat vestra Maieestas fidem, quæ adulteratur, in qua & vos baptizati estis & vestri progenitores: in qua & Ecclesiæ fundamenta sunt iacta: propter quam sanctissimi martyres innumera mortis genera cum voluptate susceperunt: cum qua & Barbaros vicistis, & tyrannos destruxistis: qua & nunc opus habetis in bello, quo Aphricā premitis. Est enim Deus omnium, commilito vester, si pro pijs eius dogmatibus laboraueritis, & prohibueritis corpus Ecclesiæ dirumpi: dirumpetur enim, si opinio, quam Cyrillus fidei induxit, & alij hæretici confirmarunt, inualescat. Hæc sæpe quidē coram Deo & in Epheso & hic testati sumus, & vestram pietatem docuimus, rationem illi, ut coram omnium Deo, reddentes. Exigit enim & hoc a nobis, sicut diuinæ scriptura, Prophetice & Apostolicæ docent. Etenim beatus Paulus clamat: Testificor coram Deo, qui mortuos viuificat, & domino nostro Iesu Christo, qui testificatus sub Pontio Pilato bonam confessionem. Et Ezechieli præcipit Deus, ut annunciet populo, & minas adiicit dicens: Nisi annunciaueris, sanguinem de manu tua requiram. Timentes itaque hoc iudicium, necessarium existimauimus iterum docere vestram Maiestatem, quod ij qui permisi sunt Ecclesias habere, in Ecclesijs docent, quæ Apollinarius, & Arrius, & Eunomius: illegitime & contra canones sacerdotio funguntur: & animas eorum, qui se accedunt, si quis & ipsos volet audire. Nam per diuinam gratiam, cui omnium hominum cura est, & qui omnes vult seruari, maxima pars populi sana est, & pro pijs sollicita est dogmatibus. Propter illos maximè dolemus, & quia vita cruciamur, timentes ne paulatim serpens morbus plures comprehendat, communēque malum fiat. Hæc nos vestram serenitatem docemus, & docere non desistimus, & precamur vestram Maiestatem, ut nostris precibus annuat, & nihil sinat adici ad fidem sanctorum patrum, qui in Nicæa congregati fuerunt. Quod si & post hanc nostram obsecrationem, hanc quæ coram Deo data est, doctrinam non susceperit vestra pietas, nos etiam puluerem pedum excutiemus, & clamabimus cum beato Paulo: Mundi sumus a sanguine vestro. Non enim cessamus nocte & die, ab eo die, quo in hanc celebrem Synodū aduenimus, & Regi & principibus & militibus, & sacerdotibus & laicis testari, ne amittamus traditam nobis a patribus fidem.

Locus obscurus.

Constantinus Christianæ pietatis illustrator.

Porte, anisus

Rationes fidei non adulerandæ.

Cyrillus etiam incusatus hæresicos.

Ephes. 6.

Ezech. 3.

Desi forte occidit aut ledunt.

Acto. 26.

**EPISTOLA EORVNDEM AD SVOS**  
in Epheso, vt obarment se mutuo in diuini  
Cyrilli perniciem.

**SANCTISSIMAE ET PIENTISSIMAE**  
Synodo, quæ in Epheso, Ioannes, Ioannes, Paulus,  
Macarius, Apringius, Theodoretus, in  
domino salutem.



**D**ostquam in Chalcedoné venimus  
(nam in Constantinopolim neque  
nos, neque aduersarij nostri intrare  
permisi sumus propter seditiones  
bonorum monachorum) fama ac-  
cepimus, quod ante octo dies prius  
quam compareremus (en gloriâ pientissimi Re-  
gis) dominus Nestorius, ab Epheso dimissus sit, vt  
eat quo liberet. Vnde valde doluimus, quandoqui-  
dem \* verè ea, quæ illicitè & absque iudicio facta,  
iam robur habere videntur. Sciat autem vestra san-  
ctitas, nos promptos, pro fide certam en inuituros, &  
certare velle ad mortem vsque. Expectamus autem  
hodie, hoc est, vndecima mensis Gorgiæ, transitu-  
rum pientissimum nostrum Regem ad Ruffinianû,  
& illic causam auditurû. Precetur igitur vestra san-  
ctitas, vt dominus Christus nos adiuuet, quo valeamus  
sanctorum patrum fidem roborare, & in dam-  
num sanctæ Ecclesiæ exorta Capitula, radicibus di-  
scerpere. Eadem vt & vestra sanctitas sentiat ac fa-  
ciat obsecramus, maneaturque in sua pro fide ortho-  
doxa alacritate. Porro cû scripta esset epistola, non-  
dum occurrerat nobis dominus Imerius, nam for-  
tassis impeditus est in itinere. Cæterû nihil vos tur-  
bet, speramus enim tristitia extinguenda, & veritatè  
effulsurâ, modo vestra pietas strenue nos adiuuet.

**ALIA EPISTOLA EORVNDEM**  
de victoria intempestiue gloriantium,  
ad eosdem.



**R**ecibus sanctitatis vestræ datus est no-  
bis accessus ad pientissimum Regem  
nostrum; diuinæque gratia his, qui di-  
uersa sentiunt, in certamine superiores  
facti sumus, quia omnia quidem nostra  
accepta fuere apud Christi amantissimum Regem.  
Lecta autem sunt oblata ab illis, & quæ visa sunt in-  
digna, vt reciperentur, neque vllam consequentiam  
habebant, reiecit. Cyrilli enim sursum ac deorsum  
memores erant, orabantque illum accersiri, vt  
ipse pro seipso rationem redderet. Vsq; enim ad  
præsentem diem non obediunt, sed audierunt,  
quod oporteat sermones de pietate, hoc est, de ra-  
tione fidei haberi, & firmatam esse fidem beatorû  
patrum. Redarguimus & Acatium, qui in commen-  
tariis posuerat, passibilem esse deitatem. Quod vsq;  
adeo grauatum tulit pius Rex noster, vt excuteret  
pallium, & retrorsum cederet præ blasphemiam ma-  
gnitudine. Scimus autem & totum cõsistorium nos  
valde habere acceptum, quod pro pietate certamus.  
Visum igitur est pientissimo nostro Regi, vt vnus-  
quisq; suum sensum exponat, & suæ pietati offerat.  
Respondimus autem nos, quod impossibile est aliâ  
fieri expositionem, quam eam, quæ in Nicæa à bea-  
tissimis patribus facta est, & placuit eius Maiestati.  
Proposimus igitur illâ, in qua vestra sanctitas sub-

scripsit. Cæterum omnis populus Constantinopo-  
litanus iugiter ad nos venit, orans vt strenue pro fi-  
de pugnemus, multumque laboremus ad retinendû  
eos, vt ne videamur occasionem dedisse aduersariis.  
Misimus autem exemplar expositionis, vt duo ex-  
emplaria fiant, duobusque illis subscribatis.

**EXEMPLARIA ORIENTALIUM**  
ad eos, qui Constantinopoli sunt fratres, vt Cyrilli  
causam & scripta opprimant, suam  
verò sententiam corroborent  
ac sectam.

**OMNIBVS MODIS PIENTISSIMIS**  
& sanctissimis ac religiosissimis Coepiscopis, Ioanni,  
Ioanni, Imerio, Paulo, Macario, Apringio, Theo-  
doreto, Helladio Episcopis, Synodus quæ  
in Ecclesia Ephesi congregata, in  
domino salutem.



**Q**uoniam didicimus vestros pro re-  
ligione labores, cum diuina Regis  
nostri, Christum amantis, & pientis-  
sissimi, cognouimus experiètia do-  
minum Iesum Christum Ecclesias  
suas non derelinquere. Qui sanè &  
vobis orthodoxis docentem gratiam exhibuit, ad-  
uersariosque multo rubore cõfudit, pientissimum-  
que nostrum Regem rectæ fidei sanctissimæ Eccle-  
siæ accedere fecit. Confidimus autem quod & vo-  
bis, libertate sacerdotibus Christi digna, certanti-  
bus, & pientissimi nostri Regis vita per Deum sal-  
ua, pacificum finem res habituræ sint. Infamentur  
hæretica, vt per totum orbem in Ecclesiis iterû san-  
ctorum patrum orthodoxa fides relucescat. Verum  
aduersarij non cessant vsque in præsentem diem so-  
litam exercere tyrannidem, eo quod nullam indig-  
nationem experti sunt. Vbiq; enim in Ecclesias  
illicitas depositiones mittentes, turbant & clerum  
& plebem. Subscripsimus item in duobus exempla-  
ribus, quæ à vestra sanctitate nobis sunt missa. Pro  
quibus oramus, vt contra pullulantem impietatem,  
pro veritate certantes, vsque ad sanguinem obstatis,  
scientes quod cum vestra sanctitate concordant  
ea, quæ nos cõfitemur. Parati etiam sumus prius  
mori, quam suscipere vnum ex hæreticis Cyrilli  
Alexandrini Capitulis. Quæ autem ad personarum  
dehonestationem attinent, perpetuo silentio abro-  
gamus. Qui enim recipiunt eum in hæreticis illis  
commentariis (hæretica commentaria, vt scitis, pa-  
trum fidei coniunxerunt) hac ratione declarant se-  
ipsos hæreticos, & ab orthodoxa fide alienos. Quo-  
modo igitur oro fieri potest, vt duo hæc diuersa, de-  
positio & Capitula conueniant? Nam si fide digni  
sunt, qui eum recipiunt, digni fide erunt & in Capitu-  
lis hæreticis, quæ exposuerunt: si autem Capitula  
redarguunt eos hæreticos, omnino hæreticorum est  
& depositio. Hæc autem & ad pientissimum nostrum  
Regem scripsimus, misso exemplari, vt quod operæ-  
pretium videbitur, faciatis. Non minor enim nobis  
solicitudo est, quam pro veritate ipsa, ne si depõsi-  
tio, quæ ab hæreticis facta robur accipiat, valeant &  
hæretica Capitula, & alia quæ ab illis cõtra multos  
sacerdotes facta sunt. Bona nobis fiducia est, quod  
vestra sanctitas hæc omnia doceat, & illa faciat, quæ  
contra omnia quæ ab hæreticis facta sunt, irritent,  
siue depositionem siue excommunicationem, idq;  
tam

Constantinopolitani  
causam D.  
Cyrilli con-  
stant.

Alexandri-  
anus.

tam Synodali rescripto, quàm Regio edicto. Non  
ignorat enim vestra pietas, quod habemus quosdam  
Episcopos nobiscum, desolatos in suis prouinciis.  
Demum misimus vestræ sanctitati recens factâ ex-  
positionem ab Alexandrino hæreticorum Capitu-  
lorum, euidentius etiam per illam ostendente suam  
impietatem. Sicut & rogauimus vestram sanctitatè,  
dignemini curare, vt nos statim dimittamur, maxi-  
mè quia nunc hyems instat.

**RELATIO ORIENTALIUM EPI-  
scoporum in Epheso ad Reges Theodosium & Va-  
lentinianum, vt in horum odium pertra-  
hant diuum Cyrillum.**


**PIENTISSIMIS ET CHRISTI AM A-  
toribus Regibus Theodosio & Valentiniano Au-  
gustis, à sancta Synodo, quæ in Epheso  
congregata.**



**D**octi ex sanctissimorum & pientissi-  
morum ministrorum nostrorû literis,  
qui pro tota Synodo ad vestrum pi-  
um exercitum peruenerunt, tum quod be-  
nignus illis ad vestram pietatem patue-  
rit accessus, tum quod Maiestas vestra multum pro  
orthodoxa fide zelet: gauisi sumus, quasi præsentem  
prædictis serenam vestræ pietatis faciem simul in-  
tueremur. Cognouimus enim, quomodo ea, quæ ad-  
uersariis, vestro iusto iudicio minus fuere accepta:  
sanctorum autem patrum, qui in Nicæa, fides, pro  
qua & præsentem pientissimi Episcopi & nos solli-  
citi sumus, receptionem meruit. Credimus itaque  
Deum sic instituisse vestram pietatem, ne quo mo-  
do commoueretur apostolica fides, per quam à pro-  
genitoribus Regnû habet vestra Maiestas, omnès-  
que alienas nationes subditas habet. Et propterea  
gratiarum actiones & continuas preces solito mo-  
re, cum magno gaudio, domino Christo offerimus.  
Quoniam autem sub vestro Imperio magna quædam  
fiducia est sacerdotibus, confidimus etiam ea, quæ  
nos mæore conficiunt & sollicitudine, cognouisse  
vestram Maiestatem, illorûque remedium petere.  
Vnde oramus, & ante vestigia vestra prouoluimus,  
vt nos cum longanimitate humiliantes vestræ pie-  
tati suscipiatis, & iuste petentes, de offensa persona,  
ab his, qui receperunt hæretica Capitula Cyrilli Ale-  
xandrini, & in Deum ipsum impiè egerunt. Nam qui  
introduxerunt hæretica Capitula, & turbauerunt  
sanctorum patrum fidem, hanc ipsorum partem in  
ipsis commentariis, etiam illicitam depositionem  
fecerunt. Et credimus non visum fuisse incorrupto  
vestro & recto iudicio, iustam illorum stare condè-  
nationem, quos condemnari manifestè oportet, vt-  
pote conuictos hæreticos. Quæ autem particulari-  
ter sequutura sunt ab illis, & contra Ecclesiasticas  
constitutiones, & contra pientissima vestra scripta,  
iam à multis didicit vestra Maiestas, si in nullo ab ip-  
sis offendatur, vestrisque edictis non oblucentur, &  
Ecclesiasticam fidem prædicet. Nam etsi milles fu-  
giens, tumultus caueat, & ipse priuatim agere ma-  
lit: opus tamen, ne fides iacturam ferat, eò quod ille-  
gitima ista depositio, ab his qui hæretica Capitula  
introducunt, facta sit.

Per aposto-  
licam fidem  
stant & flo-  
rèt imperia.

**EPISTOLA THEODORETI EPISCO-  
pi Cyri ad Alexandrum Hieropolitanum scri-  
pta à Chalcedone, quanta nimirum dexte-  
ritate & vafritie causam sectæ suæ  
ageret apud populum & Im-  
peratorem, vt Nestorium  
Cyrillo anteponeret.**



**N**illum humanitatis, nullum asperi-  
tatis, nullum adhortationis, nullû  
declamationis genus omisim, quo  
apud pientissimum Regem & illu-  
stre cõsistorium non sumus vsi, te-  
stificantes coram Deo, qui omnia  
videt, & domino nostro Iesu Christo, qui iudicaturus  
est orbem in iustitia, & spiritu sancto, & electis  
eius angelis, ne contemnatur fides, quæ ab his qui  
hæretica dogmata suscipere, & his subscribere ausi  
fuere, adulteratur: & vt præcipiatur solum exponè-  
dam sicut in Nicæa, & abiiciendam esse superindu-  
ctam hæresim, ad damnum & perniciem pietatis.  
Et vsque in hodiernû diem nihil efficere valuimus,  
nunc huc, nunc illuc auditoribus sese ferètibus. At-  
tamen nos nihil horum dehortari potuit, vt ab vr-  
gèdo proposito desisteremus, sed persequuti sumus  
causam, Dei gratia. Cum iuramento enim pientissi-  
mo nostro Regi suauimus, quod impossibile sit no-  
bis Cyrillum & Memnionem conciliari, & quod fie-  
ri nequeat, vt aliis communicemus, qui non antea  
eiecerint hæretica Capitula. Itaque nos quidè hanc  
habemus mentem. Studium autem est his, qui sua ip-  
forum quærunt, non autem quæ Iesu Christi, vt cõ-  
ciliantur eis & præter mentem nostram. At non est  
vobis eius rei cura. Deus enim nostrum propositum  
exigit, & virtutem explorat: neque supplicia irrogat  
propter ea, quæ præter mentem fiunt.

De amico autem sciat tua sanctitas, quod si quã-  
do eius faceremus mentionem, vel apud pientissi-  
mum Regem, vel apud illustre cõsistorium, defe-  
ctionis notaremur. Tãta sunt eorum qui intro sunt,  
erga illum inimicitia. Et hoc est molestissimû, pientis-  
simum Rex præ omnibus aliis auersatur nomen,  
manifestè dicens: De hoc mihi nullus loquatur, spe-  
cimen enim semel ipse dedit. Attamen dum hic su-  
mus, non cessabimus omni virtute & eius patris cu-  
ram gerere, scientes factam illi ab impiis iniustitiã.  
Nobis quoque studium est, vt hinc liberemur, & ve-  
stra liberetur pietas: nihil enim hinc boni sperandû  
eo quod iudices ipsi omnes auro confidunt, & con-  
tendant vnam esse naturam deitatis & humanitatis.  
Populus autem omnis, gratia Dei, bene habet, & iu-  
giter ad nos egreditur: incepimus autem ipsis etiã  
differere, & celebrauimus cõmuniones maximas,  
& quarto illis enarratum est precibus tuæ pietatis  
de fide, & tanta audierunt voluptate, vt vsque ad ho-  
ram septimam non discederent, sed perdurauerint  
vsque ad æstum solis. In aula enim maxima, & qua-  
tuor habente porricus, multitudo congregata fuit,  
& nos superne concinabamur è suggestu prope te-  
ctum. Verum clerus omnis cum bonis monachis,  
valde nobis erat infensus, ita vt fieret collapdatio,  
quando à Ruffinianis post aduentû pientissimi Im-  
peratoris rediremus, & vulnerarentur multi ex lai-  
cis & falsis monachis, qui nobiscû erant. Non erat  
autem Rex pientissimus, quod multitudo congre-  
garetur contra nos, & solis nobis occurrens dice-  
bat:

Nestorium  
intelligit.

Theodoretus  
populum ad  
se pellit.

Nouerat,  
vel pr. bano  
tab.

Fre.

zelus Chri-  
stiani casu-  
m.



bat: Noui, quod male congregamini. Dicebam autem ei: Quia dedisti fiduciam loquendi, cum venia audi. Iustum est, hæreticos quidem excommunicatos in Ecclesiis agere: nos vero qui pro fide certamus, & propter hos illos communionis exortes factos non intrare in Ecclesiam. Et ille respondit: Et ego quid faciam? Respondi igitur illi: Quod fecit magister tuus Comes largitionum in Epheso. Ille enim ut inuenit nonnullos congregari, nos autem non congregari, compescuit eos dicens: Si non fueritis paciñci, non concedā vni patri congregari. Et oportebat etiam tuam pietatem præcipere hic Episcopo, ne permitteret, neque illis neque nobis congregari, donec conueniamus, vt iusta tua sententia omnibus nota fiat. Ad hæc dicebat: Equidem Episcopo imperare non possum. Itaque respondi ego: Igitur neque nobis imperes, & accipimus Ecclesiam, & congregamur. Et cognosceret tua pietas, quod multo plures nobiscum sunt, quam cum illis. Ad hæc diximus ei, quod nostra congregatio neque lectionem sacrarū scripturarum habebat, neque oblationem, solas autem preces pro fide & vestra Maiestate, & de religione colloquia. Approbavit igitur & ultra non prohibuit hoc fieri. Augentur igitur conuentus multitudinis ad nos venientes, & cum voluptate doctrinas audiētes. Oret igitur vestra pietas, vt causa nostra exitum habeat Deo placentem. Nos enim quotidie periclitamur, & insidias monachorum & clericorum suspicantes, & potentiam & incuriam videntes.

al. respōde.

Imperatoris confessio in genua.

**EPISTOLA LEGATORVM ORIENTALIUM** ex Constantinopoli ad suos in Epheso, ubi Nestorium hæresiarum probantes, damnant planè D. Cyrillum eiusque Capitula.

**DOMINIS MAXIME HONORABILIBUS** & pientissimis Episcopis, qui in Epheso versantur, Ioannes, Ioannes, Imerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus.

**V**into accessus nobis cōtingit, & quāuis multum de hæreticis Capitulis disceptauimus, iurauerimūsq; sepius piētissimo Regi, quod impossibile sit nobis communicare, his qui diuersa sentiunt, si nondum exploserint Capitula, & quod Cyrillus etiam si reiecerit Capitula, a nobis suscipiendus non sit, eo quod ipse tam impiæ hærescos hæresiarum factus sit: nihil tamen profecimus, eo quod & aduersarij instarent, & auditores hos tam impudentes oblectantes non compescerent, nec cogerēt eos, vt ad inquisitionem & colloquium venirent. Hac enim via effugiunt, ne Capitula examinētur, & de his disputari prorsus non sinunt. Nos autem propter vestras preces vsque ad mortem instare parati sumus, & neque Cyrillum suscipere, neque Capitula ab eo exposita, neque illis communicare, priusquā explodantur, quæ male fidei adiecta sunt. Obsecramus igitur & vestram sanctitatem, vt sapiatis eadē, quæ nos eundemque laborem ostēdatis. Certamen enim nobis pro religione est, quam solam habemus spem, & propter quā expectamus fruituros nos benignitate saluatoris nostri in futuro seculo. De piētissimo & sanctissimo Episcopo Nestorio sciat vestra pietas, quod studuerimus quidē sermonē de illo inferere,

Gravis in cyrillum calumnias.

Nestoris laus fictitia

sed nunc non potuimus, eo quod omnes & ad ipsum nomen hostiliter adficiuntur. Nihilominus curā nobis erit, tametsi res sic habeant, per oportunitatē temporis ac auditorum beneuolentiam etiam hoc facere, si quidem nostro proposito Deus cooperatus fuerit. Porro vt vestra sanctitas etiam hoc non ignoret, scitote quod vidētes Cyrillianos, tyrannide, & fraudibus, & adulatione, & donis, omnes (vt ita dicam) decepisse, non raro pientissimum Regem obsecramus & magnificentissimos principes, vt & nos ad Orientem dimitteremur, & vestra pietas ad propria remigraret. Cognoscimus enim, quod in vanū moras necimus, & instituta non perficimus, eo quod Cyrillus vbique fugit colloquium nostrum, cōscius sibi, blasphemias quas in duodecim Capitulis suis ædidit, manifestē redarguendas. Placuit autem piētissimo Regi, post multas adhortationes, vt singuli ad propria redeam, ad hoc vt & Aegyptius & Mēnon Ephesus in suis locis maneant. Sic enim poterit Aegyptius omnes excicare muneribus suis, vt ille quidem quum innumera fecerit mala, ad thronum suum redeat, iste vir innocens ad suam mansionē dimittatur. Omnem, quæ vobiscum est, fraternitatem, & vos, & qui vobiscum sunt, plurimum salutamus.

Cyrrillus

Nominis cyrrilli

**IOANNES EPISCOPVS ANTIOCHIA** Orientis valere vos in Christo precor, domini pientissimi & sanctissimi. Subscripserunt autem similiter & alij.

**PARS HOMILIAE THEODORETI EPISCOPI** Cyri, dictæ in Chalcedone ad confirmandos Orientales episcopos, dum à Regia ciuitate prohiberentur, & Cyrillo cedere cogerentur.



**C**hristus nobis dux sit sermonis, per quē & ipsi sermones, & nos diuinorum eius eloquiorum ministri: Christus qui positus est in ruinam multorum & resurrectionem, & in signum cui contradicitur, olim quidem carnali Israel, nunc autem & spiritali: Christus infidelibus quidem lapis offendicula & petra scandali, credentes autem non confundens, preciosus lapis est, fundamentum secundum Esaiæ vocem: Christus lapis est, quem reprobauerunt edificantes & factus est in caput anguli: Christus Ecclesiæ fundamentum: Christus lapis, qui sectus absq; manibus & factus est in montem magnū, & obtexit orbem iuxta Danielis prophetiā: Pro quo, & cum quo, & propter quē impugnamur, propter quem à Regia ciuitate prohibiti sumus: sed cælorum regno non excludimur, verum ciuitatem habemus supernam Hierusalem, cuius architectus & opifex Deus, vt Paulus dixit. Christus, per quem terribiles Propontidis fluctus transire ausi estis, vt nostram audiat vocem, quam vestri pastoris vocis effigiem putatis. Desideratis enim adire iucundas vestri pastoris fistulas, pastoris quem pastores socij calamis occiderunt, vt putāt, ad quos Deus per Prophetam clamat: Pastores multi corruerunt vineam meam, coinquinarunt portionem meam, posuerunt partem meam desiderabilem, in solitudinem imperuiam. Dicat de ipsis & per alium Prophetam: Secundum multitudinem ipsorum, ita peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam ponam. Dicat & per alium iterum Prophetam: Væ filij

Lm. 1.

Psal. 117.

Daniel.

Hier.

Hier.

Os.

filij

filij apostata, fecistis consilium, & non ex me, & patra & non per spiritum meum, vt adiiciatis peccatū super peccatum, conuersi estis, qui profundum consilium consultastis & iniustum.

Esai. 55.

Isai. 7.

Forte, effensam.

Basiliscus.

Psal. 13.

Hierom. 2.

Ibidem.

Esai. 40. dei periphra ses.

Dicat ad eos & Esaias: Manus enim vestrae pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri peccatis. Lingua vestra loquuta est iniustitiam, & os vestrum iniquitatem impeditum est. Nullus loquitur iusta, quia cōcipiunt laborem, & pariunt iniquitatem, oua aspidū excuderunt, & telas aranæ texunt. Videte accusationem malitiæ & putredinis, malitiæ indicium: oua aspidum, & telas aranæ, partus quidem malitiam, præceptum autem infirmitatem habet. Oua aspidū, malitiæ species: tela aranæ, infirmitatis argumentum est. Et comedit ouum eorum, contractum putamen inuenit. Vidisti malitiam infirmantem, vidisti \* non offendente: vidisti eum qui impugnatur, coronatum. Et qui comedit ouum eorum contractum, vrion inuenit. Vrion autem est aliquid sterile, hoc est, imperfectum. Esaias, promulga nobis & malitiæ speciem. Et in ipso Basiliscus. Hoc autem mirabile, quod Basiliscus in illo, & vrion, hoc est, sterile. Basiliscus autem malitiam significat, quandoquidem bestiola hæc omnium reptilium ferocissima est, ei conferēs malitiæ sobolem. Verum & illa ipsa vrion est propter infirmitatem malitiæ, infirma enim est malitia. Sequitur demonstratio: Tela eorum non erit in vestimentum, non enim vestiuntur ab operibus manuum suarum. Quare? quia opera eorum opera iniustitiæ. Dic speciem iniustitiæ: Pedes eorum in malum currunt, nimirum vt aliquid fiat: & veloces ad effundendum sanguinem. Quid adhæc? Contritio & infelicitas in viis eorum. Nam viæ eorum tortuosa, quas transeunt, & viam pacis nesciunt. Verè lamentis digna sunt hæc, quod sacerdotes contra sacerdotes talia dicant. Verum hoc dicimus, non quod tantum accusemus illos, quantum nostri curam gerimus. Et post alia: Verè obstupescit cælum ad hoc, & horruit amplius terra, dicit dominus: quia duo hæc mala fecit populus iste. Me, inquit, dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt sibi cisternas detritas, quæ non poterunt aquā continere. Dicat ad eos Deus per Hieremiam prophetam: Transte ad insulas Chetim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate bene, si facta sint talia, qualia hæc, si mutauerunt gentes deos suos. Transte ad insulas Chetim: non vultis, inquit, ferre verba mea? non fertis prophetas? non accipitis legem? non creditis diuinis scripturis? Adsumite gentilium pueros in doctores, ite ad gentes, & dicite quomodo colantur ab illis dii putatiui, quum non sint dii. Transte ad insulas Chetim, & videte & mittite in Cedar, & bene considerate, si facta sunt talia, qualia hæc, num mutauerint gentes deos suos, & quos. Et illi non sunt dii. Et quare hæc dicis? Populus meus mutauit gloriam suam, vnde nullam vtilitatem accipiet. Hæc & de illis congruit dici: Pagani ligna & lapides venerantes, vt immortalia illa salutant. Tu autem illis prædicas ea venerari non debere, sed solum verum Deum (qui constituit montes in statera, & syllas in libra, qui metitur manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo, qui constituit cælum quasi cameram, qui continet rotunditatem omnis terræ, & habitantes in illa quasi locustas: & hunc qui omnia verbo fecit, & vnica momenti inclinatione

exhibet ea, quæ non sunt vt sint, & dedit his qui non erant, vt essent, sola voluntate) quasi oblitus horum omnium, passionibus obnoxium facis, & legem ponis, vt adoretur Deus passibilis. Et pagani quidem, vt prædictum est, auaritiæ verbo capti, etiam cælum impassibile vocant, & solem impassibilem appellant, & stellas immortales statuunt, & terram, quam calcant, inter deos numerant. Nos autem inuisibilem, vnigenitum, incomprehensibilem, inexcogitabilem, passibilem esse credimus? Absit. Saluator noster & benefactor, ne sic & apostata simus adorationis tuæ, ne sic ingrati simus de tuis donis, ne suspicemur passibilem nostrū liberatorem, qui nos è passionibus ad impassibilitatem transtulit, & nobis passionibus obnoxius impassibilitatem largitus est. Hanc & pro nobis legationem adferimus Deo, cui gloria in secula, Amen.

**HOMILIA IOANNIS ANTIOCHE** ni Episcopi in Chalcedone dicta post homiliam Theodoret, vt & suos complices animaret, & a diuini Cyrilli sententia auerteret.



**A**ncta lex est, vt patribus accepta ferantur ea, quæ filiorum sunt. Meus igitur est Galaad, & meus est Manasses, imò non mei sunt, sed Dei, eius qui vestram cum nostra congregauit Ecclesiam, & hunc pro pietate zelum cum aliis donis largitus est. Equidem inter vos ideo surrexi, vt dicendo salutarem simul & valedicerem. Etenim vobiscum sumus, ad fratres nostros contententes. Transit enim, quocumque vult, absque impedimento charitatis natura. Saluto vos, & oro, vt pacem habeatis cum Deo, prius quidem fideles, nunc autem confessores. Quisquis magnas facultates possidere censetur, strenue militat & impigre, vt conferuet quæ possidet. Nullus igitur à paterna fide destituat, quam & nos vt depositum apud filios deponimus. Respicite ad progenitores, quos neque tormenta, neque mors, neque aliud quid humanum valuit à fidei sinceritate auellere. Porro nobiscum paræ quidem minæ sunt, magna autem merces, paræ passionis, sed coronæ magnæ. Nemo de prædetur depositum vestrum, nempe dogmatū certitudinem, nemo persuadeat deum esse passibilem, neque corporis & deitatis naturam vnā. Illa enim per se est diuina substantia, hanc vera, corporis videlicet, suscepit. Idcirco cōnexionem prædicamus, & non confusionem, vnionem, non contemperationem. Deus hoc per illud, filius hoc per illud, omnia hoc per illud, adoratur cum illo, glorificatur cum illo, & qui cum illo adunatus est inseparabiliter, primitiæ appellatur nostræ naturæ. Hæc seruate, & Deus pacis erit nobiscum, adiuuans nos, modo quo ipse nouit, cui sit gloria in secula, Amen.

Psal. 57.

Simile.

**RELATIO EPISCOPORVM** Orientalium ad Callimorem Regem Persidis, vt eius animum aduersus diuum Cyrillum & Memnonem commoueat: horumque depositionem à se iuste factam deponit & se iuste factam fidei atrocissimis criminibus testificantur.

Pietas



**D**ietas vestra, quæ benefaciendo orbi & ecclesiis Dei clarescit, iussit nos in Epheso congregari, ita ut inde lucrû & pax Ecclesiæ accresceret, nõ vt omnia confusione & deordinatione implerentur, & hæc vestra Maiestatis edicta, aperte & manifestè piam vestram & pacificã pro ecclesiis Dei indicabant mentem. Atqui Cyrillus Alexandrinus, ad perneciẽ Ecclesiarum (vt videtur) & natus & educatus, adsumpta coope ratrice Memnonis Ephesiorum audacia, primum quidem placidum & pium vestrum edictum transgressus est, per omnia se illi non subditum declarans. Nam cum vestra Maiestas præceperit de fide diligens examen & inquisitionem haberi hæc cõ concordia & pace omnium, Cyrillus de Apollinarij dogmatis accusatus, imò ipse seipsum redarguens Anathematismis (quos pridem in regiam vrbe cum propria subscriptione misit, in quibus reprehenditur sapere cum impio & hæretico Apollinario) posthabitis his omnibus, quasi tempora hæc Rege destituta essent, suã indulgit licentię, & cum oportebat rationem reddere dictorũ, quibus gloria domini nostri Iesu Christi contaminabatur, adsumpta sibi auctoritate propria, neque à canonibus, neque vestris edictis sibi concessa, contendit ad omne deordinationis & iniquitatis genus. Ad hæc mota sancta Synodus, quæ non approbauit pestiferas fidei eius adinventiones, ipsum quidem deponit propter prædicta omnia: Memnonem verò vt cooperarium eius & commilitonem in omnibus factum, & innumeras turbas contra sanctissimos Episcopos, qui non adsentiebantur hæreticæ illi prauæ opinioni, excitauit, & Ecclesias & omnia templa conclusit, quasi adessent Pagani & hostes Dei: qui & vulgus Ephesiorũ introducit, adeo vt nobis quotidie de summa periclitandum sit. Spectat autè sancta Synodus non vindictã, sed rectã pietatis dogmata. Hæc enim creuiffè, nihil aliud est, quam rectam fidem statuere. Poterit autem Maiestas vestra vel ex ipsis illius Capitulis eius sententiam agnoscere. Summum enim hæreticorum impium Apollinarium quasi ex inferno excitare, & contra ecclesiam & rectam fidem militare comprobatur, & anathematizare (si verba eius exponantur) Euãgelistas simul ac Apostolos, & post illos ecclesiæ progenitores, qui à spiritu sancto, non à suis cogitationibus impulsũ, piam fidem prædicauerunt, & Euangelium annunciarunt. Contraria istis ille & sapit & loquitur, præcipiendõque vult, vbiuis terrarum suam impietatem valere, id instantes (vt par erat) nõ ferebamus, diuina gratia vestraque pietatis mente fisci. Scimus enim, quod sanã fidei nihil præferatis, in qua simul educati vos & beatissimi vestri progenitores siue extraneo successore regni scepra suscepistis, semper eos, qui Apostolicis doctrinis aduersarij erant, deprimentes. E quibus est Cyrillus prædictus, qui quasi in tyrannicam arcem veniẽs Ephesum cum Memnone cooperatio, iuste cõ eo depositionem pertulit. Nam \* cum dictis omnes insidias & omnem temeritatem attentarunt contra nos, qui conueneramus relictis vrbibus & patriis & etiam nobis ipsis, vt edictum vestrum ratum esset. Et sumus nũc tyrannidi exposita præda, nisi adiuuetur vestra pietas, alio loco propiore vt conueniamus edicens, vbi poterimus ex scripturis & conscriptis patrum libris redarguere manifeste Cyrillum, & eos

qui ab illo sunt inducti, quos parcendo ex communicationi subiiciem⁹, spem salutis, si respiciant, subindicantes. Qui quasi in barbarico exercitu materias deordinationis vsque in præsentem horam suppeditarunt. Alij autem quidem iam multo tempore depositi, & ab illo suscepti: alij verò excommunicati à suis Metropolitanis, & ab ipso in communicationem recepti: alij variis criminibus impliciti, ab ipso honores consequuti sunt. Et hæc faciebat tentans per multitudinem sensum suum hæreticum stabilire, non expendens, quod in religione non numerus, sed dogmatum rectitudo, & Apostolicarum doctrinarum veritas quæritur, & viri, qui illas pie & Apostolicis demonstrationibus & testimoniis constitutuere sciunt, non ex audacia & potestate tyrannica. Proinde obsecramus & oramus, vt vestra Maiestas quamprimum religioni, quæ impugnatur, subsidium ferat, & celerem correctionem imponat illorum infantiæ & tyrannidi, quæ quasi turbo ad hæreticam perfidiam audaciores corripit. Iustũ enim est, vt vestra pietas Perfidis & earum, quæ inter Barbaros sunt, Ecclesiarum curam gerens, Ecclesias etiam, quæ sub Romanorum principatu turbantur, non despiciat.

**DEFINITIO SANCTÆ ET OECUMENICÆ SYNODI IN EPHESO, CONTRA IMPIOS MESSALIANITAS, HOC EST, EUCHITAS SIUE ENTHUSIASTAS.**



**V**enientes ad nos pientissimi & religiosissimi Episcopi Valerianus & Amphilocheus proposuerunt in cõmuni considerandum, de Messalianitis, hoc est, Euchitis, vel Enthusiastis, qui in Pamphylia versantur, vel quocunque nomine contaminatissima hæresis vocatur. At nobis considerantibus attulit pientissimus & religiosissimus Episcopus Valerian⁹ schedulam synodicam de illis compositam in magna Constantinopoli sub beatæ memoriæ Sisinnio. Quæ vbi lecta, ab omnibus probata est, quod benè sit condita, recteq; habeat. Et placuit nobis omnibus & pientissimis episcopis Valeriano & Amphilochio, & omnibus Pamphylia & Lyconia prouinciarũ pientissimis episcopis, vt omnia quæ in synodica charta contenta, robur habeant, & nullo modo prætereunda, vt solida sint, & ea quæ in Alexandria acta sunt, ita vt omnes qui per vniuersam prouinciã hæretici Messaliani vel Enthustastæ sunt, vel de eius hæreseos morbo suspecti, siue clerici siue laici sint, conueniantur, & siquidè anathematizauerint (iuxta ea quæ in prædicta synodo scripto pronũciata sunt) in scriptis si clerici fuerint, maneat clerici: si laici, ad cõmunionem admittantur. Quod si reuerint anathematizare, si presbyteri vel diaconi fuerint, vel in alio quopiam gradu ecclesię, excidant & à clero, & à gradu, & à cõmunionem. Laici verò anathematizentur. Cõiudi quoq; non permittantur habere monasteria, vt ne zizaniam diffundantur & crescant. Hæc vt sic agantur, omnes vires intendebant pientissimi Episcopi Valerianus & Amphilocheus, ceterisque reuerendissimi totius prouinciæ Episcopi. Vnde adhæc placuit librũ pollutũ illius hæreseos, qui dicitur Asceticon, anathematizari, quem attulerat religiosissimus & pientissimus Valerianus, vtpote ab hæreticis compositum. Similiter si quid illorum impietate sapiens apud

apud plerõsq; inueniatur, etiam hoc anathema sit. Præterea dum conueniunt, quæ vtilia & necessaria ad concordiam, & communionem, & dispositionem, manifestè scriptis commendentur. Si autem questio oborta de his, quæ in hoc negocio sunt, & si quid difficile & ambiguum fuerit, quod pientissimis episcopis Valeriano & Amphilochio, ceterisque per totã prouinciã episcopis non probatur, admotis scripturis omnia excutere debent. Et si relictũ fuerint pientissimi episcopi vel Lyciorum vel Lyconiorũ, non relinquatur tamen Metropolitanus prouinciæ cuiuscunque fuerit. In commentarios hæc referenda, vt si quid opus habet iis, inueniant, quò etiã aliis ea diligentius exponant.

**EXEMPLAR LIBELLI SANCTÆ SYNODI OBLATI AB EUPREPPIO EPISCOPO BYZES & ARCHADIOPOLIS, & CYRILLO EPISCOPO CÆLANSI.**



**A**nctæ & vniuersali synodo, gratia dei & assensu pientissimorum Regum in Ephesiorum metropoli congregatæ, ab Euprepio episcopo Byzis & Archadiopolis, & Cyrillo Episcopo Cælensi. Vetus mos viget in prouinciis Europæ, quòd singuli episcopi duos vel tres sub se habeant episcopos, vnde Heraclia episcopus sub se habet Heracliam & Panion: episcopus autem Byzis sub se Byzem & Archadiopolim: Cælensis verò similiter habet Cælan & Callipolim. Porro episcopus Sabadiaz sub se habet Sabadiam & Aphrodisiadem. Itaque olim & ab initio ecclesiis illas duo Europæ episcopi administrabant, & nunquam prædictæ ciuitates proprios acceperunt episcopos. Sed alia quidem sub Heraclia fuerunt ab initio. Archadiopolis autem fuit episcopi Byzem: Callipolis similiter sub episcopo Cælensi. Verum quoniam nunc \* Phruclias Heraclia episcopus à sancta Synodo apostata factus, Nestorio & cum illo sentientibus se addixit (Suspiciamus autem, quòd nunquam vel ipse vliscens tanquam hostes, vel qui cum ipso Heraclia episcopatum administrant, veniant ad ordinandum episcopos iuxta veterem & roboratam consuetudinem in memoratis ciuitatibus, quæ nunquam proprios episcopos receperunt) itaque prisicos mores & consuetudinẽ, quæ olim & ab initio viguit, commoueri propter nouitates cogitantes, oramus vestram pietatem definitionem pronũciari de ea re à vestra sancta magna Synodo, proprioque signaculo eam roborari, ita vt neque nos ecclesiis nostris priuemur, in quibus plurimum laborauimus: neque mos iam longo tempore confirmatus à quopiam præmemoratorum commoueatur, fiantq; bella & inordinationes maximè inter episcopos Europæ. Cuius rei si cõpotes facti fuerim⁹, gratiam habituri sumus omnium Deo, qui hic vestram sanctitatem congregauit ad corrigendas ecclesiis orbis.

*Hæreticorum res omnes & sermones dissentendi.*

*Episcopi Europæ singulatiim alios sub se habere episcopos.*

*Episcopi Europæ auctoritas.*

*Responsum Ephesine Synodi. consuetudo vim legis habet.*

alioqui sustulisset potestatem, neque postea futuris temporibus poterit aliquid à veteri consuetudine innouari.

**EXEMPLAR EPISTOLÆ SANCTÆ SYNODI IN EPHESO AD SYNODUM PAMPHYLIA DE EUSTATHIO & FACTO METROPOLITANO.**



**S**ancta synodus, quæ gratia Dei & nutu pientissimorum Regum in Epheso cõgregata, sanctæ Synodo in Pamphylia dilectis fratribus in domino salutem. Cum consilio omnia fac, dicit diuinitus inspirata scriptura. Maximè autem oportet eos, qui sacerdotium nacti sunt, cum omni diligentia in omnibus, quæ operanda sunt, agere. Sic enim firmare poterunt res suas. Et sicut rebus secundis contigit, vt oratio multum valeat, sed quando acerba & intolerabilis tristitia mentem ita innumbrat & valde conturbat, vt à consequtione corũ, quibus indiget, priuetur, & si quid vtile videat, persuadeat esse offensurum. Tale quiddam passum esse pientissimum & Dei amantissimum episcopum Eustathium. Nam ordinatus quidem est, & testimonium habet canonicè, vbi autem à quibusdam turbatus est, & in sollicitudines inexpectatas incidit: & quum præ multo ocio pondus curarum sibi impendantium ferre non esset assuetus, nec valeret conuitia insipientium repellere, cefsionis suæ, nescimus quomodo, obtulit libellum. Oportebat enim semel cõcreditam sacerdotalem curam cum tanto spiritali robore geri, vt labores & sudorem sponte ferat. Quoniam autè pusillanimitatem se declarauit, hoc ex inconsiderantia rei magis quam ignauia vel torpore passus, ordinari necessarid nostra pietas pientissimum & Dei amantissimum fratrem nostrum & Coepiscopum Theodotum, qui ecclesias curet. Indignum enim est viduas esse, & absque præceptore manere saluatoris greges. Quoniam autè Eustathius accessit plorans, non de ciuitate, neque de Ecclesia contendens, prædictum pientissimum episcopum Theodotum, petens iam episcopatus honorem & nomen, condoluimus omnes presbytero. Et cõmunes esse arbitrati eius lachrymas, festinauimus vt addisceremus, nõ legitimam depositionem pertulisset memoratus, hoc est, à quibus obrectatoribus, & de quibus absurdis rebus redargutus esset: didicimus autè nihil tale, sed magis euenisse illi pro crimine ipsam cefsionem. Vnde neque vestram pietatem reprehendimus, quæ ordinauit in locum eius memoratum pientissimum episcopum Theodotum. Quoniam autem non valde contendendum est cum viro ob amorẽ ocij eius, sed miserandum potius seni extra natalem ciuitatẽ & patrias conuersiones longè dissito, iustum esse decreuimus, vt absque omni contradictione habeat episcopi nomẽ & honorem ac communionem, sic quidem vt neque ipse ordinet, neque in ecclesiam propria auctoritate ordinaturus veniat, nisi forte coassumatur, siue admoneri contingat à fratre & episcopo secundum affectionem & charitatem in Christo. Quod si melius quiddam de ipso cõsuleritis vel nunc vel in posterum, placebit & hoc sanctæ Synodo.

*Prou. 13.*

*Subaudi, cõtigit.*

*Fortitudo sacerdotibus competit.*

*Patri pietas erga matrem sent.*



EXEMPLAR SUGGESTIONVM DE  
Cypri Episcopis in Concilio Ephesino.



Ost consulatum dominorum nostrorum Flauij Theodosij decimū tertium, & Flauij Valentiniāni tertium semper Augustorum, pridie Calendas septembres Synodo congregata, gratia Dei, & edicto pietissimorum Christiue amatorum Regum nostrorum in Ephesiorum metropoli in sancta Ecclesia, quæ dicitur Maria:

Reginus.

Reginus Episcopus sanctæ Ecclesiæ apud Constantiam Cypri dixit: Quoniam turbant quidā sanctissimas Ecclesias nostras, oro vt libellus, quem in manibus gero, suscipiatur & legatur.

Sancta Synodus dixit: Libellus oblat⁹ recipiatur & legatur.

Zenon.  
Euagrius.  
Troilus.  
Theodotus.

Sanctissimæ, gloriosæ & magnæ Synodo, gratia Dei, & nutu pietissimorum nostrorum Regum in Ephesiorū metropoli, Dei obseruantissima congregata, petito à Regino & Zenone & Euagrio Cypri Episcopis: Olim etiam sanctus pater noster & Episcopus factus Troilus ab Antiocheno clero multa passus est, & pietissimus Episcopus Theodotus vim non vulgarem pertulit, atque adeo vsque ad plagas, quas nec flagrones homines ferre deceat, illicitè, absurdè & illegitimè. Nam cum propter aliam causam abiisset, illius verò felicem accepit finem, abusi abitione, vi cogere voluerunt, & subiicere sibi sanctos Episcopos insulæ contra Apostolicos canones & definitiones sanctissimæ Nicænæ Synodi. Et nunc quia cognouerunt, quòd beatus ex hac vita migravit, subornatunt magnificentissimum ducem Dionysium scribere mandata prouinciæ principi, & sanctissimæ Constantiensis Ecclesiæ clero: literæ publicæ sunt, quas & ad manum habemus, & parati sumus eas vestræ sanctitati ostendere. Huius gratia rogamus & petimus, ne permittatur hominibus nihil non audentibus vllam nouitatem inuehere. Olim & ab initio volentibus præter ecclesiasticos canones & constitutiones expositas à sanctissimis patribus in Nicæa congregatis imponere magnæ & sanctæ Synodo finitionibus ad nihil vtilibus. Nam sicut diximus, non appulisset hodie magnificentissimus dux Dionysius Ecclesiæ afflictæ curam habens, neque ea quæ sibi conueniunt, vsurpasset, neque ecclesiasticis rebus se immiscuisset, nisi à sanctissimis qui illic congregati erant, Episcopis, & clero ipsorum deceptus, putasset eam canonicam, quòd etiam præcepta eius testantur, quam absque eorum consilio aduersus Episcopum Constantiæ Cypri metropolis habuit. Oramus autem & has literas magnificentissimi ducis legi, & præcepta & omnia simul, quæ in hac tragœdia commissa & facta, vt ex ipsis cognoscat sancta vestra & magna Synodus intolerabilem vim factam. Etenim non vulgaris tumultus in tota metropoli ortus est. Præterea significamus vestræ sanctæ Synodo, quòd cum literis gloriosissimi ducis etiam diaconus sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ missus est. Ideo obsecramus & ad vestra sancta genua procidimus, canonica sententia etiam nunc (sicut initio à temporibus Apostolorum & constitutionibus & canonibus sanctissimæ & magnæ Synodi Nicænæ illæ, & superior insidiis & potentia per-

Dionysius  
Capitaneus.

manfit nostra Cypriorū Synodus.) Ita & nunc per vestram incorruptam & iustissimam sententiam etiam vestra cōstitutione iustitiā nobis fieri cupiētes.

Reginus Episcopus Constantiæ Cypri subscripsi manu mea. Zenon episcopus Curienſis sanctæ Ecclesiæ Dei Cypri subscripsi manu mea. Euagrius minimus episcopus Solensis Cypri sanctæ Dei Ecclesiæ subscripsi manu mea.

Reginus episcopus inquit: Quoniam etiam præceptū offerimus magnificentissimi Capitanei Dionysij, scriptum ad illustrissimum principem prouinciæ, oro, vt & illius lectio fiat.

Sancta Synodus dixit: Legatur & illius magnificentissimi Dionysij præceptum.

Flauius Dionysius illustrissimus & magnificentissimus vtriusque exercitus magister, Theodoro illustrissimo Cypriorum regionis præſidi: Regia auctoritas, multas & maximè ecclesiasticas ob causas, pietissimos episcopos, vt in Epheso conueniant, diuinis, apertis, signatisque literis præcepit. Quoniam autem cognouimus episcopum Constantiensis ciuitatis è præſenti vita migrasse, & prædefinitum sibi diem impleuisse, necessarium hoc mandatum tibi transmittendum esse iudicauimus, vt ne quis absque scitu vel scripto pietissimæ Synodi audeat in locum defuncti nominare alium. Decet enim expectare formam, quam talium pietissimorum episcoporum consensus præſcribet. Nam vt diximus, harū rerū gratia prædicti pietissimi viri conuenire iussi sunt. Itaque si contentiosi turbas excitarent, partim tua grauitas, partim obtemperans illi exercitus, eas auertere studeat, modis que omnibus prohibeat, & ne quem, vt dixi, progredi sinat, antequam pietissimi episcopi sua auctoritate approbent. Quòd si hæc literas præuenerit incerti episcopi ordinatio, illum iuxta cœleste responsum Regum, in Ephesum vt alios venire iubeas. Neque ignores, quòd si aliter fieri approbaris, tu quidem auri libras quinque, exercitus verò alias tantas fisco inferre cogemini. Vt autem hæc, quæ iuxta pietissimorum episcoporum petitionem decreta sunt, scribantur, & celerem finē fortiantur, Maturium & Adelpium ab exercitu iussimus ob hoc ad illos legari. Data duodecimo Calendas Iunij, Antiochiæ.

Epiphanius.  
Dionysius.  
Capitaneus.

Reginus episcopus dixit: Est & aliud mandatum eiusdem magnificentissimi Dionysij, scriptum ad pietissimum clerum Constantiensis metropolis, quod & ipsum vt legatur, oro.

Sancta Synodus: Lectum & hoc inferatur in acta commentariorum.

Flauius Dionysius magnificentissimus & gloriosissimus Comes, & dux vtriusque exercitus, ac proconsul pietissimus, clericis in metropoli Constantiæ Cypri: Nouit & vestra pietas, quomodo Augusti & Callinici orbis domini religiosissimos & sanctissimos episcopos in Epheso conuenire iusserunt, ob multas alias & maximè ecclesiasticas causas. Itaque quoniam ex ipsis sanctissimis episcopis, qui hic conuenere, cognouimus, quòd beatus episcopus vester iuxta diuinam voluntatem obdormierit, operæ pretium censui, vt significarem vestræ pietati & admodum, vt caueatis vobis, ne quis à quopiam in episcopū eligatur vel ordinetur: nam de hac planè forma præſcribetur, sed expectate sententiam, quæ illic danda. Dignū sanè & iustum, vt sancti patres ea, quæ patres iubent, obseruet. Quòd si quempia ante literas

Sabinus.  
Epiphanius.

Epiphanius.  
Dionysius.  
Capitaneus.

Episcopi  
& Episcoporum  
præceptis  
obtemperat.

literas nostras cōtingit in sedem collocari (id quod non opinamur) illū cum pietissimis viris ad Ephesum iuxta diuinum edictum vt veniat admoneratis, non ignorantes, quòd laus sequetur obtemperates: inobedientes autem etiā præſens cōuenienter corriget scriptum.

Sancta Synodus dixit: Quoniā autem causa, quæ mouit magnificentissimum & gloriosissimum Capitaneum Dionysium vt hæc scriberet, obscurius in propositis habetur, doceant præſentes pietissimi Episcopi sanctarum Ecclesiarū, quæ in Cypro, manifestius, quid mouerit magnificentissimum Capitaneum, vt hæc mandata emitteret.

Zenon.  
Sapiritius.

Zenon Episcopus ciuitatis Curien. Cypri dixit: Etiam beatæ memoriæ Sapiritius, qui mecum huc venit, eius rei gratia huc venit. Quoniam autem ex hac vira concessit, necessariò nos docemus sanctam vestram & vniuersalem Synodum, quod ad suggestionem Antiocheni Episcopi & cleri magnificentissimus Capitaneus principi & clero scripsit.

Antiochenus.

Sancta synodus dixit: Quid volēte Antiocheno? Euagrius Episcopus Solensis Cypri: Subiicere insulam nostram & ordinandi ius ad se rapere attētat præter canones, & consuetudinem, quæ iam olim inualuit.

Euagrius.

Sancta Synodus dixit: Nūquam ne Antiochenus visus est in Constantia ordinare Episcopum?

Zenon Episcopus Curij Cypri dixit: A sanctis Apostolis nunquam possunt ostendere, quòd adfuerit Antiochenus & ordinauerit, vel communicauerit vnquam insulæ ordinationis gratiā, neque alius quisquis.

Sancta Synodus dixit: Memor sit sancta Synodus canonis sanctorum patrum in Nicæa congregatorum, qui conseruat vnique Ecclesiæ præſentem dignitatem. Hic etiam memor sit Antiochiæ: docete igitur, an non ius ordinandi ex more veteri apud vos habet Antiochenus.

Zenon Episcopus dixit: Prius affirmamus, quòd nunquam vel adfuerit vel ordinauerit, neque in metropoli, neque in alia ciuitate, sed Synodus nostræ prouinciæ congregata constituebat metropolitanū, & oramus vt vestra sancta Synodus, sua sententia nobis consentiat, & hæc stabiliat, ita vt vetus mos sicut hæcenus robur habuit, ita & nunc habeat, & nullam nouitatem in nostra prouincia fieri sinat.

Sabinus.  
Epiphanius.

Sancta Synodus dixit: Doceat & hoc pietissimū magistri, num Troilus ille sanctæ ac beatæ memoriæ Episcopus, qui nūc requieuit, vel sanctæ memoriæ Sabinus qui illum præcessit, vel qui ante illos venerabilis Epiphanius, ab aliqua Synodo ordinati fuerint.

Zenon Episcopus dixit: Et nunc memorati Episcopi, & qui ante illos sanctissimi Episcopi, & qui à sanctis Apostolis erant, omnes orthodoxi, ab his, qui in Cypro constituti sunt, & nunquam locū habuit Antiochenus Episcopus, vel alius aliquis ordinandi in nostra prouincia.

Sancta Synodus dixit: Rem hanc, quæ præter ecclesiasticas constitutiones, & sanctorū patrū Canones innouatur, & omnium libertatem attingentē, annunciauit pietissimus Episcopus Reginus, & qui cū eo pietissimi Episcopi prouinciæ Cypri, Zenon & Euagrius. Vnde quoniam communes morbi maiore egent remedio, eò quòd maius damnū adferat: si non est vetus mos, quòd Episcopus Antiochenus

ordinat in Cypro (sicut libellis & propriis vocibus docuerunt pietissimi viri sanctarum Ecclesiarū in Cypro præſules, qui ad sanctam Synodū acceſſerūt) à nullo impetantur vel vim patiantur secundū Canones sanctorum patrum & veterem consuetudinē; sed per seipſos ordinationes pietissimorū episcoporum faciāt. Istud autē etiā in aliis diœcesibus & in oib⁹ prouinciis seruetur, vt null⁹ pietissimorū episcoporum alia prouinciam, quæ non antea & ab initio fuit sua, sub suam vel saltem eorum, qui sibi præſunt, manum trahat, sed si quis apprehenderit, & suam fecerit, eam restituat, vt ne patrum Canones præterantur, neque, sub sacerdotij prætextu mundanæ potestatis fastum subintroducatur, ne paulatim & clam libertas amittatur, quam nobis donauit sanguine dominus noster Iesus Christus omnium hominū libertas. Visum igitur est sanctæ & vniuersali Synodo, seruari vnquamque prouinciam puram & nullam tyrānidem passum ius vetus ac consuetudinem veterem: opus habente vnoquoque metropolitanō, vt ad suam securitatem exemplaria actorum excipiat. Si autem quis veterem figuram contempserit, pœnam non efugiet. Et si quis his, quæ nunc decreta sunt, pugnares literas attulerit, irritas esse decreuit sancta & vniuersalis Synodus.

Episcopus  
n extra  
diœcesim  
suā ordina-  
re potest.

EX NICEPHORIC ALISTI HISTORIA, libro. 14. cap. 34.



Vm quindecim dies præterissent à die præſixa vt inciperetur Conciliū Ephesinū, atque Ioannes Antiochenus non venisset, nec episcopi qui eū comitabantur de communi omnium episcoporum qui aderant sententia vigesimo die mensis Iunij habita fuit prima sessio cui interfuit Nestorius, contra quem Cyrillus acer rime egit, cumque Nestorius perſtricta fronte suum errorem defenderet, protestatus est se amplius ad eorum conuentum non venturum, & cum sex Episcopis egressus est quibus alij etiam adiuncti sunt. Cyrillus & qui cum eò erant postridie concilio cōacto vt mos est, tribus episcopis missis, Nestorium vt in conuentum veniret citarunt. Ille id contempſit, & haudquaquam comparuit, Synodum in Antiocheni Episcopi aduentum diffundās. Vt autem ille iterum atque tertio vocatus, responsum nullum, quo se defenderet dedit, & conuitis atque contumeliis eos qui ad se missi erant, remisit, Synodus sancta trecentorum illorum & decem octo diuinorum patrum symbolum in medium, & Cyrilli atque Nestorij, quas vltro citroque de dogmate dederant, literas. Sacram item illam Cælestini ad ipsum Nestorium scriptam epistolam protulit. Atque vbi Theodotus Ancyranus, & Melitenensis Acacius blasphemata eius verba, quibus aperte Ephesi multis præſentibus vsus fuerat, indicauerit, & multæ eximiorum & sanctorum virorum voces audita, insuperque alia Nestorij impiè dicta cōgesta sunt, impium illum exauctorauit, sententia huiusce verbis concepta.

al. differens.

Cum præter alia Reuerēdisimus Nestorius, neque vocationi nostræ audiens esse voluerit, neque à nobis missos sanctissimos & piissimos episcopos admiserit, necessario eò descēdimus, vt de impietate eius inquireremus. Et quoniam quum ex epistolis



& scriptis eius, quæ lecta etiam sunt: atque item ex verbis, quibus in Metropolitana hac vrbe vsus est: tum ex testium dictis, impiè enim & sentire & docere deprehendimus: necessitate nobis à canonib<sup>9</sup>, & sanctissimi patris collegæque nostri Romanæ ecclesiæ episcopi epistola, imposta, diu multumq; lachrymâtes, ad tristem hanc peruenimus sententiã. Qui igitur ab eo blasphemis expetitus est, Dominus noster Iesus Christus, per præsentem sanctam Synodum decreuit, Nestorium ipsum à dignitate episcopali & sacerdotali conuentu omni esse alienum.

**SEQUEVNTVR EPISTOLÆ SYNODALES** Concilium Ephesinum concernentes, & græco in latinum recens conuersa.

**RELATIO A SANCTA SYNODO AD** pientissimos reges de Nestorij depositione facta.

**R**eligiosissimis ac pientissimis Theodosio & Valentiniano, victoribus triumphatoribus ac semper augustis, sancta Synodus per Christi gratiam, ac dominationis vestrae nutum, Ephesi congregata.

Epistola. 1.



Am inde atas progenitoribus pia vestra Christi amâtes ac pientis. Reges rectam est consecuta fidem, & hanc quotidie euehit, multumque curarum veritatis impedit dogmatibus. Quorum gratia cum perturbatio non solum in magna illa ciuitate, sed & in vniuerso terrarum orbe per ea dogmata fieret, quæ à Nestorio sunt prædicata à S. patrum, sanctorumque Apostolorum & Euangelistarum traditione, non contempsit vestra dominatio perturbatas ecclesias, & adulterata fidei ac veræ pietatis dogmata, sed ex vniuerso orbe pietas vestra Metropolitanos pientissimos, & aliarum quoque quarundam ciuitatum episcopos congregari iussit, sufficienti ad eam rem temporis determinato spatio, nimirum ad diem vsque Pêtecostes. Attamen cum omnes secundum præscriptum nobis terminum Ephesi conuenissemus, accidit vt sanctissimus Ioannes Antiochenus episcopus aduentum suum tardaret. Nos verò itineris difficultatem, tarditatis huius causam esse suspicati. Synodalem distulimus auscultationem diebus sedecim à termino à dominatione vestra nobis præscripto. Interea nonnulli sanctorum episcoporum senio grauati, diuturnam inter peregrinos conuersationem haud tulerunt: alij morbis correpti periclitati sunt: alij Ephesi ex hac vita migrarunt: quidam etiam paupertate pressi nos accesserunt, & vt synodalis auscultatio maturaretur, vferunt. Post sedecim autem integros dies à Pentecoste numeratos ad Synodalem auscultationem collecti sumus, quoniam & sanctissimus Ioannes Antiochenus Episcopus per pientissimos Alexandrum Apamiæ, & Alexandrum Hierapolis episcopos à se præmissos significauit nobis habere se causam prolixioris moræ. qua in re sanctam synodum nondum visus grauauit. Cum itaque congregati essemus vigesima secunda mensis Iunij, secundum Romanos, præcedente die spectatum Nestorium per pientissimos quosdam episcopos admo-

nimus vt nobiscum consideret, & communi pietatis ac fidei inquisitioni adesset. Is verò per eos qui missi fuerant, hoc tantum renunciauit, visurum se: & si videatur, aduenturum. Sequenti igitur die in sancta & magna ecclesia quæ Maria vocatur, congregati sumus: propositumque est in throno quimedijs erat in ecclesia, sanctum Euangelium, quod Christum nobis præsentem esse docet. Nos hic secundum normam canonum rursus tres alios sanctissimos episcopos ad Nestorium misimus, admonentes eum, vt ad sanctam Synodum veniret, doctrinæque suæ rationem redderet. At ille domum in qua erat, militibus communiti fecerat, cum nec esset nec fuisset vllus in ea ciuitate tumultus: nec vlllo dignabatur eos qui missi fuerat, responso. Quoniam autem canones immorigerum tertio vocari præcipiunt, missis iterum ad eum tribus alijs sanctissimis episcopis, adhuc immorigerum inuenimus, ita vt eos qui missi erant, multa ignominia & contumelia per milites qui domum ipsius obseruabant, affectos remiserit. Cum igitur non conueniret, vt illo accessum propter malam conscientiam negante, sancta Synodus ociosa desideret, necessario fidei ac pietatis dogmata excusamus, sed ita, vt commentariis actorum, autoritatis gratia, pientissimas pietatis vestrae literas pramiserimus, post quas fidei expositionem subiecimus: proposita primum ea, quæ à sanctis est tradita Apostolis: deinde & ea quæ per sanctos trecentos decem & octo patres Nicæ quondam à beatæ memoriæ Constantino congregatos, est facta expositio: cuius fidem dominatio vestra illustriorem reddidit. Deinde epistolas Deo dilectissimi ac sanctissimi Cyrilli de fide scriptas ad expositionem istam collatas inuenimus & dogmatibus & verbis consonas: nec vsquam deprehendimus illius doctrinam à pia illa fidei expositione alienam. Proximè erat vt probarem dogmata à spectatissimo Nestorio prædicata Erant autem illa haud obscure, sed luculenter in epistolis eius prædicata, deinde & in libris & publicis concionibus manifestè audita, & in ipsa Ephesiorum Metropoli ad quosdam religiosissimos episcopos palam ab ipso dicta. Indefinèter enim ista dicebat, non est dicendum, Deum factum esse hominè propter nos. Quasi humana diuinitati ignominiosa sint, quæ non infirmitatis gratia, sed propter beneuolentiam erga nos, suscepit. Perinde autem tanquam venerandum nobis ac diuinum rideret mysterium cum religiosissimis episcopis loqueretur, ausus est dicere: Ego bimestrem ac trimestrem Deum non dico. Idque triduo ante coactam sanctam Synodum, sicut & commentariorum fides continet. Cum enim ista necessario ad expositionem sanctorum patrum conferremus, inuenimus ea pugnantia & omnino contraria esse Catholicæ & Apostolicæ nostræ fidei, ita vt necesse non fuerit Nestorium horum dare rationem, cum ipse quotidie sui ipsius esset accusator, permanens in corruptis suis dogmatibus, prorsus Catholicæ & Apostolicæ nostræ fidei contrarius. Ob eam itaque causam à sacerdotio illum & peruersa doctrina desistere iussimus, canonica ipsius facta depositione laudatòque Deo dilectissimo & sanctissimo Celestino magnæ Romæ Episcopo, qui ante nostram sententiam hæretica Nestorij dogmata condemnauit, & nos in feren-

ferenda contra ipsum sententia præuenit, vt & ecclesias, & piam ac saluarem fidem à sanctis Apostolis & Euangelistis ac sanctis patribus traditam communiret, quam ille corrupta doctrina, quam damnatus copiosissime effuderat, peruertere conatus est. Oramus autem vestram dominationem, vt vniuersam ipsius doctrinam ex sanctis Ecclesiis tolli, & libros eius vbicunque inuenti fuerint, igni tradi iubeat, quibus gratiam Dei, qui beneuolentiæ gratia homo factus est, reprobare conatur: cuius ipse beneuolentiam, non beneuolentiam, sed diuinitatis arbitratum esse ignominiam. Quod si quis sancta vestra contempserit, denunciatur illi timendam ipsi esse dominationis vestrae indignationem. Etenim ad hunc modum & Apostolica fides per pietatem vestram munita, illata permanebit: & nos vniuersi irremissas pro dominatione vestra preces facimus, per quam Christus glorificatur, fides communitur, & gratia Dei cunctis mortalibus illustris redditur. Sunt autem ad manifestiorem ac solidiorem eorum quæ scripta sunt, commentarij quoque adiuncti. Subscriptimus etiam quotquot pientissimi Episcopi commentariis præfecti sumus.

**EPISTOLA SANCTÆ SYNODI** Ephesinæ ad clerum & populum Constantinopolitanum de depositione Nestorij.

**SANCTA ET MAGNA ET OECUMENICA** synodus per gratiam Dei Ephesi congregata, pientissimis consenioribus & ministris vniuersoque clero & populo sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ in domino S.

Epistola. 2.



D hoc deuenimus, vt causam vobis admodum ingemiscèdam significare cogamur. Primum quidem eorum gratia quæ facta sunt illachrymati, tandem vero necessitate adacti, ne plures ista impietatis suæ corripantur, morbi huius causas amputauimus. Submotus est enim à sacerdotio Nestorius, quod impietatis ipsius accessorius quidam prætextus factum erat: cuius vos testes estis propter ea quæ apud vos sæpenumero sunt ab ipso dicta: ad quæ mala etiam ea blasphemia accessit, quam hic Ephesi effudit. Neque enim quæ huc ascendit sancta Synodus, neque multitudo eorum qui hic sunt congregati, ab hoc illum impetu cohibuit, sed grauiore etiam blasphemias prioribus adiecit, videlicet quod nolit adorare bimestrem ac lacte nutritum, nec Deum cum nominare qui in Ægyptum aufergit: ita vt parum abfuerit, quin ex eo vniuersa à seruatore propter nos facta dispesatio imperitioribus in dubium vocaretur. Precationis autem vestrae opus erit, quam intensa ad Deum perficiatis, vt aliquem designet qui dignus sit vt sedem illam & magnæ ciuitatis episcopatum apud vos sortiatur. Si nancque regia illa ciuitas piè fuerit instituta & recta, communis omnium vbique sanctarum ecclesiarum futurus est profectus. Ego Cyrillus Alexandriae episcopus opto vt in domino salui sitis dilectissimi ac desideratissimi fratres. Item Philippus presbyter ecclesiæ Apostolica, Iuuenalis episcopus Hierosoly-

morum, Arcadius episcopus Cæsariæ, & alij complures. Cum supra ducentos sint qui Nestorium deposuerunt, sufficiat ipsorum subscriptio.

**EXEMPLAR REGIARVM LITRARVM** Ephesum ad sanctam Synodum per Paladium Magistrarium ad hoc missarum, vt quæ acta fuerant, subuerteretur: quasi ab integro renouari debuerit fidei questio.

**IMPERATORES CAESARES** Theodosius & Valentinianus, victores ac triumphatores maximi, semper Augusti, sanctæ Synodæ Ephesi congregatæ.



Ræclarissimo comite, qui nobis est à legitimis ac sacris domesticis, significante, pietas nostra cognouit quædam istic in Ephesiorum metropoli per tumultum, & non sicut conueniebat, esse gesta, ita vt neque vniuersi pientissimi episcopi, sicut decretum est, in synodum conuenerint, licet magna ciuitatis Antiochiæ episcopus cū alijs Metropolitanis iam aduenturus esset: neque etiam hi qui iam præsentibus erant, ad cõsultationem sint adhibiti, aut inter se consenserint: neque de fide quomodo oportebat inquisierint: nec literis nostris quas indefinenter misimus, attenderint. Et præterea quod manifestum sit alios alios esse infensos, propterea quod quisque suam sententiam quocumque modo tueri conetur, & ne tegere quidem conceptum odium queat, vt meritò quis arbitretur studio esse facta quæ gesta sunt. Quapropter maiestati nostræ visum est, vt huiusmodi autoritas nullo pacto locum habeat, & quæ inordinatè sunt gesta cassentur, ac primum quidem quæ de pietate sunt dicta sicut decretum est, examinentur: & quæ communiter vniuersa videbuntur Synodò, in posterum retineantur. Neque enim pietas nostra præiudicia de industria facta feret: sed ita quæ facta sunt, molestè tulit, vt donec ab vniuersa prorsus synodo pietatis fuerit examinata dogmata, & ob eam causam quisquam è nostro palatio vnà cum præclarissimo Comite Candidiano missus fuerit qui quæ gesta sunt, secundum nostram iusionem cognoscat, & quæ sunt inconuenientia prohibeat: neque abscedat quisquam congregatorum episcoporum ab Ephesiorum ciuitate, neque ad Maiestatis nostræ veniat exercitum, nec in patriam suam reuertatur, ita vt ista nemini, quacumque spe ducto, transgredi liceat. Sufficiant quidem ista literæ ad denunciandum vestrae pietati, ne quid aliud præter nostram iusionem iis quæ facta sunt adiciatis. Sciat tamen sanctitas vestra, etiã illustrissimis prouinciarum primoribus esse scriptum, vt neminem prorsus sine nostra iusione in patriam ac ciuitatem suam reuersum recipi sinatur. Oportet enim vt omnia primum iuxta id quod Deo placitum est, sine contentione, & cum veritate examinata, tum demum à nostra pietate corroborentur. Neque enim maiestas nostra, hominum iam aliquorum, neq; sanctissimi ac pientissimi Nestorij, neque cuiusquã alterius, sed ipsius doctrinæ ac veritatis curam gerit.

**EPISTOLA SANCTÆ EPHESINÆ** Synodi ad imperatores, quæ sacra præmissa respondetur, & quæ à Candidiano relata fuerant, falsa esse docetur.

PIENTISSIMIS AC DEO DILECTISSIMIS Theodosio & Valentiniano victoribus, triumphatoribus, ac semper Augustis, sancta synodus per gratiam Dei, & dominationis vestrae nutum in Ephesiorum metropoli congregata.

Epistola. 4.



Ominatio quidē vestra ad confirmandam pietatem sanctae synodo diligentiorē dogmatum examinationem facere praecipit, quam & fecimus, veteri patrum, imō & sanctorum Apostolorum & Euangelistarum & trecentorū decem & octo qui Nicæa congregati fuerunt, traditioni obtemperantes, quam & concorditer interpretati sumus, & animo vno vestrae pietati manifestam in commentariis actorū exhibuimus, in quibus & Nestoriū diuersa sentire deprehensum deposuimus. Neque enim in Ephesiorū quoque Metropoli sententiā suam occuluit, vt opus fuerit illum aliunde redarguere, sed vociferatus est quotidie aliena ad complures praedicans a fide. Exhibuimus autem in commentariis actorum, vestrae pietati singula particulatim & conspicue. Verū quoniam magnificentissimus Comes Candidianus amicitia Nestorij pietati praeposita, vestrae pietatis auditum subripere studuit antequam exacte quae gesta sunt, dominatio vestra cognoscat, & commentarios ad se recepit, antequam quae dicta sunt manifestentur, atque interea ea pietatem vestra docere studuit, quae ipsi sint Nestorio amica & grata, priusquam dominatio vestra ex commentariorum lectione veritatem cognoscat, in quibus probamur nullam contra Nestorium exercuisse inimicitiam, sed ipsa pietatis exposuisse dogmata: ad quae collatis quae a Nestorio sunt praedicata, reprehensionem ex ipsius scriptis ac literis, & publicis etiam concionibus habentia, sententiam tulimus, adducto in medium sancto Euangelio, quod nobis omnium dominum Christū praesentem esse ostēdit. Oramus itaque dominationem vestram, ne quenquam eorum suscipiat, qui hominis amicitiam pietati praferunt. Tales enim secundum affectum Deo dilectissimi Ioannis Antiocheni episcopi animati sunt, vt qui amicitiae deferre cupit magis, quam quid fidei conferat, spectare. Quoniam autem hic neque dominationis vestrae minis veritus, neque zelo pro fide iam inde ab initio tradita motus, sanctam synodum distulit, tandem post viginti & vnum dies post datum a dominatione vestra terminum, vniuersi qui in hac synodo orthodoxi sumus, & solam fidem amantes, quae pietatis sunt inquirere coacti sumus, id accidisse deo dilectissimo episcopo Ioanni suspicati, quod & spectatissimus Comes Candidianus passus esse ostenditur. Non enim omnium est, pietatem, hominum praeferre amicitiae. Erat autem suspicio nostra de Deo dilectissimo episcopo Ioanne nec vana nec inanis. Vt enim venit, manifestum sanctae synodo fecit, quod cum Nestorio sentiat, siue id amicitiae largiatur, siue in errore dogmatis cum illo communicet. Verū quoniam manifeste, quae gesta sunt, dominationi vestrae significare, sicut diximus, prohibiti sumus, magnificentissimo Comite Candidiano quae in doctrina pietatis sunt gesta, manifestare nos prohibente, omne verò studium Nestorio impendente, dominationem vestram oramus, vt sanctae synodi erga

Deum studium cognoscat, & magnificentissimum Candidianum, & quinque episcopos ex sancta synodo accersat, qui res gestas coram sancta vestra pietate tueantur. Astuti nanque sunt ad tegendum imposturam, qui diuersa a recta fide sentiunt, ita vt quidam sanctissimorum episcoporum a Nestorio sint recta impostura inescati, vt ipsi iungerentur, & iis quae ab ipso fiebant, subscriberent. Posteaquam verò manifeste ipsum quid sentiret interrogarunt, inueneruntque blasphemias suas detegentem, deserto eo ad sanctam synodum venerunt, ac blasphemiam ipsius manifestarunt, & contra memoratum Nestorium sententiam nobiscū tulerunt: ita vt apud Nestorium & religiosissimum Ioannem Antiochenum episcopum relictū sint circiter \* triginta & septem, quorum plures criminibus sunt obnoxij: ideòque sanctae synodi veriti sententiam Nestorio, sicut diximus, sese coniunxerunt, quorum & nomenclaturam dominationi vestrae misimus: alij verò propter dogmatum peruersitatem, tanquam Pelagiani, & pietati contraria sentientes, rursus alij iam ante plures annos ab episcopatu depositi: alij etiam ob alias malas causas, meriti qui post reprehensionem exilij multa in extremum orbem à sancta synodo abiicerentur, quae sanctissimos episcopos omnes vnum & idem sentientes habet, propterea quod & magnae Romae episcopus synodo coniungitur, Aphricani & quoque, per Deo dilectissimum archiepiscopum Cyrillum cum quo eadem sunt sententia vniti, & cum solo sint locorum interuallo disiti, cum ipsius, tum nostrae omnium sententiae consentiunt. Neque enim quicquam Deo dilectissimorum episcoporum Nestorio & religiosissimo episcopo Ioanne coniunctus fuisset, nisi astute praetextu doctrinae impietatem suam obuelleret, & qui nunc cum eo sunt, multam à sancta synodo aduersum se determinandam veriti essent. Nos verò ad breue tempus conglomerati, non potuimus dominationi vestrae rescribendo significare quam multa simus perpeffi à magnificentissimo Comite Ireneo, qui vniuersam synodum perturbauit, & metum sanctissimis episcopis quorundam tumultuationibus & circuncursationibus inculsit, ita vt complures ex nobis in discrimē vitae ab ipso ducerentur. Sed partim ista dominationem vestram docuimus: verum si quod petiuimus à pietate vestra, concessum fuerit, quinque illi à synodo missi episcopi vbi aduenerint, dominationem vestram singula luculenter expressa docebunt. Sumus autem qui in confesso nostram canonicam tulimus contra Nestorium depositionis sententiam, plures quam ducenti ex vniuerso orbe congregati, consentientem etiam totam occidentem habentes. Subscriptus verò relationi isti numero pauci, praesentibus tamen omnibus, & potissimum in eo consentientibus, vt deuotus Magistranus Paladius abutum maturet, nec tandiu moras nectat, donec vniuersi subscribant. Deus autem omnium regnum vestrum multis annorum reuolutionibus custodiat, pientissimi victores, ac semper Augusti. Flauianus episcopus Philippensis subscriptus. Aduersariorum verò sunt haec nomina, Ioannes episcopus Syriae, Iulianus, Macarius, Diogenes, Alexander, Melitius, Elias, Paulus, Ioannes, Marcellus, Musaeus, Maximus, & ceteri.

Infrat. 27. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

Hi soli confortes sunt impiorum dogmatum Nestorij in ciuitate circumeuntes, tumultus & factiones mouentes, & ordinationes episcoporum denunciantes, ita vt quotquot in hac ciuitate orthodoxi & ob hanc causam in metu sumus, egrè absurdos illorū conatus cohibeamus.

RELATIO SANCTAE SYNODI AD pientissimos imperatores de Orientalibus.

PIENTISSIMIS AC DEO DILECTISSIMIS Theodosio & Valentiniano, victoribus triumphatoribus, semper Augustis, sancta synodus per gratiam Dei, & dominationis vestrae nutum, Ephesi congregata.



Vae sanctae synodo à dominatione vestra mandata, ad competentē deducta sunt effectū: id quod pietati vestrae notum fecimus, & simul apostolicā fidem quam trecenti decem & octo episcopi Nicæa olim congregati exposuerunt, pietati vestrae declarauimus, & Nestoria contraria sentientem, à sacerdotio & confidentia impietatem suam praedicandi deposuimus. Quoniam verò pauci quidam mentem habentes à doctrina Nestorij corruptam, & illi adhaerentes, ac nonnullos criminibus obnoxios ad se pertrahentes, Ioanne quoque religiosissimo Antiocheno episcopo, siue propter contētionē, siue propter hominum quorundam amicitiam cum eo faciente, qui omnes numero sunt tantum triginta, antequam actorū quorū quisque gratia accusatus est, rationem reddiderint, semetipsi Cōciliū appellarūt, quasi duo Concilia & nō solū vnicū cogi vestrae praeeperit pietas. Et cum Euangelica fides obtinere debeat & ab ecclesiastico ordine reiici qui corruptam habent sententiā vt appareat, memorati episcopi antequam se purgarint de quibus accusati, pauci numero conspirantes, & religiosissimum Ioannem Antiochenum episcopum nacti, qui & ipse propterea quod tardius aduenit, poenas subiturum se meruit, si cuti ab illis qui hoc euulgarunt, cognouimus: contra omnem ecclesiasticum ordinem, & praeter canones, contra sanctam synodum, & caput congregatorum episcoporum, Cyrillum dicimus sanctissimum archiepiscopum: & praeterea etiam contra deo dilectissimum episcopum Memnonem ausi sunt proferre blasphemiam depositionis, vt arbitrantur contumeliam habentem, cum à nemine aliquam contra istos accusationem acceperint, nec accusatorem quē quam expectarint, nec quenquam ad iudicium vocarint, sed praeter omne iudiciū & examinationem contumeliam hanc scripto euouerint, quam & a deo absurdam dominationi vestrae offerre sunt ausi quasi pietas vestra ignoret vnam tantum esse orbis synodum, nec synodum dici posse paucorum quorundam crimini cuiquam subiacentium, ideoque poenae metu à sancta synodo sese auellentium, factionē Neque enim contumeliam hanc \* tanquam de errore conuictis ausi sunt inferre, sed forte ob eam causam, quod defendere se contra ea de quibus sunt accusati, nequeant, seque numero paucos esse videant vereanturque futurum, vt post reprehensionem poenas subire cogantur, praueuere nos ausi sunt, idque se nobis facere putarunt, quod passuros se, si con-

Vides hic cy villam caput congregatorum episcoporum in concilio vocari. Erat enim vicarius celestini papa.

Al. erroris iam condem nati.

uicti essent, metuerunt. At hoc nobis tanquam absurdum, dignum visum est, quod contemnamus. Verum quoniam, vt diximus, absurdissimam hanc suam dementiam etiam dominationi vestrae ausi sunt offerre, nec veriti quod ab ipsis praeter leges & canones, & contra omnem ecclesiasticum ordinem est factum, vestrae manifestare pietati, iam non amplius irrationalem illorum conatum contempsimus, sed iterum normam canonum sequuti, ad synodū vocauimus religiosissimum episcopum Ioannem, qui talia cum aliis contra supra memoratos episcopos ausus est designare. Neque enim reliqui ausi fuissent ad tantam vique progredi arrogantiam, (cum pauci sint, & criminibus obnoxij) nisi ex conscientia religiosissimi Ioanis hanc induissent audaciā. Cū itaque congregatis nobis oblatus esset libellus à sanctissimo ac deo dilectissimo Cyrillo archiepiscopo, ac deo dilectissimo episcopo Memnone, memoratum deo dilectissimum Ioannem episcopum conuocauimus: vt vel nunc saltem querelam edicat propter quam in tantam exorbitari contumeliam contra sanctae synodi primores prolatam. Hic verò semel, iterum ac tertio vocatus vt causam diceret, in sancta synodo comparere detrectauit, nullā habens quā assignaret probabilē gestorum rationem: militibus verò & armis circumseptā domo, neque eos qui à sancta synodo erant missi, sanctissimos episcopos admisit, neque nos in sancta synodo congregatos competentī dignatus est responso. Quapropter vbi cognouimus illum fugere causae defensionem: quae illi temere ac vanē fuerant nugati, & praeter omnem canonum seriem contra sanctissimum archiepiscopum Cyrillum & religiosissimum, coepiscopū Memnona scripserunt, prorsus irrita & vana esse iudicauimus. Iudicium enim quod nihil habet in se, quod canonicum sit & iustum, nihil est nisi conuicium. Cū itaque ad hunc modum cum ipse, tum quos secum habet, contra canones & inordinate egerint, decreuimus eos extra omnem ecclesiasticum ordinem eiectiones tandiu, vt absurdam eorum temeritatem coerceamus, communionē priuare, donec in synodo compareant, & de hisque proteruē commiserunt, se purgent. Proinde haec ad pietatem vestram scribentes, oramus ne synodum esse iudicet conspirationem eorum qui criminibus sunt obnoxij: cum etiā olim in sancta ac magna synodo trecentorum decem & octo patrum Nicæa congregatorum nonnulli à sancta illa & magna synodo poenas ab illa in flagendas veriti, defecerint: nec illi tamen à beatae memoriae Constantino rege Concilij loco habiti, sed magis poenas dare iussi sunt, propterea quod deficientes sanctorum illorum episcoporum consensui mala, sicut isti, conscientia praediti, repugnarant: est enim absurdum, quod synodo ducentorum ac decem sanctorum episcoporum quibus etiam vniuersa sanctorum occidentaliū episcoporum, & per hos omnis quoque reliquorum totius orbis multitudo consensit: triginta tantum numero repugnant quorum iam alij depositi sunt, alij etiam peruersae Celestij opinioni adhaerent: alij anathematizati quae sunt, tanquam cum Nestorio sentientes, sed potius iubeat quae à sancta oecumenica synodo ad pietatis subsidium contra Nestorium & impium illius scripta sunt dogma, suum habere robur, per pietatis vestrae nutum & assensum confirmata.

LECTORI.

**Q**uoniam in breuiario Liberati & etiam precedebat  
Synodalibus literis metio facta est libelli cuiusdam que  
Cyrillus Alexandrinus & Memnon Ephesius contra  
Orientales sancta synodo Ephesine obtulerint, ne diligens le-  
ctor hunc desideret, visum est illum hoc loco subiicere.

LIBELLVS SANCTO CONCILIO E-  
phesino à sanctissimis episcopis Cyrillo Alexandrino &  
Memnone Ephesino oblatu.

Imperatorii



Imperatorem decretum & nos  
& vestram sanctitatem in Ephesio-  
rum metropoli conuenire iussit, vt  
& rectam apostolicæ fidei determi-  
nationem communi sententia con-  
firmemus, & heresim à Nestorio re-  
cens inductam probemus. At sancta quidem nostra  
synodus omnia rectè & canonicè instituens, in san-  
cta metropoli huius ecclesia conuenit, memoratū-  
que Nestorium ad confessum venire, & rationem  
eorum reddere iussit, que cum in expositionibus  
blasphemauit, tum in epistolis suis impia & pestife-  
ra contra nostri omnium seruatore Christum lo-  
cutus est. Quoniam autem ille tertio vocatus, pro-  
pterea quod mala esset conscientia percussus, ac cur-  
rere non sustinuit, ecclesiasticas sequuta leges, depo-  
sitionem cum subiicit, omnibus primum exactè in qui-  
sitis, certoque cōperto quod & hæreticus sit, & blas-  
phemus. His ita gestis, & ad cognitionem pientissi-  
morum & semper victorum imperatorum nostro-  
rum deductis, serò & agrè tandem, & quando ipsi  
libuit, Ioannes Antiochenus episcopus Ephesum ve-  
nit, adducens secum, sicuti cognouimus, nonnullos  
cum Nestorio sentientes: quorum alij iam olim de-  
positi sunt, alij verò nullas habent ciuitates, sed solo  
nomine sunt episcopi. Hic velut molestè ferens &  
Christus glorificatur, & Nestorius depositionem est  
passus dignam eo qui Christum blasphemauit, ne-  
scimus quomodo & an prorsus verum sit quod in-  
uulgatum est, vniuersa ecclesiastica lege conculca-  
ta, & omnibus ecclesiasticis ordinibus contumelia  
affectis, impiam & iniquam chartam concinnauit,  
arbitratus nos depositionis nomine percelli posse:  
contumeliaque nos afficit intoleranda, cum sancta  
synodus plusquam ducentos habens sanctos episco-  
pos Nestorium deposuerit. Cum autem collegerit  
hæreticos & suspectos numero circiter triginta li-  
cet neque per ecclesiasticas leges, neque per regiã  
sanctionem potestatem habeat vel quenquam ex no-  
bis iudicare, vel omnino tale quid conari, presertim  
contra maiorem sedem, cum etiam si liceat illi iu-  
dicare, ecclesiasticos canones sequi debeat, & admo-  
nere nos, contumelia affectos & simul ad reliqua v-  
niuersa synodo vestra ad reddendam rationem vo-  
care, nihil horum pensitās, neque timorem animo  
concupiens, eadem hora qua Ephesum, idque occul-  
te, nemine sciente, est ingressus, quicquid nos con-  
fidenter egimus vt ecclesiasticas leges taceamus, ius-  
sione sua labefecit, & nos contumelia depositionis  
affectit, qui nihil huius in hodiernum vsque diem no-  
runt. Et si aliquam ad hanc rem habuisset occasio-  
nem, inconueniens tamen est ecclesiasticas leges ad  
hunc modum calcare, aut temere contra maiores in-  
surgere, vel latenter ista facere quæ non committe-

ret in aliquem vel extremum in ecclesia gradum  
fortitum, & ipsius mancipium. Quoniam vero hic  
est cum iis qui contumeliam hanc cum ipso peper-  
trarunt, necessariò scriptum hoc offerimus, adiura-  
tes vos per coessentialem sanctam trinitatem, vt ip-  
sum Ioannem, & quos habet actionis huius, socios,  
conuocetis, vt in sanctam synodum venientes, teme-  
ritatis suæ rationem reddant. Sumus enim ad hoc  
parati, vt ostendamus eum impio & illegitimo ausu  
istam contra nos adornasse contumeliam.

RELATIO SANCTÆ SYNODI  
ad pientissimos imperatores per diaconum Euty-  
chen, de episcopis ac presbyteris qui à Ro-  
mano episcopo missi fuerant,  
exhibita.

RELIGIOSISSIMIS AC DEO DILEC-  
tissimis Theodosio & Valentiniano Victoribus, trium-  
phatoribus, semper Augustis, sancta synodus  
per gratiam dei vestramque domi-  
nationem in Ephesiorum me-  
tropoli congregata.




Eus ille omnium, Christi amantes  
imperatores, qui curam vestram ac  
diligentiam pietati impenditis, gra-  
tam & acceptam habet, etiam san-  
ctorum episcoporum qui per occi-  
dentem sunt, animos zelo ad vindi-  
candum Christum contumelia affectum excitauit.  
Licet enim propterea quod maximo sunt à nobis lo-  
corum interuallo disiti, omnis illa sanctissimorum  
episcoporum multitudo ad nos vsque venire neque  
at, suis tamen locis congregati, presente etiam san-  
ctissimo ac deo dilectissimo Celestino magnæ Ro-  
mæ episcopo, etiamnum nostram de fide sententiã  
magno cum consensu prædicarunt, & eos qui extra  
hanc diuersa sentiunt prorsus alienos esse à forte &  
gradu sacerdotij decreuerunt. Hæc quidem & an-  
tea priusquam sanctissima synodus congregaretur,  
sanctissimus Celestinus magnæ Romæ episcopus li-  
teris suis significauit, iniūgens sanctissimo ac dile-  
ctissimo Cyrillo magnæ ciuitatis Alexandria Episcopo  
vt vices suas in hac causa subiret: & nunc ite-  
rum aliis literis hæc sancta synodo manifestauit,  
quam dominatio vestra Ephesi congregari præcep-  
pit, quas per sanctissimos episcopos Arcadium &  
Proiectum, & deo dilectissimum Philippum ma-  
gnæ Romæ presbyterum misit, qui & sanctissimi ac  
deo dilectissimi Celestini episcopi vices hic subiit.  
Quoniam igitur viri isti præsentis hic constituti, v-  
niuersæ occidentalis synodi sententiam huic no-  
stræ synodo per literas manifestarunt, deque fide &  
pietate mentem nobis consonam ostenderunt, atq;  
eadem nobiscum cum per literas tum per ea quæ in  
mandatis habent, quæ & scripto nobis obtulerunt,  
decreuerunt: ideoq; necessitas hoc exegit, vt & nos  
quæ concordia nostræ erga ipsum cōpetunt facia-  
mus, ad dominationem vestram ista retulimus, quò  
pietas vestra cognoscat, iudicium illud nostrū quod  
nuper tulimus, communem esse & vnam totius or-  
bis sententiam, quam zelus vester circa fidem & pie-  
tatem cognitam & manifestam fieri curauit. Quo-  
niam itaque causa hæc finem consecuta est cum do-  
minationi vestræ optatum, tum ecclesiis omnibus  
securissimum & qui fidei suam adferat firmitudi-  
nem

nem, pietatem vestram oramus, vt iam nos, alios  
paupertate obstructos, alios morbis detentos, alios  
senio grauatos, & peregrinationem hanc amplius  
ferre non valentes, ita vt & aliqui ex nobis episco-  
pi & clerici iam sint mortui, ab hac cura & peregr-  
inatione liberet, vt ista fedata sollicitudine magnæ ci-  
uitatis ecclesiæ curam geramus. Supplicamus etiam  
vt ad eos qui singulis sunt locis, literas comminato-  
rias mittat, ne denuo alia suscitetur ecclesiis mole-  
stia aut perturbatio sanctissimis episcopis in ipsorū  
regionibus oriatur. Etenim facta iam pietatis decla-  
ratione, & vniuerso orbe consonam de illa senten-  
tiam ferente, paucis demptis Nestorij amicitia pietati  
præferentibus, gratiam hanc haud immeritam  
petimus, dominationi vestræ supplicantes, vt nos cu-  
ra ista deinceps liberet, vt ordinationi futuri episco-  
pi incumbamus, & in fide iam & pietate confirmata  
nos oblectemus, purasq; ac synceras pro dominatio-  
ne vestra preces omniū domino Christo destinemus.

SACRA IMPERATORIA SAN-  
ctæ ac magnæ synodo Ephesine per Ioannem Co-  
mitem sacrorum à pientissimis imperatori-  
bus missa.

Epistola. 7.



elestino, Ruffo, Augustiano, & reli-  
quis religiosissimis episcopis. Quã-  
tum zeli circa pietatem & progeni-  
torum nostrorum fidem ostenderi-  
m, multis quidem (vt arbitramur)  
præcedentibus iudiciis perspicue  
declaratum est: nō minus autem illud & in eo quod  
Synodum vestram nuper conuocauimus, vniuerso  
orbi manifestatum esse credimus. Neque enim cum  
vel parum disceptatio quædam emerisset quieui-  
mus: sed quò citius illius consequeretur solutio, san-  
ctitatem vestram diligenter conuocari fecimus, ne-  
quaquam futurum rati, vt molestus pietati vestræ ef-  
fet subeundus pro pietate labor. Expeditam autem  
ad hoc deputauimus ciuitatem & terra & mari ac-  
cessu facilem, & quæ omnis generis fructus, cum  
eorum qui in ipsa nascuntur, tum qui aduehantur,  
quantum vsus ibi agētium exposcit, abunde suppe-  
dit, ita vt & pius serenitatis nostræ scopus, & san-  
ctitatis vestræ synodus faciliore cursu in effectum  
deducatur. Vnde & nunc significatam à pietate ve-  
stra, Nestorij, Cyrilli & Memnonis depositionem  
suscepimus. Cæterum autem in aliis quoque quæ à  
vobis sunt gesta, cognouimus & fidem vos & recti-  
tudinem circa Christianismum custodiuisse quam  
à patribus ac progenitoribus accepimus, quam eti-  
am sancta synodus ante sacram Constantini mor-  
tem confirmauit. Curabit igitur quisque sanctissi-  
mi vestri Concilij, vt soluta iam omni disceptatio-  
ne, præteritis Calendis, cum pace & concordia do-  
mum redeatis. Vt autem sanctitas vestra, non solum  
nostræ pietatis literis ad concordiam se, & in vni-  
uersum ad pij dogmatis pacem admoneri videat, eti-  
am Acacij Beroensium episcopi literas, quibus ad  
hoc ipsum hortatur, lectas ad vos missimus: qui quia  
sanctissimo vestro concilio propter senij grauitatē  
conungi non potuit, per ea quæ scripsit pietati ip-  
sius conuenientia, & orthodoxæ religioni profutu-  
ra exposuit: que qualia sint, epistola ipsius lectio ma-  
nifestat. Sciat etiam sanctitas vestra, quod preclaris-  
simum & gloriosissimum Ioannem comitem sacro-

rum ob eam causam missimus, vt vbi ille pietatis ve-  
stræ circa fidem, scopum cognouerit, quæ ipsi vide-  
buntur vtilia faciatis.

RELATIO SANCTÆ SYNODI  
Ephesine, qua ad præmissam sacram imperatoriam  
respondetur.

RELIGIOSISSIMIS AC CHRISTI  
amantibus Theodosio & Valentiniano, Victoribus tri-  
umphatoribus, semper Augustis sancta & oecume-  
nica synodus, per gratiam Dei & dominatio-  
nis vestræ nutum, Ephesi  
congregata.



Regia quidem vestra, & Christi amans  
maiestas, pientissimi reges, à pueris  
zelum circa fidem Canones declara-  
uit: cuius etiam gratia, orbis episco-  
pos ad Ephesiorum ciuitatem concur-  
rere pia sanctione præcepit, verum litera serenitatis  
vestræ iam nobis per magnificentissimum & glorio-  
sissimum Comitem Ioannem lecta, haud modicā  
attulere perturbationē, innuentes imposturā quan-  
dam & mendacium veracibus quosdam vestris au-  
ribus obiecit. Quòd enim dominatio vestra rela-  
tionem à nobis acceperit, quæ sanctissimi ac pient-  
tissimi Cyrilli, & pientissimi deoque dilectissimi  
coepiscopi nostri Memnonis depositionem conti-  
neat, per hæc nobis est literas significatum. Qua-  
propter vt nullo pacto mendacium apud regiam ve-  
stram Christique studiosam maiestatem obtineat,  
optantes ac satagentes, cum fiducia serenitati vestræ  
referimus, & oecumenica synodus, quæ vniuersam  
occidentem cum magnavestra Roma, sedeque apo-  
stolica totam etiam Aphricam & omnem Illyricū  
in confessu habet, memoratorum sanctissimorum &  
deo dilectissimorum episcoporum depositionē nec  
fecerit, nec retulerit, sed potius viros istos propter  
rectæ fidei zelum suspiciens, multis prædicet cum  
apud homines ericomiis, tum apud dominum Chri-  
stum coronis dignos. Solum verò Nestorium infan-  
dæ hæresis eorum qui hominem adorant prædica-  
torem depositum regiæ vestræ Christi studiose do-  
minationi retulimus. Et illud quoque haud modicè  
nos contristauit, quòd ex fraudulētia factum appa-  
ret, nempe quòd qui ab oecumenica synodo defe-  
cerunt, qui cum Ioanne Antiocheno sunt Celesti-  
ani ac depositi, nostris sese insinuant nominibus, &  
quod vna simul ad nos & ad illos sacra regia mitti-  
tur, de quibus iam antea & olim manifeste vestræ  
pietati significauimus quomodo illi à nobis defece-  
rint, & quomodo ad conuiciandū præsidentes no-  
stros conuersi, & Canones ausi sint conculcare, &  
seipos vniuersæ oecumenicæ synodi cōmunionem  
per proteruitatem qua contra nos sunt vsi, priuare:  
quomodo etiam ad probationem vocati, haud qua-  
quam obedire sustinuerint, atque ideo prorsus com-  
munionis sint expertes & inutiles à sancta oecume-  
nica synodo facti. Hæc etiamnum regiæ vestræ ac  
Christi studiosæ dominationi nota facimus, quòd  
propter huiusmodi ipsorum absurditatem, & quòd  
adhuc pro Nestorio deposito decertant, nullo illos  
pacto ad communionem recipere sustinuumus, cū  
depositioni Nestorij subscribere detrectent, imò  
manifestè cum illo sentiant, Canonibus etiam sub-  
iaceant propter inordinatum aduersus præsidentes  
nostros

Epistola. 8.



nostros conatum, & quod ausi sunt piis vestris auribus mentiri & imponere. Supplicamus igitur regiae vestrae deo dicatae maiestati, vt sanctissimos ac deo dilectissimos episcopos Cyrillum & Menona sanctae synodo restituatis, nequaquam à Canonibus condemnatur: & fidem immotam custodiri faciatis, quae menti quoque vestrae à sancto spiritu est inscripta, & iam inde à progenitoribus tradita, & in conmentariis iam iterum à nobis oblati, & contra Nestorium conscriptis admodum declarata: proposita primum fide sanctissimorum trecentorum decem & octo patrum Nicæae quondam congregatorum, deinde & vniuersa ac sufficienti circa ipsam actione subiecta, qua perspicue aduersariorum impietatem redarguimus. Et vt patrocini orthodoxae fidei quam haecenus & semper custodire satagistis. Si vero dominationi vestre videbitur vt quae inter nos, & eos qui à nobis defecerunt, sunt acta diligenter cognoscat, Sublimitati vestrae supplicamus, vt à sancta synodo, quos dominatio vestra probauerit vocentur, vt coram regia vestra & Christi amans maiestas de omnibus certius instruat.

**RELATIO SANCTAE SYNODI**  
ad imperatores pro restituendis Cyrillo & Memnone

**PIENTISSIMIS AC CHRISTI AMANTISSIMIS** Theodosio & Valentiniano, Victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sanctae & oecumenicae synodus per gratiam dei & dominationis vestrae nutum Ephesi congregata.

Epistola 9.



On est quidē dominatio vestra pafsa rectam fidem quasi cuniculis quibusdam suffodi per Nestorij doctrinam, qui cum Iudaeis Christo domino probro vertit quas humanitas pro nostra salute passiones sustinuit: sed detestata vestra pietas quae huiusmodi contra Christum dicebantur, ex vniuerso prope orbe qui sub sole est, ad Ephesiorum res metropolim congregari precepit, ad hoc, vt patrum apostolorum dogmata consolidarentur. Ob eam itaque causam congregati, communi iudicio fidem à sanctis trecentis decem & octo patribus olim Nicæae sub beatae memoriae Constantino congregatis expositam corroborauimus. Nestoriumque artificiosis ac peregrinis sophismatibus fidem hanc nouandi aduersasse, ac pietatis sententiam labefactasse deprehensum, à sacerdotali gradu deposuimus, & doctrinam illius veluti pestem quandam ecclesias depascentē coercere satagimus. Verum quoniam quosdam, etiam ex episcopis, relapsos, & quae Nestorij sunt sentientes, inque illius blasphemiam abrepros inuenimus: quotquot cum eo sentiunt, à communione exclusimus, donec à corrupta illius doctrina discedentes, ad catholicam & apostolicam fidem accedant, in qua cuncti iam ab initio fundati saluamur. Et nos quidem ista, vt quae per seductionem fuerant subducta corrigeremus, definiuimus, poenitentiam illorum expectantes. Ipsi verò cum paulo supra triginta sint numero, & nonnulli ex illis propter alia quoque crimina canonibus sint obnoxij, religiosissimū Ioannem Antiochenum episcopum nacti (qui & ipse propterea quod admodum tarde aduenit, repre-

hensibilis est) alij etiam de aliis haesibus conuicti, nonnulli quoque ex ipsis iam depositi ad poenitentiam non venerunt, sed ad patrocinandum Nestorio congregati, contra duces sanctae & oecumenicae synodi ausi sunt depositionem scribere, & velut ab vniuersa synodo decretam, ad vestram pietatem referre: quam acceptam pietas vestra formam esse iussit, ab ipsa synodo factam arbitrata, & non contra synodum ab illis qui cum Nestorio sentiunt, seque de nobis propter depositionem Nestorij vlciscuntur nullum crimen habentes quod contra duces sanctae synodi proferre possint. Atque ita piis vestris auribus ausi sunt imponere, quasi illae probatae sint factam ab ipsis contra sanctam synodum depositionem quam neque legitime neque canonice neque multi decreuerunt. Quapropter sancta synodus legitima & canonica actione, quae ab ipsis sicut contumeliosae & non probabiliter iudicata, evertit. Ob hanc causam vniuersi ad pietatis vestrae dominationem confugimus, supplicantes, vt quae contra Nestorium & illi consentientes sunt gesta robor suum habeant, quae verò ab illis qui Nestorium vindicant, eo quod cum illo sentiunt, contra synodi nostrae duces illegitimè facta sunt, inefficacia & irrita maneant, vt neque conuenienter neque canonice, sed contra vos qui de nullo sunt delicto conuicti, sola vlciscendi libidine ab illis sunt gesta, qui contra sanctam synodum cum Nestorio sentiunt. Si namque conueniens est sanctae synodi contra Nestorium sententia, & hanc dominatio vestra probauit, vt quae denudatam Nestorij impietatem publicarit, cōsentaneum vtique esse cōsideret vestra dominatio, vt quae contra sanctam synodum ab illis qui cū Nestorio sentiunt, sunt facta, inefficacia prorsus & irrita maneant, cum ex nulla causa aliquam habeant rationem, sed ex solo vltionis affectu propterea sint orta quae sancta synodus contra Nestorium decreuit. Supplicamus itaque vestrae maiestati, vt nos deinceps ab hac tribulatione absoluat, ac duces sanctae synodi deo dilectissimos episcopos Cyrillum Alexandrinum & Memnona Ephesinum restitui iubeat. Est enim rationi consonum, vt vindicata iam pietate, & sedatis qui illam labefactarant, hi qui vnā nobiscum pro fide decertarunt, honore potiantur, & non cum illis qui de iniquis blasphemis contra Christum sparsis conuicti sunt, condemnentur.

**EPISTOLA SANCTAE SYNODI**  
Ephesinae ad episcopos, presbyteros & diaconos Constantinopolitanos.

**SANCTA SYNODVS PER GRATIAM** dei & sanctionem pientissimorum imperatorum Ephesi congregata, dilectissimis ac desideratissimis fratribus & cōministris Cōstātinopolitā agentibus, religiosissimis etiam ciuitatis ipsius episcopis & diaconis.



Vi in tanta negotiorum tempestate constituti sumus, ac multo vndique bello petimur, & nullo tamen interea pacto ad placidum & serenum pientissimorum imperatorum aspectum admittimur, vnde solum spes erat vt ab his molestiis liberaremur, quā aliam possumus consolationem excogitare, quam vt quae nobis

bis accidunt, apud nostra ipsorum membra inter nos deploremus? Vos autem membra estis sanctae & oecumenicae synodi, qui indefinentem pro pietate zelum haecenus ostendistis. Sciat itaque pietas vestra non amplius Ephesum nos, sed custodiam inhabitare, neque illa trimestre iam tempus inclusos, neque per mare neque per terras tutē ac securē ad pium exercitum, vel in aliquem alium locum quenquam amandare permitti. Etenim iam saepius accidit, vt quae à nobis sunt missa, haud sine mille periculis reddi potuerint: vt latores illorum, quod seruarentur in alias atque alias sese formas coacti sint mutare. Quod autem ita custodimus, hinc est quod omnia mendaciter ad pientissimum imperatorem contra nos deferuntur. Nam alij, sicut acceperunt, quod seditiones mouerimus, ita pias imperatorum aures instruxerunt: alij verò ausi sunt ad illos referre, quod sancta & oecumenica synodus per omnia deo dilectissimum & sanctissimum Cyrillum archiepiscopum Alexandrinum, & sanctissimum ac deo dilectissimum coepiscopum nostrum Memnona deposuerit: alij etiam hoc forsitan ausi sunt adiicere, quod placuerit nobis cum defectionis conciliabulo amicū inire colloquium, cuius dux sit Ioannes Antiochenus: atque ob eam causam, ne hoc publicetur, plurimum ita custodiamur, & magnum hoc bellum contra nos oriat. Cum itaque sumus omni destituti auxilio, diligenter ad vestram pietatē scripsimus, scientes vos adhuc germanorum sanctae & oecumenicae synodi filiorum retinere locum, nec vllapacto sustinere vt orthodoxam fidem prodatis. Cum vehemēti supplicatione, & lachrymis, simulque cū his literis coram pientissimo & Christi studioso imperatore procedentes, instruite illum de omnibus quae contra nos geruntur nos enim non condemnauimus memoratos sanctissimos ac deo dilectissimos episcopos Cyrillum & Memnona, sed hos magna commendatione coronisq; dignos iudicamus qui soli ac primi plusquam reliqui omnes, zelo dei moti, & quāquā impiissimum Nestorium impietatis praedicatorē excindere, & ecclesias ab hoc scelere repurgare conati sunt, & ne nunc quidem à memoratorum sanctissimorum episcoporum communionē separari sustinemus, imò cum illis etiam in exilium deportari, magni lucri loco ducimus. Certū autem nobis est, conciliabulum illud defectionis ad communionem non admittere, sed simul omnium vocibus in ecclesia Ioannem Antiochenum, & qui cum illo sunt, anathemate percussimus: primum ob id, quod praedicatorē impietatis Nestoriū nobiscum deponere detrecharunt, sed & sermones cum illo miscere nullo modo cessarūt. Deinde quod mox post iniquissimum & à canonibus alienum contumeliae & calumniae contra sanctissimos memoratos episcopos conatum, piis Christi amantium imperatorum auribus ausi sunt imponere. Et praeterea quoque, quod cum Nestorio sentire nō cessant. Ob hasce causas semel illos ab ecclesiastica communione amputauimus: & omnem illis sacerdotij efficaciam detraximus, decreuimusque potius ecclesiis (quod absit priuari, quam cum istis amplius ad communionem redire, praesertim, nisi omnia sua delicta de quibus supra meminimus, corrigant. Notum autem hoc facimus vestrae pietati, vt & ipsi eodem illis loco habeatis. Haec itaque obsecrate, & pientissimum ac deo dilectissimum imperatorem in-

struite, pro vniuersa synodo precantes, vt restituantur nobis qui nullo modo sunt à canonibus cōdemnati, sanctissimi videlicet ac deo dilectissimi episcopi Cyrillus & Memnō, & vt nostri misereatur placidoque vultu à lata nos sententia reuocet: & si digni sumus qui pientissimi & Christi amantis imperatoris faciem videamus, hoc nobis permittat. Si verò indigni iudicati sumus quibus hoc permittatur, vel hoc saltem largiatur, vt ad ecclesias nostras reuertamur, ne hic vniuersi alij morbis, alij maestitia consumpti pereamus. Ceterum ne tumultus in subscribendo fieret, qui multus oriri poterat, sufficit presidentium subscriptio.

**EPISTOLA SANCTAE SYNODI**  
Ephesinae ad Caelestinum archiepiscopum Romanum,  
qua Ephesi sunt in magna synodo gesta  
Continens.

**SANCTISSIMO ET PIENTISSIMO** comministro Caelestino, sancta Synodus per gratiam dei Ephesi congregata.



Anditatis quidem tuae circa pietatem zelum, & curam illam de recta fide, nostri omnium seruatori gratam & placitam, cum omni admiratione merito suspicimus. Est enim hoc vobis ita magnis viris, in consuetu, vt in omnibus celebres sitis, & studia vestra ecclesiarum fulcra constituatis. Quoniam verò necessitas postulauit, vt quae consecuta sunt in hac sancta Synodo, omnia ad sanctitatis tuae cognitionem referretur, necessario scribimus quod secundū voluntatē seruatoris nostri omnium, & sanctionem pientissimorum ac Christi amantium imperatorum, in Ephesiorum metropoli ex multis & variis prouinciis plusquam ducenti numero episcopi congregati sumus, idque ad diem sanctae Pentecostes, quem pie Christi amantium imperatorum sanctiones, quibus conuocati sumus, terminum conueniendi sanctae synodo praesixerunt. Cum autem viuersi conuenissemus propter imperatorum denūciationes, ac comminationes, quod si quis non accederet, malae conscientiae reus esset, & inexcusabilis corā deo & hominibus desiderabatur religiosissimus Ioannes Antiochenus episcopus, non quod simplici animo, aut per locorum interuallum in itinere impeditus tardius veniret, sed quod propositum & consilium deo aduersum animo occuleret: quod paulo post ubi Ephesum venit, manifestum fecit. Distulimus igitur consessum sedecim integros dies post praescriptum sanctae Pentecostes terminum, etiam si multi episcopi & clerici partim morbis affligerentur, partim sumptibus premerentur, nonnulli etiam ex hac vita migrassent essetque (vt & sanctitas tua videt) nihil aliud quam cōtumelia aduersus sanctam synodū, quod fiebat tanta videlicet dilatione peruersē utebatur. Quāquam enim qui è longinquiorebus sunt regionibus, ipsum praueuissent, tamen post sextum decimum diem accurrerunt ex illis qui cum eo sunt episcopi, Metropolitaniani duo, Alexander Apamiē, & alter Alexander Hierapolitanus. Hi cum aduentus religiosissimi episcopi Ioannis tarditate, dicebāt non semel, sed saepe numero ad hunc modum: Praecepit nobis vt pietati vestrae significemus, quod si ipsum adhuc amplius tardare contigerit, ne synodum differatis, sed quae facien

Epistola 11.

facienda sunt faciatis. Cum hæc nobis significata essent, & iam cum ex aduentus ipsius tarditate, tum ex his quæ significauerat, manifestum esset quod cōfessum detrectaret, siue id Nestorij amicitia largitus siue propterea quod is ecclesiæ ipsius clericus fuit, vel quod quorundam pro ipso obsecrationibus cesserit, conuenit sancta synodus in magna Ephesiorum ecclesia quæ Mariana vocatur. Quoniam verò cum vniuersi prompto animo conuenissent, solus in eo cōfessu desiderabatur Nestorius, admonuit eā sancta synodus canonicè per episcopos quosdam primò, secundò, ac tertio. Ipse verò domo in qua erat, militibus circumseptus, contumax contra ecclesiasticas sanctiones factus est, nec sustinuit sese manifestò declarare, aut de impiis suis blasphemis rationem reddere. Subiacta lecta sunt literæ ad ipsum à sanctissimo ac deo dilectissimo Alexandrinæ ecclesiæ archiepiscopo Cyrillo scriptæ, quas sancta synodus tanquam rectè & inculpatè scriptas approbavit, ut quæ nullo pacto à diuinis scripturis aut traditione & expositione fidei olim in magna synodo à sanctis patribus Nicææ congregatis facta discrepant quemadmodum & sanctitas tua illas rectè suo testimonio approbavit. Deinde lecta etiam epistola Nestorij ad ipsum memoratum sanctissimū ac deo dilectissimum fratrem ac comministrum nostrum Cyrillum scripta, iudicauit sancta synodus omnino ab euangelica & apostolica fide aliena esse, & quam maximam & exoticam blasphemiam sapere quæ in ea sunt dogmata. Subinde consimiliter & impiis illius exegesis lectis, & præterea quoque à sanctitate tua ad illum scripta, per quam iuste est condemnatus, tanquam qui blasphema scripsit, & impias voces exegesis suis inseruit, iusta contra illum lata est depositionis sententia, præsertim quòd tantum abfuit ut de blasphemis suis pœnitentiam ageret aut respiceret cum adhuc Constantinopolitanam haberet ecclesiam, vt etiam Ephesi constitutus ad quosdam sanctos metropolitanos episcopos, viros haud ignobiles, sed claros ac pientissimos differens ausus sit dicere: Bimestrem ego ac trimestrem deū non confiteor. Et his etiam alia peiora dixit. Postquam igitur impiam ac scelestissimam hæresim, sanctissimam nostram religionem euertentem, & vniuersam mysterij dispensationem ex ipsis fundamentis euellentem, demoliti sumus, sicut iam diximus, non potuit fieri quominus (sicut apparet) dilectionis erga Christum perfectionem habentes, & pro domino zelantes, multis in rebus tentarentur. Sperabamus enim futurum, vt religiosissimus Ioānes Antiochenus diligentiam ac pietatem synodi laudaret & forsitan etiam quereretur quod tardius depositionem Nestorij aggressi essemus. Verum omnino in contrarium, contra quam sperabamus, degenerauit Inuentus enim est inimicus, & maximus, cum sanctæ synodi, tum rectæ ecclesiarum fidei hostis, sicuti res ipse declararunt. Nam simul atque Ephesum ingressus est, antequam puluerem ex itinere contra actum abluisset, nondum deposito pallio, collectis quibusdam qui vnà cum Nestorio defecerunt, & blasphema contra suum ipsorum caput loquuntur & gloriæ Christi tantum non illudunt, quod sibi ipsi veluti collegium circiter triginta hominum nomen episcopatum habentium collegit, quorum alij extorres vagantur, nec ecclesias habent, alij sæpe numero grauibus de causis à metropolitanis suis

sunt depositi (Sunt autem cum illis etiam Pelagiani & Cœlestiani, & ex illis quidam qui ex Thessalia sunt eiectionis) his inquam collectis, rem ausus est impiam, qualem nemo ante illum vnquam est ausus. Secorsum enim chartam composuit, & nomine depositionis contumeliam contra sanctis. ac deo dilectissimum Cyrillum Alexandrinorum episcopum, & pientissimum fratrem nostrum & coepiscopum Ephesiorum Memnona exacuit, nemine vestrum sciente, imò ne ipsis quidem qui contumeliam hanc sunt passi, de eo quod factum erat, aut quamnam ob causam hoc ausi sint, instructis. Verum proinde atque si super istis non succenseat deus, nec sint ecclesiastici canones, nec futurum sit vt propter hanc audaciam periclitentur, ex communicationis nomine vniuersæ synodo contumeliam intulerunt, idq; publicæ chartæ insertum, & theatri parietibus affixum, legere volentibus proposuerunt vt suam ipsorum impietatem publico spectaculo prostituerent. Nec hæc tantum progressa est ipsorum audacia, sed ausi sunt quasi canonicum quiddam constituisent, ista ad aures quoq; deo dilectissimorum ac Christi amantium imperatorum deferre. His gestis, sanctissimus ac deo dilectissimus Cyrillus Alexandrinus episcopus, & pientissimus Memnon Ephesiorum episcopus, compositum libellum obtulerunt, quo religiosissimum Antiochenorum episcopum Ioannem, & eos qui cum eo hoc fecerant accusarunt, adiurantes nos sanctam synodum, vt ipsum Ioannem, & alios qui cum eo sunt, canonicè requireremus, vt rationem eorum redderent quæ temere sunt ausi: & si quam accusationem haberent, si possent, edicerent ac conuinceretur. In charta siquidem depositionis, imò magis contumeliæ, prætextus loco ad hunc modum scripserant: Quoniam Apollinaristæ sunt, & Arriani, & Eunomiani, ob eam causam à nobis sunt depositi. Cum itaque isti qui hanc ab illis passi sunt contumeliam, vrgerent, rursus necessitate adacti, in magna ecclesia facto cōfessu episcoporum quorum numerus plures quam ducentos habet, semel, iterum, ac tertio ipsum Ioannem, & qui cum eo sunt, ad Concilium vocauimus vt conuincerent eos quos contumelia affecerant, rationemque & causas dicerent ob quas depositionis chartam conscripserant. Verum ille venire noluit: id quod facere debuisset, si quidem memoratos sanctos viros hæreticos esse conuincere potuisset. Debuisset sanè accurrere, & crimen si quod verum ac certum habuisset, cuius gratia temerariam contra illos sententiam tulit, ostendere ac declarare. Verum praua impeditus conscientia non accurrit. Subdolos autem illius conatus hic erat. Putabat futurum, vt si absurda ista & illegitima contumelia destrueretur, simul etiam iusta illa sanctæ synodi sententia contra hæreticum Nestorium euertetur. In dignitate itaque rei moti, volebamus quidem contra ipsum & reliquos proferre sententiam illi parem quam iniquè contra eos tulit, qui nulla dū in re sunt condemnati. Verum vt illius temeritatem animi lenitate vinceremus, etiam si illam iustissime ac legitime passus esset, reseruauimus etiam pietatis tuæ iudicio, ita tamen, vt interea communionis eos redderimus expertes, omnique sacerdotali potestate priuauerimus, ne suis quenquam lædere possint sententiis. Quomodo enim necessarium non fuit, illis qui tanta cum feritate & fauitia, & contra canones

res adeò peruicaces & atroces aggredi consueuerunt, etiam inuitis nocendi potestatem adimere: fratres itaque nostris & comministris Cyrillo episcopo & Memnoni, qui cōtumeliam hanc ab illis sunt passi, communicamus omnes: & post illorum quoque temeritatem sacro cū ipsis \* ministerio sumus vsi & vtimur vniuersi, synaxes vnà celebrantes, illusionesque illorum scripto abrogantes, & prorsus irritas ac infirmas esse decernentes. Erant enim nihil aliud quam contumelia. Etenim viri numero triginta, quorum alij hæreseos macula sunt notati, alij extorres & reiecti, quam synodi faciem, aut quid roboris habent contra synodum ex vniuerso quæ sub cœlo est orbe collectam? fuerunt enim in cōfessu nostro etiam illi qui à sanctitate tua sunt missi pientissimi episcopi Arcadius & Proiectus, & cum illis religiosiss. presbiter Philippus qui vicem ac præsentiam tuam nobis cōfessu suo exhibuerunt, & apostolica sedis locum adimplerunt. Competenter itaque super istis sanctitas tua succenseat. Si nanque facultas illis datur qui hoc cupiunt, maiores sedes contumelia afficiendi, & contra quos nihil habent potestatis, adeò iniquè irregulares proferendi sententias, imò magis contumelias, idque contra eos qui tanta pro pietate sustinere certamina, per quæ iam pietas accedentibus sanctitatis tuæ præcibus resplenduit, in extremam confusionem res ecclesiasticæ delabatur. Si verò competentem modo, qui talia sunt ausi, refrenati fuerint, sedabitur omnis tumultus, & conueniens canonum reuerentia apud vniuersos seruabitur. Caterum vbi lecti sunt in sancta synodo commentarij de depositione impiorum Pelagianorum, Cœlestij, Pelagij, Iuliani, Perfidij, Marcellini, Orentij & reliquorum eadem cum istis sententiam, iudicauimus & nos solida & firma permanere debere quæ à pietate tua sunt decreta: sumusque omnes eiusdem sententiæ. Ad exactam autem omnium actorum cognitionem, in domino dilectè & desideratissimè, commentarios missimus & synodi suscriptiones. Valere te, & nostri memorem esse optamus.

SEC APITVLA EPHESINI CONCILII SUNT. 12. Anathematis smi à Cyrillo Alexandrino editi, atque à Concilio Ephesino probati, ad Nestorium in calce cuiusdam epistole missi, ab orientabilibus episcopis & a Theodoro acriter impugnati, & à Cyrillo validissime propugnati.



Quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, & propterea Dei genitricem sanctam virginem (peperit enim secundum carnem, carnem factum Dei verbū, secundum quod scriptum est, Verbum caro factum est) anathema sit.

- 2 Si quis non confitetur carni secundum \* substantiam vnitum Dei patris verbum, vnumque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum, simul & hominem, anathema sit.
- 3 Si quis in vno Christo diuidit \* substantias post vnitatem, sola eas connexionem coniūgens, eamque quæ secundum carnis dignitatem sit, vel etiam auctoritatem & potestatem, ac non potius conuentu,

qui per vnitatem factus est naturalem, anathema sit. 4. Si quis in personis duabus, vel subsistentiis eas voces, quæ in apostolicis scriptis continentur, & euangelicis diuidit, vel quæ de Christo dicuntur à sanctis, vel ab ipso, & aliquas quidè ex his velut homini, qui præter Dei verbum specialiter intelligatur, apparuit, illas autem tanquam dignas Deo, soli Dei patris verbo deputauerit, anathema sit.

5 Si quis audeat dicere hominem Christum theophoron, id est, deiferum, ac non potius Deum esse veraciter dixerit, tanquam filium per naturam, secundum quod verbum factum est caro, & communicauit, similiter & nos carni & sanguini, anathema sit.

6 Si quis dicit Deum esse vel Dominum Christi Dei patris verbum, & non magis eundem ipsum confitetur Deum simul & hominem, propterea quod verbum caro factum est, secundum scripturas, anathema sit.

7 Si quis velut hominē Iesum, operante Deo verbo, dicit adiutum, & vnigeniti gloriam tanquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

8 Si quis audeat dicere assumptum hominem coadorandum Deo verbo, & conglorificandum, & cōnuncupandum Deum, tanquam alterum cū altero (nam con syllaba superadicta, hæc cogit intelligi) ac non potius vna supplicatione veneratur Emmanuel, vnamque ei glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum est, anathema sit.

9 Si quis vnum Dominum Iesum Christum glorificatum dicit à spiritu sancto, tanquam qui aliena virtute per eum vsus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, posse & coram hominibus diuina signa perficere, ac non potius proprium fatetur eius spiritum, per quem diuina signa expleuit, anathema sit.

10 Pontificem & apostolum confessionis nostræ factum esse Christum, diuina scriptura commemorat. Obluit enim semetipsum pro nobis in odorem suauitatis Deo & patri. Si quis ergo pontificem & apostolum nostrum dicit factum non ipsum Dei verbum (quando caro factū est, & homo iuxta nos homines) sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut qui dicit, quod pro se obtulisset semetipsum oblationem, & non potius pro nobis solis (nō enim eguit oblatione qui peccatum omnino nesciuit) anathema sit.

11 Si quis non confitetur carnē Domini viuificatricem esse, & propriam ipsius verbi Dei patris, sed velut alterius præter ipsum, coniuncti eidem per dignitatem, aut quasi diuinam habentis habitationem ac non potius viuificatricem esse, quia facta est propria verbi cuncta viuificare valentis, anathema sit.

12. Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est, & viuificator vt Deus, anathema sit.

13 Ait igitur magna & sancta synodus ipsum qui est ex Deo patre naturaliter natus, filium vnigenitū Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem & cum quo omnia fecerit pater, hunc descendisse, incarnatum esse, & hominem factum passum esse, & resurrexisse tertia die, ascendisse rursus in cælos. Hæc nos sequi verba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse, & hominem factum Dei verbum.

Al. vnionē

Idem habet

Idem habet

Hebr. 3. Ephes. 5.

Esa. 43.

1. Corint. 9.

Idem habet in concilio Chalcedonensi.

Al. Herio.

Idem habet in concilio Chalcedonensi.


Al. subst. sentias.

Non enim dicimus, quod Dei natura conuersa, vel immutata facta sit caro, nec quod in totum hominē qui est ex anima & corpore, transformata sit: sed magis quod carnem animatam anima rationali sibi copulauerit, verbumque substantialiter, ineffabiliter, & incomprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola persone, sed quod diuersa quidem natura in vnum conuenerint vnus tamen ex ambobus Christus est filius, non euacuata vel sublata diuersitate naturarum per coniunctionem, sed quia simul nobis effecerunt vnum Deum & Christum & filium, id est diuinitas & humanitas per arcanam illam ineffabilemque copulationis adunationem. Itaque is quis ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter est procreatus in tempore. Non quia diuina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordium, nec propter seipsam opus habuit secundò nasci post illam natiuitatem, quam habebat ex patre (est enim ineptum & stultum hoc dicere, quod is qui ante omnia secula est, & consempiternus patri, secundæ generationis egerit ut esse inciperet) sed quia propter nostrā salutem naturam sibi copulauit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur esse natus carnaliter. Neque enim primum natus est homo communis de sancta virgine, & tunc demum inhabitauit in eo verbum, sed in ipsa vulua vteroque virginali secum carnem coniunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ natiuitatem suam faciens. Sic illum dicim⁹ & passum esse, & resurrexisse, non quia Deus verbum in sua natura passus sit, aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera susceperit (Deus nanque incorporalis extra passionem est) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factum est, hoc sustinuit, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat in eo corpore, quod patiebatur Deus, qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligamus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter & vita, & viuificans Deus verbum: sed quia corpus ipsius proprium, gratia Dei (iuxta Pauli vocem) pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortem passus pro nobis. Non quod ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet (infantia enim est hoc vel sentire, vel dicere) sed quod (ut diximus) vera caro ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carne ipsius, rursus resurrectionem dicimus, non quia in corruptionem ceciderit (quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Ita Christum vnum & Dominum confitemur, non tanquam hominem cum verbo coadorantes, ne diuisionis quædam species inducatur: sed vnum iam & eundem adorantes, quia non est alienum à verbo corpus suum, cum quo ipse etiam absidet patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duob⁹ filiis absidentibus, sed vno cum carne per vnitatem, quasi talem copulationem factam per substantiam, aut quasi præpassibilem, quasi parum decoram voluerimus accipere, in id incidemus ut duos filios esse dicamus. Necessè est enim discernere, & dicere hominem separatim fuisse, sola filij appellatione separatū, & rursus verbum quod est ex Deo in homine, in veritate filium Dei. Sed discernere in duos filios non debemus vnum Dominum Iesum Christum. Neque enim adiuvat rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationem nescio quam perhibeant personarum. Non e-

nim dicit scriptura, Verbum Dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere, dei verbum similiter ac nos principium habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum proprie suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abiecta vel deposita deitate aut generatione illa quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum, quod erat. Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse comperimus. Ideoque illi non dubitant sanctam virginem dicere Theotocō: non quia verbi natura deitatisque in sancta virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus, animatum anima rationali, tui substantialiter adunatum dei verbum, carnaliter natum esse dicitur. Hæc igitur pro charitate in Christo scribo tibi quærens, tanquam frater, & contestans coram deo, & electis eius Angelis ut hæc nobiscum sentias, simul & doceas, ut ecclesiarum pax salua seruetur, & concordia charitatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus dei.

**LITERAE A SANCTA SYNO-**  
do Ephesina ad singularum prouinciarum ac ciuitatum episcopos, presbyteros, Diaconos ac populos, de causa orientalium episcoporum missæ.

**SANCTA ET OECUMENICA SYNO-**  
dus Ephesi ex decreto pientissimorum imperatorum congregata, singularum prouinciarum ac ciuitatum episcopis, presbyteris, diaconis & vniuerso populo.



Im essemus Ephesi secundum piis imperatorum literas congregati, defecerunt quidam à nobis numero paulo plus triginta, defectionis suæ ducem Ioannem Antiochenū episcopum habentes: quorum aliquot hæc sunt nomina. Primus ipse Iohannes Antiochiæ Syriae episcopus, Deinde Iohannes Damasci episcopus, Alexander Apamiæ, & alij complures, inter quos & Theodoritus Cyri episcopus, & reliqui: qui nullam omnino facultatem habentes velut ex autoritate sacerdotali cuiquam sit ecclesiasticæ communionis, vel nocere, vel prodesse, propterea quod quidam ex ipsis sunt depositi, cum primis Nestorij & Celestij sententias se qui manifeste sunt ex eo deprehensi, quod Nestorium nobiscum condemnare noluerunt, quos sancta Synodus communi decreto ab omni ecclesiastica communione alienos esse statuit, & omnem sacerdotij efficaciam illis ademit, per quam vel nocere vel prodesse poterant.

**CANONES DVCENTORVM SAN-**  
ctorum, & beatorum patrum, qui in Epheso conuenerunt sub Theodosio Imperatore, & Celestino Papa.



Voniam vero necesse est eos qui abserunt à Sancta Synodo & in loco aut ciuitate vbi agebant manserunt aliqua de causa siue ecclesiastica siue temporali minime ignorare, quæ de ipsis constituta sint: significamus sanctitati ac dilectioni vestræ quod si prouinciæ Metropolitanus à sancta & oecumenica Synodo defecerit, seque defectionis conciliabulo

liabulo coniunxerit, aut præterea etiam cum Cælestio senserit vnquam vel sentiat: is contra reliquos prouinciæ episcopos nihil omnino poterit constituere, ob eam causam à Synodo ab omni iam Ecclesiastica communione reiectus, & irritus inutilisque factus: sed ipsis prouinciæ episcopis & circumquaque constitutis Metropolitanis subiectus erit, ut prorsus de gradu episcopali ab eis deiici possit.

**CANON. 2.** Si qui verò prouinciales episcopi à Sancta Synodo abfuerint, & apostasiæ sese adiunxerint aut adiūgere tentauerint, aut cum Nestorij condemnationi subscriperint, ad Apostasiæ conciliabulum reciderint, si omnino secundum quod Sanctæ Synodo videtur, alieni sunt à Sacerdotio, & à sacerdotali gradu delapsi.

**CANON. 3.** Quod si qui ex clericis in quacūque ciuitate aut regione degant, à Nestorio & Nestorianis prohibiti sunt à sacerdotio, propterea quod recte & orthodoxe sentirent, iudicauimus illos debere suum retinere gradum, in communi vero clericis illis precipimus, qui cum orthodoxo & oecumenico Concilio sentiunt, ut prorsus nullo modo Episcopis, qui vel defecerunt à sancto concilio, vel adhuc deficient subiecti sint.

**CANON. 4.** Si qui autem clericorum defecerint, & ausi fuerint vel priuatim vel publice Nestorij Celestius se qui dogmata, sancitū est à sancta Synodo istos quoque depositos esse.

**CANON. 5.** Quicumque autem ob turpia gesta sunt à Sancta Synodo condemnati, vel à propriis eorum episcopis, quibus præter canones, Nestorius, qui nullum rerum discrimen habebat, & qui cum illo eadē sentiunt restituere tentauerunt vel tentauerint communioni & pristino gradui, istos censuimus inutiles esse, & manere nihilominus depositos.


**CANON. 6.** Itidem si qui velint ea quæ quaque de re in sancta Synodo Ephesina constituta sunt, quouis modo exagitare, decreuit sancta ipsa Synodus ut si episcopi sunt aut clerici, omnino de gradu suo deiiciantur, si vero laici excommunicentur.

**CANON. 7.** His igitur lectis, decreuit sancta hæc Synodus aliteram fidē nemini licere proferre, aut scribere, aut componere, præter eam quæ definita fuit à sanctis patribus apud Nicæam urbem in spiritu sancto congregatis. Eos autem qui fuerint ausi aliam fidem componere, siue porrigere, aut proferre his, qui volunt ad cognitionem veritatis conuerti, vel ex gentibus vel ex Iudeis, vel etiā ex qualibet hæresi, istos, siquidem episcopi clericique fuerint, priuari episcopos quidem episcopatu, clericos vero clericatu. Si vero laici fuerint anathematizari. Pari modo si deprehensi fuerint aliqui siue episcopi siue clerici seu laici sentientes, aut docentes ea, quæ continentur in expositione per Carisium allata presbyterum de Incarnatione vnigeniti filij dei, seu scelerata, atque puerfa Nestorij dogmata, quæ & subiecta sunt, subiacent sententiæ sanctæ huius & oecumenicæ Synodi. Itaque manifestum est solere episcopum quidem remoueri ab episcopatu ac deponi, clericum vero simili quoque modo cadere clericatu: & si laicus fuerit, anathemati subiacere quemadmodum dictum est.

**CANON. 8.** Rem præter leges ecclesiasticas & sanctorum apostolorum canones designatam & ad publicam libertatem pertinentem significauit religiosissimi episcopus Reginus, & cum eo religiosissimi e-

episcopi prouinciæ Cypri zeno & Euagrius. Vnde quandoquidem communibus malis maior curatio adhibenda est cum maiora detrimenta adferant nisi forte lingua consuetudine iam inualuerint, illud imprimis sese offert quod episcopus Antiochenus in Cypro ordinationes faciat, quemadmodum & libellis supplicibus & viua voce docuerunt religiosissimi viri, qui ad Sanctam Synodum huc accesserunt, habebunt ius suum intactum & inuiolatum, qui sanctis Cypriorum ecclesiis præsentant secundum canones sanctorum Patrum, & antiquam consuetudinem per seipsos religiosissimorum episcoporum facientes ordinationes. Idem autem & in aliis diocesis omnibusque vbiq; prouinciis erit seruandum, ut nullis (videlicet Deo dilectorum episcoporum) alienam inuadat prouinciam, quæ non prius atque ab initio sub illius, seu antecessorum suorum fuerit potestate. Sed & si quis occupauerit, vel vi sibi subegerit, idem ipse restituat, ne patrum statuta frangantur, neue sub specie sacre functionis potentia tumor irrepat, sicque incogitantes & paulatim libertatem perdamus, quam Iesus Christus dominus noster redemptor hominum omnium, proprio sanguine nobis quesuit, & condonauit. Placuit igitur Sanctæ oecumenicæ Synodo ut singulis prouinciis pura & inuiolata, quæ iam inde ab initio habent sua iura, seruentur, ut vnusquisque Metropolita secundum priscum & solitum morem rerum faciendarum aequaliter facultatem obtineat, propriumque ius firmum possideat. Quod si quis contrariam iis, quæ nunc definita sunt canonum formam speciemue in medium protulerit, hanc irritam haberi placuit toti sanctæ & oecumenicæ Synodo.

**SYNODVS CHALCEDO-**  
nensis Quarta oecumenica 630 Episcoporum Contra Eutychem & Dioscorum Alexandrinum patriarchā sub Leone Papa huius nominis primo. Valentiniano, & Martiano Imperatoribus. A Era 448. alij ad annū 451 referunt.



Halcedō Phrygiæ Helleſpōtiæ vrbs in ponti Euxini ore sita ab ea parte quæ cœuntib⁹ terris angustū mare reddit 12 miliaribus & 500 passibus distans, à Nicomedia verò 70. Procraſtis ante dicta Plinio lib. 5. cap. 32. Hæc Megarensis cōdidisse author est Strabo lib. 12. Eiusdem meminere Pomponi⁹ Mela. Titulo. Bythina, & Anton. in itinerario suo. Ptolome⁹ autem 5. lib. cap. 1. In prima tabula Asiæ minoris eā non procul à Constantinopoli, Bosphoro intermedio à parte Orientali collocat.

Obnitiā huiusce Chalcedonenſis Cōcilij prolixitatem, continet enim aliorum acta Conciliorū Ephesini potissimum, superius affatim descripti, eius actiones compendio, Theologiæ studiosis tradere & vtilius & eisdem longè suauius, existimauit.

*Actio prima.*

In ciuitate Chalcedonenſis Metropoli prouinciæ Bithy-

Egerit.

Feb. 2.

Iohann. 1.

Can. 39. Sex. et Synodi 2. bat hunc Canonem quod ecclesiam Cypri sit metropolitā



Bithyniæ facta est synodus ex decreto piissimorum Imperatorū Valentiniani, & Martiani sub die 8, Idus Octob. Indi. 4. in ecclesia sanctæ martyris Euphemie. Congregatis, & confedentibus Paschasino, & Lucentio reuerendiss. episcopis, & Bonifacio religiosiss. presbytero tenentibus locum sanctiss. & reuerendiss. archiepiscopi vrbis Romæ Leonis & Anatholio reuerendiss. episcopo inclyte vrbis Constantinop. cæterisq; reuerendiss. episcopis, & gloriosissimis iudicibus. Ecce aduenientibus omnibus ante cæcellos sancti altaris cū magnificentiss. & eximio Senatu, adueniente etiā piissimo Imperatore Martiano in supra dicta sanctiss. Basilica, sanctā synodum allocutus est, animum christianum declarans, qualiter inter tantas publicas vtilitates nullum magis eū cōstringere negotium, quā rectam, & veram fidē christianorum (que sancta, & vera consistit) indubitata omnibus declarare: Ob idque sententiam cōuenisse ostendit synodum quam nō semel hortatur, vt pro viribus inuigilent patres, omneque adhibeāt, studium, vt hæresibus, omnibusque prauis sublatis institutionibus, fides nostra pura, & sancta in omnium ingrediens animas, propriæ veritatis effulgeret luce. Deinde subdidit, dicens. De cætero audeat nemo de natiui. domini & saluat. nostri Iesu Christi aliud disputare, præter quod apostolicum proœmiū, 318. sanctorum patrum tradidisse noscitur, sicut sanctiss. papæ Leonis, qui apostolicum gubernat thronum ad sanctæ memoriæ Flavianum vrbis Cōstanti. episcopum testantur literæ.

Et post regis hæc verba Paschasinus reuerend. episcopus, & Vicarius sedis apostolicæ cum in medio vnā cum collegis suis steteret, dixit: Beatissimi, atq; apostolici viri papæ vrbis Romæ (quæ est caput omnium ecclesiarū) præcepta habem⁹ præ manibus, quibus præcipere dignat⁹ est, vt Dioscor⁹ Alexandrinorū archiepisc. nō sedeat in cōcilio, sed audiēd⁹ intro mittatur, quod nos seruare necesse est. Si ergo præcipit vestra magnificentia, aut ille egrediatur, aut nos exhibimus. Quibus in Græco interpretatis per Beroicianum virum deuotiss. & secretarium sacri consistorij, gloriosiss. iudices, & ampliss. Senatus dixerūt. Quid. n. specialiter ingeritur Dioscoro episcopo? Paschasinus verò episcopus, & vicarius sedis apostolicæ dixit. Cū intromissus fuerit, necesse est, vt illi obiciatur. Iudices & senatus dixerūt. Vt iā interfati sumus, causa quæ obiicitur, specialiter manifestetur, Lucentius episc. & vicarius sedis apostolicæ dixit. Iudicij sui necesse est eum dare rationē, quia cū nec personam iudicandi habere, subrepsit, & synodum ausus es facere sine autoritate sedis apostolicæ, quæ nunquam rite factum est, nec fieri licuit. Paschasin⁹ verò vicarius sedis apostolicæ dixit. Ista sic est. Nos contra præcepta beatiss. atque apostolici papæ gubernatoris sedis apostolicæ venire nō possum⁹, nec cōtra ecclesiasticas regulas, vel cōtra patrū instituta. Iudices, & senatus dixerūt. Cōuenit, vos specialiter quid errauerit, exponere. Lucentius episc. & vicari⁹ sedis apostolicæ dixit. Et ista sic est. Non patimur tā tam iniuriam, nec vobis fieri, nec nobis vt iste sedeat, qui iudicandus aduenit. Iudices & senatus dixerūt. Si iudicis obtines personam, nō vt accusator de bes prosequi. Et Dioscoro episcopo Alexandriæ secundum iusionem iudicum, & senatus residente in medio, & residētibus Romanis, & episcopis in propriis locis, & tacentibus Eusebius episcopus Dory-

letanæ ciuitatis transiens in medium, dixit.

Per sanctam Trinitatem vos adiuro, quæ custos est principum quaque colitis, & in qua baptizati estis, cuius quoq; inuocatione saluamini, iubete preces meas relegi. Clementissimi iudices miseremini & adeste fidei, quæ violata est à Dioscoro. Clementissimi iudices per salutem vos adiuro Imperatorū, Flavianus sanctus episcopus inique occisus est. Lachrymis impleor: simul mecum iniuste à Dioscoro datus est. Iubete preces, & quærelæ Eusebij Doryletanæ ciuitatis contra Dioscorū: quibus ostendit ipsum Diosc. in cōcil. Ephe. 2. malis, perturbationibus, atque seditionibus mundum replese, consensisseque Eutyche in sua confessione, recepta tamen à Dioscoro in secūda synodo Ephesina, & hic recitata. Quæ cum legerentur Orientales, & qui cum ipsis erant episcopi, dixerunt. Ista nemo dixit. Anathema ei qui dixit ista. Homicida dixit. Aegyptij dixerunt. Ista Pharaonis sunt. Anathema qui ista dixerunt. Hæc Dioscori sunt &c. Perlectis que in Ephesina secūda synodo acta sunt, iudices & senatus dixerunt.

Quibus perlectis, petētibus Dioscoro, & Eusebio iussu iudicum, atque senatus recensita sunt, quæ in concil. Ephe. gesta fuerāt, vt Dioscori causa innotesceret. Namq; nitebatur ipse probare predictum concilium legitime congregatum fuisseque catholicū, & quod robur, & autoritatē habuerit, vt ex hoc tam ipse, quā Iuuenalis Hierosolymorū Archiepiscop⁹, & Thalasi⁹ Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscop⁹ qui prefati cōcilij fuerāt iudices, euaderēt quā iustè merebatur dānationē: vel si secus (vt successit) incideret in foueā, quā fecit. Quā ob causam, & pro manifestanda etiā Flauiani innocentia fecerūt presbyteros, vt legerētur in ista prima actione acta tam synodi vniuersalis. i. Cōstantinop. quā & c. i. Ephe. sinæ & quedā epistolæ Cyrilli ad Nestoriū hæreticū & ad Ioannē Antiochiæ episcopum de pace, & de partu diuinæ genitricis Virginis, & vnigeniti filij Dei humanitatis assūptiōe. Hac de causa nōnulla etiā recitātur acta in cōcilio Nicæno. Et cū legerētur acta in 2. Ephesina synodo, & Dioscor⁹ in sui defensionē allegaret, quod tota illic cōgregata synod⁹ se cū tā in depositionē, & dānationē Flauiani, quā in omnibus aliis, que ibidē decreta sunt, cōsensisset, & propriis vocibus eadē cōfessa fuerit, atq; subscripserit. Orientales, & qui cū ipsis erāt omnes episcopi dixerūt illud esse falsū: & quod null⁹ volūtariē cōfessit: & addiderūt. Violēta facta est vis cū plagis, in pura charta subscripsimus: minabatur nobis dānatio, minæ exilij tendebantur: milites cū fustibus, & gladiis instabāt. Timebamus & fustes, & gladios. Vbi gladij & fustes qualis synodus est? Milites propter hoc accepit Dioscor⁹, vt nos terreret. Vndē quicquid egimus, terrore cōpulsū fecimus. Peccauim⁹ tamē, omnes veniā postulamus, etiā si per vim & necessitatē in pura charta coacti fuerimus tunc subscribere.

Et cū ex actis in prefata synodo legeretur, quæ fuerit congregata ex preceptione Imperatorum residentibus sanctissimis episcopis Dioscor. Alexandriæ & Iuliano episcopo agente vices, & tenēte locū sanctissimi episcopi R. E. Leonis, cuius lectæ, & susceptæ fuerit epistolæ ad dictā synodū directæ. Insuper quod Patres omnes illic conuenientes receperint libellū confessionis Eutyche tanquā catholicū, cōuictus est Dioscorus in multis: ipsa etiā synodus reprobata, & vt acephala damnata. Nam cum ista legerentur, Orientales, & qui cū ipsis erant reuerendiss. episcopi clamauerūt: Eiect⁹ est, null⁹ illic suscipit nomē Leonis Papæ, nec ei⁹ epistolę receptę, nec permissæ

permissæ sunt à Dioscoro legi, & quod nec confenserint patres confessioni Eutyche, eod quod similis fuerit Apollinari, Valentiniano, atque Macedoniano, qui verbū illud à patribus de Christo in symbolo additum scilicet (Qui conceptus est de spiritu sancto & Maria virgine) nusquam susceperint.

Deinde cum inter cætera alia multa, ex actis Ephesinæ secundæ synodi legeretur sic.

Consentimus, & confitemur ex duabus naturis fuisse dominum nostrum ante adunationem, postve ro adunationem, vnā naturam confitemur. Quæ verba in concilio Constantinop. pronunciarer Eutyche in sua confessione, recepta tamen à Dioscoro in secūda synodo Ephesina, & hic recitata. Quæ cum legerentur Orientales, & qui cum ipsis erant episcopi, dixerunt. Ista nemo dixit. Anathema ei qui dixit ista. Homicida dixit. Aegyptij dixerunt. Ista Pharaonis sunt. Anathema qui ista dixerunt. Hæc Dioscori sunt &c. Perlectis que in Ephesina secūda synodo acta sunt, iudices & senatus dixerunt.

Quoniam verò Flauianus religiosæ memoriæ, & Eusebius episcopus ex gestorum, & cognitionum scrutatione, & ipsa voce quorundam, qui tunc synodo præfuerunt consentiam se errasse, & frustra eos damnasse, quia nihil circa fidem monstrantur errasse, ostenduntur iniuste depositi, videtur nobis iustū esse eidem pœnæ Dioscorum episcopum Alexandriæ & Iuuenalem episcopum Hierosolymorum, & Thalasiū episcopum Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebiū episcopū Ancyre & Eustachiū episcopū Beryti & Basilii episcopū Seleuciæ Isauriæ, qui principatū tunc synodi tenuerūt, subiacere, & ab episcopali dignitate fieri alienos. Quā sententiā vt iustā ceteri omnes episcopi approbarunt: gratias deinde Imperatori, iudicibus atque senatui referentes. Et sic absoluta est actio prima.

*Actio secunda.*

Conueniente sancto, & vniuersali concilio secundū sacram actionem in Chalcedon. ciuitate congregato, id est, Paschasino, & Lucentio reuerendiss. episcopis, & Bonifacio reuerendiss. presbytero agentibus vices sanctiss. & Deo amantiss. Archiepiscopi senioris Romæ sancti Leonis, & Anatholio sanctissimo archiepiscopo Constantinop. Ciuitatis nouæ Romæ, & cætero sancto concilio, &c.

Præceptum est à legatis & senatu, vt in presentia concilij legeretur symbolū 318. patrum in Nicæa cōgregatorum. Et electa est per episcopū Nicomediæ expositio fidei concilij Nicæni. De quo vide supra.

Rursus preceperūt, vt recitaretur symbolum 150. patrum qui in Constantin. synodo prima conueniant, quod cum epistolis etiam Leonis papæ ad Flavianum episcopū de heresi Eutyche Aetius archid. ecclesiæ Constanti. recitauit.

Iterū etiam leguntur duæ epistolæ Cyrilli ad Nestorium, quæ habentur in prima actione huius synodi, quarū etiā mentionē fecimus in eadē actione. quam inuenies in concilio Ephesino iam descripto.

Hæc acta sunt, vt per hæc examinaretur Dioscor. discipulus Eutyche si sequeretur fidem prædictorum patrum, aliam vel quam docuerat Eutyche.

Post lectionem verò epistolæ Leonis (que est. 10. in numero) episcopi clamauerūt. Hæc patrum fides, Hæc apostolorum fides. Omnes ita credimus. Anathema qui ita non credit. Petrus per Leonem locutus est. Apostoli ita docuerunt &c.

Et cum legeretur prædicta epistola in qua & ista verba continebantur. f. Et ad resoluendum conditionis nostræ debitum, natura inuolabilis naturæ est vnita passibili, vt quod nostris remediis congruebat, mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, & mori posset ex vno, & mori posset ex altero, dubitatibus Illyricianis, & Palæstinis episcopis, quidam episcoporum surrexerunt, vt eos in his, quæ fidei sunt, instruerent. Et hac de causa, etiam & vt pertinentia ad fidem commodius tractarentur, inducias nonnulli petierunt, quas etiam iudices concesserunt, differentes audientiam vsque ad quinque tantum dies. Et sic absoluta est actio. 2.

*Actio tertia.*

Conueniente sacro, & vniuersali concilio, &c. Accusatur Dioscorus ab Eusebio Dorilei episcopo sicut in actione prima, & supplicat sanctam synodū vt sceleratum dogma Dioscori anathematizare dignaretur, ipsum etiam compellere, vt coram concilio compareret. Dioscorus enim continuerat se domi, nolens coram synodo comparere.

Rursus accusatur absens à Theodoro diacono ecclesiæ Alexandriæ. Primum de homicidio. Secundo de blasphemia in sanctam Trinitatem. Deinde quod cum Origine consentiret, quod incendiarius fuerit. Postremo quod excommunicationem cōtra sanctissimum apostolicæ sedis magnæ Romæ episcopum Leonē fecerit: necnō etiā quod temerarius extiterit contra gestū in Metropoli Nicæna conciliū. Et dato libello accusationis subscripsit, dicens.

Paratus sum adueniente Dioscoro in hoc sanctū vestrum concilium meis adesse accusationibus.

Post productus est alius libellus accusationis per Ischyriōnem diaconum, qui libellus sic incipit.

Sanctiss. & beatissimo vniuersali archiepiscopo & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ & vniuersali Chalcedon. synodo &c. Vbi de multis aliis criminibus predictum accusat Dioscorum.

Quarto productus, & lectus est alius libellus accusationis aduersus eundem Dioscorum per Athanasium presbyterum de similibus sceleribus.

Quinto, productus, & lectus est alius libellus cōtra Dioscorum per Sophronium laicum, in quo præter alia accusauit illum de adulterio: & quod iniquo desiderio captus suam rapuerat uxorem. Insuper quod ipsum Sophronium viribus totis Dioscorus de rebus humanis curauerat facere alienum.

Sexto, vocatus est Dioscorus ad concilium per notarium concilij, vt responderet ad prædictas accusationes. Ille tamē simulās egritudinē, noluit venire.

Vocatus est secundo directis literis à concilio ad illum, & missis tribus episcopis, qui commonefacerent illum, vt veniret, & satisfaceret de illis, que in concilio illi ingerebantur. Quo adhuc renuente, directæ sunt literæ à sacro concilio ad illum, quibus iam tertio vocatus est, vt in sacrum illud concilium dignaretur venire ad satisfaciendum simul & reuerendissimo Eusebio episcopo, & iis, que illi aduersus tunc ingerebantur. Similiter resposurus & illis qui illic aduersus illum alios accusatorios derant libellos, alias si post tertiam (dicunt patres) hanc regularem vocationem ex omni parte nullam habentem suspicionem ad veniendū distuleris, præfens sancta synodus ad illum veniet modum, quem contra pertinaces, & contemptores synodalis vocationis seruire solet, &c.

Et cum adhuc in sua pmaneret pertinacia, Pascha sinus episcopus, & cum ipso Lucentius episcopus, & Bonifacius presbyter tenentes locum sanctissimi, & beatissimi archiepiscopi apostolicæ sedis senioris Romæ Leonis Papæ pronunciauerunt.

Manifesta facta sunt, quæ à Dioscuro quondam Alexandria episcopo commissa sunt aduersus sanctarum regularum ordinem, & ecclesiasticam disciplinam, tam ex iis, quæ dudum examinata sunt in priore concessu, & ex iis quæ hodie acta sunt. Hic enim vt plura intermittamus, Eutychem similia sibi sapiētem, & regulariter à proprio damnatū episcopo, id est, sanctis. Flauiano præsumēs sibi primatū irregulariter in cōmunionē suscepit priusquā consideret in Epheso cum Deo amantissimis episcopis. Sed & illis quidē apostolica sedes veniam præstitit de his, quæ ibi non voluntarie ab eis gesta sunt, qui hæten⁹ permanserunt obediētes sanctissimo archiepiscopo Leoni & omni sancto, & vniuersali cōcilio. Hic autē & hæten⁹ permansit gloriās in eis, pro quib⁹ eum oportebat gemere, & se terræ prosternere. Super hæc nec epistolam beatissimi Leonis Papæ ad sanctæ memoriæ Flavianū scriptā legi permisit, & si cū iuramento fieri lectiōem promiserit. Sed quoniā secundis excessib⁹ priorem iniquitatē valde transcendit, præsumpsit enim & excommunicationē dictare aduersus sanctis. Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem: in super etiam & multi libelli multis eius pleni iniquitatibus contra eum in sancto, & magno concilio oblati sunt, & semel & 2. & 3. regulariter vocatus minime voluit obedire, & hos, qui à diuersis conciliis regulariter damnati sunt, contra diuinas leges suscepit, ideo ipse contra se elicuit sententiam sepius ecclesiasticos conculcans canones. Vnde sanctiss. Archiepiscopus magnæ Romæ Leo per nos & per præsentem sanctam synodum vnā cum ter beatiss. & omni laude digno beato Petro Apostolo, qui est petra & crepido catholicæ ecclesiæ, & ille, qui est recta fidei fundamentum nudauit eum tam episcopatus dignitate, quam etiam & ab omni sacerdotali alienauit ministerio.

Tūc Anatholius archiepiscopus Cōstantin. dixit. Hæc eadē apostolicæ sedis per omnia sapiēs cōcors sententiæ efficior. Similiter & omnes dixerunt consentientes sententię legatorum apostolicæ sedis.

Post hæc sacrum concilium epistolam ad Valentinianum, & Martianum Imperatores misit, rationem reddens omnium, quæ in his tribus actionibus gesta sunt in depositionem Dioscorig huiuscausas in eadē epistola breuiter complectens, vt Dioscorig malitiam, & in eum prolata iustę sententię synceritatem considerarent.

Miserunt patres & aliam epistolam ad sanctæ memoriæ Pulcheriam Augustam, quæ idem quod in præcedenti argumentum.

Deinde subiectū est edictū, siue leges Valentiniani, & Flauij Martiani Imperatoris ad Cōstantinopolitanos ciues, quo interduntur, & prohibētur disputationes Christianorū cum Paganis, & Iudæis. Quas leges Papa Leo in suis cōfirmat epistola confirmat autem Chalcedonen. concilij edita, atque statuta.

Extat in hac actione etiam relatio sanctæ synodi Chalcedonenfis ad Leonem papam de omnibus gestis generaliter in synodo. Quæ vniuersa postulant cōfirmari autoritate apostolica, vt late ponitur in epistola, quæ incipit. Repletum est gaudio os nostrū

& c. Et inter alia, hæc subiiciuntur. Hæc sunt, quæ tecum, qui spiritu præsens eras, & placere tanquā fratribus deliberasti, & qui penè par tuorum vicariorū sapientiam videbaris nobis, effecimus. Indicauimus verò quia & alia quædam pro rerum ipsarum ordinata quiete, & propter ecclesiasticorum statutorum definitiōem firmitatē, scientes, quia & vestra sanctitas addiscens, & probatura, & confirmatura est eadem. Rogamus igitur, & tuis decretis nostrorum honora iudicium & c.

Ad quam epistolam respondet Leo, & confirmat acta huius synodi, excepto decreto primatus Cōstantinopol. ecclesiæ supra Alexandrinam, & Antiochenā: & est inter epistolas Leonis epistola 59. quæ incipit. Omnem quidem fraternitatem vestrā, & c.

*Actio quarta.*

Congregato sancto, & vniuersali concilio, & c. Primo iudicium, & senatus iussu lecta sunt coram synodo quæ in præcedentibus actionibus acta fuerant. Deinde iudices, & senatus dixerūt. Singuli reuerendiss. episcopi, qui hic conuenerunt, doceant, si expositio 318. Patrū qui olim in Nicæa collecti sunt & post hæc 150. qui Constantinopoli cōgregati sunt consonant epistolæ reuerendiss. papæ Leonis. Anatholius archiepiscopus Constantinop. dixit. Nō solum illis cōsonat epistola sanctiss. Leonis papæ, sed & iis, quæ in Epheso sub beatiss. Cyrillo gesta sunt ab vniuersali & sancto Concilio. Hoc idem vicarij sedis apostolicæ cū omnib⁹ alijs episcopis dixerūt.

Illyriciani & Palæstini episcopi, qui in 2. actione cū legeretur epistola Leonis papæ (vt diximus) dubitare cæperāt sup verbis illis iā recitatis cōsequenter dixerunt. Nos sanctorū patrum 318. qui in Nicæa cōuenerant fidē semper seruauimus, & seruam⁹. Sequimur & 150. patrū nullo modo dissonantē. Cōsentimus etiā actis & cōstitutis in prima synodo Ephesina. Sed & lecta est nobis epistola beatissimi Archiepiscopi Romani Leonis in plurimis recte habēs & prædictis cōsonās, & cōsentim⁹. Aliqua autē nobis ex ipsa apparuerūt verba, vt partitionē & separationē aliquā à diuinitate carnis domini & saluatoris nostri Iesu Christi, quā sibi adunauit de sancta virgine Maria demonstrantia, de quib⁹ paulo ante dubitabamus. Sed cū iā à sanctissimis vicariis locum tenentibus eiusdem sanctissimi Leonis edocti simus, quia talia verba nullam partitionem in domino & saluatore nostro Iesu Christo: sed vnum eundemque dominum filium Dei indicant, consentimus.

Deinde surrexerunt aliqui episcopi Aegyptiæ regionis pro tota illa prouincia, & suā confessionē in scriptis dederunt, in qua secundū fidē à sanctis prædictis conciliis expositā fatebantur se credere, epistolæ autē Leonis papæ nolēbant subscribere. Ob idque magna est, cōcertatio & tumultus in synodo, vt cōpellerent illos Leonis papæ epistolæ subscribere, aut regulare dānationē, vt excommunicati, susciperent: indigne ferentes patres, vt decem homines præiudiciū facerēt synodo sexcentorū patrū, & catholicæ fidei illi verò instanter clamabāt misericordiam petētes, vt conduceretur illis à sancta synodo à tali subscriptione vt supersedere possent, quoadusque esset electus Archiepiscopus pro ecclesiā Alexandria, cuius consensus (vt mos in Aegypto erat) episcopi debebāt expectare, vt tale quid possent deliberare. Sin autē quod in cōcilio fieret archiepiscopus Alexandrin⁹, & tūc subscriberēt, & consentirēt.

Hæc

hæc sententia fuit Pascha sinī episcopi vicarij sedis apostolicæ quam curauit executioni mandari imperator. Ita in codice græco Parisiis impresso. Tandem datis fideiussoribus quod non exirent de ciuitate, quoadusque acciperet episcopum Alexandria, quando non vt repugnarēt catholicæ fidei nec non obtemperarent synodo, subscribere in præsentia distulerint eorum petitioni sacra annuit synodus.

Extat in fine huius actionis epistola Pseudo Archimanditarum hæreticorum quam protulerūt in concilio pro restitutione Diosco. Quæ cum legeretur omnes episcopi clamauerunt. Anathema Dioscuro. Dioscorum Christus depouit. Istos foras mitte. Petitiones istas synodum audire nō licet. Qui damnatus ab omni synodo episcopum nominare non licet, & c. Et sic absoluta est actio quarta.

*Actio quinta.*

In ista actione committitur quibusdam episcopis cum vicariis apostolicæ sedis & Anatholio archiepiscopo Cōstantinopolitano, vt de definitionem de fide inter se ordinarent, cui omnes postea assentiri deberent, in quo decreto quæ à 318. patribus in Nicæa, & quæ à 150. in synodo Constantinopolitana prima statuta sunt similiter & gesta in synodo Ephesina prima congregata sub Cælestino papæ, & Cyrillo archiepiscopo Alexandria reuocantur & recipiuntur. Similiter & epistola Leonis papæ ad Flavianum pro expugnanda prauitatis Eutychem perfidia, missa recipitur à sancta synodo: & nihil præterea.

*Actio sexta.*

Conueniente sancta & vniuersali synodo & c. Ad hanc actionem venit Imperator Martianus, qui Græce & Latine sanctam allocut⁹ est synodum cuius orationis eadem ferè sunt, quæ in prima actione (vt annotauimus) ad synodum verba fecit. Post verò allocutionem, lecta est Imperatori definitio si dei, quæ in actione quinta fuerat prolata.

Et post lectiōem definitionis extant subscriptiōnes episcoporum, & multi pro absentibus episcopis subscripserunt. Paschasinus episcopus vice domini mei beatissimi atque apostolici viri vniuersalis ecclesiæ papæ vrbis Romæ Leonis, synodo presidens statui, consensu, & subscripsi. Similiter & alij duo vicarij beatissimi Leonis papæ dixerunt, & subscripserunt. Cōsequenter & alij episcopi subscripserunt.

Post hæc idem piissimus Imperator ad sanctam synodum dixit. Pia catholica fide à sancta & vniuersali synodo, secundum patrum expositionem declarata, iustum simul & expediens esse nostra tranquillitas approbauit, omnem decætero contentiōnis occasionem de sanctæ fidei religione penitus amputari. Si quis igitur idiota, vel militaris, vel cleric⁹ publicè de fide turbam congregans, sub obtentu disputationis tumultum fecerit, sciat, quia siquidem idiota sit, ab vrbe regia expelletur militaris verò & cleric⁹ cuius gradus sui periculum sustinebunt, & pœnis alijs subiacebunt. Tunc omnes clamauerunt. Multos annos Imperatori. Multos annos Augusto pio & christiano Augustæ orthodoxæ multi anni & c. Dioscuro anathema & c.

Imperator ad sanctam synodū dixit. Quædā capitula sunt, quæ ad honorē vestræ reuerentiæ vobis seruiamus, decorū esse iudicantes à vobis hæc realiter potius formari p synodū, quàm nostra lege sanciri. Et iubete piissimo principe lecta sunt capitula, que superfluum iudicauimus recenseri, vt pote quod primum caput sit can. 4. & 2. c. sit. 3. can. & 3. c. sit. cā.

5. huius concilij, & in alijs sæpe repetitus.

*Actio septima.*

In ista actione agitur de concordia duorū episcoporum Maximi & Iuuenalis iā inter secōposita super quibusdā parochiis, quæ postulat à sancto cōcilio (vt pmaneat) cōfirmari: & factū est. Et nihil præterea.

*Actio octaua.*

Residente sancto cōcilio ante cancellos sanctissimi altaris, reuerēdis. episcopi clamauerūt Theodoretus modo anathematizet Nestoriū. Theodoretus dixit. Ego præces meas obtuli piissimo Imperatori, & libellos obtuli reuerendis. episcopis agentibus locum archiepiscopi Leonis: & si vobis placet, legatur corā vobis, vt sicut sapio cognoscatis. Episcopi clamauerūt. Nihil religi volumus, modo anathematiza Nestoriū. Theodoretus dixit. Ego ab orthodoxis nutritus sum: orthodoxe prædicauī & docui: & non solum Nestorium & Eutychem, sed & omnem hominem, qui recte non sapit, aduersor. Episcopi dixerunt. Clare dic, anathema Nestorio, & dogmatis eius anathema. Tādem compulsum est, vt expresse & clare Nestorium & Eutychem, omnem hæreticum, & omnem hominem, dicentem vel opinantē duos filios, & eos, qui non dicerent Dei genitricem virginem Mariam, anathematizaret. Quod cum dixisset. Omnes episcopi clamauerunt. Theodoretus dignus est sede ecclesiæ. Orthodoxum ecclesiæ pastorem recipiat, orthodoxum doctorem ecclesiæ recipiat. Archiepiscopo Leoni multos annos. Post Deum Leo iudicauit. Et sic decretum est, à sancta synodo, vt Theodoretus ecclesiæ sua restitueretur, à qua fuerat & eiectus, & ab episcopatu exclusus.

*Iudex immediatus post deum episcopus Roman⁹.*

*Autoris admonitio de Theodoro.*

[Theodoretus, cuius hic fit mentio, e didit multa opera pia & catholica, etiam contra hæreticos, sed in concilio Ephesino similitates exercuit contra Cyrillum Alexandrinum, cuius 12 Capita à Synodo recepta, impugnauit acerrimè, sequutus partes Ioannis Antiocheni, & 28 aliorum fautorum Nestorij, qui resiliuerunt à Concilio. tunc ab episcopatu est depositus: Nunc verò Cum patres contenderent, eum à Concilio abigendum: quia iam non esset amplius episcopus, Anathematizato Nestorio, ecclesiasticæ vnitati, & episcopatu restituitur: quod ante autoritate Leonis papæ & Martiani Imperatoris prudentia dispositum fuerat.]

Accusabatur Ibas, quod publice coram clero & populo dixisset. Non inuideo Christo factō deo. Et etiam quod Cyrillum vocasset hæreticum.

Examinatus tamen Ibas præsentibus & instantibus accusatoribus suis, talem audiuit sententiā.

Paschasinus & Lucentius episcopi, & Bonifacius presbyter tenentes locum sedis apostolicæ. Quia missi apostoli semper in synodis prius loqui & confirmare soliti sunt, per Paschasinum dixerunt. Relectis chartis agnouimus ex sententia reuerendissimo rum episcoporum Ibas reuerendum innoxium ap probari. Relecta enim eius epistola cognouimus eum orthodoxum: & ob hoc decernimus ei honorem episcopatus restituendum, & ecclesiā à qua iniuste & absens expulsus est reparandā. De sanctissimo igitur episcopo Nono, qui pro eo paulo ante factus est, existimationis erit venerabilis episcopi. Antiochenæ ecclesiæ quid oporteat de eo statui & c. Omnes episcopi clamauerunt: omnes eadem dicimus. Nestorium modo anathematizet: Eutychem & eius dogma modo anathematizet.

*Sententia pro Iba episcopo.*

*1. Nemo. e. de summa trinitate & fid. Catho.*



Ibas reuerendus episcopus dixit. Et iam in scripto anathematizauit Nestorium, eiusque dogma, & nunc anathematizo eum decies millies. Anathema Nestorio & Eutychi. Et omnem eum, qui non sapit sicut hæc sancta synodus anathematizo. Gloriosissimi iudices dixerunt. Quæ iudicata sunt à sancta synodo de Iba Reuerendiss. episcopo, propriam fortitudinē retinebunt. Et sic absoluta est actio decima.

*Actio undecima & duodecima.*

In istis duabus actionibus agitur causa inter Basilianum & Stephanum contententes de episcopatu ecclesiæ Ephesinæ, & definitum est, ambos esse remouendos, quia præter regulas episcopi facti fuerant, & alterum episcopum ordinari prædictos verò habere episcopi dignitatem, & à sanctissima Ephesina ecclesia nutriendos.

In 13. & 14. actionibus tractatur de compositione quorundam episcoporum, & præterea nihil.

*Actio decimasexta.*

Conueniente sancto & vniuersali concilio, residentibus omnibus ante altaris cancellos sanctę martyris Euphemie vicarij sedis apostolicę ad iudices dixerunt. Hesternam die postquam potestas vestra surrexit, & humilitas nostra vestigia vestra secuta est, quædam facta dicuntur, quæ nos, & præter canones ecclesiasticos, & disciplinam æstimamus effecta. Poscimus ergo, vt vestra magnificentia regi hæc præcipiat, vt omnis fraternitas inspiciat, vtrum iusta, an iniusta sint ea, quæ gesta sunt. Iudices dixerunt. Relegantur. Beronicianus vir deuotus, secretarius diuini consistorij legit sic.

*Hic est 28. canon huius synodi in concilio, quem non admittit papa Leo.*

Definitiones sanctorum patrum sequentes ubique & regulam, & quæ nunc relecta sunt 150. Deo amantissimorum episcoporum, qui cõgregati sunt sub pie memorię Imperatore maiore Theodosio in regia ciuitate Constantinopoli, cognoscetes & nos eadem definiuimus de priuilegiis eiusdem Constantinop. ecclesiæ nouæ Romæ. Etenim sedi senioris Romæ propter imperium ciuitatis illius patres consequenter priuilegia reddiderunt. Et eadem intentione permoti centum quinquaginta Deo amantissimi episcopi equa sedi nouæ Romæ priuilegia tribuerunt, rationabiliter iudicantes imperio & senatu urbem ornatam æquis senioris Romæ priuilegiis frui, & in ecclesiasticis sicut illa, maiestatem habere negotiis, & secundam post illam existere: & vt his, qui de Ponto sunt, & de Asia, & de Thracia diocesis Metropolitanos solos, rursus autem & qui inter Barbaros sunt episcopos præfatarum diocesium ordinari à prædicta Constantinop. sedis ecclesia, quippe vt vnusquisque Metropolita præfatarum diocesium cum episcopis suæ prouinciæ ordinet suæ regionis episcopos, sicut diuinis canonibus est præceptum. Ordinari autem (sicut dictum est) Metropolitanas præfatarum diocesium à Constantinopolitano Archiepiscopo, decretis consonis secundum morem factis, & ad eum relatis. Anatholius episcopus Constantinopolis definiens subscripsi. Maximus episcopus Antiochię definiens subscripsi & cætera. Lucetius episcopus apostolicę sedis vicarius dixit.

Primo gloria vestra perpendat, qua circunuentio cum episcopis sanctis gestum sit, vt non conscriptis canonibus quorum mentionem fecerunt, subscribere sunt coacti. Episcopi clamauerunt: Nemo coactus est. Lucentius episcopus sedis apostolicę dixit. Accedit ad cumulum, quod trecentorum de-

cem & octo constitutionibus postpositis, centum quinquaginta in synodicis canonibus non habentur, mentionem tantum fecisse noscuntur, quæ dicuntur, quæ dicuntur ante octoginta prope annos constituta fuisse. Si ergo his temporibus in hoc beneficio vsi sunt, quid nunc requirunt? Si nunquam vsi sunt quare requirunt? Aetius archidiaconus ecclesiæ Constantinop. dixit. Si de hoc capitulo aliquod mandatum acceperunt, proferant. Bonifacius presbyter sedis apostolicę vicarius dixit. Beatissimus & apostolicus vir Papa inter cætera hoc nobis mandauit, & ex chartula recitauit, sanctorum quoque patrum cõstitutionem prolatam, nulla patiamini temeritate violari, seruantes omnimodos personarum nostrarum in vobis, quos vice nostra transmisiimus, dignitatem. Ac si qui forte ciuitatum suarum splendore confisi aliquid sibi tentauerint vsurpare, hoc qua dignum est constantiam retundatis. Iudices dixerunt. Vtraque pars canones proponant. Paschasinus vicarius sedis apostolicę recitauit canonem sextum concilij Nicæni, & secundum canonem Constantinopolitani concilij, & alios recitauerunt canones vicarij sedis apostolicę, vbi dicernitur sedem Romanam esse in omnibus & per omnia primam, & post illam secundum habere gradum Constantinop. Hæc quæstio valde inter vicarios sedis apostolicę cæterosque episcopos cõtrauertitur. Tandem iudices dixerunt: Ex his quæ gesta sunt, vel ab vnoquoque deposita pendimus, omnem quidem primatum & honorem præcipuum (secundum canones) antiquę Romę Deo amantissimo Archiepiscopo conseruari. Oportere autem archiepiscopum Constantinop. eisdem primatibus honoris & ipsum dignum esse, & potestatem habere ordinare Metropolitanas in Asiana & Pontica, & Thracia diocesis, hoc modo, vt electi à clericis cuiuscunque Metropolis episcopi referantur ab eligentibus archiepiscopo Constantinop. vt penes eum sit (si velit) hunc, qui electus est confirmare, repudiare, & cætera. Episcopi dixerunt. Hæc omnes dicimus. Hæc omnibus placent. Lucentius episcopus sedis apostolicę vicarius dixit. Sedes apostolica nobis præsentibus humiliari non debet. Et ideo quæcunque in præiudicium canonum vel regularum hesternam die gesta sunt nobis absentibus, sublimitatem vestram petimus, vt circunduci iubeatis, sin alias contradictio nostris gestis inhæreat, vt nouerimus quid apostolico viro vniuersalis ecclesiæ Papæ deferre debeamus, vt ipse aut de suæ sedis iniuria, aut de canonum euersione possit ferre sententiam. Episcopus Sebastie dixit, Omnes in sententia vestræ magnificentie permanemus.

*Tituli Canonum Concilij Chalcedonensis.*

- 1 De seruandis canonibus synodorum.
- 2 Quod præmio vel pecunia non ordinentur episcopi.
- 3 Episcopi, Clerici, & monachi seculares curas postponant.
- 4 Absque voluntate episcopi nec monasterium, nec oratorium quis facere præsumat, & de monachis.
- 5 De his qui de ciuitate in ciuitatem vadunt.
- 6 Vt in publicis locis fiat ordinatio.
- 7 Vt monachi ad militiam non redeant.
- 8 Vt dispensatores pauperum episcopo suo obediant.
- 9 Si clericus contra alium causam habeat ante episcopum suum examinetur.
- 10 Vt non liceat de alia ciuitate in aliam transmigrare.

ii Ege-

- 11 Egenis epistola tribui debet honestioribus formata.
- 12 Vt prouincia in duos metropolitanos episcopos non diuidatur.
- 13 Vt peregrini in alia ciuitate non ministrent.
- 14 Non licet cum hæreticis aut iudeis coniungi.
- 15 De Diaconis.
- 16 Vt nec deo dicata virgo nec monachus nubant.
- 17 Singulas prouincias inconuulsas manere.
- 18 De his qui conuersionem, aut calumniam contra episcopum faciunt.
- 19 Vt Synodus bis in anno fiat.
- 20 Eum qui alium clericum suscipit, à communionem suspendi.
- 21 De his qui accusant ecclesiam.
- 22 Clericis non licere diripere bona episcopi.
- 23 Vt ad loca propria reuertantur clerici.
- 24 Vt quæ deo sacrata sunt monasteria, cœnacula secularia non fiant.
- 25 Quod intra tres menses episcoporum ordinationes fiant.
- 26 Vt episcopi dispensatores habeant.
- 27 De his qui mulieres accipiunt.

*CANONES CHALCEDONENSIS Concilij.*

*25. q. 1. a sanctis patribus*



Regulas sanctis patribus in vna quaque synodo vsq; nunc prolatas teneri statuimus.

*2. q. 1. Si quis episcopus*

2. Si quis episcoporum accepta pecunia ordinationem fecerit, & sub precium deduxerit impreciabilem gratiam, atq; ordinauerit per pecunias episcopum, siue coepiscopum, siue presbyterum siue diaconum, aut quencumque alium, qui connumeratur inter clericos, aut accepta pecunia ordinauerit æconomum in defensorem, siue paramoniarum. Quicumque ergo hæc meditatus fuerit, si conuictus fuerit ipse quidem subeat gradum sui periculum, & qui sic ordinatus fuerit, nullum habeat fructum ex huiusmodi & creatione probrosa, & mercimonio, sed sit alienus, & dignitatis & sollicitudinis eius, quam per pecunias introiuit. Sed & illis qui instans, tam turpibus, & illicitis datis intercessor apparuit, si quidem clericus fuerit, de proprio decedat gradu: si vero Laicus, siue monachus fuerit, anathema sit.

*D. 86. peruenit ad.*

3 Peruenit in sanctam synodum quia de his qui in clero commemorantur quidam propter turpis lucri gratiam alienarum possessionum conductiones & causas seculares suscipiunt, & se ipsos quidem à ministeriis sanctis per desidiam separant, & ad domos autem secularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes auaritiæ causa suscipiunt. Decreuit ergo sancta & magna synodus, neminem deinceps eorum, hoc est episcopum siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri secularibus procurationibus, nisi forte qui legibus ad minorum tutelam ætatum, siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ipsius ciuitatis episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula vel orphanorum, aut viduarum quæ indefensa sunt, aut earum personarum quæ maxime ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis verò transgressus fuerit statuta, correctioni ecclesiasticæ subiaceat.

4 Qui verè & purè solitariam eligunt vitam, di-

gni sunt conuenienti honore. Quia tamen quidam monachi habitu vtentes res communes disturbant, indifferenter ciuitates circumeunt, nec non & monasteria per seiplos propria præsumptione contentant, placuit neminem aut edificare, aut constituere monasteria, aut oratorij domum, sine conscientia ipsius ciuitatis episcopi. Eos verò qui per singulas ciuitates seu possessiones in monasteriis sunt subiectos esse debere episcopo, & quieti operam dare, atq; obseruare ieiunia & orationes in locis in quibus semel Deo se deuouerunt permanentes, & neque communicare ecclesiasticis, neq; seculares aliquas tractare actiones, relinquentes propria monasteria, nisi fortè iubeantur propter urgentes necessitates ab ipsius ciuitatis episcopo. Et neminem seruorum suscipi in monasterium, vt sit cum eis monachus, nisi cum domini proprij conscientia. Prætereuntem verò hæc decreuimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. Conuenit verò ciuitatis episcopo, curam sollicitudinemq; necessariam monasteriis exhibere.

*56. q. 1. Quis vere & pure & 13. q. 2. Quidam monachorum habitum.*

5 Propter eos episcopos siue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas à sanctis Patribus habere propriam firmitatem.

*7. q. 1. Propter eos nisi...*

*15. D. 70. Neminem.*

6 Neminem absolute ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in ecclesia ciuitatis, siue possessionis aut in martyrio, aut in monasterio qui ordinatur mereatur ordinationis publicatæ vocabulum. Eorum verò qui absolute ordinantur, decreuit sancta synodus, vacuum haberi manus impositionem, & nullum eius tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinauit.

*20. q. 3. Eos qui semel.*

7 Eos qui semel in clero taxati fuerint, siue in monasteriis deputati, decreuimus neque ad militiam, neque ad honores seculares venire. Eos autem qui hoc ausi fuerint facere, & non eius rei pœnitere voluerint, vt ad hoc idem reuertantur, quod antè obtentu Dei proposuerunt sibi anathematizari.

8 Clerici in prothodochiis, & in monasteriis, aut martyriis constituti, sub potestate sint eius qui in ea est ciuitate episcopus secundum traditionem sanctorum Patrum, nec per præsumptionem recedant à suo episcopo. Eos verò qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionem quocumque modo, vel si noluerint subiicere proprio episcopo, si quidem fuerint clerici, pro personarum ordinatione subiacent condemnationibus canonum. Si verò monachi seu laici fuerint, communionem priuentur.

*21. q. 1. Si clericus aduersus clericum*

9 Si clericus aduersus clericum habeat negotium, non relinquat suum episcopum, & ad secularia iudicia non concurrat, sed prius negotium agitur apud proprium episcopum (vel certè si fuerit iudicium ipsius episcopi) apud arbitros ex vtraque parte electos, audiatur negotium. Si quis verò contra hæc fecerit, canonum subiaceat correctionibus. Et si clericus aduersus suum, vel alium episcopum habeat causam, apud audientiam synodi prouinciæ eius conueratur. Si verò cõtra ipsius prouinciæ metropolitanum episcopum episcopus siue clericus habeat controuersiam, pergat ad ipsius diocesis primatem, aut certè ad Constantinopolitanam regiæ ciuitatis sedem, vt eorum ibi proprium negotium exquiratur.

*21. q. 1. Clericum in duarum.*

10 Non licet clericum in duarum ciuitatum ordinari, sed in ea in qua ab initio ordinatus est, & cuius expectatio





Theopassani appellati sunt aut Theopaschite, quorū heresis iam sepulta, per hos suscitata est. Cōtra quos coacta est synodus Cōstantinopoli œcumenica, cui præsedit Menna patriarcha Constantinopolitanus, confirmatus à summo pontifice Romano Agapeto ex authorato Anthonio. Quarè certò crediderim hoc conciliū incepisse sub Agapeto, & durasse temporibus Syluerij, finitum fuisse temporibus Vigiliij pōtificum Romanorum, licet communiter Vigilio tribuatur, quia eius temporibus finitum est.

Tertiò eliminavit: Originistarum repullulantes errores. Primus quod Paradisus sensualis non erat facta à Deo, nec Adam in carne à Deo formatus est, & quòd finem habitura est reprobatorum pœna, atque dæmonum, qui ad pristinum statum, què antea habuerunt, reducentur.

Nicephorus Callistus lib. 18. cap. 51. admonet trifagium ter sanctum carnè ab Apostolis per manus Ecclesiæ traditum, nō tamen negat miraculū quod cōtigit sub Proclo patriarcha & Theodosio Iunior: nā hoc miraculū narrat p̄dicto capite & 14. li. c. 46. Qui plura cupiat de trifagio videre, legat Ioannē Damascenum lib. 3. cap. 10. de fide orthodoxa, & epistolam eiusdem ad Iordanum de trifagio.

**CONSTANTINOPOLITANA SY-  
nodus quinta, circa tempora Agapeti, Syl-  
uerij & Vigiliij.**

**EXPOSITIO FIDEI SECVNDVM RE-  
uelationem Gregorij Episcopi Neocaesariensis.**



**V**nus Deus pater verbi viuentis, sapientie subsistentis, & potentie, ac characteris sempiterni, perfectus perfecti genitor, pater filij vnigeniti. Vnus dominus, solus ex solo, deo ex Deo, character & imago deitatis, verbum operatum, sapientie consistentia omnium cōprehensua, & virtus totius creaturæ factua, fili⁹ ver⁹ veri patris, inuisibilis inuisibilis, ineffabilis ineffabilis, & immortalis, immortalis & sempitern⁹ sempiterni. Vnus spiritus sanctus ex Deo subsistentiam habens, & per filium existens scilicet hominibus imago, filij perfecti perfecta vita, viuētium causa, sanctificatio, sanctificationis donatiuus, in quo apparet Deus pater, qui est super omnia in omnib⁹, & Deus filius, qui per omnia est. Trinitas perfecta, gloria & æternitate ac regno & imperio non partita, id est distributa, neque abalienata. Nō ergo creatum quid, vel seruitium in trinitate, neque adinuentitium, tanquam prius non existens, & posterius adueniens. Non ergo defuit aliquando filius patri, neque filio spiritus, sed inconuertibilis & immutabilis semper ipsa trinitas.

**ANTEONIS EPISCOPI ARSINOIS  
Epistola ad Petrum Episcopum Antiochie, quoniam non oportet additionem crucis in trifagio adiungere, illam scilicet, qui crucifixus est propter nos: quam heretici apposuerunt.**



**M**ultum valde sum angustiat⁹, frater honorandissime, quoniam per te magnū oritur scandalum, præamputante me scandala. Etenim cum in hoc volo lachrymas compescere, prohibeor à tua

peruersa excogitata hæresi, quoniam Euangelia à te sauciantur actusque, & Apostolus. Visus es enim vtra ipsos *ἰεροφύλαξ*, dum non Christum crucifixum putè confiteris, sed *τρισάκιον* crucem coadunas, sicut prima tua scripta ad Acacium Constantinopolitanam vrbis pastorem ostendunt. Ex quo autem in impietate incidisti, opinionem à te iniuste prolata diffenter peruertis, quatenus iniquiorem & stabilem ipsam apud omnes confirmes. Neque enim diuinū dicimus passibilem (sicut tu dicis) neque nudū verbum dicimus crucifixum, sed Christum Iesum. In trifagio autem, vbi non est corporis significatio, quem locum crucis appellatio accipiet? Dicis enim sanctus Deus. Et quis nescit quoniam primus pater sit secundum ordinem opinationis omnibus consuetæ, licet non secundum eminentiam diuinæ dignitatis? Postea dicis, sanctus fortis. Et quis nescit, secundum prophetam Esaiam, natum nobis Christum Iesum puerum, cuius principium fuit simul cum ipso, & vocatur & est magni consilij Angelus, Deus fortis? Si enim crucifixus est, ex infirmitate, infirmum nostrum assumens corpus, hoc passus est. Fortis autem Deus existens, voluntariè ad crucem proprium exhibuit corpus, sicut dicit Propheta: Ipse infirmitates nostras assumpsit. Deus autem & homo ab omnibus simul confitetur Christus: tu solam fortitudinem Christi deitatis dicis. Et percurrens hoc, venisti ad spiritum sanctum, & confessus fuisti (sicut est verè) immortalē. Quem ergo inferens crucifixum propter nos, præter Christum dicis? Nōne ergo manifestus factus es quaternitatem sapere, aliū præter fortem Deum Christum nominans, dum spiritum sanctum crucifixum fuisse dicis? Et quod impius isto factum vnquam fuit? Sed phantasiam dicis passionis dispensationem Nōne ergo phantasia secundum impios Manichæos & saluatoris nostra est? Vides quomodo vndique præcipitaris, & ignorans vel sciens voluntarie malefacis? Ecce nunc recordatus verecundare de tua ineruditione, & scito (sicut à propheta recepisti) glorificare trifagium. Incorporaliter enim nominatur. Nullo carnis ænigmate ipsum prædices. Vnigenitus purè debet glorificari, nulla crucis additione inducta. Sic enim, si quis sophista sit, è recta opinione præceps efficitur. Christum autem assumo propter nos filium Dei crucifixum, secundum beatum Paulum dicentem: Nos autem prædicamus Christum Iesum, & hunc crucifixum. Noli negare istius nomen, & passionem. Sic autem nos præueniens ille dixit: Si quis vobis euangelizet præter id quod accepistis, anathema sit. Ego enim, inquit, non iudicavi aliquid scire in vobis, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Si autem istum negas crucifixum, & trifagio passionem adiungis, quomodo non subintasti anathematizationem? Paulus est qui anathematizat, vas electionis præcupias, id est assumas Christum, & crucem noli negare. Non alterum pro altero. Plurimi enim sunt crucifixi: vnus autem qui propter nos. Porta ergo in cruce istius nomen, vt non alium suspiceris dicere crucifixum: quoniam scis quòd multæ sunt insidie dolosi. Propter hoc 318, & centum quinquaginta patres vnum dominum Iesum Christum crucifixum tradiderunt, & non trifagium. Qui autem indicat seipsum esse meliores legislatores quàm isti patres, quomodo non ostendunt se ab istis alienos?

F A V


**AVSTI EPISCOPI APOLLONIDA, ad eundem Petrum.**



**Q**uoniam iam \* promissum est primos pungi ab his quibus postremò mysterium dei reuelatum est, illos autem silentium docere à mala doctrina tanquam pessimos dogmatistas effectos. Audiui à multis coepiscopis, dilectissime, te à recta opinione deuiare, & hoc vbique circumstrepitur. Propter quod necessarium putavi quærere à te si hæc ita se habent. Ostendere enim visum est, non ita te sapere debere, vt trifagio crucem adiungas, & passioni & morti impassibile submittas, sed purè sicut ea quæ sunt Seraphim, & piè gloriam dicere. Quomodo christianizant gentes, si nomē saluatoris non inferatur Christo? Quomodo autem & ipsi Christiani fideles esse possunt, non superponentes cruci nomen Christi? Audientes enim infideles Deum immortalem propter nos crucifixum, dicent scandalum esse credere in Christo, auertentes, & dicentes, Dij nostri qui apud Christianos populos adulteri sunt, immortales à nobis appellatur: & quomodo ipsorum Deus immortalis existens, mortuus est? Manifestum quòd falsa est dictio ipsa. Si enim mortuus est, non est immortalis. Adhuc neque fortis, sed infirmus, mortalitate tentatus. Non isti solum, sed & Dei cultores & nobis confideles dicent: Vtique isti Dei passionarij sunt, & non Christiani: Manichæi, & non orthodoxi, quia trinitatem tenentes non trinitatem. Eutychnistæ sunt, non rectè sentientes. Nestoriani, non Christianizantes. Si quis autem in cruce appensum audiet Christum Iesum esse, qui mortalem carnem nostram sua clementia intinctus *χρησθε*, id est, intinctus vel vinctus Christus propriè vocatur, propter quod & crucifixerunt ipsum, quem speramus quoniam ipse est venturus redimere Israel, tūc cadens in faciē, dicit. Et ego Christianus sum. Credo in quem & isti crediderunt. Et credentes esse & passionem & mortalitatem corporis ipsius. Et propter hoc enim plurimis deliramentis iaculata est ab infidelibus fides orthodoxa sexcentorum triginta patrum in Chalcedona, quoniam duas naturas esse in Christo, vnā passibilem, mortalem, visibilem & tractabilem, quæ est caro nostra: & vnā impassibilem, immortalem, inuisibilem, intratabilem, quæ est Dei inuiolabilis natura. Vtrumque ergo in Christo oportet nos confiteri, quorum vnioni nō des distantiam, neque scindas Deum à carne, & non vociferaberis Nestorianus. Neque discretionem Christi naturarum negabis, & non suspicaberis esse Eutychnista. Et non confundas Deum passionibus carnis, & non dicèris Apollinarista. Neque \* impassibile & immortalis superbè addas Christum crucifixum, & non asseueres quadrifacium Deum, & non eris habitus Manichæus. Neque in trifagio post deū patrem, & fortè ipsius filium, & immortalem spiritum, addas \* Christum crucifixum, & non habebis Samosateno hæresim. Et non redarguaris quaternitatem sapiens, non trinitatem: neque trinitatem in Christum induplices, ipsum patrem & filium & spiritum sanctum dicens: & non subibis Sabellij pœnā, id est causam. Non velis vocari præceptor & non sequitor doctrinæ Christi: & non innouabis vanæ gloriæ hæresim, & non contaminabis animam tuā,

quoniam scis Apostolos non fuisse præceptores in nouitate, sed indagantes solum præceptorem & legislatorem Christum. Videas, charissime, non in finem ducas diffamationem tuam, ne derisus fias, tanquam Deum passibilem, vel quaternitatem asserēs. Si autem apprehendisti hos sermones in instinctu sensus, citò declina à malo, & fac bonū, & (vt optamus) rectum facias verbum veritatis, Christum simul confitendo secundum carnem propter nos passum, filium Deivuentis: & semel sic confitendo, nō supplantaberis ab hæresibus. Multi enim erronei exierunt in mundum, qui non cōfitentur Christum Iesum in carne venisse.

**AMPHILI EPISCOPI ABYDARUM, ad eundem Petrum.**



**F**iliorum meorū dilectissime, amarum excitas me luctum emanare. Si enim cum in aliqua domo quis moritur, ibidē fletus abundat: quomodo non lachrymabor & dolebo mortem filiorum meorū tuis suis perniciose delatam, quos oportebat te tanquam cōfratrem studere vnā mecū ad Deum adducere? Cōtrarium autem à te factum est, Deo amatissime, fuisti enim ipsorum corruptor non vita, amaritudo nō dulcedo, vna amara non dulcis botrus, zizania non frumentum, stipula non aurum, spina non flos, conturbatio non serenitas, id est tranquillitas. Quid enim? Præcedentium nostrorum coepiscoporum attendens symbola, non sciuisti non fuisse additā trinitati quaternitatem, dum trifagium dices in additione crucis? Ipsa enim est draconica, & venenosa hæresim vox, & porta inferni, & sempiternus ianitor mortis, & Christianorum laqueus, innocentium captio, orthodoxorum anomus, id est, contaminatio, fidelium prolapsus, sapientium titubatio, industriorum scādalum, quibus suspectus fuisti dulcis esse cum tua \* exclamata expositione, qua agonizans contra Apostolicam diffinitionem, & Euangelia, & trecentorum decem & octo patrum symbolū additionem in trifagio ignorantium, intellectualem venenum. Dic mihi ergo, quis deitatem dicit crucē sustinuisse? Quid Deum verbū nudas à stola? Quid infecabile, tua ignauia seu vmbrositate secas? Quid veritate faucias? Quid Nestorio & Eutycheti Christi sectione fœderatus sis, & Samosateno condiscipulus, scindis Christi diuinam substantiam à carne, & cum Valentino eructasti, dicens sicut ille, immortalem crucifixum fuisse, & diuinam naturam serui supponens passionibus. Quid? cōtinebo, vel loquar? Num Paulianistam te acclamabo? Tamen in tuis literis dixisti, post Trinitatem Christum propter nos crucifixum. Num Manichæum te dicam? Tamen tu tibi ipsi reprehensibilis factus fuisti, Deum, nō Christum, dicens crucifixum. Num Nestorianum te appellabo? Sed approbasti, post patrem non confiteri laudatum à fidelibus filium Dei fortem carne crucifixum. Num Apollinaristam te dicam? Commiscuisti enim, sicut ipse, Deum confundens passionibus carnis. Multa itaque tristitia repletus, hæc tibi addo, simul cum Acacio inducente me ad hoc ipsum: quorum viriliter ab orthodoxis dementiæ resistendum est. Quid contaminas ecclesiam? Quid dilaceras Christi ouile? Si male dico, dic mihi tu.

Quæro


Quæro enim te doctrina rectissima excellere me, & plurimos. Quid ergo dicemus: sicut Paulus, Christum crucifixum: vel sicut tu, immortalem crucifixum? Quid dicemus: quoniam oportet filium hominis pati, sicut multoties dominus dixit: vel, sicut tu innouando dixisti, deitatem pati? Vel Evangelia, & actus, & Apostolus (sicut tu dicis) non dicunt sicut oportet, sed sunt apud te spernenda, & apud eos qui sequuti sunt huiusmodi tuam insipientiam dicendo trifagium crucifixum, vel post trinitatem Christum crucifixum: Designati enim sunt tecum quaternitatem afferentes. Si autem hæc ita se habent, ad quid sacræ scripturæ legantur, vel ipsæ creduntur \* audita? Vbi que enim Christum tradunt propter nos crucifixum, & trifagium, sicut tu dicis. Sed reiiciendos scripturæ dixerunt omnes qui Deum passibilem dicunt. Iam autem & ante has literas, tanquam domino meo & patri sic rectissima sapiens manifestavi reformari debere, & refringere impium dogma à te innouatum, & non acquieuiti. Propter quod ego tanquam ad primum inuictorem horum impiorum sermonum, iaculor contra te multam: ut si forte pro ista monita reprehensus à minore in dignitate, citò cedas confiteri patrem & filium & spiritum sanctum, & nihil addere vel auferre, teneas culmen throni pro nobis. Si autem non sic sustinueris, inducam supra te communionis priuationem. Dicit enim Apostolus: Hæreticum hominem post primam & secundam monitionem recusa, sciens quoniam euersus est talis, & peccat, seipso condemnatus existens. Veruntamen Dei interpellatores sumus: ne tui ipsius condemnator existas, sed recti verbi prædicator veritatis existas.

1. Corin. 1. d  
Math. 16.  
c. 17.  
Marc. 8. d

al. auditu.

Tit. 3. d

ASCLEPIADES EPISCOPVS  
Traillarum ad eundem Petrum,




Ecce charissime, impletus est mundus scádalo appositionis, & palatia plena curæ facta sunt, & pastores incitatur merito inducere supra te maledictionem. Num iam primus es patrū in Nicæa, vt diffinitio tua super ipsos dominetur? Sed dicis: Ego propter Nestorium addidi in trifagio crucem, ex eo quod repellebatur ab eo deitas, dum ipsum crucifixum dicebat. Et quid? Nō est iste intellectus iste iunior Nestorio? Incepit enim hoc à Fotino vane sentiente, quæ sancti patres qui in Nicæa conuenerunt, in vita quidem non inuenerunt, dogma autem ipsius condemnauerunt. Vnde trifagium in solis mysteriis vocari promiserunt, sicut illa Seraphim dicunt, nullam in isto additionem vel detractionem facientes. Rursus autem hæc impietas renouata in tempore Samosatani iterum inualuit: & sanctæ memoriæ patres in Constantinopoli congregati, licet ipsum non inuenerint, tamen dogma ipsius condemnauerunt, hoc est non sapere duos filios. Ideo vnum filium in ipsorum diffinitione confelsi sunt, non trifagium. Dixerunt autem ipsum crucifixum, quoniam diffinitionem patrum ante ipsos præcedentium sequuti sunt, & ipsorum dogmata sequi iudicauerunt, audire videlicet in solis mysteriis trifagiū impassibiliter, sicut Seraphim, & non crucifixum. Rursus reualefcente Nestorio, & instruente impia ante ipsum dogmata illa, videlicet Fotini & Samosatani, congregati propter ip-

Es. 6. d

sum qui circa Cælestinum & Cyrillum erāt, huiusmodi impietates propulsaerunt, & non apposuerunt in trifagio crucem. Vel tu videris omnibus istis sapientior esse, vel habere plus spiritus sancti quam ipsi quibus scientia fuit? Tua ergo additio crucis in trifagio apposita, impia blasphemia est. Veruntamen & post hos sanctos patres cum graues terramotus ciuitatem Constantinopolitanam occupassent, magnus & paruus, diues & pauper, seruus & liber, extraciuuitatem in campo secedentes simul concurrerunt, frigoribus & hyeme ibidem perdi malentes, quam ciuitati ipsi coniungi. Quibus vbi Deus parcere clemēter dignatus est, reuelauit beato Proclo trifagiū acclamare, cum ipsi ad propulsandam iram litanias facerent. Et hoc clare non vni vel duobus notū fuit, sed toti mundo. Si ergo introduxit Deus in eo dicere crucem, quomodo non respicit ad iniuriam suā? Dixit enim dicere, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis miserere nostri. Quomodo ergo tu ausus fuisti apponere crucem præter Deum & sanctos patres, patrem confundens filio & spiritui sancto, in trifagio vocans crucem, tanquam apud te pater non esset pater solum sed & filius, & filius nō esset filius solum sed & spiritus sanctus, & spiritus sanctus nō esset spiritus solum sed & filius? Propter si quis apponat in trifagio crucē præter filio Dei, anathema sit. Si quis confundat trinitatem, dicens eundem esse patrem & filium & spiritum sanctum, anathema sit. Si quis distinguit vnam substantiam trinitatis anathema sit. Si quis vnum filiū diuidit in dualitatem filiorum, anathema sit. Si quis Deum verbū, & carnem, vnam dicit naturam, ignorans naturam differentiam, anathema sit. Ftenim credimus quod vita, vita est, & non coincidit in mortem. Tu autem cognoscas & præcidas quæ iniquè dixisti. Sit autem (vt est) Dei gratia cum his qui rectum faciunt verbum veritatis.

EPISTOLA IUSTINIANI EPISCOPI  
Sicilia ad eundem Petrum, quoniam non oportet additionem crucis esse in trifagio, vt non inducas duos filios.



Portet militem armari contra bel-lantes, & athletam contra stantibus abfistere. Luctatio autem vestra nō est carnalis, neque luctatio corpore vnctionibus fit, neque quis vacans à luctatione coronam habebit deitatis, si neglexerit comprehendendis nō antepone-re luctationem veritatis. Si enim quis certat, nō coronatur nisi legitime certauerit: & arma nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo ad demolitionem munimentorum, cogitationes destruentia, & omnē altitudinem contra scientiam Dei eleuatam. Quare tanquam fratrem incito hac monitione, quoniam bonum est patribus obedire, & detrahare proprias nouitates. Obedias amicablem, charissime, & argumentis non addas trifagio duos filios, sed crede Seraphim, trinitatem similiter glorificando, & non præter hæc addes languescere, vana gloria pessimū sophisma faciendo, crucem in hymno ponens, multaque factus cæcus. Quid ergo oculos rusticorum idiotarum effodis, inculpēs impiorum impietates? Quid Maniam, & Valentinū & Eurychem armis ad dicendum diuinum passibilem, & magis Paulum

Samosa-

Samosatenum & Nestorium, propterea quod in trifagio addis quaternitatem? Quia quocūque te veritas, quod impium est, intellectum pietatis habere non potest, sed plurimarum hæresum formas ostendit. Arrius enim filium diminuebat, & Eutyches similiter: propter quod & passioem addebant diuinæ naturæ filij: ideo non dicebant filiū homouisionem, id est consubstantialē, sicut Eunomius. Si enim iam apud ipsos pater impassibilis est, filius autem diuinitate passibilis, quomodo consubstantialis est? Macedonius autem spirat à patre solo spiritum sanctum: & Nestorius similiter diuidit vnum filium in dualitate filiorum: & impossibile est (sicut tu dicis) in trifagio quaternitatem dicere crucifixam, impiè addens, post confessionem trinitatis. Cessa igitur ab huiusmodi tua impia præcipitatione, non addas scādalum scandalo, & non eris causa perditionis magis simplicium hominum: ne præsidens noster Felix secundum canones sententiam dicat contra te, & non iuuabit te dicere, Ego vtiliter hoc apposui crucifixum in trifagio confiteri. Tolle iniquitatem de vniuerso, ne hoc citò multiplicetur, quoniam impiū facile susceptibile est, melius autem non. Suscipe ergo tanquam fratris tui admonitionem, extingue hæreticorum conspersionem, & fias pastor ouili, non lupus: & secutus beatum Proclum, & ipsius reuelationem, in campo timoris existentibus deprecatiue dicas trifagium ad pausationē iræ, & ne incites adhuc iram fortis. Si autem non velis tu, fraternitas mea innocens erit, & ego cum ipsis, & qui vnā mecum de his tibi scripserunt, custodiemus nos ipsos ab scandalis. Didicisti ab Esaia dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Non crucifixum (inquit tibi dicere.) Sed dicis: Tūc filius non erat crucifixus, & propter hoc non addidit tunc crucifixus. Qui ergo nūc Seraphim in trifagio addiderunt crucifixum, quod tu dicis? Et si dicis, non puto. Et si nescis, quomodo nō impius es? Etenim & tunc inquit propheta passiones carnis verbi, & aperte cōfitemur trifagium. Propterea quomodo & dicis suscepta fuit synodus Chalcedonen. & tamen absolute, sicut ipsa tradidit, tu non prædicas trifagium, sed inobedis illi, & non timuisti ipsam dicentem. Qui non sapit sic anathema sit. Salubriter prædica vel dic, & sanus eris: sin autē non, non solus hauries mala.

Es. 6. d

FELICIS EPISCOPI ROMÆ AD  
eundem Petrum, vt dicitur purgans vel deponens  
ipsum ab Antiochena Ecclesia.



Quoniam importabilibus verbis impie garrulasti, & nō indicasti cedere prædictis sanctis patribus, qui ornarunt sedem beatæ memoriæ, & multum triumphantis Ignatij martyris, cuius tu indignus existens, nescio quomodo insiluisti inchoare nouitatem in catholica Ecclesia tuis prophanis legibus & impiis dogmatibus, & iudicasti non oportere dicere Christum crucifixum propter nos, sed passionem ideo impassibili impiè induxisti, & immortalī patri mortem imponere, & non horruisti ea quæ non suscepti ex diuinis Euangeliis & Apostolis, & a sapientiorum gloriosorum patrum, pessime sophisticatus ipsa intorquere, & propriam pestem sensus imponere simplicioribus, & scandalum huiusmodi hæresis,

Es. 6. d  
Es. 6. d  
Es. 6. d

non vt æqualiter prioribus hæresibus vigeat, sed magis multipliciter excellat: & non statuisti credere veritati, & literis nostris ad se scriptis, nunc incepti sententiare contra te, imò ille qui vertex est omnium pastorum verè optimus Petrus, cuius tu nomine æqualis es, sed non opinione neque fide, quoniam ab istius recta intentione & immaculata fide valde declinasti. Et non solum contra te sententio, sed & contra eos qui non erubuerunt characteres venerabilium Evangelistarum, & Apostolorum eos sequentium, ac perfectorum doctorum sermones, & instabili sententiā ex tua iniqua expositione firmati sunt, tanquam dulcissima circunsequēdi in mala opinione (quod verè amarissimum est) & non auerterunt huiusmodi impietatem, Dicemus ergo tibi, sicut & contra illos, Quoniam dilexisti iniquitatem magis loqui quā iustitiam, dilexisti super omnia præcipitationis linguam dolosam: propter hoc Deus destruet te in finem. Et non solum ab Antiochena Ecclesia, sed ab omni ciuitate deponet: & firma sit hæc tua depositio à me & ab his qui vnā mecum Apostolicum thronum regunt, & ab Acacio Constantinopolitanæ Ecclesiæ pastore, & à venerabilibus Episcopis sibi subiectis, quoniam ipsorum munimenta nō sustinuerunt. Quandoque enim dicis trinitatem propter nos crucifixam, non Christum: quandoque autem immortalem spiritum, Manicheizans: quandoque ab istis diffugiens, meis argumentis reprehensus & sermonibus, dixisti Christum post immortalem spiritum passionem sustinuisse, sicut Samosatenus & Nestorius vnum filium diuidentes in dualitatem filiorum. Quandoque autem & istis cessisti non detractando, & venisti ad peius non glorificando Cherubicum hymnum ad filium referre præstolanti tremore à vobis venerabiliter similiter trinitatem, sed totum hymnum ad filium referre, volens firmare morbum cancri rodentis, quem innocentibus intulisti, & inde omnis generis hæresum laqueis circumpræcipitatus à veritate exiens, non prædicas Christum pro nobis crucifixum, nec vnigenitum filium Dei, qui in medio patris & spiritus sancti est, piè glorificas. Quid enim isto magis interdictum, patre à vobis & sancto spiritu non glorificato? Nam calumniam Seraphim vos infertis, qui trinitatem non dicitis glorificandam, sanctus, sanctus, sanctus, sed solum personaliter filium. Et quæ præcipitatio hæresum ita confudit, id est impudenter egit sicut vos. Veruntamen & in isto percurrens adhuc nouius ascendistis, & strangulandas infamias à Deo adiicitis, filium videlicet patrem & sanctum spiritum Sabellianizantes, simul coniungere iudicantes trinitatem confiteri negatis, in qua baptizamur, & credimus, & confitemur. Quis ergo non desleret sic dicentes de intemerato trifagio, quod mihi valde cōuenit refutare, & stetur merito dare in hos animarum simplicium cauillatores, ac impium facinus fingentes, quos & alienos putauimus ab orthodoxa fide, & catholica ecclesia, & à communionē ducis nostri gloriosi prædecessoris Petri, qui clauēs regni à saluatore nostro recepit. Qui autē participes Apostoli esse volūt, ducūt & doctrina ipsius qui Christum dicit & credit propter nos crucifixum, & hoc non negat, sicut & modo depositus Petrus ex eo, quod non legitime & inclementer in trifagio adinnouauit, qui crucifixus est propter nos: sciētes quia non

Psal. 51.  
al. oia verba  
præcipitatio  
ni lingua  
dolosa.

al. Nestorium

Mat. 16. d



non trinitatem crucifixam ab Apostolis suscepisti, non patrem, nō spiritum sanctum, nisi carne filium Dei vnigenitum solum. Fugite ergo ab hac inclementi communione, & ero vobis comunicas in quantum & vos mihi, dolosa fallacia longe a nostra orthodoxia expulsa. Custodite Christi discipuli, mei autem filij, traditiones quas à diuinis scripturis accepistis.

*al. Quincia* **EPISTOLA CINCIANI EPISCOPI**  
*al. canulia* **Acculianarum ad Petrum Episcopum**  
*notum.* **Antiochia.**  
*vel camele-*  
*notum.*




**M**ultifariam multisque modis, charissime, à veritate deuiasti, contraria faciens herilis mysterij, non sequendo Euangelia, vel Apostolos, vel sanctos patres. Etenim expositio tua grauem fert cōtra ipsos unitatem catholicæ ecclesiæ. Et quidem non abiicisti ipsam, multis Episcopis præmonētibz te (maximè sanctissimo Archiepiscopo Felice) ab ipsa diuertere, & esse rectū & orthodoxū, salubris prædicationis sectatorē, sed certè e contra, hæresum affectator fuisti, & talentum diuinæ doctrinæ in terram abscondisti, & non potius ipsum supra mensam proicere cōsuisisti, videlicet sanam doctrinam in cordibus hominum inferere, sed e contra zizania seminasti. Et quis adhuc sustinebit te peruertentem Christi Euangelium? non prædicando vnum filium in duabus naturis dominum nostrum Iesum Christum, & hūc crucifixum, sed Deum fortem, immortalem, videlicet vnam trinitatis substantiam dicens crucifixam, & non solum, sed & vnam naturam Dei verbi & carnis dicis. Et si vna natura Dei verbi & carnis est, vna autem natura Dei patris & verbi, quomodo nō vna & ipsa natura patris & corporis & verbi? Si autem non vna natura Dei patris, & carnis humanæ, & verbi, dic quomodo vna natura verbi & carnis? Quomodo \* creata, & increatum, & vna natura est? Si autem hoc impossibile est, quomodo creata caro, & increatum verbum, vna natura, & non duæ cōmutatæ? Si autem vnus naturæ est Christus, & non duarum, quarum dicis Christum creatum, sicut Arrius, vel increatum sicut Manichæus? Vbi autem est temporalis Christi generationis natura, & diuinitatis ipsius æterna generatio? Vbi & illud, Hodie genui te: & illud, Iesus Christus heri & hodie ipse est, & in secula? Quomodo autem & dicis ante vnionē verbi Dei & carnis \* duæ, vel \* ante fuit secundum substantiam ex virgine vnio? Etenim si est Christi caro ante Mariam, secundum Valentini impium sermonem, quomodo duæ ante fuerunt naturæ ante Mariam? Cuius autem est ipsa expressio? Non Eutychis, magis Atychis, ex duabus naturis dicere vnā naturam factam fuisse? Si ista autem cum illo sapis, quomodo ipsum abiicis, qui ipse recipis pessimas inuouationes? Quod si in veritate hoc factum est, sanctos patres in Chalcedona contra ipsum habuisses certè acceptos. Dic veruntamen mihi, quomodo vnite pater & filius & spiritus sanctus dicitur trinitas, solus existens Deus, si non suscipis dicere in vno filio duas naturas? Et si trinitas vnus Deus, quomodo Deus, & corpus nostrum ipsi vnitum, non debet dici vnus filius in duabus naturis? Si autem vna natura Deus verbum & caro, vel mutatum est verbū,

vel caro. Et si caro mutata facta fuit verbum, non erit amplius caro. Si autem in istis non est facta mutatio, quomodo in Christo non sunt duæ naturæ? Caro enim caro est, quanquam sit Dei caro: & verbum verbum est, licet assumpsit nostrum assumptū. Si autem mutata est, quomodo est non consubstantialis caro & coæterna patri, sicut & verbum? Si autem alterius substantiæ est caro patri, in quantum recentior est, pater autem sine tempore est, quomodo non recens & verbum, sicut vnam esse naturam carnis & verbi Dei dicis, & filium alterius substantiæ patri dicis? Si autem non est eadem natura verbi Dei & carnis, quomodo non sunt duæ, caro & verbum? Si autem omnino deitas caro facta est, quomodo mansit verbum, quod fuit? Quomodo autem incommutabiliter incarnatum est, si non est Christus in duabus naturis? Quomodo incarnatus Deus verbum mansit, quod fuit? Et si est Deus verbum passibilis, impassibilis autem pater, quomodo vnus & solus est Deus? Quomodo autem & istarū vna est natura? Si autem & impassibilis est trinitas, quomodo Deus verbum passus est pro nobis? Si autem nō passus est, quomodo altera natura carnis non est passus? Et si omne patiens creatum est, quomodo Deus verbum non est, increatus patiens carne? Si autem carne patitur Deus, quomodo nō patitur sibi ipsi Deus? Si autem idem est dicere, Deum passum carne, & dicere Christum passum carne, quomodo nō erat idē dicere, spiritum diuinum carne pati, cum spiritus Deus sit? Si autem non est simile, Deum passum carne dicere, & dicere Christum pati carne: quomodo possibile erit plus appropriari Deum verbum carnis, cuius *divinitas* appropriat pater ea quæ sunt Dei verbi? Quomodo autē si appropriatione Deus verbum patitur carne, non erit \* appropriatione & pater Deo verbo patiens? Et si mortuus est Deus verbum carne, quomodo est consubstantialis patri immortalitate? Mortuus enim pro nobis non est immortalis. Mortuus certe est secundum scripturas. Et si vnus de trinitate mortuus est, quandoque trinitas dualitas facta est? Et si trinitas nunquam dualitas facta est, quomodo vnus de trinitate mortuus est? Et si altera natura verbi Dei scilicet, hominum natura non est mortua: & si trisagia vox trinitas non subsistit, manifestum est quod vnus substantiæ esse dicis trinitatem. Et quomodo non ostēdis esse Sabellianum, & si in tribus hypostasibus vna natura subsistit trisagiæ vocis, quomodo non dicis trinitatem esse crucifixam, & sine Deo te ipsum sic Marcionistæ esse non dicis. Omnis ergo, qui dicit vnam naturam Dei verbi & carnis, & non duas vnitas & indiuisibiles, deponatur. Et si miscet duas Christi naturas, dicens Deum passum carne, & non passum Christū carne secundum Apostolum, deponatur. Et si quis impassibile & immortale domini verbum dicit verbum esse in passionem & in mortalitatem, & non attribuit carni ipsius, deponatur. Et si quis post trisagiam vocem Christum dicit crucifixum, & non magis vnum filium, qui in medio trisagiæ vocis laudatur, deponatur. Et si quis hominē dicit propter nos crucifixum, seu Deum, separans naturas & non coniungens dum ipse crucifigeretur, deponatur. Et si quis tenuem hominem dicit, sicut Paulus Samosatenus, aut sicut Fotinus, anathematizetur. Et si quis alterius substantiæ dicit carnem Christi à carne nostra, & non magis nobis consubstantialem sine peccato,

cato, deponatur. Et si quis dicit, sine intellectu & sine anima dominum nostrum Iesum Christum, & pro anima habere deitatem, & sic ex hoc dicere Deū verbum pati carne, & non potius intellectum habere, & Deum verbum animam rationalem assumpsisse, & impassibilem ipsum dicit deitate, & passibilem humanitate, deponatur. Hæc duodecim depositiones (aliās purgationes) misi tibi, vt terrefactus istorum iudiciis, remouearis ab omni tua iniqua novitate, sciens quod oportet sequi reuelationem sanctissimi Proculi Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopi, quando in campo cum toto populo cucurrit, fluctuante ipsa ciuitate sub terræ motu, & omnibus fletum emittentibus, repente puerum in aëre leuari à quadam virtute, & huic imponi trisagium litaniam, & dicere: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis miserere nobis, & hæc annunciare Episcopo iussus est: sicque per tres horas in tribunali stans secus pedes ipsius Episcopi, hæc narrauit. Et sic postquam litanias fecerunt, stetit terræ motus. Sic ergo & tu litanias fac, & pausabit ira quæ contra te proferenda est. Si autem non, veniet supra te depositio à patre nostro Felice: custodiet autem Deus mundū à scandalis. Cui gloria nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

**EPISTOLA ACACII ARCHIEPISCOPI**  
*Constantinopolitani ad Petrum Archiepiscopum*  
*Antiochenum, quod non oportet*  
*ponere in trisagio illud, qui crucifixus est propter nos.*



**B**istupuit cælum, & tremuit terra. Mota sunt autē & fundamenta sanctæ Dei catholice & Apostolicæ ecclesiæ: luctus & ploratus apprehendit sacerdotes Christi in his quæ ego & sancta synodus hic secundum Dei nutum congregata, audiuius fieri à te, frater. Quæ scriptura docuit dicere spiritum sanctum crucifixum esse, aut duos filios dogmatizare, seu trisagiam hymnologiam deprauare, vel quaternitatem pro trinitate glorificare, aut angelis sanctiorem & sensatum magis te ipsum demonstrare? Nam dicendo sanctus fortis, & rursus ex altera parte inferre, qui crucifixus est propter nos: duos filios significas, vnum fortem, & vnum crucifixum. Quando autem rursus dicis, sanctus immortalis, qui crucifixus est propter nos, inueniris inferre crucem sancto spiritui: de ipso enim dictum est, sanctus immortalis. Et huiusmodi intellectus tuæ totius hæreticæ prauitatis propria sunt: imò verò Manichææ furia idololatria est. Nam ille, quemadmodum & tu, cum omnino negasset vnigenitum Dei filium, & virginalem partum, dixit sanctum spiritum in specie columbæ descendisse de cælis in Iordane flumine, & ex aquis incorporatum fuisse, & hominibus illustrasse, & cruci affixum fuisse, & mortem pro nobis sustinuisse. Quomodo autem & ascendere nunc sacerdotalem thronum non erubescis, quem cōtaminasti per tuas blasphemias? Extra hierarchicū ordinem, & alienus factus es ab ouili Christi. Non solum enim Cherubicum hymnū corrupisti, per quem & nostra ciuitas firmata est, cū olim moueretur ab interioribus terræ motibus, puero infante ad aera raptō in conspectu potius ciuitatis vsq; ad tertium cælum, qui, quædamo-

dū diuinus Paulus, ibidē audiuit hanc ineffabilem hymnologiam, in qua hora in cæpo multitudo cū lachrymis exclamabant, Domine miserere, ad Deum simul cum sancto patre nostro Archiepiscopo huic ius regalis & à Deo amara ciuitatis. At tu enim multis modis conaris contraria sapere non solū sanctarū synodorū quæ in Nicæa, & quæ in hac regali ciuitate, & quæ in Chalcedona, sed & diuinarū scripturarum, non videns secundum ipsarum traditionem dicere, Christum vnigenitum filium Dei passionem sustinuisse carne, id est secundum carnem, secundum traditionem verticis Apostolorum. Scribens enim ipse bene dicit: Christus semel pro peccatis mortuus est, iustus pro iniustis: mortuus quidem carne, viuificatus autem spiritu, in quo & in custodia spiritibus ambulauit, & prædicauit custodiam, infernū vorans. Abscondens enim hamum suæ deitatis, intus animā sancti sui corporis, sic inferno occultatus est, & ipsius omnium voracem ventrem abscondit, & ab æterno mortuos viuificauit secundum Iob dicentem, Duces draconem in hamo. Tu autē auertisti aurem à veritate, ad fabulas conuersus, secundum Arrium & Apollinarium dicens vnum de trinitate pati, qui est ineffabilis sapientia Dei patris, hoc est ipsius splendor, & Character substantiæ ipsius, verbum simul sine principio, & coæternum. In principio enim erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sic autem sapere festinasti, cum iam negasti salutem verbi humanatam, quam pro nobis ipse Deus & verbū, redemptionem dedit morti, quam resuscitans à mortuis adduxit ad cælos: de qua ad Abraham dixit Deus: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod confirmans Apostolus dixit: Abraham dictæ sunt repromissiones, & semini \* suo, nō dicit, & seminibus suis, tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo, qui est Iesus Christus: festinetur autem à te sic sapere, quemadmodum non suscipis \* cognominationem domini nostri Iesu Christi filij Dei. Et ergo omnino de te sit hoc scriptum. Si quis non cōfiteretur dominum nostrum Iesum Christum in carne venisse, sit anathema. Et quod est à Ioanne dictū, Omnis spiritus confitens Iesum Christum, ex Deo fuit: & omnis spiritus qui non cōfiteretur Iesum Christum, ex Deo non fuit. Qui ergo ex Deo fuerunt, Christi filij Dei passionem fuisse dicunt, secundum prænunciatas de ipso prophetias, & Apostolorum doctrinas. Christum enim dicens filium omnipotentis Dei crucem sustinuisse, vtrumque dicis in vno, & ipsius deitatem, secundum quam Deus est impassibilis & consubstantialis \* Dei & patris: & humanitatem, secundum quam homo est mortalis, & consubstantialis virgini matri. Dicere enim vnum trinitatis pati, ostendit ipsum verbum passibile. Si ergo verbum passibile est, similiter & pater. Si autem pater & verbum passibile est, passibilis & spiritus sanctus erit, cum vna substantia & vna istorum deitas sit. Si autem dicis (fugiens *ἐκκλήσια*, culpam paternitatis) passibile quidem verbum, impassibilem autē patrem & spiritum, soluisti consubstantialitatem, adduxisti autem & plures deos. Vt ergo nō incedas per interitum & iniuriam semitam, & præcipitatus in aciem hæresum, fias & causa perditionis multorum, & à Dei sacerdotio alienus, in via regali te ipsum & ouile dirige, per quam & sancti patres qui Chal-

*for. caro, & verbū i creatum, vna*

*Psalm. 2. Febr. 13. b.*

*for. naturæ due. al. antequā*

*Eutyches sonat faustū, Atyches in faustum.*

*2. Cor. 12. d*

*1. Petr. 3. d*

*Ioan. 1. o*

*Gen. 23. d Galat. 3. c al. eius.*

*al. cognitio nem. 2. Ioh. 1. b*

*1. Ioan. 4. a*

*al. deo patri*

Chalcedona conuenerunt, ambulauerunt, & cœlum apprehenderunt. Tu enim cognoscis quod dolabra ad radicem infructuosarum arborum iacet, & sub ipsa sicut oleaster incideris, hoc est sancti spiritus virtute, vt pax & concordia firma permaneat in sacerdotibus Christi.

**EPISTOLA FELICIS PAPAE, AD Petrum episcopum Antiochia monitoria, quoniam non oportet addere in trisagio, crucifixus propter nos.**



Vis dabit capiti meo aqua, & oculis meis fontem lachrymarum, quale autem & dignum fletum adducam animam meam, condolens dominam & saluatoris nostri Christi, sanctam catholicam & Apostolicam ecclesiam? Ipsa enim plorans plorauit super filios & filias suas, & non est qui consoletur eam ex omnibus, qui diligunt eam. Vniuersi tyranni & haeresiarum persequentes ipsam, apprehenderunt eam per te (frater honoratissime) & affligentes ipsam facti sunt in caput eius. Omnis decor ipsius, quantum in te est, factus est ad nihilum. Videtes inimici eius, gauisi sunt super perditione filiorum eius. Quos enim fouerat, quos enutrierat, quos ad mensuram ætatis perduxerat, lacteque pauerat prophetis, & Apostolicis doctrinis, hos tu vno temporis momento veneno necasti. Quoadmodum enim, qui piscationem sectatur, hamum esca contegunt, & ex improviso capiunt pisces, sic & tu angelicam laudationem additionem induxisti, & trisagiam deprecationem, quasi pietatis obtentu, diram impietatem excogitasti. Ex pluribus enim Orientalibus prouinciis literas suscepimus, significantes nobis, quomodo veneratio tua dudum sopitum Valentiniani dogma resumpsit, & irritatur a vobis Saluatoris incarnatio, quodque in Manichæorum dogma, & Arrii, & Apollinaris, Paulique Samosatani incidistis. Dicere enim vnigenitum filium, & dominum nostrum Christum Iesum perfectum non esse in deitate, atque in humanitate perfectum, nec ipsum subisse passionem crucis, sed vnum verbi Dei naturam incarnatam, corpusque domini sine anima & mente, Apollinaris haeresim roborat. Ille enim ignorauit, quod ab ipsis mundi nascentis exordiis primam animam primi parentis nostri mortua est, vel in mortem præcipita est, atque ita demum corpus. Dicitur quippe illi est a Deo. In quacunque die comederis de ligno scientie boni & mali, morte morieris. Itaque iuxta latam in illum a deo sententiam, qua die comedit ex ligno, in ipsa secundum animam mortuus est. Nam ipsius corporis mors post nongentos & triginta annos contigit. Itaque Deus dominum non dimidiatum fecit, sed totum simul Adam ex vtero virginis sumpsit, vt etiam perditum totum saluum faceret. Idcirco & Dominus ipse dicebat: Ego animam meam pro ouibus pono. Valentini ite, & Martionis, Manichæorumque, ac gentilium innouare vis dogmata. Si enim Deus est, qui diuisibiliter, atque substantialiter est mortuus, similiter & sanctus spiritus Deus, & ipse diuisibiliter ac substantialiter inuenietur, sicque iuxta tuam & illorum rationem tres diuerunt, ac per hoc plurium deorum inualescit error, quantumque in te est, euacuabitur illud: Audi Israel, dominus Deus tuus, dominus vnus est. Item quod ait Hieremias: Hic Deus noster, non reputabitur alius ad eum. Similiter & dominus: Vt cognos-

cant te solum verum Deum. Cumque scriptura diuina vnum Deum, sanctam & indiuiduam trinitatem prædicet, tu, & hi qui ante te fuerunt haeresiarum, tres deos dogmatizari ausi estis, alium quidem dicentes Deum patrem præter filium, & alium Deum filium præter patrem. Rursusque alium Deum spiritum sanctum præter patrem, præter filium, & alium Deum filium præter patrem. Rursusque alium Deum spiritum sanctum præter patrem & filium. Atque alium quidem mortalem, & nouiter genitum, alium vero æternum atque immortalem. In his autem noxiis verbis tuis contraria sentire vis patribus, qui in Nicæa, & qui in Constantinopoli, atque Chalcedone conuenerunt, qui & consubstantialiter roborarunt, & vnam deitatem patris, & filij, sanctique spiritus prædicarunt, atque Arrii amentiam confuderunt. At verò tu in ecclesia ausus es dicere, quod vnus increatus, atque indiuiduus trinitatis passionem subiit, & per hoc consubstantialiter quoque soluere niteris, ac Deum subicere numero. Si enim vnus sanctæ Trinitatis & coæternus, qui crucifixus est Deus (hoc est) filius, sunt autem duo sanctæ Trinitatis patres, & Spiritus sanctus, dicuntur autem dii, & non (vt habet vera ratio) Deus (sicut tradiderunt nobis, qui ipsi inspexerunt, & ministri fuerunt verbi) inuenieris quoque substantialiter soluere. Quippe mortale & immortale consubstantialia iam esse non possunt, roborabitur autem sic pluralitas deorum, dum tres dii Christianis auribus ingeruntur. Cum itaque scriptum sit, Verbum caro factum est, & Deus erat verbum, non alius Deus verbum, præter patrem inuenietur, verbum, non simpliciter, sed verbum substantiale, & Deus filius inuenietur, vt ex vilitate nostra identitatem substantie patris, & verbi, & sancti spiritus agnoscamus. Nos enim non alij præter verbum nostrum inueniemur. Quoniam igitur vnigenitus Dei filius, qua ratione verbum est in propria substantia, non poterit pati, ne ad omnipotentis Dei patris substantiam passio referatur, (est enim vna patris, & filij, & sancti spiritus deitas) patitur autem proprium animatum corpus, quod ipsum substantiale Dei verbum ex ipsa sancta, & intemerate virginis vulua sibi coniungens, ex muliere processit, de qua sancto spiritu afflati propheta cecinerunt: Deus virtutum conuertere, respice de caelo, & vide, & visita vitem istam, & perface eam, quam platur dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi vitem, & filium hominis, quem confirmasti verbum, vt inferni claustra contereret, & viuificaret eos, qui a seculo mortui sunt, salutarem verbi incarnationem vocans. Idcirco & dominus dicebat discipulis suis: Ego sum vitis, vos autem palmites, & pater meus agricola est, & tradetur filius hominis in manibus peccatorum. Patris enim intimum substantiale verbum, ac Deus per sanctam virginem aures illapsus, conceptionem ineffabiliter operatum est. Quia igitur parte vnigenitus filius est consubstantialis patri, & vnus indiuiduus Trinitatis increatus, atque inuisibilis, impassibilis, & immortalis permanet. Quod ergo increatum, atque immortale est, creaturæ ne applices, neque deorum pluralitatem confirmare pergas, dicens vnum sanctæ Trinitatis mortuum esse. Rursus qua parte ex muliere natum est, & substantiæ nostræ, ac generationis est particeps, absque peccato sustinuit passionem. Porro quod non modo consubstantialis, verum etiam cognatus secundum carnem sit nobis filius

lius Dei docet ipse dominus, nunc quidem in Euangelio his qui in se crediderant, dicens: Ego sum vitis, vos palmites, nunc autem in Psalmis: Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Vnde autem tibi tam pessima superbia subrepere potuit, vt te ipsis quoque sanctis Angelis intelligentiorem, sapientiorumque putares? Super his ingemisco, in his plago inimicos crucis Christi, quorum finis perditio, & quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum. Non cogitasti, quod scandalizare vel vnum solum ex his qui credunt in dominum nostrum Iesum Christum, quam graui cruciatui facit obnoxium? Sed incaute, vt serpens Euæ, tu ipse quoque erroris venena multitudini fidelium, atque auribus infudisti, traditamque ab Angelis sanctissimam laudationis formam corrupisti, inferens illi, qui crucifixus est pro nobis. Ergo ne non aduertisti, quod Paulum Samosatenum, Photinumque, & Artemium impietate tradidisti, qui duos Dei filios posuerunt, vnum quidem ante secula, alterum vero nouiter natum, cum ipse quoque Trinitati inueneris pluralitatem, duos Dei filios dices, vnum fortem, alterum crucifixum? Ad hæc fidelissimum Christi gregem in Manichæi opinionem præcipitare contendis, qui spiritum sanctum asserit crucifixum. Nam quod post illud, sanctus immortalis, quod est spiritus sanctus, tunc inferens, qui pro nobis crucifixus est miserere nobis, quaternitatemque non trinitatem populo insinuare videris. Nepe si ex humana traditione manasset hæc laus, non ita incaute crucem infereres laudi, in qua filij appellatio, fortis scilicet ponitur. Quoniam verò ab Angelis nobis laus ista profluxit, qui ante crucem dicebant. Sanctus, Sanctus, Sanctus, sicut respicere Esaias meruit, post crucem verò cum laude clamabant: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. Denique cum terræ motu Constantinopolis quateretur, populisque in campo oraret, infantulus, toto populo spectante cum Proclo ciuitatis episcopo, in cœlum per vnam horam raptus est, ibique huiusmodi didicit hymnum. Rursusque descendens, nunciavit, quæ in æthere audierat, dicens, de cœlo quasi de multitudine psallentium huiusmodi laudes insonuisse auribus suis dictumque sibi, vt eam laudationem populo indicaret. Quam vbi populi inceperant ciuitatem receperunt, Deoque per huiusmodi laudem proprio facto, ab imminenti ira liberati sunt. At tu, quam temere vt scripturas diuinas reliquas, ita & Angelorum laudem peruertere presumpsisti. Quis igitur in huiusmodi non ingemiscat, quis non lamentetur, quis dolor similis inuenietur, sicut dolor ecclesie domini, & Saluatoris nostri Christi? Conspecte te constitutum, vt sis lumen his, qui in tenebris sunt, & eruditor insipientium, imò insipientie præceptor es, lucem in tenebras transferens, vide a te populos semel illuminatos, qui bona gustauerunt Dei verba, Dei mandata, Dei prophetias, prædicationes Dei, Apostolicas, euangelicasque doctrinas abs te peruertere magis, ac doceri non solum crucifigere filium Dei, & ostentui habere, verum & contraria sentire scripturis diuinis, & pacta abnegare, quæ accedentes ad sanctum baptismum fecerunt. Nam cum coram cælestibus virtuosissimis omnibus, coram Apostolicis, euangelicisque ordinibus sancti baptismatis tempore promiserint credere in vnum Deum omnipotentem, nunc illos in tres deos credere docuisti. Rursus cum polliciti sint credere in vnum dominum Iesum Christum, si-

lium Dei incarnatum, & hominem factum de spiritu sancto, & Maria virgine, tu eos doces, ne dicant dominum Iesum Christum, filium Dei, crucem perpassum esse, qui Deus est secundum sempiternam, & impassibilem ex patre generationem, & idem homo secundum eam, qua in nouissimis diebus ex matre prodit, natiuitatem, secundum quam etiam sustinuit passionem, sed vnum Trinitatis mortuum esse, qui est ipsum Dei verbum. Confessi sunt rursus spiritum sanctum, viuificum, & immortalem, dicentes credere in spiritum sanctum dominum, & viuificantem, & mortalem esse ponis spiritum sanctum, cum dices: Sanctus immortalis, qui crucifixus est pro nobis. Fuge obsecro huiusmodi errorem. Corruisti, noli in ruina persistere. Peccasti, iam peccare noli. Expectat te sancta Dei ecclesia, cupit amplecti poenitentem in vanis propositionibus tuis, & secum de Christo diuina prædicantem, neque negantem ipsius animam in incarnationem, secundum quam etiam passus esse memoratur, clamanteque tibi per nos: Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos. Non vult Deus (frater charissime) mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Memor esto Iesum Christum resurrexisse a mortuis secundum Euangelium. Memento B. Matthæi scribentis: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Recordare quid Paulus scribat, segregatus in Euangelium Dei, quod promiserat ipse Deus in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius. Memento etiam Ioannis clamantis: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, sicut etiam est, & Deus erat verbum, quodque caro factum est, homine assumpto, & quod Deum nemo vidit vnquam. Hæc tibi scripsi vnam cum presenti synodo, conueniens te coram Deo & sanctis Angelis, vt ea doceas, ea nobiscum sentias, vt illibata fides nostra permaneat in gloriam Dei.

**QVINTA SYNODI VNIVER. CONSTANTINOPOLITANA 2. Actio prima.**



Ost consulatum clarissimi Flauij Belisarii primo nonas lunias, indict. 14. in Deo amata & regia vrbe Constantinopoli, presidente autem sanctis & beatis, domino nostro œcumenico archiepiscopo & patriarcha Mena in atrio diuitico veteris domus sancte & gloriose dominæ nostræ matris Dei & semper virginis Mariæ propè sanctissimam magnam ecclesiam existentis, & a dextera quidem parte confidentibus illi coadiutoribus iuxta pium iussum a Christo amati & a Deo custoditi imperatoris, excellentis, & sanctis. ac Deo amantiss. episcopis, Sabino Canusij, Epiphano Esculanorum Asterio Salernitanorum, Leone Nolanorum, Rustico Fesulanorum, Theophane diacono Romano, Pelagio diacono Romano oibus quidem ex Italica regione ab apostolica sede nuper missis, postea autem consentientibus Agapeto papæ antiquæ Romæ huc aduenienti & c. presente autem & venerabili clero regie vrbis, Eufemius Deo amantiss. diaconus & primicerius notariorum dixit: Venerabiles monachi regie vrbis, & quidam ex ciuibus suis, & Hierosolymitanis surgentes, supplicationes dederunt piissimæ & serenissimo imperatori nostro, & libellos vestre beatitudini. Iuxta igitur pium iussum imperatoris no-

Hierem. 9.

Timo. 1.

Pulchra comparatio.

Gen. 2.

Ioan. 10.

Duta. 6.

Ioan. 15.

Psal. 31.

Philip. 3.

Matth. 19.

Gen. 3.

Error Manichæi.

Esai. 6.

Miraculum

Esai. 6.

Matth. 11. Ezech. 18. 2. Timo. 2.

Matth. 1. Roma. 1.

Ioan. 1.

Ibidem.

al. dyphico, est locus ubi conseruantur scripta episcoporum nomina.

al. Theodotus



stri conueniente sancta vestra synodo, sanctissimus archiepiscopus Menna dixit: Intrent & Theodorus circumspectus referendarius piissimi imperatoris nostri, & venerabiles monachi, & intrarunt, Theodorus circumspectus referendarius imperatoris tribunus & notarius, & Marianus presbyter, & prior domus Dalmatij sanctae memoriae & princeps, & qui cum ipso erant venerabiles presbyteri & abbates & monachi, qui & se subscripserunt libello ab ipsis oblato sanctissimo domino nostro archiepiscopo aemenuico & patriarche Mennae, qui dixit: Dicat secundum primum ordinem Theodorus circumspectus causam pro qua ad nos venit. Theodorus circumspectus dixit: Deo amantissimi episcopi secundae Syriae prouinciae relationem fecerunt de quibusdam ecclesiasticis capitulis piissimo domino nostro: & non solum ipsi, sed & venerabiles abbates Euagorū monasteriorum regiae urbis huius, & quidam ex orientali administratione, & venerabiles monachi Hierosolymae dederunt serenissimo domino nostro supplicationes. Et statuit imperium suum ipsas per me tradi vestrae beatitudini, & sanctissimis viris antiquae Romae, ac reliqua praeclearae synodo congregatae, adduceretque ad vos ipsos venerabiles viros qui supplicationes dederunt, ut in his interpellantes, vos ipsis finem imponatis. Sanctissimus archiepiscopus dixit. Legantur producta a circumspecto Theodoro. Accipiensque Diodorus duas supplicationes, alteram quidem ex parte episcoporum, alteram vero ex parte monachorum, legit.

LIBELLVS EPISTOLARVM AD imperatorem Iustinianum a Paulo episcopo Apamiarum secunda Syria.

**D**ivino & serenissimo totius orbis post Deum Flavio Iustiniano Christo amato & semper Augusto imperatori, a Paulo episcopo Apamiarum secundae prouinciae Syriorum. Magnificauit etiam & nunc dominus facere nobiscum, facti sumus latati, secundum quod scriptum est, piissime & Christo amantissime imperator. Iuste enim iusta sectantes & tenentes, praedicamus aperte omnibus orthodoxis populis Christum Deum nostrum omnium imperatorem, & caput sanctae ecclesiae suae, quam proprio sanguine acquisiuit, redimens nos a morte, quam nobis super induxit diabolus superbus per malignos suppositos sibi. Et vere cognouimus quod magnificauit dominus sacrum & iustum imperium vestrum, & omnes vestros aduersantes vestrae potentiae supposuit, quoniam sanctam & immaculatam fidem defendentes, purum fermentum, hoc est recta dogmata, sicut incensum offertis suae bonitati, paleas autem igne inextinguibili comburitis. Dicitis itaque haereticos qui non suscipiunt sanctos quatuor synodos tanquam vnam veram definitionem fidei, primam videlicet 318, & aliam 150, patrum Ephesinamque primam & sanctam vniuersalem synodum Chalcedonen. cum quibus & venerabilem epistolam sancti Leonis papae amplectimur, verè columnam orthodoxae fidei existentem, qui sancti patres nostri omnem haereticum errorem & opinionem prauam de-

struentes, longè a sanctis Dei ecclesiis fecerunt, vobis que docuerunt filium Dei ex patre quidem fuisse sine tempore, atque esse ipsi consubstantialem secundum deitatem, & spiritum sanctum patri & ipsi filio coadorandum & conglorificandum, & vnam esse patris & filij & spiritus sancti substantiam & deitatem, & in tribus hypostasin personis: nouissimis autem diebus ipsum aeternum filium Dei & dominum nostrum incarnatum esse, & hominem factum, natumque ex spiritu sancto ex Maria vere Dei genitrice, & semper virgine, & esse nobis consubstantialē, ipsumque esse perfectum in deitate, & perfectum in humanitate, duarum naturarum proprietates minime abiiciens, sed in vtraque natura cognitus in vna persona: & vna hypostasi inconfusibiliter, inconvertibiliter, & indiuisibiliter, ut inde Nestorij & Eutyichis prophana & Deo odibilia dogmata potenter eiiciantur, & zizania radicitus extirpentur, quae orthodoxis ecclesiis infeminarunt. Vnde nos quidem insensati & hominis idolatrae Nestorij diuisionem aufugientes, cōfitemur, quod ille negauit, sanctam, intemeratam, & semper virginem matrem almam & Dei nostri Iesu Christi Θεοτόκου Dei genitricem. Eutyichis autem deliri & insipientis prophanum & fatuum dogma anathematizantes penitus & expellentes, differentiam naturarum recognoscimus, & cōfitemur duas naturas post vniōnem in vna hypostasi in vno Christo Deo nostro: & non sicut fatui Eutyichianistae, cum ipsorum doctore Eutyche, & Dioscoro ipsum suscipiente, non rectè ante vniōnem duas naturas dicimus, vnam verò post vniōnem. Nā hoc est negare penitus Dei & saluatoris nostri dispensationem, & inconuertibilem incarnationem, quam propter nostram salutem accepit. Qui enim praedicta blasphemant, fatui sunt, & alieni a confessione quam princeps Apostolorum Petrus confessus est, dicens: Tu es Christus filius Dei viui. Nos autem tē qui pro vestro pio imperio rogamus, & puri fontis latentes orthodoxiae participamus, ac orthodoxis populis tradimus, hanc fidem, vestrae serenitatis coronantē cōspicientes, ac exuperantem omnē inimicū, & rebellem pij imperij vestri, rogamus auerti curam in corde, & qui non ex tota & pura mente suscipit recta & irreprehensibilia dogmata praedictorum sanctorum patrum, sed in hypocrisis quidem fictus suscipit sanctas quatuor synodos, & gloriosam Epistolam sancti Leonis papae, ut a personis fidelis iudicetur, operibus autem negat, & non confitetur bonam & orthodoxam fidem ipsorum, proprias voces illas, per quas \* Eutychem insipientem sapit, de ecclesia abscinde, & hunc expelle de vestra politia. Dicimus autē Anthimum, Seuerum & Petrum anathematizatos. Et nunc auertimus & anathematizamus & alienos habemus ab orthodoxa communione, haereticos existentes, & gaudentes super diuisione sanctarū Dei ecclesiarū, cum quibus praedicti Dioscori, & qui non rectè (sicut dictū est) sapit, Eutychem infamē abiicimus & anathematizamus. Sic enim tenentes & sapiētes de his ipsis, per mediocrē epistolam notificauimus sanctae memoriae archiepiscopo antiociae Romae Agapeto pape, pro oīum ecclesiarū bñficio, & vestrae religiosae Reip. supstantis, ac vestrae vestigia pia digna faciēti: sed vt existimamus, morte praeuētus, & a Christo deo nostro vocatus, ipsa non accepit. trāstulit enim ipsum dominus, ut plenitudinem

Psalm. 125.  
Act. 20 f  
Math. 3. e  
Luc. 3 d

directionis vestrae custodiret serenitati. Vos autem dominus gloriae custodiet pios, & zelotes, & custodes orthodoxae fidei, quam tradiderunt nobis praedicti sancti patres nostri, toti orbi, & sanctissimis ecclesiis suis in pace & laetitia & victoria contra aduersarios prouidentes & gubernantes commissum vobis ab ipsius bonitate imperium.

LIBELLVS MONACHORVM AD Mennam patriarcham.

**D**ivino & serenissimo totius orbis post Deum Flavio Iustiniano Christo amato & semper Augusto imperatori, a Paulo episcopo Apamiarum secundae prouinciae Syriorum. Magnificauit etiam & nunc dominus facere nobiscum, facti sumus latati, secundum quod scriptum est, piissime & Christo amantissime imperator. Iuste enim iusta sectantes & tenentes, praedicamus aperte omnibus orthodoxis populis Christum Deum nostrum omnium imperatorem, & caput sanctae ecclesiae suae, quam proprio sanguine acquisiuit, redimens nos a morte, quam nobis super induxit diabolus superbus per malignos suppositos sibi. Et vere cognouimus quod magnificauit dominus sacrum & iustum imperium vestrum, & omnes vestros aduersantes vestrae potentiae supposuit, quoniam sanctam & immaculatam fidem defendentes, purum fermentum, hoc est recta dogmata, sicut incensum offertis suae bonitati, paleas autem igne inextinguibili comburitis. Dicitis itaque haereticos qui non suscipiunt sanctos quatuor synodos tanquam vnam veram definitionem fidei, primam videlicet 318, & aliam 150, patrum Ephesinamque primam & sanctam vniuersalem synodum Chalcedonen. cum quibus & venerabilem epistolam sancti Leonis papae amplectimur, verè columnam orthodoxae fidei existentem, qui sancti patres nostri omnem haereticum errorem & opinionem prauam de-

municationes, quas contra sanctos ecclesiae doctores eorum dira ora pertulerunt, & maximè aduersus sanctam Chalcedonensem synodum, & beatum papam Leonem? Sed & schismata sanctarum ecclesiarum, ac fidelium populorum scandala, sed & impetus in Dei dilectos archimandritas, & in sanctos sacerdotes fecerunt, confisipante eos virorum multitudine, ut excommunicationes aduersus sanctos repeterent. Insuper etiam confessiones, in scriptis continentes anathematizationes aduersus praedictos patres, quas in necessitate omni extortioe immitterent quibusdam qui sub ipsis erat sacerdotibus, ab eis afferebant, quandoquidem alter Theopolitanorum, alter verò Apamiarum ecclesiarum thronū illicite ac contra omnem sacrum canonem subripuerunt, & contaminauerunt, licet neque in monachos vel clericos canonicè ordinati, hanc dignitatē adepti sunt. Verum quid dicemus ad sanctorū digitos contractos, quibus altaria circundabant, & ad ipsa veluti ad locum aliquem intemeratum confugiebāt propter praedictorum homicidia: vnde extracti à viris homicidis violentae morti traditi sunt, & in ipsis locis venerabilibus ab ipsa immanitate & crudelitate ordinati, non valentes discernere sanctum locū à profano? Tacemus & suffocatricis manus impositiones ipsorum prophani & falsi sacerdotis, & pro praemortua viuētis super ordinandis verba inuocationis proferentis, non diuinæ gratiae, sed de ventre noua dicentis, ac de terra loquentis. Tacemus & carceres & vincula, ac aduersus venerabilia monasteria die noctūque latrocinia, insidias ac rapinas in ipsis, ac deuorum violentas iugulationes. Tacemus & insidias in viis contra sanctos factas, & ipsorum sanguinis innocentis asperisionem, cum diuino zelo moti ad septa Mandrani sancti Symeonis iter facerent communis visitationis gratia propter persequeutes ecclesiam, & pro his qui mouebantur ab istis. Congregabāt enim multitudinem iniquorum latronum Iudeorum, & immittebant in illos honorabiles viros. Itaque istorum inhumani ministri ad stationem missi insidiabantur praedictis sanctis viris: dumque aderant, ipsi de insidiis surgentes irruebant repente in eos: & eorum canitiem non veriti, opus gladij in ipsos fecerunt, circa trecentos quinquaginta numero existentes, eorumque membra instrata disperferūt, non tradentes sepulturae illorum venerabiles reliquias: neque ipsorum turgurios parcentes ob causam fidelis populi, inferentisque & tunc dirum opus Iudeorum. Nec mirum si huiusmodi immania sacrificia daemonebus quibus seruiebant reddebant, & maximè Seuerus, utpote qui gentilem superstitionem nondum abiecit. Illorum enim erāt discipuli, de quibus Dauid clamat dicens: Et sacrificauerunt filios suos & filias eorum daemonebus, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculprilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguine, & contaminata est in operibus eorum, & adulterati sunt in adinuationibus suis. Quisnam nescit eorū vitam turpem admodū & scelestā ab inuente aetate esse, & daemonebus procliuā, & in veneficiis Seuerus deprehensus est in ciuitate Berytiorum daemoneis seruientis? Et huiusmodi calūniā ausū gere volēs, sinxit trāspōnere ac fingere diabolicā opinionē suā, & venire (vt dicebat) ad baptisum in Trīpoli in adorabili domo sancti & Serenissimi martyris

Psalm. 105.



Leontij. Et nondum perfectis diebus his quibus baptizabatur, postquam vidit (veritatem paululum simulans) perspicue, quod rursus ad antiquum gentilis opinionis suae vomitum reuerti non poterat, per aliam viam ad id quod studebat, peruēnit. Nam negavit statim ecclesiam, & cum baptizatus est, processit ad Acephalos haereticos, qui ea quae sunt Eutyche sapient, vocans sanctas Dei domos diuersoria haereticis & impietatis, reprobans propter hoc baptismum, quem dicit se accepisse, vt & in ipso impleretur propheticus sermo, qui de huiusmodi dicit: Alienati sunt à vulua, errauerunt à veritate, locuti sunt falsum: furor illis ad similitudinem serpentis. Quod autem & ipsam Acephalorum religionem simulauerit, ex sequentibus omnibus manifestum fuit. Praesidebat enim suae Acephalae sectae: quod vnitiuum dicitur non admittens, sed nouatiuum ipsum & diuisiu appellans, & in suis propriis conscriptionibus anathematizans. Cumque tempus habuit subripere venerabilem sedem Theopolitano- rum, rursus cauillatus est, ex auersione subcurrens accipere praesulem Alexandrinum Petrum, quem & *Magogū* Moggum vocauit, quique tempore vnionis Alexandrinorum sedem surripuerat, in sacris diptychis Theopolitano- rum ecclesiae \*ponit, derelinquens omnes qui ab ipso in hoc decepti erant, & docti ab ipso fuerant, eò quod deberet Petrus abripi de ecclesia Alexandrina: nec verò in his omnino permansit. Erat enim illi sententia, tumultus mouere, nec aliquando in ipsis stare. Nam & Alexandrina ciuitas quae ipsos in malo suscepit, nunquid aufugit ipsorum ultus? Nam illam inueniētes in seipsa quiescentem, vt aliquando deposita fuit, in finalem euersionem constituerunt, apponentes ipsis diuisiones, & adinucem ibi populum concitantes, vt & bella ciuilia fierent, multorumque hominum sanguis effunderetur: & ipsi quidem vix aliquando fuga poenas per istos aufugerunt. Quos cum illi fetellissent, illos anathemati submiserunt, & ceteris pluribus ecclesiae maledictionibus, haereticos & ipsos merito appellantes, vt ipsis ex Dei iudicio veniat illud, in foueam ceciderunt, quam operati sunt: & couertatur dolor eorum in caput ipsorum. Cum enim omnem ecclesiam inique anathematizare ausi sint, merito ab omni ecclesia anathematizati sunt. Multa quidem & alia ausi sunt, quae & omni Orienti nota sunt: Idcirco nos timorem istorum fugientes, & vestrae beatitudinis ceterum veriti, ac venerabilem habitum vestrum, turpes istorum actus silentio pertransiuimus. Cum autem sic miserabiliter vt praedictum est, Orientem & Alexandriam disposuerint, apprehendunt & hanc regiam urbem. Nam qui ab istis & similibus istis decepti sunt, tanquam praecursores illorum malitiae existentes, ac ipsius viam sceleris praexplanare studentes Petrus & Seuerus, priuatas domos, ecclesiasque Dei, ac ipsam politiam (quatum in ipsis est) deuastare non cessauerunt, conuenticulaque ac contraria baptismata, cum omni impudica audacia publice ac priuato praesumentes, intromitentes autem seipso, & pecuniarum rerum interuentione & sequestratione, tumorem & diuitias non parum ex hoc & multorum domibus sibiipsis acquisierunt: per quae animas quidem synceriorum deceperunt, cautorum autem animas in strepitum deduxerunt: animas verò ad pecunias vel gloriam siue delicias

inclinatum, subripuerunt. Insuper etiam & intrantes domos, captiuas ducebant animas hominum & mulierum non firmatas: & non solum secundum animas, verum etiam & corporaliter ipsas corrumpebant, in foueam impietatis & luxus immergentes. Verum quid de his sermone extendere oportet, cum per totum orbem sciant nefarias actiones praedictorum haereticorum Acephalorum, Seueri ac Petri, ac ipsorum diras iniustitias ac blasphemias, & manus homicidiis gaudentes? Ista enim ostendunt ea quae in antiqua Roma, quando sanctae memoriae Hormisdae illam Apostolicam sedem regebat, & ea quae in hac regia vrbe, & in Theopoli atque in Hierosolymis facta sunt, & statuta \*monimenta. Nam & illorum scelestam vitam nobis omnibus annunciant, & perpetuas ac indissolubiles excommunicationes, quibus praedicti percussifunt, propter prohibitas ipsorum actiones quas operati sunt, ni \*operari debebant, & dicere moribus, Cadite super nos, & adoperite nos: vel in profundis terrae infodi, & putare mortem meliorem vita praesente, eò quod ipsi soli ultra omnes haereticos perpetuis ac indissolubilibus excommunicationibus percussifunt: quod non fecerunt: sed in pessimis tanquam in honestis gloriantes fremuerunt (vt dictum est) & in hac ciuitate. Et vnus quidem de die in diem impietati addidit iniquitatem, in altum loquens, & aduersus sanctos patres insurgens, ipsorum recta dogmata dilaniat & blasphemat. Petrus verò ipsa blasphemat, & omni turpi ac scelesto conatu se ipsum immittere non recusat, Deum habens ventrem, & luxuriam sequentem ipsum, & gloriam in confusione sua, & in alto ac grauiter incedens in publicum prodit publicans omnibus suam impudentiam, & his qui sequuntur, & qui praecedunt: omnes incedentes, contrudens, omnibus seipsum potentem ostentare per hoc vult. Ah quis Hieremias, fletus passionibus adhaerente potens, nostra plorabit mala, imò verò nostram negligentiam? Quoniam cum talem habeamus orthodoxum imperatorem, seruenti zelo orthodoxam fidem fouentem, ac pacem sanctarum Dei ecclesiarum sicut pupillam oculi custodire promptissimum, conticemus & sustinemus, videntes praedictos haereticos ita turpiter & impudenter, ac cum omni audacia conuersantes, super quos dolentes non \*cespitemus ab Apostolo praemoti, quoniam maligni & venefici homines sunt in peius incedentes, deuiantes & errantes. Videntes itaque nos, hos ita impudenter & cum audacia agere, & vos pro cautione omnium fidelium nihil in oppositum ponere: credentes & persuasi, piissimum imperatorem nostrum, conuersioni ab ipsis deceptorum, & firmamento eorum qui adhuc mouentur per illorum contrarias doctrinas, prouidere: & maxime cum sciatis per memoriam nos portare proclamatum terribile iudicium scandalizanti vnò de pusillis, quodque ante nos considerabitis quod communi expedit utilitati: cumque etiam maxime, sicut nunquam, vel alij haeretici, vel in aliis temporibus isti, & qui similia istis sapiunt per omnia, sanctam Dei ecclesiam deuastent: hoc rogamus vos, imò verò & adiuramus (quanquam praesumptuosum quid faciamus) per magnū Deū & saluatorem nostrū Iesum Christū: & per salutē ac victo-

riam christianissimi & piissimi imperatoris nostri, à Deo propter suam rectam fidem dilecti, vt nos sequentes sententiam sancti ac Apostolici viri Archiepiscopi antiquae Romae, & eos qui huius regiae urbis pontificalem sedem ornauerunt, ac beatos patriarchas Theopoleos & Hierosolymorum, ceterosque pontifices, primum quidem condemnationi aduersus ipsos haereticos à praedictis sanctis viris prolata, & anathemati modo, sicut & antè, & vos subiiciatis Seuerum & Petrum, quilibet vestrum nominatum coram Deo & hominibus manifestando, & anathematizando eos, & qui similia istis sapiunt, & non poenitent, sed in illorum errore permanent, atque etiam impia Seueri dogmata & conscripta, & qui ea suscipiunt, necnon & istorum consentaneos, quemadmodum in Nestorio & Eutyche ac Dioscoro ceterisque haereticis facere consueuistis, tradendo populis, ac ipsos docendo, vbique auertere illorum mortiferum venenum, statimque vna nobiscum ad pedes piissimi ac à deo custoditi Imperatoris nostri currere velitis, & ipsius pietate edocere omnia quidem quae sequuta sunt, ipsiusque mansuetudine exorare, vt illa faciat, quae sua diuina & à Christo amata anima naturaliter facere solet pro pace sanctarum Dei ecclesiarum, & vt ipsius à Deo custoditum imperium, incòcitatum ac imperturbatum custodiat, & eos qui à nobis denominati sunt, & qui similia istis sapiunt, de hac ciuitate expellere, & cessare faciat conuenticula quae fiunt, & parabaptismata, & turbationes. Insuper etiam & Zoram Syrum quandam irrationabilem, eiusdem vomiti veneni cum ipsis existentem, oramus eisdem condemnationibus submitti, omni iniustitia & arrogancia plenū existentem, & nihil aliud scientem quam quod ab illis accepit, anathema scilicet aduersus sanctos patres nostros, & his communicatē, atque coartare ad ipsum venientes facere hoc, & conuenticula & parabaptismata innouare, ac tumultus in sanctis Dei ecclesiis commouere: ipsos denique, ac istos, ceterosque, in diuersis domibus & suburbiis latentes, de hac ciuitate tanquam feras quasdam expellere, & loco ipsis conuenienti condemnare, cū noluerint in ciuitatibus quae secundum leges sub ipsa pietate gubernantur, modestè & pacificè viuere, neque ibidem se ipsos facere meliores ex ineffabili & diuturna paciētia ab ipso ostēsa, & cura ac honore misericordissimi imperatoris nostri, qui illorum salutē procurauit: sed ipsius excellentissimam clementiam spernentes, indignos huius se exhibuerunt: & in tantam amentiam & arrogantiam se eleuauerunt, quantum & honorati fuerunt: & licenter omnia facere permisi sunt. Generalēque ordinationem vbique mittere ad sanctos pontifices, & ad magistratus, interdicens omnia praedicta fieri, & quae hoc sanciat, vt domus & suburbia in quibus huiusmodi conuenticula fiunt, confirmantur in locum sanctis ecclesiis. Nam leges imperiales sanciant, omnem locum & rem in quo & per quam siue per errorem siue secundum veritatem, sacrū quod confiscatum est, sanctis Dei ecclesiis offerre: & hoc vobis diuina scriptura exposuit, quando Moses Dei seruator diuinitus edoctus statuit impropria non sacra in preparationem templi venire: quoniam etsi alienus fuit ignis, tamen in ipsis sacrū sacrificium ipsis prohibitum, obtulerunt & perfecerunt Dathan & Abiron, & synagoga Chore, qui tunc contra sacerdotium & prophetam ac Deum impudenter in-

surgebat: quemadmodum & isti falsi sacerdotes ad impietatem seipso mercede conducunt, & veri Antichristi in domibus intrant, & aliena altaria erexerunt, & baptisteria aedificauerunt in contrarium veri altaris, & sancti lauacri. Sanciri autem & supplicamus suo pio imperio, omnia impia conscripta Seueri contra sanctam Chalcedonensem synodum, vbicunque inueniantur igni tradi. Hoc enim & immanissimis & impiis Nestorij conscriptionibus fieri pia ordinationes sanciant. Ea verò quae canonicè facta sunt super dictas personas, oramus vestram beatitudinem, & sacrum vestrum ceterum, inquirere à confidentibus vobiscum, & à sanctissimis Romanis, & à venerabilibus notariis apud vos existentibus, insuper etiam & à Deo amantissimis viris ambasiatoribus Orientalibus, vt his patefactis, vestra beatitudo & sancta synodus vobiscum sedens, exequatur diffinita contra ipsos à sanctis patribus nostris, qui praedictas pontificales sedes ornauerunt, & anathematizet praedictos, Seuerum & Petrum, & istorum sequaces, & quae sua sunt sapientes, & maxime Zoaram, qui tantum sicut isti, vel plus, ecclesiam Dei perturbauit, & qui per omnia abdicatus fuit ab Apostolica sede, & qui non vult istos sequi, & eis communicare.

*HORMISDAE EPISCOPVS, PRESBYTERIS, DIACONIS, & ARCHIMANDRITIS IN SECUNDA SYRIA EXISTENTIBUS, & RELIQUIS ORTHODOXIS IN QUOCUNQUE ORIENTALI CLIMATE DESENTIBUS, & IN APOSTOLICA SEDIS COMMUNIONE PERMANENTIBUS.*



**L**ECTIS literis vestrae dilectionis, per quas inimicorum Dei insipientia manifestata est, & infidelium furia tristis manifesta facta fuit, qui quoniam in spiritu male viuentis oderunt Dominum, membra illius impiè persequuntur, quantum à nostra certitudine est cognoscere, benedixi dominum, qui fidem militum suorum in medio hostium seruauit. Et rursus ecclesiarum commotionem, & seruatorum Dei molestias ac labores considerans, gemens secundum prophetam, clamaui. Surge domine, iudica causam tuam. Recordare opprobrium tuorum, quae ab insipiente sunt tota die: & cetera quae sequuntur, similiter induco: Ne obliuiscaris vocem quaerentium te. Superbia odientium te ascendit semper ad te. Etenim sicut oportet nos firmitatem fidei seruare, ita non conuenit de iustitia diuini iudicij diffidere. Non est, fratres, hic labor ecclesiae nouus: tamen dum in ipso humiliatur, exaltatur: & per illa per quae depauperari videtur, ditatur. Probatio est in fidelibus Dei, per mortem corporum vitam lucrari animarum: Amittuntur quidem fluentia, sed acquiruntur aeterna: & dum persecutio viam facit probationi, probatio fit causa dignitatis. Stulti, & in caecitate furentes, ignorant quod quos à conuersione hominum separare se posse putant, eos ad regnum Dei ducunt, ubi in ipsis periculum letitia: studium certe pater. Retributor enim magnorum donorum suscipit certamina suorum. Quis enim non frangeretur in malis, nisi per contraria praemia consolaretur? Illa est spes, quae non permittit in desperatione deficere. Excludit tribulationum amaritudinē dulcis gustus virtutū. Quisnam putaret praemia

*Psal. 57*

*al. Magogū*

*al. ponit*

*Psal. 7.*

*Luc. obscur.*

*al. simplicit.*

*Psal. 73.*

*Num. 16. a*

magna, futura non intelligens: Quis mortem abnegaret, nisi futurorum retributionem consideraret? State dilecti mei, & firma cogitatione immobilem fidem seruantes, laudem patientiæ, in qua est salus & brauium bonorum operum, nasciscimini & carpetis. Magna quippe sunt, ad quæ indigni vocamur. Nō tardet infirmitas, quoniā bonorū retributor, fidelis & potēs adiutor est. Nō decipiamur spe desideriorum neq; voluptatū, neq; iudicio antepoamus leuia. Nō delicata, nō adulatoria nobis dominus noster promisit Ille prēmia promisit, nō oia. Nō conueniunt laus & pigritia. Quis remunerationis erit modus, si nulla sit cura virtutis? Recta est porta, sed amplum regnū. Paucis est introitus, sed est probis. Nōne isti sunt primi, scāiētes, qui (vt ille docuit) persequeūtur & in synagogis flagellabūrvos: verūtamēn per patientiā (sicut scriptū est) possidebitis animas vestras. Et ne aliquādo doleamus ipsis per impatientiā amissis, dominus noster, patientiā suā ipse doctor primus, crucē subiit, in proprio exēplo formam prēbēs illis quos adiuuare debebat. Ipse inter virtutes & labores tenet lancē, stans aduersus deliramenta furētia, vt ad irā persecutionis, ipse eterni regni prēbeat coronas. Pēstate qualis Machabæorum exitus, quē luctatio tolerātibus, quæ historia laudū secuta est: quali Iudas & illa fratrum caterua mortis honore prēdicatur, in qualibus oribus est popul⁹ in monte perditus. Etenim ipsæ virtutes omnes pro custodia legis sunt: & cum similitudines ac vmbra futurorū sint, dignē fuerūt tantorū exēplorum. Nos in patribus vidimus, palpauimus, probauimus quod sequamur, quid materiē cōueniat, quid veritati non dissonet, quid redemptori nostro debeat. Cordialiter cōmunicauimus vobis in his dogmatib⁹. Dicit enim quodā in loco sapiētissimus Salomon: Beatus, qui prēdicat verbū in auditum. Obientū quidē latitia est, disputare nolentibus, & hortari ad rectā viam eos qui nō resistunt. Tenemus enim pignus fidei vestre instantiā ex literis cōfessatā, per quā a transgressorū corruptela separati, ad dogmata & mādata apostolicę sedis reditis, licet quidem tarde ad viā veritatis ascēdatis. Sed benedictus Deus, qui non in finē obliuiscitur, quiq; castigat & sanat, neque permittit oues suuinitū ouilis, insidiātū luporū rapina dispergi. Qui etiam per temperatam austeritatem, suorū non negligit tutelam neq; salutem. Sed quid miramur si illo vno & verō derelicto pastore, astutus raptor sanguine inquinatus, insidiis oues dispersas cōturbauit: Qui autē propriā tutelam dereliquerūt, ipsi seipsos periculum in quibus dissipētur, immiserūt. Ita ergo nūc firmis gressibus instetis viæ patrum, ad quam recurritis. Potest enim Dei misericordia vestre mercedi computare & aliorum similiter reformationem, quia a vobis ad rectum directi fuerint. At omnino vos ipsos euellite a cæno in quo heretici demersi tenētur, & excutite immūditie pulueris qui adhaerit, generalitēque oēs ab Apostolicis dogmatibus declinātes, fidei abdicatione cōdemnate. Nulla quidem est cōmunicatio tenebris ad lucem, neq; ambulantes per viam rectam, vestigia sua cum errore declinantium coniungunt. Tenendū est vinculum fidei, recusandaque est infidelis cōmunicatio lues (id est pestis) quoniam secundum Apostolum quemadmodum qui adhaeret Deo, vnus spiritus sanctus est cum eo: ita qui adhaeret meretrici, vnum corpus fit. Amant adinuicem virtutes cōmu-

nionem, & impietas secum demergit in profundo adherentes sibi. Ante oculos, in ore, in ipsis manibus sint patrū dogmata, quæ quotidie custodire iubemur. Ad ipsorum custodiam venerabiles synodi nos astringunt. Longum est singulatim omnia demonstrare quæ in Chalcedonenſi synodo sunt, in qua omnium religio continetur. Verum & diffinitiones quæ a sanctissimo Leone ex ipſo Apostolorum corde prolatae sunt, scire nos conuenit, & seruare in his pietatem fidei. In his propugnatores necessitatis, in his Christus cognoscitur. In his nostræ redemptionis spes & argumētum custoditur. Hoc est illud fundamentum quod in Apostolo legimus, in quo seipsum qui decipitur, surripit, si quis ligna, fœnum, stipulam, consumptibilia igni, superedificare conatus fuerit. In ipsis synodis necata sunt Eutyris & Nestorij venena, qui quodammodo contrariio inter se syllogismo contendunt: aduersus autem diuinam salutaris mysterij dispēstationem sub quadam æqualitate sacrilegij concordant, & quales sententiis, & vnanimis impietate: Quorum alter non vult virginem Mariam Dei esse genitricē: quo, quæ in domino vnita sunt diuidit: alter autem, in quantum proprietates naturarū conuenerunt, & veritates cōfundit, & mysteriū nostræ redemptionis extinguit. Alter Photini cecitatem, alter Manichei insipientiā impia cognatione coniungit. Contra istos, fratres dilectissimi, prouisa sunt medicina: illas cogitationis virtute vindicate: quoniam in ipsarum euerſionē videtis hereticos per impietatem pugnantēs, Nō sit in pigritia veritas doctrinæ. Quali studio oportet salutem diligere, quādo videtis mortiferam perditionem sic acceptatam? Vereamur segniter declarare leges veritatis, cum obstinatē errores defenduntur: Et authores quidem malarum inuentionum, synodicae sanctiones quas prædicimus, iustis condemnationibus inſequētur. At nos etiam, vt horum sequaces declinemus, admonemus: similiter quos apostolica sedes etiam deprehendit esse, eorum magistris & condemnatis coniunxit Timotheum patricidam, & Dioscorum & Petrum Alexandrinos, Acacium Cōstantinopolitanum cum eius sequacibus, similiter Petrum Antiochenum prædicto similem errore & nomine. Item etiam Seuerū ipsius loci ac veneni, Xeneam Hierapolitanū, Cyrum Edissenſem, Patrū Apamearum, nō solū pro propria, verum etiam pro aliorum cōdemnandos perditione. Qui in quantum se ipsos sordibus propriæ vnionis incessanter inuoluūt, alios similiter qui secuti sunt ipsos, in dicendo contaminauerunt, per generale salutare mandatum vos moneo, quodcunque aduersarium canonibus patrū, ex quibuscūque actis prolatum, nullis vos incommodis mandatis vel nouis diffinitionibus innouet: siquidem seculares sunt, & non possunt ecclesias retinere: quoniam his conuenit doceri magis quā docere. Nefas est enim, venerabilibus altaribus noua offerre libamina: quoniam piis scientiis claras diffinitiones in ipsis procemiiis proprii honoris præscripsit inter Leuitas, & proprium populi ministerium diuisit (alia est hominum potestas, & alia sunt sacerdotum officia) concitauit magis dominum quā placauit, qui alienum ignem in diuinis adytis obrulit, sacra contaminauit. Quis est qui in alienis sanctionibus iubendi auctoritatē sibi ipsi assumere potest? Etenim nullū dubiū est, eū punitū fuisse in tēplo pro solo conatu ministerij

nisterij, qui honorē non debitū protulit Ozias, nec in religione & ministerio permanſit. Si autē monitus exemplo tantę increpationis, a sacris ordinationibus timuisset iubendi auctoritatē sibi ipsi assumere magis, quā aduersus ista præsumpsisset, melius vtiq; regnasset: sed quoniā, neq; prohibētibus templi procuratoribus, sedulus trāsgressor nō destitit, in ipsis altaribus abominabili lepra percussus, ministerium regni perdidit officiū sacerdotis inuadēs. Cognoscāt itaq; nō esse Deo accepta, quæ ex ipsius mādatis a præsumptuosus subripiuntur: quando vnū ad ostensionē sententiæ punitio magni inornatus lepra seruauit, alios velox flamma cōsumpsit. Idcirco si aliqua sunt aliquo colore religionis suscepta, vim habere non possunt tot authoribus obuiantia. Clamat Paulus Apostolus: Et si nos vel angelus de cælo euangelizauerit vobis præter quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Et quia non sufficit semel hoc dixisse, accedit & secundum mandatum: Sicut prædicimus, & iterū modo dico: si quis vobis euangelizauerit præter quod accepistis, anathema sit. Custodit enim prolata pro custodia fidei sententiam, si quis Apostolicā sequitur doctrinā. Et nobis quidem cura relicta est. Etenim duplicis legationis officium est, si quid in deprecationibus humile, si quid in causis iustum, si quid in mandatis sanū sustulimus. Sed non propter hoc negligenda est via iustitiæ, quoniā infidelitas proprios errores cum iniustitia amat, non potest coniungi cum lapsu cadentiū sine nostra lue: pereant, a propriis impietatibus non declinātes neque errore flagellato. Deus vos fanos custodiat, filij dilectissimi. Data quarto Idus Februarias post consularum Agapeti clarissimi.

EPISTOLA EIVSDEM AD EPIPHANIAM Cōstantinopolitanum.

**E**ormisdas Epiphano episcopo Cōstantinopolitano. Magno gaudio impletus sum, quoniam circa pacem ecclesiæ, & sanctissimi imperatoris & tuę dilectionis tale est studiū, quale per literas intimasti, & per meorū legatorum depositionē cognouit. Clara enim cælestis misericordiæ demonstratio procedit, quādo reges seculi causas de fide cum gubernatione politiæ coniungunt, & ecclesiarū duces cōferentia ad propriā dispensationem memores officij implent. Talibus directoribus indigebat Christiana religio post procellas discordiæ, qui prouidentissima dispositione, cōquiescētibus turbantibus, pacem diu peregrinatā, extrā posita hyeme reducerēt. Et post hæc in futura secula proprii propositi exemplaria extendentes, sibi ipsis adscribi indubitātē ostendēt, si quid Deo placitū posteri ab ipsorum imitatione faciant. Benedicamus dominū, fratres, qui diebus nostris hoc fieri donauit, & omnibus orationum ac sollicitudinum viribus firmemur, vt quæ per Dei cooperationē bene principiata sunt, ipſo adiuuante in omnibus impleatur. Spes enim est quod ad cōpaginem proprii corporis & reliqua etiā adhuc diuisa membra studebūt, & a maioribus minora nō dissonabunt. Ad quod quoniā me tua affectio studio Christianæ dilectionis inuitat, debes id quod excitas, sequi: & quod diligi cōsulis, cōplecti. Similē erga fidei curā gerētes, per piā patientiā æquale pramiū boni operis egressa speramus. Neq; enim difficultatibus est credendū, neq; asperitatibus fides fatigatur, neque ad altitudines cælorū per decliuum

quis extēditur, neque sine laboris exercitatiōe quis fit remuneratione dign⁹. Idcirco vt nō deficiam⁹ bonum faciētes, propriē admonemur. Etenim beati (sicut testatur psalmista) qui custodiūt iudiciū, & faciunt iustitiā omni tēpore: quoniā principiū laboris retributionē prēmij inuenire cōsuevit, sed finis. Itaque ergo æquale studiū & curā suscipiamus, quibus vna est in cōmunionē & fide amicitia: vt quæ admodum de ecclesia Cōstantinopolitana apostolicæ sedi vnita, equaliter in domino exultant: sic & de aliarū restitutione (sicut affectuosē admones) curam primum, vt fidē ac perfectionē nostrā immaculatā ab omni cōtaminatione seruemus. Etenim scis, frater honorādisime, quales nexus ecclesiasticā cōcordiā seruant, qui ab hereticorū insidiis nos custodiūt, & per quos canonū auctoritas seruatur. His ī proprio robore omni attētionē seruatis, sanitas speratib⁹ afferetur. Habet enim ecclesiasticorū canonum ordo & ipsius iustitię forma, vt iusta cura benigne ac fideliter sperantib⁹ nō negetur. Neq; quis est ita a clementia separat⁹, quē nō fleat a duritiæ vinculi pura simplicitas. Sed vt tale hoc, & sine redargutione, vel alicuius erroris palliatioe valeat peruenire, dilectē frater, personam meā in hoc te oportet subintrare, sciētem in huiuscemodi materiis (sicut prædictum est) quid faciēdum sit, quid custodiēdum: sic quæ omnia prouidētē, vt nō dubites de hac dispositione rationē reddere deo. Ita quidē, vt literę vestre significēt, eos qui nobis cōmunionē cōiungētur, tales esse, qui per nos sedi apostolicæ nostris literis misceantur, & eaquē cōtinētur in libellis, quos producerint. Sic enī ab errore Seueri & huic cōiunctorum ac similibus liberabuntur: & dānum eorum qui sanari nō poterunt, sustinemus. Idcirco vobis imponere cōsumimus, ad vestrā diligentiam onera nostra trāsferētes: quoniā nō paruas probitatis tuę iam demōstrationes dedisti hereticis, obiciēdo, vt nō oporteat de isto dubitare, assumere simul sanationis curam, cui cōtingit probum ostēsum fuisse. Accingite auctoritatē iustitię, & sic erga supplices humanitate mollificemini, vt manētes in hereticorū cōtaminationē, vel eos qui innocētiam simulāt, & cū nostris sola voce cōcordāt, ab istis discernatis, pro quorū restitutiōe, cura & prouidētia est ab ecclesia. Neq; enim erga istos expedit ecclesiasticā mitigare austeritatē. Nō ergo erūt cōferēda bona misericordię propter necessitatē prouidēre debentiū, si in distinctæ erūt cōmunia bonis & malis. Et quoniā tua dilectio Hierosolymitarum similiter memoriā in suis literis facere cōsuevit, quorū ad nos etiā quēdā professio allata est, necessariū putauimus etiā legere quę scripta sunt, & respondero πρὸς ὅρα, si aliqui sanctorū patrū formas custodiunt, si illi⁹ fidei fundamenta venerātur, & si a definitis per ipsos, spiritu sancto cōpungēte, nō recedūt. Sic enī sunt perfecta, vt additione non indigeant: & tam bene firma, vt propterea sint immutabilia, cum per ipsa, omnium hereticorū deliramenta absorpta sunt. Neque enim Chalcedonenſis synodus aliquid vtile pertransiuit, quod qualicūque diligentia præcogitari potuit, quæ acceptatorum similiter dogmata vel lucidius declarauit, vel reassumpsit, & auctoritate confirmauit, & proprium quoddam aduersus Nestoriū & Eutychem reassumpsit certamē, altero quidē domini nostri Iesu Christi deitatem a carne separante, & propter hoc sanctam Mariā Dei genitricem enunciare declinante, altero verō veritatem

Matth. 7. b

Matth. 10. b  
Luc. 21. d

2. Mach. 7.  
& alijs per totum.

al. morte.  
al. ipſis.

1. Corin. 6. d

Galat. 6. b

al. prouenire

al. remittere



tatem carnis in domino recusante: cū dominus nos-  
ter Iesus Christus, hic filius Dei sit, qui & ipse ho-  
mo, vna persona in duabus naturis & deitatis & car-  
nis, neque naturis in vnione confusis, neque tanquā  
quarta persona addita Trinitati: sed ipse filius Dei  
exinanuit seipsum, & formam serui accepit. Ideo-  
que vnā & non diuisam confitemur Trinitatis sub-  
stantiam: & tamen propriam proprietatem scimus  
vniciue esse personā. Vnam enim patris confite-  
mur esse personam, vnam filij cum assumpta carne,  
vnam spiritus sancti, & personas proprietatibus \*  
al significat. 145.  
gnificantes, & per vnitatem substantiæ inseparabile  
Trinitatis mysteriū confitemur. Neque enim pos-  
sibile est dubitare, verbum Dei in visceribus matris  
per carnem humanam assumpsisse naturam, & non  
diuisam post vnionem naturarum ab ipso factam in  
vulua. Sicut enim nō est in ipso humanitas sine Deo  
facta, sic in cruce impassibilis deitas non est carnis  
passione diuisa. Quod virginis partus, & inuolabi-  
lis fœcunditas, ac eximia a mortuis resurrectio, atq;  
in cœlos ostendit ascensio: hæc, sicut à patribus dif-  
finita sunt, seruent, credant, & neque diffiniēda trās-  
grediantur. A qua femita declinant, ipsi sibi ipsi  
nebulam dubitationis circumfundunt. Nobis autem  
illud Apostolicū respondere contendētibus neces-  
se est, nos huiuscemodi consuetudinem non habe-  
mus, neque ecclesia Dei. Hæc ideo per breuia scri-  
psimus, quia non conuenit dubitare de rebus & fide  
sæpius diffinitis. Et omnino superflua est allegatio,  
quæ adducitur preparatis, cum de hac re apud hu-  
manissimum & gloriosissimum imperatorem filiū  
nostrum non pauca significauerimus. Et quoniā de  
Hierosolymitanorum professione respondimus, &  
hoc subiicimus horum salutis gratia, quod conue-  
nienter additur: vt si catholice ecclesiæ desiderant  
vnionem, propriæ professionis texturam in scriptu-  
ris indicatam, quam nostris legatis in Cōstantino-  
poli degentibus attulerunt, per proprios \* nuncios  
ad nos mittant, vel vestræ fraternitati dent, ipsa qui-  
dem (sicut dixi) virtute conscriptam, quæ ad vos o-  
mnibus modis per nostram informationem porra-  
bitur. De Thessalonicensibus enim, quorum ad nos  
legati per informationem fidelissimam ac gloriosissi-  
mi imperatoris filij nostri venerūt, vt nihil reliquis-  
se videamur, volumus secundū ea quæ domino no-  
stro Iesu Christo inspirante placuerunt, totam cau-  
sam vestræ considerationi tractandam, & si quod o-  
portet impleuerint, formandam committere. Hæc  
cum per fratrem & coepiscopum nostrum venera-  
bilem virum Ioannem ac per filios nostros Hera-  
clianum presbyterum & Cōstantinum diaconum,  
ecclesiastici honoris dignos, pertinentia ad causam  
scriptis sufficiant, delectati sumus nos inuenisse  
æqualem dignitatem, & pium propositum in viro  
nostri ordinis, & cum mandatis legationibus pru-  
dentis & moribus cōsonantia. Optanda profecto  
res est, & gaudio plena, vt quos contigit esse confor-  
tes communionis, & ordinis iudicio comprobati  
sint. Et altera manu: Deus te sanum custodiat, frater  
venerabilissime.

Sanctissimus archiepiscopus dixit: Nunc vena-  
bilissimi notarij sanctissimæ ecclesiæ nostræ, si quæ  
chartæ sunt apud eos, ipsas nobis manifestas faciāt.  
Et productis chartis per venerabilem Cosmam dia-  
conum, notarium & chartophylacem, Macarius ve-  
nerabilis diaconus & notarius, libellum ex persona

clericorum Theopolis, & relationem Synodi ibi-  
dem in regia vrbe congregatæ apud Ioannem san-  
ctis. Archiepiscopus ipsius regis vrbe legit. Et  
Calonymus venerabilis diaconus & notarius ex co-  
dice Epistolam ad Ioannem sanctæ memoriæ Ar-  
chiepiscopus Hierosolymorum, & ad Epiphaniū  
piæ memoriæ Tyrionum Episcopum legit. Insuper  
etiam & Epistolam missam ab ipso Ioanne Hiero-  
solymorum Episcopo & à sua synodo ad sanctum  
Ioannem legit. Et Stephanus venerabilis notarius  
& diaconus relationem missam ab Epiphaniō Ty-  
rio & Synodo sub eo congregata, legit. Et Paulus  
venerabilis notarius & diaconus relationem cum  
gestis destinatā ab episcopis secundæ Syriæ, ad san-  
ctis. Ioannem Archiepiscopum regis vrbe, quæ o-  
mnia inserta fuere.

Supplicatio clericorum & monachorum Apo-  
stolici throni: Antiochenæ magnæ ciuitatis catho-  
licæ sanctæ ecclesiæ Dei, ad sanctis. ac beatissimū  
archiepiscopū œcumenicum patriarcham Ioannē,  
& sanctam synodum congregatam, quæ hoc loco  
inserta erat, nihil habet aliud, nisi quod libellus mo-  
nachorum ad Mennam patriarcham, paulo supra  
positus, nempe querimoniam aduersus Seuerum  
quendam, apostatam, & sceleratum hominē: vt no-  
bis velut religio fuerit, rebus tā nefariis toties char-  
tam cōtaminare: proinde qui volet, inde repetat. In-  
cipit autē sic epistola illa: Per omnia sanctis. &c.

RELATIO AD IOANNEM PA-  
triararcham à Synodo congregata.

**D**omino nostro sanctis. & beatis,  
patri patrum archiepiscopo & œcu-  
menico patriarchæ Ioanni synodus  
in hac imperiali ciuitate congrega-  
ta in domino salutem. Quinque ca-  
pitula primum vestræ beatitudini  
putauimus annunciare, & tunc per vos piissimam &  
potentis. imperatori nostro manifesta facere. Pri-  
mum, Vicesima instantis mensis Iulij indictione. II.  
consulatu magni clariss. viri, vniuersus monachicus  
ordo huius à Christo amatæ imperialis ciuitatis, qui  
ex diuersis monasteriis conuenit, hic quidem archi-  
mandritarum, aliusverò reliquorum libellos porre-  
xit huic omni cōgregatæ nostræ synodo, petierūt-  
que ipsos legi, & capitula in eis contenta, examina-  
ta à nobis, fini tradere, imò verò sub forma synoda-  
li ponere. Cum itaque ipsos libellos legeremus, pri-  
mam in his hanc petitionem inuenimus, vt sanctæ  
memoriæ Euphemius & Macedonius expulsi, & in  
exilio mortui, iuste & canonicè reuocentur, & tra-  
dantur catalogo prædecessorum archiepiscoporum  
in domino ibidem quiescentium, omnibus vacuis  
manētibz quæ cōtra ipsos quandocunq; facta fue-  
rint, ponanturq; in sacris diptychis ipsorū vocabula,  
secundū q̄ omnis populus & monachicus ordo se-  
dulo & multū exclamauit. Nos autē ordinē optatū  
petitioni imponere studētes, quæsiuimus facta in ip-  
sis. Et cū cognouim⁹ per lectionē quod plurima ho-  
rum neque cum diligētia prouenerūt, neq; fideliter  
neq; per iustitiā memorati patres eiectionē sustine-  
runt, neq; tāquā aliquid amouerint de his quæ in re-  
cta fide seruabātur: necessariū putauimus petitioni  
toti⁹ populi simul cū mulierib⁹ & pueris ac toti⁹ di-  
gnitatis ac militiæ, atq; etiā monachi ordinis, sedu-  
lo clamatiū, secundū exhibitos libellos, cū omī verita-  
te satisfacere, vt secundū q̄ sanctæ memoriæ Paul⁹ &  
Ioan-

Ioannes ac Flavianus patres huius regis vrbe reuo-  
cati fuerunt sic & ipsi eiusdem honoris in sacris li-  
bris memoria digni facti sint. Quæ ergo considerau-  
mus & reformauimus, honestum existimauimus ad  
vestram beatitudinem deducere, & per ipsam piissi-  
mo imperatori nostro.

Secundum capitulum in libellis continebatur, vt  
qui propter causam predictorum patrum (Euphe-  
mij dicimus & Macedonij) banniti fuerant & fuga-  
ti, reuersi restituantur propriis gradibus. Quoniam  
igitur iusta petitio est, & primæ consequens, delibe-  
rauimus vt predicti adiuentur, & adducantur ad  
piissimum & sereniss. imp. nostrum.

Tertium capitulum in petitione continebatur,  
vt pro maiori scripturarum auctoramento, sancta &  
magna synodus 318 patrum congregatorum in Ni-  
cæa, qui sanctum symbolum fidei diffinierunt & \*  
exclamarūt, in quo baptizati sum⁹, & baptizam⁹ &  
quæ in Cōstantino. sub Nectario sanctæ memoriæ  
cōgregata est, & predictū sanctū symbolū 318 patrū  
confirmauit, ponantur in sacris diptychis. Quoni-  
am igitur honesta petitio est (quod enim pro utilita-  
te ecclesiastici status factum sit) dignum iudicauim⁹,  
iuxta exclamationes populi, & acclamationem  
vestræ beatitudinis, & secundum porrectum libel-  
lum à venerabilibus archimandritis & monachis,  
ipsas sanctas synodos in diptychis prædicari.

Quartum capitulum in petitione venerabilium  
monachorum continebatur, vt nomen sanctæ me-  
moriæ præfulsi Romanorum Leonis in sacris libris  
similiter prædicetur iuxta quod exclamationes po-  
puli supra & sedulo factæ sunt. Quoniā igitur Chal-  
cedonensis synodus non solum Leonis sanctæ me-  
moriæ, verum etiam & Cyrilli Alexandrinorum à  
deo amati pastoris memoriam in orthodoxa fide fe-  
cit, & Cyrillus quidem Alexandrinus in diptychis  
prædicatur, Leo autem sanctæ memoriæ non prædi-  
catur: iustum putauimus, vt quod deficit, suppleatur  
Et qui æqualiter ab hac synodo pro statu orthodo-  
xæ fidei honorati sunt, similiter & in sacris dipty-  
chis pro utilitate & pace ecclesiæ prædicentur.

Quintum capitulum in ipsis petitionibus conti-  
nebatur, vt attentata contra sanctam Chalcedonen-  
sem synodum, rememorentur, & blasphemata verba  
contra ipsam effundantur (Seuerum dicim⁹ qui est  
in Antiochia) indisposite & perperam prolata, ana-  
themati subiiciantur, sicut seduli exclamationes po-  
puli factæ sunt. Quoniam igitur oportebat & de i-  
sto formam conuenientē ecclesiastico statui profer-  
re, necessarium iudicauimus, primum blasphemata ip-  
sius verba in medio totius synodi legi, ad redargu-  
tionem eorum quæ ab ipso presumpsa fuerunt. Ha-  
bent itaque sic de verbo ad verbum attentata & bla-  
sphemata ab ipso aduersus sanctam synodum: Quæ  
à synodo eo tempore in Chalcedonia congregata,  
formata fuerunt ac stabilita, & eos qui pro ipsa pu-  
gnant, anathematizamus. Hæc est illius scelestæ vo-  
cis blasphemata: sed nō solum immanis hæc, verū e-  
tiam aliæ plurimæ blasphematiæ in libris ipsius pro-  
clamantur in hac regia vrbe, quibus orthodoxæ a-  
matores incidentes, derident ipsius phrenesim⁹ qui  
spurie fertur. Quoniam igitur hoc accusatum, ha-  
bet redargutionem non solum ex predicta voce, sed  
ex eo quod scriptum est, & ex aliis plurimis blas-  
phemiis turpissimæ ipsius linguæ contra hanc san-  
ctam synodum, idcirco hunc iuste perpetuo anathe-

mati & nos submittimus, omni honore, nomine, di-  
gnitate, & operatione, Christiano aut hieratico cō-  
ueniente vel conuenire valente priuantes, & nudū  
diuinæ communionis secundum ecclesiasticos ca-  
nones statuentes, contra quos & blasphemare ac ca-  
lumniari sanctam Chalcedonensem synodum con-  
natus est, quæ specialiter signauit symbolum 318  
sanctorum patrum qui in Nicæa conuenerunt, &  
quæ immotum ac immutatum ipsum existere præ-  
dicauit, sicut & sancti patres qui in Constantino-  
poli, & qui in Epheso conuenerunt, similiter con-  
firmauerunt: cum quibus & sancta synodus Chal-  
cedonensis similia defendit, resplendere vbique hoc  
iussit. Quapropter non solum tanquam blasphemū  
sed & tanquam calumniatorem, & omnibus sanctis  
synodis per istam synodum iniuriantem, prædictū  
Seuerum omni honore destitutū esse statuentes, a-  
nathemati subiecimus. Hæc à nobis examinata &  
formata, ad sanctum nuncium tuæ beatitudinis fe-  
stinanter exarauimus, & propria manu subscripsi-  
mus, & afferri subordinauimus exhibitos vobis li-  
bellos ad agnitionem veritatis, vt & hæc per vestrā  
beatitudinem veniant ad potentissimum & serenis-  
simum imperatorem nostrum, & ad piissimam &  
ad deo amantissimam Augustam, & ad gloriosissi-  
mum ipsorum ac magnum Senatam.

LIBELLVS MONACHORVM AD  
congregatam synodum.



Vram equidem gessit vestra sancti-  
tas recte fidei etiā ante nostrā petitio-  
nem: sed quia & nos oportebat partē  
esse eorum quæ ad gloriam dei expe-  
diunt, necessarium putauimus præse-  
ntem innuere petitionem, per quam nos velut ex v-  
na sententia petimus vt ea que bene & vtiliter mora  
sunt magna ecclesia huius regis vrbe à fidelissimo  
populo, & acclamata ad ipsum populū ab archie-  
piscopo nostro œcumenico patriarcha Ioanne, ip-  
sa per vocem vestræ synodi in scriptis auctoritatem  
accipiant, & sanctæ memoriæ patres nostri, qui (ne-  
scimus quomodo) expulsi fuerunt, videlicet Euphe-  
mius & Macedonius, in presenti iuste & canonicè  
reuocentur, & tradantur catalogo prædecessorum  
archiepiscoporum ibidem in domino quiescenti-  
um, cessantibus omnibus quæ quandocunq; aduer-  
sus ipsos facta fuerunt, quodque addatur in sacris li-  
bris simul cum ipsis & venerabile nomen Leonis  
Romanorum archiepiscopi, quod omnium maxi-  
mum est, eo quod omnes ad rectam fidem excitauit.  
Petimusque vos, sanctissimi, vt & sanctæ synodi pro  
tempore congregatæ pro fide, ponantur in sacris li-  
bris, hoc est Nicæna, quæ exclamauit sanctum sym-  
bolum in quo baptizati sumus & baptizam⁹. & Cō-  
stantinopolitana, quæ ipsum confirmauit: & Ephe-  
sina, quæ similiter confirmauit: atque etiam Chalce-  
donensis, quæ similiter signauit. Insuper etiam roga-  
mus addi & hoc, vt & Seuer⁹ impius, qui contra ec-  
clesiasticam ordinationem dicere ausus est, anathe-  
matizetur. Similiter autem expetimus, vt & episco-  
pi, clerici, archimandrita, monachi & laici expulsi  
propter predictorum sanctorum episcoporum per  
nostram legationem factam ad sanctis. archiepisco-  
pum vestrum œcumenicū patriarcham Ioannem,  
& ad inuictissimos imperatores nostros, reuocen-  
tur,

For. que  
monstrata,  
aut qui spu-  
ritum.



tur & restituatur proprio ordini. Et ne supplicatio- nes nimium extendamus, rogamus & exclamationem totius à Christo dilecti populi, & acclamationes factas in prædicta sanctissima magna ecclesia ab ipso archiepiscopo, per sacram vocem vestram & subsignationem ac piam formationem inuictissimi imperatoris nostri confirmari.

**Q**UIC HABENTVR DVÆ EPIS-  
tola Ioannis Constantinopolitani archiepiscopi, ubi in  
inscriptionibus se oecumenicum vocat, in quibus  
nihil est notatu dignum.

**R**ESCRIPTVM IOANNIS HIEROSO-  
lymitani, & episcoporum qui sub eo sunt, ad Ioannem  
Constantinopolitanum.

**D**omino meo, & comministro Ioanni, & sanctæ synodo in Constantinopoli congregatæ, Ioannes dei miseratione episcopus Hierosolymorum, & sancta synod<sup>9</sup> trium Palestinarum, ex istis sub sanctis locis Christi dei omnium, in domino salutem. Lachrymis gaudij perfusi sumus intelligentes quod deus per sanctitatem vestram, quæ malum odit, abominationem illam desolationis, monstrum pestiferum dicim<sup>9</sup>, anathemati subiecit, & alienum fecit ab omni sacerdotali collegio, dignitate & honore. Sanctissimos itaq; monachos qui sub magna illa regia ciuitate habitant, ac etiam ipsius populum propter dei zelum laudamus, quoniam & vsque ad mortem perstiterunt vt lupum Antiochenæ ciuitatis de pascuis ouium expellerent, qui se ipsum occulabat quidem, sed magis nocere conabatur quam ipse posset: qui secundum illud Balac, maledicere conabatur, quem dominus non maledixit. In caput ipsius, omnia maledictionis reciderunt, & benedictus est Israel, qui intelligit, & perit quidem Balac, similibus modo & Balaam vates, qui opera actuum suorum suscepit, & anathematizatus, & ille cum seruo ocioso & malo pœnam sustinet. Sed hæc quidem illi, nos autem idem cum his quæ gesta sunt & scripta à vestra sanctitate, sapimus, & anathematizamus omnem hæresim, & Nestorium idololatram, ac Eutychem vana sapiente, & Manem & Seuerum veneficum, necnon & ipsius conscripta habentes in scriniis: amplexantes sancta quatuor concilia, videlicet Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Chalcedonense. Suscipimus autem & venerabiles epistolas sanctæ & deo amabilis memoriæ Leonis Romani archiepiscopi & patriarchæ. Congratulantes itaq; vobis & consentientes in his quæ à vobis facta & scripta sunt, propheticum illud eloquium dicimus: Celebra Iuda festiuitates tuas, redde domi novota tua, quia non adiciet vt pertranseat in te Be hial vniuersus interiit. Nobiscum ergo eadem orate sanctissimi, & sanctam ac glorificatam virginem dei genitricem Mariam vna nobiscum supplicate, intercedere pro pace sanctissimarum ecclesiarum, & victoria ac perpetuitate piissimi & serenissimi imperatoris nostri.

**Q**UÆPISTOLA EPIPHANII EPISCO-  
pi Tyrj & eorum qui sub eo sunt ad synodum  
Constantinopolitanam.



Er omnia deo amantissimis & sanctissimis fratribus & comministris Theophilo, Basilio, Martino, & vniuersæ sanctæ synodo dei gratia in regia ac deo amantiss. ciuitate cōgregatæ Epiphanius & qui sub eo sunt episcopi, in domino salutem. Benedictus deus, pacis dominus, qui misit nobis honorabilem literam vestræ sanctitatis, quæ tantam facit diuinorum canonum curam, quod eum qui nullo vnquam modo aut tempore amplexatus est communionem sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, aut orthodoxam fidem honorauit, sed in sedem apostolicæ ecclesiæ Antiochenæ tyrannicè se intrusit, anathemati affixit, & nudum esse omni honore sententiavit, & nomine & dignitate & efficacia Christiano aut Hieratico conueniente aut conuenire valente: & alienum ipsum à diuina communionem secundum diuinos canones constituit. Vestræ ergo iustæ condemnationis dignus visus est impius Seuerus, qui ad blasphemiam simul & calumniam, linguam quam habet, acuit aduersus sanctam magnam Chalcedonensem synodum, & seipsum iustificat ex impio sensu & maligna intentione: & aduersus spiritualem doctrinam apostolorum ipse seipsum ad redargutionem disponit in vniuersis variis sermonibus quos scripsit. Etenim cōuenit in impia hæresi positos, & mente perturbare, & non sufficere vsque ad finem cooperire morbum quem habent, & qui ipsorum corrodit intellectum. Sed non fuit ita audax, vt imponeret vinculum ex autoritate, quo separaret clericos aliarum ciuitatum à communionem diuinam, non consilio neque consensu suorum episcoporum. Quid autem quod presumpsit alienos clericos canonicè ligatos à propriis episcopis, ad ipsum confluentes per predicationem anime corruptiuam ab ipso subornatos & ad suam communionem assumptos, sine permissione eius qui ligauerat, permittere in ecclesiasticis ministeriis ministrare? Et vtrumque horum peregit in Tyriis. Sed & eos qui dignitatem presbyteralem acceperant, & in principio se opponebant ipsi vanè vociferanti impiam doctrinam, postea verò secum concordantes, parauit in habitu diaconatus ministrare, iniuste ipsos honore presbyterorum priuans. Cum enim qui ipsos ordinauerat, non potuerit supplantare vt suæ doctrinæ condescenderent, huius occasione ordinationem ab ipso impositam exiit: quod iam ab ipso in ciuitate Arcenensi factum fuerat. Insuper autem nonne fuit extendens temeritatem suam, qui adulterando diuinos canones, in alienis diocesis ordinauit suffraganeos, alibi autem paramonarios, credēs sufficienter habere? Hac via intendit impugnare & dissoluere iura episcopis à sacris canonibus diffinita. Ad testimonium autem horum est accipere Tripolitanam, item & ipsam Arcensem ecclesiam. Apparet etiam quod fuit ausus permittere episcopo ordinare in diocesi alteri<sup>9</sup> ciuitatis, cuius episcopus adhuc supererat. Minister autem fuit huic Stephanus episcopus Orthosien. qui ausus fuit manum imponere in diocesi Aataraden. superstitit adhuc Theodosio bonæ memoriæ episcopo prædictæ ciuitatis. Quid & quod accepit ordinationem presbyteri sibi à schismaticis datam, & aliis rursus ipsam ordinationem communicat? Quod cum studio fecit, festinans nancisci rationabile ouile Antiochenum, & omnis alterius orthodoxæ ecclesiæ, & imp-  
ditionem

ditionem traducere sua abominabili & scelestæ voce quæ vermes portat, ex quibus ipse sibi thesaurizauit, nihil sanum aut rectum erga orthodoxam fidem loquens: sed est ei turpissimarum actionum ambitio erga eos qui ab ipso prouisionati sunt, duplici exinde apparente peccato, quod ad maiorem condemnationem ipsum representat. Primum quidem collectio auri ecclesiasticarum rerum Antiochenæ ecclesiæ, quæ disspantur & disperguntur, & ad incurabilem restaurationem constituta sunt. Secundum quod his qui ex prouisionibus aluntur, mandauit omnem concitare turbationem, & omnem tumultum in ecclesiis ciuitatum dispergere, ac etiã in claustris monasteriorum, & semina schismaticorum ab ipsis sparsa sunt. Ad quod est accipere ipsum aperte repugnare diuinis doctrinis in sacris euangelis proclamatis magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, ipso quidem pacem predicante, & ipsam inquirere, & scandala abominari, & ipsis qui illorum causa sunt ligare ad collum lapidem molarem, & ipsum submergere in profundum, secundum quod scriptum est, & hæc quidem desiderabilia sunt Seuero impio. Pacis authorem omnino refugit: quod quidem si per quodlibet percurrere conaremur, infinita nobis esset oratio. Verum tamen hæc ediximus, & multitudinem pretermittorum aliis enarrare concessimus, & (quemadmodum diximus) idem vobiscum deo dilectis sapere facti sumus, & punctionibus quibus eum semel merito ligastis, æqualem diffinitionem superposuimus, deponentes. Anathemate alligauimus & Ioannem quendam paramonarium venerabilis domus sanctæ & gloriosæ dei genitricis semper virginis Mariæ quæ iacet in clara metropoli Tyrriorum, cum inueniremus ipsum in hypocrisi & dolo nobiscum ministrasse, & diuina communionem participasse. Propter quæ clanculum cum schismaticis immediate disputans, sponte cucurrit ad Antiochenam ecclesiam: & cum Seuero impio se coniungens, recessit ab orthodoxa ecclesiæ fide, & illi communicauit circa dæmonia cum eius sensum, & impia anathematizatione aduersus sanctos patres nostros, ac venerabilem epistolam sanctæ memoriæ Leonis Romani archiepiscopi propria manu conscripsit: & tuetur illum, scilicet Seuerum. Adde & his, quod reuertens ad ecclesiam Tyrriorum, tradidit schismaticis deuotam domum dei genitricis cōstitutam ab illis de ciuitate, & ecclesiam ac synagogas in ipsa, & parabaptismata facere ausus est, & dare hoc semen magnæ turbationis fidelissimo populo ciuitatis, cum videret id quod nullo tempore factum est, apparere scilicet processiones ex duobus locis, Neophytistis adinuicè contrariantibus, bellaque ac tumultus patrantibus aduersus sanctissimam ecclesiam nostram, & fidelissimum populum ciuitatis: quarum rerum testimonium sunt ea quæ in loco iudicij facta sunt: inter quæ & venerabilis crux lapidata est ab his qui cum ipso nificant in prædicto oratorio dei genitricis: & quidam de multitudine Christianorum & venerabilium clericorum flagellati fuerunt. Contigit autem & me Tyrriorum episcopum vsque ad mortem periclitari, propter quod ipse cum his qui sibi assentiunt, mortiferas insidias parabat. Vt autem nihil de opportunis relinqueretur quæ à vestra sanctitate facta sunt, narrauimus in ecclesia his qui de clero sunt, & fidelissimo populo ciuitatis & spiritualem superinduti celebritatem, regratiabi

lem emisimus vocem domino deo saluatori omnium Iesu Christo, & piissimo imperatori nostro, & Christianissimæ imperatrici, ac sanctissimo patriarchæ regie vrbs, necnon & vobis deo dilectis, quorum communionem amplectimur, & ad eam quam habetis fidem, idem sapere disposuimus, & vobiscum auertimur, inferentes adiudicatum anathematismum contra omnem hæreticum, præcipuè autem contra Nestorium manifestum hominibus idololatram. Insuper etiam & contra Eutychem & Seuerum, qui obnoxij constituti sunt ad blasphemiam & calumniam: nam hæc perpetratus est aduersus sanctam magnam & oecumenicam synodum Chalcedonensem. Insuper & aduersus Ioannem paramonarium venerabilis domus dei genitricis quæ iacet in clara metropoli Tyrriorum, propter enarratos suos pessimos actus, ex quibus probatum est ipsum venire contra diuinos canones. Et rogamus vestram sanctitatem confirmare multam quæ canonicè contra ipsum posita est. Amplectimur autem & honoramus sanctam synodum 318. patrum in Nicæa congregatorum ad reprehensionem & depositionem Arrii, & symbolum orthodoxum quod ab ipsa expositum est, confitemur in fiducia, & predicamus in ecclesia in ipso baptizati & baptizantes. Et sanctam synodum 150. patrum in regia vrbe congregatam ad depositionem Macedonij impugnatoris spiritus. Ac sanctam synodum 200. patrum in Epheso congregatam ad depositionem impij Nestorii. Necnon & magnam sanctam synodum 600. in Chalcedona congregatam, quæ prædictum symbolum 318 patrum confirmauit, deponendo Nestorium hominem idololatram: & impium Eutychem, & Dioscorum qui idem cum ipso sapiebat, & qui omnem hæresim exprobrauit. Vnde est accipere omnes hæreticis dogmatibus contaminatos, impie se habere erga ipsam sanctam magnam & vniuersalem synodum. Hoc enim infixum est naturaliter hæreticis, vt pugnent contra eos qui ipsos redarguunt. Cum ipsa autem synodo recipimus & omnes epistolas sanctæ memoriæ Leonis archiepiscopi antiqæ Romæ, rectè ac irreprehensibiliter habentes, omnesq; (vt ita dicamus) hæreses demonstrantes, præcipuè illam Nestorij & Eutychem impiorum. Rogamus itaque vestram sanctitatem, vt cognoscat intentionem nostram, & quomodo in omnibus sequimur vestras secundum deum voluntates, pro nobis faciatis postulationes ad omnium dominum deum Iesum Christum, vt & pacem in nobis acquisitam augeat, & ad dilectam sibi iustam vnionem coniungat sanctissimas ecclesias, ad gloriam ipsi<sup>9</sup> domini dei, & gaudium piissimorum Imperatorum nostrorum, & ornatum sanctissimi archiepiscopi regie vrbs, ac spiritualem lætitiã omnium nostrum, & fidelissimi ac orthodoxi populi cuiuslibet ciuitatis. Et quoniam de reuocatione corporum sanctorum patrum nostrorum Euphemij & Macedonij, & inscriptione nominum illorum in sacris diptychis sententiam tulistis, precamur vt & corpus spiritualis patris nostri Flauiani patriarchæ Antiocheni in veneratione accipiatis, & catalogo patrum nostrorum in ipsa apostolica sede prædormientium restituatis. Iustum est enim, eum qui pro Christo deo nostro & eius recta fide fatigatus est, & sustinuit eorum nosam sententiam eorum qui cum calumniabantur, participare his quibus secundum iudicium vestræ sanctitatis participarunt qui ipsius symmi  
stq

st fuerunt: vt & sincerissimus Imp. noster sancire dignetur hoc, & prestet venire ad gloriam intemera re ac cōsubstantialis trinitatis. Quę custodiat ipsius pium & dilectū imperiū in trāquillitate, & ad destructionem totius barbaricę contumacię: custodiatq; sanctissimum patriarcham regię vrbis in pace vnā cū vestra sanctitate. Per vos enim quę ad deū gratiarum actionem habent firmanur, & diabolica scandala omnino refringuntur.

**EPISTOLA EPISCOPORVM SE-  
cunda Syrię ad Ioannem patriarcham &  
Synodum.**



Omino nostro per omnia sanctiss. & beatiss. patri patrum archiepiscopo & oecumenico patriarchę Ioanni, ac sanctę synodo in regia ciuitatum vrbe congregatę, minimi episcopi Secūda Syrię. Nos cum sciamus quam iuste ac canonicę sanctę synodus vestrę sanctitatis fecit quod sustulit iniustam & iniquam Seueri proteruiam (quęnam virtus orationis, etiam ad modicū, attingere poterit illius mala?) & in quibus deū blasphemauit, omni tempore sanctam magnam & oecumenicam synodū Chalcedonensem anathematizans, & epistolam S. Leo. pp. antique Romę, cooperatorem in omnibus habens Petrum impium, qui Apamiarum presidię contra omnem ecclesiasticam sanctionem subripuit, meritō leratissimus: & huius gratia nos vestrarum doctrinarum sancto decreto instructi, anathematizamus & in presenti Seuerum & Petrum hæreticos, & iudicio magni & tremendi tribunalis tradimus illorum noxias animas, priuantes similiter ipsos, quemadmodum & vos beatissimi, omni honore, dignitate operatione sacerdotali, & communionē mundissimā, & nudantes non solum sacerdotio (quod habere imaginabatur vanum) sed etiam omni participatione, ad discretionem eorum qui recta sapiebant. Timor enim est ne synceriores per amplius imitatores ad proprias blasphemias trahāt. Rogamus sanctitatem vestram per hanc nostram epistolam modestam, vt cum acceperitis veram cognitionem delictorum Seueri & Petri, confirmetis & actum nunc a nobis expositum & diuinis canonibus cognitum.

**LIBELLVS MONACHORVM APAMI-  
nię ad proprios episcopos.**



Anticissimis patribus episcopis secundę Syrię, ab Alexandro Ioanne, Simeo. & c. & reliquis archimandritis & monachis territorij Apamiarum. Cum deus clementiā donauerit, & tranquillitatem terris rediderit, relinquitur vt nos dicamus, licet videantur mediocria vitam amarissimam Seueri hæretici, deinde turpem ac omni abominatione plenam Petri vitam. Quando enim iuimus ad campum regularium, quod non longe est a venerabili tēplo beati Simeonis confessoris, ad pacem & vnionem charitatis & iustam orationem respicientes, solumque habitum & animam monachos dicentē circumferentes, nescimus quomodo impium Seuerum hostem habuimus, quem nesciuit nec vnquā suscepit Chri-

stianorum status neque vera communione vllō modo aut tempore participauit. Quid autem possumus facere, aut quomodo possumus contrastare furie accerrimi exercitus impietatis? Nā alios quidē corruerunt, alios verō in captiuitatē traxerunt, nonnullos nudos vestibus constituerūt, & alios detritis corruptisque vestibus tanquam in ignominiosa vita secundum illorum opinionem triumpharunt. Nos quidem in his quę facta sunt, meritō gloriabamur, passiones & sanctas plagas pro Christo deo nostro cum omni bona spe sustinentes: verum cum tam magnas offensiones, paruas putauerint, mittunt exercitum rusticorum maiorem isto, & secundum impetum faciendo contra predictum monasterium partem mari diruunt, & noctis tempore subintrant, & quosdam interficiunt, plurimos vero verberant, & mediocrem substantiā monasterij subriperunt, & pro magnā lamentationibus trophæa iniqua contra fidem faciebant. Et sic quidem multa accerrima fecerunt, licet tandem expulsi sint. Tempus autem nullum satis fuit homicidij soli Seuero totius orbis inimico, imō verius celestium contemplationum. Sed non sufficiente solo Seuero (vt verebatur maculare ornamenta totius orbis iterū & Petrus contra ciuitatem Apamiarum excitatur & promittitur) præsul: quem oportebat magis & literis in sylabis tradi, & non somnare oracula sacri ritus. Vnde irrationabilem audaciam iuuentutis immittit sepius venerabili monasterio sancti Dorothei, protrahens multitudinem publicarum foeminarum huic accommodatam, in quo illud dedecoris commisit in eis. Nam meretrices erant & nullatenus nobiles. Et percutiens ibidē venerabiles monachos, trahit ad ciuitatem, & in carcerem detrudit, & hoc sepius facere nō cessauit. Quis homicida audeat dicere in quibus sapius manus tinxit? Quis christianorum orthodoxorū videns sanguinem altaribus respersum auferre ausus non cōpungetur dicere, imō silentio magis diligit talia occultare? Verū & si per petrata in Organorū monasterio renouarem, quę charta sufficet ad enumerationem tantorum delictorum? Non enim pigritauerunt sicut in obsidione destruere monasterium, & accipere causam captiuandi monachos ibidem psallentes: qui quanquam ad modicum lapsi sunt, demum tamen veritatis verbum dilexerunt, & coniunctionem communionis nostrę amplexati sunt. Pugnā in Larissa factam, & nephandam furiam Fausti, & quos inhumaniter sagittis deiecit, habet & quorundam gestorum fides. Quanta verō & qualia in venerabili domo victorio si martyris Antonini perpetrata sint, quę natura rationem habens sine lachrymis enarrabit? Ita enim in consuetudinem venerat interficiendi monachos (magnum lucrum putans quod cunctis hominibus abominandum est) quod per sequaces suos (quos iniquē conducebat) interfecit venerabiles ac orthodoxos monachos qui ibidem in honore peragendę celebritatis congregabantur, sicque manibus astabat altari. Audiuitis quomodo cū meretricibus & inhonestis mulieribus vitam duxit, & blasphemias voces contra deum emisit Christum crucifixū blasphemando, trahens etiam mulieres in sanctos Christianorum fontes, quę nondum dignę erant baptis mate sacro. Cæterū si voluerimus vniversa percurrere, alio magis, & non solū præsentē indigebimus tempore. Quare multa Petri & Seueri delicta præ-

ACTIO PRIMA.

tereutes carptim balbutiendo discurremus veras contra illos accusationes. Quare rogamus vestram beatitudinem, vt respicientes ad verum & verbum cui seruitis, & ad memorabile orthodoxi propositum piissimi imperatoris nostri, ac maximarum potestatum, sequimini sancta beatiss. patriarchę & sanctę gesta synodi cum ipso congregatę, & consentiatis iustę depositioni factę contra Seuerum hæreticam, & deponere velitis Petrum, quem nominando meritō erubescimus: sed necessitate per suasi dicimus & supplicamus deponere ipsum, & extra diuinum chorum statuere, ac extra sacerdotiū, a quo ipse omnino alienus fuit iam, & nūc sibi ipsi solum illicitē circumposuit sacerdotij & specimen: vt celestibus potestatibus & omni humana natura in bonam vnionem & iustis ecclesię catholicę conuenientibus, iuxta diuinam vocem fiat vnum ouile, & vnus pastor Christus deus noster.

**SENTENTIA EPIPHANII PATRI-  
archę contra Petrum & Seuerum &  
Zoram.**



Antea synodus dixit: Licet quid nouius fuerit quod a venerabilibus prioribus venerabilium monasteriorum petitum tanquam pro sanctissimis ecclesiis porrectum, admittere omnino non oportet, & ipsorum pio zelo communicare atque conuenire: nunc autem & hoc esse factum cum ratione a beatissimis patribus & fratribus nostris iam conspiciamus: sicque maxime culpę esset non sequi illos, qui non paucos sudores habuerunt pro comuni pace sanctissimarum ecclesiarum, & qui magnis ac patriarchalibus resplenderunt sedibus. Ex omnibus itaque lectis inuenimus Seuerum & Petrum totius ecclesię catholicę, imō & ipsius orthodoxę fidei apostatas, & abscissos ac simpliciorū animarum insidiatores, nec non impiorum hæreticorum fautores, & qualia ipsorum frequentibus erroribus & sacras sanctiones sanctorum patrum nostrorum pro nihilo putauerunt, & his in terdicta periculose facere præsumperunt, & propter hæc in sacras sententias lectas inciderunt, idcirco & nos & ipsas sequentes, prædictos Seuerū & Petrum, qui nec & nos aduersus retrahuntur perpetuis cōdemnationibus & anathematizationibus a tantis sanctis patribus contra ipsos factis, mediocriter videlicet secundum quod factę sunt, e contrario verō temeritatem suam auxerunt contra omnes sanctas ecclesias, & ipsas tumultibus, quantum in ipsis fuit, impleuerunt, & priorum labiorum fructus carpserunt, vt dicit diuina scriptura, habemus factos in ordine hæreticorum, quos dilexerunt, & anathemata quę studuerunt inuenire in contumeliam patrum nostrorum, & euersionem fidelium, ipsi habent contra caput suum, ambulantes (sicut dicit propheta) in lumine ignis sui, & in flamma qua exarserunt. Et in hoc etiam sequendo nos memoratos sanctos patres, per mediocrem contra ipsos sententiam nostram anathematizamus ipsos Seuerum & Petrum quorum alter quidem Theopolitanorum, alter verō Apamiarum ecclesiarum sedem illicite subriperunt, vt qui in Christo sperauerunt, & catholicę ecclesię existunt, hoc scientes, non incidant in ipsa ignorantia eorum quę canonicę contra ipsos diffi-

nita sunt: sed sciant secundum euangelicam & apostolicam doctrinam, quoniam hæreticum virū post primam & secundam monitionem recusare oportet, & quod non oporteat dicere tali, salue. Nā qui dicit ei salue, communicat operibus illius malis. Manifestum autem est quod eiusdem condemnationis sunt Zoaras impiissimus, & omnes qui venerabilibus altaribus & baptisteriis sua hæretica conuenticula opposuerunt. Et simili modo anathematizamus parabilimata & impia conscripta prædicti Seueri. Aequaliter enim (sicut dicit diuina scriptura) odibilia sunt deo, impius, ac impietas eius.

**SENTENTIA MENNAE PATRI-  
archę contra Petrum & Seuerum &  
Zoram.**



Anticissimus ac beatissimus oecumenicus archiepiscopus & patriarcha Mennas dixit: Cum Ioannes diuinus apostolus & discipulus magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi dicat quædam peccata esse non ad mortē, quędā verō ad mortē, doceatq; nos p hęc sententiā fugere blasphemiasin deum per opiniones hæreticorū, velut ad mortē ducētes, videnturq; Seuerus & Petrus sponte præeligere peccata ad mortem: opportunum est, eos qui a principio errauerunt, & opinionibus hæreticis subducti sunt, & propter hoc a sancta catholica ecclesiā & apostolica, & ab omnibus qui in ipsa partem sacerdotij sortiti sunt, condemnationem sibi ipsis super induxerunt, sobrie poenam portare, & ipsam existimare occasionem pœnitentię atque recognitionis. At cum hi nihil tale videantur fecisse, neque toto tempore aliquam demonstrationem recognitionis fecerint, sed tanquam ad ipsum deum superbientes manserunt in propriis impietatibus, & paruum putauerunt stare vsque ad perditionem suam, & si non omnes alios quibus validi fuerunt perdidissent & opus affectarunt dignum solius authoris & inuentoris iniquitatis, qui propriam ruinam communem omnium hominum perditionem constituere voluit & vsque nunc vult. Non ergo cessauerunt vt doctrinis scriptis & nō solū, & nō scriptis in ciuitatibus in quibus fuerūt cōmorates, sed etiā in lōge remotis, simpliciorum animas alliciendo, & participes proprię perditionis faciendō, non ad intellectum accipientes iudicium dei, neque dominicam sententiam manifestissimē clamantē: Si quis scandalizauerit vnū de pusillis istis, obnoxius erit gehennę ignis. Insuper autē conculcauerunt venerabiles canones, qui prudenter sanxerunt condemnatum in aliqua synodo, nullo modo posse sacerdotale ministerium reasumere, donec de eo discussio ab alia synodo facta, ipsum innocentem probasset. Et si quis audebit facrum medio tempore facere ante restitutionem in alia synodo, hunc nec postea in alia synodo spē aliquam restitutionis habere. Sed hæc omnia despicientes prædicti Seuerus & Petrus, & sui communitatores & participes, de quorum numero est Zoara quidam monachus de Syria ortus, homo qui neque intelligere aliquid sacri potest, neque secundum rationem facere, non quod aliis quicquā boni impartiri possit, sed simpliciter sic hypocritam veluti escę quandam animabus esurientiū porrigit, imō (quod verius est dicere) materiam auaritię facit. Contemp-

noy

speciem.

For. cū hūis  
10411. 10. c

equalia ipso  
vbi sequentes.

ipso.

sapient. 3. a

Esaię. 50. d

Tit. 3. c.

Epistola.  
2. Ioann. d.

Sapient. 14. a

1. Ioann. 5. d

Matt. 18. d



perunt quidem ecclesiam Romanam successorem apostolorum, quæ sententiam contra ipsos protulit & ad nihilum reputauerunt huius regie vr̄bis sedē patriarchalem, & omnem synodum in ea congregatam, & eiusdem domini & saluatoris omnium in sanctis locis apostolicam successorem, & vltra hæc omnia etiam omnem sententiam Orientalis diocesis contra ipsos latam. Dicendum etiam est, quod illotis manibus sancta contrectarunt, & tanquam porci quidam margaritas conculcauerunt (dico autem euangelicas & paternas sententias) nec cessauerunt vsque in hodiernam diem \* grauius obuiare statui & paci sanctissimarum ecclesiarum. Ipsi enim clam & occulte faciunt ea quæ canonibus interdicta sunt, alios quidem multos iniqua doctrina ipsorum persuadentium ꝑ peruertendo, conuenticula quæ & parabaptismata per domos & monasteria faciendō cōtra canones, & ipsorum sceleratam communionem multis qui ab ipsis peruersi fuerant, tradendo: homines dicim⁹ neque figura, neque re: qui habebant ordinationem ab ipsis datam similiter ipsis peruersi. Porro per hæc non solum non eradicatur anathema primo impositum à patribus nostris, sed & ex nostra sententia, imò verò canonum auctoritate spes restitutionis ipsis auferitur, & vt catholici filij cum hoc intelligunt, fugiant illorū errorem & hæresim. Propterea igitur sequentes sanctorum patrum nostrorum sententias, & euangelicis ac paternis inherendo sanctionibus, suscipimus & sanctissimos fratres & comministros, cum ab ipsis lata fuerit sententia contra predictos Seuerum, Petrum & Zoaram, & alios quicumque communicant ipsis in impietate, ac contra complices ipsorum. Et nos illos per dominum nostrum Iesum Christum verū deum nostrum tanquam lupos quosdam grauius irruentes in ouile Christi, abiicimus, & consententia tui simus sanctissimis fratribus & comministris nostris: & sapius prius nominatos Seuerum & Petrum simili anathemate ferimus, non autem ipsos solum, sed & Zoaram, & alios qui conuenticula & parabaptismata faciunt, necnon & omnia ab ipsis conscripta, quæ venenum draconis authoris mali in ipsis nutriunt, & ipsum in simpliciorum animabus immittunt.

SECUNDA CONSTITVTIO IUSTINIANI IMPERATORIS CONTRA ANTHIMUM, SEUERUM, PETRUM, & ZOARAM.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI DEI NOSTRI, IMPERATOR CÆSAR FLAVIUS IUSTINIANUS ALEMANNICUS, &c. SEMPER AUGUSTUS, MÈNÆ PATRIARCHÆ.

**R**em non insolitam imperio & nos facientes, ad presentem venim⁹ legem. Quoties enim sacerdotum sententia quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit, quemadmodū Nestorium, Eutychem, Arrium, Macedonium & Euenomium ac quosdam alios ad iniquitatem non minores illis, toties imperium eiusdem sententiæ & ordinationis cum sacerdotum auctoritate fuit sicque diuina patiter & humana concurrentia, vnam consonantiam rectis sententiis fecere, quemadmodum & nuper factum esse circa Anthimum scimus, qui quidem deiectus est de sede huius regie vr̄bis, à san-

ctæ & gloriosæ memoriæ Agapeto sanctissime ecclesie antiquæ Romæ pontifice, eo quod nullo modo sibi ipsi conueniens, contra omnes sacros canones se intruserat: sed & cōmuni sententia ipsius sanctæ memoriæ viri primum, deinde etiam sacræ synodi hic celebratæ condemnatus & depositus fuit, eò quod à rectis dogmatibus recessit: & quæ prius multoties diligere videbatur, hæc demum diuersis lustrationibus aufugit, simulans sequi sanctas quatuor synodos 300: videlicet decem & octo patrum in Nicæa, & 150 in hac scelici ciuitate, & in Epheso primò congregatorum 200. & 630 venerabilium patrum in Chalcedona. At quidem nec dogmata sequi, nec nostram clementiam & condescensum quæ propter ipsius salutem habebamus, suscipere voluit neque ipse abdicare authores impiorum dogmatum, qui prius à sanctis synodis percussi fuerant, sed putat oportere secundum ipsum in æquali ducere & condemnatos. Nam semel alienis à sanctissima ecclesia intellectibus mancipatus, & à rectis dogmatibus alienatus, meritò ad ipsorum rectitudinem reuerti non valuit, etiam ad hæc à nobis inuitatus & directus, qui omni studio vsi sumus ad ipsius salutem. Propter hæc igitur omnem sententiam depositionis in ipsum à sancta synodo factam, occasione non liciti, neque à sanctis canonibus approbati raptus sacrarum sedium huius regie vr̄bis, & auersionis à relictis, & veris dogmatibus *κρηται* propter nostrum ponit imperium, & contra istum presentem scribit legem. Interdicimus ei commorari in hac scelici ciuitate, & eius districtu, ac in quacunque alia insigni ciuitate: sancientes in quiete esse, & eos diligere, quibus eundem digne supposit, & non aliquibus communicare, neque eos imbuere perditionem interdictorum dogmatum. Nec vtique extra imperialem confirmationem relinquimus sententiam iustè contra Seuerum latam, ac ex omnibus (vt ita dicamus) pontificalibus & patriarchalibus vnà cum monachis consensibus prouenientē sedibus, & anathematismum ipsi inferentem, qui prius contra sacras sanctiones, accipiendo sedē sanctissime ecclesie Theopolitanorum, sic vniuersa conturbauit, sicque accumulatas turbationes fecit, quod commune quoddam ac abominabile bellum sanctissimis ecclesiis adinuicem immittat. Et hoc sapius ante nos contra ipsum scriptum erat, variis dogmatum ac à rectitudine alienatis intellectibus ac blasphemis vsu fuisse, ac vniuersa conturbasse, & illum, quemcumque errorem abominabilium hæresiarcharum & iniquorum dogmatum recipere. Et cum Nestorius & Eutyches, & uterque horum præceptorum contrarij quodammodo adinuicem esse videantur, ad vnum verò impietatis finem inferunt illorum diuulgatos sermones, cum in vnum formauerint, duobus existentibus dogmatibus adinuicem repugnantibus, quorum vtrumque similiter ad animæ perditionem adducit. Nestorij videlicet & Eutychem (quæ ad modum dicendo narrauimus) quæ ex Arrianorum & Apollinarij contagione consistunt, ipse paradoxum quid perpeffus, in vtrumque similiter incidit: & ibi quidem hoc, ibi autem illud ꝑ mittendo, seipsum & sermones suos visus est constituisse communè receptaculum tantorum delictorum. Sic itaque & ipse sub predicto anathematismo, quem vniuersus patriarchalis, pontificalis ac monachicus nostræ (vt ita dicamus) politie cœter⁹ iustè in ipsum induxit, de

For. nostrā aut. nouā.

Similiter dicitur.

Ei.

Similiter.

Et hæc sint.

Sua.


παρεπιχην

κρηται

de Theopolitana quidem ecclesia eiectus est. Idcirco thronus de illa ipsum remouit, eo quod ipsius principatum rectè non acceperat, sed adhuc viuente eo, & in sanctissimis ecclesiis commorando, qui ante ipsum sacerdotiū habebat, & ab eo post ipsum de sacerdotio exciderat. Nec verò vsque adhuc stetit, sed & iam sub communi orthodoxæ ac catholicæ ecclesie anathematismo factus, multis libris blasphemis & abominationibus ꝑ nobis politiam impleuit quare vniuersis interdicimus aliquid de libris ipsius possideri. Et sicut non licet Nestorij libros scribere vel possidere, quia predecessoribus nostris imperatoribus visum est statuere ꝑ similia dictis à Porphyrio contra Christianos, sic nec dicta & scripta Seueri maneat penes aliquem Christianum, sed sint prophana & aliena ab ecclesia catholica, igneque conburantur à possidentibus: nisi qui ipsa habent, vellent periculum pati. A nemine ergo scribantur, neque ad pulchritudinem, neque ad velocitatem scribentium, sciēdo quod amputatio manus his qui scripta illius scribunt, pœna erit. Neque enim volumus in futuro tempore ex illis blasphemiam protrahi. Similiter autem \* hoc interdicim⁹ omnino regiam ciuitatem ingredi, aut districtum eius, nec aliquam aliam de insignibus, sed in aliqua solitudine & in silentio federe, & non corrumpere cæteros, neque in blasphemiam ipsos adducere, & nec semper aliquid noui inuenire contrauera dogmata ꝑ quæ rursus nobis conturbare sanctissimas ecclesias festinaret. Nec solummodo hunc, sed & Petrum Apamiæ ꝑ simul depositum, & similis ipsis, inter quos Seuerum sub predicto anathemate factum imperium admittit ꝑ sed sint propria contra ipsum sententiata. Et qui sub cōmuni anathematismo ordinatus est, sub ipso sit: & sententia sanctissimorum pontificum, quæ contra ipsos peruenit, firma permaneat. Neque verò permittimus illi hanc regiam vrbem habitare, ipsius districtum, vel aliquam de insignibus: sed quorum secutus est errore, horum imitetur diætam, quoniam longissime abscessus est. Nā talibus occultari magis quam videri, vtilius est. Ignoti quidem existentes, seipsum lædunt solos: publicantes verò ꝑ eorum dogmata, multis ex simplicioribus occasionem perditionis præbent. Quod nullo modo fieri in Christiano ouili dei & orthodoxo populo iustū est, neq; ab imperio permissum est. Quoniam verò & Zoaram dignè penitus iudicarunt sub anathematismo esse reuerendissimi, & qui iusta iudicant episcopi, cum parua quædam talium malorum interpositio sit, & quibus deonestatus est, omnia videlicet comprehendendo ex memoria quadam abundanti, sit & Zoara ꝑ interpositio quædam vilis huius malæ partis (Anthimi dicimus, & Seueri ac Petri) ordinetur & ipse inter anathematizatos, sacra sententia ipsum deferente, quam propriam & ipsam in se ipsa existentem, adhuc magis \* firmiorem imperium facit, & hūc de regia vr̄be & ei⁹ districtu abiicit, & habitationē in alijs ciuitatibus ipsi omnino interdicat. Itaque cum illis solis habitet & consulat, qui a nobis antè memorati sunt, qui similia blasphemantes similia patiuntur, & similiter in exilio ponuntur. Siquid verò aliud in sententia sanctissimorum episcoporum continetur quæ predictos deponit & anathematizat, hoc firmiter ponimus & diutius, ac imperialibus nostris legibus ipsum corroboramus, ac si ab imperio prouenisset. Si verò aliquis ip-

forum deprehendatur de cætero facere aliquid præter constituta, sciat se incidisse in legibus imperialibus, quæ minores pœnas declinantes, ad maiores immittunt indignationes. Interdicimus autem & omnibus conantibus catholicam dei ecclesiam diuelle re, siue secundum Nestorij hæretici doctrinam, siue secundum insensatam Eutychem traditionem, siue secundum blasphemiam Seueri, qui & similia illis intellexit, aut eorum qui illos sequuntur, seditionē immittere sanctissimis ecclesijs, & loqui aliquid de fide: sed sancimus quemlibet talium silentium ducere, & non conuocare aliquos ad se, neque accedentes recipere, aut parabitare audere, aut sacram cōmunionem fordidare, & ipsam aliquibus tradere, aut interdictas doctrinas exponere, siue in hac nostra regia, siue in alia: sed omne supportare periculum, si quid tale faciet. Interdicimus etiam omnibus istos suscipere. Abiici ergo ipsos sancimus, de ciuitatibus ab ipsis concitatis, scientes vltra pœnas iam contentas in nostris diuinis constitutionibus, quæ & domos ipsas in quibus tale quid fit, & campos ex quibus nutrimenta præbentur, sanctissimis ecclesijs assignant, & à possidentibus auferunt, & quia de trimenti causa ꝑ sit simplicioribus, sub sanctissimis verò & orthodoxis ecclesijs hæc iustè ducunt esse. Hæc pro cōmuni pace sanctissimarum ecclesiarum statuimus, hæc sententiam imimus, sequentes sanctorum patrum dogmata, vt omne sacerdotium nuper turbatum de cætero nobis permaneat. Quo in pace seruato, reliqua nobis exuberabit politia, desuper pacē habens, quam omnibus magnus deus & saluator noster Iesus Christus, Trinitatis vnus, vnigenitus dei filius præbeat ac donet his qui syncere ipsum & vere glorificare ac adorare digni habiti sunt. Custodiat itaque beatitudo tua, quæ rectè adnotata sunt, & mittat ipsa per suas deo dilectas literas omnibus sanctissimis metropolitibus sub ipsa existentibus: quorum cuiuslibet cura erit, ipsa manifesta facere sanctissimis ecclesijs sub ipsis ordinatis, vt neminem ex omnibus lateant quæ sacerdotio visa sunt, & ab imperio confirmata. Diuina subscriptio. Diuinitas te seruet per multos annos sancte ac religiose pater. Data 8. Idus Augustas Constantinopoli post consulatum Belisarij viri clarissimi.

EST SYNODVS QVÆ EDAM HIEROSOLYMITANA, hoc loco recitata, quæ est in concilijs prouincialibus, hoc principio, Post consulatum Flauij Belisarij gloriosiss. 13. Kalen. Octo. inde repetatur.



Ffertur præterea *διπλασιαστικόν* .i. doctrinale instrumentum, à legato Archimandritarum secundæ Syriæ contra Anthimum. Primò accusatur, quòd ordinatus episcopus trapezundarum sacerdotij non spiritualement animarum diligentiam esse putarit, sed ciuilem principatum maiorem huius ciuitatis ambiens relicta propria ecclesia peccauit contra diuinos canones, quorum defensio sacerdotibus propria est. 2. Circa fidem quam omnes defendere tenentur defecit. Cum enim rogaretur à nobis sæpe, vt constitueretur ea quæ à sanctis patribus, statuta maximè ab œcumenica synodo Chalcedonensi contra Eutychem



chem, & à Beatiss. papa Leone, quod anathematizaret Nestoriū, & Dioscorū cōstāntissimè recusavit, pruibans ecclesiā oblitus scripturæ, q̄ portē inferi non praualebunt aduersus eam, cui deus dedit scutum inexpugnabile contra hæreses excitando spiritum Agaperi Romani pontificis, qui nūquam cum eo, audita ei⁹ nequitia, communicare voluit. Sed vt iniuriam canonibus illatam & fidei vindicaret adiuuante fidelis imperatore de sacerdotali sede deposuit &c. Cum ergo oportuit elatum in hæresi nō dominari alteri ecclesiæ, aut doctoris nomen circūferre, qui omnino addiscere noluit à sanctis patribus, quæ ipsū oporteat populo tradere, meritō libellos porreximus prædicto sanctissimo Agapeto, rogantes, aut notum libellum apostolicæ sedi prædicto Anthimo porrigente, liberare seipsum ab omni hæretico errore, & postea sic (si approbabit prædictus sanctus vir) mittere eum ad ecclesiam trapezūtiarum, aut si hoc facere non vult, cum hæreticis cōdemnetur, quòd similem cum illis vitam degere prætulit, quā cum ecclesia sua, & alter pro ipso prædictæ ecclesiæ ordinetur quæ diu episcopo viduatur: has nostras iustas petitiones cum suscepisset prædictus sanctus vir in literis quidem commendatitiis ad sanctissimos pōtiffices pro vestra, sanctitate quia obscurum seipsum constituit prædictus Anthimus, nudauit ipsum episcopali nomine, atque etiam catholico, hoc est, orthodoxo quoadusque confitebitur omnia, quæ tradita sunt à sanctis patribus. Nōstros vero libellos destinauit piissimo imperatori nostro vt quæ in ipsis petita sunt effectui tradantur per suam pietatem &c. [Postea de duobus conqueruntur: Primò quod Isaccius iniuriis affecit imperatoris imaginē, secūdo q̄ Zoaras rebaptizauit non paucos in die paschæ contra imperatoris edictum. In fine dicunt:] Et si pœnitere promittūt, præterita vita ipsorum, quæ alio atque alio tempore, & non veritate mutatur, non permittit committere pastoralia eis, qui ecclesiam dei negauerunt, & hæreticis, qui extra ipsam iustè constituti sunt, Seuero videlicet, Petro, & Zoara, & qui similia his sapiūt, super quos iudicium vestrum piissimus imperator suscepit, iamque condemnatos ab Apostolica sede vestra & ab aliis patriarchalibus sedibus, necnon ab omni pontificio, cum non patiantur canonicè venire ad ecclesiam dei expelli ab omni publica, & priuata domo, piissimo imperatore nostro pro pace ecclesiarum, idem vobiscum sentiente cui omniscura & studium die noctuque de hac re vltra omnes est, & cessare facere omnem turbationem ab ipsis factam ecclesiis atque omnem alienam doctrinam simul videre, beatissimi, & hortarideo amantissimum dominum nostrum, vt faciat sicut illa impij Nestorij, ita & illa Seueri mente capti animæ corruptibilia conscripta in sanctam Chalcedonensem synodum, & in thronum sancti patris nostri Leonis archiepiscopi blasphemantia igni tradere. Nam per ista dubiam fidem in animas simpliciorum facere studuit, & subfannari fecit apud gentes magnum & venerabile nomen Christianismi. Etenim huius gratia & Romam ad vos misimus, & vestrum exoptatū aduentum enunciauimus, & ipsum suscepimus. Tales à piissimo imperatore nostro promissiones accepimus, quòd ea quæ à nobis canonicè sancita sunt, sua pietas omni modo studet mandare executioni, & totum mundū deinceps liberare à temporali horum turbatione.

Domino nostro per omnia sanctissimo, & beatissimo patri patrū archiepiscopo Romanorū, & patriarche Agapeto ab episcopis Orientalis diocesis, & ab his qui sunt sub sanctis locis Christi dei nostri, necnon legatis, & ceteris clericis in hac regia vrbe congregatis. Ex quo Christus de⁹ noster pro debitis nobis præmiis propter ipsum in omni tēpore cū omni fiducia sua inuisibili ac terribili virtute diuulgatā cōfessionē super venerabile caput vestrū requiescere fecit, cum sedem apostolorū vobis, pater beatissime, cōmiserit, & firmavit super firmam petram pedes vestros, & direxit gressus vestros & impleuit os vestrū cantico nouo hymno deo nostro, sperauerunt in domino secundum psalmicum eloquium, clarificati à spirituali splendore vestro, per quam tanquam lucerna resplendens super sancto candelabro caliginem eorum, qui in tenebris sedent, & cecos illuminastis & oculos mentis ipsorum aperuistis, & propterea consili, & credentes diuino eloquio dicenti: In tempore non timebit cor confugiens ad intellectum, & experientia intellectus cognoscentes, vos esse diligentes custodes thesaurorum apostolicorum, excoffauimus modo Anthimum habitum pietatis circumferentem, potentiam vero ipsius negantem, qui conuenientē sibi sponsam dimisit, & aliam contra diuinos canones accipere ausus est, cognoscentesq; & à deo custoditum imperatorem nostrū tanquam Christi discipuli approbatam animā habere, & participem vobis huius boni operis fuisse, qui à primordiis regni sui vsque nūc studuit custodire omne corpus ecclesiæ sanum, & perfectè integrum & ab omni morbo hæretico liberum, & propter hoc statuit quatuor sanctas synodos in diuinis, & sacris initiationibus, quando fecit magna voce à sacris prædicatoribus prædicari, quæ fortificant corda fidelium, & hæreticorum compungunt, sperans ipse ex clementia secundum naturam suam & putans, quòd si cut eos, qui ex simplicitate errore subducti sunt, decet in tempore conuerti, sic & eius inuentiones, imò diaboli discipulos, & nunquam veritatem recognoscentes, iactum hæreticorum à principio præuidere, & præmeditari rogamus, beatissimi, rememorari memorato, ac à deo custodito imperatori nostro illam sacram vocem dicentem: Omnē abominationem odit dominus (quæ prima, media, & vltima est) Seuerus facinorosus, qui contra deum semper loquutus est iniquitatem, & quandoque quidem grecorum vanidicorum mysteria imbutus ipsa honorauit, quandoq; verò Eutythis insaniam docuit, & in tota vita dixit bene valere in fide Christianorum, & appellationem Nestorij anthropolatræ, ad decipiendum eos, qui in simplicitate paratas habent aures suscipiendum excogitauit euidenter illa illius dicendo, Nestorianosque vocabat magistros rectorū dogmatum, & nec illi pepercit qui baptizauit ipsum inualidisque anathematibus impleuit totum mundum, ac arroganter decernere ipse præsumpsit, & validores sortitus est cū his, qui adhærebant ei in ordinando Sychiam, contra prædictam sanctam cœcumenicam Chalcedonensem synodum & contra sacras acdeo dilectas epistolæ sanctæ memoriæ Leonis papæ, qui fuit illuminator, & columna ecclesiæ, quique firmavit fideles ambulare in recta semita, sicque illud relinquetur diuinę scripturę dictum impleri: Et incidit in foueam, quam fecit. Vnde dubitantes quomodo ipsum propriè vocemus, idem cū gentibus

gentibus sentientem, eiusdem opinionis cum Eutyche, eiusdemque moris cum Nestorio, magis propria, & insigni appellatione ipsum ibidem, cum veritate organum diaboli vocantes. &c.

INTERPRETATIO EPISTOLÆ Synodalis scripta per literas latinas.

**D**ilecto fratri Petro Agapetus. Voluissimus quidem, fratres dilecti, propter cōiunctionē nostrā charitatis omnes domini sacerdotes iuxta apostolicam traditionem, irreprehensibiles inuenisse, & neminem aut per gratiam, aut per metum ab ecclesiasticis canonib⁹ declinare: sed quoniam multa multoties subsequuntur, quæ pœnitentiam parere possunt, & dei misericordia delicta peccatorum vincit, & idcirco differtur pœna, vt reformatio locum inuenire possit, monere necessarium iudicauimus, & vt assumpta de cætero impræuaricata custodiantur. Oportebat enim vestram charitatem memorē paternarum traditionum neminem permittere, prohibita facere: sed si quis audax appareret, tota virtute resistere. Cum itaque peruenimus ad comitatum serenissimi imperatoris filij nostri, inuenimus sedē Constantinopolitanæ ecclesiæ, contra omnem canonum honestatem ab Anthimo ecclesiæ Trapezūtardum episcopo inconuenienter vsurpatam. Cuius animam non solum secundum istam partē, sed quod maius est in confessione veræ fidei à perditione reducere desiderauimus, sed Eutythis erroris insistentis ad viam veritatis redire contempsit. Vnde cum ipse in fide pœnitentiam isto modo expectem⁹, neq; catholico, neque sacro nomine dignum esse sentim⁹ donec omnia à patribus tradita, per quæ veræ religionis fides & disciplina custoditur, & secundū cōgruentem satisfactionem suscipiat. Cæteros verò similes contumaciæ ipsius, & sententia apostolicæ sedis condemnatos, similiter vestra charitas aduertat quorum ipse seipsum participem fecit. Constantinopolitanæ vero sedis iniuriam apostolica auctoritate adiuuante, & adiutorio infidelissimorum imperatorum emendabimus. Et supra modum quidē admirati sumus, quod istud opus ita apertè contrariū decretis patrū vestra fraternitas non solum ad notitiam nostrā adducere neglexit, sed & reprehensibili consensu confirmauit. Sed regratiamur deo cuius spiritu mala ad melius vt plurimū vertuntur, & parua transgressiones ad vtilitatē, & occasione magni fuerint gaudij, hoc autē pro excitando vestræ conspiritualitatis lætitiā significo, quòd Mennā fratrem & coepiscopum nostrū, virum multis laudū modis ornatum prædicta Constantinopolitana ecclesia episcopum suscepit. Cui licet præter cæteros serenissimorū imperatorū electio arriferit, similiter tamen & totius cleri, ac populi consensus accessit, vt à singulis eligi crederetur. Etenim alicui neque scientia neque vita fuit ignot⁹, sed & fidei integritate & sacrarum scripturarum studio, atq; etiam piæ administrationis officio sic prædicta viri resplenduit opinio, vt ipsi tardius venire videretur, quòd dignus erat. Et hoc dignitati suæ addere credimus, quòd à temporibus Petri Apostoli, nullum alium vnquā orientalis ecclesia suscepit episcopū, manibus nostræ sedis ordinatum. Et forsitan vel ad demonstrationē laudis ipsius, vel ad destructionem inimicorum in-

stans res tanta peruenit, vt illi ipse similis esse videatur, quos in his quinque partibus ipsius Apostolorū primi electio ordinauit. Commune itaq; gaudium (fratres) pia exultatione suscipite, & quantum vos apostolicæ sedis nostræ iudicium comprobatis, consueta rescriptione significate, habentes duplicem exultationis causam, & quod mala sine mora corrigantur, & pro his optata subsequuta fuerint, de cætero præcauentes, ne rursus canonicis sanctionibus quid contrarium per vos (quod non credo) fiat vestro accedente consensu. Cumque sicut error, qui, semel peccauit, venia dignus, sic frequens transgressio motum austeritatis deposcit. Deus in bona conscientia te custodiat, frater honorandissime.

Interlocutio Menna patriarchæ.

Sanctissimus archiepiscopus, & tota synodus dixit: Non mirandum si suas, & nunc magna apostolica sedes sequitur sacras sanctiones sanctissimarum ecclesiarum inuolatas conseruando, & quæ rectæ fidei sunt defendendo, ac his, qui peccauerunt, clementem veniam tribuendo. Vnde & nos implentes ea, quæ à sanctissimo papa in epistola synodali data fuere, & tempus pœnitentiæ ipsi dantes deputemus & decernamus Vespōrium sanctissimum episcopū Neocæsareæ Metropolitanæ &c.

Actio secunda facta à Menna patriarcha Constantinopolitano.

Post cōsulatum Flauij Belisarij charissimi nonas Maias indictione 14 in Christo amatissima & imperiali Roma Cōstantinopoli &c. vt in prima actione In hac sessione nihil actum nisi quod deputati ad quærendum Anthimum referūt quæ situm diligenter, nec tamen inuentum fuisset.

Actio tertia.

Post consulatum Flauij Belisarij clarissimi &c. vt in act. prima. In hac sessione duo tantum transiguntur: Primò audiuntur testes contra Anthimum. Secundo Cum nusquam inueniretur Anthimus sæpe quæsitus & diu, iterum iubet conciliū eū quæri.

Actio quarta.

Post consulatum Flauij Belisarij clarissimi &c. vt in actione prima. Præsentē venerabili clero regię vrbis Eufemius venerabilis diaconus, & notariorū primicerius dixit: Cum iam tertio conuenerit nostra sancta synodus iuxta pium iussum Christo amatissimi, & serenissimi imperatoris nostri, & quædā gesta fuerint super venerabili Anthimo & eius requisitione à vestra sanctitate, sententiaque sancta à vobis prolata sit, diffiniens dilationem 10 dierū ad inquisitionem ipsius, & proclamationem apponi iubens inuitando ipsū venire ad sanctam nostram synodum. Cumque etiā euenerit, id quod à vobis madatum erat, ad effectum peruenire, & inducias per vestram sanctam sententiam datas decurrisse, conuenienteque & nunc nostra sancta synodo, ac obuersantibus audientiam nostram his, qui in principio accusationem contra ipsum venerabilem Anthimum fecerunt, venerabiles (videlicet) monachi huius regiæ vrbis, & Theopolitanae patentibusque introitum habere, subiicimus ad notitiam.

Sanctissimus archiepiscopus dixit: Intrent: Et intrauit Marianus deo amatissimus presbyter &c. Testes cōtra Anthimū audiūtur hi quibus iniūcta erat prouincia inquirēdi Anthimū fideliter retulerūt se nusquam inuenisse eum. Quare cum diligenter quæ-

Designatur ecclesiasticis ad significandum Anthimogeta, & vt intra tres dies concilio satisficiat.


Hæc actio- nes, quia nō sunt magni momenti, in Compendiū sunt redactæ.

fitus non compareret, à synodo condemnatus est. Sanctissimus archiepiscopus & tota synodus dixit: Legatur proscriptio apposita secundum iam præcedentem sententiam. Et accipiens Diodor<sup>o</sup> Notarius, & diaconus legit: Mennas archiepiscopus Constantinopolitanus, œcumenicus patriarcha, & tota synodus in ipsa deo amata Roma Constantinopoli congregata Anthimo venerabili. Siquidē aliqua ratio conueniens tibi fuisset, & spes pœnitentiæ de peccatis commissis, nihil certē opus fuisset præsentiu proclamationū. Sed olim sanctæ memoriæ Agapeto papæ antiquæ Romæ manifestam fecisti opinionem tuam, & iam in ipsis reprehensibilibus dogmatibus inculpationē meruisti, cum pontifex Trapezūtius appareas, sed neque inquisitionē illius sustinisti, & cum à nobis tanto tempore ad pœnitentiā euocatus fueris, non moderatior teipso factus es, & inobedientiam tuam meliorem sacerdotali humilitate, sicut visum est, ostendisti. Et quidē quæ à te gesta sunt nulla venia digna sunt. Veruntamen adhuc hominum lubrico peccata ascribendo, & clementiam vsque ad multū tēpus erga eos, qui peccauerunt, & occasionē emēdationis (licet tardē) sepius factā, inuenientes præfenti litera te prouocam<sup>o</sup>, admonētes tuam venerabilitatem, non stare in ipsa contentione vsque ad finem, & venire ad sanctam synodū intra numerum sex dierum, & opinionē, quā in rebus dogmatibus adeptus es, pura voce ostendere palamque facere vniuersis aliis, quanta potest ad reuocationem his, qui lapsi sunt, patrum mitissimorum, & iudicium clementissimorum admonitio. Si verō & hanc nostram vocationem despexeris tibi de cætero non in tempore locus pœnitentiæ erit: nobis enim non aliunde, quam ex his quæ fecisti, ea quæ iudicij sunt, inducentur. Subsignaui apposita mensē Maij die 15 indictione 14 post consulatum Flauij Belisarij gloriosissimi. &c.

Sanctissimus archiepiscop<sup>o</sup> dixit: Sanctissimi ministri, qui vobiscum præfentes sunt ex regione Italia, & deo amantissimi diaconi, & venerabilissimi notarij sedis apostolicæ audierunt supplicationes oblatas fidelissimo ac à deo custodito imperatori nostro, & libellos oblatos sanctæ, & beatæ memoriæ Agapeto, & accusationes, quas fecerunt contra impiū Anthimū apud nos illi, qui ipsos porrexerunt, & sicut accusatio in ipsum prouenit super approbatissimis, hoc quidē, quod non vult, consentire rectis apostolicis doctrinis veræ fidei nostræ, hoc verō, quod ad errorē & hæresim Eutychem declinat & depositos ac anathematizatos à sancta Chalcedonensi œcumenica synodo, & ab apostolica sede, & ab ecclesiastico statu, qui ex illa vsque nunc fuit propter communicationē & opinionē ad Eutychem amplexatur, conspicientes ad synodicas epistolas sanctas à sanctæ ac beatæ memoriæ patre nostro Agapeto papa antiquæ Romæ contra Anthimū cogitantesque ipsius vsque ad finē inobedientiam, & quod neque canonicis vocationibus obedire neque accusationes in ipsum adductas repellere voluit, quā super his omnibus opinionem habent dicere dignentur. Et Mennas in deo venerabilis lector & secundarius notariorum apostolicæ sedis antiquæ Romæ legit vocē, quæ sic habet: Sanctissimi episcopi patrium Italia, & viri venerabiles diaconi apostolicæ sedis dixerunt. Diffinitionem sanctæ recordationis patris nostri quondam papæ Agapeti synodicas epi-

stolis pro Menna sanctissimo Archiepiscopo huius regis vrbis Constantinopolitana factis additam de persona Anthimi Trapezuntij quondam episcopi, Nos sequi per omnia profiteamur: Sanctissim<sup>o</sup> archiepiscopus dixit: Et reliqua sancta synodus nobiscum congregata, quæ audiuit omnia, quæ à principio super materia contra Anthimum gesta sunt, omnibusque quæ à nobis dicta sunt, attendens dignetur manifesta facere, quæ vult prouenire in Anthimum. Sancta synodus Ipatium sanctissimum episcopum Ephesinum Metropolitanam prouinciæ Asianorum dixit.


**SENTENTIA SYNODI CONSTANTINOPOLITANA CONTRA ANTHIMUM.**



Vltarum transgressionum Anthimus reus demonstratus est. Venerabiles quidem patrum leges tanquam non positas ad nihilum reputauit, & paulo minus suo exemplo omnem ecclesiasticum statum conturbauit: introducendo se in patriarchalem sedem, huius regis vrbis, quæ nullo modo sibi conuenit communemque confusionem sacerdotibus dei, ac populis fidelissimis operatus est. Quinimo non hoc solum sibi studium erat, sed & Eutychem opinionem habet. Cumque sic obtinere potuerit magnum pontificium (quemadmodum dictum est) paulatim putauit oportere depascere sanctissimas dei ecclesias tali morbo, & contrarium, quàm diuinæ voces dicant pro congregando rationabiles oves dei ouilis diuisiones excogitauit aduersus omnes (vt ita dicatur) ecclesias, vt periclitando vnionē sanctissimarum ecclesiarum, tantis piissimi imperatoris nostri laboribus reformatam in multas diuisiones scinderet. Denique paulatim hanc corruptionē significabat, simulans quidem suscipere sanctas synodos (Nicenam dicimus) contra impiū Arium Constantinopolitanam contra hæreticum Macedonium, & Ephesinā primā contra impiū Nestorū, ac Chalcedonensem contra impiū Eutychem, saltem ipsas habens in sacris dyptichis, sed cum inserta ipsis synodis sancta memoria beatissimi Leonis papæ, nullo tamen tempore aliter vel præcipit, vel participat sanctissimis dei mysteriis nec celebritatem ipsorum prædicat, ne in hac quidem sanctissima magna ecclesia, resiliens vniuersaliter à rectis ipsorum confessionibus, & neque magnorū pontificū neque venerabiliū priorum, qui protalibus respiciunt & omnino tolerat, aut aliquā defensionē dat quomodo non paruum singulo die affert scandalum in talibus, infidelibus quidē irridentibus, fidelibus vero dolentibus, vt qui parum credunt, adhuc magis conturbentur, & in peius incidant: Imperator seipsum disposuerit, ad memoriāque; reuocauerit sententiā principis apostolorū, qua dicit: Paratos nos semper esse oportere ad respondendū omni petenti rationē, de ea, quæ in nobis est, spe, nihil plus iuuat, sed ad eius serenitatē deceptilibus rationibus vsus, promisit se omnia facere quæcunq; summus pontifex magnæ sedis apostolicæ decerneret, & ad sanctissimos patriarchas scripsit, se sequi per omnia apostolicam sedem. At magno deo & saluatore nostro Iesu Christo non permittente talia vsque in finem procedere missus est huic regis vrbis secundum ipsi<sup>o</sup> deitatem Agapetus sanctæ, & beatæ memoriæ papæ beatissimus, qui, statim sacris canonibus manum cum deo porrexit

porrexit, & ipsum de sede sibi non conueniente depulit, data venia his, qui talis rei participes aut communicatores sunt, & regis, ac à deo custoditæ ciuitati sacrum ornatum suum reddidit, cum ostendit vestram beatitudinem huic sanctæ magnæ sedi præesse. Quoniā vero & in dogmatibus impietatis sibi infinita crimina impendit, supplicationesq; & libelli multi porrecti sunt piissimo imperatori nostro, & beatissimo papæ à diuersis venerabilibus viris, & multis quidem sudoribus ipse beatissim<sup>o</sup> papa animam ipsius paternaliter reuocare studuit, sic tamen insanabiliter habere inuenit, & pia dogmata recusantem insuper etiam & criminantem illam vocem de duabus naturis quod aduersus maximē sancta Chalcedonensis synod<sup>o</sup> diffiniuit, prorsus negando, & rectē condemnatos à sancta synodo recusantem euitare, imo econtra ipsos amplexantē, & quantum in ipso est, studentem ostendere Dioscorum, & ipsum Eutychem prorsus infontes (inter quos hæreticare deprehensus est) sententiam profert in scriptis plenam clementia, & decenti sanctitate, differens ei tempus pœnitentiæ, decernensque donec à tali opinione mutatus satisfecerit his, quæ à sanctis patribus doctrinaliter, & canonicē diffinita sunt, ipsum non habere nomen Catholici, neque sacerdotis. Hæc autem sequutus piissimus imperator noster, respiciensque ad supplicationes suæ serenitati à diuersis personis venerabilibus porrectas, vestram beatitudinem, & nos omnes in idipsum super isto conuenire, bene satisfaciendo iustum iudicauit. Nos itaque venerabiles canones sanctorum patrum sequentes, sacris vocationibus ipsum aduocauimus, & tempus pœnitentiæ ei dedimus, & latentem ac medelam recusanti, proclamatione manifesta fecimus, quæ à nobis facta sunt. Cumque in his omnibus ad conuersionem adducere ipsum non potuerimus, apertam hanc suæ hæresis demonstrationem accipientes, sequentesque ea quæ à beatissimo papa bene examinata sunt, conspiciamus (si hoc vobis astat) omnino ipsum tanquam membrum inutile & putridum abiici de corpore sanctarum dei ecclesiarum, & extra episcopatum Trapezuntinū esse, & alienum ab omni sacra dignitate & efficacia, & iuxta ipsius sanctissimi papæ sententiam à Catholica appellatione,


**SENTENTIA MENNAE CONTRA ANTHIMUM.**



Anissimus ac beatissimus œcumenicus patriarcha & archiepiscopus dixit. Cum saluator noster Iesus Christus verus deus noster dederit nobis potestatem propriis sacerdotibus euellendi, & plantandi, demoliendi & ædificandi orauimus quidem omne tempus nobis esse ædificandi, & plantandi, nullū autē euellēdi aut demoliēdi, sed dira est (vt videtur) veritatis transgressio, & via maxima ad pditionem his, qui vsi sunt. Est enim diligēter considerantibus voluntatē Anthimi videre in ipsum multas sacras sanctiones transgressas. Nam erga deum cum non seruauit confessionem, sed & inde à spe se paratus, quomodo non esse contrari<sup>o</sup> accusator proprij defectus: hanc itaque & nos tanquam quamdam usurpationem vlceris insanabilis sistere conabimur, si excisionem membri, quod passum est fecerimus. Circumspicientes enim dolorem isthinc euenturum coacti necessitate sumus venire ad præsentē

sententiam. Nam ducimur quidem ex hac mœroribus, sed vniuersum plus tribuimus communi vtilitati catholicæ ecclesiæ quilibet nostrum, quam suis quibusque propriis compassionibus. Quia igitur diuersē in ipsum consultuæ, & canonicę querimonię factæ sunt, & quidem sanctæ memoriæ Agapetus papa Romanus pœnitentiæ tempus ei dans, viquequo vniuersa, quæ à sanctis patribus diffinita sunt, visus fuerat despexisse neque sacerdotis, neque catholici nomen habere ipsum permittit. Nos autem quia non est possibile molestatos de ipsis despiciere quæ dicitur via sacerdotibus concedenti in talibus ambulantes canonicis ipsum induximus vocationibus, induciasque tribuimus ad recognitionem, & quæ iam vltimum est, neque à consuetis proscriptionibus abstinuimus. Ipse vero tantum abhorrebat tam à mutatione in melius, quam defensione denuntiatorum, quod nec omnino venire voluit, nec hic videlicet inquisitionem à nobis factam sustinere. Nā erat ei accusator (vt videtur) conscientia, sed cedendo ab accusatoribus induxit delicti confessionem & anima peccare consueta difficilis ad pœnitentiā, & si maxime multa fuerint ad hanc trahentia. Vnde super impœnitenti inobedientia voluntatis ipsius lachrymantes, & super errore, qui illius animam apprehendit, gemiscentes sequendo sanctissimam vocem magni dei, & saluatoris nostri qui docet non parcere propriis membris, si alicuius scandali causa nobis sunt, sed ipsius incisionem facere insinuat ad integritatem totius corporis, respicientesque ad ea quæ pridic à sanctæ memoriæ Agapeto papa antiquæ Romæ, & quæ nullū pœnitentiæ tempus accipiat, nec elegit melioris opinionis esse satisfaciendo his, qui ab ipso scandalizati sunt, atque etiam ad ea, quæ nunc iudicata sunt à sancta synodo nobiscum existente ipsum Anthimum constitui extra pontificium Trapezuntinum decernimus, & ipsum alienū esse ab omni alia sacra appellatione, simul & dignitate ac efficacia de cætero, & omnino inter orthodoxos non numerari censemus.

**SENTENTIA PETRI HIEROSOLYMONUM CONTRA ANTHIMUM.**



Condemnatur Anthimus quod lupus fictus sit fingens seruare 4 synodos, epistolam sanctam Leonis beati papæ antiquæ Romæ ad Flavianū regis vrbis archiepiscopū, sequutus est Eutychem errorem. Et quod difficili<sup>o</sup> est, non sustinuit medelā à doctrina, atq; ab imperiali clementia sibi prouenienti, data etiā dilatione decenti pontificis, & ad pœnitentiā sufficienti, & ad confessionē veræ fidei adducenti. Itaq; cum latens permanserit, & diuturna effugatione, euidenter demostrauit se priuatam omni defensione, & insanabiliter habere ad propriam pfidiā, depositionis sententiā in ipsum venit, principia quidē à sanctæ, & beatæ memorię Agapeto antiquæ Romæ potifice, terminata vero à Menna sanctissimo patriarcha regis vrbis, & à venerabilissimo synodo, quæ cū ipso tenebat: hinc est, quod non solū ab episcopatu Trapezuntino cecidit memorat<sup>o</sup> Anthim<sup>o</sup>, sed & ab omni pontificali dignitate, & efficacia, cū separatus sit ab omni corpore sanctissime ecclesiæ: Cōfetiētes his, quæ bene formata sunt ab ipso sanctæ memoriæ Agapeto, & his quæ definita sūt à Menna sanctissimo patriarcha regis vrbis, & ab ipso venerabilis synodo cōgregata, sequentesque

de his confirmationem diuinæ, ac imperialis legis, admisiimus depositionem Anthimi tanquam qui à principio præter sacros canones intruist se in pontificalem sedem regiar vrbis, & nouissimè præbuit demonstrationem suæ hæresis, & immutabilis opinionis, vt in ipso impleatur diuina scriptura, quæ dicit: In diebus redargutionis in tribubus Israel ostendam fidelia, facti sunt principes Iuda, tanquã transponentes terminos, super ipsos effundam tanquam aquam imperum meum. Et rursus alia scriptura. Oderunt in portis redarguentem, & sermonem sanctum abominati sunt. His itaque diffinimus hunc alienum ab omni pontificali dignitate, & operatione, ipsaq; catholica appellatione. Sicut enim nulla communicatio est tenebris ad lucem, ita non conuenit sacra mysteria sordidari à viris, qui syncerè non colunt dominum Christum verum deum.

Osee. 5. c

Prover. 1. c

2. Corin. 6. c

CONCERNENTIA HANC QVINTAM SYNODUM. Ex Nicephoro Callisto ca.

27. libri 17.

**R**ostquam patres ibi in loco vno conuenerunt, causam in primis Origenis, Didymi, & Euagrii in medium protulerunt, videlicet quòd græcorum opiniones reuocatis ecclesiæ doctrinis perperam illi immisissent easque opiniones tollendas esse censuerunt. At Ascidas ex altera parte Theodori Mopsuestiensis, & Theodoriti, & Ibe Edesseni opiniones produxit: Deo hoc sic quam sapientissimè disponente, vt hinc, & inde noua & profana dogmata longius reicerentur. Prima conflictatione facta, quæstrum est, An tum demum iam olim defunctos anathemate ferire liceret. Ibi tũ Eutyechius, Mena adhuc superstite, vir sacrarum literarum summè peritus, minus tamen celebris, quòd episcopo Amaseno, quemadmodum dictum est à responsis esset, eos, qui in conuentu congregati erant, non modo non recta, sed ridenda etiam atque contemnenda sapere videns, disertis verbis neque consilio, neque deliberatione vlla eger eam rem dixit: propterea quod & Iosias rex non modo viuentes dæmonum sacerdotes olim iugularit, sed & eorum qui longo antè tẽpore mortui fuerant sepulchra effoderit. Quod verbum bene ab eo dictum esse omnibus videbatur. Iustinianus certè virum ob id admiratus, Mena eis diebus defuncto, in imperiali vrbis thronum extulit. Porro Vigilius etiam si ei, scripto interueniente, cum Eutychio conueniret, assidere tamen illi noluit: sedis synodo finita quemadmodum à me dicitur, Constantinopoli Romam profectus, in itinere fatis concessit. Synodo, sicut dixit, coacta Iustinianus quidnam de rebus Theodori, & itè Mopsuestiensis Theodori, & Theodoriti eiusdemque scriptis, que aduersus duodecim capita Sancti Cyrilli composuit, & præterea de Ibe ad Marin per sam missa epistola dicerent interrogauit. Atque vbi multa Theodori Mopsuestiensis, & Theodoriti dicta lecta, & clarè satis demonstratum est, non tum solum, verum antea etiam dudum Theodorum ab ecclesia proscriptum, & ex sacrarum tabularum albo eiectum esse, hæreticosque etiam post eorum mortem damnandos esse, nulla interposita mora, Theodorum ipsum, & præterea

quæcunque Theodoritus contra duodecim diuini Cyrilli capita, & rectam fidem scripsisset, atque insuper Ibe epistolam anathemati subiecerunt, decreto in hæc verba composito: Quum magnus Deus & saluator noster IESVS CHRISTVS, iuxta Euangelicam parabolam. Et deinceps. Condemnamus verò, & anathemate confodimus, præter alios omnes hæreticos à sanctis quatuor conciliis, & à sancta catholica, & apostolica ecclesia condemnatos, atque anathemate iugulatos. Theodorum etiam, qui Mopsuestiæ episcopus dictus est impiaque eius scripta, & quæ impiè quoque Theodoritus aduersus rectam fidem & duodecim capita eius, qui in sanctis est, Cyrilli, & contra priorem sanctam synodum Ephesinã: denique quæcunque idem Theodoro, & Nestorio patrocinatus scripsit. Ad hæc anathemate ferimus impiam etiam epistolam, quæ ab Ibe ad Marin Persam conscripta esse dicitur. Et post verba pauca quatuordecim capitula de recta, & irreprehensibili fide exposuerunt. Hæc quidem sic acta.

In secunda autem sessione postquã ab Eulogio, Conone, Cyriaco, & Pancratio monachis hierosolymitanis libelli contra impia Origenis, qui & Adamantius dictus est, dogmata, & contra impietatis & seductionis eius sectatores oblatis, & lecti sunt: Iustinianus rursus synodum de eis sententiam dicere iussit, libellis quoq; qui Vigilio papæ, de eis rebus scripti erant, in mediũ prolatis. In quibus erat, Adamantio studio fuisse, vt græcis nugamentis, & Manichæis zizaniis, apostolicorum dogmatum impleret puritatem. Synodus itaque rem decernendam ad Iustinianum, post exclamations in Origenem, & qui iridem vt ille seducti essent, factas, retulit. Quarum quædam in hæc concepta erant verba, sicut ex commentariis synodi istius excerptimus. Qui animam obtines cælestis participem generositatis Christianissime imperator. Et deinde. Effugimus igitur, effugimus istam quam ignoramus externam vocem, & tanquam furem atque prædonem eiusmodi hominem anathematis laqueis arctè districtum, atque suffocatum, extra sacra ecclesiæ mœnia abieciimus. Et post pauca. Actorum verò nostrorum, ex eorum lectione vim cognoscetis. His coniunxerunt capitula, quæcunque Origenis sectatores professi sunt: quæ capitula consensionem simul & dissensionem eorum, atque etiam multiplicem errorem ostendunt. Quintum ex his capitulum est blasphemiarum certarum, quarumdam eius, quæ Laura noua dicta est, personarum hisce verbis scriptum. Theodorus Ascidas Cappadox dixit: Si nunc apostoli & martyres miracula ædunt, & in tantum sunt honorem, si in restitutione, & instauratione rerum Christo æquales non fuerint, qualis eorum restitutio futura est. Iidem monachi per quam diligenter etiam Didymi, & Euagrii, & Theodori alias plures blasphemias anathemate coniderunt, ordineque omnes exposuerunt. Quibus capita alia addiderunt, quæ Origenis studiosi ex scriptis eius excerpta profertentur. In quibus & hæc furiosus ille docet. Ante corpus ipsum anima est, quæquidem in cælis peccata commiserit. Ad hæc. Cælum, solem, lunam, stellas, & aquas quæ supra cælos sunt, animatas, & rationabiles quasdam virtutes esse.

Præterea

Præterea quod in resurrectione, corpora hominũ rotunda & orbiculari specie excitabuntur. Et quod omnium impiorum hominum ipsorumque etiã dæmonum tormenta, sinè habeant. Quòdque impij, & dæmones in priorem suum ordinẽ, & statum restituentur. Insuper quòd pro dæmonibus quoque Christũ crucifigi, atque id ipsum sæpius sæculis futuris pati oportebit à spiritibus malignitatis, qui in cælestibus sunt. Verũ omnes illius blasphemias sigillatim exponere, longum fuerit. Illud porro scire oportet hunc ipsum esse, qui insano Maneti, Sabellio, Arrio & Eunomio, atque reliquo malè sentientium choro, primus in scriptis eorum, zizania aspergendi seminandique author fuerit, vt qui finibus certis terminatã vim deum habere, filium patre minorẽ, & rursus spiritum sanctum filio inferiore, filium creaturam, & germen patris, atque per omnia filium patre minore, eundemque merè hominem & creaturas coæternas esse deo, dixerit. Alia denique huius generis absurda prorsus, & aliena impiè per blasphemiam effutiit, Platonis opinionibus, simplicè Aristotelicorum dogmatum sinceritatẽ miscens, atque confundens. Sed ex ipsis Anathematismis, quos in eũ synodus contorsit, qualis is vir fuerit, manifesto patebit. Qui de verbo ad verbum sic habent.

Ca. 28. N. Nicephori.

Si quis dicit, aut sentit, hominum animas veluti prius extantes, intellectuales mentes, siue naturas & sanctas virtutes præexistere, cõtèmpatione verò diuina exsariatas, atque in deterius prolapsas, & quod in eis charitas dei refrixerit, inde *ψυχαι*, id est, animas, quasi refrigerantes nominatas, & pœnæ gratia in corpora demissas esse, anathema sit.

Si quis dicit, aut sentit, animam domini præexistere, vnitàque esse deo verbo ante incarnationẽ & natiuitatẽ ex virgine, anathema sit. Si quis dicit aut sentit prius formatũ esse corpus domini nostri Iesu Christi in vtero virginis sanctæ, & deinceps vnitum esse ei Dei verbum, atque animã, vt quæ prius extiterit, anathema sit.

Si quis dicit aut sentit omnibus cælestibus ordinibus assimilatum esse dei verbum, ita vt ipsi Cherubin factus sit Cherubin, & ipsi Seraphin factus Seraphin, omnibusque adeo supernis virtutibus prorsus esse exæquatum anathema sit.

Si quis dicit aut sentit, in resurrectione rotundã, & orbiculari figuræ hominum corpora exsuscitantium, neque cõfiteatur erectos nos excitatum iri anathema sit.

Si quis dicit cælum & solem, & lunam, & stellas, & aquas, quæ supra cælos sunt, animatas quasdam esse & materiales virtutes, anathema sit.

Si quis dicit, aut sentit Dominum Christum in sæculo futuro pro dæmonibus, quemadmodum & pro hominibus crucifixum iri, anathema sit.

Si quis dicit, aut sentit, virtutem dei terminatam esse eamque tantum in creatione condidisse, quantum complexa sit, anathema sit.

Si quis dicit aut sentit temporanea esse dæmonum, & impiorum hominum tormenta, sinẽmque ea tempore aliquo habitura, siue restitutionem dæmonum, aut impiorum hominum futuram, anathema sit.

Anathema sit Origeni, qui & Adamantius dictus est, & hæc promulgauit vna cum detestandis eius, & execrandis dogmatibus, & homini omni

qui hæc sentit aut asserit, aut aliqua ex parte quocunque prorsus tempore, ea defendere audeat: IN CHRISTO IESU DOMINO NOSTRO cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

SECAPITVLA EIVSDEM

Concilij.

**D**ost consulatum Basiliæ, anno duodecimo, die quarto, Idus Maias, indictione prima, residentibus in secretario in Constantinopoli episcopis Eutychio patriarcha ipsius ciuitatis, & Apollinario patriarcha Alexandriæ, & aliis, post inquisitionem trium capitulorum, hoc diffinitum est.

1 Si quis nõ confitetur, patris, & filij, & spiritus sancti vnã naturam siue essentiam, vnã virtutem, & potestatem, trinitatem consubstantialẽ, vnã deitatem in tribus subsistentiis, siue personis adorandũ talis anathema sit. Vnus enim Deus & pater, ex quo omnia, & vnus Dominus Iesus, per quem omnia & vnus spiritus sanctus, in quo omnia.

2 Si quis non confitetur Dei verbi esse duas natiuitates, vnã quidem ante secula & sine tempore ex patre incorporaliter, aliam verò eiusdem in vltimis diebus descendẽtis de cælo, & incarnati ex sancta gloriosa Dei genitrice, semperque virgine Maria, qui natus est ex ea, talis anathema sit.

3 Si quis dicit alium esse Deum verbum, qui miracula fecit, & alium Christum, qui passus est, vel Deum verbum cum Christo esse dicit, quando ex muliere nascebatur, vel in ipso esse vt alterũ in altero, & non vnũ eundemque Dominum nostrum Iesum Christum, Dei verbum incarnatũ, & hominem factum, atque eiusdẽ miracula & passiones, quas spontè passus est carne, talis anathema sit.

4 Si quis dicit, secundum gratiã, vel secundũ operationẽ, vel secundũ dignitatẽ, vel secundum æqualitatẽ honoris, vel secundũ authoritatẽ, aut relationem, aut effectũ, aut virtutẽ, vnitionẽ Dei verbi ad hominẽ factam esse, aut secundum bonã voluntatẽ quasi quod placuit Deo verbo homini, quia bene visum est ei de ipso, sicut Theodorus insaniens dicit, vel secundũ solã hominis similitudinẽ, quã Græci homonemiã vocant, p quam Nestoriani Deũ verbũ Iesum & Christum vocantes, & hominẽ separatũ Christum & filium nominantes, & duas personas manifestè dicentes, per solam nominationem, & honorem, & dignitatem, & adorationem, & vnã personam, & vnũ Christum confingunt dicere, sed non confitentur (sicut sancti Patres docuerunt) vnitatẽ Dei verbi ad carnẽ animatã anima rationali & intellectuali, secundũ cõpositionẽ, id est, secundũ subsistentiam factam, & propterea vnã eius subsistentiam, qui est Dominus noster Iesus Christus vnus de S. trinitate, talis anathema sit. Cũ enim multis modis vnitas intelligitur, aliquando quidem impietatem Apollinaris & Eutychetis sequuntur, in peremptionem eorum, qui conuenerunt, colentes vnionem secundum confusionẽ prædicat. Theodori autè & Nestorij sequaces, diuisione gaudentes affectualem vnitatẽ introducunt. Sancta Dei verò ecclesia vtriusque perfidiæ impietatẽ eiiciens, vnitionem

Rom. 11. d

I 3 tionem



tionem Dei verbi ad carnē, secundum compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Vnitio enim per compositionem in mysterio Christi non solum inconfusa ea quæ conuenere conferuat, sed nec diuisionem suscipit.

5 Si quis vnā subsistentiā Domini nostri Iesu Christi ita intelligit, tanquam suscipientem multarū substantiarum significationē, & propterea conatur introducere in mysterio Christi duas subsistentias vel personas, & ab eo introductis duabus personis vnā personam dicit per dignitatē, & honorē, & adorationem, sicut Theodorus & Nestorius infantes conscripserunt, & calūniantur S. Chalcedonensē synodum, tanquam secundū hūc impiissimum intellectum vsam vnus intelligentiæ vocabulo, sed non confitetur Dei verbū carne substantialiter vniri, & propterea vnam eius subsistentiam, vel vnam personam, & ita sanctā Chalcedonensē synodū vnā subsistentiā Domini nostri Iesu Christi confiteri, talis anathema sit. Neque enim adiectionē personæ vel subsistentiæ sancta trinitas suscepit ex incarnato vno de eadem trinitate Deo verbo.

6 Si quis abusuē & nō verē Dei genitricē dicit sanctam gloriosam semper virginē Mariā, aut per relationē tanquā homine puro nato. (Nō enim Deo verbo ex ea incarnato, sed relati secundū illos hominis natiuitate in Deū verbū tanquā cohærens nascenti homini) & criminatur S. Chalcedonensē synodū tanquam secundum eundem impium intellectum à Theodoro commentatum, Dei genitricem virginē asserentem, aut si quis hominis genitricem vocat eam, aut Christi genitricē, vt pote Christo nō existente Deo, & nō specialiter & secundū veritatem Dei genitricem eandem confitetur, ob id quod ante secula à patre genitus Deus verbū, in vltimis diebus ex ea incarnatus & natus est, atque ita pie sanctam Chalcedonensē synodum Dei genitricem eam confiteri, talis anathema sit.

7 Si quis in duabus naturis dicens, non vt in deitate & humanitate vnum Dominum nostrū Iesum Christum cognosci confitetur, vt per hoc significet differentiam naturarum, ex quibus inconfusa & ineffabilis vnitas facta est, neque verbo in naturam carnis transfigurato, neque ad verbi naturam translata carne (manet enim vtrūque quod est secundum naturam, & post factam vnitatem substantialiter) sed in diuisionem per partem huiusmodi suscepit vocē in mysterio Christi, aut numerum naturarum confitens in vno eodemque Domino nostro Iesu Christo Deo verbo incarnato, & non tantummodo cōtemplatione differentiā eorū accipit, ex quib⁹ & cōpositus est, nō interēpta proprietate propter vnitatem (vnus enim ex vtriusque; & per vnū vtriusque) sed propterea numero vtitur tanquam diuisis, & propriæ subsistentiæ consistentes naturas, talis anathema sit.

8 Si quis ex duabus naturis deitate & humanitate confitens vnitatem factam fuisse, vel vnam naturā Dei verbi incarnati, dicens, & non sic has voces intelligit, sicut sancti Patres docuerunt, quod ex diuina natura & humana, vnitio secundum subsistentiam facta, vnus Christus factus est, sed ex huiusmodi vocibus vnā naturam, siue substantiam deitatis & carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit. Secundum substantiā enim dicētes carni vni genitum verbum vnitum esse, nō confusionem quādam ad vices naturarum factam fuisse dicimus, ma-

gis autem manente vtraque hoc quod est, vnitū esse carni intelligimus verbum. Propter quod & vn⁹ est Christus idem Deus & homo, consubstantialis patri secundum deitatem, & consubstantialis nobis idem secundum humanitatem. Similiter enim & eos qui per partes diuidunt, vel incidūt, & confundunt dispensationis mysterium Christi, auertitur, & anathematizat catholica Dei ecclesia.

9 Si quis adorari in duabus naturis dicit Christū, ex quo duæ adorationes introducūtur, semotim Deo verbo, & semotim homini. Aut si quis ad peremptā carnis, aut incōfusionem deitatis & humanitatis vnam naturam siue essentiam conuenientium portētose dicit, sic adorat Christum, sed nō vna adoratio ne Deum verbum incarnatum cum eius carne adorat. Iuxta quod sanctæ Dei ecclesiæ ab initio traditum est, talis anathema sit.

10 Si quis non confitetur crucifixum carne Dominū nostrū Iesum Christū esse verū & Dominū gloriæ, & vnum de sancta trinitate, talis anathema sit.

11 Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychem & Origenē, cū impiis eorum scriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati sunt, & anathematizati à sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, vel prædictis sanctis quatuor cōciliis, sed & eos qui similia cum prædictis hæreticis sapuerunt aut sapere noscuntur, & vsque ad quem permanserūt in propria impietate, talis anathema sit.

12 Si quis defendit Theodorū impiissimum Mopsuestenum, qui dixit, aliū esse Deum verbum, & alium Christum, & passionibus animæ, & concupiscentiis carnis molestātū, & à malis molestātū, & à malis paulatim separātē se, & ita ex promotione operū meliorātū, & ex vitæ cōuersatione incōtaminatum cōstitutū, tāquā purū hominē baptizari in nomine Dei patris, & filij, & spiritus sancti, & per baptisimū gratiā sancti spiritus accipere, & adoptionē promereri, & ad similitudinē imperialis imaginis in persona Dei verbi adorari, post resurrectionē cōuertibilē secundum intellectū, & sine peccato penit⁹ factū. Et iterū dicēte eodē impiissimo Theodoro, vnitioem Dei verbi ad Christum talem factum fuisse, qualē dixit Apostolus in marito & vxore: Erūt duo in carne vna. Et super alias innumerabiles eius blasphemias, præsumēte dicere, q̄ post resurrectionē suā flās Dominus in discipulos suos, & dicēs, Accipite spiritū sanctū, nō dedit spiritū sanctū, sed tantū schemate sufflauit. Hic autē & confessionē Thomæ, per quā, dum palparet manum vel latus Domini post resurrectionē, dixit: Deus meus, & Dominus meus, asseruit, nō fuisse dictum de Christo à Thoma. Nec enim esse eum Deū dicit, sed miraculo resurrectionis obstupescētē Thomam glorificasse Deū, qui suscitauit Christum. Quod autem peius est, & in interpretatione facta ab eo in gestis apostolorū, quasi in interpretatione cōparans idem Theodorus Christum Platoni, vel Manichæo, & Epicuro, & Marcioni, dicit, quia sicut vnusquisque illorum inueniens propriam sectā, discipulos suos fecit nominari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Marcionistas, simili modo & Christo inueniēte secta, ex ipsa Christianos vocari. Si quis igitur defendit prædictum impiissimum Theodorum, vel impia eius scripta, in quibus tam prædictas, quā & alias innumerabiles blasphemias enomuit aduersus magnū De-

um & saluatorem nostrum Iesum Christum, & non anathematizat eum, vel impia eius scripta, & omnes qui susceperunt, aut defendunt eum, aut dicentes re dēt eum exposuisse, & eos qui pro ipso scripserunt, & similia ei sapuerunt, aut pro eo scribunt, vel eius impia scripta, & eos qui similia ei sapiunt, aut sapuerunt aliquando, & vsque ad finē permanserunt, aut permānēt in huiusmodi impietate, talis anathema sit. 13 Si quis defendit impia scripta Theodoriti, quæ contra rectā fidē exposita sunt, & primā Ephesinā sanctā synodū, & S. Cyrillū, vel duodecim ei⁹ capitula & ea omnia quæ conscripsit pro Theodoro & Nestorio impiissimis, vel aliis qui similia prædictis Theodoro & Nestorio impiissimis sapuerunt, & accipit eos vel impietatem eorum, atq; propterea impios vocat ecclesiæ doctores, qui substantialiter Dei vnitioem Dei verbi ad carnem confitentur, & nō anathematizat prædicta impiissima scripta, & eos qui similia his sapuerunt vel sapiunt. Sed & omnes, qui contra rectam fidem scripserunt, aut contra beatæ memoriæ Cyrillum, vel duodecim eius capitula & in hac impietate defūti sunt, tales anathema sint. 14 Si quis defendit epistolam, quā dicitur Iba scripsisse ad Marim Persam, quæ denegat quidem Deum verbum de sancta genitrice semperque virgine Maria incarnatum hominem factum. Dicit autē purum hominem ex ea natum esse, quem templum vocat, tanquam alio existente Deo verbo, & alio homine, sed & S. Cyrillum, rectam Christianorum fidem prædicantem, reprehendit hæreticum, & simi-

lia scelesti Apollinaris scribentem, atque vituperat Ephesinam sanctam primam synodum, tanquam sine iudicio & requisitione Nestorium deponentem: sed & duodecim capitula beatæ memoriæ Cyrilli impia & aduersa rectæ fidei nominat prædicta impia epistola, & defendit Theodorū & Nestorium & impia eorum dogmata & conscripta. Si quis igitur prædictam epistolam defendit, & non eam anathemati submittit, & eos qui defendunt eam, & dicunt rectam esse, aut partem eius, & eos qui scripserunt, vel scribunt pro ea, siue pro impietatibus quæ in ipsa continentur, & præsumentes eam defendere aut positas in ea impietates ex nomine sanctorum Patrum, aut sanctæ Chalcedonensis synodi, & vsque ad finē in his permanserūt, talis anathema sit.

His igitur confessis à nobis, quæ & accepimus de diuina scriptura, & sanctorum patrum doctrina, & definitis de vna eademque fide à prædictis sanctis 4. conciliis: facta vero & à nobis super hæreticos, vel impietatem eorum, sed & contra eos qui defendere præsumperunt, aut defendunt prædicta 3 Capitula, aut permanserunt in proprio errore, & condēnatione, si quis conatus fuerit cōtraria his, quæ à nobis bispiē terminata sunt, tradere aut docere, aut scribere, siquid est episcopus, aut in clero nominat⁹, talis extranea & à sacerdotū, & ab ecclesiastica disciplina peragēs denudabitur ab episcopatu, aut à clero. Si autē monach⁹ aut laic⁹ fuerit anathematizabitur.

*Finis Canonum Quintæ Synodi.*

## SEXTA SYNODVS OECVMENICA

TERTIA CONSTANTINOPOLITANA SVB DONO CONVOCATA, SUB AGATHONE INCEPTA, SUB LEONE SECUNDO FINITA, ANNO CONSTANTINI QVINTI VNDECIMO, 289 PATRUM QUI, OMISIS ACRIBUS DISPUTATIONIBUS, QUIBUS VERITAS SÆPE OBNUBILATUR, REM PACIFICÈ, ATQUE PACATÈ TRANSEGERUNT. HABITA EST HÆC SYNODUS AN. 681. CONTRA MONOTHELITAS, ID EST, ASSENTENTES VNICĀ IN CHRISTO VOLVITATEM: QUAE HÆRESI FUERANT INFECTI GEORGIUS PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANUS, & MACARIUS ANTIOCHENUS, QUORUM ILLE MATURÈ RESILIIT, AD VERITATÈ SE RECIPIÈS, HIC VERÒ PERTINAX PERSEVERANS, DEPOSITUS EST. PASSIM VOCATUR HÆC SYNODUS SEXTA IN TRULLO, ID EST, IN SECRETARIO IMPERATORII PALATII CONSTANTINOPOLITANI SIC NOMINATO.

\* *CONSTAT OCTODECIM ACTIONIBVS, QVAS PROPTER PROLIXITATÈ CONTRAXIMUS, QUATA COMODITATE FIRI POTUIT, AMPUTATIS PLEISQUE NIHIL AD REM FACIENDIS. ADDITI SUNT PRÆTEREA 102 CAN. IN TOMIS CŌCILIORV̄ DESIDERATI QUORV̄, MAIOR PART RECENS EST DONATA LATINITATE, Q̄ FIRI POTUIT APTE & PROPRIÈ, NŌ ENIM ERAT AD MANV̄, NISI VNIVM EXEMPLAR GRÆCV̄, & ALIQUANDO CONIECTV̄ ERAT, VT GERMANUS AC NATIVVS SENSUS ERUERETUR.*

*Sexti concilij propugnaculum.*



Vidam etiam ex his qui catholicæ religionis propugnatores maximi haberi volunt, conati sunt nobis eripere hanc synodū, alioqui vtilissimam Christianæ religioni, quia fertur sententia in papam Honorii, accusatū monothelismi. Ea de causa tanquam nothas deserunt actiones huius synodi œcumenicæ, quas impugnant sex argumentis, vt ipsi putant, validissimis. Prima eorum ratio est. Quia

non seruatur decorum in agendo, definiendo, sed & aliis modis disponendi. Constituti erant iudices saculares patricij, imperature collocato in medio, legatis Romanis ad sinistrā ei⁹, quæ omnia sunt cōtra debitā libertatē, & dignitatē generalium conciliorū. Fit proinde, hoc œcumenicū nō esse. 2. Item nō decet mortuū cōdēnare, nisi scelera sint manifestis. Atqui conciliū hoc donat Honorii cuius scelus est incertū. Ad hęc nodū erat definitū per ecclesiā ante Honorii, an esset vnica, an duplex Christi voluntas.

voluntas. Potuit igitur Honorius sine culpa falli ea in re quemadmodum Cyprianus in rebaptizandis eis, qui ab hæreticis erant baptizati. 4. Cæterum nõ constat an pœnituerit Honorium ante finem vitæ, qua pœnitentia potuit elui hæresis culpa.

5. Præterea modò procedendi in causa Honorij est præceptus, non satis magna adhibita diligentia in discutendo negotio tam graui. Tandem continet absurdum duo, prius est, quod in literis Cyri ad Sergium patriarcham vocat eum, œcumenicum. Postremo literæ sunt Agathonis ad imperatorem, adulationibus refertæ: Nam Imperatoris literis vocat diuales apices, & urbem Romam principatus eius seruile, nominat subinde vestra sublimitas, vestra celsitas, quæ non redolent styli pontificij grauitatem. Quamuis sint quædam acta huius sextæ Synodi, quæ videntur nõ ad amulsim respõdere decoro œcumenicæ synodi, ex quibus sumpsit ansam impugnator, tamen ea de causa non est reiicienda tota synodus, alioqui vtilis. & sanctis. propter vnam aut alteram notam leuem, non concernentem fidei substantiam cum plures & validiores sint rationes pro Concilio hoc, quam aduersariæ. Quod si propter leues & futiles rationes, procacitate quadam velimus sextam hanc synodum reiicere, nihil non erit huic leuitati obnoxia vel ipsissimum euægelium Beati Iohannis. Quare non decet nos esse tam faciles in reiiciendis rebus grauibus à multo iam tempore probatis. Leo enim secundus epistola, quæ in fine huius Concilij scribitur ad Constantinum Imperatorem, hanc sextam synodum probat: fuerat etenim Agathonis successor & ne quis causetur hanc epistolam esse fictitiam, idem habetur in vita Leonis secundi, sub quo finita est hæc synodus. Accedit etiam in eius approbationem, professio Romani pontificis, descripta. dif. 16. Cano. Sancta octo vniuersalia &c. vbi inter alia hoc sextum enumeratur, quæ summus pontifex vsque ad vnum apicem immutata seruare promittit & pari honore ac veneratione digna habere, & quæ omnibus modis sequi ac prædicare, & quæcunque condemnauerunt, ore & corde condemnare (ait) profiteor. Hæc eandem professionem confirmauit Constantense conciliũ quodam expresso decreto. Quod si quis obstrepat has actiones huius synodi esse nothas ac supposititias, consensus exemplarium, eas ab omni suspitione liberat. Ad hæc patres tam Græci quam Latini, qui Florétinum concilium celebrarunt hanc synodum tanquam œcumenicam receperunt & eius actiones: nisi sit verbum vnum, à græcis fortè expunctum, in literis Agathonis, quod ibidè in margine notatum inuenies. Suspitione fateor laborant græci huius rei, quod si, eos aliquid, vel tantillum offendat erradant aut inuertant facile, vel ex ipsis autographis: vt aperte indicat Nicolaus papa in epistola ad Michaelem Imperatorem. Sed nõ est cur in hac resuscitemur quicquam cum ipsemet Nicolaus bis terue meminerit huius sextæ synodi, & nõquam ei detraxit quicquam, sed potius videtur eam probasse. Et si quis accuratè actiones has consideret nullum fuisse concilium orientale magis propitium Romanis pontificibus hoc sexto, obseruabit facillè nec plus honoris detulit Chalcedonense, quod fuit celeberrimũ, legatis Romani pontificis, quam hoc sextum, Si quidem vigesimus octauus canon inuitis legatis editus est, hic nihil tale legimus factum. Etiam inter subscribandum primæ partes eis deferebantur,

præponebantur etiam omnibus patriarchis &c. Imperator subscripsit, Sed eius subscriptio fuit omnium vltima, etiam post omnes episcopos, neque id fecit, tanquam ferens sententiam de reb' fidei, Sed vt protector, propugnator, ac testis rerum gestarũ. Non est igitur cur quispiam leuiter propter Honorij condemnationem, posthac deroget huic sacro sanctæ synodo. Obiectionibus opere precium erit per ordinem satisfacere, vt dignitas sua, huic concilio conseruetur integra. Prima ratione, qua immo destituta arguitur Imperator. Si quis legat epistolam eius ad Agathonem, obseruabit pietatem, & venerationem, erga sedem apostolicam, qua postulat legatos mitti ad synodum perendam. Quod inter fuerit conciliũ, non mirabitur qui legerit epistolam Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem, & Martianus Imperator inter fuisse legitur Concilio Chalcedonensi. De confessu ad manum sinistra legatorum pontificiorum, facile fatemur insolentiam, sed prudentes Latini maluerunt cedere in hac re: ex qua non pendeat fidei substantia, vt fidei conseruetur integritas & vnitas. Exemplum nobis abunde suppetit Ferrariense concilium, cui Paleologus Imperator græcus intererat, inter medios græcos & Latinos sedere volebat Tandem habuit subleuium æquale Romano Pontifici & præscribebat saltem suis, de quibus disputandum. Quibus omnibus conuiebat Eugenius papa, vt pacem inter ecclesias conseruaret. Quis negabit concilij Ephesini dignitatem, tamen iussu Imperatoris congregatum, & Candidianus comes delegatus eius coniecit in vincula Mennonem, & Cyrillum legatum Cælestini papæ eosque exauthorauit nihilominus concilium à tota ecclesia recipitur, non ergo reiiciendum concilium sextum, quia sanctæ & prudenter dissimulauit quædam arroganter gesta & facta Imperatoris græci & patriciorum, neque dicebatur præsidere, vt sententiam ferret in rebus fidei, sed tanquam fautor, & protector concilij, & tranquillitatis, præerat executioni, & ordini cum suis patriciis, ad quæ rem adhortatur Agathonis epistola lecta in sessione quarta

Concilium Chalcedonense in singulis sessionibus habet, cõgregatum iussu Martiani Imperatoris.

Et in conciliis œcumenicis vbi agitur de fide non sunt excludendi Imperatores, vt aperte indicat. Nicolaus Papa ad Michaelem imperatorem scribens.

Vbi nam legistis Imperatores antecessores vestros synodicis conuentibus interfuisse, nisi forte in quibusdam vbi de fide tractatum est quæ vniuersalis est, quæ omnium communis, quæ non solũ ad clericos, verum etiam ad laicos, & omnes omnino pertinet Christianos? Idemque ex actis concilij Nicæni perspicuum est, cui interfuit Magnus Constantinus, vt Martianus Chalcedonensi. Secunda ratio etiam non conuincit. Nam quinta synodo oppositum determinatum est, & Augustinus ad Bonifacium de Cæciliano agens oppositum indicat. Ad id verò quod affertur, non satis discussam fuisse Honorij causam, respondebimus, ex gestis synodi constare, non magis discussam fuisse aliorum, qui condemnati sunt cum Honorio, causam, quam Honorij: tamen nemo inficiabitur, eos fuisse iuste condemnatos. Collata sunt literæ Honorij accuratè cū autographo, vt ex duodecima sessione colligi

potest, & omnia respõdebant, & in literis Pauli Constantinopolitani, ad Theodorum Pontificem, continetur consensus in hoc errore, cum Honorio & nemo Romanorum in concilio aduersatus est. Quod nondum fuisse per ecclesiã definitum asseritur, quæ ratione fallum esse constat. Nam Leo primus epistola illa decima celeberrima ad Flavianum Constantinopolitanum patriarcham, quæ fuit approbata in synodo Chalcedonensi, condemnat Nonothelitas. Et in concilio Romæ habito sub Martino huius nominis primo aperte condemnati sunt Nonothelitæ: quod concilium inuenies in secunda classe quæ est particularium, sessione prima. Non est igitur eadem ratio de Cypriano & Honorio. Ad quartam non constat an pœnituerit ante mortem. Constat eum in causa fidei grauisissima consensisse hæreticis, & non constat de eius pœnitentia, qua ædificabit, id quod per scandalum destruxerat, merito igitur potuit condemnari à synodo nec est insolitum mortuos anathematizare, quod indicat, 82, canon concilij Africani. Quod continentur literæ Cyri ad Sergium patriarcham vbi vocat eum œcumenicũ: Respondetur, hoc parum huic synodo potest officere. Nam vterque erat hæreticus. Præterea à tempore Chalcedonensis synodi semper patriarcha Constantinopolitani vsurparunt illum titulum, vt patet in epistolis quintæ synodi. Sed non hac de causa, reiicienda est quinta synodus, ergo nec sexta. Item lege vltimam sessionem concilij Florentini vbi continentur literæ Ioseph patriarchæ Constantinopolitani, quas scripsit hora mortis, in quibus vocat se œcumenicum patriarcham. Quod vltimo loco adducitur de literis Agathonis, quas dicunt adulatorias: Literæ Leonis ad Martianum imperatorem & aliorum summorum pontificum ad imperatores satis indicant, summos pontifices non potuisse aliter ad Græcos scribere, quam alij solebant, & illis placebat, vt hoc saltem modo, continentur eos in officio, malebant vt epithetis solitis, & receptis apud Græcos, quàm imperatores irritare contra ecclesiam, ne alienarentur animi eorum, & resiliunt ab ea, hæreticis semper ad eam rem sollicitantibus.

*DE DIVALIS SACRA, DIRECTA AD  
Donum sanctissimum papam senioris Romæ, contradicta  
vero Agathonis sanctissimo ac beatissimo papa eiusdem  
antiquæ Romæ, eo quod idem Donus de præfenti vita de-  
cessisset.*

*Superscriptio sacra.*

IN NOMINE DOMINI ET SALVATORIS nostri Iesu Christi, imperator Flavius Constantinus fidelis magnus imperator sacra Dono sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo antiquæ nostræ Romæ, & vniuersali papæ, data pridie Idus Augustas Constantinopoli indictione sexta.

**I**D est omnia nouit vestra paterna beatitudo, & plures vestræ sanctæ ecclesiæ antiquæ Romæ, quia ex quo iussit Deus principaliter nos imperare, dum voluissent multoties quidam motionem facere de verbis, de quibus est contentio prodogmate pietatis, inter partes tam sanctæ vestræ ecclesiæ, quàmque huius sanctæ magnæ Dei ecclesiæ, vt ambigerent, & hoc

prohibuimus fieri tempore non admittente, cognoscentes quod ex particulari contentione: nõ solum vnitas fieri non posset, sed magis malum accresceret. Et licet animo doleremus, ultra omnem dolorẽ tam pro exprobatone, quæ nobis ob hoc ab inimicis inferebatur, & propter ipsam veritatẽ, quod pontifices secundum vos, & orthodoxus noster populus propter quasdam nouitates vocum in schisma incidisset, exultatiõque ex hoc fieret impiis & hæreticis: attamen Deo nostro commissimus, ipso pro nobis potiora prouidente, & dum eius benignitas iusserit huius rei correctionem fieri, tunc nobis cõdonare opportunitatem temporis, ad generalẽ collectionem faciendam vtrarũque sedium, quatenus considerantibus eis definitiones sanctarum quinq; synodorum, & editiones sanctorum probabilium patrum satisfacerent sibi met ipsis & conuenirent in vno ore, vnoque corde ad glorificandum honorificum nomen dei nostri. Sed quoniam sicut homines cogitamus, sicut autem iubet Deus, omnia perfecit, ipse enim nouit futura, & quæque nobis expediunt, sic ei placitum est, vt ad effectum perducantur, cognoscere facimus vestram paternam beatitudinem, quod dum ordinari esset Theodorus sanctissimus & beatissimus patriarcha à Deo conseruandẽ huius nostræ regiæ vrbis, suggessit nostræ serenitati suspectum se esse, dirigere consueta synodica ad vestram paternam beatitudinem, ne forsitan non recipiatur, sicut & sub prædecessoribus eius patriarchis factum est: sed quia magis præuidit adhortatoriam epistolam facere ad vestram paternam beatitudinem, quam & dixerit, eius per omnia sciẽtiam habet vestra paterna beatitudo, & non præuidimus, per præsentem nostram piam sacram, de huiusmodi epistola vti multiloquio, sed posteaquam directa est eadem epistola ad vestram paternam beatitudinem, interrogauim⁹ eundem sanctissimum, & beatissimum patriarcham, & Macarium sanctissimum patriarcham ciuitatis Theopolitanæ, quænam esset difficultas quæ prouenerat inter vestram paternam beatitudinem, seu vestram Apostolicam sedem, & ipsos. Olim omnibus expletis, quicunque sunt de immaculata nostra, & incommutabili Christianorum fide tam per doctrinam sanctorum Apostolorum, quamque per definitiones sanctarũ synodorum, & doctrinam sanctorum ac probabilium patrum, & omnibus hæresibus iam manifestatis, atque condemnatis, & nullo deinceps remanente modo, quo possit diuisio aut schisma immaculatæ & sanctæ nostræ fidei inferre: satisfecerunt nobis iidem ipsi sanctissimi patriarchæ, quod verba quædam nouitatis intronissa sunt, aliquibus quidem ex imperitia hæc introducentibus, aliquibus verò incongrue scrutantibus incomprehensibilia opera Dei: & quia ex quo hæc verba moueri cœperunt, & vsque hætenus vtraque sedes inter se minime conuenerunt, vt inquirentes sibi met satisfaceret pro veritate. Propter viles igitur inquisitiones non sit finita contentio, ne nobis insultent pagani, & heretici, neque in nobis vsquequaque locum accipiant semina aduersarij. Cadēs nanque ab humano genere, quod ei seruiebat, & consulus per apparitionem domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri, etiam in his confunderet per studium vestræ paternæ beatitudinis, & secundum quod scriptum est de ponentibus omnem zelum, & omnem

contentionem omnemque inuidiam, veritati concurramus. Veritas enim Deo chara est & secundum Domini vocem, quicumque voluerit omnium primus esse sit omnium minister. Et iterum dictum est in hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Postquam igitur tempus recipit perfectam congregationem fieri, adhortamur vestram paternam beatitudinem, per presentem nostram piam Sacram, dirigere viros viiles, modestos, notitiam habentes totius à Deo inspirata doctrina, & peritiam irreprehensibilem habentes dogmatum, indutos personam vestram Apostolicam sedis, eiusque concilij, deferentes & libros, quos oportet proferri, & omnem auctoritatem habentes, quatenus conuenientes, cum hic posito sanctissimo ac beatissimo patriarcha, & Macario sanctissimo patriarcha Theopolitanae ciuitatis: perscrutentur cum omni mansuetudine ac modestia, & per gratiam sancti spiritus veritati insistere & consentire, munitionem habentibus his, qui huc aduenerunt ex parte sedis vestrae per presentem nostram piam Sacram. Per Deum enim omnipotentem non est apud partis cuiuslibet fauor, sed aequalitatem vtriusque; partibus conseruabimus, nullatenus necessitatem facientes in quocumque capitulo eis, qui à vobis diriguntur quoquomodo: sed & omni honore, cum competentem munificetia, & susceptione dignos eos habebimus. Et si quidem vtrique conuenerint, ecce & bene: sin autem minime conuenerint, iterum & cum omni humanitate eos ad vos dirigemus, de cetero nos excusantes in iudicio Dei imminete nobis, iuxta quod constituti sumus seruare fidem sanctam, & immaculatam quam percepimus, vnoquoque proprio sensu abundante, rationem reddituri ante sanctum & terribile tribunal Dei nostri. Inuitare enim & rogare possumus ad omnem commendationem, & unitatem omnium Christianorum, necessitatem vero inferre nullatenus volumus. Per personas autem quae diriguntur à paterna vestra beatitudine, ita decernat: ex vestra quidem sancta ecclesia (si vtiq; viderit ei) tres personas, quod si & plures, quatenus ei placuerint, dirigat. De concilio vero vsq; ad Metropolitam episcopos. De quatuor vero monasteriis Bizantinis ab vnoquoque monasterio monachos 4. Nam si receperit tempus, vt dictum est, perfectam congregationem studuissimus facere: sed quoniam tempus non admittit. Deus autem noster proprio concilio protulit, quod nos differebamus in hoc tempore, per omnia iubemus vestram paternam beatitudinem, minime effici impedimentum voluntati Dei, sed eos dirigere. Sic enim speramus in eius benignitate, quoniam qui voluerit huiusmodi capitulum moueri in presenti, per spiritum sanctum concedere habet, vt veritas clareat, & instruantur omnes sine schismate, atque contentione veritatem profiteri, & vno ore, vnoque corde glorificare nos omnes eius bonitatem. Tacere quippe hoc, terribile aestimamus, vt ne plebs, quae, vt sanctificetur, accedit ad sanctas Dei catholicas, & Apostolicas ecclesias, contrariis congregationibus occupetur, considerans antistitum adinuicem dissonantiam. Multam enim nobis instantiam fecerunt, tam hic sanctissimus patriarcha, quamque Macarius sanctissimus patriarcha Theopoleos, vt eiceretur Vitalianus beatissimus de diptychis, affectantes Honorium memorari in diptychis, propter

honorem Apostolicae sedis antiquae nostrae Romae. Nam non acquieuerunt, vt memorentur patriarchae, qui postmodum fuerunt in praedicta sancta Romana ecclesia, donec conquisitio & satisfactio proueniat verborum, de quibus contenditur inter vtrasque sedes, & ita vestra paterna beatitudo consequenter memoretur: sed hoc nos non acquieuimus, id est, vt eiceretur idem Vitalianus de diptychis: hoc quidem vtpote oem aequalitatem seruantes, & vtriusque orthodoxos habentes: hoc autem & propter collatam nobis charitatem ab eodem Vitaliano, dum superesset, in motione tyrannorum nostrorum. Sed sic polliciti sumus praedictis sanctissimis patriarchis, quod per omnia dirigat vestra beatitudo homines, qui debeant conquirere cum ipsis, & tunc secundum quod claruerit perfecta dispositio fiat. Nam ante hoc nullo modo nos acquiescere, vt idem beatissimus Vitalianus eiceretur. Hec cognoscens vestra paterna beatitudo studeat sequi voluntatem Dei. Sicut enim praedictum est, spem habemus in coronatione nostro Deo, quia dum prauidemur super hoc feruentem nostrum affectum eius benignitas etiam ingruentes nobis perturbationes sedabit. Omnem vero concursum venientibus iussimus praebere Theodorum gloriosum patritium & exarchum Christo amabilis nostrae Italiae prouinciae, tam in nauis, quamque in expensis & omni utilitate eorum. Et si necessitas exegerit, etiam castellatos dromones praebere ad eorum munimen, vt ex omnibus illesum, & sine periculo (Deo cooperante) iidem ad nos perducantur. Et subscriptio. Diuinitas te seruet per multos annos sanctissime ac beatissime pater.

*EDIVALIS SACRA DIRECTA AD  
Georgium sanctissimum Archiepiscopum huius magna  
Constantinopolitanae urbis noua Roma.*

*Et subscriptio.*

**IN NOMINE DEI ET SALVATORIS** nostri Iesu Christi, imperator pius pacificus Flavius Constantinus, fidelis in Iesu Christo deo Georgio sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo Constantinopoleos, & vniuersali patriarchae, Data quarto Idus Septembris Constantinopoli, imperante Domino piissimo perpetuo Augusto, Constantino imperatore, anno vigesimo octavo, & post consulatum eius anno 12.



Vanquam sollicitudinibus tam militaribus, quamque ciuilibus indolenter nostra serenitas coarctetur, attamen omnes Christo amabilis nostrae reipublicae causas insequendo ob Christianam nostram fidem ponentes, qui & in bellis propugnatricem tam nostri, quamque Christo dilectorum nostrorum exercituum habemus, necessarium iudicauimus, praesentis nostrae piae Sacrae ad vestram paternam beatitudinem vti, per quam adhortantes eam, sancimus congregare vestram paternam beatitudinem omnes, qui ad eius sanctissimam sedem pertinent, sanctissimos Metropolitam, & episcopos in hanc à Deo conseruandam nostram regiam urbem, quatenus cooperante omnipotente, & misericorde Deo nostro, diligentissima inquisitio dogmatis fiat, quod olim ante multum tempus exortum est, de voluntate & operatione in dispensatione incarnationis vnus de sancta Trini-

Trinitate domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri quod & dissidium non minimum per quasdam personas sanctae Dei ecclesiae intulit: innotescere quoque super hoc & Macario venerabili Archiepiscopo Antiocheno magne ciuitatis, quatenus & ipse de propria synodo Deo amabilis Metropolitanos, & episcopos praeparatos faciat pro hoc ipso huc congregari. Iam enim super hoc adhortati sumus per pios nostros apices adhuc inter viuos existentem & Donum sanctissimum Apostolicae sedis antiquae Romae praesulem: & illo de hoc saeculo migrante, Agatho sanctus nuper ordinatus papa in Apostolica sede praedictae antiquae Romae huiusmodi nostros pios suscipiens apices, destinavit in praesenti propriam eius indutos personam. Theodorum & Georgium Deo amabilis presbyteros, & Ioannem Deo amabilem diaconum: ex persona vero totius eius concilij, Ioannem & Abundantium, & Ioannem venerabiles episcopos, cum caeteris clericis & monachis, qui debeant inuenire in praedicto capitulo quaestionem: qui & nunc ad nostra conuixerunt vestigia, porrigentes etiam nobis duas suggestiones, vnam quidem eiusdem sanctissimi Agathonis papae, aliam vero concilij eius. Sciens igitur vestra paterna beatitudo, quia primum & praecipuum vt praediximus, hoc orthodoxiae existit capitulum, festinet praedictos venerabiles Metropolitanos episcopos celeriter aduenire, in hanc à Deo conseruandam regiam nostram urbem, quatenus praedictum tractetur capitulum, & maiorum donorum datore, atque coronatore nostro Deo cooperante, caeteraque orthodoxa diffinitio huiusmodi dogmati imponatur. Et subscriptio: Diuinitas te seruet per multos annos, sanctissime, ac beatissime pater.

*ACTA SANCTAE SEXTAE SYNODI* apud Constantinopolim facta aduersum eos, qui impie docuerunt vnam voluntatem, & vnam operationem in incarnationis dispensatione domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri vnus de sancta & consubstantiali Trinitate.



**I**n nomine Domini Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, imperatoribus à Deo coronatis, & serenissimis nostris dominis Flauis, Constantino quidem piissimo, & à Deo decreto magno principe, perpetuo Augusto, & imperatore, anno vigesimo septimo, & post consulatum eius à Deo instituta mansuetudinis, anno vigesimo tertio, Heraclio vero atque Tiberio à Deo conseruandis eius fratribus anno vigesimo secundo die septima mensis Nouembris indictionis nonae. Praesidete eodem piissimo, & Christo dilecto magno imperatore Constantino in secretario sacri palatii, quod cognominatur Trullus, & ex iussione eius à Deo instructa serenitatis, praesentibus & audientibus Niceta glorioso excelsule patricio, & magistro imperialium officiorum Theodoro glorioso excelsule patricio, comite imperialis obsequij, & substratego Thraciae, Georgio glorioso excelsule patricio, Paulo glorioso excelsule patricio, Iuliano glorioso excelsule patricio, & militari logotheta, Constantino glorioso excelsule patricio, & curatore imperialis domus Hormisdæ, Anastasio glorioso excelsule patricio, & locum agente imperialis comitis excubiti, Ioanne glorioso excelsule patricio, & quaestore. Polyencto glo-

rioso excelsule, Thoma glorioso excelsule, Paulo glorioso excelsule, & dispositore Orientalium prouinciarum, Petro glorioso excelsule, Leontio glorioso excelsule, & domestico imperialis mensae.

Conueniente quoque sancta, & vniuersali synodo, quae secundum imperialem sanctionem congregata est in hac regia vrbe Theodoro & Georgio presbyteris, & Ioanne diaconovicem agentibus archiepiscopi antiquae Romae, & Georgio Archiepiscopo magne Constantinopoleos nouae Romae, & Petro Deo amabili presbytero, & monacho, & locum seruante sedis magne ciuitatis Alexandriae, & Macario Archiepiscopo Theopoleos Anthiochiae, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrifario Theodori venerabilis vicarij sedis Hierosolymorum, Ioanne episcopo Portuensi, Abundantio episcopo ciuitatis Paternensis, Ioanne episcopo ciuitatis Rhegitanae, locum praesentatibus ceterum 25. Venerabilium episcoporum sancti concilij antiquae Romae, residentibus gloriosis patricijs, & contulibus ex latere piissimi nostri Imperatoris Constantini, & ex leua quidem eius parte residentibus vicariis Agathonis Archiepiscopi antiquae Romae, & qui ex persona synodi erant Deo amabiles episcopi. A dextera vero eius parte residentibus Georgio archiepiscopo nouae Romae &c. Propositis in medio sacro sanctis Euangelij Christi Dei nostri. Theodorus, & Georgius presbyteri, & Ioannes diaconus Vicarij Apostolicae sedis antiquae Romae, necnon & qui ex persona synodi erant, dixerunt.

Benignissime domine secundum sacram à vestra fortitudine ad sanctissimum Papam rogatione demandati sumus ad piissima vestigia vestrae serenitatis vna cum eius suggestionem, quam & obtulimus coronatae vestrae serenitati. Quoniam igitur ante hos 46, plus minus annos quasdam nouitates vocum contrarias orthodoxae fidei introduxerunt, qui in illo tempore fuerunt praesules huius regiae vestrae ciuitatis, id est, Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, necnon & Cyrus quodam Alexandriae ciuitatis Antistes, & Theodorus episcopus ciuitatis Pharan, & alij quidam, qui eos secuti sunt, non modice (quae per totum orbem terrarum est) ecclesiam turbauerunt, vnam voluntatem in incarnationis dispensatione domini nostri Iesu Christi, vnamque operationem dogmatizantes, & docentes, quae sumus à Deo coronatam vestram fortitudinem, vt dicant, qui ex parte sunt sanctissimae ecclesiae Constantinopolitanae, vnde huiusmodi vocum ad inuenta est nouitas.

Constantinus piissimus Imperator dixit. Audiētes Georgius Archiepiscopus nostrae huius ciuitatis, & Macarius Archiepiscopus Antiochenae ciuitatis, & ei adiacens synodus, quae à parte Apostolicae magne Romae sedis dicta sunt, quae eis videntur, prolequantur.

Macarius Archiepiscopus Antiochiae, vna cum Stephano presbytero, & monacho eius discipulo, & alij episcopi Orientales dixerunt. Has quidem vocum nouitates non edidimus, sed quicquid percepimus tam à sanctis vniuersalibus synodis, & sanctis probabilibus patribus, quamque à praesulibus huius regiae urbis, id est, Sergio, Paulo, Pyrrho, & Petro, necnon & Honorio, qui fuit Papa antiquae Romae, & Cyro, qui fuit Papa Alexandriae, hoc est, deuoluntate, & operatione, sic & credimus, & praedicamus, & docemus, & parati sumus hoc ostendere. Et pen-

*Similis praefatio in synodis actio- nibus reperitur, sed breuiter can- sa à nobis intermissa est.*



rentibus illis iussit Imperator proferri, & in mediū legi gesta tertiæ synodi generalis Ephesinæ, & epistolam Cyrilli, ad Theodosium imperatorem cuius initiū, Quod apud homines quidē eminet. Et inter alia verba eius epistola, habetur & ista. Christus Iesus est, per quem reges regnant &c. & sequitur. Est enim eius omnipotens voluntas &c. Quibus verbis perperam intellectis, cōtendebat Macarius Archiepiscopus Antiochiæ probare vnam voluntatem in Christo. Et tandem consideratis & examinatis verbis illis Cyrilli redargutus, & cōfusus est Macarius à Vicariis Apostolicæ sedis, & ab aliis episcopis Orientalibus, & præcepto Imperatoris absoluta est prima actio.

*Actio secunda.*

Prolata & lecta sunt acta quartæ synodi Chalcedonen. & cum legeretur epistola Leonis papæ, & ventum est ad illud. Agit enim vtraque forma cum alterius comunione, quod proprium habuit, verbo quidem operante quod verbi est, carne autē exequente quod carnis est, & horum vnum coruscant miculis, aliud verò succumbit iniuriis, exurgentes, qui ex parte Apostolicæ sedis erant antiquæ Romæ clamauerunt. Ecce benignissime Domine, manifeste duas naturales operationes inconfuse, & indiuisive, in domino nostro Iesu Christo.

Præfens sanctissimus prædicat pater, cuius præsentem sermone sancta quarta synodus firmamentum orthodoxæ fidei conscripsit in dānatione vniuersæ hæresis, vtpote professionis beatæ principis Apostolorum Petri conuenientem, & quid pro hoc dignum sentit Macarius venerabilis, & qui cum eo sunt Deo amabiles viri, dicant. Macarius venerabilis Archiepiscopus Antiochiæ dixit: Ego domine duas operationes nō dico, sed nec sentio, quod beatæ memoriæ Leo per hunc sermonem duas operationes dixerit. Constantinus piissimus imperator dixit: Sed vnam operationem intelligis eum dixisse? Macarius venerabilis Archiepiscopus dixit: Ego numerum non dico sed Dei virilem eius operationem secundum sanctum Dionysium. Constantinus piissimus imperator dixit: Et quomodo intelligis Dei virilem operationem? Macarius venerabilis archiepiscopus dixit: Ego non superiudico. Et relictis residuis eiusdem libri vsque ad finem, Cōstantinus piissimus imperator dixit: Relegatur & alius liber eiusdem sanctæ quartæ Chalcedonen. Et accipiens Antiochus religiosus lector & notarius, eorundem actorum librū relegit. Constantinus piissimus imperator dixit: Sufficit & nunc præfens lectio. In subsequenti vero & liber gestorum sanctæ quartæ synodi proferatur.

*Actio tertia.*

Præceptum est, vt legeretur acta in quinta synodo generali, & cum lector incepit legere initium libri, qui ita continebat. Sermo sanctę memoriæ Mēnæ archiepiscopi Constantinopoleos, ad Vigilium beatissimum papam Romanum, de eo, quod vna sit Christi voluntas. Et exurgentes legati Apostolicæ sedis Romæ, exclamauerunt. Piissime domine, falsatus est præfens liber quintæ synodi. Nequaquā relegatur sermo, qui dicitur Mēnæ ad Vigilium, quia falsus est: sed iube diligenter aduertere præsentem librum. Et inspicientes Imperator vnā cum iudicibus, & quibusdam de sancta synodo episcopis, inueniunt tres quaterniones in principio libri additos.

nō habentes subnotationem numeri, falsatus enim erat liber ab hæreticis in nōnullis locis. Lecta sunt reliqua gesta quintæ synodi, & absoluta lectione, sancta synodus & iudices dixerunt. Ex lectione sanctorum conciliorum (sicut audistis) non inuenimus in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi vnam voluntatem, & vnam operationem.

Constantinus piissimus imperator dixit: Macarius venerabilis Archiepiscopus, & qui cum eo sunt, prosequantur, si secundum quæ ab eis promissa sunt paratum habent proferre testimonia sanctorū probabiliū patrum, quæ debeant approbare (sicut polliciti sunt) vnam voluntatem, & vnam operationem incarnationis dispensatione domini nostri Iesu Christi, & hæc proferant. Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochiæ, & qui cum eo sunt, dixerunt: Secundum iussa vestri imperij inducta à nobis data testimonia, quæ proferre promissimus, sanctorū proferimus. Constantinus piissimus Imperator dixit: Macarius venerabilis archiepiscopus, & qui cum eo sunt, hæc in subsequenti peragant. Georgius sanctissimus archiepiscopus Constantinopoleos, & qui sub eodem est synodus, dixerunt: Piissime domine petimus vestram tranquillitatem, suggestiones directas ad à Deo vestram instructam fortitudinem, tam ab Agathone sanctissimo papa Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, quamque ab eius synodo, & re legi, vt ad id cupiamus, quatenus cognitionem & nos accipiamus totius virtutis, quæ in eis continetur. Cōstantinus piissimus imperator dixit: Quod à vobis postulatum est, in subsequenti proueniat.

*Actio quarta.*

Sedentibus tam gloriosis patriciis & consulibus, quamque omnibus venerabilibus, & amabilibus, & episcopis in eodem secretario Trulli, propositis in medio sanctis, & intemeratis Euāgelis, Paulus magnificus à secretis, & imperialis secretarius, dixit: Meminit à Deo instructa vestra pietas, quod in præterito conuentu dum legerentur acta sanctæ quintæ Synodi, Georgius sanctissimus archiepiscopus huius à Deo conseruandę regię vrbis, vnā cum subiacenti synodo petiit vestram piissimam fortitudinem, suggestiones, quæ factæ sunt tam ab Agathone sanctissimo papa antiquæ Romæ, quamque à subiacenti Dei synodo, in præsentia vestræ pietatis, & sanctæ vniuersalis huius synodi re legi, & suggerimus ad quod placet. Constantinus piissimus imperator dixit: Relegantur. Et prolata est in græcis literis memoratarum suggestionū interpretatio per Diogenem magnificū à secretis, & imperialem secretarium. Et relicta est, habens in verbis sic.

*Domini piissimis & sanctissimis victoribus ac triumphatoribus, amatoribus Dei, & domini nostri Iesu Christi Constantino maiori Imperatori Heraclio, & Tiberio Augustis, Agatho episcopo seruis seruorum Dei.*

Consideranti mihi humanæ vitæ diuersos angores, & ante Deum, qui vnus & verus est, cum vehementia fletuum ingementi, vt consolationem animæ fluctuanti diuinæ miserationis impertiret instictus, & de profundo mœroris, & angustia potentia suæ dexteræ subleuaret, magnum atque mirabilem, cum indefinente gratiarum actione serenissimi domini filij confiteor consolationis opportunitatem exhibere dignatus est, piissimum tranquillæ mansuetudinis vestrę propositum, quam ad stabilitatem diuinitus commissæ reipublicæ Christianæ eius cō-

Prouer. 8. b

Apo. 9. c

al. perterret.

al. cōmuni.

1. Petr. 1. d

al. eluatus.

cessit dignatio, vt imperialis virtus atque clementia de Deo per quem reges regnant, qui rex regum, & dominus dominantium est, & curet & quærat eius immaculatę fidei veritatem, vt ab Apostolis atque Apostolicis est patribus tradita, inquirere vigilanter, atque vt vera traditio cōtinet, instantissimè desideret in omnibus ecclesiis obtinere: & ne quenquam tam pia lateret intentio audientium, humanave suspicio \* perterreretur æstimationum potestate nos esse compulsos, & non plena serenitate ad satisfaciendū super Euangelicæ & Apostolicæ nostræ fidei prædicatione \* communitos, diuales apices ad Apostolicæ memorię Donum pontificem nostræ pusillitatis prædecessorem, cunctis populis agentibus per nostrum ministeriū patefecerunt, ac satisfaciunt, quos gratia sancti spiritus imperialis linguæ calamo de puro cordis thesauro dictauit, commonentis, non opprimētis: satisfaciētis, non perterrentis: non affligētis, sed exhortantis, & ad ea quæ Dei sunt secundum Deum inuitantis, quia & ipse conditor omnium ac redemptor, cum posset in suæ diuinitatis maiestate, in sæculum veniēdo, mortales perterre, humanite magis inæstimabilis clementiæ humiliter ad nostra descendens, quos creauerat, dignatus est & redimere, qui & spontaneam de nobis verę de se fidei confessionem expectat: quod & beatus Petrus Apostolorum princeps commonet: Pascite qui in vobis est gregem Christi, non coactè sed spontaneè secundum Deum exhortantes. His itaque mansuetissimi rerum domini diualibus apicibus animatus, & ad spem consolationis de profundis angoribus \* alleuiatus sum meliori refectione confidentia paulatim, quæ per māsuetissimam fortitudinis vestrę sacram dudum præcepta sunt, efficaciter promptā obsequentiam exhibere, vt personas quales secundum temporis huius defectum, ac seruilis prouincię qualitatem poterant inueniri pro obedientiæ satisfactione inquirerem, & cum consilio confamulorum meorum episcoporum, tam de propinqua huius Apostolicæ sedis synodo, quam de familiari clero amatores Christiani imperij, & sequenter de religiosi seruis Dei, vt ad piissimam tranquillitatis vestræ vestigia properarent, hortarer. Et nisi longus prouinciarum ambitus, in quibus humilitatis nostræ concilium constitutum est, tanti temporis protelatione ingereret, olim hoc quod vix tandem nunc fieri potuit, studiosa obedientia noster famulatus impleter. Sed dum de diuersis prouinciis familiare nobiscum concilium congregatur, & dum personas, quasdam quidem de hac seruili vestri serenissimi principatus Romana vrbe, vel proxima dirigere procuramus, quasdam de longè positis prouinciis, in quibus verbum Christianæ fidei, ab Apostolicis exiguitatis meæ prædecessoribus miseri prædicabant, remeare prætolamur, non paruum temporū cursus lapsus est: vt corporales ægritudines mei famulatus silentio transeam, quibus nec viuere licet, nec libet absiduis ægrimonis laborantem. Ideoque Christianissimi domini filij, secundum piissimam iussionem à Deo protegendæ mansuetudinis vestræ, pro obedientia quam debuimus, non pro confidentia eorum scientiæ quos dirigimus, præfentes confamulos nostros Abundantium, Ioannem, & Ioannem reuerendissimos fratres nostros episcopos, Theodorum, & Georgium dilectissimos filios nostros presbyteros, cū dilectissimo filio nostro Ioanne diacono, & Con-

stantino subdiacono sanctæ huius spiritualis matris Apostolicę sedis, necnon & Theodorum presbyterum legatum sanctæ Rauennatis ecclesiæ, & religiosos seruos Dei monachos cum scripturarū cordis deuotione curauimus demādare: Nam apud homines in medio gentium positos, & de labore corporis quotidianum victum cum summa hæsitatione conquirentes, quomodo ad plenum poterit inueniri scripturarum scientia, nisi quæ regulariter à sanctis atque Apostolicis prædecessoribus, & venerabilibus quinque conciliis definita sunt, cum simplicitate cordis, & sine ambiguitate à patribus traditæ fidei conseruamus, vnum ac præcipuum bonum habere semper optantes atque studentes, vt nihil de eis quę regulariter definita sunt minuatur, nihil mutetur, vel augeatur, sed eadem & verbis & sensibus illibata à nobis custodiantur. Quibus portioribus & testimonia aliquorum sanctorum patrum, quos hæc Apostolica Christi ecclesia suscipit, cum eorū libris tradidimus, vt facultatem suggerendi à benignissimo vestræ Christianitatis imperio consecuti, ex his duntaxat satisfacere studeant, dum imperiali mansuetudo præcipere, quod hæc spiritualis mater eorum ac à Deo propagati imperij Apostolica Christi ecclesia credat, & prædicet, non per eloquentiam sæcularem, quæ nec suppetit hominibus idiotis, sed per sinceritatem Apostolicæ fidei, in qua & ab incunabulis edocti vsque in finem propagatori vestri Christiani imperij, cœli domino, omnes nobiscum deprecamur seruire, atque obedire. Licentiam proinde eis siue autoritatem dedimus apud tranquillissimum vestrum imperium, dum iusserit eius clementia, simpliciter satisfaciendum, in quantum eis duntaxat iniunctū est, vt nihil profectō præsumant augere, minuere vel mutare, sed traditione huius Apostolicæ sedis, vt à prædecessoribus Apostolicis pontificibus instituta est, sinceriter enarrare. Pro quibus flexo mentis poplite suppliciter vestram ad mansuetudinem semper intentam clementiam deprecamur, vt iuxta benignissimam atque augustissimam imperialis Sacræ promissionem, acceptione eos dignos efficiat Christo imitabilis vestra tranquillitas, atque placabiles auditus eorum humiliter suggestionibus accommodare dignetur. Sic aures Dei omnipotentis suis precibus ad exaudiendum inueniat vestra mansuetissima pietas reseratas, illæsolque tam in reatitudine nostrę Apostolicę fidei, quam corporum sospitate in propriis restituere iubeat: Sic restituat superna maiestas per fortissimos atque inuictissimos labores vestrę à Deo corroboratę clementię sub benigni vestri principatus regimine totam Christianam rempublicam, & fortissimis vestris sceptris aduersas subigat nationes, vt ex hoc omni animę atque omnibus gentibus satisfiat: quia quod per augustissimos apices de immunitate atque illesione cunctium, deo sibi aspirante polliceri dignata est, adimpleuit in omnibus. Non enim nobis eorum scientia confidentiam dedit, vt ad pia vestra vestigia eos auderemus dirigere, sed hoc imperiali vestra benignitas clemēter iubens hortata est, & nostra pusillitas, quod iussum est, obsequenter impleuit. Vt autem vestræ diuinitus instructę pietati, quid Apostolicę nostrę fidei vigor contineat; breuiter intinemus, & sanctorum quinque Synodorū generalium per quas fundamenta catholicę Christi ecclesię firmata atque stabilita sunt.

Hic igitur status Euangelicę, atque Apostolicę fidei, regularisq; traditio, vt continentem sanctam & inseparabilem Trinitatem, id est, patrem, & filiū & spiritum sanctum vnus esse deitatis, vnus naturę, & substantię, siue essentię, vnus eam prædicemus & naturalis voluntatis, virtutis, operationis, dominationis, & maiestatis, potestatis & glorię. Et quicquid de eadem sancta Trinitate essentialiter dicitur singulari numero, tanquam de vna natura trium substantialium personarum comprehendamus regulari ratione hoc institui. Cum verò de vno earundem trium personarum ipsius sanctę Trinitatis, filio Dei, Deo verbo, & de mysterio admirandę eius secundum carnem dispensationis confitemur, omnia duplicia vnus eiusdemque domini saluatoris nostri Iesu Christi (secundum Euangelicam traditionem) asserimus in duas eius naturas prædicamus, diuinam scilicet & humanā, ex quibus & in quibus etiam post admirabilem atque inseparabilem vnionem subsistit. Et vnquamque eius naturam proprietatem naturalem habere confitemur, & habere diuinam omnia quę diuina sunt, & humanam omnia quę humana sunt, absque vlllo peccato. Et vtrasque vnus eiusdem Dei verbi incarnationis, id est humanati, inconfuse, inseparabiliter, immutabiliter et se cognoscimus, sola intelligētia quę vnita sunt discernentes propter confusionis duntaxat errorem.

Æqualiter enim & diuisionis, & commisionis detestamur blasphemiam. Cum duas autem naturas, duasque naturales voluntates, & duas naturales operationes confitemur in vno domino nostro Iesu Christo, non contrarias eas nec aduersas ad alterutrum dicimus (sicut à via veritatis errantes Apostolicam traditionem accusant, absit hæc impietas à fidelium cordibus) nec tãquam separatas in duabus personis, vel subsistentiis, sed duas dicimus vnum eundemque Dominum nostrum Iesum Christum, sicut naturas, ita & naturales in se voluntates & operationes habere, diuinam scilicet & humanam: diuinam quidē voluntatem & operationem habere ex æterno cum coessentiali patre communem: humanam, temporaliter ex nobis cum nostra natura susceptam. Hęc est Apostolica atque Euangelica traditio, quam tenet spiritalis vestri scilicet Imperij mater Apostolica Christi ecclesia. Hęc est mera confessio pietatis. Hęc est enim verę fidei regula, quam & in prosperis, & aduersis viuaciter tenuit Apostolica Christi ecclesia, quę per Dei gratiam à tramite Apostolicę traditionis nunquam errasse probabitur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit: quia dictum est Petro. Ego pro te rogavi, vt nõ deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Hic dominus fidem Petri non defuturam promissit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos pontifices meę exiguitatis prædecessores, cõfidenter fecisse semper, cunctis est cognitū quorū & pusillitas mea licet impar & minima, pro susceptę tamē diuina digatione ministerio pedissequa cupit existere. Quid dicā in Christi futuro examine, si hic (quod absit) prædicare veritatē cõfudor.

Apostolicę memorię meę paruitatis prædecessores dominicis doctrinis instructi, ex quo nouitas hæretica in Christi immaculatam ecclesiam Constantinopolitanę ecclesię præfules introducere conabantur, nunquam neglexerunt eos hortari, atque obsecrando commonere, vt à prauis dogmatis hære-

tico errore, saltem tacendo desisterēt, ne ex hoc exordium disidij in vnitate ecclesię facerent, vnāque voluntatem, vnāque operationem duarum naturarum asserentes in vno domino nostro Iesu Christo, quod Arriani, & Apollinaristę, Eutychnistę, Timotheiani, Acephali, Theodosiani, & Gaianita, & omnis omnino hæretici furor, siue confudentium siue diuidentium incarnationis Christi mysterium docuit. Confudentes quidem sanctę incarnationis mysterium, cõ quod deitatis, & humanitatis Christi vnā naturam dicant, vnā eum sicut vnus voluntatem, & operationem personalem habere contendunt. Diuidentes autem inseparabilem vnionem in duas naturas, quas saluatorem habere cognoscunt, non per vnionem, quę secundum subsistentiam facta cognoscitur, viuunt, sed blasphemantes per affectum voluntatis, tanquam duas subsistentias, id est, duos quosdam, per cõcordiam iungunt. Porro Apostolica Christi ecclesia, spiritalis mater à Deo fundati vestri imperij, & vnum dominum Iesum Christum confitetur, ex duabus, & in duabus existentem naturis, & duas eius naturas diuinam scilicet, & humanam etiam inseparabilem vnionem inconfusas in eo esse defendit, & ex proprietatibus naturalibus, vnā quamque harum Christi naturarum perfectam esse cognoscit, & quicquid ad proprietatis naturam pertinet duplicia omnia confitetur: quia ipse idem dominus noster Iesus Christus, & Deus perfectus est, & homo perfectus est, ex duabus, & in duabus naturis, & post admirabilem incarnationem existēs, nec deitas sine humanitate, nec humanitas eius sine deitate possit intelligi. Cõsequenter itaque iuxta regulam sanctę catholicę atque Apostolicę Christi ecclesię, duas etiam voluntates naturales in eo, & duas naturales operationes esse confitetur, & prædicat. Nam si personalem quisquam intelligat voluntatem, dum tres personę in sancta Trinitate dicuntur, necesse est, vt & tres voluntates personales, & tres personales operationes (quod absurdum est & nimis prophānum) dicantur. Sin autem quod fidei Christianę veritas continet, naturalis voluntas est, vbi vna hæc natura dicitur sanctę, & inseparabilis Trinitatis, cõsequenter & vna naturalis voluntas, & vna naturalis operatio intelligenda est. Vbi verò in vna persona domini nostri Iesu Christi mediatoris Dei & hominum, duas naturas (id est diuinam & humanam) confitemur, in quibus & post admirabilem adunationem consistit, sicut duas vnus eiusdemque naturas, ita & duas naturales voluntates, duasque naturales operationes eius regulariter confitemur.

Dionysius Areopagita libr. 2. de diuinis nominibus: Discreta est benignissima dei operatio per hoc quod secundum nos ex nobis integrè veręque humanam est verbum &c.

Athanasius cõtra Apollinarem de Trinitate & incarnatione, in eum locum spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, duas voluntates, diuinam, & humanam indicat. Item libr. 3. aduersus Arrianos. Sicut enim inductus carne nec factus est homo ita & nos homines &c.

Hilarius libr. 9. de fide aduersus Arrianos: Natus igitur vnigenitus Deus ex virgine homo &c.

In eodem loco naturam Dei in Christo in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce.

Cyril-

Cyrillus in libro thesauri tractans verbum, Non sicut ego volo sed sicut tu, &c. rē apertè indicat. Idē nec est alia tam manifesta probatio, quę posset eundem ipsum Deum & hominem demonstrare, quam naturales operationes, ex quarum qualitatibus, & naturæ de quibus essentialiter procedebant certissimè in eo esse credebantur.

Ambrosius libr. 2. ad Gratianum Augustum: Suscepit voluntatem meam suscepit tristitiam meā, agens de vtraque Christi voluntate, & super Lucā, ait, voluntas hominis temporalis, voluntas diuinitatis æterna. In eodem libro: Minor Christus patre secundum naturam humanam, & eius operationem.

Augustinus contra Maximinum Arrianū ca. 20. tractans illa verba: non quod ego volo, sed quod tu vis. Idem libr. 5. contra Iulianum Pelagianum dicit voluntatem motum esse nature &c. Cum duę naturę in Christo, duę igitur voluntates.

Gregorius Nazianzenus in plerisque locis diuersas voluntates indicat. Secundo libro de filio tractās illud Ioan. 6. Cum dicitur filius descendisse de cælo, vt faciat voluntatem patris.

Leo epistola. 17. ad Leonem Augustum ca. 2. confirmat etiam duas voluntates in dogmatico tomo, id est, epistola decima ad Flavianum archiepiscopū Constantinopolitanum, quę fundamentum fidei à multis dicitur. Agit enim vtraque forma cum alterius communiōne, quod proprium est, verbo scilicet operatē, quod verbi est, & carne exequēte quod carnis: vnum horū coruscet in miraculis, aliud subiacet iniuriis.

Gregorius Nicænus libr. 2. contra Eunomium, & libro contra Apollinarem tractans eum locum: Spiritus quidem promptus est &c. Et in alio loco eiusdem libri concludit duas in Christo voluntates: Et libr. 5. contra Eunomiū in eum locū: Cum ieiunasset quadraginta dies postea esuriit. Dedit enim, quando voluit naturę tempus propria operari. Idem epistola ad Eustadium de sancta Trinitate. Naturarum (inquit) diuersitas ex operationum discrimine spectanda. Tandem producit testimonium Chalcedonenis concilij, actio. 5. qua definitum est. 7. cap. Si quis in duabus naturis &c. Et synodi quintę Constantinopolitanę celebratę sub Iustiniano. Describuntur fidei capita, quemadmodū in symbolo, quod canitur in ecclesia paulo explicatius, tamen in capite, vbi sanctę Trinitatis mysteriū explicatur, sic habetur. Vnitatem quidem essentię, Trinitatē verò personarum siue subsistentiarum, Deum patrem confidentes, Deum filium, Deum spiritum sanctum, non trium nominum subsistentiam, sed trium subsistentiarū vnā subsistentiam. [Crediderim hic esse mēdū in codice subsistentiā, loco illius dictionis substantiā.

Et paulo inferius.

Præterea quomodo poterunt piè intelligi, diuersa super hoc testimonia scripturarum, quę nūc quidem ex natura humanitatis, nunc autem ex diuinitate vnus eiusdemque domini nostri Iesu Christi veri Dei & hominis astruuntur, & modo scriptura commemorat: Omnia quęcunque voluit dominus, fecit in cælo, & in terra. Itemque: Sicut pater suscitatur mortuos, & viuificat, ita & filius quos vult viuificat: Et leproso dicit: Volo mundare. Et nemo possit cognoscere patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Itemque quædam de humana eius voluntate Euangelij sacramenta commemorant, cum

dicunt, cum super mare ambularem velle vt verè hominem suos transire discipulos. Et dum cum discipulis per Galileam transiret, noluit vt aliquis cognosceret. Et vt homo dicit, meus cibus est, vt faciā voluntatem eius, qui me misit. Et nolebat per Iudęam ambulare, quia querebant eum Iudei interficere. Et iterum surgens venit in partes Tyri, & ingressus in domum, noluit aliquem scire, & non potuit latere. Ergo ille omnium cõditor ac redemptor, de quo dicitur. Omnia quę voluit dominus, fecit in cælo & in terra, cuius velle hoc est quod posse, cuius nutui cœlestes cum terrore deseruiūt potestates, in terris latere volens, non potuit, qui per diuinam maiestatem ex æterno cum patre in cœlestibus dominatur arcanis, & in manu eius fines terrę sunt, nisi hoc ad humanam eius voluntatem, quam temporaliter dignatus est assumere, redigatur? Quanto ergo errore, talia non discernens, inuoluitur, vt dicat vna eademque voluntate, & omnia in cælo, & in terra, quę voluit dominum posse, & eadem iterum voluntate in domo vili volentem latere, non posse secundum Euangelica testimonia?

Nunc necesse est vt noui dogmatis intentio, quofam secuta est, & quorum doctorū autoritate fulcitur, annotemus.

*Hi sunt authores hæretici quos citant Monothelitę.*

Theodorus quondam Episcopus Faranitanus ad Sergium Episcopum Arsenoitem, Sergius Constantinopolitanus ad Cyrum Alexandrinū, Pyrrhus Constantinopolitanus, Paulus Constantinopolitanus ad Theodorum papam, Petrus item Constantinopolitanus ad Vitalianum papam: Hi omnes aut vniam voluntatem defendebant in Christo, aut neque vnā neque plures affirmabant.

*Deinde subdit:*  
Hęc autem ideo Deum omnipotentem scilicet vestrę mansuetudinis ad emendandum credimus reseruasse temporibus, vt locum & zelum ipsius domini nostri Iesu Christi, qui vestrum imperium coronare dignatus est, & faciētes in terris, pro eius euangelica atque Apostolica veritate iustum iudiciū proferatis: Quia dum humani generis redemptor, atque saluator sit iniuriam passus, nunc vsque sustinuit, vestręque fortitudinis aspirauit imperio, vt ei⁹ fidei causam (sicut æquitas exigit, & sanctorum patrum, sacrarumque generalium quinque synodorū decreuit instructio) exequi dignemini, vt redemptoris, ac conregnatoris iniuriam de sua fidei contemptoribus per eius præsidium vlciscamini propheta cum illud vaticinium cum imperiali clementia magnanimiter adimplentes, quia rex & propheta Dauid ad eum loquitur: Zelus domus tuę (inquiens) comedit me. *Item post pauca:*

Nec enim poterit aliud simillimū inueniri, quod vestrę inuictissimę fortitudinis diuinę maiestati cõmendet clementiam, quam vt repulsis à regula veritatis erroribus, Euangelicę atque Apostolicę nostrę fidei vbiq; illustretur, & prædicetur integritas. Propterea piissimi & à Deo instructi domini filij, si hęc sacrarum scripturarum, venerabiliū synodorū, spiritualium patrum irreprehensibilem Apostolicę dogmatis regulam, iuxta Euangelicam eorum intelligentiam, per quam veritatis nobis formula, spiritu referante, monstrata est, Constantinopolitanę præful ecclesię tenere nobiscum ac prædicare delegerit, pax multa erit diligentibus nomen Dei, & vllum non remanebit dissensionis scandalum, & fiet, quod

Ioan. 6. b

Marc. 9. e

Ioan. 4. e

Ioan. 7. a

Matth. 7. c

Psal. 94. z

al. seruauit

Psal. 68. z

Apostolica ecclesia nunquam defecit in fide.

Luc. 22.

Psal. 134.

Ioan. 5. d

Matth. 8. a

Matth. 11. d

Matth. 14. e



in Actibus Apostolorum dum per gratiā sancti spiritus, populus ad cognitionem Christianitatis accesserit, omnibus nobis corvnum, & anima vna. Sin autem (quod porro longè sit) nouitatem nuper ab aliis introductam amplecti maluerit, & alienis à regula veritatis orthodoxæ atque Apostolicæ nostræ fidei sese irretire doctrinis, quàm, utpote animabus noxiam, declinare, indefinenter ab Apostolicis meæ humilitatis prædecessoribus exhortati atque cōmoniti, vsque hætenus distulerunt, ipse nouerit, quod delati contemptu in diuino Christi examine satisfaciet apud iudicem omnium, qui in cælis est, cui & nos ipsi pro suscepto veræ prædicationis ministerio vel præsumptione Christianæ religioni contraria, dum ad iudicandum aduenerit, reddituri sumus rationem nobisq; (quod suppliciter exoro) liceat Apostolicam atque Euangelicam recte fidei regulam, vt ab exordio percepimus, inconcussè & liberè cū simplici puritate integram, atque illibatam seruare.

RESUMPTIO SYNODICÆ  
SUGGESTIONIS.

Epistola  
Agathonis  
& Romanæ  
Synodi. 125.  
Episcoporum,  
quæ iust ve-  
lut instructio  
legatorū qui  
missi sunt  
ad synodum  
sextam cele-  
brandam.



Illisimis dominis & serenissimis vicariis ac triumphatoribus dilectis filiis Dei, & domini nostri Iesu Christi, Constantino magno imperatori, Heraclio, & Tiberio Augustis Agatho episcopus seruus seruorum Dei, cum vniuersis synodis subiacentibus concilio Apostolicæ sedis. Omnium bonorum spes in esse prænosctur, dum imperiale fastigiū eius, à quo se coronatur, & hominibus præstiturum ad salubriter gubernandum cognoscit, veram de eo confessionem, quæ sola præ omnibus muneribus delectatur, inquirat fideliter, & viuaciter amplecti desiderat. Et hoc Deo præstantissimū munus est, à quo procedit omne quod bonū est, ad quem redigitur, quod de eius maiestate præceptum est, cuius spiritu perstruente in mentis arcanis, & conualescente spiritali flagrantia, piæ intentionis radij circumquaque perlustrant, & suauitatis odor de sacrificio cordis ascēdit ad dominum, qui tali munere complacatur. Vnde & in terrestribus felicitatem donet, & gētes subiugat vniuersas, quas ad veræ de se cognitionis confessionem aspicat, quas subiectas Christiano imperio de potestate liberet tenebrarum, vt felices faciat humiliatos, quos infelicitate exultari ad eorum deiectionem permiserat. Quia verò piissime atque fortissime principum Auguste, vestra pietatis cum laude admiramur Deo dignū propositū, quod circa Apostolicam nostram fidē habere dignamini, Deo secretius satisfaciente non verbis fluentibus, nec loquacitate fallaci, sed diuina sua gratia cōmonente, omnique ambiguitate sublata, desideratis cognoscere, quæ veritas orthodoxæ, atque Apostolicæ fidei cōtineat. Omnes nos exigui ecclesiarum præfules, vestri Christiani imperij famuli, in septētrionalibus, vel occidentis partibus constituti, licet parui & simplices sciētia, fide tamen per Dei gratiam stabiles, pro his quæ per diualem Sacram perceptā cognouimus, conregnanti ac dispensanti vobiscū conditori, & dispensatori omnium Deo exhilarati, pro huiusmodi pio proposito cum intimis cordis fletibus gratias reddere cœpimus, quod tam laudabile, tam mirificum, tam saluberrimum, tam singulariter

Deo præ omnibus terrenis sacrificiis acceptabile, tranquillitas vestra opus creditur concupisse, quod multis quidē pietate & iustitia præditis regibus desideratum, paucissimis tamen rarōque ad effectum Deo placitū, cum synceritate Apostolicæ fidei perducibile demonstratū est. Et post pauca subdit.

Cum in nostris regionibus diuersarum gentium quotidie astuat furor nunc confligendo, nunc discurrendo, ac rapiendo. Vnde tota vita nostra solitudinibus plena est, quos gentium manus circūdat, & de labore corporis victus est, eo quod pristina ecclesiarum sustentatio, paulatim per diuersas calamitates, deficiendo succubuit. Et sola est nostra substantia fides nostra: cū qua nobis viuere, summa est gloria: pro qua mori, lucrum æternum est. Hæc est perfecta nostra scientia, vt terminus catholica, atque Apostolicæ fidei, quos vsque hætenus Apostolica sedes nobiscum & tenet, & tradit, tota mētis custodia conseruemus, credentes in Deum patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium, & in filium eius vnigenitum, qui ante omnia secula ex eo natus est, verum Deum de Deo vero, lumen de lumine, natum non factum, consubstantialem patri, id est, eiusdem cū patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, & quæ in terra, & in spiritu sanctum dominū, & viuificantem, ex patre. *Hunc locum deprauatum fuisse in quaestione Iulianus Cardinalis in ea disputatione quam habuit contra Græcos in cōcilio Florentino & sublata esse perbitulam: filioque. Nec credendum est Latinos voluisse distulare ac tacere, rem tanti momenti negotio exigente in fidei professione.]* procedentem, cum patre & filio coadorandum, & conglorificandum, Trinitatem in vnitatem, & vnitatem in Trinitate, vnitatem quidem essentis, Trinitatem verò personarum, siue substantiarum, Deum patrem confitentes, Deum filium, Deum spiritum sanctum, non tres deos, sed vnum Deum, patrem & filium & spiritum sanctum, nō trium nominum substantiam, sed trium substantiarum vnam substantiam, quorum vna essentia siue substantia, vel natura, id est, vna deitas, vna eternitas, vna potestas, vnum imperium, vna gloria, vna adoratio, vna essentialis eiusdem sanctæ & inseparabilis Trinitatis voluntas & operatio, quæ omnia condidit dispensat, & continet. *Deinde paulo post subiungit.*

Vnum quippe eundemque dominum nostrū Iesum Christum filium Dei vnigenitum ex duabus, & in duabus substantiis inconfuse, incommutabiliter, indiuisè, inseparabiliter subsistere cognoscimus, nusquā sublata differentia naturarū propter vnitatem, sed potius salua proprietate vtriusque naturæ in vna personam, vna substantiam concurrentem, non in dualitatem personarū dispersitū vel diuisum, neque in vnam cōpositam naturam cōfusedum: sed vnum eundemque, filium vnigenitū, Deum verbum dominū nostrum Iesum Christum: neque alium in alio, neque aliū & alium, sed eundē ipsum in duabus naturis, id est, in deitate, & humanitate. Et post substantiale aduentionem cognoscimus, quia neque verbū in carnis naturā conuersum est, neque caro in verbi naturam transformata est: permansit enim vtrumque; quod naturaliter erat: differentiam quippe aduentionem in eo naturarum sola contemplatione discernimus, ex quibus inconfuse, inseparabiliter, & incommutabiliter est compositus. &c. *Hic citatur Leonis papa epistola. 10. cap. 4. Postea addit.*

Hoc

Hoc enim credimus, quod per traditionem Apostolicam accepimus, cuius auctoritatem in omnibus sequimur: à qua institutos hoc ipsum nostræ humilitatis prædecessores cognouimus quem & vsque ad finem seruari nobis siue per vitam, siue per mortem optamus.

Actio quinta.

In hac actione cōmonuit Imperator Macarium, & socios, vt proferrent testimonia sanctorum patrum demonstrantia vnam voluntatem, & vnam operationem in domino nostro Iesu Christo, sicut dudū promiserant, & protulerunt duos codices, quorum prior in superscriptione ita continebat.

Testimonia sanctorum patrum, vnam domini nostri Iesu Christi voluntatem docentia, quæ est etiam patris, & spiritus sancti. Quibus lectis absoluta est iussu principis actio quinta.

Actio sexta.

In actione hac rursus commonitus est Macarius cum sociis si haberet alia testimonia de vna voluntate, & operatione domini nostri Iesu Christi, quæ proferret in concilio. At ille protulit & alium codicem, qui in superscriptione continebat sic.

Sequentia testimoniorum de voluntate.

Et lectus est coram concilio. Quo lecto, Constantinus imperator dixit. Si vult pars aliquid proferre ad stabilitatem eorū, quæ ab eo promissa sunt, ediferat: & cum nihil amplius adderent, Imperator iussit sigillari tres codices, prolatos à Macario Archiepiscopo Antiocheno, tam per iudices, quàm à parte sedis Apostolicæ antiquæ Romæ, & ex parte sedis Cōstantinopolitanæ, & sigillati sunt, vicarij apostolicæ sedis Romanæ, & qui cum eis erant episcopi & clerici, & monachi dixerunt. Piissime domine, adhuc aliquid de vna voluntate, & vna operatione non ostenderunt Macarius Deo amabilis archiepiscopus, & eius socij per testimonia ab eis prolata, sed & ipsa, quæ protulerunt detruncauerunt, & quæ ad Trinitatis quidem attinent rationem de vna voluntate, pro incarnationis dispensatione domini nostri Iesu Christi protulerunt. Quæ verò conueniunt, & quæ proprie pro huiusmodi incarnationis dispensatione posita sunt, tam sensum quàm verba detruncauerunt. Vnde petimus vestram piissimam fortitudinem authenticos codices proferri ex venerabili patriarcho huius regie ciuitatis, & conferri cum codicibus ab eis oblatis &c. Piissimus imperator præcepit, vt in sequenti actione fieret.

Actio septima.

Commoniti sunt vicarij sanctissimi Agathonis papæ vrbis Romæ, vt proferrent testimonia prædicantia duas voluntates naturales, & duas operationes etiam naturales in dispensatione incarnationis domini nostri Iesu Christi, & prophanorum hæreticorum similiter testimonia, manifestantia vnam voluntatem, & vnam operationem. Et protulerunt codicem supra scriptum ita.

Testimonia sanctorum ac probabilium patrum demonstrantia duas voluntates, & duas operationes in domino Deo & saluatore nostro Iesu Christo. Quæ Stephanus monachus relegit ab initio vsque ad finem, tam sanctorum ac probabilium testimonium, quàmque prophanorum hæreticorum. Et absoluta est actio septima.

Actio octaua.

Et residentibus gloriosis patriciis & consulis, & omnibus venerabilibus & Deo amabilibus episcopis ex ordine in eodem secretario Trulli, propositis in medio sacrosanctis Euangelii, Paulus magnificus à secretis & imperialis secretarius, dixit: In memoria retinet à Deo firmata vestra fortitudo, quod per propriam supplicationem in antecedenti conuentu ad exemplaria duarum suggestionum directarum ad Deo firmatam vestram strenuitatē, ab Agathone sanctissimo ac beatissimo papa antiquæ Romæ, & quod circa eum est concilij, Georgius sanctissimus archiepiscopus huius à Deo conseruandæ regie vrbis, & Macarius sanctissimus archiepiscopus Antiochiæ, & qui cum eis sunt venerabiles episcopi, promiserunt, has relegētes, in subsequenti competens dare responsum & suggerimus ad quod placuerit. Piissimus imperator Constantinus dixit: Edicat Georgius sanctissimus archiepiscopus huius à Deo cōseruandæ nostræ ciuitatis, & Macarius venerabilis Archiepiscopus Antiochiæ & ei subiacens synodus, si conuenit eis sensus suggestionum directarū ab Agathone sanctissimo papa Romæ & eius synodo. Georgius sanctissimus archiepiscopus Cōstantinopoleos dixit: Inspiciens, pie domine, omnem virtutem suggestionum directarū ad piissimam vestram fortitudinem tam ab Agathone sanctissimo papa Romæ, quam ab eius synodo, & scrutans sanctorum ac probabilium patrum, qui repositi sunt in venerabili patriarcho, inueni cuncta testimonia sanctorum ac probabilium patrum, quæ in eisdem suggestionibus continentur, consonantia & in nullo discrepantia à sanctis ac probabilibus patribus, & cōsentio eis, & sic profiteor, & credo. Theodorus Deo amabilis episcopus Ephesi dixit: Ita domine profiteor & sic credo, quemadmodum habet suggestiones sanctissimi papæ antiquæ Romæ Agathonis, id est, duas naturas, & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes in vno sanctæ Trinitatis domino nostro Iesu Christo vero Deo nostro, &c. *Eodem modo omnes patres in concilio probauerunt & admiserunt epistolam papæ Agathonis.* Et surgentes ceteri omnes Deo amabiles episcopi qui sub sedem Cōstantinopolitanam fuerant, exclamauerunt, dicentes: Et nos, piissime domine, notionem accipientes suggestionis directæ ad mansuetissimam vestram fortitudinem ab Agathone sanctissimo ac beatissimo papa antiquæ Romæ, & alterius suggestionis, quæ facta est à subiacente ei concilio, & sequentes sensum qui in ea continetur, sic sapimus & profiteor, & credimus in vno domino nostro Iesu Christo, vero Deo nostro duas naturas inconfuse, inconuertibiliter, indiuisè, & duas naturales voluntates, & duas operationes naturales, & omnes qui docuerunt & dicunt vnam voluntatem, & vnam operationem in duabus naturis vnius domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri, anathematizamus. Sancta synodus dixit: Si placet pietati vestræ, Theodorus Deo amabilis episcopus Meletinū vna cum ab eodem memoratis personis, id est, Petro Deo amabili Episcopo Nicomedie, Salomone episcopo clauis, & Antonio Episcopo hypetorū, Georgio diacono & chartophylace sancte huius magnæ ecclesie, Anastasio diacono & notario & defensore nauium, Stephano diacono & cancellario, Dionysio diacono & cancellario, Anathasio presbytero & monacho,

K Geor.



Georgio monacho qui est cum Macario venerabili archiepiscopo Antiochiæ, & Stephano presbytero & monacho eiusdem Macarii discipulo, surgens in medio consistat, & indubitanter quod ei videtur, vnà cum eis respondeat. Piiſſimus imperator Constantinus dixit: Quod consideratum est à sancta synodo, fiat. Et surgentes prædicti episcopi atque clerici, & in medio stantes, sine Stephano discipulo Macarii venerabilis archiepiscopi Antiochiæ, dixerunt: Mētitus est hic aduersus vos Theodorus episcopus Meletinus, neque enim agnoscentibus nobis facta est chartula, quæ porrecta est ab eo domino nostro piiſſimo, sed & parati sumus nostram orthodoxam fidem confiteri. Piiſſimus imperator Constantinus & sancta synodus dixerunt: Quoniam quidem suspicio nobis data est circa vos occasione porrectæ chartulæ à Theodoro Deo amabili Episcopo Meletino, non aliter nobis satisfacitis, nisi vtique in scripto libellos fidei vestræ in subsequenti adduxeritis, vt debeât coram sancta & immaculata Dei eloquia eis afferri. Georgius sanctiſſimus Archiepiscopus Constantinopoleos accedens ad piiſſimum imperatorē Constantinum, dixit: A Deo coronate domine, iubeto mitti in diptychis sanctarum ecclesiarum nomen sanctæ memoriæ Vitaliani papæ Romæ, eo quod propter tarditatem iussorum apocrifiorum à sanctiſſimo papa eiusdem antiquæ Romæ petitionem tunc dedisse ad mansuetiſſimam vestram fortitudinem tam partem sanctæ mei ecclesiæ & Macarium venerabilem Archiepiscopum Antiochiæ, eosque qui illo tempore aduenerant in hanc à Deo seruata vestram ciuitatem Deo amabiles episcopos, vt prædictus sanctæ memoriæ Vitalianus eiiceretur de sanctis diptychis, & restitui nobis huiusmodi petitionem, statim enim inueniet à Deo instructa vestra tranquillitas communicantes ecclesiæ catholicæ, siue qui seipſos separant ab eo propter personam Constantinus piiſſimus imperator dixit: Quod postulat est à sanctiſſimo Georgio patriarcha huius à Deo seruata nostræ regiæ ciuitatis, fiat. Sancta synodus exclamauit Constant. magno imperatori multis annos. *sequuntur præcationes imperatori, dictæ quibus conferunt illum cæteris imperatoribus, qui curarunt celebrari quinque synodos œcumenicas. Postea sequitur.*

Sancta synodus dixit: Si videtur piiſſimo domino, edicat Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochiæ, quomodo credit in vno sanctæ trinitatis domino nostro IESV CHRISTO, vero Deo nostro, & si confitetur in eo duas naturales voluntates & duas operationes naturales inconfuse & indiuisibiliter, & si sequitur suggestiones directas ad à DEO instructam vestram fortitudinem à patre pietatis vestræ Agathone sanctiſſimo papa antiquæ Romæ, & si consequitur paterna testimonia, quæ in eis continentur. Constantinus piiſſimus imperator dixit: audiens Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochiæ, quæ ab hac sancta & vniuersali synodo dicta sunt, quod ei videtur, respondeat. Macarius venerabilis archiepiscopus Antiochiæ dixit: Non dico duas voluntates, aut duas operationes in incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi, sed vnam voluntatem & deiuirilem operationem. Sancta synodus dixit. Postquam non consentit virtuti directarum orthodoxarum suggestionum ab Agathone sanctiſſimo papa Romano Macarius venerabilis, quæ iam & coram vestra

pietate relectæ sunt, quibus & omnes consentientes grate suscepimus, præuidimus hunc de fede sua surgere vt debeat respondere. Et surrexit Macrobius Deo amabilis Episcopus Seleuciæ, vna cum Eulalio episcopo, & cætera. *Hi & alij multi Episcopi, eadem Epistolam Agathonis probarunt. Postea sequitur.*

Constantinus piiſſimus imperator dixit: De dispensatione domini nostri Iesu Christi, vnius sanctæ Trinitatis Dei verbi, quomodo sentis? Macarius venerabilis Archiepiscopus dixit: Confiteor dominum Iesum Christum vnum sanctæ Trinitatis esse & post incarnationem in duabus perfectis naturis inconfuse & indiuisse in vna persona, & vna subsistentia, nusquam naturarum differentia percepta propter vnitionem sed saluata potius proprietate vtriusque naturæ & in vnam personam, atque vnam subsistentiam concurrente. Quoniam vero alteram personam, & post humanitatem vnius sanctæ Trinitatis non assumpsit, propter hoc nec aliquid peccati dicimus eum assumere quia absque carnalibus voluntatibus & cogitationibus hominis in imagine nouitatis confitemur vnum dominum nostrum Iesum Christum. Qui enim vnam voluntatem habens, est ad susceptionem harum omnium passionum idoneus, vnam eandemque habuit virtutem ad tolerantiam horum omnium, secundum sanctum & acceptabilem Augustinum. De hoc enim & confessionem, fidei iam pridem exposuimus & consentimus tam sanctis quinque synodis, quàmque Honorio à Deo condito, Sergio, & Paulo, atque Petro, & reliquis, quorum mentionem & in his quæ Domino porreximus, testimoniis fecimus, confitentes vnam voluntatem subsistentialem in vno domino nostro Iesu Christo, & deiuirilem eius operationem. Nec enim quæ diuina sunt, secundum Deum, neque quæ humana sunt, secundum hominem, sed humanam & Dei quandam virilem operationem in conuersatione demonstrasse, confitemur secundum sanctum Dionysium. Constantinus piiſſimus imperator dixit: Confessio cuius mentio facta est, quod data sit à nobis à Macario Archiepiscopo Antiochiæ propria eius fidei lectione pandatur. Et prolata est: Post aliquam in eius confessione continentur, subdit articulum de spiritu sancto in hunc modum. Et in spiritum sanctum ex patre procedentem, & per filium manifestatum videlicet hominibus, vitam viuificantem, causam immortalem, sanctitatem totius, sanctificationis largitatem Trinitatis, perfectam gloriam, & imperio & consilio non diuisam vnam deitatem & dominationem: longa itaque confessione agit de fidelis articulis, admittitque quinque synodos œcumenicas ante celebratas, & hereticos in eis condemnatos reprobatur, & ignorantem Theodotium, Origenem, Dydimum & Euagrium, & Theodorum Mopsuestiæ Episcopum & scripta Theodoretii impia contra Cyrilli duodecim capita & Epistolam quæ dicitur ab Iba ad Marim Persam scriptam: damnat etiam omnes quos Honorius, Sergius & Cyrus, & reliqui ecclesiarum doctores damnauerunt. Addit etiam encomia & præcationes Imperatoris. Tandem subdit subscriptionem in hunc modum. Macarius misericordia Dei Episcopus Theopoleos, dictans omnem supradictum orthodoxæ textum iuxta editiones sanctarum & vniuersalium quinque synodorum, & san-

ctorum ac probatorum patrum, qui à me nominati sunt positi, qui explanauerunt iuxta præfixam virtutem, vnam voluntatem in vno domino IESV CHRISTO Deo nostro. & Deiuirilem eius demonstrarunt vobis operationem: Et quia impium sit dicere, in eodem CHRISTO Deo nostro duas voluntates, consentiens atque confessus, atque ita sentiens & docens, speransque, assistere terribili Dei tribunali cum hac in ea orthodoxa fide.

Constantinus piiſſimus imperator & sancta synodus dixerunt: Per tenorem oblata confessionis à Macario Deo amabili Archiepiscopo Antiochiæ, fidei eius agnitionem accepimus. Edicat autem idē Deo amabilis Macarius, si consentit testimoniis ab eo prolatis & porrectis. Macarius sanctiſſimus archiepiscopus dixit: Vtique domine. Constantinus piiſſimus imperator & sancta synodus dixerunt: Prosequatur idem Deo amabilis Macarius, si confitetur duas naturales voluntates, & duas operationes in incarnationis dispensatione Dei nostri. Macarius venerabilis Archiepiscopus dixit: Non dico duas naturales voluntates, aut duas operationes naturales in incarnationis dispensatione domini nostri Iesu CHRISTI, nec si membratim incidar, & mittar in mare. Constantinus piiſſimus imperator & sancta synodus dixerunt: Ex codicibus nunc prolatis, & recognitis à Macario venerabili Archiepiscopo Antiochiæ, primus ex eis codicillus lectione pandatur, ad collationem authenticorum librorum sanctorum ac probabilium patrum, qui reconditi sunt in venerabili patriarchio, iuxta quod dudum postulata sunt à parte Apostolicæ sedis sanctiſſimi papæ Romani Agathonis. Georgius Deo amabilis diaconus, & chartophylax huius magnæ Dei ecclesiæ, proferat huiusmodi codices sanctorum ac probabilium patrum de venerabili patriarchio. Et prolatis sunt. Et accipiens per iussione piiſſimi nostri principis Constantini Petrus gloriosus excelsus librum sancti Athanasij, contulit cum huiusmodi primo codicillo, deferente eundem codicillum Diogene magnifico à secretis & imperiali secretario, quem & relegit continentem in verbis hoc modo: Sancti Athanasij ex secundo sermone aduersus Apollinarem: certum nanque est, quod præexistens Deus verbum, ante carnis aduentum non erat homo, sed Deus erat apud Deum, inuisibilis atque impassibilis. Neque igitur CHRISTI nomē absque carne defertur, quia sequitur nomē passio & mors, Luca quidem scribente. Si passibilis Christus, primus ex resurrectione mortuorum. Paulo vero dicente, Pascha nostrum immolatus est Christus. Et quia homo Iesus Christus, qui dedit semetipsum pro nobis, non quia non est Deus, sed quia & homo est CHRISTVS, propterea memor esto IESVM Christum resurrexisse à mortuis ex semine David. Propter hoc scriptura vtrorumque nominum facit introductionem in ostensionem substantiæ: inuisibiliter quidem Deum intelligēdo & vere existentē, visibiliter autem hominē palpando, & vere existentem non in diuisione personarum aut intelligentiarum, sed naturali natiuitate & indissolubili vnitate, vt in ipso certa existente passione, verus idem atque impassibilis veraciter intelligatur. Sunt autē, & que intercisa sunt à Macario & Stephano, & ante & post testimonia hæc. Sed dicis: Quia si omnia suscepimodis omnibus, & humanas habuit cogitationes.

Impossibile autē est in cogitationibus hominis peccatum nō esse. Et quomodo erit absque peccato Christus? Dicite igitur: Si cogitationū peccabilium conditor est Deus, deputandū est Deo propriū officiū. Venit enim assumere facturā suam. Sed iniustū erit iterum iudiciū condemnans peccatorē. Si enim peccabiles cogitationes condidit dominus, quomodo condemnat peccantem? Et quomodo erit possibile arbitrarit à Deo tale iudiciū fieri? Si autē & Adam subiacebat talibus cogitationibus antequam inobediens fieret Dei mādato, & quomodo ignorabat bonū & malum? Rationalis quippe erat natura liberrima à talibus cogitationibus, experientiā mali nesciens, tantummodo bonū sciens, & quidē vniformis fuerat: non obediens autē mandato Dei, succubuit talib⁹ cogitationibus, nō quia Deus creauit captiuates has cogitationes, sed diabol⁹ per deceptionē superimponens hominis rationali naturæ, quæ in præuaricatione facta est, & repulsa est à Deo, ac per hoc etiam diabolū legē peccati in natura hominis posuisse, & mortē regnauisse per opus peccati. Ideo igitur venit filius, Deus soluat opera diaboli. Sed dicitis, quia soluit nō peccādo. Sed nō est hæc solutio peccati. Nec enim in illo à principio operat⁹ est diabolus peccatū, vt veniēte eo in mundū, & nō peccāte, soluatur peccatū, sed in rationali & intellectuāli natura hominis à principio operatus est peccatū diabolus, propter hoc impossibile factū est naturæ rationali existēti, & spōte peccati, sub cōdēnationeque mortis factæ, ipsam corrigere ad libertatem, vt ait Apost. Nā quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnē, propter hoc venit filius dei, hæc in propriā naturā disponere ex nouo principio & naturitate mirabili nō vt illū, qui à principio stat⁹ erat refecaret, sed superfeminatū cōtemptrū cōtempnere, sicut testatur propheta, dicēs: Antequā sciat puer bonū aut malū, improbat malū, vt eligat bonū. Si autē nō in natura peccatrice impecabilis visus est, quomodo condemnatū est peccatū in carne, neque carne efficaciam habēte neque deitate peccatū sciēte? Quomodo autē & Apost. dicit. Vbi abūdauit peccatū, superabūdauit & gratia, nō locū describēs, sed naturā supponēs: Vt quæadmodū, inquit, per vnū hominē peccatū intrauit in mūdū, & per peccatū mors, ita & per vnū hoīem Iesum Christū gratia regnaret per iustificationē in vitā æternā, vt per quam naturā progressio peccati facta est, per hæc & ostēdit iustificationis fieret, & ita soluerētur opera diaboli, liberata hoīs natura à peccato, & glorificetur de⁹. Dū igitur cōferretur talis liber, & præmitterētur quædā ante & post in medio eiusdē testimonij, Constant. piiſſimus imperator & sancta synodus dixerunt: Edicat Deo amabilis Macarius archiepiscopus, vt quid hæc quæ necessaria sunt, circumrecidit de testimonio sancti & probabilis patris? Macarius sanctiſſimus archiepiscopus dixit: Ego testimonia quæ deflorauī, secundum proprium intentum deflorauī. Et dum adhuc relegeret post detractionem idem testimonium, quod deflorauerant Macarius & Stephanus, habens in superscriptione. Et post aliqua, quod iam in verbis etiam astruebat hoc modo, propterea in deitate verbi apparens forma serui, non necessitati subiecta natura atque virtute, inculpabilitatem ostendit, dissoluens ius necessitatis & peccati legem, atque captiuitatis tyrannum captiuū dicens, sicut ait propheta: Ascendens in altum, captiuam

Roma. 8. 1

Esa. 8. a

Roma. 5. db

Psal. 67.

ptiuam duxit captiuitatem. Formam enim serui aduersus inimicum proferens verbum, victoriam fecit per illud, quod aliquando victum est. Propterea & omnem tentationem expleuit Iesus, quia & omnia assumpsit, quæ tentationis experimentum habuerunt, per quæ pro nobis victoriam fecit, dicens: Confidite, ego vici mundum. Nec enim aduersus deitatem assumpsit diabolus prælium, quam nesciit, quia nec audebat: propterea dicebat. Si tu es filius Dei: sed aduersus hominem, quem olim decipere valuit & ex illo in omnes homines extēdit suæ malitiæ operationem. Cum itaque anima Adæ in condemnatione mortis detineretur, & exclamaret ad dominum proprium semper, sed & hī, qui placuerunt Deo, & iustificati sunt in naturali lege, vna cū Adam detinerentur, conlugentibus & conclamantibus, miseris Deus hominis quem fecit, bene placitum ei fuit, per sacramentum manifestationis nouitatis salutem operari in genere humano, vt destrueret quidē inimicum, qui per inuidiam deceperat, sublimatum, ineffabiliter autem ostenderet hominem per vnitionem altissimi, & communionem naturæ ex veritate. Propterea venit verbū, qui Deus est, primique hominis conditor, vt fieret homo, ad viuificationem quidem hominis, destructionem vero inuicti inimici, & natus est de muliere, ex prima formatione formam hominis sibi ipsi resuscitans in ostensione carnis, absque carnalibus voluntatibus, & cogitationibus humanis in imagine nouitatis. Nam voluntas solius deitatis, quia & natura tota verbi in ostensione formæ ipsius humanæ carnis, quæ visa est secundi Adæ, non in diuisione personarum, sed in substantia vna, par ei deitatis & humanitatis: propterea ergo accedebat diabolus ad Iesum tanquam ad hominem, & non inueniens in eo veritatis, nec suæ rationis indicium, neque ad præsens aggressions profectum, vincebatur confusus: & victus ac fatigatus, dicebat: Quis est hic, qui venit ex Edom: id est, ex hominis terra incedens cum potentia. Propter quod & CHRISTVS dicebat: Venit princeps huius mundi, & in me inuenit nihil. Sancta synodus dixit: Ecce benignissime domine, & hoc testimonium abscedit. Nam quæ post testimonia per iusionem vestræ fortitudinis relegantur, ostendūt deflorationem eius obumbrata. Et relecta sunt sequentia testimonia, quæ abscessa sunt à Macario & Stephano & præsentem testimonio, dum quando & carnem & animam, & totum primum secundū factum inuenit Adam. Si enim de substantia hominis erat ipsum nihil, quomodo ipsum corpus repertum est, quod videbatur? dicitis nihil, sed non inuenit in ipso, quæ ipse operatus est in primo Adam, & ita destructum est peccatum in Christo. Propterea & scriptura testatur: Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quomodo ergo dicitis, & impudenter asseritis, quia impossibile est captiuabilem fieri, qui semel captus est homo? Vt impossibilitatem quidem (quod omnino à ratione discrepat) Deo applicetis, possibilitatem autem diabolo, in destructum eius dicentes peccatum in natura hominū (sicut & cæteri hæretici) & ideo aduenisse deitatem, quæ non captiuatur in similitudine carnis & anime vt ipsa captiuabilis maneat, & sic appareat munda iustitia: quando enim non fuit munda deitatis iustitia: & ex his quod est hominibus beneficium, nisi in eadē substantia & naturæ innouatione appareat do-

minus (sicut ait Apostolus) quam innouauit nobis viam nouam & viuentem, dicens: Ego sum via, veritas & vita. Sancta synodus dixit: Ecce & hoc testimonium sancti patris premissi. Non congruit orthodoxis, ita circumtruncatas sanctorum patrum voces deflorare, hæreticorum potius propriū hoc est, Macarius venerabilis archiepiscopus dixit: Etiā dixi, quia quærens stabilire intentionem meam, hoc modo deflorauit. Sancta synodus exclamauit: Hæreticum seipsum manifeste demonstrauit. Nouo Dioscoro anathema huiusmodi deponatur. Nouū Dioscorū foras mitte, Nouo Apollinario malos annos, Merito ab episcopatu alienetur. Nudetur circumposito ei pallio. Et denudato eo, atque in medio astante, vna cum Stephano eius discipulo. Theophanes venerabilis presbyter, & abbas monasterij Baias, interrogauit eisdem Macariū & Stephanum: Habuit humanam voluntatem dominus noster Iesus, & im-peccabilem? Macarius & Stephanus dixerunt: Nos voluntatem humanam in Christo non dicimus, diuinā vero etiam absque carnalibus voluntatibus & cogitationibus humanis, sicut prolaturum à nobis testimonium sancti Athanasij cōtinet. Voluntas enim deitatis tantum Theophanes Deo amabilis presbyter & abbas, dixit: Et quomodo intelligitis carnales voluntates, & cogitationes humanas? Macarius & Stephanus dixerunt: Voluntates carnales & cogitationes humanæ, hominum similiū nobis sunt, Christus vero nihil eorū habuit. Theophanes Deo amabilis presbyter & abbas, dixit. Si testimonium quod detruncastis, in integro posuissetis, inueniebatur, quæ carnales voluntates & humanas cogitationes, culpabiles & voluptuosas accepit sanctus pater Athanasius, quæ ex seminatione diabolica illatae sunt humanæ naturæ, sicut idem sanctissimus pater superius asserit. Nam & ego dico non habuisse dominum nostrum Iesum Christum verbum Deum nostrum et superationem voluntatem carnalem, aut peccabiles cogitationes, Absit: Sed naturalem voluntatem, quæ ipse Deus creans Adam, ei indidit. Et hoc autē ipse interrogo vos: Habuit & animam rationabilem ipse Adam. Macarius & Stephanus dixerunt: Etiā. Theophanes Deo amabilis presbyter & abbas dixit: Naturalem habuit voluntatem, Stephanus religiosus monachus dixit, *προκατακλιθὲν καὶ αὐτὸν κλονισθὲν*, quod est arbitrale & liberum. F tenim ante præuicationē diuinam habuit voluntatem, & conuoluntarius erat Deo. Domitius Deo amabilis episcopus Prusades dixit: Vbi ita vanitas tua blasphemæ? Si conuoluntarius erat Adam Deo, ergo & cōcreator. Theodorus & Georgius Deo amabiles presbyteri, & Ioannes Deo amabilis diaconus, locum præsentantes Agathonis sanctissimi papæ Apostolicæ sedis antiquæ Romæ & qui ex persona eius fuerunt concilij Deo amabiles episcopi, dixerunt: Si Adam ante præuicationem diuinam habuit voluntatem, ergo & consubstantialis fuit Deo, & inconuersabilis ac viuificatrix fuit voluntas Adæ. Et quomodo mutatus, transgressus est mādaturum, & morti succubuit? Qui enim conuoluntarius est, vtrique & consubstantialis est. An ignoras sanctum Cyrillum clamantem, sicut est consubstantialis, ita & conuoluntarius proprio genitor? Vnius enim essentiæ vna vtrique est voluntas. Tandem productæ sunt multa auctoritates, ad confirmandas duas in Christo voluntates, quas breuitati studentes, in cōpendium contraximus.

Dio-

Dionysius Areopagita libro secundo de diuinis nominibus, Discreta (inquit) est benignissima Dei circa nos operatio & c. Eadem auctoritas citatur in epistola Agathonis papæ.

Athanasius secundo sermone contra Apollinarem. Christi nomē (inquit) diuinitatem inuisibilem & impassibilem importans absque humanitate (quæ consequuntur mors & passio) non intelligitur.

Gregorius Nycenus lib. 2. aduersus Eunomium, multis sermonibus duas in Christo voluntates ostendit. Eadem auctoritas citatur in epistola Agathonis papæ.

Augustinus. 5. libr. aduersus Iulianum Pelagianistā, dicit voluntatem motum esse naturæ & c. Quæ auctoritas in epistola Agathonis similiter narratur.

Cyrillus libro de thesauris, vnus essentia vna est voluntas, atque in Christo duæ essentiæ, & c.

Ambrosius ad Gratianū imperatorem, Christus, inquit, in veritate carnis ostendendo in effectu Deo patri coræqualem ostendit vt diceret, non quod ego volo, sed quod tu.

Chrysostomus in illud Matthæi, præter si possibile est transeat à me calix iste: multis rationibus, duas voluntates in Christo ostendit.

Actio nona.

Residētibus gloriosissimis patriciis & cōsulibus, & omnibus venerabilibus episcopis secundū ordinē in secretario Trulli, propositis in medio sanctis Euangelis. Constantinus diaconus & primicerius notariarum Georgij archiepiscopi Cōstantinopoleos: dixit. Meminit à Deo instructum imperium vestrū, & sancta vniuersalis synodus quod externa die collata sunt cum libris venerabilis patriarchij, diuersa testimonia ex codicillo qui oblatus est à Macario & Stephano & interloquutio facta est, vt in subsequenti reliqua eiusdem libelli relegerentur. Assistent autem præ vobis Petrus episcopus Nicomediæ & c. episcopi & alij fautores & discipuli Macarij. Si videtur vestro imperio & vestræ sanctæ synodo, hos ingredi, & ad iussum imperatoris & sanctæ synodi ingressis, relecta sunt dudum gesta. Tunc imperator dixit. Proferatur liber testimoniorū, qui oblatus est à Macario & Stephano, vt reliqua relegantur & conferantur cum codicibus venerabilis patriarchij, quo prolato, Diogenes imperialis secretarius, relegit ita sancti Athanasij ex sermone de Trinitate de incarnatione. Et quādo dixit, Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti, ex persona nostra dicit: *Et post pascha*. Pater si possibile est transeat à me calix iste: verumtamen nō mea fiat voluntas, sed tua. Spiritus promptus, caro autem infirma, duas voluntates hic ostendit, vnam quidem humanam, alteram diuinam. Abscederant totum hoc. Factus quippe in similitudine hominum refugiebat passionem vt homo: Deus vero existens, qui est secundum diuinam essentiam impassibilis prompte suscipiebat passionem. Basilii episcopus Gortyne, dixit imperatori quamuis abscederent nihilominus non probarunt vnicam voluntatem in Christo, Stephanus discipulus Macarij citauit Gregorium Theologum secundo libro de filio Dei vt probaret vnam voluntatem Christi, illius enim velle nec contrarium est Deo, deificatum totū. Basil. Gortyne episcopus dixit: qualem voluntatem dicis deificatam: diuinam minime, de humana igitur intelligendum est, duas proinde voluntates esse in Christo fatearis oportet. Item relectum est ex eo-

dem codicillo alterum testimonium sancti Cyrilli de interpretatione Euangelij secundum Mattheum sermone duodecimo quod collatum est similiter cū libro carthaceo bibliothecæ huius venerabilis patriarchij, textu testimonij habentē sic: Ergo id non sicut ego volo, sed sicut tu, transformationem & transfignationem naturæ humanæ de exuperata formidine, in audaciam spiritalem bene nimis significat. Sunt autem & ante hoc testimonium, quæ callide prædictus Macarius & Stephanus non deflorauerunt, hoc modo: recusat itaque ipsum calicem, crucifigentes se, Dei amatores non esse tanquam pet hoc accusans: & subest quidem in eo fauor passionis propter humanitatem, compefcitur autem continuo virtutis inhabitantis verbi ac fortitudine. Cōsidera nanque quomodo ostendit quidem quod humanum est, ipsa recufatione: quod autem deitatis est inflexibile, effulsit statim. Ait enim ad patrem, qui in cælis est: Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Humanitas vero condécener, & hoc ait. Nam secundum quod Deus est, non extra est voluntatem patris: magis autem ipse est voluntas Dei & patris, sicut in sapientia & ipsum velle est patris, sapientia vero est filius. Sancta synodus dixit: Tu Stephane & tuus magister Macarius, nō ostendistis \* in incarnatione dispensatiue domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri, per codicillum à vobis oblatum, sed duas voluntates, in testimoniis in eodem codicillo positis inuenimus aperte, clamante Athanasio laudabili quamuis deterrata & obcelata sint, iuxta quod soliti estis, eadē testimonia, quæ peruerse interpretantes protulistis. Definui igitur, postquam aperte approbati estis ad subuersionem diuinorum dogmatum festinare & sanctorum ac probabilium patrum doctrinas corrumpere, & hæreticorum magis sensum assumere & quæque ab eis dogmatizata sunt sectari ad contagium orthodoxæ plebis ab omni vos sacerdotali dignitate & ministerio alienos existeret. Eos autem qui iam penitentiam egerunt, & superius nominatos tam episcopos quam clericos qui & nunc in medio assistent, & recte vna nobiscum confitentur, præuidimus quidem in propriis locis residere. Libellos autem, quos promiserunt, proprie eorum fidei cum iureiurando in subsequenti nobis offerent.

Discipuli Macarij promiserunt se oblaturos libellos qui continent auctoritates de vnica voluntate Christi.

Actio decima.

Rursus collata sunt testimonia aliquorum patrum, nempe Leonis papæ ex epistola secūda ad Leonem imperatorem. Christus (inquit) secundum formam serui nō venit facere voluntatem suam sed eius qui misit eum patris, cum quo, vt Deus, eandem habet voluntatem: & Ambrosij Mediolanen. episcopi ex secundo libro ad Gratianum Imperatorem, prolata à Macario, & Stephano cū codicibus authenticis ex patriarchio regiæ ciuitatis, collata & demonstratū est, id quod supra. Rursus idem demonstratum est ex testimoniis multis adductis Ioannes Chrysostomus super illud Ioannis. Nūc anima mea turbata est, Christus (inquit) humanam in se naturam mori nollentem ostendit, se extra humanas passiones non esse aperte declarans. Insuper sermone in Thomæ incredulitatem contra Arrianos, sub persona, DIVI Thomæ sic, inquit, Hæc audiens purgavi animam

K 3 meam

Ioan. 16. 8

Matth. 4. 4

Esa. 63. 4

Ioan. 14. d

Esa. 53. e

1. Petr. 2. d

1. Ioan. 3. d

Ioan. 14. d

deest vnica.

Depositio  
Macarij &  
Stephani,  
qui stephani  
nunc tunc esse  
est esse  
concilio.

meam perfidia, accepi corpus gaudens, & tremens expandi simul cum digitis etiam animæ oculum, & duas per hoc in Christo operationes sensi.

Cyrillus lib. 3. de dogmatibus aduersus Iulianum sermone 12 Calicis (inquit) recusatio, repugnantem in Christo humanam voluntatem indicat. Eum autem sponte pari apparet cum ad patrem dicit. Non mea voluntas fiat sed tua. Quod & confirmat tomo duodecimo. In illud Matthæi. Pater si possibile est transeat. &c.

Idem tomo quarto in Ioannem. Christus (inquit) sustinet inuoluntarium facit voluntarium, à propria quidem voluntate. Recedens eam autem quæ patris est implens.

Quibus accedit etiã quod libro octauo, ait. Christus vere & naturaliter homo ex muliere factus ea quæ hominis sunt præter peccatum habuit.

Insuper lib. de Thesauris sermone vigesimo quarto, ait. In eo quod dicit Christus, Pater si possibile est &c. Ostendit carnem suam sponte non perpeti, vt quæ naturaliter mortē abhorreat. Itaq; eã remittit vt Dei voluntatem inquirat dicens. Non quod ego volo &c.

Præterea eiusdem lib. ser. 32. Non est Dei & creaturæ vna operatio ne quod creatum est diuinam habeat potentiam vel quod diuinum ad infirmas creaturæ operationes deprimatur.

Item sermone quodam ad Theodosium imperato. Vtus est Christus carne propria ad naturales infirmitates. Anima verò ad humanas & inculpabiles ægritudines.

Athanasius libro quarto, cõtra Arianos. Si Christum (inquit) diuinum quid agentem vel loquentem videamus, cognoscamus quia Deus existēs hæc operatur: sin eum humane loqui vel pati viderimus non ignoremus quod carnem induens factus est homo.

Iustinus Philosophus & martyr. libro de expositione fidei. Sicut luminis operationem (inquit) nemo separabit à sensibili corpore, ratione tamē eam naturam agnosceret cuius est talis operatio, sic nullus Christi operationem ab vno Dei filio nemo separaturus est. Cuius tamen naturæ sit proprium quod agit, ratione facile agnosceret.

Iustinianus impera. contra Nestorianos & Acephalos. Omnes (inquit) sancti patres sicut passionē & impassibilitatem vnus & eiusdē esse nos docuerunt, sic & diuersas operationes in vno Christo cõfitendas esse voluerunt. Idem dogmatica ex isto. ad Zoilum patriarcham Alexandriæ pulchre admodū duas in Christo naturas, duplicēsque voluntates ostendit.

Epiphanius Cyri Episcopus sermone 60, contra Marcionitas, Christus (inquit) vt veram carnis substantiam ostenderet, sudorem emisit, & in agonia constitutus, humanam in se mentem, vnā cum corpore naturam efficientem, esse declarauit.

Euphenius Antiochiæ Episcopus libro de Satisfactione pro Chalcedonensi concilio, ex eo quod Christus humano gressu, diuina tamē virtute super aquas ambulauerit, in eo duplices tum operationes tum voluntates colligit.

Sequuntur autoritates quibus Macarius & Stephanus & reliqui Monothelitæ suam hæresim tuebantur, sed erant depromptæ ex hæreticis quorum nomina sunt hæc, In primis ex Themistio hæ-

retico tres sunt autoritates, quarum prima est ex secundo eius contradictorio antedero contra to-mum Theodosij quadragesimo primo cap. Sed non eiusdem duas scientias aut duas operationes afferimus, vna quippe est & cætera. Secunda, relectum est ex eodem codicillo testimonium Themistij hæreticæ ex primo eius antedero, id est, contradictorio cõtra to-mum Theodosij capitulo quinto cõtinens ita: Sancti quippe patres vnā absolute dixerunt CHRISTI esse operationem & non secundum &c. Tertia, relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ex antedero, id est, contradictorio capitulo trigesimo quarto continens ita: Vna itaque scientia in CHRISTO quemadmodū & operatio: &c. Deinde ex Anthimo hæretico cuius duę sunt autoritates quarum prior sic incipit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium Anthimi hæretici ex libro ad Iustinianum piissimum imperatorem, cuius initium est, Dei meminisse in omni causa bonum est, continens ita: Nos quippe prædicantes vnā naturam Dei verbi incarnatam, & cætera. Posterior verò ita se habet. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdē ex eodem libro, continens ita, congruentia autem his etiam, & cætera.

Ex Severo hæretico quatuor adsunt autoritates quarum prima quidem est: & relectum est ex eodem codicillo testimonium Seueri impij ex secunda Epistola ad Iconomum comitem, cuius initium est. Etiam nobis ex Deo inspirata scriptura, continens ita. Si igitur transformauit verbum eam, quam sibi secundum substantiam vniuit humanitatem &c.

Secunda autoritas: Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ex synodicalis literis ad Anthimum hæreticum, cuius initium. Quod ad tuam reuerentiam, continens ita: Diuine diuina signa operatus est, & humanas & diuinas voces effatus est, &c.

Tertia est autoritas. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ex synodicalis literis ad Anthimum hæreticum cuius initium. Quod ad tuam reuerentiam, continens ita: diuine diuina signa operatus est, & humanas & diuinas voces effatus est &c.

Quarta autoritas & postrema. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium eiusdem ad Theodosium continens ita: Istis proinde præfatus hominibus reprobis institutoribus, &c.

Ex Theodosio hæretico duę patent autoritates quarum prior sic incipit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium Theodosij hæreticæ, ex libro ad Theodoram Augustam, cuius initium mihi quidem videbatur, continens ita: vt iam & operatio vtriusque Deo decibilis vna sit &c.

Posterior autoritas sic incepta videtur. Item ex eodem codicillo testimonium eiusdem, continens ita: Ergo & nos vnā eandemque Deo decibilem sapientiam & cætera.

Ex Paulo hæretico vnica est autoritas quæ quidem sic incipit. Item relectum est ex eodem codicillo testimonium Pauli ex Epistola ad Iacobum, cuius initium Omnia mihi quæ vestræ sanctitatis sunt, continens ita: Et enodicam literam præ recordationis Ienonis ad peremptionem Chalcedon. concilij, &c. Ex Theodoro hæretico vna solū est autoritas quæ sic incipit. Itemque relectum est eodem

eodem codicillo testimonium Theodori hæretici ex dogmatica Epistola ad Paulum hæreticū (cuius initium, Cum quidem tempus,) cõtinens ita: & ad hæc omnia anathematizamus synodum Chalcedonensem, & to-mum Leonis & omnes qui dixerunt, vel dicunt in vno Christo duas naturas post ineffabilem vnionem aut in duabus naturis diffinites & non prædicantes vnā eius esse personam & vnā substantiam & vnā naturam Dei verbi incarnatam, & vnā eius operationem secundum Deū vrentium. &c. Et post aliquot hæreticorum sententias sequitur epistola episcoporum clericorum & monachorum.

Sanctæ & vniuersali Synodo, quæ per iussionem piissimi & à Deo decreti Domini nostri & magni victoris Imperatoris Constantini nunc conuenit in hac à Deo conseruanda regia vrbe imperiali secretario, quod cognominatur Trullus, libellus satisfactionis compositus & porrectus à me Petro indigno Episcopo Nicomedie Metropoleos prouincie Bithyniæ. Quoniam quidem exquisiuit vestrū à Deo inspiratum & honorabile concilium qualiter sentiam super recta & immaculata nostra Christianorum fide, & de incarnationis dispensatione magni Dei & saluatoris nostri IESU CHRISTI qui vnus est de sancta, & consubstantiali, & viuifica Trinitate, huius rei gratiam præsentem satisfactionem in scripto componens, offero sancto & vniuersali vestro concilio, continentur sicut inferius habetur: Credo in vnum Deum, patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ: visibilium omnium & inuisibilium, & in vnum Dominum IESUM CHRISTUM filium Dei vnigenitū qui ex patre natus est, ante omnia secula, lumen de lumine, Deum verū de Deo vero: natum, non factum: per quem omnia facta sunt. Et in spiritū sanctum dominum & viuificantem, ex patre procedentem: cum patre & filio coadorandum, &c.

Postea subdit multa concernentia fidei articulos, potissimum incarnationem. Tandem subiungit.

Quapropter & eiusdem duas natiuitates confiteor, tam quæ ante secula, ex Deo & patre secundum deitatem, quamque illam, quæ ex eadem sancta virgine & Dei genitrice Maria secundum carnem & recentem. Manens quippe quod erat, factus est insolubiliter quod non erat & ita vnā eius substantiam compositam adnuncio, neutra conuersa vel confusa propter vnionem naturarum, neque rursus sectionem admittente hac incognoscibili vnitione. Etenim vnitio quæ secundum compositionem atque secundum substantiam est & confusionem & diuisionem excludit, & seruat quidem vtriusque nature proprietatem, vnā verò personā Dei verbi etiam cum carne demonstrat. Vnde & duas eiusdem Domini IESU CHRISTI naturales voluntates & naturales operationes confiteor, secundum vigorem testimoniorum sanctorū ac probabilium patrum, quæ posita sunt in suggestione missa ad piissimum: & à Deo confirmatum nostrum Dominum & magnum victorem imperatorem, ab Agathone sanctissimo ac beatissimo papa antiquæ Romæ: & simpliciter in omnibus consentio, & permaneo in cunctis capitalis, quæ continentur tam in prædicta suggestione eiusdem sanctissimi viri, quamque in altera suggestione concilij quæ circa eum est.

Actio undecima.

Constantinus piissimus Imperator & sanctum concilium dixerunt, vt Georgius Apochrifarius loci seruatoris sedis Hierosolymorum produceret synodicam Sophronij, quondam Hierosolymorum Archiepiscopi. Quo libro producto in medium Agatho lector & notarius sanctissimi Archiepiscopi huius à Deo conseruandæ vrbs, eum legit, hæc, quæ sequuntur, continentem.

Domino in omnibus sanctissimo ac beatissimo fratri, & confacerdoti Sergio, Archiepiscopo & patriarchæ Constantinopoleos, Sophronius inutilis seruus sanctæ Christi Dei nostri ciuitatis. Papa beatissime quam mihi amabilis es, & multo quā pridem amabilior, ex quo die in curioso silentio in causam turbam decidi, & terrenis quibusdam fluctibus opprimor, papa Deo honorabilis, quam nūc suauius est mihi pusillitas, &c. Paulo post addit:

Quia verò quædam Apostolica, atque præfata traditio, in sanctis Dei per totum orbem ecclesie tenuit, vt qui ad pontificatum ducuntur, qui præ eis pontificatus regunt, omnia synceriter consulant, qualiter sapiant, & qualiter fidem detineant, quam Paulus eis sapientissimus nimis cautè contradidit, vt non cursus suos in vacuum peragant (inanis namque eis omnis cursus existeret, si in quolibet fides violaretur) ille quippe sacer, qui Dei voces audiuit, & cælum ipsum habuit magistrum, & paradisi contemplator pro tempore factus est, & verborum aliis hominibus ineffabilem fuit auditor, ne torperet (sicut ipse ait) perterrebat, ne forte cum aliis prædiceret Christi salutiferam prædicationē, ipse reprobis efficeretur. Vnde & in Hierosolymis ascendebat CHRISTI cœlestis discipulus, & diuinis, qui præerant, subiiciebatur discipulis, & Euangelicam, quam prædicabat doctrinam, innotescebat eis, qui alios putabantur præcedere: & ipsius eos faciebat doctrinæ participes, munimen sibi despondens eis, qui post eum fuerant ei susceperunt doctrinas, quibus formula cunctis probabilis factus est, qui eius sequi vellent vestigia. Huic proinde & nos consuetudini seruientes, & legem optimam arbitrati, omne quod olim decenter effectum est, maximè Apostolico roboratum instructo, qualiter de fide teneatur scribimus, & à Deo instructis vobis ad probandum dirigimus, ne forte terminos æternos transgredi, quod patres nostri posuerunt, æstimemus, non discernere tantum scientibus bæræthop incertis prouida dogmata, sed & redintegrare quæ minus sunt, propter perfectam in CHRISTO charitatem exactè potentibus, atque valentibus. Illa igitur dicturus aduenio, quæ ab initio in sancta & catholica ecclesia natus & nutritus perdidici, & à mollibus percepi vnguibus sapere, & prædicantibus vobis à Deo inspiratis haussit. Credo igitur beatè (secundum quod à principio credidi) in vnum Deum patrem omnipotentem sine principio penitus & sempiternum, omnium visibilium, atque inuisibilium factorem & cætera.

Postea subdit se credere Trinitatem substantiarum, & singularitatem essentia. Addit præterea.

Et neque vnum, quod extra vnum est, tria recipit, neque tria, secundum quod tria sunt vnum admittunt, quod est, & mirabile, & omni cetero



plenum stupore est. Hoc ipsum namque & numerabile est & refugit numerum. Numerabile quidem tribus suis subsistentiis, refugit autem numerum singularitate deitatis. Vnitas quippe eius essentiae atque naturae numerari penitus non admittit, uti non & differentiam deitatis introducat, & ex hoc essentiae & naturae, & deorum multitudinem vnum principium faciat. Omnis itaque numerus cōubernalem habet differentiam, & omnis differentia atque discretio numerum superinducit, ut insitum. Numeretur ergo beata Trinitas non essentia, nec naturis, nec diuersis deitatibus, aeternisue dominationibus. Absit sicut insaniūt Arriani, & sicut nouē Trithēi, id est, ter deitatis latratores essentias tres, & naturas tres, & tres dominationes, & tres similiter vaniloquentes deitates, sed subsistentiis & proprietatibus intellectualibus perfectis senior in subsistentibus, numero diuisibilibus, & non diuidendis deitate, &c.

*Deinde nonnullis interpositis.*

Qualiter quoque & de incarnatione vnus, & de eadem venerabili Trinitate Dei verbi & filij clemētissima atque admirabili, hoc est, de submissa exinanitione, ad nos quoque terrenos diuina, atque deifica descensione, reneam atque sentiam, & tenere a sanctis patribus, qui secundum vos a Deo inspirati sunt, mihi est traditum, tanquam coram ipsa veritate, quae conspicit vniuersa, synodicam hanc litteram scribens expono, & ad vestrum destino sapientissimum auditum. Credo & de hac, sanctissime, quod Deus verbum, vnigenitus patris filius qui ante omnia saecula & tempora impassibiliter de eodem natus est Deo, & patre, miserationem induens, & humanitatis misericordiam circa humanum nostrum lapsum spontanea voluntate, & Dei gignentis consilio, & diuino complacito spiritu, non separatus a gremio generantis, ad nos humiles descendit, sicut eiusdem voluntatis patri, & spiritui, ita & essentiae inexplicabilis, & naturae circumscriptionem nullo modo sustinens, aut secundum nos localem transmeatum naturaliter sciens efficere diuinam operationem, & vterum intactum virginitatis ingressus, castitatem lustratam Mariae sanctae, praeclearaque, & quae Dei filii sapientis, & ab omni contagione liberatae, & corporis, & animae, & intellectus, incarnatus, qui erat, incarnatus, & formam suscepti nostram qui secundum diuinam essentiam, quantum ad habitum, & speciem, inexformabilis, & incorporatur secundum nos, incorporeus. Et homo iuxta veritatem efficitur, qui semper Deus cognoscitur, & materno ventre gestari monstratur, qui sempiterni patris in sinu est, & intemporeus principium recipit temporale, non per phantasiam factus haec omnia (ut Manichaeis & Valentinis videtur insanis) sed re & veritate totum seipsum exinaniens paterna & propria voluntate, & totam nostram assumens massam, carnem, inquam, nobis consubstantialem, & animam rationalem animabus nostris tribulem, & mentem menti nostrae comparem. Hic itaque homo est, & cognoscitur, & homo secundum veritatem factus est ab ipso summo conceptu de sanctissima virgine. Homo enim fieri noluit, ut simili consimilem mundificaret, & cognatum cognato saluificaret. Ideo virgo sancta accipitur, & anima corpusque sanctificatur, quae ita ministravit in incarnatione crea-

toris, ut munda, & casta, atque incontaminata. Incarnatur ergo verbum Deus, quod nostrum, non praefactae carni copulatus, praeformatoe atque in se subsistenti aliquando corpori conlinitus, vel animae praexistenti coniunctus, sed tunc his ad subsistendum venientibus, quando eis ipsum verbum, & Deus naturaliter copulatus est, contemporalem habens vnitionem, atque subsistentiam, & non ante verissimum ipsius verbi conuentum in seipsis vnquam extiterunt, vel cuiuspiam secundum nos alterius hominis penitus extiterunt, sed cum verbi ipsius naturali conuentu subsistentia habitura concurrerunt, & nec quantum in ictu oculi hanc illam priorrem habentia (Sicut Paulus Samosatenus perstreptit atque Nestorius) Simul quippe caro, simul Dei verbi caro animata rationalis. In illo itaque & non in semetipsa habuit existentiam vniam. Cum conceptu quippe verbi haec ad subsistendum prolata sunt, & secundum subsistentiam ei vnita sunt, quando ad subsistendum prolata sunt, quae certè vera est, & inseparabilis, quae neque diuisionem perpetitur, neque mutabilitatem, aut confusionem, admittit ab ipso prolata, & in ipso consistentia, & cum ipso composita, nullumque prorsus tempus propriae constitutionis tulerunt, quod inconfusam atque inseparabilem ad eum compositionem praecederet. Ex inuolabili namque, & virginali sanguine sanctae atque immaculatae virginis Mariae verbum verè factum est incarnatum, & veraciter homo, ut in utero virginis deportatus, & tempus expleuit legitimi puerperij, & per singula naturalia, & peccatum non trahentia, nobis hominibus similis factus, nostramque non indignatus passibilem vilitatem, nascitur Deus humano corpore, similiterque & habitu animam rationalem, atque incorpoream habens, quod ipse in semetipso & nequaquam alter rationali animauit spiritu, & virginem generantem conseruat, & hanc eam proprie ac veraciter demonstravit: vel si Nestorius vecors scinditur, & eius Deo rebellis exercitus lachrymatur, & lamentatur, & eiulat, & iterum eo discerpitur. Deus itaque erat, qui ex sancta virgine Dei genitricis Mariae est, & secundum hanc temporalem propter nos natiuitatem suscepit post primam eius & sempiternam illam ex patre, naturalem ineffabilem natiuitatem, quaequam incarnatus nascebatur ob similitudinem nostri carnalium. Totus Deo collaudandus, totus idem ipse apprensus homo perfectus, Deus idem noscendus perfectus homo idem ipse innotescendus, ex duabus quippe naturis vnitionem habuit deitate, & humanitate, & in duabus perfectis noscebatur naturis deitate, & humanitate. Neque enim vnitioni mutatio quaelibet vel confusio intercessit, neque differentiae dualitatisque formarum siue subsistentiarum, post vnitionem diuisio quaedam aut sectio est intromissa licet hoc contrister quidem furentem Nestorium, illud vero tabefacit Eutychem desipientem. Nam quae secundum subsistentiam ad inuicem vnitionem, neque mutationem acceptant, neque diuisionem agnoscunt: neque scit quae confusionis sint propria, neque sectionis discit iudicia. Iuxta quod apparet Eutychem ignorans, atque Nestorius, & vnitionis secundum subsistentiam, non addiscentes virtutem, iuxta quam & incarnatum est verbum, & caro animata, & intellectualis, immutabiliter dei-

fica-

ficata est, hic quidem in confusionis pelagus iactatur, hic verò in diuisionis voragine deiicitur. Et idcirco ille quidem refugit confiteri dualitatem naturarum, hic vero vniam dei verbi naturam incarnatam se subtrahit praedicare, licet vniam eius compositam subsistentiam, dicere metuat, timorem refugere metuit, ubi timor nullus inhabitat. Nos vero sensu viuio seruilem vtriusque horum propellentes amantiam, & super petram pietatis stantes intrepidi, & secundum subsistentiam verbi ad carnem, quae ex nobis est, intellectualem & animatam, conuenientiam praedicamus, & vnum Christum, & filium incarnatum verbum obsecramus, & vniam eius subsistentiam compositam credimus, vniam quidem ex Deo patre, quam intemporalem, & sempiternam scimus secundam ex dei genitrice matre, quam & modernam & temporalem cognoscimus, & vniam dei verbi naturam in eo incarnatam glorificamus, & non sicut Apollinatis, Eutychemque, & Dioscorus dicant, sed sicut nobis sapiens tradidit Cyrillus, & quae sunt naturarum saluari dicimus propria, & vnitarum differentiam non reiicimus, quae ut in naturali quidem dicitur, & est qualitate, in essentiali verò intelligitur & est quantitate, & neque Nestorianam sectionem metuimus, neque Eutychem mutationem veremur, quia neque sicut insulsus Nestorius, affectualem vnitionem dicimus, aut infontinam, quod est honoris equalitatem, aut obuliam, quod est concilii concordiam, aut voluntatem momentum identitate de liramus hanc conuentionem: neque sicut Eutychem a deo propulsus, secundum confusionem quandam aut mutabilitatem dei verbi, & carnis intellectualiter animatae, siue naturarum atque substantiarum, & formarum compositionem garrimus, ex quibus in Christo admirabilis facta est conuentione, vnde regiam viam & mediam gradientes, & confusionem, & sectionem abominamur, solam autem ex animo veneramus inconfusam, simulque indiuisam deitatis & humanitatis vnitionem, quam solam intelligendo cognoscit naturalis, atque secundum subsistentiam conuentione hanc quippe cum alterutrum copulatam deitas & humanitas habuerunt, ut neque conuersionem sustineant, neque diuisionem patiantur. Vnitionis namque ratio, quae naturalis (inquam) est, atque secundum subsistentiam (neque enim alteram vnitionem in Christo praeter istam agnosco) non ignorat quidem differentiam, diuisionem autem prorsus expellit. Quae vero ad vnitionem concurrunt, inconuersa conseruat, partitionemque vnitionum non admittit, & ideo ex deitate, & humanitate, & ex duabus naturis Christum nominantes, & deum eundem & hominem, & diphyan, quod est, bis genitum, duplicemque secundum naturas praedicamus. Similiter autem & in deitate perfectum, & in humanitate eundem scimus perfectum, idcirco & in duabus eum docemus naturis, & patri consubstantialem, ut Deum hunc ipsum asserimus, & consubstantialem matri, & nobis hunc ipsum hominem asserimus, visibilem hunc ipsum, & inuisibilem, creatum hunc ipsum similiter, & increatum, corporeum hunc ipsum & incorporeum, contractibilem hunc ipsum, & incontractibilem, circumscriptum eundem & incircumscriptum, & terrenum eundem & caelestem carneum hunc ipsum, animatum rationabiliter & deificatum, recentem hunc ipsum, & sempiternum, humilem hunc ipsum & sublimissimum, & quaeque dupli-

cis inseparabiliter recipiuntur naturae: vel si quaedam semper extitit, ut sempiternam habens naturam, quaedam vero propter nos in nouissimis temporibus in conuertibiliter factus est, ut pote humanam assumens naturam. Si igitur in conuertibilis erat, & inseparabilis permanet, sicut & in conuertibilis est & inseparabilis permanet duo immutabiliter differentia significant, & inseparabili alteritate confluent naturae, & substantiae, quae & formae consistunt, ex quibus ineffabilis vnitione facta est, & in quibus vnus idemque Christus conspicitur. Vnum namque quod ex ipsis effectum est, non iam dualiter diuisum, sed eorum ex quibus factum est sine sectione & transuersione demonstrat subsistentiam. Quae enim extat persona composita ex inconfuso constans temperamento, partitionem conuenientium nescit, sed esse vnum, & permanente vnium indiuisum sortitur & neque duo iuxta quod vnium existit, efficitur, neque confundit, & in singularem redigit vnitatem, naturalemque & essentialē identitatem ea, ex quibus naturaliter conuenit, sed est vnium, & duo, hoc ipsum agnoscibile, vnium quidem secundum subsistentiam atque personam, duo verò secundum ipsas naturas, atque naturales earum proprietates ex quibus esse vnium sortitur natura duplex, & vnium permanere seruabit. Vnde idem ipse vnus manens Christus & filius & vnigenitus inseparatus in vtriusque naturis conspicitur, & quae sunt vtriusque substantiae naturaliter operabatur, secundum insitam vnitionem; essentialē qualitatem, siue naturalem proprietatem. Quod si naturam habet singularem, & in conuentionem, sicut & subsistentiam atque personam, non ageret vtriusque vnus idemque filius, & Christus profecto, quae vtriusque, erant naturae. Quando enim deitas expers, quomodo naturaliter opera corporis operata est: vel quomodo corpus deitate frustratum actiones operatum est, quae essentialiter deitatis esse noscuntur? Verum Emmanuel, dum vnus est, & in eo ipse vtraque, id est, deus & homo, quae naturae vtriusque sunt, naturaliter gessit, secundum aliud quae gesta sunt, operans, secundum quod Deus quidem est, idem ipse quae diuina sunt, secundum quod homo idem ipse est, quae humana sunt, seipsum volens omnibus ostendere, quod deus idem ipse & homo sit, & ideo idem ipse, tam ea quae diuina sunt agit, quam quae humana similiter & dicit, & loquitur. Non alius quidem miracula operatus est, alius autem perpetravit humana, passionesque sustinuit, sicut & Nestorius vult, sed vnus quidem idemque & Christus & filius, qui & diuina gessit & humana, secundum aliud verò & aliud, sicut diuinitus protestatus est Cyrillus, quia & in vtriusque, habuit potestatem inconfusam, nec non & impartibilem. Secundum quod Deus ergo, sempiternus idem ipse existebat, patrabat miracula, secundum quod homo vero idem ipse modernus agnoscebatur faciebat humilia & humana. Sicut ergo in Christo vtraque natura indimutè proprietatem suam custodit ita & operatur vtraque forma cum alterius communione, quod proprium habuit, verbo quidem operante quod verbi est, cum communione scilicet corporis: & carne exequente quod carnis est, communicante ei videlicet verbo in eadem operatione, quando haec in vna subsistentia cognoscantur, & in vna persona confunderentur, & insulsissimam sectionem propellant. Neque enim diuise operabantur propria, ut & diuisionem earum suspicemur. Non exultet pro hoc Nestorius

storius seipsum seducens erroneus, idcirco quod vtraque forma in vno Christo & filio, cum alterius communione operabatur, quod proprium habuit. Neque enim ab altera eius disidens, quod proprium habuit operabatur. Nec enim secundum duos Christos aut filios, qui operantur, glorificamus, vnum quidem secundum naturam filium & Christum, quæ mirabilia sunt: secundum vero gratiam filium & Christum, quæ humiliora sunt, quamquam duas formas, quæ communiter operantur edocemus, vnamquamque secundum naturalem suam proprietatem, sed vnum eundemque filium & Christum, qui & sublimia, & humilia naturaliter operatur, secundum vnius cuiusque duarum eius naturalem & essentialem qualitatem asserimus. Naturæ nanque incommutabiles manentes, & inconfusæ, & duæ manifestè cognoscendæ, & non confusibiliter copulatæ, his penitus non erunt frustratæ, vel si in vna substantia monstrabuntur, non vanè profiliant Eutyches, & Dioscorus nequaquam non existentes impiæ confusionis prolatores, sed vna quæque natura cum alterius communione agebat, quod proprium habuit, & diuisionem refugiens, & conuersionem ignorans, & differentiam ad alteram conseruans, communionemque; & compositionem insolubilem atque indisruptam persaluans hinc piè sentientes, & super terminos rectæ fidei consistentes, sicut vnum eundemque Christum & filium operari vtraque dicimus, eo quod idem ipse deus erat & homo, nullamque excogitamus confusionem, ita nec vtramque formam cum alterius communione operari propria differentes, eo quod duæ formæ in vno eodemque; Christo naturaliter propria operantes existunt, nullam penitus consideramus diuisionem, sicut hic quidem Eutyches, illic verò nobis vult calumniari Nestori, ediuerso adinuicem consistentes, & aduersum nos pios impij prælium partientes, quos pro nihilo reputantes, & vtriusque naturæ vtramque nouim⁹ operationem essentialem dico, naturalem, & congruam, indiuisè de vnaquaque procedentem essentia & natura iuxta insitam ei naturalem atque essentialem qualitatem, & inseparabilem, si mulque inconfusam alterutrius essentia *ὁμοπαρομένη* vna secū cooperationem adducens. hoc quippe & operationum, quæ in Christo sunt, differentiam facit sicut & naturarū. Non itaque id ipsum est deitas & humanitas secundum qualitatem vnicuique naturaliter inditam, licet in vnam substantiam adinuicem ineffabiliter concurrunt, & in vnā personam sunt inconfusè compositæ, & vnum eundemque nobis Christum & filium effecerint, secundum substantiam adinuicem concurrentes atque compositæ. Etenim deus verbū est & non caro, quā quam carnem rationaliter animatā assumpsit, hanc que sibi vnitione naturali, & secundum substantiam adiuuuit, ipsa vero caro est animata rationaliter & non verbum, licet Dei verbi caro conspicitur. Et ideo neque eandem habet indifferentem operationem adinuicem post vnitionem naturalem & inconfusam .i. veram & secundū substantiam, neque vnam solam earum operationem dicimus, siue essentialem & naturalem, penitusque in differentem, quatenus essentiam vnam & vnam naturam eos cognoscimus, quæ ab Acephalorū pueris luditur, & ipsis verbis impudenter profertur composita. Quemadmodum igitur vtriusque essentia atque naturæ, ex quibus nobis in Christo inconfusa facta est vnitas,

& vnum Christum perfecit, & filium totum deum totum eundem ipsum credendum, & hominem, vtramque naturalem confitemur operationem, ne naturas, quæ inconfusè vnitæ sunt, confundamus. Si quidem & essentiarum semper differentiam ex differentia operationum est insitum comprehendere: ita & omnem vocem, & operationem, seu diuinam quædam sit & cælestis, siue humana atque terrena, ex vno eodemque Christo & filio edocemus procedere, ex vnaque eius composita & singulari substantia incarnatum dei verbum extabat, qui & vtramque inseparabiliter & inconfusè operationem, secundum naturas suas à seipso naturaliter proferebat.

Secundum diuinam quidem naturam, suam, iuxta quam erat etiam patri consubstantialis, diuinam & inexplanabilem, secundam humanam verò iuxta quam & hominib⁹ nobis ipse consubstantialis mansit, humanam atque terrenam, vnicuique naturæ amicam & congruam, & non sinens quemquam aspicientium scandalizari, quod non sit idem ipse Deus & homo, qui hæc & illa naturaliter operabatur. In eo quidem idem ipse vnus Christus & filius operabatur, vtramque Nestorij cænolementam obstruens exfluentiam, nec enim iuxta eum duos Christos, & filios, sic dicimus, qui operatur hæc atque illa obsecrat, in eo vero quod ostendebat, quæ vtriusque naturæ sint propria, inconfusa post vnitionem manentia, & vtramque hunc ipsum similiter proferentem operationem ipsa naturali ratione cognoscendam naturarum, propriamque naturam naturaliter explanantem ex qua inseparabiliter atque naturaliter emanabat, & essentialiter exundabat, Eutychetis elareo pon consopiebat confusioni socium germen: deinde partu nostro nat⁹ lacte nutritur, & crescit & corporales ætates discurrit, donec & ad humanæ ætatis perfectionem pertingeret, & esuriem nostram, & sitim & fastidium iuxta nos ex itinere sustinet, friciebat quippe, & incedendi similiter nobis operationem, quæ humaniter actitata secundum humanam substantiam progrediens humanæ eius naturæ erat ostensio.

*Deinde subdit.*

Et propterea à Deo instructi asseuerant, qui pro Christo Deo præmiis coronati sunt, & loqui diuinitus acceperunt, diuinas nobis intelligentias contentes, sicut cum audieris vnius filij contrarias voces conuenienter naturis ipsis, quæ dicunt, partire siquidem quid magnum & diuinum est, diuinæ naturæ exhibens, si vero quid paruū est & humanum, humanæ reputans: sic enim & dissonantiam vocū effugiens, vnaquaque natura proprietates, quæ ei sunt insitæ, receptante & ipsum filium vnum, tam ante omnia sæcula, quam modernum secundū sacras scripturas confiteberis. Sed & hoc in vno filio asserunt omnem quidem operationem null⁹ ab vno filio sequestrauit. Cui⁹ verò naturæ sic & geritur, propriam operationem insinuet. Ergo nimis pulcherrimè ab eis est explanatum, vnum quidem confiteri Emmanuel (ita quippe) Deum verbum incarnatum nuncupatur, & eundem omnia patrare, & non alium, & alium tam sublimia, quam exigua citra vllam distantiam per quæ & eius naturarum inconfusa dualitas recognoscitur, & in substantias duas atque personas ipse prorsus non dispertitur, sed est vnus idemque filius & Christus inseparabilis in duabus indiuisè agnoscendus naturis, & ipsius vni⁹ filij cuncta esse certificamur, & omnes eius, & voces, & operationes

credimus, licet quædam earum sint deo debiles, quædam verò ita rursus humanæ, quædam verò medium quendam ordinem obtinent, tanquam habentes in hoc ipso deo dignum quid, & humanū: huius vero asserimus esse virtutem etiam illam, quæ dicitur noua & deiuirilis operatio, non vnam existentem sed diuersi generis ac differentem, quam ex Areopago à Paulo egregio diuinitus captus Deo vocatus asseruit Dionysij, vt pote Deo decibile in hoc ipso & humanum habentem, perque alacrem atque compositam *πρὸς φησος* dictionem vniuscuique substantiæ atque naturæ vnamquamque perfecte significantem operationem. Ante sæcula igitur esse deū, verbū glorificantem, patrique cœternum, temporalem sustinuisse adnunciam⁹ natiuitatem, qua ex virgine, verè ac propriè Dei genitrice Maria incarnatus nascebatur. Et idcirco duabus natiuitatibus nasci à piis meritò creditur, & perfect⁹ idem existens in deitate, perfect⁹ erat idem in humanitate, nequaquam per differentiam substantiarum diuisus, neque per identitatem substantiæ atque personæ, naturas ipsas deducens ad identitatem substantiæ, sed ex quibus secundum substantiam naturis est declaratus in ipsis inseparabilis mansit, omnia sapienter & verè nostra gerens opera, & passiones naturales atque irreprehensibiles, quæ procul à macula atque pollutione sunt, & in quibus cuiuspiam peccati vestigiū non reperitur. Peccatum enim non fecit, nec quilibet dolus in ore eius prorsus inuentus est, & conuictus nobiscum humanè, vt pote qui sciebat homo perfect⁹, etiam deus idemque indiminate extabat, miraculaque vt decuerat faciens. Perfect⁹ quippe deus nascebatur, quamuis esset humanæ carni intellectualiter animatæ commixtus ad spontaneam passionem ascendit, & vltro Iudæis est proditus, Imo ipse seipsum illis ob salutem hominū sponte prodidit, & ligatur, & colaphis ceditur, & inspuatur, & flagellatur, & illuditur, & chlamyde pupurea tanquam rex omnium reinduitur, & arundo tanquā sceptrum regium regaliter ei contraditur, & Pilato iudicante damnatur, ad extremum patibulo configitur, & manibus atque pedibus cruentatur, salutiferæ cruci conclauatur, & cum latronibus leuatur, & acetum potat, & fel degustat, & magne vociferans animam tradidit patri, & latus lancea perforatus, sanguinem quoque & aquam saluarem post mortem profudit, & emortuus de cruce deponitur, & accuratur, & mirra cōditur, & sepultura triduana sepelitur, & triduan⁹ resurgens de sepulchro progreditur & vnā secū cūctos mortuos suscitatur ex sepulchro, ex corruptione ad immortalitatem eos perducens per suam resurrectionem ex mortuis: & discipulis resurgens à mortuis manifestatur: & cibo ac potu rei fidem accommodat, & tactu manuum apostolicarū, carnis propriæ resurrectionem, & spiritum sanctū eis impertit tanquam cognatum sibi atque connaturalem, & eleuatur in cælos, imo vti cælorum dominator ascendit, & dexteræ asidet genitoris, solium habens paternum & regale & sublime. Vnde & iterum venit iudicium viuorum & mortuorum facturus, & singulis redditurus secundum opera, quæ vnus quisque operatus est, siue frugi quæ bona fecit, seu nequam, & vituperalia operatus est, quem vnam cum patre & spiritu sancto omnino regnare credimus, regnum verò immortale, & finem nequaquam aut terminum suscepturum. Sed & de incarnatio-

nis dispensatione, hoc est de admirabili dei verbi incarnatione, qualiter dico ac sentio breuiter demonstravi. Subdit angelos & animas esse immortales & incorruptibiles non quidem per naturam sed per gratiam. Postea detestatur errorem Origenis, Dydimi, & Euaagri dicentium animas ante corpora productas, & intrusas corpori postea, & mortuorum resurrectionem negantium subiungit. Idem in eadem epistola. Suscipio autem & veneror post quinque vniuersalia concilia, conscripta Cyrilli, præsertim, quæ contra Nestorij infaniam facta sunt. Similiter & epistolam Orientalium episcoporum, quæ ad eundem Cyrillum scripta est, quam & ipse orthodoxam esse testatus est, & quæcunque Leo sanctissimæ Romanæ ecclesiæ sanctissimus dispensator scribit, & maxime quæ contra Eutychanam, & Nestorianam prophanationem scripsit: hæc quidem vt Petri, illa verò vt Marci definitiones agnoscens.

Omnia omnium nostræ catholicæ ecclesiæ probabiliū instructorum à Deo instructa didagmata seu in verbis & scriptis, siue in epistolis quibuslibet comprehensum est. Et vt concinnè dicam cuncta suscipio & amplector, quæque sancta catholica nostra ecclesia suscipit, & cuncta è regione refuto atque anathematizo & prophana esse reputo quotquot & ipsa sapienter abominatur, & propriæ pietati æstimat esse contraria, non solum codicillos & verbula & deo repugnantia, & priuata dogmata, sed & hæreticas & maledictas, maledicarumque sectarū doctores personas. Et vt nihil desit ad vestram satisfactionem, ipsas quoque personas exprimo, quas anathematizo, & condemnatas efficio non lingua tantum & ore sed corde & spiritu, vt pote quæ sanctæ nostræ catholicæ fidei in omnibus insidiantes ostensæ sunt. Anathema itaque in perpetuum, & catathema à sancta & consubstantiali adoranda Trinitate patris & filij & spiritus sancti sint, primum quidem Simon magus, qui primus pessimis hæresibus pessim⁹ principianit, postquam Cleobi⁹, Menander⁹, Philēt⁹ Hermogenes, Alexander ararius &c.

Subiungit longam nomenclaturam hæreticorum inter quos enumeratur Iohannes Grammaticus in hunc qui sequitur modum. Iohannes Grammaticus cognomento Philoponus id est studiosus, Imo mathoponus irritus laborator & vanus. Conon quoque & Euaagrius: In tres tritheias (id est triplicis deitatis) ter maledicti propugnatores. Themist, qui fuit ignorantia pater & genitor atque seminator nephandissimus, qui Christum verum deum nostrum, diem iudicij nescisse delirabat, nesciens quæ ipse, iam à Deo proiectus asseret, & non recognoscens quæ ignorando loquebatur. Nisi enim ignorasset verborum suorum virtutem, non vtiq; latiferam ignorantiam peperisset, & ignorantia sceditatem feruenter defenderet. Ignorare Christum non secundū id quod Deus erat sempiternus, sed secundum quod veraciter homo factus, diem consummationis atque iudicij ex insipientia mentis eructans & purum eum efficiens hominem, & hac monstruositate se de famans Acephalum, & naturam vnam eiusdem Christi Saluatoris nostri compositam vaticinans &c. Enumeratis multis aliis hæreticis quos etiam Anathematizat, subdit postea Anathematizo cū eisdem prophanis hæresibus, & omnem aliam Deo odibilem & maledicam hæresim, quam sancta nostra catholica ecclesia anathematizare atque condemnare con-

suera



sueta est, eorumque authores & genitores, & eorum probrosas atque foedissimas loquelas atque codicillos, sola honorans & tenens sentiensque & venerans sancta ecclesiae catholicae & Apostolicae dogmata, cum quibus hinc etiam migrare deprecor, quando hoc Deus praecerit.

Finitis omnibus, quae in ista actione acta sunt, Constantinus piissimus imperator dixit. Sufficiens fuit etiam, quae hodierna die sunt gesta. Quia vero in Christo amabilis vestrae reipublicae causis occupamur, iubemus Constantinum, & Anastasium patricos, Polyeuctum quoque & Petrum exconsules ex persona nostrae pietatis cum sancto & vniuersali vestro concilio in reliquis conuentibus inueniri, postquam praesentis causae plurima, & praecipua capitula coram nostra pietate iam peracta sunt.

*Actio duodecima.*

*Sessio 12.*

Rursus disputatum est cum haereticis, si ex scripturis sanctorum patrum possent demonstrare vnam voluntatem, & vnam operationem in domino nostro Iesu Christo, & non valentibus illud ostendere, prolata est a catholicis & lecta epistola Leonis papae decima, & luce clarius demonstrauerunt duas voluntates, & duas operationes in Christo Iesu, & dixit sancta synodus. Omnino necesse est, non solum secundum sensum sequi sanctorum patrum dogmata, sed & eisdem vocibus uti cum illis, nihilque penitus innouari.

*Sanctorum patrum dogmata non solum secundum sensum sequenda, sed eisdem uti cum illis vocibus.*

Ibidem relectum est rescriptum epistolae Honorij papae Romani ad Sergium Constantinopolitano.

Scripta fraternitatis vestrae suscepimus per quae in uentiones quasdam & nouas uocum quaestiones cognouimus introductas, per Sophronium quendam tunc monachum, nunc vero ex auditu episcopi Hierosolymitanam urbis constitutum, aduersus fratrem nostrum Cyr. Alexandriae antistitem, vnam operationem domini nostri Iesu Christi conuersis ex haereticis praedicantem. Quidenique ad vestram fraternitatem Sophronij ueniens, querelamque huiusmodi deponens multiformiter eruditus, petiit de his, quae a uobis fuerat instructus, paginalibus sibi syllabis referari: quarum literarum ad eundem Sophronium directarum suscipientes exemplar & intuentes, satis prouide, circumspecteque fraternitatem vestram scripsisse. Laudamus nouitatem uocabuli auferentem quod posset scandalum simplicibus generare. Nos enim in quo peruenimus, oportet ambulare. Enimvero duce deo peruenimus usque ad mensuram rectae fidei, quam apostoli ueritatis scripturarum sanctarum funiculo extenderunt, an contentes dominum nostrum Iesum Christum, mediatorem dei & hominum, operatum diuina media humanitate uerbo dei naturaliter unita, eundemque operatum humana ineffabiliter atque singulariter adsumpta carne discrete, inconfuse atque inconuertibiliter plena diuinitate, & que conuolauit in carne plena diuinis miraculis, ipse est & carneus effectus plene deus & homo: passiones & opprobria patitur uel mediator dei & hominum in utrisque naturis uerbum caro factum & habitauit in nobis ipse filius hominis de caelo descendens unus atque idem (sicut scriptum est) crucifixus dominus maiestatis, dum conset diuinitatem nullas posse perpeti humanas passiones & non de caelo, sed & de sancta est assumpta caro dei genitricis. Nam per se ueritas in euangelio ita inquit: nullus ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit filius

hominis qui est in caelo, profecto nos instruens quod diuinitati unita est caro passibilis ineffabiliter atque singulariter ut discrete atque inconfuse, sic indiuisi uideretur coniungi, ut nimirum stupenda mente mirabiliter manentibus utrarumque naturarum differentiis cognoscatur uniri. Cuius Apostolus concinens, ad Corinthios ait: Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam uero non huius seculi, sed loquimur dei sapientiam in mysterio absconditam, quam praedestinauit deus ante secula in gloriam nostram quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent. Dum profecto diuinitas nec crucifigi potuit, nec passiones humanas experiri uel perpeti, sed propter ineffabilem coniunctionem humanae diuinaeque naturae, idcirco & ubique deus dicitur pati, & humanitas ex caelo cum diuinitate descendisse. Unde & vnam uoluntatem fatemur domini nostri Iesu Christi, quia profecto a diuinitate assumpta est nostri natura, non culpa, illa profecto, quae ante peccatum creata est, non quae post praeparationem uitiata. Christus enim dominus in similitudinem carnis peccati ueniens, peccatum mundi abstulit, & de plenitudine eius omnes accepimus & formam serui suscipiens, habitu inuentus est ut homo, quia sine peccato conceptus de spiritu sancto, etiam absque peccato est partus de sancta & immaculata uirgine dei genitrice, nullum experies contagium uitiatae naturae. Carnis enim uocabulum duobus modis sacris & eulogiis bonique malique cognouimus nominari, sicut scriptum est: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Et Apostolus. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Et rursus: Mente seruo legi dei, carne autem legi peccati. Et, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuum me trahentem, in legem peccati quae est in membris meis & alia multa huiusmodi absolute solent intelligi, uel uocari. In bono autem ira, Esaias propheta dicens: Veniet omnis caro in hierusalem, & adorabit in conspectu meo. Et Iob, in carne mea uidebo deum: & alia, Videbit omnis caro salutare dei & alia diuersa, Non est itaque assumpta (sicut praefati sumus) a saluatore uitiata natura, quae repugnaret legi mentis eius, sed uenit querere & saluare quod perierat, id est uitiatam humani generis naturam. Nam lex alia in membris, aut uoluntas diuersa non fuit, uel contraria saluatori, quia super legem natus est humanae conditionis, & si quidem scriptum est, Non ueni facere uoluntatem meam, sed eius qui misit me patris: Et, Non quod ego uolo, sed quod tu uis pater & alia huiusmodi, non sunt haec diuersae uoluntatis sed dispensationis humanitatis assumptae. Ista enim propter nos dicta sunt, quibus dedit exemplum, ut allequamur uestigia eius, pius magister discipulos imbuens, ut non suam uniusquisque nostrum, sed potius domini in omnibus praeferat uoluntatem.

Via igitur regia incedentes, & dextrorsum uel sinistrorsum uenatorum laqueos circumpositos euitantes, ad lapidem pedem nostrum maxime offendamus Idumaeis, id est terrenis atque haereticis propria relinquentes, nec uestigium quidem pedis sensus nostri terram, id est, prauam eorum doctrinam omnimodo atterentes, ad id quod tendimus, hoc est, ad fines patrios peruenire

nire possimus, ducum nostrorum semita gradientes, & si forte quaedam balbutientes (ut ita dicam) nisi sunt proferentes exponere, formantes se in speciem nutritorum, ut possent mentes imbueri auditorum non oportet ad dogmata haec ecclesiastica retorquere, quae neque synodales apices super hoc examinantes, neque auctoritates canonicae uisae sunt explanasse, ut unam uel duas energias aliquis praesumat Christi dei praedicare, quas neque euangelicae uel apostolicae literae, neque synodalis examinatio super his habita, uisae sunt terminasse, nisi fortassis (sicut praefati sumus) quidam aliqua balbutiendo docuerunt, condescendentes ad informandas mentes, atque intelligentias paruulorum, quae ad ecclesiastica dogmata trahi non debent, quae unusquisque in sensu suo abundans, uidetur secundum propriam sententiam explicare. Nam quia dominus Iesus Christus filius ac uerbum dei, per quem facta sunt omnia ipse sit unus operator diuinitatis atque humanitatis, plenae sunt sacrae literae luculentius demonstrantes. Vtrum autem propter opera diuinitatis & humanitatis, geminae operationes debent deriuatae dici uel intelligi, ad nos ista pertinere non debent, relinquere ea grammaticis, qui solent paruulis exquisita deriuando nomina uendicare. Nos enim non unam operationem uel duas dominum Iesum Christum, eiusque sanctum spiritum, sacris literis percepiimus, sed multiformiter cognouimus operatum. Scriptum est enim: Si quis spiritum Christi non habet, hic ei non est. Et alibi: Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministratorum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, idem uero deus, qui operatur omnia in omnibus. Si enim diuisiones operationum sunt multae, & has omnes deus in membris omnibus pleni corporis operatur, quatenus magis capiti nostro Christo domino haec possunt plenissime coaptari: ut caput & corpus unum sit perfectum, ut profecto occurrat (sicut scriptum est) in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Si enim in aliis, id est, in membris suis, spiritus Christi multiformiter operatur, in quo uiuunt, mouentur, & sunt: quanto magis per semetipsum mediatorem dei & hominum plene ac perfecte, multisque modis & ineffabilibus confiteri nos communionem utriusque naturae condedit operatum. Et nos quidem secundum sanctiones diuinorum eloquiorum oportet sapere uel sperare, illa uidelicet refutantes, quae quidem nouae uoces noscuntur sanctis dei ecclesiis scandala generare, ne aut duarum operationum uocabulo offensus, sectantes Nestorianos, nos uesana sapere arbitrentur: aut certe, si rursus unam operationem domini nostri Iesu Christi fatendam esse censuerimus, stultam Eutychianistarum attonitis auribus dementiam fateri putemur, precauentes, ne quorum inania arma combusta sunt, eorum cineres & rediuiuos ignes flammis uiuorum denuo renouent quaestionum, simpliciter atque ueraciter confitentes dominum Iesum Christum unum operatorem diuinae atque humanae naturae, electius arbitantes, ut uani naturarum ponderatores ociose negociantes, & turgidi aduersus nos insonent uocibus ranarum philosophi, quam ut simplices & humiles spiritu populi Christiani possint remanere ieiuni. Nullus enim decipiat per philosophiam & inanem fallaciam discipulos piscato-

*A. nise.*

*Roma. 8. b  
I. cor. 12. c*

*Eph. 4. c*

rum. Eorum enim doctrinam sequentes, omnia argumenta scopolosa disputationis callida atque fluctuosa intra eorum retia sunt collisa. Haec nobiscum fraternitas uestra praedicet, sicut & nos ea uobiscum unanimiter praedicamus, hortantes uos, ut unius uel geminae nouae uocis inductum operationis uocabulum aufugientes, unum nobiscum dominum Iesum Christum filium dei uiui, deum uerissimum, in duas naturas operatum diuinitus atque humanitus, si de orthodoxa & unitate catholica praedicetis. Et si per scriptio: Deus te incolumem custodiat dilectissimae atque sanctissimae fraternitatis. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Oportet ad nos afferri regesta, ac dogmatica scripta quae exposita sunt a Sergio quondam patriarcha huius regiae urbis, siue ad Honorium, uel Cyrum, uel Sophronium aut etiam ad alias personas seu ab Honorio ad Sergium facta super praesenti dogmatica quaestione, reiacenti in sacro chartophylacio huius uenerabilis patriarchij, ut conferrantur cum codicibus, qui piissimo domino nostro principi a Macario oblatae sunt & nunc relecti. Georgius igitur deo amabilis diaconus & chartophylax huius sanctissimae magnae ecclesiae, cum omni festinantia pergens in in chartophylacium uenerabilis patriarchij, eadem regesta, quae dicta sunt, deferat, & scripta referat. Georgius deo amabilis diaconus & chartophylax dixit: Sicut iussit uestra sancta synodus confestim uado, & quanta inuenire potero, mecum deferam. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Quae promissa sunt ab eodem Georgio deo amabili diacono & chartophylace, ad effectum perueniant. Hi autem qui excipiunt, quae geruntur in haec gesta sancta nostra synodo, eant una cum Ioanne reuerendo episcopo ciuitatis Regitanae, Georgio deo amabili episcopo Cyzici, & Dometio episcopo Prusianos ad Macarium, & ostendant ei tam illos duos libros & chartaceum quaternionem, qui cum eis est & sciscitentur ab eo, si uere haec opuscula eiusdem existunt Macarij. Similiter autem ostendant ei & tres codices, & illam unam chartam, quae nunc quoque coram nobis relecta sunt, si haec utique sunt quae ipse obtulit nostro piissimo domino, & magno imperatori: & responsum quod eis dedit, statim ad nos perducant. Et paululum recedentes praefati reuerendissimi episcopi, una cum Paulo & Ioanne magnificis a secretis atque imperialibus secretariis, & Agathone religioso lectore & notario sanctissimi patriarchae Constantinopolitani, & uenientes ad Macarium, atque paulo post reuertentes, dixerunt: Secundum iussione uestrae gloriae, sancta uniuersalisque synodi pergentes, ascendimus in uenerabile patriarchium, & intrantes unam cellam, in qua est Macarius, (sicut iussistis) interrogauimus eum, si cognoscit illos duos libros qui in nomine eius super scripti sunt, & unum, qui cum eis est chartaceus, & quaternionem, & si opuscula eius existunt. Qui Macarius accipiens ea, & reuoluens ac inspiciens, dixit: Etiam domine, pro certo mea opuscula sunt, & recognosco ea. Similiter autem & ostensi sunt ei tres codices, & una charta, quae hodierna die relecta est, & aspiciens ea, dixit: Etiam domine, cognosco ea. Anno enim praeterito obtuli ea domino, & uere recognosco ea. Georgius deo amabilis diaconus & chartophylax ingressus in medium sancti concilij, dixit: Iuxta quae mihi iussa sunt a uestra gloria, & a sancto & uniuersali concilio, pergens in chartophylacium



tophylacium venerabilis patriarchij, codices siue regeſta quæ inuenire potui, deſero ad quod vobis placuerit. Glorioſiſſimi iudices & ſancta ſynodus dixerunt: Offerat Georgius deo amabilis diaconus & chartophylax ad relegendum, & conferendum cum codicibus à Macario porrectis piſſimo noſtro principi, codices ſiue regeſta quæ detulit. Et accipiens Antiochus religioſus lector, & notari⁹ Georgij ſanctiſſimi archiepiſcopi Conſtantinopoleos codicem ſiue regeſtum diuerſarum epistoliarum Sergij, quondam patriarchæ Conſtantinopoleos, relegit epistolam eiusdem Sergij ad Cyrum quondam episcopū Lazorum. Et collata eſt cū codice Macarij, qui prolatus eſt per Ioannem glorioſiſſimum quaſtorem. Et conſtitit. Item prolatus eſt alius codex ſiue regeſtum, relectum ſimiliter per eundem religioſum Antiochum, habens epistolam Sergij quondam patriarchæ Conſtantinopoleos ad Honorium quondam papam Romanum. Et collata eſt cum codice, qui à Macario datus eſt piſſimo principi. Et conſtitit. Si militer prolata eſt à Georgio deo amabili diacono & chartophylace epistola authentica latina Honorij, quondam papæ Romani, ad Sergium quondam patriarcham Conſtantinopoleos, vñ cum eius interpretatione: & collata eſt eadē latina epistola per Ioannem reuerendiſſ. episcopum ciuitatis Portuenſis, qui vnus extitit de concilio antiquæ Romæ. Et conſtitit. Glorioſiſſimi iudices dixerunt: Cognitio nem accipiens ſanctum veſtrum & vniuerſale concilium eorum, quæ nunc relecta atque collata ſunt tam de Sergio quondam patriarcha huius regiæ vrbis, quam de Honorio quondam papa Romano, ad hæc & Sophronio quondam patriarcha Hieroſolymorum, quæ ei viſa fuerint, perſequatur. Sancta ſynodus dixit: Secundum interlocutionem gloriæ veſtræ de his, quæ nobis relecta ſunt, tam de regeſtis ſcriptarum à Sergio epistoliarum, quam & authentica epistola Honorij latina, ad hæc etiam & de ſynodicis Sophronij, quæ nobis iam relecta ſunt, accuratius de eis pertractantes, futuro ſecretario vobis glorioſiſſimis, quæ opportuna ſunt, dicimus. Glorioſiſſimi iudices dixerunt. Hoc quidem ſancta ſynodus peragar: Piſſimus vero atque à deo confirmandus dominus noſter, & magnus imperator, dei coronatoris ſui clementiam in omnibus imitatus, & pœnitentiam expectans Macarij, per nos indignos eius famulos veſtram ſuſcitur ſemper ſanctam & vniuerſalem ſynodum, ſi forſan eo pœnitente, poſt deſiſtionem à ſancta veſtra ſynodo in eo perpetratā, in propria ſede reſtituendus eſt. Sancta ſynodus dixit: Inueteratum Macarium in impietatis dogmatibus & non ſolum vniuerſam Chriſto amabilem plebem, quæ hanc à deo conferuendam regiam vrbem inhabitat, euerſione turbulenta putantem, teſtimoniaque ſanctorum & probabiliū patrum falſantē & quædam quidem abſcindentem, quædam vero ad dentem, & ſecundū quod ei videbatur in deum mittentem piſſimum & à deo coronatum noſtrū principem per oblatos ab eo codices, ſed & à ſolis ortu vſq; occaſum literas ſuas, & per homines quos mitteret, vniuerſos perturbantem & à fide vera ſegregantem & iuſte atque regulariter à pontificali habitu denudatum nullatenus diuina regula de cætero ſuſcipit in doctoris ſede reſidere, ne ex hoc propriæ ſuæ hæreſeos multo amplius recrudeſcere faciat in telligentiam & fiant (iuxta quod ſcriptum eſt) no-

uiſſima illius deteriora prioribus: & maxime cum diuerſis vicib⁹ in præſentia domini noſtri & magni Imperatoris, & cuncti noſtri concilij interrogat⁹ ſit, ſequitur & vna cū omnib⁹ conſitetur in domino noſtro Ieſu Chriſto ſicut duas naturas ita & duas naturales voluntates & duas operationes naturales: & eo nullaten⁹ accepto ferēte, ſed & confirmante que dum ab eo impie deſinita ſunt & ipſis ſermonibus aſtruentem, quia ſi mēbratim incidat & iactat in mare, ego neque duas voluntates neque duas operationes dico in domino noſtro Ieſu Chriſto, vno ſanctę trinitatis, & ex hoc, vt dictum eſt, ſynodice deſiſtum & anathematizatum, nullo modo hunc Macarium de cætero, ſicut ſuperius dictum eſt, hoc ſanctum concilium in ſacerdotali ſuſcipiet ſede, ſed & execramur, & extra terminos à deo conferuandę huius regiæ vrbis hunc fieri, vna cum ei ſimilia ſententiis. Reuerendiſſimi episcopii ac venerabiles clerici qui ſub ſede ſunt Antiochiæ ciuitatis, accedentes ad glorioſiſſimos iudices, dixerunt: Petimus veſtrā gloriā, ſuggerere piſſimo & à deo coronato noſtro domino & magno imperatori, alterum pro Macario, qui fuerat archiepiſcopus noſter, ad pontificalem ſedem Antiochiæ prouenire vt non ſit vidua huiusmodi ſedes. Glorioſiſſimi iudices dixerunt: Secundum ea quæ conſiderata ſunt à ſancto & vniuerſali veſtro concilio, & iuxta petitionem reuerendiſſimorum episcoporum, religioſorumque clericorum, qui ſub iure ſunt ſedis Antiochenæ ciuitatis eccleſiæ veſtræ ſancta ſynodus in futuro ſecretario, quæ promiſſa ſunt ſuper Sergio, Honorio atque Sophronio opere adimpleat.

*Actio decimatertia.*

Postulatum eſt, vt pronunciaretur ſententia de epistolis Sergij, Honorij, & Sophronij, quæ in actione præcedenti lectę ſunt. Sanctum concilium dixit: Secundum promiſſionem, quæ à nobis ad veſtram gloriā facta eſt, retractantes dogmaticas epistolā quæ à Sergio patriarcha huius regiæ vrbis ſcripta ſunt, tam ad Cyrum, qui tunc fuerat episcopus Phariſidis, quam ad Honorium papam antiquæ Romę milititer autem & epistolam ab illo, id eſt Honorio reſcriptam ad eundem Sergium: hæcque inuenientes omnino alienas exiſtere ab apoſtolicis dogmatibus & à definitionibus ſanctorum conciliorum, & cunctorum probabiliū patrū: ſequi verò falſas doctrinas hæreticorum, eas omnimodo abiicimus, & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem, id eſt, eorūdem impia execramur dogmata, horum & nomina à ſancta Dei eccleſia proiici iudicauimus. id eſt, Sergij præſulis hui⁹ vrbis, qui aggreſſus eſt de huiusmodi impio dogmate conſcribere, Cyri Alexandriæ, Pyrrhi, Petri, & Pauli, præſulum huius etiam ciuitatis, qui & ſimilia eis ſenſerunt. Ad hæc & Theodori episcopii Pharam, quarum omnium ſuper ſcriptarum perſonarum mentionem fecit Agatho ſanctiſſ. papa antiquæ Romæ in ſuggeſtione, quam fecit ad piſſimum, & magnū Imperatorem noſtrū, eoſque abiicit, vt pote contraria rectæ fidei ſententias, quos anathemati ſubmitti deſinimus. Cum his verò ſimul proiici à ſancta Dei catholica eccleſia, ſimulque anathematizari præuidimus & Honorium qui fuerat papa antiquæ Romę, eo quod inuenimus per ſcripta, quæ ab eo facta ſunt ad Sergium quia in omnibus mentem eius ſecutus eſt, & impia dogma-

ta confirmauit. Pertractauimus autē & ſynodica Sophronij Archiepiſcopi Hieroſolymitani, & hæc perierēt cum vna fide conuenientia, apoſtolicisque & ſanctorum patrū doctrinis paria, vt pote, quæ ſunt orthodoxa, recipimus, & vt ſalubria ſanctæ dei eccleſiæ ſuſcipimus, & nomen eius inferi ſanctis diptychis ſanctarum eccleſiarū iuſtū eſſe iudicauimus.

Post hæc produxit Georgius diaconus chartophylax epistolā Cyri duas ad Sergium Conſtantinopolis, & vnam Theodori ad eundem Sergium, & vnam Pyrrhi, & vnam Pauli, & vnam Petri Conſtantinopoli, quondam antiſtitis.

Et prolata eſt etiam huiusmodi Honorij papæ latina epistola, cum interpretatione ſua, habens in ſubſcriptione ita. Dilectiſſimo fratri Sergio Honorius cuius initium fuit, Scripta dilectiſſimi filij noſtri Sirci diaconi. Habet autem eadem epistola poſt pauca hæc: necnon & Cyro fratri noſtro Alexandrię ciuitatis præſuli, quatenus nouæ adinventionis vni⁹ vel duarum operationum vocabulo reſutato, claro dei eccleſiarum præconio nebulosarum conſertationum caligines effundi non debeant vel aſpergi vt proſecto vni⁹ vel geminæ operationis vocabulum nouiter introductum à prædicatione fidei eximatur. Nam qui hæc dicunt quid aliud niſi iuxta vni⁹ vel geminæ naturæ Chriſti dei vocabulum, itē & operationem vnam vel geminam ſuſpicantur: ſu per quod clara ſunt diuina teſtimonia: Vni⁹ autem operationis vel duarum eſſe vel fuiſſe mediatorē dei & hominum dominum Ieſum Chriſtum ſentire & promere, ſatis ineptum eſt. Habet autem & circa finem eadem epistola ſic: Et hæc quidem quantum ad inſtruendam notitiā ambigentium, ſanctiſſimæ fraternitati veſtræ per eum inſinuandum præuidimus. Ceterum quantum ad dogma eccleſiaſticum pertinet quod tenere vel prædicare debemus propter ſimplicitatem hominum, & amputandas inextricabiles queſtionum ambages (ſicut ſuperius diximus) non vnam vel duas operationes in mediato re dei & hominum deſinire, ſed vtraſque naturas in vno Chriſto vnitatem naturali copulatas, cum alteri⁹ communionem operantes atque operatrices conſiteri debemus: & diuinam quidem, quæ dei ſunt operantem: & humanam quæ carnis ſunt exequentem non diuiſe neque conſuſe aut conuertibiliter dei naturam in hominem, nec humanam in deum conuerſam edocentes ſed naturarum differentias integras conſitentes, vnus atq; idem humilis & ſublimis, æqualis patri, & minor patre, ipſe ante tempora, nat⁹ in tempore eſt per quem facta ſunt ſecula, factus in ſeculo eſt, & qui legem dedit, factus ſub lege eſt, vt eos qui ſub lege erant redimeret, ipſe crucifixus, ipſe chirographum, quod erat contra nos euacuans in cruce de poteſtatibus & principatibus triumphauit. Auferentes ergo (ſicut diximus) ſcandalum nouellę adinventionis, non nos oportet vnam vel duas operationes deſinientes prædicare, ſed pro vna quā quidam dicunt, operatione, oportet nos vnum operatorem Chriſtum dominum in vtriſque naturis veridice conſiteri: & pro duabus operationibus, ablato geminę operationis vocabulo, ipſas duas potius naturas, id eſt, diuinitatis & carnis aſſumptę in vna perſona vnigeniti dei patris inconfuſe, indiuiſe, atque inconuertibiliter nobiſcum prædicare propria operantes. Et hoc quidē beatiffimæ fraternitati veſtrę inſinuandum præuidimus quatenus vni⁹ conſeſſio

nis proſiſtum vnanimitati veſtræ ſanctitati monſtrarem, vt proſecto in vno ſpiritu anhelantes pari fidei documento inſpiremus. Scribentes etiam cōmunibus fratribus Cyro & Sophronio antiſtitibus, ne nouæ vocis, id eſt, vni⁹ vel geminæ operationis vocabulo inſiſtere vel immorari videatur, ſed abraſa huiusmodi nouæ vocis appellatione, vnum Chriſtum dominum, nobiſcum in vtriſque naturis diuina vel humana prædicent operantem, quanquā hos, quos ad nos prædictus frater & coepiſcopus noſter Sophronius miſit, inſtruximus, ne duarum operationum vocabulum deinceps prædicare inuitantur, & inſtantiffime promiſerunt prædictum virum eſſe facturum, ſi etiam Cyrus frater & coepiſcopus noſter ab vni⁹ operationis vocabulo diſceſſerit. Similiter datus eſt etiam liber, in quo continebatur epistola Pyrrhi quondam præſulis huius regiæ vrbis ad Ioannem ſanctæ memoriæ, qui fuit papa Romanus, cuius initium eſt. Dominus & deus noſter Chriſtus futurus in cœlo aſcēdere. Habet autem eadem epistola poſt aliqua hæc: Nam quis illorum videns ſic nos ex aduerſo poſitos, qui ſacerdotio fungimur, ex probationibus ſubmitti ab eis qui conſtituti ſunt à rege non derideat ac deſpiciat noſtrum concilium: & oportunitatem naſtus, impietatis propriæ inſtabilitatem noſtram faciat, eoque nondum de duabus naturis deſtructum ſit bellum, & alteram nobis ipſis turbulentiam introducimus? Similiter prolata & lecta ſunt libelli, qui ſuperius memorantur, & cæteræ chartæ. Sanctum concilium dixit cognitionem accipientes prolatorū nobis à Georgio deo amabili diacono & chartophylace huius ſanctæ magnæ dei eccleſiæ, libellorum atq; chartarum ſiue aliorum opuſculorum comperimus in vnam eandemque impietatem concurrere. Et præuidimus hæc tanquam prophana & animæ pernicioſa, continuo ad perfectum exterminium igne concremari. Et combuſta ſunt. Glorioſiſſimi iudices & ſanctū concilium dixerunt, ſatis habet & quę hodierna die peracta ſunt.

*Ita in exemplari ad verbum.*

*Actio decimaquarta.*

Conueniente ſancto & vniuerſali Concilio &c. Reſidentibus glorioſiſſimis patriciis & conſulibus, & omnibus Deo amabilibus episcopis per ordinem in eodē ſecretario Trulli, & propoſitis in medio ſacroſanctis Chriſti Dei noſtri euangelis, Georgius diaconus produxit duos codices continentes acta ſancti & vniuerſalis quinti concilij, & Tomum ſeptimæ actionis eiusdem concilij, & iuſſu concilij tangens præpoſita ſacroſancta euangelia, dixit per iſtas ſanctas virtutes, & Deum, qui locutus eſt per eas, cū veritate hi duo libri membranacei ſunt libri ſancti quinti concilij, & volumen ſeptimæ actionis eiusdem concilij iuxta quod iam excuſi ſunt, ita etiam nunc manifeſtati ſunt, & pridem in bibliotheca inuenti atque ſuſcepti, & neque additum eſt quicquā à me nec ſubtractum per me, neque cum conſcientia mea à quoquam omnium. Surgentes episcopii concilij, & conferentes cum exemplaribus authenticis, inuenerunt ab hæreticis adiectos eſſe tres quaterniones in primo libro quinti concilij, & in ſecundo libro circa ſeptimam actionem mutatum quidem fuiſſe quintum decimum quaternionem, & adiectū eſſe quadrifolium non ſubſcriptum ante decimum ſextum quaternionem. Quo circa acclamatum eſt à concilio. Anathema libello, qui dicitur Mene ad Vigiliū. Anathema libellis, qui dicuntur facti fuiſſe

*Falſi conſeſſio, dices per hæreticos.*

à Vigilio ad Iustinianum, & Theodorum diuæ memorie, Anathema simul, qui falsauerunt acta sancti & vniuersalis quinti concilij.

Introduxerunt Græci sub nominibus Vigilij papæ, similiter & Mæna, hos libellos continentes vnâ voluntatem, & vnam operationem in Christo, cum tamen nullos tales scripserit Vigilius, nec Mæna, & hac de causa acclamatum est à concilio, & anathematizati sunt libelli.

Deinde productus & lectus est sermo Athanasij super verbis illis Domini: Nunc anima mea turbata est de quo sanctum conciliū dixit in sermone, qui lectus est, duas naturales voluntates in dispensatione incarnationis vnus de sancta Trinitate domini nostri Iesu Christi veri Dei laudabilis Athanasius declarauit, & præcepto iudicum, & sancti concilij actio decimaquarta absoluta est.

*Actio decimaquarta.*

Ad ductus est ad concilium Polychronius religiosus presbyter & monachus, & interrogatus quæ esset fides eius in dispensatione incarnationis domini nostri Iesu Christi. Polychronius monachus dixit. Ego expositionem fidei mee do in opere mortui, rogas pro eo filium Dei, vt suscipiat eum, sin autem non resurrexerit, ecce concilium, & Imperator, quæ eis placuerint in me faciant. Sanctum concilium dixit, Expositionem fidei tuæ profer, nam ecce mortuus præparatus est. Ille ait: In hoc est fides mea, & ita mihi ostendit Deus, vt ponam eam super mortuum, & si nõ surrexit vt prædixi & quia imperator est & concilium, quomodo voluerint iudicent. Et protulit in medio vnam chartulam propria scriptam manu, & ab Antiocho religioso lectore, & notario operata & lecta est, habens his verbis ita.

Constantino à Deo coronato ac mansuetissimo magno Principi, ego Polychronius tanquã præfens saluto, & adoro: & quia vidi multitudinem virorum & candidatorum, & in medio virum, cuius virtutem narrare non valeo, dicentem mihi. Quia nouam fidem componis, festina, & dic Imperatori Constantino. Non facias nouam fidem, neque acquiescas. Et veniente me ab Heraclea Chrysolim, & stâte me in solario (hora erat quasi septima diei) vidi virum terribilem candidatum valde, & sterit coram me dicens. Quia non confitetur vnam voluntatem, & Dei uirilem operationem, non est Christianus. Ego autem dixi, Hoc & Constantinus sapientissimus Imperator præfinit vnam voluntatem, & Dei uirilem operationem. Ille autem dixit. Multum bene & Deo placet. Sanctum concilium dixit, vt illa chartula ab eodem Polychronio iuxta propositionem suam poneretur super mortuum iam ad hoc præparatum in loco publico in præsentia concilij, & populi ad satisfactionem Christo amabilis plebis, qualiter Deus veritatem demonstraret. Et cõgregato plurimo populo in atrio publici lauacri, quod dicitur Zeuxippus, idem Polychronius posuit super mortuū huiusmodi fidei suæ chartulã, per quæ plures horas perseueras & insufurrans ei, nihil horum, quæ ab eo stolidè, ac blasphemè promissa fuerant valens peragere, idem Polychronius dixit nullatenus se posse mortuū suscitare. Populus qui ibidè ad erat, exclamauit dicens. Nouo Simoni anath. Polychronio seductori populi anathema. Et iterum ingredientes & gloriosissimi iudices & sanctū ac vniuersale conciliū in secretario sancti palatij, quod appellatur Trullus præfente eo-

dem religioso presbytero & monacho, dixerunt. Edicat iterum Polychronius monachus si confitetur duas naturales voluntates & duas naturales operationes in incarnationis dispensatione domini nostri Iesu Christi, veri dei nostri, qui vnusest de sancta trinitate. Polychronius religiosus monachus dixit. Sicut continet chartula quam obtuli, & posui supra mortuum, ita credo vnam voluntatem & dei uirile operationem, & alterum quid non dico. Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Chartam quam obtulisti, quis scripsit? Polychronius dixit. Propria mea manus existit. Sanctum concilium dixit: Postquam Polychronius monachus in proprio errore vsque in senium perseuerauit, nunc autem etiam à nobis commonitus quomodo sentiat de humanitione domini nostri Iesu Christi veri dei nostri, conatus est tentare spiritum sanctū, & blasphemiam componens chartulam, obstinanter affatus est ponere eam super mortuum, & ad firmitatem blasphemie, quæ in ea erat scripta, vt non dicamus fide huiusmodi mortuum resurrecturum, nos (iuxta quod dictum est à sancto Paulo Apostolo) anathematizari hunc secundum animam submissimus, sed ad satisfactionem Christo amabilium populorum, quorum plurimos præteritis temporibus tam ipse quam eius cõsentanei deceperant, permixtum talem eius presumptionem, demoniosamque ac temerariam propositionem publicè fieri, & mortuum, quem quæsierat, in medium deduci in præsentia nostra, & gloriosissimorum iudicum & multitudinis Christo amabilis populi, ille proposuit, tale eius impium scriptum superponens, & plurimam horam, quantam ipse voluit, superasistens eidem mortuo, & insufurrans intra semetipsum queque putauit, donec dixit, non se posse facere. Quomodo namque esset possibile, blasphemantem in deum, virtutes operari. Vnde præuidimus, hunc, tanquam seductorem populi & deceptorem, & manifestum hæreticum, omni sacerdotali ordine & officio denudari. Et deposito eo, sanctū concilium exclamauit: Polychronio hæretico & cõsentaneis eius anathema, Macario & Stephano similibus Polychronio anathema, Trinitas istos tres deposuit. Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt. Sufficiunt quæ hodierna die acta sunt.

*Actio decimasexta.*

Constantinus presbyter in Apamia secundæ Syriæ Theodorum diaconum & primiceriū, petiit ingressum in concilium posteaquam est admissus. Sancta Synodus dixit: Constantinus Religiosus qui astat, sui cognitionem edicat, & causam obquam aduenit Constantinus Religiosus dixit: Constantinus dicor presbyter sum sanctissimæ dei Apamiensis ecclesie secundæ Syriorū prouinciæ, ordinatus ab Abrahamio episcopo Aretusio, veni ad sanctum nutu diuino cõgregatū vestrū conciliū, vt instrua vos, quia si auditus essem hoc anno non habuissemus perpeti hoc, quod falsi sumus in prelio. Volui enim ingredi in synodo, & rogare vt pax fieret, quatenus aliquod enodicū, id est, adunatoriū fieret in medio, vt neque illi, neque illi, contristarentur, hoc est, qui dicunt vnam voluntatē, & qui dicunt duas voluntates. Et profectus sum ad Theodorum patricium, & rogavi eum, quatenus ipse pro me loqueretur ad synodum, & fieret charitas & pax, quia pacem & charitatem plus omnibus diligit deus, & nunc si iubetis vt quod mihi deus dedit de fide, conscribam Syriace, & interpreterur

retur græce. Sancta synodus dixit: Quemadmodum proprietatis indicia insinuasti nobis græce similiter & quæ fidei tuæ sunt, dic tu. Constantinus dixit: Inducias, domine, accipiam sex dierum, & scribo apud me fidem meam, & deferò eam ad sanctum vestrum concilium. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: iuxta propositionem tuam aduenisti ad nos, vt debeas quæ fidei tuæ sunt dicere, necessario ergo exiit vt confestim, quæ fidei tuæ sunt, edicas nobis & modum enodici, id est, adunatori, quod dixisti, fieri. Constantinus religiosus presbyter dixit: Ego duas naturas dico, sicut dictū est in Chalcedone & duas proprietates & de operationibus cõtentionem non habeo, sicut proprietates eas dicitis, voluntatem vero dico personæ Dei verbi ipsius subsistentie. Nam si volueritis ediscere veritatem bene, quid sit hypostasis, id est, subsistentia, Græce nescio: voluntatem vero dico esse personæ Dei verbi & post incarnationem: patris quippe, filij & spiritus sancti vna est voluntas. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Ipsa vna voluntas, quam dicis in dispensatione incarnationis domini nostri Iesu Christi, diuinæ eius naturæ est, an humanæ eius naturæ? Constantinus religiosus dixit: Diuinitatis dico esse voluntatem. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Humana natura Domini nostri Iesu Christi habuit voluntatem an non? Constantinus religiosus dixit: naturalem etiam habuit, habuit namque eam ab vterovsque ad crucem, & proprietatem hanc dico, & proprietatem est. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Quid ergo? ab ipsa cruce naturam humanam deseruit Christus: Constantinus religiosus dixit: Non mansit cum eo humana voluntas, sed mansit cum sanguine & carne: quia non indiget neque comedere, neque bibere, neque dormire, neque ambulare. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Ante hoc effatus es quod vnâ voluntatem habuit persona Dei verbi, & post hoc dixisti quia naturalem voluntatem habuit humanitas eius, vnde secundum sermones tuos vnâ habuit personalem voluntatem & vnam naturalem, & quomodo tu vnam voluntatem sentis in Christo: Constantinus religiosus dixit. Christus deseruit & exiit eam in carne & sanguine. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt. Vbi itaque remansit ipsa caro & sanguis? Constantinus religiosus dixit: Exiit eam. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Quis exiit carne Constantinus religiosus dixit: Christus. Gloriosissimi iudices & sancta synodus dixerunt: Et humanam voluntatem simul exiit cum carne. Constantinus religiosus dixit, etiam, domini, voluntatem illam. Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Macarius qui fuit patriarcha Antiochiæ sic credebatur vt dicitis. Constantinus religiosus dixit: Etiam domini, sicut ego dico vnam voluntatem, ita & Macarius dicebat. Sic namque & ex eo audiui. Sancta synodus dixit: Ita sentis, & ita perseueras vsque ad finem in hac secta? Constantinus religiosus dixit: Etiam, domini, sic sentio, & sic credo & nõ est possibile aliter. Sancta synodus exclamauit: Hæc secta Manichæorum est, hæc est fides Apollinarij, anathema illi cum dogmatibus suis, Nouo Manichæo anathema, Nouo Apollinario anathema: foras mittatur Manichæus, omnibusque hæreticis anathema. Et postquam expulsus est idem Constantinus, Georgius archiepiscopus huius à deo conseruandæ regie vrbs, dixit: Ego & quidam par-

ui qui sub sede mea sunt venerabiles episcopi propter dispensationem rogamus, vt si possibile est, nominatim anathematizentur persone in exclamationibus, id est, Sergius, Pyrrhus, Paulus & Petrus. Sancta synodus dixit: Eos qui semel condemnabiles demonstrati sunt, & secundum sententiam nostram iam dudum eieci de sacris diptychis, opportunum existit, etiam in exclamationibus hos nominatim anathematizare. Georgius sanctissimus Archiepiscopus huius regie ciuitatis dixit: Quoniam multitudinis siue multorum vbique concilium obtinet, necessariū est nominatim memoratas personas anathematizari. Et exclamauerunt vniuersi: multos annos imperatori, Constantino magno imperatori multos annos, Orthodoxo imperatori multos annos, Pacifico imperatori multos annos, Constantino nouo Martiano multos annos, Constantino nouo Theodosio multos annos, Constantino nouo Iustiniano multos annos, Conseruatori recte fidei multos annos, firmiter ecclesiarum domine custodi: cõseruatore fidei domine conserua, Agathoni papæ Romano multos annos. Georgio patriarchæ Constantinopoleos multos annos, Theophanio patriarchæ Antiochiæ multos annos, Orthodoxo concilio multos annos, Orthodoxo senatui multos annos, Theodoro hæretico Pharanitano anathema, Sergio hæretico anathema, Cyro hæretico anathema, Honorio hæretico anathema, Pyrrho hæretico anathema, Paulo hæretico anathema, Petro hæretico anathema, Macario hæretico anathema, Stephano hæretico anathema, Polychronio hæretico anathema, Aspergio Pergensi anathema, omnibus hæreticis anathema, omnibus qui suffragantur hæreticis anathema: Augeatur fides Christianorum, orthodoxo & vniuersali concilio multos annos. Gloriosissimi iudices dixerunt: Edicat sanctum & vniuersale vestrum concilium, si quicquam de his, quæ ad scrupulosiorem indagacionem pertinent, relictum est super presente capitulo & debeat ampliorem scrutationem & inquisitionem circa id adhibere sanctitas vestra. Sancta synodus dixit: sufficiēter quidem habent, quæque vsque nunc gesta sunt, ac decreta, & ad præsentem dogmaticam inquisitionem intendunt. In sequenti vero in inspiratione sancti & viuifici spiritus, definitionem recte fidei conuenientem synodaliter statuemus. *Actio decimasextima.*

Gloriosissimi iudices & sanctum concilium dixerunt: Ordo lectionis de his, quæ dudum acta sunt, proueniat, & relecta sunt, Sanctum concilium dixit: Definitio orthodoxæ fidei, quæ à nobis constituta est, relegatur. Et accipiens Agatho reuerendissimus lector, & notarius Georgij venerabilis Archiepiscopi à Deo custodiendæ huius regie vrbs, relegit eandem definitionem, ita continentem: Sancta magna atque vniuersalis synodus, quæ per gratiam Dei & piam sanctionem Constantini piissimi & fidelissimi magni imperatoris cõgregata est, in hac à deo cõseruanda regia Cõstantinopoli noua Roma, in secretario diuini palatij, & cognominatur Trullus, decreuit quæ habetur in subditis: Vnigenitus Dei patris filius & verbū, qui p oia similis nobis absque peccato factus est, homo Christus verus deus noster per euangelicas voces flagrater prædicauit: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Et iterum: Pacem meam do vobis. Pacem meam relinquo vobis. A proinde de diuinitus edita pacis doctrina Deo instruento,



manuuctissimus noster imperator institutus progugnator quidem est recte fidei, expugnator vero praua doctrina, hoc sanctum vniuersale nostrum congregas collegium, totius ecclesiae adunavit copaginē. Vnde hoc sanctum nostrum vniuersale concilium impietatis errorē nunc vsq; , qui a quibusdā temporibus factus est, procul abiiciēs: sanctorum autē ac probabiliū patrum inoffense recto tramite iter cōsecutum, sanctas & vniuersales quinque synodos pie in omnibus eis consonuit. *Approbatū quinque synodi & heretici in eis cōdemnati, contra quos sunt habita, reprobantur. Inter quos etiā epistola hyba ad Mariūm Perjam scripta Theodori aduersus duodecim capitula Cyrilli: subiungitur paulo post fidei Symbolum quod canitur publice in ecclesia, & in articulo spiritus sancti more Græcorum ponitur & in spiritum sanctum dominum & viuificantem: ex parte procedentem, cum patre & filio coadorandum.*

Sed quoniā non destitit ab exordio adiuuentor malitiæ, cooperatore sibi serpentē inueniens, & per eum venenosam humanā naturā deferēs mortē, & ita organa ad propriā sui voluntatē apta reperiens, Theodorum dicimus qui fuerat episcopus Pharan, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum qui fuerunt huius regiae vr̄bis antistites, insup & Honorū, qui fuit papa antiquæ Romæ, & Cyrum, qui Alexandriæ tenuit episcopatū, Macarium quoq; qui nuper fuerat Antiochiæ præsul, & Stephanū eius discipulum, nō vacauit per eos plenitudinē, ecclesiae erroris scādala fuscitate, vniūse volūtatis, & vniūse operationis in duab⁹ naturis, vniūse de sancta Trinitate Christiveri Dei nostri, orthodoxe plebi vnifone disseminando hæresim cōsentaneā, insanā ac malitiosā sectā impiorum Apollinarij, Seueri atq; Themistij: & perfectionem humanitatis vniūse eiusdemq; domini Iesu Christi Dei nostri, molita est per quādam dolosam adiuuentionē perimere, per hoc inuoluntariā & inoperatricē carnem eius quæ intellectualiter animata est, infamiter introducēs. Excitauit igitur Christus Deus noster fidelissimū imperatorē nouum Dauid, virū secundū cor suum inueniēs, qui nō dedit (iuxta quod scriptū est) somnū oculis suis & palpebris suis dormitationē, donec per hunc nostrū à Deo cōgregatum sacrumq; conuentum, ipsam rectæ fidei reperit perfectā prædicationē (secundum enim à domino editā vocē, vbi duo vel tres fuerint cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorū) quæ præsens sancta & vniuersalis synodus fideliter suscipiens, & expansis manibus amplectēs, tam suggestionē quæ à sanctissimo ac beatissimo Agathone papa antiquæ Romæ facta est, ad Constantinū piissimū atq; fidelissimū imperatorē nostrum, quæ nominatim abiicit eos, qui docuerūt vel prædicauerunt (sicut superius dictū est) vnā voluntatē & vnā operationē in incarnationis dispensatione domini nostri Iesu Christi, veri Dei nostri, ad quæ amplexa est & alterā synodalem suggestionem, quæ missa est à sacro concilio, quod est sub eodē sanctissimo papa. 125. Deo amabiliū episcoporum ad eius à Deo instructā tranquillitatē, utpote consonantē sancto Chalcedonenſi concilio, & tomo facerrimi ac beatissimi papæ eiusdē antiquæ Romæ Leonis, qui directus est ad sanctum Flauinium, quē & titulū rectæ fidei huiusmodi synodus appellauit: adhuc & synodis epistolis quæ scriptæ sunt à beato Cyrillo aduersus impiū Nestorium, & ad Oriētales episcopos. Affectu quoq; sancta quinque vniuersalia concilia, & sanctos atq; pro-

Epist. Decimam b. Leonis Intellegit.

babiles patres, consonantēque confiteri desinientes dominū nostrum Iesum Christum, verum dominū nostrum, vnum de sancta & consubstantiali & vitæ originem præbente Trinitate, perfectum in deitate, & perfectum eundē in humanitate, Deum vere, & hominē vere eundem ex anima rationali & corpore, consubstantialē patri secundum deitatem, & consubstantialē nobis secundum humanitatē, per omnia similem nobis absque peccato, ante secula quidem ex patre genitum secundum deitatem, in vltimis diebus autem eundem propter nos & propter nostrā salutē de spiritu sancto & Maria virgine proprie & veraciter Dei genitrice secundum humanitatem vnum eundemque Christum filium Dei vni-genitum, in duabusque naturis inconfuse, inconuertibiliter, inseparabiliter, indiuisē cognoscendū, quæ extincta harum naturarum differentia propter vnitionem, saluatāque magis proprietate vtriusque naturæ, & in vnā personam, & in vnā substantiam concurrentem, non in duas personas partium vel diuisum, sed vnum eundemque filium vni-genitum Deum verbum Dominum Iesum Christum, iuxta quod olim Propheta de eo, & ipse nos dominus Iesus Christus erudiuit, & sanctorum patrum nobis tradidit symbolū, & duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes indiuisē, inconuertibiliter, inseparabiliter, inconfuse secundum sanctorum patrum doctrinam ad quæ prædicamus, & duas naturales voluntates non contrarias (absit) iuxta quod impij asseruerunt heretici, sed sequentem eius humanam voluntatem & nō resistantem vel reluctātem, sed potius & subiectam diuinę eius atque omnipotentī voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moueri: subiici vero voluntati diuinæ iuxta sapientissimum Athanasium. Sicut enim eius caro, Dei verbi dicitur & est, ita & naturalis carnis eius voluntas, propria Deiverbi dicitur & est, sicut ipse ait: Quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me, patris, suam propriam dicens voluntatem, quæ erat carnis eius. Nam & caro propria eius facta est. Quemadmodum enim sanctissima atque immaculata animata eius caro deificata est, non est perempta, sed in proprio sui statu & ratione permansit, ita & humana eius voluntas deificata, non est perempta, saluata autem magis secundum deiloquū Gregorium dicentem. Nam illius velle, quod in salutatore intelligitur, non est contrarium Deo deificatum est totum: duas vero naturales operationes indiuisē inconuertibiliter, inconfuse, inseparabiliter in eodem Domino nostro Iesu Christo, vero Deo nostro glorificamus, hoc est, diuinam operationem & humanam operationem, secundum diuinū prædicatorem Leonem apertissime asserentes. Agitem vtriusque forma cum alterius communicatione, quod proprium est, verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Nec enim in quoque vnā dabimus naturalem operationem Dei & creaturæ, ut neque quod creatū est, in diuinā educamus essentiam, neque quod eximiū est diuinæ nature, ad cōpetentē creaturis locū deiiciamus. Vniūse enim eiusdemq; tam miracula quamque passiones cognoscimus, secundum aliud & aliud eorū, ex quibus est naturis, & in quibus habet esse, sicut admirabilis inquit Cyrillus. Vnde igitur incōfusum atque indiuisum conseruantes breui voce cuncta profert-

mus vnum sanctæ Trinitatis, & post incarnationē dominum nostrum Iesum Christum verum Deum nostrum esse credentes, asserimus duas eius esse naturas in vnā eius radiantē subsistentiā, in qua tam miracula quamque passiones per omnem sui dispensationem conuersatus, non per phantasiā sed veraciter hæc demonstrauit, ob naturalem differentiam in eadem vnā subsistentia cognoscenda, dum cum alterius cōmunionē vtriusque natura indiuisē, & inconfuse propria velit atque operetur: iuxta quā rationem, & duas naturales volūtates & operationes cōstemur, ad salutem humani generis cōuenienter in eo concurrentes. His igitur cum omni vndique cautela atque diligētia à nobis formati, definimus aliam fidem nulli licere proferre aut conscribere, cōponere vel sapere, vel etiam aliter docere. Qui vero præsumperit fidē alteram cōponere vel proferre, vel docere, vel tradere, aut symbolum volentibus conuerti ad agnitionem veritatis ex gentilitate, vel Iudaismo, aut ex qualibet hæresi, aut qui nouitatem vocis, vel sermonibus adiuuentionē ad subuersionem eorū, quæ nunc à nobis determinata sunt introducere, hos siquidem episcopi fuerint, aut clerici, alienos esse, episcopos quidem ab episcopatu, clericos vero à clero sin aut monachi fierint, vel laici etiā anathematizari eos. Sequuntur subscriptiōes.

*Theodorus humilis presbyter sanctæ Romanæ ecclesie, locum gerens Agathonis ter beatissimi vniuersalis papæ vr̄bis Romæ subscripti. Georgius humilis presbyter, sicut supra. Ioannes humilis diaconus sicut supra. Georgius misericordia Dei episcopus Constantinopoleos nouæ Romæ definiens subscripti. c. ceteri omnes subscripti seruant.*

*Actio decima octaua.*

Residentibus itaque gloriosissimis patriciis, & consulibus & venerabilibus metropolitanis episcopis, præpositis in medio sanctis, & intemeratis Christi Dei nostri Euangelis, Theodorus Deo amabilis diaconus huius sanctissimæ Dei catholice, & apostolice magnæ ecclesie, & primicerius Deo amabiliū notariorū Georgij venerabilis atq; sanctissimi patriarchæ Cōstantinopolitani, dixit: Maximē pietatis existit cognitio tranquillissime domine, ut principaliter, quæ ad culturā diuinitatis attinet, præcipuā diligētia adhibere: dehinc causas, quæ Christo amabili reipub. cōpetunt recta consideratione dirigere, quæ profectō inanis benigne peragitis, māfuetissime oēm quidē seculariū causarū sollicitudinē reponēs, pro diuinis vero curā & studiū per spūs sancti gratiā assumens. Et hic vester est acceptabilis ornatus, pietatem aduersus diaboli accersite malitiā, & contra impietatis eius cohortem, sacrum aggregare collegium hoc consulto agimus sanctum & magnum atque vniuersale collegium quod (sicuti cōgruum fuerat) cum plurima & quanta debuit sedulitate ex multis diebus, super immaculata nostra Christianorum fide, quod agendū fuerat gessit, propugnatricē adeptum vestrā pietatē: dissensionē vero quæ quoquomodo exorta est aduersus rectitudinē fidei, post tergum effecit innixa quidē veritatis doctrinis, corroborata vero beatissimorū patrum irreprehensibilibus & vere diuinis traditionibus ex ipsius autorū scriptis in vnoquoque; quæ prouenerūt, cōsiderādum est. Definitionē autē nunc promulgauit, sine mendaciō diuinarū scripturarū vigore pollentē, sanctorūque patrum doctrina superscriptā, ad cōfirmationē qui-

dem rectorū veritatis dogmatum, gloria vero pij vestri imperij, & hæc præ manibus deferimus vestrę serenitatis proposito recendā. Cōstantinus piissimus imperator dixit: Quæ memorata est definitio, telegatur. Et accipiens Agatho religiosus lector & notarius Georgij venerabilis atque sanctissimi archiepiscopi huius à Deo cōseruandę regie vr̄bis, eadem definitionē relegit in his verbis. Sanctū & vniuersale magnū concilium, quod per gratiā Dei & piā sanctionē Constantinū piissimi ac fidelissimi magni imperatoris, cōgregatū est in hac à deo cōseruandā regia Cōstantini vr̄be noua Roma, in secreto diuallis palatij, quod cognominatur Trullus, definit quæ subter annexa sunt. Et quia iam in superiore actione definitio fidei scripta est, in actione hac non cā scripti, sed episcoporū subscriptiōes & imperatoris tm̄. *Theodorus humilis presbyter sanctæ ecclesie Romanæ, & locum gerens Agathonis beatissimi & vniuersalis papæ vr̄bis Romæ, subscripti.*

*Georgius humilis presbyter s. ecclesie Romanæ, & locū gerens Agathonis beatissimi & vniuersalis papæ Romæ subscripti. Ioannes humilis diaconus sanctæ ecclesie Romanæ & locum gerens Agathonis beatissimi & vniuersalis papæ vr̄bis Romæ, subscripti.*

*Georgius miserante Deo episcopus Constantinopoleos nouæ Romæ definiens, subscripti.*

*Petrus presbyter, & locum seruans Apostolica sedis Alexandriæ magnæ ciuitatis, subscripti.*

*Theophanes misericordia Dei episcopus Theopoleos seu Antiochiæ, subscripti.*

*Georgius presbyter & locum gerens Theodori Deo amabilis presbyteri, & loci seruatoris Apostolica sedis sanctæ Christi Dei nostri ciuitatis Hierosolymorum, subscripti. Eodem tenore subduntur reliquæ subscriptiōes.*

Et subscriptio piissimi & Christo dilecti Constantini imperatoris: Legimus & consensimus. Constantinus piissimus imperator dixit: Edicat sanctū vniuersale concilium, si cum consensu omnium venerabilium episcoporum promulgata est definitio, quæ ad præsens relecta est. Sanctum concilium exclamauit: Omnes ita credimus, vna fides, Omnes id ipsum sentimus. Omnes consentientes & amplectētes subscripsimus, Orthodoxe omnes credimus, hæc est fides Apostolorum, hæc est fides patrum, hæc est fides orthodoxorum, multos annos in imperatori. Integritates duarū naturarū Christi Dei nostri tu declarasti. Luminariū pacis domine cōserua, Martiano nouo Cōstantino æterna memoria. Nouo Iustiniano fiunt deinde acclamationes in gratiā imperatoris & confusionē hæreticorum. Constantinus piissimus imperator dixit: Deum testē proferimus sancto & vniuersali nostro concilio quod absq; quolibet fauore & inuidia, principale desiderium & zelus extitit nobis irreprehensibile esse immaculatā nostrā orthodoxam Christianorum fidē, & cum stabilitate nos eā conseruare in nomine Dei, secundum doctrinā atque traditionē, quæ tradita est nobis tam per Euangelium, quā per sanctos Apost. & per statuta sanctorū, quæque vniuersalium conciliorum, sanctorumque probabiliū patrum: & nō mediocriter nos pro hoc desiderium coartabat ex quo (iubete Deo nostro) autorialiter accepim⁹ solum imperij nostri. Cū ergo deo cōplacuit tēpus concedere, inuitauim⁹ fieri collectionē vestrā, ad considerādū vobis sanctas Dei scripturas, omnēque vocis siue assertionis nouitatem, quæ adiecta est ad intemeratā nostrā Christianorum



fidem in his vicinis temporibus, à quibusdam praua sentiētibus expellendā, mundissimamq; nobis hāc contradendā (sicut prædictum est) quatenus secundum sancta & vniuersalia quinq; cōcilia, & statuta sanctorum venerabiliū patrum, ita eam & nos custodiamus vsq; ad mortem. Ibi ergo iudicemur vobiscū apud terribile tribunal Dei, quando fururus est iudicare viuos & mortuos, si forsitan aliquid vnquā consciētiam habetis, fuisse intermissum in definitione, quæ à vobis promulgata est, sed & si quisquā ex vobis forsitan vult dicere, vtiq; examinato sermone, qui fuerit à quolibet ex vobis prolatus, ex omni parte per gratiam & inspirationem sancti spiritus summam cōprehendamus sanctæ & immaculatæ fidei, quæ tradita est nobis à sanctis Apostolis & discipulis Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi veri Dei nostri & eis qui deinceps reperti sunt probabilibus patribus, & sanctis quinq; vniuersalibus cōciliis, quatenus vno ore, vnoq; corde omnes ecclesiæ Dei hymnum offerant in tempore regni nostri misericordissimo Deo nostro, recte annunciantes verbū veritatis eius & perfectius extingatur omnis hereticæ præsumptionis iactantia ab eius benignitate. Sancta synodus exclamauit: Multos annos imperatori, Christo dilecto Imperatori multos annos, Piū & Christianum Imperatorem domine conferua. Orthodoxā fidem tu confirmasti, Definitio orthodoxa est, Contradictenti huic definitioni anathema: Qui contradixerit huic definitioni, diuisor est: Qui cōtradixerit huic definitioni, hæreticus est: Qui nō suscepit hāc definitionem, Apollinarista est: Qui cōtradixerit huic definitioni, Nestorianus est: Qui nō suscepit hāc definitionem, Eutychnianista est: Nestorianis anathema, Eutychnianis anathema, Apollinaristis anathema. Omnibus Christo rebellib; hæresibus anathema. Æterna memoria Imperatori, Æternū permaneat vestrum imperiū. Constantinus piissimus imperator: Et si proculdubio vestra venerabilitas atq; religio delassata sit ex lōginquo itinere, & diuturna hic cōmoratione, veruntamen gratiā dignam cum vicissitudine illa superni nutus, etiā ab imperio nostro percipiet, eo quod multis erratibus circa orthodoxā fidem, extincta dissonantia, in vnā eandemq; confessionē consonanter omnes cōuenimus, sperantes verā atq; celerem salutē à multorum munerum datore Deo, intercessionibus sanctæ & immaculatæ Dei genitricis & vestræ sanctitatis suscipere. Sanctum conciliū dixit. Piissime & tranquillissime domine, sermonē acclamatoriū ad deo amabilem vestrum potētātū iuxta morem cōposuimus: & si placuerit pietati vestræ, hūc perlegi iubete. Cōstantinus piissimus imperator dixit: Acclamatorius sermo, qui cōpositus est à sancto vestro cōcilio, deferatur & relegatur. Qui delat' est, & in his sermonibus ita relectus est: Sermo acclamatorius qui prophetic' dicitur, à sancto & vniuersali cōcilio, ad piissimum & Christo dilectum Cōstantinum imperatorem: A dextra Dei qui cūcta creauit & cōtinet imperialis potestatis merito diadema suscipiēs Christo dilectē Imperator humanitate ac māsuētudine, & circa fidē insita pietate atq; rectitudine, dominū remunerare diligis, qui te regnare disposuit: tales quippe munerū vices scis eum habere complacitas, quibus sibi diligit famulari. Quæ vero est alia Deo liberalior à vobis donorū oblatio, quā charitatis & fidei circa eū flagrans demōstratio, sanctorūq;

Dei ecclesiarū per vos pacific' status: Propter quod & maximē plurimos agones super his, quos habes, cōsummasti, vt vnanimitatē acquireret dissidentiu. Vos enim per Christū benigne regnatis, Christus vero per vos ecclesiis suis pacē delegit impartiri. Ipse nunc & vestrā suscitauit serenitatē, & ad rectā fidei zelum cōmouit, hanc vniuersalē ad temetipsum synodum cōuocandi, vt nuper quidē exorta hæresis nouitatē & destrueret, veritatis autē prædicationē firmaret, vt hoc proueniētē stabile, & inconcussū sit ecclesiæ ipsius collegiū. Intolerabile enim existimasti, prudentissime Imperator, in cæteris quidem nos adinuicē cōsentire atq; cōcurrere: circa ipsum autē vitæ nostræ capitulū ab inuicem dirumpi atq; discindi, vt hinc nos alter alteri' membra existētes, & in vno Christi corpore cōstituiamur, per eandem quæ ad ipsum & adinuicē intelligētiā atq; fidei est, consonantiā. Quid vero est & præsertim imperatori debilius, quā prae omnib; pietate adornare subiectos, per quod & in cæteris felicitetur respublica: Veruntamen vestris diuilibus præceptis acquiescentes, tam antiquæ Romæ & Apostolicæ summis pontificalis antistes, q̄ nos humiles Christi tamen sacerdotes atq; ministri, ille quidē pro se literarū paginam, eosq; qui eius personā describerent sacerdotes cōstituit, nos autē omnes cum eis simul Deo amabile soliū tuæ fortitudinis corporaliter circūstetimus. Si igitur omnes simpliciter & absq; calliditate à principio Euangelicā prædicationem suscepissent, apostolicisq; institutionibus essent cōtenti, bene vtiq; & apte sese causæ haberent & neq; authoribus heresum neque fautorib; sacerdotū certaminū labores exercerēt. Oportebat enim illos quidē in silentio degentes salutē acquirere, istos vero ad reluctandum nō prouocari, & tranquillitati tēpus, nō tumultibus cōpartire, sed silentiū p̄cedenter amplecti, & ideo colloqui, & subiectis formulæ virtutū exillere. Sed quia aduersari' Satanas requiescere minime nit, sed tāquā armigeros atq; telorū portatores aduersus Christū proprios ministros exulcitat: errorū doctrinis velut occultis gladiis multorū mētes fraudulēter perimētes hui' rei gratia & Christ' deus noster, qui patris est sapiētia, & virt', per quā vniuersa cōstituta sunt & cōtinētur, suos aduersus illos præliatores aperto tēpore suscitauit gladiū spirit' cōtēptiētes, ad abscindēdū ac perimēdū eos qui manus extollūt aduersus populū eius copiosum & qui ecclesiæ caulas more luporū captas tenere, & in reiores margaritas diuini eloquij rapere atq; cōculcare porcinis dogmatibus nitebantur, ad quos & gladius iubetur exacui: framea, inquit, exurge super lupos pastores, & eos qui oues cōturbāt, interfice, sic vtiq; & oīm synodorū huc vsq; cōuētus effecti sunt aduersus id, quod tumultuabatur, & reluctabatur tā principibus quāque patribus semper armatis. Arrius diuisor atque partitor Trinitatis insurgebat & cōtinuo Constantinus semper Augustus, & Syluester laudabilis magnā atque insignem in Nyceæ synodum cōgregabant: per quā ipsa Trinitas tam fidei symbolum dictauit quāque aduersus Arrianam malitiam sententiam promulgauit & iusta pœna errantem ecclesiæ locis insignis, sed illis cōdignis cruciavit. Macedonius spiritus denegabat deitatem, & dominantem conseruum prædicabat, sed maximus Imperator Theodosius, & Damasius fidei adamans protinus obstiterunt, quorum solidam mentem ag-

gressiones

gressiones atque cōfictus alienarum sectarum nullatenus fauciarūt. Georgius & Nestorius in hac regia vrbe conuentum cōgregabant, & sacrilegā quidē linguā à sacerdotio abscindebant quæ blasphemias execrabiles in spiritum sanctum iaculabatur, fidei vero symbolū denuo explanabāt, & quod deus est spiritus confirmantes, per ea manifestius exposuerūt. Sic igitur eos qui Trinitatis vnitatem soluebant Trinitatis virtus destruxit. Multa vero valde & multifaria, & super ipsa vniūgeniti dispensatione facta est oppositio, sed generalis sermo exequi festinat, dum Nestorius & iterum Cælestinus, & Cyrillus, ille quidem Christum diuidebat & partiebat, hi vero cum domino cōspirantes, vna cum his scriptorum domini diuisorem deiiciebant, vt effusus ibidē gestorum tabulæ per literariam vocem dum ipsi sileant, causas ipsas loquūtur. Deinde Eutychetis insaniam delirante alteram fabulam, ipsiusque saluatoris humanitatem penitus recusantem, & vmbrosam quandam eius, & non veram similitudinem præstigiante, putasne necessarium erat, spiritales viros insurgere, qui diuinis verbis falsidicos compescerent? Et quomodo nō indignaretur Deus qui blasphemabatur, & non defendebatur? Leonis igitur tuba tanquam Leonis rugitus viriliter vociferans ex Roma, interim archimāditam bestiam perterruit & à monachico grege proiecit, eiusque phantasiā atq; putationem reprobauit, & euanescere fecit iniustā turbulam Martianus sacratissimus Imperator, & Anatolius Cōstantinopolitanus antistes cū omni Chalcedonensi à Christo cōgregata collectione sese amplexi sunt, atque manu & lingua cōsentiebant, & pariter subscribebant, & consonā Eutychetis & Dioscori intelligentiam euacuarūt: Sicut & Vigilij post hæc Iustiniano piissimo cōsonuit quantū conciliū, & constitutum est vt eorum opuscula, quæ latenter reperta sunt, repleta abominatione, anathematizarentur. His ita se habentibus, necessarium exitebat, & vestram Christo amabilem mansuetudinem sacratissimum hunc & copiosum congregare conuentum, dum vtrinque benefacere putaretur, & causam quidem disensionis ecclesiarum repellere, distātia vero ad vnitatem reducere. Nec enim sufferebas cōspicere, Deo amabilis domine, vt nuper cōtexta falsæ doctrinæ adinuentio, tunicam recte fidei vsquequaque conscinderet: sed audenter dicimus tanquā per organa spiritus per nos & vna nobiscum quod excisum erat retexuisti, & ad soliditatem compaginati, integritatiq; restituisi. Proinde in inspiratione sancti spiritus conspirantes & adinuicem omnes cōsonantes, atque consentientes, & Agathonis sanctissimi patris nostri & summi papæ dogmaticis literis ad vestram fortitudinem missis consentientes, necnon & suggestioni sanctæ quæ sub eo est, synodi 125 patrum concordantes, vnū de sancta Trinitate dominum nostrum Iesum Christū etiam incarnatum, prædicamus in duabus perfectum naturis indiuisse, inconfuse laudandum. Vt enim verbum, consubstantiale est & consempiternū Deo genitori: vt autē carnē sumens ex intemerata virgine, deiq; genitrice Maria, homo perfectus est, consubstantialis nobis, factusq; ex tēpore. Perfectū igitur in deitate, & perfectum eundē in humanitate secundū priscas patrū traditiones, & Chalcedonensem diuinā definitionē prædicamus. Et quæ admodū duas percepimus naturas, ita & duas naturales voluntates, & duas natura-

les operationes agnoscimus. Neutrā enim earū, quæ Christi sunt, naturarū in eius dispensatione audemus absq; voluntate vel absq; operatione pronūciare, ne forte earū perimētes proprietates, etiā naturas quarum sunt proprietates, pariter perimam'. Nec enim negamus naturalē eius humanitatis voluntatē, aut naturalem operationē ne & quod pro salute nostra dispensationis est capax denegemus & deitatis passioni applicemus. Hoc nāque conabatur, qui nuper in eo vniū voluntatis, & vniū operationis execrabilem nouitatem introduxerūt, Arrii & Apollinarij, al. Apollinaris, Eutychetis atq; Seueri malignā sectam restaurātes. Sic enim absque voluntate & absque operatione humanā Dei naturā dicere cessaremus, vbi perfectū in humanitate saluatū est? Nihil enim aliud constituit humanæ substantiæ integritatē, nisi essentialis voluntas per quā liberi arbitrij vigor in nobis designatur, sic se habeat vt substantialis operatio. Quomodo enim dicimus eum in humanitate perfectum si nihil humanum passus est aut operatus est? Quem admodum enim duarum naturarum concursus, vnam nobis inconfusam atque indiuisam conseruauit substantiam, ita & vna substantia in duabus coruscans naturis, quæ vtrique conueniunt, proprie demonstrabat. Duas igitur in eo naturales voluntates, & duas naturales operationes cōmuniter atque indiuisse procedentes prædicamus: superfluas autem vocum nouitates, & harum adinuentores, procul ab ecclesiasticis septis abiicimus, & anathemati merito subiicimus: id est, Theodorum Pharanitanum, Sergium & Paulum, Pyrrhum simul & Petrum, qui Constantinopoleos præfulatum tenuerunt, insuper & Cyrū qui Alexandrinorum sacerdotium gessit, & cum eis Honorium qui fuit Romæ præful vtrpote qui eos in his sequutus est, super his præcipua ratione anathematizamus, deponentes Macariū qui fuerat Antiochiensis episcopus, & Stephanū huius discipulū, & potius dicamus magistrū, qui prædecessorū suorum impietatē defendere conati sunt, & vt verbo dicatur totum orbē terrarum cōcitauerunt & omnes quidē vtiq; pestiferis literis, fraudulētis vero institutionibus vnumquēq; multorū in simplicitate vastauerūt. Similiter autē & Polychronium infantilis intelligentiæ delirum senem, qui mortuos suscitare pollicitus, dum non suscitaret, derisus est: & omnes qui constituerūt vel constituunt, constituere præsumpserint vnā voluntatē & vnā operationem in dispensatione humanitatis Christi, & ne forte quidā reprehendat, seu sanctissimi papæ diuinā amulationem, siue præsentem angelicam conuentum illius & ante nos, & nobiscum illi Apostolicas & paternas traditiones sumus secuti, & nihil dissonū aut discrepās ab eorū informatione adinuenim' insuper & cōtra insurgētes nobis restitimus, sed nō anticipauim', & neque nos cōgressionem adsumpsimus, præincipientibus vero è dextero sumus armati. Quis igitur aspexit talia & miracula: Spirituale nūc proponebatur studiū, al. mirabilia & propugnator falsidicæ scientiæ iam ante exstebatur: ignorabar autem quod non adipisceretur coronam victoriæ, sed & exueretur coronam sacerdotij. Summus autem nobiscum concertabar Apostolorum princeps: illis enim imitorem & sedis successorē habuimus fautorē & diuini sacramenti mysterium illustrantem per literas, confessionem tibi à Deo inscriptam illa Romana antiqua ciuitas obtulit & dogmatum diem à vespertinis partibus

L 3

extulit,

extulit, charta & atramentum videbatur & per Agathonem Petrus loquebatur, & cum omnipotenti cōregnatore pius imperator simul & decernebas tu qui à Deo decoratus es. Et Simon quidē resupinus volutatus corruerat, & stat ruina eius statua. Fides vero resurgit plebique concordia in proprium restituitur decus. Eleuatus est Sol, & Luna sterit in ordine suo ait Propheta: In lumine leuatus est Sol, id est, mens vestra ad iustitię solem ascēdit purissimū, puram respicere reconciliationē, quæ nobis ex hoc apportauit. Et Luna stetit in ordine suo, id est, ecclesia & sponsa Christi suo decore amicta est & pietatem tanquam virginitatis stolam induitur & orthodoxę fidei pulchritudine plenius facta, perpetua pace mundum illustrat. Audite hæc omnes qui terrenum hoc tabernaculū vos exiistis & qui postea nascituri estis, præsentibus enim non auditus, sed visus est satisfactio & soli sapienti & potenti Deo gratiarum laudes enixius offeramus. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, decantantes, dum Christo omnipotenti complacuit suscitare principem Deo dilectum, qui vnitatis ecclesiarum mediator effectus est. Sed o benignissime domine & amator iustitiæ, ei qui tibi potentiam largitus est, hanc gratiam recōpenſa, & his quæ à nobis gesta sunt, signaculum tribue vestram inſcripto imperialem rati habitationem, & per edicta diualia atque per pias constitutiones, ex more eorum omnium firmitatem, quatenus nullus his quæ gesta sunt, aut cōtradicat, nouamve questionem machinetur. Scito enim serenissime imperator quod nihil horum, quæ in synodis vniuersalibus, & à probabilibus patribus constituta sunt, falsauimus, verum potius confirmauimus. Etenim omnes vnanimiter atque cōsonanter acclamamus: Domine, saluum fac regem nostrum, qui post te corroborauit fidei fundamentum, benedicto vitam eius, dirige gressus cogitationum eius. Conterat virtutē inimicorum suorum, & resistentes ei, continuo corruant, quia fecit iudicium & iustitiam sempiternā, & periclitanti veritati manus porrexit, populumque tuum saluauit, ad eadem sapere eos concilians. Gaude ciuitas noua Roma, Constantinopolis, glorificata nomine principali. Ecce rex tuus fidelis sedet fortissimus: & accipiet armaturam æmulatricę eius virtutem, indutus est lorica iustitiæ & sanctitatis, circumposuit sibi galeam prudentiam, quæ est speculauitutum, & scutum assumpsit inexpugnabile in Deum pietatem, his armatum eum aspiciant barbari, & speramus in Deum eos obtemperare dominantem: lætare ciuitas Sion cacumen orbis terrarum atque imperiū. Constantinus te purpura præordinauit, & per fidem coronauit, & Constantinus vtrisque supercoronauit. Portęque inferi aduersum tuum orthodoxum imperium non præualebunt. Gaude & fiducialiter age Imperator speciosissime, Domine Deus tuus in te potens, præcingens te virtute, saluabit te, adducet super te iocunditatem & exultationem ampliabiturque imperium tuum, & exaltabitur brachium tuum, & dominatur cunctis aduersis, Deumque non agnoscentibus, atque ante stantibus, & lamentabitur quidem hostilitas, gaudebit autem obedientia: quia ego potens sum dicit dominus omnipotens.

IN NOMINE DOMINI ET DOMINATORIS IESU CHRISTI SALVATORIS NOSTRI, IMPERATOR PISSIMI

mus, pacificus, Flavius Constantinus fidelis in Iesu Christo Deo imperator, Christo dilecto omni populo habitanti in occidentis partibus.



Irmamentum ac fundamentū supero nutu credite nobis Christianissime existit reipublicæ fides in Deo inflexibilis & inconcusibilis, in qua Christus Deus noster tanquā propriam domum suā construxit ecclesiam, & sicut rex omnium imperij nostri sedem cōstituit, principatusque nobis scripta commisit. Sicut enim quādā petram excelsum & sublimē, & vt cœli terræque in consortio cōstitutam mysticā confessionem, quæ in eum cum patre & spiritu est, saluator nobis ostendit, vt per eam tanquam per mediam scalam ad cœlestē conuersionem reducamur, diuiniorsque regni potentia coronemur. Super hanc petram cogitationis nostrę gressus infiximus, super quam firmiter stare præcipimus quæque; cautius tenere subiectos præcipimus, ne quisquam vt minus attentus exagitetur à maligno & instabili spiritu, expulsusque atque præcipit in impietatis voraginem delabatur. Etenim desiderabile est dæmoni, qui generi humano semper infestus est, separare hominē à Deo, qui factus est ad imaginē dei, & multimodis deceptionibus fallere. Sed nihil est ei sic studiosum atque officiosū, quàm pietatē oppugnare, & ecclesiasticæ pacis statū perturbare. Quod nuper elapsis temporibus demonstrauit, atque aduersus inuicē ecclesias prælia sumere persuasit per instrumenta, quæ ad hoc vt vnā secum confligerent, adinuenit, sub sacerdotali scilicet habitu & indumento dolosam intentionem obsecrantia, Christi ueromatoribus populis letalem institutionem eruditam incarnatione saluatoris, atque in duabus eius naturis (diuina dicimus & humana) nouitatem sanxerunt, quatenus & vnā ex hoc in Christo naturā erimprouiso excogitantes introducere, antiquæ illius & corruptibilis confusionis hæresim reconſarant, cui qua Apollinaris quidem disperiit, Themistius uero nephandus anathematizatus est, Eutyches & Dioscorus cum sua pessima secta simul deiectione sunt: & omnes hi, & qui vestigia eorum secuti, è regionibus veritatis ierunt, synodalibus simul & paternis condemnationi sunt sententiis. Huiusmodi denique contagione ecclesias contaminauerunt etiam hi, qui ante nostra tēpora sacrilegi sacerdotes ecclesias perseuere gubernarant. Sunt autem hi: Theodoros, qui fuit Faran episcopus; Sergius, qui fuit nostræ à Deo cōseruandæ regię vrbis antistes: ad hæc & Honorius, qui fuit antiquæ Romæ papa, huiusmodi hæresim confirmator, qui etiam sui exitit oppugnator: Cyrillus quoque, qui Alexandrinorum quidem prælatum sortitus est, infringere autem orthodoxa dogmata studuit. Similiter & Pyrrhus & Paulus & Petrus, huius regię nostræ ciuitatis patriarchæ sedis alterutrum successores, qui peruersionis vitii vicissim trāsmiserunt. Quorum oim cultores & opulatores maleuolorum superinsurrexerunt Macarius, qui fuit Antiochenorum antistes, & Stephanus eius discipulus, & præuaricationis instructor Polychromus, quod multo tempore hæreticæ vetustati consensit: qui in tantū quos secuti sunt, emulati sunt, impietatisque gloria suā animā cremauerunt, vt etiā discerpere atque discicare inuicē mēbra Christi Christo dilectos plures fecerēt, vt nec barbari tm, quātū Christiani Christianos

al. eos.

Epiphanius episcopus. al. Arrianitas. al. Arriatoritas. Matt. 26. d. Cyrillus Alexandrinus.

nos oppugnarent, sanctarū ecclesiarū adinuicē perturbationem atque dissidiū, emolumentum atque lætitiā pro lucro reputantes. Verū nos eis qui ab origine pie atque vniuoco nomine ante nos regnauerunt, ex æquari cupiētes, zelosque rectæ & intemeratæ fidei conflagrantes atque sanctas Dei ecclesias in pacis ordine perseuerare, tēporibus nostri impetij principale opus statuentes, porro protelari huiusmodi lætionem miserrimū æstimauimus: vnde & hoc sacratissimum & vniuersale conuocantes sextū concilium, vt pote parile præcedentiū sanctorum quinque; vniuersalium cōciliorū, in medium deducere falsorū dogmatum, hoc est, nouitatū propositiones decreuimus. Quod sanctum cōcilium singula quęque; perpendens atque discernens, eos quidē, qui orthodoxę fidei prædicationē concusserunt, & Christi gregem scandalizauerunt, à sacerdotali ouili eliminauit, definitionem vero à Deo institutā, & sanctas Dei ecclesias in vnitatem congregantē, constituit, Euangelicas quidē & apostolicas consequentē sanctiones, memoratis autē sanctis & vniuersalibus quinque; conciliis consonantem. Idcirco & nos, quæ ab eis definita sunt, corroborare atque firmare cupientes, præfens pium editum edidimus, veræ circa diuinitatem fidei secundum ecclesiastica statuta adnuncians cōfessionem: Credimus in patrē & filium & spiritum sanctū, Trinitatem in vnitatem, &c. *Intermissis quibusdā subdit.*

Si igitur totus tota humanæ naturæ nõ vnitus est, nec totus homo saluatus est. Quod enim non assumptum est, nec saluatum est. Quod vero vnitum est Deo, hoc & saluatur, secundum deiloquum agnomento Gregorium. Sed hi quidē cum propriis æstimationibus & phantasiis circumerrent: nos autē, qui veræ dispensationis mysterium nõ illudimus, nõ solum intellectualem et vntariam sacrosanctam saluatoris animam esse credimus, sed & omnibus eam vere naturalibus virtutibus perfectam, & similibus nobis absque peccato voluntarie acqueuiffe passionibus, dum verbum eam permitteret querere & velle, quæ sua sunt. Sic & naturalem cibum secundum rationem appetebat, desiderabat quoque, & turbabatur a tristabatur. Cum enim saluator ad crucis passionem propria voluntate veniret, cœpit tristari & anxari. Hæc enim animæ rationalis & volūtariæ proprietates existunt, vt persuadet nobis præclarus pater noster Epiphanius, in sermone aduersus Arriomanitas, ita profecutus: A carne enim, inquit, diuinitati vnita, absque anima & mente nõ fiet agonia. Vnde & idē dominus dicebat: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Deinde orat transire calicem. Vt enim homo recufabat mortem. Nam habebat & nõ velle mori, sicut asserit laudabilis Cyrillus, eo quod recufaret caro eius naturaliter mortem: sicut autē Deus, idem ipse prompte veniebat ad passionē. &c.

*Subdit multas auctoritates patrum sepe allatas.*  
**PROPOſITIONE EXEMPLAR DIUINÆ IUSſIONIS DOMINI CONSTANTINI, DIRECTÆ AD SYNODUM APOSTOLICÆ SEDIS ANTIQUÆ ROMÆ.**  
 In nomine domini & dominatoris Iesu Christi, Dei atque saluatoris nostri, imperator piissimus Flavius Constantinus fidelis in Iesu Christo imperator, omnibus sanctissimis vniuersalis synodi apostolicæ sedis cōcilium repræsentantibus. Clarus & speciosus sacratissimus vester cœtus extitit, quē pro ecclesia cōgregauit spiritus sanctus

& pietatis armauit sermonibus, in quibus debellati sunt insidiatōres fidei, doctoribus sacerdotalis ordinis pōtiffici, veruētā & vniuersali patri auxiliātibus cū quo & pacificare didicistis, & cōpugnare eruditi estis. Tēpus est enim omni rei, sicut Salomoni videtur. Vnde bonū quidē est pacē habere ad oēs, qui cōcordiā erga pietatē habēt: melius est autē pugnare, quādo actio pacis consensum in malū operatur. Nā dominus, inquit. Nō veni mittere pacē in terrā, sed gladiū. Gladio enim bis acuto fidei verbū similitur, diuidēs & discernēs credulū & incredulū: & cognationē quidē vel cōsensum, quę ad impietate declinauerūt, eas separās, deo autē accōmodās seu cōnectēs per pacē & dilectionē erga ipsum positas. Nihil enī propius ad ipsum pertingit dilectione, quæ per fidē est erga ipsum. Nā nec pater, nec mater, quę cū filiis dolores cōpeperit, nec fratres necessitate naturæ al ligati, sed volūtati bus dissoluti, nec ex lege cōiūctiōis c rassa, & nõ imparsibilis cōnexio, alterutri solutiōe affectionē dissoluēs, nullū ex his diuinæ naturæ participes efficit, sed sola circa Deum fides & dilectio, quorum cōplexione regenerati & reformati sumus & cōmédatione erga creatorē digni sumus. Ipse enī dicebat saluator: Qui amat patrē aut matrē plus quā me, nõ est me dignus: & qui amat filiū aut filiā super me, nõ est me dignus. Et qui nõ accipit crucē suā & sequitur me, nõ est me dignus. Qui ergo Euangelicā semitā inuestigare proposuerunt, & apostolica dignitatis pōtifficatum sortiti, oīa cōtemnunt, & patitur ad extremā mortē (si cōtigerit propter Dei amicitia) cōdemnari mortē, & durissima quæque; pati & agere didicerūt, cum fidē vidēt depopulari, per quā erga Deum amicitia acquisita est, cum ecclesiā hereticis inuasionibus oppugnatā speculatur, quādo veritate proiectā mēdacio sentiunt, putāsne quod offēdere postponētes recōciliabuntur hostibus, & euangelicum obliti mādaturū, noxios sinent impunitos? Nullatenus, sed sumētes armaturā dei, his qui aduersus eos pugnare conati sunt, resistere certāt. Hoc vero & vestrum sacerdotale collegiū exhibuit, & pietate pugnavit, in quibus cōmuni parti auxiliatū est, & hæreticorū quidē deuiat acies, sed memoria eorū quæ dicēda fuerint, corripitur, sermōque; ampli⁹ egredi premitur. Lugubris enim tragœdia sequētū est: explanatio. Hæresum enim inuētores facti sunt pōtiffices, & pro pace cōtentionē populo adnunciauerunt, pro frumēto zizania sulcis ecclesie seminauerunt, vinum miscuerūt aquæ, & proximo potum dederūt, euerſionēque; turbidā, & tanquā lupus agnos simulabāt mēdaciū, & veritas vt mēdaciū, refutabatur. Cōturbabantur res totæ ecclesiasticæ, cum quod nocere queat, nõ erat qui discerneret. Et quoniā hæc quidē sic disponebatur, & pietatē impietas depoſcebat, profecti sumus illuc, quo nos decebat dirigere gressum, & soli sapiētī eorumque; cognitori Deo mētis nostræ extendimus oculum: & deinceps eorum quæ interpretādo dubium ingerunt, solutionem cōtinuis orationibus dati nobis postulauimus, propter quod nutu eius illustrata ecclesia, oculos. i. sacerdotes, ad cōtemplandā veritatē cōcitari dinoscimus. Tāto enī ampli⁹ pro fide certam⁹, atque pietati attēdimus, & i primis de ecclesiastico statu procuram⁹, quāto & ciuilib⁹ circūdati sollicitudinibus, bellicisq; cōsiliis retracti, summā sacerdotale hunc cœtum nõ destitimus cōgregare, vt ecclesiarū distātia procul expulsa, pacis cōiunctio coarctetur. In

Eccle. 3. & 8. d.

Matt. 10. d.

ibidem.

al. exhortatio.

al. obſtātibus.



pace nanque fidei pariter compactam à Christo dilectam Romanam rempublicam nostram confidimus, & nunc congregatum venerabile vestrum concilium. Interfuitis naque & vos cū vniuersali principe pastorum, simul cum ipso diuinitus loquentes tam in spiritu quàmque litera. Suscepimus enim nō tantum ex beatitudine eius, verum etiam à sanctitudine vestra directas nobis literas, quæ prolata, lectæ sunt, & veritatis verū stylum declarauerunt, orthodoxamque fidem depinxerunt. Totæ enim conuenienter, & non differenter posita sunt ad imitationem, & tam synodicis quàmque paternis doctrinis consentiunt. Neque enim negleximus, sed diligentius eas cōparauimus, idcirco & omnes consonanter mente & lingua concedimus, & similiter confessi sumus, & tanquam ipsius diuini Petri vocem, Agathonis relationem supermirati sumus, nemo enim discrepauit nisi vnus. Namq; nemo ab omnibus perit nisi filius interitus, pater contumaciæ, & hic vnā cum propriis discipulis sponte assumptus est ab angelo sibi decibili, & suo execrabili choro. Quem cū propheta conlugere opportunum est, eo quod condolemus. Qualiter cecidisti ex cælo sacerdotij, culminis, ô Lucifer, qui mane oriebaris? Luce certissimæ scientiæ fidelium animas lustrare ordinatus es, & in nubibus ponere arrogantia sedem vanis dogmatibus elatus es. Quomodo fuga lapsus es vitato agmine tantorum sacerdotum? An superbiam alis ad altam ruinam eleuatus, à mystica mēsa temetipsum alienasti, æmulator factus Iudaicæ discessionis? Quomodo non suscepisti collationem fratrum, imperialem & Apostolicam celebrantium solennitatem? Quomodo recalcitrasti, qui dilectus es diligentibus te, & ad patientiam te inuitantibus? Nunquid qui cadit, non resurgit? aut ita vertens non conuertitur? Quare auertis auersionem improbam, & tentus es in hæretico proposito tuo? Noluisse utique cōuerti ad pietatem, confusus es, in quibus male doces. O dementiam simul & obcæcationem. Idem enim esse vtrunque viderur. Harum nanque alia vestigia corporis, alia autem gressus animæ seducit. Despiens, male docere non erubescit, & bene docere erubescit, hic quidem, qui Antiochensiu factus est præsul Macarius, quem non oportet dicere Macarium, & qui cum ipso de ordine Christi discesserunt, cuius vniuersalis conuentionis communi sententia de sacerdotali dignitate repulsi sunt, & probationi sanctissimi papæ traditi sunt. Diffinitionem autem adorandum venerabile sanctissimū concilium decreuit, tam sanctissimis conciliis atq; probabilibus patribus conuenientem & subsequenter in qua & imperium nostrū subscripsit, & per pia dicta nostra comprobauit eam, per quam orationibus vestris cuncta ecclesie plenitudo pacificatur. Sicubi sunt, qui scandalum contritæ conditionis fabricauerunt. Sicubi sunt, qui simulatam reuerentiam ad argumentū falsæ doctrinæ induebatur. Detracta sunt personarum velamina, conuictæ sunt decipientium falsitates, pellem lupus abiect, & nudus lupus publicatur, & hoc manet, dum apparet, quod tegebatur, cum nō apparebat, simulatio damnabatur. Veritas fiducialiter agit, falsitas exterminabatur, & eius qui seminavit zizaniam, dogmata abscinduntur. Triticū, quod est Christo dilectus populus, in vnū horreum mittitur, scilicet in ecclesia Christi. Lux orthodoxæ fidei orta est, erroris tenebræ demerguntur. Tristi-

tia trāsfiguratur, & luctus in lætitiā, & contristatio in gaudium, omnia ad meliora transgrediuntur. Propter quod & nos ecclesiis Dei, quæ dudū pacis gratiam acceperunt, congratulantes Apostolica traditione alloquimur vos: Gaudete, gaudete, iterū dico, gaudete, ternum enim gaudium trinitas nobis concessit. Bene valete, sacratissimi auxilio pietatis orantes pro nostro imperio. Et manus diuina: Legimus. Data decimo Calendas Ianuarias Constantinopoli, imperiali domo, piissimo perpetuo Augusto Constantino imperatore, anno 29. Et post consultationem eiusdem anno decimotertio, indictione decima.

*Tanta gratia legatos catholica pacis comitata est, ut Ioannes Portuen. episcopus, qui vnus ex illis erat, dominica octauarum Pascha publicas in ecclesia sancta Sophia coram principe & patriarcha missas latine celebraret. Hac ille.*

*SCRIPTA LEONIS SECVNDI, PAPE ad Constantinum piissimum Augustum.*



**R**Egi regū in cuius potestate sunt regna mundi pusilli, cui magnas gratias agimus, qui ita in vobis terrenū contulit regnū, vt cælestiavos magis ambire cōcederet. Pl<sup>o</sup> est enim quod in Deo defixa mente confiditis, quā quod collato vobis diuinitus honore regnatis. Illud enim vobis, hoc profecit omnino subiectis. Nam triumphalē patris diadematis gloriā nascendo superna miseratione obtinetis, pietas enim vestra, fructus misericordie est: potestas autē custos est disciplinæ. Per illa igitur regia mens Deo iungitur, per istā verò cēsurā subditis adhibetur. Illius opes inopes adiuuāt, huius autē sagacitas à vero tramite deuiantes emendat. Non enim minor regnantū cura est praua corrigere, quam de aduersariis triumphare, quia ei nimirū potestate sua seruiendo subiiciunt, cuius profecto munere & protectione imperare noscuntur. Vnde diuinitus præordinata vestra Christianissima pietas, & habitaculū dignissimū sancti spiritus in sui cordis arcano præparans, quādo caput ecclesie dominū Iesum Christum, veræ pietatis regulā amplectendo, cōcessit sibi ab eo regni demonstrat authorē sanctū venerabile corpus eius, quæ est sancta mater ecclesia, vt synodus & principalis filius, largiendo atq; fouendo inconsta facit soliditate gaudere. Scriptum est igitur de vobis clementissime principū, & de eadem sancta ecclesia toto terrarū orbe diffusa: Erunt (inquit) reges nutriti tui, pariterq; scriptum est, Honor regis iudiciū diligit: quia dum diuina reb<sup>o</sup> humanis præponitis, & orthodoxam fidem curis secularibus incomparabiliter antefertis, quid aliud, quàm iudiciū rectum Dei cultui mancipatis, & sacrificiū purissimum atq; holocaustum diuinæ suauitatis odore flagrans, in ara vestri pectoris eius inuisibili maiestati maectatis? Hæc de piissimi animi vestri proposito Christianissime Augustorum efficaciter dici (Dei gratia operante) confidimus, qua sola & error omnino euitus est, & rectitudo Evangelicæ atq; apostolicæ fidei cum sincera charitatis copula apud cunctos ecclesiarū Christi præfules obtinetur. Ibi enim Christianæ fidei veritas lucet, vbi gemina dei videlicet, & proximi caritas feruet. Proinde nisi hoc verūque rex regum omnipotens Deus suis sacerdotibus condonare disponeret, nunquam se regia generositas ad infirmos famulos inclinaret, & paululū regali fastigio seposito, vnum sede collegio sacerdotum pro zelo Dei adnumerari concupisceret.

O quam

O quam gloriosa & præcelsa, veraq; humilitas, quæ pro amore omnino se inclinare dignata est. Quid igitur restat Auguste, regie & sublimissime princeps, nisi vt deus, qui incrementum dat, hæc in cor regum dignanter inspiret, augeat, & impleat in vobis lucem catholici dogmatis, qua fugentur hæreticæ nebulæ prauitatis?

Denique legatos huius apostolicæ sedis matris vestræ Romanæ ecclesie pietatis vestræ famulos, idest Theodorū & Georgium presbyteros, & Ioannem diaconum filios nostros, & Constantinum subdiaconum regionarium sanctæ nostræ ecclesie, vnā cū personis, quæ cum eis profectæ fuerant, quæ à prædecessore meo apostolicæ memoriæ Agathone papa, per octauam indictionem pro causa fidei (vestra pietate iubente) illuc directæ fuerant, per nuper elapsam decimam indictionem mensē Iulio cum diuilibus clementie vestræ apicibus, & synodalibus gestis, cum magno iucunditatis gaudio in Domino exultantes, suscepimus: & quasi de quodā maioris fluctu optatæ tranquillitatis portum ingressi, receptis viribus cum gratiarum actionibus exclamare cœpimus. Domine, saluum fac Christianissimum regem nostrum, & exaudi eum in die, in qua inuocauerit te per cui<sup>o</sup> à deo inspiratum studium, per totum orbem terrarum apostolicæ traditionis pietas flagrat, dum terra caligo hæreticæ prauitatis euauit. Merito igitur cum propheta canendum est, ac dicendum: Domine in virtute tuā exaltabitur rex, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei & voluntate labiorū eius non fraudasti eum. Rex enim, qui sedet in solio (sicut sapientissim<sup>o</sup> quidam ait) intuitu suo dissipat omne malum. Etenim dissipatum est Domino cooperante vestræ pietatis laboribus malum, quod diaboli nequitia deceptione induxerat: & bonū Christianæ fidei, quod Christus ad salutem hominum contulit, obtinet. Igitur gestorum synodalium seriem recensentes, curiosaque diligentia singula, quæq; gesta sunt, flagitantes, eadem quæ apostolicæ sedis legati narrauerant, scriptis consonantibus conuenire reperimus. Cognouimus enim quod sancta & vniuersalis, ac magna sexta synodus, quæ per Dei gratiam imperiali decreto in regia vrbe nuper congregata est, eademque & vniuersum conciliū alludens huic sanctæ sedi apostolicæ (cuius ministerio fungimur) sanxerit, atque decreuerit sub orthodoxæ fidei integritate, regulisque maiorum, atq; concorditer nobiscū confessa est vnū esse de sancta, & inseparabili Trinitate dominum nostrum Iesum Christū ex duabus, & in duabus naturis inconsumē inseparabiliter, indiuisē consistentem, vt verè deum perfectum, & hominem perfectum eundem ipsum, saluaque proprietate vnus cuiusque in eo cōuenientium naturarum, eundem ipsum diuina operatum, vt deum, & humana inseparabiliter operatum, vt hominem absque solo peccato, & duas idcirco naturales voluntates, duasque naturales operationes eum habere veraciter prædicauit, & per quæ principaliter, & naturarum eius veritas demonstratur, vsque ad cognoscendam profecto differētiā, quarum sunt naturarum, ex quibus, & in quibus vnus idemque dominus noster Iesus Christus consistit, per quæ reuera probauimus hanc sanctam, & laudabilem atque prædicabilem sextam synodum, per misericordiam dei (qui Christianæ fidei veritatem suis fidelibus re-

ferat) apostolicam prædicationem in offenso pede fuisse sequutam, sanctorumque & vniuersaliū quinque conciliorum definitionibus in omnib<sup>o</sup> consentientem, & horum regulas amplectentem, nihil super statuta orthodoxæ fidei augentem, aut minuentem, sed regiam & euangelicam semitam rectissime gradientem, & in his, atque per eos sacrorū dogmatum lima, & probabiliū catholicæ Christi ecclesie patrum doctrina seruata est, & regulari lima ad omnium ædificationem prolata. Sed & hoc verè dignum, deoque gratissimum existit, quod apostolicæ prædicationis veritas, quæ imperialem exornat potentiam, & principalem clementiam seruat per augustissime pietatis edictū in toto orbe terrarū percrebuit, & sicut solis radius omnium hominū corda lustrauit, vt inde rursus doctrinā pietatis spiritaliter perceperint. Vnde iustæ dispensationis gubernacula sibi benigne preberi cognoscunt. Synodali igitur sententia, & imperiali edicti censura, tanquam ancipiti spiritus gladio, cum priscis hæresibus, etiam nouæ prauitatis error expunctus est: & qui authores falsitatis extiterunt, cū suæ blasphemie labe prostrati sunt, qui ore sacrilego tentauerunt afferere vnam voluntatem, & vnam operationem in duabus substantialiter vnitis naturis Domini nostri Iesu Christi, ex quibus & in quibus indiuisibiliter, & inconsumē consistit. Hanc igitur rectæ atque apostolicæ traditionis normam prædecessor meus Agatho apostolicæ memoriæ papa cū sua synodo prædicauit hanc scriptis percurrentibus in suæ suggestionis pagina vestræ pietati per suos legatos emisit, approbans & confirmans testimoniis sanctorum & probabiliū ecclesie doctorum, quam sancta nūc, & magna synodus, domini, & vestro fauore celebrata suscepit, & in omnibus nobiscū amplexa est, vt pote beati Petri apostolorū principis sinceram doctrinam in ea agnoscens, & immutatæ pietatis in hac signa contrectans. Sancta igitur vniuersalis, & magna sexta synod<sup>o</sup>, quam nutu dei vestra clementia, & sedulè conuocauit, & cui pro dei ministerio præfuit, apostolicam in omnib<sup>o</sup> regulam, & probabiliū patrū doctrinam sequuta est. Et quia definitionem rectæ fidei vt dictum est, plenissime prædicauit, quam & apostolica sedes beati petri apostoli (cuius licet impares ministerio fungimur) veneranter suscipit, idcirco & nos & per nostrum officium, hæc veneranda sedes apostolica concorditer, ac vnanimiter, his quæ definita sunt ab ea, consentit, & beati Petri auctoritate confirmat, sicut supra solidatam petram, qui Christus est, ab ipso domino adept<sup>o</sup> firmitatem. Propterea sicut suscepimus, atque firmiter prædicamus sancta quinque vniuersalia concilia, Nicænum Constantinopolitanum, Ephesinum primum, Chalcedonense & Constantinopolitanum quæ & omnis Christi ecclesia approbat, & sequitur, ita & quod nuper in regia vrbe, pio vestræ serenitatis adnitu celebratum est sanctum sextum concilium, vt eorum pedissequi interpretes pari veneratione atque censura suscipim<sup>o</sup>, & hoc cum eis dignè connumerari, tanquam vna & æquali dei gratia congregatum, decernimus: & qui in eo fideliter conuenerunt, Christi ecclesie sacerdotes, inter sanctos ecclesie patres, atque doctores ascribendos, æquè censemus. Nam & istis, sicut & illis idem dei spiritus salutem animarum operatus est, & huius immarcescibilis fructus imperiali pietati vestræ à Domino re-

Matth. 16.



putabitur, cui & per sæcula prædicando labore (mirabiliter dei gratia cooperante) perfectum est. Anathematizamus præterea proinde atque execramur omnes hæreses omnesque earum authores, atque fautores, qui aduersus apostolicam & orthodoxam fidem diabolicis decepti fallaciis, falsitatis errores in ecclesiam conati sunt introducere, id est, Arrium Sabellium, Macedonium, Apollinarium, Eunomiū, Nestorium, Eutychem, Diocorum, Timotheū, Seuerum, Themistium, Origenem, qui & Adamantius, Didymus, & Euagrius, similiter scripta Theodoriti aduersus duodecim sancti Cyrilli capitula, cum epistola, quæ dicitur Iba missa ad Mariū Persam, & vna cum eis Iacobum, Theodosium, Gaium Anthimum, Zoaram, Donatū, Nouatum, Priscillianum, Paulū, Fotinum, Pelagium, Cælestium, Iulianum, Faustum, Maximinum, quos sancta catholica, atque apostolica ecclesia de catalogo fidelium patrū, ut pote zizania de area dominicæ ecclesiæ, gehennæ supplicio abdicanda, per ventilabrum diuinæ discretionis abiecit. Pariterque anathematizamus noui erroris inuentores, id est, Theodorum Faranitanum episcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Constantinopolitanæ ecclesiæ successores magis quam præfules, necnon & Honorium, qui hanc apostolicam ecclesiam non apostolicæ traditionis doctrina lustrauit, sed prophana prodicione immaculatam fidem subuertere conatus est. Et omnes qui in suo errore defuncti sunt similiter anathematizamus, & abominamur imitatores eorum & complices, qui dudum fuerunt, vel nunc usque sunt, id est, Macarium quondam fallacissimū Antiochiæ ecclesiæ deceptorem, cum sui erroris discipulo imo magistro Stephano, & cum his Polychronium nouum (ut verè dictum est) Simonem, qui hæreticæ prauitatis delusus phantasmate, mortuos suscitare pollicitus, dum vanam eius præsumptionem effectum non sequitur, fallax & in hoc omnibus comprobatus est, & qui similia eorum sapuerunt, vel sapiunt, qui vnam videlicet voluntatem, & vnam operationem dicere præsumperunt, vel præsumunt in duobus naturis Domini nostri Iesu Christi, quos & sancta vniuersalis supra memorata sexta synodus abdicauit, & Macarium quidem de præfulari dignitate deiecit, discipulumque eius Stephanū, & Polychronium senem vanissimum sacerdotij honore frustrauit, eorumque participes atque socios, qui noluerunt intelligere ut bene agerent, & iniquitatem meditati sunt in cubilibus suis, qui suos, & præsertim Macarius errores huc illucque disseminare conati sunt. Et dum sub ouili tegmine latens lupus appareret, & pro pastore fur & latro compertus est, à verò pastore ouium Christi, ut pestifer & deuastator abiectus est, id circo dignè anathematis stylo percussus sunt, & æternis vinculis colligati, pœnitere nolendo, insolubiliter tenentur obstricti, ne rursus ineffrata præsumptionis audaciam concitati, suæ pestiferæ doctrinæ contagio quemquam de simplicibus fœdarent, qui etiam nunc usque in sua obstinatione peruicaciter perseverare maluerunt, quam ad veritatis cognitionem ut saluarentur pœnitendo conuerterent. Obdurauit enim cor eorum diuturna malitia, & omnibus claruerunt conscientiam magis, quam ignorantiam laquei prostrati, ut sponte rebelles apostolicæ veritati, & suam magis quam Dei gloriam inquirentes, cum Deo moneat ad pœnitentiæ correctionem delinquentes

exhortans: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Nam quod diuina scripta vestra pietas nostram exiguitatem cōmonere dignata est, ut salutari doctrina, & orthodoxæ fidei dogmatibus imbuerentur, quatenus ad sanæ fidei scientiam peruenirent, ut ægrotis, & naufragantibus circa fidem, sedulo eis manum spiritalis doctrinæ porreximus, ut ad portum veritatis pertingerent, & medicinalia monita ad cognoscendam sanæ scientiæ rectitudinem indefinenter contulimus, & quod ad nostrum ministeriū congruit, admonitionis remedia non obmittimus cupientibus exhibere. Licet autem scripturæ stylus prostratus apostolicæ, & euangelicæ fidei admiranda certamina vestrae clementiæ, & vigilantiam singularem narrare non sufficit, non tamen indeo præmittenda sunt fortitudinis insignia, dum ubique orbis vniuersus eius canit præconia. O sancta mater ecclesia exurge, deponere pallium mœroris, & induere stolam iucunditatis tuæ. Ecce filius tuus constantissimus principum, defensor tuus, adiutor tuus, ne commouearis, accinctus est gladium verbum dei, quo diuidit incredulos à fidelibus, induit se lorica fidei, & galeam spem salutis. En propugnator tuus, confide, ne metuas, nouus Dauid, non ille rex vnius gentis Iudaicæ, sed hic tuus Christianæ plebis piissimus princeps, Nazareni sanguine corporatus, deiecit Goliath maniloquum hostem tuum, & cunctum agmen eius, huc illucque dispergit, percussit frontem eius iactu lapidis, vbi non inerat signaculum pietatis: amputatum est caput eius, & in membris eius nullus vigor relictus est. En ubique triumphus portatur in pilo. Congregamini pariter & venite, o religiosissima Christi ecclesiæ, cum sacerdotibus plebes toto orbe diffusæ, canite magna voce, & dicite: Vicit nouus Dauid Constantissimus augustorum, non in millibus solum (nec enim generalem euangelicæ prædicationis victoriam numerorum vinculis quisquam poterit comprehendere) sed & ipsum principem, & hostem, & ducem, & incenditorem omnium malorum ac errorum diabolus cum suis legionibus atque fautoribus per arma verè atque orthodoxæ, & apostolicæ traditionis & confessionis extinxit. Exulta nunc secunda sancta mater ecclesia, de libertate tua sapientius impugnata sed non derelicta. Suscitauit rex tuus inuictissimus Christianissimum principem, propugnator tuum, benefactorem tuum, atque opulentissimum largitorem, cuius studio orthodoxa fides re collecto splendore toto orbe irradiat, fideles omnes gratiam referentes exultant, infideles mœror, atque deiectio comprimit & confundit, ecclesiæ Christi de cunctis oppressionibus liberata respirant, donis imperialibus confouetur, principali præsidio munivuntur, quibus & domesticis verbis augusta vestra benignitas Christum imitando pollicetur. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi, ut Domini nostri Iesu Christi cuius exemplis vitur, æterna eius regni perenni gloria potiat, & in orbem terrarum generaliter, atque perenniter eius imperium dilaretur. Præsentis denique suggestionis exiguum portatorem Constantinum subdiaconum regionarium huius sanctæ apostolicæ sedis, qui & nuper cum legatis apostolicæ memoriæ prædecessoris mei interfuit sanctæ synodo inibi celebrata, clementia consueta dignum exceptione censeat vestra regalis magnanimitas eiusque suggestionibus aures pioratis accom-

modet, ut authorem in ministro dignanter suscipiat. Et subscriptio: Piissimum domini imperium gratia superna custodiat, & ei omnium gentium colla subternat. Data nonis Maiis indictione decima.

**EXEMPLAR DIVINÆ IVSSIO-**  
nis Iustiniani Augusti, directæ ad Ioannem papam  
urbis Romæ, in confirmationem sextæ synodi  
Constantinopolitane.

Iustiniani, 2  
litera ad Io  
hanem  
quintum.



**I**n nomine domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, Imperator Cæsar Flavius Iustinianus, fidelis in Iesu Christo pacificus pius, perpetuus augustus, Ioannivero sanctissimo ac beatissimo archiepiscopo antiquæ almæ urbis Romæ, atque vniuersali papæ. Magnum studium, magnam sollicitudinem nos habentes pro stabilitate immaculatæ Christianorum fidei dehinc nanque clementissimum nostrum deum ad iutorem & susceptorem nostræ serenitatis esse confidimus, aduersus omnem inimicum dilectæ nostræ reipublicæ, dum cognitum est nobis, quia synodalia gesta, eorumque definitionem quam & instituerat noscitur sanctum sextum concilium, quod congregatum est in tempore sanctæ memoriæ nostri patris in hanc à deo conseruandam regiam urbem, apud quosdam nostros iudices remiserunt. Neque enim omnino præuidimus alterum aliquem apud se derinere ea, sine nostra piissima serenitate, eo quod nos copiosos misericordia noster deus custodes constituit eiusdem immaculatæ Christianorum fidei: sed mox adduximus nostros patres sanctissimos ac beatissimos patriarchas cum vestra beatitudinis apostolice, & sacratissimum senatum, verumetiam deo amabiles metropolitans & episcopos, qui hic in regia urbe commorantur & deinceps militantes incolas sancti palatii, necnon & ex collegiis popularibus & ab excubitoribus, insuper etiam quosdam de Christo dilectis exercitibus, tam ab à deo conseruando imperiali obsequio, quam ab Orientali Thraciano, similiter & ab Armeniano, etiam ab exercitu Italicæ, deinde ex Cabaritanis & Septemsiensibus seu de Sardinia atque de Africano exercitu, qui ad nostram pietatem ingressi sunt, & iussimus præfatas synodalia gestorum chartas in medium adduci, & coram supradictis omnibus, lectionem eorum fieri omnemque diligenter audientes, signare ipsas fecimus: quorum auditorum vniuersitas in nostris manibus eas præbuit chartas, ut debeamus nos tenendo inuiolatas conseruare ipsas, ut non licentia fuerit in quolibet tempore his, qui timorem dei nolunt habere, aliquid corrumpere aut submutare ab his, quæ inserta sunt in prænominatis synodalibus gestis, quas totas chartas bene definitas in temporibus sanctæ memoriæ nostri patris, ex probabilibus sanctis patribus, qui propria lingua & manuum fidem apud dominum nostrum Iesum Christum, verumque deum existentem, confirmasse dinoscuntur, & contentes eam docuisse nos speramus clementissimum nostrum deum: quia usque dum noster spiritus statum est ex deo esse in nobis ipsas chartas illibatas & incommutabiles semper conseruabimus. Ad insinuandum atque vestre paternæ beatitudini huiusmodi capituli motiones, præuidimus & earum scientiam notam fecisse beatitudini vestræ. Et manu diuina. Diuinitas te seruet per multos annos, sanctissime ac beatissime pa-

ter. Data decimotertio Calendas martias, Constantinopoli imperiali domo, piissimoque perpetuo Augusto Iustiniano imperatore, anno secundo: & post consulatum eius anno secundo, indictione decima quinta.

**GLORIA IN EXCELSIS DEO**  
& in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

**Gloria indiuiduæ trinitati.**

**SCRIPTVS EST PRÆCEDENS CO-**  
dex temporibus Domini Sergij sanctissimi ac beatissimi papæ, & in patriarchio ecclesiæ Romanæ reconditus.

Sextæ synodi finis

**De Canonibus Sextæ Synodi Velitatio.**



**V**t facilius Canonum sextæ synodi fiat disquisitio tractationis ratio exigit, ne per ignota procedamus, ut temporis quo editi fuerint habeatur ratio, quæ magnam discussioni propositæ lucem est allatura. Conuenit enim inter omnes, in conciliorum historia peritos hos canones, qui sextæ synodi vocantur, non fuisse, cum actionibus constitutos ut in aliis conciliis. Ex quibus facile colligi potest quasi fundamentum diligenter obseruandum. Actiones & canones sextæ synodi diuersis temporibus contigisse. Siquidem actiones, ut initio sextæ synodi diximus, sub Constantino imperatore huius nominis quinto, celebratae sunt: canones verò sub Iustiniano Secundo prædicti Constantini filio. Quæ omnia vel solius primi canonis, huius sextæ synodi testimonio probari possent: communi tamen historicorum consensu nobis certius & firmiter comprobantur. Sed, quia Iustinianus secundus, ut ex probatis constat historiis, bis regnavit dubium est de tempore, quo prodire hi canones, an dum primo regnaret: an cum iterum regno potitus est. Intercessere enim, ab initio prioris regni, ad initium secundi, viginti anni ferè. Nam posteaquam decennium regnasset, amputatis eius naribus, à Leontio in exilium relegatus est: cuius locum subiens Leontius tres annos regnat. Cui etiam amputatis naribus, & in carcerem coniecto, Tiberius succedit: regnatque septem annos. Quibus elapsis, iterum Iustinianus secundus, qui à Leontio eiectus fuerat, septennium regnavit. Quæritur iam, an tempore prioris regni an posterioris, hi canones constituti sint? Huius questionis difficilis & ambigua, prior sententia probabilior apparet. Tharasius enim, in quarta sessione septimæ synodi, approbans hos canones, inquit, quarto aut quinto post sextam synodum anno, iidem patres sextæ synodi iterum ut canones scriberent, conuenere. Quod si quis mihi obiiciat esse verba hæc Tharasij: nec fuisse tanti momenti, ut faciant fidem certoque confirmant sententiam nostram. Esto, recipies saltem Romani pontificis auctoritatem cuius legati eam quartam à nobis citatam actionem probarunt confirmantque. Quod si quis non tanti faciat hæc legatorum approbationem, legat in secunda actione. 7 synodi Adriani papæ episto. ad Tharasium respondentem in qua recitatur verba ipsius Tharasij & opinionem de canonibus sextæ synodi, quam nullo modo respuit. Vide, si va-

cat Gratianū dis. 16. Cano. habeo librum &c. quo in loco Gratianus loco Tharasiū Adrianū papā citat Colligimus ex his conuentum ad constituēdos hos 102. canones celebratū priori regno Iustiniani. Nō nulli eos tribuunt concilio cuidam prophano & adulterino. Sed hallucinantur planē: hoc enim non Iustiniani tempore, sed Philippi eius successoris, iā editis his 102 canonibus celebratū est. Ceterum mihi videtur hoc in loco diligenter obseruandum, hos canones non eō vocari sextę synodi quasi ab eo prodierint, sed quia in sexta synodo non sunt editi Canones, ad institutionem christianam & vitę formā facientes: voluerunt iidem patres aut eorum maior pars exactis quatuor annis conuenire iterum, vt canones hos statuerent qui desiderabantur in sexta synodo. Quidam gręci vocarunt hos canones concilij *πενήντα δύο*. i. quintę sextę, quia suplebant vicem harū synodorum, quintę & sextę: in quibus nulli aut per pauci canones editi sunt. In quinta enim præter aliquot eā que pauca capita nulli habētur canones, aut per pauci, quos ex Nicephoro, huic operi suo loco inferuimus. In sexta, præter hos, nulli. Nec velim persuadestibi, Candelector, me esse in hac sententia vt his canonibus quicquā auctoritatis accedat ex sexta synodo, cū ea præcedat hos canones: qui fieri potest vt ad eos ab ea synodo dignitas firmitasque deriuetur? Verū auctoritate illius cętus à quo prodire, aut si maui sequenti ecclesię admisione & approbatione vim nacti sunt & robur: potissimum in orientali ecclesia gręca. Adde etiam primi canonis septimę synodi approbationem, cui .7. synodo ex catholicis præter vnum, cui iam abundē satisfactum est in velitatione septimę synodi refragatur nemo. Hactenus de sextę synodi canonibus, in genere dictum est: nunc ad eorum peculiarem discussionē accedamus, breuiter ac succinēte discutiētes, quid veritatis ac firmitatis insit eis: & an sint recipiendi, an reiiciendi? Quidam etiam ex his qui actiones sextę synodi non improbant: eius canones, tanquam ecclesiastica doctrinę aduersarios repudiant & euertunt. Quod cum de omnibus nequeat intelligi (sunt enim inter eos canones plerique & sanctissimi & religioni christianę plurimū conducētes) operę precium erit obseruare: quinam ex his in dubium reuocari possint: decē enim aut duodecim duntaxat in tāto numero duorum supra centum examinandi veniūt. Nam in aliis pleriq; additę sunt ad marginem aut post canonem admonitiones eum dilucidates. In primis agendum esset de secundo canone, quo approbatur decretum Cypriani de rebaptizādis hereticis: & excusatur, quia voluit vnitatem moremque receptum ecclesię Africanę ita iudicātis, seruare. Sed reuera non licet veritatem doctrinę & vitę, vnitati postponere. Quomodo, hoc in loco canon secundus intelligendus sit, per eiusdem sextę synodi canonē in margine in huius canonis citatū declaratur: non enim voluerūt hi patres, absolute & generaliter, dogma Cypriani laudare, sed limitate de certis quibusdam hereticis: quales fuerunt Encratitę aut similes interpretati sunt eius sententiam boni equiq; propter eius bonum affectum, consulentes. Vide in classe particularium synodorum concilium Carthaginensē, sub Cornelio papa, quod est omnium totius secundę classis primū: ibidem annotata sunt quędā ad hanc rē faciētia. Succedit tertio loco canon 13. discutiendus, qui postquam duodeci-

mo cano. prohibetur episcopo, non solum consuetudo carnalis cum vxore, quam ante habuit, sed etiam eiusdem cohabitatio: 13. cauet ne accedentes ad sacros ordines cogantur polliceri abstinentiā à propriis vxoribus. Adit præterea hunc morē in Romana seruari ecclesia: q̄ nō de antiqua Roma seu latina intelligendum videtur. Non enim apertē constat hunc morem in latina vnquā admissum ecclesię: potius igitur de gręca seu noua Roma id est Constantinensi intelligi oportet. Prior canonis pars est admodum hoc tempore cōtrouersa. Omitto sectarios, qui neglectis ecclesiasticis constitutionibus, nuptias sacerdotis, diaconi, & hypodiaconi, etiam post ordinem susceptum, ordines contemnendo impudenter probāt. Quibus abūdē à viris Catholicis satis factū est. Verū ex catholicis in schola præcipui aliquot, tantā auctoritatem in summo pontifice agnoscūt, vt posse eum concedere potestatem sacerdotij occidentali, contrahendi post ordinem causa graui exigente, concedant.

Alij. verō ex diametro huic oppositā partē tenent mordicus, asserentes nunquā fuisse licitū matrimoniū post susceptū ordinem factū, nec eiusdē vsum, etiam cum vxore, quam ante ordinē quis habuerit. Nā continentia ordinis sacro, inquit, nō ab ecclesia sed iure diuino cōiuncta fuisse à Christo. Hac de causa illicita esse consuetudinē gręcorū cū propriis vxoribus, cum quibus antequam initiati erant contraxerūt, nec papam nec ecclesiā ea in re posse quicquam, existimant. Asserentes quod non sit ordini sacro annexa continentia institutione noua: sed renouata, expressaque lege & antea tacita apostolorum exemplo & consuetudine per manus à Christo deriuata: tametsi hæc sit traditio potius consuetudine à temporibus apostolorum obseruata, quam scripta: ex patribus tamen ad eam rem facientia multa congeruntur: quę prolixum esset hoc loco recensere: vide 27. dist. 100. ca. ea lex continentię & ca. omnino & ca. Sacerdotibus dist. 31. ca. proposuisti 82. & 33. d. ca. Presbyter quidā, Hieronymus & aduersus Iouinianum socrum Petri legitimus post conuersionem, non autem vxorem. Epiphanius aduersus catharos, ex vitio esse ait, presbyteros, Diaconos, subdiaconos liberis operam dare. aliisque multis auctoritatibus & rationibus nititur canonem. 13. sextę synodi euertere & gręcorū vxores improbare. Alia est tertia opinio Quod ab ecclesia sit annexa ordini sacro cōtinētia & nō ab ipso Christo, fatetur enim apostolos omnino post ordinem sacrum abstinuisse ab vxore, qui eam habuerunt: Petrū ipsum à conuersionis tempore, hoc est ab ipsa uocatione ad apostolatū, (antea enim ad familiaritatem vocatus, rediit domum) reliquit vxoris consuetudinē carnalem omnino: Ita prædicationis euangelicę negotio exigente quod exemplū latina ecclesia sequuta est. At in ecclesia gręca consuetudo inualuit opposita: etiam à tempore primitiua ecclesię. Quare non video cur tantopere gręcos arguamus cum illi sequuti sint morem antiquissimum à sanctis & bonis viris in sua ecclesia receptum. Conuenit igitur hæc tertia sententia cū gręcis, quod nō liceat promotis ad sacros ordines vxorem ducere. Præterea quod gręci non peccarunt hactenus, vt secunda opinio contendit, conseruando vsum vxoris, quam antea duxerant: nunquam enim continentię lex eis fuit expresse indicta & ab eis recepta

cepta: secus verō de latinis. Gręci enim duplex generis sacerdotum habent, monachorum nempe & non monachorum: illi enim omnino ab vxoribus abstinent, etiam si ante habuissent aguntque in locis separatis in eremo. Reliquis vero liberum est ante ordinem vxorem ducere, & post ordinem cum ea habitare. Et licet aliquot summi pōtiffices separationem ab vxoribus (propter scandalum & periculum) præceperint & concilia quędam: sed nunquam gręcis peculiariter iniuncta est. Syricius alique pontifices qui continentię legem præceperunt, de latinis agebant & non de gręcis. Carthaginensia concilia quę hanc legem expressam de hac re scripserūt, nullum ius habebant in gręcos, nec eorum prohibitio extra Africanam ecclesiam extendebatur. Pro hac tertia sententia faciunt multi canones, qui videntur aperte asserere cōtinētiā connexionem fuisse ab ecclesia, ipsi ordini sacro. Primo citatur canon apostolorum. 5. Quod nō eiiciat vxorem sacerdos, aut diaconus. Secunda opinio explicat: nō eiiciat à cura vitus & veltitus: secus à corporeo cōmercio. Item 35. q. 1. ca. Cum igitur paragrapho vltimo: sic ex Augustino habetur. Ecclesia sancta post apostolica instituta addidit cōsilia, vt pote deministrorū continentia. Adde ex dis. 56. ca. Cœnomanensē, paragrapho. i. filij ante prohibitionē nascebātur ex legitimis cōiugiis. Facit ad hanc sententiam id quod citat Gratianus dist. 31. ca. Nicęna Synodus. Synodus corrigere volens hominum vitam, & in ecclesiis commemorantium posuit leges, quas canones appellamus. In quorum tractatu videbatur aliquis introducere legem, vt episcopi, & presbyteri, diaconi, & subdiaconi cū coniugibus quas ante cōsecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias & castitatem esse dicens, concubium cum propria coniuge. Suasitque cōcilio, ne talem ponerent legem, grauem asserens esse causam, quę aut ipsis, aut eorum iugalibus occasio fornicationis existeret. Et hæc qui dem Paphnutius, licet nuptiarum esset inexpertus, exposuit. Synodusque laudauit sententiam eius, & nihil ex hac parte sancit, sed hoc in vnus cuiusque voluntate non in necessitate dimisit. Paphnutius hoc in loco videbatur agere de gręcis ministris & non de latinis. Beatus tamen Gregorius episto. 31. sexti libri agēs de historia Zozomeni (quā proponit Gratianus) ipsā, inquit historiā sedes apostolica recipere recusat: quoniā multa mentitur. Præterea, Canone 10 concilij ancyrani habetur. Diaconi quicunque ordinati, si in ipsa ordinatione protestati sunt dicētes velle se habere vxores nec posse continere: hi postea, si ad nuptias venerint, maneat in ministerio: Propterea quod his episcopus licentiam dedit. Quicunque sane tacuerunt: & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debebunt. Ex priore parte huius canonis videtur colligi: penes episcopum esse concedere vxorem diacono.

Verum habita ratione antithesis vtriusque partis, nihil aliud colligi potest, quam agi in hoc canone, de perseverantia in ministerio. Nam prior diaconus si ad nuptias venerit, nihilominus in ministerio perseverabit, posterior nihilominus. Sed neutrius matrimonium ratum habebitur. Omitto reliqua quę in hanc rem adduci possent: satis est excitasse studiosū lectorem ad hæc consideranda. Penes ecclesiam e-

sto iudicium.

Duo tamen videntur hoc in loco non dissimulanda: prius est, consuetudo appellādi viduas, vxores episcoporum viuentium, erant enim à marito diuisa quātum ad thorum saltem: quod Hieronymi ad Lucinium testimonio probari posset, qui fuerat episcopus ordinatus. Habestecum, inquit, prius carne, nūc autem spiritu sociam: de coniuge germanam &c. Expressis verbis indicat Hieronymus: vxores episcoporum cohabitasse maritis seruata castitate: quod apertē indicat & generalit. 3. canon 2. concilij Arrelatensis celebrati circa tēpora concilij Nicęni lōgē antē B. Hiero. tēpora. Si quis de clericis à gradu diaconatus in solatio suo [ministerium domesticum intelligit] mulierem præter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conuersam secum vxorem habere præsumperit, à communionē alienus habeatur. Hic canon pugnare videtur cū .13. sextę synodil, alia tamen est ratio latinę quam gręcę ecclesię. Posteriori loco obseruandum est: castitatem Hypodiaconis expressa lege iniunctam à Pelagio secundo & Gregorio primo vt pat. 28. dis. & ex B. Gregorij decretis cōstat. Hactenus cano. 13. prolixius quā statuerā discussimus Reliquos breuiter expediemus, quia non sunt tam ardui. 29. Non video cur ab aliquibus carpatur Ne soluantur ieiuniū in quinta feria maioris hebdomadę. Gręci. n. illo die ab omni cibo abstinent, vt audio, in memoriam passionis cum Christo afflictionem sustinentes. Præterea in odium & detestationem quorundam hæreticorum imitantium Iudaicum pascha. 36. Canon agit de sedibus patriarchicis: secūdum locum post Romanā Constantinopolitanę tribuēs. Contentio est iustis. quędam attigimus in 2. obseruatione circa Chalcedonensē Synodū. Leopapa & Gela non admiserunt synodū Chalce. Hac in parte multi tamen alij pontifices probarunt Constant. patriarcham esse secundum inter patriarchas.

54. Prohibet secundum affinitatis gradum, Sic vt duo fratres non possint ducere duas sorores: quod in ecclesia latina non obseruatur. Lege canonem ipsum & scholion quod sequitur eum.

55. Quo prohibetur ieiunium sabbati. Hic quidā excandescunt, quasi fuerit noua inuentio horum patrum qui ediderunt hunc canonem & non habeatur idem in apostolorum cano. 65. Epiphanius astituit hoc institutum fuisse contra Martionistas ieiunantes die sabbati in odium Dei Iudeorum: licet latini licet à primitiua ecclesię tempore die sabbati ieiunent ni fallor: primus tamen ex summis Pontificibus, qui ieiunium sabbati præcepit est Innocentius primus, vt legere potes in tertia classe huius operis, episto. 11. Innocēti ca. 4. Augustinus neutrum improbat: lege scholion huius canonis. Vnum hic inficiari nequeo duriuscule loqui hunc canonem de cōsuetudine ieiunij sabbati ab ecclesia Romana obseruata.

67. Abstinentiam à sanguine, quacunque arte cōdito, & suffocari quemadmodum actorum. 15. statutum est ab apostolis, præcipit. Ingenuē fateor nunc non esse necessariam talem prohibitionem quę tūc expediebat ad detestationem idololatrię vt amicitia inter Iudæos, qui illa detestabantur & gētes coallesceret Postea facta est resadiaphora & indifferens suffocat iesus & sanguinis. Quędā tamē nationes, citius aliquos cibos, quam alię receperūt. Caro por-

cina paulo ante conciliū Nicenū cœpit Romanis esse in vsu. Quare nec nos græcis, nec illi nobis insultare oportet.

69. Quod nemo laicorū ad altare accedat: ad cōmēdandam sacrificij venerationem editus est nec video cur condemnetur, potissimum hoc tempore, in quo parui sunt loca sacra: & sapē turba indecorē promiscuē irreuerenter ad altare accedit. Ex qua re magnus cōtēptus religionis & ministrorū nascitur.

65. Præcipit totam hebdomadam paschē celebrē esse nec fieri ludos nec spectacula. Canō hic plenus est deuotionis totus pius: non intelligo quare in eum animaduerti debeat, crediderim ita olim in primitiua ecclesia obseruatū fuisse: tota enī hebdomada accomodabatur contemplationi & cultui resurrectionis. Postea fortē ne grauareretur populus, concessum est laborare manibus, præterquam tribus diebus aut quatuor iuxta diuersitatem diœcesis.

80. Canon, quōd non possint pastores propriam ecclesiam relinquere tribus dominicis, nisi iustissima causa id exigat: vtinam hoc tempore conferuaretur, in quo pastores nunquam, aut raro, idque perfunctoriē residēt.

90. De non soluendo ieiunio ante mediam noctē in vigilia: græci sexta feria & sabbato rigidissimē & magna cum obseruatione paschē nihil comedentes ieiunant. Ne hoc ieiunium soluaturs ante mediam noctem præcipitur, quia certum est Christum ante mediam noctem non surrexisse. Latini qui sunt bene instituti nunquam soluunt ieiunium ante quam plene ortus sit Sol: tunc enim Christum resurrexisse certum est.

100. Prohibet picturas impudicas: sanctissimus est hic canon & nostris temporib⁹ renouāndus, maxime in ecclesia non essent admittendē picturæ nec imagines, nisi castissimæ atque ad deuotionem prouocantes.

102. Qui est omnium vltimus in taxandis pœnitentiis non solum delictum sed personæ qualitas consideranda, hoc de omni pœnitentiæ genere intelligi oportet.

Hęc videbantur circa hos canones admonitione digna nec desunt apud græcos authores, qui hos canones propugnēt & mordicus tueantur: actū enim esset de suis ritibus, si sextæ synodi canones qui sunt velut constitutionum græcæ ecclesiæ summa, perirent. Hoc mihi displicet in his canonibus, vt iam dixi, quōd acerbiusculē pungant quandoque ecclesiā Romanam omnium matrem. Et quamuis non è dia metro, transuersē tamen videntur Romanos ritus attingere. Nec impedit variis in nationibus Christū Iesum variis modis coli, seruata vnitate fidei, & eorū quę religionis fundamēta præcipua concernunt.

De Cano. 6. syno. finit velitatio.

Canones sanctorum patrum qui Constantinopoli in Trullo regij palatii, congregati sunt sub Iustiniano reuerentissimo atque Christianissimo nostro Imperatore.

NON VNCVPATORIA. EIVSDEM SAN-

ctæ synodi ad religiosissimum Imperatorem cui subiecerunt canones qui ab ipsis expositi sunt.

RELIGIOSISSIMO ET CHRISTIANISSIMO Imperatori Iustiniano, sanctæ & œcumenicæ synodus, quæ diuino iussu religiosissimi nostri imperatoris congregata est, in hac pia ac regia vrbe.



VM inenarrabilis & diuina gratia redēptoris & saluatoris nostri Iesu Christi vniuersum orbem comprehendat: cumque viuificum veritatis præconium omnium auribus infusum sit: populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam agnitionis, errorisque vinculis liberatus est cū regno cœlorum veteri seruitute cōmutata: ipse verō pulchritudine primi splendoris propter elationem primus ille draco expoliatur, mēsilla, magnus ille Assyri⁹, ab iis qui prius captiui erant, capitur: & p̄ incarnati verbi potentiā omni priuatur robore, vt scriptum est, Quoniam hostis frameæ defecerunt in finem. Passim enim cultus rationalis institutus est, & ex omnibus fructibus cœpit oblatio fieri. Et deus qui sacrificatur & distribuitur ad corporum simul & animarum vtilitatem deificat consortes: à quo & dæmones fugantur, & sacra hominum collecta frequentia in ecclesiis, mysticē sanctificatur, & deliciarum paradus omnibus patet. Postremō fiūt noua omnia. Verum quoniam homicida diabolus, qui semel coram omnipotente domino concidit, cum parturisset ac peperisset dolorem defectiois, non ferens nos aspicere à transgressionis ruina erectos, & cœlum asscutos propter primitias nostras, nempe Christum qui dedit seipsum pro redemptione nostra: non destitit malitiæ tela vibrare, & fideles affectibus lauciare, vtegregarentur à data ipsis efficacia spiritus honoris & gratiæ. At bon⁹ noster athleta [.i. qui præmium certantibus proponit] & salutis autor non reliquit nos absque admiculo, singulis excitans atatibus, qui in hui⁹ vitæ stadio armis pietatis in acie ipsi resisterent, præliumque cum eo commiterent. Qui educto spiritus gladio, quod est verbum dei, atque ita cum improbo illo congressi, tyrānide quam in nos exercet, eum deiecerunt: cum duces gregum essent, & vias domini ante populos pararent: ne per præcipitia iniquitatis præ ignoratione meliorum impellerentur atque delaberentur. Oportebat enim, qui vitam nobis largitus erat, tantæque demissione vltus atque abiectione nostram naturam assumpserat, ad seque ipsum vocauerat atque euexerat, vt & bene viuendi viam nobis ostenderet per ecclesiæ lūmina atque doctores, qui illuminant gressus nostros secundum deum, & ad euangelium excitant, quorum fundatio atque conuersatio in cœlis est, secundū diuinū apostolum. Quamobrem cum in præsentia nostram vitam negligentius agamus, & ratiocinationum inertiam indormiamus adeo, vt in cautis nobis insidiatore hostis obreperit, paulatimque virtute erepta, vitium nobis intruserit: qui maximam hanc totius mundi nauim regit Christus deus noster te sapientem nobis gubernatorem piū imperatorem præsidem constituit: qui dirigis sermones in iudicio, & seruas in seculum veritatem, qui exercec iudicium & iustitiam in medio terræ, & in immaculata ambulat: quem sapientia concepit, at-

que obstetricata est pulchreque virtutibus educavit atque ornauit, diuinoque spiritu refertum oculum orbis reddidit, mentis puritate atque splendore illustratē clarissimē subiectos: Cui suam ecclesiam commendauit, legemque eius meditari die ac nocte docuit, ad exemplar atque ædificationem subditorum populorum. Qui seruēt erga deum zelo zelotem superauit Phinees, & peccatum transfudit vi pietatis atque prudentiæ, gregemque improbitatis & corruptionis è medio tollere constituit. Decebat enim eum qui gubernacula humani generis secundum supernam auctoritatem tenet, non tantum sua curare, quaque ratione sua vita rectē instituitur, sed omnes subiectos è periculosissimis procellis atque è magna errorū confusione eripere, fluctuantibus vndique spiritibus improbitatis, corpusque nostrum perturbantibus ab humilitate. Cum itaque sanctæ atque œcumenicæ synodi, quę in hac pia ac regia vrbe congregata sunt, altera tēporibus Iustiniani diuinæ ordinationis, altera sub piæ memoriæ imperatore nostro Constantino patre tuæ clementiæ, quæ mysteriū paternæ fidei enuclearūt, nullos omnino sacros canones conscripserint, quē admodum reliquæ sanctæ quatuor œcumenicæ synodi: quibus populi recedant à deteriore atque abiectione vita, & ad meliorem atque excelsiorem reuocentur. Atque hinc gens sancta, regale sacerdotium, pro quo Christus mortuus est, cum à multis ob malum ordinem affectionibus raperetur atque traheretur, paulatimque à diuina caula abscinderetur atque refereretur, atque in sciticia & obliuione à virtutis egregiis factis decideret, vel, vt apostoli more loquamur, filium dei conculcaret, sanguinemque testamenti quo sanctificatus est, communem duceret spiritus gratiam contumelia affecit. Hunc itaque tantam immensum populum congregare volens, imitatione Christi, errantem ouem in monte quarentis, eiusque caula restituere, atque persuadere vt obseruent præcepta atq; diuina mandata, per quæ mortuorum opus reiciētes viuificamur, omnemque salutis disquisitionē circumspectans, atq; deū quærens (iuxta dictum illud, Qui quærit dominum, inueniet scientiam cum iustitia. Qui verō rectē quærunt eum, inuenient pacem) hanc diuinitus electam œcumenicam synodum congregatam definiuisti atque constituisti, vt multorum vnanimi consensu atque conspiratione felicem tuus conatus exitum sortia-tur. Quinetiam si quæ reliquiæ gentilis vel iudaicę prauitatis, veritatis maturo tritico immistę sint, radicibus vt zizanium tollantur, puraque efficiatur, ecclesię seges. Vbi enim sunt congregati in meo nomine, illic sum in medio eorum, dominica vox inquit. Rursum per Ieremiam nobis clamat: Quærite me ex toto corde vestro, & apparebo vobis. Cū huc igitur iussu tuæ pietatis conuenerimus in hac piā ac regiam vrbe, canones sacros conscripsimus. Quocirca tuam pietatem rogamus, delatis ad te patrum dictis qui sub pię memoriæ rege nostro in hac pia vrbe congregati sunt, vt quemadmodum conuocationis literis ecclesiam honorasti: sic placitorum piis apicibus finem obsignes. Dominus autem confirmet regnum tuum in pace & iustitia, & posteris semper conseruet, addatque terreno imperio etiam regni cœlestis fruitionem.

Ordo optimus omnium cœptorum tam verborum quam rerum, à deo incipere, atque in deo

desinere, iuxta vocem theologi cam. Vnde cum & pietas à nobis iam clara voce prædicetur, atque ecclesia in qua fundamentum positus est Christus, assiduē crescat & promoueat, vt supra Libani cedros extendatur: Nunc sacros sermones exordientes diuina gratia, definimus vt inuariata atque inuolata maneat fides quę nobis tradita est ab apostolis à deo electis, qui & oculati testes & ministri verbi fuerunt: tum etiam à trecentis decem & octo sanctis & beatis patribus, que Nicæam cōueniunt sub Constantino rege nostro contra Arriū impium, ab eoque pro dogmate constitutam gentilem heterotheiā. id est diuinitatis, diuersitatē vel vt rectius dicam⁹, polytheiā, id est deorū multitudinē. Qui concordī fide consubstantialitatem in tribus diuinę naturæ personis reuelarunt atque explanarunt, non posse id sub modio abscondum esse: sed patrem & filium & spiritum sanctum adorare vna adoratione fideles palam docuere. Atque in æqualium diuinitatis graduum opinione euerfa atque conuulsa, pueriles hæreticorum captiones, quæ ex arena contra rectam fidem constant, deiecerunt atque subuerterunt. Itidem iidem quæ sub magno Theodosio rege nostro à centum quinquaginta sanctis patribus qui in hac regia vrbe congregati sunt, prædicata est, confirmamus, theologica dicta amplectentes, & profanum Macedonium vnā cum prioribus hostib⁹ veritatis expellentes, vt qui insolenter partem dominantem seruam arbitrari ausus sit, & scindere indiuiduam vnitatem prædonismore aggressus, ne integrum nobis spei esset mysterium. Atque vnā cum hoc impuro, & veritatis oblatatore, Apolinarium improbitatis antistitem condemnantes, qui dominum cœleste assumpsisse corpus impiē eructauit.

Hinc iste quoque imperfectam nostram esse salutē ratiocinans. Quineriam quæ à ducentis patribus dei numine afflatis, qui prius Ephesi sub Theodosio Arcadij filio congregati sunt, exposita sunt documenta, tanquam infractam pietatis vim, obfirmam⁹ vnum Christum dei filium incarnatum prædicantes: & quę eum sine semine peperit immaculatā semvirgo, propriē ac vere dei genitricem asserimus. Atque nugatoriam Nestorij diuisionem, vt quæ à conditione diuina seiuncta sit, repudiantes: qui hominem specialiter vnum Christum asserit, & iudaicam renouat impietatem.

Præterea eam fidem quæ in Chalcedoniōrum metropoli sub Marciano imperatore nostro sexcentorum & triginta diuinitus electis patribus edita est orthodoxē confirmamus: quę vnum Christum filiū dei è duabus constitutum naturis, & in duabus iisdem naturis glorificatum magna voce definierunt & stultum Eutychen, qui opinione magnum dispensationis mysterium absolutum esse asseuerabat, tanquam nefas ac piaculum è sacris ecclesię septis eiecerunt: atq; vna cum ipso Dioscorū & Nestoriorum alterum diuisionis, alterum confusionis defensorē atque antesignanum, qui è diametro impietatis in idem inciderunt prodicionis & irreligiositatis baratrum. Tum etiam piās voces centum sexaginta quinque sanctorum patrum qui in hac regia vrbe cōgregati sunt sub diuinæ ordinationis Iustiniano nostro rege, tanquam à spiritu profectas agnoscimus, & nobis subditos docemus. Qui Theodorum Mopsuestiæ Nestorij magistrum, Origenemque & Didymum atque Euagriū, qui gentilium fabulosas nar-

Præterea quæ propter postriorem synodum ephesiam secundam que fuit in prophana

Contra Eutychen, qui non ipsa, sed sola opinione atque ap parentia, in carnationis mysterium contigisse existimauit.



rationes commenti sunt, & corporum nobis circui-  
tus atque mutationes confinxerunt mentis vitio at-  
que somniis & in mortuorum resurrectionem im-  
piè debacchari sunt. Atque ea quæ contra rectam fi-  
dem, & duodecim capita beati Cyrilli à Theodore  
to conscripta sunt, & epistolam quæ inscribitur Hi-  
ba synodicè anathematizant, atque abominati sunt.  
Tum etiam fidem sextæ sanctæ synodi, quæ superio-  
ribus annis in hac regia vrbe sub Constantino qui  
diuina ordinatione rex noster fuit, quæ maiorem ha-  
buit auctoritatem: Quod pius rex sigillis eius to-  
mos ratis fecit, vt in omne eum tuti essent, iterum  
confitemur inconcussè nos seruare, vel duas natura-  
les volitiones, hoc est voluntates, & duas naturales  
actiones in carnis dispositione vnici domini no-  
stri Iesu christi veri dei credere nos piè docuit: iis  
qui rectum veritatis dogma adulterarunt, & vnam  
voluntatem atque vnam actionem in vno domino  
nostro Iesu Christo populos docuerunt pietatis cal-  
culo condemnatis, Theodorum inquam è Pharan,  
Cyrum Alexandrinum, Honorium Romanum, Ser-  
gium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui in hac pia vr-  
be præfuderunt, Macarium Antiochenorum episco-  
pum, Stephanum eius discipulum, & fatuum Poly-  
chronium. Hinc inuiolatè seruans commune cor-  
pus Christi dei nostri, atque vt summam dicamus,  
omnium virorum, qui in ecclesia dei claruerunt, qui  
fuerunt luminaria in mundo, vitæ rationem obti-  
nentes, fidem tenendam stabilem, & ad consumma-  
tionem vsque seculi inconcussam manere sancim⁹,  
eorumque diuinitus tradita scripta & dogmata: om-  
nes repellentes & anathematizantes veritatis ho-  
stes, & qui contra deum fremuerunt inaniter, & ini-  
quitatem in sublime meditati sunt. Quod si quis om-  
niū prædicta pietatis dogmata non tenet nec am-  
plectitur, nec sic sentit nec prædicat, sed contraire il-  
lis conatur, anathema esto secundum iam expositū  
statutum & definitionem à prædictis sanctis & bea-  
tis patribus: atque Christianorum albo, vt alienus,  
pellatur atque eiiciatur. Nos enim nec addere quic-  
quam nec demere iis quæ prius definita sunt, omni-  
no decreuimus, nec vlla ratione possumus.

*Can. 2. Vt tam synodorum generalium, quarundam-  
que provincialium, Apostolorum, & aliorum Patrum Ca-  
nones stabiles manent, definitur.*

Hoc quoque huic sanctæ synodo pulcherrimè &  
honestissimè placuit, vt ab hoc nunc tempore dein-  
ceps ad animarum medelam, & perturbationum cu-  
rationem firmi, stabilesque manent, qui à sanctis pa-  
tribus, qui nos præcesserunt, suscepti ac confirmati  
sunt, atque à Deo nobis etiam traditi sunt, sanctorū  
Apostolorum nomine 85. Canones. Quoniam autē  
in his nobis Canonibus præceptum est, vt eorundē  
sanctorum Apostolorum per Clementem constitu-  
tiones susciperemus, quibus iam olim ab iis, qui à fi-  
de aliena sentiunt, adulterina quædam, & à pietate  
aliena introducta sunt, quæ diuinorum nobis decre-  
torum elegantem & venustam speciem obscurarunt.  
Has constitutiones ad Christianissimū gregis & disci-  
pulationem ac securitatem vtiliter reiecit, hæretica  
falsitatis foetus nequaquam immiscentes, & ger-  
manè ac integrè Apostolorum doctrinæ inferentes  
Obsignamus etiam reliquos omnes Canones, qui à  
sanctis & beatis nostris patribus expositi sunt, id est  
à trecentis decem & octo diuis patribus, qui Nicæ  
conuenerunt: ab iisque qui Ancyre: etiam ab iis qui

Neocæsarea, similiter & qui Gangris. Præterea  
ab iis qui Antiochia Syria: ab iis etiam qui Laodi-  
cea Phrygia. Præterea autem & à 150. patribus, qui  
in hac Dei cultrice & regia ciuitate conuenerunt,  
& ducentis qui in Ephesiorum Metropoli prius co-  
acti sunt, & 630. sanctis patribus qui Chalcedone,  
similiter & ab iis qui Sardicæ, & qui Carthagine  
qui rursus in hac regia vrbe conuenerunt sub Ne-  
ctatio, qui regis huic ciuitati præfidebat, & Theo-  
philo, qui fuit Alexandriæ Archiepiscopus. Quinque  
tiam Canones Dionysij Archiepiscopi Alexandri-  
narū Magnæ ciuitatis Megalopolis. Et Petri Alexan-  
driæ archiepiscopi & martyris Gregorij Neoca-  
sareæ episcopi, qui mirabili opere effe-  
ctor dictus Anathasij Alexandrini archiepiscopi,  
siliij archiepiscopi. Casareæ Cappadociæ, Gregorij  
episcopi Nyssæ Gregorij Theologi, Amphilo-  
chij Ikonij, Timothei archiepiscopi Alexandrini, Cyrilli eni-  
dē Alexandriæ Archiepiscopi. Et Gēnadij Patris  
huius regis ciuitatis. Præterea vero & à Cypriano  
Aphrorum regionis archiepiscopo & martyre  
synodo, quæ sub ipso fuit, emissum canonem, quum  
prædictorum præsulum locis, & solum, secundam  
traditam eis consuetudinem seruatus est. Et non  
cere prius declaratos Canones adulterare, vel abo-  
lere, vel alios præter prius hic propositos Canones  
admittere, à quibusdam falsa adiecta inscriptione  
compositos, qui veritatem cauponari conati sunt.  
Si quis autem quod prædictorum Canonum aliquē  
innouare, vel subvertere conetur, conuictus fuerit,  
reus erit secundum eum canonem, vt ipse prome-  
ciat canon, pœnam luens, & per ipsum, in eo in quo  
offendit, medelam suscipiens.

*Canon. 3. Qualiter puniendi clerici, qui præter  
eas sanctiones uxores duxerint.*

Quoniam pius & Christi amicus Rex nostris  
locutus est synodum hanc sanctam & œcumē-  
nicam, vt ministros ecclesiæ puros, & eo ministeriū  
gnos exhiberet synodus. At cum hi, qui sunt Rom-  
næ ecclesiæ canonis summum ius seruare propo-  
suerint, huius autem ciuitatis sedes benignitatem  
verò vnum è duobus componentes (vt nec ex leu-  
tate, dissolutionem, nec ex rigore, austeritatem) san-  
cimus, vt qui ad secundas transferunt nuptias, nec  
peccato, cui mācipati sunt, respicere voluerint, de-  
positioni canonicæ subiacerent. Qui verò ad hanc se-  
cundarum nuptiarum affectionem transferunt quid-  
dem, sed ante nostram cognitionem procul peregrina-  
nam spuriamque coniunctionem abiecerunt, vel  
quorum uxores secundæ obiire, vel ipsi ad coniu-  
tionem prouidentes, in animum sobrietatem reuo-  
carunt & subito eorum omnium quæ prius contra  
leges erant, obliuisci sunt, siue presbyteri, siue diaconi  
sint, visum est eos cessare debere ab omni sacro mi-  
nere & actione, in certum tempus damnatos, dum-  
modo honores quidem suæ sedis & statum retineant  
contenti primo accubitu: lachrymis à domino effu-  
gitantes, vt sibi remittat illud ignorantie peccatum:  
ineptum enim est, vt aliis bene precetur, qui necesse  
habet sua curare vulnera. Cæterum qui vni quidem  
coniuncti sunt uxori, sed quæ vidua esset cum ascita  
fuit, similiter & qui postquam fuere electi nuptiis il-  
legitimis adhæserunt, hoc est presbyteri, diaconi, &  
hypodiaconi, ad breue aliquod tempus damnati, se-  
motique à sacra administratione, rursus à deo eisdem  
restituuntur grad⁹, dummodo ad maiorem non pro-  
cedant

*Ap. 18. Si quis  
35. Si quis  
34. Si  
25. cap.  
Apost. qui  
qualiterque  
mulierē stu-  
puit cleri-  
cus, deponi-  
tur.  
27. q. 1. Si  
quis.  
Di. 32. Si  
quis eorum.*

*Curia  
signific. thie  
simpliciter  
mulierē. nā  
23. can. cōce-  
dit vxorem.*

*D. 93. r. r.  
vpinus.*

cedant gradū, latèter illegitimo cōubernio soluto.  
Et hæc quidē solum in sacerdotibus disposuim⁹, de-  
finientes ab hoc tempore, & restituentes canonem  
illum, qui prohibet, vt qui ad secundas nuptias trā-  
sierit post baptismum, vel pellicem habuerit, nō pos-  
sit episcopus, aut presbyter creari, vel diaconus, aut  
omnino ordinis sacri. Similiter & qui viduā assump-  
serit, vel repudiatā, vel amiram, vel ancillā, vel me-  
rettricem, esse nō potest episcopus vel presbyter, vel  
diaconus, vel omnino ordinis sacri.

*Can. 4. Clericus vitians monacham deponatur.*

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel  
subdiaconus, vel lector, vel cantor, vel ostiarius cum  
muliere Deo dicata coierit, deponatur, vt qui Chri-  
sti sponsam violauerit. Si autem laicus segegerit.

*Can. 5. Ne quis ex clero habeat secum mulierem extraneā.*

Nullus eorum qui in sacerdotum ordinē adscri-  
pti sunt, si canonicè ritu viuere & se à suspectis per-  
sonis subducere vult, mulierem habeat ancillas ve.  
Ita enim fiet vt famam sibi integram inculpatamque  
retineat. Quod si quis hæc à nobis definita trāsgre-  
diatur, deponatur. Atque hoc quidem præceptum etiā  
eunuchi obseruent prouidentes, vt vitam puram, &  
sine reprehensione viuāt. Quod si transgressi fuerint,  
si clerici sunt, deponantur: si laici, ex cōmunicentur.

*Can. 6. Soli cantores & lectores possunt vxorem ducere.*

Quoniam in Apostolicis canonibus dictum est, e-  
orum qui non ducta vxore in clerum promouentur,  
solos lectores & cantores vxorem posse ducere: Et  
nos hoc seruantes decernimus, vt deinceps nulli pe-  
nit⁹ hypodiatono, vel diacono, vel presbytero post  
sui ordinationem coniugium contrahere liceat. Si  
autem hoc facere ausus fuerit, deponatur. Si quis au-  
tem eorum qui in clerum accedunt, velit lege matri-  
monij mulieri coniungi antequam hypodiatonus,  
vel diaconus, vel presbyter ordinetur, hoc faciat.

*Canon 7. Diaconi non sedeant loco honoratiori, q̄ presbyteri.*

Quoniam in nonnullis ecclesiis diaconos officia  
ecclesiastica habere cognouimus, & ex hoc nonnul-  
los eorum arrogantia & licentia fretos ante presby-  
teros sedere, statuimus, vt diaconus etiā si in digni-  
tate, id est, in quouis sit officio ecclesiastico, ante  
presbyterum non sedeat, præterquam si proprii pa-  
triarchæ, vel Metropolitanici vicem gerens, adsit in  
alia ciuitate super aliquo capite. Tunc enim vt locū  
illius implens honorabitur. Si quis autem tyrannica  
adduct⁹ audacia tale quid efficere ausus fuerit, is ex  
proprio gradu deiectus, sit omnium vltimus eius or-  
dinis in cuius est catalogo in sua ecclesia. Cum do-  
minus nos hortetur ne primos accubitus cordi ha-  
beamus quemadmodum sanctus Euangelista Lucas  
describit ex doctrina ab ipso domino nostro ac deo  
tradita, proponebat enim parabolā inuitatis, aduer-  
tens quod illi primos accubitus eligerent: ac dice-  
bat. Cum inuitatus fueris à quopiam, ne accumbas  
in primo accubitu: ne si honoratior te inuitatus sit,  
accedat qui te & illū inuitauit, ac tibi dicat, Da huic  
locum: & tunc incipias nō sine pudore inter postre-  
mos collocari. Quin potius cum inuitatus fueris, ac  
cumbe postremo in loco: vt cū accesserit qui te in-  
uitauit, dicat tibi: Amice ascende in locum superio-  
rem. quæ res honestamento tibi fuerit apud omnes  
mihi accumbentes. Nam quisquis se ipse euehit, de-  
primetur: & qui se ipse deprimat, euehetur. Hoc au-  
tem obseruabitur etiam in reliquis ecclesiasticorū  
ordinibus: quādoquidem ex omnibus dignitatibus,

ead præstantiores esse scimus, quæ spirituales sunt.

*Can. 8. Est q̄ canon Apostolicus 36. & Nica. & Chal-  
cedonen. 19. Vt quotannis synodi provinciales fiant.*

Volentes omnibus in rebus ea rata haberi, quæ à  
sanctis patribus diuinitus constituta sunt, renoua-  
mus canonem eum quo cauetur vt in singulis pro-  
uinciis fiat quotannis episcoporum synodus vbicū-  
que metropolitano visum fuerit. Quoniam vero tum  
barbarorum irruptiones, tum aliæ quoque superue-  
nientes causæ impedimento sunt quo minus ij qui  
ecclesiis præsunt, quotannis bis agere conuentus  
possint, placuit omnino propter grauiam negocia ec-  
clesiastica subinde (vt verisimile est) pullulantia, se-  
mel quotannis eiusmodi conuentum episcoporum  
in singulisagi prouinciis, idque quotannis à sacro  
festo Paschæ & intra finem mensis Octobris: & eo  
quidem in loco quem metropolitano (vt supra di-  
ctum est) delegerit. Cæterū visum est eos episcopos  
qui nec absint à suis vrbibus, nec aduersa valetudi-  
ne laborent, neque verò vllam habeant excusabile  
& necessariam occupationem, fraterna correctione  
castigari ac plecti.

*Canon 9. Ne clerici cauponariam exercent.*

Nulli clericorum liceat officinam habere taber-  
nariam. Nam si clerico nefas est cauponam adire,  
multo magis in ea cæteris ministrare. Quod si quid  
eorum quæ facere ipsi minimè licet, suscipiat: vel ces-  
sato, vel deponatur.

*Canon 10. Clerici vsuras non accipiunt.*

Episcopus, presbyter, aut diaconus, qui vsuras vel  
centesimas accipit, vel cesset, vel deponatur.

*Can. 11. Nulli fidelium licet Iudeorum azyma comedere.*

Nemo eorum qui in sacro ordine censentur, aut  
laicus, Iudeorum azyma comedat, vel vllam cum eis  
familiaritatem ineat, vel in morbis accersat, vel me-  
dicinas ab eis suscipiat, vel vna cum eis in balneis la-  
uetur. Si quis cōtra fecerit, si sit clericus deponatur,  
si laicus, excommunicetur. *Can. 12. Post ordinationē  
suam, episcopi à propriis vxoribus secedant.*

Iubet omnino antistites, postquā sunt ordinati à  
propriis vxoribus secedere. Ne autem cōtra quintū  
Apostolicū canonem facere videantur, qui episco-  
pis cum vxoribus suis habitare permittit, inferunt,  
quod nō diuinis Apostolis aduersantes hæc decer-  
nunt, sed statum ecclesiasticū in pulchriorem ordi-  
nem prouehi volentes, quoniam Apostoli, cum fides  
inciperet, ad fidelium imbecillitatem se magis de-  
mittebant, cum autem Euangelij prædicatio sit ma-  
gis ampliata, oportet & pontifices ad perfectā con-  
tinentiam vitam suam dirigere: ne status ecclesiasti-  
cus vllō probro afficiatur. *Canon 13. Subdiaconi, &  
supra, vicis sua tempore ab vxoribus abstineant.*

Quoniam in Romana ecclesia in ordine canonis  
traditum esse cognouimus, vt ij qui ordinē diaconi  
aut presbyteri essent peturi, profiterentur se nō am-  
plius cōgressuros cū suis vxoribus: nos veterē cano-  
nem Apostolicæ cōstitutionis & ordinationis secu-  
ti, volumus sanctorū virorū cōnubia vel ab hoc tē-  
pore valere, nequaquā dissoluentes eorū cōiunctionē  
cum suis vxoribus, aut tempestiuo cōgressu eos pri-  
uantes, vt, qui dign⁹ cōperiat ad ordinē aut hypodia-  
coni aut diaconi aut etiā presbyteri capessendū, hic  
legitimè vxori cohabitās, minime ab huiusmodi di-  
gnitatis gradu prohibeatur, nec ordinationis tēpore  
profiteri cogatur se à legitimo suæ vxoris congressu  
temperaturū: ne ex eo polluamus & foedemus nu-  
ptias

*Can. ap. 18. & 44.  
dic. Nulli.*

*Ca. Nic cō-  
cil. 18. ap. 18.  
44. 28. q. 1.  
nullus.*

*Propter sta-  
tus dignita-  
tem & em-  
nentissimā per-  
sonā cōnubia  
episcopis  
inducuntur.*

*D. 31. Quo-  
niam is mox  
seruatus est  
in oriente,  
vt ex cōm-  
glio licet af-  
sumatur ad  
clerum.*

Toan. 2. a  
Matt. 19.  
Hebr. 13. a  
1. Cor. 7. c

prias à Deo cōstitutat, & sua præsētia comprobata: cum alioqui vox Euangelij clamet: Quod Deus cōiūxit, homo ne separet. Et Apost. doceat honorabile cōnubiū & thorū immaculatū. Et alligat<sup>o</sup> es vxori ne quere dissolutionē. Porro scimus q̄ ij qui Carthagine cōgregati sunt, quiq; habuerūt ministrorū in vitæ castitate prouidētā, dixerūt hypodiatonos qui sacra mysteria cōtrectāt, & diaconos & presbyteros iuxta sua præsēpta tēpora à cōiugib<sup>o</sup> cōtinētes esse debere: vt quod etiā ab Apost. nobis traditū est, & iam à multis annis obseruatū, similiter cōseruemus, sciētes q̄ oīa tēpus habēt, maximē verō ieiuniū & oratio. Oportet enī eos qui altari assistūt, quo tēpore sacra tractāt, cōtinētes esse oībus in rebus: vt quod à Deo tractat<sup>o</sup> petūt, obtinere possint. Siquis igitur audeat cōtra apostolicos canones, aliquos ex consecratis, presbyteris in quā aut diaconis aut subdiaconis, priuare vxoris legitime tactu & cōgressu, deponatur. Eodē modo si quis presbyter aut diaconus vxorē suā pietatis prætēxtu eiicit, ex cōmunicetur, si verō pertinax permanserit, deponatur.

Hic autē canon de diaconis & sacerdotibus subdistinguit, veluti corrigēs quod de ea re fit in ecclesia Romana, sed tu lector intellige, si iuste prohibētur in Oriēte sacris initiati cum propriis vxorib<sup>o</sup> manere vicis sua tēpore, ubi sacerdotes & reliqui nō præsinit vicissim hebdomadibus: sed perpetuo in sacris ministrāt, vt fit in Occidēte: nōne aqua erit constitutio? De hac cōstitutione leg. Innoc. in episto. ad Exuperiū Tolos. ep. ca. 1. & Amb. in epist. priore ad Timotheū. At hac cōstitutione excipit synodus hac sacerdotes qui sunt in ecclesiis Barbaricis cap. 30. huius sextæ synodi.

Canon 14. Ne presbyter ante triginta annos ordinetur, diaconus ante viginti quinq; & diaconissa ante quadragesimū. Sāctorū & numine afflatorū patrū nostrorū valeat etiā hac in re canon, ne presbyter ante triginta annos ordinetur, etiā si maximē sit dign<sup>o</sup>, sed prohibeatur. Etenim dominus Iesus Christus tricesimo anno baptizat<sup>o</sup> est, cœpitq; docere. Prætērea neq; diaconus ante quintū & vicesimum annum, neq; diaconissa ante quadragesimum annum creetur.

Canon 15. Ne diaconus minor 20. annis creetur. Hypodiatonus verō non minus q̄ viginti annis natus creetur. Siquis autē in quocūq; sacerdotū ordine prætē cōstitutat tēpora creat<sup>o</sup> erit, deponatur. Canon 16. De quibus diaconib<sup>o</sup> loquatur liber alt. apostolorū.

Quoniā actū libri, septē diaconos ab apost. cōstitutos esse tradūt: qui verō erant in Neocæsariāna synodo, sic diligētē in scriptis apud se canonib<sup>o</sup> dixerūt, diaconos septē esse oportere, etiā si magna sit vrbis quod tibi testabitur Actū liber, nos apostolico patrū dicto animū accōmodātes, reperimus hunc sermonē ipsi non fuisse de iis qui mysteria administrarēt, sed de eo quod ad mensarū ministeriū pertinet officio. Sic enī Actuum liber habet: In dieb<sup>o</sup> illis crescente numero discipulorū, factū est murmur Græcorū aduersus Hebræos: q̄ despicerēt viduā eorū in quotidiano ministerio. Cōuocātes aut duodecim multitudinē discipulorū, dixerūt: Nō æquum est, nos negleto Deiverbo mēsis administrare. Deligite ergo, fratres, viros ex vobis spectā fidei septē, quos huic operi præsiciamus: at nos orationi, & ministerio verbi Dei incūbemus. Et placuit hic sermo omni multitudini: elegerūtq; Stephanū virū plenū fide & spiritu sancto, & Philippū, & Prochorum, & Nicanorē & Timonē & Parmenā & Nicolaū Proscelytū Antiochenum, quos statuerūt corā apostolis.

Hęc explicās ecclesiæ doctor Ioānes Chryso. Ad miratione, inquit, dignū est, quā fieri potuerit, vt nō discissa sit multitudo propter delectum virorū & Apostoli non sint ab ipsis reprobati. Enimvero quā dignitatē aut quā ordinationē acceperunt, scito opus est. Num diaconorū dignitatē: At istud in ecclesiis nō est: Num presbyterorū est ordo? At qui nullus tum erat episcopus, sed Apostoli soli. Proinde arbitrator neq; diaconorū neq; presbyterorū nomen esse, planū ac dilucidum. Quare declaramus & hō septē præsēptos diaconos nō sumi pro iis qui mysteria tractant, ex doctrina antē explicata, sed eos esse, qui tunc inter cōgregatos functi sunt publici muneris officio, quiq; exēplar nobis etiam hac in re fuerunt humanitatis & studij erga indigentes.

Canon 17. Sine dimissis episcopi, clerici à propriis ecclesiis non recedant.

Quoniā diuersarum ecclesiarū clerici, iis, in quibus creati sunt, ecclesiis, relictis, ad alios decurrunt episcopos, & sine sentētia sui episcopi, in aliis ecclesiis cōstituti sunt, hinc effectum est vt inobedientes essent: statuimus à Ianuario mense prætērita quarta distributione, nullū omnium clericorū (etiā in quolibet gradu) facultatē habere se in alia ecclesia cōstituti absq; sui episcopi literis dimissoriis. Itaq; qui ab hoc tēpore istud non seruauerit, sed ea in re eum qui illi ordinē contulit, dedecauerit, deponatur & ipse, & qui eum temere receperit.

Canon 18. Cessante causa recessus, clericus ad propriam redeat ecclesiam.

Eos qui propter barbarorū incursiōes, aut alio quoquo casu profugi sunt clerici, cum hic mos ipsi deserit, aut barbarorū incursiōes ad sua loca redierint, rursus in suas ecclesias iubemus redire, neque eas diu sine causa deferere. Cæterum si quis hęc non audiens nō fuerit, excommunicetur quoad in propriam ecclesiam redierit. Id ipsum fiat etiam eo episcopo qui illum detinuerit.

Canon 19. Episcopi diebus omnibus præsēptis dominicis docere populum debent.

Quōd oportet eos, qui præsunt ecclesiis in omnibus quidem diebus, sed præsēptis Dominicis oratione clerū & populū docere pietatis ac recte religionis eloquia, ex diuina scriptura colligētes intelligētias, & iudicia veritatis, & nō trāsgradientes iam positos terminos, vel diuinorum patrū traditionē. Sed si ad scripturā pertinēs cōtrouersia aliqua exciderit fuerit, ne eā aliter interpretētur, quā quomodo ecclesiæ luminaria & doctores suis scriptis exposuerunt: & maiorē ex iis laudē assequātur, quā si quis à se dicuntur cōponant: ne, dum quandoq; ad id hōsitant, ab eo quod cōuenit excidat. Për præsēptorum enim patrū doctrinā, populū ad eorum quæ sunt bona & expetēda, & inutilia ac reiciēda cognitionem venientes, vitā in melius componunt, nec ignorantia vitij conuincuntur, sed doctrinā mētem adhibentes, se ipsos ad id ne mali quid eis accidat, excitant, & imminentium suppliciorum metu sibi alitum procurant.

Canon 20. Ne in alia ciuitate episcopus doceat.

Non licet episcopo in aliena ciuitate publice docere. Si hoc facere deprehensus fuerit cesset ab episcopatu, presbyteri autem munere fungatur.

Canon 21.

Qui criminū canonicis sanctionibus dānatorum rei facti, & ob id omni modō perpetuāq; muneris sui pri-

1. q. 1. nullus episc. aut.

Hic con. est 25. can. Lao. dicit. 11. Carthag. 3.

D. 23. Presbyterum.

De conse. d. 1. Didicim.

29. C. 2. Carthagen. 3. renouatur. 30. Con. Lao. dicitur.

priuatiōni obnoxij redditi, laicorū numero accensentur, ij si scelerū ob quæ à gratia exciderunt, pœnitentia ducti sua spē redeāt in viā, seq; ab iisdē sceleribus totū abdicēt, id sanē illis permittendū, vt de more clericorū tōdeatur. Sin est vt ipsi haud quā vltro resipiscant, in modū laicorū comā nutriāt vt qui in secularib<sup>o</sup> vitæ illecebris volutari, q̄ ad immortalitatē aspirare maluerint. Canon 22.

Ob pecuniam promotos, siue episcopos, siue clericos deponi iubemus. Canon 23. Pro Eucharistia administratione nihil exigendum est.

Nullus episcopus siue presbyter, siue diacon<sup>o</sup> purissimam præsens communionem, ab eo qui communicat eius participationis gratia, obolos vel quāuis aliam speciem exigat. Non est enim venalis gratia, nec pecuniis spirit<sup>o</sup> sanctificationē impartimur sed ea iis qui digni sunt absque vlla fraude est comunicanda. Qui secus fecerit, deponatur.

Canon 24. Ne clerici aut Monachi intersint ludis theatricis.

Ne liceat cuiquam eorum qui facti sunt ordinis, vel monacho, ad Circē ludos ascendere vel scenis ludicris hærere, etiam si quando vocetur ad nuptias. Cæterum cum eiusmodi ludicra fraudulenter inducta, fuerint, surgat clericus, statim quod abscedat. Istud enim nobis patrū doctrina præsēbit. Si quis in hoc deprehendatur, ni desinat, deponatur.

Canon 25. Est. 17. Syn. Chalcedonenis.

Canon 26. Ignorantia non impedit, quin ab illicitis nuptiis presbyter abstinere teneatur.

Presbyter, qui per ignorantia illicitis nuptiis est implicatus, sit quidē cathedrę particeps: à reliquis autē operationib<sup>o</sup> abstineat. Ei enim qui talis est, satis est si venia detur. Nec ergo publice nec priuatim benedicat, nec Christi corp<sup>o</sup> aliis distribuatur, nec aliquod aliud ministerium obeat: sed prima sede contentus, Domino desinat, vt illi ex ignorantia peccatum condonetur. Manifestum est, quōd illegitimum coniugium dissoluitur. Nec vltimo modo vir ille consuetudinem habebit cum ea, per quam sacro ministerio priuatus est. Canon 27.

Clericus vestē sibi conuenientē induat tam in vrbe quā in via. Nemo eorū, qui in clerici numero censentur, vestē induat sibi nō propriā ac conuenientē, siue in vrbe agat, siue iterfaciat, sed vtatur eo genere vestis quod ipsi attributum est.

Canon 28. Vina non distribuatur simul cum Eucharistia.

Quoniā in diuersis ecclesiis intelleximus vna ad altare allatā ministros cū incruento illo oblationis sacrificio coniunctam, ex quadam, quæ inualuit cōsuetudine, vtraque simul populo distribuere: decernimus, vt nullus sacerdos hoc amplius faciat, sed ad viuificationē & peccatorū remissionē solā oblationē populo impertiat. Sacerdotes vero has vuas illatas priuatim benedicētes, nō secus ac primitias quaf dā distribuāt pœnitentibus ad laudē datoris fructum per quas nostra corpora diuina dispositione augetur, & nutriūtur, Siquis fecerit, deponatur.

Canon 29. Nec feria. 5. in cœna Domini: soluatur ieiuniū nec non ieiuniū communicent.

Canon quidā Carthagenensis concilij iubet vt sacrum altaris non nisi à ieiunis hominib<sup>o</sup> peragatur, vno anniuersario die excepto, quo dominica cœna peragitur, diuinis illis patrib<sup>o</sup> ea ipsa cœnomia tūc fortasse ventibus propter certas in locis illius occasiones ecclesiæ vtilēs. Nemine igitur nobis impedimentū afferente quominus res ea accuratē fiat, nos

apostolorū ac patrū traditiones insecuti definitum non oportere in quadragesima feriā quintā postremę hebdomadis soluere, itaque totā quadragesimā contēptui habere. Canon 30. Sacerdotes Barbarici cum ordinantur, vxores relinquere possunt.

Cū sit nobis in animo ad edificatiōē ecclesiæ omnia moliri, sacerdotibus etiam qui ecclesiis apud barbaros præsunt, leges dādas esse cēsumus. Itaq; si canonē apostolicū in quo agitur de nō sū mouenda vxore religionis prætēxtu, trāscedere licet, & eorū quæ definita sunt, velut septa trāsillire, cū iā si ipsi ipsorūque vxores desintiāt, à mutuo congressu abstineāt: statuimus ac definitum ne hi, post hac vltimo modo cōsuecāt cū vxoribus: vt hinc nobis certā & integrā voti sui significatiōē prabeāt. Cæterū hoc illis nō alia de causa, q̄ ob animi paruitatē ac mores quosdā exoticos quos auersari oporteat, tradidim<sup>o</sup>.

Canon 31. Sine episcopi licētia clerici intra domos nō baptizēt. Clericos, qui i oratoriis quæ sūt intra domos ministrāt, vel baptizāt, hoc illi<sup>o</sup> loci episcopi licētia facere decernimus. Qui hoc sic non seruauerit, deponatur.

Canon 32. Vt in sacrificio vinum aqua mistum offeratur.

Quoniā nouimus in Armeniorū regione vinū tantum in sacra mensa offerri, aquā illi non miscētes qui incruentū sacrificiū peragunt, prætēxtentes ecclesiæ doctorē Ioānē Chryso. in interpretatione Matthæi hoc asserentē. Vt iā nunc ab ignorantia liberentur, illius patris mentē orthodoxe aperimus. Cū enim antiquā Hydroparastarū hærēsim, qui pro vino solam aquā in sacrificio vsi sunt, subuerteret, illam orationē cōposuit, in qua aqua in sacrificio misca adiunctiōē amouere illi exultimant, cum tamen non doceat sanctus per solū vinū oblationem fieri, quandoquidem & suæ ecclesiæ vbi est illi pastoralis administratio tradita, aquā vino miscēda tradidit, quando incruentū peragi sacrificiū oportet, ex pretioso & honorando noītri Redēptoris sanguine & aqua cōtēperatiōē attendens, quæ in totius mūdi viuificationē effusa est, & peccatorū redēptionē. Et in omni etiā ecclesia vbi spiritalia luminaria refulerunt, hic ordo diuinit<sup>o</sup> traditus seruatur. Nā & Iacobus Domini nostri Iesu Christi, secundum carnē, frater & Basil<sup>o</sup> Cæsariensis Archiepiscopus, cuius gloria omnē terrarū orbē puasit, mystico nobis inscripto tradito sacrificio, ita per agendū in sacro mysterio ex aqua & vino sacrū poculū ediderunt. Et qui Carthagine conuenerūt sancti patres ita aperte tradiderunt. Siquis ergo episcopus vel presbyter nō secundū traditū ab Apostolis ordinē facit, deponatur vt imperfecte ac simpliciter mysteriū enuncians, & quæ tradita sunt innouans.

Hoc nōnone Armeniorum in solo vino, & hydro parastarū in sola aqua sacrificatum, error destruitur. Canon 33. Non attendatur genus, sed mores ad manus impositionem.

Quoniam cognouimus in Armeniorū regione eos solos ad clerum admitti, qui sunt ex genere sacerdotali: immo & nonnullos eorum non attendentes cantores, & diuina legis lectores constituti, Deocernimus, vt deinceps non liceat ad eius cui manus imponitur, genus respicere, sed examinantēs, an digni sint, expositis in sacris canonib<sup>o</sup> decretis, eos in cleri catalogum referri, & ecclesiastice promoueri, siue sint ex maioribus suis sacerdotibus, siue non. Item vt nulli eorum liceat populo in suggestu diuinas scripturas explicare nisi is sacerdotali tonsura vsus fuerit, & benedictionem à suo pastore canonice

D. 77. cap. subdiacon.

ca. 14. Neo ca. synodi corrigitur per presentē canonem.

Act. 6. a

Al pusillanimitatem.

De conse. d. 1. clerici cos, infra. ca. 52.

Armeni male intellexerunt verba chryso.

De conse. d. 1. iacobus

apud Iude os lege sanctum erat, vt ex tribu Leuitica sola sacerdotibus ferent.



ce susceperit. Siquis secus fecerit, deponatur.

Can. 22. Chalced. Aposto. cap. 40.

Can. 34. est can. 18. Synodi Chalced. conuentionibus. Ca. 35. Spolia episcopi defuncti indimnata futuro seruentur.

Nulli omnium Metropolitanarum liceat mortuo episcopo, qui eius throno subest, res eius vel ipsius ecclesie sibi vendicare, sed sint sub custodia cleri ecclesie, cui defunctus praefuit, vsque ad alterius episcopi promotione: praeterquam si in eade ecclesia relicti sint clerici, tunc enim Metropolitanus ea non dimittit nisi seruabit, ordinando episcopo omnia reddens.

Can. 28. Chalced. Syno. in xta editio nem graecam quoniam. in latina non habetur.

Renouantes quae a sanctis patribus 150. qui in hac regia vrbe conuenerunt, & a 630. qui Chalcedone conuenerunt, constituta sunt, decernimus, vt thronus Constantinopolitanae aequalia priuilegia cum antiquae Romanae throno obtineat, & in ecclesiasticis negotiis vt illa emineat, secundus post illam existens. Post quem Alexandriae Metropolitanus numeratur thronus. Deinde Antiochia, & post eum Hierosolymitanus ciuitatis.

D. 21. Renouantes. & in c. 5. consilia concilii.

Canon 37. Episcopi si episcopali vrbe priuentur, sua tamen priuilegia non amittunt. Quoniam variis temporibus excurrerunt barbari, & plurimae ciuitates in ipsorum manus ac potestatem venerunt, quo factum est vt qui alicuius earum ciuitatum antistes creati essent, nec solum sibi designatum obtinere, nec ibidem conditione pontificali sedere, nec verò eo rerum statu aut manus imponere, aut caetera quae muneris sunt episcopalis, face re aggredi ve posset: nobis augustam pontificatus dignitatem sartam tectam seruare cupientibus, nec volentibus eiusmodi impressiones quas barbari facerent, vergere in perniciem ac detrimentum iuris ecclesiastici: visum est vt episcopi qui ita creati essent & ob antedictam causam a suis sedibus summouerentur, eximiam illam retinerent pontificatus dignitatem, itaque & manuum impositiones ordinandis clericis omni generis canonico ritu facerent: & pontificali auctoritate intra fines suos vterentur: ac in dioceses sibi demandatas, quam haec late pateretur ius ac potestatem retinerent. Neque enim intercepta ea vrbe cui precipua debebatur cura & opera, ad ministracionis fines eo quod reliquum esset, circumscribi conuenit.

Canon 38. Noua ciuitas nouam habeat dignitatem episcopalem vel metropolitanam. Canonem qui a patribus factus est, nos quoque obseruamus, qui sic edicit: Si qua ciuitas a regia potestate innouata est vel innouabitur, ciuilem ac publicam formam, ecclesiasticarum quoque rerum ordo consequatur. Canon 39. Vt ecclesia Cypri sit metropolis. Cum frater & cooperator noster Ioannes insulae Cypri antistes in Hellepontica prouincia vna cum populo sibi subdito ex eadem insula demigrarit, vt se ac suos ab impressionibus barbarorum se ductos, & ab illorum iugo liberatos, sub sceptro Christianissimi imperij retineret, idque fecerit benignitate ac prouidentia dei, ope pietissimi ac rerum Christianarum studiosissimi imperatoris nostri, decernimus vt quicquid praerogatiuae a factis ac diuino numine aflatas patribus cum Ephesum conuentum agerent viri illius sedi concessum est, fixum immotumque maneat, ita vt noua vrbs Iustinianopolis idem ius cum ciuitate Constantinopolitana habeat. Habebit autem si diuini cultus obseruantissimi episcopus qui ei ciuitati praest, toti praesideat Helleponticae prouinciae. Porro volumus eius vrbs antistitem more primo quidem, vel inuitos ipsos dicta clausura coarctari:

ca. 12. Chalced. Synod.

Hic ca. con firmat cano ne 8. Ephe sine synodi, quo concessum est Cypri ecclesiam esse principalem & primam, & prohibuit est Antiochenum episcopum facere in ea ordinationes. Iustinianus imperator hoc priuilegium concessum fuisse a Vigilio papa ait. Nouell. 131.

maiores nostri decreuerunt suum in qua; ecclesia seruandum esse morem. Itaque antistiti supradictae vrbs Iustinianopolitanae subesse se sciat Cyzicenum episcopus, non secus ac reliqui omnes episcopi quibus praest antedictus ille pius antistes Ioannes: quadoquidem ab hoc, vbi res postulat etiam ipsius vrbs Cyzicenorum creari debet episcopus.

Canon 40. De monachis & monasteriis.

Quoniam a frequenti huius vitae tumultu subducere nos, itaque deo adherere perquam salutare est: qui solitarii vitae genus sibi deligunt, non sunt a nobis temere admittendi ac praemature, quin potius praescriptus nobis a maioribus super his modus retinendus est, vt videlicet religiosae vitae professio tum demum emittatur, cum a cognitione rerum iudiciorum profecta, & maturam ratiocinandi facultate adeptam constantiam ac stabilitatem praese feret. Sit igitur monasticae vitae iugum subiturus non pauciores quam decem annos natus. Quin etiam accedat examen antistitis, quod ille spectet, num conducibilis ipsi esse videatur maiorem expectare aetatem eius qui inire vitae genus illud monasticum, ei; haere reuelit. Sic enim Basilium ille magnus in sacris suis canonibus eam quae virginitate amplexata, vltro se deo deuouerat, cum iam decimum septimum annum ageret, in virginium deo dicatarum ordinem recipendam esse censet: Certe nos imitati statutum de viduis ac diaconissis, eos qui ad institutum vitae monasticae aspirarent, simili modo supradicti temporis fines praescriptissimos. Scriptum est enim apud diuum apostolum, viduam, quae quidem ministratura sit in ecclesia, delegendam esse sexagenariam. Sacrorum vero canonum auctores quadragenariam creandam esse diaconissam tradiderunt, animaduertentes ecclesiam diuina gratia subinde vegetiorem reddi, magisque ac magis promoueri, fidelium in obseruandis mandatis diuinis constabilitate confirmatoque animo. Quam rem nos quoque diligentius expendentes, nuper definiuimus, benedictionis gratiae diuinae ei qui velit sacris illis exercitationibus initiari, velut sigillum quoddam sine mora imprimentes, & inde ipsius voluntatem, ne longiori cunctatione aliud deflectat, promouentes: imo verò ipsum ad optimum vitae genus mature deligendum constitutumque magnopere exhortantes.

Canon 41. Quomodo probandi qui profitentur monachatum.

Eos qui in vrbs vel villis volunt secedere, ac sibi separatim attendere, prius quidem in monasterium ingredi oportet, & anchoritiam, hoc est ab aliis separatam ac semotam viuendi rationem exercere, & spatio triennij ei qui in mansione praest, in deo mori reparare, & obedientiam in omnibus (vt equum est) implere. Et ita huius vitae eligendae institutum probantes, & quod eam ex toto corde sua sponte amplectuntur, ab eius loci praesule examinati approbentur. Deinde sic alio anno extra clausuram fortiter se gerere debent, vt scopus eorum magis manifestetur: tunc enim plene ac perfecte significabunt, quod non inane gloriam captantes, sed propter ipsum pulchrum & honestum hoc silentium prosequantur. Post tanti autem temporis complementum, si in eodem eligendae vitae instituto permaneant, includi ipsos, & eis non amplius licere, quando voluerint, ex tali mansione egredi: praeterquam si propter communem utilitatem vel aliam necessitatem ad mortem urgentem ad id trahantur, & ita cum benedictione eius loci episcopi. Qui autem exceptis his casibus exierint, primo quidem, vel inuitos ipsos dicta clausura coarctari:

ascritio exercitatoriam vitam. Al. sublato omni tumultu negotiorum secularium.

Novitiam haeresis est, venientes ad penitentiam non suscipere.

Al. moniales.

Al. moniales.

ri: Deinde ieiuniis & aliis afflictionibus ipsos curare, sciens quoniam nemo, qui manum suam aratro immisit, & retro conuersus est, aptus est regno caelorum.

Canon 42. Eremita habitum caeterorum monachorum sumat.

De Eremitis, qui quidem nigris vestibus induti & capite comati vrbes obeunt, & cum viris ac mulieribus versantur, & propriae professioni faciunt iniuriam, statuiamus, tonsis comis reliquorum monachorum amictum suscipere, eos in monasterio constitui. Quod si hoc non elegerint, eos omnino ex vrbs expelli, & solitudines quae eremi dicuntur, habitare ex quibus sibi etiam denominationes contraxere.

Canon 43. Propter nullum crimen arcendus aliquis a monachatu.

Liceat omni christiano vitam therapeuticam eligere, & rerum ad vitam pertinentium deposita restituta monasterium ingredi, atque instar monachi tonderi, in quocumque crimine deprehensus fuerit. Saluator enim noster Deus inquit, Eum qui ad me venit, non eiciam foras. Nam sicut columna id quod in ea describitur, exprimit, ita & monachica professio, monachi poenitentiam describit. Ei ergo, qui ad illud germane, ac sincere accedit, acquiescimus, ac fauemus, nec vlli ei mores impedimentum afferent, quominus proprium votum adimpleat.

Canon 44. Monachus fornicator iure communi punitur.

Monachus fornicator vel qui ad matrimonij communionem vitaeque societatem vxorem duxerit, fornicatorum poenis subiiciatur.

Canon 45. Futura monasteria non induantur sumptuosis vestibus eo die quo ingressi sunt monasterium.

Quoniam intelleximus, in nonnullis mulierum monasteriis, mulieres, quae sacro illo amictu dignae habentur, prius fericis, & omnis generis vestibus, praeterea autem & mundis auro & gemmis variatis, ab iis qui illas ducunt exornari, & sic ad altare accedentes exui tanto materiae apparatu: & statim in illis fieri habitus benedictionem, illasque nigro amictu indui: statuiamus ne hoc deinceps fiat. Neque enim fas est, vt quae iam propria voluntate omnem vitae iocunditatem deposuit, & eam, quae est secundum Deum, vitae agendae rationem amplexa est, & ita ad monasterium accessit, per eum qui interit, ac fluit mundum, & quorum iam oblita erat memoria reuocet, & ex eo anceps recedatur, & eius anima perturbetur instar exundantium fluctuum, hucque & illuc versantium, adeo vt aliquam nonnunquam lachrymam emittens cordis per corpus, compunctionem ostendat: sed & si exigua aliqua lachryma exierit, non tam propter affectionem quam hunc propter exercitatorium certamen, quam propterea quod mundum relinquunt, & ea a videntibus profluxisse putetur. Canon 46. Monasteria non exeant a monasterio nisi sub certa forma.

Quae vitam exercitatoriam eligunt, & in monasteriis sunt constituta, ne omnino progrediantur. Si quia autem inexorabilis necessitas ad hoc trahit, cum benedictione eius quae praest, hoc agant. Tuncque non solae per se, sed cum aliquibus vetulis, & quae in monasterio primae sunt, cum mandato eius quae praefecta est. Eis autem omnino extra cubare non licet. Hoc idem & de viris, qui monasticam vitam persequuntur statuiamus.

Canon 47. Vir in monasterio mulierum non dormiat, nec diuerso.

Nec mulier in virorum monasterio, neque vir in mulierum dormiat. Extra offendiculum enim & scadalum fideles esse debent vt domino suo consecrati

honestam vitam. Ita in Cod. graeco. Qui secus fecerit segregetur.

Canon 48. Vxor episcopi reponatur in monasterio.

Vxor eius qui ad episcopalem dignitatem promotus est, communi sui viri consensu prius separata, postquam in episcopum ordinatus est ac consecratus, monasterium ingrediatur procul ab episcopi habitatione extracta & episcopi prouidentia fruatur. Sin autem digna visa fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem prouehetur.

Canon 49. Monasteria quae semel deo dicata sunt secularibus habitationibus non accommodentur.

Quae semel sunt deo dicata monasteria & c. [Vt in canone 24 concilij Chalcedonenis, vsque ad eum locum] nec posse ea fieri vltra secularia habitacula [addit hic canon] neque a quoquam omnino ea tradi hominibus secularibus, qui etiam, si ad hoc vt que tempus sit factum, definiuimus nullo modo valere: reliqua vt in praedicto 24. cano. Chalcedo.

Canon 50. Alea clericis interdicitur.

Nullum omnino siue clericum, siue laicum ab hoc deinceps tempore alea ludere. Qui secus fecerit, excommunicetur.

Canon 51. Ne mimi aut venationes spectentur.

Omnino prohibet haec sancta & vniuersalis synodus eos qui dicuntur mimos, & eorum spectacula, deinde venationum quoque spectationes, easque quae sunt in scena, saltationes perfici. Qui secus fecerit, si sit clericus, deponatur: si laicus, segregetur.

Canon 52. Vt sabbato & Dominica in quadragesima consecratio tantum fiat.

In omnibus sanctae quadragesimae ieiunij diebus praeterquam sabbato & dominica, & Annunciationis die fiat sacrum praefanctificatorum sacrificium.

Sacrificium praefanctificatorum, est oblatio sacrificij iam peracti & perfecti. Ieiuniorum autem dies luctus, & compunctionis in expiationem peccatorum, & quia Deo sacrificium offerre est festum diem agere, statuerunt patres non fieri nouam consecrationem tota quadragesima nisi sabbato & Dominica & c. In his enim festum agere non lugere, nec ieiunare iussimus. Quod nunc obseruatur apud Latinos in die Parasceues. Haec ex Theodoro Balsamon. ἡ τὴν πρὸς παρασκευῆς ἡμέραν λυτὴν ἐστὶν ἡμερὰν ἐν τῇ quadragesima, die dominico ad totam hebdomadam consecrat, dempto die sabbati, in quo fit noua consecratio.

Canon 53. Ordo cognationis spiritualis adseruetur.

Quoniam spiritualis cognatio corporum coniunctione maior est, nouimus in quibusdam locis exceptores puerorum ex sancto & salutari baptisate, postea cum matribus illorum viduis matrimonium contrahere: statuiamus, ne in posterum tale aliquid fiat. Si qui verò secus fecerint, hi quidem primo ab illicito matrimonio separentur, deinde fornicatorum poenis subiiciantur.

Canon 54. Nuptiae prohibita: In secundo affinitatis gradu.

Decernimus, vt qui deinceps cum fratris sui filia matrimonij societatem coierit, vel pater & filius, qui cum matre & sorore, vel cum duabus puellis sororibus, pater & filius vel cum duobus fratribus mater & filia, in septennij canonem incidant, separatim ipsis publice a nefario conubernio.

[Hic canon de gradibus affinitatis in concilio Lateranensi sub Innocentio 3. est abrogatus vide. 35. q. 2 & 3. ex decretis Fabiani papae vbi solum prohibetur primus gradus affinitatis.]

Idem habetur cano. 49. conc. Laodiceni.



Can. 55. Ne sabbatis aut dominicis diebus quadragesima ieiunetur.

Propter hanc canonem alii qui Romani non recipiebant hanc synodum tanquam vniuersalem. can. apo. 65.

Quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate in sanctis quadragesimæ diebus, in eius sabbatis ieiunare præter ecclesiasticam traditam consuetudinem, sanctæ synodo visum est, ut in Romanorum ecclesia canon incōcuisse obtineat, qui dicit. Siquis clericus inuentus fuerit in sancto Dominico, vel sabbato ieiunans, præter vnum & solum, deponatur. Si autē laic⁹ segregetur [Vide epistolā 86 Augustini ad Casulanū postmedium, ubi agit de ieiunio sabbati.]

Can. 56. Ne oua & caseus in quadragesima comedantur. Acepimus in Armeniorum regione, & in aliis locis in sabbatis & Dominicis sanctæ quadragesimæ quosdam oua & caseum comedere, visum est ergo, ut omnis Dei ecclesia, quæ est in vniuerso terrarum orbe, vnum ordinem sequens, ieiunium perficiat: & abstineant sicut ab omni mactabili, sic & ab ouis & caseo: quæ quidem sunt fructus & fœtus eorum à quibus abstinemus. Si autem hoc non seruauerit, si sint clerici, deponantur: si laici segregentur.

Can. 57.

Ad altare mel & lac offerre non oportet.

can. apo.

Can. 58. Ne laicus sacramenta sibi ministret.

Nemo eorum, qui sunt ex ordine laicorum, diuina sibi mysteria impartiat præsentē episcopo, vel presbytero vel diacono. Qui secus fecerit, vna septimana segregetur.

Can. 59. Baptismus in ecclesiis tantum celebretur.

Can. 31. per mittit de voluntate episcopi id fieri posse.

In oratorio priuato, quod domi est, nullaten⁹ baptismus peragatur, sed qui digni habebuntur hui⁹ purissimi luminis, ad catholicas ecclesias accedant, & hoc illic munere perfruantur. Siquis contrafecerit, si clericus est, deponatur, si laic⁹, excommunicetur.

Can. 60. De his qui se simulant demoniacos.

Eos, qui se Dæmone correptos esse simulant, & morum improbitate eorum figuram & habitum simulate præ se ferunt, visum est omnimodo puniri, & eiusmodi afflictionibus & laborib⁹ eos subiici oportere, quibus, hi qui à Dæmone vere correpti sunt ut à Dæmonis operatione liberentur, vere, subiiciantur.

Can. 61. De sortilegis damnandis.

De hoc lege chryso. in epistolam Pauli ad Coloss. Et sextam eiusdem orationem aduersus Iudeos. Legi sexennium sub iici, est, sexennio excommunicati.

Qui se vatibus tradiderunt, vel iis qui Centuriones dicuntur, aut iis similibus, ut ab illis discant, si quid sibi reuelari velint, secundum ea, quæ prius à patribus sancita, canoni qui est de sexennio subiiciantur. Eidem pœnæ subiicere oportet eos, qui vrsas aut similes bestias ad lusum & perniciem simpliciorum circumferunt: & eos, qui fortunam, fatum, genealogiam, aut similia uerborū turbam ad nugas deceptorias obloquuntur eosque, qui nubes fugare dicuntur, & Imprecatores, & Amuletarios, & Vates. In his autem perseverantes, nec mutant sententiam, nec fugientes hæc perniciofa & Ethnica instituta omnino eiiciendos ab ecclesia definimus, sicut sacri canones dicunt. Nā quæ luci cum tenebris cōmunio: ut ait apostolus, vel quæ coniunctio templo dei cum idolis, aut quæ participatio fideli cum infideli? Aut quæ concordia Christi & Belial?

ἐπαὶ τῶν Χρῶ. cenior. o. hoc loco est magis centum calculi aut subris

Præsentia ea. vniuersas Dæmoniacas operationes auerit. Vates dicuntur palma inspectores, & qui in pelui diuinant, aut per sacrificia aliqua Sathanam interrogant, se Dæmoni addicentes. Centuriones dicebantur senes quidam, qui se reliquis consulerent præferentes, per eiusmodi execrabiles operationes simpliciores seducebant, & ut Pseudorhei colebantur.

Vrsas trahere dicebantur, qui Vrsorum altores appellabantur, qui quidem in capite & totius animalis corpore tincturas appendentes, & pilos tendentes, eos vna cum tincturis dabant, ut remedia & tanquam in morbis & fascinantibus oculis conferre possint. Alij vero serpentes in sinu gestantes, hunc quidem die maligno natum esse, illum vero felici systeri natum dicunt, & futuram felicitatem & infelicitates annuntiant, & alia multa nugantur. Nubium inspectores dicuntur qui, quæ multis ignota sunt ex nubibus significant, maxime autem si sole occidente inspiciantur. Imprecatores sunt qui diuina quadam cantica dicunt, & nominum martyrum & sanctissimæ virginis meminerunt. Quæ omnia diuina patres & ecclesia doctores fugienda statuerunt, & plusquam alij Chryso.

Can. 62. Ne festa gentilium celebrentur.

Calendas, & vota, & Brumalia quæ vocantur, & qui in primo die Martij mensis sit conuentum ex fidelium ciuitate omnino tolli volumus: Sed & publicas mulierum saltationes multam noxam exitium, & que afferentes. Præterea & eas quæ nomine eorum, qui falsò apud Græcos Dij nominati sunt vel nomine vitiorum ac mulierum fiunt saltationes, ac mysteria more antiquo, & à ritu Christianorum alieno, reiciimus: statuentes, ut nullus vir deinceps muliebris veste induatur, nec mulier veste viro conueniente. Sed nec Comicas nec Tragicas, nec Satyricas personas induant, nec execrandi Bacchi nomen, vnam in torcularibus exprimentes inuocet, nec vinum in doliis effundentes, risum moueant ignorantia vel vanitate ea, quæ à Dæmonis impostura procedunt, exercentes. Qui secus fecerit, si clerici sint deponatur: si laici, segregentur.

Canon 63. Martyrum historia ab infidelibus scripta damnantur.

Quæ à veritatis hostibus falsò confictæ sunt Martyrum historia, ut Dei Martyres ignominia afficerent, & qui eas audiri essent, ad infidelitatem deducerentur, in ecclesia non publicari iubemus, sed eas igni tradi. Eos autem qui eas admittunt, vel tanquā veris eius mentem adhibent, anathematizamus.

Canon 64. Prohibetur laico publice docere.

Non oportet laicum publice disputare, vel docere, sed ordini à Domino tradito cedere, & auriem iis qui docendi gratiam acceperint aperire, & diuina scriptura ab eis doceri. Qui hæc transgressus fuerit, quadraginta diebus excommunicetur.

Can. 65. Ne rogi in Nouilunij ritu Gentili accedantur.

Quos in Nouiluniis, quidam ante suas officinas & domos accedunt rogos, supra quos etiam antiqua quadam consuetudine salire inepte ac delirare solent deinceps cessare iubemus. Qui contrafecerit, si clericus sit deponatur: si laicus, segregetur.

Can. 66. A die resurrectionis per integram hebdomadam fideles ferientur.

A sancta die resurrectionis vsque ad nouam Dominicam tota septimana ecclesiis vacare fideles iugiter oportet, psalmis & hymnis & spiritualibus canticis in Christo gaudentes, festumque celebrantes, & diuinarum scripturarum lectioni mentem adhibentes, & sanctis mysteriis iocunde & laute fruenter. Sic ergo cum Christo exultabimus & vnà resurgemus.

Nequaquam ergo prædictis diebus equorum cursus, vel aliquod publicum fiat spectaculum.

Can. 67. Ut abstineant à sanguine & suffocato.

Apud latinos iam exoleuerat illa consuetudo a postolorum, ut referunt committarij & c.

Sacra scriptura nobis præcipit, ut abstineamus à sanguine & suffocato & fornicatione. Merito igitur damnamus eos, qui cuiuscunque animalis sanguinē arte aliqua condiunt, & sic comedunt. Qui hoc fecerit clericus, deponatur, laicus excommunicetur. Can. 68. Libri sacri communi & prophano vsu non consumantur.

Nulli ex omnibus licere veteris & noui testamenti librum, nec sanctorum nostrorum præconum ac doctorum corrumpere vel conscindere, vel librorū cauponatoribus, vel vnguentariis, vel alicui alij delendum tradere, nisi vi que vel à tinea, vel ab aqua, vel aliquo alio modo redditus fuerit inutilis. Qui tale aliquid fecerit, vno anno excommunicetur.

Can. 69. Laicus non ingrediatur chorum excepto Casare.

Nulli omnium qui sit in laicorum numero liceat intra sacrum altare ingredi. Ab eo tamen nequaquam prohibita potestate & auctoritate regia, quā doquidem voluerit Creatori dona afferre ex antiquissima traditione.

Can. 70. Mulieres in ecclesia taceant.

1. cor. 14.

Ne liceat mulieribus in celebrationis tempore loqui, sed ut est vox Pauli, silcant.

Can. 71. A quibus cauere debeant iuris professores.

Lege Gregor. Nazian. in oratione funebri magistri Basilij.

Eos, qui docentur legibus ciuilibus, Græcis moribus vti non oportere, & neque in theatrum induci, aut quæ volutabra dicuntur celebrare, vel præter vsum communem sibi vestem induere, neque quo tempore disciplinam aggrediuntur, vel ad finem eius perueniunt. Qui secus fecerit, segregetur.

Can. 72. Ne orthodoxus hæreticam ducat, aut contra.

Non licere virum orthodoxum cum muliere hæretica, nec orthodoxam cū viro hæretico copulari, sed siquid eiusmodi ab vilo ex omnib⁹ factū apparuerit irritas nuptias existimari, & nefariū coniugiū dissolui. Si autē adhuc infideles sunt inter se legitimo matrimonio coniuncti, deinceps alter eorum conuertatur ad fidem altero in infidelitate manente, si fideli placeat cum infideli habitare, non à se inuicem separentur, iuxta Pauli sententiam.

Can. 73. Ne crucis figura in pavimento fiat.

1. cor. 7.

Cum crux viuifica illud salutare nobis ostenderit, nos omne studiū adhibere oportet, ut ei per quā antiquo lapsu saluati sum⁹, eū, qui par est, honorem habeamus. Vnde & mente & sermone & sensu ad rationem ei tribuentes, Crucis figuras, quæ à nonnullis in solo ac pavimento fiunt, omnino deleri iubemus, ne incedentiū conculcatione victoriæ nobis tropheum iniuria afficiatur. Qui secus fecerit, excōmunicari decernimus.

Locos Dominicos vocat vestibula porticus ecclesiarum.

Can. 74. Ut ne agapes fiant in ecclesia.

Nō oportet in Dominicis locis vel ecclesiis, charitates quas vocant facere, & intus in æde comedere, & accubitus sternere. Qui hoc fecerint, cessent, vel excommunicentur. Can. 75. Ut cantores ecclesiastici non vtantur modulatione inordinata.

Eos, qui in ecclesiis ad psallendum accedunt, volumus nec inordinatis vociferationibus vti, nec naturā ad clamorem vrgere, nec aliquid eorum quæ ecclesiæ nō cōueniūt, sed cū magna atrētione & cōpūctione psalmodias Deo, qui est occultorū inspector offerre.

Can. 76. Ne intra ecclesiarum ambitum mercimonia vendantur.

Lege chryso. in oratione panegyrica.

Non oportet intra sacros ambit⁹, cauponam, vel aromatum species proponere, vel alias venditiones

facere, suam venerationem ecclesiis seruantes. Saluator noster nos instituit non facere domum Patris nostri, domum negotiationis Qui secus fecerit, segregetur.

Super. 6. c. Esaiæ. Ca. 30. synodi Laodicen. conuictibus prohibetur etiam vna lauari. Cap. 46 in syno. Laodicen.

Can. 77. Ne fideles cum mulieribus vnā lauentur.

Nō oportet sacris initiatos vel clericos, vel exercitatores siue monachos lauari cum mulieribus, nec omnem Christianum laicum. Hæc est enim primā condēnatio apud gentes. Qui hoc fecerit cleric⁹, deponatur, laicus excommunicetur.

Can. 78. Ut fideles s. feria apud cathedras fidem recitent.

Quod oportet eos, qui illuminantur, fidē addiscere, & quinta septimanæ feria episcopo vel presbyteris renunciare.

Can. 79. Partus virginis fuit citra vllum dolorem.

Abiq; vilo dolore virginis partum esse confitent (ut qui sine semine constitutus sit) eos, qui propter ignorantiam aliquid indecens faciunt correctioni subiicimus. Vnde quādo aliqui post diem natalis Christi Dei nostri reperiuntur coquentes simillam, & se hac mutuo donantes prætextu, scilicet honoris secundinarum impollutæ virginis matris, statumus ut deinceps nihil tale fiat à fidelibus. Nec. n. hoc honor est virginis (quæ supra mentem & sermonem quod comprehendere non potest, verbum peperit carne) ex communibus & iis quæ in nobis fiunt, inenarrabilem eius partum metiri ac describere. Si quis hoc fecerit clericus, deponatur: laicus segregetur.

Can. 80. Clericus vel laicus per tres hebdomadas absens ab ecclesia punitur.

Siquis episcopus vel eorum, qui in clero censentur, vel laicus nullam grauiorem habeat necessitatē vel negotium difficile, ut à sua ecclesia absit frequentius, sed in ciuitate agens tribus diebus Dominicis vnā non conueniat, si clericus est, deponatur: si laicus, à communione separetur.

Can. 81. In trifagio non apponendam crucem.

Petrus Fallo immuato huius hæresis quod trinitas sit trinitas fixa in syno generali, dantur.

Quoniam nouimus in quibusdam locis in trifagio acclamari post illud, Sanct⁹ immortalis, ille crucifixus pro nobis, miserere nobis. Noscum antiquis patribus statuentes, anathematizamus eos qui deinceps talem susceperint vocem in ecclesia, vel alias ter sancto hymno apponentes. Si transgressor fuerit sacerdos, deponatur: si laicus, excommunicetur.

Can. 82. Ut Christus deinceps in figura humana pingatur, non Agni.

Inter venerabiliū imaginum picturas, Agnus digito Præcursoris monstratus depingitur, qui in figuram receptus est gratiæ, adumbrans nobis verum illum (per legem) Agnum Christum demonstratum. Antiquas ergo illas figuras & vmbas velut quasdā veritatis notas, adumbrationesq; ecclesiæ traditas vendicantes, gratiam eisdem præponimus, & veritatem hanc (ut legis complementum) suscipimus. Ita que hoc iam quidem re perfectum, pictorum artib⁹ ante omnium oculos præscribatur, & picturam illi⁹ Agni Christi Dei nostri, qui tollit peccata mundi, ut humanus character valet exprimere, & in imaginibus impostero pro veteri Agno erigendam sancimus, per quam humilitatem Dei verbi contemplantur, & velut manuducimur ad memoriam illius cōuersionis in carne, & passionis eiusq; mortis salutatis, & redēptionis quæ huic pro mundo facta est.

Can. 83. Mortuis non danda eucharistia.

Nemo cadauerib⁹ mortuorū eucharistia impartiat. Hoc idem scriptum

*præcipit ca.* scriptum est: Accipite & comedite. Cadauera nec  
12. cōci. An  
6. sifiodoren.  
accipere valent, nec comedere.

Canon 84. *de baptizandis infantibus quando non est certū  
eos esse baptizatos.*

Sacris canonicisque patrum vestigiis insistentes  
definimus & de infantibus. Quoties certi testes de-  
erunt, qui eos sine dubio baptizatos esse dicant, nec  
ipsimet per ætatem de mysteriis quibus initiati sint  
respondere queant, ipsos baptizari debere citra vllū  
scandalum, ne forte talis dubitatio sancta illa purifi-  
catione eos priuet ac fraudet.

Canon 85. *Quomodo libertas donata seruis, valeat.*

Serui à propriis dominis libertate donati, coram  
tribus testibus (vt hoc honore fruantur) sancimus.

Canon 86. *Contra alentes scorta.*

Qui scorta in perniciem animarum congregant  
& alunt, si clerici fuerint deponantur, si laici, segre-  
gentur.

Canon 87. *Vir qui relicta vxore, aliam ducit, adulter est.*

Quæ virum reliquit adultera, si ad alium se con-  
tulit (secundum sacratum Basilium, qui optime hoc  
ex propheta Hieremia colligit & c. & qui reliquerit  
legitimam vxorem & aliam duxerit, iuxta Domini  
sententiam, adulter est. Sancitum est, vt hi tales per  
annum lugeant, per biennium sint audientes, per tri-  
ennium subiaceant: & tandem sexto anno congre-  
gentur cum fidelibus, & ita denum mensa digni ha-  
beantur, si cum lachrymis pœnituerit.

Canon 88. *Ne quis iumentum in templum inducat.*

Nemo in sacra templa iumentum inducat, præ-  
terquam si quis iter faciens maxima opprimatur ne-  
cessitate, & carens domūcula aut diuersorio, ad hu-  
iusmodi templum diuertit. Si enim iumentum non  
introduceret, forte illud periret, & ipse ob iumentum  
iacuram, inops concilij, ad celeriter viam capefcen-  
dam mortis periculo obiiceretur. Sabbatum enim  
propter hominem esse factum docemur. Quare præ  
omnibus æstimanda est hominis salus & commo-  
ditas: qui secus fecerit clericus, deponatur, laicus  
segregetur.

Canon 89. *Dies passionis Domini nostri ieiunio celebretur  
vsque ad mediam noctem.*

Qui dies salutaris passionis in ieiunio & oratio-  
ne & cōpūctione cordis peragūt, oportet circa ho-  
rā mediæ noctis magni sabbati ieiunos esse, cū diui-  
ni Euangelistæ Matthæus & Lucas, ille per dictionē  
vespere autem sabbati, hic vero per profundum dilu-  
culum, tarditatem noctis nobis perscribant.

Canon 90. *Ne Dominicis diebus genua flectamus.*

Ne Dominicis diebus genua flectamus, à diuinis  
patribus nostris canonicè accepimus. Quare post  
vespertinum ingressum sacerdotum in sabbato ad  
altare (vt more obseruatum est) nemo genua flectit  
vique ad sequentem vesperam post Dominicam: in  
qua post accessum ad candelabrum, rursus genua fle-  
ctentes, sic preces domino offerimus, si celebramus  
resurrectionem Domini nostri Iesu Christi.

Canon 91. *Contra fœminas quæ abortus procurant.*

Quæ pharmaca procurant abortus facientia, ac  
quæ venena suscipiunt partus perimentia, pœna oc-  
cisoris accusentur.

Canon 92. *Puniantur raptores, & conscij.*

Raptores fœminarum sub nomine consortij, siue  
patratores ipsi sanciuunt synodus sancta, vt clerici de-  
ponantur, laici anathematizentur.

Canon 93. *Nequis ad secunda vota transeat, nisi certus de*

*morte coniugis.*

Mulier quæ viro secedente & incōperto quo ter-  
rarū agat, antequam de morte certa sit, alteri si nu-  
pserit, mœchatur. Similiter & militū vxores quæ nu-  
pserit ignorant virorum fata, eidem subiaceant ra-  
tioni, vt quæ non expectant reditū viri peregrinātis.  
Quamquam in hac re est quodammodo venia di-  
gna, quia plerumque mors præsumitur.

Canon 94. *Ne quis ethnice iuret.*

Iurantes iuramenta ethnica, nos huiusmodi ho-  
mines excommunicandos decernimus.

Canon 95. *Qualiter suscipiendi hæretici.*

Venientes ad ecclesiam, hæreticos suscipimus se-  
cundum morem & ordinem traditū. Arrianos quid-  
em & Macedonianos & Nouatianos (qui se puros  
sinistrōsque vocant) & Tetradistas, & Apollinari-  
stas suscipimus, si libellos afferant, & execrentur  
quamlibet hæresim. De Paulianistis autem constitu-  
tio ab ecclesia catholica facta est, vt omnino reba-  
ptizentur. Eunomianos verò, qui vna submersione  
baptizantur, & Montanistas, qui hic Phryges dicū-  
tur, & Sabellianos, & reliquas omnes hæreses, præ-  
fertim qui à Galatarum regione sunt profecti, veni-  
entes ad ecclesiam non secus ac gentes, suscipimus.  
Et primo die ipsos Christianos facimus. Secundo  
vero catechumenos. Tertio tamē ipsos audiamus  
postquam ter insufflauimus in faciem & aures. Sic  
illos iniciamus facimūque, vt in ecclesia numeren-  
tur, & audiant scripturas, & tunc illos baptizamus.  
Manichæos verò & Valentinianos & Marcionistas,  
& huiusmodi hæresim libellos oportet facere, & e-  
xecrari hæresim & Nestorium, & Eutychea, & Dio-  
scorum, & Seuerum, & reliquos huiusmodi hære-  
sim principes, & omnes prolatas hæreses: & sic par-  
ticipes esse sanctæ communionis.

Canon 96. *Nequis calamistratis crimibus incedat.*

Qui per baptismum Christum induerūt, conuer-  
sationem ei⁹ in carne imitatos professi sunt. Qui  
igitur capillos in perniciem intuentium excogitauit  
quādā implicatione digerunt, intentēq; ornant, ve-  
luti quasdam escas infirmis animabus ex eo propo-  
nentes, ea ratione paterna pœna curam⁹, vt pedago-  
gi ipsos instruunt, & modeste viuere docentes, vt  
cum reliquerint deceptionem hanc & ineptias, ad  
perpetuam beatamque vitam assidue mentem con-  
uertant, & in timore pure & caste conuersentur, ad  
Deūque, quantum fieri potest, accedant, & inte-  
riorem potiusquā exteriorem hominem virtutibus  
ornent, vt nullas secum reliquias ferant aduersæ flo-  
liditatis. Qui secus se gesserit, excommunicatur.

Canon 97. *Qui templa prophanant, reiciendi.*

Qui cum vxore habitāt, vel temere aliās sacra lo-  
ca prophanant, & sic in ipsis diuersantur, eiiciendos  
sancimus à penetralibus & diū sanctarū. Qui hoc nō  
seruauerit, si cleric⁹ est, deponatur: si laic⁹ segregetur.

Canon 98.

Qui mulierem alij desponsatā viuente adhuc spō-  
so, in vxorem duxerit, iudicio adulterij subiaceat.

Canon 99. *Ne particula statæ sacerdotibus offerantur.*

Et hoc in Armeniorum regione fieri intellexi-  
mus, quosdam intus in sacris altaribus cum carniū  
portiones elixauerint, offerre particulas quasdam sa-  
cerdotibus, quæ sollenniter à victimis abscondēbā-  
tur, eas Iudaicè distribuunt. Quare sancim⁹, ne sa-  
cerdotibus liceat præcipua, certaque tornaacula car-  
niū ab offerentib⁹ accipere, sed illis contenti sint  
quæ

quæ offerētī placuerint, & huiusmodi oblatio extra  
ecclesiam fiat. Qui secus fecerit, excommunicetur.

Canon 100. *Ne turpes imagines pingere liceat.*

Facile sensus corporei quæ sua sunt in animā de-  
riuant. Picturas igitur oculorum præstigiatrices siue  
in tabulis, siue aliās propositas & mentis corrup-  
trices, & sufflammationū ad turpes voluptates in-  
citrices, sancimus, vt nullatenus in posterum pin-  
gantur. Si quis autem hoc fecerit, excommunicetur.

Canon 101. *Quo gestu accedere oportet ad eucharistiam.*

Hominem ad Dei imaginem factū diuinus Apo-  
stolus vocat corpus Christi & templum. Cum om-  
nem ergo sensilem possessionem superet, qui salu-  
tari passione cœlestem affectus est dignitatem, mā-  
ducans & bibens Christum, omnino vitæ applica-  
tur aternæ, anima & corpore sanctificatus parti-  
ceps est diuinæ gratiæ. Quare si quis voluerit sinaxis  
tempore communicare purissimo Christi corpore,  
& coram ipso participatione esse, manus in formā  
crucis figurans, sic a deat, & suscipiat gratiæ commu-  
nionem. Eos. n. qui pro manu vascula quædam au-  
rea, vel ex alia materia construunt ad susceptionem  
diuini domini, & per illa immaculatam communi-  
onem volunt, nullo modo admittimus, vt præferētes  
materiam inanem, hominūque obnoxia, Dei ima-  
gini. Si quis sacerdos participes fecerit communi-  
onis huiusmodi vascula admouentes, excommunicetur:  
& qui hæc inferit.

Canon 102. *In absoluendis hominibus à peccatis  
quæ cura adhibenda.*

Oportet, qui facultatem absoluendi & ligandi à  
Deo receperunt, peccati qualitatem speculentur, &  
peccatoris promptitudinem ad reuersionem, vt sic  
medicamentum admoueat ægritudini aptum, ne si  
de peccato sine discrimine statuatur, aberrent à salu-  
tate ærotantis. Non. n. simplex est peccati morbus ve-  
rus varius & multiformis plurimisque noxis pro-  
paginibus suppullulans, ob quas malum longe latē-  
que diffundit ac serpit, quouique tādē virtuti me-  
dicantis resistat. Igitur, qui ostendere voluerit quā-  
tum valeat in spiritali medendi arte, oportet attē-  
te rimari qualiter affectus sit, qui peccauit, an ad sa-  
lutem inclinet, an contra moribus quibus familiari-  
ter assuevit aduersus se egritudinem prouocet inspi-  
cere, & quid ille secundum deliberet ad redeūdum  
ad meliorem frugem. An obtemperet magistro, an  
mentis vlcus per admoda pharmaca crescat: & sic  
miseritiam aqua lance impartiri. Summa enim  
ratio & Deo & præfecto huic pastorali curæ erran-  
tem ouem reducere, & vulneratam ab angue cura-  
re, & nec per præcipitia desperationis detrudere,  
nec habenas laxare ad vitæ dissolutionem & con-  
temptum, sed omnimodo qua pharmacia austerio-  
ribus, qua mollioribus & leuioribus morbo con-  
traire pugnarēque, vt vlcus cicatricē obducat, vt qui  
notos habeat pœnitentiæ fructus, & hominē (ad clari-  
tatem illā supernam vocatum) prudenter gubernet.  
Vtraque igitur scire oportet, & quæ sunt rigoris, &  
quæ commiserationis: sequi verò nō eos, qui super-  
ficiem traditarum figurarum suscipere, vt nos diui-  
nus Basilus docuit. Imperator Iustinianus fidelis in  
deum Iesum Christum assidens omnibus decretis,  
& ob temperans, subscripsit: Sanctissimus papa Ro-  
manus: Paulus episcopus Constantinopolitanus no-  
uæ Romæ, definiens subscripsit. Similiter & reliqui  
episcopi ex omni prouincia subscribere. 227.

*Expliciunt canones sextæ synodi in Trullo.*

Apud Gratianum inueniuntur aliquot canones diuersi  
à prædictis sub titulo sextæ synodi quos arbitror nothos: non  
enim extant plures quàm 102. forte sunt alterius concilij, &  
erratum fuisse in titulo: crediderim aliquos canones octauæ  
synodi citari à Gratiano nomine sextæ synodi.

Sequentes nouem canones huius sextæ synodi Cōstantino-  
politana, excerpti sunt ex secundo tomo conciliorum impres-  
so Colonia, tam priori quam posteriori impressione, sed quia  
sextam synodum bis congregatam fuisse constat, & priori cō-  
uentu nullos adidisse canones: posteriori, duos supra centum,  
vt patet ex dist. 16. ca. Habeo librum. Et ex variis codicibus  
tam græcis quam latinis, qui eisdem sextæ synodo secundo cō-  
gregatæ attribuunt, colligo hos nothos esse. Nolui tamen cu-  
riofum lectorem fraudare horum nouem canonum lectione,  
hæcque sola causa libuit eos subnectere, quod videntur ad-  
modum pij.



Si quis presbyter inuētus fuerit ali-  
cui clerico vel laico munera dare,  
aut dedisse vt ecclesiā alterius pres-  
byteri subripiat, sciat se pro hac ra-  
pina & sua cupiditate aut gradum  
amissurum, aut in carceris ærumna  
longo tempore pœnitentiam agendo detinendum.  
2 Si paruulus ærotans ad quemlibet presbyterū  
baptismi gratia de cuiuslibet parochia allat⁹ fuerit,  
ei baptismi sacramentum nullo modo denegetur.  
Si quis hoc munus petenti concedere detrectaue-  
rit, & ille paruulus absque baptismi gratia mortuus  
fuerit, nouerit se ille, qui eum non baptizauit, pro  
eius anima rationem redditurum.

3 Nullus sacerdos aut clericus siue laicus præfu-  
mat calicem, aut patenam, aut qualibet vasa sacra,  
& diuino cultui mancipata, ad alios vsus retorque-  
re. Nam quicumque de calice sacrato, quo sanguis  
Christi accipitur, aliud bibit præter sanguinem: &  
patenam ad aliud officium habet quā ad altaris mi-  
nisterium, deterrendus est exemplo Balthasar, qui  
dum vasa domini in vsus communes assumpsit, vitā  
pariter cum regno amisit.

4 Si quis ex presbyteris voluerit nepotē suum aut  
aliquem cōsanguineum ad scholas mittere in eccle-  
siis sanctorum, aut in cœnobiis, quæ nobis ad regē-  
dum commissa sunt, licentiam id faciendi conce-  
dimus.

5 Presbyteri per villas ac vicos scholas habeant.  
Etsi quilibet fidelium suos paruulos ad discēdas li-  
teras eis commendare vult, eos nō renuat suscipere  
ac docere, sed cum summa charitate eos doceat,  
attendentes illud quod scriptum est: Qui autē do-  
cti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti,  
& qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebūt, quasi  
stellæ in perpetuas aternitates. Cū ergo eos docēt,  
nihil ab eis pretij exigat, nec aliquid ab eis accipiat,  
excepto, quod eis parentes eorum charitatis studio  
sua voluntate obtulerint.

6 Cum ergo omnium scripturarum sanctarum pa-  
gina, instrumentis bonorum operum refertæ sint, &  
sanctarum scripturarū campis possint inueniri ar-  
ma, quibus vitia comprimantur, & virtutes nutrian-  
tur; libuit nobis huic nostro capitulari inferre sen-  
tentiam cuiusdam patris, de instrumentis bonorum  
operum, in qua magna breuitate quid agi, quid ve vi-  
tari debeat, continetur: In primis dominum Deum  
dilige-

diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, denique proximū tanquam seipsum. Deinde nō occidere, nō adulterari, non facere furtū, non concupiscere, non falsum testimoniū dicere, honorare omnes homines. Et quod sibi aliquis fieri non vult, alij ne faciat: abnegare semetipsum sibi, vt sequatur Christum. Corpus castigare, delicias spernere, iustitiam amplecti, ieiunium amare, pauperes recreare, nudū vestire, infirmum visitare, mortuum sepelire, in tribulatione subuenire, dolentem consolari, à seculi actibus se facere alienū, nihil amori Christi prapōnere, iram nō perficere, iracundia tempus nō reseruare, dolū corde non tenere, pacem fallam nō dare, charitatem nō derelinquere, nō iurare, ne fortē periures: veritatē ex corde & ore proferre, malum pro malo non reddere, iniuriā non facere, sed & sibi factam patiēter ferre, inimicos propter Deum diligere, maledicētes se non remaledicere, sed magis benedicere, persecutionē propter iustitiam sustinere, non esse superbū, non vinolentū, non multum edacem, non somnolentū, non pigrū, nō murmuriosum, nō detractorē, bonum aliquid in se cum viderit, Deo applicet, non sibi spem suā Deo cōmittere, malū semper à se factū sciat, & sibi reputet. diem iudicij timere, gehennā expauescere, vitā æternā omni cōcupiscentia spiritali desiderare, mortē quotidie ante oculos suspēctā habere, actus vitę omni hora custodire, in omni loco Deū se respicere pro certo scire, cogitationes malas, cordi suo aduenientes, mox ad petrā Christū allidere, & seniori spiritali patefacere, os suum à malovel prauo eloquio custodire. Multum etiā loqui nō amare, verbavana nō loqui: risum multū aut excelsum nō amare, lectiones verō sanctas libēter audire, orationi frequēter incubere, mala sua praterita & præsētia cū la chrymis & gemitu quotidie Deo in oratione cōfiteri, de ipsis malis de cætero se emēdare, desideria carnis nō perficere, voluntatē propriā odire, præceptis sacerdotis & præceptoris Dei in omnibus obedire, etiā si ipse aliter (quod absit) agat, memores illius Domini præcepti: Quæ dicūt, facite: quæ autē faciūt, nolite facere. Nō velle dici sanctū antequam sit, sed prius esse quod verius dicatur. Præcepta verō Domini adimplere, castitatē amare, nullū odire, zelum per inuidiā non habere, cōtentionē non amare, elationem fugere, & seniores venerari, iuniores diligere in Christi amore, pro inimicis orare, cū discordantibus ante solis occasum in pacē redire, & de dei misericordia nunquā desperare. Ecce hæc sunt instrumenta artis spiritalis, quæ cū fuerint à nobis die noctūq; incessabiliter adimpleta, in hoc præsentī seculo tranquillā faciunt ducere vitā, & in diem iudicij recōsignata illa merces, nobis à domino recōpēnsabiliter retribuetur, quā ipse promisit, dicēs: Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quę præparauit deus his qui diligūt illū.

7. Cōmonēdi sunt fideles omnes, à minimo vsque ad maximum, vt orationem dominicā & symbolū dicāt: & dicendū est eis, quòd his duabus sententiis omne fidei Christianæ fundamentū incubit. Et nisi quis has duas sentētiās & memoriter tenuerit, & ex toto corde crediderit, & in oratione sapissimē frequentauerit, catholicus esse non poterit. Constitutū nanque est à sanctis patribus, vt nullus chrismetur, neq; baptizetur, neq; à lauacro fontis aliū suscipiat,

neq; coram Episcopo ad cōfirmandū quemlibet teneat nisi symbolū & orationē Dominicam memoriter tenuerit, exceptis his quos ad loquendum arat minimē perduxit. dicendū est illis, vt singulis diebus, qui amplius nō potest, saltem duabus vicibus oret, mane scilicet & vespere, dicens symbolū siue orationē Dominicam: siue, Qui plasmasti me, misere mei: vel etiā, Deus propitius esto mihi peccatori, & Deo gratias agat pro quotidianæ vitæ cōmētibus, & quia se ad imaginem suā creare dignatus sit, & à peccatoribus se segregare. His actis, & solo Deo creatore suo adorato, inuocet sanctos, vt pro se intercedere apud maiestātē diuinam dignentur. Hæc faciant, quibus Basilicæ locus est in Basilica: qui verò in itinere, aut pro qualibet occasione i syluis aut agris est, vbicunque eum ipsa hora matutina vel vespertina inuenerit, sic faciat, sciens Deum ubiq; præsentē esse, dicente Psalmista: In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino. &, Si ascendero in cælum, tu illic es, & c.

8. Diei verò Domini (quia in eo Deus lucē cōdidit, in eo manna in eremo pluit, in eo nasci dignatus sit, in eo stella magis refalsit, in eo de quinq; panibus & duobus piscibus quinq; millia hominū pavit, in eo baptismum in Iordane à Ioanne suscepit, in eo ipse pius redemptor humani generis sponte pro salute nostra à mortuis resurrexit, in eo spiritū sanctū super discipulos infudit) tāta debet esse obseruatiā, vt præter orationes & missarū solennia, & ea quę ad vespēndū pertinent, nihil aliud fiat. Nam etiā necessitas fuerit nauigandi siue itinerandi licentia datur, ita duntaxat, vt huius occasione missæ & orationes non prætermittantur. Conueniendū est sabbato die cum luminaribus cuiuslibet Christiano ad ecclesiam, conueniendū est ad vigilias siue ad officium matutinum. Cōcurrēndū etiam est cum oblationibus ad missarum solennia: & dum ad ecclesiam cōuenitur, nulla causa dici debet vel audiri, nulla iurgia sunchabenda, sed tantummodo vacandum est orationi & celebrationi elemosynarum, & in Dei laudibus cū amicis & proximis & peregrinis spiritaliter epulandum.

9. Admonēdi sunt omnes, vt hospitalitatem diligant, vt nulli hospitium præbere detractēt. Et si cui fortē hospitium præstiterint, nullam ab eo mercedem accipiant, nisi tortē illi qui recipiuntur, spōte sua aliquid dent. Dicendum quoque est illis, qualiter multū per hospitalitatis officium Deo placuerunt, dicente Apostolo: Per hanc enim placuerunt quidā Deo, angelis hospitio susceptis. Et iterum: Hospitales sine murmuratione. Et ipse Dominus ad iudicium veniens, dicturus est: Hospes eram, & non collegistis me. Sciant quicunque hospitalitatem amant, Christum se in hospitibus recipere: nam ille modus hospitalitatis, non solū inhumanus, sed etiam crudelis est, quo nunquā in domum hospes antē recipitur, nisi prius dādi hospitij merces cōpensetur: & quod dominus agere iussit pro perceptione regni cælestis, pro acquisitione terrenarum rerum agatur.

*Finis sextę synodi, Constantinopolitane. III.*

SYNODVS SEPTIMA OECV

MENICA, SECVNDATA NICAENA, SVB ADRIANO primo huius nominis pontifice Romano, & Cōstantino Imperatore & Irene eius matre. 350 Episcoporum contra Iconomachos, Anno. 781.

\* OCCASIO, PROGRESSVS, AC FIRMITAS SEPTIMA Synodi œcumenica secunda Nicæna.



Imperante Leone tertio, Isaurico, ei<sup>9</sup> nutu ac præcepto coacta est Synod<sup>9</sup> Constantinopolis, dicta, sed falso, septima: in qua imaginum abrogata est veneratio. Hoc prætextū Imperator expoliavit tēpla imaginibus, creptisque locis sacris imagines, publice iussit demoliri ac comburi, iniuncta pœna imaginū cultoribus. Quē cum anathemate mulctasset Gregorius secundus, & nihil proficere: tandē subditos ab eius obedientia, & à iureiurando eidem præstito liberauit. Postea Gregorius tertio, neglecto Leone, quòd pertinax esset, Carolum vocauit in Italiam, vt imperij Occidentalis gubernacula susciperet. Mortuo Leoni succedit Constantinus eius filius, etiam iconoclasta: Huic succedit filius, Leo quartus, qui ex Irene vxore filium suscepit Constantinum: Decedente Leone quarto, Irene vnā cum filio Cōstantino imperat: Ad quos Adrianus primus, summus pontifex scripsit literas, quibus eos hortabatur ad restituendas imagines templis, quas prædecessores demoliti fuerant (Quæ literæ habentur initio huius concilij) Et vt res esset commendatior, destinavit duos legatos magni nominis, Petrum Cardinalem, & alterū Petrum, Abbatē sanctę Sabbe. Inde sumpta est cōcilij celebrandi, occasio, ad controuersiam de imaginum veneratione dirimēdam, quod adessent legati Romani pontificis. Veruntamen Nicolaus papa, in literis ad Michaelē Imperatorē, refert Irenem & Constantinum prius scripsisse ad Adrianum literas, quibus orant eum, vt designet legatos ad concilium celebrādum super hac re: & cum vocati essent multi Episcopi, & inter eos, non conueniret, re infecta abiure. Interim fluxit annus quo legati Adriani, Constantinopoli agentes, nihil promouerunt. Quare imperatoris edicto, iterum seriō indicta est synodus, ad quam conuenere 367 patres, vt statuerent, aliquid certi de hac lite. Tandem omniū vnanimi consensu imaginum veneratio confirmata, nō quidem ratione propriæ substantiæ (quod esset idololatria) sed hūc cultum ad prototypum vltimò referendum statuerunt. De Christi enim imagine, extat passim distichon ab hac septima synodo, vt fertur, editum.

Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa:

Hanc videas, sed mēte colas, quod cernis in ipsa. Celebrata est hæc synod<sup>9</sup>, 18. anno Adriani: qui fuit à nato Christo 800. qui annus concurret, cum 8. an-

no Constantini.

Enarratis his quæ ad occasionem & progressum huius synodi faciūt, dicendum est nobis, idque breuissimē, de huius concilij firmitate.

Tanta est nostri seculi impudentia, vt nihil sit tam sanctum, tam firmū, quod temeritate sacrilega, perfundare planēque euertere non audeat. Quid enim sanctius, quid quæso commodius hac septima synodo esse potest? Attamen ei etiam non desunt sui maligni, qui propter vnus Honorij causam, nituntur concilium totū euertere. Si à sectariis, quibus ediametro aduersatur hæc synodus, reiceretur, nō tam iniquo ferrem animo. At nunc quòd videam à viris, eorum accerrimis ac iuratisimissis hostibus, validissimum hoc iaculum (septimum concilium intelligo) obtundi & hebetari, & tandem è catholicorum manibus eripi, nequeo æqui bonique consulere. Sed vt cōstet, quàm leues & futiles sint obiectiones, quibus huic synodo suam detrahunt autoritatem, in medium eas producā. Primo initium à literis Adriani papæ, ad Tharassium patriarcham Constantinopolitanum œcumenicum inscriptis sumunt, quod nunquam Adrianus pontifex Romanus scripsisset. Secundo loco, ad conuincendam hanc synodū imposturæ, tanquam iudicium maximum adducunt: quod Basilius & alij Episcopi ex hæresi redeuntes, tam repente prodierint & in concilium admissi fuerint. Mirandum (inquiunt) hæreticos tam citò ex hæresi resilire, ac confessiones catholicas proferre, atque in ipso temporis momento recipi, arguit enim rem fictitiam esse, & potius fabulam, quàm rei gestę historiam. Addunt postremò obiectionem: indecens enim est (inquiunt) & absurdum, eodem die peragere tres actiones, secundam, tertiam & quartam, sexto nempe Calendas Octobris.

His, si diis placet, obiectionibus, putant actum esse de concilio, cum tamen verbosissimē ante victoriam canant triumphum tam procaciter, vt pudeat me tam vanis argumētationibus vel verbulum quidem respondere. Ad id quod primò obiicitur, adhibita est suo loco censura ad marginem inscriptionis literarum Agathonis. Crediderim ego, facile epitheton, œcumenicum parengraphum esse atque addititiū: nec inde tamen colliges totas literas nothas & supposititias, & concilium abiiciendum.

Quod secundo loco adducitur, diluitur sine magno negotio. Cum enim patres statuissent vt Tharassius præfaretur, is inter orandum admonerēt, vt si qui erant factionis aduersæ, in medium proponerēt quæ vellent confiderent, aut se purgarent. Ex hac resumpserūt occasionem hi episcopi, quos fortē multo ante pœnitebat sui erroris: vides in cōcilio Chalcedonenis prodisse Theodoretum quasi de repente,

Mat. 23. 4

1. Corin. 2. 6

caro magn<sup>9</sup>  
ad Imperiū  
& Gregorio  
senior vocat<sup>9</sup>

Hæc  
1. Pet.  
Matth.



& anathematizasse Nestorium, sicque receptū fuisse à synodo.

Illud vero quod postremò obiicitur de triplici sessione sexto Calendas Octobris facta: potuit esse mendum excipientis ex autographo: Quemadmodum beatus Augustinus, quæstionem illam de varietate tanta numerorum inter veritatem hebraicam & septuaginta, diluit eam scriptoris vitio adscribens. Quod si quis rem accurate perpendat, ridiculam esse hanc obiectionem facile videre possit. Nam in secunda sessione, habetur sexto Calendas, quasi dicas ipsissimo die: In tertia & quarta habetur sub sextum Calendas, veluti si quis dicat circa diem sextum Calendas, vel proximas sub sextum Calendas diebus quinto aut quarto coactas fuisse illas sessiones.

## Actio prima.

Imperantibus piissimis Constantino cum matre sua Irene, conueniente sancta & œcumenica synodo in Nicæa Bithyniæ Petro Archipresbytero Romanæ ecclesiæ, & Petro monacho vicariis existentibus Apostolicæ sedis, præsentibus Tarasio Archiepiscopo inclitæ Constantinop. nouæ Romæ & cæteris episcopis &c.

Primo omnium venerunt in concilium tres episcopi ex cõciliabulo Ephesino, in quo damnatæ fuerant imagines, resipiscentes, & attulerunt libellos confessionis suæ. Primus erat Basilius Ancyra episcopus. Secundus Theodorus Cyrus episcopus Myron, & tertius Theodosius episcopus Amorij. Basilius episcopus è libello sic cepit legere.

## Confessio catholica.

Credo, & confiteor in Deum patrem omnipotentem, & in vnicum dominum Christum filium eius vnigenitum, & in sanctum Spiritum dominum viuificantem, & Trinitatem, consubstantiali in throno eodem sedentem, in vna Deitate, potestate & autoritate, adoratam & glorificatam, in vnius sanctæ Trinitatis, & Domini Dei nostri Iesu Christi œconomia, quemadmodum sex sacra œcumenicæ synodi tradiderunt. Hæc omnia sic confiteor. Vniuersam autem hæreticorum linguam incõtinentiam abiiciens execror, quemadmodum ipsos sese reddiderunt execrabiles. Interpellans etiam intemperata virginis nostræ Deiparæ, sanctarum cœlestium potestatum, omniumque sanctorum intercessionem: horum etiã sanctas reliquias cum omni honore suscipiens, & amplectens honorifice veneror, firmiter credens me illorum sanctitatis fieri posse participem. Eodem modo venerandas imagines, quæ œconomiam Iesu Christi domini & dei nostri, qui propter salutem nostram homo factus est, & inuolata virginis dominæ nostræ Deiparæ, sanctorumque Apostolorum, prophetarum, martyrum, & omnium sanctorum suscipio & amplector, eisdemque honorem debitum exhibeo. Abiiciens & execras ex toto animo & corde congregatam ex deprauata mente, & infania, & appellatam septimam synodum apud eos qui recte sapiunt, nimium quam iuste & canonicè *ἡ ἑβδόμη συνόδος*, hoc est, falsum cõciliabulum appellatū: utpote ab omni pietate & religione alienam, & à Deo traditam ecclesiasticæ legislationi audentem, & præfractam, ne dicam impie oblatrantem. Venerandasque imagines contumelia afficientem, iubentemque has è medio sacrarum ecclesiarum tolli, cui præfuit Theodosius falsò nominatus Ephesi episcopus. Sifinnius item Perge cognomine Pastillas.

## Anathematismi eiusdem Basilij Ancyra episcopi.

Primus. Qui doctrinas sanctorum patrum, & traditionem catholicæ ecclesiæ cõtemnunt: quique causantur & voces Arrij, Nestorij, Eutythis, & Dioscori iactant, dicentes quòd nisi satis ex veteri, & nouo testameto instructi essemus, sanctorum patrum, sacrarum sex synodorum doctrinas, & catholicæ ecclesiæ traditiones sequeremur, execratio.

Secundus. Qui iniquit diabolicarum insidiarum inuentum sacrarum imaginum culturam & adificationem, nequaquam autem sanctorum patrum nostrorum traditionem, execratio.

Cæteri anathematismi eadem continent, quæ & illi qui sunt in fine septimæ actionis.

Hæc quidem sic confiteor & approbo, & ex tota anima, corde & mente demonstro. Quòd si autem siue ex calumnia, siue ex instinctu volens nolens vllò tẽpore ab his desciuerò, alienus sim & à sancta Trinitate, & à catholica ecclesia.

Similiter & alij duo produxerunt libellos confessionis suæ sequentes Basilius Ancyra episcopus ex Chrysofomo, & ex Basilio in oratione in quadraginta martyres, probantes venerationem imaginum, & cinerum sanctorum martyrum: quos benigne excipit sacra synodus: etiam restitutis eis suis sedibus, in quibus continuo iussi sunt residere.

Deinde adducti sunt & alij plures episcopi ex eadem hæresi: & placuit sanctæ synodo, secundum canonem octauum Nicænæ synodi, & tertium Ephesinæ, & epistolam diui Basilij ad Amphiloichium super simili negotio scriptam, eos ab hæresi venientes recipi cum manuum impositione.

Præcessit autem longa disputatio quomodo hæretici pœnitentes cum redeunt ad ecclesiam catholicam sint recipiendi: sed ex sententiis patrum Basilij, Athanasij, Cyrilli, Chrysofomi, & Sardicensis synodi deliberatum est, eos cum manuum impositione recipiendos: & sic absoluta est actio prima.

## Actio secunda. 6. Calend. Octob.

Primo producta est in synodo Epistola Adriani archiepiscopi Romani ad Cõstantinum & Irenem Augustos.

SEDOMINIS PIISSIMIS AC SERENISSIMIS VICTORIBUS, TRIUMPHATORIBUS FILIIS IN DEO, & DOMINO NOSTRO IESU CHRISTO DILECTIS CONSTANTINO & IRENE AUGUSTIS, ADRIANUS SERVUS SERVORUM DEI.



**D**EUS qui iussit è tenebris lucem splendere, quique nos à potestate tenebrarum, per filij sui, veræ scilicet lucis incarnationem liberavit, in quo cuncta diuinitatis suæ specimina iussit conuersari, per quem etiam vniuersa renouauit, simul in illo per sanguinem crucis illius, cum ea quæ in cœlis tum in terra existentia pacificas, per diuitiarum bonitatis suæ plenitudinem, in ecclesiæ suæ faciem respiciens, pietatem vestram, & prædestinatam serenitatem imperatoriam mansuetudinis, ad perfectionem fidei vocare non dedignatus est, quo omnem mēdacijs improbitatem per vos contegat, veritatemque in lucem producat. Postquam enim quæ à vestra serenitate, & pietate nobis missa sunt cognouimus, dici non potest quanto opere nostrum gauisum sit, tanto enim gaudio & lætitia repleti sumus, vt ne humana quidem lingua ex-

plicare ea sufficiat. Quemadmodum enim à superioribus hæreseos schismatibus eramus contere facti, ita nunc rursus per vestram iussione exultatione sumus perfusi. Nam in regia vestra ciuitate venerandum imaginum causa iussistis tractari, quæ à retro imperatoribus turpiter in eas cõmissa sunt. Hi enim non solum eas subuerterunt, sed & contumelia affecerunt, ridiculas eas existimantes, atque vtinam nõ computet illis peccatum hoc altissim⁹. Satius enim fuisset ne iniecisse quidem manus in ecclesiam. Vnde factum vt totus Orientalium partium populus in errorem sit inductus, & in propria existimatione, & voluntate rebus ecclesiæ abusi sint, donec in regni solium vos euexit, quos sciebat in veritate illius gloriæ inquisituros, & quæ à sanctis Apostolis, cunctisque doctoribus tradita erant, conseruatos: honoremque debitum venerandis imaginibus, quæ per amentiam hæreticorum subuersæ fuerant, redditurum. Nuper verò propriam vestram iussione, de voluntate vestra instructi, omnipotentem Deum pro vestro imperio precibus sollicitantes, gratiarum actione gloriæ illius prædicauimus. Illud autem in stabilimentum & confirmationem regni vestri maxime sit, quod magnū opus hoc aggressi estis, quod sine meditatione vestra in hoc mundo vix fieri potest: reddetur enim iam sibi vetus & antiqua orthodoxa fides, restituentur venerabiles imagines in eam faciem, qua in prima ecclesia conspectæ sunt. Vos autem partem habebitis cum eo, qui nunc in diuina requie quiescit, Constantino Imperatore & Helena eius matre, qui orthodoxam fidem illustrarunt, & cõfirmarunt, adeoque sanctam matrem vestram catholicam, & spiritualem, Romanam ecclesiam exaltarunt, vt plane spes sit, eorum piam appellationem in vestra cognomenta piissima, & à Deo data transiuram, vt per omnem terrarum orbem nouus Cõstantinus, & noua Helena prædicentur, per quos sancta catholica & apostolica ecclesia renouabitur.

MAT. 16. 6

Vos autem maxime in traditione orthodoxæ fidei ecclesiæ B. Petri & Pauli principum Apostolorum, acquiescitis eamque amplectemini, quemadmodum à superioribus imperatoribus factum est, qui vicariū eius ex toto corde dilexerunt. Quapropter vestra quoque à Deo data maiestas, sanctissimam Romanam Ecclesiam principum Apostolorum, quibus à Deo ipso data est potestas soluendi & ligandi peccata cum in cœlo, tum in terra, honorabit. Ipsi scilicet regni vestri propugnatores erunt, cunctasque barbaras nationes pedibus vestris subiicient, vt quocumque ire perrexeritis victores vos declarent. Hi siquidem principes Apostolorum sunt, qui catholicam, & orthodoxam fidem auspicati, per scripta quidem veluti legibus latis fidem suam seruandam præceperunt omnibus videlicet, qui in sedes illorum successuri erant, & in fide eorum, vsque ad consummationem sæculi permansuri, atque ita nostra seruat ecclesia, & sanctas eorum figuras veneratur, vnde in hunc vsque diem venerandis horum imaginibus ecclesiæ nostræ ornate & conspicuæ sunt. Quemadmodum sanctissimus, & beatissimus papa Syluester in principio Christianorum nostrorum orthodoxa fide testatur. Cum aliquando scilicet recordationis Cõstantinus imperator per noctem somnum caperet, ecce beati Apostoli Petrus & Paulus dormienti adstiterunt, dicentes: Quandoquidem sanguinis infantium effusionem morbi tui gratia fieri iussisti, en à

Christo missi sumus, quo sanitatem tibi afferamus. Audi igitur nostrum consilium, & ea quæ tibi præcipimus fac impleas. Principio Syluestrum episcopum qui persecutionis tuæ gratia Roma exulat, & in Sorapeno monte clam in speluncis cum clero latitat, cura ad te vocari. Is tibi lauacrum pietatis, in quo tu laaberis, præparabit, dabiturque tibi non modo lepræ, verum omnium morborum sanitas. Cùmque præclaris istis bonis fueris recreatus, confestim iubeto per omnia loca Romanorum ecclesias restaurari, te vero ipsum purum, abiecto idolorum cultu, declarabis, cultumque debitum soli Deo vero adorando exhibeas, iuxta illius voluntatem omnia tuâ consilia disponens. Imperator itaque è somno excitatus, omnes suos aulicos, quicumque in palatio erant, conuocauit, quòdque per insomnium illi ostensum fuerat, exposuit, nec mora aliqua sed confestim ministros suos ad Sorapenum montem in quo b. pater Syluester cum clero, vacans lectionibus sacrarum librorum latitabat, misit. Iam cum vndique videret milites circuncingentes montem inquirendi causa, existimans quod ad martyrium raperetur, clerum ita affatus est: Ecce nunc tempus expectatum, ecce nunc dies salutis. Egresso autem de spelunca narrarunt milites, qua de causa quæretur, cum quibus ad imperatorem, trahens secum comites tres presbyteros cum duobus diaconis profectus, cum imperatorem vidisset: Pax tibi (inquit) ò Imperator sursum de cœlo & victoria. Imperator itaque hylari oculo, & tranquillo animo illius verba exaudiens, quæcunque sibi per isomnia fuerat reuelata b. Syluestro exposuit. Postquam autem finem narrationis fecisset, quæsiuit imperator, quales nam arbitraretur esse deos Petrum & Paulum quos viderat. Respondit pater nequaquam esse deos, sed seruos, & discipulos domini nostri Iesu Christi, quos in hoc elegisset, vt omnes gentes conuerterent, vt crederent in eum. Hæc cum audiisset Imperator percontatus est num alicubi essent historia illorum: mox beatus Syluester per diaconos adferri, quas habebat apostolorum imagines iussit: quas cum imperator aspexisset imperator claravocem proclamauit: hi sunt, quos per visum conspexeram, neque amplius incredulus sum: paretur lauacrum in meam salutem. Constructo autem lauacro, cum sacro rore tinctus esset, confestim est sanitati pristina restitutus. Deinde non immemor accepti beneficii, ecclesias Dei exadificare cepit, columnas earum passim factis imaginibus in memoriam incarnationis domini nostri Iesu Christi, omniumque sanctorum reuerentiam exornauit: nec alia de causa, quam vt Christianissimum, in lucem, & veritatem, deique cultum prouheret, & omnes gentes à cultu idolorum & diabolica deceptione conuerteret. Quemadmodum etiam diuus pater Gregorius Apostolorum successor prædicauit, ob id depingi in templis Euangelicas historias, vt homines illiterati, & qui sacros libros legere nequeunt (quorum sanè maxima pars est) conspectis illis redderent Deo gloriam & reducerent in mentem, quæ in carne conuersatio domini nostri Iesu Christi fuisset. Vt tacem interim orthodoxos alios, & Christianissimos imperatores, cum sacerdotibus omnibus & honestis viris deum colentibus, simul etiam cum vniuerso Christiano populo, qui omnes iuxta antiquam sanctorum patrum traditionem, venerandas imagines & receperunt, & tenent, & in memoriâ, & compunctionem cordis

cōseruāt, & in hunc vsque diem venerantur. Neque aliter fiebat in partibus & regionibus istis, donec proauus vester ex impiorum quorūdam instructio-  
*Matth. 18.* ne venerandas imagines abstulit. Ex quo tempore magnus error græciam istam inuasit, vnde non contemnendum scandalum in mundo factum est. Sed  
*al. nos.* vā illis per quos scandala in mundum irrepserunt, vt ipsa veritas mentiri nescia testatur. Qua de causa in magnam tribulationem vterque Gregorius, Romanus pontifex per ea tempora sanctissimi, coniecti sunt. Sæpe etiam proauum vestræ serenitatis admonuerunt, ne sineret venerandas imagines de statu suo deiici, verum illorū salutarē precēs ne quicquam fusa sunt, animūque illius haud quicquam cōmouerunt. Post id & Zacharias, Stephanus, Paulus, & alter Stephanus, qui \* nobis in episcopatu huius almæ vr̄bis præcesserunt, auum patrēque vestræ serenitatis, pro restitutione sanctarum imaginū sæpe interpellarūt. Eadem ratione & nostra exiguitas vestram imperatoriam maiestatem cum omni humilitate obsecrat, sinat aliquādo recordationis causa erigi in ecclesia sacram Iesu Christi iuxta incarnationem humanitatis imaginem, ponatur in aula Dei: similitudo eius sanctæ matris, sanctorumque & beatorum Apostolorum, prophetarum, martyrum, & confessorum, & ex animi desiderio eas veneremur, quemadmodum à sanctissimis patribus, maioribus nostris, probatissimisque pontificibus nobis à multis sæculis traditum est. Reliquum est, vt mansuetudo imperatoria in partibus illis græciæ hoc idē imperet, & orthodoxam fidem confirmet, quo iuxta scripturam vnum sit ouile, & pastor vnus, cum videat in vniuerso terrarum orbe, vbi Christianismus pollet, ab omnibus fidelibus venerandas imagines honorari, nimirum vt per visibilem figuram, ad invisibilem magnitudinis eius diuinitatem spirituali dispositione mentes nostræ rapiantur, secundum carnem quam Dei filius propter salutem nostram suscipere dignatus est, redemptorem nostrum in cælis existentem adoremus, & in patre glorificantes, laudemus, quemadmodum scriptum est, Deus spiritus est: & illud comprobando, secundum spiritum dei-  
*Joan. 10.* tatem illius adoramus. Nequaquam autem sic statuamus quemadmodum quidam nugatur, vt imagines tanquam deos conficiamus. Labor enim & fatigatio nostra, quem exhibemus, in desiderio Dei sanctorumque eius perficitur. Et quemadmodū sacra scriptura imagines in memoriam venerationis haber, sic & nos eas habeamus, seruantes tamen perpetuo fidei nostræ puritatem. Quinetiam factor noster, & artifex dominus Deus iuxta propriam imaginē & similitudinem, hominem de luto terræ finxit illuminatūque in libera potestate sui ipsum constituens. Præterea primus ille homo liberi arbitrij existens cuncta animantia terræ, & volatilia cæli annuente Deo, nominibus propriis vocauit. Abel autē ex primitiis ouilis sui, propria voluntate dona Domino Deo obtulit: de quo legimus. Respexit dominus ad Abel, & ad munera illi. Deinde Noe post cataclysmum, hoc est diluuium altare propria volūate domino construxit, & ex omnibus animalibus, & volatilibus pura dona in altare hoc attulit. Similiter etiam Abraham, quemadmodum testatur scriptura propria voluntate aram extruxit in honorem & gloriam Dei, quemadmodum apparuerat Iacob etiam cum fugisset à facie fratris sui vidit per visum ange-

los Dei per scalam ascendentes & descendentes, & dominum innixum scalam, ad se loquentem. Postquā autem surrexisset ex sua voluntate lapidem, in quo caput declinarat, sustulit, & vbi erexisset eum, infundissetque oleum super eum vocauit locum Bethel, dicens: Non est hic aliud quam domus Dei. Ob quā sanē causam non legimus illi iratum Deum, non enim illi exprobrauit, quod sua voluntate lapidē erexisset. Etenim, ô serenissimi filij principes, & recte sentientes imperatores, quæcunque in admonitionem hominum ad gloriam Dei spectata sunt, Deo displicere nequeunt. Rursus idem Iacob ille in summitate virgæ suæ adorauit, fide dilectionis id agens. De qua B. Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos *Gen. 28.* dicit: Non quod virgam illam sed tenentem eam, in signum dilectionis adorauit. Quid hoc sibi vult? Nimirum quod & nos iuxta desiderium, & amorem, quo erga Deum sanctosque illius affecti sumus, figuram in imaginibus representemus. Non inquam in coloribus, & tabulis honorem cōstituentes, sed eorum prædicantes gloriam, quorum appellationem imagines referunt, accedamus iterum ad scripturā videamusque quid Moysi à domino mandatum fuerit, cum illum iuberet propitiatorium de auro mundissimo conficere, quod duos cubitos & dimidiū in longitudine, & cubitum & semissem in latitudine cōficiat. Duos quoque Cherubim aureos, & productiles ex vtraque parte oraculi. Et paulo post: Impones testimonium quod dabo tibi, quo operienda est arca. Et loquar de te super propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim qui erunt super arcam testimonij. Quinetiam in velis, & cortinis tentorij, duorum Cherubim opus textile, & diuersi colorū fieri iussit. Ex his animaduertendum est serenissimi domini, & filij principes, Deum omnipotentem dominum nostrum de medio Cherubim manu hominum factorum pro salute populi non dedignatū loqui. Quamobrem non est dubitandum omnia que in ecclesiis Dei ad laudem & decorē domus illius constituuntur, sancta, & colenda esse. Sed & hoc ô serenissimi imperatores, ad incredulorum certiorē fidem, & errantium castigationē adiciendū est, nō frustra Moysi famulo suo, quemadmodū in libro Numerorum legitur propter pestem in populum grauisantem, præcepisse: fac serpentem, & pone illum in signum, & qui tactus fuerit, illumque in spem erit viuet. Fecit igitur Moses serpentem æneum, & posuit illum, & seruati sunt. O insaniam in fremetium aduersus fidem, & cultum sacrum Christianorum, ô stultitiam vetantium venerandas imagines honorari, in quibus seruatoris nostri, cuius potentia genus humanum, & constat adhuc, & seruatur: & præterea genitricis eius, omniumque sanctorum historia continentur. Nam si Israeliticum populum per inspectionem ænei serpentis, seruatum à sua peste credimus: Christi verò Dei & saluatoris nostri, omniumque sanctorum figuras contemplantes, & venerantes, dubitamus nos seruari? Absit vt amplius dubitemus. Absit vt à patrum sanctorum traditione diuersa sentiamus. Hæreamus in doctrina illorum, nec ab illa declinemus. Et Solomon in eo templo quod domino ædificauit, Cherubim in gloriam dei fecit, & diuersis coloribus illud adornauit. Quare ergo non & nos sentientes recte, cōfessionem fidei nostræ, & speciositatem domus Dei ex diuersis coloribus & picturis exornabimus? Cū & Esaias propheta

pheta dicat: In diebus illis erat altare domini in medio terræ Egypti, & colūna continens fines eius, & erit in signum & testimonium domino in terra Aegypti. Clamabunt enim ad dominum à facie tribulatum, & mittet eis seruatorem & propugnatorem, qui liberet eos. Quinetiam psalmorum cantor Dauid hymnum canens, dicit: Confessio, & pulchritudo coram eo. Iterum: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Rursus idem aduentum & incarnationem filij dei seruatoris nostri prædicans, magnificè faciem illius iuxta dispensationem incarnationis illius adorandam censer, dicens: Exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Iterum: faciem tuam supplicabunt diuites populi. Rursus: Signatum est super nos lumē vultus tui domine. Qua de causa diuus Augustinus magnus ille doctor in sermonib⁹ adhortatorijs suis, inquit: Quid est imago dei aliud nisi vultus dei, in quo signatus est populus dei? In cuius consensum & Diuus Gregorius Nissē episcopus, de patriarcha Abraham sermonem faciens dixit: Vidi non infrequenter passionis figuram, neque sine lachrymis eius modo picturam transij, cum scilicet opus artificij in personam significatam demonstratum esse viderem, & reliqua, quæ ex interpretatione in cantica canticorum adfert. Nec aliter deinceps subsequens ex eadē doctrina sonat. Nunquid materia diuersorum colorum, animæ imitationē non representat? Nam qui imaginem aspicit, quæ ex arte per diuersos colores in tabula est expressa, non ex pictura, & colorū tinctura similitudinem accipit, sed ad contemplationē primi exemplaris, animum reducit. Quinetiam in epistola Diui Basilij, qua in Iulianum desertorem inuehitur: Quemadmodum à deo Christianam, & inculpabilem fidem, veluti hæreditario iure accepimus, sic confiteor, & in eo maneo. Credo autē in vnum deum patrem omnipotentem, deum patrē, deū filium, deū spiritum sanctum, vnum deum hæc tria adoro & glorifico. Cōfiteor etiam filij incarnatam deinde sanctā Mariam, quæ secundum carnem illum peperit, hanc deiparam vocans. Suscipio etiam sanctos apostolos, prophetas, & martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quo per illorum mediationem propicius mihi sit deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam, & historias imaginum illorum honoro, & palam adoro. hoc enim nobis traditum est à sanctis apostolis, non est prohibendum, sed in omnibus ecclesiis nostris, eorum historias erigimus. Idem in sermone in quadraginta martyres Quinetiam bellorum trophæa & victorias & historici scriptores, & pictores demonstrant, hi quidem oratione rem exornantes, hi verò in tabulis depingentes, multos ad virtutem & virilitatem excitarūt. Siquidem quæ historia oratione exprimit, hæc tacens pictura per imitationem ostendit. Ioannes quoque Chrysostomus episcopus Constantinopolitan⁹ in sermone in parabola de semente: Nonne iniuria afficit regem qui regiam vestem violat? Non no uisti quod is qui iniuria afficit imperatoriam imaginem in imperatorem ipsum veluti exemplar imaginis eiusque dignitatem iniuri⁹ est? Nescis quod quicunque ex ligno & coloribus imagini conuincia dicit, illum non damnari, veluti in rem inanimatam, sed contra regem ipsum dixerit? Iudicatur enim occultè regi iniuriam intulisse. Et rursus ex eodem in

sermone in sanctam quintam diem paschæ. Omnia facta sunt in gloriam dei, & ad nostram doctrinam quare ad pluuiæ ministerium dictum est: Impletur terra fructuum copia, mare natantibus, omnia deo seruiunt, imo potius imagini dei. Nam cum regis figuræ & imagines, in ciuitates inferuntur, populus non ipsam tabulam, aut ex cera factam imaginē honore prosequitur, cumque magistratu illic obuiā procedit, sed potius regiam historiam & veluti præsentiam suscipiunt, eodem sanē modo, & ipsa creatio terrenam istam speciem, sed cœlestem historiam admiratur. Similiter Beati Cyrilli verba ex interpretatione eius in sanctum Matthai Euangelium, adferimus. Sic enim inquit: fides enim depingit verbum quod in forma dei existat, quod liberata nostra adiunxit sedeo, similitudineque nostra assumpta factum est homo. Idem paulo post: Imaginum vsum vobis suppleat parabola, quæ signorum virtutem nobis subiiciunt, nimirum per oculorum appositionem, manuum tactum, & quæ in nudo intellectu contemplationem obscurè habent. Adducamus etiam & Diui Athanasij Alexandrini episcopi verba, de eo quod dominus carnem humanam assumpsit. Ex multis commodè pauca sumentes, scripsimus: Quandoquidem ea quæ in tabulis picta sunt, cum figura per lodes, & situm deleta fuerit, necessarium est vt denuo pingatur, & reficiatur, modo talis sit vt adhuc renouari in eadem materia, & tabula possit. Nam per eandem formam & materiā, in qua depingitur non destruitur, verum potius in eo, quod ante fuit, consentit. Dicamus & aliud ex Diui Ambrosij ad Gratianum Imperatorem libro tertio capite nono. Quid ergo? Nunquid cum diuinitate & carnem adoramus? Num quando in eo & diuinam imaginem, & crucem adoramus, ipsum partimur? Absit. Itidem audiamus quod nobis Beatus Stephanus episcopus Bostorum prædicer: Quicunque imagines diuorum confitentur, non errant. Siquidem omne opus factum in nomine dei, bonum & sanctum est. Aliud enim imago, aliud εἰκονα, hoc est abiecti animalis statua. Quando namque deus Adam plasmauit, hoc est, creauit, dixit: faciamus hominem secundum imaginem & similitudinem nostram, & fecit hominem in imagine dei: Ergo quod imago dei sit homo, ob id statua deorum est, idololatria, & impietas: haud quaquam. Etenim si Adam imago demonum fuisset, vtique reprobatus fuisset, & receptu indignus: quādo vero Dei imago esset, honore prosequendus esset, & admitti dignus. Omnis enim imago siue Angelorum, siue prophetarum, aut apostolorum, aut martyrum, aut alioqui iustorum virorum, in nomine dei facta sancta est. Non enim ipsum lignum honoratur, sed ipsum illud, quod in ligno datur contemplandum: atque ita per recordationem veneratio exhibetur. Omnes enim principes, etiam si pessimi sint peccatores, adoramus, & reuerenter salutamus, quid vetat igitur, quominus non liceat sanctos dei ministros venerari, & in memoriam eorum imagines statuere, & erigere, ne in obliuionem perpetuam veniant? Verum (inquis) De⁹ ipse manufacta prohibuit adoranda. Dic mihi (ô Iudæe) quid est, quod super terram extet, quod non sit manu hominum factum, postquam à deo fuerat creatum? Quid? arca dei, quæ ex lignis Sethim constructa est, & ædificata, nonne opus est hominum? Quid altare? quid propitiatorium? quid vrceus? in quo mā-

Psal. 95.

Psal. 25.

Psal. 26.

Psal. 44.

Psal. 4.

Gen. 1.6



na recondebatur? quid mensa & candelabra? sunt ne opera manuum hominū, quae Solomon fieri mandauit? Quamobrem ea, quae sancta sanctorum dicuntur, cum sint manufacta, praeterea cherubim, & sex alata illa, quae circa altare domini fuerunt, cum sint animalia, & imagines angelorum, opera manū hominum non fuerunt eiecta, & à Iudaeis proculcata? Non aliam sanè ob causam, quam quod Dei mandato, imagines fuerunt angelorum sacratae. Gentium autem idola quia imagines fuerunt demonum. Deus eiecit, & condemnauit. Nos verò in memoriam sanctorum imagines facimus: quorum, ais? Abrahā Mosis, Eliā, Eisaī, reliquorumque prophetarum, apostolorum, & martyrum, qui propter Christum tribulati sunt, quo omnis, qui eos in imagine contempletur, illorum & meminerit, & glorificet deū, qui illos quoque magnificet. Decet siquidem eos honor & veneratio propter iustitiam eorum, vt omnis qui viderit eos, in imitationem suorum operum ducatur. Qualis verò est iste adorationis honor? profecto non alius quam is quo nos peccatores quoque inuicem prosequimur, salutantes nos inter nos per honorationem & dilectionem. Quid aliud apud Dominum deum nostrum tentamus, quam adorantes, glorificantes, & tremantes eum? Imago enim nihil aliud est, quam figura illius, in qua pictura expressus est. Impij verò, qui ipsi nihil boni faciunt, neque sanctorum recordantur, caueant bona imperantes impedire, neque scandalo sint his, qui sanctos dei seruos honore afficiunt. Boni enim operis bonam mercedem adipiscuntur. Impij verò quemadmodum animo suo voluerunt, ita infidelitatis suae mansionem inueniant: quando iustitiam negligentes à deo descuerunt. Ex his liquido constat, ob recordationem sanctorum imagines tantū pingi, venerari & coli, quos constat clare seruos esse Dei, & pro nobis apud deitatem obsecrantes, & intercedentes. Dignum nam quae est vt ducum nostrorum memores simus, & deo gratias agamus. Accedat his, quae Beatus Hieronymus presbyter hierosolymitanus, in quodam sermone scripta reliquit. Etenim vt concessit omnibus gentibus adorare, quae manu facta sunt, Iudaeis quidem crustas illas, quas fabricauit Moses, praeterea duo Cherubin aurea, ita nobis Christianis crucem largitus est, & bonorum operum imagines pingere, & venerari, atque ita nostrū opus ad eum probare. Haec sunt piissimi, & serenissimi imperatores, & dilectissimi filij, quae ex sacra scriptura noui, & veteris testamenti, item piis sanctorum patrum sententiis de sacris imaginibus Dei, sanctorumque virorum, item de diuina pictura in ecclesiis ad laudem Dei, & memoriam sanctorum suscipienda breuiter descripsimus. Quae per apostolicam relationem serenitati vestrae potentiae cum omni humilitate, & sincero corde studiose discutienda offerimus. Nos enim perfunctorie ex diuersis probatissimis patribus, testimonia de venerandis imaginibus desumpsimus: quae profecto quod in libris eorum non adulterinis, sed germanis inuenta sunt, seruanda existimamus, & ob id mitissimis vestris imperiis legenda tradidimus, obseruantes interim ex animi seruire, vestrae mansuetudinem obtestando, & veluti praesentes genibus aduoluti, & coram vestigia pedum volutando, ego cum fratribus meis coram Deo supplico, obtestor, adiuro, quod sacras imagines in ipsa deū, colente, & regia vrbe, & vtrisque gratiae partibus, in pristinum

statum restitui, & firmari iubeatis, custodiētes traditionem huius sanctissimae, & beatissimae vestrae ecclesiae, abiiciendo etiam, & execrando impiorum haereticorum improbam vchementiam, quo sacra hanc vestram catholicam & apostolicam Romanam ecclesiam indissolutam complecti possitis, Amen.

*SEX ANASTASIO BIBLIOTHECARIO desumptum est hoc fragmentum epistolae Adriani ad Constantinum Imperatorem, & eius matrem Irenem quod desideratur in exemplari impresso Colonia.*



I vero impossibile est haereticorum vesania, pro incredulitate ipsorum ipsas sacras, ac venerandas imagines, sine synodi actione in pristino erigere ac confirmare statu, & nostros faceret dotes pro eiusdem operatione vestra cupit serenissima imperialis potentia accersire, sicut in vestris fertur imperialibus iussibus, imprimis pseudosyllogus ille, qui sine apostolica sede enormiter, nequiter, irrationabiliter, contra sanctorum patrum traditionem de sacris imaginibus actū est, anathematizetur praesentibus iussibus nostris, & tunc sicut antiquitus mos exititū reirurando vestra piissima, ac tranquillissima potestas, vnā cum domina Augusta imperij vestri genitrice, seu eiusdem regie vrbs patriarcha, necnō & cuncto senatu corporale tribuentes sacramentum, verbum commonitorium sicut antiquitus pia sacra nobis dirigere vestra dignetur imperialis potestas, quod nō est apud vos partiscuiuslibet fauor, aut defensio, sed aequalitatem vtrisque partibus conseruabitis, nullatenus necessitatem facientes in quocunque capitulo eis, qui à nobis diriguntur quoquo modo, sed domini honore, cum competenti munificentia, & susceptione dignos eos habebitis. Et siquidem vtrique conuenerint, ecce bene, si autem minimè conuenerint, iterum cum omni humanitate ad nos dirigere satagatis. Quia dudum ibidem propriae zelo fidei, ac sanctorum imaginum, religiosi viri ac Dei famuli directi in exiliū missi sunt, & bonae confessionis huiusmodi finierunt vitam. Porro & hoc vestrum adeo coronatum imperium, ac piissimum poscimus, vt si veram, & orthodoxam sanctae catholicae, & apostolicae ecclesiae Romanae nitimini amplecti fidem, sicuti antiquitus ab orthodoxis imperatoribus, seu à ceteris fidelibus Christianis oblata, atque concessa sunt patrimonialia Beati Petri apostolorum principis fautoris nostri integrum nobis restituere dignemini, proluminariis concinnationibus eidem Dei ecclesiae atque alimoniis pauperū, imo & consecrationes archiepiscoporum seu episcoporum, sicut olim constat traditio nostra diocesis existentes, penitus canonicè sanctae Romanae ecclesiae restituantur, vt nequaquam schisma inter concordiam perseuerare valeat sacerdotum, sed sicut in vestra serenissima iussione exaratum est, confundatur omne zizanium male plantatum, & Domini atque saluatoris nostri Iesu Christi verbum impleatur, quoniam porta inferi non praualebunt aduersus eam, & rursus: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & tibi dabo clauas regni caelorum, & quod ligaueris super terrā, erit ligatū & in caelis: & quod solueris super terram, erit solutum & in caelis, cuius

sedes in toto orbe terrarum primatu fungens, caput omnium ecclesiarum constituta est, & quamuis beatus Petrus apostolus per domini praecipitū rexit ecclesiam, nihilominus subsequens & tenuit semper, & retinet principatū, quod vniuersalis ecclesiae nomen nullam magis oportet exequi sedem, quam primam, quae & vnamquaque synodum, & sua autoritate confirmat, & continuata moderatione custodit. Et valde mirati sumus, quod in vestris imperialibus iussibus pro patriarcha regiae vrbs scilicet Tarasio directis vniuersalem ibidem eum reperimus exaratum, sed vtrum per imperiū vel schisma vel haeresim iniquorum scriptum est, ignoramus. Sed deinceps suademus vestrae clementissime, & imperiali potentiae, vt minimè in exarationum suarum serie vniuersalis describatur: quia contra sanctorum canonum instituta, seu sanctorum patrum traditionū decreta esse videtur. In secundo enim ordine sine sanctae nostrae catholicae ecclesiae autoritate, sicut in omnibus patuit, nunquam valuit nomen habere, quod nimirū si supra praelatam sibi sanctam Romanam ecclesiam, quae est caput omnium ecclesiarum describatur, tanquam sanctorum synodorum rebellem, atque haereticum se manifestare certum est. Quia si vniuersalis etiam ecclesiae nostrae sedis primatum habere dignoscitur: quod ridiculum omnibus fidelibus Christianis apparet, quia in toto orbe terrarum ab ipso redēptore mundi beato Petro apostolo principatus, ac potestas data est, & per eundem apostolum, cuius vel immeriti vicē gerimus, sancta catholica & apostolica ecclesia Romana vsque hactenus tenet principatum, & potestatis autoritatem, quatenus (quod non credimus) si quispiam eum vniuersalem nuncupauerit, vel assensum praebuerit, sciat se orthodoxae fidei alienum esse, & nostrae sanctae catholicae ecclesiae rebellem. Ipse enim Tarasius regiae vrbs patriarcha, misit nobis synodicam, priscam adimplens consuetudinem, quam suscipientes, & liquidius indagantes, & de confessione tam rectae fidei eius, quam dogmatum sanctorum sex synodorum, & venerandarum imaginum ouantes nimis iterum conturbati sumus, quia ex laicorum ordine, & imperialibus obsequiis deputatus repente ad patriarchatus culmen electus est, id est, à caliga militari contra sanctorum canonum censuram factus est patriarcha, & quod dicere pudet, & graue facere est, qui regendi adhuc, & docēdi sunt doctores, neque erubescunt videri, neque metuunt, ducatumque animarum impudenter assumunt, quibus via omnibus ignota decoris est, & quo ipsi gradiantur, ignari sunt, quod quam prauum, quam ve sit temerarium saeculari ordine, & disciplina monstratur. Nam dum dux exercitus, non nisi labore & solitudine expertus eligitur, quales animorum duces esse possunt, qui in episcopatus culmen immatura cupiunt festinatione conscendere? huius saltem rei comparatione considerent, & aggredi repente labores inexpertos abstineant, quippe non didicerint, quod docent, vnde canonicè instituit censura, nequaquam ex laico ad sacerdotium repente transire, & nisi per eius fidelem concursum pro sanctorum imaginum erectione, eius consecrationi assensum omnimodo tribuere nequimus, & ideo domini rerum à Deo coronati magni principes, & serenissimi imperatores, petimus, & obnoxie iterum obsecramus à Deo illustratam clemen-

tiam vestram, & per omnipotentem Deum, qui vos regnare praecipit, & imperialis culminis apicem nobis concedere iussit, pietatem vestram, vt dictum est, coniuuramus, vt pio intuitu vestras clementissimas aures nostrae humillimae deprecationi inclinare iubeatis, ipsasque sacratissimas imagines in pristino gradu constituere vt omnes Christiani in vniuerso mundo exultent, & magno latentur gaudio. Nam cum tale, inquam, erroris scandalum, quod in ipsis gratiae partibus irrepsit abolitum fuerit, & Deo annuante ipsae venerandae imagines in pristino statu fuerint restituae, erit magna laetitia dilatata per vniuersum orbem terrarum, & nunc semper omnes barbaras nationes beato Petro principe Apostolorum vos comitante, eritis in triumphis imperantes victores, sicut filius & spiritualis noster compater Dominus Carolus dux Francorum & Longobardorum, ac patritius Romanorum nostris obtemperans monitis. Itaque adimplens in omnibus voluntates omnis hesperiae occidentaque partis, barbaras nationes suis prosternens conculcauit pedibus, omnipotentis illarum domans, & suo subiiciens regno, adunauit. Vnde per sua laboriosa certamina, eidem Dei Apostolicae ecclesiae ob nimium amorem plura bona in perpetuo obtulit possidenda, tam prouincias, quam ciuitates seu castra, & caetera territoria, imò & patrimonialia, quae à perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti eidem Dei ecclesiae restituit, cuius esse dignoscantur, sed & aurum atque argentum quotidie pro luminariorum concinnatione seu alimoniis pauperum non desinit offerendo, quatenus eius regalis memoria non derelinquatur in saeculum saeculi, idcirco nimium diligentes ac venerantes magnopere quae sumus, vt praesentes transuectores videlicet Petrum dilectissimum nostrum archipresbyterum, & Petrum abbatē ac presbyterum venerabilis monasterij sancti Sabae, hylarimē, atque vultu placidissimo suscipiens, vt sospites ad nos iterum remeant, disponere iubeat vestra serenissima imperialis clementia, vt quia de vestra orthodoxa fide, quam coepistis, nos reddiderint certiores, nos ex hoc vestro proposito laci altissimo Domino nostro referre studeamus laudes, diuinam pro immensa piissimae serenitatis vestrae laetitia exorantes clementiam, ac consona cum propheta inquiringes: Domine saluos fac inuictissimos nostros principes, & magnos imperatores, & exaudi nos, in quacunque die te deprecantes pro eis inuocauerimus. Ipse enim rerum opifex & arbiter Dominus Deus noster, in cuius manu omnia regna mundi consistunt, per quam & reges regnant, & principes imperant, & potentes quae pietatis sunt, clementer cuncta modigerando disponunt, vestrae pia serenitatis mellifluis cordibus inspirare dignetur, ad exaudiendas nostras humillimas preces, & restituendum in pristinum sacras imagines tribuatque vobis intercedentibus beatissimis Apostolorum principibus Petro & Paulo, longaua, ac prospera, & felicia tempora, & cum maxima corporis sospitate, & animae salute, imperialis potentiae scriptis vos perfrui faciat, & sicut terrae summam potentiam gloriam vobis concessit & caelorum regna vobis per infinita saecula largiri possidenda dignetur. Data Calend. Nouemb. indictione 9.



DEPISTOLA ADRIANI SANCTISSIMI PAPAE VETERIS ROMAE TRASLATA EX ROMANA LINGUA IN GRACUM SERMONEM.

DILECTO FRATRI THARASIO GENERALI PATRIARCHAE, ADRIANUS FERUUS FERUORUM DEI, SALUTEM.

Quidam nō ab re suspicantur à grecis additam illā dictionem (generalis.)



Astoralibus curis, & subtilissima cōsideratiōe animaduertētes quomodo praeconij vox sana omni tēpore à praecone oporteat praedicatori, quomodo item pastor in compassione, qualis in reductione, existere debeat, & in eadem ex integro insignis, utque in pia commiseratione omnium infirmitatem in seipsum suscipere debeat, & in diuinam voluntatem cuncta sua sagaci inspectione transferre. De his (inquam) omnibus statutum est nobis, vestram dilectam beatitudinem, & conuentum sacratum appellare, succincte & paucis in his synodicis literis confessionē vestrae fidei praedicatori. Nam quas mihi per Leonē venerabilem presbyterum vestrum literas misistis, mox in principio paginae primae cognoui pietatem tuam, cum laicorum ordinatione, tum imperatorio suffragio, in sacrum patriarchatus solum exaltatū. Quam ob causam effuso gaudio exaltauit cor meū. Quod si autem non perspecta mihi esset, & probe cognita, erga sacras synodicas sex constitutiones, & venerandas imagines vestrae synceritas, & orthodoxa fides, nequaquam ad synodum conuocandam assentiremus. Verum quemadmodum nō leuiter cor nostrum, ex superioribus vestris disensionibus dolore tactū est, ita plurimo gaudio anima nostra perfusa est, postquam cognouissem piā vestram confessionem, & rectam fidem esse firmam, & stabilem. Inuenimus autem in praedicta vestra synodica epistola, quanta sit cōfessio, & recta fides vestra, circa cōtus sacros, & sex sacras synodos, & erga venerandas, & sacras imagines, quae profecto mira est, & cōpunctione digna. In qua etiam clarē est expressum, quod in sextae synodi diuinē & legaliter praedicatoris canonibus recipitur pictura illa veneranda, in qua agnus digito praecursoris demonstratus, graphice est insculptus: qui in typum gratiae assumptus, verum nobis per legem agnum, nempe Christum Deum, indicat. Veteres igitur typos, figuras & umbras tanquam veritatis signa, & notas ecclesiae traditas suscipientes, gratiam & veritatem agnoscimus, tanquam legis plenitudinem hanc arbitantes. Ut igitur, & in colorum effectibus, omnium oculis subiiciatur figura illa, quae agnum illum, qui abstulit peccata mundi, nimirum Deum nostrum iuxta humanam effigiem delineat: censemus ab hoc tempore pro veteri illo agno, & nouum in ecclesiis Dei erigendum, quo per eum exaltationem humilitatis verbi Dei consideremus, quo in memoriam politiae illius quae in carne vixit, item passionis eius, & salutiferae mortis, vnde mundo liberatio cōtigit, veluti manu ducamur. Hoc orthodoxae fidei reificatione, improborum haereticorum curiositatem, & importunam garrulitatem vestrae fraternae sanctitatis repellat, quemadmodum eorum improba machinatio apud nos, Dei gratia, non recepta, sed impia iudicata est.

Succingentes igitur lumbos nostrae mentis, nobiscum catholica, & apostolica Romana ecclesia consentiendo, contra haereticorum in saniam armenur, quamuis ab his saepe fuerit ecclesia impugnata. Deinceps etiam venerandas imagines, primum iuxta humanam figurationem Christi Dei nostri, secundum nos, & pro nobis, & per nos incarnati: deinde inuolantae, & verae Deiparae, postremo omnium sanctorum suorum beatitas vestra dilecta colere, & adorare pergat. Rogamus etiam interim ut in eo proposito, quod ab initio constituisti, manere velis. Consulimus etiam pastoralis cura, ut orthodoxam fidem, quam semel confessus es, inuolantam, & stabilem, praedicatori, & docendo conserues. Fundamentum enim nemo aliud ponere potest, praeter id quod iacet, qui est Iesus Christus. Quisnam igitur firmamentum dilectionis Dei, & proximi conseruans, ipsum illum Iesum Christum Deum, & hominis filium, ante oculos fundamentum non proposuerit? In confesso enim est, ubi Christus fundamentum est, ibi bonorum operum structuram sequi: Ipsa vero veritas per se dicit: Qui non ingreditur per ianuam in ouile, is fur est, & latro: qui vero per fores ingreditur, hic pastor est ouium. Quemadmodum ipse saluator, inquit: Ego sum ianua: Is igitur ad ouile ingreditur, qui per ianuam incedit. Qui vero per ianuam intrat, per Christum ingreditur. Quicumque igitur ab ipso creati, & liberati, generis humani veritatem intelligens conseruat, & gradum pastoralis dignitatis portans, pondus sustinet, non ad gloriam & honorem praeteritatem respiciens, sed gregem suscipiens diligenter vigilat, ne oues vel à peruersis hominibus & peruersa loquentibus vel malo spiritu afflatis corrumpantur. Recte sane beatus Iacob, qui propter uxores multos annos seruiuit, Laban socero suo visus est dixisse: Viginti annis fui tecum: oues tuae & caprae tuae steriles non fuerunt, arietes ouium tuarum non comedisti: captum à bestia non ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam, quicquid furto perierat diuinitusque estu urgebar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. Si tantos labores, & vigilias pastor Laban sustinuit quot quantasque vigilias sustinere debet, qui pascit oues Dei? Sed in omnibus his confirmabit, & docebit, qui propter nos homo factus est. Dignatus est fieri, quod fecit. Ipse dilectionem, & sancti spiritus amorem in nos transfundat, & cum ceteris sollicitudinibus nos eximat, quo sanctam nostram, & Apostolicam ecclesiam imitamini, efficiatōs aliquando apud pios imperatores nostros, quo sanctorum venerandae imagines in pristinum locum prestuantur, ut in hoc sacerdotium nostrum firmum permaneat. Nam ex confessione fidei vestrae cognouimus, beatitudinem vestram id vnum egisse apud piissimos orthodoxos, & Christi amantes imperatores nostros, fideles, & rectae fidei propugnatores, quod synodus generalis celebraretur, idque illi in praesentia totius fidelis populi supplicationibus annuerunt, synodumque in regia ciuitate fieri mandarunt. Nos itaque sapiētes, & probatos sacerdotes, & de rebus quae ad constitutionem imaginum pertinet, doctos, cum magno animi desiderio quemadmodum regia mandata iubebant, misimus, quo in pristinum locum in illis partibus restituerentur. In primis autem vestra sanctitas piissimis, & triumphatoribus nostris imperatoribus sine trepidatione inducat

Matt. 16.

Psal. 19.

Psal. 25.

ducatur in animum, ut falsam congregationem illam sine consensu ac praesentia Apostolicae sedis, contra omnem patrum venerabilium traditionem, contra venerandas imagines sine ordine & debita conuocatione factam exeret, & anathematizatam praesentibus apocrifariis nostris cognoscat, quo omne zizanium ab ecclesia eradicetur, & Iesu Christi Domini nostri verbum impleatur, cum ait: Et portae inferorum non praeualebunt aduersus eam. Et alibi: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & dabo tibi clauis regni caelorum: & quaecunque in terra ligaueris, ligata erunt in caelis: & quaecunque solueris in terra, soluta erunt in caelis: cuius etiam sedes per totum terrarum orbem primatum obtinet, omniumque ecclesiarum Dei caput existit. Vnde & ipse beatus Petrus Apostolus Dei iussu ecclesiam pascens, nihil omnino praetermisit, sed ubique principatum obtinuit, & obtinet: cui etiam nostrae beatae & Apostolicae sedi, quae est omnium ecclesiarum Dei caput velim beata vestra sanctitas ex sincera mente, & toto corde agglutinetur, utpote quae reuera sit recte sentiens, & pietatis incorrupta conseruatrice. Hoc sacrificium primum omnipotenti Deo exhibetur. Vestraque beatitudo magnos, & piissimos imperatores nostros simplicibus verbis admonebit, ut ecclesiae nostrae vestigia sequentes coram Deo, & horribili eius iudicio, venerandas imagines in regia ciuitate, & omni loco in antiquum statum restituendas curent, iubeant: nimirum seruantes traditionem huius sanctissimae nostrae Romanae ecclesiae, persequantur improborum, & haereticorum imposturam, & per vestrum certamen, & fidissimos labores, eorum deceptionem exercentur. Nisi enim sacras, & venerandas imagines in pristinum locum restituerint, nostram confirmationem nullo modo audemus tradere: Huius rei causa summo laeore fidei, & conatu, ante omnia conuenit vestrae sanctitati, aduigilare, ut quam primum sacra, & venerandae imagines Domini & saluatoris nostri Iesu Christi, & sanctae eius genitricis semper virginis, & sanctorum Apostolorum, omniumque beatorum prophetarum, martyrum, & confessorum in partibus illis, in pristinum ordinem collocentur, ut vnanimiter prophetica illam odem ceteremus: Domine salua piissimos imperatores. Et: Exaudi nos Domine in qua die inuocauerimus te: quoniam dilexi decorem domus tuae, & locum tabernaculi gloriae tuae. Quos autem ad vos misimus, Petrum scilicet dilectum nostrum protopresbyterum sanctae Romanae ecclesiae: necnon Petrum abbatem, & praesidem, ut ad pedes serenissimorum, & piissimorum nostrorum imperatorum adducantur, per principem Apostolorum Petrum supplicamus, ut cum humanitate, & singulari beneuolentia, ab eis recipiantur, praecedantque cum gratiarum actione illis & corporis mentisque firmum robur. Omnipotens Deus vestram dilectionem modo constans maneat, conseruet, custodiat, & protegat fructum fidei tibi innotum infinitis modis augeat, & in aeternum gaudium deducat. Deus sanum te conseruet, frater dilecte.

Postremo adiectae sunt sententiae omnium episcoporum, & synodi.

Petrus, & Petrus locum tenentes sanctissimi papae veteris Romae Adriani dixerunt. Dicat nobis Tarasius Patriarcha regiae urbis, consentitne literis san-

ctissimi papae, an minus?

Tarasius Patriarcha respondit. Nos patrum praecipuis imbuti, sic confessi sumus, & confitemur, concordamus, & vim literarum lecturarum confirmamus, & imaginum picturas secundum priscam patrum traditionem recipimus, & has desiderio nostro adoramus, ut in nomine Christi Dei nostri, & intemeratae Deiparae virginis, sanctorum angelorum, & omnium sanctorum factas: sed apertis verbis testamur nos dumtaxat in vnum Deum verum, patriam, hoc est, cultum & fidem nostram referre, & reponere.

Sancta synodus dixit. Vniuersa sancta synodus sic credit, & sic docet.

Petrus, & Petrus legati Apostolicae sedis dixerunt. Dicat nobis sacra synodus, num recipiat sanctissimi papae veteris Romae literas, an minus?

Sancta synodus respondit: Sequimur, recipimus, & probamus.

In eandem sententiam & reliqui episcopi pronunciarunt. Et sic absoluta est actio secunda.

Actio tertia sub 6. Calendas Octobris.

Primo restitutus est Gregorius episcopus Neocaesareae ex haeresi veniens in priorem gradum dignitatis suae.

Secundo, producta est epistola synodica Tarasii archiepiscopi ad episcopos Orientales, & alia eorum episcoporum ad praedictum Tarasium in quibus explicantur per capita sex synodi generales, & quae in eis gesta sunt.

Deinde adduntur sequentia.

His itaque sex sacris synodis, quas solas vniuersales agnoscimus, concorditer orthodoxa fides stabilita est, nec aliam praeter has synodum accipimus. Locales autem synodos non auersamur, sed magis amamus, amplectimur, & recipimus, earum etiam diuinitus inspiratas canonicas constitutiones, correctiones, & viles earum legificationes summa obseruantia colimus.

Apostolicas autem ecclesiae traditiones, quibus veneratio culturae sanctorum docetur, recipimus, & veneramus. Eos autem ut ministros, amicos, & filios Dei existentes honoramus. Honor enim qui a conseruis idem sentientibus inuicem exhibetur, indicium est beneuolentiae erga dominum. Sunt enim promptuaria Dei & pura Christi habitacula, spiritusque sancti immaculata specula. Sancti enim in Dei manu sunt, ob idque preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Saluator noster Christus fontes salutaris, sanctorum reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia fundentes, martyrum enim omnia virtutes multas operantur, atque id per Christum qui in ipsis habitat. Cum his etiam sanctas imagines reueremur, principio adorantes Dei verbi propter nos incarnati, domini nostri & seruatoris Iesu Christi, qui formam serui assumpsit, imaginem. Quamquam sciamus ipsam imaginem & typum Deitatis, quae cum carne illius immaculata inconuulsum unita est, minime posse figuram praestare. Inuisibilis enim est diuina natura, nec depingi, nec figurari se permittit. Deum enim (ut ipse inquit) nemo vidit unquam: sed humanitatis illius imaginem coloribus ducetes adoramus. Veneramus etiam & adoramus imaginem Deiparae & Dominae nostrae irreprehensibilis, immaculatae & inexplicatae castitatis matris, quae illum peperit. Quin etiam sanctorum Apostolorum, prophetarum, & victorum martyrum, sanctorum-

Sancti ut filii Dei coluntur.

Reliquiae sanctorum virtute potentes

Ioan. 1.

que & beatorum, veluti amicorum Dei imagines colimus, non in materiam autem coloribus honorem constituentibus, sed per hoc officium nostrum, quod ipsi à Deo quorū typum imagines gestāt, debemus impartientes, cum sciamus iuxta Basilij magni sententiam, quod imagini honor exhibitus, ad ipsum prototypum referatur.

Omnia prædicta qui conuenerant episcopi receperunt & approbarunt, & subscripserunt omnes episcopi numero 350. & sic absoluta est actio tertia.

*Actio quarta sub 6. Calendas Octobris.*

Imperantibus Constantino & Irene eius matre, conueniente sancta & vniuersali synodo & c. iuxta ordinem in prima actione præscriptum.

In hac actione quarta multa ex scriptura, & sanctorum doctrinis asseruntur testimonia de vsu pio & vtili imaginum.

Quod in sacris scripturis imagines admittantur. Primo adducitur locus ex lib. Exod. ibi. Facies propitiatorum & c.

Secundo ex numeris, ibi. Ipsa est dedicatio altaris & c.

Tertio ex Ezechiele, introduxit me in templū, vt metiretur & c.

Quarto ex epistola ad Hebræos: habeat quidem etiam prius tabernaculum iustificationes & c.

Item temporibus Chrysostomi sanctorum imagines pingebantur, & ipse Chryso. habuit tabulam continentem picturam cædis Assyriorum veteris testamenti.

Item recensetur Gregorij Nissenii pathetica oratio de pictura, in qua patre Isaac immolabatur, in quam in hunc modum loquitur Gregorius. Vidi sepius inscriptionem imaginem, & sine lachrymis transire non potui, cum tam efficaciter ob oculos poneret hist oriam & c.

Quibus verbis auditis aliqui patres dixerūt: Si tāto doctōri historia inspecta peperit vtilitatem & lachrymas, quāto magis rudibus & idiotis vtilitatem, & commoditatem afferet? Alij verò sic dixerunt. Si Gregorius vigilantissimus ad diuina oracula inspecta historia Abrahamæ fleuit, quāto magis æconomia incarnati domini nostri Iesu Christi verbi Dei nostri à nobis inspecta ad lachrymas, & vtilitatem contemplantes nos adhortabitur? Et Cyrillus eandem picturā suo tempore extitisse probat in Epistola ad Acatium episcopum.

Adductus est in medium libellus Athanasij qui extat de Christi imagine cuius titulus est, passio imaginis, Beryti. n. relicta fuit à Christiano in domo, quam conduxit postea Iudæus quidam. Cum is & alij Iudæi imaginē variis tormentis irriderent: cœpit ex ea sanguis fluere abundanter: & miracula ingentia sanguinis contactu facta, innumeros Iudæos ad Christi fidem amplexandam excitauit.

Ibidem annotatur à patribus ratio cur miracula à nostris imaginibus nunc non edantur, nempe (vt dicit Apostolus) quoniam miracula non credentibus data sunt, sed his, qui in incredulitate versantur.

Ibidem docetur, & decernitur à sanctis Episcopis, quod templa non nugacibus & vanis picturis ornanda sunt, sed historiis veteris, & noui testamenti parietes tēpli replere conuenit, vt hi, qui literas non norunt, nec sacram scripturam legere queunt, con-

templatione picturæ in memoriam reducant quā germane vero illi Deo per fortia facta seruiuerūt, atque certamen excitentur laudatorum facinorū, per quæ cum cælo terram commutauerunt.

Ibidem lecta est docta disputatio Leontij episcopi Neapoleos Cypri contra Iudæos pro imaginibus sanctorum conferuandis est dialogus quidam satis elegans lectione dignus, desumptus ex lib. 5. apologiæ eius, extabant tunc & alia opera sancti episcopi Leontij.

Stephanus diaconus & notarius acceptum codicem legit: Leontij Episcopi Neapoleos Cypri ex quinto libro apologiæ pro Christianis, & contra Iudæos, & de imaginibus sanctorum. Agedum igitur & deinceps de venerabiliter pictis imaginibus apologiam texamus, quo eorum ora, qui impietatem garrunt, obturētur. Hæc enim est ipsa legalis traditio. Audiverò Deum dicentē ad Moysen: Imagines duas Cherubim sculpras facies obumbrantes propitiatorium. Rursus templum, quod ostendit Ezechielius Deus, facies habeat palmarum, leonum, & hominum, & Cherubim, à fundamento ipso, vsque ad laquearia tecti. Verè horrendum verbum Israelii præcipitur, ne vllum sculptile faciant, neque imagines, neque similitudinem quæcunque sunt in cælo, aut super terram: Rursus verò iubetur Moyses facere sculptilia, & Cherubim animantia. Ezechielique præcipitur, vt impleat omnia imaginibus, & similitudinibus sculptilium, leonum, palmarum, & hominum, atque ita templum illud ostendit. Vnde & Salomon ex lege formam hanc accipiens, templum sculptilibus æreis, fusilibus imaginibus boum, leonum, palmarum, & hominum impleuit, neque tamen ob id reprehensus est à Deo. Igitur si de imaginibus me arguis, argue ipsum Deum, qui hæc in memoriam eorum, quæ apud nos sunt, fieri iussit. Iudæus dixit: Sed huiusmodi similitudines non adorabatur videri tantummodo in recordationem fiebant. Christianus dixit. Rectè dixisti. Neque enim apud nos adorantur, vt dij, sanctorum imagines, typi, characteres. Nam si Deos in ligno imaginis adorarent, futurum esset vt omnes & reliqua adorarent. Si verò vt d e v m adorarent lignum non sanè vbi que, extincto caractere, imaginem exurerent. Ego verò, quatenus duo ligna crucis colligata sunt, typum quidem adoro propter Christum, qui in eo crucifixus est: cum verò fuerint dissoluta à se, abiicio ea, & exuro quoque. Et quemadmodum, qui mandatum imperatoris suscepit, illius sigillum osculando, non ipsam ceram, aut characterem, aut plumbum veneratur, verum imperatori ipsi adorationem, & cultum exhibuit: ita quoque Christianorum filij typum crucis adorantes, non naturam ligni adoramus, sed sigillum, & annulum, & characterem. Christum ipsum aspicientes, per hoc eum, qui in illo crucifixus est, salutamus, & adoramus. Et quemadmodum gemini filij, peregrinante longo tempore patre, ingenti amore ex animo erga eum affecti, quicquid illius in domo viderint, siue baculum, siue sedē, siue Chlamydem, hæc, inquam, omnia cum lachrymis attrectantes amplexantur non illa honorantes, sed patrem desiderantes, & venerantes, sic & nos fideles omnes crucē Christi tanquam virgam adoramus: vt sedem vero, & cubile illius, ter sanctum sepulchrum: præsepe autem & Bethleem, reliqua

liqua illius habitacula, vt domum, sic Apostolos illius, beatosque martyres, & reliquos sanctos veluti amicos illius colimus, ita Sion tanquam illius ciuitatem, Nazareth verò tanquam illius patriam amplectimur: non aliter etiam Iordanem, quam diuinum illius lauacrū, reueremur. Magno enim & inexplicabili erga eum amore, quo ascendit, vbi resedit, vbi apparuit, aut quid tetigit, aut omnino obumbravit, tanquam Dei locum colimus, & adoramus, non ipsam regionem, aut lapides venerantes; sed eum, qui in illis conuersatus est, apparuit, & in carne cognitus est, quique nos ab errore liberauit, Christum Dominum Deum nostrum. Hinc etiam propter Christum, Christi que passiones, passim in ecclesiis, in domibus, & foro in picturis, in sindonibus, in promptuariis vestibulis, omnibus denique in locis hanc figuram ponimus, quo continuo contemplantibus nobis hæc in mentem veniant, & non obliuiscamur, quemadmodum tu oblitus es Domini Dei tui: Sicut autem tu adoras librum legis, non naturam membranarum, aut atramenti adorans, sed verba Dei, quæ in illo continentur: sic & ego imaginem Christi adorans, non lignorum aut colorum naturam adoro, absit, sed inaminatum characterem Christi: hunc enim cum habeam, per ipsum Christum me tenere & adorare mihi videor. Quemadmodum etiam Iacob accipiens à filiis suis vestem sanguine conspersam Ioseph cum lachrymis eam osculatus est sui que oculis circumposuit, non ipsam vestem diligendo, aut honorando hoc fecit, sed per eam arbitratus est se Ioseph osculari, & in manibus habere. Sic & Christiani omnes imaginem Christi, aut Apostoli, aut martyris tenentes nostraque carne osculantes, animo videmur nobis ipsum Christum aut martyrem amplecti. Agedum tu qui arbitraris nullum manufactum, aut planè effigiatum, adorandum esse: nunquid sæpe vxoris, aut filiorum mortuorum, vestem aut ornamentum inuestiario vidēs, illud osculatus es, & lachrymis rigasti, neque tamen in hoc damnatus es: Non enim, vt Deum vestes adorasti, sed ipsum amorem erga eum, qui his amicabatur, tuum per oscula declarasti. Quandoquidem ipsos nostros liberos, & patres, qui creati sunt, & peccatores existunt subinde osculamur: neque tamen ob id damnabiles sumus, neque illos tanquam deos complectimur, sed amorem nostrum erga eos naturalem per eiusmodi osculum declaramus. Ergo vt sæpe dixi in omni saluatione, & adoratione, intentio ipsa requiritur, & spectatur. Tu verò cum me criminaris, quod vt deum lignum crucis adoro: quid est quamobrem non vertis in crimen Iacob, adorantem in summitate baculi Ioseph? Sanè manifestum est, quod lignum non adorauit, sed per lignum Ioseph, quemadmodum nos per crucē Christum. Quinetiam impiis illis viris qui sepulchrum vendebant, Abraham adorauit, & genu illis in terram flexit, veruntamen illos non vt Deos adorauit. Rursus Iacob Pharaonem impium, & idololatram existentem benedixit sed tantum illum non vt Deū benedixit. Rursus prociens coram Esau adorauit, sed non vt Deum benedixit. Quod si autem plures saluationes, & adorationes ex scriptura tibi demonstrari postules, quæ non sunt reprehensæ, facile efficiam. Atqui & tu quoque coniugem tuam fortassis impiam, affectionibus turbulentam quotidie

salutans, non reprehenderis, et si nequaquam tibi diuino ore vxoris saluatio præcepta sit: ne verò cū videris Christi, aut eius inculpata matris, aut alterius iusti imaginem salutantem confestim indignaris blasphemias fundis, resillis, & idololatrias nos vocas: mirum te extra verecundiam, neque horrere, neque tremere, neque erubescere, cum videas me per omnem terrarum orbem idolorū phanā destruentem, martyrum vero templa ædificantem. Iam si constat me idola adorare, quid causa est, quamobrem martyres, qui idola destruxerunt, veneror vt Deos, & glorifico? quo pacto ipsos martyres, qui statuas ligneas confregerunt, honore prosequor? Si ligna, vt Deos glorifico, quomodo veneror & adoro martyres, & Apostolos, qui lapideas effigies perdiderunt? Quomodo honore afficio, laudo, templa erigo, festa celebros tribus illis pueris, qui in Babylone imaginem auream non adorarunt? Vere magna est Iudæorum cæcitas, magna impietas, in veritatem iniurij sunt, ingrata Iudæorum linguæ, in Deum conuicia dicunt. A sanctorum martyrum reliquiis, & imaginibus sæpe dæmones fugantur, hæc tamen scelesti illi contumeliis afficiunt, peruertunt, illudunt, & subsannant. Dic mihi quot inumbrationes, quot scaturigines, & sæpe etiam & sanguinis fluores ex imaginibus, & reliquiis martyrum extiterunt? Hi tamen corde insensati, videntes non credunt, verum fabulas ista, & nugæ esse arbitrantur. Quinetiam quotidie per orbem terrarum omnem, homines planè impios, exleges, idololatrias, homicidas, scortatores, & latrones confestim per Christum & crucem illius compunctos, in agnitionem meliorem venire, mundoque renunciantes, omnem virtutem colere videtis. Velim autem mihi dicas qua ratione tibi idololatra sumus, qui ossa, cineres, pannos, sanguinem, sepulchra denique martyrum adorantes, illis tamen non sacrificamus. Iudæus dixit: Qua ratione per vniuersam scripturam præcepit Deus nullam creaturam adorandam? Christianus dixit: Dic mihi terra & montes nonne sunt Dei creatura? Iudæus dixit: Rectè. Christianus dixit: Quomodo igitur ait scriptura. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorare scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, & adorare in monte sanctum suum. Et rursus Deus ait: Cælum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum. Iudæus: Sed tamen non vt Deos, verum per illa cum qui hæc fecit, adoras. Christianus: Fidelis sermo quamobrem scias & tu, quod & ego per cælum, terram, mare, ligna, lapides, reliquias, templa, crucem, Angelos, homines, per omnem denique creaturam visibilem, & non visibilem omnium auctori Domino, & factori soli adorationē, & cultum exhibeam. Non enim per se creatura aut thorem adorat, sed per me. Cæli enarrant gloriam Dei, per me Deum adorat luna, per me Deum glorificant astra, per me aqua, pluuia, rores, omnis denique creatura Deum adorant, & glorificat. Sicuti rege aliquo bonam coronam, pulchram, & speciosam suis manibus contextentem, omnes qui bene erga regem affecti sunt, eam amplectuntur, & coronam venerantur, non sane aurum, aut margaritam venerantes, sed verticem regis, & doctas illas manus, quæ coronam fecerunt: ita, o homo, Christianorū populus,

Exod. 25.

Ezech. 41.

Hebr. 9.

Gen. 37. d.

Hebr. 11.

Gen. 23. e.

Gen. 47. e.

Gen. 33. a.

1. Cor. 14.

Daniel. 3.

Psal. 98.

Esa. 66.

Psal. 18.

lus, quascunque crucis, & imaginum eius figuras amplectuntur, non ipsis lignis, aut lapidibus, vel auro, vel corruptibili imagini, aut capsula, aut reliquis cultū præstāt, verū per hæc Deo omnī factori gloriam, venerationē, & cultum exhibent. Siquidē qui in sanctos impenditur honor, in ipsum recurrit. Imago enim Dei est, qui secundum Dei imaginem homo factus est, maximē autem qui spiritum sanctū in habitaculum suum recipit. Iustē itaque imaginū Dei seruorum venerans, & adorans, donum sancti spiritus glorificat. Inhabitabo enim in eis, inquit, & circumambulabo. Pudore suffundantur Iudæi, qui proprios reges, & alienos adorantes, nos Christianos tanquam idololatrias derident. Nos autem Christiani omnibus in ciuitatibus, & regionibus, in dies & in horas singulas contra idola stamus armati, cōtra idola psallimus, cōtra idola & preces fundimus: & qua tandem fronte Iudæi nos vocāt idololatrias? vbi nunc sunt, quæ olim ab ipsis oblata sunt idolis, boum, ouium, & filiorum quoque victimarū? Vbi sacrificiorum fumi? vbi ara, & profusiones sanguinū? Nos vero Christiani propemodū quid sit ara, quid victimam ignoramus. Nam græci adulteris quibusdā hominibus, homicidis, impuris, & scelestis, templa dicarunt, eorumque idola cum illis ipsis Deos fecerunt, nequaquam sanē, vel prophetarum, vel sanctorum martyrum nomine templum, aut aram appellātes. Quemadmodum enim in Babylone Israelitæ organa, & cytharam, & alia quædam, quemadmodum ipsi Babilonij habebant, & illi quidem ad laudē dei, hi vero in ministerium dæmonum: sic & de imaginibus gentilium & Christianorum censendum est: si quidem gentes ad cultum diaboli, nos verō ad recordationē Dei illa seruamus. Alioquin & multa deus per crucem auditu mira fecit: siquidem lignum vitæ, & lignum scientiæ appellauit: aliam autem plantam vocando Sabach concessione signū ponit, deinde virga Pharaonem exiit, mare diuisit, aquā dulcem fecit, serpentem exaltauit, petram rupit, & aquam eduxit: lignum etiam germinans in tabernaculo, Aaronis sacerdotium confirmauit. Sic & Salomon inquit: Benedicite lignum, per quod fit iustitia. Sic & Heliseus lignum in Iordanem proiciens, ferrū in typum Adam, veluti ex inferis reduxit: sic mandat suo filio pervirgam resuscitare puerum Sunamitidos mulieris. Is igitur qui tanta miracula per ligna fecit Deus, dic rogo, nunquid per sanctæ crucis preciosum lignū miranda efficere potest? Quod si autem est impium ossa venerari, quamobrem ossa Ioseph cum omni honore ex Aegypto vecta sunt? Quomodo homo mortuus ossa Helisei attingens, resurrexit? Iam si per ossa mirifica Deus facit, clarū est, quod & per imagines lapides, pluraque alia idē possit. Adde quod & Abraham noluerit Saræ uxoris corpus alieno sepulchro mādare, sed magis proprio, honoris gratia. Adde Iacob qui per lapidem Deum veneratus constituens, eum vnxit in typum summi angularis lapidis. Rursus & in Laban lapidē Bunon appellauit. Testatur etiam Iesus filius Naue duodecim lapides constituens in memoriam Dei. Erant autem (ō Iudææ) duo etiam Cherubim, obūbrantia propiciatorium sculpta. Iam ingrediatur aliquis templum tuum græcus idololatra, iisdemque vilis carpat te, tanquam & tu quoque idola adores, fare quid habes, quo de duobus Cherubim fusilibus

bobus, palmis, & leonibus, quæ in templo sculpta sunt, te defendas? Verē nihil habes quod aduersus illum dicas, nisi hoc vnum, quod ea non tanquam Deos habeas sed in memoriam Dei, eiusque gloriam Cherubim hæc in templo visantur. Quod si ista sic se habent, qua ratione nos de imaginibus reprehendis? Ad dices mihi: Mosi à Deo iustum est, vt eiuscemodi sculptilia in templo collocanda curaret: ego sane hoc ipsum etiam dico. Sed Salomon illinc digressus, plura in templo apparauit, quæ tamen Deus non mandauerat, quæ neque tabernaculi testimonium habuit, neque templum, quod vidit Ezechiel, non tamen in hoc à Deo in crimen vocatus est Salomon. Nam in gloriam Dei, quemadmodum etiam & nos, eiuscemodi effigies excogitarunt. Habuisti quoque & tu Iudææ, & alia quædam in memoriam & laudem Dei, nimirum virgam Mosi, tabulas à Deo fabricatas, tubum incombustum, humidam ex siccitate petram, vrceum continentem manna, arcam, propiciatorium, velum, & à Deo declaratum Ephod, denique à Deo præparatum tentorium. Vtinam & tu hæc adoranda, super omnia Deum inuocando, primum vocasses, recordatūque fuisses per hæc pusilla imaginum, & figurarum veri Dei, & non vitulum supra tabulas diuinitus datas habuisses. Vtinam sanctum aureum thuribulum seruasses, & non vitulas Samariæ coluisses, vtinam florentem virgam & non Astartem vrbis desolatricem: vtinam à Deo stillantem petram pro Baal amplexus fuisses. Verum propter hæc omnia non adoras, ō quondam Israelita, quia Deum ex toto corde non amas. Nam qui amicum suum, aut regem, maximē autem benefactorem suum amat, etiam filium illum modo viderit aut baculum, aut sedem, aut coronam, aut domum, aut seruum amplectitur, & per hæc ipsum benefactorem sibi honore prosequi videtur, maximē vero Deum. Cum igitur Christianos crucem adorare conspexeris, scito quia crucifixo Christo honor impenditur, tantum abest, vt lignum colant. Nam si ligni naturam adorarent, profecto omnes sylvas, & arbores adorando venerarentur. Quemadmodum tu Israel hæc aliquando adorasti, ligno & arbori dicens, tu mihi esto Deus, tu me produxisti. Rursus nos crucem ita non affamur, neque etiam sanctorum imagines, dii nostri estis. Non enim dii nostri sunt, sed tantummodo similitudines, & imagines Christi, & sanctorum illius, ad commemorationem, honorem, & decorem ecclesiarum veneranda. Nam qui martyrem colit, Deum ipsum colit. Qui matrem illius adorat, ipsi honorem assignat: Qui Apostolum honore prosequitur, ipsum, qui Apostolum misit, honorat. Vtinam & tu quoque Mosaicæ & propheticas imagines fecisses, illasque quotidie adorares, sic enim eorum Domino & Deo veram patriam exhiberes, non autem aureas statuas Nabuchodonosoris. Qua verō fronte contra imaginum, & crucis causa insurgis, cum noris Abrahamum idololatrias adorasse, Mosē verō Iethro idololatræ idem fecisse, Iacob autem Pharaonem, Daniel Nabuchodonosorem? Hi propheta, & iusti cum sint, ob beneficia quædam illis præstita, in terra existentes illos idololatrias adorarunt, me scilicet crucem, sanctorumque effigies, à quibus

Sexta syno.  
Ex hac sententia apparet non esse canones, qui in exemplaribus latini sextæ synodi scribuntur, non esse.

infinita beneficia, Deo procuratē, nobis obtigerūt, adoratē despicias? Quandoquidē qui regem meruit, filium illius iniuria non afficit. Qui Deum autē timet, hic omnino etiam filium Dei, crucisque illius typum, & sanctorum illius effigies colit, & adorat. Ipsi enim gloria, cum patre, & sancto spiritu, & nūc & in sæcula seculorum. Amen.

Item recēta sunt tria miracula ex libro miraculorum sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani pro statuenda imaginum veneratione.

Item traditur, quod omnis honor imagini exhibitus ad prototypum refertur. Quod probatur primo ex 4. lib. contra Arrianos patris Athanasij.

Secundo ex codice 30. capitulum ad Amphilochiū de Spiritu sancto beati Basilij c. 7. Ex quo colligitur falsum, & stultum esse axioma, quod falsa synodus sparserat, quicumque imaginem adorat, in duo Christum diuidit, & quicumque imaginē aspiciens dixerit, aut inscripserit ei, hic est Christus, Christū diuidit.

Deinde produxerunt vicarij Adriani papæ veteris Romæ in codice paruo verba Basilij in epistola ad Iulianum apostatam, quæ sic habent, Conhiteor etiā filij incarnatam *in nouissima*. Deinde sanctam Mariam quæ secundū carnem illum peperit (hanc Deiparam vocans) suscipio enim sanctos Apostolos, prophetas & martyres, qui pro me apud Deum supplicar, quo per illorum mediationē propitius sit mihi Deus non ster benignissimus, & remissionem peccatorū mihi gratis largiatur. Quā ob causam & historias imaginum illorum honore, & palam adoro: hoc enim nobis & à sanctis Apostolis non est prohibitum, sed in omnibus ecclesiis nostris eorū historias erigimus.

Postremo productæ & lectæ sunt quatuor epistola, prima Gregorij papæ Romæ ad Germanum Patriarcham Constantinopolitanum. Alia tres Germani ad diuersos episcopos Orientis pro refellēda hæc improbitate hereticorum, & statuenda veneratione imaginum.

In confirmationē prædicti dogmatis adductus est ab Helia protopresbytero ecclesiæ Deiparæ virginis in Blachernis sextæ synodi can. 82.

Recitato itaq; ab Helia prædicto canone Tarasius patriarcha dixit.

Quæ est hæc ignorantia, qua plerique laborāt circa hos canones, scandalum enim est dubitare num sint sextæ synodi. Cognescant igitur tales textū synodum temporibus Constantini fuisse congregatā, nimirum contra eos, qui tantummodo vnā actionem & voluntatem in Christo collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxamque fidē confirmantes, sub annum decimum quartū imperij Constantini domum redierunt, post annos tamen quatuor, aut quinque, iidem illi patres sub Iustiano Constantini filio cōgregati, prædictos canones ediderunt: neque hac de re quisquam dubitet, nam qui temporibus Constantini subscripserunt, iidem illi sub Iustiano quoque præsentē hanc chartam subsignarunt: quæ res satis clara est ex eorundē proprietatum manuum immutabili similitudine. Necessarium autem erat post synodum vniuersalem definitam, canones quoque ecclesiasticos ederent. Igitur ad recordationem salutaris illius mortis in carne politia ex venerandis imaginibus nos manu duci declararunt. Quod si autē in dispensationē Christi verbi Dei hoc modo manu duciniur, quales eos esse arbitrandum est, qui has subuertere conantur?

Petrus primus presbyterorum in sancta Romana ecclesia subscripsi: & ceteri episcopi recipientes, & approbantes omnia prædicta subscripserunt, & absoluta est actio quarta.

Actio quinta 4. nonas Octobris.

Productus & lectus est liber quidam beati Ioannis episcopi Thessalonicen. in quo disputat cum gentili quodam de vsu imaginum, interroganti gentili, respondente vero Ioanne, obiecit autem gentilis in hunc modum.

Sancte Deum verbum hominē factum icone exprimitis, quid ad angelos hoc facit, quos vt homines pingitis, & adoratis? Hi tamen homines nō sunt, sed intellectuales, & incorporei, & simpliciter existens dicuntur. Sanē ea ratione & à nobis Deos venerabiles existima, non enim sic quicquā absurdi agimus, quemadmodum nec vos cum angelos adoratis.

Sanctus dixit, de Angelis & Archangelis, & eorū potestatis, quibus & nostras animas adiūgo, ipsa catholica ecclesia sic sentit, esse quidem intelligibiles, sed nō omnino corporis expertes & inuisibiles, vt vos gentiles dicitis, verum tenui corpore præditos & aereo, siue igneo, vt scriptum est: qui facit angelos suos spiritus, & ministros eius ignem vrentē. Sic autem multos sanctorum patrū sensisse cognouimus quorum est Basilius cognomēto Magnus, & beatus Athanasius, & Methodius, & qui stant ab illis. Solummodo autem Deus incorporeus, & informabilis: intelligibiles autē creatura nequaquam ex toto sunt incorporea, & imitabiles pictura existūt, quare etiam in loco existunt, & circumferentiā habent. Quamquam autem non sunt, vt nos, corporei, vt pote ex quatuor elementis & crassa illa materia, nemo tamen vel angelos, vel dæmones, vel animas dixerit incorporea, multoties enim in proprio corpore visi sunt, sed ab illis quibus dominus oculos aperuit. Nos igitur eos non vt Deū, sed vt creaturas intelligibiles & ministros Dei, nō tamē vt vere incorporeos pingimus, & colimus. Quod autē forma hominis pingantur, in causa est, quod in ea visi sunt, si quando ministerium Dei apud homines obierunt.

Synodus non improbat, sed magis visa est approbare hæc sententiam, dicente Tarasio Patriarcha. Ostēdit autem pater, quod & angelos pingere oporteat quando circumscribi possunt, & vt homines apparuerint. *Sicra synod. respodit. Etia Dominus August. ad Nobridium epistola 115. dicit Angelos aere aut etherea animantia, & in lib. de eccl. dog. c. 11. dicit, Nihil incorporeum & inuisibili natura credendum, nisi Deū solum. Et c. 12. creaturā omnem corpoream esse. Angelos & omnes virtutes cælestes corporeas, licet non carne subsistant, (addentes) Ex eo autem corporeas esse credimus, quod localiter circumscribantur, sicut anima quæ carne clauditur. Et in q. 67. dixerat infirmos Angelos animaliter viuere quod tamen in primo retracta temperauit. Et nuper Car. Caic. in Cōment. ad Ephe. 2. dixit Dæmones esse aereos spiritus. Hæc dixerunt patres isti secuti Platonem. E contra multi alij patres ecclesiæ sentiunt Angelos omnino incorporeos: quos, vt videtur secuti sunt patres concilij Lateranen. primi, dicentes. Deus ab initio vtrunque de nihilo condidit creaturam corporalem & spiritualem. Angelicam scilicet & mundanam. Hæc illi. Quibus verbis spirituale opposuerunt corporali. sed hæc controuersa nondum ecclesiæ censurā terminata est.*

Deinde productus est ab Epiphano diacono locū tenente Thomæ episcopi Sardinia, codex quidā ex itinerariis falso inscriptis sanctorū Apostolorum, in

Disputatur  
an angeli  
sint corporei



quo multa indigna & ridicula de Christo domino legebantur, ut illum nec bibisse, nec edisse, nec pedibus terram calcasse, & his similia. Quo lecto sancta synodus dixit: Omnis hæresis ab libro dependet.

Rursus sancta synodus dixit: Anathema sit illi libro à principio vsque ad calcem.

Deinde Cosmos cubicularius protulit ex patriarchio codicem veteris testamēti cum scholiis suo loco appositis, in quo continebantur sequentia. Non erunt tibi Dij alieni præter me. Non facies tibi idolum, nec alicuius similitudinem. Quæcunq; existit in cælo supra, aut quæcunq; in terra infra, & quæcunq; in aquis deorsum subter terram, nõ adorabis ea, nec seruias illis. Scholion. Et si facimus hominum piorum similitudines, non tamen ea fiunt, ut adorentur ut Dij, sed ut eas videntes ad imitationem facinorum illorum iritemur. Si vero similitudines Christi facimus, sanè non propter similitudinē adoramus, sed quo mens per ea quæ conspexit, sursum volat. Non enim imaginem corruptibile hominis corruptibilis adoramus, sed quia Deus homo incommutabile dignatus est fieri, facimus illius imaginem velut hominis quauis sciamus eum natura Deum existētem. Non idem igitur Deum & imaginem dicimus, sed Deum cognoscentes similitudinē in imagine dispensationis illius humanæ figuramus. Gentiles autem errantes, similitudines Deos esse arbitrantur.

Post hæc lectæ sunt historię quædam sanctorum, cū miraculis quæ fiebant pro veneratione imaginū.

Postremo lectis omnibus prædictis & aliis fragmentis scriptorum ecclesiasticorum, tota synodus proclamauit. Diuino quorum patrū doctrinæ nos correxerunt: ex illis haurientes, fidem & veritatem potatissimum, illos insequentes, mendacium persecuti sumus. Nos venerandas imagines suscipimus. Nos ita non affectos anathemate deuouemus &c.

*Actio sexta pridie nonas Octobris.*

Hæc actio continet refutationem hæreticorum, qui in Constantinopolitano cõciliabulo sub Leone hæretico Imperatore præsidente Photio imagines damnauerant, quorum dicta referuntur per Gregorium episcopum, qui tunc fuerat conuersus ad meliorem mentem, & redarguuntur per Epiphanium. Distributa est hæc actio per sex tomos.

*Tomus primus.*

Quod non fuerit vera synodus sub Leone celebrata, quoniã non habuit cooperarium ut hæc, quæ nunc celebratur, Romanum papam, nec illius sacer dotes, nec per vicarios, nec per prouinciales literas, quemadmodum fieri in synodis debet. Quin etiam nec concordantes sibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinum Antiochenum, & vrbis sanctę summos pontifices.

Secundo ostendit quod imagines ab Apostolorū temporibus in ecclesia fuerint. Quod potissimum probat ex canone 82. sextæ synodi, de qua dicit in hunc modum.

Sacra sexta & vniuersalis synodus posteaquã sententiam suam de vna voluntate Christi sub Constantino, qui per ea tempora imperiū administrabat, cuiusque nutu & voluntate cõuentus is erat indictus, pronunciaisset, contigit imperatorem de vita decedere. Iustiniano autem eius filio imperiū adsumente, iterum vnanimitè omnes diuina voluntate post quatuor, aut quinque annos cõgregati, de rebus ecclesiasticis, statufq; earum correctiõne circiter duos

& ceterum canones edidere: in quorum octuagesimo secundo de imaginibus sic tradiderunt.

In quibusdam venerandarum imaginum picturis agnus digito præcurforis indicatus &c.

Videmus igitur omnes & intelligimus, quod & ante sacras sex synodos, & post has etiam sanctorū picturæ in ecclesia traditæ fuerint, nõ aliter ac sacra Euangelij lectio. Nam quæ leguntur vbi ad aures uenerint, ad animum deinde legamus, & transmittimus: & quæ oculis videmus in picturis, ea quoque mente complectimur: atque ita per duo ista inuicem consequentia, lectionem, & picturam, vnam cognitionem acquirimus, qua ad recordationem rerum gestarum peruenitur. Vnde ex duobus istis sensibus in Canticis canticorum inuenire licet efficacem cõiunctionem. Sic enim ibi dicitur. Ostende mihi faciem tuam, & audire fac mihi vocem tuã &c. Quibus & adiungimus illud: Sicut audiuius, ita & vidimus.

*Tomus secundus.*

De sex synodis contra hæreticos celebratis, quas recensent hæretici Iconoclastæ. Deinde Epiphanium ostendit picturam necessariam & vtilem, quæ vulgè erudiat. Nihil habet singulari annotatione dignū.

Idem prosequitur in Tertio tomo, tantum verba hæreticorum refellit.

*Tomus quartus.*

Conuenientes in scelestâ synodo dixerunt.

Imaginū falsi nominis praua appellatio, nec Christi, nec Apostolorū, nec Patrū traditione cõpita &c.

*Epiphanius responder.*

Quod autē cum multis aliis, quæ in ecclesia obseruantur sine scriptura nobis imaginum veneratio tradita sit, ab Apostolorum temporibus late per historias traditū est, de imagine maximè Hamorrhoidis, quã multis scriptoribus cõfirmare possumus. Basiliius magnus in diuersis opusculis suis mentionem imaginum facit. Gregorius etiam illius & came, & spiritu frater Nissenium præsul in sermone in Abraham idem sentit. Item alter Gregorius, qui à theologia nomen sortitus est in versibus à se conditis, qui de virtute inscribuntur, assentit. Chrysostr. etiam in oratione funebri in Meletium episcopū Antiochiæ, & in sermone, qui inscribitur, quod veteris & noui testamenti vnus sit legislator, Cyrillus in epistola ad Acacium episcopum Scythopoleos, Athanasius episcopus Theopoleos, Sophronius Maximus. Sed quid hos nominatim citauimus? Omnes enim sancti patres nostri imagines receperunt. Quam ob causam mendaces deprehenduntur in hoc quod dicunt, nõ esse patrum traditionem.

Et post pauca idem Epiphanius subdidit.

Qui imaginem imperatoris videt, in ea ipsum imperatorem cõtemplatur. Et qui imaginem eiusdem adorat, ipsum Imperatorem adorat: huius enim forma & figura illius est imago. Et quemadmodum despiciens imaginem Imperatoris, non aliter castigatur, quam si ipsum Imperatorem contumelia affectisset (cum tamen illa ipsa imago præter lignū & colores nihil sit) eodem modo qui typum siue figuram alicuius ignominia afficit, in illum ipsum, quem typus repræsentat, iniurius est. Quod quidem ipsa rerum natura repræsentat. Hoc etiam vniuersi mortales agnoscunt, patrèsque sanctos ita tradidisse norunt: & eos qui aliter docent, ecclesię catholicę, imò naturæ rerum contradicunt.

*Hæretici dixerunt.*

Tam ex scriptura diuinitus efflata, quàm ex patrum electorum testimoniis asserentibus piam nostram intentionem, exhibebimus nostram definitionem. Principio verbū diuinæ vocis, sic dicentis præmittimus. Deus est spiritus. Quicumque Deum adorauerit, in spiritu, & veritate adoret. Et iterum: Deum nemo vidit vnquam &c. nec formam eius vidistis. Beati sunt, qui non viderunt, & crediderunt.

*Epiphanius pro synodo.*

Quoties recta dogmata homines iuxta suam opinionē subuertere conantur, non miretur aliquis scripturæ verba vsurpent. Nã & omnes hæresiarchæ suorum errorum occasiones è diuina scriptura collegerunt: & quæ recte ab Spiritu sancto dicta erant, peruersa animi sententia conuellunt. Atq; hoc Coryphæus apostolorum Petrus olim prædixerat dicens. Quæ imperiti & minimè constantes, secundū proprias cupiditates peruertunt &c. Quamobrem non est mirandum, si nouæ istius prauitatis hæretici nobis è diuina scriptura sumptiones quasdam adferunt. Et ideo quæ de inuisibili & incomprehensibili Deitate dicta sunt, in dispensatione domini nostri Iesu Christi secundum carnem commutarunt, ut illud: Deum nemo vidit vnquam, quod de diuina natura scriptū esse, nemo ignorat. Et illud: Nec vocem eius audistis, nec formam eius vidistis. Quod si hæc secundum humanitatem quispiam intellexerit, totum Euangelium subuertet. Item, cognouimus Deum esse spiritum, & qui adorât eum, in spiritu & veritate id facere debere, & quæ secundum fidem est, adoratione & cultū illi soli (utpote omnium Deo in Trinitate laudato) offerendum. Non enim Christiani adorationem in spiritu & veritate imaginibus exhibuerunt, nec etiã diuinę crucis effigiei, nec etiam nunquam inuisibilis & incomprehensibilis naturæ imaginem appararunt. Nam cū diuinam crucis effigiem, & venerandas imagines amore & desiderio amplectimur, ad ipsum prototypum respicimus. Sed quemadmodum verbum caro factū est, ita quoque humanam eius œconomiam describimus & de pingimus. Quam ob causam nūgamenta illorum vana, & nupera, item putrida & à veritate exorbitantia deprehenduntur.

*Hæretici dixerunt.*

Ait Dominus ad Mosem & populum. Non facies tibi idolum, neque omnem similitudinem, quæcunq; sunt in cælo supra, & in terra infra. Quam ob causam in monte medio ignis, vocem verborum vos audistis, similitudinem autem non vidistis, sed tantummodo vocem.

*Epiphanius pro synodo.*

Quæ in veteri lege contra eos, qui inter filios Israel vitulum adorabant, & Aegypti abominationibus insistebant, dicuntur, in Christianos quoque iactare non desinunt. Capiuntur autem labiis propriis. Vtinam autem cogitassent, quia Dominus eam gentem ducturus erat in terram promissionis, in qua habitabant gentes, quæ adorabant, & colebant idola, demones, solem, lunam, & astra, reliquasque creaturas, etiam volucres, quadrupedes, & serpentes, Deum autem verum ignorabant. Quare tam diligenter eis præcepit, ne facerent vllam similitudinem eorum, quæ in cælo, aut in terra sunt. Postquam autē eos ab idololatria abduxisset, iussit

setque tabernaculum testimonij fabricari, Moses sensibilia Cherubin habentia hominum formã obumbrantia propitiatorium, quod Christum præfigurauit (nã ipse propitiatio fuit pro peccatis nostris) formauit.

*Hæretici dixerunt.*

Et mutauerunt gloriam immortalis Dei, per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinē effectam, & venerati sunt, & coluerunt ea, quæ condita sunt, supra eū qui condidit. Et rursum: Si enim cognouimus Christum secundum carnem, iam non cognoscimus, per fidem enim ambulamus, non per speciem. Et hoc quod ab Apostolo aperte dictum est: Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbū Dei.

*Epiphanius pro synodo.*

Clarum enim omnibus est, Apostolorum gentes reprehendisse in eo quod ait: commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Infert etiam, volucrum, quadrupedum, & serpentium. Dolose tamen isti totam phrasim contaminauerunt, ut per eam immutatam, simpliciores inescarent, quasi Apostolus de imaginum in ecclesia pictura verba faceret. Nã quæ ab Apostolo inferuntur, apertam habent manifestationem: volatiliū enim, quadrupedum, & serpentiū mentionem facit. Item, ea & venerati sunt, & coluerunt (creaturas scilicet) supra creatorē. Norunt enim qui in historicis triti sunt, Aegyptios olim & boues, & reliqua animalia coluisse, ut diuersa volatilia, mures, vespas, item vilia alia & abiecta animalium. Persæ verò, ignem & solem adorabant. Græci præter ista, quamuis creaturam colebant. Quinetiã Hebræi quidam (ut testatur liber Regum) & prophetiæ enarrationes. Decepti denique sunt omnes & gentes vanitatem induerunt, quare obscuratum est stultum cor eorum, & ante Christi aduentū, & post Christum, maxime tamen omnium antequam in Christum credidissent: clarum enim est hoc.

Ad illud verò (Si enim cognouimus Christum secundum carnem &c.) adducemus insignes huius loci interpretes. Ioannes Chrysostr. interpretando sic ait: Neminem fidelium iuxta carnem nouimus. Quid enim si in carne fuerint, cum vita illa carnalis perierit: de supernis enim nati sumus in spiritu. Nouimus aliam vitã, & statum, qui in cælis est. Et mox eiusdem ducem Christum existentem ostendit, quæ propter etiam induxit. (Si verò iuxta carnem Christum nouimus) sed amplius iam non cognoscimus, quia si passibilem cognouimus Christum, at iam non amplius: non quod reliquerit carnem, nam cum hac veniet iudicaturus terrarum orbem & cætera.

Cyrillus Alexandrinus idem illud dictum explicans, ita commentatur. Quod Paulus inquit, tale est, Verbum caro factum est, & pro omnibus occubuit, atque ita illum cognouimus secundum carnem, sed amoddò non cognoscimus. Nã & si nunc sit in carne (resurrexit enim tertia die, ascendit in cælos.) Verū hæc supra carnem considerantur. Non enim amplius moritur, nec vllam aliam carnis infirmitatem sustinet, omnibus enim his superior est.

Animaduertitis igitur qui aduersari semper didicistis, quod non modo apostolicas sententias peruertitis, sed & sanctis patribus contraria statulistis?

Ad

Exod. 20.

Leuit. 26.

Qualiter imagines adorantur à fidelibus.

Nõ est vera synod. qua auctoritate papæ Rom. caret.

De canonibus sextæ synod.

Joan. 4.

Joan. 1.

Joan. 20.

2. Pet. 3.

Deut. 4.

Leuit. 26.

Hæretici

Ad alium etiam locum eiusdem apostoli (per fidem ambulamus & non per speciem) idem Chryso-  
stomus enarrans ait: Porro nequis audiens, (peregrinamur à Domino,) dicat (cur hæc dicitis?) Alieni enim ab illo sumus, dum hic agimus prius hæc cor-  
rigit dicens: Per fidem enim ambulamus, non per speciem; & hic quidem ista scimus, verum haud ita aperte. Quod & alibi dicit (in speculo & ænigmate tunc autem facie ad faciem.)

Atque hæc à diuinis istis patribus dicta sunt.

*Tomus quintus.*

*Gregorius pro hæreticis.*

Eadem etiam & apostolorum discipuli, & successores diuini patres nostri tradiderunt. Epiphanius enim Cyprus inter antesignanos præclarus sic inquit. Estote memores dilecti filij, ne in ecclesiam imagines inferatis, nec in sanctorum cimiteriis eas statuas, sed perpetuo circumferite Deum in cordibus vestris. Quinetiam nec in domo communi tolerentur. Non enim fas est Christianum per oculos suspensum teneri, sed per occupationem mentis.

*Epiphanius pro synodo.*

Decet omnem Christianum cum libros aliquos adulterinos audit, aut legit, respuere, nec omnino animum adhibere. Nam & inter epistolas diuini Apostoli quædam fertur ad Laodicenses, quam patres nostri, tanquam alienam reprobauerunt. Ad hæc Manichei Euangelium secundum Thomam inuenerunt, quod ecclesia catholica merito (vt impium) auersatur, quemadmodum etiam id, quod nunc è beato patre nostro Epiphano dictum est, cum illi nequaquam existat. Diuinus enim hic pater octoginta capitum librum edidit, in quo omnes hæreses Gentiles, & Iudaicas, item quotquot post Christianismum susceptum inuictæ sunt, damnauit, in quo proculdubio & eam posuisset, quæ de imaginibus ab istis fertur, si alienam à Christi religione hanc existimasset. Ita & libros illos contra imagines nemo Christianorum (præter istos nouitatis magistros) recepit. Quod si tanto tempore in ecclesia non sunt recepti, quam ob rem nunc à nobis recipi debent? Attendamus autem qui floruerint per tempora supradicti patris nostri Epiphani in ecclesia, quos tanquam gloriosos doctores & tuta monumenta ecclesie dicere possumus. Profecto Basilius magnus, Gregorius cognomento theologus, Gregorius Nissenium episcopus quem omnes patrum patrem vocant, Chryso-  
stomus, Præter hos etiam Ambrosius, Amphilo-  
chius, Cyrilus Hierosolymorum episcopus. Quod si is, qui hæc expositionem doctorum contra veneras imagines edidit, ait se à sanctis patribus, qui per ea tempora floruerunt, non fuisse receptum, quomodo ea que sancti patres non probauerunt, nos qui circa fines seculorum occurrimus, & indigni sumus vt discipuli eorum vocemur, recipimus? Præsertim cum falsò contra ecclesiam edita sint. Apage cum ista impia & intolerabili editione. Neque hic linguas suas acuant, & exercent vaniloqui isti accusatores recte sentientium, quasi illi, qui antiquam ecclesie traditionem recipiunt, beato Epiphano aduersentur, Nequaquam. Commentarium enim illud reiicimus beatum autem patrem catholicæ ecclesie doctorem cognoscimus. Nam & diuini patres, qui in quarta vniuersali synodo fuerunt congregati, epistolam quæ

nomine Iba episcopi Edeffe ad Marin Persam circumferbatur, anathemate damnauerunt, quasi Nestorio consentientem. Eodem etiam modo qui in sacra quinta synodo conuenerunt: ipsum autem Ibam nequaquam (non enim demonstrari poterat quod esset Iba) Quam ob rem in anathematismis non ipsum Ibam deuouerunt, sed Iba epistolam. Dicebatur enim Iba, cum tamen illius nequaquam esset. Iudicatur ergo omnes qui auditis, & verum à falso discernite, quia editiones istæ non sunt beati istius patris, sed potius Manichæarum, quas veluti amara bile plenas fugiamus: Manichæi enim & quicumque confusio-  
nis fuerunt authores, contemplationem istam nunquam ferre potuerunt.

*Gregorius pro hæreticis.*

Similiter & Gregorius theologus in versibus suis dicit: Flagitium est, fidem habere in coloribus & non in corde. Ea enim quæ in coloribus existit, facilliter eluitur, quæ verò in profundo mentis, illa mihi amica.

*Epiphanius pro synodo.*

Peruerse rursus cogitantes & aliud dictum Gregorij theologi subiiciunt, quid à dicto patre scilicet editum est: Flagitium fidem habere in coloribus, non in animis, quæ facile elui potest, sed profunditas mihi chara. Ab his autem sic falso scribitur. Flagitium est, fidem habere in coloribus, & non in corde: ea enim quæ in coloribus existit, facilliter eluitur, quæ verò in profundo mentis, illa mihi amica. Beatus enim Gregorius theologus in metricis suis opusculis dictum illud quod hi citant, ad moralem quendam sensum attulit. Corrigit enim vitam nostram, vt abstineamus à temporalibus & mundanis rebus, voluptatibus, scilicet carnalibus, & spiritualem rursus vitam (quæ ad cælestia perducatur) eligamus. Nec credamus mundo huic, nec temporaneis, & non manentibus adhæreamus (hæc enim colores vocant) sed potius spiritualibus & veris insistamus, quæ in corde stabilitum habent, & in æternum manent.

*Gregorius pro hæreticis.*

Chryso-  
stomus sic docet. Nos per scripta, sanctorum fruimur præsentia, non sanè corporum ipsorum, sed animarum imagines habentes. Nam quæ ab ipsis dicta sunt, animarum illorum imagines sunt. Maxima verò recti inuestigatio (inquit Magnus Basilius) meditatio scripturarum diuino afflatu nobis datarum. In his enim & rerum argumenta inueniuntur, & vitæ beatorum virorum præscriptæ, veluti imagines quædam animarum.

*Epiphanius pro synodo.*

Qui quicquam recte sapit, nequaquam hæc ad subuersionem sacrarum imaginum pertinere intellexerint. Omnibus enim manifestum est, cum audimus virilia & fortia sanctorum facta, constantiam firmitudinemque animorum illorum nos beatificare, & laudare. Quinetiam cum in diuinis scripturis sanctorum vitas legimus, cumque in picturis easdem contemplamur, in memoriam reuocamus quanto perire in Deum feruore fuerint accensi. Nam quæ oratio per auditum exhibet: hæc scriptura tacens per imitationem ostendit, vt Magnus inquit Basilius.

*Gregorius pro hæreticis.*

Et Alexandria lumen Athanasius dixit: Quomodo non miseratione persequendi sunt, qui creaturas adorant, quod illi qui vident, non videntibus culem exhibent, & audientes non audientes orant, præcane

turque. Creatura enim à creatura nunquam seruari tur.

*Epiphanius pro synodo.*

Papæ quanta infania. Nunc enim nouam quadam blasphemiam excogitantes, planè à veritate deuiant. Nam ea quæ diuinus vir contra idola locutus est, hæc isti homines etiam post cognitionem veritatis & confessionis synceræ, & diuinæ regenerationis tribuunt, & præter vnum vniuersorum dominum, creaturis Christianos & idolatriam commisisse asserunt.

*Gregorius pro hæreticis.*

Similiter Amphilo-  
chius Iconij episcopus ita inquit: Non enim nobis sanctorum corporales vultus in tabulis coloribus effigiare cura est, quoniam his opus non habemus, sed politiam illorum virtutum memores esse debemus.

*Epiphanius pro synodo.*

Hæreticis proprium est mutilatas exquirere sententias. Nam si quis studiosè exquirat, haud facile hanc beati patris sententiam inuenit contra venerandarum imaginum representationem: sed affectio-  
nis animæ sanctorum virilitatem & constantiam celebrans, & prædicans virtutum efficaciam, hæc dicit beatus pater: maxime quo nos ad imitationem perducatur. Non enim sanctos propter carnalem amorem laudamus, nec pingimus, sed quo virtutum illorum simus memores. Et in libris quoque vitas illorum describimus, in tabulisque illos depingimus: non quod hoc à nobis postulet ipsi, verum id nostra causa, & propter vtilitatem nostram sancimus. Non enim solum passionibus martyrum nos instituunt, sed & contextus, & scriptum de illorum passionibus picturaque idem indicans. Vnde (vt veritatis verbum nos docet) hæc oportet facere, & illa non omittere. Hoc idem late disputat magnus Basilius in suis moralibus sermonibus. Asterius etiam Amasiæ episcopus similiter docet veterem esse de imaginibus traditionem vt patet præter alia ex sermone, quem in Lazarum, & diuitem epulonem conscripsit.

*Gregorius pro hæreticis.*

Consatenea his etiam Theodorus Ancyre episcopus sic docet: Sanctorum formas & species ex materialibus coloribus formari minime decorum putamus: horum autem virtutes, quæ per scripta traditæ sunt, veluti viuas quasdam imagines reficere sub inde oportet. Ex his enim ad similitudinem imitationem & zelum peruenire possumus. Dicant enim nobis qui illas erigunt statuas, quænam vtilitas ex illis ad se redit? an quod qualiscunq; recordatio eos habet ex tali speciei contemplatione: Sed manifestum est, quod vana sit eiusmodi cogitatio, & diabolicæ deceptionis inuentum.

*Epiphanius pro synodo.*

Multi nostrum diligenter querentes & indagantes in sermonibus huius Theodori præsentem sententiam, nusquam sane inuenimus. Ex quo conuincitur euentia esse testimonia ab istis citata: ideoque nec locum sermonis, nec librum vnde hæc sententia descripta esset, designarunt.

Deinde adducunt & quædam alia testimonia similia ex Eusebio Pamphili hæretico, quæ Epiphanius contemnens, refellit, quoniam author in reprobum sensum traditus, Arrij placitis consensit, vt ex cunctis historicis suis libellis constat, in quibus filium & verbum Dei creaturam vocat, & secundo ado-

randum loco. Huic opponit Epiphanius Athanasium in dogmatica ad Eusebium presbyterum epistola cuius initium: in quibus existimasti nos &c. & Cyrillum in epistola ad Succensum &c. contrarium dicentes.

*Tomus sextus.*

Continet tantum anathematismos 19 conciliabuli sub Leone habiti: in quorum septem prioribus recte sentiunt, & patrum traditionibus conuenientia dicunt, quippe qui mysterium sanctæ Trinitatis, & incarnationis Dominicæ iuxta orthodoxas fidei regulas explicant. In reliquis vero anathematismis ab rogandum imaginum vsum, & damnandum in ecclesia catholica definiunt: quibus Epiphanius respon-  
det.

*Epiphanius.*

Vocem qua dominus ad Coryphæum apostolorum Petrum vsus est, animo debebant intelligere: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt illi: sed ab hac ædificatione & harmonia alienati, digna que risu excipiantur definiunt.

*Gregorius.*

Nemo hominum, qualiscunq; tandem fuerit, tale institutum & impium & impurum posthac sectetur. Qui verò ab hoc die imaginem ausus fuerit sibi parare, aut adorare, aut in ecclesia aut in priuata domo constituere, aut clam habere: si episcopus fuerit aut diaconus, deponitor si verò solitarius aut laicus anathema percellitor, imperialibusque constitutionibus subiicitor, vt qui diuinis decretis repugnet, & dogmata non obseruet.

*Epiphanius.*

Non satis illis fuit, quod ecclesiam omnem carpsent & vellicauerint, nisi nunc quoque impiè definiant non faciendam esse imaginem, nec illi etiam qui sibi sic faciendum esse persuaserit. Vsq; ad eum venerandarum imaginum demonstratio in ecclesia obtinuit, vt ab eo tempore quo euangelium prædicari coepit, ad hæc vsque tempora recepta fuerint. Iam autem cognoscimus omne quod antiquitate excellit, venerandum esse. Quid enim aliud \* Corinthiis mandat diuinus apostolus dicens. Seruate traditiones quas accepistis? Et rursus Timotheo & Tito, Prophanas vaniloquentias auersemini? Omnes igitur Christiani qui in ecclesia catholica geniti sumus, traditiones quas accepimus seruamus, & in iis stabiliti sumus: nouamque hanc vaniloquentiam, secuti diuinum apostolum, reiicimus. Et quæcunque patribus pro tempore super fundamentum apostolorum & prophetarum ædificare placuit, recipimus. quæ verò secus se habent, vt hostilia respuimus. Dico autem quæcunque ab inimicissimis & impiis hæreticis veluti nugæ allata sunt, in quorum numero quoniam & hi nuper vaniloqui Christianorum accusatores sunt, ob id eos execramur: nam non modo linguam habent in impietate & peccato imbutam, sed & manus docuerunt omnem lycophantiam expedire, verberarique dicentes: Constitutionibus imperialibus subiicitor qui non ita fecerit. Ex hac igitur voce per omnem terrarum orbem multa & varia designata sunt. Continuum enim crudelitatem & ipsi principes, duces & falsi episcopi exercuerunt. Sed quænam lingua calumnitatem istam poterit exprimere? vnde & quomodo hanc narrationem aggrediar, non video. Nam quot

Mat. 16. 18

Mat. 23.

2. Theff. 2. d  
1. Tim. 6. d.  
2. Tim. 2. c. d  
Tit. 3. e

quor terrores, persecutiones, per omnes ciuitates custodia, monachorum flagellationes, carceres, multis his annis extiterunt? Taceo pedicas, catenis ligatos pedes, sacrorum vasorum oblacionem, librorum exustionem, sanctorum templorum prophanationes, sanctorum monasteriorum prophanas in mundana hospitia & tabernacula translationes, quod scilicet in iis pietatis & religionis studiosi viri habitarent, post raptum substantiæ & bonorum, transmigratio nes in barbaras nationes existimantiu se posse apostolicè meliorem vitã inter gentes quã apud suos ducere. Et quod omnium grauissimum est, in hunc vsque diem prophanatio ista monasterioru apud quosdam adhuc manet. Et pro sacris hymnis & voce lætitiæ in tabernaculis iustorum, cantica meretricia & fatanica melodiæ audiuntur: & pro geniculationibus, saltationes theatrales celebrantur. His adice pericula, turbationes, vexationes, verbera, pœnas, oculorum extritiones, narium amputationes, linguarum abscissiones, inhonestas fugas & exilia prioru, qui per omnem terram dispersi sunt, sanctorum facierum adustiones, barbæ vellicationes, adustionesque virginum, postquam Christo dedicatæ fuerant impias & violentas nuptias, & quod vehemenssimum est malorum cedes. Hi sunt fructus horum hominum, qui contra veritatem insurgunt. Hæc vera infamia, & non iudicium verum. Inspexit hæc deus, & ex omnibus malis liberauit ecclesiam suam. Gloria sit illi. Amen. Ab impio autem consilio suo se ducti, ex ipsa veritate arguunt, dicentes.

*Gregorius:*

Determinamus & hoc, ne quis hominum ex iis qui præ sunt ecclesiæ, aut sacratis adibus, sub prætextu exterminationis aut eleuationis talis imaginum erroris, manus in ea quæ sunt deo sacrata, iniiciat: quia possunt transferri in alios vsus eiusdemodi idola.

*Epiphanius:*

Hæc eruant ora quæ dominum non verentur neque venerantur. Quis enim, modò mentem diuino timore firmatam habeat, ea quæ deo oblata sunt & dedicata, idolorum appellatione dedignetur? Profectò non fatis noui num rudes & imperiti rerum id aufint. Nisi planè obliuati essent magni & salutaris illius mysterij, quod deus verbum caro factum, & in nobis habitans, operatus est, cum scilicet nos ab idolorum errore liberaret. (Sic enim) qua voce isti vtuntur) a piis gentium idola nominantur. Sed sunt nugaces verborum strepitus & battarismata & apophthegmata oris illius, quod stereoreis alimentis vsus vapores fœridos animo mentique immittit, & deliros insanosque istos homines, risu dignos iudicat quamobrem inferunt:

*Gregorius:*

Neque etiã in sacras vestes, aut alia vela, aut quicquid consecratum est in sacrum dei ministerium, nequa ratione in abusum conuertantur.

*Epiphanius:*

Qui hæc tenus calumniis persecuti sunt, definiuntque venerandas imaginum picturas non recipiendas in sacris dei ecclesiis, & qui eas idola & sic vocauerunt: nunc tanquam obliuati impij sui decreti, has in ecclesiis manere volunt. Quod si autem deo consecrata sunt, quomodo turpes & diabolicæ insidiationis inuentiones habebuntur? Sed manifestum est quod sit Caiphaica assertio. Nam is animi qui-

dem malitia Christum occisum cupiebat: at ignorantia veritatem dicens, seruatore illum humani generis confessus est. Eodem modo & isti, malitia quidem errorem, idola & diabolicæ insidiationis inuenta, sanctorum imaginum inspectionem cauillantur, verum contra animi sententiã, has sacras & deo dedicatas confiteri coguntur, & laqueis propriæ nugacitatis implicantur. Quare illos qui se sequuntur, præstigijs decipientes alloquuntur.

*Gregorius:*

Si quis autem à deo potestatem nactus, hæc ipsa vasa aut vestes in meliores vsus conuerti voluerit non ausit hoc sine sententia & voluntate sanctissimi & beatissimi vniuersalis patriarchæ & imperatorum nostrorum piorum iussu, ne diabolus sub eo prætextu ecclesias dei humiliet. Neque aliquis ducum, aut magistratus, aut laicorum cohortes sub illis constitutæ, in diuinas ades manus iniiciant, easque veluti captiuas prophanent quemadmodum à quibusdam antehac factum est.

*Epiphanius:*

Quis propter hanc legislationem non insigniter rideat, imò magis non luceat? Propter hæc enim vana verba multi ausi fuerunt, Briarei giganteasq; manus sacris armarijs iniicere, ab his videlicet occasum sumentes. Labilis enim est & lubrica improbitas. Videntes enim ipsos sanctissimos (vt isti aiunt) reuera autem falsos episcopos, aurum & argentum ex dedicationibus, & imagines quæ in musæis, sibi ascribere, & in priuatos vsus uertere, & ipsi quoque sic fecerunt. Hæc enim in gutturnijs, pelues, theatrorum iudicio prophanata sunt.

*Gregorius:*

His ita se probè habentibus, & dei gratia confirmatis, iustum esse decreuimus hoc nostrum catholicum & deo grato scripto, definitiones breues veluti in summam edere, quandoquidem & nos videmur apostolicè dicere: Quin etiam credimus nos spiritum Christi habere, & quemadmodum qui antea in illis crediderunt & synodos congregauerunt, decretaque & definitiones ediderunt, ita & nos quoque id ipsum credimus. Quamobrem post sacras aliquot præmissas patrum definitiones consequenter & conuenienter nostra determinabimus.

*Epiphanius:*

Multa & diuersa in superioribus nugari, & propriam improbitatem manifestè determinantes & multa distrahentes, nunc se ipsos doctoribus ecclesiæ contendunt comparare, & sacris illorum declarationibus, has impias suas definitiones connumerare se iactant, nimirum mendacium cum veritate, tanquam venena noxia cum melle, miscere contententes. Sed qui spiritu dei aguntur, facile malum bono diiudicauerunt: & quæcunque à sanctis patribus rectè statuta sunt, recipient: quæ verò ab his peruerse & improbè statuuntur, auerfabuntur. Isti enim falsidici confitentur se deum cognoscere, verum à regia via per calles & anfractus decedunt. Nostræ enim sinceræ fidei verba, veneno improbitatis imbuunt. Habent nanque consimilem cum hæresiaribus veteribus ignorantiam. Nam & ipsi multa cum catholica ecclesia conuenientia dixerunt. In vno autem aut altero transgressi, anathema acceperunt, cum quibus sanè & isti partem habent, etiam si sic dicant.

*Prima definitio:*

Gre-

*Gregorius:*

Siquis secundum apostolicas & patrum traditiones de patre, filio, & spiritu sancto, non confessus fuerit vnam & eandem deitatem, naturam & substantiam, voluntatem & actionem virtutem & dominatum regnum & potestatem in tribus subsistentiis siue hypostasibus, nepe personis, glorificatam, anathema.

*Secunda:*

Siquis non confessus fuerit eiusdem sanctæ Trinitatis vnum, videlicet filium & verbum dei & patris, dominum nostrum Iesum Christum, ante secula quidem ex patre secundum deitatem, in extremis autem temporibus ipsum propter salutem nostram à cœlis descendisse, & incarnatum ex spiritu sancto & maria virgine, & ex eadem natum, supra omnem humani intellectus comprehensionem, anathema.

*Tertia:*

Siquis non confitetur deum esse secundum veritatem Emmanuel, & ob id virginem sacram deiparã, quæ secundum carnem, carnem factum ex deo verbum genuit, anathema.

*Quarta:*

Siquis verbum ex deo patre secundum hypostasim non vnitum & vnum esse cum propria carne Christum, eundem videlicet deum & hominem non confessus fuerit, anathema.

*Quinta:*

Siquis non confessus fuerit dei carnem viuificantem esse, & propriam ipsius ex deo patre verbi, sed veluti alterius præter ipsum, vnitam secundum dignitatem, videlicet quasi tantummodo in ea diuinã habitationem habuerit, minimè verò viuificantes, vt diximus, quod factum sit in proprietate verbi omnia viuificare potens, anathema.

*Sexta:*

Siquis non confessus fuerit in vno Christo, vero deo nostro, duas naturas, & duas naturales voluntates & duas naturales actiones, communicanter indistinctim, incommutabiliter, impartibiliter, inconfuse secundum patrum sanctorum traditionem anathema.

*Septima:*

Siquis non confessus fuerit dominum nostrum Iesum Christum post assumptionem animatæ rationalis & intellectualis carnis, simul sedere cum deo & patre, atque ita quoque rursus venturum cum paterna maiestate iudicaturum viuos & mortuos, non amplius quidem carnem, neque incorporeum, tamen vt videatur ab iis à quibus compunctus est, & maneat deus extra crassitudinem carnis, anathema.

*Epiphanius:*

Hucusque rectè sentiunt, & patrum traditionibus conuenientia dicunt: imò potius tanquam sua propria dogmata asserentes, sibi laudem & gloriam vendicant. In subsequentibus autem amara venenatæ & viperinæ linguæ dogmata phariseis lethalibus plena euomunt.

*Gregorius:*

*Octaua:*

Siquis diuinam dei verbi secundum incarnationem figuram materialibus coloribus studuerit effigere, & non ex toto corde oculis intellectualibus ipsum sedentem à dextris patris, super Solis splendorem lucentem in throno gloriæ adorare, anathema.

*Epiphanius:*

Absurdi & præter modum admirabiles allegori-

stæ in hac venefica definitione iudicantur. Apostolo enim filium dei patris figuram prædicante, propter incommutabilitatem substantiæ ipsius commutatione facta in carnem à deo verbo assumptam obliquè cogitat, & ex animis insipientibus nouam quandã definitionem eruât. Nouimus enim omnes quod caro quam assumpsit, diuersæ substantiæ à natura verbi dei existat. Hoc, inquam, in veritate præfides ecclesiæ sancti apostoli, & admirandi nostri patres, nos docuerunt. Nam absconditorum spectator Paulus, diuinus (quemadmodum dictum est) apostolus, volens consubstantialitatem filij & dei verbi ad deum & patrem prædicare, nihil aliud appropriatum & concinens inuenit quam vt exclamet characterem hypostaseos patris ipsum filium. Isti verò veritatem mendacijs subuertere conantes, tumultuarijs & putridis vocibus insistentes, odio venerandarum imaginum mendacium inducere conantur. Vnde in blasphemum & peruersum sensum collabentes & in reprobam sententiam traditi, dicunt:

*Gregorius:*

*Nona:*

Siquis incircumscribibilem verbi dei essentiam & hypostasim, propterea quod incarnatus est, naturalibus coloribus in imaginibus ad formam hominis depinxerit, & qui non theologicè sentit eã post carnem non minus incircumscribibilem remansisse anathema.

*Epiphanius:*

Tanquam circa opportuna apostolicarum traditionum negocia occupati, pestilentem morbum spirantes, sententiamque corrumptes omnia dicunt. Nam turpitudinem erroris & fraudis, rectis verbis prætexunt: & impostore animo ad naturam incircumscribibilem diuini verbi, carnem assumptam ab eo & circumscripam coaptant. Hoc enim aperte indicat, quod ab illis dictu est, nihil minus incircumscribibile existens. Vbinam hanc vaniloquẽtiam inuenere sapientes isti in rebus vanis? Blasphemiã enim plenè est, quod post incarnationem, incircumscribibilem fuisse asserunt Iesum, omnium dominum, nostrum verum deum, maximè cum is discipulos suos ita affatur: Lazarus amicus noster dormit: & gaudeo propter vos quod istic non fuerim. Nonne igitur hoc quod istic non fuerim, circumscribi potest? profectò potest. Et vt ea quæ ante mortem de illo euangelicè dicta sunt, omittamus, cum post resurrectionem se exhiberet mulieribus, nunquid hac ratione circumscribi nequit? Profectò potest. Cum se duobus discipulis ostendit, nonne circumscriptione dignu est? Est profectò. Quod clausis ianuis ingressus sit, & à Thoma contactus, quid aliud quam circumscriptio? Item quod discipulis in Galilæam profectis, & eum istic videntibus & adorantibus, quidnam est? Nempe ipsum quod dixi. Quod discipulis inuentibus in cœlũ assumptu est, & ab angelo ipsis astãte & dicente audierit? Quid statis, o viri, defixis oculis in cœlũ aspicientes? Hic: Iesus qui assumptus est à vobis in cœlũ sic veniet quemadmodu vidistis illu abeuntẽ in cœlũ. Nonne hæc sunt circumscriptione digna? Sunt sanè. Sic enim omnes nostri diuini patres tradiderunt. Et manifestu est rectè sentientibus, quod quemadmodum deus, & verbum dei patris inuisibile, & incom-

prehensibile



prehensibile, & in omni loco dominationis suæ existit: ita secundum naturam humanam quam assumpsit, visibilis est, & circumscriptibilis est, quemadmodum ipse discipulis suis dixit, quod istic non fuerit. Item est comprehensibilis, sicut Thomas nos credere fecit. In multas igitur improbitates, propter unam istam blasphemiam qua Christianos decipere conantur, ruunt. Calumniantes autem deinde loquuntur.

Gregorius.  
Decima.

Siquis indiuisam dei verbi naturam & carnis secundum hypostasim vnitionem, videlicet ex vtrisque vnam inconfusam & impartibilem perfectionem factam, in imagine depingere conatur, vocatque eam Christum (Christus enim nomine vno & deum & hominem significat) & ex ea re confusionem duarum naturarum monstruose asserit, anathema.

Epiphanius.

Impudentia, deceptionis verbo recto imprimitur. Et indiuisa & inconfusa secundum hypostasim vnitioni imaginum structuram opposites, tanquam confusionem duarum naturarum mendaciter & improbe accipiunt. Sed veritas domini ligata non est quod autem Christi nomen, duarum naturarum significatiuum est, apertum: altera enim ratione visibilem, altera inuisibilem naturam demonstrat. Ipse enim Christus hominibus per velum carnis suæ visus est, quamquam diuina natura in eo celabatur, tamen per signa elucebat. Sancta igitur catholica ecclesia, quemadmodum accepit ab apostolis & patribus, ipsam formam quam ab hominibus visa est, pingit: neque tamen ob id Christum diuidit, quemadmodum isti falso dicunt. Imago enim secundum nomen tantum, & non secundum definitionem cum primo exemplari communicat: quia (quemadmodum in superioribus sæpe diximus) anima priuata est, quam nemo circumscribere potest, quia inuisibilis est. At si animam, quamvis creata sit, nemo pingere potest: quanto minus inuestigabilem & incomprehensibilem vniuenti filij dei deitatem potuerit quisquam cogitatione comprehendere, ut sensibilibus a se depingatur? Conuersus est itaque dolor eorum in caput ipsorum. Anathema enim quod ipsi nugantur, in illis manebit in perpetuum.

Gregorius.  
Vndecima.

Siquis carnem hypostasi verbi dei vnitam diuiserit, & in nuda excogitatione mentis eam habens, ex eo conatus fuerit illam in imagine depingere, anathema.

Epiphanius.

Diuisus Gregorius, qui à theologia nomen inuenit sic ait: Quando naturam distant excogitationibus, si mul diuiduntur etiam nomina. Quinetiam plurimi patrum hac notione vsi sunt: etenim ita reuera se habere videntur. Ab illa autem & à patrum traditionibus desciscientes dicunt: Si quis carnem hypostasi verbi deivnitam diuiserit excogitatione mentis. Itaque in hoc deprehenduntur repugnantes patrum traditioni. Sed cum subinde eandem rem inculcant, veritati apertissimam contradicere cognoscuntur. Ecclesiam enim cum Nestorio sentire, falso asserere nituntur. Sibi autem ipsis consentanea dicentes, inferunt.

Gregorius.  
Duodecima.

Siquis vnicum Christum in duas hypostasies di-

uiserit, ab vna parte dei filium, & ab altera parte Mariam filium collocans, neque continuam vnitionem factam confitens, & ob id in imagine tanquam perse subsistentem Mariam filium depinxerit, anathema.

Epiphanius:

Eadem toties infarciunt, ut breuibus satis dici nequeat quæ ab ipsis nugæ proferantur. Adiungentes autem impiam Nestorij opinionem sacrarum imaginum effigurationi, paradoxa quædam & inanes sermones commiscunt: quorum destructionem cum antea sæpe ostendimus, nunc eadem silentio præterire decreuimus. Eructant autem iterum talia.

Gregorius.  
Decimatertia.

Siquis ex vnitione ad diuinum verbum deificatam carnem in imagine pinxerit, veluti diuidens eam ex assumpta deitate, & indeificatam ex hoc eam conficiens, anathema.

Epiphanius

Cum ecclesia catholica Christum pingit humana figura, non diuidit eum à diuinitate illi vnita, magis autem deificatam illam reddit & consimilem deo illam confitetur, quemadmodum rei veritas habet, & magnus docet Gregorius: non verò, ut ipsi indocti & imperiti barbarismum committentes, indeificatam dicunt carnem domini ex hoc confici & formari. Quemadmodum aliquis hominem pingens, non inanimatum hominem facit, sed ille animatus manet & imago, ipsius imago, ab eo quod illum imitatur, dicitur: ita quoque imaginem dei facientes, deificatam carnem domini confitemur: imaginem autem nihil aliud esse cognoscimus, quam imaginem, significantem scilicet primi exemplaris imitationem unde & nomen accepit, & hac ratione cum ea duntaxat communicat, & ob eam quoque causam pia & veneranda. Quod si autem hominis sit improbi aut dæmonis, prophana & execrabilis existit, quoniam & ipsum primum exemplar, ad quod facta est. Laborantes igitur in vanum fructum sterilitatis secum adferunt, à quo non desistent, cum dicant hæc etiam.

Gregorius.  
Decimaquarta.

Siquis in forma dei existentem deum verbum serui formam in propria hypostasi assumentem, & per omnia nobis simile factum sine peccato, conatus fuerit materialibus coloribus figurare, veluti si nudus homo fuisset, & hoc modo ab inseparabili & incommutabili deitate seiungere, veluti quaternitatem in ducturus in sanctam & viuificantem Trinitatem, anathema.

Epiphanius:

O insaniam & dementiam. Nullus ne pudor est congerendi anathematis? Sed quemadmodum vermes in cæno volutantes, ita hi quoque viuunt. Hæc posteaquam semel acceperunt, satietatem eius capere nequeunt. Neque quicquam aliud agunt, quam quod ecclesiam dei execrentur, ipsi execratione dignissimi. Eam enim qui benedicunt, ut scriptura testatur, benedicuntur: & qui eam deuouent, ipsi deuouentur. Ipsum autem seruatorem nostrum, nudum hominem existimare, & Christum à deitate separare, & ex illa re quaternitatem per picturam inducere, quis non crasso risu eorum dementiam qui sic loquuntur, prosequatur, imò magis desinat blasphemiam istam. Non enim qui Christum humana specie in imagine pingit, mox etiam quaternitatem inducit

ducit: sed deum verbum, hominem in veritate factum non in phantasia, fatetur. Insanus autem Nestorius duas hypostasies tanquam duas naturas in Christo blasphemè asserens, quaternitatem induxit. Verum dei ecclesia vnam hypostasim Christi in duabus naturis rectè confessa, ad recordationem salutaris illius in carne dispensationis, illum imagine excipere diuinitus docta est. Volentes autem seipsum probos ostendere, & veritatis aliquid aspergunt, dicentes:

Gregorius.  
Decimaquinta.

Siquis non confitetur sanctam semper virginem Mariam, propriè & verè deiparam, quauis visibili & inuisibili creatura superiorem: & cum sincera fide eius intercessionem, tanquam quæ libertatem apud eum qui ex se genitus est Deum habeat, non postulauerit, anathema.

Epiphanius.

In his firmata & stabilita catholica ecclesia, ab iis qui aliter quam dogmata & traditiones eius habent sentiunt, non vult conformari. Nam & dominus à dæmonibus predicatus, eos tamen expulit. Et Paulus diuinus apostolus, & comites itineris eius, probati ab ipsis tanquam homines dei altissimi, & viam salutis annunciantes, ab ipso persecutionem perpessi sunt, ita quoque isti. Quanquam enim aliquod verè dicant, tamen ab ecclesia expulsi sunt & reiecti. Rursus autem tanquam canes ad vomitum proprium reuersi, & sues in volutabro luti, talia grunniunt.

Gregorius.  
Decimasexta.

Siquis sanctorum omnium ideas in imaginibus inanimatis & mutis materialibus coloribus depingere studeat, cum nullum omnino usum adferant picturæ, anathema. Vana enim est excogitatio, & diabolica insidiationis inuentio. Nonne enim satius fuerit illorum virtutes & virilia facta, quæ nobis per scriptas historias tradita sunt, veluti viuas quasdam imagines in seipso depingere, & ad eadem ista seipsum zelo eiusmodi excitare, quemadmodum sancti patres nos docuerunt?

Epiphanius:

Diuini patres neque hoc docuerunt, neque predicarunt, sed sibi ipsis hoc nomen assignant falsi isti accusatores. Eorum enim est deliramentum hoc. Nam & postea se ipsos septimam synodum appellant. Sed sapiens quidam dixit: Commendet te vicinus tuus: non autem os proprium tuum: alienus, & non labia tua. Isti autem neque ab aliquibus laudati, neque ab aliis instructi, sibi ipsi laudem arrogant, & ab hominibus vocari volunt Rabbi: cupientes esse patres catholice ecclesie quam sycophantiis circumueniunt & verum deum reliquisse, idololatriam que ad hæsisse asserunt. Sanè deus per Esaiam prophetam ad eam ait. Ponam te exultationem æternam, lætitiarum generationibus generationum. Et per Ecclesiasticum: Tota pulchra es propinqua mea, tota pulchra, & reprehensio non est in te. Inspiciamus igitur eorum insaniam, quoniam accusant eam idololatriam, cuius ipsi se gloriantur esse doctores. Siquidem igitur idololatriam sunt patres, dicant nobis, num partis ecclesie idololatriam agentis, an totius sint doctores. Si autem partis, debebant sanè ipsi ecclesie catholice auctoritate conuincisse, & ab hac iudicium postulasse, fructusque veritatis ab ea carpsisse, quemadmodum omnes nostri diuini patres errata correxerunt, & quæ

rupta & conscissa erant, connexerunt. Quoniã autem catholica ecclesia hac traditione exclarata est, ipsi ab ea auulsi, videntur eam totam ut errantem contemnuisse. Horrendum est talia loqui: & condemnatio, omnino tacere. Perit enim illis in Christum confessio vera, & omnium rerum corruptela vniuersa inuasit. Sed absint hæc, frustra à nobis dicta sunt. Illi enim hinc illinc se abducentes, nusquam consistunt. Venerandarum imaginum pictura, multis retro annis in ecclesia catholica & venerandis templis publicata fuit. hanc sancti patres & tradiderunt, & vniuersus Christianorum cœtus recepit, ab hoc isti non solum exciderunt, sed & grauissime & horribilissime clamor anathematis illorum. Sodomitarum & Gomorrhæorum more, omnia contempsit: unde peccatum illorum valde ampliatum est. Et quis poterit amplius sustinere insaniam immensitatem, & satyricorum tumultuum laruationes? Vtinã cognouissent veritatem. Omnibus enim pietatis cultoribus manifestum est, quod quemadmodum per scripta que sanctorum passiones nobis à memoria reducunt, ad similia imitanda excitamur: ita quoque per imaginum picturas certamina illorum aspicientes, in recordationem virilitatis & diuinæ vite peruenimus. Deinde recta animi sententia loquuntur.

Gregorius.  
Decimasextima.

Siquis non confitetur omnes qui à seculo hucusque, & ante legem, & in lege, & in gratia à deo data fuerunt, sanctos, venerandos esse coram deo & anima & corpore, & horum intercessionem non petierit, utpote qui libertatem apud deum habeant pro mundo secundum ecclesiasticam traditionem interuenire, anathema.

Epiphanius.

Cum ecclesiasticam traditionem dicebant, debent utique apposuisse. Siquis imaginum picturas non recipit, anathema sit. Perquam vetusta enim traditio ecclesie catholice veraciter habetur & rectè nobis in recordationem prototyporum decreta. Sed hæc respicientes impudentia, sanè eiusmodi imitationem damnabilem ecclesie catholice annunciant, dicentes: Vias tuas scire recusamus. Vnde & post hanc illorum editionem, & intercessionum deo acceptabili consuetudinem reiecerunt, expungentes eam ex hoc illorum scripto. Atque hoc omnes nouere. Hunc nanque morem habent hæretici, quoties vno verbo pietatem contempserint, & veritatis via aberauerint, in multos & varios errores labi: vniuersa enim res veritas, mendacium autem in varia distrahitur. Arriani enim deum verbum creaturam dicentes, post hanc illorum blasphemiam impiam, ex anima illum hominem factum nugati sunt. Eutyches quoque miser, vnam in dispensatione Christi naturam asserens, diuiniorem carnem illum assumpsisse neque nostram humanam confubstantialem effingit. Simili modo & huius hæreseos præsidēs, illos imitati agunt: nam vaniloquentiæ & malitiæ non videntes finem & satietatem, vicina quoque mala ad se trahunt. Et verbula quædam sanctis patribus consentanea dicunt, sed hypocriti tandem veritatem simulant: quare inferunt.

Gregorius.  
Decima octaua.

Siquis non confiteretur resurrectionem mortuorum iudicium, & pro merito cuiusque secundum iustam dei

Acto. 16.

2. Pet. 2.

Proph. 27.

Esai. 60. c.  
secundum 70  
cant. 4. b.

Gregorius  
Nixi dicitur

For. sint.

Gene. 19.

Rom. 14. c

dei libram retributionem, neque finem esse punitio- nis, neque regni cœlestis, quæ est in deo voluptas & delectatio: non enim est regnum dei esca & potus, sed secundum diuinum apostolum, iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto, anathema.

Epiphanius:

Hæc est principium veræ nostræ fidei, sanctorum apostolorum & diuinorum patrum certa sententia, & catholicæ ecclesiæ vnica confessio, atque sequitur, illis propria est, ignorantia & ruditate plena, sic strepens.

Gregorius:

Decimanona.

Siquis hanc nostram sacram vniuersalem septimam synodum non receperit, sed eam quocumque modo calumniatus fuerit, & cum satisfactione omnia quæ in ea definita sunt doctrina à deo afflata, nõ amplexus fuerit, anathema illi sit à patre & filio & sancto spiritu, & à septem sanctis vniuersalibus synodis.

Epiphanius:

Defectio à veritate, metis & animi excaecatio est. Hæc enim illorum sententia, plena omni impietate inscitiam & omnem insaniam secum affert. Non enim docti sunt nisi in ruditate. Nam seipos septimam synodum vocant, & tamen anathematismos suos ita conficiunt, quasi à septima aliqua alia synodo essent antea notati. Sic enim dicunt, anathema sit à septem sanctis vniuersalibus synodis. Quare non magis ridiculi sunt ob inscitiam, quam miserabiles ob impietatem. Veritatem enim relinquentes, & extra regiam & militarem viam ambulantes, in foueas & rupes præ fractas se præcipitarunt. Et rectè illis ob id pro- uerbialis sententia acclamatur: A scia propriae agricola- tiones errauerunt, & congregauerunt manibus sterilitatem. Quapropter sagittas illorum veneno imbutas, & arcus intenos quos contra ecclesiam extenderant, amatores veritatis, & iustitiam inquisitores, in corda illorum detorserunt. Et Dauid in spiritu melodia psallentem arripuit: Lacu aperuerunt huius nouæ improbitatis authores, & effoderunt eum inciderunt in foueam quam fecerunt. Peruersus est labor eorum, & iniustitia eorum peribit. Dicunt enim dulce amarum, & amarum dulce. Statuunt tenebras esse lumen, & lumen tenebras esse dicunt.

Gregorius:

His à nobis cum omni diligentia & industria decretis, definimus nullam aliam fidem præter hanc asserendam, aut conscribendam, aut componendam, aut docendam. Qui secus facere ausint, docendo scilicet aliam fidem, aut asserendo, aut tradendo illis ex quacumque hæresi ad cognitionem veritatis redeunt aut quicunque nouam aliquam vanitatem, aut verborum inuentionem ad destructionem eorum quæ à nobis determinata sunt, adferunt, si episcopi fuerint aut clerici, ab episcopatu & clericatu deponuntur, si verò monachi aut laici extiterint, anathemate deuouentur.

Epiphanius:

Hæc bulbulci isti & indocti à sanctis patribus nostris suffurati sunt, & tanquam propria sibi ascripserunt: quamobrem vanus & ociosus est illorum sermo, nec responsione dignus.

Gregorius:

Diuinissimi imperatores Constantinus, & Leo dixerunt: Dicat nunc sacra & vniuersalis synodus,

num ea quæ nunc lecta est definitio, ab omnibus sanctissimis episcopis collaudetur.

Sancta synodus exclamauit: Omnes sic credimus omnes idem sapimus, omnes approbando volentes subscripsimus, omnes orthodoxè credimus, omnes intellectualiter intellectualem diuinitatem colimus, adoramus. Hæc est fides apostolorum. Hæc est fides patrum. Hæc est fides orthodoxorum, sic omnes latrariam exhibentes adorant. Multi anni imperatorum. Illuminatores pacis domine custodiam vitam domine da eis. Leonti & Constantino perpetua memoria. Vos estis pax orbis terrarum. Custodiat vos fides vestra. Christum honorate: ipse vos seruabit. Orthodoxam fidem vos stabiliuistis. Piam vitam domine da eis. Absit inuidia à regno imperatorum. Deus custodiat robur eorum. Dominus imperium illorum pacificabit. Vestra vita, vita orthodoxorum. Rex cœlestis, reges terrenos custodi. Per vos vniuersalis ecclesia pacificabitur. Vos estis faces orthodoxæ fidei, faces orthodoxæ fidei domine custodi. Perpetua memoria Constantino & Leonti. Constantino nouo piissimo imperatori multi anni Orthodoxum ab ipsis maioribus domine custodi. Vitam piam domine da illi. Absit ab imperio illius inuidia. Multi anni piissimæ Augustæ. Piam orthodoxam domine custodi. Absit ab imperio vestro inuidia. Vos inconfusam Christi dispensationem probè diiudicastis. Vos in diuisum duarum Christi naturarum stabilimentum prædicastis. Sacrarum sex synodorum vniuersalium dogmata confirmastis. Omnem idololatriam obscurastis. Doctores eiuscemodi erroris vos triumphastis. Vos eos qui contraria statuunt, notastis.

Epiphanius:

Quæ consueuerunt Imperatoribus acclamari, proferentes, & animam habentes cæstro mendacij flagrantem, ex ipsa diaboli insidiatione loquuntur, dicentes: Omnem idololatriam vos obscurastis. Vtinam aures nostræ essent obturatæ, ne cogere hanc corrupticem animarum vocem exaudire. Ne intenderis mulieri meretrici, inquit parcemialta. Salutarem enim dispensationis rationem contamine volentes, omnes blasphemiam angulos persecutati sunt. Quid autem ad hanc tristem rabiem dicam aliud, quam quod per Spiritum sanctum regius propheta Dauid locutus est: Venenum aspidum sub labiis eorum, sepulchrum apertum guttur eorum, & linguis suis dolose agunt. Vnde & à consiliis suis cederunt, indicati ab eo qui nos liberauit à cultu idolorum, Christo deo nostro. Ipse enim homo perfectus ob nostram salutem dignatus fieri, omnem idololatriam obscurauit. Inquit enim per prophetam: Ecce dies venient, & nomina idolorum à terra delentur, & non amplius erit illorum memoria. Clarum est prophetiam in ipsum dirigi, & non (vt isti alunt) in potentiam & robur imperatorum. Defectionis enim signum est, hanc gratiam & donationem aliis tribuere præter Christum. Clamant Christiani, ex magniloquo Esaia: haurientes: Non legatus, non angelus, sed ipse dominus seruaui nos. Si uerò (vt ipsi aiunt) conuentus episcoporum, & robur imperatorum nos ab idolis liberauit, genus humanum à veritate fallitur. Nam cum ab errore idolorum secus Christus dominus deus noster nos liberauit, quomodo potuerunt gloriari & iactare à se idipsum

sum factum? O insanam iactantiam. Nam à veritate deficientes, & animo & mente excaecati sunt: & propriis imaginationibus & opinionationibus adulatione imbuti, in mille errores lapsi sunt. Et ea quæ apta & conuenientia regibus acclamari encomia solita sunt, à Christo abstulerunt, & imperatoribus assignarunt quod sanè impium est, & blasphemum valde. Debebant potius virilia illorum facta proclamare, debebant ab hostibus victorias prodere. Item barbarorum casus & excidia, quæ à multis in tabulis & imaginibus ob id suspenduntur, quo posteros illorum ad similia imitanda excitent. Debebant item prædicare quot subegerit sibi inimicos, consilia, trophæa, mundi gubernationem, politicas constitutiones, ciuitatum emendationes. Hæc sunt imperatoribus conuenientes acclamationes & laudes, quæ omnes subditos ad beneuolentiam trahunt. Linguas autem suas adhuc veneno habentes imbutas, & spirantes iras & sycophantias, in obscuro noctis se rectos & probos de gradu deiicere posse opinantes, sic dicunt:

Gregorius:

Germani, Georgij & Manzuris sententiam minus rectam vos dispulistis. Germano bilingui & animo duplici, adoratori lignorum, anathema. Georgio consentienti illi, & falsario paternorum dogmatum, anathema. Iconolatæ & falsigrapho Manzuri anathema. Doctore impietatis & peruerso interpreti diuinæ scripturæ Manzuri, anathema. Trinitas hos tres abstulit.

Epiphanius:

Dicamus ad hæc propheticum verbum: facies meretricis facta est tibi: depudisti apud omnes qui te viderunt. Nam hæc in sua conuicia & contumelias & turpitudinem se exornantes, qui honestè & probè viuunt, subsannant. Peccatoribus enim pietas est abominatio. Ita & isti labijs præditi dolosis, contra iustos gannunt iniquitatem. Sed deus illos in abdito vultus sui abscondit, & à conturbatione horum protexit illos: à conuentione linguarum liberauit eos. Nam vt faces in ecclesia resplenduerunt, habentes verbum vitæ. Germanus enim in literis sacris eruditus fuit, & veluti Samuel à puero deo dedicatus, diuinis patribus semper adhæsit, quare dialogis illius, qui per totum terrarum orbem euulgati sunt, par est acquiescere. Altitudo enim dei in ore illius, & enses ancipites in manibus illius, scindentes eos qui ecclesiasticæ traditioni aduersantur. Georgius autem, cui patria Cyprus, ciuilitate in hac vita degens, Christum deum qui nobis suam dispensationem descriptam reliquit, imitatus, non fuit contentiosus, non clamor, non calumniator, non retaliator conuiciorum ab aliis verberatus, non minabatur, qui illum ad maxillam verberabat, exhibebat huic confestim & aliam, qui cogebat eum ad miliarij vnus iter, adiecit duplum.

Iugum dei à iuuentute portauit, optimus ratus, secundum prophetam sedere in solitudine. Ioannes vero qui ab illis Manzur contumeliose nominatur, cunctis relictis cum Matthæo apostolo Christum secutus est, longè maiores diuitias quam sunt Arabicæ, existimans contumeliam pro Christo. Maluitque simul cum populo Christi affigi, quam

temporariam in peccato voluptatè. Ipse igitur cruce sua sublata pro Christo Christique charis, deum secutus est, & ex oriente per Christum tuba cecinit non arbitratus ferendam quæ in aliena effundebatur regione vaniloquentiam, & eum qui contra dei catholicam ecclesiam instructus est apparatus, rabiosamque insaniam: sed hanc triumphans, vbique adhortatoriè & consolabiliter vitam duxit. In ecclesiis enim veterem consuetudinem diligenter seruandam monuit. Pacificam quoque illam constitutionem & statum quem dominus etiam discipulis in signum quo cognoscerentur, quod sui essent, discipulis dedit: Pacem meam relinquo vobis: conseruare & roborare studuit. Hos igitur venerabiles & dignos fide viros in ecclesia catholica pbatos, illorum leditiosa sycophantia ferre nõ potest. Ita perasam ignorantiam exacerunt turpiter propria lingua: Germanum sacerdotem dei, ancipiti animo hominem, & ligni cultorem. Similiter & Georgium & Manzurem appellauerunt. Nemo enim eorum qui in honore sunt, fratrem qui in vna fide secum viuunt, ita blasphemè alloqui solet. Hebræi autem & Agareni, & alij item fideles, eiuscemodi conuicia & maledicta in diuinam crucem, & venerandas imagines item ipsos Christianos, conuicere solent. Christiani enim non solent se inuicem (vt dixi) huiusmodi conuiciis proscindere. Hi autem fugitini à veritate & ecclesiasticis decretis, tradiderunt se falsis accusationibus & conuiciis, neque aliud quicquam conuehunt, quam plaustra maledictionum & accusationum contra Christianos, eorumque pontifices & sacerdotes, quasi hi reliquerint scilicet Deum uiuentem & verum, & imaginibus culturam exhiberint, facti proculdubio conuiciatores, contumeliatos, loquentes sine iudicio, & in verbis peccantes. Quis autem timentium deum, non propter hanc eorum impietatem in maximum risum non effunditur, aut potius luctum tristitem non assumit? Quoniam vt ait diuinus apostolus, malorum inuestigatores sunt, & suas nugas valere affirmarunt: quas tamen per gratiam dei satis ex falsis illorum sententiis & decretis retudimus, & hæresibus antiquis eorum nuperam vaniloquentiam rectè annumerauimus, abscondentes eam gladio spiritus. Age autem quò moraliter auditorum animos præparemus, apud intelligentes, & qui recta discernere nouerunt, & veritatem amant, singula explicemus.

QUANTO PERE IN ECCLESIA viles sint imagines, quæ hystorias veteris & noui instrumenti representant, breuis demonstratio.



Antea dei catholica ecclesia, ad penitentiam & cognitionem obseruationis mandatorum dei omnes nostros sensus trahit, & ad gloriam dei cognoscendam studet nos deducere, non modo per auditum, sed & per visum, morum correctionem moliri cupiens, quare ea quæ acta sunt, omnium oculis optat etiam esse conspicua. Cû enim ex auaritia & habendi studio aliquem rapit, Matthæum ex Telone apostolum illi indicat, qui relicta auaritiæ insaniam, Christum sequitur. Eodem modo Zacheu ascendentem in Sycomorû arborè, & Christum desiderantè videre, & coparentè

Ioan. 14. d.

Infidelit.

Hier. 3. b

Germanus scriptor aliorum dicitur.

Psal. 149.

Georgius cyprus.

Threno 3. d. Hunc Ioan- nem Man- zurem qui- dem putant Ioannem da- mascepsum.

Matth. 9. a. Marc. 20. b. Luc. 19. f. Luc. 19. a.

sefe. vt dimidietatem bonorum suorum det pauperibus: & si quem defraudarit vt reddat illi quadruplum. Ita imaginum picturarum iugis contemplatio, continuo memoriam exercet, ne iterum recurratur ad proprium vomitum. Si quem autem amore meretricio detentum rapere cupit, casti Ioseph imaginem proponit, qui adulterium execratus, & temperantia illam vincens: atque hoc ipsum factum in imagine representatū, amatores huius virtutis multum confirmat. Rursus alibi beatam Susannam continentia exornatam exhibet, extensis manibus auxilium ex alto inuocantem, Danielemque præsidentem iudicem, eruentem eam è manibus impiorum sacerdotum.

Ipsa autem pictura, ad recordationem temperantis & continentis vitæ facit. Rapere vult aliquem luxuriosum, mollibusque vestimentis indutum, & non erogantem in pauperes, quæ posset ab illis pretiosis vettibus sumere, & à sua delicata vita? Iohannem huic pilis camelorum indutum, edentem syluestre mel, & digito Christum, qui suffert peccata mundi, indicantem exhibet. His adiungit Basilium magnum, & cum eo solitariorum ieiunantiumque corporibus in terram stratis, multitudinem sedatis sit, horum paucorum mentionem fecisse: reliqua auditoribus inuestiganda reliquo. Habemus etiam totam Euangelicam narrationem depictam, & in recordationem diuinorum nos ducentem, gaudioque nos implentem. Hæc enim cum nobis ob oculos fuerint posita, corda illorum qui timent Deum, exultant, florent vultus, anima contristata, in voluptatem transformatur. Et cum diuino patre David psallit: Recordatus sum dei, & exultaui. Itaque semper per eam Dei recordari possumus. Nam est cum lectio in sacratis templis non pronuncietur: Imaginum autem apparatus, & mane & meridie, & vespere in his fixus, actorum veritatem nobis narrat & annunciat. Traditionem itaque ecclesiæ recipimus, legislationem eiusdem veneremur ne flocci pendamus piam & diuinam consuetudinem, in vetera & prisca iudicia ne simus curiosi. Omne enim quod in recordationem Dei erigitur, acceptum illi esse constat. Qui autem se excludit ab ista traditione quam acceptarunt quicumque germani in Ecclesia catholica filij fuerant, an non sunt nothi & minime legitimi?

An nondum sentimus probam & laudabilem esse imaginum erectionem? an non sentimus spiritualiter nos per eas referri ad prototyporum recordationem? Sane sentimus. Quapropter non in dignas habebimus eas honore, salutatione, & veneratione, debitamque adorationem illis dare debemus.

Siue igitur placebit salutationem siue adorationem appellare, idem profecto erit. Modo sciamus excludi latrariam. Hæc enim est alia à simplici adoratione, vt alibi sæpe est ostensum. Qui autem est adoraturus venerandam imaginis picturam, si dignus est, accedat: si indignus sit, purgetur, deinde accedat. Non autem in seditione satanica aut timiditate suspicionis occasionem malignam habeat, quod scilicet latrariæ sit illi exhibiturus. Absit ista suspitio. Dei enim impugnatores & vaniloqui, serpentem imitantes, hæc lingua impudica dicunt. Serpens enim ad mulierem veniens, stridens mendacia loque-

batur: Qui d est quod dixit Deus. Ab omni ligno paradisi comedes, à ligno autem quod est in medio paradisi, ne comedatis ab illo? Sic & hi mentes muliebres decipiunt dicentes. Quod si quis adorauerit imaginem domini, aut intemeratæ Deiparæ dominæ nostræ, aut sanctorum angelorum, aut alicuius è sanctis, is in spiritu latrariam illi exhibet: Cauete ne decipiimini oratione istorum. Cauete ne dolosa labia vos seducant. Admonitio & transgressio diaboli hæc est. Gregorius ille theologus huiuscemodi cogitata subuertit, adhortatus nos omnes ad Beate em venerationem, & ad presepis adorationem. Cum illo gloriosus Maximus, cuius laus in omnibus ecclesiis, quando cum quibusdam de Ecclesiasticis negotiis agebat, diuinam figuram venerabilis crucis, item sacrum Euangelium & venerandam imaginem iussit in medium adduci, voluitque vt in confirmatione actorum, oscularentur ab omnibus. Qui vero ab immortalitate nomen habet Athanasius, clarissimè nobis in epistola ad Marcellinum, quam proposuit libro interpretationum psalmorum, disserit sic dicens: Librum psalmorum aliquis assumens prophetias de saluatore, cōtinuo, vt in aliis scripturis, admiratus & adorans enarrat. Vides quomodo admirandus pater noster prophetias adorandas esse iubet. Quod si autem pium est eas adorare, quanto magis exitus prophetiarum declarationum in imagine videntes, necessario adorabimus. Habet enim prophetia. Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium. Hanc igitur prophetiam nos in imagine videntes, nempe virginem in vlnis habentem quem peperit, quomodo non poterimus adorare & salutare?

Quis tam indoctus, qui audebit differre salutationem? Dignos igitur nos faciamus adoratione, ne indigne adgressi, pœnam Ozan incurramus. Hic enim arcam domini nutantem attingens, eadē hora interiit, cum indigne ad eam appropinquaret. Quamquam & ipsa ex diuersis figuris esset variata, & ex lignis constructa, quemadmodum imaginum materia est.

Qui vero dicunt, sufficere vsum imaginum ad memoriam solum, non vero ad salutationem eas habendas, illud quidem recipientes, hoc vero recusantes, semprobi quadantenus & falsoueri vt ita dicam reprehenduntur, altera quidem parte veritatem confitentem, ex altera vero peruerse agentes.

O insignem quoque horum insaniam. Igitur qui accusatores sunt veritatis & orthodoxæ fidei, nunc consonos nos habituri sunt? & in reprobatione ecclesiasticarum traditionum accusabimur, veniamque postulabimus?

In omnibus his præcepta seruemus: in mandatis prophetiam vocem auribus percipientes, ambulamus. Hæc ita dicit.

Si annunciatum fuerit ibi, ô homo, bonum aliud quam Dominus à te requirit, aut quam facere iudicium, & diligere misericordiam, & paratum esse ambulare cum domino Deo tuo, huic non acquiescas. His itaque animum applicemus, linguam refrenemus, quo à mendacio, conuitio & turpiloquentia discedat.

Oculum contineamus, ventrem disciplinemus, in psalmodiis & precationibus fortes simus.

In omnibus que à deo nobis largita sunt, gratias agamus. Iuramentis non insistamus, sed vocem domini audiamus, dicentis: Ego dico vobis. Ne iurate: Inanem gloriam sub pedibus calcemus. Maximum bonorum omnium, misericordiam & dilectionem amplectamur, & hanc timori dei coniunctam. Nam dilectio quæ est sine timore dei, reprobata est. Quia & Iosaphat amabatur ab Achab, sed audiuit: Si cū peccatore amicitiam inieris, si exoso à Deo, suppetias tuleris. Igitur cum timore dei omnia agamus, postulantes intercessionem incontaminatæ deiparæ & semper virginis dominæ nostræ Mariæ, item sanctorum angelorum, omniumque sanctorum. Salutantes & venerandas illorum reliquias, vt nos sanctitudinis eorū fiamus participes. Sic enim reddemur perfecti in omne opus bonū, in Christo Iesu domino nostro, quem decet gloria, potentia, & superado ratio siue Latraria, cum patre & sancto spiritu, nunc & in seculorum secula.

*Definitio sanctæ magnæ & vniuersalis in Nicæa synodi secunda.*

Sancta magna & vniuersalis synodus, quæ gratia Dei, & iuxta pium Christi amantium Imperatorum nostrorū Constantini & Irene illius matris decretum, secundò in splendida Nicæa metropoli, quæ est in Bithynia, in sacra Dei ecclesia Sophia congregata, traditionem catholicæ ecclesiæ secuta, hæc de finiuit subiecta.

Qui nobis cognitionis suæ lumen gratis dedit, & tenebras caliginemque idolorum insaniam disculsit, nosque ab ea liberauit, Christus Iesus Deus noster, qui suam ecclesiam, non habentem maculam aut rugas, sibi desponauit, eam diligenter custodiendam esse præcepit, & discipulis suis sanctis confirmauit, dicens: Vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cō summationem seculi. Hanc verò promissionem nō solum illis, sed & nobis fecit, qui per illos credidimus in nomen illius. Hanc igitur donationem quidam contemnentem, ab impostore & defraudatore inimico elatiores facti, à recta ratione desciscientes, catholicæque ecclesiæ opposcentes sese, circa veritatis intelligentiam peccarunt: & vt dicit prouerbialis sermo, axes propriæ agricolationis errare fecerunt, & manibus congregauerunt sterilitatem. Quā do quidem sacrarum dedicationum & oblationum Deo decentem ornatū, calumniari non dubitarunt, appellantes se sacerdotes, cum reuera non sint. De his Deus per Prophetam clamat: Multi pastores destruxerunt vineam meam, contaminauerunt portionem meam. Minimè enim sanctè viros, qui sibi ipsi multa tribuunt, secuti, sanctam nostram ecclesiam, quam sibi Deus adaptauit, accusarunt, neque interfecerunt & prophanum vllum discrimen posuerunt. Nam imagines Dei & sanctorum suorum, similiter cum statuis satanicis idolorū nomine appellarunt. Igitur obedientiam suam ab insaniam istorū corrumpi amplius nō ferens Dominus noster Christus, nos vndique sacerdotalis dignitatis præfectos, secundū suum beneplacitum conuocauit accedente huc diuino zelo & nutu Constantini & Irene fidelissimo rum nostrorum Imperatorum, quo diuina traditio ecclesiæ catholicæ, communi suffragio autoritatē accipiat. Igitur cum omni diligentia perscrutantes & inuestigantes, iuxta scopum veritatis nobis positum, nihil adiciamus, nihil demimus: sed cuncta

ecclesiæ catholicæ dogmata conseruamus, & sex vniuersalibus Conciliis inhærentes, eorum acta comprobamus. Principiò, secundam synodum in splendida Nicæa congregatam: deinde, in regia vrbe. Cre dimus in vnum Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ, visibilibus omnium & inuisibilibus: & in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero: genitum, non factum: consubstantialem patri ante omnia secula, per quem cuncta facta sunt: qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus de spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est: Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus: Et resurrexit tertia die secundum scripturas: Et ascendit in cælos, sedens ad dexteram patris: Et iterum venturus est cum gloria, iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in spiritu sancto dominum viuificantem, qui ex patre filioque procedit, qui cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per prophetas. In vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum, & expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi, Amen. Execramur & anathematizamus Arrium & asseclas eius, & qui communicant cum illius improbis opinionibus: Macedoniūq; & sodales illius, qui rectæ appellantur pneumatomachi, id est, impugnatores spiritus. Confitemur etiam dominam nostram sanctam Mariam propriè & verè Deiparam, vt quæ peperit vnū sanctæ Trinitatis Christum Deū nostrum: quemadmodum prior Ephesina synodus constituit, & impium Nestorium, sociosque illius tanquam dualitatem personarum inducentes, ab ecclesia depulit. Ad hæc duas naturas incarnati propter nos ex immaculata virgine Maria confitemur, perfectum Deum & perfectum hominem cognoscentes, quemadmodum synodus in Chalced. habita declarauit: Erychenque & Dioscorum, blasphemantes in illius diuinitatem, exterminauit: adicientes his Petrum Seuerum & catenam istorum blasphemam, non concorditer connexam. Præterea Origenis, Euagrii, & Didymi fabulositates anathematizamus, quemadmodum synodus Constantinopoli conflata, quinta numero docuit. Deinde duas voluntates & actus, secundum naturarum proprietatem in Christo prædicamus quemadmodum sexta Constantinopolitana synodus definiit: detestamurque cum ea Sergium, Honorium, Cyrum, Pyrrhum, Macarium, impios istos pietatis impugnatores, omnesque illis consentientes anathematizamus. Fatemur autem vnanimiter nos ecclesiasticas traditiones, siue scripto, siue cōsuetudine valentes & decretas, retinere velle, quarum de numero est imaginum effiguratio, vt quæ historiæ Euangelicæ promissionis concinat, ad creditatem veræ & non phantasticæ incarnationis Dei & ad vtilitatem similitudinis, quam nobis exhibet, vtiliter inuentam. His sic se habentibus, regiam viam incedentes, & sanctorum nostrorum & diuinorum Patrum doctrinæ insistentes, & catholicæ ecclesiæ, in qua sanctus spiritus inhabitat traditionem obseruantes: definimus cum omni diligentia & cura venerandas & sanctas imagines ad modum & formam veneran-

*Approbatio  
sex vniuersalium  
synodorum.*

*Dānatio  
annuum hæreticorum à  
sex synodis  
damnatorū.*

*Concilii  
sententia definiens.*



da & viuificantis crucis è coloribus & tessellis, aut alia quauis materia comode paratas, dedicandas & in templis sanctis Dei collocandas, habendasque: rû in sacris vasis & vestibus, tum in parietibus & tabulis, in ædibus priuatis, in viis publicis: maximè autè imaginè Domini & Dei seruatoris nostri Iesu Christi deide intemeratè Domine nostrè Deiparè, venerandorû angelorû & omniû deinde sanctorû virorû Quo scilicet per hanc imaginum pictarû inspectionem, omnes qui contemplantur, ad prototyporum memoriam & recordationem & desiderium veniant illisque salutationem & honorariam adorationem exhibeant, non secundum fidem nostram, veram laetiam, quæ solùm diuinæ naturæ competit: sed quæ admodum typo venerandæ & viuificantis crucis, & sanctis Euangelis, & reliquis sacris oblationibus suffitorum & luminariû reuerenter accedimus, quæ admodum veteribus piè in consuetudinem hoc adductum est. Imaginis enim honor in prototypum refulsat, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoque descriptum argumentum. Sic enim sanctorû nostrorum Patrum obtinet disciplina, vel traditio catholica ecclesiæ, quæ à finibus vsque ad fines euangelium suscepit. Paulo ergo sic in Christo loquenti, omnique apostolico cœtui & Patribus sanctis idem sententibus inhærentes, seruamus traditiones quas suscepimus, quare & victoriæ carmina ad ecclesiam cum propheta accinimus: Gaude valde filia Siõ, prædica filia Hierusalem, exulta & lætare ex toto corde tuo: à te Deus abstulit iniquitates aduersantium tibi, liberata es de manu inimici tui. Dominus rex tuus in medio tui, & pax tibi in sempiterna secula.

Igitur qui ausi fuerint aliud sentire aut docere, aut more impiorû hæreticorum ecclesiasticas traditiones contaminare, aut nouâ quandâ vaniloquentiam inducere, aut quicquâ de consecratis in ecclesia abiicere, euangelij, in quam, depictû codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicuius picturam aut reliquias martyrum, quas sciuerint esse germanas & veras, aut contra ista vassè & improbè aliquid ex cogitare, quod sit contra constitutionem Ecclesiasticam: aut vti tanquam communibus, sacratis Deo, repositis preciosis, aut monasteriis reuerendis: si fuerint episcopi aut clerici, deponuntur: si monachi aut laici communionem priuantur.

*Hic permisi nomina eorû qui huic definitioni subscripserunt.*

Sancta synodus exclamauit: Omnes sic credimus omnes idem sapimus, omnes approbantes subscripsimus. Hæc est fides Apostolorum. Hæc est fides Patrum, hæc est fides orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum confirmauit. Credentes in vnum Deum, in Trinitate laudatû, venerandas imagines amplectamur. Qui secus agunt, anathemate percelluntur: qui sic non sentiunt, ab ecclesia depelluntur. Nos antiquæ ecclesiæ legislationi insistimus nos decreta Patrum custodimus nos adiicientes aliquid aut auferentes ecclesiæ anathematizamus. Nos venerandas imagines suscipimus nos, qui secus faxit, anathemate percellimus. Quicumque sententias sacræ scripturæ de idolis contra venerandas imagines adducunt, anathema. Qui venerandas imagines idola appellant, anathema. Qui dicunt, quod imagines Christiani vt deos adorent, anathema. Qui scientes communicant cum illis, qui contra venerandas imagines sentiunt, aut eas dehonestant, anathema. Qui præter Christum Dominum Deum nostrum, dixerit a-

lium nos à cultu idolorum liberasse, anathema. Qui audent ecclesiam catholicam dicere idola aliquando suscepisse, anathema. Multi anni Imperatorû, Constantini & Irenes eius matris multi anni. Victorum Imperatorum multi anni. Nouo Constantino & nouæ Helenæ perpetua memoria. Deus imperium Augustorum conseruet. Imperator cælestis, terrenos reges custodi. Cûctis hereticis, anathema.

Rugienti conciliabulo cõtra venerandas imagines anathema. Impia hæreseon verbula æstimatoribus, anathema. Theodosio falsi nominis episcopo Ephesio, anathema. Sisinnio cognomento Pastilla, anathema. Basilio maledico Tricacabo, anathema. Trinitas trium horum dogma sustulit: Anastasio, Constantino & victori, qui successiuè thronum Constantinopolitanæ ecclesiæ ascenderunt, non aliter ac nouo Arrio, Nestorio, Dioscoro, anathema. Sacta Trinitas horum trium dogma sustulit. Ioanni Nicomedia, & Constantino Nacoliæ hæresiarchis, anathema. In nihilum redegerunt imaginem Domini & sanctorum eius, Dominus eos ad nihilum deduxit. Si quis ex iconoclastarum hæresi aliquem existentem defenderit, anathema. Si quis Deum secundum humanitatem non circumscriptibilem confessus fuerit, anathema. Si quis euangelicas narrationes per picturam repræsentatas non acceptauerit, anathema. Si quis has non salutauerit in nomine domini & sanctorû eius, anathema. Si quis traditionem ecclesiæ, siue scripto siue consuetudine valentem, non curauerit, anathema. Germani orthodoxi perpetua memoria. Ioannis & Georgij perpetua memoria. Præconi veritatis perpetua memoria. Trinitas hos tres approbavit. Horû disputationibus inhærentes, digni reddamur misericordiis & gratia primi & magni supremi sacerdotis Iesu Christi Dei nostri, intercedente simul inuiolata domina nostra sancta Deipara, & omnibus sanctis. Fiat, fiat. Amen.

*SE PISSIMIS ET SERENISSIMIS imperatoribus nostris, Constantino & Irenæ matris, Tharasio indignus episcopus Dei seruans & imperatricis nostræ vrbis nouæ Romæ, & vniuersæ sanctæ synodus, quæ, secundum diuinam voluntatem & iussu imperatoris, in hac splendida Nicensium metropoli secundo conuenit.*



Christus deus noster, fortissimi imperatores, caput ecclesiæ predicat: quoniam in manu eius est vitæ, verbû bonû scaturit: suo enim decreto & mandato vos in nomine suo conuocauit, vt dogmatum ecclesiasticorum oracula fixa, firmaque conseruetis. Etenim quemadmodum caput vestrum auro & lapidibus pretiosis exornatum est, ita & mentes vestræ euangelicis & primum doctrinis sunt exultæ. Nam quorum sonus in vniuersum terrarum orbem est egressus, cum sitis veluti discipuli & consodales, vniuersique Christiani populi, duces & principes ad pietatem veritatis sermonem contulistis, & orthodoxæ fidei pietatisque figuram descripsistis. Vnde fidelibus tanquam faces ardentes relucetis, & periclitanti ecclesiæ manum porrexistis. Nam & sanas doctrinas conseruatis, & dissidentium vniuersam concordiam guber-

*Psal. 125.*

*Dani. 13.*

*Es. 59.*

gubernatis (absit verbo inuidia) Dei beneplacito pietatis officia & honestas actiones per vos sunt stabilitæ. Quamobrem os nostrum impletum est gaudio, & lingua nostra exultatione. Nam per scriptam nostram vocem res ipsas lingue loquuntur. Quid enim splendidius magnificentiusque esse possit principi, quam ecclesiasticarum constitutionum firmitatem & stabilitatem integrum conseruauisse: Quâ doquidem autem quidam, imaginem quidem pietatis circumferentes sacerdotij dignitate conspicuos se exhibent, verum ipsum robur sacerdotij denegantes confurrexerunt, Babyloniorumque sacerdotum accusationem arripuerunt, (quos & propheta triumphat, dicens: Egressa est ex Babylone iniquitas) Caiaphaicumque conciliabulum coegerunt, facti parentes impiorum dogmatum, execrationis & amaritudinis, quorum os non alio quam ad maledicendum spectat, & hinc gloriam famamque venatur: linguam habentes blasphemam, & calam bene huic inferuentem, pugnantem verbis dei, imperatorum maiestatem monstruosus verbis corrumpentes gentem sacram, quæ semel Christum induit, & ex gratia illius seruata est, quasi in idolorum errore extantem, idololatras vocantes, & improbitatis animo præditi, illis hætenus manus iniecerunt, arbitantes se posse obscurare venerandarum imaginum picturam, atque eas partim veluti communi suffragio exterminarunt, partim verò quæ ex cera fusæ erant in singularem ornatum, in turpes vsus conuerterunt, quæ vero ex tabulis & asserculis depictæ erant, tum Christi, tum etiam sanctorum illius, igni traderunt: & vt vno verbo dicam, omnes nostras ecclesiæ conterminantes disturbarunt, & hierarche .i. sacrarum rerum præfides, antea existentes, heresiarchæ facti sunt: & pro pace rixas ad populum loquuti sunt, pro frumento zizaniæ ecclesiasticis agris inferuerunt: vinum cû aqua miscuerunt, & proximo potauerunt subuersionem noxiam. Præterea cum essent lupi Arabici, pellem ouinam egregie simularunt se gestare. Defraudantes quoque veritatem, mendacii virescupiuerunt acquirere posse. Sed aspidum oua frangerunt, & secundum prophetam, telum aranæ filarunt. Qui autem de ouis istis edere debebat, postquam confregisset ea, ventum inanem reperiens, simul & basiliscum accepit veneno & lætali afflatu plenum. Quoniã autem hæc ita se habent, & veritatem ad tempus mendaciû ademit. O vos mitissimi & fortissimi imperatores, non ferentes eiusmodi pestilentem & animis lætalem errorem diutius in terris hætere, sed hunc spiritus diuini, qui in vobis inhabitat, afflatu obscurare contendistis, quo scilicet firma maneat ecclesiæ constitutio, & totius populi coagmentum, ac imperium vestrum pacifice secundum nominis appellationem gubernetur. Neque putastis ferendum, aut tollerabile, quod in reliquis omnibus rebus bene inter nos conueniret, de vitæ autem nostræ summa & præcipuo, nimirum pace ecclesiæ, inter nos essent dissidia, maxime cû nostrum caput vnicû sit Christus, nos autem deinceps illi vnius corporis membra, propter eam quæ inter nos, communem fidem & sententiam.

Quapropter vos sacrum hunc nostrum & copiosum in hac Nicensium metropoli conuenire iussistis cœtum, quo ecclesiarum dissensionem auferamus, & male disiuncta, ad vnitatem commodam

reduceremus, & vt eam, quæ nuper ex spinosis confuta est sententiis, vallam, hoc est, falsam doctrinam, conuelleremus, & dirumperemus, & vestem orthodoxæ fidei conseruaueremus illæsam.

Quare apostolicis & patrum ad hærentes traditionibus, ex afflatu spiritus sancti in vnum conuenientibus animis, item ecclesiæ catholice & sacrarum sex vniuersalium dogmata habentes nobis concordantia, audemus anathematizare Arrij infanciam, Macedonij rabiem, Apollinarij dementiam, Nestorij idololatriam in homine, Eurychis & Dioscori conspirantem vanitatem, & horum multorum capitum hydram, Origenis, Didymi & Euagrii nugas fabulasque, Sergij, Honorij, Cyri, & Pyrrhi, eorumque asseclorum vnam voluntatem, imo malam & improbam voluntatem. Deinde & qui post hos vana & noua excogitarunt nugamenta contra venerandas imagines, eodem suffragio & conuenienter accepto à spiritu sancto verbo, & puri fontis illius aqua, spongia diuinorum dogmatum absterimus & expunximus, inuentoresque nuperæ vaniloquentiæ longe extra ecclesiasticos muros eiecimus.

Et quemadmodum pedes & manus competenter animæ consiliis mouentur, ita & nos à spiritu accepta gratia, & robur habentes fortitudinis vestræ coadiutans, & pietatem reconciliauimus, & veritatem deprædicauimus. Quamobrem omnibus modis recipiendæ sunt venerandæ imagines domini nostri Iesu Christi, quatenus scilicet perfectus homo fuit, & hæc quoque omnes quæ historice è sacra Euangeliorum narratione depinguntur, nempe intemeratæ dominæ nostræ deiparæ, sanctorum quoque angelorum, nam hominibus ipsi quoque in forma hominis visi sunt. Item sanctorum omnium, quorum prælia & certamina tabulis & parietibus, sacris item vestibus & vasis insculpta amari debent quemadmodum catholica ecclesia multis retro seculis in hisce est instructa. Sic enim ea accepit, sic à sanctis nostræ disciplinæ ducibus, & eorum successoribus patribus nostris statutum est. Sunt autem hæc adorandæ quoque, hoc est exosculandæ & amandæ. Idem enim significant hæc iuxta antiquam Græciæ dialecton. Nam προσκύνειν, id est adorare, & ἀγαπάειν, id est amplecti, & φιλεῖν, id est amare, significat.

Præpositio autem πρός intentionem significat desiderij, quemadmodum in προσφίλω ἀφίλω, κρησῶ & προσσκηρῶ, κρησῶ & προσκυνῶ, quod significat & amplexum, & vehementem amorem. Nam quod quis φιλεῖ (hoc est, amat) id etiam προσκυνεῖ, (hoc est amplectitur) & quod adorat siue amplectitur, nempe προσκυνεῖ, hoc eam omnino φιλεῖ, id est, amat. Testatur id sane humana natura & affectio, qua erga amicos sumus affecti sic enim inter duos res agitur, & hoc modo sibi occurrentes agunt. Non solum autem apud græcos hæc loquendi ratio in vsu est sed in diuina quoque scriptura idem annotare licet: In libris enim regum scriptum est. Dauid surrexit & cæcidit in faciem suam, & adorauit ter Jonathan, & osculatus est eum. Rursus, nonne dominus de pharisæis dicit in euangelio: Amant primos accubitus in conuiujs, & salutationes in foro. Certum est ἀσπασμῶν, id est, salutationem, hoc loco à domino appellari προσκύνειν id est, adorationem. Pharisæi enim glorioso animo præditi, & seipos iustos existimantes,

*1. Reg. 20.*

*Luc 14. b. Matt. 23.*

ab omnibus adorari studebant. Non enim ore osculari petebant, fuisse enim hoc humilitatis signum, & haudquaquam pharisaici supercilij. Iterum Paulus apostolus diuinus sane, quemadmodum in actibus scribit Lucas: Nam cum (inquit) essemus nos in hierosolymis libenter & alacriter exceperunt nos fratres: sequenti autem die Paulus nobiscum ad Iacobum ingreditur. Aderant autem omnes presbyteri. Salutatis autem illis singula, quæ in gentibus per illum fecisset dominus, exposuit. Hic enim salutationem, honorificam adorationem mutuo factam apostolica sententia significat. Quemadmodum etiam de Iacob legitur: Adorauit in summitate virgæ suæ. Cuius conuenit Gregorius cognomento theologus, dicens: Bethleem venerare, præ sepe adora. Quis autem, modò recte & sincere scripturas intelligat, ea quæ ita in scripturis occurrunt, non viderit, inde latrariam quæ fit per spiritum, non dici, nisi omnino expers sit intelligentiæ, & planè in sententiis scripturæ & patrû rudis? Non enim in summo virgæ Iacob latrariam fecit. Neque etiam Gregorius præsepi latrariæ vocabulum addit, nequaquam. Rursus cum crucem viuificam adoramus, conuenienter canimus, Crucem tuam adoramus domine. Lanceam, quæ viuificans latus sanctitatis tuæ aperuit, adoramus, quæ sane adoratio nihil aliud est, quam saluatio, siue amplexum malis dicere, quod indicat hoc, quod labijs quoque nostris propriis ea contingimus. Si vero sapius in scriptura & elegantibus nostris patribus adorationem quis dixerit, pro cultu siue latrariæ, quæ in spiritu fit, sumi non negamus. Nam cû vox sit multæ significationis, non potest non aliquando, pro cultu adorationis in spiritu sumi. Adoratio enim est, cum venerationem, desiderium & timorem significet, ita nos vestrum victoriosum & placidissimum imperium adoramus. Est adoratio quæ tantummodo timorem significat quemadmodum Iacob adorauit Esau. Est quæ gratiam notat, quomodo Abraham pro agro, quem accepit à filiis Chet in sepulchrum Saræ vxoris suæ, adorauit illos. Rursus qui sperant beneficium se accepturos à potentioribus, eos adorant quemadmodum Iacob adorauit Pharaonem. Hinc diuina scriptura, dicens, Deum tuum adorabis, & illi soli cultum exhibebis: adorabis, absolute ponit, nec adicit, soli, vt significetur vox diuersæ notionis & æquiuoca. Cultum autem exhibebis siue seruias, soli dixit: quam ob causam Latrariam vni deo tribuimus, adque illum referimus. His ita se habentibus, inconfesso & sine vlla dubitatione credimus, acceptam & placitam coram Deo esse venerandarum imaginum depictionem, & earum quæ dispensatione domini nostri Iesu Christi expriment, & virginis quoque Mariæ deiparæ intemeratæ, quietiam gloriosorum angelorum, & omnium sanctorum, has quoque salutandas & salutandas putamus: qui vero ita non est animatus sed circa venerandarum imaginum adorationem laborat & dubitat, eum anathematizat sancta & veneranda nostra Synodus, quæ efficacia diuini spiritus, & ecclesiasticis patrum traditionibus munita est & cincta. Anathema autem istud nihil aliud est quam separatio à Christo. Si vero aliqui repugauerint aduersum ea quæ statuta sunt, his non adhibentes fidem, sane contra stimulum calcitrant, & propriis animis iniurij sunt.

Nam & Christo aduersantur, & sycophantiis que aduersus ecclesiam dei exercentur, gaudent, ipsamque pietatem subuertere conantur quare hereticorum veterum asseclæ, socij & contribules propter impietatem vere dicendi sunt: Nos autem fratres & coministros nostros Dei amantes episcopos, & cum his præfides & clericos misimus, vt omnia quæ inter nos acta sunt, ad diuinas aures vestras renuncient. Ad consignationem autem & maiorem certificationem eorum quæ à nobis decreta sunt, & quo maiestati quoque vestræ piissimæ satisfiat, auctoritates quasdam patrum ex multis paucas subneximus, quarum splendore veritatis stabilimentum elucidari magis possit: Saluator autem omnium & qui nobiscum regnat, ecclesiæ suæ pacem pro præmio tribuat, vestrum autem imperium cum senatu & ducibus, & fidelissimo militum exercitu, in multos annos conseruet, & victoriam vobis concedat. Ipse enim dixit: Viuo ego, dicit dominus. Et glorificantes me, glorifico. Ipse est, qui accingens vos potentia, omnem hostilem impressionem à vobis auferet, obedientiam apud omnes conciliabit. Gaude igitur ciuitas, exulta noua Sion, totius terrarum orbis veluti alta specula, regnauit enim & illic David, & Dauidice illam alloquutus est, Dominus in medio tui, cuius nomen sit benedictum in secula seculorum, Amen.

*DEI AMANTISSIMIS SACERDOTIBUS & CLERICIS SANCTISSIMA MAGNA DEI ECCLESIA, & OMNIUM ECCLESiarum DEI COLENTIS & IMPERIALIS VOBIS SANCTA SYNODUS QUE IN NICEA SECUNDO CONGREGATA EST.*



Christus Deus noster vera veritas patris lumen & splendor qui è tenebris nos in mirandam suam lucem vocas ex Idolica insaniam nos liberauit & nomina Idolorum de terra deleuit, vt nulla plane eorum sit post hac memoria. Placitum sibi existimauit, pios & in omnibus orthodoxos nostros fideles imperatores ex citare qui nos in splendidam metropolim Nicæam uocarent, vt nouitis, quo dissidentia in vnu per nos conuenirent, & medius paries inimicitiarum sustolleretur & vetusta ecclesia catholice legislationis auctoritatem obtineret. Igitur spiritus sancti inspiratione in hoc ipsum conuenientes, eiusdem cooperatione omnes in idem consensimus, Oriens in qua occidentis, septentrio & meridies in vnam vnionem (vnta dicam) conuenimus sanctarum ecclesiarum pacificus status propter consentientem fidem & sententiam constitutus est. Pedes enim nostri in rectam viam dirigens dominus truncum qui ex zizaniis vetustæ & improbe hæreseos excreuerat funditus eradicauit. Ecce euangelizamus vobis, in monte excelso stantes ecclesiasticæ gaudiû & celebrè festiuitatè. Quia enim gratiosus est cõfidentis illi Esaiæ verbo: Quia speciosi sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Dignû autem fuisse & vestram deuotam presentiam rebus omnibus interfuisse, quo omnem à deo electam nostram congregationem vno in loco inueniretis, & per Dei gratiam spectatores fieretis omnium quæ acta sunt, ita & differtationis vim quoque cognouissetis, quæ in confirmationem legalium ecclesiæ catholice traditionum &

destructione eorum qui insurrexerunt contra veritatem & apostolicas & patrum traditiones ab ecclesia catholica alienarunt, facta est. Sed quoniã inter nos & vestra sanctitatem & humidum iter est & longa terrestris via: duabus rebus opus fuit, nauibus scilicet & iumentis quibus deferri possetis. At quoniam vtrorûque copiã non habetes nobiscorpore adesse non potuistis, certum est vos mente & animo idem sentiente nobis adfuisse quod sane ecclesiæ catholice magnum adiumentum existit. Quandoquidem autem inter nos membra sumus, habentia vnum caput. Christum dominum nostrum necessariû diximus, omnem eorum que diuine apud nos acta sunt ferre narrare. Nã & linguæ res per literas effari possunt eque ita subinde representant, omnia, quasi coram visa fuissent. Postquã igitur ex prescripto patrû & doctrina conuenimus, omnes idem sentire cepimus recordatiq; sumus carminis quod à Mose factum est & doctum: Interroga patrem tuum & renuntiabit tibi quæ re re seniores tuos & dicent tibi. Ita quoque & nos ecclesiasticæ ordinationi insistentes neque quicquã illi adiecimus, neque etiam adempimus sed apostolice instructi traditiones quas accepimus, seruamus: omnia scilicet suscipientes que sancta ecclesia catholica & scripto & consuetudine admisit. Quorum de numero cum & venerandarum imaginum essent figurationes de his peculiariter egimus. Rursus omnia que diuini nostri patres reiciunt ea quoque & nobis indigna & catholice ecclesiæ, aduersa & hostica arbitramur in quibus sane recensetur & continuata vaniloquentia iconoclastarum & eorum qui falso Christianos accusant, gangrena hæctenus ecclesia depascens. Sed deus dominus noster eam in finem non sustinuit. Nam postquam veritas detecta est, orthodoxa & sincera fides omnibus resplenduit, mendacium cum tenebris sibi congenitis evanuit. Nam si vt ipsi asserunt, imaginum pictura idolis comparabilis existit: nostræ liberationis mysterium, quod dei filius per suam in carne sine peccato presentiam operatus est, vanum reputatur. Quin etiam vanæ sunt propheticæ promissiones quarum quedã iubet nos cum adorare & colere in sanctitate & iusticia omnibus diebus vite nostræ. Alia vero dicit: Surrexit tanquã ex somno deus tanquã potens à crapula vini, percussit inimicos suos: & dedit eis in posterum improperium sempiternum. Si improperium sempiternum datum est inimicis nostris hoc est improbis potētis per resurrectionem, quomodo rursus christiani idolis seruiant? Vah eorum impietatem & ruditatem vtinã cogitassent illud, Qui scandalizat vnum ex pusillis credentiû in Christum indignationem intolerabilem dei incurrit. Sed verbû domini nihili fecerunt, ecclesiasticas traditiones cassauerunt, quã ob causam in nihilum rediget eos dominus. Et cû Arrio, Eunomio, Macedonio Apollinario, Nestorio, Eutyche, Dioscoro Sergio, Honorio, & reliquis istis improbe sentientibus, conspiratio istorum connumerata est. Nã horum stultitiã abstergentes, ipsi quoque stulta: loquuti sunt: Itã tamè fundam veræ cõfessionis cû ipsi prostrati sunt & acies eorum est dispersa. Nõ enim Deus in seculum dimisit virgã eorum in fortè iustorum hoc est ecclesiæ. Iudaice enim vana cogitarunt, & alteras in conciliabulo Iudæ tulerunt, quare conciliabulum illorum, Caiaphaico inuentum est. Hoc enim contra dominum cõflatum est sed iconoclastarum aduersus eum imaginem illud conciliabulum liberationem nostram per Christum factam, sibi & aliis in

scriptis: hoc autem cõsiliu profundum nõ per Christum cepit: considerationes inuit, sed nõ per spiritum illius, quia ornatum venerandorum templorum sustulit. In hoc conciliabulo nullus inuenietur qui imaginem ad similitudinem Dei ferat: qui imaginem domini & sanctorum illi ignominiose cõfringentes, igni tradiderunt, hoc conciliabulum insaniam & dementia occasionem dedit multarum & satanicarum cõdiu hoc conciliabulum falso nomen sibi assumpsit sacerdotale & sacrum conciliu: improba enim & prophana mente cõflatum est hoc conciliabulum os habet intemperans spiritu autem falso Christum & veritatem simulauit, mendacis vero totum est confisum. Hoc conciliabulum catholica ecclesia tanquam zizania ex arca domini ca hoc est ecclesia catholica extirpauit & sputo diuini iudicij eiecit. Itaq; ex ecclesia catholica ablatum est, & vasa eius cõsilia redargutionem incurrere. Verisimile enim & rectissimum ecclesiæ iudiciu inuari in se nihil patitur neque vllam semel probatè rei ablationem ferre potest. Nos igitur patrû legibus insistentes, ab vno eodemque spiritu gratia accepta, sine vlla nouitia machinatione & incontaminatè cuncta ecclesiæ dogmata custodiimus, quemadmodum sex vniuersales synodi constituerunt. Et quæcunque in ecclesia honore affici iusserunt, sine omni controuersia recipimus è quibus est, vt antea diximus, imaginum quoque apparatus. Quare eas honorabiliter adoramus & salutamus. Idem enim significant hæc duo verba quique eadem confitentur, hic catholice ecclesiæ verus & germanus filius & particeps illius existit. Cuncta itaq; scandala abierunt, cuncta obscurata sunt, veritas gubernat omnia, mendacium exterminatum est, feminator zizaniorum omnino deficit frumentum, hoc est deuotus Christi populus, in vnum horreum, nempe Christi ecclesiam, comportatum est, orthodoxæ fidei lumen resplenduit, erroris tenebræ succubuerunt, mæror in gaudiu versus est, luctus in exultationem commutatus est, conuersus est dolor noster in lætitiã, omnia in meliorem partem respexerunt: Quapropter & nos apostolice vos alloquimur: gaudete in Christo, gaudete: terna gaudia: Trinitas nobis peperit: Quã decet omnis gloria, honor & potentia in secula seculorum Amen.

*Canon septimæ synodi, duo & viginti in tomis conciliorum desiderati, recens latinitate donati.*

- Tituli Canonum Septimæ Synodi.*
- 1 Quod oporteat diuinos canones per omnia seruare.
  - 2 Quod oporteat episcopum qui ordinatur tuto ordinare canones seruandos. Sin minus ne ordinator.
  - 3 Quod non oporteat magistratus ordinare episcopos.
  - 4 Vt abstineant episcopi ab omni munerum acceptione.
  - 5 Qui exprobrant clericis quod constituti sint in ecclesiis sine præmiss multa subiiciantur.
  - 6 Vt fiat provincialis synodus quotannis.
  - 7 Quod templa reuocata citra depositionem sanctorum reliquiarum oporteat repleri.
  - 8 Quod nõ oportet hebreos recipere, nisi quando syncero corde conuersi fuerint.
  - 9 Ne quis occultet librum Christianorum calumniatricis hebreos.
  - 10 Non oportet clericum relinquere suam paræciam & ad alteram se conferre citra cognitionem episcopi.
  - 11 Oportet æconomos esse in ædibus episcopalibus & ministerijs.
  - 12 Non oportet alienare episcopum vel prepositum è suburbanis ecclesiis.

Act. 21.6.  
Gen. 48.  
Hebr. 11.  
Gregorius Nazianz.  
Gen. 33.4  
Gen. 23.6  
Gen. 47.6  
Luc. 4.6  
Dens. 6.6  
10.4

13 Magna condemnatione digni sunt qui monasteria prophanant.

14 Non oportet extra ordinationem legere in sinaxi in singulo gestu.

15 Non oportet clericum in duabus ecclesiis constitui.

16 Non oportet sacerdotem vestibus sumptuosius indui.

17 Qui non habet quæ ad perfectum ornatum pertinent ne conetur extruere sacellum.

18. Non oportet faminas vivere in adibus episcopalis vel in virorum monasteriis.

19 Sine numeribus constitutiones sacerdotum monachorum & monacharum fieri debent.

20. Non oportet è presenti fieri duplex monasterium & de duplicibus monasteriis.

21 Non oportet monachos relinquere sua monasteria & in alia migrare.

22 Oportet cum gratiarum actione & omni modestia & san-ctimonia monachos, si usus ferat, cum mulieribus cibum capere.

¶ *Canones Patrum, qui Nicæ iterum congregati sunt anno 6296. ab orbe condito Indictione II, pie regnantibus Constantino & Irene eius matre.*

I. Oportet, divinos canones omnino servari.

Iis qui sacerdotalem adepti sunt dignitatem, testimonia, & benefacta sunt canonicarum constitutionum formulæ, quas recipientes libenter cum divino vate David canimus domino deo dicentes, via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicuti omnibus, opibus & mandasti iustitiæ testimonia tua in seculo, doce me & ædifica me. Atque in seculo prophetica vox præcipit nobis ut servemus dei testimonia, & vivamus in ipsis, quæ proculdubio inconcussa, atque firma permanent. Cum & dei spectator Moses sic dicat. Ipsi non est addendum, & ab ipsis non est auferendum. Quin etiam divinus Apostolus in ipsis glorians clamat. Quæ cupiunt angeli prospicere. Quod si Angelus annunciauert vobis præter id quod accepistis, anathema esto. Cum itaque hæc sic habeant & testificantur nobis, gestiætes in ipsis, ut si quis inuenerit prædam multam, libenter divinos canones confirmemus cum integram eandem constitutionem & inconcussam stabiliant, quæ constituta sunt a tubis spiritus sanctissimis apostolis, & sex sanctis œcumenicis conciliis, tum quæ prouincialim congregata sunt ad huiusmodi constitutionum ædificationem, postremo à sanctis patribus nostris. Vno enim omnes & eodem spiritu illustrati, statuerunt conducibilia. Quos itaque anathemate perstringunt, nos quoque anathematizamus. Quos autem depositione, & nos deponimus. Quos segregatione, & nos segregamus. Quos multa postremo reum faciunt & nos itidem subiicimus, Mos enim non avarus & contenti præsentibus, ut qui in tertium cælum scandit & audiuit arcana verba Paulus divinus apostolus manifestè clamat.

2. Oportere episcopum, qui ordinatur, tuto spondere se canones seruaturum. Sin minus non ordinandum.

Quoniam pfallentes spondemus deo: In iustificationibus tuis meditabor non obliuiscar sermonum tuorum, Omnes quidem Christianos hoc seruatos salubre factum, præcipue autem eos, qui sacerdotali præditi sunt dignitate. Vnde statuim⁹ vt quisquis promouendus est ad episcopatus gradum omnino psalterium intelligat, vt ex ipso omnem etiam clerum

initiari moneat. Examinetur autem sedulo à Metropolitano an paratus sit ad legendum persequerari non perfundiorè sacrosanones, sanctum euangelium libri Domini Apost. atq; vniuersam diuinam scripturam. Tum secundum diuina mandata vitam agere & suum populum edocere. Substantia enim nostræ hierarchie diuinitus tradita oracula sunt, nempe diuinarum scripturarum vera scientia vt magnus censuit Dionisi⁹. Quod si tergiueretur, nec assentiatur se ita facturum atque docturum ne ordinetur. Ait enim per prophetam deus: Intelligentiam repudiasti, atque ego repudiabo te ne mihi sacerdotio fungaris.

Can. 3. Electiones episcoporum quæ vi principum prouident, infirmari debent.

Omni electionem, quæ fit à magistratibus episcopi, vel presbyteri, vel diaconi irritam manere ex canone dicente. Siquis episcopus magistratibus secularibus usus, per eos ecclesiam obtinuerit, deponatur, & segregetur, & omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum, qui est promouendus ad episcopatum, ab episcopis eligi, quem admodum à sanctis patribus Nicææ decretum est can. 4.

In episcopo electio proprie dicta est, in presbytero autem & diacono abusue, pro ordinatione, quod non infrequenter offendes in canonibus.

Can. 4. Pæna Talionis puniendus Antistes, qui iniuste clericos arceat, vel templa claudit.

Præco veritatis Paulus, quendam veluti canonem Ephesiorum presbyteris imponens, vel vniuersæ potius sacerdotali multitudini, sic libere dixit. Argentum vel aurum, vel vestem nullius concupiui, omnia vobis ostendi, quoniam oportet sic laborare infirmos acquirere, & apprehendere, dare beatum existimantes. Quocirca nos ab eo edocti statumus, ne turpis lucri gratia Antistiti in mentem veniat querenti excusationes in peccatis, aurum vel argentum, vel vllam aliam speciem ab iis, qui sibi subsunt episcopis, vel clericis, vel monachis exigere. Dicit enim apostolus. Non debent liberi parentibus thesaurum parare, sed parentes liberis. Siquis ergo per auri exactionem, vel alicuius alius speciei, vel propter aliquam propriam affectionem à ministerio arceat inuentus fuerit, vel segregare suorum clericorum aliquem, vel venerandum templum claudere, ne in eo fiant diuina ministeria, talionis erit legi obnoxius, vt qui sit mandati dei transgressor. Præcipit enim & Petrus Apostolorum summus: Pascite gregem Domini non coactè sed spontaneè &c.

Can. 5. Qui clericis exprobrant quod in ecclesia sine legitimationibus constituti sint multa subiiciantur.

Peccatum ad mortem est cum aliqui peccantes sine correctione perdurant: Eo autem deterius si obstinato animo abalienantur à pietate & veritate: Mamonam dei obsequentiæ anteposcentes, & canonicas eius constitutiones non retinentes. Inter hos non est dominus Deus, nisi demisso animo à suo errore respiscant. Decet enim eos magis ad deum conficere, & contrito corde veniam huius peccati exposcere, quàm iniqua largitione gloriari. Proximus nanque est deus contritis corde. Qui itaque iactant se pecuniæ largitione in ecclesia constitutos esse, atque hac improba consuetudine, quæ a deo atque ab omni sacerdotio alienat, freti sunt, atque ob id impudenti vultu & effreni ore verbis probrois eos qui ob vitæ præstantiam à spiritu sancto electi, & constituti citra largitionem pecuniæ cõuiciis lacessunt.

Ca. 30. apo. 2. Chal. ca. 10.

Primum qui fecerint, extremum sui ordinis gradum teneant. Quod si perstiterint multa corrigantur. Quod si quis id fecisse aliquando in electione apparuerit, fiat secundum cano. Apostolicum, qui ait. Si quis episcopus pecuniæ largitione dignitatem hanc consecutus fuerit vel presbyter, vel diaconus, deponatur, & ipse & qui elegit, atque referetur profusus à communionem: vt Simon magus à me Petro. Ibidem secundum alium canonem sanctorum patrum nostrorum, qui Chalcedonem conuenerunt, qui ait: Si quis episcopus pecuniam ob electionem acceperit, & venditioni exposuerit gratis conferendam gratiam, atque ob pecuniam elegerit episcopum, vel chorepiscopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel aliquem eorum qui in clero recedentur, vel præficiat ob pecuniam œconomum, vel procuratorem, vel assistentem, vel aliquem qui canone comprehendatur, ob suam auaritiam, qui id aggressus esse conuictus fuerit de suo gradu periclitetur. Qui vero constitutus est nihil ex emptitia electione emolumentum capiat, sed arceatur à cura vel dignitate quam pecunia consecutus est. Quod si quis sequefter, vel cõciliator extiterit horum adeo turpium atque nefariorum munerum, is quoque si clericus fuerit, è suo deiiciatur gradu, si laicus vel monachus segregetur.

Can. 6. Decogendo concilio prouinciali, quod ad tempus attinet.

can. 8. syno di in Trullo. D. 13. Quonia quidè.

Quoniam cano extat quo præcipitur vt bis quotannis in singulis prouinciis cogantur Episcopi, & canonico instituto discutiunt expendantque ea de quibus oborta fuerit quæstio: Quod cõmigrantiu turba magna esset, & qui cõueniebant præ inopia ferre non possent sumptu itineris, sancti patres, qui sextæ synodo interfuerunt, statuerunt vt omnino quocunque modo id fieri posset, semel quotannis conuenirent episcopi, & errores qui irrepsissent, emendarent. Nos igitur eum canonem in memoriam reuocamus, quasi que renouamus. Si quis principum ad labe factandam vim canonis, quicquam moliat, cõmunionem ecclesiæ priuetur. Si quis vero metropolitanorum necessitate, aut vi, aut causa probabili adductus infectum cogendi concilij negotium reliquerit canonice castigationi subiaceat. Cæteru coactis ad concilium episcopis, rerum canonicarum, & euangelicarum gratia prima cura esse debet sacrorum ac viuificorum Dei præceptorum (ex quibus obseruatis merces ingens expectanda est.) Nam & præceptum lucerna est & lex lux, eademque via quæ ducit ad vitam denique castigatrix institutio. Itémque præceptum domini lucidum est, illustrans oculos. Nihil verò eorum quæ secum importarit episcopus, velut pecudem aut aliud quippiam exigere auit metropolitanus. Is si hoc fecisse conuincatur quadrupli pæna mulctetur.

Can. 7. Vt templa sine reliquiis sanctorum non consecrentur.

Ecclesiastic⁹ mos erat, et templa per sanctas martyrum reliquias consecrara.

Qui venerabilium imaginum aspectum ex ecclesia sustulerunt, alios quoque mores reliquerunt, quos quidem oporteat renouari, & tam ex iure scripto, quàm non scripto sic obseruari. Quæcunque ergo templa consecrata sunt absque reliquiis martyrum, in eis fieri statuimus reliquiarum depositionem cõ consuetis precibus. Qui autem templum consecrauerit sine sanctis reliquiis, deponatur.

Can. 8.

Quoniam hebræorum religionis, quidam errantur

tes Christum Deum nostrum subsannare visi sunt, se se Christianos esse fingentes, ipsi autem clanculū eum negantes, sabbata obseruantes, & multa alia Iudaica faciētes: statuimus, vt nec ad communionem, nec ad orationem, nec ad ecclesiam admittantur, sed aperte sint secundum suam religionem hebræi: & nec filios eorum baptizent, nec seruum emant, vel possideant. Si autem ex pura & sincera fide quis eorum conuertatur, & ex toto corde confessus fuerit, eum recipiant, & baptizent eorum filios. Et caueat ipsi se ab hebreorum studiis, & institutis destitutos: Si autem non ita ferant, eos nullo admittant modo.

Can. 9. Hæreticorum scripta vulgo non permittuntur.

Puerilia omnia ludibria, furiosaque dicta ac scripta, quæ aduersus sanctas imagines edita sunt, oportet dari episcopo Constantinopolitano, vt cum reliquis hæreticis libris reponantur. Siquis autem hæc celare inuenitus fuerit, si sit episcopus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur, si autem laicus aut monachus, segregetur.

Can. 10. Non oportet clericum relinquere suam parocciā, atque ad alteram se conferre citra consensum episcopi.

Quoniam nonnulli è clericis negligentes canonicam constitutionem, relicta sua parocciā in aliam excurrunt, idque sæpissimè in hac pia & regia vrbe, & pro magistratibus præsident in suis oratoriis sacra peragentes. His itaque citra proprium episcopum & Constantinopolitanum, non permittitur vt recipiantur in vlla domo ecclesiæ. Quod si hoc facere perrexit, deponatur. Quicunque cum assensu prædictorum sacerdotum hoc faciunt, non licet eis sæculares, & ad vitam necessarias curas suscipere vt vetitum est hoc fieri à diuinis canonibus. Si autem deprehendantur prædictarum rerum curam agere, vel definant, vel deponantur. Sed multò magis si ad docendos pueros, & seruos prælegedis libris in sacerdotium cooptatus est.

Can. 11. Oportet œconomos esse in adibus episcopalis & monasteriis.

Cum debeamus omnes diuinos canones seruare, & eum, qui ait: vt sint œconomi in omni ecclesia omnino inuolatum conseruare oportet. Nam si omnis metropolitanus in sua ecclesia œconomum cõstituit, bene quidem. Sin minus propria autoritate Constantinopolis episcopo liceat dispensatorem in sua ecclesia parare. Similiter & metropolitanis si subditi eis episcopi nolunt œconomos in suis ecclesiis constituere. Idem autem seruetur etiam in monasteriis.

Can. 12. Non oportet episcopum vel præpositum suburbana ecclesiæ alienare.

Si quis episcopus inuentus fuerit, vel præpositus, qui fundos ecclesiæ episcopalis vel monasterij sub principali potestate alienet, vel alteri personæ diuedat, irrita sit alienatio, secundum canonem sanctorum Apostolorum, qui ait: Omnium rerum ecclesiasticarum episcopus curam habeat, & eas tãquam inspectante Deo administret. Non liceat ipsi quicquam ex eis sibi vendicare, vel suis cognatis res Dei elargiri. Quod si pauperes fuerint præbeat vt pauperibus, non prætextu illorum ecclesiæ vendat bona. Quod causetur damnum fieri, & nullius utilitatis esse agrum, ne sic quidem eius regionibus principibus fundum venundet, sed clericis vel agricolis. Quod si dolo malo vsus à clerico vel agricola emerit princeps agrum, irrita sit venditio & restituarur

Scripta hæreticorum, puerilia ludibria, quia sunt soluta facilia, vt puerorū ludibria.



tuatur vel ecclesie episcopali, vel monasterio. Episcopus autem vel prappositus qui hoc fecerit expellatur, episcopus quidem ex ecclesia episcopali, prappositus autem a monasterio, utpote qui male dissi-  
pant, quæ non collegerunt.

*Can. 13. Magno supplicio digni sunt qui monasteria profanant.*

Quoniam propter calamitatem, quæ ob nostra peccata contigit in ecclesiis, direpta sunt quædam domus sanctæ a nescio quibus hominibus, & a desepiscopales, atque monasteria, factaque sunt publica diuersoria. Si qui ea tenent restituere volunt, ut secundum antiquum morem reficiantur, bene quidem: Sin minus, si è sacerdotali albo fuerint, eos deponi iubemus: Si monachi vel laici segregari, ut qui condemnati sint, à patre, & filio, & sancto spiritu. Et ponantur ubi vermis non moritur, nec ignis extinguitur: Qui voci domini aduersantur, quæ ait: Ne faciatis domum patris mei, domum negotiationis.

*Can. 14. Non oportet citra manus impositionem legere in sacro cætu super pulpito.*

Quoniam ordo dominatur in omni sacerdotio, perspicuum est, & sedulo seruare sacerdotij traditiones Deo placere. Et quoniam videmus curâ clerici pueriliter quosdam suscipere, qui nondum ab episcopo manus impositionem acceperunt, & legere in sacro cætu super pulpito, contra canones id facientes. Iubemus ne posthac id fiat. Idem etiam seruetur in monachis. Porro \* Anagnostæ manu impositionem liceat in proprio monasterio, vel cuilibet prapposito facere, si ipsi prapposito commissæ fuerit manuum impositio, ab Episcopo, qui præses sit, hoc est, ut sit ipse presbyter. Similiter secundum antiquam consuetudinem chorepiscopus permisso episcopi oportet parare lectores.

*Can. 15. Ne aliquis clericus in duabus collocetur ecclesiis.*

Clericus ab hoc deinceps tempore in duabus ecclesiis collocetur. Hoc enim est negotiationis & turpis lucri proprium, & ab ecclesiastica consuetudine alienum. Ab ipsa enim voce domini audiimus non posse quemquam duobus dominis seruire, aut vnũ amplectetur & alterum negliget. Vnus quisque ergo (ut vox est Apostolica) in eo in quo vocatus est debet manere, & in vna ecclesia assidere. Quæ enim propter turpe lucrum fiunt in ecclesiasticis negotiis, ea à Deo sunt aliena. Ad huius autem vitæ vsum sunt diuersa studia: Ex his ergo si quis velit ea, quæ sunt corpori ad vsum necessaria comparat. Dixit Apostolus. Vtui meo, ex his qui mecum sunt, subministrauerunt manus meæ. Et hæc quidem in hac regia ciuitate: In his autem, quæ extra sunt locis, propter hominum inopiam permittitur.

*Can. 16. Non oportere virum sacerdotio praditum sumptuosos vestibus amicti.*

Omnis luxuria, & coporis cultus aliena sunt à sacerdotali ordine. Qui itaque se colunt episcopi clericive vestibus splendidis, & nitidis eos corrigi oportet. Quod si pergant multæ obnoxij sunt. Itidè qui vnguentis se oblinunt. Quoniã vero radix acerbitalis sursum pullulans inquinatum peperit catholicæ ecclesie, nempe Christiani nominis detractorum hæresim, quam qui acceperunt non solum imaginum picturas auersati sunt, sed omnem etiam religionem abiecerunt, eos qui reuerenter, & pie viuunt, odio prosequentes. Atque impletum est in eis quod scri-

ptum est. Abominatio peccatorum est cultus Dei. Si itaque inuenti fuerint qui frugali, & honesto amictu indutos irrideant, multa corrigantur. Nam superioribus temporibus omnis sacerdos moderato, atque honesto amictu vitam agebat. Qui enim non necessitatis, sed elegantie causa, purpuram induit, accusandus est, ut magnus inquit Basilius. Quinetiam nec sericis, textis, phrygiatis utebantur. Nec addebant variegatas inflatas extremis oris vestium. Audiuerant enim à diuinitus loquente lingua: Qui mobilibus induuntur in ædibus regum sunt.

*Can. 17. Qui non habet quæ ad perfectum ornatum pertinent, ne aggrediat extruere sacellum.*

Quoniam quidam monachi relictis suis monasteriis, cupidi imperij, & parere recusantes, aggrediuntur extruere sacella, cum quæ necessaria sunt ad perfectum ornatum non habeant. Si quis itaque hoc facere aggressus fuerit, prohibeatur ab eius loci episcopo. Quod si necessaria habuerit eius consilia ad exitum perducantur. Idem autem obseruandum tam in laicis, quam in clericis.

*Can. 18. Non oportet feminas vitam degere in adibus episcopalibus, vel in monasteriis virorum.*

Nec curetis externa, inquit diuus Apostolus. Nam mulieres in adibus episcopalibus vel monasteriis versari, omnis scandali causa est. Siquis igitur seruam vel liberam in episcopali domo habere deprehensus fuerit, vel in monasterio ad exhibendum aliquod ministerium, mulctetur. Persistens autem deponatur. Quod si fortè in suburbii mulieres fuerit, & voluerit episcopus vel prappositus illac iter facere, præsentem episcopo vel prapposito, nullo pacto ministerij exhibedi potestas illo tempore mulieri fiat: sed sola sit in alio loco donec abierit episcopus, ut reprehensio vitetur.

*Can. 19. Ut sine muneribus constitutiones sacerdotum, monachorum, & monacharum fiant.*

Ad eodè grassatur avaritiæ labes in ecclesiis præfectos, ut quidam qui venerabiles dicuntur, vii & femina Domini mandatorum obliuiscuntur, & propter aurum accedentes ad sacerdotalem ordinem, vel monasticam vitam admittant: & ita fiat, ut inuiti improbum, sic vniuersum culpabile, ut ait magnus Basilius. Nec enim deo per mammona seruire licet. Siquis itaque hoc facere deprehensus fuerit, si Episcopus vel prappositus, vel quispiam è sacerdotali ordine, vel desinat, vel deponatur, ut præcipit secundus canon Chalcedonensis sanctæ synodi. Quod si prapposita fuerit, expellatur è monasterio in subiectionem. Similiter prappositus qui non habet gradum presbyteri, si bona vel à parentibus pro dotalibus tradita, vel ecastrensia attulerit confitentibus iis qui illa adferunt Deo consecrata esse: Statuimus, siue maneat, siue exeat, ut ipsa maneat in monasterio, secundum illius promissionem, nisi fuerit culpa præcedentis.

*Can. 20. Non oportet ex vno duplex fieri monasterium, & de duplicibus monasteriis.*

Ex hoc tempore statuimus ne fiat duplex monasterium, quoniam scandalum, & offendiculum id multis fit. Quod si qui cum cognatis cupiant saculo renunciare, & solitariam vitam sequi, viros quidem oportet abire in virile monasterium, mulieres verò in muliebri ingredi. Hoc enim delectatur de. Quæ autem hæcenus fuerunt duplicia, maneat secundum canonem sancti patris nostri Basiliij atque

secundum eius constitutionem confirmentur. Ne viuant in eodem monasterio monachi & monachæ. Lupanaria enim irrepit inuicem illam coniunctionem. Ne habeat libertatem monachus cum monacha, vel monacha cum monacho priuatim loquatur. Ne dormiat monachus in muliebri monasterio. Ne cibum vna capiat monacha priuatim. Cum verò necessaria ad vitam ex parte virili ad canonicas comportantur extra gregem, ea accipiat prapposita muliebris monasterij cum vetula aliqua monacha. Quod si vsus fuerit & aliquam cognatam inuisere velit monachus, præsentem prapposita, cum ea loquatur paucis tamen verbis.

*Can. 21.*

Nō oportet monachum vel monacham proprium relinquere monasterium & ad aliud se conferre. Si autem hoc contigerit ipsum in hospitem accipi est, necessarium. Recipere vero eum sine consensu prappositi non licet.

*Can. 22. Oportet cum gratiarum actione & omni reuerentia monachos si vsus venerit cum mulieribus cibum capere.*

Deo omnia permittere nec propriis cupiditatibus seruire, res magna est. Siue enim editis, siue bibitis (ait D. Apostolus) omnia in gloriam Dei facite. Christus itaque Deus noster in Euangeliis suis initia peccatorum excindere iussit. Non enim adulterium ab eo solum plectitur, sed & motus cogitationis ad adulterij conatum condemnatus est, cum ipse dicat. Qui aspexerit mulierem, ut eam concupiscat, iam adulterium cum ea commisit in corde suo. Hinc itaque edocti cogitationes expurgare debemus. Nam quamuis omnia licita sunt, non tamè expediunt omnia, ut Apostolica voce erudimur. Necessarium est itaque vnicuique homini propter vitæ vsum edere. Et qui quidem nuptias sequuti sunt, & liberos habent, & laico cultu viuunt, ut simul viri cum feminis cibum capiant, inculpabile est, si modò alimentorum largitori gratias agunt, non quædam scenica instituta, id est, sathanica cantilenarum, cythararumque & meretriciarum saltationum adhibeant, quos inuadit prophetica execratio dicens: Vx qui cum cythara, & psalterio vinum bibunt: opera autem Domini non intuentur, & qui opera manuum eius non animaduerrunt. Quod si vnquam tales fuerint inter Christianos corrigantur. Sin minus, valeant in eos quæ à prædecessoribus nostris canonicè ædita sunt. Quibus autem vita est quietæ & solitaria, quæ spopondit Deo se iugum solitarium tollere, sedebit solus & tacebit. Quinetiam iis, qui sacerdotalem vitam delegerunt, nullo pacto licet cum feminis cibum priuatim capere, nisi cum aliquibus religiosis & piis vitis, & mulieribus, & ipsam conuiuium ad emendationem spiritualem adducat. In cognatis quoque idem faciat. Quod si in itinere contigerit, ut quæ ad necessarium vsum pertinent, non afferat monachus vel sacerdos, & ob necessitatem diuertere velit, vel in cauponam vel in domum alicuius, permittatur id facere, nempe urgente necessitate.

*POST EDITIONEM CANONVM extat epistola sic se habens.*

**IN OMNIBVS SANCTISSIMO ET BEATISSIMO fratri & comministro domino Adriano papæ veteris Romæ Tarasius diuina miseratione episcopus Constantinopolcos nouæ Romæ in domino gaudere.**



Vfficit quidem salutaris dispensatio magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi, ad pacem & concordiam omnibus Christianis. Ipse enim post resurrectionem à mortuis, Apostolis suis inspirando, dixit: Pacem meam do vobis pacem meam relinquo vobis. Qua de causa is qui raptus fuit in cælum & in paradysum ingressus, audiuit verba quæ non oportebat dici. Paulus inquam Apostolus Diuinus omnibus nobis testatus est, dicens: Christus est pax nostra, qui omnia facit ex diuersis & medium parietem obstaculi dissoluens, inimicitiam scilicet de carne sua. Et iterum ad Thessalonicenses scribens admonet: Igitur fratres state & seruate traditiones, quas edocti estis siue per verbum siue per epistolas nostras. Sed postea inueteratus hostis diabolus, ecclesiam super fundamentum Apostolorum & prophetarum per diuersa tempora iuxta beneplacitum Dei ædificatam, non studuit non conuellere & inturbare, seipsum scilicet vi inferius per quosdam affectus suos improbos, per quos etiam zizania seminavit in hac eleganti terra ab Apostolis exulta. Si siquidem accepti à superius potestate, in sulcis diuine efficacitæ seminatum frumentum reliquere, quorum diuinam doctrinam accipientes patres nostri admirandi zizania quidem extirparunt, nimirum hæreses & inuerras vaniloquentias. Radicitus vsque euellentes & dimiserunt messem puram ecclesie: vestra igitur Deo decens sanctitas horum adherens doctrinis, & ab ipsis sermonibus veritatis sermonem accipiens turbas illas spinosas nunc pullulantes adiungente se tibi inuerratorum fidelissimorum synceritate, extirpare machera spiritus sancti satagit. Misisti enim nobis postulantibus viros concordēs, & dignos Apostolica sede sancti Petri, quos ad semissos imperatores nostri syncerissimi humaniter suscipientes, ad nos iusserunt proficisci, à quibus postquam literas sanctitatis tuæ accepissemus, easque legissemus, adduximus ad sanctos, & reuerentes viros Ioannem & Thomam verbo & cognitione vobiscum sentientes, qui eisdem temporibus, vna cum variis Episcopis, zelo Dei & voluntate huc se ad sacram synodum, iubentibus & volentibus etiam syncerissimis imperatoribus contulerunt. Verum nos ante annum sedem colligere synodi statueramus, cum improbi aliquot homines, & quorum mentes insaniam tumultuabatur turbam in nobis ruentes, cathedram prohibuerunt: quamobrem coacti sumus integrum annum à proposito nostro desistere, nihilque quod ad eam rem attinebat tentare. Tempore deinde succedente, iterum venerabiles isti Episcopi in splendida metropoli Nicæa prouinciæ Bithyniæ imperatorum nostrorum mandato congregati sunt, nos autem accipientes comites itineris, & venerandos viros legatos vestros & vicarios quoque oriētis, ad ipsam metropolim venimus & omnibus nobis sedentibus eligere caput nempe ipsum Christum visum est, iacebat autem in sacro throgo Euangelium sanctum, quod omnibus nobis qui conuenerant, iustum iudicium iudicate, iustitiam pro sancta Dei ecclesia administrante proclamabat. Itaque prerogatiua quadam literas sanctitatis tuæ primo loco legi iussimus, & eramus quidem tunc omnes veluti in regio conuiuio epulis spiritus intenti, quod tali conuiuio animi nostri recrearentur, pedesque nostri in viam rectam

veritatis per te ducebantur. Sic contracta membra in vnum corpus componebantur. Sic vera concordia reualuit, sit catholica ecclesia in vnionē est collecta. Post illas autē literas legimus quoque eas quę ex orientalibus dicecesibus nobis missę fuerant: atque ita patrum traditionis lumen acrius exactiusq; resplenduit & vis veritatis clarior fortiorque euasit. His se ita habentibus ab omnibus nobis qui diuina voluntate conueneramus, confessio est vera, & calūnię expers cōfessio, quę & à nobis ad vos missa est. Per relationem itaque nostram piis imperatoribus nostris omnes hęreticę prauitatis principes, qui que eos insequuntur, profanatione & execratione condemnati sunt propterea quod sanctam ecclesiam catholicam iniuria affecerint: nec vero illi tantum qui in hac vita, in eadem opinione manēt, sed etiam qui vitam turpiter & peruerse proiecerunt. Sed quidam eorum adhuc presentes, salutem suam per scriptos libellos, cōfessi sunt. Neque Christus Deus noster, petra scilicet in qua fixi sumus, vestem illam desuper contextam ipsam nimirum catholicam, à se & super se edificatam, ecclesiam suam, diuisam & disruptam diutius pati potuit, neq; membra huc illucque dispersa diutius diffundi sustinuit, sed simul cū veteribus hęresibus errorem nouę prauitatis iconoclastarum, qui contra venerandas imagines rabię suam exercuerūt verbo gratię suę subuertit, & ma-

chæra spiritus execut. Abunde autē instructi sumus & experiētia cognouimus, veritatem super omnia posse & valere, quicquid illi repugnat id tandē semper cedit, & aciem relinquere cogitur, ipsa est enim omnium fortissima, ita vt facile quo suis inimicos superet & repugnantium phalanges dissipet, ecce enim falsiloquorum & mēdaciū labia compressit, tenebrę absurdarum blasphemiarum cessarunt, pulchritudo veritatis dogmatū resplenduit, iam omnis hęretica blasphemia eiecta est, & propulsata. Ecclesia proprium ornatum recepit requiem ex immētis laboribus inuenit, veritas est inconcussa, & inexpugnabilis aduersus quam portę inferorum, & infidelitatis non praualebunt quemadmodum ex ore dominico audiimus, & gaudio repletū est os nostrū, & lingua nostra exultatione. Gausi autem sumus in ecclesia cui præsedimus, iuxta Dei volūtatē. Hęc igitur facta sunt Christo Deo nostro qui super omnes est rem procurante auxiliantibus etiā orthodoxis & fortissimis nostris imperatoribus. Ipsi enim omnibus in locis venerandas imagines restituerūt, cum in sacris templis, tum etiam in portis regiarū. Quibus Deus præmium, exaltādo cornu imperij illorum ad pacem ecclesię suę, & salutem omnium nostrorum Christianorum cuius nomen sit benedictū in sæcula sæculorum Amen.

*Finis septimę synodi.*

## OCTAVA SYNODVS VNIVERSALIS, CONSTANTINOPOLITANA QUARTA, sub Adriano pontifice huius nominis secundo, & Basilio Imperatore, anno sui imperij tertio. A Christi verò natiuitate 870, ad deponendum Photiū, & restituendum Ignatium verum patriarcham, Constantinop. celebrata.

*De octaua synodo Velitatio. Francisc. Iouerii.*



Riplicem octauam synodum Constantinopoli coactam fuisse ex historiis apertè colligi potest. Prima enim habita est in templo Apostolorum, ad depositionem Ignatij, & promotionem Photij, cui interfuit Imperator Michael, cui etiā interfuerunt legati Nicolai primi Rodoaldus & Zacharias. Nicolaus tñ negat se aliquid potestatis illis contulisse ad concilium celebrandum, sed duntaxat ad Ignatij causam cognoscendam, vt eam ad sedem Romanam referrent. Cæterum Adrianus secundus in epistola quę lecta est actione septima, apertè cōdemnat hoc Photij, quod vocabant, octauum concilium, latrociniumque appellat. Ex eadem septima actione colligitur, hanc primam octauam synodum edidisse 17 canones, quorum aliqui, ni fallor, habētur apud Gratianum, quos vt potuimus collegimus, & circa finem adscriptimus. Secunda synodus octaua est hęc, quam præ manibus habemus anno 870 coacta, non propter hęresim aliquam licet agatur cōtra iconoclastas, sed hoc obiter. Præcipuus tamen scopus fuit ad restituendum Ignatium depositum ab archiepiscopatu, & deponendum Photium, qui fauore impe-

ratoris Michaelis ex foro sæculari, repente in patriarchatum fuerat intrusus: hęc est quam exhibemus legendam. Tertia dicta octaua, fuit sub Ioanne papa Romano, qui restituit Photium, celebrata in templo S. Sophiæ, in qua editi fuere tres canones. Mortuo iam Ignatio, Ioannes ad pacem componendam, eundem Photium confirmat. Hęc est octaua synodus, cuius meminit schedula gręca, quam initio huius libri præfiximus. Nobis verò hęc vnica, quam tradimus, videtur octaua, ea verò, quę sub Ioanne papa celebrata, patriarchica dicitur, quales fuerunt multę celebratę, sed vix œcumenica dixerunt octaua. Nequeo satis mirari gręcorum leuitatem, bona eorum venia dixerim, quam multi etiam mirantur, cur Florentinum concilium gręci octauum appellent, & ita in libris latinis, è gręcis tamen latinis redditis passim vocatur concilium octauum. Contendant quantum velint gręci, & non referant in seriem generalium hoc nostrum sub Adriano secundo, esto, quod tamen non est illis cōcedendum. Sed dum titulus ille, octaua synodus, in cōcilio Florentino, ex gręco translato, admittitur (cum septimam sub Irene omnes gręci probent) interim concedimus illis nullum ante illud fuisse œcumenicum in

in ecclesia latina, quod manifestè falsum esse vel solo concilio Lateranensi sub Innocentio 3, conuincitur, negare enim id nequeūt fuisse œcumenicum, quod omnes ei conditiones conueniant. Vt autem reuertar ad nostram octauam synodum, quidā gręcorum causantur non esse œcumenicam, sed locale siue patriarchalem, quod in ea non sit tractatum nec statutū de fidei negotio: sed causa particularis fuit, non concernens totam ecclesiam. Vt vere ingenuè fatear, non rectè capio, quonam pacto collocent inter generalia illud sub Ioanne papa, potius quā hoc sub Adriano secundo, nisi quia autoritate summi pontificis, eorū patriarcha fuit hac synodo iure depositus. Et cum à multis annis illi inuideant latinę ecclesię, libenter deprimunt, ea quę fauent nobis. Quod addunt non tractari negotium fidei in hoc octauo nostro concilio, fateor non tractari ex professo, sed obiter agitur contra iconomachos. Cæterum, non est omnino necesse negotia fidei ex professo in concilio generali agi, satis est de his tractari quę spectāt bonos mores, & ecclesię hierarchiam, quę ad rectam fidem conseruandam cōducunt maximè. Notabatur etiam Photius hęreseos, & multorum criminum aliorum, & conturbatio ecclesiasticę hierarchię reddebat excommunicationi obnoxium & re vera fuerat excommunicatus propter Ignatium è propria sede iniuste deturbatum, quod crimē hęresi proximum est, seipsū ministeriis sacris indecenter ingerere contempta excommunicatione. Ad hęc quod fidei negotiū quælo tractabatur in synodo illa Constantinopolitana sub Ioanne octauo. Intelligitur iam quò tendant illi, si diis placet, egregij tractatores, vnitatem ecclesię prætexentes, symbolum in medium proponunt, vt latinorum rectā sententiam de spiritus sancti processione à patre & filio euertant. Quandoquidem in Constantinopolitano symbolo habetur, à patre procedere spiritum sanctum, & nulla sit mentio de processione à filio, quam particulam ecclesia latina in maiorem explicationem veritatis, addidit. Sæpe inculcant particulam, nullam additionem faciendam symbolo, quod verum est si aliquid alienum & diuersum, quemadmodum Paulus ad Galathas, si quis aliud, id est, diuersum prædicauerit, anathema sit: si verò ad maiorem explicationem, quemadmodum particula illa, filiūque, quam adiecit latina ecclesia, ad spiritus sancti originem decenter explicandam, non inconuenient additionem fieri. Quare illud fragmentum epistolę quod appendet in schedula illa gręca ad octauam synodum sub nomine Ioannis octauo, mihi est vehementer suspectum.

*Actio prima.*

Anno tertio piissimorum Imperatorum Basilij & Constantini conuenientibus Donato & Stephano episcopis & Marino diacono & locum tenentibus Adriani sanctissimi archiepiscopi senioris Romę & Ignatio archiepiscopo Constantinopolitano nouę Romę &c.

Hic primò synodus exegit à legatis Romanę sedis literas, quibus notam facerent potestatem suam, vt præsiderent in synodo. At illi prodixerunt epistolam Adriani papę ad Basilium Imperatorem, cuius titulus est.

Adrianus episcopus seruus seruorum Dei, piissimæ Imperatori Basilio Augusto Christianissimo & desiderabilissimo filio. Legationis excellentię tuę

&c. Et post pauca subiungit. Volumus per vestre pietatis industriam Constantinopoli numerosum celebrare concilium, cui nostri quoque missi præsidētes, & culparum personarumque differentias liquidò cognoscentes (iuxta quod in mandatis acceperunt) singulorum libere discretionēs exerceant: in quo sacro cœtu execrandi vanitatis concilij, quod aduersum hanc sedem actum est, cuncta decernim⁹ exemplaria à possessoribus suis ablata (contemplantibus cunctis) igne cremari, nec superesse apud quęlibet ex his omnibus, saltem vnum iota vel vnū apicem, nisi quis totius clericatus, imò totius nominis Christiani (anathemate percussus) carere voluerit. Non enim tam detestandum collegium nisi Ariminensi sub Constantio, vel Ephesino à Dioscoro cōgregato latrocinio comparandum decernimus. Et dilectos fratres meos Donatum sanctę ecclesię Hostiensis, & Stephanum ecclesię Repefinę reuerend. episcopos, atque filium meum Marinum Apostolicę sedis diaconum, consiliarios nostros tuę cōmendamus pietati. Precamur, vt eos ob amorem præcipuorum Apostolorum Petri & Pauli (à quorum sede mittuntur) benigne suscipias, & tanquam nobismetipsis aures credulitatis accommodes.

Deinde productus est libellus à sancta Romanorum ecclesia missus, & lectus audiente tota synodo. Cuius summa est.

Anathematizamus omnes hęreses simul cū Iconomachis. Anathematizamus etiam Photium, qui contra sacras regulas, & sanctorum pontificum Romanorum veneranda decreta repente de curiali administratione, seculariq; militia sublatus (superstite Ignatio patriarcha) in Constantinopoli est persuasorie, imò tyrannice à quibusdā schismaticis, vel anathematizatis atque depositis institutus ecclesia, donec sedis Apostolicę sanctionibus inobediens perseuerans, eius sententiam tam de se, quam de Patriarcha nostro Ignatio spreuerit, & conciliabuli acta, quod se authore, contra sedis Apostolicę congregatum est, anathematizare distulerit. Sequimur autem sanctam synodum, & amplectimur, quam beata recordationis papa Nicolaus (cui & ipse domine angelice summe pontifex Adriane subscripsisti) ante sacratissimum Petri & Pauli (Apostolorum eximij) corpus celebravit. Simul & quam tu ipse nuper egisti, & omnia, quę in his statuta sunt, secundum decreti vestri moderationem venerabiliter conseruabimus, recipientes quos recipiunt, & damnantes omnes, qui in illis damnati sunt, & præcipue iam dictum Photium & Gregorium Syracusanum patricidas videlicet, qui contra spiritalem patrem suum linguas eximere minime formidarunt, atque perseuerantes in schismate sequaces eorum, necnon & qui in illorum cōmunionis societate permanserint. Sancta synodus dixit: Omnibus placet libellus à sancta Romanorum ecclesia expositus.

Deinde lecta est definitio episcoporum Orientis super depositione Ignatij, quę facta fuerat priusquam vicarij senioris Romę venissent, quę conueniebat cum ea, quę facta fuerat à synodo Romana præsentē Nicolao papa. Et absoluta est actio prima.

*Actio secunda.*

Ad hanc sessionem venerunt, qui ceciderant cum Photio, episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi; & proferentes libellos penitentię coram synodo, recepti sunt ab ea cum sola manus impositione. Et abso-

33 q 2.  
Latorem.  
Definitio synodi Romanę celebratę sub Nicolao.

absolutus est conuentus secundus.

Actio tertia.

In hoc conuentu lecta est epistola Imperatoris Basilij, & epistola Ignatij Patriarchæ ad Nicolaum papam: & deinde epistola Adriani papæ ad Ignatiũ Patriarcham super damnatione Photij, & suorum sectatorum.

Actio quarta.

In hac sessione primo legitur epistola Nicolai ad Michaelẽ imperatorem, missa per Rhodoaldũ & Zachariam olim episcopos: in qua ostendit Cæsari, hominem laicum non promouendum ad sacerdotium subito, sed per suos gradus, sicut Sardicẽse cõcilium (vt de laicis non eligerentur antistites) in ca. 13. per omnia prohibuit. Item & Cœlestinus papa in decreto suæ sanctionis cap. 21. & Leo Romanæ sedis pontifex hoc ipsum in decretalibus suis prohibuit cap. 23. Item & Gelasius non solum episcopos de laicis fieri prohibuit, sed etiam presbyteros ne talia præsumerent, vetuit in decretorum suorum ca. 3.

Accedit, quod prædecessor noster Adrianus primus in epistola quam Constantinopolim pro venerandis imaginibus destinauerat, ita instituit, vt amplius de laicis nullatenus ordinarentur antistites. Hæc Nicolaus. Subinde verò commendat venerationem sanctarum imaginum.

Secundo, legitur altera eiusdem Nicolai ad Photium epistola, in qua inuehitur in illũ propter vsurpatum sacerdotium contra ordinem sacrorum canonum. Deinde ad illud quod scripserat ad Nicolaum papam, quod exemplo aliorum patrum fecerat, respondet.

Temere & impudenter ad tanti honoris culmen ascendere præsumpsisti, assumens tibi quasi à sanctissimo viro Nectario occasionem, quem sancta secunda synodus non ob aliud ad sacerdotalem eligere, atque ordinare ex laicali ordine voluit dignitatem, nisi quia magnæ necessitatis contritione anxibatur, eo quòd in Cõstantinopolitana ecclesia nullus clericorum inueniri poterat, qui pessimæ hæreseos nimbofa caligine non fuerat impeditus. Et ob hoc ne diu iam dicta ecclesia sub destitutione pastoris quasi viduata maneret, prædictum Nectarium expugnatorẽ hereticorum, & defensorem ecclesiarum ad ecclesiasticam curam & dignitatem sacerdotale secunda sancta synodus elegit. Sed vt hoc iterũ fieret, non confirmauit, nec instituit. Et ideo licet contra patrum, atque canonicas institutiones, quod per necessitatis fieri euentus comprobatur, non in auctoritate tenendum est: sed ne iterũ talis proueniat necessitas, magis magisque cauendum.

De Tarasij quidem promotione, qui similiter ex laicali cõtũ ad Patriarchatus ex templo culmẽ promotus est, quã & vos quasi in auctoritate vestra defensionis assumere vultis, si sanctam (quæ apud vos tẽpore sanctissimi viri Adriani papæ celebrata est) synodũ diligentius scrutati fueritis, inuenietis quid in eadẽ sanctissimus vir consultus decreuit: & quòd dum eius consecrationis reprehendere tactus, & mœrorem se pro tam præsumptiua factione minimum sustinere profiteretur. Dicit enim quòd nisi in erigendis imaginibus feruentius contra illarum depositores, atque conculcatores vt verus miles Christi resisteres, nequaquam vestra consecrationi assensum præberemus, aut in ordine Patriarchatus vestra dilectionem susciperemus, quæ tantum declaratur

in ordinate promotus, quantum comprobatur cõtra Apostolica decreta enormiter præsumpra.

Beatissimũ quoque Ambrosium splendidissimã lucernã ecclesię, qui ex cathecumeno (diuino præfatio) ad episcopalem per continuos gradus promotus est dignitatem, cur nobis pro vestro tutamine opponitis? Qui non instinctu hominum, sed diuina vocatione per miraculorum prodigia electus est.

Tertio, legitur & alia epistola Nicolai ad Imperatorem, quæ idem tractat argumentum.

Actio quinta.

Ad sessionem venit Photius, & stantem in præsentia patrum interrogauerunt eum ter legati, si susciperet constituta sanctorũ patrum. At Photius nõ respondit verbum. Sed tamen vrgẽtibz vicariis senioris Romæ, tãdem dixit. Vocem meam etiam me tacente Deus audit.

Præsidentes synodi dixerunt: Per silentium non effugies manifestiorem damnationem. Et eo præsentate fecerunt, vt legerentur epistolæ, quæ in actione quarta fuerant lectę. Quibus lectis, vicarij senioris Romæ dixerunt. Nos ergo non nouum aliquod vel recẽs iudicium iudicabimus, aut introducemus, sed verus ex multo tempore iudicatum à beatissimo papa Nicolao: firmatum autem à sanctissimo papa Adriano, & nos non possumus commoueri à patris definitionibus & legibus. Quem ergo nec sedes nostra Apostolica, nec sedes receperunt Orientalium, quis de cætero (Christianus esse volens) vltorius suscipiet? Sed talem conatum abiicimus, & anathematizamus, ne vltorius contra ecclesiã talis que libet alia forte in omne seculum maligna introductur actio, nec temere à mūdana potestate eiiciatur legitimus pontifex, & pro eo subrogetur alter inique & illegaliter.

Sancta & vniuersalis synodus exclamauit. Recipimus hæc omnia, valde quippe sunt discreta, & congrua ecclesiasticis regulis, atque legibus. Et sic commonitus est ad pœnitentiam Photius & dimissus, & absoluta est actio quinta.

Actio sexta.

Vocati sunt ad synodũ episcopi Photij, ante quos lectæ sunt epistolæ Nicolai papæ ad Michaelẽ imperatorem & Photium per Leonem à secretis missę (quasque quarta continet actio) & cum nolent respicere, commonuit eos corã synodo Basilij Imperator. Et cum nec sic agnoscerent errorem suum, denuo commonuit eos Imperator dicẽs. Ecce qualiter & quoties admonimus vos, & audistis, & non est vobis rationis sermo. Si enim vultis subici ad monitionibus omnium nostrum, ecce potus & medicina: quòd si non, Imperium nostrum præbet vobis inducias septem dierum, vt si quidem curam gereritis salutis vestra, bene & optime, si verò minime, ventura sexta feria in sancta & vniuersali synodo state omnes, & quicquid definitur vniuersalis synodus, fiet. Et absoluta est actio sexta.

Actio septima.

Ingressus est Photius ad synodum baculo innixus, quem ab eo Marinus vicarius Romanus iussit auferri dicẽs. Baculus signum est dignitatis pastoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia lupus est, nõ pastor. Et hortabantur illum vicarij senioris Romæ ad faciendum libellum pœnitentię: & tota synodus prouocabat illum ad pœnitentiam: sed ille eos è cõtrario cum suis Episcopis ad pœnitentiam magis impellebat.

Episcopus Romanus nõ iudicatur à quoquam nisi in casu hæresis. Hic dånatur synodus in tẽplo apostolorũ celebrata Constanti per Photium quæ habet 17. can. De cõuiculis cõtra Romanũ collectis similiter abolendis. Ne Photio inuasione rato dånato. Dånatur et altera synodus Photij in tẽplo Sophia celebrata habet tres can.

impellebat.

Lectæ epistola Nicolai papæ ad clerum Constantinopoli, in qua late tractat hoc argumentum de seclata depositione Ignatij, & introductione Photij.

Mox recitata sunt gesta synodi, quæ facta est ab Adriano Romanorum papa super promotione Photij. In tertia autem allocutione Adriani ad synodum sic habetur. Romanum pontificem de omnium ecclesiarum præsulibus iudicasse legimus: de eo vero quenquam iudicasse non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, quia fuerat super hæresi accusatus propter quam solum licitum est minoribus, maiorum suorum motibus resistere, vel prauos suos sensus libere respuere, quanuis & ibi nec patriarcharum, nec cæterorum antistitum cuiquam de eo quamlibet fas fuerit proferre sententiam, nisi eiusdem primæ sedis pontificis consensus præcessisset.

Adrianus papa de profano conciliabulo Constantinopoli congregato penitus abolendo.

Conciliabulũ vanitatis à Photio, & huius fauore Michaelẽ videlicet tyrannice imperante Constantinopoli nuper aduersus Apostolicæ sedis reuerentiam, & priuilegium congregatum, vtpote veritatis inimicum, & omni falsitate repletũ: cum & sibi cõsentientium animas interficiens Ephesino latrocinio comparandum fore statuimus, & ipsius execranda gesta (quibuscunque habeantur monumentis inserta) summi iudicis domini nostri Iesu Christi, sanctorum Apostolorum principum Petri & Pauli, nostraque mediocritatis auctoritate penitus abolenda decernimus, ita vt igni tradantur, & anathemate perpetuo percellantur. Similiter & de cæteris scripturis, quæ (viris iam nominatis auctoribus) contra eandem sedem tempore diuerso sunt editæ, gerendum definimus.

Pari etiam modo de conuenticulis ab eisdem viris Michaelẽ scilicet imperante, seu Photio Cõstantinopolitano inuasore bis aduersum fratrem & copiscopum nostrum Ignatium factiose collectis, deliberamur.

Photium, qui licet sit à decessore meo & à nobis pro criminibus ante patris iure damnatus & anathematizatus, nunc tamen quia recetioribus excessibus priores iniquitates transcendit, & ponens in cœlum os suum aduersus veneranda sedis Apostolicæ priuilegia noua temeritate prorupit, cui resistere minime formidauit, Apostolicæ auctoritatis censura iterato damnamus, & anathematis nexibus innotamus. Si tamenvia voce ac proprio scripto apostolicæ sedi in omnibus obedire spõderit, & prophanam conciliabulum à se Constantinopoli celebratum damnauerit, laicæ communionis gratiã nõ negamus.

His sententiis subscripsit Adrianus papa, etiam & alij episcopi.

Post hæc verò Stephanus diaconus fecit anathematismum Photij, & sequacium, & cooperatorum eius, in quo ipsum Photium vt secularem & tyrannum, vt schismaticum & danum, vt mœchũ, & parricidam, vt fabricatorem mendacij, & vt nouum Dioscorum anathematizat cum omnibus sequacibus & fautoribus eius.

Actio 8.

In conuentu octauo tractatum est de abolendis chirographis iniustis & vniuersis actis conciliabu-

lorum, quæ à Photio cõtra papam Nicolaum, & patriarcham Ignatium celebrata sunt. Quæ vniuersa præcepto Imperatoris & synodi combusta sunt.

Deinde venerunt ad synodum aliqui sacerdotes Iconomachi, & monitis sanctæ synodi, & Imperatoris conuersi recepti sunt cum sola manus impositione.

Postremo Stephanus diaconus è suggestu anathematizauit Iconomachos & Photium in hac forma. Cõcilio quod adhuc fremit contra venerabiles imagines anathema.

His, qui sumunt diuinæ scripturæ dicta, quæ sunt aduersus idola contra venerandas imagines, anathema. Cætera sicut in synodo septima & vniuersali actione 7. in fine.

Actio 9.

Quæ nona continentur actione. Nunciatur synodo venisse Ioseph vicarium Alexandria sedis: huius hortante synodo, epistola commẽdatitia legitur, & ipse receptus, quæ acta sunt in octo actionibus prædictis approbat.

Mox examinantur falsi testes, qui contra Ignatiũ iurauerant, & cum præscripta à synodo satisfactioe pœnitentię recepti sunt ad communionem ecclesiæ. Sic recepti sunt & cæteri, qui defecerat ad Photium deserto legitimo antistite Ignatio.

Actio 10.

In postrema sessione annuẽte tota synodo præceperunt vicarij senioris Romæ, vt legerentur canones, quos statuerat sancta synodus.

Canones octauæ synodi œcumenicæ, quidam integri, alij in compendium reducti.

Can. 1. De obseruatione canonum vniuersalium & localium synodorum.

Regulas, quæ sanctæ, catholicæ & Apostolicæ, tã à sanctis Apostolis, quã ab orthodoxorum vniuersalibus, necnon & localibus cõciliis, vel etiã à quolibet de illoquo patre ac magistro ecclesiæ, traditæ sunt, seruari ac custodire profiteamur: quibus & propriam vitam & mores, & omnem sacerdotij catalogum regamus. Sed & omnes qui Christiano censentur vocabulo, damnationibus & iustificationibus quæ per illas prolatae sunt, canonicè subici decernimus. Tenere quippe traditiones quas accepimus siue per sermonem, siue per epistolam sanctorum qui ante fuerunt, Paulus aperte admonet.

Can. 2. Vt seruentur definitiones Nicolai & Adriani papæ.

Secundus canon habet, vt conferuentur definitiones synodicæ à beatissimo Nicolao papa & Adriano Romano patriarchis pro defensione ecclesiæ Constantinopoli. ac restitutione Ignatij, atque Photij Neophyti expulsionẽ, ac condemnatione eiusdẽ Photij. De quibus in actione quarta.

Can. 3. Vt venerentur imagines.

Sacram imaginem domini nostri Iesu Christi & omnium saluatoris æquo honore cum libro sanctorum euãgeliorum adorari decernimus. Sicut enim per syllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, salutem cõsequuntur omnes, ita per colorum imaginariam operationem & sapientes & idiotæ cuncti, ex eo quod in promptu est, perfruuntur vtilitate. Quæ enim in syllabis sermo, hæc & scriptura quæ in coloribus prædicat, & commendat. Dignum est enim vt secundum congruentiam rationis, & antiquissimam traditionem propter honorem, quia ad principalia

Dist. 63. ca. 1. Adrianus

Nectarij ex pratore vrbano catechumeni sacerdotiũ suscepit in seclãda synodo generalis, cui et præfuit, vt refert histo. eccle. lib. 11. cap. 21. & Tripar. hist. lib. 9. ca. 13.

Tarasij ex laico ordine assumitur ad archiepiscopatum.

2. Thess. 2.

Dist. 63. ca. 1. Adrianus.

De obseruatione imaginum.



cupialia ipsa refertur, etiam deriuatiuæ imagines honorentur, & adorentur vt sanctorum euangeliorum facer liber, atque typus preciosæ crucis.

Quartus canon declarat quod Neophytus Photius nunquam fuerit episcopus, nec illi, qui in sacerdotali gradu consecrati sunt ab eo, putentur esse sacerdotes: sed subuertenda esse omnia quæcunque ille ad dandum aliis gradum sacerdotij operatus est.

*Hoc idē de sacerdotali dignitate statuitur in canone 38. cōc. Brac. 2*

*Can. 5. Nullus ex laico ordine assumatur episcopus.*  
Nullus de Senatoria dignitate, vel de aliquo laicorum ordine nuper tonsus eligatur, vel suscipiatur Patriarcha, nisi secundum definitionem quæ prolata est ab hac sancta & magna synodo, scilicet, si omnem gradum ecclesiasticum transigens per definita nunc tempora irreprehensibilis inuentus extiterit, & probatus, ita vt in gradu lectorum annum cōpleat, in subdiacono verò duos, sitque diaconus tribus, & presbyter quatuor annis: bene placuit huic sanctæ & vniuersali synodo eligi hunc, & admitti.

*Can. 6. Anathematizatur Photius.*  
Anathematizamus Photium. Primo, propter nequissimam inuasionem ecclesiæ Constantinop. cum aliis malis operibus suis. Secundo, propter inuentionem falsorum vicariorum. Tertio, propter cōcilium vanitatis quod celebrare tentauit. Quarto, propter crimina quæ falso contra sanctissimum papam Nicolaum in suo conciliabulo proposuit.

*Can. 7. De non admittendis hostibus imaginum.*  
Valde proficuum est & venerabiles imagines pingere, sed & proximo disciplinas diuinæ ac humanæ sapientiæ docere. Non autem bonum est, nec omnino proficuum ab indignis horum aliquid fieri huius rei gratia, nequaquam imagines operari in sacris templis: sed neque in quouis loco docere anathematizatos ab hac sancta & vniuersali synodo, definimus & promulgamus, vsque à propria seductione ac malitia conuertantur. Quisquis ergo post hanc definitionem ad picturæ sanctarum imaginū in ecclesiis, aut doctrinæ actione quoquo modo eos admiserit, si quidē clericus fuerit, proprio gradu periclitetur: si laicus, communionem priuetur.

*Can. 8.*  
Apparet ex actis octauæ sessionis huius synodi solitum fuisse Photium, cum eius vigeat hæresis, extorquere chirographas tum à quouis ordine clericorum, tum etiam à laicis nobilibus & ignobilibus vsque ad cerdones, & pelliones, & reliquam plebis faciem, quibus promittebant, se illi adhæsusuros pugnatorosque pro eius opinione. Ipse præterea Photius solebat aliis vicissim chirographas dare, quibus facultatem dabat ad docendum, vel discendum. Ex hoc improbo more arripere ansam & catholici, vt vellent à piis sacerdotibus habere syngraphas, vt discerent, & docerent, essentque tuti & securi talibus muniti scripturis. Ob hoc sancitū est octauo hoc canone huius sanctæ synodi, vt qui creatur episcopi, vel patriarchæ nullas chirographas à catalogo clericorum expostulent, sed tantum fiant solennitates de more: & vt liceat omnibus idoneis discere, vel docere libere sine facultate per chirographas.

*Can. 9. Ne archiepiscopi uisitationis pretextu suffraganeos grauent.*  
Auaritiam utpote secundam idololatriam Paulus magnus execratur Apostolus, cunctos videlicet qui Christiano vocabulo censentur, ab omni turpi lucro abstinerere volens, multo magis ergo iis qui la-

cerdotio funguntur, nefas esse coepiscopos, aut suffraganeos suos per quemcunque modum grauari. Huius rei gratia definit hæc sancta & vniuersalis synodus nullum Archiepiscoporum & Metropolitanorum relinquere propriam ecclesiam, & sub occasione quasi uisitationis ad alias accedere, & potestate propria, contra infirmiores abuti, & consumere redditus, qui apud illos inueniuntur ad ecclesiastici dispositionem, & alimenta pauperū, ac per hoc grauari avaritiæ modo conscientias fratrum, & ministrorum nostrorum excepta hospitalitate, quæ aliquando ex necessario transitu fortassis accesserit. Sed & tunc nō alia nisi ex his quæ ad præsens cōpendio præparata inueniuntur, cum reuerentia, & timore Dei dignanter accipiat, & maturius propositum iter perambulet: nihil omnino eorū quæ sunt ecclesiæ illius, vel suffraganei episcopi petēs, vel exigens. Si enim vnumquēque episcoporum ecclesiæ propriæ rebus cum multa parcitate vt, & nullatenus in proprias utilitates importunè, ac sine ratione dispendere, vel consumere redditus ecclesiasticos sacri canones decernunt, qua putas impietate minimè indubitanter dicabitur indignus qui aliis episcopis committas ecclesias grauari vel ambire ac per hoc sacrilegij crimen incidere non formidant. Quisquis ergo post hanc definitionem nostram tale quid facere tentauerit: pœnas subeat à patriarcha, qui per tempus fuerit secundum congruentiam iniustitiæ, & avaritiæ sue, & deponatur, & sequestretur vt sacrilegus & aliter idololatra factus iuxta magnum Apostolum.

*Can. 10. Ne quis vitet superiorem præfulem ante sententiam.*  
Nullus clericus ante diligentem examinationem & synodicam sententiam à communionem proprii Patriarchæ se separet, licet criminalem quamlibet causam eius se nosse prætendat, nec recuset nomen ipsius referre inter diuina mysteria. Idem statim de episcopis erga proprios Metropolitanos: similiter de Metropolitanis circa Patriarcham suum. Qui verbis cōtra fecerit, ab omni sacerdotali operatione & honore decidat.

*Can. 11. Quod vnica sit hominis anima.*  
Adparet quosdam id temporis in tantum impietatis venisse, vt hominem duas animas habere impudenter dogmatizent. Tales igitur impietatis inuentiones & similia sentientes, conuentus & nouum testamentum, omnesque ecclesiæ patres vnam animam rationalem habere hominem asseuerent, sancta & vniuersalis synodus anathematizat.

*Can. 12. Ne quis potentia principum fretus assumat dignitatem episcopi.*  
Siquis episcopus per versutiam vel tyrannidē principum dignitatis consecrationem suscepit, deponatur, utpote qui nō ex voluntate Dei & ritu ac decreto ecclesiastico, sed ex voluntate carnali sensus est hominibus & per homines Dei donū possidere voluit, vel consensit.

*Can. 13. Ex minoribus ordinibus assumantur ad maiores.*  
Decernimus, vt soli clerici magnæ ecclesiæ quibus minoribus ordinibus morati sunt ad maiores gradus & honores ecclesiasticos (si digni inueniantur) ascendere debeant. Nullo tamen modo hi qui foris sunt ad tales dignitates vel honores admittantur.

*Can. 14. In quanto honore habendi sunt episcopi à principibus secularibus.*

Qui diuina gratia episcopalem fortiuntur dignitatem, ordinem cælestis hierarchiæ referunt in terris. Quare merito sancim⁹, vt digno in honore tam à principibus, quàm à cæteris omnibus habeantur. Non oportet itaque, vt principibus vel viris militari dignitate præditis obuiam longissime procedant ab eorum ecclesiis: nec à multis equisue descendant in occursum, aut timide abiecteq; ante genua procidant, velut adoraturi. Imò verò non accedant ad mensas secularium principum, sed cum omni modestia quæ spiritalē deceat dignitatem, officia omnibus & debita tribuant, cuiuscumque, cui honorem. Dummodo principes, & pij Imperatores agnoscant sibi equales episcopos, vt libere audeant reprehendere, increpareque & principes & cæteros, qui militari honore fruuntur, siquid peccauerint. Siquis verò episcopus post hanc sanctionem suam dehonoraerit dignitatem cadēs ab honore sibi per canones debito, vixitque abiecte secundum veterem & agrestem consuetudinem, amoueat per annum, & princeps qui in causa fuerit excommunicetur per biennium.

*Can. 15. In quem usum ecclesiæ possessiones seruari debeant.*

*24. 2. A. postolicos.*  
Decernimus, vt Episcopo vendere vel utcunque alienare vala aut vestes sanctas, nec alias rusticas possessiones venundare non liceat, nec propter hoc ecclesiastici redditus lædantur, quos ad propriam utilitatem & ob escam pauperum & peregrinorum sustentationem esse definimus. Nec etiam per emphiteosim salaria ecclesiarum tribuere possit, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet in redemptionem captiuorum.

*Canon 16.*

Colligere licet solenne fuisse in aulis principum stas quibusdam diebus, componere aliquem laicū insignibus episcopalibus, qui & tonsura & cæteris ornamentis personarum episcopatum ageret: & creasse etiam ridiculum patriarchæ, quo se oblectarent. Quæ omnia vt in dedecus ecclesiæ accessita prohibentur sub grauibus censuris.

*Can. 17. De potestate Patriarcharum & Metropolitanorum.*

Sancta & vniuersalis Nicæna prior synodus antiquam consuetudinem iubet seruari per Aegyptum, & prouincias, quæ sub ipsa sunt. Ita vt horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem dicens, qui & in Romanorum ciuitate huiusmodi mos præualuit, quæ pro causa & hæc sancta & magna synodus quam in seniore & noua Roma, quam in sede Alexandria, Antiochiæ & Hierosolymorum, priscam consuetudinem decernit in omnibus conseruari, ita vt eorum præfules vniuersorum Metropolitanorum, qui ab ipsis promouentur siue per manus impositionem, siue per pallij dationem, episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt: habeant potestatem videlicet, ad conuocandum eos urgente necessitate ad synodalem conuentum, vel etiam ad coercendum illos, & corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsan accusauerit. Sed quoniam sunt quidam Metropolitanorum, qui ne secundum vocationem Apostolici præfulis occurrant, à mundi principibus se detineri sine ratione causantur, placuit talem excusationem omnimode esse inualem. Cum enim principes pro suis causis frequenter conuentus agant, impium est, vt summos præfules ad synodos pro ecclesia-

sticis negotiis celebrandis impediunt, vel quosdam à conciliis eorum prohibeant, licet tale impedimentum & fictam prohibitionem, Metropolitanorum suggestionem diuersis modis fieri didicerimus. Consiueuerunt autem Metropolitanis bis in anno synodos facere. Ideoque sicut dicunt ad Patriarchale penitus non posse concurrere caput: sed sancta hæc & vniuersalis synodus, nec concilia quæ à Metropolitanis sunt inter dicens, multo magis nouit illa rationabiliora esse, ac vtiliora Metropolitanorum conciliis, quæ à patriarchali sede congregantur: & idcirco fieri exigit, à Patriarcha quippe vniuersi prouinciæ efficitur. A Patriarcha vero sapere totius causæ diæceseos dispensatur, ac per hoc cōmunis utilitas prouidetur: propter quod & speciale propter generale bonum despici conuenit, cum à maioribus super hoc facta fuerit aduocatio: quantum apud quosdam Metropolitanorum antiqua cōsuetudo, & canonica traditio per contemptum ipsorum, postposita videatur: non currentibus eis ad communem profectum, quos leges ecclesiæ seuerè condemnantes, omni excusatione semota subiacere vocationibus, proprii patriarchæ siue cum communiter, siue cum sigillatim factæ fuerint exigunt. Illud autem tanquam perofum ab auribus nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur, non posse synodum absque principali præsentia celebrari, cum nusquam sacri canones conuenite sæculares principes in conciliis sanxerint, sed solos antistites: vnde nec interfuisse illos synodis exceptis conciliis vniuersalibus, inuenimus. Neque enim fas est sæculares principes spectatores fieri rerum, quæ sacerdotibus Dei nonnunquam eueniunt. Quisquis ergo Metropolitanorum proprium patriarcham contempserit, & vocationi eius, quæ siue ad vnum & solum, siue ad plures, siue ad omnes sit absque validissima ægrotatione, vel paganos in cursu non obediit, & per totos duos menses notitiam vocationis ad proprium Patriarcham venire minimè festinauerit, vel si quocumque modo latitare, aut non cognoscere nuncium ab illo missum tentauerit, segregetur. Si vero inter vnum annum eandem contumaciam & inobedientiā demonstrauerit, deponatur omnimode, & ab omni sacerdotali operatione decidat, atque à dignitate, & honore, quæ Metropolitanis conuenit, propellatur. Is autem qui huic definitioni nō obediit, anathema sit.

*Canon 18. Vt in ecclesiis antiqua conseruentur priuilegia.*

Placuit huic sanctæ & magnæ synodo, vt res vel priuilegia quæ Dei ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, & siue à diuæ recordationis Imperatoribus, siue ab aliis Dei cultoribus inscriptis donata, & ab eis per annos triginta possessa sunt, nequaquam à potestate præfulis quæcunq; persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta qualibet auferat, sed sint omnia in potestate, ac vsu præfulis ecclesiæ quæcunq; intra triginta spatium annorū ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Qui contra fecerit vt sacrilegus iudicetur, & donec talia priuilegia, seu res restituerit, anathema sit.

*Canon 19. Ne Metropolitanus grauet subiectos episcopos.*

Definiuit sancta hæc & vniuersalis synodus nullū Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum relinquere

propriam ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, & consumere redditus, qui apud illos inveniuntur ad ecclesiasticam dispositionem & alimenta pauperum. Sed tamen si contingat aliquod per illas ecclesias necessario iter agere, tunc non alia nisi ex his, quæ ad præsens de compendio præparata inveniuntur, cum reuerentia & cum timore Dei dignanter accipiat, & maturius propositum iter perambulet. Si enim vnum quenque episcoporum ecclesiæ propriæ rebus cum multa parcitate vti, & nullatenus in proprias utilitates importune, ac sine ratione consumere redditus ecclesiasticos sacri canones decernunt: qua putas impietate iudicabitur dignus, qui alius episcopis commissas ecclesias grauare non formidat? Qui contra fecerit, deponatur, & sequestretur vt facilius, & alter idolatra factus iuxta magnam Apostolum.

Can. 20.

Hoc canone sancitum est, vt possessiones in emphyteosim datas ab ecclesia, non liceat emphyteotam spoliare prætextu non seruati pacti. Verum si per tres annos continuos pensionem non soluerit, liceat tunc ecclesiæ vindicare suas possessiones, dummodo id fiat ordine iudiciali coram competente iudice. Qui secus fecerit, cogetur ad restitutionem in integrum. Quod si noluerit parere, deponatur.

Can. 21. Quanta reuerentia agendum est contra episcopum Romanum.

22 dist. cap. definitum.

Definimus neminem prorsus mundi potentium quæquam eorum qui patriarchalibus sedibus præfunt inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare, sed omni reuerentia & honore dignos iudicare, præcipue quidem sanctissimum papam senioris Romæ: deinceps autem Constantinopoleos patriarcham. Deinde verò Alexandriam, ac Antiochia, atque Hierosolymorum. Sed nec alium quenquam conscriptiones contra sanctissimum papam senioris Romæ, ac verba complicare, vel componere liceat, sub occasione quasi, diffamatorum quorundam criminum, quod & nuper Photius fecit, & multò ante Dioscorus. Quisquis autem tale facinus contra sedem Petri principis Apostolorum ausus fuerit intentare, & qualem & eandem quam illi cõdemnationem recipiat. Porro si synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorum ecclesia quæuis ambiguitas & controuersia, oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de proposita quæstione sciscitari, & solutionem accipere, aut proficere aut profectum facere non tamen audacter sententiam dicere contra summos senioris Romæ pontifices.

Canon 22. Ne principes seculares se immisceant, promotioni episcoporum.

93. d. Nullus

Sancta & vniuersalis synodus definit, neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitanæ, aut cuiuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confusio vel contentio: præsertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestatiuorum vel ceterorum laicorum habere conueniat, sed potius silere, ac attendere sibi vsque quo regulariter à collegio ecclesiæ suscipiat finem electionis futuri pontificis. Quisquis autem secularium principum & potentium, vel alterius dignitatis laicæ aduersus communem ac cõsentaneam, atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit, anathema sit, donec obediat & consentiat in hoc

quod ecclesia de electione & ordinatione proprii præfultis se velle monstrauerit.

Canon 23. Ne quid præsumat agere episcopus in aliena ecclesia.

Nullus episcoporum possessionum aliarum ecclesiarum locationem sibi fieri ab alio episcopo rogare audeat: nec ipse rogatus suæ ecclesiæ possessiones alicui conferat: nec etiam cõstituat presbyteros, aut quemlibet alium clericum in ecclesiis, quæ sibi subiectæ non sunt præter voluntatem episcopi.

Canon 24. Ne Metropolitanæ exerceant ministeria episcopalia per subiectos episcopos.

Diuina scriptura dicente, maledictus homo qui facit opus Domini negligenter: quidam Metropolitanorum extrema negligentia & desidia delapsi præceptionibus suis subiectos ad se adducunt episcopos, & cõmittunt eis ecclesiæ propriæ diuina officia & lætanas, & cuncta omnino sacra, quæ ad se pertinet mysteria, vt per illos celebrent omnia, quæ per se metipsum alacriter agere debuerunt: ac per id eos, qui episcopale dignitatem meruerunt, quodam modo clericos sibi subiectos exhibeant. Vacant iidem præter ecclesiasticas leges secularibus curis, atque dispositionibus, dimittentes perseuerare in orationibus & obsecrationibus pro suis delictis, ac populi ignorantis, quod nusquam apud aliquos penitus inuenitur, cum sit canonicis nimirum contrarium omnino præceptis. Hæc autem omnia magnis & multis, ac vehementissimis damnationibus dignos huiusmodi statuunt. Probantur enim tales per hæc quæ faciunt, etiam sathanica iactantia & superbia læguere. Quisquis ergo Metropolitanorum post hanc sanctæ ac vniuersalis synodi definitionem eadem audacia, vel superbia & contempu abusus non per se cum timore & alacritate, seu conscientia bona debita ministeria in propria ciuitate, sed per suffraganeos episcopos suos efficere tetauerit, pœnas exsoluat coram proprio Patriarcha, & aut corrigatur, aut deponatur.

Canon 25. Vt deponantur clerici qui defecerunt ad Photium.

Definimus, vt clerici rite prius ordinati à Methodio, vel Ignatio, & resisterunt à consortio fidelium vt adhererent Photionis hæresi, & obdurati exemplo Pharaonis nolunt resipiscere, deponantur omnino: nec postea recipiantur in ordinem clericorum, imò semper exosi sint, vt Esau. Ni forte ob magnam penitentiam à misericordia ecclesiæ admisi fuerint.

Canon 26. De ordine appellationis.

Ordo prouocationis datur in hoc canone, vt qui se lesum arbitrabitur à proprio episcopo, possit metropolitanum appellare, qui datis dimissionibus ad causam aduocet. Liceat tamen episcopis prouocare ad Patriarcham, si crediderint se iniustitiam pati à Metropolitanò, à quo litibus finis imponatur, vt nullatenus Metropolitanam, aut episcopus in episcopum vicinum ius habeat.

Canon 27.

Hic canon decernit qualiter oporteat vt pallio, vt scilicet episcopi non ultra statura tempora, & loco vtantur, ne signum sit superbiæ, aut arrogantiæ. Præterea monachi qui vita & doctrina, vt episcopi creantur meruerint, non mutant habitus, vestisque rationem ob nouam dignitatem: non minus enim arrogans esset, quam pallio inepte vti. Quisquis ergo episcopus præter definita sibi tempora se pallio induerit,

induerit, aut monasticam vestem deposuerit, aut corrigatur, aut à Patriarcha proprio deponatur.

Postremo iussu vicariorum senioris Romæ prolatus est, & lectus terminus (vt illi vocant) in quo ad modum epilogi continentur omnia, quæ acta sunt in hac sancta synodo. Primo ibi paucis explicantur, mysteria sanctæ Trinitatis, & Dominicæ incarnationis. Mox explicatur ratio septem synodorum generalium, & probantur à tota synodo præsentibus. Deinde explicatur etiã intentio huius octauæ synodi, & quæ acta sunt pro Ignatio patriarcha contra Photium, & vltima episcoporum vniuersorum acclamatione recepta sunt & probata subscribentibus vniuersis. Primo vicarij senioris Romæ. Secundo, Ignatio patriarcha Constantinopoli. Tertio, vicariis ecclesiarum Orientis. Quarto, Imperatoribus Basilio, Constantino, & Leone, qui noluerunt ante vicarios subscribere. Postremo reliquis episcopis. Et absoluta est octaua synodus generalis.

Extat allocutio quædam Basilij Imperatoris ad totam synodum, in qua post alia amica & gratulatoria verba subiungit. Quisquis habet aliquid contra hæc sanctam & vniuersalem synodum, aut eius canones stet in medio, & quæ sibi videntur dicat, siue sit de ecclesiastico clero, siue etiã laicus sit, aut ex his quæ ciuilibus officiis manciantur. Quamquam non datum sit illis secundum canonem dicendi quicquam penitus de ecclesiasticis causis. Opus enim hoc pontificum & sacerdotum est. Sed ex abundantia omnium iniquum obstruere volentes, licetiam præstamus omnibus vt si in mente habet quid ambiguum, de his quæ decreta sunt ab hac sancta synodo in medium exhibeat, & suscipiat satisfactionis salubre remediũ. Nam soluta sancta & vniuersali synodo, qui apparuerit ecclesiæ Dei contradicens, aut non communicans ei (quicumque ille sit) veniam ab imperio nostro minime consequetur, sed iuste condemnabitur, & à ciuitate nostra pellatur vt pestilens & corruptor, & membrum putridum & inutile & cõmune corpus ecclesiæ violans.

Explicit octaua synodus vniuersalis Constantinopoli celebrata.

Præter hos septem & viginti canones editos in secunda synodo verè octaua, extant aliquot apud Gratianum, qui, nisi me coniectura fallit, prodierunt ex synodo Constantinopolitana in Apostolorum templo, sub Photio celebrata, quæ inter tres, quæ dicuntur octaua, fuit prima, & licet ab ecclesia non fuit recepta ea synodus tanquam œcumenica, aliqui tamen eius canones sunt à Gratiano citati, eosque ne quid desideretur, adicere libuit ad finem octauæ synodi.

Ex octaua Synodo. 11. Cano. ex Grat. collecti.

Monasterij seruorum abbati, vel monacho non licet liberum facere.

Grat. di. 54

Abbati, vel monacho monasterij seruorum non licet liberum facere. Qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non potest. Nam & sicut sæculi leges sanxerunt, non potest possessio alienari, nisi à proprio domino.

Dist. 90.

Murmurantes à fratrum vnitatem efficiantur.

Alienus sit à fratrum vnitatem, qui murmurat, & opus eius abiiciatur, qui murmurans extiterit, ne pœnam murmuratum incurrat: de qua Apostolus scribit. Neque enim murmurantes sicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatione. Iuxta

1. cor. 10. 3.

mensuram itaque operis peccator (quod in hac sententia Apostoli plenius declaratur) sacerdotis iudicio pœniteat.

Corripiantur, qui rixas & contentiones amant.

Si quis monachus contentiones, vel rixas amauerit, vel manifestum conuicium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris modumque peccati diuturna expietur pœnitentia.

Dist. 90.

A sacerdotio est alienus, qui per pecunias ordinatur, vel ordinatur.

Qui per pecuniam quempiam consecraverit, vel ab alio consecratus est alienus à sacerdotio fiat.

1. quest. 1.

Qui innocentem falso crimine maculauerit sacerdotis arbitrio pœnitentia diuturna purgetur.

Si quis falsum dixerit vel personam innocentis falso crimine maculauerit, iuxta sacerdotis arbitrium diuturna pœnitentia expurgetur.

5. quest. 6.

Excommunicationis contrahit pœnam, qui excommunicatis communicat.

Si quis frater, aut palam, aut absconscum cum excommunicato fuerit locutus, aut iunctus cõmunionem, statim cum eo excommunicationis contrahit pœnam.

1. quest. 3.

Qui falsum de alio profert, & is qui crimina credit uterque reus est.

Non solus ille reus est, qui falsum de alio profert, sed etiam is, qui aurem cito criminibus præbet.

1. quest. 3.

Clerici siue in itinere ambulantes siue alibi degentes congruis vestibus sibi vtantur.

Nullus eorum, qui connumerantur in clero, vestimentum indecens habeat, siue in ciuitate degens siue in itinere ambulans, sed stolis vtatur quæ concessæ sunt clericis. Si vero quis tale quid fecerit, per vnâ hebdomadam suspendatur.

16. quest. 5.

De tempore pœnitentiæ.

Pro qualitate delicti tempus pœnitentiæ impeditur. Sine consensu uxoris religionis propositum vir sumere non potest.

2. 6. q. 7. ubi de inueniis

4. ca. eadem rem cõcernet

ex. 8. synodo.

Si quis coniugatus vult conuerti ad monasterium, non est recipiendus nisi prius à coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus. Nam si illo viuente illa tera erit, nec recipietur apud Deum eius viri conuersio, cuius sequitur coniugalis fœderis prostitutio. Tales igitur coniuges tunc sine culpa sequuntur Christum derelicto sæculo si habeant ex pari voluntate castitatis consensum.

17. q. 2. idem Canon sex synod.

Primam vitij causam non penitus extinguit, qui in illam postea recidit.

Si quis semel notatus fuerit inuidiæ vel contentio-nis vitio, & rursus in hoc ipsum incidit, sciat se primam causam, ex qua inuidia vel contentio nascitur, in interioribus medullis habere reconditam. Oportet ergo eum per contraria atque diuersa curari, id est, per humilitatis exercitium. Exercitium vero humilitatis sunt si se viliioribus officiis subdat, & ministeriis indignioribus tradat, ita nanque arrogantia & humanæ gloriæ vitium euitari vel curari poterit, vt in consuetudinem humilitatis affectus ultra iam non incidat in arrogantia, & vanæ gloriæ delictum, sed in singulis huiusmodi vitis cura similis adhibeatur.

De pen. d. 2

Hactenus vniuersales synodi orientales octo. Nunc verò sequuntur occidentales.

# CONCILIUM LATERANEN.

SE SVB ALEXANDRO TERTIO, FEDERICO primo Imperatore sedatis, inter eos antiquis, quas diu exercuerant, simultibus, celebratum. In quo multa decreta sunt, ecclesie statum concernentia, & inter œcumenica occidentalia primum enumeratur. Sed propter eius prolixitatem, exigeret iustum volumen, & ne liber hic in immensum crescat, solum proponimus titulos, decretis ipsis prætermisissis. Diuiditur enim hæc synodus in quinquaginta partes, quarum quælibet ferè continet decreta sexaginta, quorum magna pars ad forum contentiosum spectat: & quæ ad rem faciunt, suis titulis in libro decretalium sunt collecta.

*Concilium Lateranense sub pontifice summo Alexandro tertio.*



*anno ab incarnatione domini 1180, presidente Romana Ecclesia papa Alexandro tertio, anno pontificatus eius vigesimo, mense Martio indictione vigesima quinta die mensis secunda presidente eodem summo pontifice, sancta synodus in Basilica, quæ appellatur Constantiniana, 280 episcoporum celebrata est.*

*Tituli capitulorum, Lateranensis concilij.*

## DE SIMONIA.

- 1 Ne prælati vices suas ad terminandas causas sub annuo precio committant.
- 2 Ne sacerdos sub annuo precio ecclesiarum regimen suscipiat.
- 3 Quod pro excessibus corrigendis, aut criminibus puniendis & pro examinatione aquæ vel ignis, à clericis vel laicis pœna pecuniaria non debet exigi, & quod pro exactiōe pecuniæ non debent personæ suspēdi, nec ecclesie interdici, & quod à vicariis nō debet pecunia exigi, vt eis diuina pmittatur celebrare.
- 4 Quod & episcopus ab ecclesia, quam consecrat, potest exigere procuratiōem moderatā & nihil aliud.
- 5 Quod in collectiōe denariorum B. Petri ecclesie vel personæ, grauari non debent.
- 6 Quod ecclesie vel personæ in visitatione grauari non debent.
- 7 Ne prælati in presbyteros tallias & indebitas exactiōes exercere, vel eos irrationabiliter grauare, vel inhonestè tractare, aut sine capituli sui iudicio suspendere, aut eorū ecclesias interdicto subiicere præsumat: & quod vnus duas maiores ecclesias non debet habere, quarū vna possit ei sufficere: & quod nō debet aliquis sine ordine iudiciario excōmunicari.
- 8 Episcopus ecclesias, quas de manibus laicorū eripuit, nouis nō debet exactiōibus prægrauare.
- 9 Quod à prælati nō debent subditi viliter & inhonestè tractari, vel indebitis exactiōibus vel procuratiōibus grauari: nec eorū ecclesie, sine manifesta ratione & causa rationabili, interdicto supponi.
- 10 Quod ab iis qui ad religionē transire voluerint, non debet aliqua pecunia exigi: nec prioratus vel capellania annua distractiōe vēdi: nec ab eo cui regimen ecclesiarū cōmittitur, pro ipsarum cōmissiōe precii peti: nec pro sepultura, vel chrismatis & olei pceptione, vlla alicui precij exactiō debet exerceri.
- 11 Ne quis clericos vel laicos pro suis excessibus pœna pecuniaria multare, siue pro examinatiōe ignis vel aquæ pecuniā extorquere, aut pro indebita ex-

- actiōe pecuniæ psonas suspēdere, aut ecclesias interdici præsumat, neq; ad ecclesias visitandas, nisi semel in anno, aliquis accedat: nisi fortè talis emerferit causa, ob quā oporteat eas sepi⁹ visitare: & etiā cū ea moderantia hoīm & equitaturæ, quod qui in eis morantur, nō debeant exemplū inimico querulari.
- 12 Quod ecclesia vel cauea super ipsam facta, nec emi potest, nec redimi.
  - 13 Quod si qui, vt electiōi alicuius cōsentirēt, præmium vel aliquod beneficiū receperint, & hoc manifestum sit, aut exterius cōfessi inuitè vel legitime conuicti fuerint, ab altaris ministerio perpetuò sunt deponendi. Si autem manifestū non sit, nec cōfessi nec conuicti fuerint, & tamen postea laborant infamia, eis canonica debet purgatio indicī: qua si defecerint, tanquā tati sceleris authores sunt puniēdi.
  - 14 Nō esse alicui dandā ecclesiā intuitu \* personæ.
  - 15 Quod si qui ecclesias simoniacè fuerint adepti, & hoc sit notoriū, eis debet priuari. Si verò notoriū nō sit, nec publicū, & tamen postea laborēt infamia: cū violenta manu, vel vi canonica sui ordinis debet eis purgatio indicī: in qua si defecerint, beneficiis perpetuò debet carere acquisitis. Talēsq; personæ in purgatione debent recipi, de quibus verisimile sit, quod non debeant alicuius rei obtentu peierare.
  - 16 Quod pro regimine scholarū nihil debet p̄stari.
  - 17 Quod pro licentia docēdi nihil debet exigī, aut promitti: promissum vero, remitti: solutum, debet reddi. Si autem huius prohibitionis occasione distulerit quis magistros congruos in locis congruis ordinare, prælatus ex officio suo ibidem poterit viros idoneos instructioni præficere animarum.
  - 18 Item de eodem.
- De dolo & cōtumacia & calūnia alterius partiu p̄nēda.*
- 1 Quod in ecclesiasticis psonis & negociis rigor nimius nō debet exerceri, si propter hoc iustitia nō periclitatur.
  - 2 Quod victus victori in causis propriis, vbi forte (sicut cautum est) pro absente sententia feratur, debet condemnari.
  - 3 Quod si quis causa rei seruādē in possessionē missus fuerit, & alius intra annum possessionem secundum formā iuris non intrauerit, licet postea veritate tacita, literas à sede Apostolica de recuperanda possessiōe impetrauerit, de proprietate tm̄ est audiēd⁹.
  - 4 Item. Idem de eodem.
  - 5 Quod ob peremptoriū in die prima citatiōis factum, vbi magna vrgēat necessitas, potest appellari.
- De decimis præstandis.*

Quod

- 1 Quod decimæ pro tēporalib⁹ nō sunt cōmutādē.
- 2 Quod de prouentibus molendinorū & piscariarum, & de fœno & lana decimæ debeant persolui.
- 3 Quod decimæ de fœno equitio, pomis, piris, & apib⁹, & omni fructu cū integritate debent persolui.
- 4 Quod seruientibus & mercenariis de frugibus non decimatis debita non debent impendi, & quod de nutrimentis animalium decimæ debent præstari.

*De coniugatis & sponsis monasterium ingressis, vel ingredi volentibus.*

- 1 Quod post legitimum consensum de præsentī, licitum est alteri, altero etiam repudiātē, monasteriū ingredi: & altero in seculo remanente, si vna caro non sunt effecti.
- 2 Qui inuita vxore monasterium ingressus est, ea petente, ad eam debet redire: sed & ea mortua, in seculo poterit remanere, sed aliā non potest accipere.
- 3 Non debet vir sine vxore, vel vxor sine coniuge ad religionem conuolare: nisi qui remanet, tam senex sit, quod sine suspiciōe possit in seculo cōmorari.
- 4 Si quis absque licētia vxoris monasterium sit ingressus, ea non vouente continentiam, ab Episcopo poterit reuocari.
- 5 Si quis habitum religionis suscepit, nō dum verò professus est, & postmodum vxorem duxerit, nō est cogendus ab ea recedere, & ad religionem transire.
- 6 Quod non recipitur illius viri apud Deum conuersio, cuius sequitur coniugalis fœderis prostitutiō: nec vllus ad sacros ordines est promouēdus, nisi ab vxore continentiam profitentē fuerit absolutus.
- 7 Quod vxoratus, nisi vxor eius profiteatur continentiam, & sibi velamen imposuerit, non debet ordinari.
- 8 Quod si vir & vxor per carnis cōmixtionem vna caro non sint effecti, potest alter sine altero conuerti, & alter in seculo remanere.
- 9 Quod viro religionis habitum affumente, si vxor suspiciōne careat, quod volet ad secunda vota migrare, continentiam professa, poterit cum filiis & familia remanere. Si autem talis non fuerit, à secularium hominum conuersatione debet remanere: nec aliquis vxorem tonsurare, & cum ea præsumat habitare.
- 10 Quod post votum simplex, metu interposito factum, permittitur, contrahere matrimonium.

*De sponsalibus & matrimonio contracto siue contrahendo.*

- 1 Quod si quis vxore incisa, aliam sibi matrimonio copulauerit, non potest postea ab ea recedere inuita, ne de dolo suo videatur lucrum reportare.
- 2 Qui fidem dedit de aliqua ducenda, si eam cognouit, & aliam postea acceperit, non est ab ea separandus, sed de fidei latione pœnitentia iniungenda.
- 3 Si quis infra annos matrimonio aptos fuerit desponsati, à pactione nuptiali non possunt recedere, & ad aliud matrimonium conuolare.
- 4 Nullus consanguineorum alterius sponsam ætati nubili aptam, aliquando potest sibi matrimonio copulare.
- 5 Qui sub conditione aliquam desponsauerit, non potest eam postea relinquere quamuis conditio nō extiterit.
- 6 Quod pubes dicendus est, qui talis est, vt iam possit procreare.
- 7 Quod si quis aliquam infra septimum annum de-

sponsauerit, potest matrimonium cum matre eius postea contrahere: cum desponsationes & matrimonia ante septimum annū fieri non possint, nisi postea consensus interuenerit: & filij ab ea suscepti, à paterina vel materna hæreditate nō debent prohiberi.

- 8 Quod si quis mutuo consensu se ad inuicem receperint, dicentes: Ego te in meam, & ego te in meū recipio: licet alter eorum alij postea se copulauerit, debet ab eo vel ab ea separari, licet carnalis cōmixtiō inter eos fuerit subsecuta.
- 9 Quod qui habitum religionis suscepit, si profissionem nō fecit, & aliquam sibi postea matrimonio copulauerit: non est cogendus ab ea recedere, & ad Ecclesiam redire.
- 10 Si vir duxerit mulierem ab eo cognitam, & ipsa negauerit, standum est viri veritati, si id adfirmauerit iuramento: & si ipsa nubili ætati proxima, alicui fuerit desponsata, nō licet alicui de consanguinitate viri eam ducere in vxorem: nec fas est sponso, aliquam de consanguinitate puellæ matrimonio sibi copulare.
- 11 Matrimonia canonicè contracta, non esse leuitate aliqua dissoluenda.
- 12 Quod qui iurauit, se aliquam ducturum, si postea ad alienas partes se transtulerit ea incognita, liberū erit mulieri ad alia vota transire. Et quod sponsalia, sed non matrimonia, in conditionis euentum rectè contrahantur.
- 13 Quod si aliquis vi compulsus, aliquam sibi matrimonio copulauerit, & eam nō cognouerit, & aliam postea suscepit, nō est cogendus ad primā redire.
- 14 Quod adulterium adulterio compensatur.
- 15 Quod si aliquis aliquam sibi copulauerit, & postea compererit ei coniunctam prima vel secunda linea, vtraque debet perpetuo carere. Si autem tertio vel supra se gradu contigerint, à secunda debet separari, & primæ adhærere.
- 16 Quod si quis vxore viuente aliam acceperit, vel de ea ducenda ei fidem dederit, ab eius consortiō perpetuo debet prohiberi.
- 17 Quod si pari consensu contractum sit matrimonium, & vir ea incognita aliam duxerit, & eam cognouerit: secunda relicta, primæ debet adhærere. Quamquam mulieri desponsatæ & incognitæ liceat ad religionem transire, aliam tamen non potest in vxorem sibi copulare.
- 18 Quod si quis aliquam nubili ætati aptam, in suam receperit, licet postea ab alio desponsetur & cognoscatur, debet primo restitui.
- 19 Quod qui prohibentur coniungi, si postea sese cōiunxerint, possunt excommunicari, quousque de matrimonio cognoscatur.
- 20 Quod partibus absentibus veritas non potest plenariè inquiri, & quod ad eum, à quo appellatum est, causa non debet remitti.
- 21 Quod si quis pendente lite matrimoniali aliam acceperit, & postea inter ipsum & primam diuortiu fuerit celebratum, potest cum secunda remanere. Et quod non est dicendus consensus de præsentī, licet verbis præsentibus exprimatur, qui ex arbitrio dependet alieno.
- 22 Quod si quis aliquam desponsauerit, & eam nō cognouerit: si postea aliquis eam acceperit & cognouerit, cum eo debet remanere.
- 23 De eo quod \*.
- 24 Quod ob cœundi impossibilitatem, non debet



fieri diuortium.

25 Quod non licet vxorem dimittere sine manifesta causa fornicationis: & tunc, ipsa viuente, tenetur continere.

26 Quod licet diuina officia prohibeantur, baptisma tamen paruulorum, & pœnitentia morientium non debet prohiberi.

27 Quod qui vnam sororum desponsauerit, si eam non cognouerit, potest aliam sororem sibi matrimonio copulare.

28 Secundum matrimonium solenne, primo clandestino præiudicat: & matrimonium contra interdictum Ecclesiæ contractum, tenet, etiam post appellationem.

29 Si puberes contraxerint sponsalia, postea reclamantes non sunt audiendi: sed si ambo impuberes & reclamauerint, sunt audiendi: si verò alter pubes, alter impubes, & impubes reclamauerit, est audiendus.

30 Quod non potest vir vel mulier matrimonium suū accusare, nec alij, si octodecim annis tacuerint.

31 An extrinseco matrimonium præsumitur adimpleri.

32 Eorum qui post motam quæstionem vel ab accusatoribus consanguinitatem didicerunt, testimonium non valere. Nominandæ sunt etiam personæ, & gradus ex vtroque latere distinguendi: nec nisi per iudices discretos, & pacem habentes, debet causa pertractari.

33 Qui de matrimonio contrahendo fidem dedunt, commonendi sunt eam seruare.

*De potestate iudicum delegatorum, & de variis literis diuersis temporibus impetratis.*

1 Licet inhibita fuerit appellatio, à secundo tamen delegato ad primum delegantem potest appellari.

2 Accusatores, & eorum fautores, iustitiam impediētes, ecclesiastica debent censura coerceri.

3 Quod pro veritate literarum, in executione, iudicibus est super sedendum.

4 Quod non est standum sententiæ, quæ manifestam continet iniquitatem.

5 Iudex delegatus, alij vices suas committere potest.

6 Causæ quæ intra certum terminum decidendæ committuntur, nisi de communi consensu prorogentur, eo elapso expirat mādatur. Et qui ad hortationem iudicis delegati venire neglexerit, secundum iudicis arbitrium poterit puniri.

7 Cum iurisdictio delegatur, omnia videntur delegata, quæ faciunt ad iurisditionem.

8 Iudex delegatus causam appellatione remota commissam, alij non potest committere re. ap.

9 Quod priores literæ derogant posterioribus, nisi intentio prioris commissionis in posterioribus habeatur. Quod etiam si causa consensu partium alteri fuerit delegata, & alter ignorante altero, tacita prioris commissione, eam alij impetrauerit committi, propter dolum & fraudem debet alteri in expensas condemnari.

10 Quod iudex delegatus suam executionem potest demandare.

11 Item de eodem, & si quis ei restiterit, potest eum coercere.

12 Quod ad iustā ordinariam cōmonitionem causa delegata debet differri, & propterea consuli.

13 Quod non secundum formam in literis expressam, sed secundum rigorem iustitiæ, est in causa procedendum.

14 De eo quod supra e. 6. t. causa: & si iudex aliter fecerit, & fines mandati excefferit, eius iurisdictio expirat.

15 Quod delegatus secundum priores literas potest in causa procedere, nisi expressim in posterioribus contineatur, causam ipsam ab eius examine subtrahat.

16 Quod qui semel officio suo functus est, de cetero eius iurisdictio cessat.

17 Quod absens causa studij vel peregrinationis, vel alia certa causa, ante citationem excusatur, & de eo qui supra 6. Causæ.

18 Quod hæc conditio, si preces veritate nitantur, est subintelligenda, & si non apponatur.

19 Quod iudex potest terminum appellationis abbreviare, & si intra terminum non fuerit appellationem prosequutus, appellatorem prosequitur, appellationem complere, vel coram se iudicio stare debet.

20 Quod iudex delegatus maior est eo, cuius causam suscepit terminandam: & si rebellis fuerit, poterit eum punire.

21 Quod etiam si aliquis præstito iuramento iudicio sisti fuerit absolutus, & statim in vocem appellationis proruperit, non est aliquatenus audiendus.

22 Quod morte mandatoris, lite non contestata, finitur mandatum.

*De testibus cogendis vel non.*

1 Quod vocatus ad testimonium perhibendum, nisi venerit, est coercendus.

2 Quod post publicationem attestatum, testes non debent produci.

3 Quod religiosi in propriis causis à ferendo testimonio non sunt expellendi.

4 Quod testis super crimine conuictus, non est audiendus.

5 Scripta authentica, si in scriptura testes decesserint, robur non habent: nisi per manum publicā sint authentica, aut authenticatum habuerint sigillum.

6 Testis ob crimen contra eum civiliter probatū, à testimonio repellitur, sed non aliter punitur.

7 Quod ad ferendum testimonium nullus sit cogendus, nisi timore aduersæ partis se subtraxerit: & si laicus à clerico in causam tractus, in foro forensi est conueniendus.

8 Laicus contra clericum testimonium non potest perhibere, nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam: sed nec tunc potest eum accusare.

9 Quod non sunt testes ultra tertiam productionem producendi.

10 Quod dicta testium benignè debent interpretari, ne de periurij reatu notentur.

11 Quod in causa filiationis, contra communem viciniam opinionem, standum est verbo viri & mulieris.

12 Quod post testium renunciationem in causa appellationis super nouis articulis testes sunt admittendi.

13 Quod licet iuramentis contrauenire.

14 Quod qui personatui renūciat, & pensionem soluit, non potest inniti institutioni.

15 Quod priuilegiū super re litigiosa impetratur, non valet.

16 Quod testes sunt compellendi.

17 Quod testes duplex debent præstare iuramentū.

18 De eo qui supra e. 3. Cum nuncia.

19 Quod testes debent moneri, non cogi.

20 Quod iudices debent intrare vbi testes degunt.

si decrepiti fuerint.

21 Quod testes purgationis secundum propriam conscientiam iurare debent.

22 Quod qui fornicarias habent, ecclesiastico debent beneficio spoliari: & quod latrones & raptores, & de periurio conuicti, non possunt testimonium perhibere.

23 Quod testes ad accusationem matrimonij non sunt admittendi, qui tempore contracti matrimonij consanguinitatem scientes siluerunt.

*De secundis nuptiis.*

1 Quod non debet benedictio iterari.

2 Quod sine infamia mulier infra tempus luctus nubere potest.

*De appellationibus.*

1 Quod non debet inquiri, cuiusmodi actio intendatur, sed primò rei veritas inquiratur.

2 Quod appellatio de omni grauamine non est admittenda.

3 Quod vbi sub pretextu appellationis nescitur crimen committendum, non est appellans defendendus.

4 Quod religiosus, ne castigetur, appellans, non audietur.

5 Quod frustratorie dilationis causa appellans audietur: & quod morbo consimili laborans, in testimonium non admittuntur.

6 De eo quod supra e. c. proximo: & quod iudex poterit terminum abbreviare, infra quem nisi appellationem fuerit appellans prosequutus, tenet sententia contra eum lata: & quod raptor & alienæ rei detentor, & fornicator, nisi sit manifestum, appellans audietur.

7 Quod tenet excommunicatio post appellationem antè interpositam.

8 Quod si iter arreptum fuerit ante accusationem factam, non est in causa procedendum.

9 Quod appellationi super incidenti quæstione factæ, si sine ea principalis quæstio non possit terminari, est deferendum: & quod ap. inhib. etiam de falsa suggestionem ap. non posse.

10 Quod appellationi, pro qualicumque fiat causa leui, est deferendum: & de eo qui \*.

11 Quod si causa ap. re. committitur, licet aliquod speciale mandatum habuerit, vbi ei liberè liceat appellare: non est tamen audiendus, quia speciale mandatum derogat generali.

12 Quod vbi inhibita est appellatio, & recusatio: & quod tunc incipit, cum iudices susceperint mandatum.

13 Quod qui violentas manus in clericum iniecerit, appellans non audietur.

14 Quod in criminibus notoriis non deferendum appellationi, & de eo quod supra 6. Cum sit.

15 Quod si quis ab aliquo appellauerit pro aliqua re, & postea coram eodem super alia conueniatur, potest eum velut suspectum euitare.

16 De eo quod supra e. 12. c. Super eo.

17 Quod si quis ap. nisi sit ap. re. est audiendus.

18 Quod delegatus potest accusari.

19 Quod appellans meru literarum, quas scit impetratas, non est audiendus.

20 De eo quod supra e. 3. c. Quod verò.

21 Quod de facto excommunicatus, licet non de iure, de facto absoluit. \*

22 Quod literæ, pendente appellatione, impetrari non valent.

23 Quod si cuius possessio post appellationem fuerit turbata, archiepiscopus potest emendare.

24 Quod Archiepiscopus post appellationem potest excessus corrigere, de quibus non appellatur.

25 Quod religiosi pro euitanda disciplina appellantes, non sunt audiendi.

26 Quod super re spiritali ad secularem iudicem non est appellandum.

27 Quod qui publica laborat infamia, testibus deficientibus, ad purgationem est cogendus: & quod pro inimicitia vel manifesta causa suspicionis, potest ordinarius euitari.

28 Quod obtentu appellationis non potest quis excusari, quin ad vocationem Cardinalis debeat venire.

29 Quod qui iurant iudicio sisti, & postea appellat, compellendi sunt seruare quæ iurant, vel intra quadraginta dies prosequi appellationem.

30 De eo quod supra e. 24. c. Significauit.

31 De eo quod supra e. 9. c. Super eo.

32 De eo quod supra e. 22. c. Ex literis. Et quod non eiicitur, qui volens possessionem ingredi, vi repellitur in continenti.

*Ut actor respondeat ei quem conuenit.*

1 Quod actor ei quem conuenit, super aliis negotiis in eodem iudicio tenetur respondere.

2 De eodem.

*De eo qui consanguineam vxoris suæ, vel sponsam patris sui, vel consanguineam sponsæ propriæ cognouit.*

1 Quod qui matrem vel sororem vel filiam vxoris suæ cognouerit, debet sine coniugio perpetuò permanere, & ipsa.

2 Quod si quis puellam non septennem desponsauerit, & postea eius matrem in vxorem duxerit, non sunt separandi.

3 Quod si filius patris sponsam cognouerit, pater verò eam non, ea viuente aliam poterit habere.

4 Quod qui sponsa intacta, matrem eius cognouit, cum alia matrimonium contrahere, & illa alij nubere potest.

5 Quod vxorē viuentē, maritus sciens cum alia legitime contrahere non potest.

6 Quod qui sponsa intacta, cuius consanguineam cognouit, ipsa eum petente, debet absolui.

7 De eo quod supra e. i. C. Si quis.

8 Quod qui sponsa intacta, tamen eam cognoscere tentauerit, consobrinam eius postmodum duxerit, ab ea est separandus.

*De religiosi viris decimas ex priuilegio non præstantibus, & de priuilegio absentibus.*

1 Quod non possunt religiosi sine autoritate episcopi, portiones vel antiquos redditus minuere, vel parochias diuidere.

2 Quod religiosi ex prædiis cōductis decimas soluere debent.

3 Quod religiosi de laboribus quos propriis manibus vel sumptibus colunt, & de animalium nutrimentis, à decimarum præstatione sunt immunes.

4 Pacifica posse fieri cōpositionem super decimis.

5 Fratibus Cisterciensis ordinis, Templariis, Hospitalariis, laborum suorum decimas indulgeri cunctis de noualibus.

6 De prædiis, traditis rusticis ad excolendum, monachos debere decimas dare.

7 De eo quod supra 3. c. Fraternitatem.

8 De eo quod supra 3. c. Fraternitatem: & quod

summus pontifex dicit præter solitum, ab eo debet exponi.

9 Monasteria de suis prædiis decimas non debent præstare.

10 Monachis nõ alias decimas, quàm de noualibus indulgentas.

11 Priuilegium sequens, priori non deroget conuentioni.

12 Monachi decimas dare debent de prædiis, de quibus prius dabantur.

13 Abbas non debet detinere quæ ad episcopum pertinent, nisi autoritate Romani vel sui pontificis.

14 A clericis nõ sunt decimæ indistinctè exigendæ.

15 Clerici à clericis non debent decimas exigere, sed illi eis tenentur soluere, qui ab eis spiritualia percipiunt.

*De illis qui incidunt in canonem Data sententia, vel incidere videntur: & qui sint ad sedem Apostolicam propter absolutionem mittendi.*

1 Qui ignoranter manus violentas iniecerit in clericum, excusatur.

2 Non possunt per abbatem absolui, qui ante religionem susceptam in canonem datæ sententiæ inciderunt.

3 Qui viros religiosos leserunt, a postolico conspectui se debent præsentare: & de eo quod supra c. Pro Christo.

4 Religiosi, sicut alij, pro violèta manu iniectioe in clericos, sunt euitandi.

5 Tam mandates quàm malefactores, pro violenta manu iniectioe in clericos, sicut excommunicati sunt euitandi.

6 Qui in fratres Templi violentas manus iniiciunt, sunt excommunicati.

7 Si clerici impuberes sese inuicè percusserint, vel puberes ex iocosa leuitate, & magistri discipulos causa correctionis, non incidunt in canonem datæ sententiæ.

8 Religiosi sese inuicem percutientes, à suo abbate vel episcopo possunt absolui.

9 Qui prætextu officij clericum læserit, vel vulnerauerit, ab episcopo suo potest absolui.

10 Qui clericum vim inferentem lædit repellendo, vel cum matre vel sorore inuenitur, vel etiam filia, non incidit in canonem datæ sententiæ.

11 Qui in conuersis violentas manus iniiciunt, sunt excommunicati.

12 Qui sui iuris non sunt, vel etiam mulieres, si in clericum violentas manus iniecerint, ab Episcopo suo possunt absolui: & delicati qui magnum laborè sustinere nequeunt, possunt excusari, quo minus ad Apostolicam sedem mittantur pro violenta manu iniectioe.

13 Qui incidunt in canonem datæ sententiæ, si sine periculo Romanum pontificem adire nequierint, ab episcopo suo possunt absolui.

*De iure patronatus, & clericorum institutionibus.*

1 Rectorè ecclesiæ suæ, in illa debere residere, nisi iusta causa subsit, vno etiam præsentato & non instituto, alium post præsentatum præferri.

2 Concessio laici super ecclesiâ sine consensu episcopi, est inutilis, etiam collegio facta.

3 De eo quod supra c. 13. c. Relatum.

4 Si qui aduocationes ecclesiarum adquisierunt, vt ad eodem filios & nepotes præsentent, eis possunt spoliari.

5 Firmarij vitam esse præsentationem.

6 Si ecclesia non vacans alicui à patrono concedatur, postea ea vacante, alio instituto, posterior preferri debet: & laicus etiam loco religioso ius patronatus licitè potest conferre.

7 Secundum patronorum traditiones, ecclesiarum ordinationes non sunt mutandæ.

8 Si à patrono clericus episcopo idoneus fuerit præsentatus, & postmodum alius æquè idoneus: Episcopi relinquitur arbitrio, quis alteri præferatur. Verum si collegium vel religiosa persona præsentauerit, qui prior tempore, potior est in iure.

9 Longa præscriptio roborat concessioni à laico factæ sine episcopali autoritate.

10 Emptionis titulo non debet ius patronatus adquiri.

11 Concessio ecclesiarum viuètibz personis facta, est euacuanda.

12 Per episcopum potest in ecclesia persona institui, si cuius ordinatio propter controuersiam laicorum differatur.

13 Si fundus ematur, ius patronatus acquiritur.

14 Ius patronatus licitè potest ordinari.

15 Filij ecclesiæ à parentibus fundatas, non debent autoritate propria detinere, nec aliis conferre.

16 Ius patronatus annexum est spirituali, & ideo nõ potest vendi.

17 De eodem.

18 Nullus ecclesiâ, vel quod ecclesiastici iuris est, monasteriis vel canonicis sine episcopi autoritate potest conferre.

19 Episcopi personas debent admittere idoneas in ecclesiis, in quibus adepti sunt præsentationes.

20 Qui ab eo præsentatus creditur, & ab ordinatio instituitur, licet alius postea patronatus ius euicerit, non est propter hoc ab ecclesia destituendus: & de eo quod supra II. c. Ea quæ. & de eo quod supra 6. c. Illud, in fine.

21 In ecclesiis, quarum ordinatio differtur, ab episcopo debet œconomus constitui.

22 Episcopi debent instituere, patroni consentire.

23 Quod Episcopi consensus subsequens potest sufficere.

24 Personæ ecclesiarum, in quibus monachi habent ius præsentandi, monachis de temporalibus, episcopis de spiritualibus debent respondere.

25 Renunciatio ecclesiarum in manibus Episcopi fieri debet, non patroni.

26 Defensor appellans audietur.

*De usuris.*

1 Non admittitur dispensatio, vt accipiatur usura.

2 Contractus vsuram continet, licet ex forma non sic transeat.

3 Fructus in sortem sunt computandi.

4 Quod usura sub iuramento promissa, sunt soluenda.

5 Usura ante interdictum vel post perceptam, sunt soluenda.

6 Nullus ad vsuras soluendas est cogendus, nisi ad earum teneatur solutionem.

7 Fructus reddituum, in sortem sunt computandi.

8 Sorte recepta, pignus est restituendum.

9 Clericus vsuras accipiens, nisi vbi de manu laicali beneficium ecclesiæ redimat, officij periculum debet sustinere.

10 De eo quod supra 8. c. Nihilominus.

*De Iuramentis seruandis.*

1 Non est contra iuramentum veniendum, nisi vt gratia ad interitum salutis.

2 Contra iuramentum ex causa licitè non potest veniri.

3 Qui iurant, compellendi sunt iuramentum seruare.

4 Clerici pro periurio, ecclesiis perpetuò debent priuari.

5 Non debent ecclesias regere, qui crimine periurij sunt irretiti.

6 De eo quod supra e. 4. c. Tua nos.

7 Compulsus iurare, debet absolui.

*De Clericis Matrimonio copulatis, Et aliis fornicariis habentibus.*

1 Clerici concubinas habentes, eas compelli possunt abiurare.

2 Clerici in subdiaconatu & supra, qui infra quadraginta dies post commonitionem fornicarias nõ remouerint, ecclesiastico beneficio debent priuari.

3 Simplex beneficium clerico potest concedi coniugato.

4 Subdiaconorum, de quorum incontinentia timeatur, matrimonium est dissimulandum.

5 Pro bono pacis, quod est illicitum, dissimulatur.

6 Clerici qui citra subdiaconatum matrimonium contrahunt, ab vxoribus non debent separari, nisi de communi consensu ad religionem voluerint transire. Si verò in subdiaconatu & supra, ad matrimonium conuolauerint, vxoribus inuitis debent segregari.

7 Sacerdotes qui vxores ad commonitionem Episcopi dimittere nolunt, officio & beneficio possunt priuari.

8 Clerici, siue in sacris ordinibus constituti, siue infra, nolentes dimittere fornicarias, beneficio possunt priuari.

9 Si sacerdos fornicariam non dimiserit, debet suspendi: & quousque eam dimittat, in suspensione permanere.

10 De eo quod supra 2. ca. Sicut & de eo quod supra ca. 8. c. Si autem.

11 De eodem.

12 Episcopus potest eum absoluerè, qui clericum vulnerauit.

13 Minus malum, vt maius vitetur, est tolerandum.

14 Permittitur subdiacono contrahere matrimonium.

15. Sacerdos non debet tabernas frequentare.

*De ordinatione filiorum sacerdotum, & eisdem in ecclesiis paternis non tolerandis.*

1 Non debet aliquis permitti habere ecclesiam, in qua pater eius proximè ministrat.

2 Filij sacerdotum non debent ad ordines admitti nisi in monasterio vel canonica regulari vita fuerint probati.

3 Non debet aliquis in ecclesia, in qua pater eius ministrat, ministrare.

4. De eodem.

5 Si Episcopus scienter in paterna ecclesia aliquem instituit, vel ignoranter, dum ad eundem ipsum postea ordinauerit, potest in ea remanere.

6 Si filius sacerdotis ad sacros ordines fuerit promotus, potest ecclesiastici beneficij obtinere portio nem.

7 Quilibet ab ecclesia, in qua pater eius persona-

tum habuit, est excludendus.

8 Filius in patris ecclesia potest institui, si mediâ intercessit persona.

9 Filius paternam potest ecclesiam habere, si pater eius eiusdem ecclesiæ vicarius perpetuus non fuerit, vel persona.

10 Si quis cum aliquo per literas summi pontificis dispensauit, per posteriores literas non debet actum irritari.

*De Iudeis & ne Christiani eorum mancipia fiant.*

1 Iudæi ad baptismum non sunt compellendi: sed si voluerint, absque calumnia Christiani efficiantur. Nullus etiam eos sine iudicio vulnerare, vel occidere, vel eis res suas auferre, vel eorum solennitates perturbare præsumat.

2 Non debet clericus ad secularem iudicem trahi, nec debet aliquis Iudæis seruire: nec nutrices Christianas eis licet habere, aut obstetrices.

3 Iudæis, quocunque titulo, non licet parochias occupare, nec à Christianis sunt eis homagia præstanda.

4 Iudæi Christiana mancipia non debent habere.

*De Monachis & monialibus sine probatione receptis, & in probatione positis recedere volentibus.*

1 Habitus religionis ante decimum quartum annum susceptus, licitè potest relinqui \* 21.

2 Qui habitum religionis ante professionem deserunt, in secularibus non debent ecclesiis admitti.

3 Qui habitum non suscepit, nec professionem fecit, licet de suscipiendo coram Episcopo votum fecerit, si postea vxorem duxerit, non est cogendus eam dimittere, & ad ecclesiam cui se deuouit redire.

*De spoliatis restituendis, vel non.*

1 Qui spoliatus renunciauit ecclesiæ, etsi eam pluries abiurauerit, est restituendus.

2 Idiotæ personæ non discretæ, peremptorias reprobant exceptiones.

3 Iudices debent ad locum venire, in quo facilius partes possunt esse præsententes.

4. Si spoliatus quis renunciauerit ecclesiæ, licet id iuramento firmauerit, nullum exinde generatur ei præiudicium.

5 Prius est de violenta electione, quàm de canonica institutione agendum.

6 In possessorio iudicio criminis obiectio non retardat principalis causæ executionem.

7 Quæ vi & metu facta sunt, in irritum debent reuocari.

8 Spoliatus debet restitui, licet ei obiiciatur, quod filius fuerit sacerdotis proximi ministratis, vel quod inde soluerit pensionem.

9 Qui violento succedit possessori, velut ipse potest conueniri.

*De iuramento Ecclesiæ.*

1 Clerici non debent præstare iuramentum de calumnia, nec aliud, prælato inconsulto.

2 In causis super rebus spiritualibus, non est iuramentum de calumnia præstandum.

3 Neque præstatur iuramentum de calumnia, ab his qui causam sciunt.

4 Religiosi debent sibi œconomum statuere, qui iuramentum de calumnia valeat subire.

5 Iuramentum de calumnia quacunque est præstandum.

6 Qui debitum vel accessiones initiatur, iuramentum de calumnia debet præstare.

*De excess-*

*De Excessibus Episcoporum contra suos archidiaconos, & archidiaconorum contra suos episcopos.*

- 1<sup>o</sup> Episcopus potest institutiones ab archidiacono post prohibitionem factas irritare.
  - 2 Non licet alicui sub obtentu alicuius consuetudinibus S. Patrum transgredi institutiones, nec sine licentia Episcopi curam committere animarum.
  - 3 Non licet archidiacono ecclesias vacantes occupare & detinere.
  - 4 Consuetudines ecclesiarum archidiaconis debita, ab Episcopo non possunt minui, sed eis debet integræ conseruari.
  - 5 Vno archidiaconatu debet omnis esse contentus.
- Quibus, & quando & infra quam ætatem ecclesiasticum conferatur.*
- 1 Non nisi his qui ætatem habent, & scientiam, ecclesiarum sunt conferendæ.
  - 2 Nemini infra decimum quartum annum constituto, ecclesiæ personatus vel regimen est concedendus.
  - 3 De eodem, & quod nullus quasi iure hæreditario debet in paterna ecclesia collocari.
  - 4 Si minor quindecim annis ante Concilium latum, in ecclesia fuit institutus, non est ab ea amouendus.
  - 5 Ad personatum parochialis ecclesiæ, nõ nisi subdiaconus debet admitti, vel supra nisi ex dispensatione.
- De depositione Clericorum, & de dispensatione circa eosdem facta.*
- 1 Fautor religionis admittitur, qui aliàs non admitteretur.
  - 2 In ordine Simoniacè adquisito potest quis tolerari.
  - 3 Qui literas summi pontificis falsauit, in monasterium districtæ religionis debet detrudi, officio & beneficio spoliatus.
  - 4 Confessio super crimine coram iudice seculari facta, clerico non præiudicat: nec si aliquis pro suis excessibus sit depositus, seculari iudicio est tradendus.
  - 5 Clericus qui duellum sponte obtulit, vel oblatum suscepit, de rigore est deponendus.
  - 6 Sacerdos qui in duello partem digiti amisit, non debet tolerari.
  - 7 Sacerdos qui puerum causa disciplinæ percussit, ita quod expirauerit, est deponendus.
  - 8 Qui decimas vel ecclesiarum dispositiones laico in sæculo manenti concesserit, est deponendus.
  - 9 Qui furtiuè ordinem diaconi suscepit, nisi sub anathemate facta est prohibitio, potest promoueri in sacerdotem.
  - 10 Clerici excommunicati vel interdicti, qui ante absolutionem diuina celebrare præsumpserint, perpetuò sunt deponendi.
  - 11 Qui in conflictu, vbi homines interfecti sunt lapides proiecit: si neminem percussit, potest in ordine tolerari.
  - 12 Actio, vt causa, clerico imputatur.
  - 13 Sacerdos post perpetratum homicidium, potest in ordine sustineri.
  - 14 Actionem mortis clerico non imputari.
  - 15 Presbyter propter membri deformitatem prohibetur celebrare.
  - 16 Clerici, habitu relicto, in crimine deprehensi,

per ecclesiasticam iustitiam non debent liberari.

- 17 Clerici non debent esse ministri vel procuratores laicorum: quod si fecerint, & pro aliquibus capiantur, indignum est eis ab ecclesia subueniri.
  - 18 Officium potest exequi, qui loco tamen renunciauit.
  - 19 Neque serui neque spurij sunt ordinandi, nec aliquis seruilis conditionis.
  - 20 Qui in remotis partibus sunt ordinati, eorum literas debent habere, qui eis manus imponunt: & per aliquod tempus debent esse in suspensio, vbi instruantur.
  - 21 Officium diacono reddere potest, qui alium vulnerauit.
  - 22 Inuito prælato non debet subditus promoueri. Non in sublimitate graduum, sed amplitudine meritum regnum Dei acquiritur.
  - 23 Diebus Dominicis non licet alicui, nisi summo pontifici, in subdiaconatum aliquem ordinare, nec in vigilia Pentecostes.
  - 24 Extra quatuor temporum ieiunia non sunt aliqui ad sacros ordines promouendi.
  - 25 Dicite, potest quis in diebus Dominicis aut aliis festiuis aliquos ad sacros ordines promouere?
  - 26 Clerici ignota sigilla de ordinatione deferentes, non sunt admittendi.
- Ne clericus & Monachus secularibus se immisceat negotiis, & de regula religiosorum.*
- 1 Monachi non debent villas ad firmam tenere, vel ecclesias.
  - 2 Religiosi ad legendas leges & confectiones phycas ponderandas, de suis claustris non debent exire.
  - 3 Monachi non debent causa lucri negociari, vel a laicis firmas habere, vel laici ecclesias ad firmam tenere.
  - 4 Clericis non licet causam sanguinis agitare: clerici etiam comam nutriente, ab archidiaconis tondeantur vel inuiti.
  - 5 Fratres sine proprio debent viuere, Priori professionem facere, crucem non debent accipere, in hospitalibus possunt oratorium construere, Episcopi licentia non requisita.
  - 6 Monachi de claustro exeuntes, redire tenentur ad monasteria, in quibus fecerunt professionem.
  - 7 Monachi non regulariter viuentes, per alterius ordinis institutionem debent puniri.
- De pactionibus licitis & illicitis in rebus ecclesiasticis.*
- 1 Sub annuo censu vsque ad certum terminum, potest ecclesia teneri ad firmam.
  - 2 Propter ingratitudinem, quod actum est, reuocatur.
  - 3 Inter ecclesiasticas personas super decimis transactio facta, rata perpetuò debet persistere, & inconuulsa.
  - 4 Nulli concedendæ sunt ecclesiæ, vbi alij nominatum succedant.
  - 5 Transactio per Abbatem vel Priorem cum literis habitationis conuentus facta, rata debet permanere.
  - 6 Transactio super cõrouersia ecclesiæ facta, quia speciem continet Simoniacæ, in irritum debet reuocari.
  - 7 Decimæ ablata, sine diminutione sunt restituendæ.
  - 8 Non debet aliquis pensionem ecclesiæ soluere, nisi

nisi facilius ad suos transferatur.

- 9 Clericus sine autoritate Episcopi non potest ecclesiã constituere censualem.
  - 10 Compositio corã extraordinario delegato facta, si non est iuri contraria ab Episcopo non debet irritari. Sed census ob hanc absque autoritate Episcopi solutus, vitam soluentis non excedit.
  - 11 Sine diocesani vel officialium suorum autoritate, ecclesiæ non sunt occupandæ.
  - 12 Collusores beneficiis, de quibus collusum est, debent spoliari.
  - 13 Canonem autoritate Episcopi & iuramento interueniente constitutum, soluendum.
  - 14 Filij personatum, vel alij qui in ecclesias vacantes se intrudunt, non possunt eas sub appellationis obtentu occupare.
  - 15 Super re sacra in litigium deducta, transigi non potest.
- De alienatione rerum Ecclesiæ, & earundem reparatione.*
- 1 Res ecclesiæ pignori obligata, à filio, vel hærede obligantis, ecclesiæ debent resarciri.
  - 2 Personæ debent ecclesias reparare.
  - 3 Possessio ecclesiæ sub conditione donata, non potest nisi in causa reuocari.
  - 4 Terras de syluis extirpatas, eis à quibus sunt extirpatæ, potest Episcopus concedere ad annuũ censum tenendas.
  - 5 Clerici de his quæ intuitu ecclesiæ acq̃uiserunt nullum de iure possunt facere testamentum.
  - 6 Si clericus à Calendis Martij vsque ad Calendas Nouembris decesserit, dispositionem fructuum illius anni pro sua voluntate poterit habere.
  - 7 Non licet conditionem ecclesiæ facere deteriorem, nec licet colonum expensis factis in fundo ecclesiæ defraudari.
  - 8 Clerici de mobilibus per ecclesiam adeptis non possunt condere testamentum.
  - 9 De redditibus Episcopi debita pro vtilitate ecclesiæ contracta, sunt persoluenda.
- Vni plura Ecclesiastica Beneficia non committenda, nec vnum inter plures diuidendum: & de in beneficio sibi assignato non residentibus.*
- 1 Qui in duabus ecclesiis præbendam habet, ab ea tantum poterit communia exigere, cui in propria noluerit persona deseruire.
  - 2 Qui sufficiens ecclesiasticum habuerit beneficium, si de alio literas summi pontificis obtinuerit, prioris beneficii non facta mentione, dignum est, eum à iudicibus non exaudiri.
  - 3 Qui duas habet ecclesias, si altera fuerit spoliatus, non est restituendus.
  - 4 Nec dignitatum permutatio, nec præbendarum diuisio est faciendæ.
  - 5 Qui in diuersis ecclesiis curam habet animarum vicarius non potest esse in aliena.
  - 6 Prælati non debent clericos a scholis reuocare.
  - 7 Non debet archidiaconus præbenda carere in ecclesia, in qua est archidiaconus.
  - 8 Archidiaconus vno archidiaconatu debet esse contentus.
  - 9 Seruientes fratribus hospitalis, suos non debent redditus amittere.
- De excommunicatis.*
- 1 Excommunicati si excommunicationis causa tacita, priuilegium meruerint absolutionis, cogendi sunt redire: sed si dubium fuerit, & veritatè sint cõ-

fessi: poterit eis purgatio de hoc indici.

- 2 Contra appellationem aduersario interpositã, potest iudex alium absoluere, præstita tamen iudicio sisti cautione.
  - 3 De eodem.
  - 4 Sententia post appellationem lata, neminem ligat. Sed si ante appellationem fuerit quis excommunicatus, præstita cautione iudicio sisti, potest eum archiepiscopus absoluere.
  - 5 Hospitalarij non debent nominatim in excommunicatione defunctos, in Christianorum cœmeterio sepelire.
  - 6 Nominatim excommunicatus, non est in hospitalio recipiendus. De cœmeterijs etiam, vel ecclesiis, vel ecclesiasticis quibuslibet possessionibus, nõ sunt tenentis præstandæ: & multa alia, quæ in decretis continentur.
  - 7 Sententia excommunicationis, vel interdicti, si ne interdictione congrua non est relaxanda.
- De coniungendis filiis ante vel post compaternitatem genitis.*
- 1 Geniti vel post compaternitatem, in matrimonio possunt coniungi, excepta persona per quam venitur ad compaternitatem.
  - 2 Malignantibus non debet dolus vel fraus patrocinari.
- Qui filij sint legitimi, & de exactione dotium post diuortium, & ad qua pertineat huius causa cognitio.*
- 1 Ante matrimonium geniti, per matrimonium post contractum fiunt legitimi.
  - 2 Post diuortium dotem esse restituendam.
  - 3 Non est exhæredandus quicumque ante desponsationem est natus.
  - 4 Ad Regem, non ad Ecclesiam, pertinet de rebus hæreditariis iudicare.
  - 5 Nati ante diuortium, vel concepti filij vel filia, sunt legitimi.
- De raptoribus ecclesiarum, & violatoribus: quando etiã post peccatam pœnitentiam neganda sepultura ecclesiastica, nisi satisfierit de damno restituendo.*
- 1 Raptor rerum ecclesiasticarum, nisi ablata restituat, vel de restituendo cautionem dederit, pœnitentia est deneganda: & si talis decesserit, clerici eius sepultura non debent interesse.
  - 2 Hæredes de parentum excessibus satisfacere tenentur.
  - 3 Pro furibus & latronibus iniuriando occisis, non est orandum.
  - 4 Defuncto nocet, quoad ecclesiasticam sepulturam habendam, contemptus propinquorum.
- De pœnitentia.*
- 1 Delicti qualitas & quantitas, ætas delinquentis & scientia, sensus & conditio, in pœnitentia sunt respicienda. Conatus etiam, non minus quàm effectus est puniendus.
  - 2 Secreto delicto, secreta debetur pœnitentia.
  - 3 Peregrinationis votum redimi potest.
  - 4 Quod nullus à non suo iudice potest ligari, vel absolui: nec alicui à nõ suo Episcopo remissio dari.
- De sententiis & interlocutionibus.*
- 1 Sententia à prioribus iudicibus lata, posterioribus præiudicat.
  - 2 Possessione alicui adiudicata, non sufficit pignori dari.
  - 3 Lis sopita, non debet resuscitari.
  - 4 Non licet Archidiaconis, in aliquos sententiam



am promulgare.

5 Si sententia feratur iniqua, debet euacuari.

*De leprosis.*

1 Valet concessio viuentis persona facta, dummodo fuerit lepra percussus. Testes etiam moneri debent, non cogi.

2 Vxores viros suos leprosos, & viri vxores sequi debent, vel illis viuentibus continentiam seruare.

3 Vxores propter lepram non sunt dimittendæ, sed illis petentibus debet debitum reddi: leprosi etiam matrimonium licite possunt contrahere.

4 Rectoribus ecclesiarum lepra percussis, dandus est coadiutor, qui curam habeat animarum.

*De prescriptionibus.*

1 Quadragenaria prescriptio, nisi in casu, locum obtinet in ecclesiis.

2 In iudicio finium regundorum utique est actor & reus. Priora etiam sunt iura ad absoluendum, quam ad condemnandum, excepta sola causa libertatis.

3 Prescriptio triennalis ecclesie sufficit.

4 Liberum est unicuique, iuri suo renunciare.

5 Nulla antiquorum dierum possessio, bonæ fidei possessorem liberat, quantum ad eum, nisi rescriptum fuerit.

6 Quadraginta annorum prescriptio seruatur.

7 Contra triennalem prescriptionem nullius vox est audienda.

8 Limites parochiarum non prescribuntur.

*De vicariis monachorum, & aliorum.*

1 Vicarij à monachis non sunt recipiendi, sine honestæ sustentationis assignatione.

2 Persona succedens, non potest vicarium à predecessore institutum remouere, vel eius minueret constitutam portionem.

3 Vicarij in vicariis suis alios constituere non possunt.

4 Si vicarij, qui fide vel iuramento prius sunt obligati, contra personas se exerxerint, personatum petentes: vicaria debent spoliari, & de cætero in eodem Episcopatu non debent admitti ad officij executionem.

5 Qui sufficientem habet in vicaria aliqua sustentationem, aliam petens non exaudietur.

6 Nullus debet plures habere vicarias.

*De electionibus, & electorum potestate.*

1 Electus, ante confirmationem electoris, de rebus ecclesie disponendi nullam habet facultatem.

2 Electio illius qui nuper schismate abiurato, ad unitatem Ecclesie rediit, si à schismatico vllum ordinem accepit, nisi aliud impediatur, debet confirmari.

3 Filius canonici etiam maculas in oculo habens, potest in Episcopum eligi & ordinari.

4 Munere alterius interueniente committitur Simonia.

5 Electio in Episcopum translata, rata debet esse, & confirmata.

*De interpretatione verborum & rescriptorum.*

1 Cum aliqua sub disiunctione mandantur, alterum sufficit.

2 Constitutiones noue, negotiis dat formam futuris.

3 Ad communem verbi intelligentiam in ambiguis est recurrendum.

4 Literæ impetratæ contra monachos Cisterciensis ordinis non valent, nisi in literis mentio ordinis

Cisterciensis habeatur.

5 Si filium literarum summi Pontificis fuerit fractum, non est secundum illas in causa procedendum.

6 Ad hoc ut literæ posteriores sint reuocatorie, necesse est, ut in illis sit mentio de priore commissio ne.

7 Si super aliqua causa literæ prius impetrentur, & postea aliæ, non facta mentione priorum, iudicibus, donec Romanum Pontificem consulant, est super sedendum.

8 Literæ, per quas actor minores redditus petit, si in illis nomen suæ dignitatis supprimit, nullum ius debent obtinere.

9 Si aliquis autoritate priorum voluerit agentem repellere, quia in posterioribus priorum non est facta mentio, si eis dolo uti postposuit, non erit audiendus.

*De exceptionibus.*

1 Licet causa sub certa forma terminanda sit commissa, nihilominus rationabiliter exceptio est admitenda.

2 Sententia contra vicarium lata, si alieno nomine possidet, non ei cuius nomine possidet, præiudicat.

3 Appellatio inter litigantes tantum est inhibita.

4 Canonice institutus, si eiectus fuerit, est restituendus.

*De sepulturis & mortuorum voluntatibus.*

1 Licet unicuique, vbi voluerit, eligere sepulturam.

2 Liberum est unicuique, vbi voluerit, sepulturam eligere, dum tamen tertia pars iudicij sui illi ecclesie conferatur, à qua cælesti pabulo est refectus.

3 Propter debitum defuncti differtur sepultura.

4 Monachi non debent autoritate propria mortuos in cæmeterio suo sepelire.

5 Hæredes iussa testatoris tenentur adimplere.

*De præiudicia Londinen. & Eboracen. & de privilegiis generaliter & specialiter indultis, & de eorum abusu & confirmationibus.*

1 Qui prioris est ordinationis, prior est habendus.

2 Neuter ab altero debet exigere professionem.

3 Vniuersæ causæ suffraganeorum Cantuarien, quæuis non iure metropolitico, legationis tamen obtenta ad eam transferri possunt, licet ad eum non sit appellatum.

4 Extra prouinciam causa potest delegari.

5 Interdicti, quamuis non nominatim excommunicati, ab hospitalariis possunt sepeliri, &c.

6 Si quis contra priuilegia Romanæ ecclesie pro aliis indulta, venire præsumperit, si qua pro se sint indulta, ea amittere meretur. Hospitalarij etiam nullo modo debent prægrauari, vel molestari.

7 Non licet Episcopis hospitalarios excommunicare vel interdiceret, vel eorum oratoria.

8 Et qui in fraternitate hospitalari est receptus, nisi interdictus fuerit, vel nominatim excommunicatus Christiana non denegetur sepultura.

9 Non licet hospitalariis, vel aliis priuilegium suum excedere: quia priuilegium meretur amittere, qui percepto abuti præsumit.

10 Non valet priuilegium de re litigiosa impetratum: si autem tempore priuilegij res litigiosa non fuerit, non licet alicui contra illud venire, nisi specialiter interueniente mandato.

*De sponsalibus secundo.*

1 Qui fidem de aliqua ducenda dedit, si eam postea

stea cognouerit carnaliter, licet aliam matrimonio postmodum sibi copulauerit, primæ adherere debet quia carnalis commixtio facit matrimonium, vbi prius nullum fuit.

2 Contrahere potest quis cum ea matrimonium, quam viro viuentis polluerit adulterio.

3 De eodem, & quod multum delinquit qui fidem violat.

4 Simplex votum matrimonium impedit contrahendum: sed non dirimit contractum.

5 Vir & mulier non sunt vna caro, nisi per carnalem commixtionem.

6 Mulier quæ se nupturam iurauit, ut nubat, non est cogenda. Illa verò, cuius vir cum matre adulterium vel incestum commisit, non viro suo carnaliter coniungi, nec eo viuentis cum alio matrimonium contrahere valebit.

7 Matrimonia seruorum à dominis non sunt irritanda, cum nullus à sacramentis Ecclesie sit amouendus.

8 Qui aliquam lege canonum duxit, licet non secundum patriæ suæ legem, vel illius, non est propterea ab ea separandus.

*De potestate iudicum secundo.*

*Forte mandare.* 1 Episcopus sententiam à delegato latam, potest confirmare: sed eam tenetur executioni reservata sibi sententia diffinitua.

2 Non debet causa de crimine alicui committi terminanda, nisi personæ appareant, quæ velint personam criminosis impetere. Nec licet alicui ecclesiastici cum beneficium habenti, matrimonium contrahere.

3 Vnus in causa potest procedere, si id contineatur in mandato lites etiam quæ concordia vel iudicio terminantur, non debent suscitari.

4 De seculari feudo non pertinet ad Ecclesiam iudicare.

*De iure patronatus secundo.*

1 Quod ius patronatus non potest vendi.

2 Si curator ecclesias illas quas habet in custodia aliquibus cõtulerit, poterit huius donatio reuocari.

3 Non licet delegato aliquem instituere, eo ad quæ institutio pertinet inficio, vel reclamante. Nullus etiam, nisi illis, inter quos causa committitur, appellationis beneficium est sublatum.

4 Causa patronatus quia ecclesiasticis causis est cõnexa, non nisi per ecclesiasticum iudicem valet expediri.

5 Prior concessio Abbatis, Conuentu sciente & non contradicente facta, secundæ præiudicat, licet conuentus suum exprimat consensum.

6 Non licet canonicis regularibus, vel monachis rectoribus ecclesiarum suarum decedentibus, eas occupare, vel censum augere.

7 Promissio de ecclesia non vacante facta, nihil firmitatis habebit.

8 Si quis timore mortis habitum religionis assumpserit, licite poterit ad seculum redire.

9 Clericus ex domo militis ecclesiam vindicare non potest, sed tantum ius patronatus.

10 Si alicui de prima vacante promissio fuerit facta, si ea vacante alius postea ad eam fuerit presentatus, non debet propter hoc eius institutio retardari.

*De pactioibus secundo.*

1 Pactio à predecessore facta, successorem non ligat, nisi autoritate summi Pontificis fuerit cõfirmata

ta. Illi etiam ecclesie ab his decimæ persoluendæ, qui ab ea ecclesiastica percipiunt sacramenta.

2 Transactio inter accusatum & accusatores super crimine facta, nullum robur debet obtinere.

3 Libello citationis ante obitum delegantis proposito, lite post eius obitum contestata, potest in causa procedere delegatus. Qui etiam ad producendos testes inducias postulauit, videtur appellationi renūciare.

4 Appellationi de rebus modicis factæ, quæ scilicet infra summam viginti marcarum subsistunt, non est deferendum: sed ut intra fines iudices qui suspicionem careat, eligat appellans, est cogendus à quibus si qua partium crediderit appellandum, ad Archiepiscopum vel Primatem vocem appellationis emittat.

5 Literæ à tribus mensibus ante obitum delegantis impetratæ, eundem debent tempore successoris sortiri effectum, quem, si adhuc ille viueret, habere debuissent.

6 Si literæ in narratione facti, non in suspecto loco fuerint abrasæ, non debent propter hoc falsæ iudicari. Si verò de appellatione inhibita in prioribus, in posterioribus non sit mentio facta, posteriores in irritum sunt reuocandæ.

7 Si mulier à consanguineo viri sui fuerit polluta & alias vitæ insidias viro machinata, potest inter eos diuortij sententia promulgari, ita ut vir ea mortua licentiam habeat aliam ducendi in vxorem. Ipsa verò sine spe coniugij perpetuò remanebit.

8 Si qui pro euacuando mandato Apostolico ante citationem appellauerint, aut alios in possessionem rei litigiosæ induxerint, vel se malitiose subtraxerint, non est eorum appellationi deferendum: sed illi qui in possessione sunt licet in rescripto non cõprehendantur, autoritate eius conueniri possunt.

9 Qui in ægritudine ad loca religiosa se transtulerint, si in ipsa ægritudine decesserint, cogi possunt & debent, ut personis vel ecclesiis, à quibus pabulum receperunt salutis, canonicam relinquunt portionem.

10 Super re sacra & litigiosa transigi non potest. Alias autem litigantes amicabiliter componere possunt.

11 Iudex delegatus tam ordinatum quam alium, ad efficiendum id quod mandat, cogere potest: & si obedire noluerit, eum poterit punire.

12 Spontaneæ abiurationis exceptio, sine causæ cognitione non est admittenda: & probatio spontaneæ negantis renunciationem, est recipienda.

13 Si sacerdos occultè aliquos coniunxerit, ab officio triennio suspendi debet, quoniam non sicut occultè matrimonia contrahenda.

14 Si in executione mandati fraus interuenierit, non potest executor de toto negotio cognoscere: sed debet incidens quæstio ad sedem Apostolicam referri.

15 Clericus à laico presentatus, si ab Episcopo non fuerit institutus, & appellauerit: licet alius postmodum intrusus fuerit, ab ecclesia debet amoueri, & alius institui.

16 Si causa, appellatione remota, sit commissa, & altera pars appellauerit, non est appellationi deferendum, nisi appellans ante citationem iter arripuerit ad sedem Apostolicam veniendi. Item: Si iudex super suggestionem falsi probationes audire noluerit,

appel

appellans auditur. Item ab vno iudicium appellatione remota, in causa procedi non potest, nisi hoc in literis specialiter contineatur.

17 Quod nullus ad ecclesiastica beneficia est admittendus, nisi sit electus: & quod filij personarum citra sacros ordines constitutarum, parentibus in ecclesiasticis succedere possunt, si tamen merita suffragantur.

18 Monachi Cisterciensis ordinis non debent villas, molendina, ecclesias, altaria possidere, fidelitates & hominia suscipere, rusticos & tributarios tenere: nec operam adhibere, vt termini possessionum eorum dilatentur.

19 Qui prestitio iuramento iudicio sisti, beneficium absolutionis obtinuit, nisi infra annum appellationem fuerit prosecutus, in pristinam potest sententiam detrudi: & non obstante Apostolico iudicio, ecclesiæ stare compelli.

20 Variantis verbum, testimonium reprobat.

21 Potest quis, ius quod habuit, suo amittere facto.

22 Is qui præsidet, potest votum dispensare.

23 Ne quis dicat, Christum non esse aliquid secundum quod homo.

24 Si res precij modici, quæ scilicet animum accipientis allicere vel inuerrere non solet, pro electione alicuius, vel pro pallio alicui deferendo data fuerit, non propter hoc committitur Simonia, nisi interueniat pactum. Item, Puer qui à parentibus pecunia interueniente ecclesiæ offertur, ab eadem ad tempus debet remoueri: sed postmodum non solum ad aliã, sed etiam ad illam potest assumi.

25 Iudex potest appellantis terminum prosequendæ appellationis præfigere, vel eos compellere iudicio Ecclesiæ sisti: vel si noluerint, potest eos, appellatione remota, excommunicare.

26 Propter occultum delictum, non est aliquis à promotione repellendus.

27 Si quis matrem vxoris suæ cognouerit, si id occultum sit, non est ab vxore infamia propter hoc separandus.

28 Licet quis sororem vxoris suæ cognouerit, nõ debet propter hoc ab vxore separari.

29 Episcopus cum clerico demones inuocante, misericorditer agere potest.

30 Clerici infra subdiaconatus ordinem constituti, matrimonia contrahentes ecclesiastico possunt beneficio spoliari: sed si de bonis suis aliqua ecclesiis contulerint, ad ipsos redire debent.

31 In legatis testamento ecclesiæ relictis, duo vel tres sufficiunt testes.

32 Ecclesia licitè potest sub conditione donari.

33 Si puer habitum religionis suscepit, & eum voti pœnituerit, infra .14. annum, habitum relinquere potest, & ad seculum redire: dum tamen à parentibus non sit oblatus, nec id vnquam ratum habuerit.

34 Ecclesia non debet propter alicuius appellationem debitis obsequiis defraudari: canonici etiam seculares, debitam in ecclesiis tenentur facere residentiam.

35 Ab itinere Hierosolymitano potest quis absolui.

36 Si quis habitum religionis metu mortis suscepit, licitè habitum relinquere potest, nisi id aliquando ratum habuerit.

37 Quod laicus non est in accusationem clerici admittendus. Item, si quis aliquem accusauerit, fra-

ter illius non potest postmodum accusare. Item, purgatores alicuius, honesti debent esse, & bonæ opinionis: vitamque illius quem purgare debent, cognoscere, & conuersionem.

38 A voto potest quis absolui, dum tamen elemosynis redimatur.

39 Monachi in accusationem Abbatum suorum sunt admittendi, eisque de monasterio expensæ necessariæ debent administrari. Item, cõtra confirmationem summi pontificis non est aliquatenus iudicandum, nisi nouum emerferit mandatum, aut certum sit, ipsam per falsam suggestionem impetratã.

40 Claustrina matrimonia à contrahentibus publicata, ab ecclesia sunt recipienda: genitricum in tali matrimonio, sunt legitimi.

41 Institutiones vel substitutiones sine fratrum consilio non sunt faciendæ.

42 De eodem, & quod in confirmationibus absentium nomina non sunt scribenda.

43 Testamenta corã presbytero, vel trib. vel duobus aliis facta, rata sunt & firma.

44 Ecclesia adulterio polluta, per adspersionem aquæ benedictæ debet reconciliari: & propter peccatum vnus, aliis purgatio est indicenda.

45 Sacerdos infirmum vno tantum presente clerico, vel etiam solus, inungere potest. Item, festum B. Matthiæ in anno bissextili, in primo vel secundo die potest celebrari. Item, mulier à viro suo pro crimine aliquatenus non est separanda, nisi vbi eam ad maleficia transire contigerit: de viro similiter statuentes.

46 Si verò ad alienas partes se transtulerit, ibique per decennium moram fecerit, & redire noluerit, poterit inter ipsum & vxorem eius diuortium celebrari: sed proles ante diuortium procreata, est legitima.

47 Raptor dici non debet, qui mulieris habuerit consensum: & post carnis conmixtionem, matrimonium est perfectum.

48 Ea quæ propter filium proprium quem interemerat, à viro est abiurata, eidem viro debet restitui, & ei de commissio pœnitentia indici.

49 Confessio coacta non valet. Item, cum causa duobus committitur, sententia vnus non valet.

50 Si quis aliquem interfecerit, ab altaris ministerio debet cessare.

51 Propter naturalem frigiditatem, vel alia maleficia, legitime coniuncti non sunt separandi. Item, qui non est aptus debitum reddere vxori, ad matrimonium contrahendum aptus minimè reputatur.

52 Ad arctionem religionem licitum est transire. Item, licet inter aliquos publica & notoria sit parentela, non possunt tamen ab inuicem absque iudicio ecclesiæ separari.

53 Licet notorium sit & publicum, aliquem cognatam suam duxisse, si non appareant aliqui qui velint matrimonium impetere, non sunt separandi, nisi in primo vel secundo gradu consanguinitatis sint coniuncti.

54 Decimæ à laicis iure hæreditario non possunt possideri.

55 De eucharistia in ore mulieris in carnem verba:

56 Licitum est à sponsalitiis recedere, & ad vitam contemplatiuam venire.

57 Si quis aliquam petat in vxorem, cuius viri con-

sanguineam se cognouisse dicat, non est inter eos matrimonium contrahendum, nisi sit iuramento firmatum.

58 Si mulier iudicio ecclesiæ ab aliquo sit separata & alij sine contradictione ecclesiæ matrimonio copulata, non potest secundus vir ab ea recedere, licet prior vir uiuat.

59 Clerici obtentu patronatus, ab ecclesiis canonicè acquisitis non sunt amouendi.

60 Non est ius patronatus vel ecclesiasticum beneficium, nisi requisita episcopi licentia, in foro seculari ab aliquo vendicandum.

61 Laicus ecclesiam spolians, est excommunicandus.

62 Ecclesia \* iudicat aliquem diris quæstionibus subiiciendum.

63 Appellationibus, vt Iudæi Christiana mancipia habeant, factis, non est aliquatenus deferendum. Item, non licet Iudæis nouas constituere synagogas aut altiores, aut ampliores facere, aut preciosiores.

64 Lite pendente, nihil est innouandum.

65 A clericis & presbyteris quauis fornicariis, quandiu ab ecclesia tolerantur, licitè diuina officia audiuntur, & alia ecclesiastica recipiuntur sacramenta.

66 Vbi quis percipit spiritualia, ibi dare debet temporalia.

67 Decimæ noualium ecclesiæ, in cuius parochia territorium est, persolui debent. Item, laici à clericis vel conuersis decimas de laboribus suis exigere nõ debent. Item, qui à colonis tertiam vel quartam partem laborum suorum ante solutionem decimarum recipiunt, decimam de portione sua, scilicet quod colonus de sua, persoluere tenentur.

68 Si quis per verba de presenti aliquam desponsauerit, licet ea incognita, aliam acceperit & cognouerit, ab ea debet separari, & primæ adhærere. Si verò promissio facta est tantum de futuro, de violatione iuramenti pœnitentia est iniungenda. Item, lite pendente, nihil est innouandum. Item, matrimonium contra interdictum ecclesiæ factum, est irritandum. Item, matrimonium prætextu minoris ætatis, non est dissoluendum, cum malitia suppleat ætatem. Item, matrimonium vi contractum, nisi postmodum consensus accesserit, potest irritari.

69 In dubiis, viciniæ fama est inquirenda: & quod instrumentum ab eo cognitum, qui officium gerebat, ratum & firmum est habendum.

70 Iuramentum à iurantibus ad inuicem potest remitti.

71 Non baptisatus vel confirmatus, in baptismo vel chrismate alium in filium suscipere non potest.

72 Presbyter ordinatus non baptisatus, debet baptizari, & iterum ordinari, & omnes ab eo baptizari.

73 Mulier à viro separata, dotem debet habere, & post annum alium potest accipere virum.

74 Qui eodem crimine est infectus, contra alium non potest testificari: cum nulli de se confesso, aduersus alium in eodem crimine sit credendum.

75 Iudicio ecclesiæ potest quis pœna pecuniaria mulctari, & quæstionibus subiici duris.

76 Licet aliquis confiteatur, ante matrimonium se vxorem fratris sui cognouisse, nisi hoc publicum sit notorium, non est propter hoc inter eos diuortium celebrandum. Item, Sarracenus mulierem tenens Christianam, est puniendus, & ipsa similiter.

77 Iudicio aquæ frigidæ purgatus, si fama laborat & testes non appareant, iterum se debet purgare: quoniam in ecclesiasticis iudicia inhibita sunt peregrina. Item, purgatores debent iurare, quia purgati credunt verum iurasse.

78 Interdicti vel excommunicati, si diuina præstiterint officia celebrare, perpetuò sunt deponendi, nisi multitudo sit in causa. Multi verò sunt quadrangula.

79 Si excommunicatus lecto ægritudinis detineatur, & propinqui eius pro eo satisfecerint, Christianam poterit & debet habere sepulturam.

80 Vbi prætextu appellationis crimen noscitur committendum, non est appellationi deferendum. Item, si excommunicatus prestitio iuramento, iudicio ecclesiæ sisti, fuerit absolutus, statim appellans, per eandem sententiam compelli potest, vel appellationem prosequi, vel iudicio ecclesiæ stare.

81 Appellationi de omni grauamine interpositæ non est deferendum. Si verò de omni grauamine, quæ in vna causa potest contingere, fuerit appellatū, est supersedendum.

82 Sacerdos sciens aliquem reum criminis, ad instantiam illius qui damnum passus est, potest eum excommunicare, non tamen potest eum à publicis officiis remouere.

83 Seruus nisi sit manumissus, non est ordinandus si verò aliqua calliditate fuerit ordinatus, est deponendus, dominoque restituendus.

84 Impetitus de Simonia iurare debet, quod nec ipse, nec alius pro eo sciente precium dedit. Item, purgatores debent iurare, quod credunt ipsum verum iurasse.

85 Res ecclesiastica iure hæreditario non potest possideri.

Subdiaconus matrimonium contrahens, non potest promoueri, nec in subdiaconatu tolerari, nisi habitum susceperit religionis: in minoribus tamen ordinibus potest ministrare.

Filij clericorum, siue geniti sint in sacerdotio, siue non, in ecclesiasticis rebus patribus primo loco succedere non possunt. Si verò vnus plures ecclesias, quas pater eius tenuerat, sit adeptus: vna dum tamen sufficiat, debet esse contentus.

86 Posteriores literæ prioribus præiudicant, si non sint veritate tacita impetratæ.

87 Qui cum non esset sacerdos, Missam publicè celebrare præsumpsit, non potest postmodum ad sacerdotium promoueri, sed ei potest de misericordia beneficium ecclesiasticum assignari.

88 Si sponsalia inter aliquos sint contracta, & alter ante carnis conmixtionem lepram incurrerit, non est alter ad consummandam maritalem copulam cogendus.

89 Si mulier consortium viri propter hæresim declinavit, ea scilicet intentione, vt eum ab errore conuerteret: eo reuertente, cogenda est matrimonium redintegrare. Si verò iudicio ecclesiæ fuerit separata, ad recipiendum eum non est cogenda.

90 Mulier, quemadmodum & vir, liberam sibi potest præeligere sepulturam.

91 Vbi non inuenitur aliquid diffinitum, consuetudini est relinquendum.

92 Si quis diaconatus ordine postposito, officium presbyteri suscepit, si id non ex malitia fecerit, cõpetenti tempore ei potest diaconatus ordo impendi


& postmodum poterit in officio sacerdotis permanere.  
 93 Si quis fuerit infamatus, accusatoribus deficientibus, debet se purgare.  
 94 Metropolitanus iure metropolitico causas audire non potest, nisi per appellationem ad eum deferantur. Si vero legatus fuerit, vniuersas causas legationis obtentu, licet ad eum per appellationem non deferantur, poterit audire.  
 95 Qui de rebus ecclesiasticis nolunt testimonium perhibere, si alias veritas nequiverit elici, ad id sunt compellendi. Item, si clerici falsi sint iniuriam & id nequiverint testibus comprobare: licet vnus testimonio standum non sit, tamen propter reuerentiam clericalis ordinis, ipsorum iuramento fides est adhibenda. Item, qui pro absolutione ad sedem Apostolicam sunt mittendi, si valetudine prapedianatur, ab Episcopo possunt absolui, præstito iuramento, quod pristinae sanitati restituti, Apostolico conspectui se repræsentent. Item, femineo sexui, pueris, ac senibus liberè potest dispensare. Item, ecclesia si sanguinis vel feminis effusione sunt polluta, cum processione & aquæ benedictæ asperione sunt recõcilianda.  
 96 Maioris & sanioris partis debet sententia præualere.  
 97 Ordinationes ab hæresiaris & ab ordinatis ab eis factæ, & alienationes vel inuasiones de rebus ecclesiasticis, omni debent firmitate carere. Item, qui iuramentum sponte præstitit de tenendo schismate, debet suspendi.  
 98 Nullus debet in Episcopum eligi, nisi sit 30. annorum, & de legitimo matrimonio natus. Item, nulli regimen ecclesiarum vel cura animarum est committenda, nisi 25. annum attigerit. Item, archidiaconus, debet esse diaconus: decanus, presbyter.  
 99 Prælati in procuracionibus suis non debent subditis esse onerosi & Archiepiscopus quadraginta vel quinquaginta euectionis numerum in visitatione parochiæ non debet excedere. Cardinales, viginti, vel 25. Episcopi, viginti, vel triginta. Archidia-

coni, quinque vel septem. Decani duobus equis debent esse contenti, nec cum canibus venatoriis vel auibus proficisci. Item, Episcopi non debent subditos talliis & exactionibus grauare, licet pro magna necessitate moderatum cum charitate auxiliu valeant postulare. Archidiaconi vel decani nullas tallias vel exactiones in subditos possunt exercere, &c.  
 100 Si Episcopus aliquem sine certo titulo ordinauerit, si proprium non habuit, vnde sustentari valeat, ei debet necessaria subministrare.  
 101 Ne prælati sine canonica admonitione suspensionis vel excommunicationis sententiam profert in subiectos: nec subiecti ante ingressum causæ in vocè prorumpant appellationis: & ne religiosi, pro euitanda disciplina appellantes, audiantur. Item, si appellans prosequi appellationem neglexerit, eo qui appellatus fuerat veniente, debet ei recompenfatio fieri expensarum.  
 102 Ne pro personis ecclesiasticis ad sedem deducendis, vel sacerdotibus instituendis, aut mortuis sepeliendis, seu etiam nubentibus benedicendis, vel aliis ecclesiasticis sacramentis aliquid exigatur, & noui census à prælatiis ecclesiis imponantur, nec veteres augeantur, nec partem reddituum audeant sibi appropriare.  
 103 Ne ecclesiæ vel ecclesiastica beneficia alicui tribuantur, vel promittantur, antequam vacent: & vt vacantes, infra 6. menses personis dignis cõferantur.  
 104 Ne ecclesiæ vel decimæ de manu laici recipiantur, vel in eis absque licentia Episcopi aliqui inuoluantur: & ne ab eis instituti, ab aliquo sine eo amoueantur: & ne hospitalarij vel templarij in ecclesiis interdicta, nisi semel in anno, diuina præsumant officia celebrare, nec tunc mortuos sepeliant & ne aliqui ab Episcoporum potestate eximantur, obreutu alicuius religionis, nisi se omnino religioni vel fraternitati contulerint propria relinquentes.  
 105 Ne religiosi precio recipiantur, nec pecussum habere permittantur, vel in ecclesiis parochialibus ponantur: & de pœna contra hoc venientium, & ne aliqua obedientia pro precio alicui tradatur.

- 1 De fide catholica.
- 2 De errore abbatis Ioaachim.
- 3 De hereticis.
- 4 De superbia Græcorum contra Latinos.
- 5 De dignitate patriarcharum.
- 6 De Conciliis prouincialibus.
- 7 De correctione excessuum.
- 8 De inquisitionibus.
- 9 De diuersis ritibus in eadem fide.
- 10 De prædicatoribus instituendis.
- 11 De magistris scholasticis.
- 12 De communibus capitulis monachorum.
- 13 De nouis religionibus prohibitis.
- 14 De incontinentia clericorum puniendâ.
- 15 De arcenda ebrietate clericorum.
- 16 De indumentis clericorum.
- 17 De confessionibus prælatorum, & negligentia eorum super diuinis officiis.
- 18 De iudicio sanguinis & duelli clericis inuito.
- 19 Ne ecclesiæ mundanis supellectilib. exponantur.
- 20 De chrisma. & eucharistia sub sera conseruanda.
- 21 De confessione faciendâ, & non reuelandâ à sacerdote, & saltem in Pascha communicandâ.
- 22 Vt infirmi prius provideant animæ, quam corpori.
- 23 Vt ecclesia cathedralis, vel regularis, ultra tres menses non vacet.
- 24 De electione faciendâ per scrutinium, vel per compromissum.
- 25 Quod electio facta per secularem potestatem, non valeat.
- 26 De pœna indignè confirmantis electionem.
- 27 De instructione ordinandorum.
- 28 Vt compellantur cedere qui postulauerunt licentiam cediendi.
- 29 Vt nullus habeat duo beneficia, cum cura annexa.
- 30 De idoneitate instituendorum in ecclesiis.
- 31 De filiis canonicorum non instituendis cum patribus.
- 32 Vt patrum competentè portionem dimittant clericis.
- 33 De procuracionibus non accipiendis sine visitatione.
- 34 De subditis non grauandis sub prætextu seruitij alicuius.
- 35 De causâ appellationis exprimendâ.
- 36 Quod iudex possit interlocutoriam & comminatoriam sententiam reuocare.
- 37 De literis non impetrandis ultra duas dietas, & sine speciali mandato.
- 38 De scribendis actis, vt probari possint.
- 39 De restitutione dandâ contra possessorem, quæ non rapuit ipse.
- 40 De vera possessione.
- 41 De continuatione bonæ fidei in omni præscriptione.
- 42 De seculari iustitia.
- 43 Ne sine causâ clericus fidelitatem laico faciat.
- 44 Quod constitutiones principum non præiudicent ecclesiis.
- 45 Patronus qui clericum ecclesiæ occiderit, vel mutilauerit, ius patronatus amittit.
- 46 De talliis à clericis non exigendis.
- 47 De forma excommunicandi.
- 48 De modo recusandi iudicem.
- 49 De pœna excommunicantis iniuste.
- 50 De restricta prohibitione matrimonij.
- 51 De pœna contrahentium clandestina matrimonij.
- 52 De testimonio, de auditu, reprobando in causâ matrimonij.

- 53 De his qui prædia sua in fraudem decimarum dant aliis excolenda.
- 54 Vt decima ante tributa soluantur.
- 55 Vt de terris acquirendis, non obstantibus priuilegiis, decima dentur.
- 56 Ne propter pactum aliquorum amittat decimas presbyter parochialis.
- 57 De interpretandis priuilegiorum verbis.
- 58 De eodem in fauorem Episcoporum.
- 59 Vt nullus religiosus fide iubeat sine licentia Abbatis & Conuentus.
- 60 Quod Abbas non extendat se ad officium Episcopale.
- 61 Ne religiosi recipiant decimas de manu laicali.
- 62 Ne reliquia Sanctorum ostendantur extra capsam, neue noue habeantur in ueneratione sine Romana ecclesia.
- 63 De Simonia.
- 64 De eadem circa monachos & sanctimoniales.
- 65 De eadem circa illicitam pecunie extorsionem.
- 66 De eadem circa cupiditatem clericorum.
- 67 De usuris Iudeorum.
- 68 Vt Iudæi discernantur à Christianis in habitu.
- 69 Ne Iudæi publicis officiis præficiantur.
- 70 Ne conuersi ad fidem de Iudæis, veterem ritum Iudeorum retineant.

DECRET A CONCILII LATERANENSIS SUB INNOCENTIO PAPA 3. CELEBRATI.



Irmiter credimus, & simpliciter cõfitemur, quod vnus solus est verus Deus, æternus & immensus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis & ineffabilis, pater & filius & spiritus sanctus. Pater à nullo, filius autem à solo patre, ac spiritus sanctus ab utroque patre, absque initio semper, & sine. Pater generans, filius nascens, & spiritus sanctus procedens: consubstantiales & coæuales, cõomnipotentes & cõæterni, vnum vniuersorum, principiu, creator omnium inuisibiliu & visibiliu, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotenti virtute, simul ab initio temporis, vtranque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicã videlicet & mundanam: ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutam: diabolus enim & demones alij à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo verò diaboli suggestionem peccauit.

Extra de Summa Tri. & fide. c. 1. Deus vnus in essentia trinus in personis

Hæc S. Trinitas secūdam communem essentiam in diuidua, & secūdam personales proprietates discretæ, per Mosen & sanctos Prophetas, aliosque famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarẽ. Et tandẽ vnigenitus Dei filius, Iesus Christus à tota Trinitate cõmuniter incarnatus, ex Maria virgine spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne cõpositus, vna in duabus naturis persona, viã vitæ manifestius demonstrauit. Qui cum secūdam diuinitatem sit immortalis & impassibilis, idem ipse secūdam humanitatem factus est passibilis & mortalis: quin etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus, descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit incælum. Sed descendit

CONCILIVM LATERANENSE,

SVB INNOCENTIO PAPA TERTIO. 18. SVI

pontificatus anno celebratum, anno Domini 1215. Cui interfuere patriarcha Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus, & archiepiscopi tam græci quam latini 70. Episcopi. 412. Abbates vero & priores plus 800. alij numerant Episcopos 400. Abbates 12. Priores 800. omnes coniuncti 1215. aut eò plures. Interfuere legati vtriusque imperatoris & græci & Romani, legati etiam regum Hierusalem, Gallia, Hispania, Anglia & aliorum. Interfuit etiam Beatus Dominicus, cum venerando episcopo Tholofano Fulcone. Nec video qua fronte audeat quis negare hoc concilium esse cõcumenicum, cum vtraque ecclesia tam græca quam latina conuocata adfuerit, tractata sunt fidei negotia pacificæ summa cum vnitæte.

Tituli capitulorum Concilii Lateranensis quod Romæ in ecclesia S. Ioannis Lateranensis celebratum fuit.



in anima, resurrexit in carne, ascenditque pariter in vitroque, venturus in fine seculi iudicare viuos & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis quam electis. Qui omnes cum suis propriis corporibus resurgent, quæ nunc gestant ut recipiant secundum merita sua, siue bona fuerint siue mala: illi cum diabolo pœnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam.

Vna verò est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. In qua idem ipse sacerdos & sacrificium Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur: transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate diuina, vt ad perficiendum mysterium vnitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc vtique sacramentum nemo potest conficere, nisi si sacerdos fuerit rite ordinatus secundum clausas Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, & eorum successoribus Iesus Christus.

Sacramentum verò baptismi, quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis, videlicet patris & filij & spiritus sancti, consecratur in aqua, tam paruulis quam adultis in forma ecclesiæ, à quocunque rite collatum, proficit ad salutem. Et si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam semper potest reparari. Non solum autem virgines & continentis, verum etiam coniugati, per fidem rectam & operationem bonam, & sic placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

2 Damnamus ergo & reprobamus libellum siue tractatum, quem abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum de vnitatem seu essentia Trinitatis, appellans hæreticum & insanum, pro eo quod in suis dixit Sententiis: Quomodo quædam summa res est pater & filius & spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita, nec procedens, vnde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem adstruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam manifestè protestans, quod nulla res est quæ sit pater & filius & spiritus sanctus. Sunt vna essentia, vna substantia, vnaque natura: verum vnitatem huiusmodi non veram & propriam, sed quasi collectiuam sed & similitudinariam esse fatetur quemadmodum dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vna Ecclesia, iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: & qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Item, Qui plantat & qui rigat, vnum sunt: & omnes vnum corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regum: Populus meus & populus tuus vnum sunt. Ad hanc autem suam sententiam adstruendam, illud potissimum verbum in ducit, quod Iesus Christus de fidelibus inquit in Evangelio: Volo pater, vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus, vt sint consummati in vnum. Non enim ait, Vt fideles Christi sint vnum, id est, vna quædam res quæ communis sit omnibus: sed tantum, sint vnum, id est, vna ecclesia propter catholicæ fidei vnitatem, & tandem vnum regnum propter vniionem indissolubilis charitatis. Quemadmodum in canonica Ioannis epistola legitur: Quia tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater & verbum & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Statimque subiungit, Et tres sunt qui testimonium dant in terra,

spiritus, aqua & sanguis: & tres vnum sunt, sicut in codicibus quibusdam inuenitur.

Nos autem sacro & vniuersali Concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quod vna quædam res est, incomprehensibilis quidem & inestimabilis, quæ veraciter est pater & filius & spiritus sanctus, tres simul personæ, ac singulariter quælibet earundem, & ideo in deo Trinitas est solummodo non quaternitas: quia qualibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, siue natura diuina, quæ sola est vniuersorum principium, præterquam aliud inueniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est pater qui generat, filius qui gignitur, & spiritus sanctus qui procedit vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura. Licet igitur alius sit pater, alius filius, alius spiritus sanctus, non tamen aliud: sed id quod est pater, est & filius, & spiritus sanctus, id est, omnino, vt secundum orthodoxam & catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno filium generando, suam substantiam ei dedit, iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, maius est omnibus. Ac dici non potest, quod partem suæ substantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipse sibi, cum substantia patris indiuisibilis sit, vt pote simplex omnino. Sed nec dici potest, quod pater in filium transtulit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam filio, quod non retinuerit ipsam sibi: alioquin desisset esse substantia. Patet ergo, quod sine vlla diminutione filius nascendo substantiam patris accepit, & ita pater & filius habent eandem substantiam: & sic eadem res est pater & filius & spiritus sanctus, ab vtroque procedens. Cum ergo veritas pro fidelibus suis ad patrem orat.

Volo, inquit, vt ipsi sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus: hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro personis verò diuinis, vt attendatur identitatis in natura vnitas, quemadmodum veritas alibi ait: Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est: perfectione naturæ, vtroque videlicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda.

Si quis igitur sententiam siue doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere vel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus constituetur. In nullo tamen per hoc florenti monasterio, cuius ipse Ioachim extitit institutor, volumus derogari: quoniam regularis institutio est, & obseruantia salutaris, maximè cum idem Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, Apostolicæ sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans epistolam, cui propria manu subscripsit: in qua firmiter constitetur, se illam fidem tenere, quam Romana tenet ecclesia: quæ cunctorum fidelium, disponente Domino, mater est & magistra.

Reprobamus etiam & damnamus peruersissimum dogma impij Amalrici: cuius mentem sic pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica censenda sit, quam insana.

3 Excommunicamus & anathematizamus omnem hæresim, extollentem se aduersus hanc sanctam, orthodoxam, catholicam fidem, quam superius exposuimus, condemnantes vniuersos hæreticos quibuscumque;

cunque nominibus censeantur: facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum.

Damnati verò, secularibus potestatis præsentibus, aut eorum baliuis relinquuntur animaduersione debita puniendi, clericis prius à suis ordinibus degradatis: ita quod bona huiusmodi damnatorum si laici fuerint, confiscentur: si verò clerici, applicentur ecclesiis, à quibus stipendia perceperunt.

Qui autem inuenti fuerint sola suspitione notabiles, nisi iuxta considerationes suspitionis, qualitateque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur: & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quod, si per annum in excommunicatione persistierint, extunc velut hæretici condemnentur.

Moneantur autem & inducatur, & si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur seculares potestates, cuiuscunque officij, etiam sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publicè iuramentum, quod de terris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studeant, ita quod amodo quocumque quis fuerit in potestatem siue spirituales siue temporales assumptus, hoc teneatur capitulum firmare.

Si verò Dominus temporalis requisitus & monitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hac hæretica fœditate, per Metropolitanum & comprovinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur. Et si satisfactio contempserit infra annum, significetur hoc summo Pontifici, vt extunc ipse vasallos ab eius fidelitate denunciaret absolutos, & terram exponat catholicis occupandam, qui eam ex terminatis hæreticis sine vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent, saluo iure domini principalis: dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege seruata circa eos, qui non habent dominos principales.

Catholici verò, qui crucis assumpto caractere, ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque priuilegio sint muniti, quod accedentibus in terræ sanctæ subsidium cõceditur.

Credentes verò, præterea receptores, defensores & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus subiaccere: firmiter statuentes, vt si, postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu cõsilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimoniū admittantur. Sit etiam instabilis, vt ne testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocumque negotio, sed ipse alij respondere cogatur.

Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, ei instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur. Et in subiectis idem præcipimus obseruari. Si verò clerici

cus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur vincta.

Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia denotati fuerint, euitare contempserint, excommunicationis sententia vsque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sanè clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant sepulturæ tradere, nec elemosinas, nec oblationes eorum accipiant. Alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali. Similiter quilibet regulares: quibus hoc etiam infligatur, vt eorum priuilegia in illa diocesi seruentur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare.

Quia verò nonnulli sub specie pietatis, virtutem eius (iuxta quod ait Apostolus) abnegantes, auctoritatem sibi vendicant prædicandi: cum ipse Apostolus dicat, Quomodo prædicabunt nisi mittantur? omnes qui prohibiti, vel non missi, præter auctoritatem ab Apostolica sede vel catholico Episcopo loci susceptam, publicè vel priuatim prædicationis officium usurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur. Et nisi quanto cyus resipuerint, alia competenti pœna plectantur.

Adicimus insuper, vt quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus, per se, aut per archidiaconum suum, vel idoneas personas honestas, bis, aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumueat, & ibi tres vel plures boni testimonij viros, vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat: quod si quis ibidem hæreticos scierit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersione fidelium vita & moribus dissidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus ad præsentiam suam conuocet accusatos: qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonicè puniantur. Si qui verò ex eis iurationem damnabili suppositione respuentes, iurare fortè noluerint, ex hoc ipso tanquam hæretici reputentur.

Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda, Episcopi per dioceses suas diligenter inuigilent, si canonicam effugere voluerint vitionem. Si quis enim Episcopus super expurgando de sua diocesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in loco ipsius alter substituatut idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem.

4 Licet Græcos in diebus nostris ad obedientiam sedis Apostolicæ reuertentes, fouere & honorare velimus, mores ac ritus eorum, quantum cum Deo possumus, sustinendo: in his tamen illis deferre nec volumus nec debemus, quæ periculum generant animarum, & ecclesiasticæ derogant honestati. Postquam enim Græcorum ecclesia cum quibusdam complicibus ac fautoribus suis, ab obedientia sedis Apostolicæ se subtraxit, tantum Græci cœperunt abominari Latinos, quod inter alia quæ in derogationem eorum impiè committebant, si quando sacerdotes Latini super eorum celebrasset altaria, non prius ipsi sacrificare volebant in illis, quam ea tanquam per hoc inquinata lauissent. Baptizatos etiam à Latinis, &

Tit. 12  
Rom. 10.

intra de  
baptismo  
eius essentia

Ex. 16. c.  
seq. Abbas  
Ioachim  
error de vna  
trinitatis es  
sentia.

Acto. 4.  
1. corin. 6.  
Ibi. 3. & 12.  
3. Reg. 22.  
Iohan. 17.

1. Iohan. 5.

ipſi Græci rebaptiſare auſu temerario præſumebant & adhuc (ſicut accepimus) quidam agere hoc non verentur. Volentes ergo tantum ab Eccleſia Dei ſcandalum amouere, ſuadente Concilio diſtrictè præcipimus, vt talia de cæterò non præſumant, conforment ſe tanquam obedientiæ filij ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ matri ſuæ, vt ſit vnum ouile & vnus paſtor, Si quis autem aliquid tale præſumpſerit, excommunicationis mucrone percuffus, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico deponatur.

5 Antiqua Patriarchalium ſedium priuilegia renouantes, ſacra vniuerſali ſynodo approbante ſancimus, vt poſt Romanam eccleſiam, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinere principatum, vt pote mater vniuerſorum Chriſti fidelium & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineant, reſeruata cuilibet propria dignitate: ita quòd poſtquàm ſeruata cuilibet propria dignitate: ita quòd poſtquàm corum antiſtites à Romano pontifice acceperint pallium, quod eſt plenitudinis pontificalis inſigne, præſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem canonicam, & pro Romana eccleſia ipſonem obedientiæ ab eiſdem.

Dominicæ verò crucis vexillum ante ſe faciant vbique deferri, niſi in vrbe Romana, & vbicunque ſummus pontifex præſens extiterit, vel eius legatus vtens inſignis Apoſtolicæ dignitatis.

In omnibus autem prouinciis eorum iuriſdictioni ſubiectis, ad eos, cum neceſſe fuerit, prouocetur: ſaluis appellacionibus ad ſedem Apoſtolicam interpoſitis, quibus eſt ab omnibus humiliter deferendum.

6 Sicut olim à S. Patribus noſcitur inſtitutum, Metropolitanis ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis prouincialia non omittant Concilia celebrare. In quibus de corrigendis exceſſibus, & moribus reſormandis, præſertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum: canonicas cauſas, & maximè quæ ſtatuta ſunt in hoc generali Concilio relegendes, vt eas faciant obſeruari, debitam pœnam tranſgreſſoribus infligendo.

Vt autem id valeat efficacius adimpleri, per ſingulas diœceſes ſtatuant idoneas perſonas, prouidas videlicet & honeſtas, quæ per totum annum ſimpliciter, & de plano, abſque vlla iuriſdictione ſolicite inueſtigent, quæ correctione vel reſormatione ſint digna, & ea fideliter perferant ad Metropolitanum & ſuffraganeos in Concilio ſubſequenti, vt ſuper his & aliis, prout vtilitati & honeſtati congruerit, prouida deliberatione procedant: & quod ſtatuertint, faciant obſeruari, publicantes ea in episcopaliſ ſynodis, annuatim per ſingulas diœceſes celebrandis. Quiſquis autem hoc ſalutare ſtatutū neglexerit adimplere à ſuis beneficiis & executione officij ſuſpēdatur, donec per ſuperioris arbitriū eius relaxetur.

7 Irrefragabili conſtitutione ſancimus, vt eccleſiarum prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſum maximè clericorum, & reſormandum mores, prudenter & diligenter intendant, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. Vt autem correctionis & reſormationis officium liberè valeant exercere, decernimus, vt executionem ipſius nulla conſuetudo

vel appellatio valeat impedire, niſi exceſſerint in talibus obſeruanda.

Exceſſus tamen canonicorum eccleſiæ cathedralis, qui conſueuerunt corrigi per capitulum, per ipſum in ipſis eccleſiis (quæ talem hæcenus conſuetudinem habuerunt) ad commonitionem & iuſſionem Episcopi corrigantur infra terminum competentem ab Episcopo præfigendum. Alioquin ex tunc Episcopus dominum habens præ oculis, omni contradictione ceſſante, ipſos prout animarum cura exegerit, per cenſuram eccleſiaſticam corrigere non poſſonat. Sed & alios eorum exceſſus corrigere non omitterat, prout animarum cura requirit, debito tamen ordine in omnibus obſeruato.

Cæterum ſi canonici abſque manifeſta & rationabili cauſa, maximè in contemptum Episcopi, ceſſauerint à diuinis, Episcopus nihilominus, ſi voluerit, celebret in eccleſia eadem, & Metropolitanus ad querelam ipſius tanquam ſuper hoc delegatus à nobis, taliter eos per cenſuram eccleſiaſticam cognita veritate caſtiget, quòd pœnæ metu talia de cæterò non præſumant.

Prouideant itaque diligenter eccleſiarum prælati, vt hoc ſalutare ſtatutum ad queſtum pecuniæ, vel grauamen aliquod non conuertant: ſed illud ſtudio ſe ac fideliter exequantur, ſi canonicam voluerint eſſe fugere vltionem, quoniam ſuper his Apoſtolica ſedes, autore Domino, attentiffimè vigilabit.

8 Qualiter & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum ſubditorum exceſſus, ex autoritatibus noui & veteris Teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus poſtea proceſſerunt canonice ſanctiones, ſicut olim aperte diſtinximus, & nunc ſacri approbatione Concilij confirmamus. Legitur enim in Euangelio quòd villicus ille qui diſſipatus erat apud dominum ſuum, quali diſſiparet bona ſua, audiuit ab illo: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. Et in Geneſi Dominus ait: Deſcendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerunt. Ex quibus autoritatibus manifeſte comprobatur, quòd non ſolum cum ſubditis, verum etiam cum prælatus excedit, ſi per clamorem & famam ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem à maleuolis & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis: nec ſemel tantum, ſed ſæpe (quod clamor innuit, & diſſimatio manifeſtat) debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari: & ſi rei poſſerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tanquàm ſit autor & iudex, ſed quaſi deferente fama vel denunciante clamore, officij ſui debitum exequatur. Licet autem hoc ſit obſeruandum in ſubditis, diligentius tamen obſeruandum eſt in prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam.

Et quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnunquam verò ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur. Ideo ſancti Patres prouide ſtatuertint, vt accuſatio prælatorum non facile admittatur, ne conculſis columnis corruat edificium: niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolū falſæ, ſed etiam malignæ criminationis ianua præcludatur. Verum ita voluerunt prouidere prælatis,

ne criminarentur iniuſtè: vt tamen caueret ne delinquerent inſolenter, contra morbum vtrunq; inuenientes congruam medicinam: videlicet vt criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis (id eſt, degradationem) intendit, niſi legitima præcedat inſcriptione, nullatenus admitatur. Sed cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, ita vt iam clamor oſtendat, qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſine periculo tolerari, abſque dubitatione ſcrupulo, ad inquirendum & puniendum eiꝑ exceſſus, non ex odij fomite, ſed charitatis procedatur affectu: quatenus ſi fuerit grauis exceſſus, etſi nõ degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoueatur omnino, quod eſt ſecundum Euangelicam ſententiam à villicatione villicum amoueri, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem.

Debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inqueſtio, niſi ſe per contumaciam abſentauerit: & exponenda ſunt illi capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendēdi ſeipſum. Et non ſolum dicta, ſed etiam nomina teſtium ſunt ei, vt quid vel à quo ſit dictum appareat, publicanda: necnon exceptiones & replicationes legitime admittendæ, ne per ſuppreſſionem nominum, inſamandi, per exceptionum verò excluſionem, deponendi falſum audacia præbeat.

Ad corrigendos itaque ſubditorum exceſſus tanto diligentius debet prælatus aſſurgere, quanto damabilius eorum offeſas defereret incorrectas: contra quos, vt de notoriis exceſſibus taceatur, etſi tribus modis poſſit procedi, per accuſationem videlicet denunciationem & inqueſtionem eorum, vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leue compendium ad graue diſpendium veniat: ſicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua admonitio, & inqueſtionem clamor ſi inſinuatio præuenire, illo ſemper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij, ſententiæ quoque forma dicatur. Hinc tamen ordinem circa regulares perſonas non credimus vſquequaquæ ſeruandum: quæ cum cauſa requirit, facilius & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationi bus amoueri.

9. Quoniam in plerique partibus intra eandem ciuitatem atque diœceſim permixti ſunt populi diuerſarum linguarum, habentes ſub vna fide varios ritus & mores, diſtrictè præcipimus, vt pontifices huiusmodi ciuitatum ſiue diœceſum, prouideant viros idoneos, qui ſecundum diuerſitates rituum, & linguarum diuina officia illis celebrent, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, inſtruendo eos verbo pariter & exemplo.

Prohibemus autem omnino, ne vna eademque ciuitas ſiue diœceſis, diuerſos pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuerſa capita, quaſi monſtrum. Sed ſi propter prædictas cauſas vrgens neceſſitas poſtulauerit, pontifex loci catholicum præſulem nationibus illis conformem, prouida deliberatione conſtituat ſibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia ſit obediens & ſubiectus. Vnde ſi quis aliter ſe geſſerit excommunicationis ſe nouerit mucrone percuffum. Et ſi nec ſic reſipuerit, ab omni eccleſiaſtico miniſterio deponatur, adhibito, ſi neceſſe fuerit, brachio ſeculari, ad tantam inſolentiam compeſcendam.

10 Inter cætera quæ ad ſalutē ſpectant populi Chri

ſtiani, pabulum verbi Dei permaximè ſibi noſcitur neceſſarium: quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpiritali cibo nutritur, eo quòd non in ſolo pane viuunt homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Vnde cum ſæpe contingat, quòd Episcopi propter occupatiões multiplices, vel inualitudines corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias, (ne dicamus defectū ſcientiæ, quod in eis eſt reprobandum omnino, nec de cæterò tolerandum) per ſe ipſos non ſufficiunt miniſtrare populo verbum Dei, maximè per amplas diœceſes, & diſſuſas: generali conſtitutione ſancimus, vt Episcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potētes in opere & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum, cū per ſe idem nequeunt, ſolicite viſitantes, eas verbo ædificant, & exemplo: quibus ipſi, cum indigerint, congruè neceſſaria miniſtrent, ne pro neceſſariis defectu compellantur deſiſtere ab incepto.

Vnde præcipimus tam in cathedralibus, quam in aliis conuentualibus eccleſiis, viros idoneos, quos Episcopi poſſint coadiutores & cooperatores habere, non ſolum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confeſſionibus, & pœnitentiis iniungendis, ac cæteris quæ ad ſalutem animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, diſtrictè ſubiaceat vltioni.

11 Quia nonnullis propter inopiam, & legendi ſtudium, oportunitas proficiendi ſubtrahitur: in Lateranenſi Concilio pia fuit inſtitutione prouiſum, vt per vnquamq; cathedralē eccleſiam magiſtro qui clericos eiſdem eccleſiæ, alioſq; ſcholares pauperes gratis inſtrueret, aliquod competens beneficium præberetur, quo & docentis releuaretur neceſſitas, & via pateret diſcentibus ad doctrinā. Verum quoniam in multis eccleſiis id minimè obſeruatur, nos prædictum roborantes ſtatutum, adiicimus, vt non ſolum in qualibet cathedrali eccleſia, ſed etiam in aliis, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus à prælato cū Capitulo, ſeu maiori ac ſaniori parte Capituli eligendus, qui clericos eccleſiarum ipſarum & aliarum, gratis in grammatice facultate ac aliis inſtruat iuxta poſſe.

Sanè Metropolitana eccleſia theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Aſignetur autem cuilibet magiſtrorum à capitulo vniꝑræbenda prouentus, & à Metropolitanò tantundem, non quod per hoc efficiatur canonicus, ſed tandiu edditꝑ ipſos percipiat, quandiu perſtiterit in docendo. Quod ſi forte de duobꝑ Metropolitanā eccleſia grauetur, theologo iuxta modum prædictum ipſa prouideat: grammatico verò in alia eccleſia ſuæ ciuitatis ſiue diœceſis, quod ſufficere valeat, faciat prouideri.

12 In ſingulis regnis ſiue prouinciis fiat de triennio in triennium, ſaluo iure diœceſanorum pontificum, commune capitulum Abbatum atque Priorum, Abbates proprios non habentium, qui non conſueuerunt tale capitulum celebrare, ad quod vniuerſi conueniant, prædicationem canonicam non habentes, apud vnum de monaſteriis ad hoc aptum: hoc adhibito moderami-

Extra de  
priuilegiis  
& exceſſibus  
pri-

Extra  
de  
ord.

Extra de of  
ficio iud.  
ord.

Extra de of  
ficio iudicis  
ord.

Ex. 1b. ca.  
ſeq.  
Dens. 8.  
Mat. 4.

Ex. de ma-  
giſtris.

Ex. de ſtatū  
monachio.  
De triennio  
inſtruentis.

ne, vt nullus eorum plus quam sex euectiones & octo personas adducat. Aduocent autem charitatiue in huius nouitatis primordiis duos Cisterciensis ordinis Abbates vicinos, ad præstandum sibi consilium & auxilium opportunum, cum sint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati. Qui absque contradictione duos sibi de ipsis associant, quos viderint expedire. Ac ipsi quatuor præsentantur capitulo vniuerso, ita quod ex hoc nullus eorum auctoritatem prælationis assumat: vnde, cum expedierit, prouida possint deliberatione mutari. Huiusmodi verò capitulum aliquot certis diebus continuè iuxta morem Cisterciensium celebratur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis & obseruantia regulari: & quod statutum fuerit illis quatuor approbantibus, ab omnibus inuoluntate obseruetur, omni excusatione & contradictione ac appellatione remotis: prouiso nihilominus, vbi sequenti termino debeat capitulum celebrari: & qui conueniunt, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas, ita quod si non potuerint in eisde, saltem plures simul in diuersis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ ac circumscriptæ personæ, quæ singulas abbatias eiusdem regni siue prouinciæ non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio cognouerint indigere: ita quod si rectorem loci cognouerint ab administratione penitus amouendum, denuncient episcopo proprio, vt illum amouere procuret: quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referent ad Apostolicam sedem examinandum. Hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum volumus & præcipimus obseruare. Si verò in hac nouitate quicquam difficultatis emerferit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicam sedem iudicium absque scandalo referatur: cæteris irrefragabiliter obseruatis, quæ concordati fuerint deliberatione prouisa.

Porro diæcesani episcopi monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, vt cum ad ea prædicti visitatores accesserint, plus in illis inueniant quod commendandum, quam quod correctione sit dignum: attentissimè præcauentes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggrauentur. Quia sic volumus superiorum iura seruari, vt inferiores nolimus iniurias sustinere. Ad hoc districtè præcipimus tam diæcesanis episcopis, quam personis quæ præerunt capitulis celebrandis, vt per censuram ecclesiasticam appellatione remota, compescant aduocatos, patronos, vicedominos, rectores & consules, magnates & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria præsumant offendere in personis ac rebus. Et si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem compellere non obmittant, vt liberius & quietius omnipotenti Deo valeant famulari.

13 Ne nimia religiosorum diuersitas grauem in ecclesia Dei offensionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam religionem inueniat. Sed quicumque voluerit ad religionem conuerti, vnde de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religionis domum fundare de nouo, regulam & institutionem accipiat de religionibus approbatis.

Illud etiam prohibemus, ne quis in diuersis monasteriis locum monachi habere præsumat, nec vnus Abbas pluribus monasteriis præsidere.

14 Vt clericorum mores & actus in melius reformatur, continenter & castè viuere studeant vniuersi, præsertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, maxime illo, propter quod ira Dei venit de cælo in filios diffidentia quatenus in conspectu Dei omnipotentis, puro corde ac mundo corpore valeant ministrare. Ne verò facilitas venia, incentiuum, tribuat delinquendi: statui, vt qui deprehensi fuerint incontinentia vitio laborare, pro ut magis aut minus peccauerint, puniantur secundum canonicas sanctiones: quas efficaciter & districtè præcipimus obseruari, vt quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltem pœna à peccato cohibeat. Si quis igitur hac de causa suspensus, diuina celebrare præsumperit, non solum ecclesiasticis beneficiis spoliatur, verum etiam pro hac duplici culpa, perpetuò deponatur. Prælati verò, qui tales præsumperint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu pecuniæ uel alterius commodi temporalis, pari subiacent ultioni. Qui autem secundum religionis suæ morem non abdicarunt copiam coniugalem, si lapsi fuerint, grauius puniantur, cum legitimo matrimonio possint vti.

15 A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, vnde vinum sibi temperent, & se vino nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas mentis inducat exitium, & libidinis prouocet incitium. Vnde illum abusum decernimus penitus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores: & ille iudicialium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœuendiores exhaurit. Si quis autem super his culpabilem se exhibuerit, nisi à superiore communitus satisfecerit competenter, à beneficio vel officio suspendatur.

16 Clerici officia vel commercia secularia non exercent, maxime inhonestis, mimis, iocularibus & histrionibus non intendant: & tabernaculis euitent, nisi fortè causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas vel taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint: coronam & tonsuram habeant congruentem, & se in officiis diuinis & aliis bonis exercent studiis diligenter. Clausa deferant de superindumenta, nimia breuitate vel longitudine non notanda. Pannis rubeis, aut viridibus, necnon manicis aut subalaribus confutitiis, seu rostratis frenis, sellis, pectoralibus, & calcaribus deauratis, aut alia superfluitate gerentibus, non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra ecclesiam nulli gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio vel personibus constituti, nisi iusti causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes: sed nec annulos, nisi quibus competit ex officio dignitas. Pontifices autem in publico & in ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur: nisi monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem, palliis diffibulatis non vtantur in publico, sed vel post collum, vel ante pedes hinc inde connexis.

17 Dolentes referimus, quod non solum quidam minores clerici, verum etiam & aliqui ecclesiarum prælati, citius comeditiones superfluas, & confabulationes illi-

tas, vt de aliis taceamus, ferè medietatem noctis expendant, & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum auium excitantur, transcurrendo vndique continuata syncopa matutinum. Sunt & alij, qui Missarum celebrant solennia vix quater in anno, vel quod deterius est, interesse contemnunt: & si quando dum hæc celebrantur, intersunt, chori silentium fugientes, intendunt externis colloquutionibus laicorum: dumque auditum ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina. Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitus inhihemus: districtè præcipientes, in virtute obedientia, vt diuinum officium diurnum pariter & nocturnum, quantum eis Deus dederit, studiose celebrent, & deuotè.

Extra ne clerici vel monachi.

18 Sententiam sanguinis nullus clericus dicat aut proferat, nec sanguinis vindictam exerceat, aut vbi exercetur intersit. Si quis autem huiusmodi occasio ne statuti, ecclesiis vel personis ecclesiasticis aliquod præsumperit inferre dispendium, per censuram canonicam compescatur: nec quisquam clericus literas scribat aut dicat pro vindicta sanguinis destinandas vnde in curiis principum hæc sollicitudo non clericis, sed laicis committatur.

Nullus clericus rotariis aut balistariis aut huiusmodi viris sanguinum præponatur: nec vllam chirurgiæ partem subdiaconus, diaconus vel sacerdos exercent, quæ ad vitionem vel incisionem inducit. Nec præcipue quisquam purgationi aquæ feruentis vel frigida, seu ferri candentis ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat: saluis nihilominus prohibitionibus de monomachiis siue duellis antea promulgatis.

Extra de custodia ecclesiæ. Mar. 11.

19 Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici sic exponunt ecclesias suppellectilibus propriis & etiam alienis, vt potius domus laicæ, quam Dei basilicæ videantur: non considerantes, quod Dominus non sinebat, vt vas transferretur per templum. Sunt & alij qui non solum ecclesias dimittunt incultas, verum etiam vasa ministerij, & vestimenta ministeriorum ac pallas altaris: necnon & ipsa corporalia tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus sunt horrore. Quia verò zelus nos comedit domus Dei, firmiter prohibemus, ne huiusmodi suppellectilia in ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, ad eas oporteat haberi refugium: sic tamen, vt necessitate cessante, res in loca pristina reportentur. Præcipimus quoque, vt oratoria, vasa, corporalia, & vestimenta prædicta, munda & nitida conserventur. Nimis enim videtur absurdum, in sacris fordes negligere, quæ dedecrent etiam in prophanis.

Ext. 1b. c. 1

20 Statuimus in cunctis ecclesiis, vt chrisma & eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis conserventur, vt non possit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda. Si verò is ad quem spectat custodia, ea incautè reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur. Et si per eius incuriam aliquid nefarium inde contigerit, grauiori subiaceat ultioni.

Ext. de potestate & reuerentia missæ. c. 11.

21 Omnis veriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno proprio sacerdoti: & iniunctam sibi pœnitentiam stu-

deat pro viribus adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in Pascha eucharistia sacramentum, nisi fortè de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinentum: alioquin & viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Vnde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quisquam ignorantia caritate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat à proprio sacerdote, cum aliter ille ipsum non possit soluere vel ligare.

Sacerdos autem sit discretus & cautus, vt more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus fauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias, & peccati: per quas prudenter intelligat, quale illi consilium debeat exhibere, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad sanandum ægrotum.

Caueat autem omnino, ne verbo vel signo, vel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem: sed si prudentiorum consilio indigerit, illud absque vlla expressione personæ cautè requirat, quoniam qui peccatum in pœnitentia iudicio sibi detectum præsumperit reuelare, non solum à sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad ægredam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum.

Extra 1b. c. 10. Mar. 5.

22 Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino, languido, quem sanauerat, Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat: decreto præsentis statuiimus, & districtè præcipimus medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocati medigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, quod medicos aduocent animarum, vt postquam infirmis fuerit de spiritali salute prouisum, ad corporalis medicinae remedium salubrius procedatur: cum causa cessante, cesset effectus. Hoc quidem inter alia huic causam dedit edicto, quod quidam in ægritudinis lecto iacentes, cum eis à medico suadet, vt de animarum salute disponant, in desperationis articulum incidunt, vnde facilius mortis periculum incurunt. Si quis autem medicorum huius nostræ constitutio, postquam per prælatos locorum fuerit publicata, transgressor extiterit: tam diu ab ingressu ecclesiæ arceatur, donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit competenter. Ceterum cum anima sit multo preciosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ conuertatur.

Extra de electione & reuerentia electi pot.

23 Ne pro defectu pastoris gregem Dominicum lupus rapax inuadat, aut in facultatibus suis ecclesia viduata graue dispendium patiar, volentes in hoc occurrere periculis animarum, & ecclesiarum indemnitatibus prouidere: statuimus, vt ultra tres menses cathedralis vel regularis ecclesia prælato non vacet infra quos iusto impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum qui proximo præesse dinoscitur, deuoluatur. Is verò ad quem deuoluta fuerit potestas, Dominum habens præ oculis, non differat ultra tres



mens cum Capituli sui consilio, & aliorum viro-  
rum prudentiū, viduatam ecclesiam de persona ido-  
nea ipsius quidem ecclesie vel alterius, si digna non  
reperiatur in illa, canonicè ordinare, si canonicam  
voluerint effugere vltionem.

Extra lb. c.  
seq.

24 Quia propter electionū formas diuersas, quas  
quidam inuenire conantur, & multa impedimenta  
proueniunt, & magna pericula imminent ecclesiis  
viduatis, statuimus, vt cum electio fuerit celebranda  
præsentibus omnibus qui debent & volunt & pos-  
sunt commodè interesse, assumantur tres de colle-  
gio fide digni, qui secreto & singulatim voces cun-  
ctorum diligenter exquirant. Et in scriptis redacta,  
mox publicent in communi, nullo prorsus appella-  
tionis obstaculo interiecto: vt his collatione adhi-  
bita eligatur, in quem omnes, vel maior vel sanior  
pars consentit. Vel saltem eligendi potestas aliqui-  
bus viris idoneis committatur, qui vice omnium ec-  
clesiæ viduatæ provideant de pastore, aliter electio  
facta non valeat: nisi fortè communiter esset ab om-  
nibus, quasi per inspirationem diuinam absque vi-  
tio celebrata. Qui verò contra prædictas formas e-  
ligere attentauerint, eligendi ea vice potestate pri-  
uentur. Illud penitus interdiximus, ne quis in electi-  
onis negotio procuratorem constituat, nisi sit ab-  
sens in eo loco de quo debeat aduocari, iustoque im-  
pedimento detentus venire non possit: super quo,  
si fuerit opus, fidem faciat iuramento & tunc si vo-  
luerit vni committat de ipso collegio vicem suam.  
Electiones quoque clandestinas reprobamus, statu-  
entes, vt quàm citò electio fuerit celebrata, solenni-  
ter publicetur.

Ex. lb. c.  
seq.

25 Quisquis electioni de se factæ, per secularis po-  
testatis abusum consentire præsumperit contra ca-  
nonicam libertatem, & electionis commodò careat  
& ineligibilis fiat, & absque dispensatione non pos-  
sit ad aliquam eligi dignitatem. Qui verò electionē  
huiusmodi, quam ipso iure irritam esse censemus,  
præsumperint celebrare, ab officiis & beneficiis  
per triennium suspendantur, eligendi tunc potesta-  
te priuati.

Ex. lb. c.  
seq.

26 Nihil est quod ecclesie Dei magis officiat, quā  
quòd indigni assumantur prælati ad regimen anima-  
rum. Volentes igitur huic morbo necessariam adhi-  
bere medelam, irrefragabili constitutione sancim⁹,  
quatenus cum quisquam fuerit ad regimen anima-  
rum assumptus, is ad quē pertinet ipsius cōfirmatio  
diligenter examinet, & electionis processum & per-  
sonam electi, vt cum omnia ritè concurrerit, mun⁹  
ei confirmationis impendat: quia si secus fuerit in-  
cautè præsumptum, non solum deiiciendus est indi-  
gnè promotus, verum etiam indignè promouens pu-  
niendus. Ipsum quoque decernimus hac animaduer-  
sione puniri, vt cum de ipsius constiterit negligē-  
tia, maximè si hominem insufficientis scientiæ, vel  
inhonestæ vitæ, aut ætatis illegitimæ approbauerit,  
non solum confirmandi primum successorem illius  
careat potestate, verum etiam ne aliquo casu pœnā  
effugiat, à perceptione proprii beneficii suspenda-  
tur, quousque si æquum fuerit, indulgentiam valeat  
promereri: si conuictus fuerit hoc per malitiam ex-  
cessisse, grauiori subiaceat vltionem.

Episcopi quoque tales ad sacros ordines & eccle-  
siasticas dignitates promouere procurent, qui com-  
missum sibi officium dignè valeant adimplere, si &  
ipsi canonicam cupiunt effugere vltionem.

Cæterum qui ad Romanum pertinent imme-  
diatè Pontificem, ad percipiendam sui confirmatio-  
nem officij, eius se conspectui, si commodè potest  
fieri, personaliter representent: vel personas trans-  
mittant idoneas, per quas diligens inquisitio super  
electionis processu & electi possit haberi, vt sic de-  
mum per ipsius circumspectionem consilij, sui pleni-  
tudinem assequantur officij, cum eis nihil obstitit  
de canonicis institutis: ita quòd interim valde remo-  
ti, videlicet vltra Italiam constituti, si electi fuerint  
in concordia, dispensatiue propter necessitates &  
vtilitates ecclesiarum, in spiritualibus & temporali-  
bus administrent: sic tamen, vt de rebus ecclesiasti-  
cis nil penitus alienent. Munus verò consecrationis  
seu benedictionis recipiant, sicut hactenus recipere  
consueuerunt.

27 Cum sit ars artium, regimen animarum, distri-  
ctè præcipimus, vt Episcopi promouendos in sacer-  
dotes, diligētè instruant & informēt vel per se ip-  
sos, vel per alios viros idoneos, super diuinis offici-  
is & ecclesiasticis sacramētis, qualiter ea ritè valeant  
celebrare: quoniam si ignaros & rudes de cætero or-  
dinare præsumperint, (quod quidem facilè poterit  
comprehendi) & ordinatores & ordinatos graui de-  
creuimus subiaccere vltioni. Sanius est enim, maxi-  
mè in ordine sacerdotij, paucos bonos, quā multos  
malos habere ministros: quia si cæcus cæcum duxe-  
rit, ambo in foueam dilabuntur.

28 Quidam licentiam cedendi cum instantia po-  
stulantes, ea obtenta, cedere prætermittunt. Sed cum  
in postulatione cessionis huiusmodi, aut ecclesiarū  
commoda quibus præsumunt, aut salutem videantur  
propriam attendisse, quorum neutrum suasionibus  
aliquorum quærentium quæ sunt sua, etiam lenitate  
qualibet volumus impediri, ad cedendum eos decer-  
nimus compellendos.

29 De multa prouidentia fuit in Lateranensi Cō-  
cilio prohibitum, vt nullus diuersas dignitates eccle-  
siasticas, & plures ecclesias parochiales reciperet,  
contra sacrorum canonum instituta: alioquin & re-  
cipiens sic receptum amitteret, & largiendi potesta-  
te conferens priuaretur. Quia verò propter suppres-  
siones & cupiditates quorundam, nullus hactenus  
fructus aut rarus de prædicto statuto prouenit, nos  
evidentius & expressius occurrere cupientes, præ-  
senti decreto statuimus, vt quicumque receperit ali-  
quod beneficium, habens curam animarum anne-  
xam, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit iure  
ipso priuatus: & si fortè illud retinere contenderit,  
alio etiam spoliatur. Is quoque, ad quem prioris  
spectat donatio, illud post receptionem alterius  
liberè conferat, cui meritò viderit conferendum:  
& si vltra tres menses conferre distulerit, non so-  
lum ad alium secundum statutum Lateranensis  
Concilij eius collatio deuoluatur, verum etiam  
tantum de suis cogatur prouentibus in vtilitatem  
illius ecclesie, cuius illud est beneficium, assignare,  
quantum à tempore vacationis ipsius constiterit, ex  
eo esse perceptum. Hoc idem in personatibus decer-  
nimus obseruandum: addentes, vt in eadem ec-  
clesia nullus plures dignitates habere præsumat,  
aut personatus, etiam si curam non habeant anima-  
rum. Circa sublimes tamen, & literatas personas,  
quæ maioribus sunt beneficiis honorandæ, cum ra-  
tio postulauerit, per sedem Apostolicam poterit dis-  
pensari.

30 Graue nimis est, & absurdum, quod quidam præ-  
lati ecclesiarum, cum possint viros idoneos ad eccle-  
siastica beneficia promouere, assumere non vererentur  
indignos, quibus nec morum honestas, nec literarū  
scientia suffragatur: carnalitates sequentes affectum,  
non iudicium rationis. Vnde quanta ecclesiis dama-  
na proueniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volen-  
tes igitur huic morbo mederi, præcepimus, vt præ-  
termisiss indignis, assumant idoneos, qui Deo & ec-  
clesiis velint & valeant gratum impendere famula-  
tum: fiatque de hoc in prouinciali concilio diligens  
inquisitio annuatim, ita quòd qui post primā & se-  
cundam receptionem fuerit repertus culpabilis, à  
conferendis beneficiis per ipsum concilium suspen-  
datur: instituta in eodem concilio persona prouida  
& honesta, quæ suppleat suspensæ defectum in bene-  
ficiis conferendis: & hoc ipsum circa capitula quæ  
in his deliquerint, obseruetur. Metropolitanus verò  
delictum, superioris iudicio relinquatur ex parte  
concilij nunciandum. Vt autem hæc salubris pro-  
uisio pleniorē consequatur effectum, huiusmodi  
suspensionis sententia, præter Romani pōtificis au-  
thoritatem, aut proprii patriarchæ, minimè relaxe-  
tur. Vt in hoc quoque quatuor patriarchales sedes  
specialiter honorentur.

31 Ad abolendam pessimam, quæ in plerisque ino-  
leuit ecclesiis, corruptelam, firmiter prohibemus,  
ne canonicorum filij, maximè spurij, canonici fiant  
in secularibus ecclesiis, in quibus instituti sunt pa-  
tres: & si fuerit contra præsumptum, decernimus,  
non valere: qui verò (vt dictum est) canonicare præ-  
sumperint, à suis beneficiis suspendantur.

32 Extirpandæ consuetudinis vitium in quibusdā  
partibus inoleuit, quòd scilicet patroni ecclesiarum  
parochialium, & aliæ quædam personæ prouentus  
ipsarum sibi penitus vendicantes, presbyteris earū-  
dem seruitio deputatis relinquunt ad eam exiguā por-  
tionem, vt ex ea congruè nequeant sustentari. Nam  
vt pro certo didicimus, in quibusdā regionibus pa-  
rochiales presbyteri pro sua sustentatione non ob-  
tinent, nisi quartam quartæ: id est, sextamdecimam  
decimarum. Vnde fit, vt in his regionibus penè nul-  
lus inueniatur sacerdos parochialis, qui vel modicā  
habeat notitiam literarum. Cum igitur os bouis al-  
ligari non debeat triturantis, sed qui altari seruit, vi-  
uere debeat de altari: statuimus, vt cōsuetudine qua-  
libet episcopi vel patroni, seu cuiuscunque alterius  
non obstante, portio presbyteris ipsis sufficiens as-  
signetur.

Qui verò parochialem habet ecclesiam, non per  
vicarium, sed per seipsum illi deferuiat in ordine,  
quem ipsius ecclesie cura requirit, nisi fortè præbē-  
dæ vel dignitati parochialis ecclesia sit annexa: in  
quo casu concedimus, vt is qui talem habet præben-  
dam vel dignitatem, cum oporteat eum in maiori  
ecclesia deferuiere, in ipsa parochiali ecclesia idoneū  
& perpetuum studeat habere vicarium canonicè in-  
stitutum, qui (vt prædictum est) congruentem ha-  
beat de ipsis ecclesie prouentibus portionem. alio-  
quin illa se sciat huius decreti autoritate priuatū,  
liberè alij conferenda, qui velit & possit, quod præ-  
dictum est, adimplere. Illud autem penitus interdi-  
cimus, ne quis in fraudem de prouentibus ecclesie,  
quæ curam proprii sacerdotis debet habere, pensio-  
nem alij quasi pro beneficio conferre præsumat.

Ext. de ca.  
liber.

33 Procuraciones quæ visitationis ratione debentur

Episcopis, archidiaconis, vel quibuslibet aliis; etiam  
Apostolicæ sedis legatis, aut nunciis, absque mani-  
festa & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi  
quando præsentialiter officium visitationis impen-  
dunt: & tunc euectionum & personarum medio-  
critatem obseruent, in Lateranensi concilio desi-  
gnitam.

Hoc adhibito moderamine circa legatos & nun-  
cios, vt cum oportuerit eos apud aliquem locū mo-  
ram facere necessariam; ne locus ille propter illos  
nimium aggrauetur, procuraciones recipiant modè  
ratas ab aliis ecclesiis vel personis, quæ nondum fue-  
runt de suis procuracionibus aggrauatæ, ita quòd nu-  
merus procuracionum, numerum dierū quibus hu-  
iusmodi moram fecerint, non excedat: & cum ali-  
qua non suffecerit per ipsam, duæ vel plures coniun-  
gantur in vnam.

Porro visitationis officium exercentes, non quæ-  
rant quæ sua, sed quæ Iesu Christi: prædicationi &  
exhortationi & correctioni & reformationi vacan-  
do, vt fructum referant qui non perit. Qui autē con-  
tra hoc venire præsumperit, & quod acceperat, red-  
dat: & ecclesiis quæ taliter aggrauantur, tantundem  
impendat:

34 Quia prælati plerique, vt procuracionem aut ser-  
uitium aliquod impendant legato vel alij, plus ex-  
torquent à subditis quàm exoluant: & in eorum dā-  
nis lucra sectantes, quærun prædam potius quàm  
subsidiū in subiectis; id de cætero fieri prohibe-  
mus.

Quòd si quis fortè præsumperit, & sic extorta re-  
stituatur, & tantundem cogatur pauperibus elargiri.

Superior autem, cui super hoc fuerit querela depo-  
sita, si negligens fuerit in huiusmodi executione sta-  
tuti, canonicæ subiaceat vltioni.

35 Vt debit⁹ honor deferatur iudicibus, & litigato-  
ribus consulatur super laboribus & expensis, statui-  
mus, vt vbi quis coram idoneo iudice conuenerit  
aduersarium, ille ante sententiam ad superiorem iu-  
dicem absque rationabili causa non prouocet, sed  
coram illo suam iustitiā prosequatur: non obsta-  
te, si dicat quod ad superiorem iudicem nunciū de-  
stinauerit, aut etiam literas impetrauerit ab eodem,  
priusquam delegato fuerint assignata: Cum autem  
ex rationabili causa putauerit appellandum, coram  
eodem iudice causa probabili appellationis expo-  
sita, tali videlicet, quæ si foret probata, deberet legi-  
tima reputari, superior de appellatione cognoscat:  
& si minus cum rationabiliter appellasse cognoue-  
rit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alte-  
ri parti condemnet. Alioquin ipse procedat, saluis  
constitutionibus de maioribus causis ad sedē Apo-  
stolicam perferendis.

36 Cum cessante causa, cesset effectus, statuimus, vt  
siue iudex ordinarius, siue delegatus, aliquid com-  
minando vel interloquendo protulerit, quo execu-  
tioni mandato alter litigantium grauetur, & fano-  
vltus consilio, ab huius comminationis vel interlo-  
cutionis effectu destiterit, liberè in causæ cognitio-  
ne procedat: non obstante, si à tali comminatione  
vel interlocutione fuerit appellatum, dummodo nō  
sit ex alia legitima causa suspectus, ne processus ne-  
gotij friuolis occasionibus retardetur.

37 Nonnulli gratia sedis Apostolicæ abutentes, li-  
teris eius ad remotos iudices impetrare nituntur, vt  
reus fatigatus laboribus & expensis, liti cedere, vel  
im-

importunitatem actoris redimere compellatur. Cū autem per iudicium iniuriis aditus patere non debeat, quas iuris obseruantia interdicit: statuimus, ne quis ultra duas dietas extra suam diocēsim per literas Apostolicas ad iudicium trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetrata, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.

Sunt & alij, qui se ad nouum genus mercimonij conuertentes, vt vel sopitas possint suscitare querelas, aut nouas immittere quæstiones, fingunt causas super quibus à sede Apostolica literas impetrant absque dominorum mandato, quas vel reo, ne per eas laborum vel expensarum dispendio molestetur, aut actori vt per ipsas aduersariū indebita vexatione fatiget, venales exponunt. Cum autem lites restringendæ sint potius quam laxandæ, hac generali constitutione sancimus, vt si quis super aliqua quæstione, de cætero sine mandato speciali Domini literas Apostolicas impetrare præsumperit, & literæ illæ non valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur: nisi fortè de illis personis extiterit, de quibus non debet exigi de iure mandatum.

Ext. de probationibus.

38 Quoniam contra falsam assertionem iniqui iudicis innocens litigator quandoque non potest veram negationem probare, cum negantis factum, per rerum naturam nulla sit directa probatio, ne falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati: statuimus, vt tam in ordinario iudicio, quam extraordinario, iudex semper adhibeat aut publicam (si potest habere) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant, videlicet citationes, dilationes, recusationes & exceptiones, petitiones & responsiones, interrogationes & appellationes, renunciationes, conclusiones, & cætera quæ occurrunt competenti ordine conscribenda, designando loca, tempora & personas: & omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quod originalia penes scriptores remaneant: vbi si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hæc possit veritas declarari. Hoc adhibito moderamine, quatenus sic honestis & discretis deferatur iudicibus, quod per improvidos & iniquos innocentium iustitia non lædatur. Iudex autem qui constitutionem istam neglexerit obseruare, si propter eius negligentiam aliquid difficultatis emerferit, per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur: nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis.

Ext. de resti- tu. spoliatis.

39 Sæpè contingit, quod spoliatus iniuste, per spoliatorem in alium re translata, dum aduersus possessorem non subuenitur per restitutionis beneficium spoliato, commodo possessionis amisso, propter difficultatem probationis, ius proprietatis amittit affectum. Vnde non obstante ciuili iuris rigore, sancimus, vt si quis de cætero scienter rem talem acceperit, cum spoliatori quasi succedat in vitium, eo quod non multum intersit, præsertim quo ad periculum animæ, detinere iniuste, ac inuadere alienum, contra possessorem huiusmodi spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

Ext. de dolo & contumacia.

40 Contingit interdum, quod cum actori ob contumaciam partis aduersæ adiudicatur causa rei seruandæ possessio, propter rei potentiam siue dolum, actor infra annum rem custodiendam nancisci non potest, vel actam amittit: & sic cum secundum assertionem multorum, verus non efficeretur post la-

psium anni possessor, reportat commodum de malitia sua reus. Ne igitur contumax melioris, quam obediens, conditionis existat, de canonica æquitate sancimus, vt in casu præmissio actor verus constitutur, elapso anno possessor.

Ad hæc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum: quia non decet vt laicus in talibus arbitretur.

41 Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, synodali iudicio definimus, vt nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam canonica quam ciuili: cum sit generaliter omni constitutioni derogandum, quæ absque mortali non potest obseruari peccato. Vnde oportet, vt qui præscribit, in nulla tēporis parte rei habeat conscientiam alienam.

42 Sicut volumus vt iura clericorum non vsurpent laici, ita velle debemus, ne clerici iura sibi vendicent laicorum. Quocirca vniuersis clericis interdicitur, ne quis prætextu ecclesiasticæ libertatis, suam de cætero iurisdictionem extendat in præiudicium iustitiæ secularis, sed contentus existat constitutionibus scriptis, & consuetudinibus hæcenus approbatis: vt quæ sunt Cæsaris, reddatur Cæsari: & quæ sunt Dei Deo, recta distributione reddantur.

43 Nimis de iure diuino quidam laici vsurpare conantur, cum viros ecclesiasticos nihil temporale continent, ab eis ad præstandum sibi fidelitatis iuramenta compellunt. Quia verò secundum Apostolum, seruus suo Domino stat aut cadit: sacri autoritate concilij prohibemus, ne tales clerici personis secularibus præstare cogantur huiusmodi iuramentum.

44 Cum laicis, quamuis religiosis, disponendi de rebus ecclesiasticis nulla sit attributa potestas, quos subsequendi manet necessitas, non autoritas imperandi: dolemus sic in quibusdam ex illis refrigescere charitatem, quod immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quam nedum sancti, sed etiam principes seculares multis priuilegiis munierunt, non formidat suis constitutionibus, vel potius cōstitutionibus impugnare, non solum de feudorum alienatione, ac aliarum possessionum ecclesiasticarum, & vsurpatione iurisdictionum, sed etiam de mortuariis, necnon & aliis quæ spirituali iuri videntur annexa, illicitè præsumendo. Volentes igitur super his ecclesiarum indemnitati consulere, ac à tantis grauaminibus providere, constitutiones huiusmodi & vendicationes feudorum, seu aliorum bonorum ecclesiarum, sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu præsumptas, occasione cōstitutionis laicæ potestatis, cum non constitutio, sed destitutio vel destructio dici possit, necnon vsurpatione iurisdictionum: sacri approbatione concilij decernimus non tenere, præsumptoribus per censuram ecclesiasticam compescendis.

45 In quibusdam prouinciis ecclesiarum patroni, seu vicedomini & aduocati, se in tantam insolentiam erexerunt, quod non solum vacantibus debet ecclesiis de pastoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt & malitias, verum etiam de possessionibus & aliis bonis ecclesiasticis pro sua voluntate præsumunt, & (quod horrendum est dicere) in necesse prælatorum prorumpere non formidant. Cum igitur quod ad defensionis subsidium est inuentum, ad depulsionis dispendium non debeat retorqueri, prohibemus expresse, ne patroni vel aduocati, seu vicedomi-

domini super præmissis de cætero plus vsurpent, quam reperitur iure permittitur: & si contra præsumperint, canonica districtione compescantur. Sacri nihilominus cōcilij prouisione statuimus, quatenus si patroni vel aduocati, aut feudatarij, seu vicedomini, seu alij beneficiati, alicuius ecclesiæ rectorem, vel clericum alium ipsius ecclesiæ, per se vel per alios occidere vel mutilare ausu nefando præsumperint, patroni vel patronatus, aduocati aduocati, feudatarij feudum, vicedomini vicedominatum, beneficiati beneficium prorsus amittant. Et ne minus vindictæ quam excessus memoria prorogetur, nõ solum de præmissis nil perueniat ad hæredes, sed etiam vsque ad quartam generationem posteritates talium in clericorum collegium nullatenus assumatur: nec in regularibus domibus alicuius prælationis assequantur honorem, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum.

Ext. de immunitate ecclēsiæ.

46 Aduersus consules ac rectores ciuitatum, & alios qui ecclesias & viros ecclesiasticos taliis seu collectis & exactionibus aliis aggrauare nituntur, volens immunitati ecclesiasticæ Lateranense concilium prouidere, præsumptores huiusmodi sub anathematis districtione prohibuit, transgressores & fautores eorum excommunicationi præcipiens subiacere, donec satisfactionem impendant competentem.

Verum si quædo forsan episcopus simul cum clericis tãtam necessitatem vel vtilitatem inspexerint, vt absque vlla coactione, ad releuandas vtilitates & necessitates communes, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias duxerint conferenda, prædicti laici humiliter & deuotè recipiant cum actionibus gratiarum.

Propter imprudentiam tamen quorundam, Romanum prius consulant Pontificem, cuius interest cōmunibus vtilitatibus prouidere.

Quoniam verò nec sic quorundam malitia contra Dei ecclesiam conqueuit, adiicimus, vt constitutiones & sententiæ quæ ab excommunicatis huiusmodi, vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo vnquam tempore valitura.

Cæterum quia fraus & dolus alicui patrocinarum non debent, nullus vano decipiatur errore, vt infra tempus regiminis sustineat anathema, quasi post illud non sit ad satisfactionem debitam compellendus: nam & ipsum qui satisfacere recusauerit, & successorem ipsius, si non satisfecerit infra mensem, manere decernimus ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competenter: cum succedat in onere, qui substituitur in honore.

Ext. de sententia excoicæ.

47 Sacro approbante cōcilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi cōpetenti cōmonitione præmissa, & præsentibus idoneis personis, per quas si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare præsumat. Quod si contra præsumperit, etiam si iuxta fuerit ex causa sententia, ingressum ecclesiæ per mensem vnum sibi nouerit interdictum: alia nihilominus pœna multandus si visum fuerit expedire.

Caveat etiam diligenter, ne ad excommunicationem cuiusquam absque manifesta & rationabili causa procedat: ad quam si fortè taliter processerit, & requisitus humiliter, processum huiusmodi non curauerit absque grauamine reuocare: grauatus, apud

superiorem deponat de iusta excommunicatione querelam: quod si absque periculo moræ potest, ad excommunicatorem illum cum suo mandato remittat, infra competentem terminum absolendum: alioquin ipse per se, vel per alium, prout videri expedire, sufficienti cautione recepta, munus ei absolutionis impendat.

Cumque aduersus excommunicatorem de iniusta excommunicatione constiterit, excommunicator condemnatur excommunicato ad interesse. Alias nihilominus, si culpæ qualitas postulauerit, superioris arbitrio puniendus: cum non leuis sit culpa, tantam infligere pœnam infanti, nisi forsan errauerit ex causa probabili, maximè, si laudabilis opinionis existat.

Verum si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit à conquerente probatum, & idem super iniusta conquestionis molestia per pœnam ad interesse, vel alias secundum superioris arbitrium condemnatur, nisi forsan & ipsum probabilis error excuset: & super eo pro quo iusta fuerit excommunicatione ligatus, per cautionem receptam satisfacere compellatur: vel in pristinam reducatur sententiam, vsque ad satisfactionem cōdignam, inuolabiliter obseruandam.

Si verò iudex suum recognoscens errorem, paratus sit talem reuocare sententiam, & is pro quo lata fuerit, ne absque satisfactione reuocet illam, appellat: appellati nõ deferat in hac parte, nisi talis sit error, de quo meritò possit dubitari: & tunc sufficienti cautione recepta, quod coram eo, ad quem extitit appellatum, vel delegato ab ipso iuri pareat, excommunicatum absoluat, sicque pœnæ præscriptæ minimè subiacebit: cauens omnino, ne uoluntate peruersa in alterius præiudicium mentiat errorum, si districtionis canonicæ vult effugere disciplinam.

Ext. de appellationibus.

48 Cum speciali sit prohibitione prouisum, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi cōpetenti cōmonitione præmissa, promulgare præsumat: volentes etiam prouidere, ne fortè communitus, frustratorie recusationis vel appellationis abiectione, monentis declinare possit examen: statuimus, quod si allegauerit se iudicem habere suspectum, coram eodem causam iustæ suspicionis assignet. Et ipse cum aduersario, vel si fortè aduersarium non habeat, cum iudice arbitros communiter eligat: aut si fortè communiter euenire non possunt, eligant absque malitia ipse vnum, & ille alium, qui de suspicionis causa cognoscant: & si nequiverint in vnam cōcordare sententiam, aduocent tertium, vt quod duo ex ipsis decreuerint, robur habeat firmitatis. Sciunt quoque, se ad id fideliter exequendum, ex iniuncto à nobis in virtute obedientiæ sub attestatione Diuini iudicij districto præcepto teneri. Causa verò suspicionis legitima coram ipsis infra competentem terminum non probata, sua iurisdictione iudex tractatur. At ipsa probata legitime, de recusatoris assensu personæ idoneæ committat negocium recusatus: vel ad superiorem transmittat, vt in eo ipse procedat, secundum quod fuerit procedendum. Porro commonito ad appellationem conuolante, si eius excessus euidentia rei, vel ipsius cōfessione, aut alio modo legitime fuerit manifestatus, cum appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed in præsidium innocentiae institutum, nõ est prouocationi huiusmodi deferendum. Excessu quoque dubio

dubio existente, ne friuole appellationis diffugio appellans iudicis processum impediatur, coram eodem probabilem causam appellationis exponat, talem vi delictet, quæ si foret probata, deberet legitima reputari: & tunc si habuerit aduersarium infra terminum, secundum locorum distantiam, & temporis qualitatem & naturam negocij ab eodem iudice moderatim, appellationem interpositam prosequatur: quæ si prosequi non curauerit, extunc ipse iudex, nõ obstante appellatione, procedat.

Nulla autem aduersario comparante, cum ex suo iudex procedat officio, appellationis causa coram superiore probata, superior suæ iurisdictionis officium exequatur. Sed si appellans in eius probatione defecerit, ad eum, à quo ipsum malitiose appellasse constiterit, remittatur.

Cæterum has duas constitutiones præmissas nolimus ad regulares extendi, qui suas habent obseruantias speciales.

49 Sub interminatione diuini iudicij penitus interdiciamus, vt causa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquem innodare, vel absolueri innodatum, in illis maximè regionibus, in quibus ex consuetudine cum excommunicatus absoluitur, pecuniaria pœna mulctatur: statuètes, vt cum excommunicationis sententiam iniustam fuisse cõstituerit, excommunicator ad restituendam pecuniã sic extortam, per censuram ecclesiasticam compellatur: & nisi probabili fuerit errore deceptus, tantumdem iniuriam passo persoluat: & si fortè soluendo nõ fuerit, animaduersione alia castigetur.

Ext. de consang. & affinitate.

50 Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum, statuta quandoque varientur humana, præsertim cum vrgens necessitas vel euidens utilitas id exposcit: quoniam ipse Deus ex his quæ in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutauit in nouo.

Cum igitur prohibitiones de coniugio in secundo & tertio affinitatis genere minimè cõtrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum, vt cessante prohibitione cesset effectus, constitutiones super hoc editas, sacri approbatione concilij reuocantes, præfenti constitutione decernimus, vt sic contrahentes, de cætero liberè copulentur. Prohibitio quoque copulæ coniugalis, quantum consanguinitatis & affinitatis gradum de cætero nõ excedat, quoniam in vltioribus gradibus iam non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari. Quaternarius enim numerus bene congruit prohibitioni coniugij corporalis, de quo dicit Apostolus. Quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir: quia quatuor sunt humores in corpore, quod constat ex quatuor elementis.

1. corinth. 7.

Cum ergo vsque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ sit restricta, eam ita esse volumus perpetuam, non obstantibus consultationibus super hoc dudum editis, vel ab aliis vel à nobis, si qui contra prohibitionem huiusmodi præsumperint copulari, nulla longinquitate defendantur annorum, cū diuturnitas temporum non minuat peccatū, sed augeat: tantòque grauiora sint crimina, quãto diutius infelicem detinent animam alligatam.

51 Cum inhibitio copulæ coniugalis, sit in tribus vltimis gradibus reuocata, eam in aliis volumus districte obseruari. Vnde prædecessorum nostrorum inhærendo vestigijs, clandestina cõiugia penitus inhibemus: prohibentes etiam, ne quis sacerdos talibus interesse præsumat. Quare specialem quorundam locorū consuetudinem ad alia generaliter prorogando, statuimus, vt cum matrimonia sint cõtrahenda, in ecclesijs per presbyteros publicè proponantur, competenti termino præfinito, vt infra illum qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat. Et ipsi presbyteri nihilominus inuestigent, vtrum aliquod impedimētum obsistat. Cum autem probabilis apparuerit coniectura contra copulam contrahendam, contractis interdicitur expresse, donec quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis.

Si qui verò clandestina vel interdicta cõiugia inire præsumperint in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta, prorsus illegitima censeantur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium: cum illi taliter contrahendo, nõ expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantie videantur. Pari modo, illegitima proles censeatur, si ambo parentes impedimentum scientes, legitimum præter commune edictum in conspectu ecclesiæ, cõtrahere præsumperint.

Sanè parochialis sacerdos, qui tales coniunctiones prohibere contempserit, aut quilibet alius regularis, qui eis præsumperit interesse, per triennium ab officio suspendatur, grauius puniendus, sicut culpæ qualitas postulauerit. Sed & iis qui taliter copulari præsumperint, etiam in gradu concessio, condigna pœnitentia iniungatur. Si quis autem ad impediendum legitimam copulam malitiosum impedimentum obiecerit, ecclesiasticam non effugiat vltionem.

52 Licet ex quadam necessitate præter communem formam olim fuerit institutum, vt in consanguinitatis & affinitatis gradibus computandis valerent testimonium de auditu, cum propter breuem hominum vitam testes de visu deponere non valerent vsq; ad gradum septimum computando: quia tamen pluribus exemplis & certis experientis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima coniugia prouenisse: statuimus, ne super hoc recipiantur testes de cætero de auditu, cum iam quartum gradum prohibitio nõ excedat, nisi personæ graues extiterint, quibus fides merito sit adhibenda: & ante motam litteram testificata, didicerint ab antiquioribus quidem suis, non vtiq; vno, cum non sufficeret ille si viueret, sed duobus ad minus: nec ab infamis & suspectis, sed à fide dignis, & omni exceptione maioribus: cū satis videretur absurdum illos admitti, quorum repellerentur autores. Nec tamen si vnus à pluribus, vel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint quod testentur, tanquam plures & idonei testes deberent admitti: cum etiam secundum solitum ordinem iudiciorum, non sufficiat vnus testis asserio, etiam si prædiali dignitate præfulgeat, cum actus legitimi sint infamis interdicti.

Testes autem huiusmodi proprio iuramento firmantes, quod ad ferendum in causa ipsa testimoniū odio vel timore vel amore vel commodo non procedant, personas expressis nominibus, vel demonstratione siue circumlocutione sufficientibus designent

gnent verbis, & ab vtroque latere clara computatione gradus singulos distinguant: in suo nihilominus iuramento concludant, se accepisse à suis maioribus quæ deponunt, & credere ita esse. Sed ne tales sufficiant, nisi iurati deponant, se vidisse personas saltem in vno prædictorum graduum cõstitutas, pro consanguineis se habere. Tolerabilius est enim, aliquos contra statuta hominum copulatos dimittere, quàm coniugatos legitime, contra statuta Domini separare.

Ext. de dicit. primis & oblat.

53 In aliquibus regionibus quædam permixta sunt gentes, quæ secundum suos ritus, decimas de more non soluunt, quamuis censeantur nomine Christiano. His nonnulli domini prædiorum ea tribuunt excolenda, vt decimis defraudates ecclesias, maiores inde redditus assequantur. Volentes igitur super his ecclesiarum indemnitatibus providere, statuimus, vt ipsi domini talibus personis, & taliter sua prædia excolenda committant, quod absque contradictione decimas ecclesijs cum integritate persoluant: & ad id si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur. Illæ quippe decimæ necessariò sunt soluendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata.

Ext. 1b. c. 5. 1. cor. 3.

54 Cum non sit in homine quod semel ferenti respondeat, quoniam iuxta verbum Apostoli. Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: ipso quidem de mortificato semine plurimum fructum afferente: nimis auarè in decimis quidam defraudare nituntur, census & tributa, quæ interdum in decimata prætereuntur, de frugibus & primitiis educentes. Cum autem in signum vniuersalis dominij, quasi quodam titulo speciali, sibi dominus decimas referuauerit: nos ecclesiarum dispendijs & animarum periculis obuiare volentes, statuimus, vt in prærogatiua domini generalis, exactionem tributorum & censuum præcedat solutio decimarum: vel saltem hi ad quos census & tributa indecimata peruenerint, quoniã res cum onere suo transit, ea per censuram ecclesiasticam decimare cogantur ecclesijs, quibus iure debentur.

Ext. 1b. c. 5.

55 Nuper abbates Cisterciensis ordinis in generali capitulo congregati, ad commonitionem nostram prouidè statuerunt, vt decetero fratres ipsius ordinis non emant possessiones, de quibus decimæ debentur ecclesijs, nisi fortè pro monasterio de nouo fundando: Si tales possessiones eis fuerint pia fidelium deuotione collata, aut emptæ pro monasterijs de nouo fundandis, committant excolendas à quibus ecclesijs decimæ persoluantur, ne occasione priuilegiorum suorum, ecclesiæ vltius prægrauentur. Decernimus ergo, vt de alienis terris, & amodò acquirèdis, si eas propriis manibus aut sumptibus deinceps excoluerint, decimas persoluant ecclesijs, quibus ratione prædiorum antea soluebantur, nisi cum ipsis ecclesijs aliter duxerint componendum. Nos ergo statutum huiusmodi gratum & ratum habentes, hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus priuilegijs, extendi volumus: & mandamus, vt ecclesiarum prælati, prouiores & efficaciores existant ad exhibendum eis de suis malefactoribus iustitiæ complementum, eorumque priuilegia diligentius & perfectius studeant obseruare.

Ext. de p. 1. c. 1.

56 Plerique (sicut accepimus) regulares & clerici seculares, interdum cum vel domos locant, vel feudatim concedunt, in præiudicium ecclesiarum paro-

chialium, pactum obiciunt, vt conductores & feudatarij decimas eis soluant, & apud eosdem eligant sepulturam. Cum autem id de auaritia radice procedat, pactum huiusmodi penitus reprobamus: statuètes, vt quicquid fuerit occasione huiusmodi pacti perceptum, ecclesiæ parochiali reddatur.

Ext. de priuilegijs.

57 Vt priuilegia, quæ quibusdam religiosis personis Romana concessit ecclesiæ, permaneant inconvulsa: quædam in eis duximus declaranda, ne minus sanè intellecta, pertrahant ad abusum, propter quem merito possint reuocari: quia priuilegium meretur amittere, qui permessa sibi abutitur potestate. Sanè quibusdam regularibus sedes Apostolica indulgit, vt his qui eorum fraternitatem assumpserint, si forsitan ecclesiæ ad quas pertinent, à diuinis fuerint officijs interdicti, ipsosque mori contingat, sepultura ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti, suosque confratres, quos ecclesiarum prælati apud ecclesias suas deferant tumultandos. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in seculo, eorum ordini sunt oblati, mutato habitu seculari: vel qui eis inter viuos sua bona dederunt, retento sibi quando in seculo vixerint, vsu fructu: qui tamen sepelientur apud ipsorum regularium vel aliorum nõ interdictas ecclesias, in quibus elegerint sepeliri: ne, si de quibuslibet ipsorum fraternitatem assumptis fuerit intellectum, pro duobus aut tribus denarijs annuatim sibi collatis, dissoluatur pariter & vilescat ecclesiastica disciplina. Certã tamen & ipsi remissionem obtineant, ab Apostolica sibi sede concessam. Illud etiam pro huiusmodi regularibus est indultum, si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiendas fraternitates siue collectas, in quamlibet ciuitatem, castellum vel vicum aduenierint, si fortè locus ille à diuinis sit officijs interdictus, in eorum iucundo aduentu semel in anno aperiantur ecclesiæ, vt exclusis excommunicatis, diuina ibi officia celebrentur. Sic intelligi volumus, quod in eadem ciuitate aut castro vel villa, vna tantum ecclesiæ eiusdem ordinis fratribus (vt dictum est) semel aperiantur in anno. Quia licet pluraliter dictum sit, quod in eorum iucundo aduentu aperiantur ecclesiæ, nõ tamen ad ecclesias eiusdem loci diuisim, sed prædictorum locorum coniunctim, sano referendū est intellectu: ne si hoc modò singulas eiusdem loci ecclesias visitarent, nimium vilipendi contingeret sententiam interdicti. Qui verò contra declarationes prædictas quicquam sibi præsumperint vsurpare, graui subiaceant disciplinæ.

Ext. 1b. c. 5.

58 Quod nonnullis est religiosis indultum, in fauorem pontificalis officij ad Episcopos extendentes, concedimus, vt cum commune terre fuerit interdictum, excommunicatis & interdictis exclusis, quandoque ianuis clausis & supressa voce, non pulsatis campanis, celebrent diuina, nisi hoc ipsum eis expresse fuerit interdictum. Verum hoc illis concedimus, qui causam aliquam non præstiterint interdicto, nec quicquam doli vel fraudis ingererint, tale compendium ad iniquum dispendiū distrahentes.

Ext. de fidei iussoribus.

59 Quod quibusdam religiosis à sede Apostolica est prohibitum, volumus & mandamus ad vniuersos extendi, ne quis videlicet absque Abbatis & maioris partis sui Capituli licentia, pro aliquo fidei iubeat, vel ab alio pecuniã mutuo accipiat, ultra summam communi prouidentia constitutam. Alioquin non



non teneatur conuentus pro his aliquatenus respon-  
dere, nisi fortè in vtilitatem domus manifestè con-  
stitit expendisse: & qui contra statutum istud ve-  
nire præsumpserit, grauiori disciplinæ subdatur.

60 Ascendentibus ad nos de diuersis mundi parti-  
bus Episcoporum querelis, intelleximus graues &  
grandes quorundam Abbatum excessus, qui suis fi-  
nibus non contenti, manus ad ea quæ sunt Episco-  
palis dignitatis, extendunt: de causis matrimoni ali-  
bus cognoscendo, iniungendo publicas pœnitenti-  
as, concedendo indulgentiarum literas, & similia præ-  
sumendo: vnde contingit interdum, quòd vilescat  
authoritas apud multos. Volentes igitur in his Epi-  
scoporum dignitati, & Abbatum prouidere saluti,  
præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Ab-  
batum ad talia se præsumat extendere, si proprium  
vouerit periculum euitare: nisi fortè quisquam eor-  
um speciali concessione, vel alia legitima causa hu-  
iusmodi valeat se tueri.

Ext. de præ-  
bend. & dig.

61 In Lateranensi concilio noscitur fuisse prohibi-  
tum, ne quilibet regulares ecclesias seu decimas si-  
ne consensu episcoporum de manu præsumant reci-  
pere laicali, nec excommunicatos vel nominatim  
interdictos admittant aliquatenus ad diuina. Nos  
autem id fortius inhiibentes, transgressores condi-  
gna curabimus animaduersione punire: statuentes  
nihilominus, quatenus in ecclesiis, quæ ad ipsos ple-  
no iure non pertinent, iuxta eiusdem statuta concilij,  
Episcopis instituendos presbyteros repræsenter,  
vt illis de plebis cura respondeant: ipsis verò pro re-  
bus temporalibus rationem exhibeant competen-  
tem. Institutos verò remouere non audeant, episco-  
pis inconsultis. Sanè adiciimus, vt illos repræsenta-  
re procurent, quos vel conuersatio reddit notos, vel  
commendat probabile testimonium prælatorum.

Ext. de reli-  
quias, & ve-  
ne sanct.

62 Cum ex eo quòd quidam sanctorum reliquias  
exponunt venales, vt eas passim ostendant, Christiana  
religioni sit detractum sæpius: in posterum præ-  
senti decreto statuimus, vt antiquæ reliquiæ amodò  
extra capsam non ostendantur, nec exponantur ve-  
nales. Inuentas autem de nouo, nemo publicè vene-  
rari præsumat, nisi prius autoritate Romani ponti-  
ficis fuerint approbatæ. Prælati verò de cætero non  
permittant illos, qui ad eorum ecclesias causa vene-  
rationis accedunt, vanis figmentis aut falsis decipi  
documentis, sicut & in plerisque locis occasione que-  
stus fieri consuevit. Eleemosynarum quoque quæ-  
stos, quorum quidam se alios mentiendo, abusi-  
ones nonnullas in sua prædicatione proponunt, ad-  
mitti, nisi Apostolici vel diocesani Episcopi literas  
veras exhibeant, prohibemus. Et tunc præter id quod  
in ipsis continebitur literis, nihil populo proponere  
permittantur: formam verò, quam communiter ta-  
libus Apostolica sedes indulget, duximus exprimē-  
dam, vt secundum eam diocesani episcopi suas lite-  
ras moderentur. Ea siquidem talis est.

Ext. de præ-  
nitentiis & re-  
miss. c. cxxx  
60.

Forma literarum prædicatorum.

2. corint. 5.



Quoniam (vt ait Apostolus) omnes  
stabitur ante tribunal Christi, rece-  
pturi prout in corpore gessimus, si-  
ue bonum, siue malum fuerit: oportet  
nos diè mersionis extremæ, mi-  
sericordiæ operibus præuenire, ac  
æternorum intuitu seminare in terris, quod reddend-

te domino cū multiplicato fructu colligere debeamus  
in cælis: firmam spem fiduciamque tenentes,  
quoniã qui parè seminat, parè & metet: & qui se-  
minat in benedictionibus, de benedictionibus & me-  
tet vitam æternam. Cum igitur ad sustentationē fra-  
trum & egenorum ad tale confluentium hospitale,  
propriæ non suppetant facultates, vniuersitatem ve-  
stram monemus & exhortamur in domino, atq; in  
remissionem vobis iniungimus peccatorū, quatenus  
de bonis à Deo vobis collatis, pias eleemosynas, &  
grata eis charitatis subsidia erogatis, vt per subuen-  
tionem vestram ipsorum inopiæ consulatur: & vos  
per hæc & per alia bona, quæ domino inspirante fe-  
ceritis, ad æterna possitis fœlicitatis gaudia peru-  
nire.

Qui autem ad querendas eleemosynas destinan-  
tur, modesti sint, & discreti, nec in tabernis aut locis  
incongruis hospitentur, nec inutiles faciãt aut sum-  
ptuosas expensas: cauentes omnino, ne falsum reli-  
gionis habitum gestent. Ad hæc, quia per indiscre-  
tas & superfluas indulgētias, quas quidam ecclesia-  
rum prælati facere non verentur, & clausæ ecclesie  
contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio enervatur:  
decernimus, vt cum dedicatur Basilica, non ex-  
tendatur indulgentia vltra annum, siue ab vno solo,  
siue à pluribus episcopis dedicetur: ac deinde in an-  
niuersario dedicationis tempore, quadraginta dies  
de iniunctis pœnitentiis indulta remissio non exce-  
dat: & infra hunc quoque dierum numerum, indul-  
gentiarū literas præcipimus moderari, quæ pro quib-  
libet causis aliquoties conceduntur, cum Roma-  
nus pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis,  
hoc in talibus moderamen consueuerit obseruare.

63 Sicut pro certo didicimus, in plerisque locis &  
à plurimis personis, quasi columbas in templo ven-  
dentibus, sunt exactiones & extorsiones turpes &  
prauæ, pro consecrationibus episcoporum, benedi-  
ctionibus Abbatum, & ordinibus clericorum: estq;  
taxatum, quantum sit isti vel illi, quantumve alteri vel  
alij persoluendū: & ad cumulum damnationis ma-  
ioris, quidam turpitudinem & prauitatem huiusmodi  
nituntur defendere, per consuetudinem longo tem-  
pore obseruatam. Tantum igitur abolere volentes  
abusum, consuetudinem huiusmodi (quæ magis di-  
cenda est corruptela) penitus reprobamus, firmiter  
statuentes, vt pro his siue conferendis, siue collatis,  
nemo aliquid quocūque prætextu exigere ac extor-  
quere præsumat: alioquin & qui receperit, & qui de-  
derit huiusmodi precium omnino damnatum, cum  
Giezi & Simone condemnetur.

64 Quoniam Simoniaca labes adeò plerisque mo-  
nialibus infecit, vt vix aliquas sine precio recipiant in-  
sorores, paupertatis prætextu volentes huiusmodi  
vitium palliare: ne id de cætero fiat, penitus prohibe-  
mus, statuentes, vt quæcunque de cætero talè præ-  
uitatem commiserit, tam recipiēs quàm recepta, si-  
ue sit subdita, siue prælata, sine spe restitutionis de  
suo monasterio expellatur, in locum arctioris regu-  
læ, ad agendum perpetuò pœnitentiã, retrudenda.  
De his autem quæ ante synodale statutum ta-  
liter sunt receptæ, ita duximus prouidendum, vt re-  
mota de monasteriis, quæ perperam sunt ingressa,  
in aliis eiusdem ordinis collocentur.

Quòd si propter nimiam multitudinem alibi for-  
tè nequiuert commode collocari, ne fortè dam-  
nabiliter in sæculo euagentur, recipiantur in eodem  
mona-

monasterio dispensatiuè de nouo mutatis prioribus  
locis, & inferioribus assignatis.

Hoc etiam circa monachos & alios regulares de-  
cernimus obseruandum. Verum ne per simplicitatē  
vel ignorantiam se valeant excusare, præcipimus, vt  
diocesani episcopi singulis annis hoc faciãt per suas  
diœceses publicari.

Ext. 1b. c. 6.

65 Audiuimus de quibusdam Episcopis, quòd de-  
cedentibus ecclesiarum rectoribus, ipsas interdicto  
subiciunt, nec patiuntur aliquos in eisdem institui,  
donec ipsis certa summa pecuniæ persoluatur: præ-  
terea cum miles aut clericus domum religionis in-  
greditur, vel apud religiosos eligit sepulturam, etiã  
si nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerit  
& malitias, donec aliquid muneris manus contin-  
gat eorum.

1. Thessa. 5.

Cum igitur non solum à malo, sed etiam ab om-  
ni specie mali sit (secundum Apostolum) abstinen-  
dum, exactiones huiusmodi penitus inhiibemus: q;  
si quis transgressor extiterit, exacta duplicata resti-  
tuat, in vtilitates locorum, in quorum fuerint soluta  
dispensandi, fideliter conuertenda.

Ext. 1b. c. 6.

66 Ad Apostolicam audientiam frequenti relatio-  
ne peruenit, quòd quidam clerici pro exequiis mōr-  
tuorum & benedictione nubentium & similibus, pe-  
cuniam exigunt & extorquent: & si fortè cupiditati  
eorum non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia  
fraudulenter opponunt. Econtrà verò quidam laici  
laudabilem cōsuetudinem erga sanctam Ecclesiam  
pia deuotione fidelium introductã, ex fermento hæ-  
reticæ prauitatis nituntur infringere, sub prætextu  
canonicæ pietatis. Quapropter & prauas exactiões  
super his fieri prohibemus, & pias consuetudines  
præcipimus obseruari: statuentes, vt liberè confer-  
tur ecclesiastica sacramenta: sed per episcopum lo-  
ci, veritate cognita, compescantur, qui malitiose ni-  
tuntur laudabilem consuetudinem immutare.

Ext. de vsu  
m.

67 Quanto amplius Christiana religio ab exactio-  
ne compescitur vsurarum, tanto grauius super his  
Iudæorum perfidia insolecit, ita quod breui tēpore  
Christianorum exhauriunt facultates. Volentes igitur  
in hac parte prospicere Christianis, ne à Iudæis  
immaniter aggrauentur, synodali decreto statuimus,  
vt si de cætero quocūque prætextu, Iudæi à Chri-  
stianis graues & immoderatas vsuras extorsent,  
Christianorum eis participium subtrahatur, donec  
de immoderato grauamine satisfecerint competen-  
ter. Christiani quoque, si opus fuerit, per censuram  
ecclesiasticam, appellatione postposita, compellan-  
tur ab eorum commerciis abstinere.

Principibus autem iniungimus, vt propter hoc nō  
sint Christianis infesti, sed potius à tanto grauami-  
ne Iudæos studeant cohibere.

Ac eadem pœna Iudæos decernimus compellen-  
dos ad satisfaciendum ecclesiis pro decimis & ob-  
lationibus debitis, quas à Christianis de domibus &  
possessionsibus aliis percipere cōsueuerant, antequã  
ad Iudæos quocūque titulo deuenissent, vt sic eccle-  
siæ conferentur indemnes.

68 In nonnullis prouinciis à Christianis Iudæos seu  
Saracenos habitus distinguit diuersitas: sed in qui-  
busdam sic quædam inoleuit confusio, vt nulla diffe-  
rentia discernatur. Vnde contingit interdum, quòd  
per errorem Christiani Iudæorum seu Saracenorū,  
& Iudæi seu Saraceni Christianorum mulieribus cō-  
miscantur. Ne igitur tam damnatæ commixtionis  
excessus per velamentum erroris huiusmodi, excu-  
sationis vltèrius possint habere diffugium, statuim⁹,  
vt tales vtriusque sexus in omni Christianorum prou-  
incia, & omni tempore, qualitate habitus publicè  
ab aliis populis distinguantur, cum etiam per Mosen  
hoc ipsum legatur eis iniunctum.

Leuit. 19.  
Deut. 22.

In diebus autem lamentationum & Dominicæ  
passionis, in publicum minimè prodeant, eo quòd  
nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus) or-  
natius non erubescunt incedere: ac Christianis, qui  
sacratissimæ passionis memoriam exhibentes, lamē-  
tationum signa prætendunt, illudere non formidat.

Illud autem districtissimè inhiibemus, ne in cōru-  
meliam redemptoris profilire aliquatenus præsu-  
mant. Et quoniam illius dissimulare non debemus  
opprobrium, qui probra nostra deleuit: præcipimus  
præsumptores huiusmodi per principes seculares cō-  
dignæ animaduersionis adiectione cōpesci, ne cru-  
cifixum pro nobis præsumant aliquatenus blasphemare.

Esa. 13.

69 Cum sit nimis absurdum, vt Christi blasphem⁹  
in Christianos vim potestatis exercent, quod super  
hoc Toletanum cōcilium prouidè statuit, nos pro-  
pter transgressorum audaciam, in hoc capitulo in-  
nouamus: prohibentes, ne Iudæi officiis publicis  
præferantur, quoniam sub tali prætextu Christianis  
plurimum sunt infesti. Si quis autem officium eis ta-  
le commiserit, per prouinciale concilium (quod sin-  
gulis præcipimus annis celebrari) monitione præ-  
missa, districtione, qua conuenit, compescatur. Offi-  
ciali verò huiusmodi tamdiu Christianorum com-  
munio in commerciis & aliis denegetur, donec in  
vsus pauperum Christianorum secundum prouidē-  
tiam diocesani episcopi conuertatur, quicquid fue-  
rit adeptus à Christianis occasione officij sic susce-  
pti, & officium cum pudore dimittat, quod irreuer-  
ter assumpsit. Hoc idem extendimus ad paganos.

Ext. 1b. c. 6.

70 Quidam (sicut accepimus) qui ad sacri vndam  
baptismatis voluntarij accesserunt, veterem hominē  
omnino non exuunt, vt nouum perfectius induent,  
cum prioris ritus reliquias retinentes, Christianæ re-  
ligionis decorem tali commixtione cōfundant. Cū  
autem scriptū sit, Maledictus homo qui terram dua-  
bus viis ingreditur, & indui vestis non debeat lino-  
lanæque contexta: statuim⁹, vt tales per prælatos ec-  
clesiarum ab obseruantia veteris ritus omnimodo  
compescantur, vt quos Christianæ religioni libera  
voluntatis arbitrium obtulit, salutiferæ coactionis  
necessitas in eius obseruatione conferuet: cum mi-  
nus malum existat, viam Domini non agnoscere, quàm  
post agnitam retroire.

Ext. de apo-  
statis.

Eccle. 3.  
Deut. 22.

2. Pet. 2.

Constan-

# CONSTANTIENSIS SYNO- DVS VNIVERSALIS TEMPORE SCHISMA- tis Quinto Nouēbris 1414, incepta, & sub Martino quinto, 45 actio- ne, 22 Aprilis finita, Anno 1417.

*QUATRES CIVITATES INVENIUNTUR HOC NOMINE CONSTANTIA, DO-  
nata, quaedam est in Cypro Metropolis, secunda, in Gallia est Episcopatus, sub Rothomagensi Metropolitana ecclesia. Tertia  
est in Germania Episcopalis ciuitas sub Maguntina Metropoli, in qua celebratum fuit hoc vniuersale concilium.  
Meminit Plinius 3, ca. 10. trium aliarum ciuitatum quarum qualibet nominabatur Constantia quaedam in Hispania, al-  
tera in Arabia, tertia vero in Syria.*

## Occasio & progressus Concilii Constantiensis.

*Vbi 70 an-  
nis fuerat  
nempe à Cle-  
mente 5.*



**M**ortuo Gregorio vndecimo, qui Romanam curiam ab Auenione \* in urbem reducerit anno 1378, quidam ex cardinalibus elegerunt Metropolitanum quendam, Urbanum sextum postea nuncupatum, alij vero Robertum Geneuensem, vocatum Clementem sextum, qui mox ab electione Auenionem se contulit. Itali, Vngari, Germani, & Orientales Urbano, Galli, Hispani, Angli, Clementi obediebant: vita sancto Urbano sufficitur, quidam Neapolitanus, dictus postea Bonifacius nonus. Mortuo Clemente Auenione, in eius locum eligitur Petrus de Luna Hispanus, dictus Benedictus 13, qui elapso aliquo temporis spacio, cum nollet precibus magnatum & principum rogantium, ut cederet dignitati propter ecclesie unitatem, parere, vt initio promiserat se facturum, in Hispaniam abire coactus est, in castrum Paniscola vulgo dictum, in regno Valentie, quasi dieas peninsula. Mortuo Romae Bonifacio nono, succedit Angelus de corario Venetus, nominatus Gregorius 12. Cum cardinales & principes viderent, Benedicti & Gregorij pertinaciam & ecclesie schisma tam noxium anno 1408, congregata Pisus synodo eligitur quidem minorita Cretensis dictus postea Alexander quintus, quo post octauum mensem decedente, iidem Cardinales eligunt Balthazarē de costa Neapolitanum appellatum postea Ioannem 23. Incerim hæc obseruans Gregorius 12, ex Austra Ariminum se recepit sub protectione Caroli de malatesta: tunc fuerunt tres papæ Gregorius Arimini, Ioannes 23. Bononia, & Benedictus 13, Paniscola. Qua difformitas vt in ecclesia Dei extirparetur Sigismundus Imperator curauit nomine Ioannis 23, indici concilium Constantiense anno 1414, quod fuit velut prosecutio concilij Pisus incepti ab Alexandro Ioannis antecessore: hic Ioannes 24, scissione secunda iureiurando promisit se ob unitatem ecclesie cessurum iuri pratento, postea vero cum promissi eum pœniteret, ob multa & grauius crimina ei obiecta, noctu ex concilio mutato habitu aufugit, qui postea exilij autoritate ab Imperatore captus, carceri m&acircilipatur. Gregorius duodecim<sup>o</sup> scissione 14, per procuratorem Malatestam celsit legatione perpetua donatus à concilio in Marchia Anconitana iuxta mare Adriaticum, vbi postea m&acircore confectus obiit. His duobus depositis benedictus assererat tunc se verum papam vnicum & indubitatum esse. Ne res

in contumeliam concilij procederet Sigismundus Imperator, primum ad Angliam, deinde ad Galliam regem se contulit, vt eos ad vniionem hortaretur, à quibus cum optata assequeretur in Arragoniam ire statuit vt Ferdinandum regem conueniret de persequendo Benedicto. Cum id Benedictus praestare nollet, Sigismundus Constantiam rediit ad concilium, visa pertinacia & contumacia Benedicti à concilio deponitur, & eligitur Otho Coluna Martinus quintus postea dictus. Tunc omnes reges & principes deserunt Benedictum, qua re comperta nō longo tempore post moritur, ante tamen disposito alio in suum locum sufficiendo. Electus ab aliquot cardinalibus eius, quidam Barchinonensis dictus Clementis octauus qui postea praestitit obedientiam Martino quinto, & donatus est Maioricensi episcopatu. Ioannes 23, ante dictus à Martino quinto supplex veniam obtinuit, & donatus dignitate cardinalis, breui Florentie obiit. Interfuere huic concilio Constantiensi 4 Patriarchæ, 29 Cardinales, 47 Archiepiscopi, 160 Episcopi.

*Cum hic agimus de Ioanne 23 obserua quibusdam vicari 24, aliis 23. Varietas oritur ex Ioanne illa Maguntina qua Ioannes Anglicus dicta est: qua à quibusdam in catalogo pontificum recensetur, post Ioannem 7, Imperantē Lotario, ab aliis verò omittitur.*

## ACTA CONCILII CONSTANTIENSIS sub Ioanne 24. conuocati & inchoati tempore schismatis.



**I**n scissione prima anno Domini 1411 praesente Sigismundo Imperatore, promisit Ioannes 24. se cessurum papam sub hac forma. Ego Ioannes papa 24 propter quietem totius populi Christiani profiteor, spondeo, promitto, iuro, & voueo Deo & ecclesie & huic sacro concilio sponte & libere dare pacem ecclesie Christi per viam simplicis cessionis papæ, & eam facere & adimplere cum affectu iuxta deliberationem praesentis concilij, & quando Petrus de Luna, Benedictus 13 & Angelus de Corario, Gregorius 12. in suis obedientiis nuncupati, papam quem praetendunt per se, vel procuratores suos legitimos simpliciter cedant &c. Nihil ad hæc addiderunt in scissione secunda & tertia.

In scissione quarta, & quinta habetur sic definitum, quod ipsa synodus in spiritu sancto congregata legitime generale concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem representans, potestatem à Christo immediate habet, cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis, et si papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem diuini schismatis, & reformationem generalem ecclesie Dei in capite & in membris &c.

Item declarat quod quicumque cuiuscumque conditionis, status, dignitatis etiam papalis, qui mandatis, statutis, seu ordinationibus, aut præceptis huius sacrae synodi, & cuiuscumque alterius concilij generalis legitime congregati super praemissis, siue ad ea pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ poenitentiae subiiciatur & debite puniatur &c.

Item definit & ordinat sancta synodus quod dominus Ioannes papa Romanam curiam & officia publica illius &c. de hac ciuitate Constantiensi non mutet sine deliberatione & consensu ipsius sanctae synodi: Siquid contra tentauerit, totum sit irritum & inane.

In sexta & septima scissione tantum tractatum est de monendo & citando Ioanne papa qui fugerat à loco concilij.

In scissione octaua pronunciata est sententia damnationis doctrinae Ioannis Vnicellæ & articulorum 45. quorum tenor est qui sequitur.

Primus. Substantia panis materialis & vini materialis manent in sacramento altaris &c.

2 Accidentia panis nō manent sine subiecto in eodem sacramento.

3 Christus non est in eodem sacramento identice & realiter propria praesentia corporali.

4 Si episcopus vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.

5 Non est fundatum in Euangelio, quod Christus missam ordinauerit.

6 Deus debet obedire Diabolo.

7 Si homo debite fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.

8 Si papa sit praescitus & malus, & per consequens membrum Diaboli, non habet potestatem super fideles, nisi forte à Cæsare.

9 Post Urbanum 6. non est aliquis recipiendus in papam, sed viuendum est more Graecorum sub legibus propriis.

10 Contra scripturam sacram est, quod ecclesiastici habeant possessiones.

11 Nullus praelatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat esse excommunicatum à Deo, & qui sic excommunicat, est haereticus.

12 Praelatus excommunicans clericum, qui appellat ad regem & ad concilium regni, eo ipso traditor est regis & regni.

13 Illi qui dimittunt praedicare siue audire verbum Dei propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati.

14 Licet alicui diacono, vel presbytero praedicare verbum Dei absque autoritate sedis Apostolicae vel episcopi catholici.

15 Nullus est Dominus civilis, nullus est praelatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.

16 Domini temporales possunt ad arbitrium suum

auferre bona temporalia ab ecclesia, possessionis habitualiter delinquentibus,

17 Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18 Decimæ sunt puræ cleemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum praelatorum, ad libitum suum auferre eas.

19 Speciales orationes applicatae vni personae per praelatos vel religiosos, non plus profunt eidem quam generales cæteris paribus.

20 Conferens cleemosynam fratribus est excommunicatus ipso facto.

21 Siquis ingreditur religionem priuatam qualemque, redditur ineptior & inhabilior ad obseruatiam mandatorum Dei.

22 Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituendo peccauerunt.

23 Religiosi viuentes in religionibus priuatis, non sunt de religione Christiana.

24 Fratres tenentur per labores manuum victum quaerere, & non per mendicitatem. Prima pars est scandalose & praesumptuose asserta, pro quanto sic generaliter & indistincte loquitur. Secunda erronea pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.

25 Omnes sunt simoniaci, qui se obligant oratione pro aliis, eis in temporalibus subuenientibus.

26 Oratio praesciti, nulli valet.

27 Omnia de necessitate absoluta eueniunt.

28 Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio reseruantur papae & Episcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

29 Vniuersitates, studia, collegia, graduationes & magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta, & tantum profunt ecclesiae sicut diabolus.

30 Excommunicatio papae vel cuiuscumque praelati non timenda, quia est censura Antichristi.

31 Peccant fundantes claustra, & ingrediētes sunt viri diabolici.

32 Ditare clerum, est contra regulam Christi.

33 Syluester papa & Constantinus Imperator errauerunt ecclesiam dotando.

34 Omnes de ordine mendicantium sunt haeretici, & dantes eis cleemosynam sunt excommunicati.

35 Ingredientes religionum sunt inhabiles ad obseruandum diuina praescepta, & per consequens ad perueniendum ad regnum caelorum, nisi apostatauerint ab eisdem.

36 Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus sunt haeretici, eò quod possessionem habent.

37 Ecclesia Romana est synagoga Satanæ: nec papa est immediatus vicarius Christi, & Apostolorum.

38 Decretales epistolae sunt apocryphae & seducunt à fide Christi, & cleri sunt stulti qui student eis.

39 Imperator & domini temporales seducti sunt à Diabolo vt Ecclesiam dotarent bonis temporalibus.

40 Electio papae à Cardinalibus per Diabolum est introducta.

41 Non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias. Error est si per Romanam ecclesiam intelligat vniuersalem ecclesiam aut concilium generale: aut pro quanto, negare primatum summi pontificis super alias

alias ecclesias particulares.

42 Fatuum est credere indulgentiis Papæ & Episcoporum.

43 Iuramenta illicita sunt quæ fiunt ad roborandū humanos contractus & commercia ciuilia.

44 Augustinus, Benedictus, Bernardus dānati sunt nisi pœnituerint, de hoc quod habuerunt possessiones, & instituerunt & intrauerunt religiones. Et sic à domino papa vsque ad vltimū religiosum, omnes sunt hæretici.

45 Omnes religiones indifferēter introductæ sunt à diabolo.

Hos sancta synodus præfatos articulos 45. examini fecit & sapius recenserit; quib⁹ examinatis, fuit repertū aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notorie hæreticos, & à sanctis patribus reprobatos, alios non catholicos sed erroneos: alios scādolosos & blasphemos, quosdam piarum auriū offensiuos: nōnullos eorum temerarios & seditiosos. Propterea cōcilium pronunciat hæreticum Ioannem Vuicleff, ac memoriam eiusdem condemnat & mādat exhumari ossa ipsius & cremari.

In 9. 10. & 11. nihil annotatione dignum actum est. In sessione 12, pronunciata est publica sententia definitiua depositionis à papatu contra Ioannem papam 24. propter recessum quem fecerat à ciuitate Constantiensi, & dicto sacro concilio generali clandestine noctu hora suspecta, & in habitu dissimulato, & propter scandalum datum ab illo turbatiuum pacis & vnionis ecclesiæ à voto & promissione & iuramento per ipsum Ioannem papam in Deo & ecclesiæ & huic sacro concilio præstitis deuiatiuum.

Item statuit & decernit sancta synodus pro bono vnionis ecclesiæ, quod nullo vnquam tempore reeligatur in papam dominus Baltazar Costa nuper Ioannes 24. nec Angelus de Corario Gregori⁹ 12. nec Petrus de Luna Benedictus 13. in suis obedientiis sic nominati. Si contrarium fiat, id ipsum sit irritum & inane.

*Sessio 13.*

*Vide Can. 4* Cnm in nonnullis mundi partibus quidam temerarie asserere præsumant populum Christianum debere sacramentum Eucharistiæ sub vtraque panis & vini specie suscipere &c.

*Sessio 14.*

Carolus de Malatestis celsit papatui nomine Gregorij 12.

*Sessio 15.*

*Errores Ioannis Huze*

Articuli Ioannis Huz damnati in concilio, quoniam publice prædicabat Ioannem Vuicleff virum catholicum & authorem euangelicum.

Primus, Vnica est sancta vniuersalis ecclesia, quæ est prædestinatorum vniuersitas.

2 Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam actibus ecclesiæ malignantium consimiles.

3 Præsciti non sunt partes ecclesiæ, cum nulla pars eius ab ea finaliter excidat, eò quod prædestinationis charitas quæ ipsam ligat, non excidit.

4 Duæ naturæ diuinitas & humanitas sunt vnus Christus,

5 Præscitus etsi aliquādo sit in gratia secundū presentem iustitiam, tamen nunquam est pars sanctæ ecclesiæ, & prædestinatus semper manet membrū ecclesiæ, licet aliquando excidat à gratia aduentitia, sed non à gratia prædestinationis.

6 Sumendo ecclesiam pro conuocatione prædestinatorum, siue sint in gratia, siue non secundum præ-

sentem iustitiam, isto modo ecclesiastica est articulus fidei.

7 Petrus non fuit, neque est caput ecclesiæ sanctæ catholicæ.

8 Sacerdotes quomodo libet criminosi viuentes sacerdotij pollunt potestatem, & sicut filij infideles sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesiæ, de clauibus, de censuris.

9 Papalis dignitas à Cæsare inoleuit, & papæ præfectio & institutio à Cæsaris potentia emanauit.

10 Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se vel alio, quod esset caput particularis ecclesiæ: nec Romanus pontifex est caput Romanæ ecclesiæ.

11 Non oportet credere quod iste quicumque est particularis Romanus pōtifex sit caput cuiuscūque particularis ecclesiæ, nisi Deus eum prædestinauerit.

12 Nemo gerit vicē Christi, vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter à Deo recipiat procuratoriā potestatem, quia ad illud officiū Vicarij requiritur & morū conformitas, & instituentis autoritas.

13 Papa non est manifestus & vcrus successor Apostolorum principis Petri si viuat moribus contrariis Petro, & si quærit auaritiam, tunc est Vicarius Iude Iscariotis. Et pari euidentia Cardinales non sunt manifesti & veri successores collegij aliorum Apostolorum Christi, nisi vixerint more Apostolorū seruantes consilia & mandata domini nostri Iesu Christi.

14 Doctores ponentes quod aliquis per censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, iudicio seculari est tradendus, pro certo sequuntur in hoc pontifices, Scribas & Phariseos, qui Christum nolentem eis in omnibus obedire, tradiderunt Pontio Pilato.

15 Obedientia ecclesiastica, est obedientia secundū adinventionem sacerdotū ecclesiæ propter expressam autoritatem ecclesiæ.

16 Quod nulla sint opera indifferentia, sed hæc sit diuisio immediata humanorum operū quod sint vel virtuosa vel vitiosa, quia si homo est vitiosus, & agit quicquā, tunc agit vitiose: & si est virtuosus & agit quicquam, tunc agit virtuose, quia sicut peccatū inficit vniuersaliter omnes actus hominis vitiosi: sic virtus viuificat omnes actus hominis virtuosi.

17 Sacerdos Christi viuens secundum legem eius & habens notitiam scripturæ, & affectum ad ædificandū populum, debet prædicare, non obstante preterita excommunicatione.

18 Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi non obstante excommunicatione.

19 Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis vel interdicti ad sui exaltationem clerus populum sibi laicalem suppeditat, auaritiā multiplicat, malitiam protegat, viam præparat Anti-christo.

20 Si papa est malus, & maxime si est præscitus, Tunc vt Iudas Apostolus est diabolus, fur, & filius perditionis.

21 Gratia prædestinationis est vinculum quo corpus ecclesiæ & quodlibet eius membrum iungitur Christo capiti indissolubiliter.

22 Papa vel prælatus malus & præscitus est æquiuocus pastor & verè fur & latro.

23 Papa non debet dici sanctissimus etiam secundum officium, quia aliàs rex deberet dici sanctissimus

mus secundum officium, & tortores, & præcones dicentur sancti, Imò & Diabolus deberet dici sanctus, cum sit officarius Dei.

24 Si papa viuat Christo contrarie, etiam si ascenderit per legitimam electionem secundum constitutionem humanā, tamen aliunde ascenderet quàm per Christum, dato etiam quod intraret per electionem à Deo principaliter factā. Nam Iudas Scarioth rite & legitime est electus à Deo ad Apostolatū, & tamen ascendit aliunde in ouile ouium.

25 Condemnatio 45. articulorum Ioannis Vuicleff per doctores facta, est irrationabilis & iniqua & malefacta.

26 Non eo ipso quo electores, vel maior pars eorū consenserit viuā voce secundum ritus hominum in personam aliquam eo ipso illa persona est legitime electa. Vnde siue electores bene vel male elegerint operibus electi debemus credere.

27 Non est scintilla apparentiæ quod oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa militanti ecclesia conuerfetur & conseruetur.

28 Christus sine talibus capitibus monstruosis per seruos veraces discipulos sparfos per orbem terrarū melius suam ecclesiam regularet.

29 Apostoli & fideles sacerdotes Domini strenue in necessariis ad salutem regularum ecclesiam antequam papa officium foret introducū.

30 Nullus est Dominus ciuilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus dum est in peccato mortali.

Pronunciata est sententia damnationis horū articulorum sub eadem forma qua cōdemnati sunt articuli Ioannis Vuicleff.

*Condemnatur articulus sequens.*

Quilibet tyrannus potest & debet licite & meritorie occidi per quemcunque vasallū suum vel subditum, etiam per clanculares insidias & subtiles blāditiyas vel adulationes non obstante quocūque præstito iuramento seu confederatione factis cum eo non expectata sententia vel mandato iudicis cuiuscunque. Aduersus hunc errorem satagens hæc sancta synodus exurgere, & ipsum funditus tollere, declarat & definit huiusmodi doctrinā erroneam esse in fide & in moribus, ipsamque tanquam hæreticam, scandalosam & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditones, periuria vias dantem reprobat & condemnat. Declarat inluper & decernit quod pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes sunt hæretici, & tanquam tales iuxta canonicas sanctiones puniendi.

*Sessio 16.*

Deputantur legati in Arragoniæ regnum profecturi ad agendum de vnione ecclesiæ cum rege Arragoniæ, & Petro de luna Benedicto 13, in sua obedientia. Statuuntur etiam quædam cōcernentia eos qui discedunt à concilio, & quomodo prospiciendū sit his qui indigent in concilio.

*Sessio 17. habita est 15. Iulij tria præcipue continet.*

Profecturus Sigismundus Romanorū rex in Arragoniæ regnum ad vnionem conficiendam, sacro peracto, genibus flexis, cantata letania, benedictionem recipit, ac pro salute ipsius, & pro felici progressu, & incolumi reditu, preces publicæ funduntur ad Deum: Deinde Angelo de Corario, in sua obedientia Gregorio 12 (qui sess. 12, per procuratorem, celsit iuri prætenso in pontificatu) restituitur dignitas Cardinalitia, conferturque legatio perpetua, &

irreuocabilis Marchia Anconitana, cum emolumentis solitis legatorum à latere.

Tertio loco promulgatur censura excommunicationis lata sententiæ à iure, in eum, qui Romanorū regem in legatione ad Arragoniæ regem impedit: pro cuius felici successu & incolumitate singulis dominicis diebus missa celebratur, & processio, & assistentibus centum dierum indulgentiæ conceduntur, atque recitantibus orationem dominicam, & salutationem Angelicam semel ea de causa quotidie 40. dies.

*Sessio 18.*

Datur potestas iudicibus ad cognoscendas causas per duos delegatos, & eas diffiniendi. Statuitur secundò quod fides adhibeatur bullæ concilij: quā si quis falsauerit, puniatur perinde ac falsarij literarū Apostolicarum. Præterea examinantur gratiæ concessæ Ioanni olim papæ. Designatur etiam legati ad Angelum Corarium olim Gregorium in sua obedientia, vt significant quæ sunt in concilio statuta.

*Sessio 19. Anno 1415. 23. die Septembris.*

*Abiuratio Hieronymi de Praga.*

Ego Hierony. de Praga artiū liberalium magister cognoscens verā catholicā ecclesiam & Apostolicā fidem anathematizo omnē hæresim, præcipue eā de qua haftenus infamatus fui, & quā præteritis temporibus dogmatizauerit & tenuerit Ioānes Vuicleff, & Ioānes Huz, in suis opusculis, libellis seu sermonibus ad clerū & ad populū. Consentio autē sanctæ Rom. ecclesiæ & Apostolicæ fedi, & huic sacro cōcilio, & ore ac corde profiteor in omnibus & per omnia & præsertim de clauibus, sacramētis, ordinibus, officiis & celsuris ecclesiasticis, indulgentiis & reliquiis sanctis ecclesiastica libertate, & de ceremoniis & aliis omnibus ad religionē Christianam pertinentibus.

In sessione 20. agit causa ciuilis inter ducē Austriae & episcopum Tridentinum.

*Sessio 21. Anno 1416. 31. die mensis Maij.*

Sentētia cōtra Hier. de Praga laicū, magistrū in artibus, qui post abiurationē in sess. 19. annotatā audiētiā publicā sibi dari in hac sancta synodo postulauit: qua sibi cōcessa corā eadē synodo publice asseruit, dixit & professus est quod præfate sententiæ dānationis dictorū Ioānis Vuicleff, & Ioānis Huz inique cōsenserat, & illā sententiā approbādo mētibus fuit, nec verebatur se confiteri mentitum, quinimo cōfessionē super illorū dānatione reuocabat nūc & in æternū asserēs se in libris Ioānis Vuicleff, & Ioānis Huz, nullā vnquā hæresim vel errorem legisse, licet ante fuerit cōfessus &c. Propter quæ sancta synodus prædictū Hier. palmitē purridū, aridū, in vire nō manentē foras mittendū decernit, ipsūmq; hæreticū, & in hæresim relapsū ex cōmunicatū, anathematizatum pronūciat & declarat atq; damnat. Qui Hiero traditus est potestati seculari & combustus.

Sessiones intermediæ totę terūt in citādo & deponendo Petro de Luna Benedicto 13. nuncupato, & recipiendis oratoribus regum Aragonum, Castellæ & Nauarræ.

*Sessio 39. Anno 1417. die 9. Octob.*

Statutū de cōciliis generalibus erga futura schismata edicto perpetuo sancim⁹ & ordinam⁹, vt amodo cōcilia generalia celebrētur, ita quod primū à fine huius cōcilij in quinquenniū immediate sequēs: Secundū verò à fine illius in septenniū, & deinceps de decēnio in decēniū perpetuo celebrētur in locis quæ summus pōtifex per mensem ante finem cuiuscūque



concilij, approbante & consentiente concilio, vel in eius defectu ipsum conciliū deputare & assignare teneatur, vt sic per quandā continuationem semper aut concilium vigeat, aut per termini pendentia expectetur, quem terminum liceat summo pōtifici de suorum fratrum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium consilio ob emergentes forte casus abbreviare, sed nullatenus proferatur. Locum autem pro futuro celebrando concilio deputatum absque euidēti necessitate non mutet.

*Sessio 40. Reformationes faciende per papam vnā cum concilio antequam concilium dissoluatur.*

Sacro sancta generalis synodus Cōstantiensis in Spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam repræsentans statuit & decreuit, quod futurus Romanus pōtifer per Dei gratiam de proximo assumendus cum hoc sacro concilio, vel deputandis per singulas nationes debeat reformare ecclesiā in capite, & in membris & curiam Romanam secundum æquitatem, & bonum regimen ecclesiæ antequam hoc concilium dissoluatur super materiis articulorum aliās per nationes in reformatorio oblatorum, quæ sequentur. Primo de numero, qualitate & natione dominorum Cardinalium. Item de reservationibus sedis Apostolicæ. Item de Annatis, communibus seruitiis & minutis. Item de collationibus beneficiorum, & gratis expectatiuis. Item de confirmationibus electionum. Item de causis in curia Romana tractandis, vel non. Item de appellationibus ad Romanam curiam. Item de officiis cancellariæ & pœnitentiariæ. Item de exemptionibus & incorporationibus tempore schismatis factis. Item de commendis. Item de fructibus medijs temporis. Item de non alienandis bonis Romanæ ecclesiæ. Itē propter quæ & quomodo papa possit corrigi & deponi. Item de extirpatione simoniæ. Item de dispensationibus. Item de prouisione papæ & Cardinaliū. Item de indulgētiis. Item de decimis. Hoc adiecto quod facta per nationes deputatione prædicta, liceat aliis de licētia Papæ libere ad propria remeare.

*Sessio 41. anno 1417. die 8. Nouembris.*

Constitutio papæ Clemētis 6. super modo & forma obseruandis à Cardinalibus in conclauī existentibus super electione pontificis.

Decretum de non spoliando electum in papā sub pœna excommunicationis.

Die 11. Nouembris anni supradicti in festo sancti Martini reuerendissimi patres in conclauī existentes Odonem de Columna sancti Gregorij diaconum Cardinalem de Columna vulgariter nuncupatum natione Romanum concorditer in Romanum pontificem elegerunt, qui Martinus papa quintus nominari voluit, & sic per Serenissimum principem Sigismundum Romanorum regem vnā cum sancta Synodo apud ecclesiam maiorē huius ciuitatis Cōstantiensis fuit inthronizatus, & coronatus papa.

*Sessio 42. Nihil habet, quo iuste possimus lectorem occupare.*

*Sessio 43. Præsidente papa Martino quinto 21. mensis Martij.*

*Decretum contra simoniam.*

Martinus & c. Multę contra simoniacam prauitatem olim factæ sunt constitutiones, quibus moribus ille non potuit competenter extirpari & c.

*De decimis & aliis oneribus ecclesiasticis.*

Martinus, præcipimus & c. In sessione 44. statuitur loc⁹ futuri cōcilij Ticiniū vulgo Papiæ Pauiæ,

*Sessio 45. & vltima de dissolutione concilij.*

Martinus papa quintus, dixit quod omnia & singula determinata, conclusa & decreta in materijs fidei per præsens concilium cōciliariter tenere & inuolabiliter obseruare volebat, & nunquam contra ire quoquo modo. Ipsaque sic conciliariter facta approbat & ratificat, & non aliter nec alio modo: quod dicto ipsum concilium absoluit, omnibus & singulis in eo existentibus ad propria remeandi, ipso approbante concilio, facultatem fecit.

*Bella Martini 5. de condemnatione Ioannis Vuicleff de Anglia, & Ioannis Huz, de Bohemia damnati in hoc sacro concilio Constantiensis.*

Martinus episcopus & c. Inter curas pastoralis curæ sollicitudines & c.

*Sequuntur errores Ioannis Vuicleff 45. & errores Ioannis Huz, 30. in eadem forma qua supra recensiti.*

Super præmissis autem articulis quilibet de eis suspectus seu in eorum assertionem deprehensus iuxta hunc modum interrogetur. In primis vtrum cognouerit Ioannem Vuicleff de Anglia, & Ioannem Huz de Bohemia, & Hieronymum de Praga. Item vtrum teneat & credat, quod quodlibet conciliū generale, & etiam Cōstantiense, vniuersalem ecclesiā repræsentet. Item, vtrum credat quod illud quod cōcilium Constantiense vniuersalem ecclesiam repræsentans approbavit & approbat in fauorem fidei & ad salutem animarū, quod hoc est ab vniuersis Christi fidelibus approbandum & tenendum. Item, vtrum credat & asserat quod in nullo casu sit licitum iurare. Item, vtrum credat quod ad mandatum iudicis iuramentum de veritate dicenda, vel quolibet aliud ad causam opportunum etiam pro purificatione infamiæ faciendum, sit licitum. Item, vtrum credat quod per iurium scienter commissum ex quacunque causa vel occasione pro conseruatione vitæ corporalis vel patrię, vel alterius etiam in fauore fidei, sit mortale peccatum. Item, vtrum credat deliberato animo contemnens ritum ecclesiæ ceremonias exorcismi & catechismi aquæ baptismatis consecrata peccet mortaliter. Item, vtrum credat quod post consecrationem sacerdotis in sacramento altaris sub velamento panis & vini non sit panis materialis & vinū materiale, sed idē omnia Christus qui fuit in cruce passus, & sedet ad dexteram patris. Item, vtrum credat, & asserat quod facta consecratione per sacerdotem sub sola specie panis tantum & præter speciem vini, sit vera caro Christi & sanguis, & anima, & Deitas, & totus Christus, ac idem corpus absolute, & sub vna qualibet illarum specierum singulariter. Item, vtrum credat, quod consuetudo communicandi personas laicas sub specie panis tantum ab ecclesia vniuersali obseruata, & per sacrum concilium Constantiense approbata, sit seruanda, sic quod liceat eam reprobare, aut sine ecclesiæ autoritate pro libito immutare. Item, vtrum credat, quod Christianus contemnens susceptionem sacramentoium confirmationis, vel extremæ vntionis, aut solennizationis matrimonij, peccet mortaliter. Item, vtrum credat, quod Christianus vltra contritionem cordis habita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti ex necessitate salutis confiteri teneatur, & non laico, seu laicis quantumcunque bonis & deuotis. Item, vtrum credat, quod sacerdos in casibus sibi permisis absit peccatorem confessum & contritū à peccatis absolueret, & sic pœnitentiam iniungere. Item, vtrum credat,

credat quod malus sacerdos cum debita materia & forma, & cum intentione faciendi quod facit ecclesia, verè conficiat, verè absoluat, verè baptizet, & verè conferat alia sacramenta. Item, vtrum credat, quod beatus Petrus fuerit vicarius Christi habens potestatem ligandi & soluendi super terram. Item, vtrum credat quod papa canonice electus, qui pro tēpore fuerit, sit successor beati Petri, habens supremā potestatem iurisdictionis papæ, archiepiscopi, & episcopi in soluendo & ligando esse maiorem autoritate simplicis sacerdotis, etiā si curam animarū habeat. Item, vtrum credat, quod papa omnibus Christianis verè cōtritis, & cōfessis ex causa pia & iusta possit cōcedere indulgentias in remissionē peccatorum, maximè pia loca visitantibus. Item, vtrum credat, quod ex tali cōcessione visitantes ecclesias ipsas, & manus adiutrices eis porrigentes eiusmodi indulgentias consequi possint. Item, vtrum credat, quod singuli episcopi suis subditis secundū limitationem sacrorum canonū huiusmodi indulgētijs cōcedere possint. Itē, vtrum credat, & asserat licitum esse sanctorum reliquias & imagines à Christi fidelibus venerari. Item, vtrum credat, quod papa vel alius prælatus, vel ipsorum vicarij possint suum subditū ecclesiasticū, siue secularē propter inobediētiā, siue contumaciā, excommunicare, ita quod talis pro excōmunicato sit habendus. Item, vtrum credat, quod inobediētia siue contumacia excōmunicatorum crescente, prælati

vel eorū vicarij in spiritualibus habeant potestatem aggrauandi, interdictū ponendi, & brachium seculari inuocandi, & quod illis censuris per inferiores sit obediendum. Item, vtrum credat, quod liceat personis ecclesiasticis absque peccato, huius mundi habere possessiones & bona temporalia. Item, vtrum credat, quod laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat etiā si male viuerent personæ ecclesiasticæ bona huiusmodi possidentes. Item, vtrum credat, quod liceat laicis vtriusque sexus viris & mulieribus libere prædicare verbum Dei. Item, vtrum credat, quod singulis sacerdotibus liberè liceat prædicare verbum Dei vbiq; que, quandoque & quoscūque placuerit etiam si non sint missi. Item, vtrum credat, quod omnia peccata mortalia, & specialiter manifesta sint publice corrigenda & extirpanda.

Qui de præmissis hæresibus, vel articulis, vel aliquo præmissorum infamati fuerint, ad arbitrium vestrum expurgare teneantur. Alij verò qui per testes seu propriam cōfessionem, vel alias legitimas probationes cōuicti fuerint de prædictis hæresibus, vel articulis, vel aliquo præmissorum eisdem articulos & errores solenniter & publice reuocare, abiurare, pœnitentiam condignam subire cogatur, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis & c. Datū Constantiæ pontificatus nostri anno primo.

*Finium Acta in concilio Constantiensis sub Martino quinto.*

TITVLI CANONVM SEV DECRETORVM CONSTANTIENSIS CONCILIJ.

- 1 Quod Concilium generale est supra Papam.
- 2 Quod inobedientes Concilio puniantur.
- 3 Quod non procedatur ad electionem Papæ, si contingat sedem vacare, sine expresso consensu Concilij.
- 4 De communicando sub vna specie tantum.
- 5 Quod nullus presbyter sub pœna excommunicationis, cōmunicet populum sub vtraque specie panis & vini.
- 6 Quod non obstantibus saluis conductibus Imperatoris, regum, & c. possit per iudicem competentem de hæretica prauitate inquiri.
- 7 De Concilijs generalibus, & prouisione erga futura schismata.
- 8 Forma de professione Papæ facienda.
- 9 Ne prælati transferantur inuiti.
- 10 De spolijs & procurationibus.
- 11 De fructibus percipiendis.
- 12 De simonia.
- 13 De dispensationibus.
- 14 De decimis, & alijs oneribus ecclesiasticis.
- 15 De vita & honestate clericorum.
- 16 Quomodo soluenda sit sine deneganda decima.

*Decreta Constantiensis Concilij.*

*Ex 2. Sessio 1. & 2. ca non desumpti sunt & in Basiliens concilio approbati.*



Nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. Hac sancta Synodus Constantiensis, generale concilium faciens, pro extirpatione præsentis schismatis, & vnione ac reformatione ecclesiæ Dei

in capite & in membris fienda, ad laudē omnipotentis Dei in Spiritu sancto legitime congregata, ad cōsequendum facilius, securius, liberius & vberius vnionem & reformationē ecclesiæ Dei, ordinat, disponit statuit, decernit & declarat, vt sequitur. Et primò, quod ipsa Synodus in Spiritu sancto congregata legitime, generale concilium faciens, ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationē dicti schismatis, & reformationem generalem ecclesiæ Dei in capite & in membris.

2 Item declarat, quod quicumque cuiuscunque conditionis, status, dignitatis, etiam si papalis, qui mandatis, statutis seu ordinationibus aut præceptis huius sacræ Synodi, & cuiuscunque alterius Concilij generalis legitime congregati, super præmissis, seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire cōtumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ pœnitentię subiiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia iuris subsidia (si opus fuerit) recurrendo.

3 Item pronunciat, decernit, statuit & ordinat, vt si contingat sedem Apostolicam quouis modo vacare, in prima vacatione ad electionem futuri summi pōtificis nullo modo procedatur sine deliberatione & cōsensu hui⁹ sacri generalis cōcilij. Et si cōtrariū fieret, sit ipso facto irritū & inane autoritate dicti sacri concilij. Nullūque electum contra hoc decretum in Papam recipiat, nec illi vt Papæ quomodo-

libet adhæreat vel obediat, sub pœna fautoria dicti schismatis & maledictionis æterna: punianturque hoc casu eligentes & electus, si consentiat, ac illi adhærentes, pœnis per hoc sacrum concilium ordinandis. Suspenditque dicta sancta Synodus pro bono vnionis Ecclesiæ, omnia iura positiua, etiam in conciliis generalibus edita, & ipsorum statuta, ordinationes, constitutiones, & consuetudines, priuilegia quibuscunque concessa, & pœnas contra quoscunque editas, in quantum effectum dicti decreti impedire possent quoquo modo.

Sessio 23.  
fuit hic ca.  
non definit

4 Cum in nonnullis mundi partibus quidam temere asserere præsumant, populum Christianum debere sacramentum eucharistiæ sub vtraque panis & vini specie suscipere: & non solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini, populum laicum passim communicent: etiam post cœnam, vel alias non ieiuni, & communicandum esse pertinaciter asserant: contra laudabilem ecclesiæ cōsuetudinem, rationabiliter approbatam, tanquam sacrilegam damnabiliter reprobare conantur. Hinc est, quod hoc præfens concilium sacrum generale Constantiense, in Spiritu sancto legitime congregatum, aduersus hunc errorem salutis fidelium prouideri satagens, matura plurimum doctorum tam diuini quam humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit & diffinit, quod licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit sub vtraque specie panis & vini hoc venerabile sacramentum: tamen hoc nõ obstante, sacrorum canonum autoritas, laudabilis & approbata consuetudo Ecclesiæ seruauit, & seruat, quod huiusmodi sacramentum non debet confici post cœnam, neque a fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis, à iure vel ecclesia concessio vel admissio. Et sicut hæc consuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta, quod licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentum recipere tur a fidelibus sub vtraque specie, postea a conficiendis sub vtraque, & a laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur: cum firmissimè credendum sit, & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinem tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri. Vnde cum huiusmodi cōsuetudo, ab ecclesia & sanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutissime obseruata sit: habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine ecclesiæ authoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quod hanc consuetudinem aut legem obseruare, sit sacrilegum aut illicitum, censeretur errorem: & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum, tanquam hæretici arcendi sunt, & grauiter puniendi per diœcesanos locorum seu officiales eorum, aut inquisitores hæreticæ prauitatis in regnis seu prouincijs, in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forsitan attentatum aut præsumptum, iuxta canonicas & legitimas sanctiones, in fauorem catholicæ fidei contra hæreticos, & eorum fautores, salubriter adiuuentas.

5 Item ipsa sancta Synodus decernit & declarat super ista materia, reuerèdissimis in Christo Patribus & dominis Patriarchis, primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & eorum in spiritualibus vicariis vbiliber constitutis, processus esse dirigendos, in quibus eis committatur & mandetur autoritate huius sacri

concilij sub pœna excommunicationis, vt effectualiter puniant eos contra hoc decretum excedentes, qui communicando populum sub vtraque specie panis & vini exhortati fuerint, & sic faciendum esse docuerint: & si ad pœnitentiam redierint, ad gremium ecclesiæ suscipiantur, iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia salutari. Qui verò ex illis ad pœnitentiam redire non curauerint animo indurato, per cœsuras ecclesiasticas per eos vt hæretici sunt coercendi, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis.

6 Præfens sancta Synodus ex quouis saluo conductu per Imperatorem, reges & alios seculi principes, hæreticos, vel de hæresi diffamatis, putantes eosdem sic a suis erroribus reuocare, quocunque vinculo se atrinxerint, concessio, nullum fidei catholicæ vel iurisdictioni ecclesiasticæ præiudicium generari, vel impedimentum præstari posse, seu debere declaratur: quo minus, dicto saluo conductu nõ obstante, liceat iudici cōpetenti & ecclesiastico, de huiusmodi personarum erroribus inquirere, & alias cōtra eos debite procedere, eosdemque punire, quantum iustitia suadebit, si suos errores reuocare pertinaciter recusauerint: etiam si de saluo conductu confixi, ad locum venerint iudicij, alias non venturi: nec sic promittentem, cum alias fecerit quod in ipso est, ex hoc in aliquo remansisse obligatum.

7 Frequens generalium Conciliorum celebratio, agri Domini cultura est præcipua, quæ vepres, spinas & tribulos hæresum & errorum & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam domini ad frugem vberimæ fertilitatis adducit. Illorum verò neglectus, præmissa disseminat atque fouet: hæc præteritorum tēporum recordatio, & præsentium cōsideratio, ante oculos nostros ponunt. Eapropter hoc edicto perpetuo sancimus, decernimus & ordinamus, vt amodò concilia generalia celebrentur, ita quod primum a fine huius concilij in quinquennium immediatè sequens: secundum vero a fine illius immediatè sequentis concilij in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuò celebrentur, in locis quæ summus pōtiffex per menssem ante finem cuiuslibet concilij, approbante & consentiente concilio, vel in eius defectu, ipsum conciliū deputare, & assignare teneatur, vt sic per quādam continuationem semper, aut concilium viget, aut per termini pendentiam expectetur, quem terminum liceat summo pontifici de fratrum suorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium consilio, ob emergentes fortè casus abbreviare: sed nullatenus prorogari. Locum autem pro futuro celebrando concilio deputatum, absque euidenti necessitate non mutet. Sed si forte casus aliquis occurreret, quo necessarium videretur, ipsum locum mutari, puta obsidionis, guerrarum, pestis, aut similis: tunc liceat summo pōtiffi de prædictorum fratrum suorum, aut duarum partium ipsorum cōsensu atque subscriptione, alium locum prius deputato loco viciniorè & aptum, sub eadē tamē natione, surgare: nisi idē vel simile impedimētum per totā istā nationē vigeret, tunc ad aliquē alium viciniorè locum alterius nationis aptum, huiusmodi conciliū poterit cōuocari: ad quæ Prælati & alij qui ad conciliū solent cōuocari, accedere teneantur, ac si à principio locus ille fuisset deputatus, quam tamen loci mutationem, vel termini abbreviationem per annum ante præfixum terminum

num teneatur summus Pontifex legitime & solenniter publicare & intimare, vt ad ipsum Concilium celebrandum prædicti possint statuto termino conuenire.

8 Quanto Romanus Pontifex eminentiori inter mortales fungitur potestate, tanto clarioribus ipsum decet fulciri fidei vinculis, & sacramentorum ecclesiasticorum obseruandis ritibus alligari. Eapropter, vt in futurum Romanis pontificibus in suæ creationis primordijs, & singulari splendore luceat plena fides, statuimus & ordinamus, quod deinceps quilibet in Romanum pontificem eligendus, antequam sua electio publicetur, coram suis electoribus publice confessionem & professionem faciat infra scriptas.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. Anno à natiuitate Domini millesimo, & c. ego N. electus in Papam, omnipotenti Deo, cuius ecclesiam suo præsidio regendam suscipio, & B. Petro Apostolorum principi corde & ore profiteor, quamdiu in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere sanctam fidem catholicam, secundum traditionem Apostolorum, generalium conciliorum, & aliorum sanctorum Patrum: maximè autem sanctorum octo conciliorum vniuersalium, videlicet primi Nicæni, secundi Constantinopolitani, tertij Ephesini, quarti Chalcedonensis, quinti & sexti Constantinopolitanorum, septimi item Nicæni, octaui quoque Constantinopolitani, necnon Lateranensis, Lugdunensis, & Viennensis, generalium etiam conciliorum. Et illam fidem vsque ad vnum apicem immutatum seruare, & vsque ad animam & sanguinem confirmare, defendere, & prædicare, ritum quoque pariter sacramentorum ecclesiasticorum Catholicæ ecclesiæ traditam, omnimodo prosequi & obseruare. Hæc autem professionem & confessionem meam per notarium serinarium sanctæ Romanæ ecclesiæ me iubente scriptam, propria manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo pura mente & deuota cōscientia super tali altari, & c. synceriter offero, in præsentia talium, & c. Datum, & c.

9 Cum ex prælatorum translationibus ecclesiæ ipse de quibus transferuntur, plerumque grauibus in spiritualibus & temporalibus subiaceant dispendijs & iacturis, prælati quoque nonnunquam iura & libertates ecclesiarum suarum translationis formidine non adeò solerter vt alias prosequantur, ne ad importunitatem quorundam, quæ sua, & non quæ Iesu Christi querentium, Romanus pontifex forsitan, vt homo facti nescius, in huiusmodi circumueniatur, aut alias leuiter inclinatur, præsentibus statuimus & ordinamus, inuitorum Episcoporum & superiorum translationes absque magna & rationabili causa, quæ vocata parte cognita fuerit, & decisa de consilio sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium, vel maioris partis eorundem, & cum subscriptione, de cætero fieri nõ debere. Inferiores verò, vt Abbates, alijque perpetuò beneficiati, inuiti absque iusta & rationabili causa cognita amoueri seu priuari non debeant: adiciens, quod in mutationibus Abbatum, subscriptio Cardinalium interueniat, sicut in Episcopis est præmissum saluis constitutionibus, consuetudinibus & priuilegijs ecclesiarum, monasteriorum & ordinum quorumcunque.

10 Cum per papam facta reseruatō & executio & perceptio procurationum, ordinarijs aut alijs infe-

rioribus prælatis debitarum ratioe visitationis, necnon & spoliatorum decedentium prælatorum, aliorumque clericorum, grauias ecclesijs, monasterijs & alijs beneficijs ecclesiasticis personis afferat detrimenta, præfenti declaramus edicto, rationi fore consentaneum, & reipub. accommodum, tales per papam reseruationes, ac per collectores & alios auctoritate Apostolica deputatos siue deputados, exactiones seu perceptiones de cætero nullo modo fieri seu attentari: quinimò procuraciones huiusmodi quorumcunque prælatorum, Cardinalium etiam, vel ipsius Papæ familiarium, officialium, & aliorum quorumuis clericorum, in curia Romana vel extra, vbicunque & quancumque decedentium, spolia seu bona eorum mortis tempore reperta, plenè & liberè pertineant illis, per illos recipiantur, quibus alijs, præfatis reseruationibus, mandatis & exactionibus cessantibus, competere & pertinere deberent. Prælati etiam inferioribus & alijs huiusmodi spoliatorum exactiones, præter & contra iuris cōmunis formam fieri interdiximus, constitutione tamen sceleris recordationis Bonifacij Papæ octaui, quæ incipit, præfenti, super hoc edita specialiter, in suo robore duratura.

11 Fructus & prouentus ecclesiarum, monasteriorum, beneficiorum, vacationis tempore obuinentes, iuris & consuetudinis vel priuilegij dispositioni relinquimus, illòsque nobis vel Apostolicæ cameræ prohibemus applicari.

12 Multa contra Simoniacam prauitatem ab olim facta sunt constitutiones, quibus morbus ille nõ potuit competenter extirpari: nos volentes de cætero (vt possumus) attentius prouideri, sacro approbante Concilio declaramus, quod ordinati simoniacè, ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes & quæuis prouisiones Simoniacæ ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personarum, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque deinceps facta, nullæ sint ipso iure nullumque per illas ius cuiquam acquiratur: nec promoti, confirmati, aut prouisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem, tanquam iniquè oblata percipientes, teneantur. Statuètes insuper, quod dantes & recipiètes, ipso facto sententiâ excommunicationis incurrant, etiâ si pontificali aut cardinalatus præfulgeant dignitate.

13 Quoniam beneficia propter officia conceduntur, reputamus absurdum, vt qui beneficia obtinènt, recusent aut negligat officium exercere. Nos igitur sacro approbante concilio, omnes dispensationes à quibuscunque pro Romanis pontificibus se gerentibus cōcessas quibuscunque, electis, cōfirmatis, seu prouisis ad ecclesias, monasteria, prioratus conuenticuales, decanatus, archidiaconatus, & alia quæcunque, beneficia, quibus certus ordo debitus est vel annexus, nemunus consecrationis, Episcopi, siue benedictione Abbatis, aut cæteros debitos aut annexos ordines suscipiat, præter illas quæ secundum formam cōstitutionis Bonifacij octaui, quæ incipit. Cū ex eo facte sunt reuocamus: statuentes, vt qui de præfenti illos vel illa obtinent, infra sex menses à die publicationis huiusmodi cōstitutionis nostræ, & qui in posterum obtinebunt, infra terminum iuris se faciant consecrari, aut benedici, seu ad alium debitum ordinem promoueri. Alioquin sint ipsis monasterijs, ecclesijs, dignitatibus, personatibus, officijs & beneficijs

Sessio 43.  
Præfens  
Martino  
quinto  
21. Martij.

pro ipso iure priuati, & aliis liberè conferantur, aut prouideatur de illis: cæteris constitutionibus circa hoc editis, in suo robore duraturis.

14 Præcipimus & mandamus, iura quæ prohibent inferioribus à papa decimas, & alia onera ecclesiis & personis ecclesiasticis imponi, districtius obseruari. Per nos autem nullatenus imponantur generaliter super totum clerum, nisi ex magna & ardua causa & utilitate vniuersalem ecclesiam concernente, & de consilio & consensu & subscriptione fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium, & prælatorum, quorum consilium commodè haberi poterit. Nec specialiter in aliquo regno vel prouincia, inconsultis prælatis ipsius regni vel prouinciæ, & ipsis non consentientibus, vel eorum maiori parte, & eo casu personas ecclesiasticas & auctoritate Apostolica duntaxat leuentur.

15 Inter cæteros prælatorum & clericorum excessus hoc maximè inoleuit, quod sprete investibus forma ecclesiastica honestatis, plurimi delectantur esse deformes, & cupiunt laicis conformari: quòdque mēte gerunt, habitu confitentur. Vnde præter cætera quæ circa vestes, tonsuram & habitus clericorum, tam in formis quàm in coloribus, atque comam seu capillos, vitam quæ & honestatem clericorum iura statuunt, & quæ nimium colla p̄sa sunt tam in secularibus quàm in regularibus: sacro approbante concilio innouamus, & præcipimus diligentius obseruari, illum specialiter ab usum (eodem approbante concilio) decernimus penitus abolendum, quod in

quibusdam partibus nonnulli clerici & personæ ecclesiasticæ, seculares & regulares, etiam quod magis execramur, prælati ecclesiarum, manicas ad cubitum pendentes, & longas cum magna sumptuosa superfluitate vestes, etiam fistas retrò, & in lateribus cum fodraturis vltra oram excedentibus etiam in fustis deferunt, & cum talibus in ecclesiis cum superpelliciis ac aliis vestibus ad cultum & officium ecclesiasticum ordinatis, etiam intra ecclesias ipsas, in quibus beneficiati existunt, non verentur diuinis officii interesse. Hanc vestium deformitatem in quibuscunque personis ecclesiasticis reprobamus, ac usum talium in hibemus: contrarium autem facientes, vt transgressores canonum puniantur: specialiter statuentes, vt quicumque beneficiatus aut officium in ecclesia gerens, in habitu huiusmodi diuinis officii præsumperit interesse, pro qualibet vice à participatione prouentuum ecclesiasticorum per mensem nouerit se suspensum: fructusque illi fabricæ illius ecclesiæ applicentur.

16 Cum paterna pietas filiis hominum prouidere debeat, licet in casu necessitatis vrgentis valeat vicissitudo laudabilis, declarat S. Synodus non licere Romano p̄ticipi indictiones siue exactiones quascunque super ecclesiam vel ecclesiasticas personas imponere per modum decimæ, vel alio quouis modo. Si verò cum necessitas acciderit Papæ, qua esset eidem debitè subueniendum, vocato generali concilio, secundum quod expediens videbitur & vtile, secundum decretum Concilij prouideatur eidem.

constans  
con's sess.  
4 & 5

episcopi græci & imperator eorum qui Basileæ expectabantur, scribuntur varii libelli pro vtraque parte: Interim concilium Basileæ perseuerat: eo tamen res deuenere, vt deposito Eugenio eligeretur Amadeus Sabaudia dux, qui à multis annis vitā heremicam, cum aliquot viris nobilibus sanctissime agebat in montibus Ripaliæ. Anno igitur 1439 ad summum pontificatus apicem Basileæ euectus & consecratus & vocatur Fœlix. 5. Postea vero concilium Basiliense Losanæ finitum est, Ferrariense vero, vbi aderat Eugenius, Florentiæ. Tandem Fœlix propter ecclesiæ tranquillitatem mortuo Eugenio, & electo Nicolao quinto, iuri suo prætenso celsit, & Nicolaus facta Concilij Basiliensis, & Fœlicis in sua obedientia literis Apostolicis rata esse voluit.

Basilea ciuitas antiqua in Rauracorum prouincia in ripa occidentali, seu gallica ipsius Rheni, in cuius ora orientali seu Germaniæ parua Basilea sita est, ponte super Rhenum inter medio sita.

sessio prima.

In qua deliberatur, de Concilij dispositione, & præscribitur modus celebrandi synodum, qui obseruatus est in concilio Constantiensi, quem habes initio conciliorum.

sessio secunda.

Hæc sancta synodus legitimè congregata auctoritate Apostolica legitimè interueniente sacris Constantien. & Senien. conciliis generalibus decernentibus atque ordinantibus fuit & est in hoc loco Basiliensi debitè legitimè ac ritè inchoata, & congregata ideo in præsentis sessione ordinat.

Primo declarat quod ipsa synodus in spiritu sancto legitimè congregata generale concilium faciès & ecclesiam militantem repræsentans potestatem immediate à Christo habet & c.

sessio tertia.

Primo repetuntur eadem decreta, quæ in sessione secunda.

Secundò decernitur dissolutionem huius concilij nullatenus fieri posse per Eugenium Papam, quoniam est contra decreta Constantiensis concilij, & tendit in graue periculum fidei, status ecclesiastici turbationem, & detrimentum, atque scandalum totius populi Christiani. Agnouerant prælati in concilio tunc congregati, quod Eugenius papa cum collegio cardinalium dissoluerit illud conciliū.

Quarta sessio.

Hac sessione mittitur ad Bohemos fides publica (vulgo saluum conductum vocant) & literæ ad eosdem diriguntur. Postea declaratur neminem esse astrictum iuriurando seruando quo astrinxit se non venturum ad concilium: statuitur præterea quod durante concilio papa nec eligat nec nomet cardinales, absens à concilio, propter multas causas iustas, & quia cardinalium multiplicatio est onerosa & dispendiosa ecclesiæ.

Quinta sessio in vigilia S. Laurentij.

In qua designantur officarij concilij videlicet ad causas fidei cognoscendas, & iudicandas, tres numero. Quod si tertius horis staturis non interfuerit iudicent duo, vt negotia breui expediantur, eliguntur etiam procurator fidei, examinatores causarum omnium præcognitores causarum proponendarum synodo, & reliqui officarij verbi gratia notarij & si miles, & quod vltra tres menses iudicum potest as non duret deputatorum & præcognitorum.

Sexta sessio. 6. Septembris.

Nihil habet notatu dignum.

Septima sessio. 6. Nouembris

Hac sessione numerus 10. dierum præscriptus Cardinalibus vt ingrediantur conclaue, prorogatur in 60. Dies.

Octaua & Nona sessio.

Nihil notatu dignum.

sessio decima.

Non dissoluendum concilium nisi de consensu duarum partium tertiarum & locus ad quem transferendum sit per mensem ante dissolutionem designetur, declaratur etiam decretum Constantiense in decennium à celebratione vnius concilij œumenici, alterum celebretur absoluto decennio, nisi necessitas vrgens cogat, tunc enim celebrari poterit. Quod si finito tempore præscripto inchoationi concilij aliqui episcopi non venerint, qui expectantur, præsentibus incipiant aliqua leuiora tractare, donec maior pars affuerit, tunc grauiora tractentur.

sessio undecima.

Recitatur decretum concilij Constantiensis, quod incipit frequens, sessio. 39. vbi statuitur summum pontificem in conciliis generalibus debere interesse. Idem de reliquis intelligitur, qui tenentur adesse concilio nisi detineantur legitimo impedimento: tunc enim per procuratorem supplebunt idoneum, quod si renuerint ab officio suspendantur, & tandem post duos menses conuentu 2. statuitur concilium non esse dissoluendum nisi ex consensu duarum partium in plena congregatione deliberetur. 3. statuitur vt vno mense ante dissolutionem concilij, eligat locus ad concilium œumenicum futurum saltem in delinuum celebrandi, quod si aliqui propter ardua negotia differant aduentum ad tempus & certò expectetur, qui adfuerint, deliberent de leuioribus, ad res arduas determinandas, expectent reliquos venturos.

sessio duodecima.

Eligantur episcopi, & quicumque alij prælati ac confirmentur iuxta statuta iuris communis, nempe vt singulæ ecclesiæ episcopus, singula collegia, singuli conuentus, prælatos sibi eligant, qui rursus ab illis confirmantur, ad quos de iure confirmatio spectat, nempe episcopi à Metropolitanis, Metropolitanis à papa, & inferiores prælati ab episcopis.

sessio. 13 & 14

Tota teritur in mouendo & citando Eugenio papa 4.

sessio decima quinta.

Sessione 15. Statuitur diligens Conciliorum tã prouincialium quam diœcesanorum celebratio vt videri potest canone octauo.

sessio decima sexta.

Eugenius papa anihilat dissolutionem, ab eo factam concilij Basiliensis quia graues dissensiones ex prædicta dissolutione ortæ sunt, & grauiores oriri possent, decernit, & declarat prædictum concilium à principio inchoationis suæ fuisse, & esse legitimè congregatum, & reuocat bullas tres, quas ad dissoluendum illud concilium ante dederat.

sessio decima septima super admissione præsentium in concilio nomine Eugeny papa.

Sessio 17 magna cum solennitate celebrata est, cui interfuit Sigismundus imperator solitis imperij insignibus, nominantur in ea sessione futuri præsides

## CONCILIUM BASILIENSE


SUB EVGENIO QUARTO, CUIVS PRIMA

sessio decimonono Calendas Ianuarij anni 1431, habita est: vltima vero fuit quadragesima quinta

sexto nonas Iulij. 1439.

GENVLLVM CONCILIUM IN ECCLESIA DEI MAIORI CELEBRATVM CVM molestia, nec prolixius. Durauit enim. 17 annos ferè. Omnes, qui auctoritatem summi pontificis Concilij œumenici anteposunt, detrahunt huic Concilio & Constantiensi pariter: Horum enim vtrunque supremam in definiendo, statuendoque potestatem Concilio generali tribuit: hac de causa ab assertoribus partis oppositæ his duabus synodis dignitas demergatur. Res est ardua & difficilissima, quæ multorum exercet ingenia, nec est vnius hominis, sed ecclesiæ, iudicare. Decreta quæ faciunt ad ecclesiæ reformationem, ob studioforum commoditatem, separauimus à sessionibus, ad vitandam prolixitatem contraximus sessiones 27, à vigesima octaua ad quadragesimam quartam & vltimam, 17 sessiones integras demptis aliquot decretis, suo collocatis ordine: ne idem repeteretur. Idque fecimus propter contentionem inter doctos de huius synodi auctoritate, de ipsius Eugeny depositione, & Felicis. 5. prius Amadei Sabaudia ducis, promotione. Nolui fraudare curiosum lectorem cognitione rerum gestarum his sessionibus.

### Causa & progressus Concilij Basiliensis.



Martinus quintus, Iulianum Cæsarinum Cardinalem diaconum, sancti Angeli, legatum designasset vt Basileæ concilium œumenicum ad hæresim Huzitarum extirpandam, & ecclesiæ reformationem, celebraret. Decedenti non multo post Martino, succedit Eugenius quartus, qui eidem cardinali, quæ præcessor contulerat potestatem, confirmat. Ad hanc Basiliensem synodum feliciter cœptam, Sigismundus Imperator accessit, & sua, quo ad vixit auctoritate synodum pro-

textit. Tentauerat enim Eugenius aliud conciliū transferre. Patres, vice versa, Basileam esse locum à Martino tanquam maximè idoneum, electum contendunt. Quare Imperator, & regum legati Eugenium rogant obnixè, vt ipse cum cardinalibus Basileam se conferat, aliter in eum, concilium acturum: quo effectum est, vt iterum Martinus, suis literis concilium approbarit & confirmarit. Defuncto Sigismundo, Eugenius mox Basiliense concilium abrogat, & præscribit Patribus Ferrariam, vbi celebraretur concilium, quo adducti sunt, Patriarcha Constantinopolitanus, episcopi



des, nomine Eugenij papæ seruatō tamen procedendi modo, in concilio obseruari solito. Primò quod obseruetur, deputationes solitæ. Secundò, vt non nisi die Veneris, faciendam generalem congregationem, & nulla alia nisi in hebdomada, nisi aliter visum fuerit tribus deputationibus & non aliter.

Quod si tribus deputationibus visum fuerit indicetur præsidibus, aut eorum alicui quod significetur publica congregatio, quod si præsidēs recusauerint annunciare per schedulas, aliquis ex promotoribus id efficiat, aut quispiam ex deputatis ex præscripto trium deputationum, tunc omnes teneantur adesse generali congregationi. Item quod lectis in congregatione generali, his quæ conclusa sunt per deputationes præsidens primus vel qui præsens, etiam si alij sint absentes, concludat iuxta ordinationem concilij. Quod si præsidens discedat aut nolit præsens concludere antiquior prælatus ordine primus illo die faciat præsidētis officium,

Omnia acta concilij, vt hæcenus obseruatum est nomine concilij expediantur.

*Sessio decima octaua.*

Reperiuntur decreta concilij Constantiensis de autoritate, & potestate conciliorum generalium absentibus legatis papæ, vt supra in hoc Basilien. concilio Sessio 2. & 3. Quod concilium generale potestatem immediatam à Christo habet, cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis etiam si papalis existat, obedire tenetur, vt supra.

*Sessio decimanona.*

In hac sessione promulgatur decretum, quomodo prædicanda sit fides Iudæis, & cæteris infidelibus cum Christianis commorantibus, & quomodo tractandi sunt illi, quandiu durat in infidelitate sua & de his qui volunt ad fidem conuerti vt bona sua quæcunque habent mobilia & immobilia eis intacta illa saque permaneant, & c. vt patet ex 7. & 8. cano. Confirmatur hac eadem. 19. sessione constitutiones Henrici secundi imperatoris & Karoli quibus plurimum fauetur ecclesiæ immunitati.

*Sessio vigesima.*

Constitutio de concubinariis.

Si quis fuerit publicus concubinaris & c. vt habetur nono cano.

*Sessio vigesima prima. De annatis.*

Constitutio de annatis non exigendis tam in curia Romana, quam alibi, pro confirmatione electionum, vel admissione postulationum, aut aliqua collatione. Altera constitutio quomodo diuinum officium in ecclesia celebrandum sit, quo tempore quisque debet esse in choro. Turpem etiam illum abusum in quibusdam frequentatum ecclesiis, quo certis anni celebrantibus nonnulli cum mitra, baculo, ac vestibus pontificalibus more episcoporum benedicunt & c. vide 23. canonem. 22. 21.

*Sessio vigesima secunda, de erroribus Archiepiscopi Nazarenæ.*

Quemdam libellum editum ab Augustino de Roma, archiepiscopo Nazareno, cuius primus tractatus de sacramento diuinitatis Iesu Christi, & ecclesiæ inscribitur. Secundus de Christo capite & eius in clyto principatu. Alio de charitate Christi circa electos, & de eius infinito amore, tanquam non sanam & erroneam in fide doctrinam continentem cum suis defensoriis hæc sancta synodus damnat, & reprobat, & potissimum scandalosam assertionem

erroneam in fide, ipso libello contentam, scilicet Christus quotidie peccat, & ex quo fuit Christus quotidie peccauit, quauis pro capite ecclesiæ Iesu Christo dicat se non intelligere, sed ad membra sua, quæ cum Christo capite vnum Christum esse asseruit intelligentiam eius esse referendam dicat. Necnon & propositiones istas, & eis in sententia similes, quas in articulos dānatos in concilio Constan. incidere declarat, scilicet non omnes fideles iustificati sunt membra Christi, sed soli prædestinati. Humana natura in Christo, verè est Christus, & eadem est persona Christi. Humana natura in Christo est persona verbi. Humana natura assumpta à verbo ex vnione personali est veraciter deus naturalis & proprius, & c. Christus secundum voluntatem creatam, tantum diligit humanam naturam vnitam personæ verbi, quantum diligit naturam diuinam, sicut duæ personæ in diuinis sunt æqualiter diligibiles, ita duæ naturæ in Christo humana, & diuina sunt æqualiter diligibiles propter personam communem. Anima Christi videt Deum tam clarè & intensè quā seipsum Deo.

Ratio suppositalis determinans humanam naturam in Christo non realiter distinguitur ab ipsa natura determinata. Quas propositiones & alias ex eadem radice procedentes, tanquam erroneas in fide damnat, & reprobat hæc sancta synodus, anno 1435.

*Sessio vigesima tertia.*

Qualis debet esse electio pontificis. Secundò de modo & qualitate cardinalium, vt numerum 24. nō excedant, & de omnibus regionibus Christianis assumantur viri in sciētia & moribus ac rerum experientia excellentes non minores 30. annis, magistris seu licētiati in iure diuino vel humano. Sit saltē tertia vel quarta pars de magistris in sacra scriptura, non nepotes ex fratre vel sorore Romani pontificis aut alicuius cardinalis viuentis non illegitimè nati, non corpore vitiat, nec alicuius criminis, aut infamiae nota resperfi.

*Sessio vigesima sexta & vigesima septima.*

Tractatur de admonitione & citatione contra Eugenium papam & cardinales eius.

*Sessio vigesima octaua.*

Sacro sancta generalis synodus Basilien. in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam repræsentans: ad perpetuam rei memoriam. Tantam reuerentiam sacris canonibus generalium conciliorum sancti patres consueuerunt adhibendam vt violatores eorū voluntarios grauissime vindicarent: & vnum quemque in sui ipsius destructionem agere arbitra retur ea destruere conantem. quæ vniuersali consensu fuerunt instituta, grauis quoque exinde iactura toti ecclesiastico immineret ordinis: si decreta synodalia conciliorum generalium: quibus neruus regulæ ecclesiasticæ ac disciplinæ salutaris innititur per cuiuspiam voluntatem & maxime sedente adhuc ipsa vniuersali synodo obrumpi sicerentur. Dudum autem hæc sancta Synodus super cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ assumendis inter cætera duo salubria edidit decreta, quorum tenores ad lucidiorem vniuersorum informationem de verbo ad verbum hic inserere & in nouare decretum. Tenor primi decreti cum multiplicatio cardinalium. Tenor secundi decreti cū summo pontifice. Aduersus autem præmissorum decretorum mentem & tenorem nuper non sine graui dolore compertimus venerabilem Iohannem patriarcham Alexan-

drinum in sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem licet de facto & nulliter per dominum Eugenium papam fuisse assumptum: cum nec summus pontifex absens à loco huius sacri concilij ipsū in cardinalem creare debuerat contra primū decretū in sua adhesionē solenniter approbatū: neque proportionē singulis nationibus conuenientē & qualitates in secundo decreto descriptas omittere sicut in promotione dicti patriarchæ factam esse comperitur. Et cum frustra hæc sancta synodus iura conderet nisi sua auctoritate quā ex Christi dono immediate suscepit eadem tueretur vtque Gelasius papa profiteretur: & nullum iam veraciter Christianum ignorare credit vniuersi iusque synodi constitutum: quod vniuersalis ecclesiæ probauit assensus nullam magis exequi sedem ac præ cæteris oportere quā primam, necessitasque urgeat: illis transgressoribus iurium occurrere: ex quibus complures illaqueationes animarum: & graua in futurum schismata prouenire valent. Nam & qui talem cardinalem reputant iuxta supradicti decreti tenorem vinculo excommunicationis eo ipso innodantur. Et in futuris electionibus: Romano pontificum varia schismata poterunt exoriri: si præsentis cardinales quorum irrita & inanis promotio decreta extiterit huiusmodi electionibus se voluerint immiscere. Ad obuiandum itaque tantis discriminibus admonet & exhortatur hæc sancta synodus præfatum dominum Eugenium sub obtestatione diuini iudicij: & per viscera misericordiæ domini nostri Iesu christi: & eidem ex parte dei omnipotentis præcipit atque mandat vt pro futurorum schismatum & scādalorum euitationem prædictam & alias quascunque vocationes per eū factas ad cardinalatus honorem contra prædictorum decretorum formam & tenorem sicut de facto processerunt reuocet, casset publice & annullat nullasque fuisse & esse decernat: prout hæc sancta synodus hoc synodali decreto sicut de facto processerunt eas cassat irritat & annullat: nullasque cassas & irritas decernit atque declarat: vltimūque à talibus vocationibus abtineat: alias prouidebit hæc sancta synodus prout spiritu sancto dictante vtilitati ecclesiæ videbitur expedire. Declarat insuper hæc sancta synodus vniuersos qui præfatum Iohannem patriarcham aut alios taliter de facto promotos pro cardinalibus gesserint & reputauerint pœnas in præfatis decretis annotatas eo ipso incurrere. Datum Basileæ in sessione publica in maiori ecclesia solenniter celebrata. 6. Kalendas Octobris. Anno à natiuitate domini. M. cccc. 37.

\* Decretum de cassatione litterarum false bullatarū.

Sacro sancta generalis synodus Basilien. in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam repræsentans ad perpetuam rei memoriam. Cū dudum ex ordinatione nostra concorditer conclusa literæ sub bulla huius sacri concilij super nominatione locorum Basileæ Auinionis & Sabaudie pro celebrando œcumenico concilio in aduentu Græcorum fuerint expeditæ. Vt deinde ad noticiam nostrā perueniret quædam alias litteras nominationem Florentiæ & Vtini continentes clandestinè: & contra ordinationem huius sacri concilij fuisse bullatas. Cupiens hæc sancta synodus vnumquemque de his rebus veraciter informati ne quempiam falsa pro veris recipiendo decipi contingat decernit & decla-

rat omnes litteras continentes nominationem quoruncunque aliorum locorum pro antedicto concilio celebrando præter iam dicta loca Basileæ Auinion. & Sabaudia: quibus bulla sacri concilij inueniretur appensa fuisse falso bullatas: & contra huius sanctæ synodi ordinationem. Nec literis talibus vllam fidem esse adhibendam: aut ipsi seu earum transumptis quacunque auctoritate: etiam si papali transumptæ fuerint esse vtendum, huiusmodi litteras sic falso bullatas cassat irritat & damnat: ac cassas & irritas esse decernit. Inhibens omnibus & singulis quauis dignitate præfulgeant: etiam si legatione papali de latere, dispositione, mandato vel quauis alia seu alio fungerentur officio sub pœnis excommunicationis quam ipso facto incurrant: ac inhabilitationis actiue & passiuæ: ad quascunque pontificales aut alias dignitates ecclesiasticas vel seculares: & ad beneficia obtenta & obtinenda: ne præfatis literis falso bullatis aut earū transumptis vtantur aut vtentibus auxilium consilium vel fauorem in his præstare præsumant. Datum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basilien. solenniter celebrata. 6. Kalendas Octobris. Anno à natiuitate domini. M. cccc. xxxvij.

\* Sessio vigesima nona & est accusatio contumaciæ sanctissimi domini Eugenij papæ quarti facta per promotores concilij.

Die martis prima mensis Octobris Anno à natiuitate domini. M. cccc. 37. in ecclesia maiori Basilien. in qua sessione præsentis sacri sanctæ synodi generalis Basilien. celebrari solent vigesima octaua ipsius sanctæ synodi Sessio hoc modo extitit celebrata: videlicet missa solenni de sancto spiritu per reuerendum patrem dominum Georgium episcopum Vicen. nationis inclytæ Hispanicæ celebrata. Et deum suffragiis antiphona Exaudi & c. letaniis euāgelio secundum Mattheum. Acceperunt discipuli ad Iesum dicētes. Quis putas est maior in regno cælorum: ac hymno Veni creator spiritus: cum versiculo & collecta & oratione, Deus qui corda reuerentatis: præsidente in eadem sessione præfata reuerendo patre domino Episcopo Vicen. ante maius altare vbi dicta missa celebrata extitit in pontificalibus cum mitra aurifabrata & pluuiali in cathedra & sede eminentiori pluribusque aliis dominis prælatis cum mitris planis pluuialibus vt in talibus in eadem synodo fieri solitum est superioribus & eminentioribus sedibus suis locis tam à dextris quam à sinistris considentibus in multitudine copiosa compluribusque dominis ecclesiasticis diuini & humani iuris magistris, doctoribus & sciētificis viris principum spiritualium & temporalium ac almarum vniuersitatum studiorum generalium nunciis & ambasiatoribus: ac aliis de diuersis mundi partibus ibidem astantibus in magno numero & multitudine copiosa eandem sanctam synodum vniuersalem ecclesiam repræsentantem celebrantibus constituti in iure coram eadem synodo pro tribunali sedente venerabiles viri domini promotores procurator fiscalis eiusdem sanctæ synodi per organum dicti promotoris fiscalis sua verba eidem synodo in personam dicti domini episcopi Vicen. præsentis presidentis dirigentes audientiam publicam ibidem tunc sibi dari & concedi ad hanc horam humiliter & instantè petierunt supplicarunt & postularunt: cui supplicatio-

ni eadem sancta synodus per organum ipsius domini presidentis annuit. Tunc idem domini promotores & procurator fiscalis decretum originale monitorij siue citatorij ab eadem sancta Synodo emanatum contra sanctissimum dominum nostrum papam Eugenium quartum eius synodi vera bulla plumbea impendenti bullatum de quo in scedula infra scripta fit mentio: nec non instrumentum publicum executione eiusdem per affixionem in valuis predictę ecclesię Basilien. die data ipsius decreti facti vna cum scedula accusationis contumacię ipsius domini nostri papę quam accusarunt atque petierunt: vt in eadem per ipsum procuratorem alta & intelligibili voce lecta continetur cuius scedula tenor sequitur in hæc verba. Reuerendissimi hanc sacrosanctam generalem synodum Basiliensem vniuersalem ecclesiam representantem constituentes & celebrantes cum iam dudum videlicet pridie Kalendas Augusti Anni presentis Millefimi quadringentesimi trigesimi septimi: hæc sancta synodus considerans mala deformitates & scandala ac pericula que in ecclesia dei hæcenus viguerunt prout adhuc vigent quibus corrigendis pro salute totius Christianę plębis ex officio suo totis viribus incumbere tenetur: etiam ex potestate quam super cunctos fideles cuiuscunq; auctoritatis: etiam si papalis existant à Christo accipit contra sanctissimum dominum Eugenium papam quartum quoddam citatorij per edictum quatenus per se vel alium ad hoc legitime deputatum coram eadem sancta synodo: de & super contentis in dicti citatorij decreto & aliis proponendis infra sexaginta dierum spacium pro sui defensione aut excusatione alleganda vel proponenda compareret terminum peremptorium eidem statuendo vt in eolatus continetur decreuerit: quod quidem citatorij in presenti ciuitate ac in valuis maiorihuius ecclesię Basilien. iuxta illius formam & tenorem per edictum executum fuerit & debitę executioni demandatum. Nos Bartholomeus de fraxinio & Iohannes Sliczrod promotores. Et ego Iohannes Spasferij procurator fiscalis ac officarij huius sacrosanctę synodi bullam citatorij dictę sanctę synodi vera bulla plumbea bullatam vna cum instrumento executionis eiusdem citatorij vt premititur factę aliter factę & in scriptis offerimus representamus & producimus ac præfati sanctissimi domini Eugenij per se aut alium cum sufficienti mandato infra dictos sexaginta dies in ipso citatorio sibi præfixos per se aut alium non comparentis neque comparere curantis. Licet sapissime hæc sancta synodus quę plures celebrauerit congregationes in quibus aut ipsarum aliqua ipse dominus Eugenius comparere infra dictum terminum potuisset contumaciam accusamus: ipsumque contumacem reputari: ac in contumacia & defectu poni & declarari per hanc sanctam synodum petimus cum instantia atque postulamus necnon eundem dominum Eugenium alta voce ad valuis huius maioris ecclesię Basilien. per duos reuerendos in Christo patres dominos episcopos vna cum notariis huius sacri concilij iuxta mores antiquos vocari: & relatione vocationis fieri instanter requirimus de quibus omnibus per nos promotores: & procuratorem fiscalem antedictos: dictis propositis & requisitis nomine quo supra à vobis reuerendis patribus domipis protonotariis ac etiam notariis huius sacri concilij & scribis petimus ad futu-

ram rei memoriam vnum vel plura publicum vel publica confici instrumenta. Ad quorum petitionem & mandatum ipsius sanctę synodi lectę prius predicto executionis instrumento & dicto citatorij & monitorij decreto: cum in eodem loco dum editum fuit & emanatum alias lectum fuisset. Habito proleto reuerendi in Christo patres & domini domini Matheus Albiganē. & Anno Gratianopolitanus episcopus de mandato eiusdem sanctę synodi per organum dicti domini presidentis eis facto primo dictum dominum nostrum papam super gradus ante dictum maius altare alta & intelligibili voce per organum ipsius domini Episcopi Albiganen. vocarunt & proclamarunt clamorosa insinuatione sub his verbis. Ex parte sacre synodi publicę & solenniter requiritur sanctissimus dominus Eugenius papa quartus quatenus si vigore citationis contra eum nouissime per eandem sanctam synodum decreta duxerit se conspectui huius sanctę Synodi presentandum ad se defendendum & excusandum super his de quibus huic sanctę synodo delatus est. Compareat coram hac sancta synodo ad hunc actum pro tribunali sedente quę eidem pollicetur gratā & debitam audientiam. Similiter ex parte eiusdem sanctę synodi omnibus intimatur quatenus si quis sit qui mandatum habeat sufficiens ad comparandum pro eodem domino Eugenio compareat coram eadem sedente vt supra: hæc autem sancta synodus pollicetur cuilibet exigente iusticia audientiam gratam &c. Qui dominus noster papa sic vocatus & proclamatus: nec aliquis pro eo comparuit nec respondit. Vnde ipsi duo domini episcopi ante valuis seu portas ipsius ecclesię accesserunt & iterum & cum pausata intermedia instantia trina vice alta & intelligibili voce & clamorosa insinuatione præfatum dominum nostrum papam vocarunt & proclamarunt per organum cuius supra sub eisdem verbis superscriptis. Prout etiam prouidi viri Arnoldus amicus Iohannes Kempner & Gotfridus Dorsten ipsius sanctę synodi Cursores vocibus eleuatis reiteratis vicibus vocarunt & proclamarunt. Qui dominus noster papa Eugenius nec aliquis pro eodem ibidem comparuit: neque quibus sic facitis ipsi duo domini episcopi ante conspectum ipsius sanctę synodi in medium reuersi: se prædictum dominum nostrum papam vt superscriptum est vocasse & proclamasse: & per dictos cursores proclamatum & vocatum fuisse quodq; nec ipse nec aliquis pro eo comparuerat neque responderat eidem sanctę synodo rettulerunt. Præterea præfati promotores: & procurator fiscalis per organum ipsius procuratoris contumaciam præ nominati domini nostri papę iterato accusarunt ipsumque super omnibus & singulis in dicto citatorij decreto contentis contumacem reputari: & ad vltiora procedi: & alias decerni: & fieri vt in quadam alia scedula per ipsum procuratorem: etiam alta & intelligibili voce ibidem lecta continetur cuius tenor talis est. Nos promotores & procurator fiscalis antedicti quo supra nomine istam vocationem & relationem vt præmittitur factas inter acta huius causę: & sacri concilij petimus registrarari dictamque citatorij bullam & instrumentum executionis prout superius producta sunt: iterato repetimus & re producimus & apud acta sacri concilij: & causę huiusmodi inferi & registrarari petimus. Et quia præfatus dominus Eugenius de & super contentis in dicto citatorio

tatorio legitime citatus sufficienterque expectatus: nec per se nec per alium infra dictos sexaginta dies curauit atque curat comparere ipsiusque contumaciam accusamus. Ipsumque super omnibus & singulis in dicti citatorij decreto contentis prout iusticia suadet: & iuris ordo postulat atque rationis contumacem reputari: in causaque huiusmodi in eius contumaciam eius absentia diuina repleta presentia & ipsi sanctę synodo videbitur expedire & vniuersali ecclesię sanctę dei necessarium fuerit & vtile ad vltiora procedi: ac processum per audientiam contradictarum aut alias prout videbitur decerni per ipsam sanctam synodum instantissime postulamus. Requirentes dominos protonotarios & notarios huius sanctę synodi vt omnia in causā huiusmodi acta & producta ac ordinata apud acta sacri concilij & causę huiusmodi registretis necnon quo supra nomine à vobis dominis protonotariis & notariis petimus ad futuram rei memoriam vnum vel plura publicum vel publica confici instrumenta. Huiusmodique scedula sic lecta: & per eandem synodum audita: ipsa sancta synodus per organum prædicti domini presidentis præcepit & iniunxit præfato domino episcopo Albiganen. vt Ambonem in quo decreta ipsius sanctę Synodi per eandem sanctam Synodum pronounciari & legi solent, dum eduntur ascenderet & declarationem præfati domini nostri papę alta & intelligibili voce nomine ipsius sacrosanctę Synodi legeret & pronounciaret prout infra. Qui quidem dominus episcopus Albiganen mandatis ipsius synodi obediens dictum Ambonem ascendit: dictamque ipsius domini nostri papę contumacia & processus ad vltiora declarationem in scriptis alta & intelligibili voce nomine ipsius sacrosanctę synodi legit & pronounciavit prout in eadem scedula per eum lecta continetur. Cuius tenor sequitur sub his verbis. Hæc sancta synodus Basilien. in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans: & ad huiusmodi actum legitime congregata: & pro tribunali sedens audita petitione promotorum & procuratoris fiscalis eiusdem sanctę synodi & ex eorum relatione & productione instrumentorum visa eiusdem domini Eugenij papę contumacia in non parendo citatorio eiusdem sacri concilij recepta etiam super hoc ad maiorem cautelam per deputatos eiusdem synodi informatione tam de prædictis quam de noticia eiusdem citatorij in Romana curia decernit declarat & reputat dictum dominum Eugenium legitime citatum sufficienterque expectatum fuisse & esse contumacem ac eius absentia: non obstante diuina eadem repleta presentia contra eundem dominum Eugenium papam ad vltiora fore procedendum prout sacro concilio videbitur consideratis necessitatibus & vtilitatibus vniuersalis ecclesię. Qua siquidem contumacię declaratione & processus: decreto sic lecto: præfatus dominus Episcopus Albiganen. petiit eidem sacrosanctę synodo: an huiusmodi declarationis: & decreti pronounciatio per eum de mandato sacre synodi vt præfertur facta & lecta ipsi sanctę synodo placebat: quę sacrosancta synodus alta voce respondit per verbum placet. De quibus omnibus & singulis præmissis præfati domini promotores nomine promotoria eiusdem petierunt à reuerendis patribus dominis sanctę sedis apostolicę protonotariis & nobis notariis & scribis dictę sanctę synodi ad

perpetuam rei memoriam fici atque tradi vnum & plura publicum & publica instrumentum & instrumenta: celebrata siquidem solenniter extitit prædicta sessio & acta fuerunt omnia supradicta vbi & prout superscripta sunt. Et interfuerunt ibidem presentes venerabiles & circumpecti viri domini & magistri Egidius caminetti in medicina Parisien. & Iohannes de segobia in theologia Magistri Salamantinen. almarum vniuersitatum studiorum generalium in dicta sancta synodo ambasiatores Guilhelmus Kircher dictus de Constantia: & Iohannes de comitibus archipresbyter Papien. decretorum Stephanus de nouaria legum doctores & Robertus Anclon licentiatas in decretis Canonicus Cameracen. cum pluribus aliis requisitis & rogatis.

*Sessio de renouatione presentis bullę papę super translatione concilij facta.*

Sacrosancta generalis synodus Basilien. in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans: Ad perpetuam rei memoriam. Cõpatiens hæc sancta synodus miserabilibus ecclesię ruinis & languoribus capitis atque membrorum extimatis condolens visceribus post editionem saluberrimorum decretorum in obseruationem legis domini & antiquorum canonum post benignas & charitativas admonitiones summo pontifici per oratores plurimos directas post annorum plurimam expectationem cum multa patientia deductam cum & decreta contemni & admonitiones paruipendi: & inde scandala diuisiones & schismata crescere videret vitiaq; & peccata maioribus adolefcere incrementis compulsa est tandem synodus ipsa regimini ecclesiastico prouisionem querere salutarem & summum pontificem ad hoc vehementius excitare vt quę ad ipsius & vniuersę ecclesię salutem erant efficaciter agere curaret: cuius exemplum subditi facile imitantur. Et quoniam (vt sapiens loquitur) melius est manifesta correctio quam amor absconditus: meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta blandientis oscula: defectus aliquos debiti regimini qui ecclesię dei dicti fuerunt flebili querela commemorauit: vt in melius emendarentur: nec ipsius summi pontificis aut aliorum valerent diutius obesse salutis: & vt omnis patientia exhiberetur: nulla posita est pœnarum adiectio sed tantum terminus conueniens præfixus extitit: vt infra illum aut per se aut per alium ipse in hac sancta synodo comparere atq; sic debito regimini ecclesię prout publica necessitas maximè impellebat opportune prouideretur veluti forma citationis editę apertius iudicauit: quod & maxime hæc sancta synodus agere vrgebatur: dū potestatem habet immediate à Christo: super vniuersos fideles cuiuscunq; status: etiam si papalis existant in his præfertim quę ad reformationem pertinent. Dumque ob ipsam causam reformationis congregata est: quę nullatenus perfici potest nisi summus pontifex ad eam reformationem cum effectu capeffendam suum inclinauerit animum. Cum & iam experientia docuerit ex editione decretorum ex qua salus effici debuerat in locis pluribus turbationem fuisse subsecutam: dum ea per summum pontificem infringuntur cuius auctoritate se tuentur qui huiusmodi decretis aduersari volunt. Difficile quoque ceteri corriguntur: si regimen ipsius ac curię suę non viderint emendatum quod ab ipsis trahitur in exemplum. Verum summus ipse pontifex præstita citationem

tionem pro tanta necessitate publica salutis emanatam quæ & si non placentia tamen salubria continebat aliquantulum molestius primo aspectu ferens quadam sue ordinationis paginam in aduersum pro mulgasse dicitur: In qua primum de prosecutione re ductionis græcorum varia recitans ad impugnationem electionis loci pro œcumenico concilio per hac sanctam Synodum factæ se conuertit. Solam Auinionem ciuitatem commemorans quæ rebus utique gerendis commodissima esse dignoscitur: omniq; pace & securitate gaudere tacita veritate de Basilea & Sabaudia in eadem electione & decreto cum græcis edito plene satisfacere constet atq; loca reb; agendis commodissima omniq; nationi opportuna manifeste continere non necesse est: vt de hac re longiorem sermonem protrahamus: nec summus ipse pontifex laborem declinandi in alterum locorum recusari debet si bonum rei huius tanto effectu desiderat sicut in suis literis prædicauit. Referre præterea diuisionem in huius electionis locorum negotio: pro dolor suscitata quam & se confirmasse ostendit quam vtinam potius extinguere curasset. Nam & postquæ galeæ & pecuniæ in Auinione pro locis per hanc sanctam Synodum electis expeditæ fuerant ipse alias galeas in Constantinopolim mitte re curauit diuisionem latinæ ecclesiæ coram græcis ex duplici legationis missione demonstraturus: quæ quantum honori ecclesiæ latinæ: quantum vnioni græcorum prosequendæ disconueniant: nemo est qui non videat. Insuper iustificare nititur: quod per venerabilem Iohannem archiepiscopum Tarentinū oratorem suum in missione certarum literarum super huiusmodi diuisione electionis transmissarum factum est quod subterfugere honestius fuisset ne nos pro tuenda nostra iusticia rem illam magis aperire cogere mur. Nam & literas illas clandestine & falso bullatas fuisse: iam notorium est & si summus pontifex de confessione ipsius archiepiscopi & alius circumstantiis veram informationem acceperit: non impingeret in huius sacri concilij libertatem quod ipse archiepiscopus in causam propter eam rem tractatus sit aut in domo propria arrestatus. Sed ad impugnandum eandem libertatem cuiusdam procuratoris ipsius archiepiscopi captionē nobis obiicit: quæ iussu nostro constat nullatenus fuisse peractam: immo procuratorem ipsum iussu cuiusdam prælati scâdalosæ turbationi obuiare volentis quam procurator ipse per appellationem emittendam ad hoc sacro concilio verisimiliter videbatur esse factur; per publicum officialem captum: hæc sancta synod; pro sua mansuetudine illico iussit expediri qui & procurator adhuc nobiscum in plena libertate versatur. Nec præterea verum est per hoc sacrum concilium aut iussione ipsius aliquod spoliū priori furnensi velut memoratæ literæ prætentum fuisse irrogatū: licet literæ aliquæ plurima scandalosa aduersus hanc sanctam synodum & supposita eiusdem continentes absque tamen nostro scitu longe ab hac ciuitate eisdem dicantur ereptæ. Nec tam leues colores ad impugnationem libertatis huius sacri concilij quærere oportuit cum & iam toti mundo constare possit tantæ libertatis & securitatis plenitudinem hic adesse vt nullum locum liberiorem aut securiorem quam ipsam ciuitatem Basiliensem sub imperiali protectione constitutam: & optima politia gubernatam credam-

mus inueniri. Ceterum aduersus citationem emanatam plurima proferre conatur: quæ omnia ex superioribus rationibus euidentissime confutantur. Et sperandum est vbi re ipsa plenius digesta summa pontifex effectum citationis huius aduerterit in quærenda ipsius & aliorum salute versari vt languor accerimus à corpore mystico ecclesiæ depellat non a deo aduersus citationem ipsam succensibit: quæ & si aliquid amaritudinis more salubris medicinæ in primo gustu ferre videatur: eam tamen in nouissimis iucundam & salutiferam esse deo aspirante persentiet nec eam bono publico aut charitati aduersam: imo potius sue salutis ac ecclesiæ necessitati accommodam fuisse cognoscet: quo d vero tale aliquid prius ignorasse secula commemorat si rerum gestarum percurrat historias: non tantum summos pontifices de corrigendis defectibus fuisse admonitos conspiciet sed etiam depositos à papatu: ac etiam nonnullis obedientiam ex multis causis fuisse subtractam. Sed si abusu incrementa nunc vigentia: si longâ & fortem aduersus sanctam Synodum & reformationem ecclesiæ resistentiâ perseuerantem quæ priora secula ignorarunt inaduertat: nihil admirabitur huius citationis nunc repertum fuisse antidotum: Omittimus verba quæ aduersum nos grauiaproferuntur recensere omnia mansuetis & mitibus animis sustinentes dum salutem ecclesiæ prosequamur. Sed denique summus pontifex talibus qualibus supradictis coloribus suffultus dum huic sanctæ Synodo in iis præsertim quæ ad reformationem pertinent obedire tenetur: & ad eandem euocatus aut super rebus propositis in eum excusationem afferre aut cunctis in melius emendatis regimini ecclesiastico donare salutem ipse hanc sanctam Synodum dissoluere ac in ciuitatem Ferrariensem transferre conatur cum plurimarum adiectione censurarum. Si virtute præfati citatorij in aliquo processum fuerit aut aduersus eum seu sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales aut præsidentes oratores suos qui in hoc concilio fuerunt: aut aliquem ipsorum aliqua nouitas illata fuerit: vel etiam quicquam à die citatorij factum continuatum vel seruatum extiterit. Est ne hæc obedientia quam conciliis generalibus per summos pontifices & alios quoscunq; sacra Constantien. Synodus in iis præsertim quæ ad reformationem pertinent declarauit exhibendam: memor verborum Christi qui postquam Simoni petro dixerat si te non audierit dic ecclesiæ: si ecclesiam non audierit sit tibi tanquam ethnicus & publicanus, continuo subiicit. Amen dico vobis quæcunque ligaueritis super terram erunt ligata & in cælo: quam & ecclesiæ auctoritatem à Christo donatam esse etiam supra papam, si quis prius ambiget iâ hoc ipsius magnæ synodi Constantien. auctoritas aperte declarauit cuius hæc verba sunt. Ipsa synodus in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans potestatem à Christo immediate habet cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis: etiam si papalis existat obedire tenetur in iis quæ pertinent ad fidem & extirpationem prædicti schismatis ad generalem reformationem ecclesiæ dei in capite & in membris. Item declarat quod quicunque cuiuscunque status etiam si papalis existat qui mandatis statutis seu ordinationibus huius sanctæ synodi: & cuiuscunque aliter legitime congregatæ seu pertinentibus ad ea factis & faciendis contumaciter obedire contemp-

pserit

pserit nisi resipuerit condigne penitentia subiiciatur & debite puniatur: etiam ad alia iuris subsidia recurrendo quorum virtute decretorum subsecuta fuerit felicitis recordationis papæ Martini electio: cui ipse dominus Eugenius succedit: qui etiam ipsi Constantien. concilio cum esset in minoribus præsens interfuit. Iam vero ipse non solum non obedit synodo generali sed & super illam in reformationis proprio negotio se iudicem constituere molitur eam propria voluntate dissoluere volens: atque in alium locum suo origini propinquum euocare vbi sicut verimiliter creditur ita dominari sperat: vt resisti suæ non possit voluntati sed nec eum decuit obliuisci: quod iam altera vice dissolutionem synodi facere attentauerit quam deinceps reuocare & inanem atque irritam fateri oportuit. Scire in super debuit iam dudum in hac sancta synodo fuisse solenniter decretum: assentiētibus plurimis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus quorum aliqui adhuc de præsentibus cum eo sunt vt hoc conciliū per papam sine expresso consensu duarum partium eiusdem concilij votis singulorum per deputationes: & in generali congregatione scrutatis: postea solenni Sessione subsecuta dissolui non possit aut de loco ad locum transferri pœnis omnibus atq; censuris ferendis in aduersum extunc cassatis & irritatis formidare: præterea debuit aliud concilium in Ferraria eligere cum alio decreto perantea edito declaratum sit omne concilium quod isto durante alibi contigerit eligi non fore concilium sed schismaticorum conuenticulū. Intellegitur autem durare hoc concilium iuxta præmissi decreti seriem donec ex consensu duarum partium eius fuerit dissolutum: quæ decreta ipsius domini Eugenij subsequenti adhæsiōne corroborata sunt ac per suos oratores præsidentes saltem nominibus propriis iurata: sed & antea in decreto concilij Constantien. quod incipit: frequens: fuerat ordinatum vt locus futuri concilij cum consensu ipsius concilij congregati eligi deberet: & si concilio dissoluto locus illum mutari oporteat ex causis legitimis tunc alius locus eiusdem nationis eligi deberet. Si vero causa illa totam nationem concerneret locus vicinior assumeretur: quod si locum futuri concilij alio tempore celebrandi sine consensu concilij actu congregati assignare: & nisi ad loca ibidem declarata mutare non potest multominus concilium congregatum in continenti sine ipsius consensu: ad locum alium sua voluntate transferre: denique non debuit obliuisci decreti super conuentione græcorum per ipsum approbati. Quo cauetur concilium in Basilea firmiter esse permanens donec græci ad portum per hanc sanctam synodum eis nominandum peruenerint. Quo pacto igitur quoque consilio nunc huius concilij dissolutionem aut translationem efficere frustra conatur: sed quis ausus ille est plenitudinis sue potestatis dum sit contra aliquem oratorum suorum vt pote archiepiscopum Tarentinū de quo mentionem fecerat: quicquid agatur pro debito iusticie ob eam causam vult etiam concilium dissolui: denique vnionem Bohemorum quam tantis laboribus hæc sancta synodus perquisiuit: dum pro vltimo eius complemento instamus conturbare nititur huius præsentis ordinationis series quæ vltra triginta dies hanc sanctam synodum huic negotio prohibet intendere. O admiranda consilia quæ ad enarrationem auctoritatis ecclesiæ: & sui ipsius destructio-

nem summo pontifici suggeruntur: quæ si conuenientibus oculis pertransierit hæc sancta synod; tota confundi timeretur ecclesiæ auctoritas. Et quis in papam assumpt; posset vniuersam christianitatem pro sua voluntate dei colorare nec nulla esset resisteria. Quinimo & accusatus de hæresi: aut quouis crimine confestim Synodum accusantem & corripientem dissoluere tentaret ne subiret iudicium? Nunc quoque dolentissime ferendum est tale exemplū à domino Eugenio donari posteris: vt iudicium subterfugiendo ad detestabile refugium præsentis dissolutionis concilij se conuertat: qui & non recte de auctoritate ecclesiæ sentire videtur dum ipsius ecclesiæ congregatæ cui vt declaratum est obedire tenetur ipse se iudicem constituit: & aduersus tot decreta tot sanctiones conciliorum eam conatur dissolui qui tamen dudum in adhæsiōne sua cum de reuocatione literarum incipientium deus nouit mentio haberetur ipse quicquid per eum aut suo nomine in præiudicium aut derogationem huius Basiliensis concilij seu contra eius auctoritatem factū attentatum seu assertum erat cassauit irritauit & annullauit nullaque irrita fuisse & esse declarauit: & se deinceps à nouitatibus & grauaminibus seu præiudiciis inferendis huic sacro concilio aut suppositis eius & adhærentibus realiter & cum effectu desistere pollicitus est. Cum igitur talia in aduersum perpetrata quæ vniuersis fidelibus detestanda & abhorrenda sunt nullatenus sub dissimulatione pertransire valeamus. Volens hæc sancta synodus sicut tenetur de opportunis remediis providere: declarat huiusmodi præsentem dissolutionem huius concilij ac translationem in ciuitatem Ferrariensem per dominum Eugenium papam quartum factas cum omnibus censuris pœnis & aliis inde secutis nullas esse penitusque irritas & inanes mandans obsecrans: & præcipiens eidem vt hæc sicut de facto processerunt reuocare habeat & aduertat ipse pœnas quæ dudum in decreto huius sanctæ synodi quod incipit. Quoniam frequens: etiam ante ipsius adhæsiōnem in vndecima Sessione promulgata contra Romanum pontificem: ac concilium generale quoquomodo dissoluendum imitandum prorogandum operam dantem prolata fuerunt vbi expresse cauetur: quod si Romanus pontifex talia agens infra quatuor menses cum reali satisfactione non resipuerit: extunc à papali administratione sit ipso facto suspensus quæ quidem papalis administratio ad sacrum generale concilium ipso iure deuoluitur: quod si pœnam ipsam per duos menses post prædictos quatuor sustinuerit animo indurato contra ipsum vsque ad priuationem inclusiue per concilium generale procedatur quascunq; pœnas hæc sancta synodus ipsum dominum Eugeniū nisi resipuerit decernit & declarat incursum iuxta terminos in prædicto decreto vndecimæ sessionis præfixos: ad quarum pœnarum executionem nisi resipuerit (vt prælibatū est) merito procedemus. Insuper hæc sancta synodus omnem nominationem electionem assumptionem loci Ferrariensis factam tanquam decretis ipsius synodi repugnantem sicut de facto processit cassat irritat imo verius cassam & irritam esse declarat. Et casu quo in eadem ciuitate aut alibi aduersus præfatorum decretorum nostrorum tenorem summus ipse pontifex concilium exigere inceperit vel incipiet in futurum: Mandat & præcipit hæc sancta synodus vniuersis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus



libus patriarchis archiepiscopis episcopis & aliis quibuscunque in curia dicti domini Eugenij existentibus qui synodis generalibus de iure vel consuetudine interesse tenentur: vt ad hoc sacrum concilium Basilien. Ceteri vero ad loca suorum beneficiorum vel alibi extra curiam se transferant sub pœnis excommunicationis priuationis omnium beneficiorum dignitatum & officiorum: & inhabilitationis perpetuæ: quas si contra fecerint ipso facto incurrant. Inhibet præterea sub eisdem pœnis hæc sancta synodus ne quisquam cuiusvis status & dignitatis etiam si cardinalis patriarcha archiepiscopus vel episcopus fuerit ab hac sancta synodo vigore seu prætextu dissolutionis aut translationis per ipsum dominum Eugenium factæ recedere audeat: vel ab actibus conciliaribus nullo pacto desistere seu huiusmodi translationi vel dissolutioni quomolibet obedire. Decernit quoque hæc sancta synodus vt omnes & singuli ad hoc conciliū libere accedere possint: ac si præfate dissolutio & translatio prætenfæ nullatenus emanassent: nec qui squam venientem ad hoc sacrum concilium quouismodo habeat impedire. Vniuersis quoque Christi fidelibus sub pœnis excommunicationis inhibet quacunque dignitate ecclesiastica vel seculari: ac etiam si cardinalatus patriarchali archiepiscopali pontificali imperiali regali: vel alia quacunque præfulgeant dignitate ne ad tale prætenfatum concilium per ipsum dominum Eugenium (vt præmittitur) erectum vel erigendum accedere vel mittere præsumant: neque etiam vniuersitates collegia capitula communitates ad tale prætenfatum concilium mittant quod si fecerint ipso facto ecclesiastico subiaceant interdicto. Denique ne ipse dominus Eugenius iugiter grauiora grauioribus addere præsumat noua schismata & scandala suscitando: auctoritatemque vniuersalis ecclesiæ vehementius impugando inhibet eidem hæc sancta synodus: ne deinceps aduersus ipsam quicquam innovat eadem vel eius supposita & idem adhaerentes perturbando vel molestando seu iam attentata cōtinuet: ac etiam vniuersos qui beneficia dignitates personatus & officia superpositorum huius sacri concilij: seu eidem concilio adhaerentium impetrauerint seu obtinuerint seu impetrare tentauerint vel obtinere: etiam si motu proprio concessa fuerint & omnes qui huiusmodi impetrationem prouisionem vel beneficiorum quoruncunque assentionem fauorem vel auxilium dederint: quacunque præfulgeant dignitate vt præmittitur ecclesiastica vel seculari etiam si vniuersitates, communitates collegia vel capitula fuerint aliquid seu aliqua suppositorum huius concilij & eidem adhaerentium vigore seu prætextu prætenfæ ordinationis per ipsum dominum Eugenium factæ in suis beneficiis ac aliis rebus molestauerint vel perturbauerint quacunque auctoritate ordinariæ vel delegatæ. Decernit eadem sancta synodus pœnis excommunicationis priuationis ab omnibus beneficiis officiis & dignitatibus ac inhabilitationis ad eadem quantum ad singulares personas. Et si vniuersitates communitates vel collegia aut capitula fuerint interdicto ecclesiastico ipso facto subiaccere decretis aliis huius sanctæ synodi: quæ incipiunt: ambitioforum & vt sacri & cum Christi ecclesiæ & aliis quibuscunque ipsius decretis & ordinationibus in suo robore duraturis. Insuper vniuersis prælatis: etiā pontificali dignitate præfulgentibus capitulis vniuersita-

tibus communitatibus & collegiis & aliis quibuscunque personis ecclesiasticis sub pœnis prædictis quo ad singulares personas & quo ad communitates vniuersitates collegia capitula sub pœnis cessationis à diuinis & interdictis: quas si contrafecerint incurrant ipso facto: Prohibet hæc sancta synodus ne aliquem qui præfata beneficia dignitates & officia suppositorum huius sacri concilij & eidem adhaerentium sicut præmittitur obtinuerint recipere seu admittere ad possessionem vel inuestire quouismodo audeant literis quoque prouisionibus & mandatis papalibus vel quibuscunque quacunque auctoritate ordinariæ vel delegatæ: sub quacunque censuris vel pœnis emanatis super huiusmodi priuationibus ac præfatorum beneficiorum dignitatum personarum & officiorum collationibus hæc sancta synodus decernit nullatenus fore obediendum: quod quæ aduersus pœnas superius præmissas nullatenus restituit: & ad diuinorum celebrationem rehabilitari reintegrari: sed nec à sententiæ excommunicationis excepto duntaxat in mortis articulo absolui: vel etiam quo ad communitates & capitula ac vniuersitates & collegia interdicta relaxari nisi per hanc sanctam synodum possint: vt autem nullus huius nostræ ordinationis & decreti possit quouismodo prætere igno- rantiam volumus & mandamus hanc præsentem paginam valis huius ecclesiæ cathedralis Basilien. sub nostra bulla affigi atque publicari & per affixionem ipsam eidem domino Eugenio: ac vniuersis & singulis intimari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis decreti mandati cassationis irritationis inhabilitationis priuationis & excommunicationis interdicti à diuinis cessationis affixionis & intimationis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis dei & vniuersalis ecclesiæ se nouerit incursum. Datus in sessione nostra publica in ecclesiā maiori Basilien. quarto idus Octobris celebrata. Anno a natiuitate domini Millesimo quadringentesimo trigésimo septimo.

*¶ Sessio trigésima super modo communionis.*

*¶ Sessio 31. de collationibus beneficiorum.*

*¶ Decretum de suspensione domini Eugenij pape quarti ad administrationem papatus tam in spiritalibus quam temporalibus.*

Sacro sancta generalis synodus Basilien. in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam repræsentans: ad futuram rei memoriam. Audiuit omnis ecclesia iam à plurimo tempore quo pacto hæc sancta synodus inter cetera ob reformationem ipsius ecclesiæ dei in capite & in membris specialiter congregata cum sua decreta salubria passim contemni prospiceret, abusumque deformitatem continuari atque etiam plus solito inualefcere in diuinæ maiestatis offensam: & vniuersi sacerdotij atque totius Christianæ religionis ruinam miserabilem: videretque periculosissimum schisma per erectionem alterius prætenfati concilij isto durante & alia plurima scandala imminere populo dei: ac vniuerso orbi perturbationem non modicam ex restituta quam aduersus debitam reformationem ecclesiæ & salubria huius sanctæ synodi vbera opera dominus Eugenius papa quartus diuisionem assiduam fouendo: & libitum propriæ voluntatis decretis ac ordinationibus synodalibus præferendo præ-

stare videbatur. Impulsa est post longam plurimorum annorum expectationem super regimine ecclesiastico salubrem prouisionem querere & ipsum dominum Eugenium inducere: vt ea quæ saluti sui ipsius & vniuersæ ecclesiæ congruebant in tantis tanquam urgentibus necessitatibus agere curaret: cum hoc ipsum eidem sanctæ synodo maxime liceret atque incumberet ex ea auctoritate quæ à Christo immediate accepit: cui vniuersi fideles cuiuscunque status etiam si papalis existant obedire tenentur in his quæ pertinent ad fidem extirpationem schismatis & reformationem ecclesiæ in capite & in membris veluti determinatio vniuersalis ecclesiæ in sacris scripturis fundata & in celeberrimo concilio Constantien. promulgata diffiniuit. Adiciens quod quicumque contumaciter ipsi vniuersali concilio obedire contempserit in prædictis & pertinentibus ad ea condignæ pœnitentiæ subiiciatur & debita puniatur: ad alia iuris remedia si opus fuerit recurrendo. Et tandem pridie Kalendas mensis Augusti nouissime præteriti decreuit hæc sancta synodus terminum sexaginta dierum peremptorie præfigere infra quem dominus Eugenius coram eadem synodo per se vel per alium compareret: si qua super prædictis: ac aliis in dicto monitorio expressis ceterisque in futurum proponendis quæ pro tunc non sine rationabili causa tacebantur pro sui excusatione vel defensione duceret proponenda. Quo termino elapso siue dictus dominus Eugenius compareret siue non hæc sancta synodus ad vltiora procedere decreuit cognoscendo & terminando prout ecclesiæ sanctæ dei spiritu sancto dictante videretur expedire. Sed quod cum dolore referimus ipse dominus Eugenius infra assignatum terminum neque per se neque per alium comparere voluit: aut minimam excusationem si quæ haberet transmittere immo correctionem effugere volens dissolutionem & translationem concilij quæ de iure non poterat de facto pendente termino attentauit. Cum tamen iam altera vice dissolutionem huius concilij per eum attentatam reuocasset declarans eam irritam & inanem: dicensque ipsum concilium pro reformatione ecclesiæ in capite & in membris legitime inchoatum continuatum fuisse & prosecutionem habere debere perinde ac si nulla dissolutione facta fuisset. Quibus attentis elapso dictæ citationis termino suam contumaciam in publica sessione promotores & procurator fiscalis huius sacri concilij accusarunt. Exigenteque iusticia hæc sancta synodus in sua sessione contumaciam ipsam domini Eugenij sufficienter accusatam declarauit ipsumque contumacem reputauit: discernens eius absentia non obstantem ad vltiora procedendam fore prout ipsi sanctæ synodo videretur consideratis necessitatibus & utilitatibus vniuersalis ecclesiæ. Et quanquam attentata contumacia magnitudine eadem sancta synodus absque vltiori expectatione in ea re procedere potuisset: volens tamen nihilominus cum omni mansuetudine & benignitate procedere ad instantiam inelyta memoriæ Sygismundi Romanorum imperatoris & venerabilium archiepiscoporum cætorumque illustrium principum electorum sacri imperij per sexaginta dies adhuc censuit differendum vt per huius sanctæ synodi patientiam probaretur: si ipsius domini Eugenij animus ad salutem sui ipsius & vniuersalis ecclesiæ inclinari valeret.

Confestim autem plenius innotuerunt ea quæ ad

uersus hanc sanctam synodum & eius supposita in prætenfa dissolutione iam attentata ipse dominus Eugenius perpetrauerat transferendo hoc sacrum concilium in ciuitatem Ferrariensem. si contra ipsum aut aliquem oratorum suorum vltius procederetur. Et præcipiendo sub pœnis & censuris grauissimis quas tamen inferre non poterat: suppositis huius concilij vt ab eo discederet qua in re decreta sacra synodi Constantien. & istius manifeste violabat transferendo concilium pro libito voluntatis præter consensum ipsius: ac etiam vsurpando sibi auctoritatem supra sanctam synodum de reformatione ecclesiæ in capite agentem non recte sentiens vt videbatur de auctoritate sacrorum conciliorum: ac determinationibus vniuersalis ecclesiæ fidem concernentibus tam in ipso Constantien. concilio quam in isto promulgatis super obedientia quam summis pontifices synodis vniuersalibus exhibere tenentur ac etiam schisma introducens & aliud concilium isto durante erigens quod non fore concilium sed conuenticulum schismaticorum iam præcedentibus decretis fuerat declaratum: ad dissolutionem concilij iam semel per ipsum reuocatam iterum redeundo: & ex modo dissolutionis ac pœnarum adiectionis supra concilium iurisdictionem in facto reformationis assumendo se non concilio sed concilio sibi obedire teneri factis suis protestando. Merebaturque tantarum tanque grauium offensarum in ecclesia dei & scandalum ipsius iam pluries attentarum ac præiudicium fidei multitudo vt illico in ipsum dominum Eugenium iusti iudicij sequeretur vltio pro ipsius & vniuersalis ecclesiæ salute.

Sed non immemor hæc sancta synodus maternelis pietatis adhuc expectare voluit: si forte ipse dominus Eugenius à tanta inobedientia resipiscens conuerteretur ad cor, euidentissimisque iuribus & rationibus declarauit hanc dissolutionem & translationem nullas penitus esse nulliusque roboris & momenti cum omnibus inde secutis. Intermissa quoque celeriori condignarum inflictione pœnarum hæc sancta synodus eas duntaxat pœnas aduersus præfatum dominum Eugenium eo tunc promulgare duxit quæ aduersus Romanos pontifices sacra concilia dissoluere & perturbare tentantes ordinatæ fuerant vt videlicet nisi infra quatuor menses à die dissolutionis & translationis per eum attentatarum resipisceret cum satisfactione reali ab omni administratione papali esset ipso facto suspensus. Quæquidem papalis administratio ad generale concilium deuolueretur. Et si hanc pœnam per duos menses sustineret animo indurato post quatuor prædictos menses contra ipsum vsque ad priuationem inclusiue per concilium generale procederetur quas pœnas hæc sancta synodus ipsum dominum Eugenium si non resipisceret cum satisfactione reali vt præmittitur declarauit: & non solum declarauit: sed etiam expresse decreuit incursum. Cum vero iam & prior terminus sexaginta dierum indultor vpost contumaciam accusatam: & alius quatuor mensium post diem prætenfæ dissolutionis & translationis huius concilij per ipsum dominum Eugenium attentatarum elapsi sint & pendentibus ipsis dilationibus nulla correctio aut emendatio conspiciatur prouenisse: immo potius continuatio abusuum & deformitatum in offensam diuinæ maiestatis & interitum

animarū rebellioque & inobedientia domini Eugenij aduersus sanctam synodum vniuersalem & decreta ipsius: procuratio insuper assidua erectionis illius prætenſi concilij Ferrariensis per transmissionem literarum ad diuersas regiones & conuocationem plurimorum ad idem concilium quod fore conuenticulum schismaticorum iam declaratum commemorauit. Ex quibus & auctoritatis sacrorum conciliorum pessundatio & reformationis ecclesie dei extinctio & inductio schismatis inauditi per erectionem alterius prætenſi concilij isto durante concilio ac denique determinationem ecclesie vniuersalis paruipensio in lectionem irreparabilem catholicæ fidei sequeretur: nisi diuina pietas suæ ecclesie in tantis langoribus subueniret: vrgetur tandem hæc sancta synodus ne tanta mala dissimulando assensum illis præstare videatur & ne facilitas venientium tribuat delinquendi seu mali agendi cum leuiora remedia non proficiant vtiliorem & salubriorem adhibere medicinam atque post varias expectationes tandem saluti vniuersalis ecclesie providere: & ad suspensionem ipsius domini Eugenij ab administratione papali: quam pœnam sacra Constantien. Synodus Romanis pontificibus in variis casibus censuit inferendam procedere alias pœnas duriores adhuc pro sua mansuetudine differendo vt saltem per compulsionem iusticie cum temperamento misericordie ipsius Romani pontificis animus ad ea quæ sunt salutis & pacis in reformationem debitam ecclesie vniuersalis & anime suæ & totius populi Christiani salutiferam edificationem ipsiusque ecclesie futuris temporibus pacificationem gratissimam: & auctoritatis sacrorum conciliorum conseruationem valeat inclinari. In virtute igitur omnipotentis dei in cuius nomine hæc sancta synodus congregata extitit: & a quo immediate potestatem super vniuersos fideles cuiuscunque dignitatis etiã si papalis existat præmissum est accepit eadem sancta synodus prædictum dominum Eugenium papam quartum manifestum contumacem & in aperta rebellionem persistentem ac notorie incorrigibiliterque ecclesiam dei scandalizantem omnibus præmissis tam coniunctim quam diuisim attentis ab omni administratione papatus in spiritualibus: & temporalibus suspendit ac suspensum esse declarat processura tandem ad vltiora vsque ad sententiam finalem in elusue si opus fuerit ipso domino Eugenio amplius non vocato: prout vtilitati & necessitati ecclesie spiritu sancto dictante conspexerit expedire. Omnem autem ipsius papatus administrationem in his omnibus quæ in spiritualibus & temporalibus ad solū papam & sedem apostolicam de iure pertinere noscuntur eadem sancta synodus ad seipsam decernit declarat esse deuolutam ne propter gubernationis defectum ecclesia interim varia discrimina pati possit decernens irritum & inane: quicquid durate hac suspensione per ipsum dominum Eugenium ratione papatus factum fuerit vel attentatum.

Omnes quoque reges principes cõmunitates & alios quoscunque cuiusuis status & dignitatis existant hæc sancta synodus monet & requirit: & eisdem in virtute sanctæ obedientie & sub diuini obestatione iudicij mandat ecclesiasticis vero personis quacunque dignitate: etiam si cardinalatus patriarchali aut pontificali præfulgeant sub pœnis quas ip-

so facto incurrant excommunicationis & suspensionis ab omnibus dignitatibus beneficiis & officiis quocunque nomine nuncupetur: etiam si forent metropolitanæ aut cathedrales ecclesie siue in titulum siue in commendam obtineant. Vicariis autem gubernatoribus vasallis feudatariis & subditis Romanæ ecclesie sub pœna priuationis ipso facto omnium feudorum & aliorum quorumcunque iurium & priuilegiarum quæ ab ipsa Romana ecclesia obtinent districte præcipit vt durante hac suspensione prætextu cuiusuis iuramenti subiectionis aut promissæ fidelitatis eidem domino Eugenio nullatenus obediunt. Ipsos quoque ad huiusmodi iuramenta & promissiones durante ipsa suspensione nullatenus infringi declaramus: sed ad hoc sacrum concilium in omnibus recurrant pro quibus ad Romanum pontificem recurrere soliti sunt. Intendit enim hæc sancta synodus munde iuste ac sancte necessitatibus quorumcunque providere. Mandat præterea in virtute sanctæ obedientie sub pœna priuationis quam ipso facto incurrant omnium suorum beneficiorum dignitatum officiorum commendarum pensionum: & gratiarum quarumcunque: etiam expectatiuarum omnibus & singulis sanctæ Romanæ ecclesie cardinalibus archiepiscopis episcopis & aliarum ecclesiarum prælatis officariis & clericis quibuscunque in Romana curia existentibus cuiusuis status & conditionis existant quatenus infra quadraginta dies proxime sequentes post diem præsentis Sessiois à Romana curia recedant: Et deinde cardinales patriarchæ archiepiscopi episcopi & alij ecclesiastici prout de iure vel consuetudine ad generale concilium itententur sub pœnis iuris iter suum sine fraude continuando ad hoc sacrum concilium arripiant: reliqui vero qui ad generale concilium non tenentur venire ad residendum & deo seruiendum in propriis beneficiis vel ad hoc sacrum generale concilium sine mora dispendio & omni fraude cessante se transferant & accedant decreto nostro quod incipit. Cõpatiens & aliis quibuscunque huius sanctæ Synodi in suo robore duraturis. Omnes autem causas tam ecclesiasticas spirituales quam etiam prophanas ciuiles & criminales atque mixtas inter quascunque personas cuiuscunque status aut conditionis existant in Romana curia pendentes ab ipsa Romana curia hæc sancta synodus in eo statu in quo sunt ad se aduocat & aduocatas esse vult & declarat expresse inhibens omnibus iudicibus auditoribus & commissariis quibuscunque prædictæ curiæ: etiam si cardinalatus patriarchali pontificali: aut alia quauis dignitate præfulgeant: nec in præfatis causis procedere aut quicquam agere quouis modo præsumant. Quod si post noticiam huius decreti nostri quicquam fecerint pœnas excommunicationis ipso facto incurrant ab ipsius excommunicationis sententia huic sanctæ Synodo duntaxat ipsa durante absolute referuata aut cognitione iusi impedimenti si quod allegaretur quare à Romana curia ad hanc sanctam Synodum accedere debentes non accesserunt: aut recedere debentes non recesserunt. Cuius quidem impedimenti allegatas causas: intendit hæc sancta synodus diligenter cum benignitate scrutari. Quicquid autem contra hanc aduocationem & inhibitionem attentari contigerit ipso iure decernit irritum & inane. Et

Et vt fraudibus que excogitari possent obuietur: quia cum datarum anticipationibus præsentis suspensionis ac huius decreti nostri elusionem literarum papales vel aliorum ipsius auctoritate sublata ante ipsam suspensionem produci possent: nisi ante huius decreti nostri promulgationem fuerint publicatæ eis nulla fides adhibeatur. Decernit tandem hæc sancta synodus huius decreti publicationem in præsentis Sessione factam eiusque affixionem in valuis maioris ecclesie Basiliensis vim habere monitionis citationis & executionis: & ita vniuersos artare vt si personaliter apprehensi & eis intimatum fuisset. Datum in Sessione publica in ecclesia maiori Basiliensis. solenniter celebrata nono Kalendas Februarij. Anno à natiuitate domini Millesimo quadringentesimo trigesimo octauo.

## Sessio trigesima secunda.



Acrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans. Ad perpetuam rei memoriam. Pridem in decreto vigesimo nonæ sessionis huius sanctæ Synodi quæ incipit: Compatiens. Lucide extitit declaratum dissolutionem huius sanctæ Synodi & translationem eius in ciuitatem Ferrariensem per dominum Eugenium papam quartum de facto attentatas tam in eo casu quo contra ipsum virtute citatorij in nostra vigesima sexta Sessionis promulgati aut contra quempiam præsentium in concilio oratorum suorum in aliquo procederetur quam in eo casu: quo græcos contingeret aduenire nullas esse penitusque irritas & inanes huiusmodique dissolutionem ac translationem repugnare veritati declarate per sacram synodum Constantien. dicenti quod generale concilium vniuersalem ecclesiam militantem representans potestatem à Christo immediate habet cui quilibet cuiuscunque status & dignitatis fuerit: etiam si papalis existat obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem extirpationem schismatis: & generalem reformationem ecclesie in capite & in membris quodque si in iis & pertinentibus ad ea obedire contumaciter contempserit condigne pœnitentiæ subiiciatur: quæ veritas in verbis Christi fundata est: dicentis Symoni Petro si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quæcunque allegaueritis super terram erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram erunt soluta & in cælo: & post pauca subdit vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Eademque sacrorum conciliorum auctoritas super Romanum pontificem & quemlibet alterum in actibus apostolorum: declarationibus vniuersalium conciliorum & doctrinis sanctorum multipliciter inuenitur præfacta. Repugnabat quoque talis dissolutio & translatio veritati in hac sancta synodo dudum multipliciter declarate: quæ papa concilium vniuersale sine consensu ipsius dissoluere non potest aut de loco ad locum transferre cui dominus Eugenius post longam resistentiam quam eidem veritati in prima prætenſa dissolutione huius concilij & translatione in Bononiam olim factis: & per vniuersum orbem publicatis: sub colore reductionis græcorum quam etiam veluti causam necessarium prorunc allegabat

tandem assensit reuocans huiusmodi dissolutionem & translationem: & dicens ea non obstante concilium à tempore sue inchoationis legitime continuatum fuisse & decernens ac declarans irritam & inane ac etiam reuocans: quicquid per eum aut suo nomine factum attentatum seu assertum erat contra ipsum Basiliensis concilium seu eius auctoritatem & deinceps grauaminibus eidem inferendis abstinere pollicitus est prout per quartam decimam Sessionem huius sanctæ Synodi præsentis sedis apostolicæ legato: & pluribus sanctæ Romanæ ecclesie cardinalibus assentiente: Etiam inclite memoriæ Sigismundo Romanorum imperatore sibi fuerat indictum in qua Sessione forma præfata reuocationis & confessionis veritatis per ipsum dominum Eugenium faciendæ decreta fuerat: In hac quoque veritate conqueiuit vniuersa catholica ecclesia reputans ipsam dissolutionem per eum sine consensu concilij minime fieri potuisse. Nec vllatenus aduersus veritatem repugnandum & ad errorem semel dimissum redeundum causam assumere potuit ipse dominus Eugenius ex prædicto citatorio: In quo post plurimas admonitiones sibi factas: vt aliquam emendationem poneret efficacem in ecclesiastico regimine miserabiliter defluente & decreta salubria per hanc sanctam synodum edita susciperet: aliisque exempla bonorum operum præstaret seipsum & ceteros dirigendo in viam salutis cum ipse ex aduerso in contemptum huius sanctæ Synodi: & totius ecclesie desolationem plurimarumque diuisionum suscitationem saluberrime reformationem ipsius corporis ecclesie longo tempore resisteret: vniuersalis ecclesia congregata ipsum dominum Eugenium sicut mater filium delinquentem in viam salutis dirigere satagens. Et sicut Paulus reprehendit Petrum coram omnibus cum non ambularet ad veritatem euangelij eundem dominum Eugenium arguens atque ex auctoritate à Christo eidem ecclesie data corripiens defectus notorios in quibus animam suam & vniuersam rempublicam nimium grauabat commemorauit vocans ipsum & alios conuocans vt in regimine ecclesie salutaris apponeretur prouisio: quod post longam tolerantiam tandem id agere impulsus fuit hæc sancta synodus, dum post contemptum reformationis salutaris, ad suscitationem grauissimi schismatis & lesionem veritatis ipsiusque matris ecclesie vulnerationem grauissimam idem dominus Eugenius realiter procedebat cui per prædictum citatorium summe necessarium erat obuiare: dum sub coloribus exquisitis: eandem sanctam synodum & eius opera dissipare: atque quoddam conuenticulum in loco suæ voluntati debito: nulliter ac de facto erigere in scissuram ecclesie disposuerat: cuius rei perficiendæ gratia iam triremes & oratores in gratiam transmittentibus ad impediendum aduentum græcorum in locum per hanc sanctam synodum nominatum & perturbandum effectum nostræ legationis in Constantinopolim transmissæ: atque rumpendum ea quæ inter ipsam synodum & græcos concordata erant in quibus etiam ipse dominus Eugenius expresse consenserat. Sed nec vllum colorem dissolutionis hoc sacrum Basiliensis concilium & ipsum in Ferrariam transferendi in casu aduentus græcorum præfatus dominus Eugenius potuit assumere ex scedula per quandam prætenſam Sessionem conuenti-

culi Ferrariensis. ut dicitur commemorata: quam scedulam illi conuentionalem dixerunt super termino Auinionen. præfixo in expeditione pecuniarum faciendam: quam si non facerent alium locum nominare seu eligere possemus: & teneremur atque aliunde vniuersali ecclesiæ prouidere: vel ex quadam alia scedula quam temerariæ decretum appellant incipientem hæc sacrosancta Synodus inter suæ congregationis exordia: quod in vigesima quinta Sessione huius sanctæ Synodi promulgatum allegarunt cum ex rationabilibus & necessariis causis in ipsa nostra Sessione vigesima quinta nominationem trium locorum Basileæ Auinionis & Sabaudie pro œcumenico concilio celebrando solemniter decreto nostro incipiente nuper hæc sancta Synodus: publicauerimus: volentes eam inconcussam & inuolatam permanere omnemque aliam nominationem seu electionem cuiuscunque alterius loci decernentes irritam & inane vniuersique facile concipiunt dominum Eugenium ex his rebus nullum fundamentum erectionem præfati conuenticuli assumere potuisse: qui veritatem gestorum considerant: quanquam enim inter deputatos quosdam nostræ congregationis actum fuerit: ut nisi per Auineonem. infra præfixum terminum fieret pecuniæ expeditio: ad aliam nominationem procedendum foret atque in nostra generali congregatione conclusum non tamen dici potest hanc Synodum per viam contractus cum aliquo conuenisse: nullus enim tunc aderat cum quo contractum huiusmodi celebraret: nec venit in dubium quenquam cum seipso non posse contrahere cum inter spondentem recipientemque sponsonem debeat esse distinctio personarum: ipsius autem nostræ conclusionis interpretatio declaratio moderatio mutatio iuxta casus occurrentes: atque omnimoda dispositio ad ipsum concilium pertinebat: maxime cum non ageretur de facto priuato cuiuscunque personæ sed de rebus statum vniuersalis ecclesiæ concernentibus: quarum dispositio ab vniuersali concilio sub directione spiritus paracliti constituto: per cuiuscunque aut quaruncunque personarum arbitrium non tollitur. Superuenit autem protestatio legatorum sedis apostolicæ aduersus decretationem loci Auinion. qui pariter cum Basilea & Sabaudia in ipsa conclusionis concorditer capta iunctus erat: Quæ protestatio non modicam occasionem retrahendi animos Auinionen. à prædicta expeditione pecuniarum præstabat fueruntque ex alia parte per dominum Eugenium & suos aduersus hanc expeditionem pendente termino assignato graua impedimenta in Auinione præstita idque accidit ut oratoribus nostris in Auinion. venientibus: præcipui gubernatores ciuitatis tunc absentes essent, sine quibus res non poterant tractari. Quibus deinceps aduenientibus ita actum est: ut Auinion. ipsi circa terminum præfixum capitaneum triremium nostrarum de triginta milibus & octingentis florenis auri de camera contentarent: & oratores nostros de residuo totius pecuniæ expedite cautos ac securos facerent: prout ipsi oratores nostri hoc idem suis literis nobis intimaerunt. Requirebant autem ipsi Auinion. ut decretationem electionis seu nominationis loci per nos factæ expediremus: Quæ nos attentius considerantes & intentioni huius sanctæ Synodi satisfactum esse iudicantes per talem expeditionem pecuniarum attentis maxime impedimentis interea appositis longe

melius providebatur vniuersali ecclesiæ: quam dimittendo omnia quæ parata erant pro legatione mittenda in Græciam: & intrando magnas difficultates electionis alterius loci in turbatione rerum agenda: maxime quoniam vrgebamur cōuentiones nostras cum capitaneo classis triremium ecclesiæ inuitas seruare: cui dilectus ecclesiæ filius Iulianus tituli sanctæ Sabine præbiter cardinalis legatus sedi apostolicæ vexillum ecclesiæ & baculum peregrinationis in nostra congregatione generali nomine nostro tradiderat cumque iam grandis summa pecuniæ per Auinion. assignata erat conduximus ad ipsam decretationem locorum prius electorum videlicet Basileæ Auinionis & Sabaudie procedendum fore: Et due partes huius sacri concilij & amplius in eandem substantiam conuenerunt: licet pauci de hoc non cōtenti alium locum pro celebratione œcumenici concilij nominare & deputare præsumperunt: absque hoc quod talis potestas eis competere declarata fuisset: Quibus nec competeat de statu totius concilij & vniuersalis ecclesiæ: factisque fidei seu pertinentibus ad ea contra consensum duarum partium concilij & morem permaxime in generalibus conciliis à principio nascentis ecclesiæ obseruatum disponere qui tamen adhuc in nominando loca non concordantes extiterunt: paucissimique fuerunt: qui tandem in hoc resedisse dicuntur quod nominationem facerent: Vtini & Florentiæ aut alterius loci qui tutus esset ac papæ & græcis accommodus: quibus galeas & pecunias primo expediret. In aliqua quoque nostrarum quatuor deputatum in qua octuaginta persone erant vnus solus formam talis nominationis veluti decretandam propria voluntate produxisse solus deliberasse & conclusisse dicitur. In aliisque deputacionibus valde pauci hoc idem egisse dicuntur aduersus ordinationes huius sanctæ Synodi & demum cum Sessionem nostram super decretatione locorum Basileæ Auinion. & Sabaudie celebrarem: legereturque nostrum decretum in Ambone maioris ecclesiæ Basiliæ. iuxta morem consuetum, vnus ex illis paucissimis in loco inferiori & in solito: quandam scedulam legere præsumperit à paucis vel nullis intellectam: quæ nominationem locorum Vtini & Florentiæ aut alterius loci ut præmittitur per paucissimos factam continere dicebatur: qui etiam in ea Synodum generalem contra consensum duarum partium concilij & amplius se ut dicitur appellare præsumebant licet nulliter & de facto. Sed non propterea dimissimus decreti nostri præfati publicationem super nominatione Basileæ Auinion. & Sabaudie continuare quod aliam nominationem irritam declarauit Nam & si ita permitteretur ut longe minor pars in conciliis generalibus aduersus partem multo maiore aliqua decretaret sibi; auctoritatē totius concilij assumeret: Ingressus periculosissimus ad multas diuisiones excitandas in futurum: & destructionē ipsorum conciliorum præberet: neque litteras super illo prætenso decreto sic per nos irritum declarato bulla huius sanctæ Synodi bullari tollerari: licet quidem falso & claudesuntine aliquas bullauerint: sicut ea falso bullas fuisse declarauimus per solemnem decretum in vigesima septima Sessione huius sanctæ Synodi promulgatum. Sed nec ipsius præfati decreti tenorem obseruauit dominus Eugenius: immo effectum eiusdem si quis fuisset euacuauit dum Florentiam quæ in illo

ut dicitur nominata erat & pecunias atque galeas disponebat per eum acceptatam reiecit & deinde Bononiam sicut fertur postremo Ferrariam pro libito suæ voluntatis elegit ac etiam priusquam græci ad portum aliquem citra marinum applicassent conciliabulum in ipsa ciuitate Ferrariensis crexit, neque ad ipsum arbitrari spectabat: quia locus tutus erat pro concilio celebrando: cum ipse talem locum tutum iudicare poterat quem sancta Synodus minime tutum reputasset. Nec asserere potest sibi facultatem per præfatum prætensum decretum attributam: ut nunc in vno loco nunc in altero prout vellet concilium fieri ordinaret: ac de eius securitate iudicaret: quod nec illi pauci fecerunt nec sub nomine generalis synodi aduersus synodum ipsam & eius libertatem atque auctoritatem tale aliquid faciendi ipsam que voluntati papæ subiiciendi colorem aliquem habuerunt neque etiam in concilio vnquam conuenerunt ad iudicandum vel declarationem faciendum super securitate loci Ferrariensis: aut adimpletionem primò facta ex parte loci illius in expeditione galearum & pecuniarum de quibus in ipso prætenso decreto agi dicebatur. Denique nec per eos qui illud condidisse dicuntur: hoc obseruatum est ut firmiter in Basilea steterint: donec græci ad portum applicuissent. Quodque deinde infra mensem recesserint ad locum ipsi græcis per oratores concilij nominatum: neque in hoc conuentiones cum græcis concordatas obseruauerunt: sicque tam & si prætensum illud decretum aliquam apparentiam prius habuisset: quam tamen veraciter non habuit: fuit ex consequentibus effectibus euacuatum: ipsumque cassum nullum & irritum pœnitens esse & fuisse nulliusque roboris & momenti: decernit & declarat hæc sancta Synodus inhibens ne quis quacunque dignitate: etiam si papali præfulgeat dictum prætensum decretum sub nomine legitimi & synodalis decreti audeat nominare: nec illius executioni fauores quo modolibet impedire: sub pœnis & censuris contra violatores & turbatores vnitatis ac pacis ecclesiasticæ à iure impositis: in quas decernit hæc sancta Synodus eos incidere ipso facto: notum faciens vniuersis suum verum decretum legitime conclusum ex assensu duarum partium & amplius iuxta decreta & ordinationes ipsius: & ex communi omnium suppositorum concilij cōcordia nemine discrepante vera eius bulla plumbea bullatum veraciter per eam fuisse obseruatum: & in executionem deductum conuentiones que inuitas cum græcis ex parte sua quantum in se fuit adimpletas extitisse: Quæ quidem sancta Synodus oratores suos venerabiles episcopos Vicen. & Laufanen. & Nicodum ad de mētone militem cum galeis & pecuniis in græciam misit: qui coram imperatore Romanorum & patriarcha Constantinopolitano. omnia ex integro adimplere obtulerunt quæ ipsis promissa fuerant sicuti sua relatio cum attestatione publicorum notariorum nobis facta indicauit locumque œcumenici concilij celebrandi nominauerunt: qui antea per ipsos græcos in suis conuentionibus expresse acceptatus fuerat & concordatus. Portum etiam tali loco aptiorem assignauerunt requirentes eisdem imperatorem & patriarcham ut pariter sua promissa adimplerent: qui se excusauerunt super non aduentu eorum allegantes tempus adimplendum promissionum elapsum fuisse prout per litteras suas nobis rescripserunt: quanquam tamen huic

responsioni fuerit plene satisfactum per oratores nostros quoniam ipsi conuenienti tempore mense scilicet Februarij. Anno præterito ab hoc sacro concilio recesserant pro veniendo illuc ante terminum assignatum si non fuissent multiplicia impedimenta sibi deinceps obiecta: quæ notoria sunt quoniam in conuentionibus cum græcis per nos inuitis expresse tantum erat omnia intelligi debere bona fide sine fraude & dolo: & absque impedimento legitimo & manifesto sed ultra hæc etiam præfatus imperator alteri oratorum nostrorum Iohanni de Ragusio in sacra theologia magistro ordinis prædicatorum apud cum existenti dixerat se esse contentum: ut oratores ipsi & galeæ ante mensem octobris in Constantinopolim non venirent. Plurimas vero practicas in græcia factas: accepimus per eos qui ex parte domini Eugenij transmissi fuerunt: ut aduentum ipsorum græcorum ad alterum locorum per nos nominatorum impedirent: atque ipsos in locum quem vellet dominus Eugenius attraherent. Et in vna trienni in qua principalis oratorum suorum præfatus erat. Nuncius quidem quem nostri oratores præmiserant cum literis huius sacri concilij & plurimum principum Christianorum captus est veluti per debitam informationem cognouimus nec deinceps de vita eius quicquam nobis aut nostris oratoribus compertum extitit. Domus quoque præfati Iohannis de Ragusio oratoris nostri in Constantinopoli inuasionem balistariorum fuit impedita: aliaque ibidem facta sunt: quæ non est necessarium recitare per singula: ut sic ad fines suos pertingere possent per quos miserat dominus Eugenius ita ut nostros oratores sine græcis ipsis protestatione tamen solenni contra eosdem prius facta redire oportuerit. Quæ omnia præualere non potuerunt aduersus veritatem. Sic hæc sancta Synodus curata cum græcis concordata ex parte sua adimpleuit: nec per ipsam remansit quo minus concilij œcumenici celebratio cum græcis in loco etiam per eos nominato habita fuerit. Iuxta ea quæ cum ipsis conuenta erant: si illi promissa sua seruassent aut per alios non fuissent impediti seu retracti: Intenditque & proponit eadem sancta Synodus deo aspirante auctoritatem & veritatem catholicæ & vniuersalis ecclesiæ quam ipsa repræsentat: ac integritatem fidei orthodoxæ iugiter illæsas conseruare pro honore ipsius omnipotentis dei: & salute animarum nec bono ipsius vniuersalis ecclesiæ conueniens existimat per quascunque practicas aut quæ sitos colores: etiam sub spe dubia prosequendi modis aliunde exco-gitatis alia negocia quorum euentus incerti sunt auctoritatem conciliorum vniuersalium conculcari: veritates declaratas per ecclesiam & fidem orthodoxam concernentes prosterni: viam aperire Romanis pontificibus ad dissoluendum concilia generalia per varios modos sine ipsorum consensu: ex quo facilem potestatem datam ad ædificationem in destructionem verti contingeret: reformationemque ecclesiasticam status: pro qua iam tot sunt adhibiti labores frustrari: atque ipsius ecclesiæ stabilitatem & decorem hoc modo deperire in perditionem animarum & totius populi Christiani lamentabile detrimentum. Sic enim possemus & illa bona maxima ex nunc perdere: & illa alia non acquirere: atque sic totam ecclesiam in confusione relinqueret. Primum quidem nobis incumbit ecclesiæ



fidem veritatem: & auctoritatem conseruare: & deinceps cunctos ad eius vnitatem redirevolentes syn-  
 cera charitate amplecti: prout & nos semper para-  
 ti sumus & erimus. Cum itaque ea nulla esse & peni-  
 tus inualida: quæ dominus Eugenius aduersus hanc  
 sanctam synodum: in ipsius prætenfa dissolutione  
 & translatione in Ferrariam notoriæ constet ipsum  
 que conuenticulum Ferrarien. non fore concilium  
 sed schismaticorum conuenticulū: dudum præfato  
 decreto vigesimæ nonæ selsionis huius sanctæ syno-  
 di declarauerimus meritoque pœnam suspensionis  
 ab administratione papali in spiritualibus & tempo-  
 ralibus iam dudum contra Romanum pontificem  
 concilium vniuersale sine ipsius consensu dissolue-  
 re aut transferre attentantem ordinatam. In ip-  
 sum dominum Eugenium tulerit & latam esse decla-  
 rauerit hæc sancta synodus. Ac etiam quascunque  
 sententias pœnas & censuras excommunicationis  
 priuationis inhabilitationis interdicti: & alias cōtra  
 huius sanctæ synodi supposita & eidem adhærentes  
 per ipsum dominum Eugenium latas & ferendas  
 cassas & nullas fuisse & esse declarauerimus. Non  
 necesse arbitramur vt denuo ad ea cassandum & ir-  
 ritandum procedamus: quæcunque per ipsum do-  
 minum Eugenium: aut præfatum Ferrarien. con-  
 uenticulum facta sunt: aduersus eandem synodum  
 quæcunque eius supposita & quoscunque ipsis ad-  
 hærentes: etiam ante ipsius domini Eugenij suspen-  
 sionem ab administratione papali: & quæ durante  
 ipsius suspensione: aut præfato conuenticulo facta  
 sunt aut fient in futurum: in quibuscunque per ipsū  
 videlicet dominum Eugenium ratione papatus aut  
 ipsum conuenticulum sub generalis aut œcume-  
 nici concilij nomine: qui etiam victualia suppositis  
 huius sanctæ synodi auferri: & portantes ea spoliari  
 eorumque spolia primo capientium occupanti ce-  
 dere mandauit: quæ quam grauias sint aduersus vni-  
 uersalē ecclesiā & quanta repræhensione digni sint  
 qui talia agunt: cuncti conspiciere possunt. Nos quo-  
 que omnibus & singulis manifestantes veritatem  
 declaramus omnia prædicta per ipsum dominum  
 Eugenium aut ipsum conuenticulum facta & faciē-  
 da: etiam contra dilectos ecclesiæ filios ciues Basili-  
 en. & eorum ciuitatem nulla penitus cassa & irrita  
 fuisse & esse: nec aliquem ipsius domini Eugenij præ-  
 fatique conuenticuli præceptis mandatis aut prohi-  
 bitionibus: etiam prætextu cuiusque iuramenti aut  
 obligationis in quibuslibet prædictis teneri obedi-  
 re: immo potius ad non obediendum illi omnes &  
 singulos catholicos ex præcepto domini & eccle-  
 siæ sponse eius: quam ab omnibus audiri iubet esse  
 astrictos. Requirimusque & monemus vniuersos  
 fideles Christi vt ecclesiæ catholicæ per hanc san-  
 ctam synodum repræsentatæ firmiter adhæreant vs-  
 que in finem nec vllis tentationibus per volunta-  
 tem cuiuscunque suscitatis & suscitandis ab ipsius  
 ecclesiæ firmitate & veritate suos animos dimoue-  
 ant confidentes in superno saluatoris nostri auxilio  
 qui ad ecclesiam suam dixit, Ego vobiscum sum vs-  
 que ad consummationem seculi: manentesq; perse-  
 ueranter in ipsa ecclesiæ domo. Quæ vt ait beatus  
 Hieronimus declarans sacrę scripturę veritatem di-  
 citur edificari supra firmam petram: quæ vnica colū-  
 ba appellatur: quæ sponsa pulchra sine ruga & macu-  
 la: quæ dominus etiam clauas accepit & potestatem  
 ligandi & soluendi: hanc domum si quis corrigentē

corripientemque contempserit sit tibi inquit sicut  
 ethnicus & publicanus: soliditatemq; fidei semper  
 teneant. Memorantes etiam dictum illud beati Ci-  
 priani: alienus est prophanus est: hostis est: habere  
 non potest deum patrem: qui vniuersalis ecclesię nō  
 tenet vnitatem. Insuper quoniam in supradicto de-  
 creto vigesimæ nonæ nostræ selsionis pœnas & cē-  
 suras iustissimas promulgauit: hæc sancta Synodus  
 aduersus omnes qui ad præfatum conuenticulum  
 Ferrarien. accederent aut mitterent: præcepitq; sub  
 eisdem pœnis & censuris omnibus & singulis in cu-  
 ria quam dominus Eugenius quondam tenebat: aut  
 etiam actu defacto tenet existentibus vt si conuen-  
 ticulum Ferrarien. per eum erigi contingeret ab eius  
 curia recederent & deinceps declarata suspensione  
 ipsius ab administratione papali: etiam sub pœnis &  
 censuris in decreto nostræ trigessimæ primæ selsio-  
 nis contentis mandauim⁹: vt infra quadraginta die-  
 rum spacium ab eadem curia recederent: Ideo om-  
 nes & singulos in conuenticulo Ferrarien. aut præ-  
 tenfa ipsius domini Eugenij curia existentes: & in  
 prædictis nostris decretis compræhensos: qui eorū  
 dem decretorum monitionibus non paruenerunt ci-  
 tat hæc sancta Synodus vt trigesima die à data præ-  
 sentis decreti computando in nostra generali con-  
 gregatione si tūc eam celebrari contingat: alioquin  
 in proxima subsequente: cōpareant coram eadem  
 sancta Synodo visuri se declarari in pœnas prædi-  
 ctas incidisse: aut iustas causas si quas habeant al-  
 legaturi quem terminum ipsis peremptoriæ & vna  
 vice pro omnibus hæc sancta Synod⁹ duxit assignā-  
 dum & assignat. Decernens vltorius contra eos pro-  
 cedendum fore & declarandum prout iuris & ra-  
 tionis fuerit. Quorum omnium nomina & cogno-  
 mina haberi vult pro sufficienter expressis. Insuper  
 cum in prima selsione huius sanctę synodi pœnæ ex-  
 communicationis anathematizationis & interdicti  
 decretę fuerint aduersus omnes & singulos qui qual-  
 cunque personas ecclesiasticas vel seculares ad hoc  
 sacrum concilium venientes seu in eo stantes aut ab  
 eodem recedentes temeritate propria per se vel ali-  
 um seu alios arrestare inuadere capere detinere in  
 carcerare mutilare occidere vel bonis suis spoliare  
 vel iniuriis affligere seu ipsos sic delinquentes re-  
 ceptare aut alias quomodolibet impedire seu ea  
 perpetrantium facta & commissa rata & grata ha-  
 bere vel eis dare concilium auxiliū vel fauorem pu-  
 blice vel occulte directe vel indirecte præsumple-  
 rint vel præsumant in futurum: quę pœnæ solenni de-  
 creto concilij Constan. aduersus prædictos fuerunt  
 ordinate: vltra easdem pœnas & censuras quas om-  
 nes & singulos qui mandato præfati domini Euge-  
 nij: vel præfati conuenticuli Ferrarien. quicquam  
 prædictorum fecerint aut facient in futurum ex-  
 presse incurrisse & incururos esse decernimus ac  
 declaramus etiam contra eosdem tanquam con-  
 tra fautores schismatis ad grauiora procedendum  
 fore decernit hæc sancta Synodus omnibus aliis  
 decretis & ordinationibus eiusdem sanctę synodi  
 in suo robore duraturis. Decernit tandem hæc san-  
 cta Synodus omnes & singulos supradictos per  
 publicationem præsentis decreti in valuis maioris  
 ecclesiæ Basilien. affigendum perinde artari ac ar-  
 tatos intelligi: ac si dictę citationis ordinationis  
 & declarationis executio ad eorum proprias per-  
 sonas facta fuisset. Datum in selsione nostra pu-  
 blica

blica in ecclesia maiori Basilien. solenniter celebra-  
 ta 9. Kalēdas Aprilis. Anno à natiuitate domini. M.  
 cccc. 38.

§ Selsio trigesima quarta de veritate fidei catholica.



Acrosancta generalis synodus Basili-  
 en. in spiritu sancto legitime con-  
 gregata vniuersalem ecclesiam re-  
 præsentans: ad perpetuam rei me-  
 moriam, Sicut vna ex Christi eccle-  
 sia quę vt ait apostolus est columna  
 & firmamentum veritatis: sic omnia ecclesiæ mem-  
 bra vnitatem semper obseruare necesse & in posses-  
 sione catholicę veritatis: atque fideliter & firmiter  
 credere quicquid per ipsam ecclesiam de veritate fi-  
 dei fuerit declaratum vt non sicut paruuli fluctuan-  
 tes circumferantur omni vento doctrine aut per re-  
 pugnantium dogmatum veritatem in diuisiones &  
 schismata prolabantur. Dudum autem in sacra Con-  
 stan. synodo conueniens catholica ecclesia veritatē  
 de generalium conciliorum auctoritate solenniter  
 declarauit. Deinde in hac sacra generali Basiliē. sy-  
 nodo eandem necessariam declarationem sub eo-  
 dem qui sequitur tenore innouauit. Primo quod ge-  
 neralis synodus in spiritu sancto legitime cōgrega-  
 ta generale concilium faciens ecclesiam catholicā  
 militantem repræsentans potestatem à Christo im-  
 mediate habet: cui quilibet cuiuscunque status vel  
 dignitatis: etiam si papalis existat obedire tenetur in  
 his quę pertinent ad fidem: ad extirpationem schis-  
 matis ad generalem reformationem ecclesiæ in ca-  
 pite & in membris. Item declarat quod quicunque  
 cuiuscunque dignitatis: etiam si papalis existat: qui  
 mandatis statutis siue ordinationibus aut præceptis  
 huius sanctę synodi & cuiuscunque alterius concilij  
 generalis legitime congregati: super præmissis  
 seu ad ea pertinentibus factis vel fiendis obedire cō-  
 tumaciter contempserit: nisi resipuerit cōdignę pœ-  
 nitentię subiiciatur debite & puniatur: etiam ad alia  
 iuris subsidia si opus fuerit recurrendo. Cumque  
 sicut præfertur quilibet cuiuscunque dignitatis: etiā  
 si papalis existat concilio generali in præmissis obe-  
 dire teneatur: declaratum etiam fuerat frequēter ac  
 dilucide quod ipsum generale concilium pro præ-  
 missis in aliquo præmissorum actu congregatum si  
 ne ipsius consensu per nullum quauis auctoritate etiam  
 si papali dignitate præfulgeat dissolui transferri  
 aut ad aliud tempus prorogari potest. Et licet hæc  
 esse veritates fidei catholicę satis constet ex pluri-  
 bus declarationibus præcedentibus tam in præfato  
 Constan. concilio quam in hoc Basiliē. factis ad ma-  
 iorem tamen soliditatem & firmitatem omnium ca-  
 tholicorum in vnanimi professione veritatum ipsa-  
 rum: hæc sancta synodus diffinit declarat: prout se-  
 quitur. Veritas de potestate cōcilij generalis vniuer-  
 salem ecclesiam repræsentantis supra papam &  
 quemlibet alterum declarata per Consta. & hæc Ba-  
 silien. generalia concilia est veritas fidei catholica.  
 Veritas hæc est quod papa concilium generale vni-  
 uersalem ecclesiam repræsentans actu legitime cō-  
 gregatum super declaratis in præfata veritate in ali-  
 quo eorū sine eius cōsensu nullatenus auctoritatiue  
 potest dissoluere: aut ad aliud tēpus progare: aut de  
 loco ad locū transferre est veritas fidei catholica.  
 Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repu-

gnans est censendus hereticus. Datū in selsione no-  
 tra publica in maiori ecclesia Basilien. solenniter  
 celebrata 17. Kalendas. Iunij Anno à natiuitate do-  
 mini Milleesimo quadringentesimo nono.

§ Selsio trigesima quarta de depositione Eugenij papa  
 quarti.



Acrosancta generalis Synod⁹ Basiliē.  
 in spiritu sancto legitime congregata v-  
 niuersalem ecclesiam repræsentans: Ad  
 futuram rei memoriam. Prospexit do-  
 minus de excelso sancto suo: de celo in  
 terram alpeixit: vt audiret gemitus plorantis eccle-  
 siæ super pditionibus animarū, præcioso Iesu Chri-  
 sti sanguine redemptarum: & malis innumeris quæ  
 in religionem Christianam irruerunt. Et quoniā iu-  
 stus est ipse dominus & iustitias dilexit in vnū ho-  
 minem per quem scandalum venit vniuerso orbi: &  
 quo grauius peccante atque correctionem spernen-  
 te ira super omnem populum venire videtur, iudici-  
 um facere disposuit per ministerium ecclesię suę cō-  
 gregate: in nomine ipsius Christi saluatoris omnium  
 qui ait vbicunque fuerint duos vel tres congregati in  
 nomine meo: ibi ego sum in medio eorum: Et qui  
 de peccatore nolente ecclesiam audire dixit: Si ec-  
 clesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publi-  
 canus. Eiusdem quoque diuina prouidentia præui-  
 dens resistentias & oppugnationes quas aduersus re-  
 formationem ecclesiæ dei & auctoritatem sacrorū  
 generalium conciliorum ipsam ecclesiæ repræsen-  
 tantium ac bona publica totius religionis Christia-  
 nę suscitaturus erat in tempore suo Eugenius papa  
 quartus: quantaque scandala diuisiones & schisma-  
 ta facturus in orbe sacra synodum Constan. exci-  
 tauit per spiritum sanctum vt declarationem verita-  
 tis fidei catholicę toti orbi explicaret dicente qd con-  
 cilium generale vniuersalem ecclesiam repræsentans  
 potestatem à Christo immediate habet: cui quilibet  
 cuiuscunque dignitatis etiam si papalis existat obe-  
 dire tenetur in his quę pertinent ad fidem extirpationem  
 schismatis & reformationem generalem eccle-  
 siæ in capite & in membris. Item quod si quis cuius-  
 cunque status vel dignitatis etiam si papalis existens  
 qui mandatis statutis siue ordinationibus: aut præ-  
 ceptis ipsius concilij generalis in prædictis & perti-  
 nentibus ad ea contumaciter obedire contempserit  
 nisi resipuerit cōdignę pœnitentię subiiciatur &  
 debite puniatur etiam ad alia iuris subsidia si opus  
 fuerit recurrendo. Qua siquidem declaratione viam  
 parauit miserator dominus per quam ecclesia dei in  
 præfatum Eugenium multiplices excessus qui adeo  
 notorij sunt quod nulla tergiuersatione celari pos-  
 sent perpetrantem & contumaciter ecclesiam audi-  
 re ac præceptis statutis & ordinationibus synodali-  
 bus obedire contemnentem iustum iudicium ferre  
 haberet iuxta cuius veritatis declarare dispositionē  
 hæc sancta Synodus Basilien. in spiritu sancto legiti-  
 me congregata vniuersalem ecclesiam repræsentans  
 necessarium esse iudicans vt cui pia non prodest cor-  
 rectio debita non parcat abscessio. Postquam in mul-  
 ta longanimitate patientia & māfuetudine post plu-  
 res admonitiones expectauit eundem Eugenium vt  
 salutarem emendationem & excessuum prædictorū  
 correctionem efficeret tādē cū amplius differri nō  
 possit quominus catholica fidei & saluti vniuersæ  
 christianę religionis sub auxilio spirit⁹ paraclēti pro-  
 uideatur ne ex vltiori protelatione iusticię saguis  
 per-

pereuntium animarum de nostris manibus requiratur sed cum diligentia salubre regimen gregi dominico praebeatur: ut postquam veritas de terra militantis ecclesiae orta est & iusticia de caelo prospexit deus ipse donet benignitatem & terra nostra profert fructum salutarem: oriaturque simul nostris diebus iustitia & abundantia pacis. Eadem sancta Synodus pro tribunali sedens per hanc suam substantiam diffinitiuam quam fert in his scriptis pronunciat decernit & declarat Gabrielem prius nominatum Eugenium papam quartum fuisse & esse notorium & manifestum contumacem mandatis seu preceptis ecclesiae vniuersalis inobedientem: & in aperta rebellione persistentem violatorem assiduum atque contemptorem sacrorum canonum synodaliu pacis & vnitatis ecclesiae dei: perturbatorem notorium vniuersalis ecclesiae scandalizatorem notorium Simoniacum periurum incorrigibilem schismaticum: a fide deuium: perrinacem: hereticum: dilapidatorem iurium & bonorum ecclesiae inutilem ac damnosum ad administrationem Romani pontificis omni titulo gradu honore & dignitate se reddidisse indignum: quem propterea eadem sancta Synodus a papatu & Romano pontificio ipso iure priuatum esse declarat & pronunciat: ac ipsum ab eisdem amouet: deponit priuatum: & abiicit decernendo nihilominus contra eundem ad executionem etiam aliarum iuris poenarum ad quas haec eadem sancta Synodus ac eadem sua sententia ipsum condemnat vltius fore procedendum ac eisdem inhibet ne deinceps pro papa vel Romano pontifice se quouismodo nominet seu gerat. Omnesque Christianos ab ipsius obedientia fidelitate ac iuramentis & obligationibus eidem quomodolibet pstitis absoluit & absolutos esse declarat: ac omnibus & singulis Christi fidelibus inhibet sub poenis fauoris schismatis & heresis ac priuationis omnium beneficiorum dignitatum & honorum ecclesiasticorum & mundanorum. Et aliis poenis iuris etiam si imperialis regalis cardinalatus patriarchalis archiepiscopalis aut episcopalis dignitatibus aut etiam si communitates vniuersitates & collegia existant quibus sic contra hanc inhibitionem fecerint sint auctoritate huius decreti ac sententiae ipso facto priuati & alias iuris incurrant poenas: ne eidem Gabrieli notorio schismatico periuro heretico scandalizatori incorrigibili pertinaci priuato deposito amoto & taliter declarato tanquam summo pontifici obediant pareant & intendant aut eum quouismodo sustineant vel receptent. Aut sibi auxilium consilium vel fauorem praestent: necnon pronunciat decernit & declarat eadem sancta Synodus omnes & singulos processus inhibitionis sententiarum censuras constitutiones ordinationes & alia quaecumque per eum aut alios quoscumque factos & facta qui possent premissis obuiare irritos & inanes irrita & inania nulliusque fuisse aut fore roboris vel momenti. Datum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi. sollemniter celebrata. 7. Kalendas Iulij. Anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono.

*De sessione trigesima quinta de stabilitate concilij Basiliensis.*



Acrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans ad futuram rei memoriam. Diligentibus deum nihil in hoc seculo tam graue vi-

deri debet quod ab operibus charitatis in eius gloriam & animarum salutem explendis animos eorum retrahat cum & beatus Paulus apostolus dixerit: neque mors neque vita poterit nos separare a charitate dei que est in christo Iesu domino nostro. Idcirco haec sancta synodus in nomine ipsius Christi saluatoris congregata non obstante quibuscumque impedimentis opera sanctae reformationis ecclesiae dei & salutis vniuersorum quantum concesserit diuina pietas constanter & perseueranter prosequi desideras atque iam semoto per iusticiae rectitudinem precipuo obstaculo quod per inutilem & damnosam administrationem Romani pontificis maxime oberat vnitati paci & debite gubernationi ipsius ecclesiae pacem cunctorum quantum fieri potest perquirere cupiens. Cum in decreto vndecime sessionis eiusdem sanctae synodi statutum fuit quod hoc praesens Basiliense concilium non possit dissolui nisi consentientibus duabus partibus eiusdem concilij scrutatis votis singulorum. Primo in singulis deputationibus. Et deinde in congregatione generali ac demum in sessione publica decretionem subsecuta: Et deinceps super modo ponendi materiam dissolutionis concilij in deliberatione per deputatos duodecim fuerit certa conclusio recepta pridie Idus decembris. Anno a natiuitate domini Millesimo quadringentesimo 38. Statuit decernit & declarat quod per recessum cuiuscumque status aut dignitatis ab hac ciuitate Basiliensi. etiam si cardinalatus patriarchalis aut pontificalis existat non sit neque censeatur concilium dissolutum nisi iuxta formam & modum praedictorum decreti & conclusionis concessum fuerit. Et quoniam hac soliditate stabilis permanentiae concilij debite obseruata res arduae quae in manibus sunt poterit maturius & ordinatius tractari. Et precipue circa electionem futuri summi pontificis quae maiorem attentionem requirit non intendit haec sancta synodus ante terminum sexaginta dierum in decreto septime sessionis eius super ipsa electione in hoc concilio fienda praefixum computandum ad die depositionis Gabrielis olim dicti Eugenij papae quarti quae fuit septimo calendis Iulij ad huiusmodi electionem procedere. Et fluxu autem huiusmodi termino decernit ad eandem electionem in sacro concilio fore procedendum modis & formis per ipsum concilium declarandis. Ut autem sub virtuoso & idoneo pastore quem a domino dari speramus fiat omnium Christianorum vnio & abundantia pacis. Volens haec sancta synodus cum reali effectu cunctos quantum in se est inuitare ad pacem omnes & singulos sequentes curiam praesentem qui praesentis Gabrielis olim dicti Eugenij obedientiam & adhaerentiam in totum dimiserint. Et huic sacro concilio realiter & cum effectu infra terminum huiusmodi sexaginta dierum a tempore praedictae depositionis computandum adhaeserint atque de his coram eodem concilio per se vel alios legitime docuerint infra terminum praedictum intendit benigne amplecti & recipere ac eorum statui & indemnitate conuenienter providere. Datum Basileae in sessione nostra publica in ecclesia maiori Basiliensi. sollemniter celebrata 6. idus Iulij. Anno a natiuitate domini Millesimo quadringentesimo trigesimo nono apostolica sede vacante.

*De indulgentia incorporati concessa.*



Acrosancta generalis synodus Basiliensis. &c. Dilecto ecclesiae filio &c. Grata per te nobis & vniuersali qua in spiritu sancto legitime congregata representamus ecclesiae haecenus impensa, & quae adhuc impendere non desistis condigne perstringentes obsequia illis redduntur, intenti non immerito, per quae obsequia fructuosa tibi sint, & ad me cedere valeant animae salutis incrementum. Dudum siquidem omnibus, & singulis quantum nostrae congregationi incorporati fuerunt. Et etiam vsque ad festum assumptionis beatae Mariae virginis tunc futurum incorporarentur, ac nobiscum in vinea domini per sex menses laborarunt: & in anrea laborarent huiusmodi eorum labores, & obsequia condignis salutarium retributionum praemiis compensare, cupientes literas nostras concessimus in haec verba.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis. &c. Ad futuram rei memoriam. Benigna vniuersalis ecclesiae prouidentia thesauros spiritualium gratiarum, a Christo sibi concessas laborantibus, in vinea domini merito dispensare curat: quo magis labores ac sollicita studia in prosecutione salutis animarum, & publici boni Christianae religionis, & exaltationem fidei catholicae conferant. Ut sic fructuosus eorum operibus digna rependantur praemia, & ad vberiora meritorum incrementa feruentius excitentur. Virtuosum igitur, & laudabilem zelum suppositorum, huius sanctae synodi fidelia obsequia Christi ecclesiae cuiusvis necessitatibus, & aduersitatibus exhibentium: ut proinchoatis sanctis operibus communem Christianorum vtilitatem concernentibus assidue laborantium attenta consideratione pensantes, & laboribus eorum digna salutarium retributionum munera elargiri cupientes: ut omnes & singuli qui huic sanctae synodo incorporati resident personatim in eadem & antea, per sex menses residerunt: ac etiam qui hucusque ad festum assumptionis Mariae virginis eidem sanctae synodo incorporati fuerint, postquam per totidem menses in eadem residerunt: necnon & illi qui in nostris, & ipsius ecclesiae negotiis extra locum huius sacri Concilij per nos missi sunt: ac ut praefertur nobiscum per totidem menses laborarunt cuiuscumque status gradus ordinis vel conditionis fuerint: etiam cardinalatus patriarchali archiepiscopali episcopali abbatiali praemineant dignitate singulos confessores idoneos seculares, & regulares presbyteros eligere. Qui totiens quotiens opportunum fuerit ipsorum singulorum confessionibus diligenter auditis ipsis singulis in synceritate fidei vnitatis obedientia, & deuotione sanctae vniuersalis, & Romanae ecclesiae atque nostrae & summi pontificis pro tempore legitimam administrationem papatus habentis persistentibus pro poenis & censuris, a iuris constitutione vniuersalis concilij vel Apostolica aut alia quavis, vel ab homine generaliter promulgatis omnibus debitam absolutionem impendere atque iniungere valeant poenitentiam salutarem. Nisi forsitan talia fuerint, propter quae sedes Apostolica fuerit merita consulenda: necnon etiam vota peregrinationis abstinentiae, & similia per eos emissa. Exceptis tamen votis peregrinationis Romanae Hierosolymitanae, & sancti Iacobi in Compostella in alia pietatis opera commutare. Quodque praeterea praedicti, vel alij similes confessores per sin-

gulos eorum incorporatorum, & incorporatorum eligendi singulos semel in vita, & semel in mortis articulo ipsorum singulorum similibus confessionibus auditis eis singulis praeter quam in homicidij voluntarij casu aliis pro peccatis omnibus: etiam si talia fuerint propter quae sedes ipsa merito consulenda existeret auctoritate vniuersalis ecclesiae: & nostra debite absolutionis beneficium impendere ac poenitentiam salutarem iniungere plenariam remissionem omnium peccatorum suorum concedentes ipsosque, & ipsorum quemlibet a quibusvis excommunicationum suspensionum, & interdicti singulis aliisque ecclesiasticis censuris, & poenis a iure vel ab homine generaliter etiam per legatorum vel subdelegatorum sedis, praedictae aut vniuersalium conciliorum, vel Apostolicae sedis aut prouincialis vel quolibet synodales constitutiones: siue iuxta regularia quorumlibet ordinum instituta incurrisse quomodolibet censentur: etiam si propterea ad sedem ipsam, vel alium quemcumque speciales habendus foret recursus, si id humiliter petierit iniunctis eis inde pro modo culpe simili poenitentia: necnon aliis quae fuerint iniungenda auctoritate praedicta etiam absque cuiusvis alterius super hoc requisita licentia absolueri atque etiam semel, ut praemittitur in vira quaecumque vota peregrinationis abstinentiae, & similia in alia pietatis opera commutare: etiam si talia sint propter quae sedes Apostolica merito foret consulenda. Et cum eis & eorum quolibet super irregularitate, si quam huiusmodi sententiis aut eorum aliqua ligati missas, & alia diuina officia non tamen in contemptum clauium celebrando, vel se illis immiscendo, vel alias qualitercumque praeterquam in bigamia, vel homicidio voluntario contraxerint abolendo. Etiam omnem inhabilitatis irregularitatis, & infamiae maculam, siue notam per ipsorum quemlibet praemissorum occasione contractam eadem auctoritate dispensare ipsosque, & eorum quemlibet ad quascumque dignitates, etiam si cardinalatus patriarchalis Archiepiscopales Episcopales, & alias quascumque necnon personatus administrationes officia, & beneficia quaecumque ecclesiastica, & curam animarum habentia quae indebite ac minus canonice alias tamen colorato titulo etiam si per simoniam labem: non tamen per violentiam aut praetextu literarum, & instrumentorum falso fabricatorum adepti sunt: & possident ipsis tamen dignitatibus beneficiis officiis: in quorum adeptioe labes simoniam interuenerint suis in manibus praedictorum confessorum libere resignatis rehabilitare: aliaque eis post rehabilitationem huiusmodi denuo absque alicuius iuris praedicti conferre, & de illis prouidere, & alias de super ipsorum statu, & indemnitatibus consulere etiam ad alias quascumque dignitates: ut praemittitur & beneficia illis canonice conferendas aut conferenda rehabilitando: ac in omnibus & per omnia libere & licite possint, & valeant prout Romanus Pontifex pro tempore in legitima administratione papatus constitutus quomodolibet facere possit. Ita tamen quod ipsorum singuli de fructibus per eos ex dignitatibus personatibus administrationibus officiis, & beneficiis huiusmodi indebite perceptis: aequalem portionem pro fabricis, & ornamentis ecclesiarum seu aliis pro vsibus iuxta voluntatem, & discretionem confessorum praedictorum exponere debeant ac etiam teneantur. Et quibus quidem abso-

absolutionib<sup>9</sup> abolitionib<sup>9</sup> dispensationib<sup>9</sup>, & prouisionibus etiam in iudicio & extra ubi opus fuerit ita ri volumus personis incorporatis, & incorporandis predictis autoritate ipsius vniuersalis: tenore presentium indulgemus. Volumus autem quod confessores, ipsi de his quibus ratione premissorum fuerit impendenda satisfactio: etiam similis incorporatis predictis pro tempore consentientibus per se: si superuixerint vel per heredes suos aut alios, si tunc forte transferint faciendam iniungant: quam ipsi absoluti vel heredes aut alij premissi facere, & adimplere teneantur ut praefertur. Et ne quod absit aliqui propter huiusmodi gratiam reddantur procliuiores, ad illicita posterum committenda volumus: quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliquis: vel aliqui incorporatorum predictorum aliqua forte committeret quo ad illa remissio eis nullatenus suffragetur: quoniam etiam ad eos, qui a nobis recefferunt, & ad dissolutionem seu derogationem autoritatis presentis, sacri concilij improbis ausibus machinati sunt volumus aliquatenus extendi. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostrae concessionis & voluntatis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & vniuersalis ecclesiae se nouerit incursum. Datum Basileae. 5. Calend. Iulij Anno a natiuitate domini 1439, Apostolica sede vacante.

Nos igitur ut tu qui ante datam literarum predictarum nostrae congregationi incorporatus fuisti: & nobiscum ipsius ecclesiae causis, & negociis proficere per sex menses, & amplius sollicitis studiis laborasti literarum predictarum pleno gaudeas effectu. Et ne eundem effectum super eo quod incorporatus fueris, & per huiusmodi menses nobiscum laboraueris: ut praefertur cuiusuis haesitationis super sit scrupulus tempore procedere te, ut praefertur incorporatum fuisse: ac per huiusmodi menses nobiscum realiter, & veraciter laborasse. Harum serie literarum attestamur: & cunctis notum relinquimus volentes & autoritate vniuersalis ecclesiae, decernentes, quod praesentes literae ad probandam plene huius rei seu facti existentiam siue certitudinem ubique sufficiant. Nec ad id probationis alterius administratum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae attestationis voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & vniuersalis ecclesiae se nouerit incursum. Datum Basileae ut supra.

*Decretum quinque conclusionum.*



Acrosancta generalis Basiliensis Synodus &c. Ad perpetuam rei memoriam sollicitudinem generalium conciliorum quorum frequens celebratio agrum dominici praecipua cultura est maxime fieri decet ut euellent, & destruant vepres & tribulos errorum: aedificentque; & plantent sanam doctrinam veritatis, per quam animae hominum nutriantur in salutem. Quod attendens haec sancta synodus volens quod errores varios aduersus Euangelicam veritatem, & determinationes ecclesiae pullulantes extinguere tres catholicae veritates fidei cordibus omnium Christianorum per solenne decretum suae sessionis firmiter

inferere curauit: cuius decreti tenor talis, & sacrosancta generalis Basiliensis &c. Ad perpetuam rei memoriam. Sicut vna est Christi ecclesia ita: &c. ut habetur in 33. Sessione. His autem sic praemissis prouidendum insuper fuit: ut ea rescinderentur sarculo ecclesiasticae sollicitudinis quae in aduersum errata sunt. Et potissimum dum error in illo deprehenditur, qui animabus Christianorum grauius posset afferre nocuum aliosque ad errandum facilius inducere. Tanta enim nobis cura esse debet conseruandae Christianae fidei: ut nec in minimo permittatur violari quam pertinaciter offendentes in aliquo totum offendere censetur: dum doctrinam ecclesiae catholicae in his quae fidei sunt, non sequuntur vel ineffabilem regulam: sed iudicium proprium in aduersum obduratis animis sequi volunt. Verum praecipue cauendum est ne is, qui aliorum doctor in via veritatis esse debet alios in foueam, & praecipitium erroris abducatur: & potissime talis erroris qui vniuersalium conciliorum autoritatem eneruet, quorum iudicium summum est in terris, in extirpatione errorum & conseruatione rectae fidei: nec vnquam aliquis peritorum dubitauit summum pontificem in his quae fidem concernunt iudicio eorundem conciliorum vniuersalium esse subiectum. Conquiescat autem Christiana religio in praemissa declaratione catholicae fidei circa ipsorum conciliorum autoritatem explicata in sacra Constantiensis synodo: & deinceps cum olim Eugenius papa quartus hanc synodum Basiliensem sine ipsius consensu attentasset prima vice dissoluere declaratum sibi fuit hoc ipsum praemissa declarationi repugnare. Quodque non poterat dissoluere aut in alium locum transferre, vel in aliud prorogare generale concilium vniuersalem ecclesiam representans sine consensu ipsius: ac etiam veritas iuris diuini, & articulus fidei concernens quae sine interitu salutis negligi non potest tandem plus longam resistantiam, quam aduersus veritatem fecerat & multiplices admonitiones atque informationes sibi per hanc sanctam synodum factas dissolutionem ipsam reuocauit: illamque declarauit fuisse irritam & inanem reuocans etiam quicquid contra huius sacri concilij Basiliensis autoritatem per ipsum aut suo nomine assertum erat: sic vniuersa ecclesia & Christiana religio in hac fidei veritate conquieuit firmiter credens non posse fieri dissolutionem concilij, sine consensu eius: spes autem maxima adhaesione huius sanctae synodo per eum solenniter praestita deinceps in vnitatem fidei: cum tota ecclesia permanere a qua iterum pro dolor se grauius per attentatam secundam dissolutionem huius sacri concilij, sine consensu ipsius separauit: & cum fuisset iterum admonitus, ut hoc ipsum reuocaret expectatoque diuturno tempore, ut rursus errorem dimitteret pertinacius in eo permansit autoritatem conciliorum generalium & veritates fidei, circa eam declaratas assidue conculcans. Quod considerans haec sancta synodus, & videns se nihil apud eum per admonitiones, & expectationem proficere omnibus Christianis rei huius veritatem manifestare debuit in aliquos deinceps in suos errores attrahere possit qui per ignorantiam laqueos perditionis incurrant: sed potius lumen doctrinae ecclesiae catholicae iugiter sequentes faciant rectos gressus suos in acquisitione aeternae salutis: sitque omnium vna fides vna societas

ras spes in vinculo pacis. Et ut clarius rei series ipsius innotescat possintque cuncti plenius veritatem ab errore lumen a tenebris discernere quinque conclusiones in sua congregatione generali conclusit haec sancta synodus nono Calendae Iulij proxime praeteriti declaratiuas eorumque aduersus duas veritates in decreto supra memorato positas. Praefatus Gabriel dictus tunc Eugenius papa quartus haec attentauit. Quarum quidem conclusionum tenor talis est.

Veritatibus duabus praedictis repugnat prima huius sacri Basiliensis concilij praetensa dissolutio seu translatio per Eugenium papam modernum de plenitudine potestatis Apostolicae ut asserit attentata.

Veritatibus duabus praedictis repugnant errores Eugenij papae moderni post primam praetensam dissolutionem, siue translationem synodali monitus ac iussus sententia: & in forma sibi oblata iudicialiter reuocauit.

Veritatibus duabus praedictis repugnat sacri huius Basiliensis concilij praetensa dissolutio, siue translatio per Eugenium modernum citatum super facto reformationis attentata de plenitudine potestatis: ut asserit casu quo contra ipsum aut aliquem de suis praesidentibus procederetur inexcusabilem, in fide contineret errorem.

Veritatibus duabus praedictis repugnans huius sacri Basiliensis concilij iterata dissolutio seu translatio praetensa ipsam modernum Eugenium dissoluentem seu transferentem in reuocatum errorem probat iterum esse prolapsam.

Veritatibus duabus praedictis repugnans iterata dissolutio, seu translatio necnon ipsius Eugenij post eum monitionem synodalem: ut ipsam dissolutionem seu translationem praetensam, ut praemittitur factam reuocaret. Declarataque continuata ac in eadem longa permanentia apertaque sua rebellio: & alterius congregationis in vim praetense dissolutionis: sub nomine concilij generalis erecto hoc sacro durante Basiliensi concilio sunt de eiusdem Eugenij pertinacia euidentia testimonia clamore accentoris.

Quae quidem omnia deduci voluit haec sancta synodus, in notitiam cunctorum per praesentes, ut euulsis erroribus de agro domini vnitatis fidei refloreat, & omnibus amplexantibus veritatem ecclesiae Dei consequatur salutem, & pacem quae per huiusmodi dissolutiones, & impugnationes per praefatum Gabrielem tunc dictum Eugenium papam quartum aduersus sanctam synodum suscitatas quam plurima pericula, & detrimenta hucusque sustinuisse dignoscitur, & sicuti in errore suscitata scandala, & schismata succreuerunt sicut ex agnitione veritatis: pax & tranquillitas oriatur ipsaque Christi ecclesia destructis aduersitatibus vniuersis securitate gaudeat, & salute: nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis notificationis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei & vniuersalis ecclesiae se nouerit incursum. Datum Basileae in sessione nostra publica sexto nonas Iulij, Anno a natiuitate domini 1439 Apostolica sede vacante.

*sessio 36. De conceptione gloriosissima beatae Mariae virginis.*

*sessio trigesima septima. Et est renouatio protestationum conuentionum iuramentorum.*

*Vide decretum 30.*



Acrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans ad futuram rei memoriam. Quoniam in opere necessario quod fauente superna gratia aggressuri sumus in eligendo summum pontificem: & prouidendo salutem ecclesiae, in gloriam omnipotentis Dei, non solum quaerere oportet quae ad ipsius operis consummationem promouent: verum etiam impedimenta tollere quae felici progressui rerum agendarum aduersari aut officere possunt, vel quomolibet contraire: ut purius syncerius liberius ipsa electio summi pontificis fiat omnes, & singulas protestationes quae possunt puritati synceritati & libertati, & efficaciae eiusdem electionis, & eligendi per sacrum concilium summi pontificis obedientiae plenariae obuiare: necnon conuentiones pactiones promissiones, obligationes, iuramenta, condicta, intelligentias, & impedimenta: vbicunque qualitercunque; & per quoscunque cuiuscunque status gradus conditionis, & praerogatiuae etiam si imperiali regali cardinalatus archiepiscopali ducali aut alia quacunque ecclesiastica vel mundana praefulgeant dignitate in aduersum huius electionis factas, & factas fiendas & fienda ex abundantia damnatae, & reprobatae: & annullatae prout etiam de se ipsis nulla nulliusque roboris, vel momenti existant: mandans sub obtestatione diuini iudicij, & sub excommunicationis poenae quam in contrarium faciundo ipso facto incurrant & praecipiens, ne quis talia facere, vel iam factis uti aut eadem obseruare quouismodo praesumat. Omnesque & singulos ab huiusmodi promissionibus & obligationibus, quibuscunque etiam iuramento vallatis eadem sancta synodus ad cautelam, & ex abundantia absoluit, & relaxat: & prout haec de facto processerunt absolutos, & relaxatos esse declarat. Datum Basileae in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensis sollemniter celebrata nono Calendae Decembris. Anno a natiuitate domini. Millesimo quadringentesimo trigesimo nono.

*Aliud decretum eiusdem sessionis de modo eligendi summum pontificem.*



Acrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans: ad futuram rei memoriam, Consolabitur dominus Syon & consolabitur omnes ruinas eius ait Esaias propheta: & ponet desertum eius quasi delicias solitudinem eius quasi hortum domini gaudium, & laetitia inuenietur in ea gratiarum actio & vox laudis: quod iam aspirante singulari gratia spiritus paracliti in ecclesia conspicer speramus, & videre pastorem bonum constitutum a domino super familiam suam: qui sapienti & fidei regimine releuet ipsam ecclesiam a languoribus suis: quos ex inutili & damnosa administratione haecenus perpessa est. Et licet diuersis temporibus diuersi modi super electione Romanorum pontificum obseruati sint prout necessitas & utilitas ecclesiae exposcebat: nunc tamen cura rei huius sub directione omnipotentis Dei incumbit huic sanctae Synodo congregatae pro reformatione ecclesiae, & salute omnium fidelium in nomine Christi saluatoris qui ait: Vbi sunt



sunt duo vel tres cōgregati, in nomine meo ibi ego sum in medio eorum. Etiam post editionē salubriū decretorum & sacrorum canonum atque iustā depositionem illius qui ipsos canones, & decreta spernebat ac paruipendebat sanctæ reformationi & restorationi legis diuinæ ac publicæ saluti vehementer obstitens superest virum talem quærere à domino, & cum beneplacito suæ benignitatis eligere per quem desiderata cunctis gentibus ipsa reformatio atque salutaris gubernatio ecclesiæ Dei: in salutariē reducatur effectus. Nam & singulariter futuro pastoris incūbit bene regēdi necessitas, dum recēs exemplum sui prædecessoris ob eius damnosum regimen eieci ante oculos positum habebit. Dudum quoque in Sessione huius sanctæ synodi celebrata 12, Calēdas Iulij. Anno à natiuitate domini 1432, statutum fuit de electione Romani pontificis si sedem Apostolicam hoc sedente concilio vacare contingeret in hunc modum. Hæc sancta synodus decernit statuit atque diffinit quod in euentu vacationis sedis Apostolicæ hoc sacro cōcilio durante electio summi pontificis in loco istius sacri concilij fiat. Et interdicit ne alibi celebretur in contrarium attentata quavis autoritate etiam si papali non obstantibus quibuscunque constitutionibus editis vel edendis aut aliis in contrarium faciendis ac si de ipsis esset de verbo ad verbum faciendā mentio specialis aut iuramento firmata existant quibus ex certa scientia derogat & decernit nulla, & irrita esse declarat, & nulli⁹ roboris vel momenti ipso iure. Contrarium vero facientes & attentantes sint tam actiue quàm passiue quoad electionem Romani pontificis & quascunque alias dignitates inhabiles, & omnibus habitis dignitatibus perpetuo priuati & infamix notam & excommunicationis sententiam incurrat ipso facto. Quod si forsitan aliqua de facto prætenfa electio præsumeretur tam electus prætenfus quàm illi ad hærentes & eum pro tali gerentes supradictas pœnas incurrant. Absolutionem vero omnium & singulorū qui præmissas sentētiās aut aliquam earū incurrerint quomodo dicta sancta synodus tantummodo præterquam in morticulo sibi reseruat decernens præfens decretum ligare afficere vim & effectum habere, & sortiri post quadraginta dies continuo proxime secuturos à die publicationis eiusdem. Deinceps autem in nostro decreto septimæ Sessionis ordinatū fuit quod in euentum prædictum vacationis sedis Apostolicæ hoc sedente generali concilio ante sexaginta dies à tempore ipsius vacationis continue cōputados ad electionem Romani pontificis minime procederetur: quem terminum sexaginta dierū postquam vacauit ipsa sedes per depositionem Gabrielis olim Eugenij papæ quarti hæc sancta synodus dixit expectandum. Decreuitque à fluxu illo termino electionem Romani pontificis in hoc sacro concilio esse faciendam modis, & formis per ipsum concilium declarandis prout in decreto nostro trigessimæ quintæ Sessionis plenius cōtinetur. Cum autem iam post eiusdem termini lapsum adhuc per plures dies ad electionem præfata procedere distulerimus ecclesiæque accerrimos dolores patiatum dum protelatur sedis Apostolicæ diuturna vacatio: & differtur noui pastoris electio, ipse quoque qui iustissime depositus est variis artibus ecclesiam conturbare conatur, & Apostolicæ sedis primatum nephāda presumptione tenere & occupare in graue scandalum

ecclesiæ: & magnum periculum fidei, & religionis Christianæ qui pertinaciam suam in dies magis ac magis hominibus manifestando mense Septembris proxime præterito horrendam infectiuam aduersus veritates fidei in hanc sanctam Synodum eiusque fautores & defensores promulgauit: non correctionem seu emendationem proferens, sed omnem incorrigibilitatem, & pertinaciam ostendēs atque propriis facti toti mundo manifestans quod necesse est ecclesiæ catholicæ de prudēti & fideli pastore providere qui eam à persecutionibus tam reprobi hominis defendat fidemque conseruet ac iustitiam & veritatem tueatur animasque præciosas Christi sanguine redēptas quas præfatus Gabriel seducere nititur dirigat in viam salutis. Nam sicut res ipsa iudicat plura & maiora scandala in dies eueniēt nisi per auxilium gratiæ Dei de remedio prouideretur opportuno. Ad quod quærendum & de idoneo pastore providendum necessitas fidei maxime nos impellit: volens itaque eadem hæc sancta synodus post maturam & longam expectationem exsoluere debitum obsequium domino Deo suo & saluti atque necessitati ipsius ecclesiæ: vt tenet providere ad laudem & gloriam beatissimæ Trinitatis patris & filij & spiritus sancti statuit decernit & declarat electionem Romani pontificis faciendam & celebrandā esse pro hac vice per hoc sacrum concilium Basiliensē eius autoritate modis & formis infra scriptis.

Et primo quod vna cum dilecto ecclesiæ filio Ludouico tituli sanctæ Cecilix sanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero cardinali Arelaten. vulgariter nūcupato præfente & præfidente hoc sacro concilio. Et aliis ipsius sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, si qui ante consummatam electionē futuri summi pontificis aduenerint & ad hærentes huic sacro concilio eidem electioni interesse voluerint. Alij tam de prælatiis quàm cæteris honorabilibus ecclesiasticis viri in sacerdotio aut saltem diaconatus ordine constituti vsque ad numerum triginta & duorū per eandem Synodum ad prædictam electionem faciendam in nostra generali congregatione ac in Sessione publica nominandi & deputandi potestatem habeant: prout secundum Deum & conscientias suas eiusdem videbitur hac vice libere eligēdi summum pontificem autoritate huius sanctæ synodi ita vt illæ absque vlla exceptione ab vniuersali ecclesiā summus pontifex habeatur: qui ab omnibus prædictis sic debentibus pro hac vice eligere: aut saltem à duabus partibus ipsorum fuerit electus: & consensum vt infra dicitur præstiterit. Nec valeat electio nisi duæ partes prædictorum in ipsum electum consenserint & conuenerint qui omnes pro hac vice eligere debentes tanto attentius: synceris mentibus & expurgatis conscientijs idoneum, & per vitem pastorem eligere curent: quan to ecclesiam in laioribus necessitatibus positam conspiciunt. Ad solum Deum oculos dirigentes: qui in districtissimo examine de tanto & tam arduo negotio, ex quo, pendet salus vniuersalis ecclesiæ reddituri sunt rationem: ordinat in super statuit & decernit hæc sancta synodus quod supradicti eligere debentes die sequente post nominationem eorum in congregatione generali conueniant omnes in maiori ecclesiā Basiliensē. in qua missæ & sermo solennes celebrentur. Et fiat prout de more fieri in die quando intratur conclaue tenebiturque eodem die publica sessio: & ibi omnes suscipiant eucha-

eucharistiæ sacramentum ac iuramentum præstant quod in 23, sessione huius sanctæ synodi extitit ordinatū. Quibus peractis sine redeundo in domos suas intrent conclaue ad hoc ordinatum in domo huius ciuitatis Basiliensē in qua sacra deputatio: pro cōmunibus teneri consuevit: ad electionem huius celebrandam & consequenter præsentandum ac intimandum: ceteraque faciendum obseruandum & prosequendum quæ in præfenti decreto expressa sunt, & quæ in cæteris hic non expressis alia decreta huius sanctæ synodi: necnon alia constitutiones & ordinationes videlicet tam in corpore iuris clausæ quàm extrauagantes quæ hactenus obseruari consueuerunt de cardinalibus & aliis electoribus Romani pontificis statuunt & decernunt: quæ omnia saluis expressis in prædicto decreto volumus in suo robore permanere. Et etiam in prædictis ad eligendum pro hac vice deputatis & deputandis locum habere quem admodum de cardinalibus in prædictis decretis cōstitutionibus & ordinationibus statutum & ordinatum reperitur. Sed nullum eisdem expressis quouis modo præiudicium generari. Electus autem in papam præsentata sibi electione si præfens in hac ciuitate fuerit: per aliquos ex ipsis vel alios ad hoc habentes mandatum ab eis in præfentia notarij, & saltem decem personarum requisitus teneatur infra diem naturalem ab hora requisitionis consentire ac iurare modo, & forma inferius descriptis. Alioquin eius electio pro infecta habeatur. Volumus autem quod si cōtingeret ipsum electum huiusmodi electionem non acceptare seu ei non cōsentire modo, & forma: & in tempore ordinatis quod præfati ad eligendum ordinati ad alterius electionem procedant priusquā exeant conclaue si præfatus electus in hac ciuitate fuerit. Si vero fuerit extra ciuitatem eo casu infra tri duum post notitiam habitā in concilio: & per ipsum concilium in congregatione generali declarata de recusatōne per electum facta iterum intrent conclaue pro electione alterius faciendā omnibus modis, & formis sicut superius dictum est. Et si quis ipsorum electorum à tempore primi ingressus conclaue in antea recederet à concilio vel decederet. Aut impedimentum haberet per quod non posset electioni interesse: vel etiam conclaue intrare nollet alius loco eius subdeputat de eadem natione per ipsos ad eligendum deputatos: aut per maiorem partem ipsorū qui habebit cōmunicare & iurare prout præfati deputati aut maior pars ipsorum ordinauerit: durētque potestas omnium & singulorum prædictorum, absque noua deputatione electorum donec electio per eos faciendā realiter per consensum electi sortita fuerit effectum. Hanc autem formam & modum electionis approbat: statuit, ordinat & decernit hæc sancta synodus pro hac vice & ad omnē scrupulum submouēdum omnes, & singulos in eadem synodo præfentes & venturos: & qui ei adhærebunt quantum ad huiusmodi electionis opus, & totalem effectum ab omnibus sententijs excommunicationis, si quas forsitan incurrerint & quibuscunque cēsuris à iure vel ab homine generaliter vel specialiter: etiam à concilijs generalibus vel sententijs pontificalibus promulgatis absoluit ipsosque ad omnes actus in eadem synodo agendos actiue vel passive quatenus opus est habilitat & habiles esse declarat volens etiam vt specialiter in omnibus ad eligen-

dum deputatis aut deputandis vt præmittitur locum habeat constitutio Clementis 5. quæ ordinat vt nullus ex cardinalibus cuiuslibet excommunicationis suspensionis & interdicti prætextu à dicta electione repellere valeat: cæteris eiusdem concilij decretis in his quæ superius expressa nō sunt semper saluis sup plens ex certa scientia, & plenitudine potestatis omnes & singulos defectus si qui forsitan interuenerint in præmissis ac etiam suspēdens omnia iura potestata in cōcilijs generalibus: & à summis pontificibus edita & statura & ordinationes consuetudines & priuilegia quibuscunque concessa: pœnas contra quoscunque ordinatas. Et eis derogant in quantum effectum præfentis decreti impedire possent quomodo in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque: Præterea cum necessitas rerum & ciuitatis temporis id ex postulant: vt hæc sacra synodus & ipse summus pontifex per Dei gratiā in proximo assumendus quam maximè vnum sint eadem charitate: & vnanimi consensu quam pluribus ad hæc vigentibus rationibus ordinat & decernit: vt electus in summum pontificem priusquam aliquid graue in his quæ pertinent ad administrationem papæ exerceat insignia coronationis suæ assumere debeat in loco huius sacri concilij ad quem si absens fuerit infra terminum sibi assignandum per deputatos ad eligendum vel maiorem partem eorundem venire teneatur.

*Forma consensus professionis & iuramenti præstandi per ipsum electum in pontificem.*



**N**omine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis patris & filij & spiritus sancti. Ego N. electus in papam omnipotenti deo: cuius ecclesiam suo præsidio regendā suscipio. Et beato Petro Apostolorum principi corde & ore profiteor quantum in hac fragili vita constitutus fuero: me firmiter credere & tenere fidem catholicam secundum traditionem Apostolorum generalium conciliorum, & aliorum sanctorum patrum: maximè autē sacrorum octo conciliorum vniuersalium videlicet primi Nicæni secundi Constantinopolitani: tertij Ephesini, quarti Calcedonen. quinti & sexti. Item Constantinopolitani, septimi, Item Nicæni, octaui quoque Constantinopolitani necnon Lateranen. Lugdunens. Vienen. Constantien. & Basiliens. generalium conciliorum: & illam fidem vsque ad animam & sanguinem confirmare: defendere & prædicare, ritumque pariter sacramentorum ecclesiasticorū ecclesiæ traditum omnimode prosequi & obseruare polliceor: etiam fideliter laborare pro tuitione fidei catholicæ & extirpatione hæresum & errorum reformationem: executione & obseruatione decretorum Constan. & Basiliens. conciliorum ac pace in populo Christiano. Iuro etiam prosequi celebrationem conciliorum generalium ac confirmationem electionū iuxta decreta sacri Basiliens. concilij. Hanc autē professionem meam manu subscripsi: & tibi omnipotenti Deo super altare pura mente offero: & in die tremendi iudicij redditurus sum de hoc & alijs meis operibus rationem quam etiā professionem in primo publico consistorio sollemniter repetam. Datum vt supra patebit.

*Et ac eadem forma habetur in 3. decreto conc. cōst. Sed quia hæc addit aliqui d. in fine est hunc loco apposita.*

*Decretum inhibitionis ne bona electi & diligentium rapiantur,*



Acrosancta. &c. ad perpetuam rei memoriam: cum ea quæ laudabiliter pro reprimendo conatus malignantium ordinata sunt nullatenus negligi deceat: sed potius diligentiter seruari studio sacrum canonem dudum in concilio Constantien. editum aduersus illos qui bona electorum famabantur: & de nouo electi in summum pontificem rapere audere: innouat hæc sancta synodus sub huiusmodi tenore. Omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum: ad id præsertim ad quod cupiditatis, & auaritiæ stimulus incitatur. Fiunt autem & factæ sunt leges: vt earum metu humana refrenetur audacia: tutaque sit inter improbos innocentia, & refrenetur nocendi facultas. Cum itaque nonnunquam euenisse comperimus: quod electo Romano pontifice nonnulli sub prætextu præsentis cuiusdam abusuque licentiæ res, & bona sic electi quasi culmine diuitiarum adepti falso prætententes occupanti concedi. Nedum illius sic electi imò aliquando nonnullorum quos electos esse mendaciter confingunt domos res, & bona Cardinalium aut electorum Romani pontificis, & aliorum in loco conclauis existentium etiam violenter inuadunt recipiunt occupant & transportant lucrifacta existimantes: ex quibus si permitterentur plura pericula, scandala, rapinæ, furta, & nonnunquam homicidia sequerentur. Nos igitur tam sceleratæ temeritatis & audaciæ uiam percludere: & huiusmodi periculis & scandalis obuiare uolentes: præfatam dantes sceleratum abusum talia fieri hoc edicto prohibemus: statuentes quòd quicumque cuiuscunque status aut conditionis existant contra hoc præsumperint attentari: aut ad hoc auxilium consilium vel fauorem præbere pœnas quas in uolentos raptores & occupatores huiusmodi iura atque Apostolicæ & imperiales constitutiones statuunt: & eo ipso excommunicationis sententiâ incurrant: à qua nisi per hæc sanctam synodum aut futurum Romanum pontificem præterquam in mortis articulo & facta satisfactione absolui nequeant: & omni officio beneficio priuilegiis ac dignitate ecclesiastica & mūdāna feudisque & rebus aliis si quæ aut quas in Romana vel aliis ecclesiis obtinebit sit priuatus & intestabilis aetiuè & passiuè existat. Ciuitas uero quæ in præmissis culpabilis fuerit ecclesiastico subiacet interdico huic adiicientes sanctioni: vt domini temporales rectorésque & officiales ciuitatis vel loci ubi electionem Romani pontificis contingerit celebrari illa imminente præmissa fieri sub grauibus pœnis publice & realiter prohibeant & prohibitionem diligenter faciant obseruari. Cæteris constitutionibus circa talia editis in suo robore duraturis. Et quia nunc imminet electio Romani pontificis per hanc sanctam synodum seu eius autoritate celebranda ubi obseruatione & executione præfatæ cōstitutionis opus est nos omnia, & singula prædicta agendi & exequendi illis personis tam ecclesiasticis quam secularibus quæ postmodum in nostra cancellaria nominabuntur plenam & liberam committimus: & cōcedimus facultatem & potestatem decernentes literas super hoc fieri cum censuris & aliis remediis iuris etiam cum inuocatione brachij secularis & clau-

fulis opportunis. Datum ut supra.

*Ne tempore electionis fiat audientia.*



Acrosancta &c. ad futuram rei memoriam. Ne uariarum rerum occupatio actum salubrem electionis futuri pontificis impediatur aut perturbetur. Decernit hæc sancta synodus ut ad tam necessarium, & tam salubre electionis negotium attentius procedatur audientiam & omne causarum, & litium exercitium in hoc sacro cōcilio per audientiam camere à die quo deputati ad eligendum summum pontificem intrabunt conclauem. Et deinceps ad publicationem electionis ipsius summi pontificis inclusive suspendenda esse eademque hoc præsentis decreto suspendit & prohibet irritum decernens, & inane quicquid in contrarium fuerit attentatum. Datum ut supra.

*Sessio trigesima octaua.*



Acrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata uniuersalem ecclesiam representans: ad perpetuam rei memoriam. In Esdra scriptum est ueritas magna & fortior præ omnibus. Omnis terra ueritatem inuocat. Cæelum etiam ipsam benedixit: ueritas manet & inuoluit in æternum & uiuit, & obtinet in sæcula sæculorum. Non est apud eam accipere personas neque differentias, sed quæ iusta sunt facit omnibus iniustis cuiuscumque ueritatis fortitudinē dum pugnare conatur Gabriel quondam dictus Eugenius papa quartus iusto iudicio à papatu depositus seipsum magis deiicit, & prosternit qui nuper apud Florentiam prout per summariam informationem accepimus libellum quendam qui incipit Moyses seruus Dei promulgauit: in quo præsentem translationem præfatam huius sacri concilij in Ferrariensem quam erroneam in fide pluribus decretis & epistolis nostris lucidissime declarauimus. Nec non erectionem schismaticæ cōuenticuli Ferrariensis sub nomine generalis concilij: hoc sacro durante concilio in vim præfatæ translationis attentatam maiori semper cum pertinacia defendere & approbare conatur. Adiciens quòd à recta linea per anfractus erroris exorbitauimus. Quòdque concilium Constantiense in malignum sensum & à sana doctrina pœnitens alienum pertraximus in hoc quòd declarauimus per sessionem nostram 16, Calendas Iunij proximè præteriti celebratam tres ueritates: quarum tenor sequitur.

Veritas de potestate concilij generalis uniuersalem ecclesiam representantis super papam, & quemlibet alterum declarata per Constantien. & hoc Basiliensem. generalia concilia est ueritas fidei catholicæ.

Veritas hæc quòd papa concilium generale uniuersalem ecclesiam representans actu legitime congregatum super declaratis in præfata ueritate: aut aliquo eorum sine eius consensu nullatenus autoritatiue potest dissoluere: aut ad aliud tempus prorogare: aut de loco ad locum transferre est ueritas fidei catholicæ.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans est censendus hereticus. Conatur quoque ipse Gabriel post prædicta per eum asserta sub obscurati-

ritatibus uerborum mundum inuoluere dicens se damnare & reprobare ueritates prædictas ad sensum Basiliensem quem inquit factum demonstrauit. Neque illum sensum explicans, nec in quo sensu eas approbare uelit manifestans quæ fortassis ideo subreptè: quoniam manifeste uidet uerba dictarum ueritatum ita clara esse, & aperta sicut sunt quòd de nulla obscuritate notari merito possunt. Nec ad multiplices protrahunt sensus & per consequens quòd ille primus sensus iuxta quæ se dicit reprobare dictas ueritates nullatenus allegare potest. Hoc autem notum facimus uniuersis catholicis quòd nullum sensum in his habet hæc sancta synodus: nec habere uult nisi quem sacra synodus Constantien. habuit in declarationibus suis sensum uerum & catholicum quæque semper habuimus in declarationibus per nos factis. In secunda undecima duodecima uigesima nona & aliis sessionibus nostris ac epistolis synodalibus pariter cum cardinalibus sanctæ Rom. ecclesiæ patriarchis archiepiscopis episcopis oratoribus principibus abbatibus doctoribus qui in nostro cœtu affuerunt fideliter & uenimè credentibus quæ cōciliū habet potestatem immedie à Christo cui papa obedire tenetur prout ueritas præfata in concilio Constantien. declarata diffiniuit: quòdque hæc ueritas est iuris diuini quòd papa ipse concilium generale uniuersalem ecclesiam representans legitime congregatum eo modo quo frequenter declaratum est sine eius consensu dissoluere: aut de loco ad locum transferre non potest, neque aduersus has ueritates preualere potuit Gabriel ipse, qui præsentem dissolutionem huius sacri concilij sine eius consensu prima uice per eundem Gabrielem attentatam hoc sacro concilio eidem ex parte Dei omnipotentis præcipiente atque mandante iudicialiter reuocare cōpulsus est: ac in sua adhesionem eam declarauit nullam irritam & inanem. Ipsaque non obstante concilium legitime continuatum fuisse, & prosecutionem habuisse, & habere debere reuocando etiam expresse literas incipientes: Deus nouit, quæ suo nomine factæ dicebantur: & aduersus huius sacri concilij & aliorum conciliorum auctoritatem varios errores continebant. Item duas literas suas incipientes, inscrutabilis & in archano. Alias etiam quascunque, ac quicquid per ipsum aut suo nomine in præiudicium aut derogationem huius sacri concilij Basiliensis seu contra eius auctoritatem factum, & attentatum seu assertum erat. Ecclesia catholica tunc in pace conqueuit tenes firmiter esse uerum & catholicum: quòd papa absque consensu concilij ipsum dissoluere aut transferre non potest: cognoueruntque cuncti fideles quòd acquiescere oportet iudicio generalis concilij summum pontificem: cum post tam diuturnam resistantiam duorum annorum quibus ipsam dissolutionem idem Gabriel iustificare conabatur acquieuit iudicio generalis concilij præsentans iudicialiter coram eodem formam suæ confessionis quemadmodum sacrum concilium ordinauit reuocando expresso ut dictum est: quæcunque asserta per eum aut nomine suo in contrarium. Possuntque omnes catholici nunc uidere quanta plaga inferretur ecclesiæ Dei si reuocaretur in dubium illa declaratio facta in concilio Constantien. vigore cuius depositio Ioannis 23, & priuatio Benedicti à iure papatus si quod habebant sic in suis obedientis nuncupatorum: ac etiam electio Martini cui successit olim Eugenius factæ sunt, & à qui-

bus consequenter omnes creationes cardinalium: promotiones prælatorum, & aliorum ordinum & graduum ecclesiasticorum factæ sunt quantumcunque declarationis eiusdem auctoritatis datæ à Christo concilij generalibus vigor deperiret si summi pontifices possent concilia dum congregata essent transferre de regione in regionem sine consensu ipsorum, & eisdem conciliis præcipere ut dissoluerentur: aut discederent etiam si nolent quoties liberet ipsis pontificibus. Verum in hac reprobatione dictarum ueritatum quæ idem Gabriel facit in præfato libello intelligere possunt omnes fideles: quomodo iam id uerificatur quòd à septem annis in sua duodecima sessione de ipso Gabriele prædixit hæc sancta synodus cum ait. Et quantum ex eius uerbis factis colligi potest: nil aliud pretendere uideretur nisi ut ecclesiam pessundet iulque sibi & successoribus faciat non solum abrogandi ritum sacrorum conciliorum & ea pro libito dissoluendi. Sed & ipsorum decreta spiritu Dei promulgata à quibus status pendet uniuersalis ecclesiæ irritandi & abolendi: & præsertim declarationem illam quòd in his quæ ad fidem extirpationem schismatis & generalem reformationem in capite & in membris pertinent quilibet etiam papalis dignitatis decretis generalis concilij subiicitur hæc in præfata 12, sessione habentur quæ nunc idem Gabriel aperte manifestat. Unde omnes intelligere possunt quàm iustæ hæc sancta synodus hucusque eidem restitit: conspiciunt animum obduratum quo auctoritati generalium conciliorum factis & uerbis resistebat contemnendo etiam & uiolando uoluntarie sacros canones pro salute animarum editos. De quibus ait Damasus papa: Violatores canonum uoluntarie à sanctis patribus graueri iudicantur: & spiritu sancti instinctu, cuius ac dono dictati sunt damnantur: quoniam blasphemare in spiritum sanctum non incongrue uidentur qui contra eosdem canones non necessitate compulsi: sed libenter ut præmissum est aliquid aut proterue agunt aut loqui præsumunt, aut facere uolentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste unum genus est blasphemantium in spiritum sanctum. Reprobat insuper præfatus Gabriel & damnat suam depositionem ad quam hæc sancta synodus iuxta depositionem præfatam ueritatis in concilio Constantien. declaratæ post longam expectationem & maturam examinationem iudicialiter processit propter hæresim schisma, simoniacam notoriam prauitatem periuurium & contempum ac violationem assiduam synodalem decretorum concernentium reformationem ecclesiæ generalem in capite & in membris quibus incorrigibiliter scandalizabat ecclesiam Dei à quibusquidem nequaquam se in præfato libello expurgat: sed conuicia & maledicta in hoc sacro concilio & supposita eius referre conatur, & sententiam in iudicem ferre à quo legitime condemnatus extitit: & postquam per ecclesiam hereticus iudicatus est ueros catholicos doctrinam ipsius ecclesiæ inuariabiliter tenentes hæreticos appellare præsumit sicut mos est condemnatorum de hæresi in suis iudiciis maledicere & hæresim obicere soleant cum ueritate fuerint manifestissima superati ad quæ omnia pleniorum responsionem fecimus in responsione synodali. Datum in nostra generali congregatione. Nonas huius mensis octobris, Renouat etiam pœnas quas aduersus supposita huius sanctæ synodi eo quòd

quod sua prætensæ, & erroneæ translationi non parebant iam dudum anno præterito in conuenticulo Ferrarien. promulgauit. Cum itaque ex dicto libello omnibus constare posset quomodo præfatus Gabriel in crimine hæresis ac schismate: de quibus cõdemnatus est se pertinacius obduratum reddebat: & magis ac magis se hæreticum comprobet vniuersis & singulis Christi fidelibus hæc sancta synodus præcipit atque mandat: vt iuxta verbũ Moyſi serui Dei dicentis. Recedite à tabernaculis hominum impiorum: à tabernaculo & confortio ac omni adhærentia ipsius Gabrielis tanquã à choro Dathan & Abiron authoribus schismatis recedant cum effectu: illumque omnino deuitent iuxta præceptum Apostoli in epistola ad Titum quum dicit hæreticum hominem post primam & secundã correctionem deuita: sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est deliquit, & proprio iudicio condemnatus. Nam etiam iuxta doctrinam Ioannis in secunda canonica sua. Nõ habenti doctrinam ecclesiæ nec est dicendum aue. Omnesque huic diuinæ sententiæ non acquiescentes merito pertimescere habent quoniam in discreto examine diuini iudicij reddituri sunt rationem si participationem adhærentiam, & fauorem dicto Gabrieli per generale concilium condemnato tanquã hæretico præstent. Et quoniam vt ait beatus Grego. Illa capitula recipi non debent quorum damnantur authores. Ne ex doctrina præfati libelli quem in cõfirmatione suã hæresis & schismatis dictus Gabriel post suam condemnationem effecisse dicitur quempiam fidelium in hac re seduci contingat hæc sancta synodus districtius inhibet præcipit atque mandat omnibus & singulis Christi fidelibus cuiuscunque dignitatis: etiam si cardinalatus patriarchalis pontificalis aut alterius cuiuscunque ecclesiastica vel secularis. Etiam si vniuersitates communitates vel collegia fuerint ne præfatum libellum publicare prædicare approbare seu defendere præsumant: seu eisdem quouis modo assentire credere aut fauere: vel eo vti seu vrentibus eo: consilium auxilium vel fauorem præstare. Neque etiam prætensis censuris seu sententiis innouationis declarationis damnationis reprobationis, nunciationis, confirmationis, & depositionis: in eodem libello quomodolibet contentis quas nullas nullius roboris vel momenti esse discernimus, & declaramus obedire attendere seu ea obseruare, aut vigore eorundem, vel aliorum quoruncunque mandatorum vel confessionum aut indultorum quasunque dignitates: etiam si cardinalatus patriarchalis archiepiscopalis episcopalis fuerint vel beneficia, aut alia quacunque bona suppositorum huius sanctæ synodi & eidem adhærentium quouis modo impetrare occupare aut detinere, etiã si motu proprio eis cõcessa dicatur: vel ipsos sic impetrates occupãtes vel detinẽtes ad possessionẽ eorundẽ recipere vel admittere, seu eos i eisdẽ sustinere quouis modo præsumere sub pœnis fauoriẽ schismatis & hæresis: necnon aliis pœnis excommunicationis priuationis ab omnibus dignitatibus, etiam si vt præmittitur cardinalatus patriarchales archiepiscopales aut pôtificales fuerint beneficiis & officiis & inhabilitationibus ab eisdem & interdicti dudũ in octaua tertiadecima & vigesima nona: ac aliis sessionibus huius sanctæ synodi in talia facientes promulgatis quas hæc sancta synodus innouat: & quas omnes ij linguli prædicti ipso facto incurrunt: nec ab

alio quam ab hac sancta synodo præterquã in mortis articulo valeat de prædictis absolui. Et si qui huic sacro concilio incorporati aut ei adhærentes vigore mandatorum præfati Gabrielis olim Eugenij post eius suspensionem ab administratione papali emanatorum suis dignitatibus aut beneficiis quibuscunque spoliati essent, aut spoliarentur in futurũ possint nihilominus sine alia causæ cognitione aut requisitione alterius autoritatis possessiones huiusmodi dignitatum beneficiorum per se vel per alios reintrare & recuperare aliis pœnis contentis in decretis nostris semper in suo robore duraturis. Datum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basilien. solennitẽ celebrata 3. Calend. Nouemb. Anno à natiuitate domini 1439. Apostolica sede vacante.

*Aliud decretum.*



Acrosancta generalis synodus Basilien. in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam repræsentans: ad futuram rei memoriam. Nuper in decreto nostra trigesimã secundã sessionis super electione Romani pontificis promulgato inter cetera statuimus quod vnicum dilecto ecclesiæ filio Ludouico tũc sanctæ Cecilie cardinali Arelaten. vulgariter nuncupato, & aliis cardinalibus sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ: si qui ante consummatam electionem aduenirent, & ipsi electioni interesse vellent, alij triginta duo tam de prælatis quàm de ceteris honorabilibus ecclesiasticis viris assumerentur qui pro hac vice autoritate huius sanctæ synodi ipsum Romanum pontificem eligere haberent: ita vt ille ab vniuersali ecclesia summus pôtifex habeatur qui à duabus partibus omnium prædictorum fuerit electus, prout hæc omnia in prædicto decreto latius continentur, inter quos trigintaduos nominauimus & eligimus dilectos ecclesiæ filios Thomam abbatem de Dondrainã ordinis Cisterciens. diocesis. candidẽ casẽ. Ioannem de Segobia archidiaconum de villauisola in ecclesia Oneten. Thomam de Corcellis canonicum Cimbien. in sacra theologia magistros committentes eidem plenariam facultatem eligendi si vellent ac assumendi secum vnum, duos vel tres alios prout eis videretur qui assumpti & electi similem & eam & eandem secum potestatem haberent & facultatẽ mandatorum & autoritate huius sacri Basilien. concilij nominandi & eligendi restantes electores ipsius futuri Romani pontificis, & etiam alios officarios pro cõclauis necessarios: ita quod nullus per eos eligendus & nominandus censeretur esse electus & nominatus nisi à maiori parte prædictorum eligentium nominatus esset & electus. Quibus iniunximus vt reciperent & nominarent ipsos restantes electores ex toto corpore concilij habendo respectum ad nationes & deputationes in hoc sacro cõcilio existẽtes quantum fieri posset. Recepimusque ab ipsis tribus prænominationis iuramentum quod eligerent viros timoratos, & idoneos quodque non reuelaret electos per ipsos vsque ad publicationem eorundem in generali cõgregatione aut sessione. Sed ipsam electionem sic per eos factam clausam sub eorum sigillis reponerent in aliquo loco tuto sub fidei custodia vsque ad illam diẽ publicationis. Volentes autem tres prædicti deputari nostri commissiõnem sibi per nos factam exequi coassumpto sibi dilecto ecclesiæ filio Christiano de Groetz reginẽ in theologia magistro præ-

præposito ecclesiæ sancti Petri in Brunna Olomocen. diocesis. die quinta mensis Nouembris in domo fratrum minorum Basilien. conuenientes elegerunt & nominarunt tam de prælatis quàm de ceteris vsque ad complementum numeri triginta duorum ipsi in eodem numero ex nostra ordinatione cõprehensos quos in certa scedula descripserunt: & eãdem clausam sub sigillis eorum in loco tuto sub fide custodia reposerunt vsque ad diẽ publicationis fide. Subsequentẽ vero die quarta Calendas eiusdem mensis Nouembris in nostra generali congregatione ad hoc specialiter in dictã præfaram scedulã aperientes nominationem & electionem sic per eos factam publicauerunt in qua personæ infra scripte nominatæ & deputatæ sunt ab eisdem pro electoribus futuri Romani pontificis. Ioannes Archiepiscopus Tharentasiens. Otho dortufen. Georgius vicens. Frãsciscus Gebenens. Ludouic⁹ vifens. Bernardus aquen. Guillinus vercellen. Georgius augusten. Ioannes yporigen. Fridericus Basilien. Ludouicus thanaen. ecclesiarum episcopi Aberannus sancti Benigni fructuarien. ordinis sancti Benedicti yporigen. diocesis Iacobus de secusia ordinis sancti Benedicti Thaurinen. diocesis: Conradus de lucella Cisterciens. ordinis sancti Benedicti ruthenẽ. diocesis. Petrus sancti Cucufasi eiusdem ordinis Barthionen. diocesis. Thomas de dondriana ordinis Cisterciens. candidẽ casẽ diocesis. Anthonij arularũ ordinis sancti Benedicti Eluen. diocesis monasteriorum abbates. Ioannes de segobia archidiaconus devillauisolia in ecclesia Oneten. Cristannus de Gretz reginæ præpositus sancti Petri in brunna olomuten. diocesis. Nicolaus thibenth. Pœnitentiarius constantien. rothomagen. prouinciæ Thomas de corcellis canonicus Ambianen. Ioannes de valle rector parochialis ecclesiæ depleneer Leonen. diocesis in theologia magistri. Guillelmus hugonis archidiacon⁹ meten. legum doctor: frater Ioannes de monte cameto præceptor domus sancti Anthonij de beuerſo thaurinen. diocesis. Derzellanus archidiaconus cracouien. Bernardus de bostho canonicus Ilarden. frater Bartholomæus de pronauis præceptor dom⁹ de clauatio ordinis sancti Anthonij yporigen. diocesis. Ioannes vilet decanus Basilien. Raymũdus albiol canonicus Thirasonen. decretorum. Henricus de Iudæis legum doctores. Iacobus de saltzburga licentiat⁹ in iure canonico canonicus ratisponen. Omnes supra scripti sunt in sacerdotio constituti.

Nomina vero personarũ quas in aliis officiis necessariis pro conclauis deputauerunt sunt hæc. Ludouicus episcopus lausanen. pro locũtenente camerarij durante ipso conclauis. Pro custodibus conclauis per cenallus bellicen. Nicolaus grossetanus episcopi Ioannes sancti Michaelis de clusa ordinis sancti Benedicti thaurinen. diocesis. Frãsciscus abundantia ordinis sancti Augustini gebennen. diocesis monasteriorum abbatis. Franciscus de fufe ordinis minorũ magister in theologia: Vilhelmus de constantia legũ doctor canonicus Spiren. Ioannes de turicella decanus Gegobricen. Theodericus nagel canonicus Rigen. Pro clericis cerimoniarum gratia. Eneas de senis Tridentin. Michael de brumẽ Beluacen. ecclesiarum canonici notarij Apostolici. Pro promotoribus Hugo Barardi. Ioannes Sletzenrode. Pro procuratore fiscali Robertus magnani. Pro soldano Pe-

trus de atrio. Deinceps autem loco Bernardi Episcopi aquen. qui allegatis per eum pluribus causis ab ingressu conclauis: & officio electionis ad quod deputatus erat se excusauit habitis deliberationibus in sacris deputationibus loco eius in nostra generali congregatione nominauimus & deputauimus Ludouicum episcopum Malsilien. Hanc itaque nominationem electionem & deputationem tam debentium eligere summum pontificem quàm officiariorum necessariorum pro conclauis præfati decreto eadem sancta synodus approbat & confirmat: eãque validam esse atque in omnibus vim robur & effectum habere decernit & declarat supplens ex certa scientia & plenitudine potestatis omnes & singulos defectus si qui forsan interuenerint in præmissis. Datum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basilien. solennitẽ celebrata tertio Calendas Nouembris Anno à natiuitate domini 1439.

*De sessione 39 confirmatio electionis papæ.*



Acrosancta generalis synodus Basilien. in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam repræsentans: ad futuram rei memoriã. Deus patrum nostrorum & dominus misericordiæ qui fecit omnia verbo suo. Et si de omnibus à se creatis prouidentia erat cuncta certo gubernans ordine: speciali tamen cura dilectam suã ecclesiam semper dirigit: pro qua vnigenitum suum dedit cõsolans eam iugiter per spiritum paraclætum: qui ipsam in afflictionibus adiuuat: in persecutionibus confortat, in tribulationibus latificat. Nec eam quibuslibet tentationibus sæculi huius vinci aut superari permittit. In cuius glorioso nomine congregata hæc sancta synodus autoritate duorum præcedentium conciliorũ & duorum Romanorum pontificum dum reformationem legis diuinæ: & sacrorum canonum, reformationemque morum sollicito perquisiuit studio simul etiam extirpationem hæresum pacificationemque Christianorum principum multis prosequẽs laboribus: varias aduersitates pertulit, & propter veritatem & iustitiam plurimas persecutiones perpeffa est. A diuante tamen virtute Dei sedulo perseuerauit in prosecutione sanctæ reformationis ecclesiæ pro honore Dei & salute omnium animarum. Cum autem hoc opus scælices progressus habere non posset propter aduersitates & resistentias plurimas: quas Gabriel olim dictus Eugenius papa quartus in contrarium opponebat decreta salubria, & sacros canones contemnens & parvipendens: autoritatemque sacrorum conciliorum verbis & sanctis conculcãs determinationes fidei catholice per ecclesiã factas pertinaciter impugnando & abusus variis atque criminibus ecclesiam Dei notoria & incorrigibiliter scandalizãdo prout in processibus super hoc deductis latius continetur. Vbi tandem apud eum nulla proficiebat admonitio oportuit ad illius remedia recurrere & à summo pontificatu quem nimium damnose & inutiliter administrabat eundem deponere: postquam depositionem cum quatuor mensibus & amplius essent effluxi considerans quam grauib⁹ sit circumdata dispendiis quot & quantis sit plena periculis ecclesiæ Romanæ proluxa vacatio sicut ex acti consideratio temporis euocet ad electionem noui pontificis procedere duximus repetitis prius



datis huiusmodi inobedientes seu in aliquo contra tenentes ipso facto incurrant. Ad ipsas vero pœnas contra reges principes, duces, marchiones, comites barones milites & alios dominos temporales & seculares personas quas cūq; quę similitur inobediētē & rebelles fuerit: ipsa facta synod<sup>o</sup> vniuersalis ecclesię seu ipse Felix sua Apostolica autoritate procedere curabit iustitia mediāte autoritate Dei omnipotentis & eiusdē vniuersalis ecclesię districtē præcipit at que mādāt: quatenus eidē electo vero & indubitato dictę Romane ecclesię pastor reuerēter vt tenētur obediāt & intendāt. Et insuper oīa & singula indulta literas processus sentētiarū censuras & mādātā præterea per Gabrielem olim Eugeniū papā quartū: qui tanq̄ schismatic<sup>o</sup> hæreticus & aliis diuersis criminib<sup>9</sup> quibus ecclesiā Dei incorrigibiliter scādalizabat irretitus: & ab omī gradu honore & dignitate papali per præfatā synodū iusto iudicio deposit<sup>9</sup> & ammotus extitit seu eius autoritate quomodolibet concessa promulgata de facto quę præmissis obuiare possint prout sunt cassa irrita & inania: nulliusq; roboris vel momēti fore decernēs pariter & aliis in decreto depositionis & admonitionis dicti Gabrielis quod incipit. Prospexit dñs de excelso sancto suo cōtētis vtpote fautorię schismatis & hæresis & aliis etiā iuris pœnis quas cōtra facientes & rebelles ipso facto incurrant inhihet ne præfato Gabrieli sic deposito & ammoto eiūsq; mādātis nunciis & literis: aut exinde secutis processib<sup>9</sup> sententiis & cēsuris prætenis quomodolibet obediāt pareāt: seu ea exequātur, aut exequi faciāt seu procurent eidē Gabrieli seu nūciis mādātis literis & prætenis processibus sentētiis & censuris suis huiusmodi vtētibus vel ea exequētibus assistentiā auxiliū cōcilium vel fauorem præstare præsumāt decretis aliis eiusdē synodi in suo robore nihilominus duraturis. Datū Basileę in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basilien. solēniter celebrata 4 Cal. Martij Anno à natiuitate dñi 1440.

*Sessio 41, in qua condemnantur quidā libelli scandalosi &c. per Gabrielem olim Eugeniū papam quartum.*



Acrosancta &c. in spiritu sancto legitime cōgregata vniuersalem ecclesiam repræsentās: ad perpetuā rei memoriā. Licet vt sacrorū canonum aperte testatur autoritas cōdemnatis de hæresi: & ab ecclesiā Dei seiunctis nulla super catholicos iudicandi sit attributa vel permissa potestas: à fidelibus Christicolis quæuis illorum cōmunio sub grauissimis iuris diuini pariter & humani pœnis sit pœnitus interdicta: quia tamen inualecente hominū malitia & humani generis inimico omniū hæresum latore procurate plerunq; nonnulli taliter damnati sic suos obdurāt animos in sua pertinacia gloriātes: & vniuersalē ecclesiā ac sibi deuotos sub prætenis colore iudicialis sententię libelli scādalis & cōtempribus & plenīs in vniuersis afficere & perturbare non verentur: nō solum debitum sed & necessarium reputamus vt cōtra dānabiles huiusmodi ausus debita ordinemus antidota dignaq; animaduersione cōtra talium fautores arcti<sup>9</sup> exurgamus. Nuper siquidē dum Gabriel olim Eugenius papa quart<sup>9</sup> nūcupatus multiplicia & enormia crimina vniuersalem ecclesiam Dei scandalizātia: quę adeo notoria erāt quod nulla tergiuersione celari poterāt perpetrauerat: & ecclesiam audire ac præceptis statutis & ordinationibus synodalibus obedire contemneret: hæc sancta

synodus necessarium esse iudicās: vt cui pia nō proderat correctio debita nō parceret absilio postquā in multa longanimitate patientia & mansuetudine post plures admonitiones expectauerat eundem: vt salutarem emendationem & criminum prædictorū correctionem efficeret: tandē cum amplius differre nō posset quominus fidei catholicę & salutis vniuersę Christianę religionis sub auxilio ipsius paraclēti prouideret eadē sancta synodus in sessione publica Basileę 7 Calendas Iulij. Anno à natiuitate domini 1439 solēniter celebrata per suam sentētiā inter alia dictū Gabrielem fuisse, & esse notorium & manifestum schismaticum, & hæreticum declarauit ac diuersis aliis criminibus vniuersalem ecclesiā scandalizantibus irretitum, & propterea à papatu & Romano pontifice ipso iure priuatum esse pronunciauit, ac ipsum ab eisdem amouit & deposuit inhihendō singulis fidelibus sub grauib<sup>9</sup> pœnis tunc expressis ne eidem Gabrieli sic priuato & deposito tanquā summo pōtifici obedirent parerent & intenderent: vel eum quouismodo sustinerent aut receperent, aut auxiliū cōsilium vel fauorem præstarent, prout in sententia & decretis nostris de super cōfectis plenius cōtinetur. Cum autem sicut accepimus nuper quædam famosa, scripta, scandalosa, iniuriosa, schismatica, à fide deuia, & hæretica: quam ipse sententiā diffinitiuā appellat quę incipit. Quoniā sanctorum patrum sententia &c. Per quā dictus Gabriel inter alia sanctissimo domino nostro Felici quinto in Romanum pontificem electo vero vnico & indubitato Christi vicario & eius Felicis quinti electoribus per hoc sacrū cōcilium cum debita maturitate & prouidentia circumspecta ad hoc tūc ordinatis ac aliis qui cōclauē pro electione Romani pōtificis in hac sancta synodo ingressi fuerunt: & in ea interuenerunt, eisq; credentibus & adhærentibus cōuicia plurima & turbationes in suis personis dignitatibus beneficiis & rebus temere, & calumniose inferre molitus est: decernendo & declarādo eos fuisse & esse dignitatibus & beneficiis & officiis suis priuatos & inhabiles ad eadem: licet de facto nomine ipsius Gabrielis emanauerit & publicata fuerit in vniuersalis ecclesię & dicti Felicis quinti ludibrium dedecus & contentum. Nos attendentes quod illorum scripta recipi non debent quorum damnantur authores: & ne ex dicta scriptura prætenis per quam idem Gabriel se pertinacius obduratum ac magis, & magis hæreticum & omni crudelitate repletum cōprobat quempiam fidelium in hac re seduci ac conturbari contingat. Hęc sancta synodus volens vt teneretur per hoc salubriter prouidere prætenis scripturā: ac quicquid ex ea secutum est: declarat fuisse & esse omnino irrita & inania, nullūque debuisset debere sortiri effectum seu nocumentum vel dampnum afferre cuiquam vel quomodolibet attulisse: ipsaq; quatenus processerunt de facto, & quę in posterum sequi possent in irritum reuocat cassat & annullat. Inhihet quoq; mandat atq; præcipit vniuersis Christi fidelibus cuiuscunq; status, gradus, ordinis, dignitatis, aut conditionis fuerint, etiam si imperiali, regali, ducali, cardinalatus, patriarchali, pontificali, seu alia quauis ecclesiasticæ vel mūdāna præfulgeat, ac ciuitatibus, vniuersitatibus, communitatibus, villis, oppidis, castris, & collegiis, quibuscunq; sub fautorię schismatis & hæresis ac communicationis, quo ad singulares, interdicti vero quo ad ciuitates vni-

vniuersitates communitates, villas, oppida, castra, & collegia prædicta, necnō priuationis oīm & singulorum dignitatū, beneficiorū, officiorum, priuilegiorum, & bonorum ecclesiasticorū, & mundanorū, ac inhabilitationis ad eadē aliisq; indicto & ceteris nostris decretis cōtētis pœnis quas cōtrafacientes & rebelles ipso facto incurrere volumus: ne scripturā & in ea cōtēta huiusmodi acceptare, publicare, prædicare, & defendere, aut eisdē quouismodo consentire vel fauere: nec eis obedire seu ea attendere vel obseruare aut eorū quaruncunq; prætenis priuationū & processuum inde secutorū etiā quascunq; censuras cōtinentiū per ipsum Gabrielē damnatū factorum: aut in posterū forsan faciendorū prætextu dignitates beneficia personas res & bona Felicis quinti electorū & aliorū in eadē prætenis scriptura quoquomodo cōprehensorū quouismodo impetrare, occupare, inuadere, perturbare, vel detinere, aut ipsos impetrates, inuadentes, perturbantes, capientes, vel detinentes ad possessionē eorundē seu alios recipere admittere seu eos in illis sustinere: absq; ipsis ac dictę scripturę ac in eis cōtētis aliisq; præmissis assentiētibus & aliis vtētibus seu ea publicatibus & defendētibus auxiliū, conciliū: vel fauorē præstare quoquomodo audeāt vel præsumāt. Nec præmissa quantū in eis est executioni demandari permittant. Datum Basileę in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basilien. solēniter celebrata 10, Cal. Aug. Anno à natiuitate domini 1440.

*Sessio 42, de prouisione Felicis papæ quinti.*



Acrosancta, &c. in spiritu sancto legitime congregata vniuersalē ecclesiam repræsentans: ad futurā rei memoriā. Inscrutabilis diuinę altitudinis prouidentia ad extollendū & conseruandū dominici gregis agrū inuocatione spirit<sup>9</sup> sancti aduanti inter multiplices nobis incumbentes sollicitudines illa nos cura propēsius angit & vrget vt quę pro Christiana religionis incrementō & reipublicę utilitate per nos summo studio edita sunt & decreta votiuę dirigi, & firmiter valeāt adimpleri: & vt Romanus pontifex decretorū huiusmodi executor & cōseruator præcipuus illa tanto amplius tātoq; liberius exequi possit & manu tenere: ac alias felici regi mini ecclesię Dei ardentius intendere quo cōgruē prouisionis auxilio iuxta sui status exigentiā ab vniuersali ecclesia suffultus incubentia sibi & suis onera expensarū grauissima cōmodius & facilius cōspexerit posse supportare: cū sanctissimus dominus Felix papa quintus ad summi Apostolatus apicem assumptus: & nō mundanarū rerū cupidine ductus, cū patrimoniū beati Petri & terras Romanę ecclesię pro dolor per alias tyrannides cerneret occupatas diuinę volūtati resistere nō volens & ecclesię Dei in tam graui fluctuatione cōstitutę pie cōpatiens: iugum tāti oneris pro Dei reuerētia fidei cōseruatione & vniuersalis ecclesię cōsolatiōe suis humeris suscipiens propriis derelictis decreta huiusmodi cum omni humilitate susceperit: eaq; & fidē catholicam obseruare & manutenere pure, & simpliciter iuxta mentem & tenorē eorundē professus fuerit ad prosecutionē totius boni reipublicę & religionis Christianę: necnon ad defensionē autoritatis generalium conciliorū & decretorū prædictorum affectibus synkeris anhelans grauiaq; & importabilia expensarum onera in diuersis ac magnis ecclesię Dei ingruenti-

bus negociis præsertim pro executiōe illorū sanctorum operū propter quę eadem sancta synodus congregata est cū de patrimonio beati Petri aut aliūde nullā adhuc subuentiōne habuerit hætenus subierit & pertulerit ac grauiora necessario dietim subire & perferre habeat per quę vt confidimus & speramus idem Felix papa patrimoniū huiusmodi terras ecclesię recuperare: pacēq; ecclesię dare poterit domino cōcedente: attendens hæc sancta synodus quod spiritualia sine tēporalibus diu subsistere nequeūt: præmissis & aliis diuersis rationabilibus & euidētibus causis permota volens etiā q̄ in decreto suę sessionis 12, tertio idus Iulij anno à natiuitate domini 1433 celebratę quod incipit. Sicut in cōstruēda domo ordinatū est laudabiliter adimplere hoc irrefragabili decreto vsq; ad quinquenniū à die datę presentium cōputādum quintum: & deinde ad aliud quinquennium extunc proxime subsecutorū decimum denarium veri valoris annui secundū communem estimationem quorūcunq; fructuum reddituum & proventuum primi anni oīm & singulorū canonicatū & præbendarū dignitatum personatum administrationum præstimoniorum præstimonialiū portionū: & aliorum beneficiorū ecclesiasticorū cum cura & sine cura seculariū & regularium cuiuscunq; conditionis, ordinis, aut religionis fuerint, & quocunq; nomine censeantur: etiā si dignitates ipsę patriarchales, archiepiscopales, episcopales, abbatiales, prioratus, cōuēntales ac in metropolitans seu aliis cathedralibus maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis principales & electiue fuerint à dicta die in antea siue per obitū aut liberā seu ex causa permutationis resignationes vel alias quouismodo & qualitercunq; præterquā per priuationem causa reformationis aut resignationem simplicem in foro cōscientiæ seu per optionem præbendam in ecclesiis vbi illarum optiones fieri consueuerunt vbiq; in Romana curia vel extra vacantiū oneribus necessariis illis pro tempore incumbētibus deductis & quotidianis distributionibus: necnon xenodochiis pauperum hospitalibus in quibus hospitalitas actu tenetur leprosaribus quoque & aliis in titulū beneficij cōcedi non solitis duntaxat: exceptis à quibusuis capitulis, collegiis, cōuēntibus, & personis ecclesiasticis & secularibus, exēptis & non exemptis, cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, seu conditionis existant illa pro tempore possidentibus aut fructus redditus & prouent<sup>9</sup> huiusmodi ex statutis & cōsuetudinibus cōmendis: seu alias quouismodo percipientibus pro vna infra sex & alia pro medietatib<sup>9</sup> infra alios sex menses eiusdē primi anni sanctissimo domino Felici papæ 5, suisque collectorib<sup>9</sup> & subcollectoribus per eum deputatis vel deputadis realiter & cum effectu persoluendū & per eos exigēdum, leuandū, colligēdū & recipiēdū eidē domino Felici papæ pro sua ac cardinalium & officialium prædictorum prouisione autoritate vniuersalis ecclesię tenore presentium reseruet constituit deputat & assignat statuens & decernens capitula conuentus collegia & personas ipsas ad solutionem quinti & decimi denarij huiusmodi dicto domino Felici papæ eiusque collectoribus & subcollectoribus modo præmissis faciendam fore efficaciter obligatos.

Quodque si infra vnum mensem à die quo collectores & subcollectores huiusmodi in ecclesia cathedrali se quintum vel decimum denariū huiusmodi

di ab illius debitoribus recipere paratos obtulerint & publicauerint quolibet terminorum prædictorum sequentium in solutione huiusmodi defecerint negligentes seu remissi fuerint seculares personæ excommunicationis, capitula vero cōuentus & collegia huiusmodi suspensiois à diuinis sententiis eo ipso incurrant, à qua quidē excommunicationis sententia ab alio autē à nobis, autem dicto domino Felice papa seu cui illę adduxerit cōmittendum præterq̄ in mortis articulo cōstituti nisi prius de tunc debito vt præmittitur denatio eidē domino Felice papæ 5. ei uel collectoribus & subcollectoribus satisfecerint aut desup cum eis cōcordauerint absolutiois beneficiū nequeat obtinere: & si capitula cōuentus collegia & psonę prædictę ex cōicationis & suspensionis sententias huiusmodi per tres menses dictum mensem immediate sequētes animo quod absq̄ sustinerint indurato extunc eorū ecclesiæ monasteria: & loca ecclesiastica sint supposita interdicto tam diu & quousq; à sententiis vt præfertur absolui & interdictū huiusmodi meruerint relaxari: nō obstantibus quibuscūque cōstitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac statutis vsibus & cōsuetudinibus ecclesiarū monasteriorum prioratum locorum & ordinum quorūcūq; iuramento cōfirmatione Apostolica vel quacūq; alia firmitate vallatis, literis quoq; gratiis priuilegiis libertatibus exemptionibus indultis & concessiois capitulis conuentibus & collegiis prædictis: eorumque ecclesiis monasteriis prioratibus dignitatibus locis & personis in genere vel specie sub quacūque uerborum forma uniuersalis ecclesiæ apostolicę vel alia quauis auctoritate factis & concessis: etiā si de eis & eorum totis tenoribus in presentibus specialis & expressa mentio fienda foret & quo ad hæc eis nullatenus suffragari volumus ceterisq; contrariis quibuscūque, aut si capitulis conuentibus & collegiis & psonis prædictis communitervel diuisim quomodolibet indultum existat, aut interim indulgeri contingat: quod ad solutionem seu præstationem denarij huiusmodi aut cuiuscūque alterius oneris vel subsidij teneatur: & ad id cōpelli aut ad id quod intēdit suspendi vel excommunicari seu ipsi vel eorum loco interdicti non possint per literas non facientes plenā & expressam, ac de uerbo ad uerbum: de indulto huiusmodi eorumque ecclesiis monasteriis dignitatibus beneficiis locis personis & ordinibus propriis mentionem: vult tamen & assentit hæc sancta synodus q̄ si aliqua natio regnum vel prouincia modum prouisionis huiusmodi sibi nō conuenire censuerit aut allegauerit onerosam. Præfatus dominus Felix papa auditis illius rationibus considerādis debite ponderatis cum eadem natione: aut eius personis prout rationabiliter expedire videbitur cōuenire, & cum eis concordare possit, & quicquid cū eo in hoc sit conuentum aut concordatum fuerit id ipsa sancta synodus gratum & ratum perinde haberi decernit, & declarat ac si de hoc in presenti decreto plena & expressa mētio haberetur. Quodque denarij prædictus vacatione prædicta quotiescūque infra primum annum huiusmodi in quacūque natione occurrente & eo durate ultra semel nullatenus exigatur: nec quisque ad illum soluendum amplius teneatur. Insuper vult & decernit hæc sancta synodus q̄ si qua capitula collegia & conuentus: ac ecclesiastica secularis sue psonę cuiuscūque dignitatis: status ordinis, seu conditionis existat fructus redditus

& puentus primi anni huiusmodi, aut aliqua illorū quotā siue partem ex statutis consuetudinibus seu priuilegiis, aut alias quouis modo leuare & percipere cōsueuerit per hoc præfato domino Felice papæ in exactioe huiusmodi denarij nullatenus præiudicetur districtius inhibentes, capitulis, collegiis, conuentibus, & psonis ipsis sub sententiis & pœnis supradictis ne illos vel illā in præiudicium dicti denarij pro eo anno quoquomodo petere uel exigere audeat seu præsumat. Per hoc tamen hæc sancta synodus, capitulis, collegiis, conuentibus & psonis prædictis quoniam annis dictum primum vacationis annum sequentem illos & illā pro ea parte que ob ipositionem denarij huiusmodi eis deferat petere & exigere valeat, non vult & intendit præiudiciū generari. Præterea cum nonnulli Germanici apud nos constituti nationem ipsam præ ceteris plus fore grauata corā nobis allegauerint si in ea denarij huiusmodi ab alia moderatione exigi deberet & leuari. Hæc sancta synodus & aliis rationabilibus causis mota beneficia quecūque & qualitercūque infra dictā nationem consistencia ualorem quinque marcharum argenti scēdum communem estimationem eorum necessitatibus oneribus deductis: non excedentia hoc decreto nullatenus includi, nec de illorum fructibus redditibus & prouentibus denarium huiusmodi solui leuarique seu exigi debere decernit & declarat: uolens atque statuens q̄ si de uero valore in præmissis quandoque hæsitari contigerit aut contendere collectores & subcollectores huiusmodi vnā & is cui solutio denarij huiusmodi pro tempore incumbit alias psonas pro discussione dubij & contentiois huiusmodi eligere: & si illas discordare contingeret, loci ordinarij aut eiusdem in spiritualibus vicarij seu officialis generalis, si uero occasione metropolitana vel cathedralis ecclesiæ dubium aut contentio exorta fuerit casus discordiæ huiusmodi capitulum cum altera personarum sic electarum dubium huiusmodi habeant terminare. Quarumquidē personarum ac in casu discordiæ huiusmodi ordinarij seu eius vicarij & capituli prædictorū sententiæ & terminationi partes hinc inde stare & parere sine omni cōtradictione debeant & teneantur. Ceterum hæc sancta synodus, collectoribus & subcollectoribus denarij præfati pro tēpore deputatis sub obrestatione diuini iudicij & excommunicationis pœna quā contrafacientes incurrere uel ipso facto districtius inhibere: ne quicq̄ ultra denarium huiusmodi à personis pro tempore resoluentibus & debentibus prætextu scēdula quitatiæ seu liberationis per ipsum de eo quod sibi solutum fuerit factę petere & exigere audeat seu præsumat: sed quod de cōpetēti salario eis per camerā dicti domini Felicis papæ assignādo cōtēti remanere debeant decernit. vult & ordinat: quodque collectores & subcollectores ipsi sic in exigēdo denariū huiusmodi modū obseruentq; personę de indebito grauamine nō immerito quarulari cogantur, ac propterea calices libri iocalia & alia ornāmēta ecclesiastica nullatenus impignorentur distrahantur vel alienentur. Vult tamē & decernit eadē sancta synodus ne personas sententiis prædictis pro tēpore illaqueatas ultra modū in absolutioe obtinēda ad curiam ueniendo grauari contingat quod præfatus dominus Felix papa quintus collectoribus & subcollectoribus ipsis & aliis prout opus & expediens videbitur personas sic ligatas à censuris huiusmodi absoluendi & interdicta relaxandi & tollendi

rollendi plenā & liberam concedit facultatem. Teneanturque ipsi collectores & subcollectores solutione dicti denarij facta capitula cōuentus & collegia ac personas prædictas à sententiis & cēsuris prædictis gratis & sine aliqua difficultate absoluerent: interdūq; forsā positū similiter tollere & relaxare. Pro cuiusquidē absolutiois sublationis & relaxatiois, literis etiā sigillatis si prædicti eas habere uoluerint, etiā si per notariū fuerint subscriptę ad soluēdū ultra sextā partē vnus floreni de camera nullatenus constringi valeat vel cōpelli. Eos autē qui cōtra fecerint excommunicationis sententiā incurere uoluit ipso facto. Quodq; post decenniū à dicta die cōputandū assignatio prouisionis huiusmodi cesset pœnitentia & expiret. Capitulaque, cōuentus, collegia, & personę prædictę ad solutionē denarij huiusmodi ratione dignitatum, & aliorū beneficiorū prædictorū extunc in antea vacatorū decetero nullatenus teneantur. Decernit quoq; omnes & singulos processus pœnas sententiis & cēsuras quos & quas cōtra capitula cōuentus collegia: & personas huiusmodi ob nō solutionē rationē beneficiorū post decēnium vacatorū huiusmodi per quecūq; etiā si papali dignitate præfulgeat quauis auctoritate fieri ferri & promulgari contigerit irritos & irritas ad irritum & inane quicquid in cōtrarium scienter vel ignorāter fuerit attentatum. Datum Basileæ in sessione nostra publica in ecclesia maiori Basiliens. solenniter celebrata pridie Nonas Aug. Anno à natiuitate domini 1440

*Sessio 43. de uisitatione beate Mariae uirginis.*

*Sessio 44. de uisitatione suppositorum.*



Acrosancta generalis synodus Basiliens. &c. Ad perpetuam rei memoriam catholicę ecclesię sanctis operibus cōtinuē intenti si cūctis fidelibus in ministranda iustitia nos deceat esse fauorabiles & benignos illos nō immerito qui pro fidei orthodoxę atque generalium cōciliorum auctoritatis defensione fideles labores impenderunt & impēdunt iustitię fauoribus attollere debemus & munire præsidij: quibus per nos matura facta decreta à peruersis ambitiosorum illatis subleuari, & inferendis molestationibus præseruari valeant: & sic eorundē decretorum transgressorum illorum præsertim qui nobis incorporati & huius sanctę synodi decreta manutētere, & defendere iurauerunt contemptum puniri facere sicq; erga singulos iustitiā ordine debito exercere: vt alter in alterius iniuriam non facile prosiliat: & formidat in reprobis ultione impiorum nocendi temeritas cōpescatur: & inter eos tuta sit innocentium tranquillitas: Postquā dudum omnipotens dominus nimiam afflictā ecclesiam suam sponsam pietatis oculo respicere & fidelium cordibus inspirare dignatus fuerit vt synodus uniuersalis duorum etiā generalium cōciliorum auctoritate & duorum summorū pontificum successiue approbatione errorum hære sumque extirpatione ac generali ecclesię in capite & in membris reformatione: atque regum & principum aliorūque catholicorum adinuicem dissidentium pacificatione in hac ciuitate Basiliens. cōueniret: Nos autem occurrentia quæ nonnulli aduersus opera prædicta inferre conabantur: ac etiā futura quæ uerisimiliter inferri possent impedimēta circūspicientes: & vt illa pro quibus conueniamus cōmunem Christianorū salutem concernentia ad

fines optatos perduci ac eos per quæ directe vel indirecte impediri ipsique incorporati ab eis retrahi possent obuiare cupientes per nonnulla salubria decreta statuendo diffiniuimus. Primo q̄ nullus eidem synodo per se vel procuratorē incorporatus aut incorporandus: etiā si procurator ipse à tēpore arrepti itineris animo ueniēdi ad ipsam synodū sine fraude cōtinuati pro quacūque causa tunc mota vel in antea mouenda aut alia quauis occasione ad Romanā curiam seu coram quocūq; iudice ordinario vel delegato extra locum dictę synodi ea durante inuitus trahi aut cōtra eum inuitum procedi posset decernētes extunc irritum & inane nullius roboris existere vel momēti quicquid in cōtrarium per quemcūq; etiā Romani pōntificis auctoritate attentari cōtingerit in futurum. Deinde uero vt si quis ecclesiā cathedralē dignitatem beneficium officium pēsonem vel cōmendā alicuius ex incorporatis vel incorporandis seu adherentibus eidem synodo à Romano pōntifice vel quouis alio impetrare, aut etiā motu proprio cōcessā attentare præsumeret, nō solum ius q̄ in tali ecclesia dignitate beneficio seu officio habere prætenderet: sed etiā omnibus beneficiis esset ipso iure priuatus. Et ad obtinendum beneficia in futurum inhabilis: & successiue uidelicet tertio Idus Septemb. Anno domini 1433, quicūq; etiā per Romanum pōntificem vel eius auctoritate in præiudiciū laesionem vel derogationē seu iniuriā dictę synodi uel incorporatorum seu incorporandorū eidem per se vel procuratorē aut familiarium suorum seruitiis vbicūq; existentium facta seu disposita erāt fierētque aut disponerentur forsā in futurum titulum uel possessionem quomodocūq; tāgentia siue in cardinalatus & patriarchalis dignitatibus, aut prælaturis cathedralium etiā metropolitanorum ecclesiarum monasteriis vel aliis beneficiis præstimonij cōmendis vnionibus pensionibus officiis & rebus ecclesiasticis uel temporalibus: & circa ipsa aut alias quomodocūq; & qualitercūq; etiā si motu proprio directe uel indirecte essent ipso iure irrita & inania, & pro infectis pœnitentia habeantur partes læsas extunc in pristinum statum reponendo: & per quemlibet iudicem competentem reponi mādando: adiiciens q̄ si prætextu talis cōmissionis ad aliquā occupationem deueniretur: nisi occupās infra decem dies elapsis 60 diebus à dicta die 3. Idus Septemb. si per partem læsam foret requisitus à tali occupatione & turbatione realiter & pure desisteret ac parti læsę de præceptis post cōcessionem huiusmodi satisfaceret ultra pœnas prædictas excommunicationis sententiā incurrat eo ipso. Talium etiā cōcessionum executores eisdem pœnis subiaceant. Decernimusq; prout in ipsis decretis: quorum tenores & effectus haberi uolumus pro expressis plenius cōtinetur. Verū quia sicut clamorosa dictorum suppositorum quarela didicimus pleriq; ambitiosi quorum effrenata cupiditas modum habere nescit ad dignitates beneficia & honores modis improbis aspirantes ac per exquisitas vexationes dictorum incorporatorum illos ab huiusmodi sanctis operibus retrahere satagētes nonnullorū ex eisdem incorporatis & suppositis ecclesias parochiales metropolitanas episcopales atq; monasteria: aliāsq; dignitates cōmendas pensiones canonicas & præbendas officia & bñficia ecclesiastica: nec nō iurisdicciones eisdem incorporatis & suppositis ratione ecclesiarum dignitatum & beneficiorū huiusmodi cōpe-



tentes, ac alias res & bona cōtra diffinitiones & prædicta ac alia decreta nostra quorū tenores, & effectus similiter haberi volumus pro expressis in auctoritate ecclesiæ & conciliorū prædictorum vilipenditorūq; suppositorum graue præiudicium non sine manifesta diuine maiestatis offensa impetrare extorquere inuadere acceptare & occupare seu in illis propria temeritate se intrudere: dictaque supposita illorum possessionibus & rebus spoliare & priuare ac processus etiam pœnales contra eos facere vel fieri procurare pensiones etiā nonnullis ex dictis incorporatis super ecclesiasticis cathedralibus alijsq; dignitatibus & beneficiis ecclesiasticis assignatas aliōque fructus beneficiorū quę ipsi incorporati obtinebant & obtinent retinere subtrahere vsurpare, & de illis satisfacere recufare & denegare alijsq; diuersis iniuriis in personis bonis ac rebus prædictis illos affligere atq; concessiones impetrationes & acceptationes huiusmodi in suarū perditionem animarum exequi non erubescant prout adhuc non erubescunt. Nos quorū interest in præmissis opportuna prouisionis seu remedia adhibere volentes statui vniuersalis ecclesię, & suppositorum prædictorū indemnitati & quieti salubriter prouidere decretis & diffinitionibus prædictis inhaerentes illaq; innouantes ac eis adiicientes hoc perpetuo synodali decreto auctoritate vniuersalis ecclesię decernimus & declaramus impetrationes electiones collationes & dispositiones quaslibet de dictis ecclesiasticis cathedralibus monasteriis dignitatibus cōmendis pensionibus officiis & beneficiis iurisdictionibus ceterisq; rebus & bonis prædictis: necnon processus prætenfos omnesq; & singulas quasunque etiam suspensionum excommunicationū interdicti priuationū inhabilitationū aliāve sententias censuras & pœnas seu processus alios cuiuscunque qualitatis existant in se continentes aduersus ipsa supposita: ac in eorum præiudiciū læsionem vel derogationem aut odiū, ac contra prædicta & alia decreta nostra quomodocunq; & qualitercunque promulgatos & factos: ac omnia inde secuta tanquam de facto attentata prout sunt irrita & inania nulliusq; roboris vel momēti fuisse & existere ac pro infectis haberi debere: nullum quoque ex eisdem suppositis vel quemcunque alium illis innodatum fuisse aut in antea innodari posse impetrates vero: seu detinētes & occupatores prætextu collationum dispositionū etiam motu proprio factarū aut detentionum vel occupationū de huiusmodi ecclesiis dignitatibus beneficiis officiis iurisdictionibus & bonis in illis etiam in quibus seu ad quę ipsa supposita ex nostris vel Apostolicis alijsve canonicis collationibus & prouisionibus aut alias quomodolibet ius habuerint prout habent quę obstā. obedientię diuersitatibus ab alijs legitimis impedimentis contra suos aduersarios causas inchoari seu prosequi cōmode non potuerunt etiā si ecclesię dignitates beneficia & officia res & bona huiusmodi triū annorum vel alterius cuiuscunque longioris tēporis spacio occupata fuerint: aut coloratus prætextu titulis prætextu etiā decreti nostri de pacificis possessionibus quod incipit. Quicunq; non violentus: quod contra ipsa supposita in casibus præmissis locū habere non volumus: nullū titulum vel ius quodcūque acquisiuisse seu acquirere. Ipsosque etiā incorporatos nullum ius titulum vel possessionē perdidisse aut aliquid in iure eis cōpetenti præiudiciū generari po-

tuisse quo minus ipsi quotienscūq; opportunitas ad id se obtulerit possessione ecclesiarū cathedraliū dignitatum beneficiorū vel aliorum prædictorū quibus spoliati extiterūt per se vel aliū seu alios absque alia causę cognitione: seu alterius auctoritatis requisitione cōtinuare: earūque super quibus sententiam vel sententias quę partes per se vel procuratoribus præsentibus & vsq; ad finē se defendentibus in rem trāsuerint iudicata apud nos cōtra suos aduersarios obtinuerint illorū & præsentis decreti vigore possessionē adipisci & intrare, & super illis de quibus possessionem nondū habuerint actionē intentare & ius suum prosequi valeāt. Spoliatos insuper aliorum & præsentis decretorū nostrorū auctoritate in illū statum in quo ante spoliū occupationē seu nouitatem huiusmodi erāt perinde ac si facta nō fuissent repositos & restitutos esse. Impetrationes autē & concessiones etiā motu proprio de ecclesiis cathedralibus monasteriis dignitatibus cōmendis pensionibus seu cuiuscunque qualitatis beneficiis aut alijs rebus vel bonis vt præfertur factis viribus vacuas: necnon illos qui eas occupare præsumpserint cuiuscunque status etiam si cardinalatus patriarchali archiepiscopali episcopali aliāve ecclesiastica vel mūdāna præfulgeat dignitate iure quod in eis habere prætendebant & alijs beneficiis omnibus priuatos ac ad alia in posterum obtinenda inhabiles fore. Illos vero ex eis qui prætextu taliū concessionum & impetrationū ad aliquam occupationē & turbationibus desisterent iuxta tenorē decreti nostri quod incipit. Vt sacri requisiti talibus requisitionibus nō paruierint vltra prædictas ex cōmunicationis: necnon earundem impetrationem & concessionum receptiones & executores quo ad singulares personas easdē sententias & pœnas. Quovero ad nos incorporatos qui vt præfertur huic sanctę synodo iurauerunt & in præmissis auxiliū consiliū & fauorem præbuerint periurij reatū incurrisse & de beneficiis quibus ratione præmissorum: vt præfertur priuati existūt: per eos ad quos spectat huius decreti auctoritate liberè disponi possē similiter decernimus & etiā declaramus, & ne metus pœnę metus sit præsumptionis qui aliquā ecclesiam cathedralē etiā metropolitanam aliāve prælaturā dignitatē cōmēdam pensionē officium aut beneficium ecclesiasticū seu etiā vt supra designatam iurisdictionē res & bona prædicta quacunque cuiuscunque qualitatis fuerint eorundē incorporatorū & suppositorū omnibus & singulis cuiuscunque dignitatis vt prædictū est existāt: qui occupāt & detinent seu etiā occupabūt & detinebūt forsitan in futurū vltra prædictas & alias tā per nostra quā aliorū generalium cōciliorū decreta sanctionēq; canonicas iustitias quas occasione præmissorū incurrisse noscuntur pœnas: sub ex cōmunicationis necnon perpetuę infamix pœnis quas quęlibet cōtra facientem incurrere volumus ipso facto præcipimus atq; mādāmus vt infra duorū mensiū a data præsentis decreti vel etiam interim infra 12. dierū spaciū a tēpore quo illi notitiā habuerint cōputādo ab oībus & singulis occupationibus & turbationibus per eos sic factis pœnitēstāt: ac ecclesiis dignitates cōmendas pensiones officia & beneficia atque res & bona prædicta quibus dicti incorporati spoliati fuerint aut super quibus sententię vel sententijs qua in tēporibus per se vel per procuratorē præsentibus & vsq; ad finē se defendentibus in

in re trāsuerūt iudicatā obtinuerint: illarū possessionem liberam & vacuam dimittant necnon de perceptis & qui durante occupatione huiusmodi percipi potuissent fructibus expensis & interesse propterea passis partibus legis ac etiam de pensionibus vt præfertur assignatis necnon beneficiorum eorundem incorporatorum fructibus & alijs rebus & bonis prædictis integre & realiter satisfaciāt: aut cum eis amicabiliter concordent. Quod si facere contempserint ac pœnas prædictas damnabiliter incurrere: illisque per alium mensē duobus mensibus lapsis aut. 12. diebus prædictis insordescere non formidauerint extunc vltimo mente huiusmodi lapsocum crescente contemptu crescere debeat & pœna & ecclesia non habeat quid vltius faciat si singularis persona decem: si vero vniuersitas aut capitulū aut aliud collegium seu communitas fuerit. 30. marcharum auri pro vna camerę apostolicę ac pro alia parti læsa & pro tertia equalibus partibus mediato vel immediato domino ciuitatis vel loci in qua seu quo ecclesia dignitas beneficium commenda officium vel res huiusmodi extiterit si vices suas impendere voluerit. Alioquin cuiunque alteri operam efficacem ad id præstanti pro labore applicandarum pœnas incurrat eo ipso. Interim vero non minus patriarchę archiepiscopi episcopi: ceterique ordinarij seu collatores etiam si capitula vniuersitates vel collegia fuerint: alięque personę ad quas ecclesiarū cathedralium electio: necnon dignitatum beneficiorum officiorum & aliorum prædictorum collatio præsentatio prouisio quęuis alia dispositio communiter vel diuisim pertinet infra simile duorum mensium vel duodecim prædictorum dierum computando spaciū postquam pro parte illorum quorum interest fuerint requisiti sub omnibus & singulis superioribus designatis & pecuniariis pœnis quas contra facientes & rebelles etiam ipso facto incurrere volumus. Omnibus etiam maioris excommunicationis vel defectus tituli alijsque exceptionibus oppositibus appellacionibus & interuigijs cessantibus & reiectis & absque quaruncunque causarum cognitione quam eis & alijs quibuscunque iudicibus ecclesiasticis & secularibus sub eisdem pœnis & casibus præmissis pœnitus interdicimus: electiones collationes præsentationes & quasuis alias dispositiones modo præsumptas præsentis decreti auctoritate sicuti de facto processerunt de facto reuocent retractent & annullent impedimenta præstira submouent: occupatores ab occupatis expellant & de perceptis fructibus & qui percipi potuissent necnon expensis & interesse prædictis etiam per incarcerationem personarum occupantium si opus fuerit satisfieri ac partes læsas in eum statum in quo ante occupationem seu factam nouitatem huiusmodi fuerint reponere & reintegrare procurent: vasalli etiam insuper & quicunque debitores & subditi ecclesiarū cathedralium dignitatum beneficiorum commendarum & aliorum prædictorum nullatenus occupatoribus prædictis sed eisdem incorporatis suppositis & spoliatis vt prius obediant & pareant in omnibus: ipsique debitores de fructibus redditibus proventibus iuribus & offensionibus ecclesiarum dignitatum beneficiorum ac aliorum huiusmodi sub excommunicationis pœna quam contra facientes incurrere volumus ipso facto respondeant & integre satisfaciāt vel cū eis amicabiliter cōcordent. Quod

si facere neglexerint & intrusis de fructibus & iuribus huiusmodi respondere præsumpserint: tales a debito nullo modo liberatos fore: sed incorporatis vt præfertur spoliatis realiter teneri decernimus. Præterea si archiepiscopi ceterique prænominati præmissa non adimpleuerint eis que non paruierint cum effectu: extunc lapsis duobus mensibus & adhuc alio mense prædictis ecclesię ciuitates & alia loca in quibus talia loca ecclesię dignitates beneficia aliaque prædicta fuerint vt præmittitur occupata tandiu ecclesiastico subiaceant interdicto quousque rebelles prædicti per ecclesiam vel secularem fuerint potentiam a ciuitate vel loco expulsi: aut mandatis nostris huiusmodi fuerit satisfactum quibus expulsis vel vt præmittitur satisfacto diuina possunt officia resumere & continuari. Quę omnia & singula etiam in presentibus per appellacionem vel alias locum habere volumus & decernimus. Porro in casu non partitionis liceat interim dictis incorporatis & suppositis post lapsum duorum mensium aut. 12. dierum prædictorum brachij secularis: necnon rectoris & officiariorum ciuitatis vel loci huiusmodi auxiliū inuocare: quos etiam in subsidium iusticię præsentis decreti tenore inuocamus: requirimus & monemus vt ipsi post simile duodecim dierum spaciū a tempore requisitionis super hoc eis factę computandum auxiliū: consiliū & fauorem ac potentiam possibiles sub excommunicationis & priuationis priuilegiorum quę ab ecclesiis obtinent pœnis quas eos nisi fecerint que mandamus incurrere volumus ipso facto præstare non postponant quorum potentia & auxiliū præfatis spoliatis ecclesiarum dignitatum beneficiorum officiorum rerum & bonorum prædictorum possessionem tam eiusdem decreti quam propria auctoritate ac etiam per potentiam intrandi & continuandi ac intrusos suos expellendi plenariā concedimus potestatem & facultat. Omnes autē Christi fideles quacunque etiam si cardinalatus patriarchali archiepiscopali episcopali vel alia ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate: qui præfens decretum temere violare aut illius executionem denegare seu directe vel indirecte impedire ac partibus aduersis adherere vel fauere seu eorum aliquem receptare defendere aut tueri præsumpserint quo ad singulares personas excommunicationis necnon trium: quo autem ad capitula vniuersitates & collegia ecclesiastici interdicti &. 10. marcharum auri vt (supradictum est) applicandarum pœnas incurrere decernimus eo ipso. Ceterum quia præterita nos commouent futuris cautius obuiare pernicii iudicij & sub excommunicationis priuationis inhabilitationis pecuniariis & alijs superius expressis pœnis: quas ipso facto quemlibet contrafacientem incurrere volumus districtius inhibemus: ne aliquis cuiuscunque conditionis & excellentię fuerit ecclesiastica vel mundana etiam si cardinalatus patriarchali archiepiscopali vel alia quacunque præfulgeat dignitate: quasuis ecclesias patriarchales metropolitanas vel alias cathedrales monasteria prælaturas dignitates officia commendas pensiones iurisdictiones vel alia cuiuscunque qualitatis beneficia siue res & bona quibuscunque nominibus censentur ad ipsos ord tempore incorporatos & incorporandos huic sacro Basiliensi. aut alteri vniuersali legitime congregando concilio vel ipsorum familiares pertenentia



inentia eodem concilio durante & in eo principaliter existentes in præiudicium læsionem derogationem seu odium concilij seu incorporatorum vel in corporandorum huiusmodi à quocunq; etiam Romano pontifice impetrare vel motu proprio collata acceptare aut in illis se intendere seu in eorundem incorporatorum odium siue præiudicium suos sanguineos procurare aut fautores in personis & bonis affligere seu molestare vel eosdem incorporatos pro tempore inuitos alibi quam in eodem concilio super re quacunq; trahere aut ad respondendum seu iudicium subeundum compellere præsumat. Quoscuq; processus etiam quascunq; pœnas in se continentes & quicquid in contrarium forsitan attentari contigerit: irritum & inane nulliusq; roboris vel momenti existere ex nunc prout extunc nunciantes & decernentes. Non intendimus tamē aliquos ex incorporandis in futurum qui ante eorū incorporationem super aliquibus criminibus apud suos superiores delati forent & legitime præuerti hoc decreto tueri quin possit contra eos super criminibus huiusmodi etiam vsq; ad diffinitiuam sententiam in clausura procedi: absolutionē vero omnium & singulorum qui præfatas sententias censuras & pœnas vel earum aliquam incurrerint quoquomodo synodo pro tempore sedenti & illa dissoluta Romano pontifici tantummodo præterquam in mortis articulo referuamus. Postremo vt nullus ipsius decreti ignorantiam prætereundum valeat decernimus id per publicationem in præfata sessione factā vim habere & ita vniuersos & singulos lapsis duobus mē sibus aut duodecim diebus prædictis astringere & artare ac si eis personaliter apprehensis intimatum foret. Quocirca vobis venerabilibus patriarchis primatibus archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus præpositis decanis cantoribus archidiaconis ceterisque in dignitatibus quibuscunq; constitutis ac cathedralium ecclesiarū canonicis districte præcipiendo mandamus quatenus vos aut vnus vestrū per vos vel alium seu alios præmissa omnia & singula vbi & quando expedire videritis solenniter publicantes si & postquam super præmissis vel aliquorum pro parte alicuius ex incorporatis & suppositis prædictis vel alterius promotorum negociorū nostrorū aut nostri vel Romani pontificis procuratoris fiscalis quibus super his omnimodam atque plenariam concedimus potestatem requisiti fueritis vel fuerit requisitus & vobis quod aliquis vel aliqui ex perturbatoribus prædictis aliquam vel aliquas ex sententiis & pœnis superius expressatis incurrerit ad earūdem pœnarum declarationem contra eo procedentes illas tandiu in ecclesiis vestris & aliis locis dominicis aliisque festiuis diebus eisdem pœnas incurrere publicetis & publicari faciatis: ac vt tales euitetis & ab aliis euitari faciatis & alias ad plenariam pœnarum prædictarū executionem procedere curetis donec super iis satisfactione præuim debita meruerint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus legitimis super his per vos habendis seruatis processibus eos quotiens opus fuerit aggravare curetis contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo: inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.

Nos enim vobis & vestrum singulis omnes & singulos qui sententias & pœnas huiusmodi vel earum aliquam incurrerint quoquomodo in loco

nostræ sacræ congregationis ea durante: ipsa vero dissoluta in loco Romanæ curiæ & extra etiam. Ad partes illas vero ex eis ad quas tutus non patebit accessus seu in locis in quibus libera mandatorū nostrorū executio fieri non poterit super quæ partis læsæ vel promotorum aut procuratoris prædictorum iuramento stari volumus in audientia literarum contradictarum & in valuis maioris ecclesiæ ciuitatis vel loci in qua vel in quo hanc vel aliam generalem synodum pro tempore sedere vel ea dissoluta aut non sedente Romanum pontificem cum sua curia residere contigerit in loco ecclesiæ dignitatis vel rei super qua vel quo ager: aut alio viciniore in quo partis læsæ commoditas se obtulerit in valuis maioris ecclesiæ ciuitatis vel loci huiusmodi ad instar edictorum publicorum monendi, requirendi, & citandi pœnam & liberam auctoritate vniuersalis ecclesiæ concedimus tenore præsentium facultatem. Volentes & eadem auctoritate decernentes monitiones requisitiones & citationes sic factas vim habere: ac eosdem sic monitos & citatos artare perinde ac si eis personaliter apprehensis factæ forent. Non obstantibus nostris atque apostolicis constitutionibus & ordinationibus quibus quo ad præmissa derogamus & derogatum esse volumus ceterisque contrariis quibuscunq;. Datum Basileæ in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliens. solenniter celebrata. 5. Idus Augusti. Anno domini 1442.

*§ Sessio quadragesima quinta seu vltima:*



**S**acro sancta generalis synodus Basiliens. in spiritu sancto legitime congregata: vniuersalem ecclesiam repræsentans ad futuram rei memoriam. Desiderauit Ezechias rex vt fieret pax & veritas in diebus suis: & nos desiderio desiderauimus vt pax & vnio ecclesiæ in diebus nostris hoc sacro durante Basiliens. concilio daretur. Verum cum ex plurimis impedimentis quæ diutim ingeruntur & in futurum succrescere possent formidetur: ne pax & vnio huiusmodi desiderata in hac ciuitate Basiliens. fieri: aut actus conciliares libere exerceri valeant volentes propterea casibus futuris prouidere: ac vt fides & auctoritas generalium conciliorum vniuersalem ecclesiam repræsentantium illibate permanent: quodque vnio & pax vera ecclesiæ dentur: nec non vt continuetur celebratio generalium conciliorum attentio: quod iam sanctissimus dominus Felix papa quintus præuidens necessitatis casum pro futuro concilio nominauit inclytam ciuitatem Lugdunen. in partibus Galliarum: in hocque satis faciendo decretis sacrorū Constantien. & Basiliens. huius generalium conciliorum dictam ciuitatem Lugdunen. quam experientia docente generalium synodorum hæcenus in ea celebratarum accommodam & idoneam reputamus tenore præsentium in nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis pro futuro celebrando concilio nominamus: deputamus & assignamus. Cunque immineant vrgentissime causæ vt breuifiat alterius generalis concilij celebratio propterea statuimus & ordinamus vt infra triennium à datis præsentium computandum generale concilium in præfata ciuitate Lugdunen. celebretur: Decernentes quod cardinales: patriarchæ: archiepiscopi: episcopi: prælati: seu quicunq; alij qui ad generalia concilia

de iure vel consuetudine conuenire debent in termino præmissis ad dictum locum accedere teneantur: dummodo post dissolutionem huius concilij hoc vel alio in loco continuari restet vnus annus ante huiusmodi triennij finem. Volumus etiam & specialiter concedimus quod prædictum terminum futuri celebrandi concilij abbreviare valeat præfatus papa Felix. Per præmissa autem & si recte insipientibus aliud videri non debeat: ad maiorem tamen veritatis manifestationem declaramus quod non intendimus neque volumus hoc sacrum generale concilium Basiliens. dissoluere aut dissolutum quomodolibet censendum esse. Quinimo in hoc loco continuandum fore & continuari debere: dum tamen integra & plena libertas atque securitas: nec non saluus conductus per inclytam ciuitatem Basiliens. nobis & eidem synodo concessi seruentur illæsi. Adiciendum quod si aliquid fieret impedimentum quominus in hac ciuitate Basiliens. iuxta ritum consuetum actus conciliares libere exerceri possent: aut libertas seu securitas & saluus conductus huiusmodi non seruarentur: quibus casibus seu eorum aliquo quod deus auertat aduenientibus: super quo stari volumus arbitrio seu attestatiōe dilectissimorum cardinalium & venerabilium episcoporum aliorūque dilectorum ecclesiæ filiorum per nos hodie deputatorum: aut maioris partis eorum pro tempore præsentium cum subscriptione eorū inde super conficiendo publico instrumeto & sigillis eorundem imminendo ex tunc prout ex nunc: & ex nunc prout extunc hanc sanctam synodum pro ipsius continuatione ab hac ciuitate Basiliens. ad ciuitatem Lausanen. eiusque vti prouinciæ Bisuntinen. locum habitum & idoneum ad generalis concilij celebrationem in nomine patris & filij & spiritus sancti tenore præsentium transferimus ac translatum esse decernimus cum eisdem modis: formis: qualitatibus & ordinationibus cum quibus in hoc loco Basiliens. continuata fuit & stat de presenti. Datum Basileæ in nostra publica sessione in ecclesia maiori Basiliens. solenniter celebrata. 17. Kalendas Iunij Anno à natiuitate domini. 1448.

*§ BULLA NICOLAI PAPAE QUINTI super approbatione actorum & gestorum in Concilio Basiliensi.*



**N**icolaus Episcopus seruus seruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam Vt pacis qua nihil desiderabilius in vniuersali ecclesia amplissime diffundatur: & perduret serenitas: omniū corda quos exagitauit & defatigauit diuisio: vnitas integra ad cuiuslibet status & honoris prosperitatem consolidet: libenter secundum nostræ & apostolicæ auctoritatis plenitudinem magnitudinemq; voluntatis omnia amplectimur per quæ non solum super præsentibus & futuris sed & præteritis vt firma illibataque permaneant: debita prouisionis adhibeat remedium. Cum itaque post crebras variasque conturbationes: quibus multis ab annis sancta dei subiacuit ecclesia: causantibus diuisionibus: quæ inter felicis recordationis Eugenij papæ quartum prædecessorem nostrum: & tunc Basiliens. concilium vigerunt: hoc in nostro tempore & ex altissimi dei prouidentia ineffabili interpositione tra-

ctatuque oratorum charissimorum in Christo filiorum Francorū Angliæ & Renati Sicilia regū: nec non Delphini Vienens. primogeniti Francorum regis illustris: pacem ecclesiæ reddita videbamur: dum percepimus venerabilem & charissimum fratrem nostrum Amedeum primum cardinalem: episcopū Sabinen. in nonnullis prouinciis apostolicæ sedis legatum vicariumq; perpetuum Felicem papam quintum tunc in sua obedientia nominatum: iuri quod in papatu asserbat se habere ad huiusmodi pacem ecclesiæ obtinendum cessisse. Eos vero qui Basileæ: post modum Lausane sub nomine generalis concilij: hæcenus congregati permanserunt ordinasse & publicasse: nobis tanquam vnico ac indubitato summo pontifici obediendum esse à cunctis fidelibus. Et præfatum Lausanen. dissoluisse congregationem Desiderantes igitur toto affectu ea perficere: quibus Christi fideles suppressis & extinctis dissensionum & differentiarū seminariis communi fruuantur concordia cuiuslibet eorum status, honoris, reputationis & quietis stabilitate firmata: quascunq; promotiones electiones confirmationes postulationes ad missiones translationes commendas administrationes & prouisiones ad quascunq; patriarchales metropolitanas & cathedrales ecclesias necnon abbatiales dignitates ac monasteriorum regimina quoruncunq; exemptorum: & non exemptorum necnon quascunq; collationes prouisiones & dispositiones quoruncunq; beneficiorum ecclesiasticorum regularium: & secularium de iure patronatus etiam laycorum cum cura vel sine cura: si ecclesiæ parrochiales fuerint: aut canonicatus & præbendæ dignitates maiores post pontificales in cathedralibus vel principales in collegiatis existant per sonatusque perpetuæ administrationes vel officia etiam curata vel electiua in quibuscunq; ecclesiis prioratus conuentuales aut cuiuscunq; conditionis qualitatis vel nature fuerint: etiam alterius generis quam expressa paris vel maioris: etiam si ex quauis causa tunc dispositio apostolicæ specialiter vel generaliter reseruata fuerint litigiosa: aut alias affecta vel ad sedem apostolicam quomodolibet deuoluta vim quorum seu prætextu collationum: prouisionum reseruationum aut aliarum dispositionum huiusmodi seu alicuius præmissorum: alias quam ex titulo priuationis factarum præmissarum occasio-num diuisionum ipsarum ecclesiarum beneficiorū dignitatum officiorum personatum administrationum canonicatum & præbendarum habita seu adepti sit possessio & possidentur de presenti admisiones etiam resignationum quoruncunq; beneficiorum dignitatum ecclesiarum simpliciter vel ex causa permutationis factarum auctorizationum & institutionum pensionum quaruncunq; super quoruncunq; beneficiorum ecclesiasticorum fructibus reseruacionibus & assignacionibus cum pro-cessibus & fulminationibus inde secutis: necnon vniones annexiones incorporationes quaruncunq; dignitatum & beneficiorum ecclesiasticorum secularium & regularium quibuscunq; patriarchalibus archiepiscopalibus: abbatialibus vel capitularibus mensis aut monasteriis conuentibus dignitatibus: canonicatibus & præbendis vel beneficiis seu ad inuicem sub quibusuis verborum formis dimembrationes etiam ecclesiasticarum & beneficiorum quoruncunq; Ecclesiarum quoq; monasteriorum studiorum quoq;

diorumque generalium fundationes, erectiones super precesiones, & subiectiones & quoruncunque beneficiorum creationes exemptiones. Item renouationes pallij dationes consecrationes benedictiones personarum de ordine ad ordinem translationes in feudationes institutiones contractuum confirmationes: facultatis testandi concessiones absolutiones liberationes quitantias super quibuscunque debitis ratione decimarum semidecimarum indulgentiarum annatarum communium & minorum seruitiorum: vel alias quomodolibet dispensationes tam super aratis quam natalium & aliarum inhabilitatum defectibus super incompatilibus in quocunque numero etiam si ad curas parochiales: matrimonii iuramento: ordinibus & voto etiam transmarino & rebus aliis quibuscunque: necnon absolutiones à quibuscunque excommunicationum: anathematizationum: & aliis censuris ecclesiasticis interdictorum tam generalium quam specialium relaxationes: ac etiam illarum fulminationes & appositiones iuramentorum etiam fidelitatum relaxationes: reabilitationes ab omni macula irregularitatis: aut alia inhabilitate vndeunque processerit: restitutione etiam ad famam & honores gratiarum indultorum: indulgentiarum & priuilegiorum: & quascunque alias concessiones: ac omnia & singula tam iusticiam quam gratiam concernentia siue in foro conscientie: aut contentioso in personis aut locis quæ tempore concessionum & aliorum premissorum obediuerunt prefato venerabili ac charissimo fratri nostro Amedeo cardinali: episcopo legato & vicario supradicto: tunc Felici papæ quinto nominato: ac congregatis antedictis: seu eorum alteri tam per ipsum tunc Basilien. concilium & Amedeum in sua obedientia Felicem quintum nuncupatum: quam illos qui in Basilien. & Lausanen. in ciuitatibus sub nomine generalis concilij congregati remanserunt aut alium seu alios sua aut alterius eorum auctoritate etiam de latere legatos delegatos siue alios quoscunque ab eis vel eorum altero potestate habentem coniunctim vel diuisim qualitercunque facta gesta concessa data indulta disposita & ordinata etiam si maiora & grauiora aut alterius cuiuscunque nature à premissis existant & specialem requirant expressionem: quæ volumus & decernimus pro expressis specificis haberi cum omnibus & singulis inde secutis: ac etiam omnia & singula per ordinarios in dictis locis facta pro bono pacis & vnionis ecclesie motu proprio ex certa scientia & de apostolicæ potestatis plenitudine de consilio & assensu venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesie cardinalium presentium fieri approbamus: ratificamus & etiam confirmamus rataque & firma haberi volumus: necnon potiori pro cautela de personis patriarcharum: archiepiscoporum: episcoporum: & abbatum quibuscunque ecclesiis & monasteriis quarum & quorum assecuti sunt possessiones & possident de presenti necnon de dignitatibus prioratibus personatibus administrationibus officiis canonicatibus & prebendis commendis & beneficiis quibuscunque etiam sedi apostolicæ specialiter vel generaliter reseruatis deuolutis vel quomodolibet affectis eorum possessoribus quibuslibet de nouo prouidemus: ac ipsorum omnium fructus redditus & proventus: necnon emolumenta singula in quibuscunque & vbiunque etiam extra diocesim: in quibus

ecclesia monasterium prioratus dignitas seu beneficium huiusmodi fuerit consistentia ad eorum possessores spectare & pertinere. Et quod ipsi in suarum ecclesiarum monasteriorum prioratum dignitatum & beneficiorum prout eorum singulos concernent possessionibus pro huiusmodi bono pacis & vnionis pacifici remaneant & quieti: decernimus & declaramus gratis & absque solutione communium vel minorum seruitiorum annatarum aut vacantiarum tam nostræ cameræ quam venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesie cardinalium collegio facienda nomina & cognomina valore ipsorum beneficiorum & dignitatum: ac non obstantibus ipsorum possessorum pro expressis habentibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis non obstantibus quibuscunque. Insuper quascunque obligationes seu debita de & super annatis seu communibus & minutis seruitiis iuxta curiæ nostræ consuetudinem ceterisque iuribus nobis & sanctæ Romanæ ecclesie cardinalium collegio ceterisque officialibus debitis: si quæ debere dicerentur occasione quarumcunque metropolitanarum & cardinalium ecclesiarum monasteriorum dignitatum prioratum etiam conuentualium beneficiorum & officiorum huiusmodi vsque ad presentem diem possessoribus antedictis ex simili scientia remittimus & relaxamus: pariter & donamus: eosque qui huiusmodi debitis obligati essent ab omni eorum solutione absolui & liberamus & super illis dari quitantias petentibus aut volentibus demandamus in forma plena debita & opportuna fructus etiam illos quos durante huiusmodi diuisione ex dictis ecclesiis dignitatibus beneficiis perceperunt etiam si nobis & cameræ apostolicæ debiti essent pœnitentibus ipsi & cuiuslibet ipsorum remittimus de dictæ sedis munificencia liberali camerario thesaurario clericis cameræ collecto-ribus & subcollecto-ribus nostris quibuscunque inhiben. sub excommunicationis sententia & aliis censuris ecclesiasticis atque pœnis quas remissioni & inhibitioni nostris huiusmodi contrauenientes incur- rere volumus ipso facto: ne fructus predictos occasione premissa dicta diuisione durante percipere & per nos remissos vt præfertur à quoquam quomodolibet exigere seu extorquere præsumant. Dictorum rursus possessorum singulis aduersariis super præfatis ecclesiis monasteriis prioratibus dignitatibus officiis & beneficiis perpetuum silentium imponentes quascunque promotiones impetrationes concessiones prouisiones declarationes & literas desuper pro ipsis aduersariis & aliis quibuscunque in præiudicium ipsorum possessorum vel derogationem huiusmodi per nos confirmatorum quomodolibet etiam si motu proprio ex certa scientia aut plenitudine potestatis & de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesie cardinalium concilio & assensu tam per dictum nostrum prædecessorem quam nos siue alium quemcunque illius aut nostra auctoritate siue alia quacunque factas datas concessas & habitas: etiam si inuim earum ipsi aut alicui eorum iure vel ad rem ius quæsitum foret: necnon diffinitiuas & alias etiam quæ in rem transierunt iudicantem super ecclesiis & aliis premissis in Romana curia vel alias vbiunque contra dictos possessores promulgatas sententias & quacunque contra dictos possessores promulgatas sententias & quacunque inde secuta prædictis motu & scientia ac plenitudine pro

pro bono pacis & vnionis prædictarum cassamus irritamus & annullamus ac cassa irrita infecta nulla- que & inania ac viribus vacua declaramus & denunciamus. Illas vero ex sententiis quæ pro prædictis possessionibus super premissis ac etiam quascunque alias sententias & subrogationes quæ pro quibusuis personis partibus se defendentibus illarum omnium nominibus & cognominibus pro expressis habentes & quæ in rem transiuerunt iudicatam in Basilien. seu Lausanen. ciuitatibus seu in curia præfati venerabilis ac charissimi fratris nostri Amedei primi cardinalis vt præmittitur legati vicariique: perpetui Felicis quinti in sua obedientia nominati vsque in hodiernum diem prolata ac subrogationes pro altero ex colligantibus mutuo se defendentibus factæ sunt validas & ratas decernentes: necnon quascunque lites & causas desuper in nostra curia vel a libi contra ipsos possessores super prædictis ecclesiis dignitatibus: beneficiis & officiis quolibet pendentes: quorum omnium etiam si vnæ vel duæ seu plures diffinitiuæ vel alia sententiæ prolata sint status presentibus pro expressis habentes ad nos aduocamus & totaliter extinguimus: pro maiori omnium & singulorum securitate & roboris validitate quibuscunque personis tam ecclesiasticis quam secularibus cuiuscunque dignitatis: status: gradus, ordinis conditionis: vel præminentie existant: etiam si cardinalatus: patriarchatus: archiepiscopali: episcopali: aut alia quacunque præfulgeant dignitate: necnon quarumcunque tam cathedralium quam collegiarum & aliarum ecclesiarum & monasteriorum: capitulis: collegiis & conuentibus: ac singularibus personis earundem: illique vel illis ad quem seu ad quos dictarum ecclesiarum beneficiorum ecclesiasticorum & officiorum electio: collatio: prouisio: præsentatio: seu queuis alia dispositio communiter vel diuisim pertinet: ac huiusmodi possessorum aduersariis: quibus per nos ad nostrum prædecessorem seu alium quemcunque factæ sunt concessiones & prouisiones de huiusmodi ecclesiis: beneficiis: & officiis possessis: omnibus & singulis aliis quorum interest vel intererit quomodolibet in futurum mandamus expresse inhibentes videlicet patriarchis: archiepiscopis & episcopis: sub suspensionis ab ingressu ecclesie. Minoribus vero personis singularibus sub excommunicationis: necnon dictorum possessorum aduersariis sub simili excommunicationis ac priuationis omnium & singulorum beneficiorum suorum quæ obtinent & inhabilitationis ad illa & ad alia in posterum obtinenda perpetuè que infamia: collegiis vero capitulis & conuentibus sub suspensionis à diuinis pœnis sententiis & censuris quas contrafacientes & rebelles prout quemlibet ipsorum concernit exnunc: prout extunc: & extunc prout exnunc incurrere volumus ipso facto: ne ipsi seu eorum alter publice vel occulte: directe vel indirecte quouis quæsito colore vel ingenio contra declarationes: concessiones: approbationes: ratificationes: confirmationes: & alia prædicta vel eorum aliquid in præiudicium damnum & grauamen dictorum possessorum & derogationem premissorum per nos confirmatorum aut alicuius eorum facere dicere & attemptare: seu ipsi prænominati ad quos spectat huiusmodi: electio: collatio: prouisio: præsentatio: seu queuis alia dispositio quemquam alium ad ecclesias dignitates beneficia & officia seu alia premissa hæc-

tenere sic possessa recipere & admittere: neque possessores huiusmodi super premissis in aliquo vexare: perturbare: molestare: seu inquietare quomodolibet præsumant aut præsumat: sed ea omnia & singula inuolabiliter & sine contradictione quacunque quantum in eis est manu teneant & obseruent dictosque possessores in possessione sua huiusmodi teneant & defendant. Si quæ etiam (quod absit) per quempiam quacunque: etiam auctoritate nostra contra premissa seu eorum aliqua: aut in præiudicium dictorum possessorum seu alicuius eorum nouitates factæ fuerint seu fierent illas ac quacunque inde secuta exnunc prout extunc habemus & haberi volumus pro infectis. Et nihilominus contra venientes & rebelles huiusmodi siue patriarchas: archiepiscopos: aut episcopos fuerint ab ingressu ecclesie: minores vero personas singulares excommunicatos: necnon dictos aduersarios & eis auxilium dantes vltra excommunicationis pœnam beneficiis & officiis suis priuatos inhabiles & infames. Capitula vero collegia & conuentus à diuinis suspensos per quemlibet ordinariū loci aut altetum in dignitate constituti siue canonicum alicuius ecclesie cathedralis per quemcumque ex huiusmodi possessoribus eligendum & requirendum seu executionem dandum super huiusmodi nostra voluntate in Romana curia siue extra declarari & denunciari volumus & mandamus. Super quibus omnibus & singulis ipsis & eorum cuiuslibet auctoritate apostolica damus atque concedimus facultatem reiectis in premissis omnibus & singulis cautelis & appellationibus quibuscunque in præiudicium premissorum interpositis seu interponendis quas tanquam friuolas & inanes cum inde secutis & secuturis extunc prout exnunc & exnunc prout extunc cassamus: irritamus annullamus & pro infectis haberi volumus Vicecancellario & quibusuis aliis officialibus nostris expresse inhibentes ne ad cuiusuis instantiam super causis præsentium appellationum huiusmodi aut alias vias simplicis querele: seu restitutionis in integrum aliquam commissionem signare siue rescriptum etiam extra Romanam curiam concedere: nec auditores causarum palatii nostri siue ordinarij loci: aut quicumque alij commissiones siue rescripta huiusmodi recipere seu causas desuper motas & mouendas audire præsumant seu attentent. Adiciunt quod si villo vnquam tempore appareret de alia concessione seu declaratione per nos aut nostros seu dicti prædecessoris literas quascunque clausulas etiam derogatorias generales vel speciales sub quacunque verborum forma in se continentes: licet in illis dicatur non obstantibus clausulis dicentibus quod illis non derogetur: nisi de eis specialis mentio fiat: aut quod de verbo ad verbum & cum toto tenore illarum inferi debeat facta seu fienda per quam dictos possessores seu eorum aliquem in huiusmodi suorum beneficiorum possessionem: seu alias turbari: vexari: molestari: seu inquietari: aut contra huiusmodi nostras concessiones: prouisiones: & alia per nos approbata fieri atque contraveniri possit: etiam si motu proprio ex certa scientia: siue de plenitudine potestatis: & de ipsorum venerabilium fratrum nostrorum cardinalium consilio & assensu emanarent seu emanassent tales declarationes aut concessiones pro bono pacis & vnionis ecclesie nullatenus effectum sortiri: sed pro infectis exnunc: prout extunc haberi volumus. Verum

rum si in obedientia prædictorum tunc nuncupati Fœlicis & illorum qui Basileæ & Lausanen. sub nomine generalis concilij tunc permanserunt duo vel plures super vno vel pluribus beneficiis litigarent possessio non possidenti non afferat præiudicium: sed cuiuslibet ius suum semper saluum conferuetur: etiam vnicuique maneat ius: quod ante huiusmodi diuisionem sibi quæsitum erat. Et si fuerint aliqua ecclesiæ seu beneficia quarum seu quorum caput in vna obedientia & membra in altera existant membra reducantur ad caput. Saluo tamen quod membrum obtinens in illius remaneat possessione si ius eidem competeat ante huiusmodi diuisionem. Cæterum quia difficile foret præsentibus literas ad singula in quibus eis forsitan fides facienda fuerit loca deferre dicta auctoritate apostolica decernimus quod illorum transumpto manu publica & sigillo alicuius episcopi aut illius vicarij seu curiæ aut superioris ecclesiastici signato & munito: perinde ac si originale literæ huiusmodi exhiberentur fides plenaria adhibeatur & stetur. Mandantes nihilominus literas in simili forma pro quibuscunque particularibus personis eas perentibus & habere volentibus illorum nominibus & cognominibus specificè expressis cum designatione ecclesiæ dignitatis: beneficij siue beneficiorum aliarumque concessionum superioris designatarum in cancellaria nostra & alibi gratis & sine solutione alicuius taxæ saluo moderato salario scriptorum expediri: & irritum decernimus & inane si secus super his à quo quam quantèvis auctoritatis scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis: ratificationis: confirmationis: prouisionis: decreti: voluntatis: impositionis: cassationis: remissionis: relaxationis: donationis: absolutionis: liberationis: inhibitionis: impositionis: irritationis: annulationis: declarationis: denunciationis: aduocationis: extinctionis: voluntatis: mandati: dationis: concessionis: adiectionis: & constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datū Spoleti Anno incarnationis dominicæ. Millesimo quadringentesimo quadragésimo nono. 14. Kalendas Iulij. Pontificatus nostri Anno tertio. P. de noxeto Marcellus de curia registrata in camera apostolici concilij.

**ARTICVLI DE MODO PROCEDENDI** in sacro concilio legitimi & approbati, seu conclusi in generali congregatione. Die veneris .26. septembris

1430.



Item sunt quatuor deputationes, si cut sunt inter quas omnes de concilio distribuatur æqualiter, quantum cōmode fieri poterit. Et sint in qualibet deputatione de quolibet statu scilicet dominorum cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum, abbatum, doctorum, religiosorum, exemptorum & non exemptorum, & aliorum, & in qualibet de aliis nationibus distribuatur in quatuor & quales partes supposita singularum nationum. Et ad distribuendum supposita

concilij, eligentur quatuor, scilicet vnus ex qualibet deputatione qui quidem quatuor mensibus singulis eligantur de nouo.

Item in qualibet deputatione eligatur vnus præfatus singulis mensibus per vota singulorum. Et in qualibet eorum deputetur vnus promotor notarius & vnus censor.

Item omnes deputationes congregabuntur in septimana regulariter, videlicet die Lunæ, die Mercurij: & die Sabbati de mane hora consueta, & si in prædictis diebus festis aliquid occurrerit præcipuum poterunt in sequenti die congregari, vel in die præcedenti si per præfidentem fuerit intimatum.

Item quod nulla deputatio astringat se quibuslibet que iuramentis ad tenendum secretæ materias, que tractabuntur in eadem. Sed sit licitum singulis suppositis deputationum, conferre cum singulis de concilio, tantum de rebus, de quibus agatur.

Item quolibet mente deputentur tres de qualibet deputatione, qui duodecim pari numero ter in septimana vel pluries, prout eis videbitur expedire, certis horis & loco, non tamen illis horis, quibus deputationes congregantur, conuenient ad videndum materias eis datas de deputationibus distribuendas ad tractandum. Sic tamen, quod in fine cuiuslibet mensis eligendo nouos deputatos, de qualibet deputatione maneat vnus de præfidentibus deputatis, ille videlicet, quem ipsi duodecim elegerint: sic tamen quod ille qui eligetur pro mense secundo, non eligatur pro mense tertio, qui quatuor habeant de nouo venientes informare de agitatibus in illo mense finito. Et sic deinceps singulis mensibus. Et illi duodecim eligant vnum eis pro præfidente, qui toto mense sit eorum præfidentis, ad cuius mandatum cæteri deputati tenebuntur in loco per eos eligendo conuenire.

Item si aliqua deputatio, vel aliqua particularis persona, habeat aliquam materiã præ manibus, quod illam possit eisdem deputatis proponere, qui sub iuramento præfinito tradendam (nisi sibi placuerit) non reuelabunt.

Item, quod deputationes præcipue in rebus arduis & maxime si exigant celeritatem, non statim super propositis dum primo proponuntur, deliberabunt. Sed ad sequentem congregationem differant proposita, vt vnus quisque habeat tempus cogitandi, & maturè deliberandi super propositis. Et si res proposita grauis fuerit poterit bis vel ter, prout illius grauitas exigat, super ea deliberari vt maturius concludatur, quod fuerit multiplici deliberatione recensitum. Sic tamen, quod quilibet iuxta proposita per præfidentem respondeat pertinenter. Et non per materias vltis vagantes, ita vt non inducat aliam materiã quam illam, que per præfidentem fuerit introducenda. Et si contigeret aliquem, vel aliquos introducere alias materias, dominus, præfidentis non faciat super illis deliberatis prorunc, sed alia congregatione, nisi forte materia talis fuerit, quæ urgentem exigat celeritatem.

Item quando in vna deputatione aliqua materia fuerit agitata & deliberata, si in bona sententia omnes conueniant, conuentionem suam per duos ad alias deputationes deferant, cum motiuis & persuasionibus eiusdem deputationis. Si vero non fuerit omnium concors sententia, & quantuncunque vna pars numero excedat aliam nihilominus de qualibet parte sumatur vnus, & ambo ad alias deputationes

transmittantur, vt diuersitas cum motiuis & rationibus vtriusque siue omnibus innotescat, vt sic aliquid deputationes perceptis rationibus & motiuis clarius valeant explicare.

Item quælibet deputatio in deferendo votum suum seu cōuentū ad alias deputationes seruabit ordinem reum de quibus agitur, vt pote si res ad fidem pertinet, primò ad deputationem fidei deferatur, & inde ad alias. Et similiter si res exigit celerem expeditionem: indilatè deferatur ad omnem deputationem, & similiter in aliis. Communis vero deputatio tenebit eundem ordinem in deferendo communia ad alias deputationes.

Item prædicti duodecim deputati semper in die præcedenti ad congregationem generalè conueniant cum præfidenti concilij cum conuentionibus, & statutis, & agitatibus deputationum vt præfidentis concilij sit plenè informatus de singulis, quæ habebit in generali congregatione proponere, cum motiuis & rationibus. Nihil autem ardui proponat præfidentis ad deliberandum seu concludendum, nisi prius fuerit propositum in singulis deputationibus, & agitatum: nisi res esset repentina & talis, cuius mora esset vicina, tunc posset proponi. Quæcumque vero in deputationibus agitata fuerint, siue omnes conuenierint, siue non, proponat dummodo saltem per duas deputationes ad proponendum fuerit requisitus.

Item si in feria sexta festum aliquid vel aliud impedimentum occurrerit, quod in die sabbati fiat cōgregatio generalis nisi per præfidentem aliud iniunctum fuerit. Et ita fiat, vt nunquam in septimana generalis congregatio omittatur.

Item quod dominus præfidentis in qualibet congregatione habeat catalogum seu Rotulum in quo ponantur materiæ proponendæ. Et literis missiuis lectis, quod semper incipiat à grauioribus: ita tamen vt omnia capita super quibus est pro tunc declarandum, in principio explicentur.

Item exhortentur supposita deputationum, & etiam in congregatione generali per præfidentem, quod si in deputationibus vel congregationibus sunt duæ vel tres opiniones, quicunque voluerint adhærere alicui illarum, non debent reiterare quod iam dictum fuerit, nisi velint aliquid addere vel diminuire, sed potuerint illam, quam voluerint, partem breui verbo eligere, vel nouam dicere iuxta eorum voluntatem.

Item si in deputationibus sint supposita non deliberantia propter arduitatem materiãrum, & dicant se velle cum libris vel alias deliberare, non concludatur, donec in sequenti deputatione, in qua si dicere velint audiantur.

Item ne tempus inutiliter occupetur, & labatur in vanum, ordinetur quod deinceps super causis & rebus tractandis & expediendis in hoc sacro concilio, ac in generali congregatione per dominum præfidentem ipsi concilio proponendis, per prius singularum deputationum præfidentis vel notarij referant statuta, deliberata, seu conclusa in eisdem. Et si contingat maiorem partem, hoc est, tres deputationes esse concordantes ilico quarta deputatio, immo quolibet suppositum huius sacri concilij, diligenter & ad plenum audiatur benignè cum suis rationibus & motiuis: quæ si forsitan excitationem aliquam seu difficultatem offerant remittatur articulus super quo ei difficultas fuerit exorta, ad deputationes latius &

maturius dirigendas. Si vero rationes talium & motiua, dubietatem probabilem sufficientem non adducant, concludatur quod probatum extitit, & maturè digestum per tres deputationes.

Item quod omnes deputati, & qui in posterum inferentur ipsi concilio, prout sunt deputati, singulis diebus ordinariis intrent ipsas deputationes ad agitandas & disceptandas causas & materias occurrentes ne quis prætereundere possit ignorantiam proponendi in generali congregatione, & quod per vota omnium singula expediatur. Et qui tunc intrauerint absque rationabili causa, seu qui non significauerint hora debita se non posse intrare, & qui ante dissolutionem recesserint sine licentia præfidentis, ipsius præfidentis arbitrio puniantur.

Item omnia supposita concilij teneantur, venire & stare in congregatione generali in missis solemnibus & processionibus, quemadmodum supradictum est de deputationibus.

Item antequam dissoluatur congregatio generalis, aut singularum deputationum, per notarios congregationis generalis, & etiam singularum deputationum legantur conuenta & ordinata in eisdem, vt si per dictos notarios aliquis defectus in scribendo fuerit commissus corrigatur.

Item de qualibet deputatione eligatur vnus, qui quatuor prouideant de sermonibus ad clerum singulis diebus solemnibus faciendis, quos ipsi personis idoneis ad hoc distribuant, & antequam sermo huiusmodi per eum qui assignatus est publicetur, prius per eosdem quatuor, vel alterum ipsorum videatur, ne error contingat aut scandalum exinde oriri. Et iste ordo à festo Sancti Michaelis in antea semper continetur.

Item ad expediendum aliquid, dentur aliqui deputati, qui dum conueniunt, ille qui dignior & primus est, inter eos proponat materiã tractandam, & dirigat illam, & vota aliorum exquirat. Et si aliquis vel aliqui de concilio, non deputati volunt interesse ad deliberandum super materia, de qua est tractandum, possint admonere deputados motiuis suis & si placet deputatis, quod intersint, poterunt remanere.

**DE PRO COMMVNIBVS NOMINIBVS** 4  
deputationum Reformatory in concilio: videlicet, fidei, & pacis.

**DE REFORMATIO SUPPOSITORVM**  
Concilij eorumque familiarum.



Admonet hæc sancta synodus omnes sacrum conciliū celebrantes vt omnem grauitatem & honestam: quæ viros ecclesiasticos decent, diligenter obseruent, vitam & conuersationem exemplarem ducant: & cum ad dandam toti orbi conueniant, ipsi prius in se legem suscepisse demonstrent sint eorum mores sine macula & ruga. Exhibeant se tanquam speculum mundum, in quo alij speculantes normam & exemplum sanctimonix accipiant, meminerint se esse sal terræ, in quo opus est vt nunc salietur mundus. Sint tales iuxta præceptum domini vt lumen eorum luceat coram hominibus, vt videant bona opera ipsorum, & glorificent patrem nostrum, qui in cælis est. Ipsi inquit Apostolus in per



sona Timothei: Esto exemplum fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Intima est bona conscientia propter seipsum, bona fama propter proximos.

Et quantum ad conscientiam attinet, vnus quisque eam saepe examinet, & mundet, quantum fieri potest, ab his omnibus, quae diuinam maiestatem offendent. Qui sacerdotes sunt, saepe celebrent, alij vero saepe confiteantur hoc plurimum valebit ad gratiam Domini impetrandam. Alioquin si iniquitatem conspexerit in cordibus eorum, non exaudiet Dominus, & oratio peccatoris fiet ei in peccatum.

Et quoniam opera, quae hoc sacrum concilium sequitur, grandiora sunt, quam vt viribus humanis vlatenus effici possint, necessario ad dominum recurrendum est, orationibus, & elemosinis, ieiuniis. Quilibet igitur de concilio singulis diebus aliquam saltem breuem orationem ad deum porrigat, pro successu huius sacri concilij. Mandat etiam haec sancta synodus vt singulis feriis quintis, quandiu durat tractatus Bohemorum, in maiori ecclesia celebretur missa de spiritu sancto cum orationibus ad hoc institutis in qua omnes de concilio interfint. Ea autem die nec non diebus dominicis, & aliis diebus solemnibus quibus praesente concilio missae celebrantur, quilibet de concilio offerat in gazophylacio saltem vnum nummum, hoc modo, quod duo cursores cum pixidibus, vnus ab vno latere chori, alius ab alio intra missarum solennia recipiant, quicquid a suppositis concilij offertur. Post missam promotores concilij, distribuant huiusmodi oblationes pauperibus, de quibus ipsis videbitur. Eandem missam de spiritu sancto quinta feria, sancta synodus mandat solemniter celebrari in qualibet ecclesia collegiata & conuentuali huius ciuitatis. Mandat etiam tam suppositis concilij celebrantibus quam aliis sacerdotibus in hac ciuitate existentibus, vt in missis suis dicant aliquam orationem pro pace & vnitatem ecclesiae.

Vt negotia, quae in disputationibus concilij aguntur, Deus oculo pietatis aspiciat & prosperari faciat expedit vt hi, qui illa tractant, ad ipsas deputationes deuoti accedant propterea quilibet deputatio, ante quam negotiari incipiat, audiat in communi missam in loco, quem ordinauerit prope ipsam deputationem. Ibidem omnes de deputatione curent interesse nisi forsitan aliqui sint per se celebrantes.

Tempore diuinorum non fiant inuicem colloquutiones. Sed quilibet vel oret, vel contempletur quae aguntur vel dicuntur in missa.

Et quoniam (vt inquit Tobias) bona est oratio cum elemosina & ieiuniis quilibet semel in hebdomada feria sexta vel alia ieiunet. Et sicut Moses antequam legem mereretur sumere ieiunauit: ita & nos legem reformationis a Domino accepturi, & tradituri mundo facere curemus. Qui autem ieiunare non potest det elemosinam.

His autem diebus quilibet in mensa sua seruet moderationem sobrietatemque ciborum, etiam si hospites adsint, non multitudine ac reprehensibili varietate ferculorum, sed modesta & competenti refectione honorentur.

Praelati in mensis suis studeant seruare decretum Toletanum, quod tale est: Pro reuerentia Dei & sacerdotum id vniuersa constituit synodus. Et quia solent crebro mensis otiosae fabulae interponi, in omni sacerdotali conuiuio diuinarum literarum lectio

miscetur per haec enim & animae edificatur ad bonum, & fabulae non necessariae prohibentur.

Qualibet etiam ecclesiastica persona, antequam cibum sumat, benedicat: & post refectionem orationes ab ecclesia institutas dicere non negligat.

Caveant supposita concilij, ad tollendas tentationes & murmuraciones, ne conuiuia vel suspecta commercia cum mulieribus habeant.

Supposita concilij a verbis detractoris, contentiosus, scurrilibus, vel male edificatis quibuslibet accuratè studeat, ne factis aut verbis proximum scandalizent.

In via quilibet incedat pudicis oculis cum modestia & grauitate ad loca minus honesta non vadat, nec ad spectacula publica, choreas, ludos, hastiludia, torneamenta & alia huiusmodi. Vestimentis vtantur, prout sacri canones statuerunt abstineant a coloribus rubeis, & viridibus excessiue vestimenta deferant talaria, & tam retrò, quam a lateribus & ante clausa, & sine manicis ad cubitum pendentibus, & absque foderaturis vltra oras excedentibus, & in furis. Nullus portet anulum, nisi cui competit officio dignitatis, & vnum duntaxat. Nec corrigias auri vel argenti ornatum habentes, nec solatas, nec mitras sericas, aut birretia longa, sed parua aut honesta caputia, tonsuras deferant suis ordinibus congruentes, & capillos ita tonsos, vt aures pateant.

Non portent in frenis sellis, aut pectoralibus equorum aurum vel argentum, aut ornamenta metalli depicti aut figurati, aut mappas sericeas seu alia huiusmodi superfluitatum: & quod huiusmodi ornamenta equorum, sint vnus coloris, non rubei vel viridis, nec calcaribus deauratis vtantur.

Et ne praelati in multitudine, sed honestate familiarum gloriari videantur incedendo per viam pedes aut equites, quanto pauciores possint, praemittant familiares: Cardinales decem, patriarchae octo, archiepiscopi sex ante se.

Et quia qualis paterfamilias, tales & domestici eius, curandum est, vt non solum patres de concilio, sed & eorum familiares decentem honestatem seruent. Quilibet igitur familiares suos saepe admonet, ne quid reprehensibile aut scandalosum publicè, vel occultè perpetrare audeant huiusmodi familiarum vestes non sint breuiiores genu, nec diuersorum colorum, nec cum scissuris vel praetexturis vel aliis ornamenta aurea vi vel argentea, nec cincturas excessiue sumptuosas. Sint eorum caligae vnus coloris: similiter & caputia nec pugiones aut cultellos: tra longitudinem vnus palmae deferant.

Nemo de suppositis concilij ludat, aut familiares suos ad taxillos, vel alios ludos inhonestos ludere patiat. Non permittant a familiaribus suis perconuiuia cum ciuibus se associari.

Familiares dominorum de concilio, beneficiati vel in sacris constituti, taliter incedant, & non laicaliter, tanquam scutiferi.

Omnes religiosi existentes in hoc loco sacri concilij, portent habitus suarum religionum in colore, valore longitudine, amplitudine. Cum incedunt per ciuitatem vestes deferant superiores, iuxta institutiones suorum ordinum, & canonici regulares pro veste superiori portent croceam, mantellum vel rodiuillum.

Ne in hoc loco sacri concilij, religiosi sine causa vngari praesumant, teneantur statim post primam diem

uentus sui praesentare se superioribus suis, vel eorum vicariis, aut procuratoribus: & qui his non habuerint superiores, vel eorum vicarios, representent se generali praesidenti: & si sine legitima causa huc aduenerunt reuertantur ad monasteria sua. Quod si, vt praedictum est representare se, aut ad monasteria reuerti contempserint, de mandato praedictorum superiorum suorum, vel praesidentis, per soldanum carceri mancipentur.

In hac congregatione generali, deputationum seruetur debita modestia. In loquendo nemo alium maledicis aut contumeliis laceat vnusquisque de alio reuerenter & honestè loquatur, praesertim minores de maioribus. Nemo alium loquentem interrumpat vno loquente ceteri silentium seruet. Quilibet proferat liberè votum suum ad neminem nisi solum Deum respectum habens. Nemo humana affectione seu passione moueatur.

Animauerunt patres de concilio verba illa quae scribuntur in Paralipomenon: Videte quid faciatis non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quicumque iudicaueritis, in vos redudabit. Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Meminerit ergo quilibet iuramenti in receptione sua ad sacrum concilium praestitum, videlicet, quod salubre concilium dabit secundum deum, & conscientiam suam. In hoc loco vbi de communi totius Christiani populi salute agitur, omniminima culpa, maxima est, in districto Dei iudicio seueriter plectenda. Studeat supposita concilij pacè & vnitatem, quam mundo & ecclesiae dare procurant, inter se prius custodire. Sint vnus in Domino, idipsi sentientes omnes. Non sint inter eos schismata, contentiones & emulationes. Seruent super omnia fraternam concordiam: quia, vt inquit Dominus omne regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domum ruet. Nemo eorum suscipit odiorum & similitatum fomenta, quin potius extinguat. Alter alteri, si forte se offensum putat, ignoscat: & alterum alterius onera portare, & adimplere legem Christi. Nemo iuxta iuramentum suum, vota singulorum reuellet, vnde nemini verisimiliter odium sequi possit.

Huiusmodi ordinationes & exhortationes, quilibet praesides pro supposita suae deputationis obseruari faciat, inquirendo diligenter, an quisquam transgrediatur. Transgressorè autè charitatiue corrigat, & si se non emendet, adhibeat cum concilio aliquorum de maioribus suae deputationis efficacem & opportunum remedium: promotores etià concilij solcite huiusmodi transgressores inquirent, & suae deputationis deferant praesideti.

Quilibet praesidens deputationum in principio suae praesidentiae praedicta in sua deputatione legi faciat, vt supervenientibus innotescant.

Praesides autè concilij, deputet aliquos qui sollicitè, ciues vt ea quae pro honestate ciuitatis instituta sunt executioni demandentur, & debite custodiantur.

Admoneantur Basiliensis episcopus, & officialis eius, vt praedicta clero suo ingerant, & inuiolabiliter obseruari faciant.

*Tituli Canonum seu decretorum Concilij Basiliensis.*

- 1 De celebratione Conciliorum.
- 2 De modo seu gestu in Concilio & sessione.
- 3 Quod Concilium generale est supra papam.

- 4 Quod inobedientes concilio puniantur.
- 5 Quod hi qui tenentur interesse concilio non recedant sine licentia.
- 6 Quod liberum sit cuilibet venire ad concilium.
- 7 Praelati ab inferioribus eligantur & a superioribus confirmentur.
- 8 Synodi dioeclesana saltem semel in anno celebrentur, provinciales tertio quoque anno, & quid in illis agendum.
- 9 De Iudaeis & Neophytis.
- 10 De his qui volunt ad fidem conuerti.
- 11 De Concubinariis.
- 12 De excommunicatis non vitandis certo modo non vocatis.
- 13 De interdictis non leniter ponendis.
- 14 Contra frivole appellantes.
- 15 De annatis.
- 16 De pacificis possessoribus.
17. Quomodo diuinum officium in ecclesia celebrandum sit.
- 18 Quo tempore quisque debeat esse in choro.
- 19 Qualiter hora canonica extra chorum dicenda sint.
- 20 De his qui tempore diuinorum vagantur per ecclesiam.
- 21 De tabula pendente in choro.
- 22 De his qui in messa non complent credo, vel cantent cantilenas, vel nimis basse missam legunt aut sine ministro.
- 23 De pignorantibus cultum diuinum.
- 24 De tenentibus capitula tempore missae.
- 25 De spectaculis in ecclesia non faciendis.
- 26 De modo communionis.
- 27 De causis propter quas liceat Romam appellare.
- 28 De collationibus beneficiorum.
- 29 Quales oportet esse promouendos ad beneficia, per ordines narios & qualis sit conferendi modus.
- 30 De Conceptione Beatae Mariae.
- 31 Quomodo saluenda sine deneganda sit decima.
- 32 De electione Pastorum & vocatione eorum qui sunt electuri.
- 33 Instituitur festum visitationis Beatae virginis.

*Canones seu decreta Concilij Basiliensis.*

- 1 Frequens generalium conciliorum celebratio & c. vt in 7. Canone Constantiensis.
- 2 In loco benedictionis confidentes & c. vt in primo Canone II. Con. Toletani.
- 3 In nomine sanctae & indiuiduae trinitatis & c. vt in primo Canone Constantiensis.
- 4 Item declarat quod quicumque & c. vt in 2. Cano. Constantiensis.
- 5 Item decretis sacri Concilij Constantiensis inherendo, statuit, ordinat & decernit, quod praelati & alij qui tenentur huic sacro Concilio interesse, ab hoc loco ante finitum Concilium nisi ex causa rationabili per deputatos, seu ab hoc sacro Concilio deputandos examinanda, non recedant. Quaquidem causa examinata & legitime approbata, possint recedere de licentia illius vel illorum, qui pro tempore habent vel habebunt auctoritatem. Et nunc taliter recedens, teneatur dimittere alius in loco remanentibus suam potestatem, sub poenis iuris per hoc sacrum Concilium incidendis, & in facientes contrarium exequendis.
- 6 Statuit quoque haec sancta synodus, vt non obstante quacumque, etià Romani pontificis prohibitione omnibus quibuscumque cuiuscumque status & conditionis existant, etiam si sint S. Romanae ecclesiae

Cardinales, liberum sit ad generalia Concilia proficisci. Quodque Ipse Romanus pontifex ad ipsa concilia generalia accedere volentibus & prædictis Cardinalibus, licentiam, si petierint impartiri teneatur.

*Decretum de electionibus & confirmationibus episcoporum & praelatorum.*

Sessio. 12.



Vemadmodum in construenda domo præcipua est architecti cura, ut tale iacet fundamentum, super quo firmum perduret ædificium: ita in generali ecclesiæ reformatione potissimum est huius sanctæ synodi studium, ut tales ecclesiis præficiantur pastores, qui tanquam columnæ & bases ipsam ecclesiam doctrinæ & meritorum viribus firmiter sustentent. Quanta autem in eligendis prælatis diligentia adhibenda sit, officium eius inunctum euidenter ostendit. Ad regimen enim assumuntur animarum, pro quibus dominus noster Iesus Christus mortuus, & sanguis eius præciosus effusus. Propterea sacri canones spiritus dei promulgati, prouide statuerunt, ut vna quæque ecclesia, ac collegium seu conuentus sibi prælatum eligant. Quibus hæc sancta synodus eodem spiritu congregata inhærens statuit ac definit generalè reservationem omnium ecclesiarum metropolitanarum, cathedralium, collegiatarum, & monasteriorum ac dignitatum electuarum per Romanum pontificem de cætero fieri, aut facta vni non debere: reservationibus in corpore iuris clausis, & his quas in terris Romanæ ecclesiæ ratione directi seu utilis dominij mediata vel immediate subiectis fieri contigerit semper exceptis: sed quod per electiones & confirmationes canonicas, secundum iuris communis dispositionem, prædictis metropolitanis, cathedralibus, monasteriis & collegiatis ecclesiis ac dignitatibus electiuis vacantibus, debite prouideatur, non derogando propterea statutis, priuilegiis & consuetudinibus rationabilibus, quibuscunque postulationibus in dispositione iuris communis remanentibus. Decernit hæc sancta synodus, rationi fore consentaneum & reip. accommodum, ut contra hoc salutare decretum Romanus Pontifex nihil attentet nisi ex magna rationabili, ac euidenti causa in literis Apostolicis nominatim exprimenda. Et ut eo firmiter hoc salubre decretum custodiatur, vult eadem sancta synodus, ut inter alia quæ Rom. Pontifex in sua assumptione profitebitur, iuret decretum hoc inuolabiliter obseruare. Et quoniam tales (ut prædictum est) oportet esse prælatos, hi ad quos ius pertinet eligendi, omnem curam adhibeant, ut dignam coram deo & hominibus electionem faciant, exactaque proinde apponant sollicitudinem ut tales eligant, qui tanto officio valeant satisfacere. Scientes quod si vel dolose vel negligenter, ac timore domini postposito, in re tam graui se gesserint, sicut authores erunt, & causa malorum pastorum, ita participes fient pœnarum, quas ipsi mali pastores in districto Dei iudicio patientur. Et cum humane fragilitatis conatus nihil sine omnipotentis dei suffragio queat efficere, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit, adueniente die electionis, hi ad quos pontificis vel Abbatis spectat electio, in ecclesia conueniant, magna cum deuotione missa de spiritu sancto audituri, quæ humiliter exorabunt, ut eos ad dignum eligendum pastorem inspirare dignetur. Et ut eo facilius hanc gratiam obtinere mereantur, quo deuotius ad actum electionis accedant, contriti & confessi sacramentum eucharistiæ reueren-

ter suscipient. Ad locum vero electionis ingressi, quocumque prælato qui per electionem assumitur, iurabunt in manibus eius, qui capitulo præsidebit & ipse præsidens in manibus eum immediate sequentis sub hac forma: Ego N. iuro & promitto sequentis tibi deo, & tali sancto vel sanctæ sub cuius vocabulo dedicata est ecclesia, eum eligere quæ credam futurum ecclesiæ in spiritualibus ac temporalibus utiliorè, nec illi vocem dare, quem verisimiliter sciuerò promissione, aut datione alicuius rei temporalis, seu prece per se aut alium interposita, aut alias qualitercumque directè vel indirectè pro se electionem procurare. Idem iuramentum præstet, confiteaturque & comunice, qui constituit procuratorem, ad eligendum certam personam. Nec non procurator generaliter ad eligendum constitutus in casibus, in quibus secundum iuris dispositionem in huiusmodi electionis negotio procurator constitui potest. Quod etiam iuramentum præstetur ab his, in quos continget super electione futuri prælati fieri commissum, qui etiam confiteri & comunicare teneantur. Quod si prædicta non fecerint, pro illa vice eligendi sint ipso iure pro potestate priuati. Deinde eligant in præfatum prælatum virum ætatis legitimæ, moribus grauem, literarum scientiam præditum, in sacris ordinibus constitutum, & alias idoneum secundum canonicas sanctiones. Quod si aliter, & de alia persona, quam ut prædictum est, aut per simoniacam prauitatem electionem fieri contigerit, electio sit ipso iure irrita & inanis. Et sic simoniacè eligentes, præter alias pœnas, perpetuo sint ipso facto iure eligendi priuati. Alij vero canonicis pœnis subiaceant. Simoniacè autem electi, & qui huiusmodi simoniacæ electionis, participes fuerint, taliterque eligentes, & confirmati in horrore tanti criminis pœnam ipso facto excommunicationis incurrant nec à tali reatu, & excommunicatione electi, & confirmati absolui possint, nisi ecclesiis & dignitatibus, ad quas turpiter assumpti sunt, liberè resignauerint, & ad eas obtinendas, quas nefario ingressu adepti sunt, perpetuo reddantur inhabiles. Ad tollendam autem omnem ambitionis radicem, obsecrat per viscera misericordiæ Iesu Christi hæc sancta synodus ac instantissimè exhortatur reges, & principes, communitates, & alios cuiuscunque gradus, & dignitatis existant, ecclesiasticæ vel mundanæ ne electionibus literas scribant, aut preces porrigant pro eo, qui per se vel per alium tales preces seu literas procurabit multoque minus comminationes impressiones aut alia faciant, quo minus libere ad electionem procedatur. Similiter in virtute sanctæ obedientiæ ipsis electionibus præcipitur, ne ad huiusmodi literas, vel preces, comminationes vel impressiones (ut præmittitur) quæ quæ eligere præsumant. Facta autem electione, & eadem quæ ius pertinet confirmandi præsentata, si appareat coelectus, vel se opponens electioni nominari vocetur, ad videndum discuti electionis negotium. Et nihilominus generaliter edictum publicum in ecclesia, in qua facta est electio, proponatur, iuxta constitutionem fidelicis recor. Bonifacii octauis. Comparantibus autem aliquibus vel non, nihilominus ipse confirmator ex officio tanquam in negotio inquisitionis procedat, omnem adhibiturus diligentiam, ut tam forma electionis, quam merita electi, & omnes circumstantiæ debite examinentur, & discutiatur. Et si electio confirmanda sit vel infirmada, judicialiter confirmetur vel infirmetur. Et ut omnia nude, & sine labe ac labis suspitione procedat, non solum exigere aliquid quantumcumque paruum

paruum, sed etiam gratis oblata, confirmator ratione confirmationis sub nomine subiectionis, subsidij, gratitudinis, aut alio colore, prætextu cuiusvis consuetudinis, aut priuilegij, per se vel alium nullatenus recipere præsumat. Notariis autem, & his qui scripserunt in huiusmodi causis, emolumentum aliquod moderatè taxetur, habendo respectum ad laborem, & operam scripturæ, non ad fructuum prælaturæ valorè. Si vero confirmatores prædicti, electiones non seruatis superius ordinatis, & de personis non idoneis (ut præmittitur) factas, vel alias per simoniacam prauitatem confirmauerint, eo ipso confirmationes huiusmodi sint nullæ. Confirmantes autem alias personas, quæ ut supradictum est, pro ea vice: per simoniacam autem labem, si eadem commiserint, etiam sententiã excommunicationis incurrat eo ipso, à qua nisi per Rom. pontificem, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficiũ obrinere non possint. Summum vero pontificem hæc sancta synodus exhortatur, ut cum speculum, & norma omnis sanctitatis & munditiæ esse debeat, pro confirmatione earum electionum, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitus exigat, aut recipiat. Alioquin si secus faciendo, notorie & incorrigibiliter ex hoc ecclesiã scandalizet, futuro concilio deferatur. Pro oneribus autem quæ ipsum pro regimine vniuersalis ecclesiæ subire oportet, proque sustentatione sanctæ Romanæ ecclesiæ, cardinalium & aliorum necessariorum officialium, hoc sacrum concilium ante sui dissolutionem omnino debite & congruenter prouideat. Quod si cõtingat aliquam circa hæc prouisionem non facere, tunc illæ ecclesiæ & beneficia quæ vsque nunc ex noui prælati assumptione certam taxam soluerint, deinde medietatem eiusmodi capere, per annum post adeptam pacificam possessionem, soluere in partibus teneantur, duratura huiusmodi prouisione, donec prædictis papæ, & sustentationi cardinalium fuerit aliter prouisum. Per hæc eadem sancta synodus non intendit in aliquo præiudicare sanctæ Romanæ & vniuersali ecclesiæ, nec alteri cuiusque. Datum in sessione publica eiusdem sanctæ synodi in ecclesia maiori Basiliensi solemniter celebrata die lunæ 13. Iulij anno domini 1433.

Canon. 8.

Sessio. 15.

Synodales congregationes singulis annis saltem semel sunt celebrandæ. Prouincialia vero concilia ad minus de triennio in triennium: in quibus infra missarum solemnias, vel post, diocesanus, vel alius eius nomine, verbum dei proponat exhortando omnes ad bonos mores sectandum, abstinendum à vitis, & ad ea quæ pertinent, ad ecclesiasticam disciplinam, & officia singulorum, & præsertim, ut ij, quibus animarum cura commissa est, diebus dominicis, & aliis solemnitatibus plebè subiectam doctrinis & monitis salutaribus instruat. Postea legantur statuta prouincialia, & synodalia, & inter alia aliquis compendiosus tractatus docens quomodo sacramenta administrari debeant, & alia vitia pro instructione sacerdotum. Deinde ipse Diocesanus de vita moribus solerter inquirat, labem simoniacæ prauitatis, contractus vsurarios, concubinatum, fornicationem, & alia quæuis crimina, & excessus debita correctione cohibeat. Alienationes rerum ecclesiasticarum à iure prohibitas reuocet, clericorum abusus, & aliorum subiectorum, qui circa diuinum officium, & delatio

nem debiti habitus defuerint in melius reformet, & emendet. Præcipua autem in ipsa synodo, episcopi cura sit inquirere, ac debitis modis occurrere, ne aliquid dogma hæreticũ, erroneũ, & scandalosũ, sortilegia, diuinationes, incantationes, superstitiones, & quæuis diabolica signemata diocesim suam inficiant. Cogitentur insuper in prouinciali synodo, quæ immediate generale concilium subsequens antecedit omnia quæ in eodem generali concilio visa fuerint prosequenda, ad dei gloriam & prouinciæ commodum, salutemque Christiani populi.

Ibidemque eligantur in numero competenti, qui ad proximum generale concilium vice totius prouinciæ debeant proficisci, prout de iure & concilio prouinciali, fuerit visum expedire ita tamen, quod, illi qui ultra personas (ut prædictum est) deputatas ad ipsum conciliũ generale accedere voluerint, aut eorum clerus nullatenus propterea grauentur. Relegantur quoque in vno quoque prouinciali concilio, quæ secundum canonicas sanctiones in eisdem legi præcipiuntur, ut ea & inuolabiliter obseruentur, & transgressoribus pœnæ debite inferantur. Quod si metropolitani vel diocesani prædictis terminis in celebrandis prouincialibus, & episcopalibus synodis, cessante legitimo impedimento fuerint negligentes, medietatè omnium fructuum, & obuentio num, ratione suarum ecclesiarum ad eos pertinentium fabricæ ipsarum ecclesiarum applicandæ, eo ipso amittant. Qui si in eadem negligentia per tres proximos menses perseuerauerint ab officiis & beneficiis sint ipso facto suspensi. Quibus transactis temporibus sub ante scriptis pœnis, antiquior in prouincia ordine episcopus ipsius metropolitani episcopi, aut maior in dignitate post pontificalem in sacris constitutus, nisi ad alios forsitan de consuetudine, vel priuilegio pertineat, negligentiam in celebrandis prædictis prouincialibus, & episcopalibus synodis supplere teneatur. Iubet insuper hæc sancta synodus omnibus prælatis religionum & ordinum quorumcumque, ad quos celebrare capitula pertinet, quod illa sub statutis temporibus, sub prædictis pœnis seruent & seruari faciant, in quibus secundum canonicas sanctiones, & religionum constitutiones cum omni studio & diligentia ad veram singularum religionum & ordinum reformationem intendant, ita ut deinceps in singulis monasteriis iuxta proprias regulas & constitutiones, debite regularis vigeat obseruantia, & præcipue ut tria substantialia professionis vota omnino obseruentur. Per præmissa autem hæc sancta synodus non intendit iuribus quorumcumque, quomodolibet derogare. Datum Basileæ in sessione publica celebrata in ecclesia maiori Basiliensi 6. Cal. Decemb. anno à natiuitate domini 1433.

9 Saluatoris nostri Iesu Christi sequens vestigia hæc sancta Synodus, illud gerit potissimè in visceribus charitatis, ut omnes euangelicam veritatem agnoscant: & in ea, postquam agnouerint, fideliter perseuerent. Proinde, ut Iudæi alique infideles ad orthodoxam conuertantur fidem, quiq; ad ipsam conuersi fuerint, in illa cõstater permaneat: his salubribus institutis prouidere decernens, in primis, statuit, ut omnes diocesani quosdam in literis diuinis bene eruditos, aliquid vicibus annuatim deputet in locis, ubi Iudæi aut alij infideles degunt, ad prædicandum & explanandum taliter catholicæ fidei veritatem, ut ipsi infideles qui audiunt, suos valeant errores recognoscere.

Ad quam prædicationē sub pœnis tā commercij per fideles illis interdicens, quā alius ad hoc opportunis, ipsos infideles cuiuscunq; sexus in annis discretionis constitutos accedere compellant. Ipsi autem diœcesani ac prædicantes, ita se erga illos propitios ac charitate plenos exhibeant, ut non solū propalatione veritatis, sed & aliis humanitatis officiis ipsos Christo lucrifaciant. Christianos autē cuiuscunq; dignitatis aut status, quomodolibet impediētes, ne Iudæi ad huiusmodi prædicationē conueniant, aut arceantur, notā fautoria infidelitatis incurrere ipso facto decernit. Ut autē hæc prædicatio eo sit fructuosior, quo prædicantes linguarū habuerint peritiā, omnibus modis seruari præcipimus constitutionem editā in Concilio Viennensi, de duobus docere debentibus in studiis ibidē expressis, linguas Hebraicam, Arabicā, Græcā & Chaldæam: quæ ut efficacius obseruetur, rectores ipsorum studiorū inter alia quæ in assumptione rectoratus iurent, hoc etiā addi volumus, operā se pro ipsius constitutionis obseruatione daturus. In Conciliis etiā illarū prouinciarū, in quibus huiusmodi studia constituta sunt, omnino disponatur, ut si qui prædictas linguas docturi sunt, stipendia debita percipere valeant. Sacros insuper canones renouantes, præcipimus tā diœcesanis, quā potestatibus secularibus, ut modis omnibus prohibeāt, ne Iudæi aut alij infideles, aut Christianos, aut Christianas in familiares seu seruitentes, aut filiorū suorū nutrices habeant: ac ne Christiani cū ipsis in eorū festiuitatibus, nuptiis & conuiujs aut balneis, seu nimia conuersatione cōmunicent, aut medicos vel matrimoniorū proxenetas, seu aliorum contractuum mediatores de publico constitutos assumant nec aliis publicis præponant officiis, aut ad gradus quoscunq; scolasticos admittant: nec eis locentur prædia, vel alij redditus ecclesiastici. Prohibeantur etiā, libros ecclesiasticos, calices, cruces, & alia ecclesiarū ornamenta sub pœna perditionis rei emere aut pignori sub pœna amissionis pecuniæ mutuata accipere. Sub grauibus quoque pœnis cogantur aliquē deferre habitū, per quē à Christianis euidenter discerni possint. Quorū ut euitetur nimia conuersatio, in aliquibus ciuitatū & oppidorū locis, à Christianorū cōhabitatione separatim habitare cōpellantur & ab ecclesijs lōgi<sup>9</sup>, quantum fieri potest. Nec diebus Dominicis & alijs solēnib<sup>9</sup> festiuitatibus apothecas apertas tenere, vel in publico laborare præsumant. 10 Si quis eorū ad fidem catholicā conuerti uoluerit, bona sua quæcunq; habet mobilia & immobilia, ei intacta illa saque permaneant. Quod si huiusmodi bona ex usura aut illicito quæstu fuerit acquisita, ac notæ sint persone, quibus foret de iure restitutio faciendā, (quia non dimittitur peccatū, nisi restitatur ablatū) illis restitui omnino oportet. His uero personis non extantibus, quia talia per manus ecclesiarū in pios essent vsus conuertēda, hæc sancta Synodus vicē gerens vniuersalis Ecclesiarū, in fauorem concedit suscepti baptismatis, tanquā in piū vsū apud ipsos remanere debere, sub pœna diuini anathematis: tā ecclesiasticis quā secularibus interdicens, aut nullā super his, quouis quæsito colore, molestiā inferat, aut inferri patiatur: sed magnū se fecisse lucrū existimēt, dū tales Christo lucrati fuerint. Et quoniā (ut scriptū est) qui habuerit substantiā mūdi hui<sup>9</sup>, & uiderit fratrem suū necessitatē habere, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei ma-

net in ipso? Si ipsi conuersationis tēpore inopes aut indigentes fuerint, per viscera misericordie Dei nostri omnes tam ecclesiasticos quā seculares hæc S. Synodus exhortatur, ut ipsis conuersis manus porrigant adiutrices. Ipsi quoque diœcesani non solum Christianos ad subueniendū illis exhortentur, sed tam de redditibus ecclesiarū, prout poterunt, quam de his quæ ad pauperum vsus per ipsos conuertēda deuoluuntur, huiusmodi neophytos sustentare non negligant, ipsosque à detractionibus, contumelijs, paterna affectione defendant. Et quoniā per gratiam baptismi ciues sanctorū & domestici Dei efficiuntur, longeque dignius sit regenerati spiritū, quā nasci carne: hæc edictali lege statuimus, ut ciuitatum & locorum, in quibus sacro baptismo regenerantur, priuilegijs, libertatibus & immunitatibus gaudeant, quæ ratione duntaxat natiuitatis & originis alij consequuntur. Curent insuper sacerdotes baptisantes, & hi qui de sacro fonte suscipiunt, tā ante baptismum quā post illos in articulis fidei ac legis nouæ præceptis, catholicæque Ecclesiarū ritibus diligenter instruere. Et tam ipsi quā diœcesani operā det ne cum Iudæis seu infidelibus, saltem per longum tēpus, penitus conuersentur: ne sicut nouiter contingit ab infirmitate curatis, modica occasio ad proximam perditionem recidiuos efficiat, & quoniam (experientia teste) mutuam inter se neophytorum conuersationem ipsos in fide nostra fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimum officere compertum est, exhortatur hæc S. Synodus locorum ordinarios ut quantum pro incremento fidei uiderint expedire curent & studeant, neophytos ipsos cum originarijs Christianis matrimonio copulare. Prohibeatur & his neophytis sub grauibus pœnis, nec mortuos more Iudæorum sepeliant, aut sabbatha aliasque solennitates, & antiquæ sectæ ritus quoquo modo obseruent. Sed & ecclesias & prædicationes nostras, prout alij catholici frequentent, & in omnibus se Christianorum moribus conformes reddant. Contemptores autem prædictorum, per sacerdotes, in quorum parochijs siti sunt, aut alios ad quos de iure uel antiqua consuetudine de talibus inquirere spectat, ac etiam per alios quoscūque, diœcesanis seu inquisitoribus hæreticæ prauitatis deferantur: & inuocato, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, per eos ueliter puniantur, quod & alijs transeat in exemplum. De his omnibus, in Concilijs prouincialibus & synodalibus diligens fiat inquisitio: & tā circa Episcopos & sacerdotes in præmissis negligentes, quā ipsos neophytos & infideles prædictorū contemptores opportunū adhibeatur remediū. Si quis autē cuiuscunq; gradus vel præminentia, huiusmodi neophytos, ne ad obseruationē rit<sup>9</sup> Christiani seu alicuius præmissorū cōpellantur, foueat atque defendat, pœnas contra fautores hæreticorū promulgatas incurrat. Neophyti uero si se corrigere post canonicā monitionē neglexerint, quin ad vomitū Iudæitatis redire cōperti sint, contra eos tanquā perfidos hæreticos, secundum sacrorū canonū instituta procedatur. Si qua uero ipsis Iudæis uel infidelibus indulgentia seu priuilegia per quoscunq; ecclesiasticos seu seculares vniuscuiusque status seu conditionis, etiam si Papalis uel imperialis existant, concessa iam sint, vel in futurum concedi contingat, vergentia quoquo modo in detrimentum catholicæ fidei aut nominis Christiani, seu quorumcunq; præmissorum

forū: hæc S. Synodus cassā & irrita esse decernit, de cretis & constitutionib<sup>9</sup> Apostolicis ac synodalib<sup>9</sup>, quæ super præmissis condita sunt, in suo robore duraturis. Et ut huiusmodi sanctæ constitutionis iugis memoria habeatur, & ne quispiā ipsius ignorantia præterdere possit, iubet hæc S. Synodus, ut per singulas cathedrales & collegiatas ecclesias, aliaque pia loca, in quibus vberior est fidelium concursus, semel in anno ad minus infra diuina promulgetur.

11 Tanto sumus ad concedendum petentibus laudabili per nos ordinatione statuta & decreta sub forma authentica proniores, quanto ex hoc statutis & decretis huiusmodi circa eorū obseruationē valeat fides certior adhiberi. Hinc est, quod nos tenores constitutionum inferiorum descriptarum, per nos dudum editarum, & in sessione publica per nos in maiori ecclesia Basiliensi vndecimo Calendas Februarij, anno Domini 1435. celebrata publicarum, & apud acta nostra de mandato nostro descriptarum, ad dilectorum ecclesiarū filiorum, & c. N. & N. qui tenores huiusmodi se in iudicio & extra asserunt indigere, supplicationis instrumentum de actis ipsis extrahi, & præsentibus annotari fecimus, quæ sequuntur in hæc verba. Quicumque clericus cuiuscunq; status, conditionis, religionis, dignitatis, etiā si pontificalis vel alterius præminentia existat, qui post huius constitutionis notitiā, quam habere præsumatur, per duos menses post publicationē eiusdem, in ecclesijs cathedralibus, quam ipsi diœcesani omnino facere teneantur: postquam eadem constitutio ad eorum notitiā peruenerit, fuerit publicus concubinarium, à perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum trium mensium spacio sit ipso facto suspensus: quos suos superior in fabricam vel aliam euidentem ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, conuertat: nec non & huiusmodi publicum concubinarium, ut primū talem esse innotuerit, mox suos superior monere teneatur ut infra breuissimū terminum concubinam dimittat. Quam si non dimiserit, vel dimissam aut aliam publicè resumpserit iubet hæc S. Synodus, ut ipsum suis omnibus beneficijs omnino priuet. Et nihilominus hi publici concubinarij, vsquequo cum eis per suos superiores, post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad suspensionem quorūque bonorum, dignitatum, beneficiorū uel officiorum sint inhabiles. Qui si post dispensationem recidiuo vomitu ad huiusmodi publicum cōcubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quod si hi, ad quos taliū correctio pertinet, eos (ut prædictum est) punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quā in illos pro concubinato, modis omnibus digna punitione animaduertant. In Concilijs etiam prouincialibus & synodalibus aduersus tales punire negligētes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem à collatione beneficiorum uel alia condigna pœna seueriter procedatur. Et si hi, quorum destitutio ad summum Pontificem spectat, per Concilia prouincialia aut suos superiores, propter publicum concubinatum reperiuntur priuatione digni, statim cū processu inquisitionis ipsius summo Pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquisitio in quibuscunq; Capitulis generalibus & prouincialibus, quo ad suos referretur, pœnis alijs contra prædictos & alios non pu-

blicos concubenarios statutis, in suo robore permāsuris. Publici autem intelligendi sunt non solum hi quorū concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factā, seu per rei uidentiam, quo nulla possit tergiversatione celari, notorius est: sed qui mulierē de incontinentia suspectam & infamatam tener, & per suū superiore admonitus, ipsam cū effectu nō dimittit. Quia uero in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionē ecclesiasticā habentes, pecuniarios quæstus à concubinarijs percipere non erubescunt, patiēdo eos in tali sceditate fordescere: sub pœna maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps sub pacto, compositione aut spe alicuius quæstus, talia quouis modo tolerant aut dissimulēt: alioquin ultra præmissam negligentia pœnam, duplum eius quod propterea acceperint, restituere ad pios vsus omnino teneantur & cōpellantur. Ipsas autem concubinas seu mulieres suspectas, prælati modis omnibus curent à suis subditis, etiā per brachij secularis auxilium (si opus fuerit) penitus arcere: qui etiā ex tali concubinato procreatos filios, apud patres suos cohabitare non permittant. Iubet insuper hæc S. Synodus, ut etiam in prædictis Synodis & Capitulis hæc constitutio publicetur, & quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum diuisionē moneat diligenter. Iniungit præterea omnibus secularibus uiris, etiā si regali præfulgeant dignitate, ne ullū qualecunq; inferant impedimentū, quocunq; quæsito colore, prælatis, ratione sui officij aduersus suos subditos pro huiusmodi concubinato procedunt. Et cū omne fornicationis crimen lege diuina prohiberetur sit, & sub peccati mortalispœna necessariō euitandū, monet omnes laicos tam vxoratos quā solutos, ut similiter à concubinato abstineant. Nimis enim reprehensibilis est qui vxorem habet, & ad alienam mulierem accedit: qui uero solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consiliū, vxorem ducat. Pro huius autē diuini obseruatione præcepti, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quā alijs canonicis remedijs omnī studio laborent.

12 Ad uitandū scandala, & multa pericula, subueniendūque conscientijs timoratis, statuit etiā, quod nemo deinceps à cōmunionē alicuius in sacramentorum administratione uel receptione, aut alijs quibuscunq; diuinis uel extrā, prætextu cuiuscunq; sententia, aut censura ecclesiasticæ, seu suspensionis aut prohibitionis, ab homine uel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, uel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticū obseruare: nisi sententia, prohibitio, suspensio, uel censura huiusmodi fuerit in uel contra personam, collegiū, vniuersitatem, ecclesiam aut locū certū aut certam, à iudice publica uel denunciata specialiter & expresse: aut si aliquem ira notoriē excommunicationis sententiam contiterit incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo modo iuris suffragio excusari. Nam à cōmunionē illi<sup>9</sup> abstinere uult, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos, non intendit in aliquo reuelare, nec eis quomodolibet suffragari.

13 Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa consueuerunt scandala euenire, statuit hæc S. Synodus, quod nulla ciuitas, oppidum, castrum, villa aut locus, ecclesiastico supponi possint interdico, nisi ex causa seu culpa ipsorum locorū aut



dominij, seu rectorum vel officialium. Propter culpam autem seu causam alterius cuiuscunque priuata persona, huiusmodi loca interdici nequaquam possint, auctoritate quacunque ordinaria vel delegata: nisi talis persona prius fuerit excommunicata ac denunciata seu in ecclesia publicata, ac Domini seu rectores vel officiales ipsorum locorum, auctoritate iudicis requisiti, huiusmodi personam excommunicatam, infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint: quae etiam post biduum eiecta, recedente, vel satisfaciente, mox diuina resumi possint. Quod etiam in pendenti locum habeat.

14 Ut lites citius terminentur, super eodem grauamine, aut super eadem interlocutoria, vim diffinitiuam non habente, nullatenus liceat secundum appellare. Quodque ante diffinitiuam friuolè vel iniuste appellans, ultra condemnationem expensarum, damnorum & interesse, in quindecim florenis auri de camera parti appellatae, per appellationis iudicem condemnatur.

Can. hie  
quadam alii  
sequentes et  
diti sunt  
sione vigesima  
ma prima.

15 In nomine Spiritus sancti paracleti statuit hæc S. Synodus, quod tam in curia Romana quam alibi pro seu in confirmatione electionum, admissione postulati onum, praesentationum prouisione, collatione, dispositione, electione, postulatione presentatione, etiam a laicis faciendi institutione, installatione & inuestitura, de ecclesiis etiam cathedralibus & metropolitanis, monasteriis, dignitatibus, beneficiis, officiis ecclesiasticis quibuscunque, necnon ordinibus sacris & benedictione ac pallio, de cetero nihil penitus ante vel post exigatur ratione literarum bullae sigilli, annatarum communium & minorum seruitiorum, primorum fructuum, deportuum, aut sub quocunque alio titulo, colore vel nomine, praetextu cuiuscunque consuetudinis, priuilegij vel statuti, aut alia quauis causa vel occasione, directe vel indirecte: solum scriptoribus, ab breuiatoribusque & registratoribus literarum seu minutarum, pro ipsorum labore competenti salario soluendo. Huic autem sacro Canonis, si quis exigendo, dando, vel promittendo contraire praesumpserit poenam incurrat aduersus Simoniacos infligendam: & in ipsis dignitatibus ac beneficiis taliter obtentis, nullum ius ac titulum acquirat. Obligationes quoque promissionis & censuræ ac mandata, & quicquid in praesudicium decreti huius saluberrimi fieri contingeret, nullas obtinere vires, atque irrita censeantur. Et si (quod absit) Romanus pontifex, qui praeceteris vniuersalium Conciliorum exequi & custodire canones debet, aduersus hanc sanctionem aliquid faciendo ecclesiam scandalifet, generali Concilio deferatur. Ceteri vero pro modo culpae iuxta canonicas sanctiones per suos superiores digna ultione puniantur.

16 Quicumque non violentus, sed habens coloratum titulum, pacifice & sine lite praetaturam, dignitatem, beneficium vel officium triennio proximo habetenus possedit, vel in futurum possidebit, non possit postea in petitorio vel possessorio a quoquam etiam ratione iuris nouiter impetrati, molestari, excepto hostilitatis casu, vel alterius legitimi impedimenti, de quo protestari, & iuxta illud Concilium Vienne, intimare teneatur. Lis autem hoc casu, quo ad futuras controuersias intelligatur, si ad executionem citationis, iurisque sui in iudicio exhibitionem, ac terminorum omnium obseruationem, processum fue-

rit. Ordinarij autem diligenter inquirant, ne quis sine titulo beneficium possideat. Quod si talem quocunque repererint, declarent, ius illi non competere, vel huic (si sibi videatur) nisi sit intrusus, seu violentus, aut alius indignus, vel alteri idoneo prouideat.

17 Si quis principem seculi rogaturus, habitu honesto, gestu decenti, prolatione non praecipiti, sed distincta, attenta quoque mente, seipsum ac verba suadet componere: quanto diligentius in sacro loco omnipotentem oraturus Deum, hæc omnino facere curare debet. Statuit igitur S. Synodus, ut in cunctis cathedralibus ac collegiatis ecclesiis, horis debitis, signis congrua pulsatione praemissis, laudes diuinae per singulas horas non cursim ac festinanter, sed assiatim ac tractim & cum pausa decenti, praesertim in medio cuiuslibet versiculi Psalmorum, debitam faciendum inter solenne ac feriale officium differentiam, reuerenter ab omnibus persoluantur. Horas canonicas dicturi, cum tunica talari ac superpellicis mundis ultra medias tibias longis, vel cappis, iuxta temporum ac regionum diuersitatem, ecclesias ingrediantur, non caputia, sed almucias vel byrretas tenentes in capite. Qui cum in choro fuerint, grauitatem seruent, quam & locus & officium exigunt, non in simul aut cum aliis confabulantes seu colloquentes, aut literas seu scripturas alias legentes. Et cum psallendi gratia ibidem conueniant, iuncta ac clausa labia tenere non debent: sed omnes, praesertim qui maiori funguntur honore, in Psalmis, hymnis & canticis Deo alacriter modulentur. Cum dicitur, Gloria patri & filio & Spiritu sancto, omnes cofurgant. Cum nominatur gloriosum illud nomen Iesus, in quo omne genu flectitur caelestium terrestrium & infernorum, omnes caput inclinent. Nemo ibidem, dum Horae in communi publice cantantur, legat vel dicat priuatim officium. Nam non solum obsequium quo obnoxius est choro, subtrahit, sed alios psallentes perturbat. Super his debite obseruandis, aliique ad diuini officij prosecutionem ac chori disciplinam spectantibus, Decanus, vel cui onus incumbit, diligenter inuigilet, hinc inde ne quid inordinatè fiat, circumspectans. Horum autem transgressores, illius horae in qua circa praedicta excesserint, vel alia maiori, prout transgressionis grauitas exigat, plectentur poena.

18 Qui in matutinis ante finem Psalmi, Venite exultemus: in aliis horis ante finem primi Psalmi, in Missa ante vltimum Kyrie eleison, vsque in finem diuino officio non interfuerint, nisi forte necessitate cogente ac petita, & abtenta a praesidente chori licentia, discedere oporteat, pro illa hora absens censetur, saluis ecclesiarum consuetudinibus, si quae forte circa hoc arctiores existant idem in his obseruentur, qui a principio vsque in finem in processione non permanserint. Pro cuius executione deputetur aliquis, onus habens notandi personas singulas istam tempore non conuenientes, iuramento adstrictè agere fideliter, & nulli parcere. Iubet etiam hæc S. Synodus, quod in illis ecclesiis, in quibus singulis horis certae distributiones statuta non sunt, omnino etiam de grossis fructibus (si opus sit) deputentur, ut iuxta mensuram laboris plus minusue quisque, capiat emolumenti: tollens prorsus abusum illum, quo in vna duntaxat hora praesens, totius diei distributiones usurpat: & illum, quo Praepositi vel Decani aut alij officiales, ex hoc solum quod officiales sunt, licet

certaualiter pro vtilitate ecclesiae non absint, quotidianas distributiones percipiunt.

19 Quosunque etiam alibi beneficiatos, seu in sacris constitutos, cum ad horas canonicas teneantur admonet hæc S. Synodus, si orationes suas pro Deo acceptas fore cupiunt, ut non in gutture vel inter dentes seu deglutendo aut syncopando dictiones, nec colloquia vel risus intermiscendo, sed siue soli, siue associati, diurnum nocturnumque officium reuerenter, verbisque distinctis peragant: ac tali in loco, vnde a deuotione non retrahantur ad quam se disponere & praeparare debent, iuxta id quod scriptum est: Ante orationem praepara animam tuam, ne sis quasi qui tentat Deum.

20 Quicumque in ecclesia beneficiatus, praesertim de maioribus, diuinorum tempore per ecclesiam, vel foris circa ipsam deambulando, aut cum aliis colloquendo, vagari visus fuerit, non solum illius horae, sed totius diei praesentiam ipso facto amittat. Qui si semel correctus, non desisterit, per mensem distributionibus careat, vel grauiori (si pertinacia exegerit) poena subiacet, ita vt tandem desistere cogatur. Prohibeatur etiam, ne diuina officia tumultuosi quoruncunque per ecclesiam discursus impediunt aut perturbent. Regulares, qui in conuentualibus ecclesiis circa praedicta excesserint, graui superioris arbitrio castigentur.

21 Ut cuncta in domo Dei ordinate procedant & quilibet sciat quid sibi agendum imminet, statuantur tabella aliqua, continue pendens in choro, in qua quid per vnumquemque ex canonicis vel aliis beneficiatis in singulis horis per hebdomadam aut maius tempus, legendum cantandum ve sit scribatur. Qui autem, secundum quod ibi descriptus fuerit, facere per se vel alium neglexerit, pro qualibet hora distributiones vnius diei amittat.

22 Abusum aliquarum ecclesiarum, in quibus, credo in vnum Deum, quod est symbolum & confessio fidei nostrae, non complete vsque ad finem cantatur aut praefatio seu oratio Dominica obmittitur, vel in ecclesiis cantilenae seculares voce admiscuntur, seu Missa etiam priuata sine ministro, aut per secretas orationes ita submissa voce dicitur, quod a circumstantibus audiri non potest: abolentes statuimus, vt qui in his transgressor inuentus fuerit, a suo superiore debite castigetur.

23 Abusum etiam illum cultui Diuino manifestè derogantem, quo nonnulli ecclesiarum canonici contrahentes debita, sic se creditoribus obligant, vt nisi statuto tempore satisfaciant, a diuinis cessetur officiis, abolentes, & obligationem huiusmodi, etiam si iureiurando firmata sit, irritam decernentes: statuimus, vt qui talem illicitum contractum fecerint trium mensium fructus ipsi ecclesiae applicandos, ipso facto amittant. Et quandiu diuina non resumpserint nullos ex ipsa ecclesia prouentus percipiant.

24 Prohibet hæc S. Synodus, vt tempore Missae maioris, praesertim solennibus diebus, capitula seu actus capitulares, aut alij tractatus per canonicos non celebrentur, nisi forte vrgens & euidentis ingrueret necessitas. Qui vero ad talem horam Capitulum indixerit, a distributionibus quotidianis per hebdomadam sit suspensus, neque ipsi Canonici pro illa hora distributiones ipsas lucrulentur.

25 Turpe etiam illud abusum in quibusdam frequentatum ecclesiis, quo certis anni celebratibus nonnulli

li cum mitra, baculo ac vestibus pontificalibus more episcoporum benedicunt, alij vt reges ac duces induti, quae festu fatuorum vel innocentium seu puerorum in quibusdam regionibus nuncupatur, alij laruales & theatrales iocos: alij choreas & tripudia marium ac mulierum facientes, homines ad spectacula & cachinnationes mouent: alij commestationes & conuiuia ibidem praeparant: hæc sancta Synodus detestans, statuit & iubet tam ordinariis quam ecclesiarum decanis & rectoribus, sub poena suspensionis omnium prouentuum ecclesiasticorum, trium mensium spacio, ne hæc aut similia ludibria, neque etiam mercatias seu negotiationes nundinarum in ecclesia, quae domus orationis esse debet, ac etiam cimiterio exerceri amplius permittant, transgressoresque per censuram ecclesiasticam, aliaque iuris remedia punire non negligant. Omnes autem consuetudines, statuta ac priuilegia, quae his non concordant, circa hæc decretis, nisi forte maiores adicerent poenas, irritas esse hæc S. Synodus decernit.

26 Ut lucidius videatur pro declaratione catholicae veritatis, quid circa perceptionem sacrae Eucharistiae tenendum sit, & agendum pro vtilitate & salute populi Christiani, post diligentem perquisitionem diuinarum scripturarum, sacrorumque Canonum & doctrinarum a S. Patribus & doctoribus traditarum, in hac S. Synodo longis temporibus habitam, consideratisque omnibus, quae pro declaratione huius rei consideranda fuerunt, decernit & declarat eadem S. Synodus, quod fideles laici siue clerici communicantes, & non conficientes, non astringuntur ex praeccepto Domini ad suscipiendum sub vtraque specie, panis scilicet & vini, sacrum Eucharistiae sacramentum. Sed ecclesia quae regitur spiritu veritatis secum manente in aeternum, & cum qua Christus manet vsque ad consummationem seculi, (sicut ait diuina scriptura) ordinare habet quomodo ipsis non conficientibus ministraretur, prout pro reuerentia ipsius sacramenti & salute fidelium viderit expedire. siue autem sub vna specie, siue sub duplici quis comunicet, secundum ordinationem seu obseruantiam ecclesiae proficit dignè communicantibus ad salutem. Nec vllatenus ambigendum est, quod non sub specie panis caro tantum nec sub specie vini sanguis tantum sed sub qualibet specie est integrè totus Christus. Eudabilis quoque consuetudo communicandi laicum populum sub vna specie, ab ecclesia & S. Patribus rationabiliter introducta, & haec diutissime obseruata, & a doctoribus diuinae legis, sacrarum scripturarum atque Canonum multam peritiam habentibus, iam a longo tempore commendata, pro lege habenda est: nec alicui licitum est eam reprobare, aut sine auctoritate ecclesiae ipsam immutare.

Decret. 27. Ex sess. 31. De certis causis propter quas liceat Romam appellare.



Acrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans: ad futuram rei memoriam. Ad ecclesiasticae sollicitudinis studium iugiter inuigilare conuenit vt fraternam charitatem in clero & populo Christiano vigeat ne quisquam per vexationes & afflictiones in debitas proximum suum opprimere permittatur: sicque iusticiae ordine debito cuiuslibet ministraretur: vt & viris dolosis auferatur nocendi licentia: & quies ac tranquillitas rectorum non facile

facile perturbetur. Inoleuerunt autem haec in-  
tolerabili vexationum abusus multi: dum nimium  
frequenter à remotissimis etiã partibus ad Ro-  
manam, curiam & interdum pro paruis & minutis  
rebus ac negociis quam plurimi citari & euocari cõ-  
sueuerunt: atque ita expensis & laboribus fatigari  
vt nonnunquam commodius arbitrarentur iuri suo  
cedere: aut vexationem suam graui damno redime-  
re quam in tam longinqua regione litium subire dif-  
pendia: sic facile extitit calumniosis opprimere pau-  
peres: sic beneficia ecclesiastica plerumque minus  
iuste per litium anfractus obtenta sunt dum iustus  
possessoribus eorum seu quibus illa de iure compe-  
tebant: neque opes neque facultates ad illos sum-  
ptus sufficere poterat: quos longinqua profectio ad  
Romanam curiã & litis agitatio in eadem deposce-  
bant. Confunditur etiam exinde ordo ecclesiasticus  
ordinariis iudicibus sua iurisdictio minime ser-  
uatur pecuniã & facultates regnorum ac prouincia-  
rum hoc pacto non parum diminutę sunt: Et quod  
vniuerso ecclesiastico ordini admodum nocere cõ-  
pertũ est: hi quos ad summa negocia Christianę re-  
ligionis sublimitas dignitatis euocabat minus illis  
reddebantur intenti dum ipsorum mentes nimium  
occupabat assidua causarum multitudo: Quę atten-  
dens hæc sancta synodus: & pro reformatione eccle-  
sias dei in capite & in membris iuxta potestatem  
sibi à domino concessam euigilans vt omnia dein-  
ceps ordine congruo peragantur ad salutem anima-  
rum & pacem ac quietem cunctorum statuit & de-  
cernit quod in partibus vltra quatuor dietas à Ro-  
mana curia distantibus: omnes quęcunq; causę ex-  
ceptis maioribus in iure expressse enumeratis: & e-  
lectionum ecclesiarum cathedralium & monasterio-  
rum quas immediata subiectio ad sedem apostoli-  
cam deuoluit: apud illos iudices in partibus qui de  
iure aut consuetudine præscripta vel priuilegio co-  
gnitionem habet terminentur & finiantur: Et ne sub  
vmbra appellationum quę nimium leuiter & non-  
nunquam friuole haecenus interponi visę sunt: atq;  
etiam in eadem instantia ad prorogationem litium  
sæpe multiplicari materia souendis iniustus vexatio-  
nibus relinquantur: statuit eadẽ sancta Synodus: quod  
si quis offensus coram suo iudice habere non possit  
iusticię complementum ad immediatum superio-  
rem per appellationem recursum habeat: nec ad quę-  
cunq; etiam ad papam obmisso medio neque à gra-  
uamine in quacumque instantia: ante diffinitiuam  
sententiam quomodolibet appelletur nisi forsità tale  
grauamen extiterit quod in diffinitiuam sententia  
reparari requiret: quo casu non alias ad immediatũ  
superiorem liceat appellare. Si vero quispiam à se-  
dis apostolicę immediate subiecto ad ipsam sedem  
dixerit appellandam causa per rescriptum vsque ad  
finem litis inclusiue in partibus committatur. Nisi forte  
propter defectum iusticię: aut iustum metum etiam  
in partibus conuicinis: de quibus in commissio-  
ne exprimendis legitime prius documento alias q̃  
per iuramentum summarię constiterit apud ipsam  
sedem foret merito retinenda. Et quicquid in con-  
trarium huius saluberrimi decreti attentatum factũ  
vel obtentum fuerit sit nullum ipso facto. Litigan-  
tesque qui contra fecerint in expensis condemnentur.  
Romanę vero ecclesię cardinales vice cancel-  
larium camerarium magnum pœnitentiarium pro-  
tonotarios & alios sedis apostolicę officiales actu

in Romana curia suis officiis insistentes hoc decre-  
to non intendimus compræhendi: ne tamen in dis-  
solutionem vel translationem præsentis concilij au-  
erectionem conuenticuli apud Ferrariam vel alibi  
sub nomine concilij generalis quas dominus Euge-  
nius papa quartus efficere conatus est: vel conaretur  
in futurum causas ipsas & maxime incorporatorum  
aut incorporandorum in hoc sacro concilio quas  
hæc sancta synodus remitteret aut non reciperet in  
curiam ipsius domini Eugenij: aut præfatum con-  
uenticulum Ferrariensem vel aliud de facto trahi con-  
tigerit in fomentum dissolutionis translationis & re-  
rectionis prædictorum. Voluit eadem sancta syno-  
dus causas quascunq; pendentes & commissas: aut  
etiam quascunq; causas incorporatorum: atque al-  
ias per appellationem deuolutas aut deuolendas:  
necnon illas quę obseruationem decretorum ip-  
sius sanctę synodi concernunt apud eandem sy-  
nodum ipsa durante: seu donec aliter fuerit ordi-  
narum tractare saluis etiam aduocationibus causa-  
rum pendentiũ in Romana curia per quęcunq;  
nostrã decreta factis aut faciendis. Decretis etiam  
& aliis ordinationibus eiusdẽ sanctę synodi in suo  
robore remanentibus. Datum in sessione nostra pu-  
blica in maiori ecclesia Basiliens. solenniter celebra-  
ta. 9. Kalendas Februarij. Anno à natiuitate domini  
Millesimo quadringentesimo trigesimo octauo.

*In sessione. 31. Canon. 28. de beneficiorum collationibus.*



Ac sancta generalis Synodus Basile-  
nsis in spiritu sancto legitime cõgre-  
gata, vniuersalem ecclesiam represen-  
tans, ad perpetuam rei memoriã. Pla-  
cuit diuinę pietati, hoc tempore ani-  
mos hominum, qui variis abusus irretiti cõperat,  
vehementius excitare, vt salus quæreretur cunctorũ,  
& per synodũ vniuersalẽ mores ecclesię in meli-  
re reformaretur cũ salutari directione capitis & mē-  
brorũ in viã iustitię & sanctitatis. Quod vt facilius  
que ordinatius fieret, & ne sub prætextu variarum  
opinionum aut Romani pontifices, aut alij quicum-  
que non satis vniuersalibus conciliis obedirent, præ-  
disposuit eadem diuina pietas, in sacro Cõstantien-  
si concilio synodorum vniuersaliũ iurisdictioem i-  
ta declarari, vt nulli relinqueretur ambigendi occa-  
sio, cum decreto solemniter diffinitum extitit vniuersi-  
le cõcilium habere authoritatem immediate à Chri-  
sto, cui quilibet cuiuscunq; status & dignitatis, eti-  
am si papalis fuerit, obedire tenetur in his, quę pe-  
tinent ad fidem, ad extirpationem schismatis, & re-  
formationem ecclesię dei in capite & in membris  
ac pertinentibus ad ea. Dum autem hæc cura resor-  
mandę ecclesię huic sanctę vniuersali Synodo Ba-  
siliensi incumbit, hoc vnum singulari sollicitudine  
persequendum arbitratur, vt per singulas ecclesias  
ministri instituantur idonei, qui scientiis & virtuti-  
bus estulgeant, ad Christi gloriam & vniuersi populi  
Christiani edificationem salutarem, cui rei graue im-  
pedimentum haecenus afferre visa est gratiarum ex-  
pectatiuarum multitudo, quę grauem ordini & sta-  
tui ecclesiastico perturbationem, variaque inordi-  
nationes ac plurima discrimina comperitur inieci-  
se. Ex his enim frequentius dati sunt ecclesiis mini-  
stri non probati, nec cogniti, vacaturorũque benefi-  
ciorũ expectatio quę sicut antiqua iura testatur, oc-  
casione desiderandę mortis alienę præstare so-  
let, quod plurimum præiudicat animarum salutem

*In episto. 65  
ad aphyra-  
nos episcopos  
eius instrũ  
est, cũ in or-  
dinationibus.*


sed & insuper lites innumerę & contentiones inter  
seruos Dei excitantur, rancores & iurgia nutriuntur,  
pluralitatis beneficiorum fouetur ambitio, fal-  
cultates & pecunię regnorum, & prouinciarum mi-  
rum in modum exhauriuntur, pauperes discurrendo  
ad Romanam curiam, innumerabiles vexationes  
subeunt, & inter viarum discrimina nonnunquã  
spoliantur, occiduntur, ac variis affliguntur pestibus,  
atque etiã suis patrimoniis ac parentũ opibus exhau-  
stis, graui egestati subiaceere coguntur. Plurimi abs-  
que iusto titulo beneficia sibi vendicant, & non qui-  
bus de iure debentur, illa obtinent, sed nonnunquã  
ij quibus sed circumueniendi proximum maior a-  
stutia, aut ad litigandum facultas suppetit vberior:  
sub inuolutionibus quoque prærogatiuarum, ante-  
lationum, aliorumque huiusmodi gratias conconi-  
tantium, fraudes plurimas & deceptiones contingit  
inueniri inuenibus etiam, qui studio literarũ, & vir-  
tuosis operibus intendere deberent, datur materia  
euagandi, qui sapius per litium anfractus, & varios  
discussus, ratione gratiarum ipsarum turbantur, &  
inquietantur. Ordinariis collatoribus suum ministe-  
rium subtrahitur, & confunditur ordo ecclesiasti-  
cus, dum vnicuique sua iurisdictio non seruatur. Ro-  
manique p̃tiffices dum officia inferiorum nimium  
sibi vendicant, & à maioribus & magis fructuosis  
operibus vniuersale bonum concernentibus retrahuntur,  
nec inferiorum directioni atque correctioni inuigilant,  
sicuti publica vtilitas exposcit. Quę omnia grauem  
confusionem statui clericali & sacer-  
dotali, in dispendium diuini cultus & præiudicium  
publicę salutis afferunt, possentque grauiorem in fu-  
turum afferre ruinam, rebus his in deteriora iugiter  
prolabentibus, nisi prouideretur in aduersum. Vo-  
lens itaque hæc sancta synodus super his opertum  
remedium adhibere, statuit & decreuit vt Roma-  
nus pontifex qui pro tempore fuerit, eas deinceps  
gratias expectatiuas aut nominationes, nullo modo  
nullãve ex causa concedat, cum ipse præ ceteris, ne  
sit tantorum occasio malorũ, abstinere debeat. Fru-  
stra enim inferioribus inhiheretur, si ipse qui aliis  
debet esse omnium bonorum & virtutum exemplar  
non abstereret. Vt enim ille sanctissimus & doctissi-  
mus Leo papa inquit, Totius familię domini status  
& ordo mutabitur, si quod inquiritur in corpore, nõ  
inuenitur in capite. Integritas etiam præsentium,  
salus dignoscitur esse inferiorum. Cessanteque de cę-  
tero iam factę, & tam ipsę quam fiendę, si quę fiant  
nullę sint ipso facto, exceptis illis gratis & nomina-  
tionibus, super quibus processus iam sint expediti,  
quas ex certis rationabilibus causis in octo mensi-  
bus, quibus haecenus cursum consueuerunt habere,  
tollerandas diximus, donec aliter fuerit ordinatum  
reseruaciones etiam particulares, quęcunq; fue-  
rint, beneficiorum vacaturorum, tam per Romanos  
pontifices quam per legatos sedis Apostolicę, de cę-  
tero nullę sint ipso facto. Non tamen intendit pro-  
hibere hæc sancta Synodus hoc præsentis decreto,  
quo minus futuri Romani pontifices tempore pon-  
tificatus sui modo honesto, & conuenienti de vno  
beneficio ad collationem, in qua fuerint decem be-  
neficia, & de duobus vbi fuerint quinquaginta, &  
vltra disponant, ita tamen, vt in eadem ecclesia ca-  
thedrali vel collegiata duas præbendas suo tempo-  
re non conferant, vt qualificationes graduatorũ in-  
ferius designatę, in ipsis præbendis suum valeant

fortiri effectum. Neque enim collationes per præ-  
uentionem fiendas, intendit impedire, decreto nostro  
de reseruacionibus, quoad cetera, & aliis decretis  
huius sanctę synodi in suo robore duraturis. Vt ve-  
ro ceteri, ad quos beneficiorum, dignitatum, perso-  
narum, officiorũ & administrationum collatio, seu  
quęuis dispositio spectat ad prouidendum literatis  
viris & scientia perornatis specialius astringantur,  
voluit eadem sancta synodus certas qualitates viro-  
rum liberatorum & graduatorum designari, quibus  
certo ordine debeat prouideri, prout inferius anno-  
tatur, adiiciens quod si per prælatos & doctores ali-  
cuius nationis in hoc concilio consistentes, pro bo-  
no suę nationis aliter circa huiusmodi qualificatio-  
nes disponendum videatur in futurum, quicquid per  
illos fuerit ordinatum & in generali congregatione  
præsentis concilij conclusum, exnunc prout extunc  
ratum & firmũ habeatur, & vim decreti habeat, ac si  
in præsentis decreto de verbo ad verbum expressum  
foret. Quod si quis cuiuscunq; status, etiam si car-  
dinalatus, patriarchalis, pontificalis aut alterius cu-  
iuslibet dignitatis, contra prædictum ordinem & qua-  
licationes (vt præmittitur) designatas vel designan-  
das, de ipsis beneficiis, dignitatibus, personatibus, of-  
ficiis & administrationibus quouis modo disposue-  
rit, eo ipso sit irritum & inane. Collatioque huiusmo-  
di ac prouisio, seu quęuis dispositio ad superiorem  
proximi deuoluatur, qui similiter habeat prouidere  
quod si non fecerit, ad alium superiorem proximũ  
deuoluatur, gradatim vsque ad summum pontificem  
ascendendo. Non volumus tamen ordinarios colla-  
tores, & eos ad quos præsentatio seu alia quęuis di-  
positio beneficiorum spectat, in quatuor mensibus,  
quibus præfatę gratię expectatiuę vel nominatio-  
nes cursum non habent, donec ipsę gratię & nomi-  
nationes ad eorum collationem, prouisionem, præ-  
sentationem seu dispositionem concessę cessauerint,  
ad qualificationes infra scriptas obseruandas astringi.

*Canon 29.*

Primo, cum per generalis concilij statuta sancte  
ordinatum existat, quod quilibet ecclesia metropo-  
lita teneatur, & debeat vnum habere theologũ, qui  
sua doctrina, & prædicationibus fructum salutis af-  
ferat, ordinat hæc sancta synodus, quod extendatur  
etiam huiusmodi ordinatio ad ecclesias cathedrales  
taliter videlicet, quod quilibet collator ipsarum præ-  
bendarum teneatur & debeat canonicatum & præ-  
bendam, quam primum facultas se obtulerit, & inue-  
niri poterit, vni magistro licenciato vel in theologia  
bachalaureo formato conferre, qui per decennium  
in vniuersitate priuilegiata studuerit, & onus residẽ-  
tię ac lecturę & prædicationis subire voluerit, qui-  
que bis aut semel ad minus per singulas hebdoma-  
das cessante legitimo impedimento, legere habeat:  
& quoties ipsum in huiusmodi lectura deficere con-  
tigerit, ad arbitrium capituli in subtractione distri-  
butionum totius hebdomadę puniri possit. Et si re-  
sidentiam deseruerit, de alio prouideatur. Veruntame-  
n vt liberius studio vacare possit, nihil perdat cũ  
absens fuerit à diuinis. Insuper quod in qualibet ec-  
clesia cathedrali vel collegiata, vltra prædictam præ-  
bendam Theologo (vt præmittitur) assignandum,  
tertia pars præbendarum conferatur graduatis alias  
idoneis modo & forma infra scriptis, sic quod pri-  
ma vacatura huiusmodi graduato, & deinde post al-  
ias duas sequens eõ modo conferatur, & sic de-  
inceps

*Can. 29. ex  
31. sessione  
de ordine  
obseruando  
in cõferendis  
sacerdotiis.*





facile perturbetur. Inoluerunt autem hactenus intollerabilem vexationum abusus multi: dum nimium frequenter à remotissimis etiã partibus ad Romanam, curiam & interdum pro paruis & minutis rebus ac negociis quam plurimi citari & euocari cõsueverunt: atque ita expensis & laboribus fatigari vt nonnunquam commodius arbitrarentur iuri suo cedere: aut vexationem suam graui damno redimere quam in tam longinqua regione litium subire dispendia: sic facile extitit calumniosis opprimere pauperes: sic beneficia ecclesiastica plerumque minus iuste per litium anfractus obtaenta sunt dum iustus possessoribus eorum seu quibus illa de iure competeabant: neque opes neque facultates ad illos sumptus sufficere poterat: quos longinqua profectio ad Romanam curiã & litis agitatio in eadem deposcebant. Confunditur etiam exinde ordo ecclesiasticus ordinariis iudicibus sua iurisdictio minime seruatur pecuniã & facultates regnorum ac prouinciarum hoc pacto non parum diminutę sunt: Et quod vniuerso ecclesiastico ordini admodum nocere cõpertũ est: hi quos ad summa negocia Christianę religionis sublimitas dignitatis euocabat minus illis reddebantur intenti dum ipsorum mentes nimium occupabat assidua causarum multitudo: Quę attendens hæc sancta synodus: & pro reformatione ecclesię dei in capite & in membris iuxta potestatem sibi à domino concessam euigilans vt omnia deinceps ordine congruo peragantur ad salutem animarum & pacem ac quietem cunctorum statuit & decernit quod in partibus vltra quatuor dietas à Romana curia distantibus: omnes quęcunq; causę exceptis maioribus in iure expressse enumeratis: & electionum ecclesiarum cathedralium & monasteriorum quas immediata subiectio ad sedem apostolicam deuoluit: apud illos iudices in partibus qui de iure aut consuetudine præscripta vel priuilegio cognitionem habet terminentur & finiantur: Et ne sub umbra appellationum quę nimium leuiter & nonnunquam friuole hactenus interponi visę sunt: atq; etiam in eadem instantia ad prorogationem litium sæpe multiplicari materia fouendis iniustus vexationibus relinquatur: statuit eadē sancta Synodus: quod si quis offensus coram suo iudice habere non possit iusticię complementum ad immediatam superiorem per appellationē recursum habeat: nec ad quęcunq; etiam ad papam obmisso medio neque à grauamine in quacumque instantia: ante diffinitiuam sententiam quomodolibet appelletur nisi forsità tale grauamen extiterit quod in diffinitiuam sententia reparari requirit: quo casu non alias ad immediatũ superiorem liceat appellare. Si vero quispiam à sedis apostolicę immediate subiecto ad ipsam sedem duxerit appellandam causa per rescriptum vsque ad finem litis inclusiue in partibus cõmittatur. Nisi forte propter defectum iusticię: aut iustum metum etiam in partibus conuicinis: de quibus in commissio- ne exprimendis legitime prius documento alias q̄ per iuramentum summarie constiterit apud ipsam sedem foret merito retinenda. Et quicquid in contrarium huius saluberrimi decreti attentatum factũ vel obtentum fuerit sit nullum ipso facto. Litigantesque qui contra fecerint in expensis condemnentur. Romanę vero ecclesię cardinales vice cancellarium camerarium magnum pœnitentiarium protonotarios & alios sedis apostolicę officiales actu

in Romana curia suis officiis insistentes hoc decreto non intendimus compræhendi: ne tamen in dissolutionem vel translationem præsentis concilij aerectionem conuenticuli apud Ferrariam vel alibi sub nomine concilij generalis quas dominus Eugenius papa quartus efficere conatus est: vel conatur in futurum causas ipsas & maxime incorporatorum aut incorporandorum in hoc sacro concilio quas hæc sancta synodus remitteret aut non reciperet in curiam ipsius domini Eugenij: aut præfatam conuenticulum Ferrariensem vel aliud de facto trahi contigerit in fomentum dissolutionis translationis & refectionis prædictorum. Voluit eadem sancta synodus causas quascunq; pendentes & commissas: aut etiam quascunq; causas incorporatorum: atque alias per appellationem deuolutas aut deuolendas: necnon illas quę obseruationem decretorum ipsius sanctę synodi concernunt apud eandem synodum ipsa durante: seu donec aliter fuerit ordinatum tractare saluis etiam aduocationibus causarum pendentium in Romana curia per quęcunq; nostrã decreta factis aut faciendis. Decretis etiam & aliis ordinationibus eiusdē sanctę synodi in suo robore remanentibus. Datum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliens. solenniter celebrata. 9. Kalendas Februarij. Anno à natiuitate domini Millesimo quadringentesimo trigesimo octauo.

**In sessione. 31. Canon. 28. de beneficiorum collationibus.**  
**S**acrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime cõgregata, vniuersalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriã. Placuit diuinę pietati, hoc tempore animos hominum, qui variis abusus irretiti cõceptat, vehementius excitare, vt salus quæreretur cunctorũ, & per synodũ vniuersalẽ mores ecclesię in meliõs reformaretur cũ salutari directione capitis & membrorũ in viã iustitię & sanctitatis. Quod vt facilius que ordinatius fieret, & ne sub prætextu variarum opinionum aut Romani pontificis, aut alij quicunq; que non satis vniuersalibus conciliis obedirent, prædisposuit eadem diuina pietas, in sacro Cõstantiensis concilio synodorum vniuersalium iurisdictioem ita declarari, vt nulli relinqueretur ambigendi occasio, cum decreto solemniter diffinitum extitit vniuersale cõcilium habere authoritatem immediate à Christo, cui quilibet cuiuscunq; status & dignitatis, etiam si papalis fuerit, obedire tenetur in his, quę pertinent ad fidem, ad extirpationem schismatis, & reformationem ecclesię dei in capite & in membris ac pertinentibus ad ea. Dum autem hæc cura reformandę ecclesię huic sanctę vniuersali Synodo Basiliensi incumbit, hoc vnum singulari sollicitudine persequendum arbitratur, vt per singulas ecclesias ministri instituantur idonei, qui scientiis & virtutibus effulgeant, ad Christi gloriam & vniuersi populi Christiani edificationē salutarem, cui rei graue impedimentum hactenus afferre visa est gratiarum expectatiuarum multitudo, quę grauem ordinis & statui ecclesiastico perturbationem, variaque inordinationes ac plurima discrimina comperitur iniectisse. Ex his enim frequentius dati sunt ecclesiis ministri non probati, nec cogniti, vacaturorũque beneficiorũ expectatio quę sicut antiqua iura testatur, occasione desiderandę mortis alienę præstare solet, quod plurimum præiudicat animarum salutem

sed & insuper lites innumerę & contentiones inter seruos Dei excitantur, rancores & iurgia nutriuntur, pluralitatis beneficiorum fouetur ambitio, fallacitates & pecunię regnorum, & prouinciarum mirum in modum exhauriuntur, pauperes discurrendo ad Romanam curiam, innumerabiles vexationes subeunt, & inter viarum discrimina nonnunquã spoliantur, occiduntur, ac variis affliguntur pestibus, atque etiã suis patrimoniis ac parentũ opibus exhaustis, graui egestati subiacerere coguntur. Plurimi absque iusto titulo beneficia sibi vendicant, & non quibus de iure debentur, illa obtinent, sed nonnunquã ij quibus sed circumueniendi proximum maior astutia, aut ad litigandum facultas suppetit vberior: sub inuolutionibus quoque prærogatiuarum, antelationum, aliorumque huiusmodi gratias concommitantium, fraudes plurimas & deceptiones contingit inueniri inuenibus etiam, qui studio literarũ, & virtuosis operibus intendere deberent, datur materia euagandi, qui sapius per litium anfractus, & varios discursus, ratione gratiarum ipsarum turbantur, & inquietantur. Ordinariis collatoribus suum ministerium subtrahitur, & confunditur ordo ecclesiasticus, dum vnicuique sua iurisdictio non seruatur. Romanique p̄tices dum officia inferiorum nimium sibi vendicant, & à maioribus & magis fructuosis operibus vniuersale bonum concernentibus retrahuntur, nec inferiorum directioni atque correctioni inuigilant, sicuti publica vtilitas exposcit. Quę omnia grauem confusionem statui clericali & sacerdotali, in dispendium diuini cultus & præiudicium publicę salutis afferunt, possentque grauiorem in futurum afferre ruinam, rebus his in deteriora iugiter prolabantibus, nisi prouideretur in aduersum. Volens itaque hæc sancta synodus super his opertum remedium adhibere, statuit & decreuit vt Romanus pontifex qui pro tempore fuerit, eas deinceps gratias expectatiuas aut nominationes, nullo modo nullãve ex causa concedat, cum ipse præcæteris, ne sit tantorum occasio malorũ, abstinere debeat. Frustra enim inferioribus inhiberetur, si ipse qui aliis debet esse omnium bonorum & virtutum exemplar non abstineret. Vt enim ille sanctissimus & doctissimus Leo papa inquit, Totius familię domini status & ordo mutabitur, si quod inquiritur in corpore, nõ inuenitur in capite. Integritas etiam præsentium, salus dignoscitur esse inferiorum. Cessanteque de cetero iam factę, & tam ipsę quam fiendę, si quę fiant nullę sint ipso facto, exceptis illis gratis & nominationibus, super quibus processus iam sint expediti, quas ex certis rationabilibus causis in octo mensibus, quibus hactenus cursum consueuerunt habere, tollerandas diximus, donec aliter fuerit ordinatum reservationes etiam particulares, quęcunq; fuerint, beneficiorum vacaturorum, tam per Romanos pontifices quam per legatos sedis Apostolicę, de cetero nullę sint ipso facto. Non tamen intendit prohibere hæc sancta Synodus hoc præsentis decreto, quo minus futuri Romani pontifices tempore pontificatus sui modo honesto, & conuenienti de vno beneficio ad collationem, in qua fuerint decem beneficia, & de duobus vbi fuerint quinquaginta, & vltra disponant, ita tamen, vt in eadem ecclesia cathedrali vel collegiata duas præbendas suo tempore non conferant, vt qualificationes graduatorũ inferiorum designata, in ipsiis præbendis suum valeant


fortiri effectum. Neque enim collationes per præuentionem fiendas, intendit impedire, decreto nostro de reservationibus, quoad cætera, & aliis decretis huius sanctę synodi in suo robore duraturis. Vt vero cæteri, ad quos beneficiorum, dignitatum, personarum, officiorũ & administrationum collatio, seu quęuis dispositio spectat ad prouidendum literatis viris & scientia perornatis specialius astringantur, voluit eadem sancta synodus certas qualitates virorum liberatorum & graduatorum designari, quibus certo ordine debeat prouideri, prout inferius annotatur, adiiciens quod si per prælatos & doctores aliquius nationis in hoc concilio consistentes, pro bono suę nationis aliter circa huiusmodi qualificationes disponendum videatur in futurum, quicquid per illos fuerit ordinatum & in generali congregatione præsentis concilij conclusum, exnunc prout extunc ratum & firmũ habeatur, & vim decreti habeat, ac si in præsentis decreto de verbo ad verbum expressum foret. Quod si quis cuiuscunq; status, etiam si cardinalatus, patriarchalis, pontificalis aut alterius cuiuslibet dignitatis, contra prædictum ordinem & qualificationes (vt præmittitur) designatas vel designandas, de ipsis beneficiis, dignitatibus, personatibus, officijs & administrationibus quouis modo disposuerit, eo ipso sit irritum & inane. Collatioque huiusmodi ac prouisio, seu quęuis dispositio ad superiorem proximi deuoluatur, qui similiter habeat prouidere quod si non fecerit, ad alium superiorem proximum deuoluatur, gradatim vsque ad summum pontificem ascendendo. Non volumus tamen ordinarios collatores, & eos ad quos præsentatio seu alia quęuis dispositio beneficiorum spectat, in quatuor mensibus, quibus præfatę gratię expectatiuę vel nominationes cursum non habent, donec ipsę gratię & nominationes ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem seu dispositionem concessę cessauerint, ad qualificationes infra scriptas obseruandas astringi.

## Canon 29.

Primo, cum per generalis concilij statuta sancte ordinatum existat, quod quilibet ecclesia metropolitana teneatur, & debeat vnum habere theologũ, qui sua doctrina, & prædicationibus fructum salutis afferat, ordinat hæc sancta synodus, quod extendatur etiam huiusmodi ordinatio ad ecclesias cathedrales, taliter videlicet, quod quilibet collator ipsarum præbendarum teneatur & debeat canonicatum & præbendam, quam primum facultas se obtulerit, & inueniri poterit, vni magistro licentiato vel in theologia bacchalaureo formato conferre, qui per decennium in vniuersitate priuilegiata studuerit, & onus residētis ac lecturę & prædicationis subire voluerit, quęque bis aut semel ad minus per singulas hebdomadas cessante legitimo impedimento, legere habeat: & quoties ipsum in huiusmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium capituli in subtractione distributionum totius hebdomadę puniri possit. Et si residentiam deseruerit, de alio prouideatur. Veruntamen vt liberius studio vacare possit, nihil perdat cũ absens fuerit à diuinis. Insuper quod in qualibet ecclesia cathedrali vel collegiata, vltra prædictam præbendam Theologo (vt præmittitur) assignandum, tertia pars præbendarum conferatur graduatis alias idoneis modo & forma infra scriptis, sic quod prima vacatura huiusmodi graduato, & deinde post alias duas sequens eõ modo conferatur, & sic deinceps

Can. 29. ex  
31. sessione  
de ordine  
obseruando  
in conferendis  
sacerdotiis.

In episto. 65  
ad aphricanos  
episcopos  
huius instrũ  
est, cũ in ordi-  
nationibus.





inceps videlicet magistris aut licentiatis seu baccalaureis formatis in Theologia qui per decennium in aliquavniuersitate priuilegiata, doctoribus seu licentiatis in altero iurium vel medicina, qui per septem annos in sua facultate studuerint in vniuersitate vt supra, magistris seu licentiatis in artibus, cum rigore examinis, qui per quinquennium in aliqua vniuersitate à logicalibus inclusiue, & supra in artibus, vel in alia superiori facultate studuerint, necnō in Theologia, qui per sex annos, vel in vtroque aut altero iurium, baccalaureis qui per triennium, si nobiles ex vtroque parente, & ex antiquo genere, alias autē per quinquennium consimiliter in aliqua vniuersitate priuilegiata ad minus suum studiū fecerint, qui de predictis gradibus, tempore & nobilitate supra dictis si dem facere teneantur collatori per legitima documenta. Exhortamur tamen ordinarios collatores, quod in conferendis beneficiis huiusmodi, præsertim quoad dignitates, respectum habeant singulariter ad magistris, necnon licentiatis, & baccalaureos formatos in Theologia. In dignitatibus vero nō electiuis, personatibus, administrationibus & officiis dictarum ecclesiarum, idem ordo, modus & forma in omnibus obseruetur. Quod si quis ex dictis qualificatis, tempore vacationis præbendæ seu dignitatis huiusmodi, alias duas obtineat præbendas seu dignitates & præbendas, vel aliud seu alia beneficium aut beneficia, quod vel quæ residēdo in altero ipsorum, & horis diuinis interessendo, valeret seu valerent vsque ad summam seu æstimationem ducentorum florentorum cameræ, similiter quicunque duas præbendas cathedrales obtinuerit, nullatenus in ipsa tertia parte includi seu comprehendi censetur. In ecclesiis autem parochialibus, quæ in ciuitatibus aut villis muratis existunt, instituuntur persone sic, vt supra qualificatæ, aut ad min<sup>o</sup> qui per tres annos in Theologia, vel in altero iurium seu magistri in artibus, qui in aliqua vniuersitate priuilegiata studentes fuerint, & huiusmodi gradum adepti fuerint, si tales uenerint inueniri, qui uoluerint huiusmodi beneficiis deferuire. Et vt facilius inueniri possint, statuit hæc sancta synodus, quod quolibet anno, durāte tempore quadragesimæ, omnes & singuli hoc modo qualificati, de ipsa diocesi, & alij qui uoluerint, habeant per se, vel per procuratorē sua nomina exhibere illis, ad quos beneficiorum curatorum collatio seu præsentatio spectat, seu eorum vicariis. Quod si non fecerint, collatio seu præsentatio vel dispositio aliter quam (vt præmittitur) facta, non propter hoc irrita censetur. Et similiter in collatione tertiæ partis, præbendarum superius memorata, intelligatur, si tot graduati seu qualificati modo præmisso poterint inueniri, teneanturque (vt præmittitur) ipsi graduati, & qualificati sua nomina tempore prædicto ipsi, ad quos beneficiorum dispositio spectat, seu eorum vicariis exhibere per se vel per procuratorem. Quod si nō fecerint, collatio seu præsentatio vel dispositio aliter quam (vt præmittitur) facta, non propter hoc irrita censetur. Si autem illi ad quos beneficiorum queuis dispositio spectat contra supradictarum qualificationum dedignationem & ordinē aliquod beneficium contulerint, seu ad ipsum præsentauerint, vel quomodolibet disposuerint, sit ipso facto irritum & inane, velut superius præmissum est. Et nihilominus per concilia prouincialia cum in his defecerint, aut etiam personis nō idoneis quoquo-

modo prouiderint, iuxta tenorem constitutionis concilij generalis quæ incipit. Graue de præbendis corrigantur, & debite puniantur. Illi vero, ad quos beneficiorum regularium spectat collatio seu dispositio, prætermisissis indignis, eadem religiosis idoneis conferent & assignent. Quod si aliter fecerint, per eorum superiores, & capitula prouincialia corrigantur, & debite puniantur. Datum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi solenniter celebrata, nono Calendæ Februarij. Anno à natiuitate domini 1438.

Decretum 30. Sessione 36. De beatiss. virginis immaculata conceptione.



Acrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans: ad perpetuam rei memoriam. Elucidantibus diuinæ gratiæ mysteria, mercedē gloriosam reprobant

aterna Dei patris sapientia, dum ait: Qui elucidant me vitam æternam habebunt. Quod etiam de gloriosa virgine, quæ ipsam patris sapientiam, Dei filium æternum in vtero pertulit, ac mundo peperit, sacrosancta legit ecclesia. Nam quicquid de dignitate, & sublimitate virginis matris educitur in lucem, hoc non dubium est ad laudem & honorem filij sui pertinere. Et qui honorificant gratiam & sanctitatem matris, honorificant & elucidant gloriosum nomen filij ei<sup>9</sup>, qui ipsam sanctificauit, & repleuit gratia. Vnde si in cæteris rebus elucidatio veritatis, quæ à domino Deo est, præclara merita parturit, in ea re specialiter fructus vberrimos afferre speranda est, quæ sanctificationem & dedicationem templi illius concernit, in quo ante secula, antequam terra fieret, & ab æterno sibi mansionem ordinauit prima & æterna veritas. Id quoque maximè congruit, vt pax habeatur in quæstionibus concernentibus sanctitatem illius, per quam pax diffusa est in terris. Hactenus vero difficilis quæstio in diuersis partibus, & coram hac sancta synodo super conceptione ipsius gloriosæ virginis Mariæ matris Dei, & exordio sanctificationis eius facta est, quibusdam dicentibus ipsam virginem & eius animam per aliquod tempus aut instans temporis subiactisse actualiter originali culpæ, aliis autem è conuerso dicentibus, à principio creationis sue Deum ipsam diligendo, gratiam eidem contulisse, per quam à macula originali illam beatissimam personam liberans, & præseruans, sublimiori sanctificationis genere redemit, cum fundaret eam altissimus ipse, & ipsam fabricaret filius Dei patris vt esset mater eius in terris. Nos vero diligenter inspectis auctoritatibus & rationibus, quæ iam à pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriusque doctrinæ coram hac sancta synodo allegatæ sunt, aliisque etiam plurimis super hac re visis, & matura cōsideratione pensatis, doctrinam illam differentem gloriosam virginem Dei genitricem Mariam præueniente & operante diuini minimis gratia singulari, nunquam actualiter subiactis originali peccato, sed immunè semper fuisse ab omni originali & actuali culpa, sanctæque & immaculatam tanquam piam & consonam cultui ecclesiastico, fidei catholice, rectæ rationi & sacre scripturæ, ab omnibus catholicis approbandæ fore, tenendam & amplectendam, & diffinimus & declaramus.

claramus, nullique de cætero licitum esse in contrarium prædicare seu docere. Renouantes præterea institutionem de celebranda sancta eius conceptione, quæ tam per Romanam, quàm per alias ecclesias sexto Idus Decembris antiqua & laudabili consuetudine celebratur, statuimus & ordinamus eandem celebritatem præfata die in omnibus ecclesiis, monasteriis & conuentibus Christianæ religionis sub nomine conceptionis festiuis laudibus colendam esse, cunctisque fidelibus vere penitentibus & confessis, ea die missarum solenniis centum, primis autem vel secundis vesperis totidem, sermoni vero verbi diuini de ea festiuitate \* interessentibus centum quinquaginta dies concessione perpetuis temporibus duratura, de iniunctis sibi penitentibus hæc sancta synodus elargitur. Datum Basileæ in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi solenniter celebrata decimoquinto Calend. Octob. Anno à natiuitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono.

al. qui inter fuerint.

31 Cum paterna pietas filiis hominum prouidere debeat &c. ut habetur in ultimo canone Constanc. concilij.

Decretum electionem prælatorum concernens.

Decr. 32. ex sessione. 33.



Acrosancta generalis synodus &c. Magna nobis est sollicitudo vt electiones pastorum quibus incumbit regere regem Dominicum rite celebrentur: & quātum possibile est cuncta remoueantur quæ ipsarū puritati obuiare possunt.

Quia vero sapius contingit hactenus monasteriorum, & ecclesiarum prælatis decedentibus, & eorum corporibus tumulatis propter expectationem absentium vocandorum ex locis longinquis ecclesias ipsas & monasteria vacantia interim dispendia plurima suscepisse, & propter diuturni interim expectati temporis spacia varia regimina per precum subornationes data fuisse: vnde ecclesiis sepius magnæ iacturæ prouenisse noscuntur statuit & ordinat hæc sancta synodus quod de cætero ad electiones de personis ecclesiarum & monasteriorum regimine faciendas vbi absentes hactenus vocari consueuerunt non teneant illi de capitulo vel conuentu in quo electio faciendā fuerit aliquos vocare absentes in locis vltra duas dietas ab ipsa ecclesia vel monasterio distantibus existentes, canonibus aliter disponētibz non obstantibus quibuscunque. Et idem in electionibus ad quascunque dignitates faciendas intelligatur. Per hoc tamen priuilegiis statutis & consuetudinibus illarum ecclesiarum & monasteriorū, in quibus ad ipsas electiones faciētes prælati religiosi aut alij de aliis ecclesiis aut monasteriis vocandi sunt nō intendimus in aliquo derogare. Prædicta quoque in casu electionum duntaxat volumus intelligi aliis casibus in quibus absentes vocandi sunt in dispositione iuris communis remanētibus. Insuper quoniam in modo & in forma eligendi ecclesiis & monasteriis prælatos maxime cum in eorū electionibus per viam scrutiniij proceditur multa requiruntur à iure obseruanda: quorum omisio huiusmodi electiones nullas reddit vel saltem annullandas: vnde dispendia & quamplurima discrimina eisdem ecclesiis & monasteriis hactenus sepe numero euenerunt, & continuo in posterum euenire possent, ad obuiandum eisdem discriminibus & dispendiis statuit hæc sancta synodus quod superiores ad quos earūdem electio-

num spectat confirmatio electiones quascunque huiusmodi dummodo illas alias à maiori parte capitulorum seu conuentuum ecclesiarum & monasteriorū huiusmodi prius tamen vocatis vocandis & communione susceptis & iuramentis præstitis primitus iuxta formam decreti nostri desuper editi de personis idoneis celebratas cognouerint super reliquis formam concernentibus iuxta traditionem canonū absque tamen malitia & fraude omisissis, ad confirmationes huiusmodi electionum procedere, & taliter electis cum ipsarum qualitas & ecclesiarum utilitas persuaferit vt idem in ecclesiis, & monasteriis eidem præesse ipsasque in spiritualibus & temporalibus regere & gubernare ac dispensare possint & valeant. In postulationibus tamen quoruncunque nullatenus iuramenta & cōmunio sicut nec in electionibus obmittatur constitutionibus eisdem in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Basileæ 1439. Calend. Nouemb.

Decretum 33. Instituitur festum visitationis beatiss. virginis Mariæ.



Acrosancta generalis synodus Basiliensis Sessione. 43 in spiritu sancto legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans: ad perpetuam rei memoriam. Inter assiduas militantis ecclesiæ turbationes & pro-

cellas, quibus ipsa diem affligitur illa singularis iucunditas & egregia exultatio communitati fidelium relicta est: vt dominum creatorem nostrum intimis precordiis diligentes eundem in sanctis suis deuotè glorificent. Per hæc enim vt ipse dominus qui gratiam illis præstitit digne collaudatur: & ipsorum sanctorum promptiora erga nos reddimus patrocinia. Quod quidem singulariter est agendum cum calamitates irruunt: quæ absque demeritis hominū non contingunt: vt per ipsorum sanctorū preces & merita misericordia domini super peccatis hominum impleretur & humanum genus ab imminentibus malis & innumeris periculis præseruetur. Inter autem omnes qui cœlestem regem pro nobis interpellent præcipue ad gloriosissimam illam, & omni laude dignissimam Dei genitricem Mariam est recurrēdū, quæ quanto altior existit tanto humilior ad nos respicit: omnes ad se trahere cupiēs, pro quibus in vtero gestauit saluatorem. Hæc apud Deum quem ipsa peperit sedula p nobis aduocata nos iuuat: nos tuetur, nos protegit, nos exaltat. Hæc omnibus qui ad eam recurrunt promptissimum exhibet patrocinium. Huic igitur sanctissimæ virginis, & si plures festiuitates veneranda sanctorum patrum antiquitas consecrauit: irruentibus tamen dietim maioribus mundi calamitatibus & angustiis quæ ad expetendā eiusdem virginis auxilia vehementius vrgent iucunditatem illam sibi cœlitus datam non immerito cōuenit celebrari: dum virgo eadem beatissima cœlesti edocta nuncio & spiritu sancto duce ascendens cum festinatione in montana humilem Zachariæ domum intrauit. Iesus enim qui in vtero illius erat festinabat: vt adhuc in ventre matris Ioannem positum sanctificaret. Et ipsa virgo gloriosissima cognatam Elizabeth visitans fructuoso salutauit alloquio. Maximā namque letitiam fidelium mentibus ingerere excellens illud mysteriū quo matres illæ gloriosæ totius salutis nostræ ferentes primordia tam familiariter

inter se exultarunt. Virgo excellentissima de stirpe David Maria: & veneranda inter filias Aaron Elizabeth inuicem colloquuntur: quarum altera creatorem omnium & saluatorem nostrum, altera præcursorem Ioannem gestat in utero: & sanctæ illæ miraculo matres effectæ diuina inter se beneficia commemorant. Felix quidē illa conuentio & magnis diuinæ gratiæ splendoribus illustrata: qua tales & tantę in vnum matres pariter affuerunt: quarum altera virgo ex spiritu sancto, altera sterilis & in senectute conceperat, & vtriusque partum cælestis Angelus prænuñciauit: qua Ioannes adhuc maternis reclusus claustris venientem ad se dominum in Mariæ utero veneratur. Qua repleta spiritu sancto Elizabeth cōceptui filij Dei & saluatoris hominū gratulatur: qua ipsa prophetans beatissimam dixit Mariam quæ cre didit & reuelata mysteria pandit. Qua denique repleta ineffabili gaudio mater domini Maria omnia in corde suo conferens: vel quę prius ab Angelo, vel tunc ab Elizabeth perceperat in canticum & laudē domini prorumpit. Nunc ad mirabilem Dei potentiam qui respexit humilitatem ancillę suę collaudat. Nunc magnitudinem operum eius glorificat. Nunc refert misericordiam quæ à progenie in progenies super se timentes diffunditur. Nunc iustitiam qua superbi domantur, & humiles exaltantur magnificat. Nunc promissionem Abrahæ, & semini eius factā, & iam tunc completam commemorat: ac quod se beatam omnes generationes vsque ad consummationem sæculi dicerant diuina inspiratione prophetavit. Eandemque prophetiā sic manifeste videmus iugiter adimpleri vt superuenientes generationes ipsam virginem beatam & beatissimam magis ac magis dicere conentur. Quis igitur tantam latitudinem fati potuerit explicare? Quis tanta mysteria condignis laudibus prosequatur? Quis hæc gaudia sufficienter exponat? dum Ioannes nondum natus exultat Elizabeth aduentu virginis collatur Maria mysterii gaudet clausus in utero saluator à suo recognoscitur præcursores: latatur angeli cælum, & terra iucundantur, & tota trinitas nouis laudibus glorificatur? Hæc igitur gaudiorum magnitudo temporalibus est extollenda præconiis. Hæc singularibus solennitatibus celebranda: in qua & dominum qui gestatur in utero & virginem quæ portat, & ste-

rilem quæ cōcepit & præcursores qui visitatur cōdecentibus prosequi debemus honoribus. In cuius commemorationem qui tribulati sunt Mariam implorant: quæ gaudiorum huiusmodi memor vt sperandum est non solum supplicantes exaudiet: sed sicut ex sua clementia conuenit etiam supplicare volentes prece subueniet. Quæ considerans hæc sancta Synodus cum in hoc tempore tota pro dolor Christianitas in laboribus & angustiis cōstituta cernatur: cumque fere vbique diuisiones, & bella per humani generis hostem introducta vigeant, & ipsa etiam ecclesia militans non mediocribus agitur procellis dignum esse iudicauit solennitatem hanc quæ congrue visitatio beatissimæ virginis appellatur in singulis Christianorum ecclesiis celebrari honorata in celebritate per pias & deuotas fidelium mentes mater gratiæ & omnis consolationis sacerrima virgo Maria benedictum filium suum iam multis hominū peccatis offensum sua intercessione concilians pacem & vnitatem fidelibus largiatur. Ideoque statuit & decernit eadem sancta synodus ad honorem ipsius virginis Dei genitricis: vt post expleta resurrectionis Dominicæ, Penthecostes, gloriose Trinitatis, sacri corporis Christi: beatorum Ioannis Baptistæ, & Apostolorum Petri & Pauli solennia, per singulas Christianorum ecclesias quolibet Anno sexto nonas Iulij festū huiusmodi visitationis gloriose virginis celebretur. Hoc igitur solenne festum amplectentur Christi fideles, & omnes qui beatam virginem singulari deuotione prosequuntur secum in hac solennitate suæ exultationi congaudeant. Quam vt eo libentius in diuinis honorent officiis quo magis spiritualibus fuerint excitati muneribus. Ipsa sancta Synodus omnibus Christi fidelibus qui matutinis processioni sermone missarum solenni: vel primis vel secundis vesperis huius gloriose virginis festiuitatis interfuerint pro vnoquoque officiorum prædictorum centum dies de iniunctis penitentis misericorditer elargitur. Datum in sessione publica in ecclesia maiori Basiliensi solenniter celebrata Calendas Iulij. Anno à natiuitate Domini Milleesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

¶ Finis decretorum Concilij Basiliensis.

## CONCILIVM FERRARIAE INCEPTVM, FLORENTIAE PERACTVM, tempore Eugenij papæ quarti.

**C** iuitatis Ferrariensis. nec Ptolomæus in sua Geographia, nec Plinius in naturali historia, non Strabo aut Antoninus in suo itineralio meminerunt, eo quod forsitan recens appellatio nominis, ciuitati eidem post authorum præmemoratorum tempora indita est, aut certe quod eadem ciuitas post eos erecta sit vel instructa. Omnibus nihilominus huius nostri æui hominibus certissime constat, eam extare ciuitatem in Italia regione 6. & a pluribus authoribus (quanquam hic non in fertis, & hoc propter breuitatem) memoratam. Quorum omnium Blondus ille vnus annumerat eam inter ciuitates sextæ regionis, quæ Romandiola siue Flaminea nuncupatur.

Porro ciuitatis Florentinae Ptolomæus lib. Geographiæ suæ. 3. cap. 10. tit. Italia facit mentionem. Ponit namque eam ciuitatem esse Tuscorum. Dicit enim, Tuscorum mediterranea, scilicet ciuitates, Bizacellum &c. \* Pistoria, Florentia &c. Similiter & Antoninus in itineralio suo citat illam, tit. Iter à Fauentia Lucam, dicens: In Castello &c. Florentia. Item tit. Iter à Luca Romam per Clodiam &c. Pistorium, Florentia. Item tit. Ab Arimino Dertonā &c. Curua, Casena &c. Fidentia, Florentia, Placetia.

### \* ACTA GENERALIS OCTAVAE SYNODI, è Græco in latinum traducta, interprete Bartholomæo Abramo Cretensi, præsule Ariensi.



Nno Domini nostri Iesu Christi M. quadringentesimo trigesimo octauo, die verò quarta mensis Martij, pontificatus Eugenij papæ quarti anno septimo, Ioannes Palæologus serenissimus Constantinopolitanus Imperator, ad celebrandam octauam æcumenicam Synodum, ad Fracolinum Ferrariæ vicū triremibus inuectus est. Quò statim Nicolaus ipsius Ferrariæ marchio, vnà cum suis præstantioribus ciuibus, ac pontificibus omnibus qui cum summo pontifice Imperatorem ipsum Ferrariæ expectabāt, obuiam prodiit, ac ipsum equo insidentem, vnà cum sedis Romanæ legato, qui cum Imperatore Constantinopoli venerat, ad urbem & palatium, vbi ab ipso summo pontifice, omnibusq; cardinalibus expectabatur, magna pompa deduxit. Quem cum summus pontifex iam aduentare sensisset, surrexit, & lento gradu inambulare cepit, ac ipsum paulo procul à sede sua excepit, & volentem genua flectere, minimè permisit, sed statim amplexus fuit, ac ei dexteram osculandam dedit, ipsumque à sinistra proximum sibi confedere voluit. Postea verò imperator surrexit, ac sua in sede stans, à singulis amplissimis cardinalibus honorificentissimè fuit salutatus. Habitoque in cōfessu cum summo pontifice breui secretòque colloquio, uterque surrexit. Et pontifex summus in eodem palatio, vbi habitabat, remansit. Imperator verò ad aliud ornatissimum pompa eadem iuit. Porro autem quatuor post dies Iosephus sanctissimus Constantinopolitanus patriarcha cum maiori parte suorum pontificum, (nam ceteri cum Imperatore fuere) cymbis multis ornatissimisque, Venetiis Ferrariam aduenit. Cui quidem è cymba exeunt quatuor amplissimi cardinales, & ipse marchio, necnon ad viginti quinque Occidentalis ecclesiæ præsules obuiā iere, ac ipsum equitem mediūque inter duos amplissimos cardinales, magna etiam pompa ad pala-

tium comitati fuere: vbi pontifex summus stans in sua sede, ipsum amplexus, & in genua osculatus est. Ipsi deinde confedentibus, Orientales antistites dexteram simul, & genam summi pontificis, cæterorū verò Græcorum alij dexteram, alij pedem tantum osculati fuere. Qua quidem salutatione facta, pontifex summus in cubiculum se recepit: patriarcha verò, eodem quo venerat ordine ac pompa, domum sibi paratissimā venit. Proxima verò dominica, quindecim Græci sacerdotes dñi Imperatoris iussu eius Missam solenniter celebrarunt. Vbi etiam marchio cum suis ciuibus adfuit, & panem benedictum per patriarchæ dexteram, more Græcorum, accepit atque libauit. Nonnullis deinde post diebus Imperator à summo pontifice contendere cepit, vt quem admodum ei promiserat, non solum pontifices & abbates, verum etiam reges & duces, ac cæteros Christianorum principes ad synodum cōuocaret. Quod quidem tamen summo pontifici propter ipsorum principum discordias factū difficile videbatur, vt ad synodum conuenirent, se tamen operam daturum promisit, vt principes ipsi conuocarentur. Continuoque nuncios & literas ad eos misit, vt intra menses quatuor vel ipsi adessent, vel suos vicarios mitterent. Porro autem post aliquot dies tam Græcis quàm Latinis maius operæ precium visum fuit, vt edicto publico synodus conuocaretur hac conditione, vt nisi principes ipsi venirent, vel suos nuncios mitterent, synodus tamen ipsa celebraretur, ac in ea de quibusdam dogmatibus ageretur, & siue Græcorum & Latinorum coniunctio fieret, siue non, adhuc tamē synodus summa pace dimitteretur. Dum autem hæc geruntur, quæ situm fuit, quonam ordine sedes in synodo disponi deberent, qua de re non mediocris inter eos controuersia fuit orta. Nā summo pontifici videbatur conueniens esse, vt Imperator ac patriarcha cum suis hominibus à sinistra templi parte, & occidentales pontifices à dextra, ipse verò in capite medius inter vtranque partem sederet. At Imperator dicebat locū ipsum sibi porius quàm summo pontifici conuenire. Post longas autem discussiones, lectis cæterarum synodorum gestis, omnes in vnam sententiam iuere, vt summus pontifex


rifex ac omnis occidentalis ecclesia à dextra templi parte, Imperator autem cum orientali ecclesia erectione à parte altera confederet. Igitur in Basilica diuo Georgio consecrata, à dextra parte apud maius altare pontificia sedes, & proxima ei, paulo tamen inferior, Romanorum, vel (vt Græci dicebant) Germanorum Imperatoris sedes disposita fuit, quæ semper propter eius absentiam vacua stetit. Apud autem ipsam amplissimorum cardinalium, deinde archiepiscoporum, & episcoporum Occidentalis ecclesiæ, qui ad centum & quinquaginta præter protonotarios & abbates ac alios clericos, qui multo plures fuere, locus ordinatus fuit: regione verò summi pontificis, vt paulo antè dictum est, Constantinopolitani Imperatoris eminens quidem vt pontificia, & illi proxima à sinistra, paulo tamè inferior, patriarchalis sedes collocata fuit. Et apud eam eodem ordine, legatorum trium cæterorum patriarcharum, deinde aliorum Occidentalium patrum, ex quibus duo ex Iberia venere, sedes fuerunt dispositæ. Nam à dextris ipsius Imperatoris, Demetrius Despotus frater eius, infimo gradu subsedit. Ante verò maius altare aliud altare fuit erectum, ac super eo inter beatorum Apostolorum Petri & Pauli capita, sanctorum Euangeliorum liber, ac ante ipsum duo accensa candelabra fuere posita. Quibus ita dispositis, ac omnibus præparatis, ad diem nonam mensis Aprilis, quæ quidem feria quarta maioris hebdomadæ fuit, cardinales ac omnes antistites vestibus sacris induti, vnà cum summo pontifice ac Imperatore templum illud introire, ac suis in locis, absente ob valetudinem patriarchæ, paululum confedere, deindeque surrexere, summisque pontifex orare cœpit: quibusdam denique psalmis, hymnis, ac precibus hinc inde decantatis, omnes iterum confedere iussit, vt consentiente Imperatore, absentis patriarchæ consensus, & suum edictum ex suggestu recitaretur. Itaque Scriba quidam alta voce consensum ipsum in hac forma perlegit.

**CONSENSVS PATRIARCHÆ**  
Constantinopolitani, vt œcumenica synodus  
Ferrariæ celebraretur.

**I**N nomine sanctissimæ vitæ quæ principij Trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, duo Christi membra, Latinorum videlicet & Græcorum, ad sanctam & œcumenicam synodum conuocandâ, hodiè conuenerunt, ita vt beatissimus ac summus pontifex, & sancta Romana ecclesia ex vna, & serenissimus Imperator cum tota Orientali ecclesia ex altera parte concordēs sint, vt hinc Ferrariæ in diui Georgij templo, in loco sanè tutissimo, generale concilium celebraretur, edicentes, vt infra quatuor mensium spatium ab hoc die connumerandorum, omnes Christiani, qui conuenire velint, præsertim reges & principes, ac omnes pontifices, & cæteri clerici, qui Basileam vel Romam ad celebrandum concilium profecti iam sint, vel in posterum proficisci velint, huc debeant conuenire. Qui verò venire neglexerit, nisi huius futura decreta concilij susceperit, ac approbauerit, anathema esto. Doctores autem, vel alicuius dignitatis homines, nisi conuenierint, vel suos vicarios miserint, vel saltem literis ipsa eadem futura decreta laudauerint, & approba-

uerint, anathemate sint deuincti. Quæ quidem pœna summi pontificis iussu \*, de regibus & ducibus, ac cæteris Christianorum principibus intelligi quæque debeat. His tamen liceat, si voluerint locum alium nominare, vbi synodus hæc celebretur: ita tamen, vt ipsa synodus de tali loco considerare, ac decernere valeat. Datum Ferrariæ, anno millesimo quadringentesimo trigesimo octauo die verò nona mensis Aprilis. Post hæc pontificis summi decretum à præfule Graden. Latine, à Dorotheo verò Mitylene. Græcè fuit recitatum in hoc tenore.

**Decretum summi pontificis.**



**E**ugenius seruus seruorum Dei, ad eternam rei memoriam. Magna omnipotenti Deo gratias oportet nos agere, qui antiquarum suarum misericordiarum non immemor, ecclesiam suam continuè reddit amplior. Quam quidem etiam laborare multisque tempestatibus fluctuare permittit, nunquam tamen submergi patitur, verum à fluctibus, & magnis æstibus maris reseruat, & pro suo erga genus humanum amore, inter multos & varios casus & calamitates, virtutem semper fouet, ac magis vigentem reddit. Ecce enim Orientales & Occidentales populi iam diu inter se dissidentes atque disiecti, ad pacem atque cõiunctionem conuenire festinant. Quippe qui discordes iam & inimici, tandem post multos annos, fauente Deo, ex quo omne datum bonum, sanctæ cõiunctionis desiderio affecti, in hunc conuenere locum. Nostræ igitur seruitutis ac totius Ecclesiæ opera est, & esse credimus, tentare pro viribus, vt hæc principia tam felicia, studio nostro ita felicem exitum consequantur, vt Dei gratiæ cooperatores esse, dicique mereamur. Cum itaque dilectissimus filius noster Ioannes Paleologus Constantinopolitanus Imperator, vnà cum piissimo fratre nostro Iosepho patriarcha Constantinopolitano, necnon cæterorum patriarcharum legatis, ac multis amplissimis metropolitans & episcopis, ac aliis ordinibus ecclesiasticis & viris nobilibus, ad octauam diem proximi mensis Februarij Venetias aduenerit, nobis id, quod alii etiam ex locis antea fecerat, continuè literis suis significauit, se quibusdam de causis non alienis à ratione, Basileam, vbi synodus celebranda erat, ire non posse, idque his, qui ibi iam essent, scripsisse, notumque fecisse: volens propterea & contendens, vt ipsa synodus huc Ferrariam transferretur, & hic tantum negocium concluderetur. Nos igitur, quibus sancta Christianorum cõiunctio cordi nimirum in modum est, quique ipsam celerrimè conficere cupimus, decretum Basiliens. concilij de celebrando generali concilio, Græcis volentibus promulgatum ac editum, & à nobis postea Bononiæ, præsentibus ipsius Imperatoris ac patriarchæ oratoribus, susceptum & approbatum, quæque ad præsens sanctæ cõiunctionis negocium spectent, pro nostra seruitute volentes exequi, vt debemus, ac cupientes ipsum ad cõclusionem perducere, omni modo & forma, quibus possumus & debemus, præsentibus & consentientibus Imperatore ac patriarcha, & cæteris hinc ad celebrandam synodum congregatis, notum facimus, & declaramus, prædictam synodum hinc Ferrariæ, qui quidem locus liber & tutus est, celebrandam esse, &

se, & sic ab omnibus existimari ac dici debere, sperantes hinc absque discordia & contentione, aliquavere mœstitia, sed potius amore summo diuinam ipsam pacem, & cætera sancta opera, pro quibus synodus conuocatur, tractari, Deoque placato ac fauente, feliciter confici posse. Datum Ferrariæ, die nona mensis Aprilis, anno millesimo quadringentesimo trigesimo octauo pontificatus nostri anno septimo. Quo quidem decreto recitato, vnus ex Latinis, & alter ex Græcis surrexit, & quisque suos interrogauit, an eis placeret, quæ recitata fuere. Qui cum eadem sibi placere respondissent, partium ambarum consensum literis mandarunt, ac, Deo peractis gratiis, discesserunt. Elapsis autem diebus paschalibus, Occidentalis ecclesia, ne tempus frustra conteretur inceptum contendere, vt priuatum de spiritus sancti processione leuiter agerent, donec qui essent venturi, conuenirent. Orientali verò ecclesia respondente, alienum esse à ratione, vt absentibus his qui Basileam ad celebrandam synodum iam conuenerant, quicquam tractaretur, post multam contentionem decreuerunt de purgatorio ac aliis quibusdam ecclesiasticis questionibus disputare, donec tempus synodi celebrandæ veniret. Itaque Latini duos amplissimos cardinales & duos archiepiscopos, & duos episcopos, & duos abbates, & duos monachos, & duos notarios. Græci verò, pontifices sex & duos abbates, & duos cruce signatos, ac duos notarios elegerunt, qui bis hebdomada quaque ac diui Francisci templum ad disputandum conuenirent. Qui cum ad diem quartam mensis Iunij conuenissent, Latini questionem de purgatorio proposuerunt, ac ita dixerunt.

**Questio de Purgatorio.**  
Latini.



**O**s ignem, Patres amplissimi, in hoc mundo credimus esse, quo quidem animæ peccatis leuioribus, vel (vt vulgò dicitur) venialibus obnoxia, coadiuuante Ecclesia, sacerdotum precibus, Missis, ac elemosynis expiantur. Nam sanctorum & iustorum animas in cœlo esse, ac Trinitati assistere, suam denique felicitatem consecutas esse, nemo dubitat. Animas verò eorum, qui sine pœnitidine mortem obierint, in inferno vnà cum Iuda pœnas æternas lucis profitentur, ita vt tria mortuorum loca simpliciter sint. Vnus quidem sanctorum, quod cœlum creditur esse. Alter delinquentium, qui sunt inferi. Qui verò confessi, sacratissimum Christi corpus, absque tamen pœnæ præuia satisfactione, sumunt: continuèque moriuntur, hi dubio procul in supradicto igne, quod Purgatorium appellari solet, purgantur. De quo quidem igne Paulus ad Corinthios scribit: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Et paulò infra: Ipse autem saluabitur, sic tamen quasi ignem. Hæc Latini. Græci autem ita responderunt: Græci. Quæcunq; Patres amplissimi protulistis atque citastis, Orientalis ecclesia profitetur, quanuis inter Græcos & Latinos parua sit differentia: vestram ergo sententiam literis tradite, quod ipsi quoque facturi sumus, vt in quonam à vobis differamus, palàm fiat. Quæ cum audissent Latini, magno affectu gaudio, gratias Deo egerunt, & datis literis, discesserunt. Ad 14. autem

diem eiusdem mensis iterum conuenerunt. Et Græci, Pauli dictum longè aliter exposuerunt, ac suam expositionem ita literis mādârunt: Græci. Paulus ad Corinthios scribens, Pates Amp. Si quis autem super edificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, reliqua, hominum vitam & opera intellexit, videlicet, an prauæ studiosæ sint, ita, vt cuius opera in igne combusta permanerint, is bonus censetur, ac operum suorum mercedem accipiat: cuius autem opus arserit, id est, cuius opera friuola fuerint combusta, ipse detrimentum patietur, hoc est, damnabitur & saluus erit: sic tamen quasi per ignem, id est, in igne semper saluabitur, in eo luens pœnas æternas, ita vt ignis ipse, de quo Paulus loquitur, non purgatorius, verum æternum supplicium sit, de quo etiam inquit Euangelista, Discedite à me maledicti in ignem æternum. Nam ipsi purgatorium, non ignem, sed obsecrum quendam locum, ac laborum plenum, esse censemus, in quo quidem existentes animæ, lumine diuino priuantur, donec coadiuuante ecclesia (vt supra dictum est) expiantur ac liberentur. Sic ergo sentimus de purgatorio. Sed in alio quoque differre videmur: ipsi nanque tenemus, obnoxias animas & grauioribus ac (vt dicitur) mortalibus peccatis affectas, non satis perfectè in præsentia multari. Sed posteaquam cum suis corporibus resurrexerint, fore, vt perfectissimas pœnas pro suis delictis luant, quemadmodum etiam iustorum & sanctorum accidit animabus: quippe quæ bono quodam imperfectè fruatur, post verò suam resurrectionem felicitatem sibi debitam consequentur, vt Paulus inquit: Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt reprobationem. Vos autem non ita sentire videmini. Idcirco vestram (si lubet) sententiam dicite.

Latini. Nos animas delinquentes, absque corporibus suis, Patres amplissimi, non perfectè puniri, vt ipsi quoque tenetis, credimus: ita vt in hoc benè cõueniamus: iustorum autem ac sanctorum animas, quatenus animæ sunt, perfectam suam felicitatem, affectas esse censemus: ita tamen, vt aliam cum suis corporibus perfectionem expectent, qua quidè per tuò fruantur. Græci. Tum Græcorum alij cum Latinis, alij contra (vt supra dictum est) sentientes, partes in duas diuisi fuere, quorum omnium sententiis hinc inde literis traditis, conuentum soluerunt. Deinde ad 25. & ad 27. diem mensis eiusdem iterum cõueniunt, ac eadem met repetierunt. Nam Latini dictum Apostoli sic exponebant: Latini. Nos quàm plurimis aliis autoritatibus, Patres Amp. adducimur, vt credamus illud Apostoli, Saluus erit quasi per ignem, pro purgatorio, non autem pro igne perpetuo capi debere, iuxta illud Prophetæ: Salua me Domine, quoniã defecit sanctus. Et alibi: Salua seruum tuum Deus meus sperantem in te. Et, Domine Deus virtutum, cõuerte nos, & ostende faciè tuâ, & salui erim. Petrus autè timès ne submergeretur, dixit: Domine, salua me. Christus verò extendens manum, accepit & saluauit ipsum. Et, Salua Deus populum tuum. Verbum ergo, saluare, Patres Amp. semper ad bonam partem accipietur, nisi huius oppositum demòstretis. Græci. Græci verò tergiuersantes, se suas sententias literis daturus responderunt. Nolebant enim suam sententiam explicare. Sed ita leuiter disputabant, vt tempus protraherent, donec frequens synodus conueniret. Ad 21. verò diè mensis

Ibidem.

Math. 23.

Hebr. 11.

for. 1. p. 1.

1. Cor. 3. c.

Ps. 118. 79.

Math. 14. d.

1. Cor. 3. c.



sis Iulij, Imperatoris iussu patriarchæ domum conuenere, vt decerneret, quidnam Latinis de quæstione secunda respondere deberent, vbi diuersa (vt paulo antè dictum est) sentire visi fuerunt. Tandem post multa, Imperatore ac patriarcha præsentibus, omnes in eam sententiam iuerunt, iustorum ac sanctorum animas perfecta frui felicitate, perfectiori tamen cum suis corporibus, quum resurrexerint, fruituras: quum etiam vt sol vel lumen resplendant, quemadmodum Iesus Christus dominus noster in Thabor monte resplenduit. Dum autè hæc agerentur, terror magnus Græcos inuasit. Nam morbus quidam vehementissimus Ferrariam affligere cœpit, ita vt mortem ferè subitam Ferrarienses obirent: quo magis etiam Græci territi fuere, quòd morbo eodem Dionysius præstantissimus ille Sardenis præsul, non sine Græcorum omnium luctu, obiit. Dei tamen benignitate nemo alius ex Græcis, tum mortuus fuit. Porro autem iam mensibus quatuor elapsis, urgebant Græci, vt synodus celebrari, sefsionèque fieri inciperentur, tametsi nemo eorum, quos expectarent, conuenerat. Quibus quidem Græcis summus pontifex æquo animo satisfacit, dicens: Vbi ego & Imperator ac patriarcha sumus, ibi Christianorum omnium synodus esse creditur: præsentibus præsertim cæterorum patriarcharum legatis, nostrisque cardinalibus. Timebant autem Græci multitudinem Latinorum, propterea quòd suas sententias suffragiis declarare solebant. Hoc tamè metu solutis Græcis, vt non suffragiis uterentur, verum quisque suam sententiam proferret, communi omnium sententia fuit decretum, vt sefsiones inciperent celebrare, ac in primis de duabus quæstionibus agere: an fas sit, diuino symbolo quicquam addere, & an additio iam facta, ex filioque, pia sit. Porro autem, quoniam summus pontifex laborabat podagra, & ad Basilicam, vbi synodi locus (vt supra dictum est) paratus fuerat, nequaquam ire valebat: idcirco decretum ab ipsa Synodo fuit, vt in sacello palatij, vbi summus pontifex habitabat, sefsiones celebrarentur, & octaua die mensis Octobris inciperent. In eo igitur loco non aliter quàm in cathedrali ecclesia, sedes fuerè dispositæ: quarum equidem ordinem, breuitati studens, non repetam: silentio tamen neutiquam præteribo, duces, marchiones, comites, equites, ac ciuitatum cum aristocraticarum, tum democraticarum oratores, ante summi pontificis & Romanorum Imperatoris sedem subsedisse. E regione autem apud patriarcham, trium œcumenicorum patriarcharum legatos paulo inferius, reliquos deinde pontifices Græcos confedisse, cruce signatos verò, & reliquos Græcos nobiles, à dextra Imperatoris versus sacrarium subsedisse. Nam Demetrius Despotus Imperatoris frater, prope dexteram eius, multo tamen eo inferius confedit. Sedem autem patriarchæ, quauis pontificiæ imperatoriæque sedis, quæ quidem æqualiter eminentes fuere, paulo inferior fuerit, simili tamen ornatu decoratam fuisse. Patriarcharum verò legatos fuisse Antonium Heracleensem, & Gregorium venerandum, ac magnum confessorè pro Alexandræ, & Marcum Ephesium & Isidorum Rhutenum pro Antiocheno, Dositheum verò Monembasien. ac Dionysium Sarden. qui mortè obiit, pro Hierosolymitano. Cæterorum autem Græcorum pontificum, & aliorum clericorum nomina hæc prætereo, quandoquidem ipsa in vnionis literis subscribã.

Mat. 17.

Ante verò maius altare, quòd (vt supra dictum est) dispositum fuit, à Latinorum parte sex eorum doctores, à parte autem altera sex alij ex Græcis confederunt, qui quidem ad disputandum à suis selecti fuerunt, videlicet ex Græcis Marcus Ephesius, & Isidorus Rhutenus, & Bessarion Nicænus, & Theodorus Xanthopolus, cognomento Siderophas, magnus sacrista, & Siluester Balsamorum magnus bibliothecarius, ac Georgius Gemistus. Ex latinis autem Nicolaus tituli sanctæ crucis presbyter cardinalis, & Iulianus Casarinus tituli sanctæ Sabinæ, item presbyter cardinalis, & Andreas archiepiscopus Colofsen. & Foroliuian. antistes, ac duo monachi in theologia præclari. Quibus omnibus ex ordine (vt prædictum est) confedentibus, Latini pro sua in Græcos beneuolentia concesserunt ipsis, vt primi exordirentur. Bessarion itaque facundissimus orator, impetrata prius ab Imperatore ac patriarcha facultate dicendi, Græcam luculentissimam orationem habuit.

**DE DIE MERCVRII OCTAVO MENSIS**  
Octobris, Anno millesimo quadringentesimo trigesimo octauo, sefsio prima Ferrariæ.

**BESSARIONIS TVNC ARCHIEPISCO**  
pi Nicæni, deinde verò S.R.E. cardinalis oratio, in octauo concilio Ferrariæ habita, eodem Bartholomæo antistite interprete.



**N**auantes in rebus arduis operam, non modò cum ex eorum animi sententia rerum ipsarum exitu assecuti sunt, verum etiam cum res ipsas aggrediuntur, ac in earundem initiis versantur, magnam capiunt voluptatem, cuiusuis enim rei principium non parum posse, forsitan necesse est. Idque propterea totius facti dimidium, communi doctorum sententia esse dicitur, quòd si quispiam quicquam inceperit, facilius finem eius consequatur, quàm profusus homines pigri rem ipsam auspicantur. Porro autem nostrum diuini huiusce muneris principium, aliis cuiusuis rei principiis multo magis conducere posse sperandum, ac exitum bonum portendere credendum est. Id quidem diuinæ credentibus promissioni, Deum ipsum nobiscum esse, quo quidem presente, ne quicquam nobis desperandum est: hoc autem ab his est censendum, qui ex rebus præteritis magnam de futuris faciunt coniecturam. Membra enim ecclesiæ tam diu ita disiecta fuere, vt non modò conuenire, verum etiam coniunctionis nomen sentire, mirum in modum abhorrent, ac potius eligerent, in proprio incommodo permanere. Nunc autem ea de tanto affecta desiderio sunt, vt tametsi multæ res ipsis sint impedimento, remotis nihilominus omnibus, summo studio in consociandam pacem incumbant. Quis igitur hæc non censeat diuino numini adscribenda? Quis deinde non speret ex his magnum commodum posse consequi? Hæc igitur dies iucunda & læta est, & nobis conuenit exultare, ac in spiritu gaudere. Nam illustrium rerum exitus, illustria solent habere principia, vberimarumque frugum multæ primitiæ sunt. Machinationes iam & insidiæ, ac doli, quibus noster hostis accerimus nos ita complacuit, vt amici fratresque, imò vnus ipsius capitis membra partèsq; necnon illius pastoris gregis, inter nos certarem, dissolui & explicari

cari ac destrui videntur incipere. Ipsa verò seiuncta contraclaque membra, coniungi atque vniri, & vno ac eodem angulo fulciri cupiunt atque cõtendunt. Proptereaque hi patres vnanimis, pari que studio frequenter huc cõuenere, non planè curantes quauis in causavi ctores euadere magis, quàm victi succumbere: quòd quidem si eo animo essent, Christi discipuli, probè viri non censerentur, verum homines seditiosi, ac sibi suisque voluptatibus tantummodò indulgètes, maximò sanè veritatis cognoscendè desiderio sunt affecti, etià si cedere debeant. Nam sine veritate nullo pacto victoriæ vellent consequi. Quapropter necesse est, vt veritas omnibus pateat, ac cæteris rebus præstet & dominetur, & se perturbantes conculcet, atque cunctorum mortaliu inuideat animis. Mendaciū autem cum his, qui ab ipso dependent malis, procul ab hominibus latitet: & iis tantu dominetur ac imperet, à quibus vt parens colitur, quique (ipso duce) omnia dicunt & audet. Quis, obsecro, quicquid aliud huius nostri muneris simile proferre, vel præteritorum aliquid presentibus his rebus æquiparare poterit? Recedant igitur vetera, & noua sint omnia: omnes exultemus ac gaudeamus in spiritu, omnes teruatori hymnu canamus, & pro his rebus gratias ei agamus, eundemque religiosissimè imploremus, vt exitu intij huiusmodi congruum cõcedat. Porro autem oportet, vt quisque nostru, quæ ad huiusmodi finem pertinent, & sacræ ecclesiæ coniunctioni expediant, pro suis viribus cõferat. Sanè omnia sunt tentanda atque tractanda, nil profusus omittendū, non studio, non diligentia, non officio, non denique laboribus est deficiendū. Reperendū præterea nobis memoria est, non tantu oportere Deum ipsum precari, verum etiam ei ministrare: non enim omnia ab eo nobis speranda essent, nisi ipsi quoque insudaremus. Nanque nostris precibus profusus contrariu videretur, si Dei auxilium implorantes, nil dignum operaremur, quare id agere ac nobis auxilio esse deberet. Quod si fecerim, nobis profectò fauebit, ac sese benignorem, alacrioremque; fautorem ad finem vsque præstabit. Seruator Deus, vtinam fiat, vt in eam diè viuamus, ac diem triumphalem & celebrem hymnu tibi cantemus, atque à te vno eodemque patre custoditi, idem tibi melos canamus, ac vna eademque harmonia coniuncti, sub te solo capite viuamus, ipitemus, moueamur, ac illud idè vnumque velle & nolle sentiendo ac proferendo, vnū simus. Christe rex omnium, te ipsum solum regem nostrum esse volumus ac obtestamur, qui te ipsum pro nobis reis & obnoxiiis redemptionis preciu dedisti, tuoque preciosissimo sanguine à tyranno nos redemisti & eripuisti. Fac igitur vt vnum tuum ouile simus, ac ne patiare, vt tui cum simus omnes, disiecti inter nos dissideamus, neque decertantibus nobis te duces præbeas, nec denique parti decertare volenti faueas: verum vtrique simul parti auxilio sis, quòd quidem pro vtraque parte te ipsum tradidisti, effusoque tuo sanguine partè vtranque redemisti. Nobis obsecro cõmuniter annue, cõmunemque nobis te præbeas adiutorem, ac nos proportionè quodam in te, relatione verò ac habitudine inter nos dispositos, ad te ipsum vnum eundemque nostrum institutum finem adducito, neutiquam permittendo, vt inter nos diuisi atque seiuncti maneamus. Ex eo nanque necessariò id acciderit, vt simul cum cæteris mortalibus tanto ac tali frustraremur sine. Sacte spiritus, gratiarum fons

spiritus sapientiæ & intellectus ac timoris Dei, de quo & cum quo hoc ecclesiaru certamen propositu est: vtinam superba mente nos liberes, ac Dei timorem nostru omnium animis ingeras, nobisque prudentiam ac sapientiam largiare, & nobiscum certamen hoc, quod pro te gerimus, iniens, veritatem ipsam omnibus patefacias, quia non modò veritatis spiritus es & appellaris, verum etiam ad te spectat, secundum veram & nunqu fallacè illius veritatis vocè, omnem nobis veritatè ostendere. Deus trinitas, quæ cuncta ineffabiliter prouides, producis, cõtines, regis atque gubernas, tuu opus est homo, post cuncta alia in lucè creatum, quod cum omnibus visibilibus præstet, illud etià eximium, ac abs te regale priuilegium habuit, vt præparatis suisque præordinatis cõmodis ad vitã prodiret, cui quidè sepe, quinimò semper corporea hæc, & præsentis vitæ ratione cõducibilia, uedum ea, quæ ad optimum animi statum pertineant, prospicis. Cuius præcipuum bonum est veritas, ac circa lætalia non decipi, quod sanè rerum omnium, quas habemus, vel in posteru habere poterimus, optimum ac diuinu esse censetur. Nobis ergo cõcedas posse veritatè agnoscere, cognitamque cõplecti. Et si in aliquo, in his præsertim, quæ de te facimus verbis, quicquid cõmittimus, nobis indulgeas: quandoquidem ipsa non modò incomprehensibilis ac imperscrutabilis es, verum etiam plura eorum, quæ à diuina tua emanant imagine, abstrusa valdè, vmbraque simillima, & vt similitudines quædam existunt. Nostris precibus quæsumus annue, ac viam, quæ ad te solum verum Deum dirigit gressum, nobis te ducè sequi volentibus ostende, ac quemadmodum ipsa ex tribus consistens personis, tali ternario numero non obstantè, vnicam substantiam & naturam continens: ita etiam nos, tametsi multi, diuersorumque generum, imò iam authore maligno hoste, variæ opinionis ac fidei sumus, hanc istã tamen differentia è medio nostri tollas, & ita facias, vt vnam fidem coleres, vnam sententiã habeamus, non generum nostrorum diuersitate, vel nostrorum corporu numero ac multitudine obstitere, quò minus vnum in te profusus simus, ac illud idem de te sentiamus. Sed de precibus hactenus. De vobis autem patres ampliss. quid dicã; qui sacram hanc synodum celebratis, qui tantæ reistis authores, qui plurimu elaboratis, qui multa sæpenumerò vota effudistis, vt diem hunc videretis, quippe qui dies futurarum clarissimarum reru nunciis, ac earundem initium, exitusque præco præclarus est? Quis igitur vobis satis digne benedicere poterit, vosque satis laudare deceter, qui iam laborum vestrorum fructus pullulare germinareque conspiciatis? Pater beate, nunc beatus existis verè, ac eris dubio procul beator, cū Dei benignitate ad huius diuini muneris exitum peruenerimus, ad què Deus ipse nos duxerit, à quo quidè (si ecclesias eius cõiunxeris) amplissima tibi præmia proponuntur. Præclaru profectò facinus erit, si ad finem perseueraueris, & scãdalis ac offendiculis è medio sublatis, pacem ac coniunctionem ecclesiarum confeceris, vt pote qui vehemèti zelo, cura eximia, longis denique vigiliis ac cogitationibus, Christi filios terrarum vndique congregaueris, iam pridem cogitantes, vt illustrata veritate, fraterne spiritualiterque coniungantur, idèque velint ac sentiant. Quæ, pater sanctissime, quis obsecro poterit inficiari? quæ quidem cunctis mortalibus patent, & quorum ego ac omnes

166

Ad trinitatis

Ad patris

Ad summ Pont.

442

Ad Deum patrem.

Ad Christu

Ad spiritum sanctum.

hi patres testes sumus. Oportet igitur te sine ipsum aspicere, ac quæcunq; ad Deum spectat, ita provide- re, disponere, cõficere, vt quã nunc ex his capimus voluptatem, eadẽ prosequendo vires augeat, ac mul- to magis aucta, prope finem vltimam tandem attingat lineam. Si nanque principia hæc & exordia sunt præclara, exitum his congruum qualem fore putas? Quibus profectò benedictionibus dignus fuerit, quã- tam laudem & honorem suscipiet, quot deniq; me- rebitur laureolas is, qui, cum tot mortalium excusa- tiones abstulerit, quã plurima etiã alia impedimẽ- ta in futurum euerteret? Qua in re, pater sanctissime, filium imperatore adiuuorem habebis, te quoad opus fuerit consecuturũ, vtpote qui pius, religiosus, vehemẽsq; Christicola est, quiq; cum pluribus vir- tutibus præditus sit, in Deo tamen colendo, & pro re- ligione piẽ certando, plurimũ excellit, & qui quãuis cõfectus ætate sit, cõiungendarum tamen ecclesiãrũ desiderio semper affectus, summo studio quærit op- portunitatẽ, prudentia verò prospicit & amplectitur omnia, quæ ad hanc rem opus sint, quiq; ad hoc tã- tum talẽq; bonum aspiciens, ac euehementer incũ- bens, pericula omnia adiit: & ocium paruipendens, maximos maris æstus, ac in cælum sublato fluctus nequaquã extimuit, vitam denique suam simul cum patria maximo rerum discrimini obiecit, vt Christo deseruiens, ecclesiæ pacẽ conficiat, cuius sese mini- strum, nedum acerrimum defensorẽ, obtulit. Præ- terea perbeate pater, pius ac sacer patriarcha tibi pari studio præsto est, qui licet ad extremã iam per- uenerit senectutẽ, cõfectõq; corpore sit, eius tamẽ animus semper multis præditus bonis viget, feruẽt- que ac magno afficitur desiderio, vota q; plurima ad- dit, vt sibi liceat tibi in hoc diuino munere inserui- re, cuius gratia his rebus quæ modò fiunt, mirum in modum oblectatur, simulq; labores libentissimẽ sus- tinet, vt præclarum hoc facinus ad optimum exitũ perducatur, quo sine ne viuere quidem vellet. Am- plius beatissime pater, omnes hi patres amplissimi in hac tibi prouincia auxilio erunt: quippe qui nil aliud magis desiderant, quã hunc optatissimũ finẽ assequi, ad quem quidem omnes spectamus, atq; ip- sius desiderio vehemẽter affecti sumus, & cuius cau- sa huc de longinquo spatio frequentes cõuenimus, ac in externa terra moramur, cum alij in media terra Græciã, alij ex vltimis septentrionibus, alij verò ex orientabilibus, subfolanisq; regionibus, ad hanc Ita- liæ plagam nauigauerimus. Tot igitur ac tantorũ hominum studiũ ne vincat hostis malignus, nequa- quam fiat õ seruator ac omnipotens Deus, vt tot cla- rissimorum virorum conuentus, cura eximia, longo tẽpore, summo labore, maximo denique studio con- uocatus, suo voto, spẽque frustretur: non enim id es- set sapientum ac diuinorum virorum, nec eorũ qui suos sermones in iudicio disponunt. Alios igitur is hostis inuadat, & aliorum hominũ victoria gaudet. Nos autẽ nullo pacto vexet. Ipsi spiritualibus armis vestiamur, vt ei pro viribus obistamus. Ipsi iustitiæ loricam, spiritusque galeam induamur, ac duce ver- bo Dei, in nostros irruamus hostes, & quocunq; nos illud duxerit, ibi finem imponamus: & nulla contra Deum arrogantia & superbia, vanaq; mête in cer- taminibus nostris vtentes, sed Deum ipsum præ ocu- lis habentes, ad eundem ipsum Deum festinemus. Porrò autem sit, vt nonnulli benẽ succumbere ma- lint, quã semper vincere malẽ, vt non solum bonũ

Psal. 111.

Ephe 6.

sit vincere, verumetiam quandoque vinci, seruata tamen semper boni ratione ac mensura, non magis in victore quã in victo. Et si quispiam forsitan dixe- rit, semper vincere magis expedire, quemadmodum etiam cuius magis conducit, aliquo se ipsum affice- re bono, quã aliis benefacere: & audire melius est, quã aliis rem aliquam patefacere, necnon aliq; non errare, quã quo minus alij errore ducantur, agere. Inuicissimẽ imperator, in cardine iam res est, quòdque iam diu desiderabas, adest. Deum ergo glorifica & extolle, cuius hoc opus est, vtpote qui id tibi venire fecit in mentionem, ac vt eius deside- rio caperere, necnon eodem authore, res ad hũc sta- tum peruenit. Si igitur pro rebus peractis maximas ipsi Deo gratias habebimus, pro futuris verò eidem ex corde preces effundemus, rem profectò dignam nobis, necnon præsentis nostri muneri necessariam faciemus: quinimò misericordiã ab ipso conseque- mur, si de præteritis quidem non ingrati, in posterũ verò nos, ac totum ipsum negocium ad eundẽ Deũ referentes, & omnem spem curãque nostram in ipso reponentes, nostris precibus dignos nos ostē- derimus, qui quidem Deus diuino nos ac celesti ci- bo nutrit, absque quo nemo viuere potest. Vt ergo nunc vsque fecisti, cum eum obtestãdo, & auxilium eius implorando, tum per te ipsum quẽ opus esset, conficiendo, ita etiam in futurum, quo magis ad exi- tum appropinquamus, eo alacriorem, promptiorẽ- que re ostende, in hoc negocium incumbendo, die noctũque vigilando, quousque ad perfectum finem peruenias, atque curis & cogitationibus animum tuum leues. Et quoniam natura comparatum esse vi- detur, vt ea quæ vi mouentur, suiq; motus causam extrinsecus habent: cum prope metam sint, tardius sciuntur, quã illa, quibus eiusmodi causa intrinse- ca est, quæ cum propius vident metam, eo fieri vi- dentur velociora: idcirco tu, qui in his bonis rebus versaris, quorum caput ecclesiãrum coniunctio est, quiq; ab intrinseco ac naturali motu moueris, caue obsecro, ne illud accidat tibi, vt in finem tardior tua- das. Sed ipsum tuum optatissimũ finẽ pro viribus tuis assequere, quando quidem bona omnia bonum sibi rebus in omnibus finem conciliant. Ergo tu fa- ctus semper alacrior, nos etiam cum adhortatione, tum summo tuo imperio diligentiores reddas. Bea- tissimum autem patrem nostrum, quia senex ac inu- lidus est, ætati & eius valetudini prius consulens, vt hæc omnia memoria repetat, cum ipsum exhortan- do, tum etiam tuam ei operam nauando, excita- tum. Tantum enim ac talem hortatorem reuerberit, quem nactus non lentum vnã cum sacro patriar- cha nostro, necnon amplissimis his S. R. E. cardini- bus, cæterisq; præsentibus reuerendis patri- bus, duce Deo, finem his rebus imponet, quem vtinam assequamur, ac lætiores, spiritaliq; gau- dio plenius affecti, beatissimo patri laudem, tuo ve- rò sacro imperio summam habeamus honorem, et- tollentes, ac maximis vos laudibus effereutes. Sanctissimus autem patriarcha, & horum sancto- rum patrum conuentus, vtinam posteaquam Deo dignum hymnum cantauerint, vobis etiam laureo- lam orationibus suis contexant, mihi denique reli- quum vtinam sit extremum id oneris subire, vt si- mul omnes communi laude extollam, ac meo mu- nere magno honore afficiam: ita vt mea extrema & communi oratione, quod equidem vehemẽ- tissimẽ

trissimẽ cupio, vos sub vno eodẽmque Deo, ac vero nostroque domino existentes, exornem, quod quidẽ summum eorum creditur esse, quæ Deo affer- re possumus & debemus, cui gloria cõuenit in æter- num. Cum autem Bessarion perorasset, synodus sancta decreuit, vt sessio dimitteretur, & ad vndeci- mum diem mensis eiusdem sessio secunda celebra- retur.

Sessio secunda.



Essio secunda Ferrariæ die sabbati vn- decimo mensis Octobris celebrata, in qua reuerendus pater Andreas Colof- tensis orationem copiosissimã habuit, qua quidem in omnibus Bessarionem imitatus, in primis beatissimum patrem, deinde se- renissimum imperatorem, ac sanctissimum patriar- cham, totam denique synodum laudauit, & benedi- xit. Cum autem iam aduersperasset, sessio dimissa fuit, decreto, vt ad diem martis sequentem tertia ses- sio conueniret. Interea quæsitum priuatim inter ip- sos disputatores fuit, quisnam primus negocium ag- gredi, & quonam genere disputandi vti, & de qua quæstione agere prius deberet. Post multa verò pla- cuit eis, vt Græci prius exordirentur, & argumentis breuibus, vt assolent dialectici, vterentur: & an dini- no symbolo quicquam liceat addere, prius agerent.

DE DIE MARTIS DECIMO QUARTA mensis Octobris, tertia sessio

Ferrariæ.



Eritia igitur sessione congre- gata, Marcus Ephesius præcla- rus theologus, imperatoris ac patriarchæ iussu, negocium ip- sum aggressus, pro Græcis ser- monem hunc habuit:

MAR. Quoniam omni- potentis Dei benignitate huc frequẽtes cõuenimus, vt sum- mo studio ecclesias coniungamus, ac summam pa- cem, quod quidem opus diuinum est, conficiamus: idcirco summoperẽ conuenit, vt nostris in disputa- tionibus ac omnibus controuersis mutua nostra be- nevolentia semper seruetur. Et si nobis cõtingerit ali- quid proferre, quod vestras offenderit aures, id opi- nionum ac rationum nostrarum varietati ascribatis quandoquidem amicitia vera ex hominũ vultu magis, quã ex verbis percipi creditur. Scire autẽ vos patres amplissimi velimus, nos de symboli additio- ne verba esse facturos, quòd neque vera neque pio- sus cõueniens sit, quam sanẽ constat nostri schisma- tis ac dissidij præcipuam causam fuisse. Si quidem igitur vobis placet, rem nunc aggrediemur: sin mi- nus, in sessionem sequentem differatur. Videtur au- tem nobis sic semper fieri oportere, vt quod sequen- tibus sessionibus tractaturi simus, id prius omnibus pateat, vt parati ad differendum veniamus. Tum An- dreas præsul Colossensis pro Romana ecclesia ita respondit: AN. Nos quidẽ a vobis mutuò dili- gi, ac vobiscũ Deum esse censemus: propterea si quic- quam prolatũ fuerit, (vt a vobis dictũ prudenter est) quod cuiuspiã displicuerit, id vitio nemini vertẽdum, sed nostræ potius disputationis naturæ conceden- dum est. Opera precii autẽ est, vt ad singulas inter- rogationes nõ ambiguis & obscuris, verum apertis & claris orationibus vicissim respondeamus. Quo- niam verò ex nobis quæsitis, cur Romana ecclesiã

additionẽ ad symbolũ fecerit: idcirco quid ipse sen- tiam paucis respondebo, meã tamen responsonem nolim nũc ad perfectã suscipiatis, sed cõsultis patri- bus his, aliã accuratius respondebo. MAR. Re- sponsonẽ aliqua pater reuerẽde, præsertim tua, quã nobis pollicituses nequaquã in præsentia indigem. Nondũ enim in medium protulimus ea, quæ ad hãc rem pertinerent: ex ipsorũ igitur patrũ sententiã, suo loco (vt à te dictum est) respondebis. AN. Dixi equidẽ pater reuerẽde, nolle me responsonẽ meã tanquã perfectã admitti: puto tamen quã maxi- mẽ cõuenire, vt, ne beatissimus sacre sedis huiusce præsidens, necnon mitissimus imperator ac patriar- cha sanctissimus, cæteri q; præsentis patres, hinc ho- diẽ (vt ita dixerim) ieiuni abeant: ipse nõnulla, prout tempus hoc mihi videtur cõcedere, verba nunc fa- ciam, maturius tamen in posterum responsurus.

MAR. Additionis vestræ rationẽ quærentes, vt hi, qui causas agunt in foro, actores esse videmur. Id- circo nobis vltimũ est petiisse, si vestro cõmodo pos- sit fieri, hãc nostram accusationẽ audire, vt nobis rẽ ipsam nunc aggredi cõcederetis vestram deinde re- sponsonẽ libenti animo auditis. AN. De his igitur hactenus, & proferas quòd cõq; libuerit. Nos autẽ suo loco sigillatim ad omnia respondebimus.

MAR. Tum idẽ Marcus præsul Ephesius impe- trata prius ab imperatore & patriarcha dicẽdi copia ita exorsus est: Iesus Christus Deus noster suã pro- spiciens mortẽ, Patres Amp. suis discipulis dixit: Pa- cem meã do vobis, pacem meã relinquo vobis. Quæ quidem verba testamentũ ipsius cõuenienter appel- lare solemus, quo eis verã ac optimam hæreditatem reliquit, quæ cum Christi propria esset, meã ideo protulit: pro qua nil aliud ab ipsis petierat, quã vt sese mutuò diligenter: ita vt certa cõditione, nõ au- tem liberẽ, ipsa deservi deberet hæreditate. Quidam enim vereres homines certa cõditione suã bona le- gare solebant: qua quidẽ nequaquam seruata, hære- des illico ex hæredabantur. Haud aliter ergo serua- tor noster testamentũ suum signauit, ita, vt si eius di- scipuli vel hæredes mutuã inter se benevolentiam non seruassent, eadem ipsa hæreditate, hoc est, pace Christi, priuarentur. Cuius quidẽ pacis ac mutuæ il- lorũ beneuolentiæ gratia, seruator noster multa bona verba iisdẽ suis auditoribus fecit, modò inquirens: Hæc mando vobis, vt diligatis inuicẽ: modò autem ita, Hæc locutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis. A quorum quidem altero bono, id est, a mutua erga- fororẽ suam Orientalem ecclesiã benevolentia, Ro- mana ecclesia iam defecerat, dogmãq; sibi propriũ finxerat, ac sibi perpetuò cõseruauerat, quod neq; li- teris sacris relicto, neq; ab vniuersalibus cõciliis ce- lebratũ, neq; a maioribus nostris susceptũ & proba- tum fuerat. Idq; propterea soluẽdã nostrã amicitia causam simultatũq; nostrarũ initium, dubio procul fuisse cõstat. Vt igitur ex ipso dogmate inimicitie di- scordiaq; inter nos cõsequatã sunt, ita quoque Ro- mana ecclesia benignitate Dei pacẽ vehemẽter dese- derã, eam vt facilius cõficiat, ab amicitia ipsa defre- aggressa est, quã pariter ecclesia nostra cupiens, huc quã celerrimẽ venit: sperãs, cooperãte Deo, vt summa pax hinc sequatur, ac simultates diffõnes- que nostræ causis remotis tollãtur, quẽadmodũ ad- uersis valetudinibus tolet cõtingere: hæc quidẽ vera mededi ratio videtur esse. Vos igitur enixẽ rogã, ac vehemẽter a vobis contendimus, velitis, vt no-

Ioan. 14. d

Ioan. 15. d  
Ioan. 16. d

bis id temporis redeat, in quo coniuncti summa pace fueramus, idem semper volentes & sentientes. Et quemadmodum ad pacem nobiscum reconciliandam, qua quam longissimo temporis intervallo fuimus priuati, à vobis benignè sumus conuocati: ita etiam non \* committatis, quin nobiscum ac cū maioribus nostris, qui in septem vniuersalibus illis conciliis claruerunt, in vnam eandemque sententiā cōueniatis, quorum in primis definitiones, & decreta nobis sunt recitanda, vt ipsas inter se concordēs ac valdè conuenientes, nō solū in ordine, verum etiā in sententiis fuisse, luce clariùs ostēdamus. Sic enim hoc nostrum generale concilium eo cetera concilia facilius, vt par est, \* mirabitur. A recitandis ergo decretis eiusmodi debemus incipere: tū ea, quam modò diximus, ratione: tum etiam, vt patrum sanctorū precibus hoc nostrum munus melius agatur, ac eorundem sententiis & autoritatibus pro nostris fundamentis vramur.

*AN.* Orationem vestram, patres Ampliss. quæ quinque nobis in partes distributa videtur esse, benè credimus percepisse. In prima nanq; devno Christi domini nostri verbo subtiliter Ephesus pater disseruit, quam ratione suis discipulis pacem suam Christus ipse reliquerit: ex qua quidem nostra amicitia nascitur, ac deinde ex ea pax summa consequitur. In altera verò parte probare conatus est, Romanam ecclesiam amicitiam vestram nihili fecisse: ob idque pacem, quam à Christo (vt suprā dictum est) habuimus, dissolui necesse fuisse. Nam in parte tertia demonstravit, vos ad nostras cōtrouersias dissoluendas, pacemque reconciliandam, ab eadem Romana ecclesia rogatos, frequentes huc cōuenisse. In quarta deinde parte declaravit, nulla ratiōe fieri posse, vt pax inter nos cōponatur, nisi prius schismatis & dissidij nostri causa penitus tollatur, quemadmodum agris corporibus solet euenire, quæ tunc benè sanantur, cum radices ægritudinis euelluntur. In vltima deniq; parte conclusit, operæ precii esse, vt decreta maiorum nostrorum inspiciamus, ac in primis eadem recitentur: vt hoc etiam sacrum conciliū cetera rebus in omnibus imitetur ac cōsecetur, & de hoc nostro negotio melius argumentari possimus. Ad quæ omnia Patres Amp. quandoquidē ad fidem nostrā plurimum attinent, ac magna indigent consideratione, sessione sequenti accuratius respondebimus: nonnulla tamen in presentia verba faciemus, quæ nobis modò scitu digna videntur. Nanq; vobis notissimū est, nostram in vos benevolentiam semper firmā validamque fuisse & esse: quæ quoniā à Deo optimo maximo dependet, qui nos in primis dilexit, quiq; optimus amicitia veræ author, ac perfectissimus finis existit, idcirco amicitia ipsa in eip̄ ecclesia à nobis colitur & seruatur. Qua de re nescio equidē Patres Amp. cur nullā feceritis mentionem. Miror autē vehementer, quos lateat, ipsam Romanam ecclesiam, ortā iam plurimā in Orientali ecclesia heresi, tum literis & legatis, cū cæteris opportunis remediis quibus potuit, se prouidē ac diligenter opposuisse, ipsique ecclesie auxilio semper fuisse. Nōne Nicæno concilio Siluester ille pontifex summus interfuit? Num cæteris in conciliis generalibus, pontificibus summis absentibus, eorū legati defuerunt? Si ergo Constantinopolitani Imperatores pati studio, mutuisq; officiis Romano pontifici quādoq; fuerāt auxilio, mirari profectò deberet nemo. Credo equi-

dem Patres Amp. exploratū vobis esse, summos omnes pontifices, orta tali cōtrouersia ac discordia, pacem semper desiderasse, eiq; vehementer incubuisse. Imperatores etiā ipsos ac cæteros Orientales principes, vt pacem cōponerent, ac ipsis (vt par esset) iobē darent, rogare & obsecrare nō destitisse. Rogo autē vos, me patiamini quandoq; liberius loqui, etiam si quicquam protulero, quod vestras offenderit aures. Nam si (vt asseritis) verū esset, nos à vestra pace discessisse, quādo eam à nobis repetistis? quādo legatos ad renouandam ipsam ad nos misistis? Sed venio ad tertiā simul & quartam partem: Meridiana profectò luce clariùs est, id quod vos nequaquā inficiari potestis, Romanā ecclesiam concordia valdè desiderare. Nōne summus hic pontifex pro pace conficienda multam pecuniā erogauit? Nōne legatos ad vos hac de causa saepenumero misit? Siquidē igitur amicitiam nostrā, quā modò velle videmini, antea quoque voluissetis, eam proculdubio, vt nunc, faciliè habuissetis. Quid? Nōne Gregorius summus pontifex, ad celebrandū Lugdunense concilium, nuncios ad Constantinū imperatorem, atq; ad alios Orientales principes miserat, quando etiā rem ipsam concordie pace cōposuit? Non igitur Romanam ecclesiā pacis recusandæ incusare vestro iure potestis, cum ab ipsa pax semper summa religione sit culta, quæ in posterum etiā eius pro dignitate seruabitur. Sed de his hæc tenus. Ad extremā autem orationis vestræ partem respondeo, nō inconueniens fore, si maiorū nostrorum decreta Græcè Latineque recitabuntur. Et si nō inscius sum, ad quæstionem nostram ea neutiquam attinere, cum diuino euangelio, supremum obtinendū locum ac dignitatem, in primis nobis sit innitendū. In medium igitur afferatis, quicquid vobis videbitur, quod quidem ipsi libenter ac attentè audiemus, sperantes ex eo facile fieri posse, vt etiam vos responsionem nostram benigne auscultetis.

*MAR.* Tametsi verum est, pater reuerēde, Romanam ecclesiam Orientali semper heresi obstitisse, temporibusque perturbatis fidei nostræ auxilio magno fuisse, id tamen ad argumenta nostra soluenda minime pertinere videtur. Nam ante huiusmodi schisma & dissidium nostrum, mutuā inter nos benevolentiam pacemque summam fuisse constat. Orto autem schismate, proh dolor, etsi Romani pontifices ad Orientalem ecclesiam literas sepiissime scripserint, legatos & nuncios miserint, ipsam exhortantes, vt à Romana ecclesia non dissideret: id tamen, non sublata schismatis causa, vt de valerudinum causis superius dictum est, haudquaquam fieri potuit. Cuius quidem schismatis causam, accessionem symboli fuisse diximus. Neque igitur amicitia, quæ ante hoc nostrum dissidium inter nos mutua fuerat, neque ea vestra in nos benevolentia, talis discordiæ causa permanente, cuius vos veri authores fuistis, memoria repetenda est, quod nulla eius ratio haberi debere videtur. Verum nobis redeat tempus illud, in quo coniuncti fueramus: quod quidem nullo pacto bene fieri poterit, nisi prius eiusdem dissidij causam radicatus euellatis. Definitiones autem & decreta aliarum omnium Synodorum recitanda nobis videntur, vt hæc nostra Synodus non solum ab illis non discrepare, verum etiam ipsas in omnibus imitari, velle videatur, quoniam nos firmiter credimus, maiores nostros nil prorsus silentio præterisse, quod

ad nostrum fidei symbolum spectet, additionemque vestram neutiquam ipsi symbolo defuisse, ac idem nulla prorsus castigatione indignisse, ob idque patres ipsos omnibus præcepisse, ne cui symbolum aliud suscipere, vel ei quippiam addere, aut quicquam ab ipso auferre liceret, non ignorantes, se, quod opus esset, sanxisse. A dditio igitur vestra, schismatis causa fuisse videtur.

*AN.* Oratio tua, reuerende pater, ex quatuor partibus constare videtur. In prima dixisti, meam orationem fuisse veram, haudquaquam tamen ad rem attinentem, summosque pontifices vehementer incubuisse, vt pax inter nos reconciliaretur, schismatis tamē causam tollere noluisse. In secunda verò parte probare conatus es, fieri facile posse, vt cognita vel ablata ipsius schismatis ratione, pax summa statim consequeretur. Nam in tertia voluisti, vt generalium Conciliorum decreta in primis recitarentur, vt illa scitari, imitarique velle videamur. In extrema deniq; protulisti, nil ab ipsis conciliis omisum fuisse, ita vt aliqua sit opus additione.

*MAR.* Non equidem protuli, pater reuerēde, fieri facile posse, vt si vestrum dogma verum esse cognosceretur, ecclesie statim coniungerentur, sed si additio ipsa tolleretur, pax illicò summa fieret. Nāque tametsi fortè contigerit, vt tale dogma verum esse declararetur, id tamen nullo pacto suscipere poterimus, cum à maioribus nostris nulla nobis facultas relicta fuerit, vt sacro symbolo quicquam apponere, vel ab ipso adimere valeamus. Qua quidem in re tota nostra cōtrouersia consistit, ac in ea se vertit cardo.

*AN.* Constat, Patres amplissimi summos pontifices additionis huius rationem, quam schismatis dissidijque nostri causam appellatis, tunc etiam literis mandasse, cum ad pacem & concordiam vestram repetendam legatos ad vos miserant. Siquidem igitur Orientalis ecclesia, in primisq; quatuor patriarchæ, quos etiam summam pontificiam facultatem habere creditis, Romanam ecclesiam in hoc dogmate errasse, ac talem additionem sine vlla ratione facultatēque fecisse, summo studio voluerant ostendere, aut iam satis ostēderent: cur, obsecro, nostra huiusmodi lis adhuc sub iudice est? An quod nil contra nos probare potuerint? Id equidem vobis concedo, fieri potuisse, vt tot Constantinopolitani imperatores, tot patriarchæ, tot alij prudentissimi viri, ipsam eandem additionem haud rectè factam fuisse crediderint: quia tamen id nunquam nobis ostendere potuerunt, idcirco deleta minimè fuit. Itaque Romanam ecclesiam immeritò accusatis. Porro autem, quoniam ab illorum conciliorum definitionibus & decretis nos creditis prohiberi, quo minus quicquam agere valeamus, idcirco pluribus ac firmis argumentis ostēdere vobis intēdimus, quodcunque sequens generale concilium fuerit, eiusdem fore dignitatis ac autoritatis, qua cætera alia concilia generalia prædita fuerant, ad ea videlicet faciēda, quæ ad ecclesiam spectent. Sed velim nobis respondeatis, si talis additio vera est, cur non iure fieri debuisset? aut quid obstat, quo minus, id quod verum esse constaret, symbolo apponi deberet?

*MAR.* Id ipsum obstat, Patres Amplissimi, quod nefas est: nam multa quoque alia bona & vera videntur esse, quæ tamen nostræ religionis symbolo nequaquam nobis addere licet, cuius rei ex eo possu-

mus facere coniecturam, quod maiores nostri non omne, quod necessarium fuerat, eidem symbolo addiderunt, sed pro exigua temporis opportunitate hæc tenuerunt. *AN.* Quoniā mihi videor, Patres Amp. attentè auscultari, ideo hæc duo vobis quam breuissimè probare recipio. Primum, nullam esse factam à nobis additionem: deinde, licet facta sit, eam fieri necessarium debuisse. Verum negotium hoc in sessione sequentem differatur. Tum synodus sancta decreuit, vt die proximo quarta sessio fieret: quo decreto sessio dimissa fuit.

*EDIE MERCVRII DECIMA QVINTA mensis Octobris, Sessio quarta Ferraria. AN.*



beatissimo patri nostro, ac serenissimo imperatori, necnon sanctissimo patriarchæ placuerit, quæ sessione proxima volebam ostendere, ea nunc libenter aggrediar.

*MAR.* Nos qui prius dicere cepimus, pater reuerēde, prosequi quoque debemus.

*AN.* Miror equidem vehementer, pater reuerēde, cur talia verba proferas, cum sessione superiore nobis attente audientibus, de additione ipsa longam orationem habueris.

*MAR.* Dixi equidem maiorum nostrorum decreta in primis esse recitanda, quod, cum sessione superiore fieri commode non potuerit, nunc ideo peragendum putamus.

*AN.* Non ignoratis, Patres Amplissimi quæstionem à vobis esse propositam, satisque dictum, ac denique petiitum, vt ipsi responderemus: quod quidem ob temporis angustiam in hac sessione fuit dilatum. Non igitur mirari desinimus, cur id nunc fieri non permittatis. Non enim à definitionibus patrum recitandis rem aggredi debemus. Tum Bessarion Nicænus archiepiscopus pro Græcis ita respondit: *BES.* Verum an falsum quippiam dicatur, præstantissimi patres, non ab audiente, verum ab eo, qui profert ipsum, præcipue dependet: nam priusquam aliquid dicatur, id verum ne sit an falsum, diiudicandum non est. Oportet igitur vt prius quisque, quicquid voluerit, in medium proferat: deinde verò audientes, orationem esse probandam, aut penitus refellendam, decernant. Necessarium ergo nobis videtur, vt ea primi proferamus, quæ ad rem nostram spectare credimus. Quibus deinde intellectis, ipsi respondeatis. Latet autem me, cur nobis rem prius aggredi non concedatis: sed mirabundi tot contra nos argumentis vtamini, cū ipsi benignitate dei nullam vobis dederimus ansam, quare meritò mirari possitis: vos tamen voce, non autem animo, mirari putamus. At ipsi contra, quippe qui, quāuis de vobis quandoque magnam capiamus admirationem, tacemus tamen. Porro autem hæc disputandi ratio, qua vtimini, quod longa fiat oratione, neutiquā nobis placet. Hac nanq; via nunquā ad conclusionē aliquam perueniemus. Operæ precii igitur est, nos nō perpetua & proluxa oratione, sed dialectice congedi, breuib; quærendo, breuib;que respondendo. Cūque fuerit opus, breuius vicissim contradicendo: sic enim agendo, finem facilius assequemur. Porro autem quoniam nostrum est, quæstionem vobis proponere ac simul argumentari: propterea cum id ipsi fecerimus, tunc iure vestro respondebitis. Nāq; si nondum nostras rationes audiistis, quoniam ob-

Si huic dicitur fidamur, liquet S. Siluestri Nicæno concilio inter fuisse.



cro pacto ad eas benè poteritis respondere? *IVL.*  
Tum Iulianus sanctæ Sabinæ cardinalis pro Romana ecclesia ita respondit: Reuerendi Nicæni præsulis oratio, patres amplissimi, mihi mirum in modum placet, vt breuibz differatur, & quauis proposita quaestione, ipsius quoque ratio explicetur ac declaretur, & ei conclusioni acquiescamus, quæ pluribus placuerit, quamque maior pars nostrum probabit. Nanque si nobis ipsis constare, ac in eadē sententia permanere nolimus, nil boni profus egerimus. Si quidē igitur pater Ephesius proposuerat, Romanam ecclesiam causam schismatis fuisse, ac quaestionem ipsam, de qua sumus dicturi, patefecerat, & Colossensem antistitē prouocauerat, vt tunc vel sessione sequenti responderet, conueniens mihi videtur esse, vt Colossensis ipse respondeat, deinde cuius concedi ad proferendum quicquid libuerit. *BES.*

Ita profectō sentimus ac volumus, patres amplissimi, vt attentē vos audiamus. Postea tamen quam rationes nostras in medium protulerimus, vt pater Ephesius dixisse videtur: quippe qui nobis promisit, se tum aut sequenti sessione habiturū orationem, ac deinde vos respondentes benignē auditorū. *AN.*

Quoniam, Patres Amp. ad ea, quæ nuper dixistis, quæ quidem mihi tria fuisse visa sunt, accuratē non poteram respondere, idcirco rogo vos mihi concedatis, vt de eisdem nunc agam. Tum Isidorus præsul Rhutenus pro Græcis dixit ita. *RHT.* Equidē expediā quam breuissimē, quod veritas ipsa paucis facilius instruat: nobis, vt primi dicamus, patres amplissimi, concessistis. Nos autem hanc proposuimus quaestionem, nullam additionem symbolo fieri debuisse. Nobis ergo permittite conclusionem eius modi demonstrare. Deinde verō respōdebitis, quādoquidem de proœmiis satis. *AN.* Orationi vestra, patres amplissimi, quam tribus in partibus distributam fuisse superius protuli, velim respondere: ac in primis Aristotelica autoritate probatā quaestioni, quia est, (sic enim dialectici eam solent appellare) quam quidem sessione proxima proposuistis, vos causam ac rationem simul reddidisse: nanque dixistis additionem illam schismatis causam fuisse, ac Romanam ecclesiam rei huiusce causa multos legatos ad Orientalem ecclesiam misisse: fieri autē non potuisse, vt manente ipsius schismatis causa, pax fieret. Hæc profectō mihi videtur orationis vestra summa fuisse. Ego autem (pace vestra dixerim) non solum ex nouo veterique testamento, verumetiam maiorum nostrorum decretis ac firmis argumentis vobis promitto probare clarissimē, Romanam ecclesiam nullam ad symbolum accessionem fecisse, quæ ei licere non videretur: sed quam vos additionē vocatis, eam explanationem, dilucidationemque quādam esse, ipsamque ab eadem Romana ecclesia iure fieri potuisse, ac denique Romanā ipsam ecclesiam non minus addere quādam, quam obscura illustrare, clarioraque reddere, summam facultatem habere.

*BES.* An licet, pater reuerende, quauis in controuersia confirmationibus uti? *AN.* Quid ni?

*BES.* Si quidē igitur nobis cōcessistis, vt rationibus nostris uteremur, nos autem nullā adhuc earū tetigimus, cur obsecro non permittitis, vt ipsas nūc afferamus? An vultis, vt nostram causam absq; cōfirmatione relinquamus? *AN.* Dixi equidē, à beatissimo patre nostro amplissimisq; patribus istis cōcessum vobis fuisse, vt quicquid libuerit, proferatis, no-

stra prius audita responsione, quam à nobis sessione proxima contendistis, ad ea, quæ tūc in mediū protulistis. *BES.* Nequaquā debetis asserere, simpliciter vobis concessum fuisse, vt nobis responderetis, cum certa cōditione id vobis fuerit datū, posteaquā videlicet ea nos attulerimus, quæ nobis viderentur ad nostrū negociū pertinere. Quandoquidē ipsi firmiter credimus, nil addere symbolo licere, sanctorum patrū autoritatibus innitentes: quippe qui nō modo nouas sentētias, verumetiā dictiones, aut alia verba symbolo addere prohibuerant. Quod cū alia ratione demonstrare non valeamus, nisi eorundem sanctorū patrum decretis, idcirco necesse nobis videtur, ab eisdē decretis exordiri: quibus deinde recitatis, vobis erit respondendi facultas. *AN.* Eadem ipsa, Patres amp. sapissimē repetistis. Ad probandum autē, falsam esse vestra conclusionem, haud sane magnū negocium est, quod tria nobis incommoda ex ea consequerentur: quod omnes homines rei essent culpæq; obnoxij, ac ipsimet sancti patres anathemate essent deuincti, quodq; quā maximū incommodum nostra religio patieretur, si nulla declarandi facultas ecclesiæ derelicta fuisset. *IOAN.*

Tum quidē magister Ioānes prouincialis, pro Romana Ecclesia sermonē hunc habuit: Magno affectu desiderio, summōque studio patres amplissimi, huc frequentes conuenimus, vt Dei benignitate controuersia nostra tollatur: eodē igitur animo, ac amicitiam istam nos tractare oportet. Nam in Cantonicis scriptū est, Pacem \* sponfam Christi veram esse. Nobis itaque conuenit, vt mutua beneuolentiā agamus, ac nostris in actibus optimū ordinem seruemus. Ordo enim apud doctorem Augustinū, est parium ac disparium rerum sua cuique tribuens dispositio. Quandoquidē igitur orationem vos habuistis, reliquum est, vt responsionē nostram audiat. Vos enim non ignorare putamus, duo genera quaestionū apud Aristotelem esse. Alterū quidem simplex, alterū verō, quod à dialecticis, propter quid, solet appellari. Quo sanē genere si quispiā quicquam quaesierit, eiusdē etiam quaestionis causam reddere simul tenetur, deinde responsionē auscultare. Sin autē simplici illo quaesierit, sane nulla reddita ratione, responsionem statim debet audire. Cum igitur vos illo modo simplici vsi fueritis, iure nunc nostris vobis respondere debemus. *BES.* De amicitia, reuerēde pater, elegāter disseruisti, quod nostris in disputationibus sit semper seruanda. Quod cum omnes idem sentiamus ac velimus, & de hoc satis multa dixerimus, de tam clara re non amplius dicere debemus. Ordo quoque nobis seruandus est, sed de his satis. Quod autē de duobus quaestionū generibus mentionem fecisti, equidē tibi respondeo, qd si quaestio nostra simplex fuisset proposita, proculdubio vobis nūc dicere cōueniret. Verum quoniā altero interrogādi genere vsi sumus, quaerētes cur, quod fieri nō liceret, cōmiseritis, ipsi idcirco, nō licere, rationē & causam nos prius afferre ostenderēq; debemus, quam responsionem vestra auscultemus, qui quidē ordo cōueniens esse videtur. *IVL.* Beatissimi patris nostri, ac horū omnium patrū iussu, Imperator serenissime, vobis dico nos iam credidisse, fore vt præsul Colossensis, qui modo paratus ad causam additionis reddendā venit, modō paratus ad causam additionis reddendā veniat, copiam dicendi concederetis, vt vos ipse vehementer rogauit. Quoniam autem precibus eius non acquiescitis, ac plurimum conuenit, vt summa pace

sessionem soluamus, quemadmodū etiam huc conuenimus, idcirco summus pontifex iubet, vt hic nil amplius hodiē fiat. Verū ad disputandum electi, priuatim agant. *IMP.* Surgamus ergo, si lubet, ac accuratē dispiciamus, an sit honestum, paciūque nostræ cōgruum, vt priuatim disputemus. Dimissa igitur sessione, patriarcha domum frequentes conuenimus, ibique post multas inter Latinos ac Græcos disceptationes, à Græcis decretum fuit, vt nil amplius ageretur, nisi prius sanctorum patrū decreta, diuinūq; symbolum recitaretur. Quæ quidem sententia, Latinis ipsam comprobantibus, vicit. Sequenti autem sessione, quicquid Græci voluerant, Græcē fuit recitatū, interprete Nicolao Secundino Cretensi, in vtraq; lingua eruditissimo. Quæ omnia duo scribæ Græci, totidēque Latini præsentis literis mandabant.

*3<sup>o</sup> DIE IOVIS DECIMASEXTA OCTObris, quinta sessio Ferrariæ. MAR.*



Quod ipsi concupiimus, pater beatiss. id tu pro tua summa humanitate nobis concessisti, vt sanctorum œcumenicarum synodorum definitiones, & decreta in medium afferrentur: tum, vt earum ordinem imitemur: (singula enim concilia, maiorū suorū acta recitare solebant, ipsaque catholice fidei fundamenta ponebant) tum, vt patrum illorum sensus, ac eorundem mutuis consensus & conuenientia, ergaque suorū maiorum religionem pietas ac obseruantia nobis patefiat: tum denique, vt eorundem ipsorum patrū sanctorum ad Deum preces, nobis in hoc nostro munere auxilio sint. Libri igitur hi (si vobis placet) legantur. *IVL.* Sanctissimi patris nostri ac horū amplissimorum patrū iussu, patres ampliss. vobis honestum esse pronuncio, vt hesternus noster consensus seruari firmiter debeat.

Vobis enim concessum est, vt hæc decreta legantur, & si Colossensis præsul ad respondendum Ephesio sessione proxima paratus accesserit. Vt lubet igitur faciatis, hac tamen conditione, vt nō videantur post hac decreta talia requirentibus ac contendentibus nobis, recitata fuisse. *MAR.* Eam tantum decretorum partem, amp. patres, intendimus recitare, quæ nobis videatur ad nostrum negocium spectare. Porro autem quoniam de diuinis primi ac alterius concilij dogmatibus nil aliud reperitur, nisi duæ tantum nostræ fidei expositiones, hoc est, duo symbola, quæ tamen pro vno à cæteris conciliis suscepta fuerant: idcirco à recitandis tertij concilij gestis aspiciendum nobis censemus, à quo quidem diuinum illud Nicænum symbolum fuerat illustratum, ac in libro gestorū eius nonnulla secundi concilij decreta scripta sunt. Quod profectō concilium tertium, vt ipsum symbolum immutabile perpetuò permaneret, decreuerat. Vos ergo rogamus, tot ac tantorū patrū sanctorum voces, nostrasque rationes & argumenta, quæ sumus in medium allaturi, benignē ac attentē audiat. Quandoquidē vobis probare promittimus, Christianorum omnium vnā esse catholicam fidem, ad quam, accessionem aliquā fieri, aut quicquā ab ea non liceat auferri. In primis ergo Nicænum symbolum, à trecentis decem & octo patribus Nicææ celebratum, recitetur. Credimus in vnū Deum omnipotentem, visibilium omnium & inuisibilium factorem, & in vnum dominum Iesum Chri-

stum filium Dei vnigenitum, ex patre, id est, ex substantia patris natum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo, quæq; in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus, & homo factus, ac passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cælos, & ad dexteram patris sedet, & venturus est iudicare viuos & mortuos: & in sanctum spiritum. Proferentes autem filium Dei aliquando, & anteaquā nasceretur, non fuisse, & ex nihilo factum, aut ex alia hypostasi vel substantia, aut mutabilem vel alterabilem esse, sancta Dei catholica & Apostolica ecclesia anathematizat. Quo quidem symbolo P. amp. in tertio cōcilio recitato, Nestorianorum etiam hereticum symbolum perlectū & improbatum fuisse constat. Legatur etiam eiusdē concilij definitio, vt idem Nicænum symbolum immutabile ac immobile pei maneret, neminiq; fas esset, aliam fidem in posterum proferre. His igitur lectis, *Tertium Concilium.* synodus sancta determinat & definit, vt fidem aliam ab ea, quam sancti patres in Nicæno concilio, sancto spiritu congregati sanxerant, proferre aut cōscribere aut componere liceat nemini. Qui verō ausi fuerint aliam fidem componere, aut eos docere, qui ad veritatis viam, vel à Iudeis, aut hæreticis aut gentilibus venerint, si clerici fuerint, priuentur: si verō laici, anathematizentur. Hic duo nobis, amp. Patres in dubium sunt vocanda: cur tertium concilium inhibuerit, vt symbolū Nicænum neutiūquam mutari deberet, duo verō priora concilia nullam pro seipsis inhibitionē decreuerint: Non enim memoriæ proditum est, aut Nicænum pro suo, aut Constantinopolitanum concilium pro Nicæno suōve symbolo interdixisse. Et cur tertium idem concilium, nulla de secundo symbolo mentione facta, primi tantum meminere ac pro eo sanxerit. Ad primam quidem ambiguitatem, ex ipsius rei natura sumentes argumentum, respondemus, quod alienū esset à ratione ac nimis arrogans & ineptum, si duo illa prima concilia suis pro symbolis ita terminassent, ac posterioribus suis interdixissent, vt eisdē symbolis quicquā addere, aut ab ipsis nemo auferre posset. Tertium autem cōcilio, cuius profectō authores priorū conciliorum patribus neq; numero pauciores, neq; dignitate aut virtute fuerant inferiores, conueniēter fecisse creditur, maiorū suorū symbola ita probasse ac obsignasse, vt semper immutabilia permanerent, ab euangelio sancto Apostolorūq; autoritate ab vniverfo deniq; testamento capiens exemplū, quo plānè nemini fuerat interdictū, quo minus quisq; syllabam aliquā addere aut auferre posset. Posteriores tamen strictissimē prohibuerāt, vt nulli Christiano id liceret cōmittere: vt potè qui voluissent, vt honor maximus sanctis Apostolis à cunctis mortalibus haberetur. Eiusdē igitur tertij concilij autoritate posteriores adducti, primis illis duobus symbolis parē honorem (vt paulò infrā probabimus) cōmuni sententia tribuerunt: ita vt ambo ipsa symbola pro vno accepta, semper immutabilia permanerent. Item alia ratione eandem ipsam quaestionem dissoluere possumus, ab eius accidentibus argumentum sumentes. Inter nanque primū Concilium, à quo diuinū illud Nicænum symbolū fuerat editum, ac secundū, non parū sanè temporis intercesserat. In quo quidē temporis intervallo ferè triginta alia symbola à parti-

cularibus & priuatis conciliis prodita fuere. Quæ tamen non ab illo primo differrent, quia tamen verbum, consubstantialem, auferebant, ob idque Christicolarum plurimos ad hæsitandum deside cogebant, idcirco secundum concilium œcumenica præditum dignitate, proptereaque particularibus illis conciliis longè excellentius ac validius, diuinâ contra sancti spiritus inimicos rationem, accuratius explicauit & illustrauit, & ad euertendum hæreticum Apollinarij dogma, verbo huic, incarnatus, illud, ex spiritu sancto & Maria virgine, addidit: haud tamen posterioribus interdixit, quo minùs Christianû dogma dilucidius explanarent, volens vt eadem ipsa declarandi facultas in Dei ecclesia perpetuò permaneret. Quam quidem opportunitatem Nestoriani hæretici naçti, diuinum illud Nicænum symbolû transformârunt, & ei diuersa impiâque dogmata addiderunt, ac suum hæreticum symbolû ediderunt, quod veluti veram eximiamque doctrinam hi, qui ad baptisima veniebant, ediscerent. Quo quidem multos post annos in tertio Concilio recitato, decretû fuit, vt in futurum mutandi Nicæni symboli facultatem haberet nemo, vt potè quod à Constantinopolitano symbolo nequaquam in aliquo discreparet, quâdoquidem hoc in illo potentia videbatur inclusum, ita vt ambo pro vno (vt prædictum est) haberentur. Quam ergo idem tertium Concilium addendi auferendique potestatem haberet, eam omnem sibi & posterioribus abstulit: vt re ipsa statim id declarauit. Nam verbum *θεωτόν*, hoc est, Deiparam, vel Dei genitricem, quod tunc aduersus Nestorianam hæresim esse demõstrauit, Nicæno symbolo noluit addere, quanuis ad dogma de seruatore nostri incarnatione, quàm maximè necessarium fuisset. Nunc venio ad alteram quæstionem. Multis profectò fortissimis constat argumētis, duo illa priora symbola ab omnibus cõciliis generalibus pro vno suscepta fuisse, præsertim à tertio, vt potè quod prius cæteris Cõciliis, vt runque vidit atque probauit. Et quanuis toto orbe terrarum simul ambo celebrarentur de primo tamen symbolo tertium, cæteraq; Concilia mentionem fecere: cum pro ipsius primi Concilij autoritate & existimatione, quod maiore patrum numero celebratum fuerat, quòdque veluti cæterorum cõciliorum fundamentum haberetur: tum etiam, quòd eodem ipso Nicæno symbolo Christianorum plures, quique denuò baptizabantur, frequentius vterentur: tum denique, quòd alterum (vt sæpenumerò dictum est) à primo potestate continebatur. Præterea vt boni oratores solent in foro rebus vñtatis magis inniti, ita etiam Concilium tertium, quo symbolo magis homines vti videbat, pro eo tantum decreuit atque prohibuit: cum præsertim secundum symbolum, expositio primi, non autem ipsius aliqua mutatio, fuerit. Scio equidem vos non ignorare præstantissimi Patres, in hoc de tertio Concilio libro multas beati Cyrilli literas scriptas esse: quippe qui Cælestini sanctissimi summi pontificis eidem Concilio legatus ac vicarius præfuit. Pars igitur tantum literarum earum, quas ad Ioannem Antiochenum præfulem scripsit, quarum inscriptio est pro vnione quæque incipiunt ita, Gaudeant angeli, (si lubet) recitetur: Nequaquam (inquit) tolerabimus, vt definita præscriptaque fides, aut Nicænum symbolum ab aliquo immutetur: nullam nobis vel aliis mortalibus facultatem concedentes, vt aliquam eius dictionem

mutare, aut vnâ syllabam præterire valeant. Huius enim sententiæ recordamur, Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, vt potè qui non ex sese, verum Dei patris spiritu afflati loquerentur, qui ex eo procedit, non autè alienus à filio secundû substantiæ rationem existit, & reliqua. Sancti Cyrilli sententiam amp. Patres, intellexistis, sibi simul cæterisque mortalibus inhihentis, vt neli teram quidè diuino symbolo possent addere. Quæ deinde sancti Cyrilli literæ post illud diuinum symbolum à generali quarto Concilio pro nostræ fidei fundamento susceptæ fuere. Ad cuius Concilij definitionem nunc venimus, qua quidem vt runq; symbolum explanatum, ac pro vno fuerat habitum: inhihendo simul, vt nemini fas esset ipsum immutare. Quæ (si lubet) definitio recitetur. Sancta generalis synodus, benignitate Dei ac religiosissimorum optimorumque Christicolarum Valentiniani ac Marciani Imperatorum Augustorum auspiciis in Chalcedonenfi metropoli Bithyniensis diocesis, in sanctæ ac triumphantis martyris Euphemie Basilica celebrata, ita decernit: Dominus & Deus noster Iesus Christus, ad suorum discipulorum fidem in se confirmandam, dixit eis: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: vt nemo Christianorum à reliquis Christifidelibus piis in dogmatibus differret, sed omnes vnâ eandemque veritatem sentirent. Quoniam autem callidissimus hostis in veris optimisque sermonibus zizania semper seminat, ac noui semper aliquid in veritatem molitur, idcirco idè Christus dominus noster pro sua erga genus humanum benignitate prouidit, vt ij piissimi Imperatores ecclesiarum vndique rectores conuocarent: vt ipso Christo coadiuuante, omnem erroris ignorantiaque notam ab eius ouili depellerent, ac veritatis perminibus grex eiusdè pinguesceret. Quod ecce iam communi omnium sententia confectum esse videtur. Falsa nanque dogmata sunt expulsa, & firma validaque maiorum nostrorum religio, nobis diuinum illud trecetorum illorum decem & octo patrum symbolum prædicantibus, ac centum quinquaginta patres alios, qui Constantinopolitano Concilio symbolû idem susceperant, summa laude extollentibus, resplendet. Quapropter Ephesini sancti Cõcilij sequentes vestigia, cui Cælestini sanctissimi Romanorum pontificis tempore, Cyrillus Alexandrinus & Ioannes Antiochenus antistites præerant, necnon fidei nostræ normam & canones diligentissime obseruantes, definimus ac terminamus, veræ ac immaculatæ nostræ fidei expositionem, hoc est, diuinum illud Nicænum symbolum magni Constantiniani Imperatoris tempore celebratum, semper debere splendescere, ac eorumdem centum & quinquaginta patrum decreta, firma & valida esse, quippe qui ad hæresim euertendam, nostram autem catholicam atq; Apostolicam fidem confirmandâ, secundû concilium Constantinopoli celebrârunt. Quartum etiâ generale cõcilium, partes optimi, vt runq; symbolum pro vno solo susceperat, id non ignorans, ad perfectissimam veritatis intelligentiam singulum per se satisfacere. Rei autem perfectissimæ nil profus deesse creditur. Sed reliquum eiusdè diffinitionis legatur. Igitur ad veram (inquit) nostræ religionis notionem symbolû hoc salutiferum, ac diuinæ sapientiæ gratiâq; plenû, perfectissimû esse decernimus, quòd patris & filij ac sancti spiritus perfectionem nos edocet, &

cet, & incarnationem domini Christifidelibus præfacit. Et infra: Vt hæc ergo diligentissimè accuratissimeque concludamus ac obsignemus, idcirco sancta generalis synodus definit atq; determinat, vt aliam fidem conscribere, aut componere, aut sentire aut docere, liceat nemini. Qui verò quippiam tale commiserint, aut aliud \* commentum symbolum ex gentilibus, vel Iudæis, aut hæreticis ad nostram religionem venientibus, tradere fuerint ausi, si clerici, priuentur, laici verò, anathemate notentur. Sed de quarto Concilio hætenus. De quinto autem generali concilio particula sermonis Ioannis Constantinopolitani præfulis in primis recitetur. Propterea inquit, vt nostræ fidei fundamentum, iuxta sanctorum patrum decreta, sacrorûque normam, domini ac seruatore nostri benignitate firmissimum maneat, summo studio incubuimus. Quid enim ab eo piè poterit tolli? spe ducti, ea ratione Ecclesias inter se disidentes facile coniungi posse, ita vt Christi fideles ab ineptis verbis abstineant, mentem autem suam diuino symbolo, quo baptizati sumus adhibeant. Quod quidem Nicæna synodus sancti spiritus gratia memoriæ prodidit, Constantinopolitanam vero suscepit, Ephesina probauit, Chalcedonenfis denique obsignauit. Quam sanè nostram piam religionem quis vnquâ ratione aliqua poterit euertere, quæ malè credentium excusationem aufert? Hanc igitur firmam & validam complectentes religionem, omnivanitate atque malitia vacui, ne dubitemus sanctam consubstantialiam Trinitatem simul extollere, ac ipsam ita celebrare: Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, & cætera. Qui quidem patres totum symbolum celebrarunt, quemadmodum Ecclesia in præsentia vtitur. Legatur etiam pars hæc literarum Vigiliij Romani pontificis, quas ad Eutychem Constantinopolitanû præfulem scripserat. Idcirco vnioni studentes, vestræ (inquit) Apostolicæ sanctæ sedi significamus, notûque facimus, nos nostram fidem semper tenuisse, te nereque, quam cum à Deo optimo maximo seruato reque nostro Iesu Christo sancti eius Apostoli accepissent, eam vniuerso mundo prædicarunt, ac ipsam deinde maiores nostri, præsertim ij qui quatuor generalia Concilia celebrauerant, illustrarunt. Quæ quidem omnia cunctis in rebus ipsi quoque complectimur. Nicænum à tercentum decem & octo patribus celebratum, qui sanctum symbolum, quod nostræ religionis doctrina creditur esse, primi exposuerant, ac Arrii Arrianorumque insaniam anathematizauerant, necnon Constantinopolitanum Concilium comprobamus, quod eandem ipsam doctrinâ dilucidauerat, ac diuinam sancti spiritus rationem illuminauerat, & Macedonij contra sancti spiritus processionem hæresim, ac Apollinarium impium, eorumque sectam damnauerat. Ephesinum præterea suscepimus, quod quidem maiores suos secutum impium Nestorium, eiusque scelestissima dogmata & sectam improbauerat. Quartum denique Concilium, à sexcentis & triginta sanctissimis patribus celebratum, laudibus summis extollimus, quod suscepto Nicæno symbolo, definiuerat, vt qui aliud symbolum docuisset, aut exposuisset, aut ecclesiis sanctis tradidissent, anathemati subiacerent. Nunc obsecro patres amplissimi, sexti generalis concilij decretum attentè, vt hucusque fecistis, audiatis. Sacrum generale ac illustre Concilium, Dei gratia & religiosissi-

mi Constantini Imperatoris auspiciis, in hac à Deo seruata, & terrarum omnium Imperatrice, regiaque ciuitate Constantinopolitana, nouaq; Roma, in sacri palatij conclauis, \* Trulus vulgò nuncupato, celebratum, ita decernit: Dei patris vigenitus, & verbum, quod nostri similis, sine tamen peccato factus est homo, Christus verus Deus noster, Euangelica voce palàm ita locutus est: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Item: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis qua quidem diuina voce ac doctrina mitissimus Imperator adductus, vt potè qui se veræ nostræ fidei ducem, nedum impietatis inimicum acerrimum esse profiteretur, hoc sacrum generale Cõcilium conuocauit, ac ecclesias huc conuenire iussit. Quod quidem Concilium in effugandis impietatis tenebris, non multò ante obortis, sanctis verò patribus recta confectandis, omnia exacta Concilia imitatur: Nicænum videlicet, in Arrium mentis inopem, celebratum: & Constantinopolitanum, quod Macedonium sancti spiritus hostem, & Apollinarium impium damnauit: necnon Ephesinum, contra Nestorium quia cum Iudæis sentiret, conuocatum: & Chalcedonen. quod Eutychem ac Dioscorum, homines maxima Dei affectos, damnauit. Quintum denique, in hac ipsa regiaciuitate celebratum, quod Theodorum Mopsuestiensem, Origenem, Didymum, Euagrium & quædam Theodoriti opuscula contra duodecim sancti Cyrilli capita, necnon & epistolam Ibae inscriptam, quam Iba ad Marin Perfen scripserat, condemnauit. Hoc igitur Concilium cæteris innitens, diuina omnia dogmata renouat, & impias opiniones refellit. Nicænum autem symbolum libenti animo suscipit, approbat, obsignat, quemadmodum ab ipsis quoq; cõciliis ad omnem hæresim Christianorum animas inquinantem, euertendam, susceptum probatumque fuerat. Legatur nunc pars hæc literarum, quas Agathon Romanus pontifex ad Constantinopolitanum Imperatorem scripserat. Quæcunque à sanctis (inquit) maioribus nostris, necnon à quinque sacris conciliis canonicè, puro corde, summa religione & fide, ac sine ambiguitate decreta fuerant, ea ipsi quoque dubio procul seruamus, huic vni summo studio incumbentes, vt nil profus eorum minuatur, aut mutetur, aut quicquam ipsis addatur, verum omnia in verbis atq; sententiis eadem permaneant. Et alibi: Constanti animo sumus, inquit, vt decreta à catholica & Apostolica sede nobiscum pro fide tradita, seruemus atque colamus, credentes in vnum Deum patrem omnipotentem, & reliqua. Nunc venio ad septimum & vltimum generale concilium, & dum eius definitio recitetur, obsecro vos, attentè audiatis. Sancta generalis ac illustris synodus, Dei gratia & religiosissimorum Christianorû Constantiniani & Irenæ matris eius Imperatorû nostrorû auspiciis in clara ciuitate Nicæna, quæ Bithyniensis metropolis existit, in sanctæ Sophiæ basilica secundò celebrata, cunctas catholicæ ecclesiæ definitiones sequendo inbet ita: Christus dominus noster, qui nobis notionis suæ lumen largitus est, quique nos idolorum insania & tenebris liberauit, vt sua sancta catholica atque apostolica ecclesia sine sordè maculaque seruaretur, suis sanctis apostolis id se velle declarans, dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsummationem sæculi. Quæ quidem promissionis verba non

For commẽ  
titium.

Quintum  
concilium.

Vigilius.

Sextum  
concilium.

Ioan. 3. b

Ioan. 14. d

Mat. 28. c



non solum illis, verum etiam nobis, qui per eos in ipsum credimus, facta fuisse putantur. At nonnulli ab illo nostro acerrimo hoste elati, munus eiusmodi nihili pendentes, a recto tramite deuiarunt, & dum catholicae ecclesiae decretis sese opponunt, in veritatis intelligentiam peccant, iuxta illud dictum: Aexam aratri in errorem impulerunt, ob idque nullos collegerunt fructus. Nanque cum sancti homines censerentur, non essent tamen, diuinum ritum atque ornamtu euertere ausi fuerunt. Quibus Deo per Prophetam inquit: Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam. Impios enim homines, qui suo ingenio non mediocriter consideret secuti, sanctam Dei Ecclesiam Christo Deo nostro conuenientem damnauerant, ac nullam inter pietatem impietatemque differentiam facientes, domini ac sanctorum eius imagines, idolorum ac diabolorum signa credunt esse. Idcirco Christus dominus Deus noster, quandoquidem a tanta talique pernicie suos pessum iri non patitur, omnes terrarum vndique praesules vt conuenirent, prauidit, vt non sine diuino zelo a Deo afflato ac fidelissimorum Imperatorum nostrorum Constantini & Irenae, diuinae catholicae ecclesiae traditiones communi sententia obsignarentur atque seruarentur. Rebus igitur omnibus perspectis diligentissimè, ac veram rationem sequentes, nil addimus, neque tollimus. Verum omnia catholicae Ecclesiae decreta, quam diligentissimè seruanda censemus, necnon sex sancta illa concilia generalia, in primis clarissimè illud Nicaenum, ac alterum in regia a Deo seruata ciuitate Constantinopolitana celebratum, imitantes, credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, & reliqua, & infra: Omnes credimus, ita sentimus, ita prudentes ac scientes conscribimus: haec est Apostolorum, sanctorum patrum, omnium denique bene credentium fides, quae vniuersum orbem terrarum firmavit. Cumque Deum vnum in Trinitate adorem, necesse est etiam venerandas eius imagines excolamus: qui verò non ita sentiunt, sint anathema, & ab ecclesia expellantur. Ipsi nanque veteres ecclesiae catholicae sanctiones suscipimus, ac maiorum nostrorum decreta seruamus: qui verò quicquam addiderint, aut ab his, quae ab ipsa Ecclesia tradita sunt, abstulerint, anathemati sint astricti. Legatur etiam haec particula inscripta de anathematibus, quae solet Orientalis Ecclesia quotannis celebrare: Qui ecclesiam sanctas, inquit, sanctiones literis traditas, aut aliter memoriae proditas, reprobat: anathema esto.

lecta septimi generalis Concilii definitione, Latini quendam vetustissimum librum in medium attulerunt: in quo quidem eadem ipsa definitio, sanctumque spiritum ex patre filioque procedere, scriptum erat: qua de re non mediocriter contentio in illa sessione fuit orta. Nam Latini librum ipsum vetustissimum ostentabant: ac vehementer elati, eum cum Graecorum libro conferebant: tentantes ex patrum subscriptionibus rebusque aliis, eorundem librorum conuenientiam demonstrare. Quos cum in omnibus, ipsa tantum accessione excepta, conuenire vidissent, visum fuit mirum in modum admirari, Graeci verò ob temporis angustiam nil ad id respondere: veruntamen Latinis contendentibus, vt ipsa eadem definitio cum additione eiusmodi recitaretur, benignè cōcessere. Deinde pater Ephesus orationem profectus fuit, dicens: Maiorum nostrorum senten-

tias, patres amplissimi, quas vel in conciliis communi consensu promulgassent, aut conciliorum legati pro fide declarassent, aut mutuis literis, priuatim, ue commentariis memoriae prodidissent, intellexistis. Quae quidem literae ac commentaria, & si priuatorum doctorum fuerant, pro consultis tamen conciliorum, communibusque sententiis habita susceperunt. Ipsa ergo, qui nostros maiores plurimum veremur, quisque eorum decreta colimus, ac ipsorum execrationes timemus, accessione ad symbolum factam suscipere nolumus. Opportunum autem esse videtur, vt accusationi ac rationibus nostris (si libet) respondeatis: quandoquidem satis est nobis, conciliorum omnium canones & definitiones, ac ipsorum rationes in praesentia recitasse.

Nanque veltra prius ad haec audita responsione, aliorum quoque sanctorum patrum auctoritates ac sententias ad nostram causam confirmandam asferemus, quas vel publicè profitentes, vel quicquid de nostra religione sentiret, literis mandantes, memoriae prodiderunt. Vos autem patres amplissimi, rogamus, nobis distinctè ac per capita dialecticorum more respondere velitis: vt ipsi rationes vestras facilius memoria repetentes, his commodius ac dilucidius respondere possimus: quandoquidem vos ignorare non credimus, nos neque memoria valere, neque componendi, diuidendi que rationem bene scire, neque profiteri ad quauis nobis propositam quaestionem posse dicere. Verum nobis simplicitas & modestia semper inest, vt quod a ratione non absonum sit, id libenter suscipiamus, oppositum autem eius ingenue abiiciamus.

Septimi concilii symbolum serenissime Imperator, quod modò fecimus recitari, in vetustissimo volumine scriptum est: ita vt nemo poterit suspicari corruptum fuisse, cum praesertim quidem historicus noster, antiquus quidem ac literatus, inter alia id quoque testetur, hoc ipsum symbolum in septimo concilio recitatum fuisse. Tali propterea symbolo cum hac additione vel declaratione, ex filioque, non mediocrem tribuimus auctoritatem. Porro autem, quoniam velle videmini, vt nos breuibus ac sigillatim respondeamus, idcirco conabimur vobis pro viribus satisfacere. Verum vt id facilius assequamur, quod forsitan causa fuerit, cur vos quoque clarè respondere valeatis: operae precium est, vt quaecumque modò recitata, scriptaque sunt, ea simul conferamus. Quibus quidem memoria reperitis, eorumque perspecta conuenientia, sequenti sessione ad omnia facilius respondebimus. Tum iubente synodo, ad diem vigesimam mensis eiusdem sessio fuit dilata.

III DIE LYNÆ VIGESIMA  
 sis Octobris. sexta sessio  
 Ferraria.



Vdiuertius, patres amplissimi, cum vna priuatim ageremus, id quod a nobis sepius dictum fuerat, communi sententia repetimus, nos ad veritatem summa pace inuestigandam, huc conuenisse. In hac igitur rem summo studio mutuique officii debemus incumbere, & alteri alteris esse grati. Quae quidem spe ducti, vobis eos libros libenter praestare pro-

promissimus, quos sanctissimus pontifex haberet. Asserentibus autem vobis pari studio velle nos prosequi, reuerendum Ephesium ac Nicaenum rogauimus, vt librum vestrum de octauo concilio per horam nobis mutuo darent. At illi nostro desiderio satisfacere noluerunt. Siquidem igitur ipsum hunc attulistis, bene euenit: sin minus, antea quam quippiam agatur, vt afferatur iubere.

**M. A. R.** Id quod vobis promissimus, patres amplissimi, libenter satisfacemus. Verum interea nequaquam impediri debemus, quo minus negotium nostrum proficere, praesertim cum nobis videatur non expedire, ita librum ipsum vobis concedere, vt eo prorsus priuati simus. Praeterea, concilium illud inter generalia connumerandum non est, quandoquidem non modò non susceptum, verum etiam antiquatum fuisse constat. Ioannis enim & Adriani summorum pontificum tempore conuocatum fuit, ac Photium Constantinopolitanum antistitem condemnauit. Is deinde Ioannes aliud concilium habuit, quod item appellauit octauum, quod acta ipsius concilii, quod vos octauum fuisse dicitis, improbavit, Photiumque restituit. Cuius quidem Ioannis pro Photio literae, memoriae proditae sunt, & adhuc extant. In quo plane concilio inter alia fuerat decretum, vt haec eadem symboli additio tolleretur, quod vos non ignorare putamus. Si quidem igitur ipsius concilii acta reprobata videntur, non est congruum rationi, vt de his aliqua mentio fiat, cum alterum octauum concilium se qui potius deberemus. Propterea tempore ex eo Constantinopolitana Ecclesia, hucusque solet ita celebrari. Quaecumque in sanctos patriarchas Agnarium & Photium scripta vel dicta sint, anathema esto.

**V. L. Cardinalis.** Hoc metu vos libero, praestantissimi patres nam nil de ipso concilio recitabitur. Sed quoniam in eo volumine nonnulla sexti septimique concilii acta sunt scripta, idcirco ea videre vellemus nam de octauo concilio nobis cura non est.

**M. A. R.** Hac ergo conditione vobis hoc volumen libenter concedimus: absonum enim esset a ratione, postpositis Conciliis generalibus, priuati conuentus rationem habere. Sed de his haec tenus.

**A. N. D.** Ex vestra longa oratione, patres amplissimi, ad quam equidem collegimus capita. Initio nanque symbola vel (vt rectius loquar) symbolum, deinde generalium conciliorum decreta, tertio Cyrilli, Vigili, Agathonis, Caestinique literas recitastis. Postremò autem protulistis, vos tot tamque clarissimos patres ita vereri, ac eorundem execrationes pertimescere, vt quicquam ipsorum dictis vel addere, vel ab eis auferre vehementer abhorreatis. Velim autem vos non ignorare, patres optimi, quam vos accessione & incrementum symboli appellare soletis, ea nos expositionem ac dilucidationem esse credere, qua quidem ratione a Romana Ecclesia in symbolo celebratur, & si prima orationis parte conati fuisset ostendere, additionem ipsam ab ipsa Romana ecclesia factam fuisse. Nam in secunda dixistis, nemini ratione aliqua fas esse, quicquam diuino symbolo addere: ex tertia verò parte creditis demonstrasse incrementum illud, falsum ac inconueniens esse. Ex quibus omnibus quartum illud caput conuequebatur, vos sanctorum patrum execrationes veritas, ac accessione huiusmodi nunquam suscepturos esse. **Hac vos in summa. Ipsi autem contra probabimus,**

quam vos accessione & cumulum nuncupatis, eam potius diuini symboli explanationem ac declarationem esse. Deinde, nobis interdictum non esse, quo minus expositiones huiusmodi facere valeamus. Tertio, declarationem ipsam veram & congruam esse. Postremò, plurimis ac fortissimis argumentis demonstrabimus, cuius veritati Christianos omnes acquiescere debere. Nunc venio ad primum. Et quoniam in qualibet quaestione absolutas ac intelligibiles rationes desiderare videmini, idcirco vobiscum dialecticè agam. Rogo autem vos, me attentè audiat. Nulla expositio vel dilucidatio alicuius artis aut scientiae, debet additio appellari, sed verbum, ex verboque, in verbo, ex patre, concluditur, eiusque dilucidatio est, ergo verbum illud nulla ratione potest additio nuncupari. Porro autem quoniam syllogismum hunc, quod perfectus est, ac dialectico canone factus, inficiari debetis minimè: ideo reliquum est, vt propositionem eius vtranque veram esse probemus, quarum primam maiorem, alteram verò minorem dialecticorum more nominabimus. Maiorem autem sic demonstrandam putamus: Omnis additio vel augmentum ex rebus extraneis fit, vt omnis schola philosophorum tener, praesertim Aristotelis, qui in De generatione ac interitu libro inquit, adueniente aliquo fit augmentum. Siquidem igitur omnis additio fit augmentum, expositio verò atque dilucidatio ab intrinsecis, ac iis, quae in eadem ipsa re insunt, sole clarius sequitur, cuiusvis scientiae expositionem ex rebus his factam, quae in eiusdem scientiae subiecta materia sint, additionem vel augmentum nequaquam appellari debere. Nanque si nullam inter expositionem & additionem differentiam posuerim, multa profectò nobis acciderint incommoda, sacris enim literis additio facta fuisse videretur, & ad Nicaenum symbolum secunda synodus accessione fecisse censeretur, quam tamen constat fuisse profectam, quaecumque protulerat a suis maioribus accepisse, quemadmodum etiam Gregorius cognomento theologus, qui in eadem secunda synodo affuit, ad Clydonium scribens, inquit: Nos fidei patrum sanctorum, qui ad Arrianam haeresim euertendam Nicaenam synodum celebrauerant, nil vnquam ante posuimus, neque quippiam possumus praeferre. Verum eius eiusdem fidei sumus, ac semper erimus, ad dentes tantum id, quod de sancto spiritu ideo imperfectè prolatum fuisset, quod antehac nunquam in controuersiam fuerat vocatum, an pater & filius ac sanctus spiritus, vna diuinitas sit, ipsumque spiritum deum esse, nos oporteat credere. Et ex his verbis, praestantissimi patres, credere debemus, quam plurima fuisse a secundo Concilio declarata, quae tamè minimè diceremus additiones fuisse. Nam in Nicaeno symbolo, Visibilium omnium & inuisibilium: & filium natum ante omnia secula: & in Spiritum sanctum dominum & viuificantem, nequaquam erant scripta, quae licet ab ipso Concilio, symbolo fuerint addita, non tamen propterea putauit accessione nouam ad symbolum ipsum fecisse, vt is beatus Gregorius testatur, qui nil aliud sentire profiteretur, quam quòd Nicaena synodus edidisset. Quinimo si diligenter vultis attendere, vobis notissimum fiet, nullum generale Concilium, post primum, celebratum fuisse, quod quicquam Nicaeno symbolo non addiderit, aut non ademerit ab eodem. Alterum enim Concilium, illud Nicaeni symboli, ex substantia

Gregorius theologus.

patris



patris, prorsus abstulerat. Quartum verò Concilium, totum hoc, natum ex patre, id est, ex substantia patris, in, consubstantiali patri secundum Diuinitatem, nobis autem secundum humanitatem, mutauerat, ut Eurychis heresim euerteret. Apparet igitur manifestè, cuiuspiam rei declarationem non esse ad additionem: quod item ex ipsius reuerendi patris Ephesij oratione probare volumus, quippe qui respondens huic à se propositæ quæstioni, cur tertium concilium de Nicæno tantum symbolo mentionem fecerit, de altero verò minimè, dixit, quod ambo illa symbola vnum essent, nec in aliquo differrent. Syllabæ igitur & dictiones, quæ Nicæno symbolo videntur appositæ, nullam ad illud fecerunt accessiōnem propterea quod eundem symboli seruauerunt sensum. Maior ergo nostri syllogismi propositio, benè probata videtur, nullam videlicet declarationem esse additionem. Reliquum autem est, ut minorem etiam demonstremus, quod quidem maioris negocij est, ac maiori consideratione indiget, verbum, ex filioque, non quidem additionem, verum expositionem esse. Necessè est enim, qui profitentur sanctum spiritum ex patre procedere, filium simul intelligat, ad quod quidem probandum, non nisi vestrorum sanctorum doctorum auctoritatibus innitar, quibus quidem clarissimè demonstrabo, quemadmodum ex patre, ita etiam ex filio spiritum sanctum procedere. Beatus enim Cyrillus exponens hoc dictum Ioannis, Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, inquit: Cum Dei & patris bonorum essentialium filius particeps sit, eadem etiam ratione spiritum habet, quemadmodum pater eundem habere percipitur, non quidem aduentitium aut extraneum, (Inipientis enim, immo ut melius dicam,) in fani hominis esset sic credere) sed quemadmodum quisque nostrum, suum spiritum continet, ac ipsum ex visceribus suis emittit. Propterea seruator noster corporaliter spiritum flauit, ut ostenderet, quemadmodum spiritus ex ore humano corporaliter exit, sic etiam ipsum ex diuina substantia, ut Deo conuenit, profluere. Quibus verbis Cyrillus videtur concludere, quoniam si patris omnia bona filius secundum suam naturam & substantiam habet, id etiam habeat, necesse esse, ut instar patris spiritum emittat manentibus personarum proprietatibus. Vnde sequitur, filium sic se habere ad spiritum, quemadmodum etiam pater. Ne autem quisquam crederet, nõ de ipso spiritu, verum de quodam spirituali charismate vel gratia doctorè ipsum sensisse, dictum hoc seruatoris nostri perpendat: Accipite spiritum sanctum. Porro autem, quoniam in symbolo spiritus vnam trium personarum significat, necesse est, procedat ex filio, quemadmodum etiam patre. Sed forsitan aliquis dixerit, sermonem ipsum de spiritu, ambiguum esse, ita ut non spiritus personam significet. At nos ad ostendendum huius oppositum, magnum Basilium adducemus testem, qui vos docebit, patrem & filium ac sanctum spiritum, sic se habere, ut neque pater sine filio & spiritu, neque filius absque spiritu possit intelligi. Qui spiritum (inquit) intelligit, ipsum & eum, cuius est spiritus, simulque filium mente concipit: qui autem hunc percepit, sanè spiritum non se iunxit. Verum consequenter secundum ordinem, coniunctam autem secundum naturam ipsas tres personas intelligens, veram assequutus est fidem. Porro autem, quoniam spiritus Christi est, & ex eo, ut in-

quit Apostolus: ideo quemadmodum si quis alterum extremum alicuius catenæ traxerit, proculdubio catenam totam attraheret, sic etiam patrem simul & filium per eundem spiritum traheret. Et si quis filium tener, altera quidem patrem, sanctum autem spiritum altera parte tenebit. Fieri enim non potest, ut eis coniunctionem aut diuisionem intelligas esse, ut filium sine patre, vel spiritum seiunctum à filio, & reliqua: ita patres amplissimi, diuinæ personæ se habere creduntur, ut qui vnam intelligit, alias quoque percipere necesse habeat. Ex quo planè consequitur, ut qui patrem intelligit spiritum sanctum producere, is quoque necessariò credat, eundem spiritum à filio produci. Ne autem oratio nostra incredibilis videatur, eundem ipsum Basilium attentè audiatis, qui filium probat habere quæcunque pater habere creditur, hoc excepto, filium non esse patrem. Patrè (inquit) & filium protuli. Has mihi tene proprietates filius ergo manens in esse filij, & quatenus filius est, omnia est quæ pater, iuxta hoc nostri domini dictum: Et mea omnia tua, & tua mea sunt. Imaginis enim omnia, rei sunt existentis & cætera. Sermo Basilij, patres optimi, plurimum nostræ sententiæ conuenit. Ergo patri simul & filio commune esse videtur, spiritum sanctum producere. Multas quoque alias rationes afferre poterimus, quibus notissimum fieret, quoniam spiritus ex patre procedere creditur, necesse esse intelligi, eundem spiritum ex filio quoque procedere sed de his hæcenus. Importunum enim videtur hac de re in præsentia disputare. Sequenti igitur sessione de hoc accuratius forsitan agemus. Verum Deus optimus maximus vtinam talem controuersiam è medio nostri tollat, ita ut in posterum haud quaquam nobis sit opus de hac re verba facere. Sed redeo vndè digressus sum nullam factam fuisse dicebam additionem, quando quidem declaratio nulla ratione potest additio nominari, quæ minor nostri syllogismi propositio fuerat: ad quam quidem probandam, oportebat etiã declarare id quod scitu facile est, spiritum ex filioque produci. Quod ergo symbolo appositum esse dicitur, id non additio, sed potius quædam symboli expositio ac explicatio est. Nunc venio ad secundam partem, qua quidè probare promissimus, quicquid sit illud, siue accessio, ut vobis siue declaratio, ut nobis videtur, id quo min⁹ fieri posset, nunquam fuisse prohibitum. Nanque si id esset augmentum, dubiò procul foris venisset, & extraneum esset. Cum autem multas syllabas & dictiones vtrique, testamento, nedum sanctorum patrum decretis synodorumque definitionibus, appositas fuisse constet, Deo fauente probabimus: sequitur, nobis non interdictum fuisse nec esse, additiones eiusmodi facere: quod sanè si quis negauerit: is nullo pacto poterit effugere, quin simul concedat, maiores nostros, qui symbolo ac maiorum suorum dictis addiderant aliquid, sub anathemate esse. Præterea Paulus inquit: Si quis vobis aliud, præterquam quod tradidit vobis, euangelizatus fuerit, anathema sit: ad eius tamen scripta accessiones non paucè factæ fuerant. Multa etiam Nicæna synodus Apostolorum symbolo addidit, multa secunda Nicæna, multa denique protulit Ephesina de quibus neque prima neque secunda mentionem fecerat. Vetitum igitur illis videtur fuisse, symbolo noui quicquam apponere, declarare autem, minimè nam ipsi ferè omnes anathemate deuincti essemus. Præterea, idè apostolus ad Corinthios

1. cor. 3. b

Gregorius  
Theologus  
Gregorius  
Palamas.


rinthios inquit: Litera quidem occidit, spiritus autè viuificat, quos quidem Corinthios incusabat, quod accuratius scripturæ, quam opus esset, inniterentur. Non ergo ea debemus inspiciere, quæ videantur occidere, in quo Iudæi vehemensimè peccat, quippe qui mentem à scriptura non efferunt, quòd à nostris doctoribus mirum in modum reprehenditur, quorum primus beatus Gregorius theologus inquit De nominibus non certabimus, si rem eandè significant. Vester item Gregorius cognomento doctor: Parum, inquit, curo de dictionibus, non enim solū in verbis, verum etiam in rebus apud Gregoriū theologum pietas consistit. Porro autem oratio nostra de dogmate ac de re ipsa fieri videtur, in qua quidè si conuenerimus, haud quaquam in dictionibus discerepabimus. Siquidem igitur tantus doctor de dictionibus non curauit, nobis profectò multo minus de eisdem esse curæ deberet: sed suo loco diligenter tractabimus, an concilia prohibuerint, ut dictionū huiusmodi nulla prorsus additio fieret. Satis enim nobis in præsentia fuerit, si constiterit, cur literarū ac syllabarum accessio refellenda non sit qua in re hoc manifesto vtar exèplo: nam ipsi symbolum Latine proferimus, vos autem Græcè, alij verò lingua sua: sed quoniam idem omnes sentimus, ideo nullum ex eo inconueniens potest accidere. Verum dialectico argumento agamus, quod etiam bonis literis mediocriter eruditus patet. Omnes scientiæ propria, hoc est, pronuntiata, vel (ut dialecticè loquar) principia vel dignitates habent, quæ tametsi multa potestate contineant, ac in seipsis sua facultate plures conclusiones includant eas tamen doctores syllogismis, inductionibus, exemplis, quouis denique argumentorum genere demonstrare ac explicare solent, propterea tamen non proferent scientiam eorum diuersam esse. Testis est Aristoteles in suis posterioribus analyticis. Siquidem igitur & ipsi principia theologicasque dignitates habemus, quibus in ratione diuina ininitur atque credimus, ex his proculdubio demonstrare poterimus sanctum spiritum ex filioque procedere. Id ergo quod Romana Ecclesia profiteretur, patet additionem non esse. Amplius ostendere possumus, additiones huiusmodi posse fieri. Nam Paulus inquit: Vnus dominus vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium. Ergo & vna Ecclesia. Vtrum autè & vna dignitas, an non? sed de hoc alias. Eadem igitur Ecclesia diuersis temporibus, ac vrgente necessitate, accessiones facere poterat. Quæ quidem facultas nunquā poterit auferri. Noster enim seruator inquit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Quæ quidem oratio nequaquam significat, ut Deus vobiscum simpliciter sit, ac nos simpliciter regat. Sic enim lapidibus & plantis, ac omnibus animantibus semper inest, ac simpliciter ipsa gubernat verum semper vobiscum creditur esse, nos sua gratia vnaque religione ac fide coniungendo, quod proculdubio in iis membris videre non est quæ diuersa fide seiuncta sunt, libera igitur Ecclesia videtur esse. Præterea, si vestra opinio vera esset, magnum discrimen incurrerent Christiani, ac magnū incommodum ipsis accidere facile posset. Nam si aliquando emergerit hæresis, Ecclesia sese non posset ei opponere. Secundum tamen concilium accessiōnem facere cœpit, hanc excusationem afferendo, ut si fieri posset, firmam & illæsam Ecclesiam semper

Ephes. 4. a

Mat. 28. c

esse, sanè nulla esset opus additione. Sed quoniam quandoque videretur periclitari, idcirco necesse erat accessiōnem ad Nicænum symbolum facere, ut ipsi quoque asserimus Romanæ Ecclesiæ contigisse. At ei fuerat interdictum. Hoc equidem ostendatis velim, cum à maioribus nostris nil aliud prohibitum fuisse constet, quam ut nemini liceret diuersam fidem proferre, aut componere, literisve mandare, ut in Ephesini concilij actis (ut benè nostis) videtur, quod cætera quoque synodi consecrantes, simili modo prohibuere, sanctique doctores, qui de syllabis & dictionibus priuatim fecerant mentionem, ad illud idem concilium se retulerant. Posteriores denique omnes ipsius tertij concilij prohibitionem eadem ratione susceperant, ne cui diuino symbolo diuersas dictiones aliam fidem significantes, liceret apponere. Necessè est igitur, verba omnia, ad eundem sensum referri, eosque, qui syllabarum & dictionum meminuerant, idem intellexisse, ut hæc dictiones essent fugiendæ, quæ diuersam fidem significant. Quemadmodum enim diuersus à nostra religione sensus, vehementer est reiiciendus: ita etiam verba fidem aliam significantia, refellenda sunt. Patet igitur, prohibitionem ipsam nequiquam contra nos facere, quod que vos additionem, nos verò declarationem appellamus, id rem vnam eandemque fidem significare, & ad eandem spectare vndè liquet nos nequaquam esse sub anathemate. Alia quoque, præstantissimi patres, ad hanc rem plurimum pertinentia dicere possemus, quæ ex quarti concilij actis collegimus, verum opportunum est ut surgamus. Tum synodus decreuit, ut ad diem proximi sabbati sessio prorogaretur.

EDIE SABBATI 25. OCTOBRIS.  
Septima sessio.  
Ferraria.



Iva venia & gratia, pater beatissime necnon mitissimi Imperatoris ac sanctissimi patriarchæ iussu, orationem nostram, quæ proxima sessione habuimus, prosequemur. Quæ quidem oratione duo credimus ostendisse, spiritum ex filioque procedere, quemadmodum Romana Ecclesia profiteretur, additionem non esse: ac nunquam interdictum fuisse, quo minus accessiones huiusmodi ab ecclesia fierent. Reliquum autem nobis erat, duo alia demonstrare, quæ tunc probare promissimus, additionem ipsam valde conuenientem, nedum veram esse, ac plurimum oportere, ut à Christianis omnibus excolatur: & si sanctissimus ac summus pontifex, ac hi præstantissimi patres, vnum tantum sufficere crederent, ut demonstraremus accessiōnem ipsam veram & congruam esse. Veritas enim perpendenda est. Quandoquidem ipsa cognita, eius contraria facillimè dissoluuntur, ut Aristoteles noster testatur: quia omnia vero consonant, falso autem (inquit) citò dissonat verum. Conueniens igitur esset, ipsius argumenti veritatem ostendere, quod eo modo facilius vobis suaderetis, id Romanæ Ecclesiæ dubio procul facere licuisse: ad quod quidem probandum, cum publicis & priuatis orationibus, tum certis libellis nos sæpenumero prouocastis, ea præsertim oratione, qua pater Ephesius ex nobis quæsiuit, cur Romana Ecclesia accessiōnem ad symbolum fecerit. His ergo patribus gratissimū fieret

Cyrillus.  
Ioan. 14. b

Ioan. 20. c

Ioan. 20. c

Basilius.

Roma. 3. c

ANDR.

fieret, si veritas hæc elucesceret. Namque cum in du-  
bium vocari non possit, declarationem ipsam à ma-  
ioribus nostris fuisse factam: & ne forte quispiam am-  
bigeret, an tali esset op<sup>o</sup> declaratione, idcirco nobis  
(vt supra dictum est) videbatur operæ precii, eiusce-  
rei veritatem ostendere & aggredi, ex quo etiã cre-  
deretis, ipsam à Romana Ecclesia conuenienter, ma-  
xima præsertim urgente necessitate, additam sym-  
bolo fuisse. Vestra autem argumenta, quæ priuatim  
inter vos ferebantur, vt nunc nobis relatum est, faci-  
le possent refelli, quibus ostendere credebatis, nos à  
ratione proposita diuertisse, ac nulla responsione ad  
vestram orationem facta, ad valde impertinentiave-  
nisse. Quorum neutrum, patres ampliss. credimus  
commisisse. Si namque vos (vt libuit) peroratis, à ra-  
tione non fuerat absonum, si ipsi quoque ad libitum  
nostrum respondissemus, cum præsertim oratio nos-  
tra nequaquam in eprauideretur: sed neque (pace ve-  
stra dixerim) impertinens fuerat. Nam etiam is, qui  
causam dicit in foro, aut in academia sibi propositis  
argumentis responderet, quandoque solet diuerrere,  
& aliquam conclusionem probare: cuius deinde ve-  
ritate percepta, ad propositum reuertitur: ita tamen,  
vt de iuribus petentis neuiquam minuat. Sed ideo  
vobis videtur, nos nequaquam ad propositum res-  
pondisse, quod nondum ad tertiam partem venim<sup>9</sup>.  
Quærentibus enim vobis, an nobis liceret diuino  
symbolo quicquam addere, aut verbū eius aliquod  
declarare, necne, id nos proculdubio facere posse  
professi fuimus. Sed cum aliam huius rationem af-  
ferre non possemus, idcirco nostram ipsam declara-  
tionem afferre non possemus, idcirco nostrā ipsam  
declarationem, veram ac necessariam esse voleba-  
mus ostendere. Quod planè caput orationis nostræ  
tertium futurum fuerat. De quo quidem non esset  
ab re (vt paulò antè dictum est) accuratius disputare.  
Sed quoniam id grauitè ferre videmini, ac nobis e-  
nunciatis, vos ad id minimè responsuros esse, idcir-  
co vt hæc etiam in re vobis gratissimum faciamus,  
parte illa postposita, nonnulla alia proferemus, qui-  
bus & habita nostra oratio explanabitur, quæque  
ad ea, quæ suo loco probauimus, necessaria fuerint:  
ita vt omnes intelligant, nos ad propositum respon-  
dere, & an iustam in nos inuehendi causam habeatis.  
Vt autem nostra oratio plana & intelligibilis sit,  
ex his ipsis nostrum sumemus exordium, quæ modò  
vos recitatis. Initio Nicænum symbolum protuli-  
stis: quod cur feceritis, non ipsi videmus, quadoqui-  
dem id videtur nulla nobis ratione obstare, neque  
nostræ sententiæ contrarium esse. Nostra enim con-  
trouersia est, an sanctus spiritus quemadmodum ex  
patre, ita etiam ex filio procedat: & an Romanæ Ec-  
clesiæ hoc declarare licuerit. Symbolum autem ip-  
sum tametsi sanctissimum sit, ad propositum tamen  
neuiquam spectare videtur. Num illud ipsi non cre-  
dimus? Num à nobis non suscipitur? non approba-  
tur, non excolitur, non celebratur? Num deniq; no-  
bis idem & vobis commune non est? At pater Ephe-  
sius dixerat, secundum & tertium concilium definiti-  
se, symbolū illud immutabile manere debere. Hoc  
etiam ipsi fatemur, non ita tamen, vt idem clarius ac  
lucidius reddi, si opus esset, non posset: sed quæ ad  
eius veritatem spectarent, ea semper immota mane-  
rent. Nam quemadmodum scientiarum principia,  
omnia sua posteriora potentia continent, ac in seip-  
sis includunt: ita etiam Nicænum symbolum, Chri-

stianorum doctrinam & fidem in seipso implicitam  
continere, includere censetur. Illud enim, in filium  
ex patre natum, in Arrium hæreticum celebratum  
fuerat. Sanctum autem spiritum Deum esse, in Ma-  
cedonium & Eunomium. Filium veid fuisse incar-  
natum & genitum, aduersus Nestorium. Imò si quis  
omnia diligenter perpenderit, nullam profus præ-  
teritam inueniet hæresim, vel futuram excogitabit,  
quæ non eiusdem Nicæni symboli facultate diruta  
fuerit, vel quæ destrui non possit. Si quidem igitur  
symbolum hoc nostræ fidei fundamento celebratum  
fuerat, necesse est, immutabile maneat, principiorū  
cæterarum scientiarum instar: quibus datis atque cō-  
cessis, immotisque permanentibus, multas conclu-  
siones doctores probare solent. Patet ergo, cur Ro-  
manam Ecclesiam ex iplo symbolo neuiquam accu-  
sare potestis, quod vnà cum tertij concilij definitio-  
ne velim iterum recitetur. Audistis, amplissimi pa-  
tres, interdictum ipsius concilij vtraque lingua per-  
lectum: quo planè nil aliud prohibetur, nisi vt diuer-  
sa fides componi, vel literis mandari, aut ab aliquo  
proferri non possit, quorum nihil ipsi benignitate  
Dei commissum: quandoquidem paulo antè proba-  
uimus, vnus ac eisdem esse religionis, profiteri sa-  
ctum spiritum ex filio, quemadmodum ex patre, pro-  
cedere: quod expositio, explanatio, declaratio, dilu-  
cidatio, id denique genus alia, additiones non sunt,  
cū diuersam fidem nequaquam significant. Con-  
stat ergo clarissimè, interdictum illud minimè con-  
tra nos facere. Sed ad Cyrilli literas veniamus, quæ  
ad Ioannem Antiochenum, præsulē scripserat: quæ  
(si placet) iterum recitentur. Ipsi tertij concilij au-  
thore. Patres amplissimi, præsertim idem ipse Cyl-  
lus, qui eidem præfuerat, ad eius definitionem ac in-  
terdictum se referentes, priuatim conscripserant. Si  
quidem igitur patres hi de fide tantum diuersa, non  
autem de verbis curabant, in dubium vocari non de-  
bet, quia literæ quoque Cyrilli non eundem habe-  
ant sensum, vt singulas earundem literarum particu-  
las accuratè consideranti patet. Nullam (inquit) vel  
nobis vel mortalibus aliis facultatem concedimus,  
vt aliquam symboli dictionē mutare, aut vnā syl-  
labam præterire valeant, quorum neutrum in sancti  
symbolo nobis commississe videmur. Hæc ergo li-  
teræ in aliquo nobis non obstant. Præterea scitu di-  
gnum esse existimo, cunctas eiuscemodi definitio-  
nes & decreta, præsertim illud, de quo paulo superi-  
ùs dicebamus, post conciliorum decreta scriptum  
fuisse: Ergo quemadmodū cogente necessitate, his  
non obstantibus interdictis, licebat Ecclesiæ decla-  
rare, diuinaque dogmata illustriora reddere, ac ipsa  
Christianos docere: ita etiam si quædam symboli par-  
ticula à Romana Ecclesia fuerat explanata, id vitio  
vertendum non est: neque quicquam contra definitio-  
nes & prohibitionem ipsam commissum fuisse vi-  
detur. Amplius, pater Ephesus vocauit in contro-  
uersiam, cur tertia synodus de prima tantum fecer-  
at mentionem, de secunda verò minimè, qui dein-  
de sibi ipsi rectè subtiliterque visus est respondisse,  
quod vtrumque earundem synodorum symbolum  
pro vno solo diiudicabatur, quod sensum vnum ha-  
bebant, etsi quibusdam in verbis differre plurimum  
viderentur. Quam quidem responsionem ipsi susci-  
pimus, ac ei nostra in controuersia innitimur: pari-  
que ratione credimus hoc nostrum symbolum di-  
uersis vocabulis vnā eandemque fidem significare

re. Hoc igitur tertij Concilij interdictum haud con-  
tra nos facere videtur. Sed Chalcedonense quoque  
legatur decretum.

*Inl. card.*

In Chalcedonensi concilio, patres optimi, Nica-  
num primò, deinde Constantinopolitanum symbo-  
lum fuit recitatum postea verò concilium ipsum de-  
creuit, hoc symbolum ad perfectam nostræ fidei no-  
tionem sufficere: vltimò autem instar tertij Con-  
cilij interdixit, vt aliam fidem profferret nemo.

*AND.*

Etsi huiusmodi definitio & interdictum, præstan-  
tissimi patres, nequaquam contra nos facit, tamen  
vt id omnes clariùs intelligant, nonnullas afferam  
rationes. Nam illustrissima synodus illa decreuerat  
Constantinopolitanum symbolum ad incarnatio-  
nis Dei filij dilucidationem, ac nostram fidem suffi-  
cere: quia tamen verbis clarissimis non constabat,  
idcirco nonnulla ei verba addiderat, nonnulla etiã  
ab ipso (vt patet) abstulerat: propterea tamen fidem  
ipsam mutasse, aut profus aliam fecisse non creditur.  
Interdicta igitur ipsa facta fuisse censemus, ne  
cui sensum ipsius symboli mutare liceret: non autè,  
quo minus Ecclesia symbolum ipsum in posterum  
exponere, dilucidare que posset. Sed velim à vobis  
amp. patres doceri, an sacratissimum Euangelium  
perfectissimam nostræ religionis doctrinam præ se  
ferat. Equidem vos aliud nil puto pro vestra summa  
pietate responsuros, quàm consummatissimam fi-  
dei nostræ sciētiam in ipso conclusam esse, licet quā  
plurimi Græcorum ac Latinorum doctores, illud,  
necnon Apostolorum symbolum explanauerant ac  
declarauerant. Hæc igitur patris Ephesij sententia  
vera videtur esse, totam sacram scripturam ita no-  
stris à maioribus fuisse probatam & ob signatam, vt  
addere vel ab ea quicquam auferre fas nemini sit.  
Proptereaque dicebat, idem quoque nobis de sym-  
bolo credendum esse. Euangelistas autem noluisse,  
quin aliquis eorum scriptis addere posset: sed ipsorū  
fuisse sententiæ, vt talis inhihendi facultas suis poste-  
rioribus deferretur: necnon secundum concilium,  
ipsorum Euangelistarum vestigia sequutum, ne qua  
quã interdiceret voluisse. Hęc (pace vestra dixerim)  
in pagina sacra non extant. Imò Paulus ad Galat. in-  
quit: Si quis vobis euangelizauerit præter id quod  
accepistis, anathema sit. Et Ioannes in Apocaly. Si  
quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum  
plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de  
verbis libri prophetiæ huius, auferet De<sup>9</sup> partem e-  
ius de libro vitæ. Omnes ergo doctores sancti po-  
tuerūt interdiceret, ne cui liceret accessionem ad eo-  
rum scripta facere: posteriores tamen scripturam sa-  
ctam clariore necessariò reddidere. Nam quoniam  
Arrius profitebatur Dei filium creaturam, alterius  
que substantiæ à patris substantia esse, scilicet his  
verbis seruatoris innitens, Pater maior me est: ideo  
doctores hac adducti necessitate, quam ratione  
patre filius minor esset, declarauerunt: vt in posterum  
accidere poterit. Sanctum enim spiritum, Deum ac  
dominū & viuificantē profiteamur, & qui cum patre  
& filio simul adoratur & conglorificatur: ipsum ta-  
men cæli & terræ factorem esse neuiquam in sym-  
bolo celebramus. Ergo si noua hæresi quæretur,  
cur sanctus spiritus, instar patris & filij, factor cæli  
terreque non celebratur, nonne tum nobis necesse  
fuerit, vt conuocata ecclesia quæstionem huiusmo-  
di dissoluamus, ac veritatem ipsam prædicemus, san-  
ctum videlicet spiritum ita cæli & terræ factorem

*Gal. 1. c.*

*1. p. 22. d.*

*1. p. 1. d.*

esse, quemadmodum pater & filius? Ecclesia igitur  
neque à tertia, neque à quarta, neque cæteris à syno-  
dis ita præscriptis legibus interdicta videtur esse, vt  
cogente necessitate, ambigua declarare non valeat.  
Sed quartæ synodi definitio iterum (si lubet) recite-  
tur. Ecce, patres amplissimi, quàm clarissimè pater,  
quidnam in hac quæstione dicendum sit. Synodus  
enim quarta decreuerat, ne cui liceret in posterum  
aliam fidem aut diuersum symbolum componere vel  
proferre, quorum neutrum ipsi gratia Dei commissi-  
mus. Sed verbum illud, si suffecisset, diligent<sup>9</sup> rogo  
perpendite. Non enim synodus dixerat, sufficit: ita  
vt oratio ipsa sic intelligi debeat, si nulla hæresis e-  
merisset. Nicænum symbolum dubio procul satis-  
fecisset. Sed quoniam plurima insurrexerat hæresis,  
ideo necesse fuerat, vt diuersis temporibus, fide ta-  
men symbolo que non mutato, diuersæ fierent expo-  
sitiones. Symbolum autem fuisse perfectum, quem-  
admodum pater Ephesus prouult, ob idque nulla  
indiguiffe additione, ratione duplici potest intelligi  
vel quantum ad veritatem & fidem, vel quantum ad  
notionē pertinere. Ea igitur ratione ita symbolum  
fuisse perfectum, vt ei non esset opus accessione, fa-  
temur: ob plurimam tamen hæresim ortam, necesse  
fuerat, vt accuratiori expositione perfectiorique ex-  
planatione symbolum ipsum dilucidaretur. Rerum  
perfectò necessitatem ac varios temporum cursus,  
patres amplissimi, considerare debetis. Homines e-  
nim mortales cum sint, omniaque futura neuiquã  
perspicere possint, necesse est, eadem semper eccle-  
sia maneat, eademque dignitate prædita sit: vt vsque  
ad seculi finem contradicentibus se opponat, ipso-  
que redarguat, & refellat. His igitur fortissimis pa-  
ter argumentis, nullum obstare decretum, quo mi-  
nus ecclesiæ valeat dubia & obscura exponere ac di-  
lucidare. Præterea post symbolum & decreta sanc-  
ta, definitiones traditæ fuerat: quod si valde esset i-  
gnotum quid pro religione ac bonis moribus, esset  
in posterum declarandum: proptereaque sapissime  
aliæ atque aliæ definitiones posteritati traduntur.  
Sanctorum igitur patrum decreta ita præfixa vi-  
dentur esse, vt quemadmodum diuersa denuò definitio  
traditur, ita etiã explanatio ipsi conueniens pos-  
sit fieri. Porro autem ipsi quoque concedimus, quod  
pater Ephesus protulit, nulli fas esse aliud symbolū  
tradere: ea tamen ratione, qua præsul ipse dicebat,  
Constantinopolitanum à Nicæno neuiquam discre-  
pare, etsi plures illud syllabas ac dictiones habeat,  
huic verò multavel addita vel ab eodè ablata fuerit.  
Sessio proxima, patres optimi, verbum, si suffe-  
cisset, ac totam ipsam orationem non accuratè ex-  
posuistis. Verum, quod quæstionem nostram facile  
soluerit, prætermisistis. Nam Chalcedonense conci-  
liū inquit, nil addentes vel auferentes, sed sanctū spi-  
ritum esse, dominū declarates, & reliqua. Quiquidē  
sermo erat in eos qui sacra paginæ innitentes cōtra  
sanctū spiritū differēbāt. Ex his itaque verbis que vos  
silētio præteristis, luce clarius patet, ipsam nostram  
declarationem, ex filioque, talem non esse accessio-  
nem, qualem conciliorum decretis prohiberi cense-  
mus, quemadmodum B. Thomas in lib. contra Græ-  
cos hanc eandem quæstionem dissoluit. Sex ex quin-  
ti concilij actis, Ioannis Constantinopolitani præsu-  
lis sermo recitetur.

*Caus.*

*Inl. Card.*

*AND.*

Orationem nostram, patres ampliss. ex quinti cō-  
cilij sententia, veram esse probabimus: Vt Christi fi-  
de-



deles (inquit ipse Ioannes) ab ineptis verbis abstineant, mentem autem suam diuino symbolo, quo baptizati sumus, adhibeant, quod quidem Nicæna synodus sancti spiritus gratia memoriae prodidit, & reliqua. A cæteris tamen conciliis magna verborum mutatio eidem symbolo facta fuisse videtur, quam tamen ipsi declarationem esse dicimus: quandoquidem eorum, quæ ad fidem pertinent, nulla prorsus in eo apparet mutatio. Nō ergo Romana ecclesia diuino symbolo quicquam addiderat, neque in posterum addet: Sed Vigilij literæ iterum legantur. Summus is pontifex, patres amplissimi, declarans quid de religione sentiret, id quod ipsi quoque credimus ac profitemur, memoriae prodidit: ut taliam doctrinam & fidem aut diuersum symbolum nemo profiteri deberet, sed tantum illud, quod Nicæna synodus prætradidit, Constantinopolitana verò ampliauit, ac Ephesina illustrauit. Idem igitur cum Vigilio volumus, idem sentimus, qui nil prorsus decreuisse videtur, quod non ipsi quoque profiteamur, summoque studio prosequamur.

IV L. car.

Harum literarum vna particula, patres optimi, nostram quæstionem dissoluet. Ephesinam (inquit) suscipimus synodum, quæ maiores suos sequuta, Nestorium impium ac eius scelestissima dogmata sectamque damnauerat. Siquidem igitur ea ratione Nestorius fuerat damnatus, sequitur, ut hi, qui ea omnia quæ in symbolo sunt inclusa, profiteantur, nequaquam debeant condemnari: verum hi tantum, qui à symbolo diuersa sentiant: quandoquidem diuersitas dogmatum solūmodo prohibetur. Sed sextæ synodi decretum iterum recitetur. Nicænum ecclesie symbolum in primis susceperat, dein Ephesinum postea verò decreuerat, postremò autem interdixerat. Vnde vestra ex sententia sequeretur, eos, qui ipsius synodi decretis, nedum qui symbolo addiderint, prophanos esse.

MAR.

Breuitati studentes ipsi, definitiones huiusmodi recitare nolimus.

Iul. Card.

At plurimum ad nos spectare videtur. Nemo enim crederet eos sub anathemate esse, qui eiuscemodi definitionum fuerant authores, quæ non in symbolo celebrantur. Sed magna inter hos libros discrepantia esse videtur. Nā in Constantinopolitano symbolo, quod ab Ephesina & Chalcedonensi synodo constat citatum fuisse, neque deum de deo, neque de cælis, legitur in hoc libro. Opera precium igitur est hoc in verustioribus libris inspicere. Est ne ita reuerende pater, an non?

M. A. R.

Ipsi sanè symbolum celebramus, quod scripturæ relictum fuerat. Si autem inter vos talis controuersia est, vos videretis.

Iul. Card.

Hic non est scriptum, de cælis. In margine autem ita legitur: Nota Græcos qui celebrent, de cælis.

Ruth. Iul. Card. Ruth.

Num vos, de cælis, non celebratis?

Id ipsi celebrare solemus. Ergo conuenimus, quemadmodum in nostris libris est scriptum. Vnde autē vestra hæc ambiguitas orta fuerit, ignoramus. Siquidem igitur sic ab omnibus celebratur, quemadmodum in nostris ac verustissimis libris legitur, nullam ipsi tenemur reddere rationem, cur in libris vestris discrepantia sit.

Iul. card.

Hæc ideo protuli, ut ostenderem id addi symbolo potuisse, quod non esset alienum à ratione: ut constaret, post Ephesinum interdictum, accessione congruam ad symbolum factam fuisse.

Sed neque ex sextæ synodi inhibitione, præstantissimi patres, potestis nos meritis incusare: quando quidem ipsa synodus de alia tantum fide, diuersoq; symbolo sentiebat. Ipsi verò (ut supra multis ac fortissimis argumentis probauimus) non aliam fidem colimus, neq; diuersum symbolū celebramus. Nūc ad Agathonis literas veniamus: quas iterū, obsecro recitetis. Sententia nostra, patres amplissimi, literis his confirmatur. Huic vni summo studio (inquit) incumbentes, ut nil prorsus eorum minuatur aut mutetur, aut quicquam ipsis addatur, verum omnia in verbis atque sententiis eadem permaneant. Et infra Constanti animo sumus, ut decreta à catholica & apostolica sede nobiscum pro fide tradita, seruemus atque colamus. Satis est ergo, ut in sententiis, hoc est in significatione & intelligentia, rata maneat, iuxta illud Apostoli: Corde creditur ad iustitiam. Fides autem non solum in mente, verum etiam in confessione consistit, quæ quidem non nisi verbis fieri potest. Porro quoniam apud Aristotelem, voces sunt earum, quæ sunt in anima, passionum notæ, animorū videlicet affectus significantes: idcirco quid quicque profiteatur, intelligi benè non poterit, nisi verba menti conueniant, ut exemplari exemplum. Bene ergo credimus non licere, verba rationi contraria, vel diuersam significantia fidem, apponere symbolo. Paulò vero supra probauimus, declarationem ad perfectam intelligentiam pertinentem, non esse veritam. Agathon igitur summus pontifex, verba diuersam tantum fidem significantia prohibuerat.

In Agathonis symbolo, patres optimi, nonnulla sunt verba, quæ Constantinopolitano symbolo, multis aliis ablati, is addiderat. Nā abutilit quidem hæc & in vnum dominum Iesum Christum, & ex patre natum ante omnia secula: nec non, lumen de lumine Deum verum de Deo vero, genitum, non factū. Hæc autem addidit, quæ in cælo & in terra. Quæ quidem verborum accessio, declaratio potius quam additio debet nuncupari: quæ declaratio (ut sæpè ac sæpius dictum est) nullis præscriptis legibus prohibetur. Si quidem igitur Agathon licuerat Constantinopolitano symbolo non minus addere, quam ab eo verba plurima auferre, non tamen propterea ipsum accusatis, cur nos parua huius additionis, ex filio, quæ verum significat, tam vehementer arguitis?

Probitas ergo & innocentia nostra ex his, quæ diximus, explorata est, ac nos immeritò à vobis incusari. Nunc autem ad septimam synodum venimus, cuius in primis symbolum recitetur.

Maxima librorum nostrorum discrepantia videtur esse. Nam in nostro verustissimo scriptum est, ex filioque, in vestro autem minimè. Sed de hoc alias.

Symboli particulam, ex filioque, à septimo generali concilio constat celebratam fuisse, sed hoc alias accuratius perscrutabimur: Symbolum autem dixistis, à maioribus nostris ita probatum & ob signatum fuisse, ut nulla ratione mutari liceat, quemadmodum ex eo cognosci potest, quòd verbū *honoris*, id est, deipara, in symbolo neuiquam celebratur. De qua cū esset Nestorij temporibus vocatum in dubiū, an mater Dei nominari deberet, necne, habita diligenti consideratione, concilium definiuit, ut vera Dei mater appellaretur, quod tamen symbolo (ut dicitis) nolens addere, decreuit, ut in actis eius conscriberetur, posteritatisque traderetur. Quæ omnia, patres amplissimi, concedimus, ac vera fatemur esse. Sed ideo ne-

cesse nequaquā fuisse, ut verbum illud symbolo adderetur, quòd pluribus aliis symboli verbis cognoscitur, Mariam virginem Dei genitricem esse. Nam ex patre natum, & consubstantiali patri, (filius enim Deus est, quemadmodum etiam pater) amplius & incarnatus, & homo factus: omnia hæc in symbolo celebrata, proculdubio Deum & hominem natū esse significat. Præterea, tametsi definitiones & symbolum in aliquo differunt, in pluribus tamen conueniunt. Nam differre quidem videntur, quòd plura eorum, quæ ad fidem pertinent, à definitionibus quàm à symbolo continentur, (de quibus in præsentia dicere non est opus nam multa volumina decretis eiusmodi plena sunt) conueniunt autem, quòd si mul ad nostram spectant religionem. Propterea nostri maiores ipsius symboli ac decretorum omnium authores, pro cunctis similiter interdixerant, ut symbolum pariter & decreta, vim eandem habere ostenderent. Vnde euenit, ut eorumdem symboli ac decretorum præuaricatores, in quibusdam conuentibus anathemate fuerint deuincti, non tamen propterea Christi fidelibus visum fuit, fidem in aliquo diminutā fuisse. Virginē autē Dei genitricē fuisse tantundē est in definitionibus fuisse repositum, ac si in symbolo celebratum fuisset, Quod tamen si patres ij facere voluissent, his quas supra diximus rationibus, procul dubio potuissent, quemadmodū posteriores synodi multa symbolo verba addiderunt, quæ non ita, ut verbū Dei genitrix, necessaria fuisse videntur. Illis enim synodis exploratum fuerat, quæ de seruatore nostro in Nicæno symbolo celebrantur, quàm maximè satisfacere.

Iul. Card.

In hoc valde dissentire videmur, si omnia post primū cōcilia generalia, verbū, deiparam, addere symbolo voluissent, utrum potuissent, an nō. Et si Chalcedonense concilium, quod materiam hanc tractauerat, id fecisset, an prophanum fuisset. Respondeat ergo pater Ephesius, respōdeat, inquam, ac affirmet vel denegat. Non necessariū esse videtur, ut ad hoc solum respondeat, verum tota intellecta oratione, vobis ad omnia respondebitur.

Imp.

Iul. Card.

Videre videor mentem vestram, patres amplissimi. Creditis enim sanctos Chalcedonensis concilij authores, fuisse prophanos, si verbum, deipara, symbolo addidissent. At si synodorum dignitatis rationem habere volumus, eandem cunctis facultatē fuisse credemus. Sin autem ipsarum authorum numerum considerare velimus, in Ephesina sanè 200. in Chalcedonensi verò 600. & 30. patres fuisse constat, quæ quidem ratione hæc illa dignior, maiorisq; potestatis fuisse videretur.

A N D.

Satis nobis videtur, patres amplissimi, vestris quæstionibus respondiisse, ipsasque dissoluisse. Nam symbola & decreta diuinaque dogmata, nec non sanctorum literæ, quas in medium protulistis, in hoc conuenire videntur, quòd cūcta significat, nemini Christi fideli licere diuino symbolo fidem aliam addere literisve mandare, aut quouis modo proferre, quandoquidem patres hi de verbis nihil curauerant. Ipsi autem demonstrauimus Romanā ecclesiā, neq; nominibus neque verbis, neque aliqua ratione diuersā fidem posteritati prodidisse. Patet etiā illud, ex filioque, ipsa Romana ecclesia solet in symbolo celebrare, nequaquā fuisse vetitū. Sequitur caput vltimū explicare, ac multis argumētis probare, Romanæ ecclesiæ licuisse particulam ipsam dilucidare prædica-

reque, cū præsertim sanctorum patrum sententia mota, magnorum principū autoritate adducta, magna denique necessitate coacta fuerit. Proptereaque maiores nostri huic sententiæ facillimè acquieuerāt quemadmodum vos, qui proborum parentum probi filij esse censemini, facere ac sentire nobiscum deberetis. Sed nunc sanctorum doctorum autoritates in medium afferamus, ac in primis Augustini illustrissimi Latinorum doctoris, quem quinta synodus consecrauit, quippe qui multis in locis, præsertim in libro de trinitate, sanctum spiritum ex patre filioque procedere, scriptam reliquerat. Idem etiā clarissimus doctor Ambrosius literis mandauerat. Idem Gregorius noster testatur. Hilarius etiam (quæ magnum appellare soletis) eandem sententiam in libro de Trinitate reliquerat. Quorum omnium doctorum sententiam si diligenter perpenderitis, proculdubio cognoscetis Romanam ecclesiam nil absoni, nil incongrui, nil denique quod cum sanctorum patrum dogmatibus pugnet, profiteri. Sed ut veritas melius illustretur, nonnullos etiam vestrorum doctorum testemur. Nam magnus Basilius in epistola ad canonicas, naturalem patris & filij, sanctique spiritus ordinem descripsit: Sanctus spiritus (inquit) patri quidē & filio connumeratur, cum supra omnem creaturā sit, ordine verò tertius est, ut Euāgelista nos docet, dño dicente: Euntes in vniuersū mundū, baptizates in nomine patris & filij & spiritus sancti. Qui autē eū præponit filio, aut superiorē patre dicit, hic contradicit Dei traditioni, & alienus à sana fide est, quam accepit, & laudationis formam nō seruans. Et post pauca: Quare si quis hūc ordinē peruertit, ipsa personarū existentiā & totā fidem inficiatur. Beat⁹ item Gregorius magni Basilij frater, ac in dignitate & doctrina ipso nequaquā inferior, inquit, filiū immediatē ex patre esse, idque ipsius filij propriū esse. Athanasius etiā: Qualem ordinem (inquit) & naturam filius habet ad patrem, talem ordinem & naturā spiritus habet ad filiū. Sed ad eundē Basiliū redeamus, qui Zachariæ illud, aurea lāpas, exponens: Quæadmodū (inquit) pater naturaliter ac essentialiter sanctū spiritū habet, ita etiam filius eundem sanctū spiritum habet. Beat⁹ quoque Ioānes Chrysostomus super Ioanne Euāgelista: Omnia (inquit) filius est, quæ & pater, hoc & excepto, quod ille qui dem est genitor, hic autem natus. Sunt etiā alij Orientales doctores, qui hanc sententiā memorię prodidere, de quibus suo loco dicemus. Nunc autē quandoquidē tota nostra difficultas videt esse in verbi, procedere, ut picipienda, idcirco nonnullos vestros doctores in mediū producemus, complures vero alios ad aliud tēpus seruabim⁹, qui omnes professi fuerāt sanctū spiritum ex filioque procedere. In primis igitur Simeon Metaphrastes vestris in ecclesiis celebrim⁹ accedat, qui in B. Dionysij vita inquit: Terminum corporeæ peregrinationis accipit, & quæ spiritus sunt, spiritualiaque, exercet, ac in cælos Christus meus ascendit, ad paternamque sedem reuertitur, & spiritum qui ex ipso procedit, discipulis suis demittit, ut ipsi gentem infidā regant. Ex huius sancti sententia, præstantissimi patres, apparet, spiritum ex filioque procedere, quemadmodum Romana ecclesia profiteretur, verum esse. Quam enim apud Græcos genitiuus casus vim habet, eandem apud Latinos ablatiuus sibi vindicare videtur. Anastasius etiam de monte Sina ve-

Matth. 28. c.

Baptizatio

Zach. 4. c.



niat, qui in sermone de nostris veris dogmatibus inquit. Ex corporis proprietate ac membrorum analogia similitudineque capientes exemplum, diuinarum personarum relationem, mutuaque dependentiam comprehendimus. Sic enim spiritus oris eius, hoc est, Dei, sanctus spiritus nominatur, cum os unigeniti sit. Rursum: Spiritus qui ex ipso procedit, & mittitur, non solum ex parte verumetiam ex filio. Legatur & Theodoriti dictum, ac ad ipsum Cyrilli responso. Sed ac cedat magnus ille vester doctor Epiphanius, qui super his dictis, Ille me glorificabit, quia de medio accipiet, & annunciabit vobis, dicit ita: Si ergo a Patre procedit, & de meo accipiet, dicit dominus, quem admodum nemo patrem nouit nisi filius, & nemo filium nisi pater: ita equidem proferre audeo, ut spiritum nemo nouerit, nisi pater & filius, a quo procedit & accipit. Hæc sunt doctorum vestrorum sententia, pluribus aliis omisissis, de quibus in præsentia mentionem facere nolumus, quibus Romana ecclesia innixa, non putat quicquam aliud celebrare, quam quod sancti conciliorum generalium auctores, ac eorundem posteriores, nobis tradiderant, maior pars quorum, ut Anastasius & Maximus testantur, in ipsis conciliis fuerat: ergo verum est, ex filioque proferre, idque necessarium additum, quemadmodum Orientalis ecclesiae patres hæreticorum importunitate coacti, multas symbolo particulas declarauerant. Nanque Nestoriana secta in Orientali ecclesia prædicabatur, sanctum spiritum, neque ex filio esse, neque ab eo esse accipere, ut ex Nestorij symbolo patet. Theodoritus quoque ab eo ipsius Nestorij conscius, illud Pauli: Spiritus filij, declarans, dicebat ibidem sanctum spiritum non accipere esse a filio. Propterea Cyrillus literis mandauit sanctum spiritum esse per filium, ac filij esse, & ab ipso profuere, quam profectò sententiam non dixisset, nisi coactus fuisset hæreticorum ipsorum opinionem euertere, quemadmodum etiã Romanæ ecclesiae contigit. Nam maximo in Gallia & in Hispaniis schismate imminente, cum iam ex filioque, passim celebraretur, Romano pontifici fuit necesse, in multorum Occidentaliũ amplæ dignitatis magnique consilij patrum conuentu, addito ex filioque, symbolum magis illustrare, nequaquam sanè putanti quicquam indigni committere, quippe qui non fuerat nescius, conuentus multos ante primam Nicænam synodum celebratos fuisse, initio Antiochia contra Paulum Samosatenum, deinde Ancyræ aduersus eos, qui reuertentes ad fidem, a qua tormentorum metu defecerant, recipere recusarent. Postea verò Neocæsareæ, quos tamen conuentus omnes synodus ipsa Nicæna comprobauit, nonnullis eiusdem Neocæsareen. conuentus de septem diaconibus actis exceptis, quæ cum probanda non essent, refellit. Conuentum etiam Sardensem, Occidentalem postea nuncupatum, Constantini temporis celebratum, synodus secunda suscepit: ad quem cum 70. patres Orientalis ecclesiae conuenissent, in ipsum intrare noluerant, quod patres Occidentales Paulum & Athanasium excludere noluerunt, qui quidem patres, Nicænae tum synodi gesta ab omnibus Christianis suscipi ac excoli debere, decreuerunt. Quod quidem decretum secunda deinde synodus sine vlla controuersia confirmauit. Sed rem altius repetamus. Imperante Constantino, magni Constantini filio, Constantinus frater eius cum Arrianis hæreticis conspirabat, maximo sanè desiderio affectus, ipsius Nicænae synodi acta rescindere, ipsamque

piam doctrinam funditus euertere: quæ summus pontifex ægre ferens, Imperatori scripsit: is autem Constantino fratri suo minatus, se ei bellum acerrimum illaturum, nisi à tali proposito recessisset. Propterea Sardensem ipsum particulare concilium fuit celebratum, quod in tertio secundæ synodi canone, Occidentale (ut supra dictum est) nuncupatur. In quo sanctum fuit, trecentorum decem & octo patrum fide in prima synodo traditam, veram & sanctam fuisse, atque ab omnibus Christi fidelibus complectendam & excolendam. Quam deinde sanctionem ipsa secunda synodus approbauit, ut in hoc Græco de ecclesiastica historia volumine legitur.

Quisnam est author huius voluminis?

Hermeus. Est ne rationi congruum, ut in synodo historiae innitatur?

Ad cognoscendum res gestas, serenissime Imperator, historia uti debemus. Nam & euangelium, ac vetus sacra scriptura, instar historiae, posteritati tradita fuerat.

Historiam illam in nostra religione debemus suscipere, quam maiores nostri probauerunt, aliam vero minime.

De Romanorum, aut Græcorum, aut regum bello historia, mitissime Imperator, in synodo nequaquam uti debemus. Sed cum historia hæc ecclesiastica mera sit, in qua cuncta omnium synodorum acta & patrum sanctorum definitiones & canones explicantur, cur ei credendum non est, cum præsertim in vestro Græco, nedum in nostro volumine, res eadem narratur? Sed (ut lubet) humanissime Imperator, omisissis his, vnde digressi sumus, reuertamur. Ut nostræ fidei veritas, patres amplissimi, dicebamus, magis illucet, magna præsertim virgine necessitate, Romanam ecclesiam hac vera particula ex filioque superaddita, symbolum declarasse ac dilucidasse. Sed si quis quæret, cur ad id cæteras ecclesias conuocare noluerit, ingenuè respondebimus, incertum nobis esse, an non fuerint conuocatae. Deinde Romanam ecclesiam ad conuocandas ipsas nequaquam obstrictam fuisse. Nobis nanque notissimum est, veteres illas synodos diuerso patrum numero fuisse celebratas. Primam videlicet trecentorum decem & octo, alteram 100. & 50. tertiam 200. quartam vero 630. & quæ quandoque pauciores patres decreuerant, ea sine controuersia à cunctis suscepta fuisse, ut septimæ synodo contigisse constat. Cui postea quia Constantinus imperator se literis excusauerat, cur plures præfules non conuenerint, nec ipse adesse potuerit, quod magnis negociis fuerat impeditus, eam magna veneratione suscepit, ac eius acta probauit. Siquidem igitur tot Occidentales antistites præsentem summo pontifice, cui ad celebrandum concilium summa facultas fuit, & est, ut vestri quoque doctores testantur, concilio celebrato symbolum declarauerant, nihil referre videtur, si nonnulli præfules ab fuerint. Accedat autem Stephanus doctor vester, ac testetur iniussu summi pontificis synodum celebrari non posse. Qui cum vidisset quosdam Constantinopoli congregatos, magno affectos concilij conuocandi desiderio, eos vehementissimè increpauerat, dicens: Quonam pacto iniussu summi pontificis, ac eius absente vicario, concilium conuocare celebrareque potestis? Veniat & B. Cyrillus, qui Cælestini vicarius (ut prædictum est) Ephesinae synodo præfuit, ad quam cum Ioannes Antioche-

Antiochenus præsul serius venisset, Cyrillum increpauit, & se suisque focis absentibus, eam iam cœperit celebrare, propterea que volebat eius acta rescindere. Cui Cyrillus respondit, satis ei fore consultum si in synodum introduceretur, ipsi autem non licere acta synodi reprobare, ita ut quæ ante ipsius Ioannis aduentum acta fuerant, firma validaque permanerent. Ergo nec vobis conuenit, patres amplissimi, Romanam ecclesiam incusare, quod incõsultis vobis symbolum declarauerat. Præterea cur à Romana ecclesia conuocari deberetis, si non inscijs quemadmodum iam diu symbolum celebraret ac prædicaret, non solum ei contradicere noluitis, verumetiam longum tempus cum ipsa coniuncti fuistis? Ex quo quidem facimus coniecturam, vos ob eiusmodi symboli declarationem haud in nos commotos fuisse, neque à nobis seiunctos. Propterea S. Maximus dicere solebat, Romanam ecclesiam ab Orientali immeritò accusari. Cuius literæ ad Marinum scriptæ legantur. Quibus quidem Græcè recitatis, atque à Colossensi præfule latinè expositis. Nicolaus Græcorum interpretres, habita dicendi facultate, dixit ita:

Non bene pater reuerende interpretatus hoc dictum es, dicens, sanctum Maximum literis mandasse, Græcos unicum sancti spiritus principium cognouisse. Non enim ex literis hic sensus elicitur, verum Græcos filium sancti spiritus causam neutiquam facere, quod vnicam filij sanctique spiritus causam patrem nouerant.

AND. Tum præsul Colossensis: De his, inquit, suo loco dicemus, quando etiam demonstrabimus sanctum ipsum hanc intelligere habuisse. Porro autem sit satis nobis, probasse, beatum Maximum putasse, Romanam ecclesiam iniuste incusari. Sed videamus & aliud dictum eius.

NIC. Tum Nicolaus: Noueritis, inquit, patres amplissimi, dictum hoc non fuisse Maximi, sed ab alio scriptum post schisma fuisse.

AND. Tum Colossensis: De his, inquit, alias accuratius agemus. Nunc autem ex his hanc habemus conclusionem, summum illum pontificem sextæ sino di tempore fuisse, ut eis scriptis cognoscitur, quando etiam symbolum cum particula, ex filioque, non ignorantibus vobis, Romana ecclesia celebrabat. Nequaquam ergo proferre debetis, id inscientibus vobis additum fuisse. Amplius ex septimæ synodi actis apparet, particulam ipsam tunc probatam, susceptamque fuisse. Constat namque synodum ipsam nullam de Nicæno Constantinopolitanoque symbolo mentionem fecisse, quemadmodum fecerant priores: propterea quia cunctis iam fidelibus notum fuerat, utrunque simul, per unicum suscipiendum, ac nullam de symbolo controuersiam esse. Præterea ex Tharasio Constantinopolitani præfulis literis, in tertia eiusdem synodi sessione scriptis, apparet, sanctum spiritum ex patre per filium procedere, quod id esse probabimus, ex filioque. Siquidem igitur soli Tharasio id egisse licuerat, cur non Romano pontificum tot Occidentalium patrum concilio licebit? Præterea verustissimum septimæ synodi librum habemus, in quo planè sanctum spiritum ex filioque procedere scriptum est, ut multis etiã aliis annalibus constat, argumetisque plurimis ipsi demonstrare possemus. Sed quoniam sessione proxima octauum concilij meministis, ideo quædam nobis ad ea prius dicenda sunt, quæ nobis tunc obiecit. Photius namque Romanæ ecclesiae inimicus acerrimus, nullam de symboli additione faciens mentionem, in Nicolaum ad Adrianum


summos pontifices literis inuectus est plurimum. Qui cum in eos meliorem inuehendi materia habere non potuisset, quæ ipsos præuaricatores legis, anathemateque notatos esse probare, id tamen nequaquam fecisset: argumento maximo est, Romanam ecclesiam a vobis immeritò accusari. Amplius Romana ecclesia, summusque pontifex ab eodem ipso concilio, sciente quoniam modo symbolum celebrarent, & prædicarent, summo opere laudantur, ac Photius ipse pro Ignatio condemnatur. Hormisdas præterea summus pontifex, qui ante quintum concilium Iustiniani imperatoris tempore fuerat quædam literas scripsit, quas Ioannes Constantinus præsul, ac ceteri Orientales eiusdem temporis præfules, e quo animo susceperit, quis in eis clarissimè scriptum fuisset sanctum spiritum ex filioque procedere. Cur igitur patres amplissimi, additionem ipsam disunctionis ac dissidij nostri causam fuisse asseueratis, nolentes, ea manente, nobiscum iungi? Sed neque verum, rationique consonum esse videtur, octauum illud concilium antiquatum fuisse, cum neque Romanus pontifex, neque vicarius eius in illo ultimo conuentu, quod paulo ante octauum concilium nuncupastis, adfuerit. Si enim adfuisset, in eius annalibus procul dubio scriptum fuisset, quando quidem omnia Romanorum pontificum gesta, etiam non nimis necessaria memoria diligentissimè tradi solent. Præterea, si conuentus ipse Ioannem summo pontificatu priuauerat, ac simul interdixerat, ut hæc symboli particula non amplius celebraretur, cur Romanus tum pontifex non idem in sua ecclesia statuit? Cur deinde vobis cum prophanis anathemateque devinctis consuetudo fuit? Cur denique tot summis pontificibus in hoc etiam, quemadmodum pluribus aliis in rebus fecistis, nequaquam contradixistis? Et quibus sequitur, ut vel ipse conuentus celebratus non fuerit, vel hac de re nullam profus fecerit memoriam. Hæc ergo particula, ex filioque, patres optimi, neque additio est, neque vnquam prohibita fuerat, sed explanatio, ac non aliena à ratione dilucidatio est, ut potè quæ à nostræ fidei veritate, ac ipsius rei necessitate, necnon Romani pontificis facultate, multorum denique præfulum autoritate causam habuisset. Quam cum vos tolerando, ac tot annos stacendo, minimeque contradicendo confirmasse videamini, cur nunc contra nos commouemini? Si alia ratione adducti nostram amicitiam fugitis, eam nobis obsecro patefacite. Nanque qui sanctum spiritum ex solo patre procedere diceret, is planè sanctorum patrum sententiæ ac veræ fidei contradiceret. Duorum enim alterum incommodum necesse esset incurrat, ut vel in diuinis personis non naturalem ordinem esse credat, aut filium sanctumque spiritum, patris creaturas esse. In quem quidem errorem Arrius & Euty chius ac Macedonius incidere. Quem cum Romana ecclesia clarè vidisset, Occidentalium patrum consilio, summaque sapientia diuinum symbolum declarauerat.

Ut autem vobis pateat, solam hanc Petri sedem nostræ fidei declarandæ facultatem habere, contra quam portæ inferi, hoc est, hæreses, neutiquam præualerunt, quemadmodum hucusque minime præualere potuerunt, hæc sola Græca legatur autem Mat. 16.6. ne de fide, tametsi plures alias Græcas auctoritates ad hanc rem pertinentes habeamus, præsertim beati Cyrilli thesauros in quibus Romani pontificis

tificis facultas & dignitas plurimū resplendet. Sed hæc hæc in præsentia. Silētio autē præterire nolim, Romanā ecclesiā, cuius humeris incūbit veritatem reddere clariorē, hanc quoque veritatē, ex filioque, necessariō suscepisse. Quæ quidē si non implicite vel explicitē suscepta fuerit, seruari poterit nemo. Si quidem igitur, patres optimi, orationi nostræ velitis (vt par est) acquiescere, non alia re opus fuerit, nisi vt clausis ac postpositis libris, omnes veritatem hanc amplectamur, ac in Dei Ecclesia coniungamur. Quoniam, reuerendi patres, Agathonis literis vehementer inuitidemi, idcirco nōnulla proferre velim, quæ Colossensis responsionem confirmet, ac ipsam clariorem reddant. Sed prius hæc literæ perlegantur. Si veritatem (inquit) silentio præteribo, quam verbis his, Pasce oues meas, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, iussus sum præstare volentibus: quādo nobis necesse est Christianos ea docere, quæ ad veram fidem pertineant, & infra, tora catholica Christianorū, generaliaque cōcilia, eius, hoc est, Romani pontificis doctrinam fideliter amplexata, necnon sancti omnes doctores ipsius ecclesiæ lumina, eiusdem doctrinam sequentes, & reliqua. Cū ergo quippiam agitur de fide, necesse est Romano pōntifici ambigua declarare, eademque prædicare: synodis verō totiq; ecclesiæ doctrinā eius suscipere: quemadmodum ex his ipsis Agathonis literis habemus, quas sexta synodus suscepisse videtur. Sed hæc hæc tenent. Et si lubet, surgam cumque vobis visum fuerit, sefsionem aliam celebremus. Tum sancta synodus iussit, vt ad primam diem mensis Nouembris sefsio fieret.

**SEPTIMA SABBATI PRIMA MENSIS**  
Nouembris, octaua sefsio Ferrariae.

B. E. S.



Rationem vestram, patres amplissimi, a quo animo audiui, cui modo nos responsuros, oportet etiam vos mutua benevolentia auscultetis, ita vt dictio nostra mutuo habeatur amore: nosterque sensus sic explicetur, vt ad sanctā ecclesiarum vñionem omnes aspiciere videamur, agentes ea, quæ oporteat agere: resellentes verō, quæ ad ipsum nostrum finem pertinere non videantur, vt non ipsis magis indulgere, q̄ vniuersali ecclesiæ cōmodo velle consulere censeamur. Ipsi quidē vobis promittimus non vllum verbū proferre, vel patienter auscultare, q̄ in honestū esset, vel similitatē inter nos aliquā posset parere, credentes idē vos velle, idēque sentire. Sed dū hæc agimus, attendite, obsecro. Sermonē nostrū patres amplissimi, partes in quatuor diuisistis, ac nonnullas rationes pro parte qualibet attulistis, quibus creditis nos innixos, eiusmodi sententiā habuisse. Vnde post ea euēnit, vt nobis contradicere cupientes, ea demōstrare aggressi fueritis, quæ neutiquā ad rem attinere viderentur. Initio nanque conclusiones quatuor ostendere promissistis. Primō, ex filioque, particulā, non additionē verum declarationem, ac symboli dilucidationem esse. Secundō, Romanā ecclesiā facultatem habere declarationes eiusmodi faciendi. Tertio, particulam ipsam ex Ecclesiæ doctorū sententiā veram esse. Postremō, cognita huiusmodi veritate, Christicolos omnes ipsam suscipere, prorsusque cōsectari debere. Porro autem longa oratione de duabus primis partibus per vos habita, de aliis duabus sefsione præterita verba facere promissistis. Rursus

ad secundam redeuntibus partem, de ea dixistis plurimum, quinimō vestra tota ferē oratio in ipsa versata fuerat, vt scilicet probaretis, Romanā ecclesiā licere obscura declarare, ac eiusmodi declarationē diuino symbolo addere, quæ cum modestissimē ageritis, à nemine nostrum interpellati fuistis. Ad extremum autē protulistis, & si valdē conueniens esset, reliquas duas partes ostendere: nobis tamen volentes facere gratum, nolle quicquam de eis proferre pro quo quidē vestro in nos officio vobis magnas agimus gratias, licet in eo non minus vobis ipsis, q̄ nobis satis feceritis, quōd de omnibus partibus late disseruistis. Nos autem non omnem vestram orationē forsā ad rem pertinere, breuibus amiceque vobis demonstrare promittimus, ab extrema parte sermonis vestri sumentes exordium, de qua profectō plurimū dixistis, tametsi pauloantē de ea nihil proferre promittebatis. Porro etiam ipsi concedimus veritatem, commune bonū atque omnibus mortalibus cōducibile, esse, ita vt qui mentis sit compos, contra ipsam quicquam agere proferre minimē debeat, sed modis omnibus eā inuestigare, ac inuentā sectari, præq; oculis semper habere. Non ergo nos laborare oportet, vt quæ omnibus sunt notissima, ea tractemus ac demonstremus. Veritas enim simplex existit ac non multis indiget argumentis parte igitur ipsa postposita, ad primā simul & tertiam veniamus. De quibus profectō multa dixistis, tertiā de tertia parte (vt pauloante dictum est) nil velle dicere videbamini. Sed neque de ipsis nunc agere nobis opus esse videtur: verum cum ipsius dogmatis veritatem, de qua præcipuē agimus, velimus inquirere, an sanctus spiritus ex filioque procedat, tunc de eisdem duabus partibus diffusius differemus. Reliquum igitur est, vt ad secundam tantummodō partem in præsentia respondeamus, an Romanæ ecclesiæ liceat declarare, ac eiusmodi declarationes in symbolo celebrare. Nequaquam enim posse fieri credimus, simul de omnibus his partibus disputare, ac simul in omnibus conuenire: verum ab vna in aliam venire, ac sic de omnibus agere, necesse nobis videtur. Oportet autem ab ea parte incipere, quæ prior cæteris secundum naturam existit. Nam nisi probare poteritis, Romanam ecclesiam addendi facultatem habere, quid obsecro vobis proderit demōstrasse, sanctū spiritū ex filioque procedere, verā declarationē esse: nil prorsus, propterea q̄ licet id clarissimē ostendatis, ipsi tamē vobis respondebimus, tãetsi verū sit, symbolo tamen apponi nefas esse: quando etiā multa alia vera sunt quorum nullam factam ad symbolum fuisse videmus accessionem. Tota igitur nostra conuentionis, in secunda parte consistit: propterea de ipsa nostram orationem præcipuē habebimus in primis leuiter perstringentes, quæ fuerant à vobis prolata, vt his quæ perperam dicta fuerint, in aliud tempus dilatis, de eis tantum in præsentia differamus, quæ nobis videantur ad propositum pertinere. Dignum autem admiratione non fuerit, si ad vestram prolixam orationem longa vtamur responsione, in hoc præsertim initio: nam in posterum erit necesse breuibus agamus, interrogando mutuoque respondendo, quousque ad conclusionem aliquam peruenirimus. Pro viribus tamen in præsentia quoque breuitati studebimus. Sat esset profectō (vt pauloante dictum est) de secunda tantum questione differere, de qua præcipuē agitur.

Verum

Verū vt nostra oratio vberior habeatur, omisis superfluis, de prima etiam nōnulla perstringemus, quæ non aliena à proposito videantur. Magno igitur vos affecti desiderio, particulam ex filioque demonstrare diuini symboli declarationem esse, quod quidem sermonis vestri primum caput fuisse diximus, quodā syllogismo fuistis vsi: de cuius secunda propositione, argumentisque vestris eam (vt creditis) confirmatibus, nobis in præsentia disputandum non est. Rationibus verō, quas ad primam eiusdem syllogismi propositionem probandam attulistis, quod rem spectare videntur, breuibus respondebimus. Quæ quidem propositionem in primis quodam syllogismo confirmasse putatis, deinde cæterorum generalium conciliorum exemplo, quippe quæ nonnulla obscura symboli verba explanauerant ac declarauerant: postremō, ex quodā patris Ephesij sermone. Ad syllogismum igitur ipsum veniamus, cui dum respondeo, rogo attendite. Omnis additio è rebus, dicitis, extraneis fit, declaratio verō ab intimis: ex quibus nullā declarationem, additionem esse infertis. Quæ quidem prima propositio simpliciter concedatur, licet eam, quo ad nostram materiam spectet, inficiari verè possumus. Secundam verō communiter veram esse negamus: fieri nanque potest, vt aliqua declaratio ab intrinsicis ac intimis fiat, omnis autem minimē. Imō declaratio forsā quæque, præsertim hæc de qua agimus, quæ theologica est, ad extraneum quadam ratione refertur, ac ab ipso depēdet, quod primæ maiorisque propositionis rationem habet, ita vt maior ipsa vestri syllogismi propositio ab illa contineatur, ac ab ea secundum locū obtineat, quæque potius contineri q̄ continere credatur. Ex epli causa, sanctum spiritum ex patre procedere cōmuniter proferre solemus: quæ quidē oratio, ex verbis intrinsicis res significantibus constat volentes autem eundē probare spiritum ex filioque procedere hanc orationē extraneā sumitis, patris omnia filij esse: ex qua deinde hanc infertis conclusionem spiritum ipsam ex filioque procedere: quæ, declarationē appellare soletis. Cuius quidem conclusionis secunda propositio extrinsecus à sua priori dependet: quæ (vt pauloante protulimus) ab extraneo vim habere videtur. Non igitur verum communiter est, quamuis declarationem, ex verbis res intimas significantibus semper fieri. Nam etsi nonnulla pars declarationis ab intrinsicis fit, maiori tamen ex parte ab intrinsicis constituitur: quod ab axiomate, hoc est, pronuntiatio, vel (vt dialectici dicunt) dignitate, aut saltem ab aliqua extranea dictione dependet. Qui ergo sanctum spiritum ex filioque procedere dicit, is symbolū forsā declarat, eidē nihilominus quicquā dubio procul videtur apponere. Falis igitur declaratio, additio est. Præterea verbum, ex filioque, augmentatio (vt Aristoteles inquit) ita fit ab extraneo, vt id simile esse oporteat. Nam vt vestro vtat exemplo, tametsi nutrimentum extraneū sit, id tamen simile esse necesse est. Quoduis enim, quod aliter, à suo simili nutritur. Ergo cū additio duas habeat in sese rationes, alteram quidem vt ab extrinsicis, alteram verō vt ex similibus fiat: additio, ex filioque, vtranque rationem habere videtur. Intrinseca nanque similisque iuxta vos est, quod rem eandem significat. Extrinseca verō atque dissimilis, tum quod dicitio extranea atque dissimilis est: tum etiam quod

extrinsecus & dignitate quadam probatur, ac ab ipsa (vt est supra dictum) dependet. Cum igitur, ex filioque, additio fit, & additiones fieri, constat veritū esse, sequitur particulam ipsam, prohibitam esse: quæ forsā declaratio sit. Sed de syllogismo hæc. Porro autem reliquis argumentis, quibus eandem ipsam primam propositionem confirmastis, perpetua oratione responderemus, nisi eisdem ipsis ad secundam partem probandam vsi fuertis. Ne igitur eadem bis repetamus, ad eam nunc veniamus, simul que vestras ipsas rationes soluamus. Quam quidem secundam partem, scilicet fas esse symbolo declarationes apponere, quatuor rationibus probasse videmini. Primō, cunctarum synodorum exemplo, quæ nostram fidem declarauerant, quibusdā deinde pronuntiationibus à symbolo differētib. Tertio, principiorum scientiarū exemplo, quæ quidē principia videntur in sese ea omnia potestate includere, quæ in eisdem tractantur scientiis. Postremō, q̄ quoniam vna eademque dignitate semper Ecclesiā fulgere necesse est, idcirco eandē facultatē Ecclesiā ipsam semper habere oporteat. Hæc vos. Ipsi autem credimus, patres amplissimi, nunquā licuisse, neque fore vt liceat, vt diuersum dogma intrinsicis verisque rationibus declaratur. Quæ verō à nostræ fidei principiis cōtinentur, ea solū lucidiora reddere, nobis fas esse. Nam maioribus nostris non solū declarandi, verum etiam declarationes suas diuino symbolo addendi, summa facultas fuisse creditur. Quæ deinde veritas fuerat, ne cui symbolo quicquam addere liceret: declarandi tamen potestas in Dei ecclesia permaneret, semperque manebit. Nam duo illa generalia concilia, maxima dignitate facultateque prædicta fuerant. Postea verō, quoniam nonnulli impij symbolū sæpe mutando, peruersaque dogmata non sine maxima Christicolarum pernicie ingerendo, ea facultate abutebantur: idcirco tertia synodus vidēs facultatem eiusmodi pernicie potius quam cōmodo mortalibus esse foreque, ita symbolum obsignauit, vt nemo ei quicquam addere posset, quod ex eo nulum prorsus incōmodū Christianis accideret. Quoniam, obsecro, pacto id ipsis contingere poterit, cum eadem ipsa profiteantur, quæ diui patres docuerant. Aut quis Christianus, qui compos mentis fuerit, ipsorum patrum decreta imperfectionis incusauerit? Contra ex facultate mutandi symboli, pernicies magna profectō consequeretur, data quandoque mutantorum verborum occasione. An autem tertia synod⁹ interdixerit, literis multis, præsertim beati Cyrilli ad Acacium Melitenensem præsulē scriptis, apparet. Sancta (inquit) synodus Ephesi celebrata, necessariō prouidit, vt alia fidei expositio Dei ecclesiis neutiquam ingereretur præter eam, quam beatissimi patres nostri sancto afflati spiritu definierant. In quibus quidem literis multa notatu digna videntur. Sed tria tantum (si lubet) perpendamus. Primū, tertiam synodum primam inhibuisse, quod verbum prouidit, significat. Deinde verbum, necessario. Postremum, aliam fidei expositionem fuisse vetitam. Præterea memoria dignum est, ab vniuersali ecclesia interdictum fuisse, quod hæc verba significant, vt Dei ecclesiis non ingereretur.

Quæ omnia, patres amplissimi, consideremus oportet, præsertim quod ex primo sequi videtur. Constat enim, tertiam synodum primam quippiam vetuisse, duas verō priores iam pri-



dem interdixisse, ne quis contraria dogmata proderet. Ergo sequitur, synodū ipsam aliud ab eo, quod iam veritū fuerat, prohibuisse. Quod ipsi credimus esse, ne verborū mutatio vel additio symbolo fieret. Quod quidē decretū ab vniuersali ecclesia (vt suprà dictū est) factum fuerat: quippe quæ, nō quod hic vel ille pferretur, sed ne, q̄ cōmuniter in ecclesiis celebraretur, & in quo baptizaremur, mutaretur, curauit. Et non solum aliis, verum etiā sibi ipsi interdixit. Quod planē patet ex eo, quod verbum, Deiparam, diuino symbolo noluerit addere. Nam etsi in ipso apponeretur, tamen posterioribus exemplo se voluit esse, suum decretum re ipsa confirmando: quamuis (vt prædictum est) propter impij Nestorij dogmata, magna necessitas vigeret, vt symbolo nomen illud apponeretur, cum præsertim ab eo potentia contineretur. Nam hæc, filium esse consubstantialē patri, ac ipsum de cælis descendisse, & incarnatū de spiritu sancto ex Maria virgine fuisse, Deū ipsum ex sancta virgine natum esse significant. Ergo nomen hoc, dei genitrix, etsi symboli declaratio esse poterat, haud tamē additū fuerat. Sed quispiā forsitan diceret, id ideo additū non fuisse, q̄ à symbolo clarē contineretur. At alia quoq; conplura fuerant quæ quauis à symbolo non tam clarē continerentur, ea tamē posteaquā declarata fuerāt, synodi symbolo neutiquā addiderunt. Nā neque filij Dei cū assumpta natura nostra secundū hypostasium vnionē, de qua tertiu generale conciliū neque dominū nostrum Iesum Christū duas post ipsam vnionē naturas inconfusas seruasse, de quo quartū: neq; duas voluntates operationesque duas habuisse, de quo sextū tractauerat, diuino symbolo addidere: quauis ea omnia diuinæ scripturæ pluribus in locis non clarē scripta fuerint. Neque igitur, quæ non à symbolo manifestē continentur, eidem addita fuisse videtur, neque quæ clariora essent, tertia synodus ipsi symbolo apposuerat. Nulla ergo ratione quicquā licet apponere symbolo, quod quidē cætera post tertiu concilia generalia summa cum veneratione seruauerūt. Si qua tamen vobis ambiguitas in septimi concilij libro videtur esse, eā suo loco diffusius declarabimus & ipsum concilium cætera fuisse sequutum probabimus. Quod tantum abfuit, vt symbolo quicquam apponeret, vt cum cætera concilia declarationes suas, cum his quæ declarabant, conuenienter solerent conscribere, eaque simul cum declarationibus memorie tradere, ipsi soli cōuenientius visum fuerit, in tacta primitiua scriptura, suasciusmodi declarationes literis separatim mādare. Licet nonnulli doctores, præsertim hi, quibus ante tertium conciliū declarandi facultas fuerat, quadā adducti necessitate diuersa ratione suis declarationibus vsi fuerint, cū præsertim nondū fuerit interdictū. Hoc autem Pauli dictū, Si quis vobis aliud præter q̄ tradidi vobis, euāgelizat⁹ fuerit, anathema sit, neq; contra maiores nostros, neque prorsus in nos facere videtur, quādoquidē Paulus aliā fidē tradi veruerat, maiores verò nostri fidē diuersam nequaquā docuerant. Quiquidē Pauli sermo in oēs, qui declarandi facultatē habent, vel in posterū habere crediderint, verus est. Propositū autem nostrū partim simile, partim dissimile videtur esse, pro ea interdicensi necessitate, quā tū fuisse probauimus. Quod autē dicitis, beatū Gregoriū sanctorū

primi generalis concilij patrū fidei, nil voluisse vel potuisse pferre, nō nil tamen de sancto spiritu declarasse, q̄ sibi dictū obscurē fuisse videretur, vobis respondemus, eū non aliā fidē exposuisse, quā declarandi facultatē haberet, q̄ in ea synodo esset, quā cōstat ante prohibitionē fuisse. His igitur autoritatibus, quæ ante tertiā synodū proditæ fuerant, nequaquā potestis inniti. Si qua verò synodus post ipsā, symbolo dictionē vel syllabā aliquā addiderat, id obsecro nobis ostendite. Quod si profectō nobis probabitur absque vlla controuersia in vestra sententiā ibimus. Sed id certē nunq̄ probare poteritis. Cūcta enim ipsarū synodorū acta meridiana luce sunt clariora, posteriorūque patrū sententiæ actis ipsis q̄ maxime cōsonæ videntur: quippe qui quicquā abstrusa q̄ plurima dicta necessariō declarauerint, nil tamen prorsus diuino symbolo apposuerant, sed rectā rationē inuenierant, quæ quæ opus essent, benè conficerent, simulque maiorū suorū religionem intacto sacro symbolo, sed verba tantū eius ambigua exponētes, summa cum veneratione seruauerunt. Ex quo quidē nullū vquam Christianis incommodum accidere poterit, quod ipsi valdē timere videmini. Vna igitur ac eadē ratione maiores nostri fidem dilucidantes, magno Christianis commodo fuerunt, & symbolum non tantes, maiorū suorū terminos minimē transgressi videntur esse. Quod autem idē magnus in theologia Gregorius literis mandauit, nullā syllabarū dictionumue rationem habere: id planē nihil ab proposito pertinet. Ipse enim de dictionibus illis loquutus est, quæ rem vnā significant, quæque de vno eodemque subiecto prædicentur, quemadmodū sunt hypostases, personæ, proprietates, de quibus is loquebatur, quæ quidem rem vnā ita significant, vt bis duo, sunt quatuor: necnon vt vestis, pallium & indumentum: quod à nostro proposito alienum esse videtur. Alia est enim persona, alia verò filij: ita vt spiritum ex patre procedere, aut ex patre filioque, diuersa prorsus significant: vt suo loco diffusius disputabimus, cum interrogando mutuoque respondendo, breuibus agemus. Nunc ad aliud argumentum vestrū veniem⁹, quod ex symbolo diuersis Christianorum linguis, idem tamen significantibus prolato, sumiriter asserentes, nobis de dictionibus illis errare non esse debere, quæ rem vnā significant. De quo quidem argumento, etsi pauld antè, cum de prima parte ageremus, mentionem aliquam fecimus, nunc tamen plenius dicimus illud, sanctum spiritum ex parte filioque procedere non solū dictiones diuersas esse, verum etiam res diuersas significare. Nā vnaqueque oratio vnū habet significatū: Spiritū autem ex patre procedere, oratio vna est: ex patre verò filiosque, duæ: quæ licet vna tantū dicatur coniunctio, ne, duas tamē orationes negatiuē cōtrarias cōtinet: alterā quidē vestra nostraque sententiā falsam, alterā verò (vt nostra fert opinio) verā. Vocib⁹ ergo diuersis eandē vel diuersas res significare, non est idē. Si nanque nos Græco, vos autē Latino sermone pronulerim⁹, bona dies, ob id profectō nequaquā dissentiremus: re enim vnā significarem⁹ propterea que cōiuncti essemus, quæ admodū ante additionē huiusmodi fuim⁹. Nūc verò non solū à vobis Romanis differam⁹, sed etiam ab ipsis nostris hominib⁹: loquē diffentiremus, si tale peccatum committerent. Sed ponamus orationem ipsam rem vnā significare,

care, haud tamen propterea non interdicto tenemini, quo quidem omnis additio vitia est. Præterea cuiuslibet scientiæ, dicitis, principia, ea omnia continēt quæ in ipsis scientiis tractantur. Et quoniā fides nostra scientia theologica est, eius idcirco principiis dogma vestrum verum esse probare potestis: Quod quidem nobis si probaueritis, gratias vobis agemus ipsum tamen propterea fidei nostræ principiis forsitan nequaquam addiderim, cū incōueniens sit quicquam principiis addere: nostris præsertim, propter tertij concilij interdictum. Principium enim, & ea, quæ post principium enim, & ea, quæ post principium sunt, in multis, imò forsitan in omnibus, inter se differunt: quandoquidem illud commune est, hæc verò particularia: necnon ex illo solent fieri demonstrationes, hæc autem demonstrantur: Illud denique prima syllogismi propositio est, hæc verò conclusiones. Quoniam igitur pacto commune fiet particulari: vel demonstrationis principium, conclusio demonstratumque fiet: Necesse est igitur posteriora à principiis suis contineantur, non autem ipsis addatur, præsertim si quod interdictū, vt in re, de qua agimus, intercesserit: tunc enim nulla prorsus fieri posset additio. Vndē euenit, vt tamen complura vera sint in theologia, eius tamen principiis nequaquam addita fuerint. Cuncta nanque diuina dogmata ex sacra scripturæ fonte hauriuntur, quæ fidei nostræ principium ac magnum fundamentū existit cui quidem nil huc vsq; prorsus est additū, neq; vnquam à nobis dū liberi erimus, neque ab alijs Christianis, vt credimus, additur. Si quidē igitur diuinū symbolū in Dei ecclesiā principiu esse censemus, nil ei prorsus addendū est, ipsam autē Ecclesia, vnā eandēque semper esse, ac vna eadēque facultate præditam esse debere, concedimus: ita tamen, vt sanctorum patrū decreta seruet, ipsaque pro diuinis vocibus reputet. Synodi nanque diuersæ rationibus diuersis adductæ variis tēporibus celebratæ fuere: quæ quidē ad vnū eundemq; finem, hoc est, ad hominū salutē tendentes, diuersas res pro tēporum conditione tractarunt ac de dissimilibus rebus leges dissimiles promulgauerunt. Leges igitur ipsas posteriores synodi seruare, quæque ab illis necessariō definita fuerāt, neutiquā præterire debent. Sic enim magis vnā ac eandē facultatē Ecclesia semp habebit: sin minus, ipsa seipsa destrueret, sponteque sua corrueret. Quod quidē igitur à maioribus nostris prohibitū fuerit, id posteriores cauere debent: Cōtrā, quia illi nō interdixerāt ne cui liceret expositiones suas extra primitiua scripturā reponere, idcirco sacra scripturā ita nos exponere possumus, quemadmodū ipsam Agathō, Cyrilus, Sophroni⁹, multiq; alij explanauerāt: quippe qui quæ sibi clariora reddere licebat, priuatis ea cōmentariis explicauerāt. Porro autē nobis curandū nō est quid quisque eorū dixerit, aut scripserit, cū præsertim ipsorū sensus pfectus fuisse credatur. Cuius ergo cōmunia dogmata seruanti, licet suā, vt sentit, fidē exponere: de communi autē dogmate, diuino vō symbolo ferre legē, fas esse nemini credimus. Quæ quidē ratione beatus Agathō multique præfules, ac alij minore dignitate præditi doctores, populos fidē docuerunt, q̄ minimē nobis videretur obstare. Sed hæc hæctenus. Quemadmodum autem vos, patres amplissimi, de eisdem rebus bis disseruistis, & si de ipsis ab initio luculentam orationem habueritis: ita nos etiam de quibus multa modō fecimus verba, ea

paucis reperere volumus, tum q̄ in superiore sermone nostro potentia concluduntur, tū etiā q̄ tēpus angustum est. Tota vestra oratio, Patres amplissimi, in decē vel plures partes distribui potest: quas ipsi repetētes, ac ea prætereuntes silentio, quæ ad propositū nequaquā spectare videntur, tantū decem ipsis partibus quā breuissimè respondebimus. Initio admirati fuisistis, quod symbolū Nicænū recitauerimus. Ipsi verò vobis iterum respondemus, idcirco recitatum à nobis fuisse, vt vobis ostenderemus, pro duarum illarum primarum synodorum amplitudine in tertia synodo in primis citatum, ac ipsarum duarum synodorum symbola pro vno tantum suscepto fuisse, ipsamque tertiam synodum simul interdixisse, ne cui liceret in posterum ei quicquā apponere. Creditisne, primæ secundæque synodi symbolum in tertia recitata fuisse?

Secundum symbolum lectum fuisse non diximus sed ipsum à primo potentia contineri, vt fortissimis argumentis suprà probauimus.

Deinde prohibitionem ad fidem tantum non autem ad dictiones vel syllabas referri debere dixistis: ad quod quidem, omnium synodorum decretis ac definitionibus innitentes, oratione longa respondere possemus, in quibus planē decretis, de symbolo ac interdicto particularis mentio fit. Verū res ipsa nobis ipsarum synodorum sensum clarissimè patefacit, quippe quæ, quauis sapissimè aliqua cogeret necesse sit, nil tamē prorsus diuino symbolo voluerit addere. Sed hæctenus de secūda parte. Nam in tertia de scientiarum principiis mentionem fecistis, quibus etiam ipsi respondemus, id duplici ratione verum non esse, quod ex ipsis principiis ostendere volebatis. Altera quidem, q̄ omnibus principiis à natura concessum est, vt qua tenus alicuius scientiæ principia sunt, in eadem fieri conclusiones non possint. Altera verò, quod vsu euenit, vt ipsis theologiæ principiis, in quibus versamur, nullus post tertiam synodum doctor quicquam addiderit: quauis ea, que declarauerant, ab eisdem continerentur principiis. Bene esset, Patres amplissimi, vt nostras orationes scriptas haberetis. Sic enim seruatō earum ordine, melius ipsis responderetis. Nos ordinem vestrarum orationum seruare putamus, ea tamen disponendarum orationis partium facultate, quā vos in differendo vsi fuisistis. Id sanè fieri potest: at tertium vel quartum nominare locum, longē aliter quàm à nobis prolato fuerat, non licet. Nullum equidem orationis vestræ locū priuatim citauimus, sed tertid vel quartū simpliciter protuli. Sic esto.

Vndē ergo digressi fuimus, redeamus. Conclusiones non paucas à sanctis patribus ex fidei nostræ principiis demonstratas fuisse, dicebamus: quæ hi principiis ipsis, aut sacra scripturæ noluerant addere. Nam illud, consubstantialē patri, ac in spiritum sanctum dominum & viuificantem, multaque alia quæ quauis parua sint dictiones, atque à sacra scriptura contentæ, principiis tamen nequaquam appositæ fuerāt. Aut igitur hæc etiā scripturæ sacra sunt apponēda, aut symbolo prorsus addendū. Quod quidē ipsorū sanctorū patrū sententiæ, eadē præditū est autoritate, qua sacra fulget scriptura. Omnium autē synodorum acta post tertiam, ad ipsam tertiā, vt rectam normam, referri debere, non imus incicias: nō ita tamen, quemadmodum dicitis, vt ipsius acta, cæteratum sint expositiones. Nanque quo pacto

MAR.

MAR.

BES.

AND.

BES.

AND.

BES.

AND.

BES.



fieri posset, vt posteriora priorib⁹ explanentur, cum eius oppositum verum? Siquidem igitur posteriores doctores, præsertim beatus Cyrillus, qui Romani pontificis vicarius tertie synodo præfuit, necnon post ipsum beatus Agathon, eius synodi acta posteritati clariora reddiderant: sequitur, vt ij, eorundem actorum expositores merito appellandi sint. Quid enim ipsorum literis clarius? Scitu præterea dignum est, vt non solum posteriorum doctorum verba, ad eiusdem tertie synodi dicta, verum etiam eorundem sensum ad ipsius intelligentiam referri oporteat, ita vt quæ mente ipsa synodus interdixerat, eadem etiam cetera prohibuisse putentur. Mens autem ipsi fuerat, sylabarum etiam accessionem vetare, vt is beatus Cyrillus suis literis declarauit. Necessario (inquit) synodus interdixit hoc fecerat, ergo ceteras etiam synodos ad eundem finem aspicientes interdixisse credendum, vt re ipsa demonstrasse videntur: quippe quæ quicquam addere symbolo noluisse, ac simul interdixissent, ne cui liceret, cum non sine magna Christianorum pernicie fieri posset, alia componere symbola. Quod autem creditis, hoc sancti Cyrilli dictum, non tolerabimus vt ab aliquo fides mutetur, & reliqua, nequaquam significare, ne cui liceret symbolo quicquam apponere, sessione sequenti vobis respondimus, in qua etiam perorabimus: ad illud enim nostra festinat oratio, vt breuibus interrogationibus ac responsionibus agere incipiamus. Mihi autem est vt conuenimus, cum vno ex his amplissimis patribus differendum. Sed hæc hæcenus. Ad sequentem verò sessionem, fauente Deo, accingamur. Tum sancta synodus iussit, vt ad diem sequentis martis sessio prorogaretur quo decreto, sessio dimissa fuit.

III DIE MARTIS 4. NOVEMBRIS.  
nona sessio Ferrariae.

**M**iori ex parte, præstantissimi patres, orationi vestre pro viribus respondisse credimus. Ob temporis autem breuitatem, nonnulla penitus prætermisimus, nonnulla verò paucis tetigimus, quibus nunc breui respondere intendimus. Quæ quidem sunt hæc, si bene memoria tenemus. Primum, fidem mutare, vt beatus Cyrillus inquit, aliud quoddam significare, quam quippiam declarare. Alterum, interdictum post decreta factum fuisse. Tertium, beatum Agathonem eas dictiones prohibuisse, quæ res à fide diuersas significarent. Quartum, eundem ipsum diuinum hominem, dum suam fidem exponeret, symbolo quædam addidisse, quædam verò ab eodem abstulisse. Quintum, minimè fuisse necessarium, vt verbum, deipara, ipsi symbolo adderetur. Postremò, sanctam Romanam ecclesiam sanctorum vocibus motam, magnaque necessitate coactam, additionem eiusmodi suo iure fecisse. Ad quæ quidem (quemadmodum diximus) paucis respondebimus, ne tempus frustra conteramus: quemadmodum sessionibus superioribus nobis accidit, cum præsertim longas orationes habere, neque conueniens sit, neque (vt mihi videtur) ad propositum pertinens. Hoc enim pacto nunquam ad conclusionem poterimus peruenire: breuibus igitur (vt lubet) agamus, Partem primam, patres amplissimi, falsam esse censemus. Is enim Cyrillus inquit, Nequaquam tolerabimus & reliqua: quod deinde re ipsa declarasse videtur, quippe qui nil prorsus apponens symbolo, eiusdem verba non pauca ex

planauerit. De interdictis autem post definitiones editis, quæ quidem pars altera fuerat, is ipse Cyrillus inquit: Neque quicquam definitionibus licet addere, si sint declarationes, quod ad declarationem nulla fieri debet accessio. Id igitur nobis non obstat, namque tertie synodi patres oratione perpetua de singulis symboli partibus mentionem fecere. Sed hæc & alia ad propositum pertinentia, suo loco forsitan diffusius perscrutabimur. Nunc ad tertiam partem veniamus, in qua beati Agathonis fuisse sententiam dicebatur, vt fides verbis, nedum intelligentia seruari deberet, cum ipsi firmiter teneamus, quod diuis genus additionis ab ipso fuisse vetitum, vt ex verbis eius percipitur. Summo studio (inquit) incumbentes vt nil prorsus eorum, hoc est, decretorum, minuat aut mutetur, aut quicquam ipsis addatur, verum omnia in verbis atque intelligentia eadem permaneat. Si quidem igitur sanctus is iudicauerat, à verborum additione, sensusque maiorum nostrorum mutatione cauendum esse, patet quod nos sentimus, id eius sententia magis conuenire. Et si (quemadmodum supra diximus) nihil ad propositum attinet, si in exponenda sua religione symbolo quicquam addiderit, vel ab eodem ademerit: propriam enim expositionem cuiuscunque nunquam Ecclesia vetuit, neque vetabit, ne quisque videlicet doctor, quid sentiat de fide proferre, literis mandare valeat: communem verò doctrinam tradi, vel iam traditam syllabam aliquam quoquam mutari posse, prohibuit: proptereaque sanctus ipse doctor verbo, mutatur, vsus fuerat cuius igitur communia dogmata colenti, sua licet, vt nouit, exponere. Sed tertia simul & quarta parte hæcenus. Porro autem cur quintam protuleritis partem, ipsi non videmus. Si nanque verbum deipara, necessarium non fuisset, nullam prorsus de eo mentionem fieri, ac in actis synodi scribi oportuisset: sin autem conueniens (vt creditur) ac dignum fuerat declaratione cum symbolo non fuerit additum, patet argumentum nostrum verum esse. An autem Romana ecclesia sanctorum vocibus mota fuerit, nec ne, in posterum Deo fauente considerabimus. An verò urgente necessitate symbolo potuerit addere, credimus, ipsa quauis necessitate cogente id minimè facere debuisset. Non enim necessitas vos excusat, cum in decretis ipsis scriptum non sit, urgente necessitate id fieri posse. Sed de huiusmodi necessitate suo loco forsitan agemus. De potestate verò Romanæ Ecclesiæ plurimum diceremus, nisi aliud ageremus. Non enim insciji sumus: quæ sit ipsius facultas ac progiatiua. Scitis tamè, velimus, ad eum symbolo facultatem non solum Romanæ, verum etiam vniuersali ecclesiæ, generalique synodo interdictam fuisse. Si quidem igitur Romana ecclesia quauis facultate prædita sit, vniuersali tamè ecclesia, quæ generalis synodus præ se fert, inferior est: si eiusmodi facultate ab vniuersali ecclesia tollimus, multo magis ipsam à Romana ecclesia tollendam putamus: tollimus inquam, non nostra autoritate, verum maiorum nostrorum decretis. Sed hæc hæcenus. Quæ quidem non idcirco protulimus, quæ nobis omnia videretur ad propositum pertinere, verum vt vestre orationi omni ex parte responderemus. Si lubet ergo, ad ipsa paucis veniamus, quidque maiores nostri hac in re senserint, exactè cōsideremus. Nos enim credimus, in vniuersum ipsos interdixisse, ita vt ne syllabam quidem vnam symbolo liceat addere, vt ex eorundem actis (quemadmodum sapientissimè dictum est) clarissimè constat. Veri

Psalm. 4.  
2. Tim. 2. d.

turbreuib⁹ agamus, ex vobis quærimus, an sanctorum patrum interdictum ad symbolum, vel ad aliud referatur. Hæc Bessarion vir præstantissimus.

AND. Andreas autem Colossensis præsul volens respondere, longum de spiritus sancti processione sermonem habuit. Cui cum ad propositum Græcis spectare non videretur, aures præbere, nedum ipsum literis mandare, noluerant, quemadmodum de multis aliis superuacaneis verbis facere solebant. Sancta verò synodus iussit, vt sessio solueretur, & ad diem proximi sabbati conueniret.

III DIE SABBATI OCTAVA NOVEMBRIS, decima sessio Ferrariae.  
IOAN.



**B**eatissimi patris iussu, Patres Amp. vestris orationibus respondebimus ab his tribus exordientes, quæ in proemij speciem protulistis. Non est nobis (dicitis) disputandum, vt videamur vicisse, verum vt veritatem inueniamus, ac ipsam in lucem proferamus. Quam quidem vestram opinionem probamus atque suscipimus, ac vt veritatem ipsam assequamur vehementer incumbimus, beati Hieronymi sententia innitentes: Nunquam errat, inquit, qui sequitur veritatem, præsertim fidei nostræ, quæ mortales locorum distantia & lingua moribusque plurimum inter se differentes, componit & congregat, vt simul conueniant: vt magnus etiam Dionysius in de diuinis nominibus libro testatur: Hæc ratio (inquit) est simplex, & existens existens veritas, circa quam, sicut mundum & non erroneam totorum cognitionem, diuina fides est, quæ est manens credentium collocatio, quæ istos collocat in veritate, & reliqua. Siquidem igitur eo desiderio sumus affecti, vt sanctam Dei ecclesiam coniungamus, in hoc vehementer debemus incumbere. Quod quidem vt assequamur, maxima cura & diligentia summoque studio nobis opus esse videtur. Nobis deinde conuenire dixistis, vt quantum subiecta materia patitur, humanitatem seruemus, vt omni ex parte mutua beneuolentia videamur esse affecti. Quæ de re magna equidem afficior lætitia, quod vnà cum propheta dicere possum: Dedisti lætitiā in corde meo. Nam (vt beatus Paulus inquit) seruum domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docilem, & reliqua. Postremò, id, quod valde videre cupio, nunciastis, vt interrogationes responsionisque nostræ breues habeantur: quod quidem non alienum à ratione videtur esse, quod sermo breuis facilius intelligitur, memoriaque mandatur. Non tamen propterea breuitati studendum est ita, vt nostra oratio sit obscura. Rogo igitur vos Patres amplissimi ne duo à me repugnantia simul contendatis, vt breui oratione, id quod fieri benè non potest, ad vestram prolixam respondeam. Porro autem vobis promitto, seruato vestri sermonis ordine, ad quamlibet eius partem quæ poterò breuissimè respondere, partim concedendo partim autem denegando, nostræ tamen eiusmodi denegationis congruas rationes reddendo: partim etiam declarando, quædam verò leuiter tangendo, ita vt ad omnes orationis vestre partes per capita respondendo, vobis satisfacere sperem. Ad rem igitur ipsam, Iesu Christo domino nostro fauente, venia-

mus. In initio, præsto. Patres, verum protulistis, vestras nobis aures benignè semper præstitisse, non igitur ad hoc respondebimus. Deinde particulam, ex filioque, additionem extraneam esse, propterea que non sine ratione prohibita. Præterea quauis huiusmodi dogma verum esset, id tamen diuino symbolo nequiquam addi debuisset: cum etiam multæ aliæ symboli declarationes factæ fuerint, quarum nulla videtur eidem appositæ, propterea quia id fieri non liceret. Amplius, nonnullis rationibus probasse putatis, omne genus additionis fuisse vetitum: ex quo etiam sequebatur, particulam ipsam fuisse prohibitam. Quæ cum ageretur, Colossensis syllogismus subtiliter repetentes, his quæ vobis ad propositum viderentur spectare, respondistis, de reliquis verò suo loco differere promissistis. Qui quidem syllogismus talis fuerat: Omnis additio ex rebus extraneis fit, declaratio verò tali modo non fit, ergo declaratio non est additio. Cuius profectò syllogismi veritatem, quoniam grauissimus subtilissimisque theologus Colossensis præsul optimè demonstrauit, idcirco eo postposito, ad explicandum id veniamus, de quo supra diximus, vos vehementer ambigere, an videlicet illud, ex filioque, sit additio verita.

Quam quidem particulam, sanctorum auctoritatibus innitentes, ac fortissimis argumentis adducti, censemus additionem non esse, nec vlla ratione prohibita. Quod autem simpliciter non sit additio, patet, cum ex nouo testamento, quod à veteri potestate continebatur: tum etiam ex nostre fidei articulo- rum declaratione, quæ variis temporibus facta fuerat, de quo quidem in nouo testamento beatus Augustinus in Faustum inquit: Christus non venit soluere legem, sed adimplere: non ita, vt quæ legi deerant, ipsa eidem adderentur, verum vt fierent, quæ scripta erant, quemadmodum ipsius Christi verba testantur. Quippe qui non dixit, Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec addantur quæ deerant: sed, donec omnia fiant. Item in libro de catechizandis rudibus inquit: In testamento veteri est occultatio noui, in testamento nouo est manifestatio veteris. In quæstionibus autem veteris ac noui testamenti, sensus enim legis ad salutem (inquit) hominis pertinet, iuxta illud: Oculum pro oculo, & infra. Ego autem dico vobis, non resistere malo. Vnde Ezechiel ait, quasi sit rota in medio rotæ. Quod dictum à Gregorio sic exponitur: Vetus testamentum in nouo: qui etiam alio loco. Quod lex (inquit) iubet, & prophetæ seruant & Euangelium, id etiam Apostoli in vniuerso prædicant mundo. Præterea ex huius dicti expositione. Non veni soluere legem, apparet, Euangelium legis veteris esse declarationem. Sequitur ergo, declarationem, non esse simpliciter ac propriè secundum sensum additionem. Si enim apud Augustinum tot noui testamenti mysteria, idcirco secundum intelligentiam additiones non appellatur, quod à veteri lege continerentur: nil mirum, si quæ etiam ipsorum mysteriorum declaratio ac illustratio non sit simpliciter, & quo ad eorundem significata, verè additio, sed potius implicatæ rei explicatio. Quod etiam patet (vt paulo ante dictum est) ex multa fidei articulo- rum declaratione. Propterea idè ipse beatus Augustinus inquit: Tempora prætereunt, non autem fides. Eadem enim præteritorum, posteriorumque patrum fides existit. Nam & præteriti patres, ac ipsorum posteriores dicebant: Benedictus, qui

Matth. 5. b

Ibidem f  
Ezech. 1. d

Matth. 5. b

Matth. 21. b

Gene. 22. d

Esa. 7. c

Luc. 1. d

Apoc. 22. d

qui venit in nomine domini: facta tamen fuit articulo-  
rum multiplicatio, necnon implicatorum verbo-  
rum explicatio, ac infinita decreta. Vnde apparet,  
Patres amplissimi pro nostra fide & salute post A-  
bram tempora maiorem ambiguum declarationem  
factam fuisse, quam ipsius temporibus, cui quidem  
fuerat ab Angelo nunciatum: Benedicentur in  
semine tuo omnes gentes. E. Iasias præterea hæc pro-  
tulit declarationem: Ecce virgo concipiet, sed An-  
gelus multo quidem maiorem, qui virgini conce-  
ptionis suæ modum querenti, respondit: Spiritus san-  
ctus superueniet in te. Eadem igitur ratione articu-  
lus de sancto spiritu diuersis temporibus fuerat illu-  
stratus. Apostoli namque sic ipsum celebrarunt, Cre-  
do in spiritum sanctum. Cõcilia verò generalia, qui  
ex patre procedit, addiderunt: non tamen propterea  
nouis articulis posteritati proditus credebatur fuisse,  
verum is, qui iam fuerat, magis declaratus diluci-  
datusque redditus putabatur. Pari ratione, qui parti-  
culam, ex filioque, addiderunt, non nouum articulum  
celebrasse, sed eundem ipsum clariorem reddidisse  
putarunt. Quod quidem additionis genus cense-  
mus non esse vetitum. Apud namque Bonauenturam  
in theologia clarissimum, triplex genus additionis  
litteris traditum est. Vnum, cum id quod additur, ei,  
cui apponitur, oppositum est. Alterum, quod nõ op-  
positum, sed tatum diuersum ab illo cui apponitur,  
fuerit. Tertium, cum vtrunque congruum sit. Quo-  
rum quidem primum genus hæreticum, ac prorsus  
alienum existit à fide, vt si quis Deum patrem pro-  
tulerit genitum, filium verò ingentum, sanctum au-  
tem spiritum à nullo procedentem. Altero verò ge-  
nere inepti homines vti solent. Nam summe inepti-  
tudinis est, insolita verba & à sacris litteris aliena  
proferre, vt si quispiam Deum patrem appellauerit  
geometram, filium astronomicum, sanctum autè spi-  
ritum arithmeticum, quæ licet à veritate non discre-  
pent, quandoquidem quæuis diuina persona cuncta  
cognoscit ac potest, tamen quoniam eiusmodi ser-  
mo, neque in sacris litteris, neque in sanctorum scri-  
pturis legitur, ideo ineptis hominibus adscribi so-  
let. Tertium autem genus, quo Deum patrem, om-  
nipotentem æternum, filium verò cõsubstantialem,  
sanctum autem spiritum, spiratum procedentemque;  
dicimus esse, piuum & catholicum est, nostraque re-  
ligionis doctrinam declarans: idcirco duo illa addi-  
tionum genera, pœna grauissima prohibentur, iux-  
ta illud Apocalypsis: Si quis apposuerit ad hæc, ap-  
ponet illi dominus plagas scriptas in libro isto.  
Genus verò tertium tantum abest ab interdicto, vt  
qui eo vtantur, à seruator nostro præmiis affician-  
tur amplissimis, vt Sententiarum magister in pro-  
mio suo testatur. Si quidem igitur additio, de qua agi-  
mus, non ex oppositis diuersisve cõstat, sequitur ip-  
sam non esse vetitam, cum præsertim illa, ex filioque,  
particula, valde conueniens ac congrua sit. A post-  
li namque sancti cum sanctum spiritum celebrarent,  
non ipsum ex patre procedere proferebant: quòd cũ  
ab ipso Apostolorum symbolo potestate continere-  
tur, eique quam maximè cõueniret, sancti postero-  
res patres ad evertendos impios hæreticorum erro-  
res, id ipsi symbolo apposuerunt, ac ipsum spiritum  
ex patre procedere declarauerunt. Quod cum adhuc  
modo quodam ambiguum esse videretur, idcirco,  
ex filioque, particulam alij posteriores patres adde-  
re, ipsamque; symbolum clarissimum reddidere, pro-

ferentes, sanctum spiritum ex patre filioque proce-  
dere. Sed dum in hac materia plurimum insisto, de-  
monstrans particulam ipsam, consonam veramque  
symboli declarationem esse, vobis forsã videor ex-  
tra propositum agere. Cum igitur vobis liberit, pro-  
lixius ac subtilius hanc quæstionem tractabimus: ita  
volenti veritatem agnoscere palam fiet, declaratio-  
nem eiusmodi nequaquam fuisse prohibitam. Nunc  
autem ad illam veniamus partem, quæ caput quæ-  
stionis nostræ videtur esse, & de qua vehementer am-  
bigitis, an ne syllabam quidem symbolo liceat adde-  
re. Nam quatuor illa repetere nolumus, quæ vos bre-  
uissimè protulistis, quandoquidè nobis videtur ma-  
gis operæ precium esse, ipsam controuersiam nostræ  
radicem discutere, pro qua quatuor ipsa dixistis.  
Nam primò interdicti causam declarastis. Deinde  
vno vsi fuistis argumento. Tertio quandam beati  
Cyrilli sententiam vsurpastis. Postremò, à conueni-  
tibus innixi loco, rationem hanc protulistis, valde  
conueniens ac dignum memoria fuisse, facultatem  
ipsam addendi symbolo, vt potè non modò Christia-  
nis inutilem, verumetiam perniciosam, ab ecclesia  
prorsus abstulisse. Nam maiores nostri nascentis fi-  
dei nostræ temporibus summam (vt dicitis) facultatem  
habebant, vt quæ à sacra scriptura obscure con-  
tinerentur, ea declararent, ac symbolo vel alij scri-  
pturæ, excepta solummodo sacra, apponerent, & ip-  
sis arbitrato suo vterentur: quæ deinde facultas à po-  
sterioribus ex parte fuit diminuta, ita vt possent tan-  
tum ambigua declarare, dilucidioraque reddere, di-  
uino tamen symbolo nil addere posse. Quod ipsi (pu-  
ce vestra dixerimus) falsum credimus esse, primis il-  
lis patribus absque generali Concilio licuisse com-  
muni symbolo quicquam addere. Nam sanctus Tho-  
mas testatur, nunquam symbolum extra synodum de-  
claratum fuisse, de eo symbolo loquens, quod vulgò  
in ecclesia celebratur. Hoc igitur iacto fundamento  
quatuor illa capita leuiter perstringamus, quibus ve-  
strum propositum probare conati fuistis. Primum  
enim dixistis, maiores nostros vsque ad secundam  
synodum addèdi symbolo potestatem habuisse: sed  
cum ipsa facultate nonnulli non sine sua pernicie a-  
biti inceperint, symbolum transformantes, ac im-  
pia dogmata docentes & prædicantes, tertium idcir-  
co generale concilium videns facultatem ipsam di-  
no magno potius, quam commodo, Christi colis so-  
re, eam penitus abstulisse. Nos autem ad hoc respo-  
demus, falsum esse, cuius ante tertium concilium li-  
cuisse symbolo quicquam apponere, nisi ea fortassis  
licentia, quam quidam hæretici sibi vendicassent, quæ  
quidem solam ab ipso concilio, verbis his, ne cui li-  
ceret symbolo quicquam addere, circumscriptam in-  
terdictamque credimus esse. Deinde protulistis, ad-  
dendi facultate ablata, nullum Christianis incom-  
modum accidere posse, ac nullum compotem mentis,  
ob decretum eiusmodi meritò dicere posse religio-  
nem nostram imperfectam esse: contra, fieri facile  
posse, vt pro eadem facultate cuius concessa, catho-  
lica ecclesia aliquo afficiatur incommodo, Ipsi verò  
(pace vestra dixerimus) argumentum hoc claudica-  
re censemus, vt suo loco probabimus. Immo etiam  
cæteris duabus postpositis partibus, ad fundamentum  
ipsum veniamus, quo quidem euerfo, cætera facile  
ruent. Omisissis ergo corticibus, medullam ipsam tan-  
gamus. Quod quidem speramus consequi, si legilla-  
toris verba non nimis curantes, mentem eius accu-  
ratè


ratè considerabimus. Id autem fuerat tertium gene-  
rale conciliū, quod id tantum vetuisse putatur, quod  
fidem contrariam pareret, vt Bonauentura testatur:  
qui, Prima patrum, inquit, interdicti sententia ne-  
quaquam ad alios attinet, nisi ad fidei nostræ oppu-  
gnatores, & eos, qui symboli dictiones mutado, vel  
ei quicquam addendo, ecclesiam student euertere.  
Addendi verò facultate nunquã ecclesiæ fuerat in-  
terdictum, neque interdicetur in posterum, dummo-  
dò legitimo imperio, præsentique principe, qui fa-  
cultatem vniuersalis ecclesiæ habeat, ad evertendos  
hæreticorum errores, cõueniat. Quis, obsecro, tum  
vocaret in controuersiam, an Ecclesia, cogente ne-  
cessitate, ne Christi fideles, circa diuina mysteria in  
aliquam hæresim caderent, partem aliquam symbo-  
li fidei cõgruam declarare possit, necne? Nemo pro-  
fectò. Qua igitur ratione illud, confiteor vnum bap-  
tisma, ipsi symbolo fuerat additum, eadem etiam  
ratione, id est, pro animarum salute, ex filioque par-  
ticulam, nostri maiores addiderunt. Et quemadmo-  
dum illud, & incarnatus est de spiritu sancto ex Ma-  
ria virgine, addidere: ita etiam, ipsam Dei genitricem  
fuisse, ipsi, si voluissent, symbolo licebat apponere.  
Verum facultatem eiusmodi non vnam tantum per-  
sonam vel particularem ecclesiam, habere concedi-  
mus. Interdictum igitur illud tantum ad priuatos ho-  
mines, ac contra fidem loquentes, refertur. Propter-  
ea (inquit ipse Bonauentura) patres illi non sic inter-  
dixerant, vt viam ecclesiæ in futurum præcluderent,  
quo minus ei liceret eadem vti facultate, si Dei be-  
nignitate meliora præuiderit. Et infra: Eorum (in-  
quit) sententia fugienda est, qui credunt patres illos  
opinionis huius fuisse. Vt autem credatis, patres am-  
plissimi nos benè cum illis sentire, nonnulla syno-  
dorum acta, præsertim tertiæ, necnon quasdam pa-  
trum sanctorum litteras tempestatibus illis scriptas,  
afferemus. Quæ dum facimus, rogamus vos, diligen-  
ter attendite. Frequenti tertia synodo, patres amplif-  
simi, conuocatus Nestorius, accedere recusauit: tunc  
ipsa Nicænum symbolum (vt moris erat) recitauit,  
vt quæ verba fidei conuenirent, probarentur, dis-  
sona verò eiicerentur. Vnde patet, synodum ipsam vo-  
luisse, non fidem maiorum suorum religioni con-  
gruam prohibendam esse, verum verba discrepantia,  
& ab ipsa fide diuersa, quemadmodum hæc eiusdem  
synodi verba significare videntur, nemini liceat aliã  
à Nicæna fidem proferre. Nicæno autem symbolo  
recitato, Cyrilli litteræ ad ipsum Nestorium scriptæ,  
in mediū prolatae fuere, quibus idem Cyrillus quæ-  
dam ipsius symboli verba repetens, demonstrabat,  
Christum Deum & hominem vna tantum hyposta-  
si ex Maria virgine genitum, ipsamque veram Dei  
genitricem esse, dicens se sacræ innitendo scripturæ  
ita sentire. Quibus quidem litteris recitatis, quæ ita  
incipiebant, Non vereor me veræ fidei Nicæni  
symboli præuaricatore esse, Cyrillus ipse synodum  
interrogauit, an quæ de symbolo Nicæno litteris mã-  
dauerit, vera essent. Cui synodus ipsa respondit: Nil  
vani aut superuacanei, verum cuncta congruè Cy-  
rillus edidit: quæque Nicæna synodus paucis decre-  
uerat, is suis litteris explanauit ac illustrauit. Quæ  
quidem litteræ plurimum luminis præbent, ita vt edi-  
cta Nicæna ex his clarissimè possint intelligi. Syno-  
dus igitur ipsa professa fuit, Cyrilli litteras eadem ip-  
sa significare, quæ à symbolo Nicæno continerentur.  
Post hæc litteræ quoque Nestorij ad Cyrillum scri-

ptè perlectæ fuerunt, quibus, sacram vsurpando scri-  
pturam, Mariam virginem non Dei genitricem esse,  
significabat. His igitur litteris Nestorij recitatis,  
iterum Cyrillus synodum ipsam interrogauit, quid  
de ipsis sentiret, an Nicænorum patrum religioni cõ-  
uenirent. Synodus autem sic respondit: Nequaquam  
consonæ sunt, sed veram fidem oppugnant, quando-  
quidem Cyrilli & Nicænorum patrum fidei quàm  
maximè contrariæ sunt. Idcirco vera fides Nesto-  
rium anathemate notat, quippe qui impia dogmata  
nefariamque; communionem posteritati conatur tra-  
dere. Quibus patet, Patres amplissimi quam me-  
te tertia synodus interdixerit, ne cui liceret eam fi-  
dem proferre, quæ contra Nicænam, hoc est, à vera  
fide aliena, esset: ita vt interdictum eiusmodi, verè fi-  
dei discrepantiam & contrarietatem, non autem de-  
clarationem ipsi fidei consonantem, significet atque  
vetet. Quod quidem Cyrillus ipse testatur, qui Ni-  
cænum symbolum candidius reddidit. Testes sunt  
& ipsius tertij concilij litteræ ad Imperatores pro fi-  
de scriptæ, quibus acta recolendo sua, inter cætera  
memoratu digna declarat, Cyrilli se litteras, sancto-  
rum patrum dogmati consonantes, ac nulla ex par-  
te ab Apostolorum & ipsorum patrum fide alienas  
comperisse, Nestorij verò dogmata eiusdem fidei cõ-  
traria deprehendisse. Postea Cælestini litteræ, quas  
ad ipsum Nestorium scripserat, recitatae fuere, quæ  
sic incipiebant, Quibusdam diebus citra & infra:  
Quis vnquam, inquit, nõ fuerit anathemate dignus,  
qui symbolo quicquam addiderit, aut ademerit, cũ  
fides nobis ab Apostolis tradita, neque additione ne-  
que imminutione indigeat? Vestris enim in libris le-  
gimus eum quàm maxima pœna affici debere, qui  
vel addiderit, vel quicquam abstulerit, & reliqua.  
Scitu præterea dignum est, ante synodum Ephesinã  
addendi quippiam Apostolorum symbolo, vel ab ip-  
so facultatem auferendi, graui pœna vetitam fuisse,  
vt in extrema earundem litterarum parte legere est.  
Eidem tamen symbolo apposita multa fuere, atque  
ab eo ablata: Interdictum igitur illud, cui vos mirum  
in modum innitimi, contra nos minimè facere vide-  
tur. Amplius, Cælestinus Nestorium repræhende-  
rat, quòd à symbolo verbum, Deiparam, auferendū  
censuerit. Qui quidem Cælestinus Apostolorum sym-  
bolum intelligebat, quorum omnium vnica ratio fuit:  
quòd neque Nicæna, neque prima Constantinopo-  
litana, neque cæteræ synodi contra rationem fidei,  
que veritatem symbolo quicquam addiderant, aut  
ab eo deduxerant, Nestorius autem cõtrã. Ergo tum  
quisque vel addere, vel auferre meritò vetatur, cum  
contra rationem ac veram religionem id faciat: vn-  
dè tota nostra controuersia facile soluitur. Nam Ro-  
mana Ecclesia, non vt Constantinopolitanum sym-  
bolum & fidem ipsam euerteret, ex filioque, particu-  
lam addidit. Verum vt nostri maiores idcirco Nicæ-  
num Constantinopolitanumque symbolum idè esse,  
idèque significare decreuerant, quòd altero au-  
dito, statim alterum intelligebatur, licet in verbis  
differrent: ita etiam Romana ecclesia profiteretur, v-  
trunque symbolum nostrum rem eandem significa-  
re, sibi que propterea licuisse ipsum declarare, quòd  
ea particula nequaquam aliena videretur à fide, cum  
ipsi valde conueniat, ac ad eundem sensum pertineat,  
necnon ipsius identitatem significet & declarat, li-  
cet in voce differant. Præterea, vt alia multa memo-  
ria digna, hæc etiam ab ipso Cælestino litteris tradi-



ra fuerant. Catholica (inquit) Ecclesia contradicit, quo minùs ab Apostolorum symbolo auferatur, bea- tam Mariam Dei genitricem fuisse, quod nostram sa- lutem annunciat, ac ab ipso symbolo potentia con- tinctur. Patet igitur, neququam licuisse, ab Apосто- lorum symbolo quicquam dimouere: tamen illud, descendit ad inferos, ablatum esse videmus, licet Chri- stum ad inferos descendisse verum sit, atque à maio- ribus nostris cōcessum. Quoniam autem Nestorius (vt supra dictum est) contendebat, virginem Deum non genuisse: idcirco Cælestinus ipse literis eisdem mandauerat, vt nisi decem dierum spatio Nestorius à tali se reuocauerit hæresis, Ecclesiæque catholicæ dogma prædicauerit, non ignoraret se ab eadem ec- clesiâ excludendū esse. Sunt & alia rationes, patres amplissimi, ad propositum attinētes. Verum nostra festinat oratio ad probandum, quod supra diximus, argumentum vestrum claudicare. Vnde multum for- san vagauit oratio, haud tamen extra propositum. Sed hæc in præsentia. Quibus dictis, synodus sancta decreuit, vt sessio ipsa solueretur, & ad diem sequentem martis congregaretur.

*ŒDIE VNDECIMA NOVEMBRIS,  
sessio undecima Ferrariæ.  
IUL. CARD.*



Traque ex parte, patres amplissimi copiosè, scitè ac subtiliter dictum est, vestras tamen orationes forsan non nisi summi Theologi, virique doctissimi percipere poterant. Idcirco eam equidem orationem ad propositum pertinentem habeo, quam docti pariter & mediocriter eruditi sine ambiguitate intelli- gent, quaque (ni fallor) controuersiam nostram ad exitum perducemus. Attendite igitur obsecro. Nā- que posthac per capita breuibūque nos agere oportebit. Si sic ergo fieri vobis videtur, rem ipsam aggre- diar: sin minus, voluntati vestræ acquiescam.

*IMPERA. Dicat cardinalis.*

*IUL. CARD.* Attingam quidem, Patres ampli- ssimi, quæstionis nostræ radicem. Nam tota no- stra controuersia in Ephesinæ synodi interdicto cō- sistit, in his videlicet verbis: Nemini liceat proferre, conscribere, componere, & reliquis. Quæ quidem verba nos credimus hoc solum significare, vt fas sit nulli, Nicænorum patrum fidei contrarium proferre. Vos autem longè aliter sentire videmini, vt non solum ad aliam, oppositamque fidem, verum etiam ad quamvis declarationem, ac cuiusvis generis addi- tionem, interdictum ipsum debeat referri, propter- ea nullam prorsus symboli dilucidationem fieri de- buisse. Dicere autem solent legisperiti, fieri non posse, vt quisquam benè legem intelligat, nisi totā per- spexerit. Necessè est igitur, ea quoque diligenter cō- sideremus, quæ interdictum ipsum præcesserant. Legitur in actis tertiæ synodi, quosdam Anastasium & Photium Nestorianos hereticos, nescio quem Iacobum ad suam hæresim mortalibus prædicandam misisse: qui quidem aliud fidei symbolū, vel (vt qui- dam Charisius in ipsa synodo præsens dicebat) im- pietatis symbolum prædicans, ac eundem ipsum Cha- risium impietatis incusans, quam plurimos Christia- nos deceperat. Propterea Charisius, vt se orthodo- xon, id est, rectè se de fide sentientem esse probaret,

in primis symbolum suum deinde Nestorianum in eadem synodo recitauit, quod quidem Charisij sym- bolum, neque Nicænum, neque Constantinopolita- num fuisse constabat. Postremò vehementer con- questus, quòd à Nestorianis communionem sibi fue- rat interdictum, Credo (inquit) in vnum Deum, & reliqua. Quod autem nonnulli profiterentur, ipse in- ficior, Christum videlicet quandoque non fuisse. Po- fuerat tamen in suo symbolo, spiritum esse consub- stantialem patri & filio, quod in neutro duorum il- lorum symbolorum scriptum fuerat. Quibus quidē Charisij & Nestorianorum symbolis recitatis, san- cta synodus ipsa decreuit, ne cui liceret fidem aliam proferre aut docere: simulque confictum illud Ne- storianorū symbolum, nulla prorsus de ipsius Cha- risij symbolo mentione facta, damnauit. Siquidem igitur mentis eiusdem concilij fuisset, quamcumque aliam à Nicæna professionem vetare, ita vt nō aliud nisi tantum Nicænum symbolum, verbis eisdem ce- lebraretur, dubio procul Charisij etiam expositionē ac symbolum antiquasset reprobassetque. Sed quo- niam verum ac pium fuerat, idcirco synodus ipsum noluit antiquare. Quæ omnia profectò nobis argu- mento maximo sunt, decretum illud, ad fidem reli- gioni Nicænorum patrum oppositam, referri debe- re, ita vt ipsius decreti vis, ex his (vt mihi videtur) cla- rissimè pateat. Amplius, eadem ipsa synodus, Patres amplissimi quæ, ne cui quicquam liceret proferre, aut literis mandare, prohibuerat, simul quoque de- creuit, vt nulla alia præter Nicænorum patrum fides teneretur. Siquidem igitur à me requisiti, an Deum, æternum esse credatis, mihi respondebitis ita: qua- ro, an sub anathemate fueritis, quòd verba illa à sym- bolo Nicæno minime continentur. Infinita sunt ve- ra, Patres amplissimi quæ credimus & profiteamur, ab ipso tamen symbolo non contenta. Sed hæc hæ- ctenus. Porro autem certis personis (vt dicitis) lice- re ambigua declarare, catholicæ verò Ecclesiæ mini- me, longe mihi alienum à ratione, ac ipsi interdicto contrarium esse videtur. Nam in eius principio legi- tur, ne cui liceret & reliqua. In fine verò Episcopis & clericis, ac secularibus in vniuersum interdicuntur. De quibus secularibus ideo facta mentio fuit, quòd Græcis mos fuerat, vt non nisi clerici symbolum in ecclesiis cantarent. Patet igitur, interdictum ipsum neminem excludere, omnesq; fere Christianos ana- themate notatos esse, si synodus ipsa quoduis expo- sitionis genus (vt creditis) prohibuerat. Amplius, no- ratu dignum est, Agathonis literas quas (vt supra di- ctum est) ad synodum miserat, non ab ipso solo, sed ab Occidentali Ecclesiâ scriptas fuisse. Ipse nanque literis eisdem testatur, eas vnā cum centum ac 25. Occidentalis ecclesiæ præsulibus conscripsisse, sub- signasseque. Præterea præstantissimus Nicænus, vo- lens ad id respondere, quod Colossensis præsul at- tulerat, vrgente videlicet necessitate Romanam ec- clesiam declarasse, nullam necessitatem protulit in- terdicto fuisse exceptam, neque vllam prorsus men- tionem de ea factam. Quam quidem responsionem in vos retorquentes, dicimus, quoniam in prohibi- tione illa nullius personæ ratio haberi videtur: idcir- co ipsam vnā ratione de cunctis hominibus debere intelligi, ita vt nulla ratione cuiquam symbolum ex- ponere liceat: quod tamen constat à multis expositu- fuisse. Amplius, eadem ipsa tertia synodus nullā de Constantinopolitano symbolo mentionem fecisse videtur.

videtur. Aut igitur, quia tantum Nicænum symbo- lum à posterioribus in ecclesia celebrari voluerat, & sic ipsi delinquimus, qui potius illud quàm Nicæ- num celebrare solemus: aut eius quoque symboli fue- rat recordata, sed tanquam alterius symboli contra- rium, ob idque non dignum celebritate ipsum post- posuerat, quod quidem nequaquam credendum est: aut vtrunque pro vno eodemque putauerat, quòd eā- dem veritatem & fidem vtrunque significabat, quā- uis multis in verbis differrent. Si quidem igitur verū est, Constantinopolitanum (vt dicitis) symbolum à Nicæno potentia contineri: ac altero intellecto, sta- tim alterum subintelligi: ac ideo illud nequaquam fuisse vetitum, quòd eandem veritatem declarabat: magis sanè conuenit, vt credamus interdictum ip- sum ad fidem diuersam, & à veritate dissonam refer- ri debere. Item luce clarius est, cuncta synodorum decreta sancti spiritus gratia fieri, ac ipsum pariter in omnibus esse. Cum autem sextum etiam genera- le cōcilium edixisset, ne cui fas esset functiones eius euertere, ac aliam sapere fidē, & reliqua: palam est, idem concilium, vel spiritum sanctum pro eo, inter- pretatum fuisse, declarasseque, quoniam modo decre- tum tertiæ synodi deberet intelligi, ne cui liceret a- liam fidem proferre, hoc est, quæ veram religionem euerteret: ideoque nequaquam prohibuit, quo mi- nus ad veritatis intelligentiam expositiones fieri de- berent. Præterea cum de quibusdam alicuius legis verbis dubitamus, ipsius legislatoris sensum inspi- cere accurateque debemus pendere, qui quidem vel ex eiusdem legis exordio, vel verbis aliis conse- quentibus haberi solet. Porro tertiæ synodi proce- mium hoc constat fuisse, cum patres conuenissent, symbolum Nicænum perlegerant, vt sermones ex- traneos cum eo conferrent, qui que ipsi symbolo cō- sonarent, eos susciperent, oppositos autē reiicerent. Mens igitur ipsius legislatoris, hoc est, Ephesinæ sy- nodi, quæ non ad verba, sed ad scripturæ sacræ signi- ficationem inspiciebat, nulla alia fuerat, quàm vt fi- dem aliam, vel expositionem fidem veram destruen- tem, vetaret: vt ex Cyrilli literis apparet, qui Nicæ- no symbolo recitato, protulit: Nos patrum confes- sionem, ac ipsorum intelligentiam sectantes, veram fidem exponimus. Septima quoque synodus, Verā, inquit, rationem diligentissimè sequentes: & infra. Veram fidem, quæ non facit errare sectantes, Nicæ- næ fidei nihil addimus, & reliqua. Ipsa nihilominus synodus decretum pro imaginibus addidit. Appa- ret igitur, legislatorem ipsum voluisse, vt veritas sem- per prædicaretur, ac nulla ratione taceretur. Vnum postremò mihi venit in mentem, quod controuersie nostræ similimum esse videtur. Sed anteaquam, ve- niam ad ipsum, vnum aliud in medium proferam, quo quidem facilius primum illud intelligemus. Attendite igitur, obsecro: Chalcedonense conciliū ita protulit, Leo pōtifex maximus à quibusdam gra- uiter incusatur symbolum aliud fecisse, ac aliter fidē exposuisse, quàm per Nicænos patres liceret. Ne au- tem in posterum quisquam talem in eum afferat ac- cusationem, ac ipsum repræhendat, synodus hæc in eos, qui contra veritatem insurgerent, respondet at- que declarat, Leonem ipsum in exponenda declarā- daque fide nil contra prohibitionem cōmississe: quā- doquidem nascentibus nouis erroribus, noua dicer- saque medicamina sanctis à patribus exhiberi de- bent. Nam et si fides à patribus prodita satisfaciatur,

quia tamen plurimi veram eius significationem, con- nantur euertere, idcirco conuenit fidem ipsam ex- ponere, magisque declarare. Nam si, prout est, pari- ter ab omnibus coleretur, nulla re alia opus esset, ni- si tantum Nicænorum patrum fidem excolere. Sed cum à recta via quàm plurimi deerrent, ac per infra- ctus, id est, per viam falsitatis ac erroris vadant, ideo nobis necesse est, veritatis viam ostendere &c. Plu- ra etiam id genus alia, Patres amplissimi synodus ipsa protulerat, quæ ad propositum attinent. Verum ad id nostra festinat oratio, quod paulo antè postre- mum mihi dicendum esse promisi. Quidam enim Fla- uianus (vt nostis) in Cōstantinopolitana synodo Eu- tychen condemnauit: deinde synodo Ephesi secun- dō conuocata, quam postea constat reprobam fuis- se, quòd quidam Dioscorus legatus ei tyrannicè præ- fuit, is Eutyches ibi præsens, magno affectus deside- rio excusandi se atque vlciscendi, Nicænum symbo- lum de verbo ad verbum professus fuit, ac ita protu- lit: Hæc est patrum fides, in qua viuere morique vo- lo. Quam quidem prima synodus Ephesina proba- uerat, simulque decreuerat, vt aliam nemo proferre, vel ei quicquam apponere, vel ab eadem auferre pos- set. Eam itaque fidem, dicebat ipse, profiteor, Flauia- num autem peccare denūcio, quippe qui profiteretur Christum ex duabus, ac in duabus simul naturis esse, quod à Nicæno symbolo neququam contine- tur. Veritatē igitur ipsam, quo minus declararetur, ac Nicæno symbolo adderetur, Eutyches prohibe- re volebat, ita vt verborum etiam additionem non admittere videretur. Quidam autem Eusebius ex- clamauit, Mentiris Eutyches, dicēs: nam hoc quod dicis, nulla lex prohibet. Dioscorus verò respondit: Cur ita dicis Eusebi, cum hic duo Ephesinæ synodi volumina habeamus, in quibus legitur nemini lice- re, Nicæno symbolo quicquam addere? Tacebāt au- tem ipsa synodus, Eusebiique sententiam tacitè vi- debatur suscipere. At tyrannus Dioscorus Eusebiū ipsum ac Flauianum, vt Ephesinæ legis prævarica- tores, damnare, ac eorum episcopatibus priuare cō- tendit, dicēs synodum Ephesinam decreuisse, vt qui fidem aliam proferret, vel adderet, vel auferret, si præsul fuerit, episcopatu priuaretur. Patres autem ipsius cōcilij, & si præsentē Dioscoro, voluntati eius acquiescere viderentur, postea tamen absoluto Fla- uiano & Eusebio à Chalcedonensi concilio, magno gaudio affecti fuere. Porro autem Dioscoro præsen- te, protulerant, Flauianum & Eusebium meritò cō- demnari debere, ac ipsos pontificali dignitate indig- nos esse, vt potè qui cōtra Ephesinum interdictum ausi fuerint symbolo quicquam apponere, quod Ni- cæna synodus prodidit, Ephesina verò probauit at- que suscepit, simulque prohibuit, nec cui liceret ipsi quippiam addere, vel ab eodem auferre decernens, vt si quisquam præsul tale commiserit facinus, epi- scopatu priuaretur. Cum autem hæc in Chalcedo- nensi synodo recitata fuerint, decretum ab ipsa sy- nodo est, Dioscorum anathemate notatum esse, vt- pote qui contra Flauianum ac Eusebium malè iudi- cauerit, ac eos iniquè dāauerit. Proptereaque, sentē- tiam eius antiquādam esse, quòd Flauianus nil prorsus contra Nicænam vel Ephesinam synodum cō- miserit. Nam & si Christum duas habere naturas in Nicæno symbolo neququam legitur, ab ipso tamen symbolo potentia continetur. Vnde non sequitur, addentem quippiam, aut declarantem, condemnari debere,



debere, dummodò vera, catholicaque fidei consona proferat. Videtur mihi Patres amplissimi exemplū melius proferri non posse, quod ad propositum attineat, quā quod de Flauiano protulimus, ita vt eo facile adducatur, vt credam interdictum illud, ne cui liceret, & reliqua, ad eos tantum referri, qui fidem aliam à vera tenerent, qui que scripturam sacram aut Nicænum symbolum immutarent. Quibus equidē argumentis puto cōtrouersiam nostram solutā esse: sin minùs, vellem à vobis doceri, cur ita credendum non sit. Siquidem igitur Romana Ecclesia proficitur, neque ad sacram scripturam, neque ad Nicænum symbolum, neque ad alicuius synodi definitionem, falsam aliquam accessionem fieri posse, ita vt in hoc vobiscum conueniat, operæ precium est, huiuscemodi quæstione postposita, nos ad eam venire, vtrum sanctus spiritus filioque procedat, necne. Nam si nobis probabitur ipsum ex filio nequaquam procedere, tum additionem symbolo factam esse fatebimur, ipsamque Romanæ Ecclesiæ minimè facere licuisse: sin minus, tunc vos oportebit concedere, fas ipsi fuisse, symbolum dilucidasse clariusque reddidisse: quo quidem pacto pax inter nos facillimè fieret. Hęc beatissimi patris domini que nostri, necnon serenissimi Imperatoris, ac horum omnium præstantissimorum patrum iussu, pro viribus dixi.

*BESS.* Quanquam orationes vtraque ex parte habitæ, tua præsertim amplissime cardinalis, mihi que quammaximè colende, luculentissima fuerit, ac ad propositum pertinens, rem enim ipsam dictū mirabile tetigisti, nihilque eorum, quæ opus essent præteristi: mutua tamen beneuolentia nunc, si commodè fieri posset, vobis responderemus, ac probaremus, plura eorum, quæ protulistis, pro nostra causa facere. Verum opportunum esse videtur, vt seorsum dimittatur, Nam non nisi vestris orationibus prius memoria diligentissimè repetitis, vobis bene respondere poterimus. Si lubet ergo, Dei benignitate surgam. Quod quidem sanctæ synodo placuit, iubenti, vt ad proximum sabbatum seorsum prorogaretur.

*SEDIE SABBATI DECIMA QVINTA*  
*Nouembris, sessio duodecima Ferraria. M. A. R.*



On altercandū, neque sermonū nostrorum vicissim refellendorū causa, Patres amplissimi huc frequentes conuenimus. Sic enim hi solent agere, qui potius ostentationis & iactantię quā inquirendæ veritatis gratia conueniunt. Verum vt de quibus ambigeremus, ea diligentissimè ac cum summa pace, mutuaque beneuolentia simul ita tractaremus & cōsideraremus, vt pari studio cōclusionem veram cōsequeremur: breui ergo, & non luculenta oratione, sed his solum innixi, quæ vos concedere videbamini, primum præstantissimo cardinali, deinde reuerendo Ioanni benignitate Dei respondebimus. Cuius quidem cardinalis oratio, vt ad propositum spectans, ac non inepta, ita etiam plana, clara & elegans fuerat. Propterque ipsi hunc honorem habebimus, vt nil eorū, quæ per capita dixerat, indiscussum prætereamus. Nam si omni eius orationis parti respondere velimus, sermoni profectò nostro non hodie

modus dabitur. Porro autē ipsum obsecro, vt si forte fuerit à me requisitus, mihi statim respondeat, ac velit vel mecum sentire, vel mihi paucis contradicere. Nam ego cum eo, non autem in ipsum, eius argumenta perpendere velim: quippe qui, cum veritas patet, (noui equidem ipsius naturam & ingenium) maiorem capiet voluptatem, quā si eius argumenta susciperentur. Vnde sanè poterit euenire, vt si vir ipse sapientissimus pro veritate fuerit redargutus, maiori me beneuolentia prosequatur, iuxta illius sapientis sententiam: Argue sapientem, & diliget te. Porro ei quoque suo iure conceditur, me interpellare: nam æquo animo feram, si ab eo fuero requisitus, cuiusuis dicti mei reddere rationem, necnon si me corripiet & corriget, cum sibi videbitur quicquid me falsi protulisse. Nam si non contradicentibus vobis quicquam protulero, id verum esse, nulla que demonstratione in posterum indigere censebimus: quā quidem conditionem posthac seruare debemus. Primum autem eiusdem præstantissimi cardinalis argumentum hoc fuerat: Quidam Charisius libello, quē contra Nestorianos tertiæ synodo dederat, suę fidei declarationem mādauit, multum quidem diuersam ab ea, quæ à Nicænis patribus tradita fuerat, quæ tamen Charisij expositio ab ipsa synodo antiquata nō fuit. Ergo non omnem fidem in vniuersum, verum tantum contrariam, vetitam fuisse credendum est. Ita dixisti, an non?

*IVL. CARD.* Oratio tua, pater reuerende, me magno gaudio affecit, de cuius exordio nil equidē proferam: sed beati Petri doctrinam sequens, ad omnem tuam petitionem libentissime pro viribus respondebo. Velim autem aliquem ex his doctissimis viris interrogas, qui tibi melius responderet. Verum si mecum agere māuis, tibi libenter obtemperabo. Et quoniam (vt sepius dictum est) ad inquirendam veritatem huc conuenimus, non equidem erubescā, si quisquam vestrum errores meos notauerit, ac correxerit: quinimmo pro tali eius erga me beneficio, Deo optimo maximo gratias habebō. Hac tibi tamen conditione, reuerende pater, tecum agam, vt si non bene tuis argumentis respondero, patres hi tibi satisfaciunt: & si falsi quicquam protulero, soli mihi ascribatur. Mihi præterea per placet, te mihi libenti animo respōsurum, quoties fueris à me requisitus. Porro autem mihi videtur nunc opus non esse, vt ex me quicquam requiras, quando plane clareque dixeram, ac oratio mea literis tradita est. Verum si tibi fuerit gratum, tuis petitionibus respondebo. Sed prius velim mihi proferas, an satis dixerim. Nam si tibi videtur, satis me non fecisse, dicam amplius.

*M. A. R.* Non alia indigemus responsione, præstantissime pater, nisi vt proferas, vtrum orationem tuā bene memoriterque perceperim, necne, id quod profectò breuibus facere poteris.

*IMPER.* Amplissimo cardinali patres hi molesti videntur esse. Si quidem igitur vobis placet, alij pro eo respondeant. Sin minus, fiat, vt lubet.

*M. A. R.* Velimus patres amplissimi, quemadmodum ipsis paucis interrogabimus, ita vos etiam breuibus respondeatis.

*IVL. CARD.* Nil aliud equidem ex te, pater reuerende, requiro, quā vt intelligam, an tibi placet, lecta tantum oratione mea, contra eam argumentari. Nam si hoc nō lubet, tibi libenter obtemperabo. Quæ autē de Charisio

rifio sessione proxima protuli, breuibus reperam. Charisius catholicam suæ fidei declarationem literis traditam, tertiæ synodo dedit: Deinde Nestorianum symbolum recitatum, ipsa synodus reprobauit, Charisij verò declarationem minimè. Quam itē dubio procul antiquasset, si is Charisius declarandi facultatem non habuisset, vt potè quæ cum symbolo Nicæno in verbis paucis conueniret. Ita memini me dixisse, nisi aliter tibi videtur.

*M. A. R.* Fateor, amplissime pater, expositionem Charisij secundum sensum fuisse catholicam, secundum autem verba minimè. Multū enim fuerat à Nicæni symboli verbis diuersa. Propterea credendum est, expositionem ipsam non vt catholicam, verum tanquam à fide catholica dependentē, Charisio priuatim ac sigillatim ab ipsa synodo probatam fuisse. Itāne res se habet, an non?

*IVL. CARD.* Tibi equidem pater reuerende, concedo, ipsam Charisij declarationem secundum intelligentiam fuisse catholicam, vel à fide catholica (vt asseris) dependentem, licet in verbis à symbolo Nicæno plurimum differret. Eam autem ipse catholicam fidem appello, quæ vera sit. Sed quoniam in hoc conuenimus, ipsius videlicet Charisij declarationem catholicæ fidei congruam fuisse, necnon ab ipsa dependentem, idcirco vlteriùs ex te quero, vtrum eiusmodi declaratio ab eadem synodo suscepta fuerit, necne.

*M. A. R.* Vt propriam & particularem, Charisij expositionem susceptam fuisse concedimus: non autem, vt ea in vniuersum celebraretur.

*IVL. CARD.* Inò quoniam vera declaratio fuerat, idcirco eam synodus ipsa suscepit.

*M. A. R.* Satis de interrogationibus, amplissimi patres, & ad argumentum ipsum veniamus. Charisius tribus de causis Nestorianos in synodo incusauerat. Prima, quòd hi suum hæreticum symbolum, veluti communem ac veram doctrinam, hæreticos ad veram religionem reuertentes docebant. Quod quidem facinus ad Nicænam synodi ac eius symboli iniuriam committebant. Altera, quòd falsa multa impiaque dogmata prædicabant, ob idque fidem ipsorum Charisius infidelitatem potius, quā fidem, appellandam censebat. Postrema, quia videbat seipsum ab his tanquam hæreticum odio haberi, ac persequi, fidemque suam impiam reputari, propterea operæ precium esse sibi putauit, quod de fide sentiret exponere, vt ostenderet sese cum Nicænis patribus idem sapere. Qui quidem benè fecisse videtur, vt ab hæreticis prouocatus, in eorum impia dogmata inuheretur, cum præsertim nō fuerit interdictū, ne cuius liceret suam fidem exponere, ac vt visum sibi fuerit declarare, non ita tamen, vt communiter à cunctis Christianis celebraretur: verum, vt quid quisque de fide sentiret, ostenderet. Cuius igitur (vt prædictum est) suam fidem licebat exponere, præsertim Charisio, cum interdictum illud nōdum fuerit editum. Ideoque plurimi Ecclesiarum antistites variis temporibus suam declarantes fidem, diuersis vocabulis vti fuere. Quemadmodū, vt tu pater amplissime protulisti, beatus Agathon fecit. Qui cum fidem suam vnā cum suis præfulibus exposuisset, eā ad sextam synodum misit. Beatus item Sophronius ante ipsum Agathonem ad Hierosolymitanum patriarchatum promotus, quid de fide sentiret, ad Constantinopolitanum antistitem scripserat: cuius dein-

de literæ in eadem sexta synodo recitatæ fuere. Vnde vsu venit, vt omnes cōmuniter præfules suę professionis expositionem literis tradentes, quas synodicas appellare solebant, eas inter se darent. Vt nunc vsque patriarchæ tres faciunt, qui ad patriarchatum promoti, statim suis literis Constantinopolitanum certiore reddere solent, quid quisque ipsorum de nostra religione sentiat, ita vt, quod ab illis fidei nascentis temporibus cœperat, nunc vsque vigeat. Ipsius ergo Charisij expositio non fuit à synodo antiquata, quòd non ita literis mandata fuerit, vt à posterioribus pro symbolo in vniuersum celebraretur: verum (vt sapientissimè dictū est) vt ex ipsa, pia fides Charisij patefieret: quod quidem declarandi genus nequaquam veritum fuisse concedimus, nisi aliter ipsi creditis. Cur autem non ita sit, ex vobis scire desidero. Huic igitur quæstioni (si lubet) respondeas.

*IVL. CARD.* Tribus de causis (inquis) reuerende pater, ab ipsa synodo Nestorianorum symbolum, non autem Charisij, antiquatum fuisse. Prima, quòd ipsum instar Nicæni symboli celebrandū ediderint. Altera, quòd in eo multa falsa dogmata scripta fuerint. Tertia, quòd ipsum Charisium odio nō mediocri prosequerentur, quòd ab eorum dogmate vehementissimè abhorreret. At ego priusquam vobis respondeam, nonnulla in medium proferā, quæ literis mādata fuere. Cum quidam homines (inquit ipsa synodus) conspirassent, vt spreto Nicæno symbolo, vulgum deciperent, falsum symbolum tradere, & reliqua. Non ergo alia de causa synodus Nestorianum symbolum antiquasse videtur, nisi quòd nefanda dogmata in eo continebantur. Si quidem igitur pium fuisset, ipsum synod⁹ suscepisset. Prima igitur causa, quam profertis, cur symbolum illud reprobatum fuerit, falsa videtur. Alteram verò rationem concedimus: sed tertia inconueniens nobis apparet, ita vt primam & tertiam, falsam esse putemus. Adduci enim ad credendum non possum, Nestorianum symbolum ex eo reprobatum fuisse, quòd Nestoriani Charisium insectabantur, ac si scilicet id synodus valde curasset: sed potius putare debemus, synodum ipsam plurimum curasse, ne falsa dogmata in vero symbolo scriberentur. Hic autem, pater reuerende, dixisti, synodum ipsam nunquam prohibuisse, ne cui liceret priuatas expositiones literis dare, dummodò à vera fide aliena nō sint, quemadmodum Agathon, Sophroniusque fecerunt, qui quid de fide sentiret, impunè literis tradidere. Ipse verò quero ex te, an is Agathon & Sophronius in explananda fide sua, quicquam in interdictum ipsum commiserint.

*M. A. R.* Minime. Non enim addiderant symbolo. Et quoniam de religione sua priuatim conscripserant, idcirco interdicto Ephesino non subiacerent. Diximus enim supra, neminem vetitum esse ne fidem explicet suam: quandoquidem tantum fuerat interdictum, vt nemo propriam expositionem pro symbolo celebrari vellet, aut symbolo quippiam addat.

*M. A. R.* Gaudeo te credere, reuerende pater, Agathonem & Sophronium ac Charisium in sua fide dilucidanda interdictum ipsum nequaquam fuisse præuaricatos: nunc ad id, quod ex me quaesiuisti, libenter respondeo, Charisium suum symbolum, quod verum ac catholicæ fidei congruum fuisse creditur, nō ita tradidisse posteritati, vt id Ecclesia communiter celebraret, (Non enim ad eum spectabat populū doce-

docere, aut communis fidei normam prodere) verū vt suum tantum dogma manifestaret. Mihi autem satis est, fuisse probatū, Charisium ipsum nil in interdīctum illud commisisse. Vnde sequitur, neque catholice Ecclesie, neque rectori eius, docendi populi facultatem habenti, ab vniuersali ecclesia fuisse vetitum, ne sibi liceat symbolo quippiam addere.

*MAR.* Ex tua oratione, Pater amplissime id tantum habetur, idcirco Charisium condemnatū à synodo non fuisse, quod nil digni pœna commiserit: nequaquam tamen ex eo consequi, Ephesinum concilium mutandi symboli facultatem volentibus permisisse, quod Charisij symbolum neutiquam antiquauerat. Tuum igitur argumentum destructum esse videtur. Vtrum autem ecclesia catholica ea sit prædicta facultate, vt commune symbolū immutare, transformareque valeat, necne, in posterum suo loco (favente Deo) considerabimus. Nunc autem ex te scire velim, an quod Charisio facere non licuerit, id Nestorianis, si de fide bene sensissent, facere licuisset. Nā paulo supra mihi visus es protulisse, si hi fuissent catholici, ipsis etiam fas fuisse, Nicæno postposito symbolo, aliud eius loco in baptisate tradere.

*IVL. CARD.* Duo mihi dixisse videris, pater reuerende, quorum primum præmittendum non est, immutandi symboli facultatem Ephesino interdīcto cuius hominum fuisse vetitum: eodem tamen interdīcto nequaquam fuisse prohibitum, ne cui liceret professionem suam literis tradere.

*MAR.* Dummodò vera sit, communèque symbolum non transmuter.

*IVL. CARD.* Sufficit nobis, probatum esse, synodum Ephesinam nequaquam interdixisse, ne cui suam fidem verbis à symbolo diuersis declarare liceret: sed antea quam ad respondendum his veniamus, hæc ipsius synodi verba accuratius perpendamus. Nemini fidem (inquit) aliam proferre aut conscribere liceat, & reliqua. Quæ quidē ita videris exponere, vt verbis aliis quisquam symbolum explanare non valeat, etiam si laicus, nedum si clericus, fuerit. Vnde profectò maxima dictorum tuorum inter se repugnantia sequitur. Nam ex vna parte concedis quauis suam fidem quibusvis verbis exponere posse: ex alia verò videtur interdīctum illud ad laicos vique protendi. Quod ideo tibi quidem incommodū accidit, quod ipsa verba ponis ad aliam simpliciter fidem referri. Quæ si credideris (vt ego exposui) fidem tantum religionis nostræ contrariam significare, nullum prorsus incommodum incurrisse. Præterea non ita synodus iussit, vt liceat nemini vel publicè, vel priuatim, vel simul, vel disunctim addere, seu proferre: verum simpliciter ac in vniuersum interdixit, vt nemini liceat, & reliqua. Patet etiam ex eiusdem synodi præmio, interdīctum illud non nisi ad oppositam fidem referri. Cum patres (inquit) cōuenissent, symbolum Nicænum perlegerant, vt sermones extraneos cum eo conferrent, quique ipsi symbolo consonarent, eos suscipere, oppositos verò reiicerent. Decretum igitur synodi verbis his respondere debet, vt verba, quæ fidei nostræ conuenirent, ea tantum susciperentur, contra verò reiicerentur. Per aliam ergo fidem, tantum contrariam pugnantemque ipsa synodus intellexerat. De his ergo me, velim, interrogas, an ipsa possim ostendere. Verum ne videar tuis quæstionibus respondere nolle, ipsis modò libentissimè respondebo. Charisium (inquit)

idcirco fuisse laude affectum à synodo, quod non habens facultatem aliud symbolum componendi, nequaquam aliud composuerat. Quæ quidem ratione meum argumentum credis fuisse destructum, dicis Nestorianos propterea fuisse damnatos, quod aliud symbolum celebrandum ediderint. Nam si verū ipsum quoque fuisset, hi nunquā à synodo fuissent damnati. Cui equidem sententiæ acquiesco, vt si Nestorianum symbolum fuisset catholicum, ipsum etiam instar Charisij, Agathonis atque Sophronij symbolorum, susceptum fuisset. Sed quoniā contraria dogmata continebat, ideo fuit antiquatum.

*MAR.* Nestorianum symbolum, Patres amplissimi, longè alia ratione fuerat editū, quam Charisij, Agathonis, atque Sophronij symbola. Illud namque his, qui ab hæresi ad fidem reuertebantur, pro Nicæno symbolo tanquam communis doctrina, traditū fuerat: hæc verò non ita, vt per ipsa baptisate celebraretur, posteritati fuere prodita. Vnde non sequitur, vt vna omnium eademque ratio sit. Nam illud, etiam si catholicum fuisset, meritò tamen synodus adhuc ipsum antiquasset: hæc autem cum non pro symbolo communiter celebrandis, verum vt expositiones atque sententiæ propriæ, scripturæ relicte fuerint, idcirco reprobata non sunt. Patet igitur falsum esse, quod proferis, Nestorianos (scilicet) immutandi symboli facultatem habuisse, si rectè de fide sensissent, necnon Charisium, ac cæteros Nicænum symboli neutiquam tetigisse.

*IVL. CARD.* Sanè mihi videris, R. P. oppositū veritatis proferre. Nam ipse Charisius in suæ fidei expositione vel symbolo, Nicænum simul & Constantinopolitanum mutauerat, dicens: Et in Spiritu sanctum paracletum, spiritum veritatis, consubstantialem patri & filio: quæ quidem verba in ipsis symbolis non leguntur. Porro quoniam in tui sermonis exordio protulisti, argumentum illud concessum nobis putatum iri, cui non fuisset responsum: ideo non simul omnibus, verum singulis repetitis, ad omnia respondebo. Dico igitur, idque profiteor, quod nulla inter Nestorianorum atque Charisij, ac Symphronij, Tharasiique symbola differentia fuisset, si Nestorianum veritatem in se contineret. Tu autem pater reuerende, non deberes legem ipsam exponere aliter quam posset intelligi. Nam (vt sapientissimè dictū est) idcirco synodus Nestorianum symbolum antiquauerat, quod in se multa dogmata nefanda concluderet. Hæc ergo perpende sententiam. Nam equidem interdīctum fuisse puto, ne cui homini priuato liceret, Ecclesie catholice celebrandum quippiam tradere, quod aliam (hoc est, oppositam) fidem significaret. Ne autem eidem Ecclesie ab homine priuato verum symbolum ita traderetur, vt ipso eundem Chresticolæ vterentur, non ipso eodem interdīcto, verū alia ratione, fuisse vetitum censeo. Quandoquidem minime cōueniret, vt ecclesia mortalibus obediret, qui nullam ab ea facultatem haberent, cum præsertim omnibus in rebus diuinis, particulares ecclesie communem sectari debeant.

*MAR.* Eadem ipsa mihi videris repetere, atque in eisdem amp. P. versari, scilicet catholicæ ecclesie ea facultate præditam esse, vt symbolum immutare, ac ipsum particularibus ecclesiis celebrandū tradere valeat. Ad hoc autē non dum clarius respondiisti, vtrū si Nestoriani bene de fide sensissent, suum symbolum iure suo prodere potuissent, necne. Huic ergo

go quæstioni (si lubet) apertius respondeas vt tandē ipsam concludamus.

*IVL. CARD.* Satis mihi videtur ad propositum respondiisse.

*MAR.* Ex te requiro pater amp. vtrum Nestorianis licuerit suum symbolum ita tradere celebrandum, vt homines ipso in sacro baptisate vterentur, an non? Nam Charisij ac cæterorum fidei expositiones, non sanè fuerant symbola, neque symbola nuncupata, neque denique pro symbolis à synodo ita suscepta, vt per ipsa baptisate fieret.

*IVL. CARD.* Fateor equidē, nemini licere proprium symbolum ita proferre, vt cōmuniter in ecclesia celebraretur. Nestorianos autem ipsos potuisse symbolum verū exponere ac ipso vti, idēque proferre ac sapere, non eo inficias. Sin autem protuli, etiā si symbolum ipsorum, Nicænum symbolum oppugnet, me falsum dixisse cōfiteor. Teneo tamen memoria, me tantummodò protulisse, fas ipsis fuisse symbolum verum proferre.

*MAR.* Nestoriani suum symbolum cōmuniter celebrandum tradiderant, volentes, vt qui ad fidem reuerterentur ab hæresi, Nicæno postposito symbolo, illo tantū baptizarentur. Num igitur ipsis id agere licuisset, si symbolum ipsum fuisset catholicum?

*IVL. CARD.* Etsi prolixè clarèque mihi videor respondiisse, tamen vt tibi pro viribus satisfaciam, repeto, Nestorianos proculdubio potuisse symbolum suum proferre, dummodò verum fuisset: eodem tamen cōmuniter in ecclesiis vti, nequaquam ipsis licuisse.

*MAR.* Id est, pater amp. quod equidem volebā concludere, non alia videlicet de causa Nestorianos fuisse damnatos, quam quod suum symbolum pro communi doctrina Nicæni symboli loco celebrandum tradiderint: quod tamen quoniā videbatur suo iure facere potuisse, & nondum interdīctū illud editum fuerat, idcirco synodus Ephesina legē (vt supra dictum est) promulgauit, vt in futurum neq; Nestoriani, neq; quisquā cæterorum mortalium facultatem, vel (vt melius dicam) licentiam ipsam haberet. Quæ quidem constat plurimorum falsorū dogmatū causam fuisse, ita vt ausim dicere, vt synodus ipsa nūquā interdīctum eiusmodi edidisset, si Nestoriani licentiā ipsam non habuissent, qua quidē nefanda dogmata seminarēt. Sed prudentissima synodus incommoda futura prospiciens, in vniuersum prohibuit, ne cui liceret aliā à Nicænorū patrum fide docere, non inficia (vt sapienter dictum est) immutandi symboli licentiā, falsorum dogmatum causam fuisse, foreque. Patet etiā ex ipsi synodi summa facultate, quæ prædita fuerat, suæ mentis fuisse, vt aliā fidei expositionem ac symbolum nemo auderet cōponere. Quæ quidem cōclusionem tuis ex dictis, vt quoddā cōsequens, vel (vt ita dixerim) corrolariū expressimus, nisi aliter tibi videtur, quod velim ex te cognoscere.

*IVL. CARD.* Tibi ne magis, reuerende pater an Ephesinæ definitioni credendum est?

*MAR.* Nos sanè synodo tribuimus plurimum cumque quicquā vocamus in dubium, decretis ac expositoribus eius magis cōcedimus, quam nobis ipsis indulgeamus. Porro autē B. Cyrillus ad Ioannem & Acacium Melitenen. scribens definitionē ipsam explanat, lucidiorēque reddit. Eiusdem ergo Cyrilli expositionem diligenter consideremus, ac ipsum in omnibus imitemur: quo quidē melior interpret inueniri poterit nemo, nisi tu ita sentias.

*IVL. CARD.* Idcirco equidē ex te P. R. quæstioni, cui nos magis oporteat credere, & ipsa tertia synodus decreti sui reddidit rationem, dicens: quoniā Nestorianum symbolum peruersa cōtrariāque dogmata continebat.

*MAR.* Nequaquam res sic sese habuit, vt causa ex illa symbolum ipsum fuerit antiquatum.

*IVL. CARD.* Sæcra tertia synodus P. amp. Nestorij expositionē, hoc est, dogmata nefanda danauit quod itē ex verbis Charisij apparet, qui cum inculcasset Nestorianos, ita protulit: Hi Nicæno symbolo spreto, infidelitatis symbolū protulerunt. Præterea Cyrillus Nestorianum symbolo ac literis in synodo recitatis, eam interrogauit, an ipsi vera viderent ea quæ in his scripta essent. Quæ quidem synodū respondiisse cōstat, ea omnia falsa esse, ipsaq; propterea statim reprobauit. Quod autem Cyrillo R. P. idcirco magis credendum existimes, & summi pontificis vicarius & legatus in eadem synodo fuerat, tibi ipse assentior. Cuius quidem literæ, non solum meā sententiam non impugnant, verum etiā ipsam mirum in modum cōfirmare videntur: quarū sensum si bene perpendideris, satis tibi fuerit exploratū, ipsum per aliam fidem, contrariā tantum intellexisse. Cuius quidem rei ex eo quoque potes capere rationem: nam is Cyrillus, literis ad Ioannem Antiochenum missis, quibus cuidam epistolæ Nestorij respondiēbat, multa reliquerat, quæ in Nicæno symbolo non expresse leguntur. Quæ quidem tamen, quandoquidem à veritate non fuerant aliena, idcirco dixisse creditur, nil addimus neque auferimus. Ergo quo minus ex ipsis literis nequaquam percipere possimus, hoc esse puto, vt cū symboli vera seruetur intelligentia, tum neque additio neque ablatio fieri censeatur. Literæ autē ipsius Cyrilli ad Acacium scriptæ, non solum non contra nos sunt, sed etiam à nobis esse videntur: quadoquidem ex his patet, quonā modo intelligi debeat illud, addere non licere: ita vt qui quicquam exponit atque declarat, non noui quicquam apponere, verum idem ipsum dilucidare, clariusque reddere censeatur.

*MAR.* Num Cyrillus non prohibuerat, ne verbis extraneis declarationes eiusmodi fierent?

*IVL. CARD.* Qui expositionem eiusmodi fecerit, is nil sane noui protulerit, neque propterea censeretur diuinū symbolū immutasse, verū quæ clara fuissent, illustriora magisque perceptibilia reddidisse. Quod aliud argumentū hoc, obsecro, fortius poterit excogitari? Quod cū proxime loquēte Niceo præfule, quæ res inuenire nequaquam potuerim, id deinde mihi, ne me falsum esse putaretis, diligenter inuestigati occurrit quo proculdubio nostra cōtrouersia soluitur. Nam Cyrillus ipse literis ad quendam Nestorij auditorē scriptis, quæ quidē sic incipiebāt, Res quidē: declarationem hæc, (de qua agimus) additionem non esse demonstrat. Quibus quidē literis in synodo recitatis, Cyrillus ipsam interrogauit.

*MAR.* De quibus obsecro Cyrilli literis mentionē facis? *IVL. CARD.* De his, quas cōtra Nestoriorum scripserat. Synodū (inquā) Cyrillus interrogauit, an Nicæna synodo cōsonantes essent. Frequens autē synodus respondiit, eas quæ maxime cōgruas esse & his veritas magis pateat, quodque à symbolo Nicæno paucis ac obscure cōtineretur, id prolixè atque clarè redditū sit. Vnde synodū ipsa cōcluserit, Cyrillū ipsū eadē cū synodo Nicæna sentire, ac eundē nil prorsus innouasse. Si quidē igitur Cyrilli verba fidē aliā, hoc



hoc est, Nicæni symboli contrariâ, significassent, is proculdubio legis transgressor præuaricatorq; fuisset. Sed quoniâ authoritati Cyrilli vehementer innitimur, idcirco expositionem eius in mediû proferamus, quâ de symbolo fecerat, qua quidē cognoscere possumus, quid illa synodus cum interdicto suo voluerit. Sâcra synodus (inquit) Ephesi (Deo annuente) celebrata, sanctâ in Nestorium ac eos, qui vana cû ipso sentirent, vel in futurû senserint, & in eos qui vanitates eiusmodi proferre aut literis mādare fuerint ausi, sententiâ promulgauit, pariterq; damnauit. Ex literis his amp. P. clarissimè patet, cur Nestorius ac eius secta cōdemnata fuerit: & illud, fidē aliam, contrariam fidē significare, quemadmodum Nestorij fides fuerat: & ideo Nestorianū symbolum antiquatū fuisse, q̄ talia dogmata contineret, qualia Nestorius ipse videbatur sentire. Quam quidē sententiâ, licet tuę contraria sit, tu tamen vir prudentia & sapientia præditus, ex literis ipsis percipies, si eas diligēter inspexeris: ex quibus quidē tibi fieret notum, Ephesinam synodū nil aliud, quàm fidem fidei veræ cōtrariam, vetuisse. Rogo igitur te atq; obsecro, pater reuerende, ne tot ac tãtos authores sermonibus ita fruolis, vt vel à pueris possint refelli, detineas. Verum si vobis etiâ, quemadmodū nobis videtur conducere, omiſsa huiusmodi cōtrouersia, ad principem illâ veniamus, de qua quidem longâ orationem, non tamen alienâ à ratione, speramus habere: sin autem in hac eadē quæstione adhuc malitis persistere, per mē sem, nedū per diē, tibi paratus sum respondere: quâuis animi dolore afficiar, q̄ tempus vanè cōteritur.

*MAR.* Sermones nostros neq; inutiles, neq; de paruis rebus habitos, neq; deniq; tales, vt vel à pueris (vt dicis pater amp.) possint dissolui: verum valdē cōuenientes, ac ad propositū pertinentes fuisse putamus: quandoquidē diuorum patrum sententias exposuimus, credentes, tametsi vestrū eiusmodi dogma verū forsitan fuerit, ipsum tamen diuino symbolo nequaquā addendum esse. Cōuenientiùs ergo, maioriq; veneratione dignum, ac ipsius rei naturâ cōsequens esse videtur, vt omiſsa illa, de qua velles agere quæstione, hanc priùs concludamus. Scias igitur velim, nos veritatis huius inuestigationem nolle priùs relinquere, quàm cōmuni sententiâ ad cōclusionem aliquâ peruenimus: quandoquidē (vt suprâ dictum est) nos asserimus, & ita sentimus (prout ostēdere facile, possumus) dogma illud (de quo suo loco cōsiderabimus) quanuis fuerit cognitum verum esse, alibi tamen quàm in symbolo scribendum esse, quemadmodum cōcilia generalia fecissē cōstat. Ab ipso igitur symbolo dimouendum esse cōsemus, vt cuncto- rum Christianorum coniunctio fiat, qui ex ea causa iam diu disident.

*IVL. CARD.* Rebus omnibus, pater reuerende, quibus humanum genus fruatur, tempus experibilius est. Proptereaq; serenissimus Imperator sapissimè protulit, id contendum frustra nō esse. Quâdoquidē ergo sermonibus & scripturis satis de hac re egimus, vosq; qui sapientes ac magno ingenio præditi estis, iam agnouisse censemini, rei huiusmodi veritatem & rationem non amplius in dubiū vocari debere, idcirco ad aliâ cōtrouersiam veniamus. Cur autē eiusmodi quæstionem in mediū, P. R. protuleris, haudquaquā intelligo: nisi forsitan id feceris, quod oratores egregij faciunt, quippe qui, cum aliquam causam volunt agere, à facilioribus incipere

soleant. Qua quidem ratione tu quoq; forsitan adductus, ac non inscius te magno certamine certatū esse, prius armatura leui nobiscum agere voluisti. At quoniâ huiusce causæ veritatem per diu inuestigauimus, ita vt in præsentia luce clariùs pateat, (tametsi semper vobis fuerit nota, veruntamen vt vobis fieret exploratum, quoniam pacto Latini homines respondere scirēt, ideo de nobis periculum facere voluistis) idcirco vos rogo, vt tan dē ad maiorem illam quæstionē veniamus. Nā si nobis (vt suprâ diximus) demonstrabitis, sanctum spiritum ex filio nequaquā procedere, vobis illico cōcedemus, id nulla ratione à Romana ecclesia apponi symbolo potuisse. Sin autem illud non poteritis assequi, sed eius oppositū vobis probabitur, nullā amplius inter nos controuersia fore censeo. Porro autem per me nunquā stabit, quominus quæstionem illâ, quoad vobis liberit, prolequamur: dummodò disputationis huiusmodi auditores nō tædeat. Nam equidem ad omnes, quas proposueris quæstiones, libentissimè respōdebo: sed magis forsitan expediret, vt statim diebus de principe illa quæstione verba facturi conueniremus. Intereaverō extraordinariē congregati, hanc etiam quæstionem tractaremus, nisi tu pater reuerēde, mālīs in hac eadem materia versando, ex me quicquā aliud querere, qua in re tibi libentissimè respondebo: quandoquidem tecum veluti cum patre meo magna cum \* declaratione dissero. Sed antequā de aliqua re me interrogas, ad id quod sæpenuerō reperisti, interdictum videlicet nullum ante tertiam synodum fuisse, respondebo. De quo equidem longē aliter sentio: ideo non abs re esset, vt vos, patres amp. hanc etiâ ambiguitatem audiretis, de qua in sermone, quē literis tradidi, nullā prorsus fecerā mentionem. Argumentum, cui mihi in modum inniti videmini, cur symbolo quicquā addi non liceat, ex Cyrilli literis sumitis: cuius tamen verba si iuxta mentē eius accuratius perpenderitis, nō de verborum additione, verum de alia fide Cyrillum ipsum intellexisse videbitis. Porro licet concedamus vobis, eum noluisse symbolo quippiâ apponi posse, id tamen nobis nequaquā videtur obſtare: quandoquidem scripturæ sacræ ferat innixus, in qua legitur ita: Ne transgrediar terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, qui non ex sese, verum Dei patris spiritu afflati, loquerentur. Quoniâ ergo non sancti patres, verū sanctus spiritus loquebatur, ideo Cyrillo videbatur, aliud addendum aut auferendum esse. Quæ quidem verba longē ante Christi aduentum, nedum ante tertiam synodum fuerāt prolata. Propterea beatus Cælestinus hæc literis tradidit, quis vnquam non dignus anathemate fuerit iudicatus, qui fidei catholicæ quicquam addiderit, vel ab eadem ademerit. Credere autem non debemus, literis Apostolicis quippiam additum, vel ab ipsis ablatum fuisse, quâdoquidem nostris ex legibus graui pœna multatur, qui literas eiusmodi transformauerint. Quas quidem literas Cælestini, ante tertiam synodum fuisse constat, quibus tamen ipse prohibuit, ne fidei catholicæ quippiam adderetur, vel ab ipsa auferretur. Duos igitur testes contra tuam sententiam attuli: sed quoniam in ore duorum vel trium stat omnē verbum, idcirco tertium quoque producam. Septima namq; synodus inquit: Ecclesiæ catholicæ traditiones neq; diminutionē, neque vllā accessionē suscipere possunt. Magna igitur afficiendi sunt

di sunt pœna, qui quicquam abstulerint, vel addiderint: ac execratus est ille, qui negligit veritatē agnoscere, ac antiquos patrum suorum terminos transgreditur. Synodus ipsa eisdē sacræ scripturæ verbis innitens, inquit: Qui terminos antiquos, & reliqua: quod quidē his solet accidere, qui veritatem nō curant cognoscere. Vnde sequitur eum terminorū esse transgressorem, qui fidem à suis patribus traditam, neutiq; amplexatur. Ergo qui eam declarat, suorum patrum fines nequaquam egreditur, neq; quicquam ei vel addit, vel auferit, quandoquidem apud Cyrillum interdictum illud, tantum in eos qui contra maiorum suorum decreta loquerentur, editum fuerat, quod sanctus spiritus veritatis est spiritus: & qui eam profiteretur, ipsam etiam excolere creditur, ac intra terminos est. Contrâ, qui vanus & mendax est, is proculdubio sancti spiritus fines trāsgreditur, & patrum fidei quippiam addere, vel ab eadē auferre putatur. Igitur ex sacræ scripturæ clarissimè patet, vt qui veritatem agnoscere nolit, is addere quicquā vel auferre credatur. Porro, quoniam sapissimè protulisti, prohibitionē ipsam, à tertia synodo, vel per eam à sancto spiritu promulgatam fuisse, idcirco reuerende pater, ex te quero, vtrum nobis credendum sit, Nicænam synodum maiorum suorum terminos transgressam fuisse, an non. Planè si credimus mutationem verborum, nedū intelligentiæ, fuisse prohibitam, necesse est vt credamus, Nicænam quoque synodum anathemate deuinctam esse, vt potē quæ nōnulla verba (quemadmodum superius dictum est) ab Apostolorum symbolo abstulerit: nec non secundam synodum anathemate subiaccere, quæ post illâ testamenti veteris prohibitionem, Nicæno symbolo verba multa addiderit. Sed quoniam patres ij veritatē protulerant, idcirco eadem, non autē aliena, vel contraria, cum maioribus suis sensisse creduntur. Falsum est ergo, proferre posteriores synodos veritas fuisse, ne symbolo quicquam addere possent. Amplius in hoc Græco volumine, quod nobis Constantinopoli missum fuit, Nicænum & Cōstantinopolitanū symbolū (prout vulgò celebratur) descripta sunt: in alio verò libro, qui quingentorum annorum & vltra creditur esse, absque, de cœlis, ac secundum scripturas, Constantinopolitanum symbolum legitur, licet in alio libro, qui Longobardorum literis scriptus esse videtur, symbolum idem cum eisdē verbis legatur. Volumen autem vestrum, in quo quarti generalis cōcilij acta scripta sunt, nō nisi trecentorum annorum creditur esse. Vt igitur pater Ephesie neutiq; in nos inuehemini, licet Deum de Deo, in nostro volumine scriptum sit, cum in vestro non extet: ita quoque nos incusare nō deberetis, quod verbum vnum addidimus symbolo.

*MAR.* Ad omnia, quæ paulo antè dixisti P. amp. respondendi tempus non est, quandoquidem longa indigent responsione. Quædam enim ex nobis quæsiisti, simulque contendisti, vt ea vobis concederemus: quod planè nostræ nō esset existimationis, quâdo possumus ad omnia respondere ac veritatem ipsam attingere. De his igitur, ac de hoc vestro volumine suo loco dicemus. Quod autem ad Romanam ecclesiam summumq; pontificem adspiciens protulisti, catholicam Ecclesiâ ac eius principem cōmune symbolū reformare posse, idcirco toties hæc à te repetita, præterire nō possumus indiscussa. De hac igitur quæstione sequenti sessione, si vobis videbitur,

disputabimus, argumentaque plurima & fortissima pro nostra causa afferemus. Sed quoniam vehementer ambigim⁹, ne sermones huiusmodi aures vestras offendant: ideo, si vobis videbitur, proculi.

*IVL. CARD.* Inter alia capita, P. amp. in quibus Græci Latiniq; differunt, est id, quod de Romanæ ecclesiæ facultate in dubium Græci vocant: quoniam tamen nunc agimus, an sanctus spiritus ex filioq; procedat, qui quidem fidei articulus est, idcirco non conuenit has quæstiones confundere. Proptereaq; in oratione, quam scripturæ traditam vobis dedi, me de facultate Romanæ ecclesiæ tūc nil esse dicturum protuli, putans fuisse cōueniēs, vt in aliud tempus differatur. Suo igitur loco pater reuerēde in eiuscēmodi controuersia, vt decet liberum hominē, quicquid volueris, in medium proferes, in quo sanctissimo domino nostro pōtifici maximo nulla profectō fiet iniuria: quippe qui nō alia de causa presens est, nisi vt veritas illustretur. Cuius quidem summī pontificis, ecclesiæq; Romanæ facultas, rum ex Euāgelio, tum etiam ex sanctis conciliis generalibus benignitate Dei pater clarissimè. Si quidē igitur quæstio, vtrū liceat addere symbolo, necne, ab illa quæstione longē aliena videtur esse, sanè non conuenit ambas has contemplationes simul (vt suprâ dixi) cōfundere. Rogo igitur vos, atq; obsecro, vt ad quæstionē de sancti spiritus processione veniamus, quâdoquidem si hac in re cōuenierimus, mihi equidem persuadere fore facile, vt in cæteris quoq; conueniamus. His dictis sessio fuit dimissa, & ad alium diem dilata. Elapsis verò nonnullis diebus, summus pontifex iussit, vt ad diem vigesimum septimū mensis eiusdem iterum conueniret.

*Die Iouis vigesima septima Nouembris, Sessio decimatertia Ferrariæ.*



Requenti synodo ducis Burgūdiæ oratores in sessione hanc introduxerunt, ex quibus quatuor presules, & vnus diaconus, & duo equites fuerunt, qui salutato de more summo pontifice, Imperatore verò nequaquā, (nam patriarcha valetudine aduersa detentus nō aderat) confedere, summoq; pontifici literas dedere. Quibus quidē Latine recitatis, & à Græcis nō intellectis, sessio fuit dimissa. At Imperator egregie tulit vehementissime, q̄ non fuerit salutatus, afferēs se magna iniuria fuisse affectū: & nisi sequenti sessione ab oratoribus ipsis pro sua dignitate salutaretur, se nunquā amplius in sessione venturū, quinimo fore, vt synodus dimitteretur. Patriarcha verò tametsi plurimū ægrotaret, tamē per nuncios egit, vt summī pontificis nunciij Imperatorem rogarēt, vt à synodi celebratione nequaquā desisteret, promittētes ei, vt ab oratorib⁹ ipsis sessione sequenti imperatorio more salutaretur. Quapropter ipso consentiente, summus pontifex iussit, vt ad diem quartam mensis Decembris sessio conuocaretur.

*Die Iouis quarta mensis Decembris, Sessio decimaquarta Ferrariæ.*



Ac frequenti sessione, absente tamen patriarcha, Imperatorem ipsi legati salutauere, non ita vt ipsum deceret. Id tamē æquo animo tulit, ac iussit, vt dispersores electi negocium prosequerentur. Ephesius autem volens cardinali responderē, dixit se velle breuib⁹, ac per Sic & Non, disputare:



quandoquidē Latini videbantur ei prolixis orationibus uti, vt eloquentissimi viderentur. Deinde de Charisio protulit, exemplum illud ad Latinos non pertinere. Quibus & aliis ab Ephesio dictis, Iulianus cardinalis vir summo ingenio memoriæque profunda præditus, ita prolixè respondit, vt dicēdo dies ipsum defecerit, & sessio fuit dimissa, decreto, vt tri-duo post conueniret.

*III DIE LVNÆ DECIMOCTAVÆ  
mensis Decembris, sessio 15. Ferrariæ.*

**E**phesius Imperatoris iussu, longā orationem habuit, volens ostendere, ne syl-labam quidem addere symbolo licere. Quæ quidē oratio ita vagata est, vt omnes sibi facillè suaderent, ei neminè responsurum esse. At Iulianus eloquentissimus, qui loquente Ephesio, ne verbum quidem protulerat, orationem eius ordine summo memoriterque repetit ac in duas de triginta partes distribuit, volēs partim philosophando, partim sacram scripturam citando, ac dialecticis argumentorum locis vtendo probare, Latinos minimè peccauisse, quanuis addiderint symbolo. Contra Ephesius magno affectu desiderio, quæstionem eiusmodi ad extremum tandè perducere, ac clarius demonstrare, nullam verborū accelerationem ad symbolū fieri licuisse, Iuliani sermonem in octo partes diuisit. Et in prima quidem probauit, Charisij symbolum haudquaquam fuisse commune, in altera verò de Nestorij symbolo mentionē nullam fieri debuisse: nam in tertia pœnarum vim in interdīto contentarum ostendit, in quarta verò pœnas ipsas singulariter, non autem cōmuniter in delinquentes editas fuisse demonstrauit. Nam in tribus sequētibus partibus Cyrilli literas & Agathonis exposuit, ac probauit, quidnam ipsi docuerint. In extrema denique parte additionem ipsam absque synodo nequaquam fieri potuisse docuit, in hunc postremō modum perorauit.

*MAR.* Symbolum illud, præstantissimi patres, quod vt optimum depositū à patribus nostris in nostra Imperatrice ciuitate suscepistis, à vobis tale repetimus, quale vobis fuerat traditum. Nōne quisque depositum sibi cōstitutum reddere tenetur? Patriū igitur depositum nobis (vt dictum est) restituite. Quod quia perfectū est, idcirco diminutione vel additione non indiget. Qui quidem patres nostri eos reprobaucrunt proculdubio, qui contra symbolum ipsum quicquam innouassent: alios verò pœna grauissima affecere, qui aliud symbolū fecissent. Quod si vnus solæ dictionis additio parum refert, ac parua de ea ratio debet haberi, ablata igitur, parū vel nihil prorsus nocebit, imò certe plurimum prodesset: nam ea ratione cuncti Christicolæ dubio procul coniungerentur. Contra magnū ac indignum facinus esset, si talis additio tolleretur, ob idque magna ratio de hac re debet haberi? Non igitur ipsi peccamus, qui rem hanc plurimi facimus. Amplius, si talis additio imprudenter fuerat facta, nunc quoque prudentius nobis consuleretur, si ipsam auferretis: sic enim amicos verbis coniunctissimos facietis, qui vestrā mutam amicitiam magnificerent & excolerent. Vos igitur, o patres fratres ac reuerēdi domini nostri, vt sæpenumerō fecimus, ita etiam nunc per viscera domini nostri Iesu Christi, qui nos peccatores ac per-

ditos mortales dilexit, & animam suam pro nobis dedit, rogamus ac obsecramus, vt pacem optimam & summam inter nos, sanctōsque patres nostros cōiunctionem faciamus, qua quidem tum fuimus coniuncti, cum idem omnes volebamus ac sentiebamus & nullum inter nos dissidium erat. Coniungamur obsecro tanquam fratres. Veneremur maiores nostros, definitionibus ac decretis ipsorum honorem plurimum habeamus, eorundem minas & pœnas vereamur. Ipsorum denique traditiones seruemus, custodiamus, excolamus, vt vno corde ac ore, patris & filij, sanctique spiritus nomen dignissimum celebremus, & glorificemus nunc & semper & in seculorum, Amen.

Iulianus autem cardinalis amplissimus, à disputatione nolens desistere, sententiam suam vehementissimè defendens, post multa protulit, pro singulis decem argumentis, quæ sibi fuissent proposita, se decem millia redditurum. Deficiente autem die, sessio fuit dimissa. Tum Græci tam præfules, quam ceteri omnes tedio affecti, de suo in patriam reditu, insectare, cogitare cœperunt, dicentes: In vanum tempus cōterimus, quandoquidē nec à Latinis nos, nec à nobis ipsi suaderi possent. At Imperator magnanimus animos ipsorum cunctando restituit. Porrò volentibus Græcis disputationi facere modū, Latini mirum in modum incumbabant, vt in sessionibus de ipso dogmate ageretur, afferentes de quæstione prima iam factis dictum fuisse, ac se nolle amplius quærere, cur illud, ex filioque, symbolo fuerit additum. Nam cum fieri non possit, vt quod iam factum probatumque fuerit, prius tollatur, quàm ostendatur à Græcis impium esse: operæ precium esse dicebant, vt in posterū de ipso dogmate agerent: quod quidem si impium esse constaret, illico tolleretur: sin autem receptum esset, minime se esse in cufandos. Hæc Iulianus doctissimus. Cōtra verò dicebat Ephesius: Tollatur à symbolo, proprioque termino circumscribatur, quæ admodum de multis verbis constat factum fuisse. At Iulianus vehementius instans, dicebat: Inquiratur (pater) veritas, inquiratur, & si verbum illud impium esse dignoscatur, neque in symbolo stabit, neque in alio loco (vt dicis) circumscribetur: impia enim nullatione proferrī debent, pia verò quouis in loco, nisi in symbolo, stare possunt. Interea Imperator rogauit, simulque patriarcha aduersa valetudine pridem domi tenebatur. Post autē dies sedecim vit potuit Imperatoris domū lectica venire, quo biduo post Græci quoque præfules conuenere. Ad quos Imperator fuit ita loquutus.

*IMP.* Nostra relicta patria, patres optimi pro ecclesiarum coniunctione non sine magno periculo huc frequentes conuenimus: & vos quidem antistites pro vestrarum ecclesiarum securitate, Laici verò tum pro vestra pia religione, tum etiam pro posteris vestris solliciti estis, ob idque onus hoc libenter subiistis. Ego autem solum, vt à Deo gratiam consequar, id quod etiam ad vos pertinet, vehementer laboro, id quod etiam ad vos pertinet, vehementer laboro, quippe qui filios vel hæredes non habens, nec dignitate maiore affici cupiens, pro generis nostri salute plura quàm ceteri (vt videtis) onera sustineo. Operæ precium igitur est multis de causis, præsertim vt cum Latinis coniuncti, nostram in patriam, magno affectu honore, potius quàm dedecore, hinc disuncti proficiamus: operæ precium (inquam) est, vt summo studio in vnionem Ecclesiarum incumbamus. Quo

Quo quidem sermone audito, Græci quam ratione de dogmate ipso agendum esset, inter ipsos locuti sunt. Tandem visum est ipsis, vt duodecim præfules ex suis seligerent, qui cum totidem Latinis de sancti spiritus processione priuatim differerēt: quodque benignitate Dei ab ipsis probatum esset, id omnes susciperent. Nolebāt enim cum Latinis oratione perpetua publicè contendere. Dum autem hæc agerentur, à summo pontifice Græcis fuit nunciatū, ob pestem synodum esse Florentiam transferendam. Quod etsi quammaximè Græcorum conuentū turbasset, post multas tamen altercationes, quas quidē silentio præterij, quòd ad rem neutiquā pertinerent, videntes Imperatori ac patriarchæ non nimium displicere synodum ipsam transferri, summi pontificis voluntati his cōditionibus acquieuerunt, vt summus pontifex mensium octo subsidium Constantinopolim mitteret: ipsis autem Græcis, & quinque mensium victum, & comitatum Florentiam vsque tribueret, ac pro his omnibus (vt vulgò dicitur) bancum ibidem assignaret, nec non vltra Florentiam nequaquā proficiscerentur, verum ibidē synodus quatuor mensium spacio terminaretur, ac Græcis omnibus esset facultas illinc, cum sibi visum fuerit, discedendi. Quibus quidem conditionibus à summo pontifice pro eius pietate acceptis, in cathedrali ecclesia extrema sessio Ferrariæ celebrata fuit. In qua quidem nil aliud factum est, nisi vt summi pontificis decretum de transferenda Florentiam synodo recitatum fuerit. Non autem cōstat, in quo die talis sessio celebrata fuerit, cum tantum reperiat, die vndecima mensis Ianuarij Græcos pecunias pro eorū comitatu, nec non nouemdecim millia ducatorum pro Constantinopolitano subsidio à summo pontifice accepisse, die verò decimasexta summum pontificem Ferrariam discessisse.

*Sessio 16. vltima Ferrariæ.*

*Decretum summi pontificis de synodo transferenda.*



**M**agis amplissimus, patriarcha tantum ob valetudinem eius absente, Neapoli tanus antistes Missam solenniter celebravit. Quæ quidem finita, litaniisque decantatis, Gradensis præful Latine, summi pontificis decretum omnibus cardinalibus & præfulibus pontificaliter (vt moris est) indutus, ex suggestu recitauit, Cuius tenor huc fuit: Eugenius episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Generale concilium Ferrariæ conuocatum fuerat. Quod quidem & si nostræ sententiæ fuerit ibidem conficere, terminareque, tamen feruente peste, præsertim in hyeme, ex quo credendū esset in vere quoque futuram esse, illud iuxta leges nostras Ferrariam Florentiam transferre volumus. Quæ quidem ciuitas libera & pacifica & aere saluberrimo est. Post autem dies paucos summus pontifex, vnà cum cardinalibus præfulibusque Latinis, primus Florentiam proficiscitur, qui cum equo insidens egredieretur, Nicolaus Ferrariæ marchio, equi summi pontificis lora tenens, pedester vnà cum suo filio Ferrariam exiuit. Postridi autem patriarcha cum antistitibus Græcis secutus fuit. Cui Florentiam appropinquanti, cardinales duo ac triginta præfules obuiam venere, honorèque magno in ciuitatem ipsam introducere. Triduo verò post Imperator etiam venit, qui à Florentinis pompa magna honorificissimèque, vt Imperatorem deceret, susceptus fuit. Nam Florē-

tia rectores & domini, nobilissimo ac honorato quoque comitem se præbente, pedestres ipsam ad portam ciuitatis in conspectu cardinalium & præfulum omnium exceperunt, ac domum deduxerunt. Tempus autem carnis priuierat, in quo multa variæque spectacula propè domum eius Florentina respublica honorificentissimè celebrauit. Primo verò quadragesimæ die Græci præfules ipsius Imperatoris iussu in domo eius congregati, ac interrogati, quidnam vellent agere, dixerunt se ad celebrandas sessiones paratos esse, tamen magis expediret, vt per selectos doctores priuatim, ne tumultus fieret, ageretur. Quod cum summus pontifex intellexisset, iussit vt ad diem vigesimum sextum Februarij mēsis in suo palatio sessio fieret, vbi frequenti sessione ac ordine de more seruato, Iulianus cardinalis primus omnium sermonem hunc habuit.

*ANNO DOMINI NOSTRI IESU  
Christi millesimo quadringentesimo trigesimo nono, die  
Iouis vigesimasexta mensis February sessio pri-  
ma, ordinis verò decimasextima Flo-  
rentiæ celebrata fuit.  
I. V. L. C. A. R. D.*



**V**eniā Imperator mitissime ac vos amplissimi & pientissimi patres, de numero sum illorum, qui ad differendum vobiscum electi fuerāt, idcirco mihi beatissime ac summus pontifex iussit, vt hæc vobis pauca verba faciam. Breui ergo ac nuda vtar oratione, quandoquidem diuina res, de qua agitur, opere magis quàm verbis indigere videtur. Quàm plurimi profectò sermones vtraque ex parte sunt habiti, in quibus temporis multum contriuimus: nunc autem res in cardine est: nam sereniss. Imperator sanctissimo domino nostro nuperrimè nunciavit, operæ precium sibi videri, vt paucis ac priuarim agam. Ergo in domini nostri Iesu Christi nomine rem ipsam aggrediamur. Porrò autem quoniam cum de transferenda synodo Ferrariæ tractarem, serenissimus Imperator, nec non sanctiss. patriarcha magno affectu desiderio videbantur esse, vt inter nos coniunctio fieret, quod planè summo pontifici perplacebat: (valde enim interest sua, vt huiusmodi controuersia ad finem celerrimè perducatur, quod quidem fieri cōmode non posset, nisi sessiones sapissime celebrentur) idcirco sanctissimus ipse pontifex velle, (si lubet) vt vel singulis quibuscunque diebus, vel saltem singula quaque hebdomada sessiones ipsas frequentes celebremus, & quæuis sessio non minus tribus horis continuis habeatur, etiam si serenissimus Imperator ac patriarcha sanctissimus absentes à sessionibus ob valetudinem fuerint.

*IMP.* Magis ampliss. pater expediret, vt antequàm ad differendum conueniremus, aliquot ex nostris ac vestris doctoribus seligeremus, qui priuatim agerent, ac nostræ coniunctionis modū inuenirent. Et si nihil proficerent, tum communiter in sessionibus disputarem, quemadmodum probiviri aliqua de re contententes facere solent, qui cōsultis prius amicis communibus, si suas controuersias componere nequeant, ad iudices deueniunt. Non aliter igitur nobis faciendū esse putamus. Cui quidē sententiæ summus pontifex acquiescere videbatur, vt modus



Non oportet, inquit, de Romanæ Ecclesiæ præfidentibus admirari, ac epistolam illam impietatis ac cūsare, priusquam inueniatis, eam cū sacris scripturis neuiquam conuenire, ac à patrum sententia alienam esse. Et infrà, vt nullam amplius excusationem afferre valeant, qui homini Apostolico detrahunt, ac ipsum iniuria afficiunt, & reliqua. Ex his ergo patres amplissimi quæ pauca ex multis excerptimus, quod suprà dixi, probatum est, nos sanctorum patrum sententiis inniti debere: quo quidem anticipato & posito, ad rem veniamus. Porro quoniam in quauis quæstione nomen rei, de qua agitur, prænosci debet, ac nostra quæstio est de sancti spiritus processione, idcirco quærendum in primis ex vobis est, quidnam processio significet: & an in diuinis personis, prout in rebus humanis, intelligi debeat. Iuxta nanque diuini Dionysij doctrinam in de diuinis nominibus libro, Deum ipsum à rebus creatis appellare solemus: verbum autem processio, in sacra scriptura non solum de spiritu, verum etiam de filio dicitur, ac ambobus adscribitur: quemadmodum Ioannes Euangelista testatur, de filio dicens, Exiui à patre: de sancto autem spiritu. Quis ex patre procedit. Hæc volui dixisse, non inscius, opus esse vt hæc nobis sint nota, & in omnibus sessionibus mentionem de his faciamus.

*MAR.* Omisissis superuacaneis, Patres amplissimi quæ reuerendus hic pater in sui sermonis exordio protulit, quandoquidem in his non differimus, ad eius interrogationem solummodò respondebo. Verbum processio, aliter quidem in rebus humanis, aliter verò in diuinis personis significat. Et quanuis duabus diuinis personis conueniat, iuxta tamen scripturam sacram ac omnes sanctos doctores, & exactam rationem Theologiæ, sancti spiritus processionem præcipuè creditur significare: cuius quidè sancti spiritus essentialis processio, à filij processione eodem ipso verbo differre videtur, ob idque processio filij, generatio nuncupatur: spiritus verò, præcipuè magisque propriè processio nominatur. Multa nanque nomina sunt, quæ res alias propriè, alias verò communiter significant. Propterea non est admiratione dignum, si verbum processio, apud scripturam sacram filio etiam ascribatur. Exiui autem à patre, non idem est cum verbo, procedere, sed aliud significare videtur. Ideoque spiritus sancti processio, ineffabilis & carens nomine, à Theologis nominatur: quòd filij processionem, hoc est, generationem, minus obscure quàm spiritus processionem percipimus. Propterea beatus Ioannes Damascenus de spiritus processione ita scriptum reliquit: Alia ratio essentiae huius est ineffabilis quidem, ac innominabilis, alia inquam à filij generatione. Hactenus ad tuam interrogationem.

*IOAN.* Ex tua responsione Pater reueren. capita tria collegimus. Primum, processionem filio spirituique communem esse, quatenus ex patre procedant: alterum, processionem ipsam magis propriè ad spiritum quàm ad filium pertinere, ob idque verbi processionem, id est, generationem magis, quàm spiritus processionem, nobis notam esse: postremum, eandem ipsam processionem, essentialem & substantialem esse. Nunc de tertio capite ex te quæro: Cum in diuinis personis nil aliud sit, nisi essentia & proprietates atque relatio, quidnam hæc verba significet: Processio est essentia in diuina persona, num essen-

tiam significat vel proprietatem ab altero accipere: Processio nanque videtur esse via ab vno in aliud, & essentialis existit, quæ quidem à patre accipitur. Et quoniam ipsi credimus accipere essentialiam, & ex filio esse, idem significare, idcirco velim ex te scire, an vos etiam ita sentiat.

*MAR.* Eam intelligo processionem esse, quæ sanctus spiritus à patre accipit esse, ac illud totum, quo est quoque, propriè sanctus spiritus nuncupatur.

*IOAN.* Magno equidem gaudio afficior, quòd hanc ex te conclusionem habuerim, sanctum spiritum ex patre accipere esse, ac, ex ipso procedere, idem significare. Nam si sanctus spiritus à quo esse accipit, ex eodem quoque procedit, accipit autem esse ex filioque, ergo ex filioque necessario procedit, iuxta præcipuam ac propriam processionis significantiam, quam ipsi paulò antè concessisse videmini. Possumus autem quamplurimis testibus demonstrare, sanctum spiritum à filio esse accipere.

*MAR.* Vndè obsecro id habetis? Nos enim hoc non concedimus.

*IOAN.* Videor videre, Pater amplissime quòd quæro, facile posse concludere. Nam sanctum spiritum ex filio esse, ac ab ipso esse accipere, ex sancti Epiphaniij dictis ostenditur: quippe qui in sermone angyroto nuncupato, è Græco in Latinum ab Ambrosio verso, loquens de Deo patre, inquit: Ita filium dico eum, qui ex ipso est: sanctum autem spiritum, qui ex vtroque est. Si quidem igitur sanctus spiritus apud Epiphanium ex vtroque est, sequitur ipsum ex vtroque habere esse. Amplius idem Epiphanius in eodem sermone inquit: Quemadmodum nemo nouit patrem nisi filius, nec filium nisi pater: ita dicere audeo, nec sanctum spiritum nisi pater & filius, à quo accipit, & procedit, neque patrem & filium nisi spiritus sanctus, qui vere glorificat, docens omnia, qui quidem est à patre & filio. Ex his igitur Epiphaniij dictis apparet, ex patre & filio spiritum accipere esse, & ex patre filioque accipere, idem significare: vnde sequitur, sanctum spiritum à patre & filio accipere esse.

*MAR.* Id non probasti, Pater reuerende, quòd nobis fuisse pollicitus, scilicet sanctum spiritum à filio accipere esse, quandoquidem nullam sanctorum auctoritatem ad ostendendum illud attulisti, neque sancti Epiphaniij verba videntur illud concludere. Non enim sequitur necessarid, si sanctus spiritus ex patre filioque est, vt ab ipsis etiam habeat esse, quandoquidem quicquam ex alio esse, multis modis accipitur, ita vt minime necesse sit, vt omne quòd ex alio sit, ab ipso etiam esse habeat. Epiphanius ergo dictum, non solum non ad tuam sententiam pertinere verum etiam tibi plurimum obstare videtur. Non enim inquit, sanctus spiritus à filio esse accipit, verum simpliciter accipit. Quam quidem sententiam ex hoc Euangelio habuit. De meo accipiet, & annuntiabit vobis. Porro autem si sanctus Epiphanius sensisset, vt vos ipsum interpretamini, ita profecto dixisset: Nemo nouit patrem & filium, nisi spiritus sanctus à quibus procedit, & à quibus accipit: quo quidem locutionis modo verbum procedit, ad illud accipit retulisset: sed cum duo illa verba pronomine si mul ac præpositione seiunxerit, dicens, à quo procedit, & à quo accipit, dubio procul sensisse videtur, verba

verba ipsa res diuersas significare: illud quidem essentiam sancti spiritus, quam ex patre creditur habere, hoc autem eiusdem sancti spiritus cum patre filioque conuenientiam atque coniunctionem, qua spiritus ipse discipulis ea enunciat, quæ quidem ipsos à filio ediscere oportet. Quam mihi sententiam à Cyrillo atque Ioanne Chryostomo sumpsi. Nā hic illud, de meo accipiet, declarans: De mea, inquit, intelligentia, qua dictis meis conuenientia nunciabit. Ille autem in Thesauris inquit: Non enim filius suā patrisque differentiam declarare volens, dixit: De meo accipiet, & annuntiabit vobis: verum quod sanctus spiritus verbis eius vteretur, qui quidè quoniam eiusdem nature ac substantiæ cum filio est, idcirco eque ac ipse filius operatur ac loquitur. Si quidem igitur illud, De meo accipiet, & annuntiabit vobis, iuxta sanctos ipsos tantum ad verba filij refertur: sequitur ex eo, nos minime credere debere, sanctum spiritum à filio accipere esse.

*IOAN.* Orationem tuam P. R. bene percepi mus, qua quidem probare volebas, longe me aliter Epiphaniij dictum exposuisse, quam ipse sensisset: ego autem in eadem opinione persistens, eodem ipso dicto probabo, sanctum spiritum à patre & filio accipere esse. Fieri enim non potest, neque mente concipi, vt vna res ab alia sit, nisi ab eadem accipiat esse qualecunque fuerit illud esse. Quoniam autem res creatæ, apud Dionysium in de diuinis nominibus libro, à Deo sunt, vt ipsi quoque fatemur: quæro ex te vtrum intelligendum sit ita, vt à Deo esse accipiant, necne.

*MAR.* Ita prorsus, sed communiter verum non est, vt cum quicquam ab alio esse dicatur, necesse sit intelligere, ab eodem etiam accipiat esse.

*IOAN.* Credisne res creatas à Deo habere esse?

*MAR.* Credo equidem. Ideo enim creatæ res nuncupantur, quòd earum Deus causa est.

*IOAN.* Quoniam autem res creatæ, à Deo differenter accipiunt esse, idcirco etiam differenter à Dei substantia appellantur. Verum Epiphanius simpliciter inquit, Spiritus à filio est: quòd quidem verbum est, quia infert esse: quid aliud, obsecro potest ex eo inferri? Si quidem igitur credendum non est, esse spiritus, ab esse filij differre: necesse est vt credamus, sanctum spiritum illud idem esse habere à filio quòd à patre habere creditur, vt verbum Epiphaniij, est, manifestè significat.

*MAR.* Legatur (si lubet) idem Epiphaniij dictum, tamen si patres amplissimi auctoritas hæc corrupta videtur esse, vobis nihilominus eadem ipsa satisfacere possumus, dicentes verbum est, scriptum in ea non esse. Sanctum enim spiritum (inquit) qui ex vtroque, absque verbo, est.

*IOAN.* Ita dicere audeo, (inquit Epiphanius) nec sanctum spiritum nouit aliquis nisi pater & filius, à quo procedit, & à quo accipit. Verbum ergo procedit, ad patrem refertur: illud autem, accipit, ad filium. Deinde declarans, quidnam illa duo verba significant, inquit. Neque patrem & filium, nisi spiritus sanctus, qui vere glorificat, docens omnia, qui quidem est à patre & filio. Infert igitur Epiphanius, sanctum spiritum à filio esse. Porro autem in diuinis, est & esse, sunt idè: ac esse significatur per est: vnde planè sequitur, spiritum à filio habere esse, quemadmodum à patre. Nanque si sanctus Epiphanius non

ita sensisset, ita profecto dixisset: sanctus spiritus rerum creatarum instar, à patre & filio habent esse. Præterea in eodem sermone inquit: Sanctus spiritus ingenuus, non factus, non frater, non auus, à patris filiique substantia. Credere ergo necesse est, sanctum spiritum à filio habere esse.

*MAR.* Dicere mihi videris, P. R. quoniam sanctus spiritus ex patre filioque simpliciter dicitur, idcirco etiam ipsum ex eisdem habere esse: ergo necesse est ita sentias, vt spiritus, ex patre, hoc est, ex hypostasi vel persona patris sit similiter etiam ex filio, id est, ex persona filij: vnde euenit, vt sanctus spiritus ex duabus personis sit, nisi tu aliter sentias.

*IOAN.* Sanctum spiritum nos dicentes ex patre procedere, patrem ipsum percipimus, ac ipsum consideramus, quatenus vna diuina persona est: non secus, ex filio proferentes, ex ipsius persona procedere mente concipimus. Cum autem ex vtroque spiritum ipsum procedere dicimus, processionem eius modi ab vno solo principio fieri credimus, quando quidem ex patre filioque communiter sit.

*MAR.* Si, cum spiritus sanctus ex patre procedere dicitur, patris personam intelligis, similiter filij personam intelligis, similiter filij personam cum ex filio: cum autem ex vtroque dicatur, quid aliud (obsecro) poteris intelligere, quàm ex vtriusque persona? Ponamus autem id verum ac necessarium esse, vt cum spiritus ex patre procedere dicatur, ex eius persona intelligatur, & videamus (si lubet) an idem quoque de filio, ac de vtroque credendum sit: cum spiritum ex filio dicimus, aut ex patre & filio, ex filij, vel patris simul & filij personis nos oporteat credere, an alio modo.

*IOAN.* Cum ex patre dicimus, ex ipsius persona intelligimus: similiter etiam cum ex filio, quandoquidem patris & filij eadem substantia creditur esse. Emittere autem, ita patris & filij est, vt ab vno principio spiritus sanctus credatur procedere.

*MAR.* Melius (obsecro) perpendamus, vtrum si sanctus spiritus ex patre filioque credatur procedere, ex ipsorum personis necesse sit intelligere, necne.

*IOAN.* Non opus est in præsentia disputare, an sanctus spiritus ex patre, aut ex filio, aut ex vtroque procedat: sed nobis prius diligenter considerandum est, an si, cum aliquid ab aliquo esse dicatur, necesse sit intelligere, idem eius quoque substantiam habere.

*MAR.* Dedisti nobis, P. reuerende, sanctum spiritum ex persona patris procedere, quandoquidem ex patre dicitur esse. Porro, quid ex hoc sequatur, accuratè consideremus. Magnus Basilius in Eunomium, de sancti spiritus processione loquens, inquit: Generat Deus, non vt homo, generat autem verè & natum ex se spiritum emittit per os, non quale est hominum quandoquidem Dei os, non est corporeum: ex ipso autem spiritus, & non aliunde. Siquidem igitur spiritum ex ipso, id est, ex patre dicentes esse, ex eius persona intelligamus necesse est, Basilius autem inquit ex ipso esse, & non aliunde, sequitur, sanctum spiritum ex sola patris persona esse.

*IOAN.* Magnus Basilius in tertio contra Eunomium libro, scriptum reliquit, sanctum spiritum ex filio esse, quòd quidem est huius oppositum, quòd modò protulisti: spiritum non esse aliunde. Illud autem, emittit spiritum per os, & reliqua, similitudine quadam

Ioan. 16. d  
Ioan. 15. d

Ioan. 16. d



quadam ab eo dictum fuisse concedimus. Apud enim sacram scripturam, verbū Dei os dicitur, & verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius. Talis ergo loquendi modus, in scriptura sacra videtur, ad quam nos semper debemus aspiciere, non quod illa in Deo corporea sit. Verba ergo scripturæ sacræ, necnon ipsius Basilij, ad propositum facere videntur. Tū Colossensis antistes, Basilij ac Epiphaniij dictum recitavit.

*MAR.* His in posterum respondebimus, nunc autem ad propositum redeunt, quæro ex te pater reuerende, quidnam illud Basilij significet, Generat pater: & paulò infra, Ex ipso spiritus & non aliundè vtrum eius persona sit generans, an ipsius substantia & vtrum ex persona sua, an ex sua substantia spiritū sanctū emittat. Rogo te, pater reuerende, vt his quæ stionibus respondeas.

*IOAN.* Nondum pater reuerende, ad propositum respondisti. In hoc enim erat controuersia nostra, vtrum dicentes spiritum à filio esse, vt Epiphanius inquit, necesse sit intelligere eundem spiritum à filio habere esse, necne. Huic ergo quæstioni prius respondeas deinde nos ad vestras libentissimè respōdebimus. Nanque seipsum magnus Basilius exposuerat, dicens: Spiritus à filio habet & accipit, de quib⁹ suo loco diffusus dicemus. Quonam igitur modo Epiphaniij dictum intelligi debeat, nobis (rogo) declares, deinde ad alia veniemus.

*MAR.* Tamen si, P. reuerende, sanctum spiritum à filio habere esse, sancti Epiphaniij autoritate valde fuisse conatus ostendere, patet tamen te nihil probasse. Non enim Epiphanius ipse protulit sanctum spiritum à filio habere esse, verum simpliciter ac sine verbo, est, ab vtroque, hoc est, à patre & filio, vt ipse asserit: propterea quæsiui ex te, an cum spiritum ex patre procedere dicimus, ex eius persona necesse nobis sit intelligere. Tu verò affirmas ita credi debere, sanctum Epiphanius fuisse testatus. Postea mutata oratione ad magnum Basilius venimus, vbi eundem ex te quæsiui, an illud, ex ipso, ex persona patris debere intelligi, vt ex similibus similia fierent clariora. Idcirco, vt quæstionem huiusmodi concludamus, quæ supradiximus repetentes, iterum quærimus, an dicentes spiritum ex patre procedere, patris personam intelligant. Huic ergo quæstioni prius respondeas, deinde verò, si aliam contrariam auctoritatem in medium asserre poteris, alias de ea considerabimus.

*IOAN.* Ita credimus, quemadmodum supra diximus, illud, ex ipso, personam patris significare.

*MAR.* Magnus autem Basilius dixit, sanctum spiritum ex ipso, hoc est, ex patre, vel (vt dicitis) ex persona patris: deinde addidit, non autem aliundè, id est, non ex alia persona nisi ex persona patris, procedere: ergo sequitur, sanctum spiritum ex solo patre esse.

*IOAN.* Magnus Basilius, reuerende P. in Eunomium profitentem, sanctum spiritum creaturam esse, ideo dixit ex ipso, & non aliundè, vt declaret ipsum spiritum ex patre esse substantiam & naturam, non autem aliundè, hoc est, non alterius esse substantiæ vel naturæ. Nunc ergo ad Epiphanius redeamus, restantem sanctum spiritum à filio esse: & quæro ex te, an accipere à patre, & ex patre esse, idem significet. Fieri autem non potest, vt non idem significant. Por-

ro spiritum ex patre filioque accipere esse, duabus auctoritatibus paulo antè probauimus, quarum prima Epiphaniij fuerat, proferentis sanctum spiritum ingenitum, non factum, non fratrem, non autem, à patris filiique substantia. A patre autem esse, & patris essentiam accipere, idem sunt, vt paulò supra probauimus: altera verò magni Basilij asserentis clarissimè, sanctum spiritum accipere esse à filio.

*MAR.* Sumis, vt à nobis concessum, P. reuerende, sanctum spiritum accipere esse à filio, quod quidem neque Epiphanius dixerat, neque ipsi concessimus, nec à vobis ostensum est imò magni Basilij auctoritate oppositum huius probauimus, ad quem iterum (si lubet) veniamus: Nanque cuius contrariū paulò antè dixisti, in modo sentire videris. Magn⁹ (inquit) Basilius inuectus in Eunomium, asserentem sanctum spiritum creaturam esse, scriptum reliquit ipsum ex patre, hoc est, ex substantia naturaque patris, non autem aliundè, hoc est, non alia ex substantia & natura, creaturarum instar, esse: itane, P. R. sentis, an vt superius protulisti?

*BES.* Illud ex ipso, paternam personam significare, paulò antè, P. R. dicebas: modò autem protulisti, per idem ex ipso, patris essentiam & naturam debere nos intelligere.

*IOAN.* Esse & essentia patris idem sunt, idcirco P. R. qui ex patre dicit, patris etiam essentiam intelligere debet. Præpositio autem ex, processionè à principio consubstantiali significat, spiritus verò non ex seipso, sed ex alio est. Et cum dicimus spiritum à filio esse, ab alio sentimus: siquidem igitur non ex seipso spiritus, est, sed ex alio, à quonam sit, perpendamus. Quod quidem magnus Basilius explanat atque declarat, cuius sententiam debemus suscipere. Spiritus (inquit) ex ipso est. Epiphanius autem scriptum reliquit, spiritum ex patris filiique substantia esse. Siquidem igitur spiritus à patre & filio habet esse, necesse est, vt ab ipsis accipiat. Quam quidem sententiam hi sancti doctores ex hoc euangelico dicto, De meo accipiet, habuere sed hæc accuratius in futurum considerabimus.

*MAR.* Vt illud magni Basilij dictum magis elucidetur, quæro ex te, P. R. an diuina substantia & persona sint idem, ac verbum ex patre, patrisque substantiam significant, vel secundum doctores inter se differant.

*IOAN.* Diuina substantia & persona, P. R. eundem sunt idem, secundum autem modum intellectationis nostræ differre videntur: Nam persona et substantia proprietatibusque consistit, quæ tamen ratione ac secundum nostram intelligentiam (vt supra dictum est) differant, ipsa tamen substantia cum personis communicat, proprietates verò nequaquam communicabiles sunt. Quod quidem ex relationis vi creditur euenire, quemadmodum etiam doctores vestri, præsertim sanctus Gregorius theologus in Epiphaniæ sermone tenet. Nam si proprietates communicabiles esset, proprietates non esset proprietates. Vt igitur personæ differant inter se, necesse est, vt hypostaticæ personalesque proprietates incommunicabiles sint. Propterea doctores inquirunt, nil nisi principij habitudo est. In qua quidem hæc duo considerantur, à quo aliquid, & ad quod aliquid, ob idque pater & filius sunt, quod pater principium est, filius autem ex principio, in quo quidem nequaquam communicant, cum cæteris in rebus inter se dubio pro-

cul cōmunicent, vt Epiphanius de tali principij vel principali habitudine, qua substantia personæ, sensisse creditur, cui quidem non aliud, quàm à quo aliquid & ad quod aliquid conuenit. Siquidem igitur diuina omnia, proprietatibus personarum exceptis, inter se communicabilia sunt, sequitur, cum quippiam ex aliquo credimus esse intelligamus, ipsum ab eodem etiam accipere esse. Patet igitur id, de quo ambigere videbimini. Reliquum autem est, vt ipsi quoque Basilij dictum exponatis: quod, vos obsecro, faciatis,

*MAR.* Quemadmodum diuina substantia & persona differant inter se, non opus est in præsentia dicere, cum præsertim in hoc minimè forsitan differamus. Constat enim ipsas differre simpliciter, vt cōmune differt à proprio, vt magnus Basilius ad suum fratrem Gregorium scribit, & quemadmodum (vt vtat exemplo vulgari) humana substantia à persona sua differre videtur, vt vos quoque sentire censeo. Sed ad dictū Basilij redeamus: Generat (inquit) Deus, non vt homo, generat autem verè: & natum ex ipso spiritum, emittit per os. Velim, mihi declares P. R. quid hæc verba significant, vtrum pater ex sua substantia, an ex sua persona generet.

*IOAN.* Dixi equidem, pater reuerende, filium ex patre, ac ex patris substantia generari, idem significare: ita tamen, vt persona sit producens & generans: principium autem, quo ipsa persona generet, id, quod solum communicabile est. Pater ergo generatum principium est, & suppositum quoddam significat: diuina verò substantia, quæ cum patre realiter idem sunt, non quidem generat, sed est principium, quo generatio fit, quandoquidem suppositum nullum significat. Porro autem actiones, iuxta omnem philosophorum scholam, suppositorum esse videntur, vt in hominum genere fieri videmus. Quæuis enim hic homo (hoc est, persona vel suppositum) generet, eius tamen substantia, generationis eiusmodi principium est, quandoquidem actiones suppositorum (vt diximus) sunt: quæ quidem substantia vel essentia in homine, cum sit humanitas, humanæ generationis principium existit, quo generat homo. Vnde euenit, vt homo cum filio non communicet, quod filius quatenus filius est, nequaquam generat, verum ipsa natura cum filio in eadem specie communicat et videtur. Natura igitur humana, communicabilis est: persona verò vel homo hic, operatur. Non aliter profectò de diuinis personis intelligere possumus. Nam patris persona, suppositum est atque generans: diuina verò natura, generatum principium, quo pater filium generat: qui quidem pater suam personam filio nequaquam communicat, cum tantum eius substantia & natura (vt supra dictum est) communicabilis sit. Quæ cum vna numero sit, idcirco non ea ratione comunis dicitur esse, qua est humanitas, sed rationem tantum habet communis, quatenus communicabilis est, quæ quidem causa est, cur filius à patre, vt à principio nasci credatur, quod à diuina patris substantia nascitur, in vnaquaque tamen persona identitate reali manente. Sola nanque relatio, quam principalem habitudinem superius nominauimus, apud omnes tam Græcos quàm Latinos doctores, diuina processionem personas multiplicat: cui etiam duo illa, à quo, & ad quod, de quibus est supra dictum, conueniunt. Siquidem igitur relationes huiusmodi personas multiplicat, ita vt non vlla a-

lia ratione, quam vi relationis, pater à filio, ac vna persona ab alia differant, quem quidem in modum, spiritus etiam ab alio est: necesse est, iuxta omnes supra dictos doctores, sic intelligere, vt idcirco persona hæc, id est spiritus, dicatur accipere atque esse, quod ab alio est. Propterea magnus Basilius ac Epiphanius asserunt, sanctum spiritum accipere esse à filio, ac procedere, idem esse. Constat igitur principalis ratio, Pater reuerende, cur ab alio spiritus esse dicatur. Nunc ad illud magni Basilij dictum veniam⁹, quod vos in medium protulistis. Cui cum vehementer inniti videamini, idcirco totum perlegamus, vt ipsum secundum Latinorum doctrinam, ac ipsius Basilij mentem, interpretemur ac exponamus: quippe qui, vt sanctum spiritum ex patre, non autem aliundè, hoc est, non ex alia substantia, demonstraret esse, in Eunomium scribit ita: Sed tu tanquam infidelis blasphemias, qui cum spirit⁹ sancti processio ex Deo generatio nuncupata non fuerit, idcirco nec oris Dei spiritum esse credis, sed opus manuum Dei, ita vt humanis vtens exemplis, diuina dogmata, quæ seipsis constant, & ab alio non dependent, euertras, cum sacram scripturam veneratione atque religione audire, ac eius dicta summa pietate deberes suscipere.

Generat Deus non vt homo, generat autem verè: ac genitum ex se, enunciat verbum non humanum, emittit autem verbum ex se verè. Emittit spiritum per os, non humanum: quandoquidem Dei os, humanum non est: ex ipso autem spiritus, & non aliundè, cum pater amp. spiritum esse creatum hæretici profiterentur, idcirco magnus Basilius ipsū ex Dei substantia, non autem aliunde, protulit esse. Deinde subiungit: Operatur Deus non humanis manibus. Operatur autem, non ex se res creatas producens, sed agendo, eas facit subsistere: quemadmodum etiam homo suis manibus operando, opus ex se non producit. Non dimoueat diuinorum rationes. Spiritus nec filius est, nec creatura. Non de filio quæras, cur nam spiritus non dicatur: neque de spiritu, cur nam filius non sit, non denique spiritum creaturam esse blasphemias. Filius Dei fructus, sanctus ex sancto, æternus ex æterno, sancti spiritus dator, ad substantiam formationemque creaturæ. Ex his patet, præstantiss. patres, illud, non aliunde, non alia ex substantia, significare, sanctumque spiritum, sanctum fructum ex sancto, ac æternum ex æterno esse. Vnde sequitur, si sancti spiritus dator est filius, necesse esse, vt etiam ex filio idem spiritus sit. Propterea sanctus Athanasius in tertio libro in Arrianos, de filio scribens, inquit: Ipse spiritum dat, & quæcunque spiritus habet, à verbo habet. Luce igitur clarius est, sanctum spiritum à filio habere esse. Si enim quæcunque spiritus habet, à filio esse dicuntur: sequitur, vt esse quoque à filio habeat, vt Athanasius inquit, ipse spiritum dat, ac spiritus dator existit. Siquidem igitur ex his patet, sanctum spiritum ex filio esse, palam sequitur, vt ex filioque procedat, de quo tota nostra quæstio est. Non equidem auderem vos, patres amp. tot tantosque doctores aspiciere, nisi esse ita, firmiter crederem.

Hæc cum Ioanes dixisset, Colossensis præsul sancti Epiphaniij expositionem super hoc euangelico dicto, Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis, recitavit.

*MAR.* Inspicite diligenter, patres amp. Epiphaniij auctoritatem, in qua verbum, est, quod hic pater reuerendus pronunciat, dicens, spiritus ex patre

Ioan. 16. b

ac filio est, scriptum non esse videtur. Iuxta ergo sanctorum patrum theologiam, intelligere possumus ac debemus, spiritum ex patre procedere, hoc est, essentiam patris habere: à filio autem dari, ac ab his suscipi, qui credunt in ipsum. Qua quidem expositione nobis dictum illud non obstat, neque quicquid ex ipso in nos possitis concludere.

**IOAN.** Vsu venit, pater amp. vt doctores, nominibus positus, quandoque verbum omittant, cum necessario subintelligatur, vt in hoc dicto, à quo aliquid, & ad quod aliquid, fecisse videntur, vbi verbū est, non expresserant. Quemadmodum etiam Epiphanius ipse in eodem sermone paulò supra inquit: Filium dico, qui ex ipso est: sanctum autem spiritum qui ex vtroque. In qua quidem oratione verbum, est dubio procul subintelligitur. Verbum igitur, est, in hac quoque oratione, spiritus à patre & filio, subintelligi debet, quod etiam hac ratione probabo. In ipsis duabus orationibus, vel (vt dialecticè loquar) propositionibus verbum, est, necessariò subintelligitur. Nam propositiones eiusmodi proprietatem à principio inferunt. Et quemadmodum nō est processio respectu termini à quo, ita & in propositionibus ipsis. Et quoniam habitudo terminum à quo, infert: ideo terminum etiam ad quem, necesse est inferat. Modus autem processionis sancti spiritus est, vt subiectum per ipsam processionem accipiat esse.

**MAR.** Tametsi vobis, præstantissimi patres, forsitan concederemus, vt in hac, quā tractamus, theologia verbum, est, subintelligatur, quanuis expressum non sit (potest enim hic locus aliter etiam, vt supra dixim⁹ explanari) non est tamen necesse, vt illud ex patre, vel ex patre filioque, paternam personam, aut personas duas significet: quandoquidem ex ipso sermone non aliquam disiunctionem vel differentiam, qua filius ex patre, vel sanctus spiritus ex patre filioque habeat esse, intelligere possumus: verum potius coniunctionem, qua patri filius, ac spiritus patri & filio consubstantialis existit, (vt à doctoribus traditū est) spiritum sanctum ex patre filioque, id est, ex ipsorum substantiam esse: quandoquidem eiusdem naturæ cū parte filioque piè creditur esse, proptereaque sanct⁹ Cyrillus inquit: Sanctus spiritus ex patris filiique substantia est. Sed redeamus vnde sumus digressi, ne magni Basilij auctoritatem indiscussam transeamus quam benè nondum explicasti, neque ad ipsam dilucidè respondisti. Ex ipso, inquit, hoc est, ex patre, spiritus est, & non aliunde. Si quidem igitur illud ex patre, ex patris persona, vt inquis, significat: necesse est illud quoque, non aliunde non ex alia persona, significet. Sin autem vtrunque ad substantiam debeat referri, ita vt illud ex patre, ex substantia patris: non autem aliunde, non alia ex substantia, significet: quandoquidem ipsa substantia personis tribus communis est, ac sanctus spiritus patri & filio consubstantialis ac connaturalis existit: sequitur, vt tam illud, ex patre procedere, (quod passim legitur in scriptura sacra) quam illud Epiphaniij, ex vtroque, ad patris filiique substantiam referri debeat. Non igitur est credendum, quod ipse modò dicebas, vt in diuinis, quod ex substantia dicitur esse, idem sit ex personis. Ideo ergo sanctus spiritus ex patre filioque dicitur esse, quod ipsis consubstantialis (vt est supra dictum) existit.

**IOAN.** Ex tua oratione, pater reuerende, duas habui conclusiones: vt tametsi nobis concedere-

tis verbum, est, subintelligi, minimè tamen ex eo cōsequatur, vt esse spiritus, ex persona sit: cuius tamen oppositum, reuerende pater, innitens magni Basilij auctoritati, paulò antè dixisti. Qui quidem magnus Basilius, si sic sensisset, vt à vobis exponitur, sibi ipsi nequaquam constaret, sed valde contrarius esset, ac duo simul opposita literis mandasset: quandoquidem modò inquit, ex patre, & non aliunde: modò autem spiritum sanctum ex filio esse. Propositam igitur ipsius Basilij auctoritatem, in primis diligenter debemus perpendere: id deinde, quod ex ipsa consequi videatur. His dictis, sessio missa fuit, sancta synodo decernente, vt ad diem Iouis proximam cōueniret.

**SEDIE IOVIS V. MENSIS MARTII, sessio decimanona. Florentia.**



**V**periore sessione, patres amplissimi, magni Basilij auctoritatem, quā in medium protulisti, proferentibus vobis illud, non aliunde, non alia ex persona, significare: nobis autem, non alia, quam ex diuina substantia, implicatam & indiscussam reliquimus. Porro autem magnus ipse Basilius in Eunomium scribens, sanctum spiritum ex filio habere esse, si periculum non aliunde, non ex alia persona, vt dicitis, intellexisset, duo simul contraria literis proculdubio mandauisset: quod de tanto doctore absurdum esset asserere, quandoquidem tales doctores maximum nostræ fidei fundamentum existunt. Cuius magni Basilij vltimissimum librum vnā cum duabus expositionibus vidimus, ac vnum eius dictum ad propositum valde pertinens fideliter in Latinum conuerti curauimus. \* Talem ergo ac tantum testem, & antiquissimum doctorem, coram tot doctissimis patribus Latine prius, vel (si vobis magis expediat) Græce recitatur. Præterquam quòd, inquit, spiritus non appellatur filius, quoniam pacto humana exempla, & reliqua: Ex quibus patet, magnum Basilium credidisse, sanctum spiritum ex filio habere esse. In sequenti vero capite, quod incipit ita: Nisi quis dicat spiritum Deo, eandem ipsam infert conclusionem, quod quidem caput, quoniam ratio plurimum consonat, ad propositum pertinet, idcirco puto te illud accurate vidisse, totum igitur recitetur.

**MAR.** Hæc, pater reuerende, ad propositum minimè spectant, quandoquidem verba confundis, cum vnumquodque separatim proferre deberes. Quod cum in exponendo Epiphaniō nequāquam feceris, eius sententiam cōfudisti, obscuramque reddidisti. Quæ igitur protulisti, ea reperentes, accuratius contemplerur. Illud (inquis) Basilij, ex ipso, & non aliunde, non quidem ex patris persona, & non ex alia, verum ex patris, ac non ex alterius substantia & natura, significare: ita vt ipsum, non aliunde, ad non aliam substantiam referri debeat, quod sanctus spiritus esset creatura, vt Eunomius assererat. Quam quidem nos expositionem suscipientes, illud etiam, spiritum ex patre vel filio, vel ex vtroque, non ex patris vel filij, vel ex amborum personis, verum ex ipsorum substantia esse, significare sentimus: ita vt illa verba significant, sanctum spiritum patri & filio consubstantialem esse, non autem ex alia natura vt creatura. Quam quidem expositionem theologiaratiocinantes bene demonstrasse videntur, cum li-

(quemadmo-

(quemadmodum ipsi creditis) illa verba voluissent exponere, non tam profectò vehementer in demonstrando elaborassent.

**IOAN.** Videor mihi, P. Reuer, duas ex sermone tuo habuisse conclusiones: alteram, minimè me ex Basilij mente dicere debuisse, sanctum spiritum ex patre ac filio esse, cum id ex dictis eius neutiquā possit haberi: alteram verò, Basilium ipsum huius fuisse sententiæ, vt sanctus spiritus non nisi ex patris filiique substantia sit, ita vt ex ipsa substantia sanct⁹ spiritus intelligatur produci.

**MAR.** Item velim non nihil, P. reuerend. proferre, deinde te respondere. Magno nanque Basilio, intendenti hæreticorum euertere dogma, credentium spiritum sanctum non ex patris filiique substantia esse, non opus erat probare, à quoniam sanctus spiritus haberet esse, cum etiam ipsi crederent Deum spiritus causam esse, quandoquidem mortales omnes à Deo cuncta fatentur esse: neque, spiritus idem ex cuiusnam sit persona: quoniam ex euangelio patet, ipsum ex patre procedere. Verum magnus ipse Basilius, ad ostendendum sanctum spiritum ita esse, ex Dei substantia, quemadmodum etiam filius, protulit ipsum ex patre, non autem aliunde, esse.

**IOAN.** Volebat (inquis) primum P. Reue. magnus Basilius aduersus hæreticos demonstrare, sanctum spiritum patri filioque consubstantialem esse: deinde non erat ipsi necesse probare, an pater vel filius causa sancti spiritus sit: in extremum autem protulisti, eundem ipsum magnum Basilium ostendisse sanctum spiritum ex patris, & non ex alia, substantia esse: ego autem primam partem affirmans, in qua quidem conuenimus, secundam nequaquam assentior: quandoquidem eius, quod ipsa sessione dixisti, contraria videtur esse. Tunc enim illud non aliunde pro non alia ex persona, fuisse positū asserabas: nunc autem aliunde, ad dei substantiam & naturam debere referri, immemor ipsius Basilij in eodem loco dicti, spiritum emittit per os. Idcirco quaro ex te, pater reuerende, vtrum hæc verba significet spiritum sanctum ex patre, an ex filio mitti. Nanque quodcunque dederis, sancti spiritus causam proculdubio assignabis. Sanctum autem spiritum ex patris substantia esse, id quod in parte tertia protulisti, ipsi etiam profitemur: quandoquidem patris filiique substantia, vna eademque numero est: sanctus verò spiritus creatura phantasmaue minime creditur esse, ita vt ex patre, non autem ex filio sit. Ergo quemadmodū spiritus à deo accipit quicquid sit Dei, hoc est, substantiam eius: ita quoque necesse est, à filio accipiat, quicquid filij sit, id est, substantiam eius. Ommissa igitur prima parte, in qua (vt dictum est) conuenimus, quidnam de duabus aliis sentias, obsecro, nobis declares.

**MAR.** Tuam equidem expositionem, reuerende pater, vt nostræ sententiæ consonam, eadem sessione suscipiens, te coram tot amplissimis patribus in contraria incidisse probaui neque requisitus an illud ex patre, ex patris persona, significaret, ita esse dixisti. Deinde magnum Basilium attuli, asserentem spiritum ex patre, ac non aliunde esse, teque ipsi sententiæ innitentem fateri coegi, hæc etiam verba ad patris solam personam referri, ita vt in exponendis ipsis duobus dictis tibi constare viderere. Postea vero, mutata oratione, ipsam secundam Basilij auctoritatem ita exposuisti, vt illud ex patre, non autem

Loc⁹ obitu.

aliunde, ex patris substantia, non autem ex alia, significaret: quam quidem expositionem suscipientes, neutiquam simul pugnancia, vt asseritis, protulimus. Verum quidnam ex ipsa sequeretur, patefecimus. Nanque clarissimè sequebatur, vt illud etiam Epiphaniij sanctum autem spiritum, qui ex vtroque, non necessario ad patris filiique personas, verum ad ipsorum substantiam & naturam referri: quandoquidem sanctus spiritus patri & filio consubstantialis creditur esse, quemadmodum etiam ipsi ob vnitatem, & (vt ita dicam) identitatem nostræ substantiæ non ex eisdem personis, verum ex vna substantia consistere dicimur, vt apud sacram scripturam, Iudas de Ioseph loquens, inquit: Caro enim & frater noster est. Pater autem, fratres non eandem personam habere, verum eiusdem esse substantiæ ac naturæ.

**IOAN.** Quæ sessione proxima protuli, pater reuerende, quam videlicet ratione spiritus ex patris substantia & persona sit, hi præstantissimi patres optimè percepisse videntur: quibus etiam exploratum est, sanctum spiritum non ex alia persona esse. Ad propositum ergo veniamus sic enim forsitan nos spiritus sanctus coniūget. Porro licet tibi ex nostris expositionibus eam suscipere, quæ tibi magis placeat. Nanque quancunque nobis dederis, ipsam sine controuersia defendemus: quandoquidem extrema tua oratio vera fuit. Ergo ponatur id, quod tibi magis placere videtur, vt illud, non aliunde, non alia ex substantia, significet: in quo quidem quoniam Dei benignitate conuenimus, idcirco ad tertiam partem veniamus.

**MAR.** Cum altera de patre ageremus, ipsum, non aliunde, non alia quam, ex patris substantia, significare volebas. Est ne ita?

**IOAN.** Ita prorsus.

**MAR.** Præterea si quidem (inquis) sanctus spiritus ex patris substantia dicitur esse, necesse est, credere ipsum ex filij quoque substantia esse: quandoquidem patris filiique substantia, vna eademque numero est, ita vt videaris profiteri, patris filiique substantiam, sancti spiritus causam esse.

**IOAN.** Non ita dico. Hæc igitur repetamus.

**MAR.** Quando spiritum ex patre dicimus esse patris filiique substantiam debemus percipere, ex qua sanctus ipse spiritus esse habeat. Ita ne credis?

**IOAN.** Non ita planè sentimus.

**MAR.** Quando spiritum ex patris filiique substantiam esse audimus, eiusdem spiritus causam necessario intelligimus. An non ita vobis videtur?

**IOAN.** Proferentes P. R. sanctum spiritum ex patris filiique substantiam esse, ipsum ex causa esse necessario intelligimus, quam quidem doctores nostri principium appellare solent. Porro autem quoniam Basilius loquens de sancti spiritus causa, inquit Spiritus ex ore est: idcirco quæsiui ex te, vtrū ex patris, an ex ore filij intellexerit, quadoquidem quod proferimus, id etiam nos sentire oportet. Ex euangelio autem late patet, spiritum sanctum ex patre, hoc est, ex eius substantia procedere. Siquidem igitur ex patre procedit, ex ipso etiam accipit, vt supra probatum est. Et quemadmodum spiritus à patre substantiam accipit, quod est idem à filio esse, ita etiam à filio accipit, cum patris filiique substantia vna sit. Exemplum autem de Ioseph, ad propositum spectat minimè.

**MAR.** Magnum Basilium, ac Euangelium simul

missum

missum in præsentia faciamus: tu verò pater reuerēde, clariùs lucidiùsque mihi respondeas, an profiteres sanctum spiritum ex patris filiique substantia esse, ex ipsorum quoque personis eundem spiritum esse, credere debeamus.

*IOAN.* Quod quæris, pater reuerende, id est quod seorsione proxima demonstraui, videlicet iuxta omnem philosophorum scholam, actiones esse suppositorum. Nonne ita tibi videtur?

*MAR.* An ita sit, pater reuerende, nolo in præsentia respondere: tu autem mihi, velim, respondeas: deinde vero libenti animo tibi ad omnia respondebitur.

*IOAN.* Iacob in hoc mundo, pater reuerende suppositum vnum est. Superius autem diximus, diuinam substantiam non generare, neque spirare: quandoquidem eiusmodi generatio atque spiratio ad personas solummodo pertinet: vnde sequitur, ut patris persona, non autem substantia, generationis inspirationisq; causa sit. Porro autem quoniam ipsa patris persona in generando filio substantiam ei communicat, idcirco iuxta doctores filius ex patris, spiritus autem ex patris filiique substantia dicitur esse, ut personarum seruetur distinctio: in quibus oppugnantia relatiua non est, quia sunt vnum re cum substantia. Quanam igitur ratione spiritus ex patris filiique substantia esse habeat, ex his patet.

*MAR.* Tua equidem verba, pater reuerende, componere, rimarique nequeo, utpote quæ mihi videantur plurimum inter se oppugnantia. Nam quandoque profers spiritum ex patris filiique substantia esse, quæ vna eademque numero creditur esse: quandoque vero, mutata sententia, dicis substantiam ipsam per se apud doctores, personarum non esse causam.

*AND.* Bene sciteque pater hic reuerendus loquutus est, tuque pater præstantissime acutissime respondisti. At in generum æquiuocatione ac ambiguitate versari videmini. Nam in communi tū Græcorum, tum Latinorum doctorum theologia multū differt, simpliciter proferre diuinam substantiam, vel patris filiique substantiam: haud quaquam tamen ex eo putare debetis, ut re differant, quandoquidem sola ratione ac intelligentia differre creduntur. Doctores igitur ipsi diuinam substantiam simpliciter proferentes, patris & filij sanctique spiritus commune quoddam intelligunt: substantiam vero patris dicentes, patris personam mente concipiunt.

*MAR.* Id, pater reuerende, quandoque, non autem semper ac necessario contingere creditur.

*IMP.* Duobus simul præsertim inter se contradicentibus, nostri doctores respondere non possunt.

*IOAN.* Ut exemplum Iacob, pater reuerende fiat clariùs, licet mihi de eo satis dixisse videar, verba tamen nonnulla ad idem spectantia proferam. Nam Iacob humanum suppositum est, cuius quidē substantia & natura, hoc est, humanitas, communicabilis est, non tamen generans, sed qua Ioseph à Iacob generatur, quæque Ioseph ipsi communicatur. Quanam igitur ratione oratio hæc intelligi debeat Ioseph est à natura Iacob, ex his patet. Ioseph enim à Iacob supposito, per ipsius Iacob naturam ut per principium, quod quidem communicabile est, generatur, quandoquidem actiones sunt suppositorum, ut sæpenumero dictum est. Fieri autem non potest,

ut ipsius Iacob substantia, à Ioseph substantia distincta non sit. Exempli tamen causa eadem esse ponatur. Porro autem quoniam diuina generatio, infinita & imperceptibilis est, idcirco dicimus patrem persona subsistere, quæ quidem est suppositum generans generatio autem actio est, quæ supposito solum cognoscitur: patris verò substantia principium est, per quod generat pater, quodque per generationem filio tradit atque communicat, & ab eo suscipitur & communicatur, quemadmodum Iacob humanitati & naturæ contigit, quam Ioseph à generante supposito suscepit. Verum diuina substantia omnium substantiarum excellentissima est, quæ cum sit vna eademque numero in patre simul & filio ac sancto spiritu, ita ut in nullo alio differant, nisi quod pater est pater, & filius est filius: sapientiam quoque Dei, nec non benignitatem & potentiam eius, communicabilem esse credimus, quandoquidem idem sunt. Quoniam autem diuina substantia nomen abstractum existit, idcirco generatio ei non potest ascribi. Namque cum vna numero sit, si quidem generare posset, proculdubio in diuinis esset distinctio: quandoquidem non seipsam, verum quicquam aliud generaret, propterea communi doctorum sententia diuina substantia nequaquam generat. Vnde sequitur verum esse, id quod sæpissime protuli, ut cum spiritu ex patris substantia esse audiamus, necesse sit, ex supposito intelligamus, similiter etiam cum ex filio. Ut veritatem igitur assequamur, ad illud dictum Basilij redeamus, quandoquidem nil aliud agimus, nisi ut veritatem inuestigemus.

*MAR.* Ex sermone tuo, P. reue. ut puto, concluditur, patris filiique substantiam, quæ vna eademque numero est, sancti spiritus principium esse, (quo sanè nomine videris uti sæpissime) quod pater & filius sua communi substantia & natura, spiritum sanctum producant. Siquidem igitur ex patris ac filij substantia, ut ex causa, spiritum esse credis, num etiam necesse est, ut intelligamus patris filiique substantiam, principium & causam esse?

*IOAN.* Principium equidem bipartitus fuit. *MAR.* Credisne modo quodam, patris filiique substantiam principium & causam esse?

*IOAN.* Quidni? *MAR.* Ergo sequitur, substantiam sancti spiritus; ex communi patri filioque principio, causam esse.

*IOAN.* Ex communi quidem principio, à patre filioque spiritui sancto.

*MAR.* Siquidem communem patri filioque substantiam, sancti spiritus causam vel principium quo, dicis esse: quid obstat, obsecro, cur sancti spiritus substantia causata non sit?

*IOAN.* Non plane sequitur. *MAR.* Cur obsecro?

*IOAN.* Cur? quia id quod sit in humanis, tantum ab agente supposito sit, ita ut falsum sit proferre, hoc humanum suppositum ab humana natura productum esse, quandoquidem apud nostros theologos humanitas abstractum nomen est, ac suppositum nullum significat. Iacob ergo vel homo suppositum hoc quod subsistat, significans, humanitate sua suppositum aliud producit.

*MAR.* Itane etiam de diuinis possumus proferre?

*IOAN.* Quidni? *MAR.*

*MAR.* Ex eo tamen non sequitur P. reuer. ut sanctus spiritus ex substantia sit, & spiretur, vel ex patris substantia generetur, vel ex substantia filij spiretur, vel procedat.

*IOAN.* Memini me P. reuerend. dixisse, sanctis patribus in generalibus synodis morem fuisse, ut antea quam quicquam de fide sancirent, maiorum suorum sententias viderent, ac ipsis summo opere inuiterentur: quem quidem usum me seruire volentē, ac dicta sanctorum in medium proferre incipientē interpellastis, ac magnum Basilium attulistis, de quo satis, quandoquidem orationes nostras omnes hi P. amp. videntur intellexisse: ad alias ergo sanctorum sententias veniamus.

*MAR.* At nondum quicquam ex illis concludimus.

*IOAN.* Ut equidem tibi P. reuerende gratū facerem, animo libenti concessi, ut tot verba in hac materia haberentur. Non est igitur alienum à ratione, ut ipse quoque concedas, ut alias patrum sanctorum sententias videamus nam sic ad conclusionem facilius perueniemus.

*MAR.* De his paulo post. Namque nondum videmus, P. reue. quanam conclusio tuis ex verbis haberi possit. In humano genere suppositū hoc (inquis) ab alio supposito, id est, hic homo per naturam communem ab alio sit: & falsum esset proferri, hominem ab humanitate fieri: siquidem igitur ita quoque de diuinis personis credendum est, ut falsum sit dicere, diuinam personam à communi diuina substantia esse: quandoquidem ipsa substantia suppositum per se subsistens nequaquam significat, à quo aliud suppositū fieri dicatur: sequitur, nos nullam causam intelligere posse, quando spiritum ex patre filioque dicimus esse, quandoquidem diuinæ substantiæ non est (ut inquis) generare aut producere, quemadmodum de natura humana dici solet.

*IOAN.* Volo equidem tibi reuerende P. ostēdere, dicentibus quicquam ab aliquo esse, necesse esse, intelligere illud ex persona esse. Magnus nanque Basilius in 3. contra Eunomium libro inquit: Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? Dignitate nanque ipsum secundum à filio, cum ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit. Si quidem igitur apud Basilium, cui doctores omnes plurimum tribuunt, spiritus à filio habet esse, ac ab ipso est ut à causa, nobisque supra concessum fuerat, accipere, ac esse, idem iuxta doctores significare: necesse est sequitur, ut idem spiritus à filio quoque procedat. Porro quantæ autoritatis ac existimationis in sancti spiritus materia Basilium fuerit, Chalcedonen. synodus ad Martianum scribens, testatur: Hic magnus (inquit) Basilium minister gratiæ. Et infra, Hic doctrinam de sancto spiritu illustrauit. Siquidem igitur sancti patres tantum in sancti spiritus materia Basilio tribuere, ipse vero in ea clarissime scripsit, necesse mihi videtur, ut ipsi, totaque ecclesia, patres ipsos sequentes, eundem magnum Basilium suscipiamus ac amplexemur, eiusque scriptis acquiescamus cuius quidem vetustissimus liber hic est, quem (si lubet) legatis.

*MAR.* Hoc magni Basilij dictum, pater, reuerende, suo loco considerabimus. Nunc autem concludamus, quidnam ex illo tuo sermone sequatur.

*IOAN.* Quinimo reuer. P. huic autoritati primò respondeas, quæ quidem sola controuersiam nostram dissoluet.

*MAR.* Communem patri filioque substantiam P. reuerende, quæ vna eademque numero creditur esse, sancti spiritus causam & principium esse dicis, quo plane spiritus ex patre procedit: vnde sequitur manifeste, substantiam sancti spiritus causatam esse, ac duas substantias inter se, secundum causam & causatum oppositas, in sacratissima Trinitate existere, quod quidem à Christiana theologia longe alienum, & à nullo vnquam doctore memoriæ proditum est: quippe qui diuinam substantiam neque generare, neque producere, neque patrem vel filium per communem sibi substantiam, ut vos dicitis, verum per substantiam vel hypostaticam proprietatem, generare vel producere profitentur. Hoc igitur inconueniens ex tuis verbis sequi videtur, quæ (si lubet) diligentius contemplerur, vel his in aliud tempus dilatis, nunc ad Basilium veniamus.

*IOAN.* Quoniam non me bene videris intellexisse, reuer. P. idcirco quæ paulo ante protuli, ea clariora reddam ergo diligenter attende. Substantia duobus modis à doctoribus solet intelligi: vno quidem, pro rei ratione, quæ diffinitionem, quod quid esse rei significantem, vel alio nomine, entitatem atque naturam rei significat: altero verò modo substantia pro supposito capitur, quemadmodum Aristoteles in 1. Metaphysicæ libro, iuxta omnium doctorum expositionem, dicere videtur: quod quidem suppositum, in prædicamentali substantiæ linea, speciebus atque generibus apud Porphyrium subsistat, ut Socrates atque Plato: quæ alio quoque nomine, hypostasis vel existentia, vel res naturæ solet appellari. In genere autem humano eadem substantia personam significat, quandoquidem persona dicitur esse natura rationis capax, incommunicabilis existentia, ita ut in rationali specie substantia pro supposito accepta, existentiam atque personam apud omnes illos doctores significet, qui in Arrium ac Macedonium conscripserunt, quorum ille filium creaturam, non autem ex patris substantia, hic verò spiritum neque ex patris, neque ex filij substantia dicebat esse. Pater ergo, cum sit rationalis naturæ substantia, suppositum vel existentia vel persona dubio procul appellari debet. Porro, quoniam generare sic vere conuenit personæ patris, quemadmodum est verum proferre, substantiam hanc huic substantiæ conuenire: sequitur, ut ipsa substantia eadem sit patri ac paternitati, nullaque ratione communicabilis. Vnde euenit, ut quoniam proprietates incommunicabiles sunt, idcirco doctores nostri substantia non pro patris persona, sed pro natura patris vtantur, quemadmodum in hominis diffinitione substantia capitur, ita ut in hac oratione, spiritus ex patris substantia est, substantiam id est, entitatem ipsam insitam patri, doctores intelligant. Substantia ergo cum vna oratione suppositum vel (ut supra dictum est) in diuinis hypostasim vel personam significet, cum spiritus ex patris substantia dicitur esse: substantia plane talis nunquam à doctoribus nostris pro supposito vel existentia suppositi accipitur, quandoquidem ea ratione incommunicabilis est.

Verum altera capitur ratione, quemadmodum diffinitio substantiam rei significat, quæ natura vel entitas (ut supra dictum est) appellatur. Cum ergo doctores



doctores nostri pronunciant, sanctum spiritum ex patris filiique substantia esse per substantiam ipsam non existentiam patris, verum naturam eius intellunt, quæ quidem est in patre, ac in seipsa, quemadmodum & pater. Patris verò non substantiam habitudinemque significat, per quam hæc existentia vel hoc suppositum, ab alio differat. Hæc ergo communis substantia, quam in patre protulimus esse, causa est & principium, quod per generationem communicatur. Porro pater generat, filiumque producit, substantia tamen hæc filio nequaquam communicatur, in quo quidem solent homines sæpissime decipi. Cum enim dicimus patris substantiam filio communicari, non id asserimus verum esse, quatenus pater filium generet, quando quidem filius etiam generaret. Proptereaque dicere solemus, nec ipsum esse communicari, quia filius quoque necessariò (vt paulò ante dictum est) generaret. Hæc autem substantia (vt ita dixerim) absolute simpliciterque considerata, quæ generandi potestas est, principium est quo vel per quod, quidem à patre filio communicatur & traditur, non tamen secundum absolutam eius considerationem. In generatione autem filij, omnia patris communicantur: quandoquidem principium esse communicabile, filiationi se non opponit. Pater ergo cum generet, per eandem ipsam substantiam, quæ principium est quo vel per quod, id etiam cum filio communicat, vt is etiam sancti spiritus principium sit, quandoquidem spiritus sancti principium in patre esse, habitudini proprietative filij nequaquam opponitur: propterea tamen non sequitur, vt hæc substantia secundum suum esse commune ac absolutum, principium sit per quod. Secundum igitur eiusmodi considerationem, potentia producens vocatur, filioque communicatur, qua quidem ratione non sequitur, vt eadem substantia, causa sit atque causata. Hæc nobis doctrinam, pater reuerende, doctores omnes tradiderant, orationes has exponentes. Filius est ex substantia patris, & sanctus spiritus ex patris filiique substantia. Quam quidem doctrinam si etiam ipsi sequemini, profectò nunquam errabitis. Sed hæc. Sessione verò sequenti, de his diffusius dicam, tu autem (si lubet) respondeas.

*IVL. CARD.* Quæstionem tuam pater Ephesie provincialis pater scite dissoluisse videtur.

*MAR.* Nos iuxta primæ synodi theologiam ac eius symbolum reuer. P. illud ex patre, id est, ex patris substantia natum, nil aliud significare putamus, quam ex patris persona, hoc est, ex patris substantia eiusque proprietatibus. Nonne tibi quoque videtur ita, vt persona substantia nominetur? an quicquam aliud præter hoc?

*IOAN.* Nonne dixi, P. reue. duo esse substantiarum genera: alterum, quatenus tribus personis natura communis existit: alterum verò, cum vnà cum existentibus proprietatibus consideratur, qua quidem ratione hypostasis & persona nuncupatur? Illud ergo quod in Nicæno symbolo celebratur, ex patre, id est, ex patris substantia natum: necesse est ex Hypostasi paucis significet: quod aliud quoque genus substantiæ, præter illa duo, videtur esse, doctores tamen substantiæ nomine, duobus tantum modis videntur. Nam primum illud, quod supra protuli, non aliter à Latinis quàm pro hypostasi capitur, ita vt merito nemo nos, possit accusare, tria substantiæ genera profiteri: quandoquidem filium esse consubstan-

tialem patri, id quod prima Nicæna synodus declarauerat, ipsamque substantiam, per quam filius patri consubstantialis existit, tribus personis commune esse: ac illud ex patris substantia, principium quod vel per quod, non autem generans significare, firmiter tenemus.

*MAR.* Substantia, per quam (inquis) pater & filius est, tribus personis communis existit: num ergo verum est dicere, sanctum spiritum ex trium personarum substantia hypostaticè procedere? quandoquidem paulo ante visus est protulisse, sanctum spiritum ex comuni patri filioque substantia depèdere.

*IOAN.* Num, cum ex patre profertis, præpositio, ex, differentiam vel disunctionem inter substantias aliquam apud vos significat?

*MAR.* Ita profectò.

*IOAN.* Realem ne, an secundum rationem?

*MAR.* Personarum disunctio, P. reuer. secundum nostram intelligentiam consideratur, non autem inter se, verum hypostasis quæque realiter.

*BES.* Tametsi P. reue. secundum nostram intelligentiam inter se diuinæ personæ differunt, suis tamen proprietatibus re substant.

*IOAN.* Hic quæro ex te, P. reuer. an proprietates cum persona sint idem.

*BES.* Secundum quidem rem & subiectum id esse creduntur, ratione verò differre.

*IOAN.* In patre quidem, P. reue. paternitas est ac substantia, tribus diuinis personis communis patris verò persona, non nisi ratione ab ipsa paternitate substantiaque differt, cum ab aliis duabus personis re quoque differat. Siquidem igitur in patre paternitas ac substantia est, quam obsecro ratione pater generat? Et vtrum suppositum est? paternitas ne, an substantia? an vtrunque?

*MAR.* Substantia est, P. R. id quod patri communicatur, per ipsam tamen nequaquam filio patre communicatur, verum per suam proprietatem, quæ quidem paternitas est, ad filiumque refertur, atque principium est, non tamen tribus personis commune.

*IOAN.* Imo substantia est, P. reue. id quod filio communicatur, quandoquidem in patris persona (vt paulo ante dictum est) nil aliud quam substantia & paternitas est. Ergo suppositum, non vt proprietas, communicabile est. Nam cum suppositum & substantia vnum sint, necesse est, vt non alia ratione, quam per ipsam communem substantiam, patris se communicabilis sit.

*MAR.* Quod P. R. protuli, ita debet intelligi, vt communis substantia per quam pater cum filio communicatur, quæque vna eademque numero creditur esse, in patrem & filium ac sanctum spiritum secundum nostram intelligentiam distribuatur. Proptereaque disunctum proferre solemus patris substantiam, filij substantiam, sancti spiritus substantiam intelligentes propriam vnus cuiusvis hypostasis. Quid autem ex his concludere velles, quam cito proferas.

*IOAN.* Ex tuo sermone, P. R. contrarium est quod superius protulisti, concluditur. Cum namque substantia in tribus personis existit, ex tua plane sententia sequeretur, vt patris substantia, quæ filio sanctoque spiritui communicabilis est, ratione tantum non autem re communicet: quod in nostra religione nequam maximum inconueniens esse videtur, quandoquidem ipsam tribus diuinis personis re ipsa communicari

municari, nobis est profitendū. Nam si singula quæque persona dependet à causa, sequeretur vt personæ ratione solummodo differant: quod impium esset credere.

*MAR.* Non equidem protuli, Pater reuerende diuinis personas ratione tantum differre, sed quoniam vnàqueque persona vnà cum substantia intelligitur, idcirco separantes hæc, substantiam ipsam mente concipimus. Quo quidem modo hypostasis filij ex patris hypostasi demonstratur, ac diuinis personas percipimus, nequaquam sanè credentes, ipsas ratione tantum differre.

*IOAN.* Id neque nos profitemur.

*MAR.* Quæro ergo ex te, Pater reuerende quam ratione patris & filij sanctique spiritus substantiam intelligas.

*IOAN.* Nonne dixi vobis, patres amplissimi quemadmodum doctores nostri ratione triplici substantiam diuinam intelligant, videlicet pro substantia & entitate ac existentia? Quauis autem tres sunt hypostases & personæ re inuicem differentes, eas tamen vnicum Deum & opificem vniuersi credimus esse, personam verò ex diuina substantia proprietatèque constare, ita vt persona nil aliud nisi substantia & proprietates sit: quæ quidem substantia & proprietates, licet vnum re ipsa sint, & per suas proprietates re inter se differant, quandoquidem ad aliquid sunt, ipsas tamen secundum substantiam Deum vnum esse fatemur.

*IVL. CARDINALIS.* Iam quatuor horarum spatium elapsum est, sit igitur in præsentia satis. Tum synodus sancta decreuit, vt postridiè conuenirent.

SEDIE SABBATI SEPTIMA  
mensis Martij, sessio vigesima  
Florentia. MAR.



T quæstionem propositam, patres amplissimi tandem concludere, eam accuratius contemplari volebamus: sed quoniam cuiusdam magni Basilij dictis bis aut ter meministis, ipsi plurimum innitentes, ac si ad vestram sententiam pertineret, idcirco quæstione illa in aliud tempus dilata, ad ipsum Basilium veniamus, qui (si lubet) iterum recitetur. Cur enim (inquit) necesse est, si dignitate ac ordine tertius est spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? Dignitate nanque ipsum secundum à filio, cum ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa dependeat causa, pietatis ratio tradit. Hic locus, patres amplissimi mendosus ac corruptus esse videtur. Quinque enim vel sex tantum libri Constantinopoli extant, quos in hoc loco mendosos credimus esse, cum qui sani sint, plus quam mille habeantur: quibus ipsi propter eorum vetustatem & copiam magis credimus, cum præsertim ad ipsius doctoris mentem, vt ex consequentibus eiusdem verbis apparet, hi nostri libri facere videantur. Quemadmodum igitur diuinum symbolum additionem passum constat fuisse, ita quoque credendum est, libros hos in hoc loco ab aliquo, qui dogma vestrum sectaretur, corruptos fuisse. Quod vobis quoque patebit, si nostrum vetustissimum librum diligentius inspexeritis, verba sequentia cum antecedentibus conferentes, ac

omnia simul ad sensum Basilij applicantes: in quo quidem nostro libro, non ita, vt in vestro, legere est.

*IOAN.* Duo mihi, pater reuerende dixisse videris, te sermone perpetuo quæstionem illam, de qua nuper multa fecimus verba, libentissimè concludere voluisse. Verum vt nobis facias gratum, te ipsam in aliud tempus transferentem, ad magnum Basilium à nobis iam requisitum venire velle: id quod profectò nobis gratissimum est: quandoquidem operæ precium est, ac plurimum conuenit, vt à patrum sanctorum testimonio, nostræ disputationis sumamus exordium: quorum auctoritas apud nos non mediocris esse debet, ac ipsos vt nostros duces sectari, ac in omnibus imitari debemus. Deinde dixisti, nostrum hunc librum in hoc loco corruptum esse, quemadmodum etiam accidit symbolo: cui certam additionem factam fuisse videmus. Ad quæ tibi pater reuerende respondeo, ita clarè ac copiosè in illa materia hinc inde fuisse dictum, vt mihi ipsi suadeam nil planius, apertius, fortiusque nostris argumentis fieri potuisse: nil denique, fuisse omissum, quod ad ipsam quæstionem spectaret. Verum si adhuc ambigis, putans non satis dictum fuisse, hæc (de qua modo agimus) quæstione in extremum prius adducta, ad illam (si tibi videbitur) reuertemur. Nam de hoc Basilij libro, quem in hoc loco mendosum & corruptum esse dixisti, respondemus ipsum à Nicolao Secundo Cretensi viro optimo doctissimoque nuper huc Constantinopoli allatum fuisse. Qui quidem liber constat ex membrana, & sexcentorum annorum videtur esse, cum dissidium & controuersia nostra nondum fuerat orta. Præterea locus & litera hæc talibus punctis & lineis disposita est, vt nulla prorsus ex ordine talis corruptionis suspicio possit haberi. Hic igitur liber corruptus non est, præsertim à Romanis, à quibus nunquam antehac visus fuerat: quandoquidem non obliteratio, non macula, non denique diuersa manus in hoc libro deprehenditur. Præterea ex vetustissimarum vestrarum synodorum actis apparet, corruptendorum librorum vitium & malignitatem (pace vestra dixerim) apud vos à nostræ regionis hostibus ortam fuisse, vt Cyrillus literis ad Ioannem Antiochenum antistitem missis quæ sic incipiunt, Gaudeant cæli: quæve Chalcedonen. synodus suscepit, restatur. Si quis, inquit, legislatorum verba vera euerit, mea quoque dicta, vt sibi placer, transmutat &c. Tua ergo pietas non miretur, quædoquidem (vt optimè nouit) generis cuiusvis hæretici ex a d e o spirata scriptura, erroris sui causam capientes, quæ per sanctum spiritum bene prolata sunt, malignitate sua corrumpunt, & reliqua. In quibus quidem literis Athanasij dedit exemplum, ostendens eius epistolam, ad Epictetum datam, corruptam fuisse. Præterea Cyrillus idem ad Acacium scripsit, cuius quidem litera fuerunt inscripta, Mutua locutio: Si quæ literis (inquit) mandaueram, sic à nonnullis in medium proferuntur, vt credant me eorum, quæ in Ephesina synodo celebrauimus, penituisse, id etiam derideatur: Dei nanque benignitate sanæ mentis sumus, ac à recta ratione nequam aberrauimus. Ex quibus meridiana luce clariùs apparet, sanctum Cyrillum in Ephesina synodo, ac semper aliàs vnus sententiæ fuisse. Præterea in eisdem literis de quodam Mescenensi præfule facit mentionem, à quo quidem interrogatus, an ipse quoque sentiret idem quod ATHANASIVS ad

Epictetum scripserat respondit, si sanas & non mendosas Athanasij literas haberes, ipsis equidē acquiescerem, ac eadem cū Athanasij sentirem. Visis dein de ipsius Athanasij literis, quas Cyrillus sanas habebat, satis apparuit, omnes alias eiusdem exēpli literas, quæ toto ferè in Oriente fuerant, mendosas fuisse: idcirco Mefenus ipse pontifex veras ipsas Athanasij literas statim exscripsit, ac ad Ioannem Antiochenum antistitem misit. Ergo rationi congruum est, & ita credimus hunc Basilij librum fuisse, an tequam de spiritus sancti processione quæstio inter nos oriretur. Qua deinde exorta, (quanuis ab ipso ferè religionis nostræ principio hæc controuersia fuerit) authores nostri schismatis in corrupendū hunc locum incubuisse: verum spiritus sancti benignitate librum hunc Constantinopoli fuisse seruatum, ne ab impiis ipsis corrumpere: qua quidem ratione adducimur, vt credamus hanc magni Basilij autoritatem nequaquam mendosam esse. Siquidē igitur ad veritatem inuestigandam, ac pro communi bono mutua beneuolentia huc frequentes conuenimus, operæ precium est, vt libros nostros, qui vetustiores fuerint, conferamus, (de re profectò nō mediocri agitur) vt ex sequentiū ad præcedentia connexu, quidnam ipse Basilius senserit, facilius cognoscamus. Sed pro euitando odio hæcenus.

*MAR.* Nonnullos libros, Pater amplissime cum hac additione Constantinopoli extare, paulò ante protulimus: nil mirum igitur, si vnus ex ipsis huc fuerit allatus. Quos quidem libros ipsi simplicitate nostra vtentes, ac veritate confisi, extare sinimus: quamuis eos facillime, quod per pauci fuerint, delere prorsus potuissemus: ex quibus hunc vestrum librum ab aliquo, qui in illa regione vobiscum sentiret, exscriptum fuisse credimus. Quod quidem admiratione dignum non est, cum hic etiam quam plurimi vestri sint homines, qui maiorum nostrorum sequentes vestigia, pium dogma nostrorum sectentur: non autem imus inficias, codices multos in terris nostris ab hæreticis, qui vana dogmata in Dei ecclesia introducere voluissent, sæpissime corruptos fuisse: idcirco autoritatibus, quas modo citasti, æquo animo assentimur. Verum ea vos non ignorare existimo, quæ Zosimi summi pontificis tempore acta fuerant. Qui cum ad Carthaginense concilium scripsisset, Nicæneque synodi decretum misisset, Romanum pontificem œcumenicum appellandū, concilium illud respondit, se prius velle ipsius synodi acta, quæ vel Alexandriæ apud Cyrillum, vel Constantinopoli apud Proclum essent, diligenter inspicere: quandoquidem apud acta ipsius Nicæni concilij decretum eiusmodi non extabat: quibus deinde Nicæni concilij gestis ab Alexandria missis, diligenter inspectis, ipsoque decreto nequaquam inuento, idem Carthaginense concilium Zosimo respondit se tale nomen ipsi nolle tribuere, quod à generali synodo decretum minimè fuerit. Nonne vides, Pater reuerendissime summum pontificem, decretum falsum, & non in synodo promulgatum, ad tantum concilium pro re tam magna misisse? Non igitur tam vehementer debetis mirari, si quidam etiam ex nostris hominibus vel nouum dogma volentes defendere, vel quod ita sibi temerè visum fuerat, aliquos libros corruperint. Cùm igitur nostrorum librorum vetustas & copia, tum etiam id ipsum, quod nos huius-

modi libros mendosos extare permisimus, cum ipsis (vt supra dictum est) facile delere potuissemus, nobis victoriam dat, ac nos corrupendorum voluminum authores non esse demonstrat: veritati namque confisi, ac multis aliis ipsius magni Basilij autoritatibus innixi additionem ipsam verbis Basilij factam paruifecimus. Non ergo nobis proprium est, vt inquis libros corrumpere sed Basilij sententia in nostro libro legatur: Quiverò (inquit) illi sancti sunt & in quibus sermonibus doctrinam fecerunt, non potest dicere: Fueritne vnquam homo sic audax, qui diuinorum dogmatum in nouationes induceret. Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est spiritus, natura quoque ipsum tertium esse: dignitate nanque ipsum secundum à filio, pietatis ratio forsitan tradit. Magnus Basilius, præstantis, patres, Eunomium accusans, quod temere dogma nouum instrueret, disputationis causa concedit, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium à filio esse: deinde concludit, non tamen propterea necesse esse, spiritum natura quoque tertium esse: dignitate nanque ipsum secundum à filio pietatis ratio forsitan tradit. Sic in nostro quam vetustissimo libro scriptum est, vt videtis, & sic præcedentibus consequentia consonant. Non enim Basilius suscipit spiritum sanctum ordine ac dignitate tertium esse, neque id alios quos doctores literis mandasse fatetur: quinimo etiam si sic sit, negat tamen prorsus ex eo consequi spiritum natura quoque tertium esse. Cur igitur magnus ipse Basilius rationem hanc reddidisset, dignitate ipsum secundum à filio, cum ab ipso esse habeat & ab ipso accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa dependeat causa? Et cur eas causas reddidisset, quas antea nō susceperat? Ad ditto igitur ipsa quoque præcedenti sermone conuenit, neque magni Basilij menti consonat. Contra vt in nostro scriptum est libro, sequentia prioribus conuenientius conueniunt. Nā verbū illud forsitan, Basilius protulit, quod ipsam orationem disputationis causa (vt supra dictum est) concedebat: propterea inferius inquit, quorsum hæc oratio? quod non omnino, si quid ordine ac dignitate secundum aut tertium est, id & naturam tertiam habet. Nam quemadmodum angelorum alius princeps, alius subditus, & tamen omnes angeli natura sunt, & in dignitate quædam distinctas, in natura verò communitas est, & reliqua: sic in nostro libro legere est imo etiam in vestro quadam cum hæsitacione scriptum esse videtur, Si dignitas (inquit) ac ordine tertius est spiritus: cur igitur magnus Basilius illud subiunxisset, cum ab ipso esse habeat: si disputationis causa (vt sæpe numero dictum est) sanctum spiritum tertium esse, secundum verò à filio dederit, id putans alienum à sanctorum esse doctrina? Porro autem, vt melius intelligatis ipsum Basilius non huius fuisse sententiæ, sanctum spiritum ex filio procedere, ac ab ipso esse habere, idem ipse Basilius asserat, qui quidem suis literis ad fratrem suum Gregorium de substantiæ hypostasisque differentia scriptis, quidnam de sancti spiritus processione senserit, luce clarius explicauit: Sanctus (inquit) spiritus, à quo cuncta bona in mundum emanant, quique filio adaptatur, & simul cum ipso percipitur, à causa verò paterna habet esse dependens, & procedit, id notionis per proprietatis

prietatis hypostasis habet vt post filium & cum ipso noscatur, ac ex patre substat filius autem, qui ex patre procedentem spiritum, per ipsum & cum ipso cognoscit, ac solus vnigenitus ex ingenito lumine resplendet, nullam secundum propriam notionem, communionem habet eū patre, aut cum sancto spiritu, verum supradictis signis cognoscitur. His verbis Patres amplissimi magnus Basilius sentire videtur, sanctum spiritum ex solo patre habere esse. Sanctus (inquit) spiritus filio adaptatur, hoc est, post filium ordinatur atque disponitur. Cuius deinde causam volens reddere, non sane dixit, quod ex ipso procedit vel quod ex ipso esse habet, vt in autoritate, cui vos innitimi, habetur: verum subiunxit, quod simul cum ipso percipitur, videlicet à patre. Postea sermonem figura distinguens, inquit: A causa verò paterna habet esse dependens, vnde quoque procedit. Vides ne Pater Reuerende quemadmodum patri, veluti causæ, magnus Basilius tribuit, vt sanctus spiritus ex ipso dependeat? Non autem credere debemus, eundem Basilius sibi ipsi contradixisse. Orationis namque partitio non patitur, vt idem filio quoque tribuatur, quādoquidem hoc notionis eius dedit signum, vt simul cum ipso percipiatur. Deinde subiungit: Filius autem, qui ex patre procedentem spiritum per ipsum, & cum ipso cognoscit. Non autem dicit, mittit, sed cognoscit spiritum ex patre procedentem, hoc est, secum ipsum manifestat. Postremo dicens, ac solus vnigenitus ex ingenito patre resplendet, nullam secundum propriam notionem communionem habet cum patre, & reliqua, declarat filium nullam habere communionem cum patre, vt sanctum spiritum mittat: quandoquidem id patri soli ascribitur, quemadmodum & filio soli tribuitur, vt his solis signis noscatur, quod solus vnigenitus ex ingenito lumine resplendet, quodque per ipsum & cum ipso spiritum sanctum cognoscit. Siquidem igitur filius his, non autem aliis, signis cognoscitur: palam sequitur, vt in mittendo spiritu, cum patre nequaquam communitur, verum ipsi patri proprium sit, vt sanctum spiritum mittat.

*IOAN.* Longam orationem habuisti, Pater Reuerende cum breuis forsitan fieri potuisset. Volentibus enim veritatem attingere, quæ quidem vel parua indiget illustratione, non nisi sanctorum sententiis ac autoritatibus opus est. Ad duo ergo, quæ contra magni Basilij autoritatem ex nostri codicis lectione dixisti, paucis respondebo. Credendum est, inquis, aliquem eorum, qui quondam nobiscum sentirent, locum hūc corrupisse. Quod quidem falsum esse depræhendimus, quod cum hic liber exscriberetur, nulla prorsus inter Græcos & Latinos controuersia fuerit. Nunquam autem affirmarem, patres qui sunt, aut qui fuerant, tale fecimus commisisse: quandoquidem firmiter credimus, à primis nostri disidij authoribus, vestros libros fuisse corruptos, siue Græci, siue Latini fuerint illi, quippe qui dogma vestrum sequentes, non ipsum defendere potuissent nisi veros Basilij libros corrupissent, quos contra se facere viderent. Nunc venio ad Zosimum summum pontificem, in quem nullum vnquam testem dignum possitis producere, cum equidem contra vos binas Cyrilli literas protulerim, ex quibus vnas Chalcedonen. synodus suscepit. Aut ergo tales testes contra tantum pontificem debebat producere, aut in ip-

sum sine testibus neuiquam inuchi: quandoquidem minime conuenit ex te crimina talia contra eū proferre, sed vetustissimas ac humanissimas Iulij Liberiique summorum pontificum literas, Pater Reuerende bene memoria tenere deberes, quas Iulianus præstantissimus sanctæ Sabinæ cardinalis vobis ostendit, quibus patet, B. Athanasium (cum ab Antiocheno concilio damnatus fuerit, ac eundem concilium ipsum vehementer persequeretur) ad Felicem, Marcum, Iulium, Liberiumque, qui sequentibus temporibus Romani pontifices fuere, scripsisse, ac eosdem obsecratum fuisse, vt acta Nicæne synodi, que perfecta & non mendosa Romæ in bibliotheca extarent, ad ipsum mitterent: quandoquidem omnia, que in Orientali ecclesia extarent, ab Arrianis corrupta fuerant. Cui quidem Athanasio, summi pontifices ipsi respondere, se acta illa, quæ Græce Latineque scripta ipsorumque met Nicænorum patrū manibus subscripta, & eorumdem sigillis obsignata à summis pontificibus summa veneratione seruarentur, nolle mittere: se tamen ipsi Athanasio nonnullos exscriptos canones duros, qui ad rem eius facere viderentur. Deinde cum Athanasio ab ipso Antiocheno concilio ad Romanam sedem prouocasset, hæreticis eiusdem obiectantibus, id non iure fieri potuisse, Liberius ipse ad Athanasium, Nicænum decretum de prouocando ad Romanam ecclesiam exscriptum misit: quo deinde is Athanasius acerrimè se contra hæreticos defendit. Iulius autem ipsius Antiocheni concilij authores literis acriter repræhendit, quod absque sedis apostolicæ autoritate conuocare synodum ausi fuerint, ostendens illis ex Nicæne synodi decreto, nullam vnquam synodum sine Romani pontificis autoritate celebrandam esse. Cur ergo Pater Reuerende Zosimū accusas immerito, ipsum ad Carthaginense concilium, falsum Nicæne synodi canonem misisse, cum illud idem concilium, quos ex oriente canones acceperat, omnes corruptos ac falsos esse cognouerit? vt multis sanctorum autoritatibus, quorum vetustissimos libros habemus, patet. Nil mirum autem, Pater Reuerende si in exponendis magni Basilij verbis in multa incommoda incurristi: quandoquidem (vt philosophi dicunt) paruus error in principio, magnus in extremum efficitur: quod quidem accidisse tibi videtur, quod male Basilius ipsum exposuisti. A veritatem igitur cognoscendam operæ precium est, tantum de duobus disserere, que modo visus es protulisse, an pater solus sancti spiritus causa sit, tametsi spiritus filio adaptari dicatur: & an spiritus eundem ordinem & naturam ad filium non habeat, quem quidem filius ad patrem habere creditur. Porro autem vt hæc dissoluamus, necesse mihi videtur, vt ex te quæram, quænam differentia sit, inter aliquid alicui adaptari, & aliquid ab aliquo esse habere vel dependere: quandoquidem nobis videtur, vt quod ab aliquo perfectibile est, idem ab aliqua causa dependeat, non tamen propterea profitemur diuinas personas perfectibiles esse: id nanque nostri doctores minimè dixere. Filium autem credimus principium ex principio, ac Deū de deo esse, quandoquidem pater principium est.

Magnum etiam ipsum Basilius non solum in hoc, verum etiam multis aliis in locis ostendisse, sanctum spiritum eodem ad filium ordine se habere.

Athanasius  
condemnat.

For. obse-  
crasse, vt

bere, quo filius ad patrem disponitur, ac se habet. Qualis autem eiusmodi dispositio ac ordo sit, velim ad mentem Basilij exponas.

*MAR.* Nullam equidem de Zosimo mentionem fecissem, Pater Reuerende nisi meum de eo sermonem verum esse, possem ostendere. Sed quoniam nostros libros ad hanc rem pertinentes Constantinopoli reliquimus, non incij, vnum ex illis apud vos esse, ex quo vobis ipsius Zosimi acta nota credimus esse, idcirco de his haecenus.

*IOAN.* Quem librum inquis?

*MAR.* De omnium conciliorum actis.

*IOAN.* Apud nos, Pater Reuerende nullum librum inuenies, quo quidem pateat, Zosimum ipsum ad Carthaginense concilium pro se falsum scripsisse. Sed missa haec faciamus, quando quidem alia indigent consideratione.

*MAR.* Placet nobis ad aliud venire, quando quidem in praesentia de Zosimo non opus est disputare.

*IOAN.* Igitur ad exponendum Basilium, si lubet, redeas.

*MAR.* Magnus ipse Basilus, Patres amplissimi illud, filio spiritus adaptatur, exponens, inquit: qui post filium & cum ipso percipitur. Quae nanque connumerantur, non possunt vno verbo proferri atque disponi: verum necesse est, vt alterum post alterum proferatur ac numeretur. Siquidem igitur spiritus adaptari filio dicitur, fieri profecto non potest, vt aliter intelligatur, quam quod post filium disponatur, non ita tamen, vt ab eo tanquam a causa esse habeat, ac dependeat. Propterea Basilus ipse subiunxit, qui post filium & cum ipso percipitur. Tu autem Pater Reuerendissime vnde habet, vt quod alicui adaptetur, ac post ipsum disponatur, id etiam sit necesse, vt ab eodem esse habeat, & dependeat? Nobis sane non alia opus expositione, quando quidem is Basilus se ipsum exposuisse videtur, qui verbi, adaptatur, causam ilico reddit, dicens, quod simus cum ipso percipitur.

*IOAN.* Siquidem igitur Pater Reuerende illud, filio spiritus adaptatur, a te sic exponitur, vt spiritus ad filium disponatur ac ordinetur, quare ex te an ipsa dispositio, sanctique spiritus ad filium ordo, sit causa extrinseca, an principium a quo.

*MAR.* Non equidem protuli spiritum ad filium, verum post filium disponi. Necesse est enim, vt in diuinis ordo numerandi seruetur: ita vt filius post patrem, spiritus vero post filium numeretur.

*IOAN.* Talem igitur enumerationis ordinem tantum vocalem esse putas, ita vt re ipsa nullus in diuinis sit ordo?

*MAR.* Necesse est Pater Reuerendissime vt diuinae personae quoquo modo dispositae sit. Nam enumerari non possent, nisi quidam inter ipsas ordo seruaretur, qui quidem modo quodam realis est, vt idem magnus Basilus demonstrat: dum dicit, solus vnigenitus ex ingenito lumine resplendet, vbi filij ad patrem dispositionem ac ordinem ostendit. Vnde sane necesse euenit, vt sanctus spiritus tertius in ordine numeretur, ne ad filium ordinatus, vel filio (vt supra dictum est) adaptatus, ad patrem vero immediate relatus, ipse quoque filius esse videretur.

Quoniam igitur sanctus spiritus post patrem cum filio continuo numeratur, idcirco tertius a patre disponitur atque collocatur, quod quidem solum dis-

positionis & ordinis genus in diuinis creditur esse, cum aliud apud theologos nequaquam inueniatur.

*IOAN.* Ex magni Basilij sententia, Pater Reuerende pro frater inter filium ac sanctum spiritum ordinem esse naturae. Vtrum igitur inter patrem & filium idem est ordo, an aliud dispositionis ordinis ve genus inter ipso existit: quando quidem mihi sentire videris, illud adaptari, atque disponi, causam non significare. Porro quoniam inter patrem & filium ordo naturae re ipsa dicitur esse, certam significans dependentiam, idcirco necesse est sentiamus, filium a patre, vt a causa, dependere. Vnde euenit, vt quoniam inter filium & sanctum spiritum idem ordo naturae creditur esse, ideo necesse sit filium sancti spiritus causam esse, quemadmodum magnus Basilus in eodem contra Eunomium lib. testatur vbi probat spiritum eiusdem esse naturae cum patre & filio, quauis ordine ac dignitate secundus a filio sit, quemadmodum (inquit) filius ordine quidem a patre secundus est, quoniam ab illo: & dignitate quoniam origo & causa existendi pater ipsi est: & quoniam per ipsum accessus & adductio ad Deum patrem, natura vero nullo modo secundus, quod in vtroque vna deitas est, ita etiam sanctus spiritus, etsi dignitate ac ordine secundus a filio est, non tamen verisimiliter alienae ipsi esse naturae, inde consequitur. Quibus verbis probatum est, sanctum spiritum eundem ordinem ad filium habere, quem filius a patre habere, creditur. Quod angelorum exemplo idem Basilus ostendit continuo. Angeli omnes (inquit) vt appellationis vnus, sic eiusdem sunt naturae inter se: attamen alij ipsorum genibus praepositi sunt, alij vero fidelium singulos consequuntur. Quanto autem gens vni viro praeposita est, tanto maiore necesse est angeli, qui gentis principatum habeat, esse dignitatem, dignitate eorum, quibus singulorum tutela commissa est. Et infra: Quorsum haec oratio: quod non omnino (inquit) si quod ordine ac dignitate secundus aut tertius est, id & naturam alteram habet. Nam quemadmodum angelorum alius princeps, alius subditus, & tamen omnes angeli natura sunt, & in dignitate quadam diuersitas, in natura vero communitas est, etenim stella stellae praestat in gloria, & natura stellarum vna: & mansiones multae apud patrem, id est dignitatum diuersitates, glorificationum vero vna naturae sic profecto & spiritus sanctus dignitate quidem & ordine secundus est. Accepimus enim ipsum tertium a patre & filio numeratum, cum ipse dominus in conditione salutaris baptismatis ordinem tradiderit, his verbis. Euntes, \* baptizate in nomine patris & filij & spiritus sancti: in natura autem, tertium a filio ac patre deiectum spiritum, nullibi audiuimus. Haec magnus Basilus. Qui quidem nil aliud in ipso tertio in Eunomium libro concludere voluit, quam sanctum spiritum eiusdem esse naturae cum patre ac filio, quauis in ordine ac dignitate tertius sit, quod quidem angelorum exemplo, multisque rationibus clare probasse videtur.

*MAR.* Inter patrem & filium, Patres amplissimi quatenus ex patre filius habet esse, ac ad ipsum immediate refertur, naturalis est ordo. Quae quidem sola causa est, cur sanctus spiritus necessario tertius numeretur: ob idque magnus Basilus de patre filioque loquendo, verbo adaptatur, vel disponitur, nequaquam vtitur, neque filium patri adaptari, vel post ipsum disponi dicit.

Verum

Verum ipsum secundum esse a patre, quod ab ipso esse habeat: sanctum autem spiritum filio dicit adaptari, hoc est, post ipsum (vt dictum est supra) disponi: quod quidem ideo euenit, vt sanctus spiritus tertius collocetur, quod filius necessario praecognoscitur, quoniam ad patrem immediate refertur.

Quod si magnus Basilus credidisset, eundem ordinem inter filium ac sanctum spiritum esse, quem inter patrem & filium esse nouerat, ita vt si ea ratione spiritum secundum a filio, qua filium secundum a patre percepisset, nequaquam profecto Eunomium insequutus fuisset, neque ipsum dixisset sanctorum doctrinam falso citasse, cum diceret sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse. Ex quo quidem patet, ipsum Basilium non suscipere sanctum spiritum dignitate secundum a filio esse, verum illud ex hypothesi disputationisque gratia (vt supra dictum est) dare.

*IOAN.* In ambiguo versamur, Patres amplissimi. propterea diffinitionibus uti debemus. Nam inter filium sanctumque spiritum ordo naturae dicitur esse, ac illud verbum, disponitur, ordinem naturae significat. Idcirco nos diligenter debemus dispicere, quoniam pacto ordinem ipsum naturae percipimus: quando quidem ex vestro libro probauimus, sanctum spiritum eundem ordinem ad filium habere, quo quidem filius a patre disponitur. Sed vt nos serenissimus Imperator melius intelligat, hanc rem altius repetam. Nam omnes theologi philosophos imitantes, diffinitionibus in earum propria significatione vtuntur. Quod si qua ambiguitas esset in eis omnis ipsorum doctorum scientia rueret. Propterea vester Aristoteles (quem equidem inuitus testor) in v. Metaphysica lib. in capitulo de natura, quoniam modis natura possit intelligi, demonstrans: Natura vero, inquit, dicitur vno quidem modo nascentium generatio: altero vero, ex quo generatur primo quod nascitur, qui quidem secundus modus ordinem generationis significat, vt ea quae generantur ab ipsa substantia fiant: quo sane generationis significato, Basilus, Athanasius, Augustinus, ac omnes alij doctores, tam Graeci quam Latini fuerunt vsi, tenentes generationis ordinem vnus personae ab alia ordinem esse naturae: ita vt neque ceteri doctores in ambiguo fuerint versati, credentes processions ordinem nil aliud esse, quam vnus personae ab alia processioem, quemadmodum Aristoteles naturam altero modo (vt supra dictum est) diffiniuit. Siquidem igitur ordo naturae sancti spiritus ad filium est, necesse est, vt sanctus spiritus a filio esse habeat, id quod Basilus sensisse videtur, qua quidem in re, tota nostra controversia est.

*MAR.* Anteaquam de tali ordine, Reuerende Pater agamus, illa Basilij sententia nobis diligentissime consideranda est. Dic ergo mihi, credi ne magnum Basilium huius fuisse sententiae, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, nec ne?

*IOAN.* Ita prorsus, quemadmodum filius secundus a patre dicitur.

*MAR.* At idem Eunomius asserbat.

*IOAN.* Cum hanc sententiam Eunomius, Reuerende Pater ex sacra pagina suscepisset, ex ea concludere volebat, sanctum spiritum natura quoque tertium esse. Non igitur Eunomium magnum Basilus reprehendebat, quod illi esset sententiae, cum dubio procul in ea conueniret: verum quod ex ip-

sa volebat inferre, sanctum spiritum natura quoque tertium esse: id quod (vt dicit Basilus) nequaquam inde consequitur.

*MAR.* Veritatem igitur Eunomius asserbat, sanctum spiritum ordine dignitateque tertium esse? *IOAN.* Cur non?

*MAR.* Siquidem igitur ea in re cum Basilio sentiebat, quanam eius sententia fuerit, accurate dispiciamus. Nonne in vestro praedicto libro scriptum est ita: Eunomius sanctorum simulat conseruare doctrinam, & tacet eos qui ipsam tradiderant?

*IOAN.* Simulat (inquit) sanctorum seruare doctrinam, qui quidem (vt dicit Basilus) credebant sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse. Ex quo Eunomius inferebat, eundem spiritum natura quoque tertium esse. A sanctis enim (ait) didicisse, ordine ac dignitate tertium esse spiritum: a se autem ipso credidisse, natura quoque tertium esse.

*MAR.* Non ita, Pater Reuerende Basilus dicit, sed Eunomius simulat sanctorum doctrinam seruare, qui sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse dicebant. Qui vero illi sancti sint, & quibus sermonibus doctrinam fecerint, non potest dicere.

*IOAN.* Illud verbum, simulat, Pater Reuerende ad Eunomij conclusionem refertur, quam ex sanctorum doctrina dissimulabat inferre. Nam sancti dicentes, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, nequaquam credebant ipsum quoque tertium esse, quod tamen ex ipsorum positione Eunomius simulabat inferri posse. Quae quidem Eunomij verba, quoniam clara sunt, idcirco nulla indigent expositione. Nam si Basilio visum fuisset, falsum esse, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse: huic etiam sententiae clare contradixisset, quemadmodum argumentis fortissimis ac angelorum exemplo, spiritum natura tertium esse, oppugnauit.

*MAR.* Si sanctorum ac magni Basilij, reuerende Pater haec fuisset opinio, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, nequaquam profecto protulisset, Eunomius simulat sanctorum doctrinam seruare, sed potius clare testatus fuisset, in hoc Eunomium bene sensisse. Porro quoniam is magnus Basilus non credebant sententiam illam veram, & aliorum sanctorum esse, idcirco dixit, simulat sanctorum doctrinam seruare. Et paulo infra Eunomium reprehendit, quod quinam illi doctores fuerint non expresserit. Et paulo inferius: Fuerint vnquam homo sic audax, inquit, qui diuinorum dogmatum inuentiones induceret? Authorem nouorum dogmatum, ac audacem, Patres amplissimi Basilus Eunomium nominat, quod ea proferebat, quae nemo vnquam sanctorum dixerit, quando quidem Basilus non constabat, quinam sancti huius sententiae fuerint, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse. Tuae igitur partes sunt, Pater reuerende probare sanctos aliquos hanc sententiam habuisse: nam ipsi si credimus demonstrasse, magnum Basilium in ea opinione cum Eunomio nequaquam conuenire, sed potius ipsam oppugnasse. Num in vestro quoque libro non ita legitur?

*IOAN.* Quoniam inficiaris, Pater reuerende magnum Basilium credidisse sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, idcirco de hoc accuratius con-



Mat. 28 b

Ioan. 16. b  
Ioan. 5. g

Ioan. 14. d

templemur, ac Athanasium authorē dignissimum videamus, cuius fidē Cyrillus profitebatur excolere. Qui quidem Athanasius in dialogo, quem in synodo Nicæna in Arrium habuit, ac in quibusdam suis literis ita dicit: Si quidem spiritus ex patris filiique substantia non est, cur filius cum sanctum baptisma suis discipulis traderet, de eo fecit mentionem, dicens: E-  
 untes ergo, docete omnes gentes, baptizantes in nomine patris & filij & spiritus sancti: Præterea, quoniam in sacro symbolo de tribus personis mentio fit, idcirco Athanasius ipse ad Serapionem scribens spiritum ex patris filiique substantia dicit esse. Spiritus (inquit) à filio accipit iuxta domini vocem, De meo accipiet, & annuntiabit vobis. De filio autem, In nomine patris veni de paracleta vero, Spiritus sanctus, quem mittet pater in meo nomine. Si quidem igitur (inquit) Athanasius talem ordinem & naturam spiritus habet ad filium, qualem filius ad patrem quoniam pacto is, qui spiritum creaturam esse credit idem quoque de filio non necessario crederet? Athanasij ergo sententia clara est, qualem ordinem filius habet ad patrem, talem spiritum habere ad filium: ita ut ex prima eius autoritate appareat, spiritum personam tertiam esse: ac ex altera, spiritus ad filium ordo: ex utraque verò, spiritum à filio accipere. Quoniam autem ordine spiritus à filio esse accipiat, vestrum est declarare, quandoquidem non oportet magno Athanasio obiicere. Sed de his in præsentia satis. Sequenti vero sessione ex ipso magno Basilio eandem sententiam luce clariùs demonstrabimus. Quibus dictis, sessio fuit dimissa, & ad diem martis prorogata.

ÆDIE MARTIS IO MENSIS MARTII sessio vigesima prima. Florentiæ.

MAR.



Esione proxima, P. amp. magni Basilij sententiam accurate considerantes, ac ipsius librorum discrepantiam inspicientes, ex vobis quæsiuimus, an Basilius ipse crediderit sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse. Quod quidem affirmantibus vobis, statim aliam proposuimus quæstionem, in dubiumque vocauimus, vtrum opinio Eunomij ex doctrina sanctorum fuerit, nec ne. Quod cum etiam nobis dederitis, magnum Basilius contra vos manifeste citauimus. Sanctorum, inquit, simulat conseruare doctrinam, non autem, inquit, conseruat. Deinde reprehendens Eunomium, dicit: Qui vero illi sancti sint, & in quibus sermonibus doctrinam fecerunt, non potest dicere. Fuerit ne vnquam homo sic audax, qui diuinorum dogmatum inuouationes induceret? Quauis igitur filius ordine ac dignitate secundus à patre est, quod ab ipso est: non tamen & magni Basilij dictis concluditur, sanctum etiam spiritum ordine dignitateque secundum à filio esse, ac ab ipso veluti à causa esse habere, quandoquidem ipse Basilius hanc sententiam nequaquam suscepisse videtur. Vos ergo verborum discrepantiam bene considerantes, depræhendentesque notham accessionem ad sermonem Basilij fuisse factam, quippe qui cum Eunomio neutiquam sentiens, sanctum spiritum secundum à filio esse, cur sit secundus, nullam reddide-

For. 10

Nonam  
vel adu-  
tiam.

rit causam: verborum, inquam discrepantiam bene considerantes, omisso Basilio, ad magnum Athanasium confugistis, ad ostendendum sanctum spiritum ordine dignitateque tertium esse. Cuius quidem Athanasij duas autoritates citastis, quarum prima fuerat hæc: Sanctus spiritus ordine tertius, absque verbo, est: altera verò, sanctum spiritum eundem ordinem & naturam ad filium habere, qualem filius ad patrem habere creditur. Quibus verbis probasse putatis, sanctum spiritum dignitate quoque tertium esse. Nos autem, præstantissimi patres, profiteamur sanctum spiritum in trinitate tertium esse, ut seruator noster baptisma tradens pronunciauit: dignitate vero tertium esse, nequaquam asserimus, de vobis mirum in modum admirantes, qui quod à sanctis doctoribus ne scriptum quidem fuerit, id ut datum ac à nobis concessum sumitis, quem admodum alias fecistis sapissimè. Nam huic orationi, spiritus à patre & filio, à qua quidem verbum, est, abest, ipsum apponitis: huic verò, spiritus à filio accipit, accipere esse, additis, ita ut quæ adhuc vocantur in dubium, & sub iudice sunt, ea pro claris atque probatis, sumatis: quod quidem demonstrandi genus deterrimum & inutilissimum esse constat, quodque principij petitio à dialecticis nuncupatur. Nunc venio ad alteram Athanasij autoritatem, in qua nobis accurate considerandum est, cur & ad quos homines sermonem ipsum Athanasius magnus habuerit. Eum enim oportet, ut Cyrillus in tertia synodo protulit, qui sermonibus in diuinis versatur, personarum & temporum ac omnium causarum rationem habere, & cur quæque verba prolata fuerint, quo quidem pacto quisque cuiusque verbi, sancti spiritus bonitate, rationem congruam facile reddere poterit. Nam gloriosissimus Athanasius in acerrimos sancti spiritus inimicos, qui filium eiusdem dignitatis atque substantiæ cum patre profitentes esse, sanctum spiritum minorem eis, ac post ipsos dicerent, quod ipsum inter creaturas connumerarent, ad ostendendum ipsum quoque consubstantialem, eiusdemque dignitatis cum patre ac filio esse, eo quo ceteri doctores argumento fortissimo fuit usus, sanctum videlicet spiritum eiusdem ordinis & voluntatis ac operationis cum patre & filio esse, quem admodum ad Serapionem episcopum scribens: Filius quidem, inquit, à patre mittitur: sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret. Filius autem mittitur spiritus, si enim (inquit) ego abiero, mittam eum ad vos. Et filius quidem patrem clarificat, Ego (inquit) te clarificauit. Spiritus autem clarificat filium, ille enim (inquit) me clarificabit. Amplius filius quidem dicit, quæ audiui à patre, hæc loquor in mundo. Spiritus vero ex filio accipit, De meo (inquit) accipiet, & annuntiabit vobis. Et filius in patris nomine venit. De spiritu autem dicit, quem mittet pater in nomine meo. Si quidem igitur talem ordinem & naturam spiritus habet ad filium, qualem filius ad patrem, quoniam pacto is, qui spiritum dicit creaturam esse, idem quoque de filio non necessario crederet? Quibus verbis P. amp. doctor ipse non personarum distinctionem, neque vnde existendi causam haberet, sed earundem potius vnitatem & coniunctionem ac consubstantialitatem probasse videtur, ex eo quod analogia proportioneq; quadam eiusdem sunt voluntatis ac operationis. Non enim inquit filium à patre habere esse, spiritum autem à filio: neque patrem genera-

Ioan. 8. c

Ioan. 16. b

Ioan. 5. g  
Ioan. 14. d

nerare filium, spiritum verò à filio mitti. Nanque si sic Athanasius protulisset, talis profecto sermo ad vestram sententiam faceret. Verum bonitatem patris ex operibus filij, & bonitatem eius ex operibus filij, & bonitatem eius ex operibus sancti spiritus, proportionem quadam (ut supra dictum est) demonstrat. Ex eo enim, quod filius à patre, & spiritus à filio mittitur, patris bonitas (ut inquit Gregorius) comprehenditur, ita ut ipsa missio sit bonitas patris & sancti spiritus missio, bonitas filij sit putanda. Illud autem, filius quidem patrem, filium vero spiritus glorificat, operationum proportionem, & voluntatis eorum identitatem significat. Etenim quoniam filius iam diu cognito patre, mundo apparuit, de inde verò sanctus spiritus palam se fecit: idcirco ne hoc est, aduersus Deum esse viderentur, filius quidem patrem, spiritus autem filium clarificare dicitur, & quæ tacuerat, filij discipulis reuelauit. Quæ auditi à patre, hæc (inquit) loquor in mundo. Spiritus verò à filio accipit, quem admodum scripturæ relictum est, De meo accipiet, & annuntiabit vobis. Ex quibus quidem verbis credere debemus, sanctum spiritum à filio sermonem accipere, ac ipsum discipulis nunciare. Spiritus ergo non accipit esse à filio, ut tu P. R. sentire videris. Deinde filius de se loquens inquit: In patris nomine veni. De spiritu verò dicit, Quem mittet pater in meo nomine, ut voluntatis identitatem, & operationum suarum analogiam (ut sæpe sapienter dictum est) declararet. Proptereaque magnus Athanasius illud protulit, talem ordinem & naturam spiritum ad filium habere, qualem filius ad patrem: hoc est, ita spiritus cum filio disponitur, & ei consubstantialis existit, quem admodum filius patri. Quoniam igitur (inquit) pacto is, qui spiritum creaturam dicit, idem quoque de filio non necessario credit: stante videlicet ipsorum voluntatis substantiæque vnitatem, necnon eorundem operationum analogiam. Sic magnus Athanasius, P. amp. debet exponi, quippe qui non personarum distinctionem, verum ipsarum coniunctionem, ac eandem substantiæ vnitatem (ut supra diximus) ostendere voluit. Hæc igitur Athanasij autoritas, P. R. longe aliter, quam sperares, exposita est: atque ita, ut ad dogma vestrum nequaquam facere videatur. An autem de sancti spiritus processione, ita ut ipsi creditis, senserit, & an filius sancti spiritus causa sit, necne, alia eiusdem Athanasij autoritate posset intelligi, quippe qui in sermone de filij ac spiritus eterna essentia, diuinorum personarum distinctionem edocens, solum patrem, diuinitatis fontem ac ingenitum nominauit. Ac si solum ipsum dixisset genitorem ac mittentem esse: non igitur sentiebat filium, sancti spiritus causam esse, si diuinitatis fontem, patrem solū esse credebat. Distingimur (inquit) & ab iis, qui Iudæos securi, cum Deum de Deo negant, Christianorum fidem euertentes, vnū Deum ut Iudæi profiteantur, non quod solus ingenitus & solus fons diuinitatis est pater, idcirco Deum ipsum nunciant, sed quod genitor filij & absque fructu viui verbi. Si quidem igitur solus fons diuinitatis, ac solus ingenitus, pater est: sequitur, ut solus filij genitor, ac solus spiritum mittens existat. Non igitur apud Athanasium filius sancti spiritus causa est, & ab ipso spiritus esse habet. Hæc nunc ad tuam orationem.

IOAN. Hæc via, Pater Reuerende qua quæ-

dem ad veritatem illustrandam, pgrederis, tenebras potius obducit, quam (quod omnes summopere cupimus) lucem afferat. Nec id sane principio nostræ disputationis inter nos conuenit, ut tā longis orationibus vteremur. Verum ut breuibus vltro citroque habitis argumentis atque responsionibus, paucis res ipsam concluderemus: te tamen longam habentem orationem, verbaque duo per horam exponentem, hi præstantissimi patres audiendo iam fessi sunt, & ut mihi videtur, nil aliud de tuo sermone intellexerunt, quam id, in quo me valde reprehendisti, quod verbum, est, Athanasij verbis addiderim, ut sæpenumero facere soleo nam alteram ipsius Athanasij autoritatem, sanctum videlicet spiritum, talem ordinem & naturam ad filium habere, qualem is ad patrem habere creditur, malè explanasti, qui autē sermonem aliquem exponit malè, is nunquam bene respondere potest: deinde ad materiam de temporali personarum processione venisti, in qua necessario concludere possumus spiritum sanctum ex filio etiam ab æterno procedere, ex eo quod ab eodem temporaliter procedere creditur. In qua quidem materia tibi paucis respondebo, quamuis de ea nullam modo mentionem facere debebas, quandoquidem ad propositum neutiquam spectare videretur. Sed artequam aliud proferam, ex te Pater Reuerende scire velim, an ita protuleris, cum filius patrem dicitur audire, verba eius audit, quandoquidem auditus ad verba refertur, & ita dictum euangelij, De meo accipiet & annuntiabit vobis, ut inquis, debet intelligi ex quo quidem, sanctum spiritum à filio habere esse minime sequitur itane sentis, an non?

Ioan. 16. b

MAR. Quidni? nam & magnus Athanasius euangelium ipsum sic exponit.

IOAN. Ex hoc, Pater Reuerende secundum vestros & nostros sanctos doctores, Deo fauente, probabimus, sanctum spiritum à filio æternum esse suscipere. Sed antequam ad demonstrandum hoc veniamus, orationi tuæ breuibus respondebo. Nam sessione proxima ex me quæsiuisti, an ex magni Basilij sententia sentirem, sanctum spiritum ordine dignitateque tertium esse: deinde me, hanc eius fuisse sententiam, asserentem interrogasti, an alij quoque sancti doctores fuerint idem sentientes: me verò respondente, multos sanctos huius fuisse sententiæ, cōtinuo ad ostendendum oppositum, magni Basilij autoritatem exposuisti, quem admodum etiam modo fecisti, ita dicens in summa: Eunomius sanctorum simulabat conseruare doctrinam, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse: qui verò illi sancti sint, & in quibus sermonibus doctrinam fecerunt, non potest dicere: idcirco magnus Basilius, utpote qui non sentiret aliquos sanctos eiusce fuisse sententiæ, inquit: Fuerit ne vnquam homo sic audax, & reliqua: Credis igitur ex mente Basilij, neminem sanctum eius opinionis fuisse, quod Eunomius ipsos citare nesciuerit. Hanc expositionem tuam, Pater Reuerende volui repetisse, ut hi Pater amplius solutionem eius, quam asseram, facilius intelligat. Nos Magni Basilij librum habemus, quem nona mendosum, sed fide dignum esse putamus, cuius quidem rei ex eo facimus coniecturam, quod cum Mitylenen. præfulis vestutissimo libro, quem admodum ij testari possunt, qui vtrunque diligenter perlegerant, in omnibus conuenit: qui quidem liber, si lubet in medium afferatur.

*MAR.* Hi libri eadem manu exscripti videntur esse.

*IOAN.* Tria vobis P. amplif. demonstrare volo. Primum, alia Basilij autoritate sanctum spiritum à filio accipere esse: alterum, quanto dedecori Basilio magno futurum fuisset, si scriptura reliquisset, ita ut in vestro legitur libro, & quemadmodum talè tãrũ q; virũ, ac in Dei ecclesia, ut Chalcedonen. synodus testatur, maximæ autoritatis, exponitis: vltimo, ex præcedentibus ac consequentibus verbis eius ostendam, ipsum non aliter sensisse, quàm in nostro libro scriptum videtur. In explicandis autem his tribus capitibus, P. amp. non ero multus, neque mea vagabit oratio, spe adductus, sancti spiritus (de quo agitur) bonitate, vos non mediocrem per nos ab ipso gratiam consecuturos, quo quidem magnus Basilus plenus, non potuisset in tanta materia, de qua agimus, diuersis in locis diuersa conscribere: quando quidem sancti doctores in his, quæ ad fidem spectarent, sibi ipsis constare, nullibi que contraria scripsisse creduntur. Nuper ergo cum essem in amplissimi sanctæ Sabinæ cardinalis domo, Ambrosio eius fratre præfente, egregio literarum Græcarum interprete, Leonardus Arretinus literarum Græcarum professor eruditissimus, ac huius ciuitatis illustrissimus Scriba, vel (ut vulgò dicitur) cancellarius, vestutissimum quoddam volumen Græcum nobis attulit, in quo quidem quærentibus nobis quandam epistolam, fortè fortuna sermo quidam Basilij de sancto spiritu occurrit: quem ego sperans tum videre miraculũ, (credebam etenim, id quod fuerat, magnum Basilium sancti spiritus plenum, in ipso sermone claram aliquam & manifestam sententiam reliquisse) eiusdem amplissimi cardinalis iussu perlegi: quo quidè perlecto maximas ipsi sancto spiritui gratias egimus, quod nobis euenit ex sententia, ut quod à Christianis in hac materia celebrari debeat, id ex eodem sermone cognouimus. Vnum quidem patrem, inquit, vnum filium, vnum spiritum sanctum, iuxta diuinam traditionem, profitendum nobis est: non autem duos patres, neque duos filios, quandoquidem spiritus neque filius est, neque nuncupatur: non enim à spiritu accipimus aliqua, quemadmodum à filio spiritus: sed eo ad nos veniente, nosque sanctificante, diuinitatis hæreditatem suscipimus, necnon hæreditatis æternæ præmium, ac æternorum bonorum primitias. Hęc sunt, quæ nos à spiritu accipimus, quæque nobis creata fuere, atque à sancto spiritu causata. Siquidem igitur P. amp. iuxta Basilium, non ita nos à spiritu accipimus, quemadmodum à filio spiritus: non autem à spiritu creaturas accipimus, sequitur, ut quod is à filio accipit, diuinum sit: quandoquidem quæque res, vel diuina vel creata creditur esse. Quæ autem sint illa, quæ nos à spiritu suscipimus, Basilus ipse declarat, videlicet diuinitatis hæreditatem, ac hæreditatis æternæ præmium. Scriptum est enim: Ego dixi, dii estis. Nam facti filij cohæredes, dii possumus appellari, & hæreditatis æternæ ac æternorum bonorum participes efficiamur. Qua quidem ratione Basilus ipse sententiam improborum euerterit, quod illud esse, quod spiritus accipit, creatorum bonorum causa est, Nunc venio ad secundum, & luce clarius demonstrabo, magno Basilio non mediocri dedecori fore, si sic intelligatur, quemadmodum à patre Ephesio exponitur quod quidem, utranque nostram expositionem diligentissime conferenti-

bus, palam fiet. Id igitur (ut lubet) agamus. Nam in nostro libro scriptum est ita: Cur enim necesse est, si ordine ac dignitate tertius est spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? in vestro autem ita: Cur enim necesse est, si ordine ac dignitate secundus est sanctus spiritus, natura quoque ipsum secundum esse? In nostro ergo libro tertius, in vestro autem secundus, sanctus spiritus ponitur.

*MAR.* Imò in nostro quoque libro tertius legitur.

*IOAN.* Deinde in nostro hæc verba sequuntur: Dignitate nanque ipsum secundum à filio, cum ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit. natura verò tertia uti, nec à diuinis scripturis docti sumus, nec à dictis potest consequenter ratiocinari. In vestro autem libro legitur ita: Dignitate nanque ipsum secundum à filio, tradit forsitan ratio pietatis: vbi verbum forsitan, ambiguum reddit orationem, & magnum illum Basilium dubitasse demonstrat. Deinde in vestro libro sic legitur: Natura verò tertia uti, nec à diuinis scripturis docti sumus, nec à dictis potest consequenter ratiocinari. vbi nonnulla verba deesse videntur. Deinde Basilus prædictorum reddit rationem, ut in vtroque libro legere est nam inquit: Quemadmodum filius ordine, quidem à patre secundus est, quoniam ab illo: & dignitate, quoniam origo atque causa existendi pater ipse est, & quoniam per ipsum accessus & adductio ad Deum patrem: natura vero, nullo modo secundus, quoniam in vtroque, vna est Deitas. Postea in nostro libro hæc verba sequuntur, quæ in vestro neuiquam extant: Ita videlicet sanctus spiritus & si dignitate & ordine secundus à filio est, non tamen verisimiliter alienæ ipsi esse naturæ inde consequitur. In his ergo quæ de filio Basilus loquitur, bene conuenimus: vbi verò de spiritu mentionem facit, liber vester defecere, ac mendosus esse videtur. Quis enim ambigit, an verbum illud forsitan, non sit Basilij, an contra iti viri existimationem positum? Nam id semper tutius esse debet, ex quo quippiam demonstratur: quod quidem (ut dialectici dicunt) ex ambiguis & obscuris nil prorsus potest dilucidari, cum à notioribus ad minus nota procedere, natura nobis insitum sit, qui quidem demonstrandi modus à sapientibus approbatur. Nam Eunomius ita ratiocinabatur: Quoniam spiritus dignitate tertius est, ut ex scripturis factis habetur: idcirco sequitur, ipsum natura quoque tertium esse. Cuius quidem argumenti illationem & consequentiam Basilus volens euertere, pluribus exemplis scripturæ sacræ demonstrat, dicens angelorum alios primos, alios secundos, alios ordine dignitateque tertios esse: non tamen ex eo consequi, natura quoque tertios esse. Siquidem igitur ipse Basilus verbo forsitan, fuisset usus, argumentum eius in Eunomium, quod clarum esse debebat, valde fuisset ambiguum. At inconueniens esse videtur, tali tantoque viro tantam inurere notam, de quo Chalcedonen. synodus testatur, ipsum exactissimam accuratissimamque tradidisse doctrinam. Porro quam exactissimam de sancto spiritu nobis scientiam tradidisset si verbo forsitan, usus fuisset? Illud ergo forsitan, magno Basilij sensum corrumpit, ex libris eius deleri penitus debet. Præterea is magnus Basilus in eodè sermone clarissime dicit, sanctum spiritum à filio accipere. Quod autem accipit, id profecto non creaturam, ut nos,

verum (ut supra dictum est) diuinum esse necesse est. Et enim quidnam aliud, obsecro, sanctus spiritus in ipsa Trinitate à filio accipit: quandoquidem, quod accepit vel accipit, vel in futurum accipiet, id æternaliter habet. Et filij auditus à patre, ac eius notio, idè sunt. Et diuinorum intelligètia, & esse ipsorum, idem esse creduntur. Necnò illud, à patre audire, nil aliud apud Latinos & Græcos est, (ut probabo) quàm, ex patre substantiam capere. Quod ergo spiritus à filio accipit, id notio & esse, diuinæque substantia est. Cur igitur est censendum, magnum Basilium in sermone de sancto spiritu, quem in eius celeberrimo die habuit, absque aliqua hæsitacione dixisse, spiritum à filio accipere: alio verò loco, eundem ipsum Basilium de eodem spiritu, quo plenus fuisse creditur, illud forsitan, tam inconstanti sententia protulisse? Verè nanque sententia ab hominibus sanctis, sacris literis tradita fuerant: quibus innitens Basilus, in Eunomium vehementer inuehebatur. Sed venio ad tertium illud, quod ab initio vobis probare promiseram, ut ex præcedentium & consequentium verborum Basilij nexu cognoscatis, cuiusnam sententiæ fuerit. Nam clarissime patet, verbis his, forsitan pietatis ratio tradit: orationem hanc, quæ subsequitur, ita videlicet & sanctus spiritus etsi dignitate & ordine secundus à filio est, non tamen verisimiliter, alienæ ipsi esse naturæ, inde consequitur, oppositam esse: quædoquidem simpliciter ac sine ambiguitate à Basilio fuerat prolata, etsi quidam fallaces homines ex eius sententia inferebant, spiritum sanctum natura quoque tertium esse. Ex his igitur Basilij verbis, Nò enim à spiritu accipimus aliqua, quemadmodum à filio spiritus, cum nil aliud præter diuinam naturam possit accipere: necnò ex alia eiusdem Basilij autoritate palam fit, verbum illud forsitan, ipsius Basilij neuiquam esse, quandoquidem sibi ipsi constare non videretur, quod ei magno dedecori esset: si quidem igitur accipere esse, ac procedere, idem significant, & spiritus à filio accipit, ut probatum est, spiritus ergo ex filioque procedit. Sed ut magni Basilij sententia fiat clarior, verba eius in tertio contra Eunomium libro altius repetam: Vix tandè (inquit) blasphemus in vnigenitum saturatus, ad spiritum sanctum transiit, totique suæ consentaneæ voluntati de ipso etiam differit, sic scribens: Cum verò hæc nobis de vnigenito sufficiant, reliquum est ut de paraclito quoque dicamus: nec opiniones inexploratas multorum sequemur, sed sanctorum in omnibus doctrinam conseruabimus: à quibus cum dignitate ac ordine tertium ipsum didicerimus, tertium quoque natura esse credidimus. Hæc Eunomius arrogans & superbus, qui (ut Basilus consequenter dicit) quod non putat oportere in simplici & sincera fide multorum permanere, sed artificiosis quibusdã cauillatoriis rationibus ad id, quod sibi videtur, veritatem rursum commutare, satis verbis suis ostendit. Cum enim contemnat opinionem multorum, qui spiritum sanctum glorificat, sanctorum simulat conseruare doctrinam, & tacet eos qui sibi ipsam tradiderunt. Nam ex eorum scripturis cognosceremus, an hæc illatio & (ut ita dixerim) consequentia, ex ipsorum sententia fuerit, si ordine ac dignitate tertius est spiritus, ipsum natura quoque tertium esse. Magnus ergo Basilus in Eunomium inuehitur, quod ipsorum sanctorum libros non citasset, ex quorum sententia inferebat sanctum spiritum natura quoque tertium esse: quorum quidem sancto-

\*ausus est commutare.

rum autoritatem Basilus approbabat, sanctum spiritum (ut supra dicitur) tertium esse: verum ipsam Eunomij consequentiam reprobabat, spiritum natura quoque tertium esse. Propterea paulo inferius angelorum exemplum dat, dicens, alium principem, alium subditum, omnes tamen vnus esse naturæ. Deinde de spiritu inquit: Sic profecto & spiritus sanctus dignitate quidem & ordine secundus est. Accipimus enim ipsum tertium à patre & filio numeratum, cum ipse dominus in traditione salutis baptismatis, ordinem tradiderit his verbis: Euntes baptizate in nomine patris & filij & spiritus sancti: in natura autem tertia à filio ac patre deiectum spiritum, nullibi audiimus. Postea suam sententiam argumèto confirmat, dicens: Cum enim duæ res dicantur, deitas & creatura, dominatus ac seruitus, sanctificans & quæ sanctificatur, qua in parte spiritum ordinabimus? in his, quæ sanctificantur? at ipsemet sanctificatio est. Et infra: Non ergo ipsum principalem natura spiritum, fas est nobis conseruum dicere, nec creaturis connumerare eum, qui in diuina & beata Trinitate connumeratur. Vnde patet, pater amplissime sanctum spiritum non creaturis, sed ipsi diuinitati connumerandum esse, quandoquidem quæque res, vel diuina vel creatura creditur esse. In qua quidem diuinitate, magnus Basilus spiritum sanctum ordine ac dignitate tertium esse crediderat, quippe qui paulo ante protulerat, filium à patre secundum, ordine quidem, quoniam ab illo: dignitate verò, quoniam origo & causa essendi, pater est: sanctum autem spiritum, à filio secundum: hic verò extra creaturas ipsum connumerat, quæ quidem (inquit) à communicatione, quam cum illo habent, qui natura sanctus est, sanctificationem habent: spiritus autem natura sanctitas est, illis verò participatione inest. Siquidem igitur sanctus spiritus tertius est, necesse est filium, causam & principium eius esse per diuinam naturæ participationem. Quandoquidem (ut quàm sepius protuli) inter diuinas personas ordo, ab vno in aliud esse creditur, quo quidem vna persona ex alia substantiam & esse ac ordinem accipit. Vnde euenit ut quoniam nobis concessum est, accipere & esse idem significare: spiritus, qui à filio habet esse, ab ipso quoque procedat. Alias quoque Basilij autoritates, patres amplissimi possem afferre, ad ostendum, sanctum spiritum à filio esse atque procedere, necnon ad eandem duas eiusdem Basilij autoritates luce clariùs explanandas: verum maius operæ precium mihi videtur, ut ad Athanasium veniamus: quem quidem si bene, pater reuerende exposuisses, intellexisses melius ipsum, qui in apologia sua in Arrium dicit: Si sanctus spiritus ex patris filijque substantia non est, cur Dei filius in symbolo sanctificationis ipsum connumerasset, dicens: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti? Igitur ex Athanasio patet, si sanctus spiritus ex patris filijque substantia non esset, nulla prorsus ratione in sanctificationis symbolo connumeraretur. Porro vos Græci domini nostri, quod à vobis symbolum dicitur, id à Latinis compositionem vel signum nūcupari, iuxta B. Clementem, qui post S. Petrum ad B. Iacobum scribens, inquit: Apostoli congregati symbolum fecere, quod quidnam significet, exponens dicit, quod quidem idè compositio ac signum dicitur, quod ij quandam compositionem confecerant, ex qua quod creditur, demonstratur.

Mat. 28. c

Ibidem.

stratur. Propterea, patres optimi, sanctificationis symbolum ab Athanasio nominatur, quod bapuzma- tis caractere ac signo, Christianus à non Christi- cola differre creditur. Ergo paulo ante vobis proba- ui clarissimè, ita sanctum spiritum ex filij substantia habere esse, quemadmodum filius ex patris. Nunc autem Anathanasius inquit, Si sanctus spiritus à fi- lio non haberet esse, cum ipso non cõumeretur. Porro autem, pater reuerende quoniã sessione pro- xima respondens mihi, dixisti, me hinc inde sumere auctoritates neutiquam ad rem pertinentes, quem- admodum in B. Epiphaniij auctoritatibus feceram, quibus quidem ab re verbum est, apponebam, idcir- co ad Epiphanium ipsum venire volo. Et quoniam complures interpretes docti ac in philo sophia præ- clari, præsertim serenissimus Imperator hic adsunt: ideo non aliis testibus opus est ad probandũ, an ver- bum est, in ipsis Epiphaniij dictis subintelligi debeat quod non equidem primus, verum Ambrosius ap- posuerat, dicens ita: Filium Epiphanius dicit, qui ex ipso: sanctum autem spiritum, qui ex utroque, quæ quidem Epiphaniij auctoritas prima fuerat. De qua iterum ex vobis quæro, an hæc duæ præpositiones, ex verbum est, necessariò includant? [locus obscurus, sic fortè elucidandus: Hæc duæ præpositiones ex, id est, ex præpo- sitio bis in allegata paulo ante Epiphaniij auctoritate posita: videlicet in, Qui ex ipso: & in, Qui ex utroque.] Nam ipse multis in Ambrosij expositionibus talem modum loquendi comperio, vt mos est Græcis, qui, cum ver- bum necessariò intelligitur, illud non exprimunt: quemadmodum etiam Basilius fecerat, qui dicens spiritum ordine dignitatẽque tertium, verbum omi- ferat, quod necessariò intelligitur. Altera verò Epi- phaniij auctoritas fuit hæc: Neque filium nouit quis, nisi spiritus sanctus, qui verè clarificat & docet om- nia, qui ex patre filioque vbi verbũ est, deest, ipsum tamen subintelligitur. Rogo igitur te, pater reueren- de ne in posterum oratione morali, vel verbis quã- doque mores significantibus, vti velis, quandoquã- dem ex ipsis nil firmi poterimus assequi. Et ne me in eo amplius repræhendas, quod quæ verba necessa- riò subintelligantur, ea exprimo. Ad secundam autè Athanasij auctoritatem breuibus respondeo ex ea nobis credendum, si diligenter ipsam perpenderi- mus, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse. Talem (inquit) ordinem & naturam sanctus spi- ritus habet ad filium, qualem filius ad patrem. Quo- nam igitur pacto, qui spiritum dicit creaturam esse, idem quoque de filio non necessariò credit? Hoc est ob ipsorum ordinis similitudinem. Ordine nanque naturæ, iuxta philosophos & theologos, vt aliàs de- monstrauit, quippiam ex aliquo generatur, ac ex vna persona producit altera. Porro autem non debe- mus in Theologia rerum diffinitionibus aliter vti, quàm ipsæ significant, quamquæ à doctoribus accipi- soleant. Siquidem igitur ordo naturæ, processio- nis est ordo, per quam vna res ab alia naturam accipit, quæ quidem natura, principiũ est quo vel per quod, vt Damascenus etiam inquit: sequitur, generationẽ esse ordinem naturæ, non veluti generantis, verum quo generans generat, quod quidem principiũ com- municabile est.

MAR. Ne mutes dictiones, pater reuerende. Aliud enim est dicere, ordinem & naturam: aliud ve- rò, ordinis naturam.

IOAN. Ordo secundum naturam, reuerende

pater & ordo naturæ, idem significant, quemadmo- dum de persona, ex qua fit aliud, dici potest, si rela- tionem principij habeat, quod quidem secundum na- turam communicatur. Vnde sequitur, sanctum spi- ritum ordine ac natura secundum post filium esse, & ab eodem esse accipere, ac cõsequenter ab ipso pro- cedere. Sed hæc hæc tenens. Nam de temporanea san- cti spiritus processione suo loco dicemus, quando- quidem alterius est considerationis.

IMP. Operæ precium esse nostis, patres amplif- ssi, vt breuibus disputetis: vos autem tam longam habui- stis orationẽ, vt antea dies defecturus videatur, quã nostri respondere sufficiant. Quibus dictis, sessio missa fuit, & ad diem sabbati dilata.

¶ DIE SABBATI DECIMAE QUARTAE  
mensis Martij, sessio vigesima secunda  
Florentiæ. MAR.



I ad omnes orationis tuæ partes oratio- ne perpetua respondere velim, hic dies mihi pater reuerende ad dicendum ne- quaquam sufficeret. Quoniã igitur ser- mones prolixi, nobis inuites læpissimè visi fuerunt: idcirco singulam quaque orationis tuæ partem memoria (vt poterò) repetendo, ad ipsas si- gillatim paucis respondebo, te interrogando, ac et- te rationes quærendo, & tibi cum fuerit opus, red- dendo. Quoniam autem P. R. dixisti nos primam Athanasij auctoritatem non benè intellexisse, quan- doquidem ipsam malè exposuimus, ideo nostræ re- sponstionis exordium ab ea sumemus.

IOAN. Vt disputatio nostra, P. R. iuxta prio- ris nostris sermonis ordinẽ habeatur, à Magno Basi- lio debes incipere, deinde ad Athanasium venire.

MAR. Quoniam sessione proxima, P. R. magni Athanasij auctoritas recitata & exposita fuit à te, id- circo mihi videtur, vt eadem prius explanemus, cla- riorẽque reddamus, postea verò ad magnum Ba- silium veniamus.

IOAN. Vt ordine bono P. R. hac in re pro- cedamus, agendum est nobis, vt dixi: sin minus, nos confusio poterit exoriri. Nam in superiore ses- sione primò ex me quæsiuisti, an crederem magnum Basilium huius fuisse sententiæ, ac vnà cum sanctis suis maioribus sensisse, sanctum spiritum ordine di- gnitatẽque tertium esse, deinde verbis eius à te ex- planatis, cõtinuò ad Athanasium venisti. Ego verò, vt eodem ordine tibi responderem, eandem Basilij auctoritatem prius exposui, ac eius aliam simul au- li, & ex præcedentium cum consequentibus eiusdẽ Basilij verborum nexu, mentem ipsius dilucidauit, necnon ex tua expositione magnum ipsum Basilium inconueniens sequi, demonstrauit: in extremum au- tem ad magnum Athanasium veni. Ne igitur ora- tionem nostram confundantur, idem nobis ordo ser- uandus est, cum præsertim beatissimus dominus no- ster serenissimo Imperatori, ac nobis omnibus id cõ- tendentibus benignè concesserit, vt singulis argu- mentis atque orationis partibus respondentes, eou- que disputationem nostram trahamus, quousque cõ- trouersia nostram modum inueniamus. Ad primam igitur magni Basilij auctoritatem, prius respondere debes.

MAR. Volebam equidem R. P. eodem ordine quo proximè sum loquutus, adhuc in præsentia te- cum

cum agere, ac in primis ostendere magni Athanasij auctoritatem ad nostram magis sententiam, quam ad vestram, facere. Verum quãdo tibi videtur, vt tui sermonis ordinem sequar, in hoc etiam morem geram tibi, & à Basilij auctoritate incipiam. Primò, tri- bus argumentis probare conatus es, librum vestrum mendosum non esse, quem ipsi dubio procul corru- ptum esse putamus. Quorum quidem argumentorũ primum fuit, quod idem Basilius alio etiam in loco testatur, sanctum spiritum à filio esse habere: alterũ, quod contra eius esset existimationem, (qui doctor egregius, admirationeque valdè dignus existit) si de diuinis dogmatibus hæsitans, verbo forsan, vsus fuisset, ac non sine ambiguitate suam sententiam literis mandasset. Postremò, ex nexu verborum ipsius Ba- silij iudicatis, vestrũ librum incorruptum, nostrum autem mendosum esse, sanctumque spiritum ordine dignitatẽque tertium esse. Sed antequam vobis res- pondeamus, hæc Basilij auctoritas recitetur: Vnum (inquit) patrem, vnum filium, vnum spiritum sanctũ esse, iuxta diuinam traditionem, profitendum nobis est, non autem duos patres, neque duos filios: quan- doquidem sanctus spiritus filius non est, neque nomi- natur. Et reliqua. In quibus verbis, patres amplif- ssi non legitur, neque ex ipsis necessariò potest in- ferri, sanctum spiritum à filio esse accipere: nam il- lud, Non enim à spiritu accipimus aliqua, quemad- modum à filio spiritus: sic debet exponi, nos non à spiritu accipimus aliqua, quemadmodum à filio ac- cipimus spiritum: nam spiritus apud Græcos neutri generis est. Et illud, quemadmodum à filio spiritus, quod vos pro nominatiuo casu accipitis, nos accu- satiuum credimus esse: quæ quidem expositio, no- stræ sententiæ ac verbis ipsius Basilij, necnon eiusdẽ menti quãmaximè conuenire videtur, vt statim mõ- strabimus: nam sancti spiritus inimici, hac disuncta oratione vtentes, contra Christifideles sic argumen- tari solebãt: Si spiritus ex patre genitus est, ecce duo filii: sin autem ex filio, ecce duo patres, hoc est, pater & filius. Aduersus quos hæreticos magnus Basilius inquit: Vnum patrem, vnum filium, vnum spiritum sanctum, iuxta diuinam traditionem, profitendum nobis est. Nam sanctus spiritus, quãuis ex patre pro- cedat, non tamen filius est, neque ex ipso, vt filius, na- tus, propterea inquit: Non autem duos patres, neque duos filios, quandoquidem sanctus spiritus filius nõ est, neque nominatur. Porro autem patet, nos à filio spiritum sanctum accipere, id est, adoptionis spi- ritum: nam filii secundum sui naturam proprium est, nos per spiritum adoptare, vt Paulus ad Galatas scri- bit: Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus spiri- tum filii sui in corda vestra, clamantem abba pater. Siquidem igitur spiritum adoptionis à filio accipiẽ- tes, à patre dicimur adoptari, à spiritu verò nil aliud præter spiritum ipsum accipimus, quemadmodum à filio spiritum ipsum, qui ab ipso alius est: sequitur, sanctum spiritum non esse filium, propterea nec à sacris literis filius nominatur. Hoc ergo sensu ma- gnus Basilius protulit, spiritum nõ esse filium, quod à spiritu nõ accipimus aliqua ab ipso videlicet alie- na, & per sese subsistentia, quemadmodum filii spi- ritum accipimus, alium ab ipso secundum eius per- sonam, sed ipsum spiritum ad nos venientem, & nos sanctificãtem, ac nobis sua charismata donãque lar- gientem suscipimus, vt Apostolus inquit: Hæc autè omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens

singulis prout vult. Ipse verò vnde habeas pater re- uerende, spiritum à filio esse accipere, non video, cũ ex his, quæ longa oratione recitauimus, Basilij ver- bis, neutiquam inferri videatur.

IOAN. Quãuis longam orationem reueren- de pater in exponendo Basilio habuisti, rem tamen ipsam neutiquam tetigisti, præterquam quod in fine ex me quæsiuisti, vnde illam expositionẽ habuerim. Ego autem tibi respondeo, verba hæc, Vnum patre, vnum filium, & reliqua, nõ absolutè, sed definitè ac determinatè prolata fuisse. Propterea, paulo inferiò inquit: Non enim à spiritu accipimus aliqua, quem- admodum à filio spiritus, quæ quidem cõparatio est.

MAR. At non ita nobis videtur?

IOAN. Vt si quis (verbi gratia) dixerit, nemo de serenissimi Imperatoris subditis, ab eo quicquã accipiet, quemadmodum eorum aliquis, quos in cõ- filium summus pontifex adhibet, ab ipso accipiet. In qua quidem oratione, quemadmodum nõ potest intelligi, vt illud, eorum aliquis quos in consiliũ ad- hiberet, sit casus accusatiui: ita quoque necesse est, vt illud, à filio spiritus, nominatiui sit casus.

MAR. Res ita, vt dicis, pater reuerende se ha- beret, si sic scriptum esset, quemadmodũ à filio spi- ritus accipit. Verum cum spiritus (vt sæpè sapius di- ctum est) accusatiui sit casus, eã, quam ipse dicis cõ- parationem, à mente Basilij aliena videtur esse, quẽ- admodum ipsum exponis, nos scilicet à spiritu non accipere aliqua, quemadmodũ à filio spiritus. Nam ipse volens ostendere spiritum non esse filium, ver- bis his vsus fuit. Quæ quidem si ad mentem ipsius Basilij conferas, nos ipsum melius explanare cogno- sces. Idcirco magnus Basilius inquit, sanctus spiritus non est filius, neque nominatur, quod ipsum à filio non accipimus, qui ab eo personaliter differt: à spi- ritu autem non accipimus aliqua, quæ ab ipso differ- rent, quemadmodum is spiritus alius à filio est. De- inde sequitur, sed ipsum spiritum ad nos venientem, ac nos sanctificãtem, & nobis sua charismata lar- gientem, videlicet communionem diuinitatis, filiiq; cohæreditatẽ, & reliqua id genus dona suscipimus. Sic ergo magnus Basilius debet exponi. Nam expo- sitio hæc, eius sententiæ melius conuenit.

IOAN. Non accipimus (inquis) à spiritu ali- qua, quæ ab ipso differant.

MAR. Non ea differre intelligo, quemadmo- dum spiritus à filio alius existit.

IOAN. Velim equidem huic vestræ sententiæ obicere, vt potè sacra scripturæ, ac ipsi veritati con- trariæ.

MAR. Cur obsecro, cum is doctor id sentiat? IOAN. Quæro ex te P. R. an sancti spiritus do- na, sint ab eis donis diuersa, quæ nobis tribuit?

MAR. Non ea ratione sunt alia, vt per sese pro- priisq; personis subsistant, quemadmodum filius ac sanctus spiritus per sese subsistere creditur.

IOAN. Non equidem quæro, an sancti spiritus dona, eo modo sint eadem vel diuersa.

MAR. Sunt sanè diuersa, non tamè per sese sub- sistentia.

BESS. Quãuis spiritus dona suscipiamus, ea ta- men per sese non subsistunt.

IOAN. At paulo ante proferebatis, ipsa diuersa esse à spiritu, quemadmodũ ipse diuersus à filio cre- ditur esse.

MAR. Eandem ipsam sententiam illa Basilij autho-

\* sanctũ esse.

Galat. 4.4

1. Cor. 12. b



authoritate confirmare possumus.

*IOAN.* Quæro ex te reuerende pater vtrum spiritus à filio datus, creator sit, an creatura. Nā queuis res, creator creditur esse vel creatura. Porro autem ipsi credimus sanctum spiritum creatorem esse, opera verò eius creaturum (inquam) is sanctus spiritus, quem Deus per Iesum Christum in nos infundit abudè, sit creatura necne. Obmutuit pater Ephesius. Iterum peto, pater reuerende an sancti spiritus gratiæ, vnà cū ipso ac eius persona, Christicolis largiantur necne: & an sint eadem cum his, quæ ab hominibus suscipiuntur. Videns autē Imperator Ephesum respondere nolle, ac timens, ne sermo ad aliam quæstionem transiret, Græciq; cogerentur de creatore ac creatura differere, iussit ne amplius de quæstione huiusmodi verba facerent. Latinis autem eadem repetentibus, ita respondit:

*IMP.* Hæc ad propositum, patres amplissimi nequaquam spectare videntur, neque ab huiuscemodi quæstione nostrum dependet negocium: de quo solo, non autem alia de re, quæ forsitan causa futura nobis controuersia fuerit, inter nos agere cōuenit.

*IOAN.* At operæ precii esset, serenissime Imperator, vt hæc etiam quæstio dissolueretur.

*MAR.* Illa Basilij authoritas, patres amplissimi aliter à nobis, quàm à vobis exponitur. Siquidem igitur ex ambiguis ac obscuris, nil necessariò potest concludi, sequitur vos nihil ex ipsis ostendere posse. Quauis autem authoritas ipsa sic etiam posset exponi, quemadmodum vobis videtur, à spiritu nō accipimus aliqua, quemadmodum à filio spiritus accipit, licet talis expositio prioribus verbis Basilij nequaquam conueniat, quia tamen ex eo non infertur filium spiritus causam esse, idcirco ipsa ommissa, ad aliam veniamus.

*IOAN.* Ex beati Cyrilli literis, patres amplissimi quæ sic incipiunt, Seruatore nostro clarè loquente, docemur, nos non solum accurate verba perpendere, verum etiam doctoris mentem diligenter inspicere debere. Siquidem igitur authoritates sanctorum in medium proferentes, ipsarum sensum exactè non explicare, displiceretque vellemus, contra sanè Cyrilli canonem ageremus. At ipsi, qui profitemur ipsam Cyrilli sententiam & legem seruare, illam Basilij authoritatem meridiana luce clariorè esse teneamus, de qua tantum hi meritò possunt ambigere, qui eam exponunt malè, vt vobis credimus contigisse.

Qui cum ipsam non bene intelligatis, in multa inciditis incommoda, ac facitis eandem ipsam authoritatem, opposita simul includere, proferentes, quemadmodum à spiritu accipimus aliqua, ita etiam à filio spiritus, quod contra omnes doctores videtur esse: quandoquidem spiritum accipientes à filio, spiritus etiam dona suscipimus, necnon eadem dona suscipientes, spiritum etiam ipsum vnà cum eius donis accipimus. Quemadmodum Paulus Apostolus inquit: Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datum est nobis. Siquidem igitur accipientes à filio spiritum, spiritus etiam dona (vt est suprà dictum) accipimus, & ipsa dona suscipientes, spiritum etiam ipsum suscipimus. Et magnus Basilius inquit: A spiritu non accipimus aliqua, quemadmodum à filio spiritus: vbi profectò, quia quandam accipiendi diuersitatem is doctor intellexisse videtur, necesse est, vt spiritus nominatiui, non autem accusatiui, sit casus. Latinorum itaq; pa-

trum expositio, vera & clara est, vt non accipiamus à spiritu aliqua, quemadmodum à filio spiritus accipit: nam ipsa dona (vt ipsi etiam paulò ante dixisti) à spiritu sunt seiuncta, & quod spiritus à filio accipit, diuinum idemque cum ipso spiritu creditur esse, quandoquidem creatura non est: sua verò dona, que nobis largitur, proculdubio creatura sunt. Necesse est ergo, hæc magni Basilij authoritatem exponi, & intelligi.

*MAR.* Nos non inficiamur, patres amplissimi hanc vestram expositionem posse stare ac verà esse, cum omnes in hoc conueniamus, fieri non posse, vt absque spiritu nos eius dona acceperimus, quandoquidem singula eorum cum eodem spiritu suscipimus, quòd totus spiritus in suis singulis donis existit. Quæ quidem verba tamen vera sunt, adhuc tamen expositio nostra, vera potest esse: quandoquidem à spiritu non aliqua per sese subsistentia suscipimus, quemadmodum à filio spiritum accipimus. Quæ quidem expositio præcedentibus Basilij verbis consona magis videtur. Quæ omnia, patres amplissimi quauis verisimilia sint, nequaquam tamen ex ipsis consequitur, sanctum spiritum à filio esse accipere, sed nos ab ipso spiritu creaturas suscipere. Hæc ergo pater reuerende meliùs demonstrato, de quibus inter nos controuersia est.

*IMP.* Vt tibi pater Ephesius morè gereret, huius quæstioni P. R. respondit. Verum in posterum ne verbum quidem de ea faciet, quandoquidem nō tot de causis huc conuenimus.

*IOAN.* Hæc expositio, patres amplissimi vera est, vt spiritus nominatiui sit casus. Nam hæc oratio, à filio spiritum accipimus, nos spiritum vnà cū eius donis accipere significat, vt ait Apostolus: Dilectio Dei posita est in cordib⁹ nostris, hoc est, ideo, quòd filius dat nobis spiritum. Accipere igitur à filio spiritum, nil aliud significare videtur, quàm (vt paulò ante dictum est) spiritum cum eius donis accipere: quæ quidem donorum acceptio nil aliud est, quam, quòd idem Basilius in eodem loco declarat, videlicet diuinitatis communicatio, & bonorum participatio, ac pignus hæreditatis æternæ, quæ omnia Basilius inquit) à spiritu accipimus. Quæ igitur spiritu accipere credimus, his eadem donis ipsis dēntur, quæ nobis filius elargitur per spiritum. At magnus Basilius, non enim (inquit) à spiritu accipimus aliqua, quemadmodum à filio spiritus: quæ quidem, si spiritus, casus esset accusatiui, essent eadem. Verum maxima differentia debet esse inter ea, quæ spiritus à filio accipit, quæque ipsi à spiritu accipimus: quandoquidem principium in Theologia notissimum est, id quod ipse Basilius in eodem loco citat, duo tantum genera rerum existere, id est, creatorem & creaturam: porro dona, que spiritus nobis largitur, creatura sunt & seiuncta: spiritus verò sanctus, creator. Vnde sequitur, si non à spiritu accipimus aliqua, quemadmodum à filio spiritus, vt id, quòd spiritus à filio accipit, diuinitas sit. Tua igitur expositio nulla ratione menti Basilij conuenit. Hæc Ioannes, Nolente autem Ephesio quicquam de hoc amplius proferre, Imperator sic dixit:

*IMP.* De proposita quæstione necesse est, in præsentia disputetis, de hac verò forsitan aliàs.

*IOAN.* Equidem te, serenissime Imperator, sapientissimum ac ingeniosissimum esse puto, mihiq; persuado, te veritatem huiusce rei cognoscere, ac ipsum

ipsum Basilius aliter exponi non posse. Siquidem igitur tibi lubet, vt finem his ponamus, satis tibi libentissimè faciemus.

*IVL. CARD.* Si quæ dubitatio est, Pater reuerende, viderint auditores.

*IMP.* Ita quoque nobis videtur.

*IVL. CARD.* Dominus prouincialis, Patres amplissimi Basilij authoritatem quam optime declarauit, ita vt aliter exponi non possit, vt vobis omnibus exploratum est: idcirco (si vobis placet) ad alia veniamus.

*IMP.* De hac quæstione suo loco cōsiderabimus.

*IOAN.* Quoniam de his satis est dictum, ideo si beatissimo summo pontifici & serenissimo Imperatori videtur, orationem nostram ad alia transferemus.

*MAR.* Quoniam authoritas ipsa videtur ambigua, & vtraque ex parte variè intellecta: idcirco ad alterum orationis tuæ caput, si lubet, veniamus.

*IOAN.* Nos autem profitemur ipsam satis superque exposuisse ac dilucidasse.

*MAR.* Fieri non potest, Patres amplissimi vt spiritum in loco tertio disponamus & numeremus: nā in diuinis personis non sunt, primum, secundum, tertium: neque vnum, duo, tria, verum vnum & vnum & vnum, & vnà substantia. Siquidem igitur generare producere, & que, non naturalia & propria, sed hypostatica sunt: sequitur, si sanctus spiritus ex patre fit: quòd, producit, vt ex duabus personis producat, quæ duæ causæ ac duo principia essent.

*IOAN.* Nequaquam, pater reuerende, nequaquam. Non enim duo principia, duæve causas in diuinis, verum vnicum tantum principium & causam profitemur. Nam pater vt pater, ad filium refertur: filij enim est pater. Similiter filius vt filius, ad patrem: patris nanque filius est, quo quidem non existente, pater esse non poterit, quandoquidem relatiua sunt. At sanctus spiritus neque ad patrem, neque ad filium, quatenus pater & filius sunt, per se potest referri. Est ne ita, an non?

*MAR.* Quid ni?

*IOAN.* Porro spiritus vt spiritus, ad spirantem refertur. Spirantes verò sunt, pater simul & filius, cū sine vlla controuersia spiritus patris filijque dicatur esse: qui quidem vnà eademque spiratione, facultateque productiua, spiritum sanctum spirat atq; producant. Quæ quidem potentia facultasque productiua, cum vnà eademque numero sit, patris præcipue creditur esse, à quo etiam filius accipit ipsam. Quæ ratione patres amplissimi dicere solemus patrem & filium, vnicum spiritus sancti principium & causam esse.

*MAR.* Fieri ne potest, Pater reuerende, vt duæ personæ vnà sit causa? Nimirum personæ cōiungi nō possunt, alioquin verum esset Sabellij dogma.

*IOAN.* Si me patienter & æquè animo auscultaueris, me pater reuerende facile intelliges. Nam vnicam causam vnicumve principium, patrem in diuinis esse profitemur, filij quidem per generationem, spiritus autem per processionem. Porro, quoniā pater in generando filio, sine tempore spiritum simul producit, idcirco filius ex patre accipit esse, ac simul spiritum sanctum producere, non ex sese, sed ab illo à quo etiam habet esse. Quæ quidem ratione (vt suprà diximus) pater præcipue simplicitèrque sancti spiritus causa est. Non igitur in diuinis duo princi-

pia sunt, propterea quia quæcunque filius habet, ad patrem referuntur.

*MAR.* De his hæctenus. Nunc ad secundam partem veniamus. Liber (inquis) vester incorruptus est, nostri verò ex eo mendosi creduntur esse, quòd non conuenit credere magnum Basilius in sancti spiritus Theologia dubitasse, ac verbo forsitan, vsu fuisse, dicentem, forsitan pietatis ratio tradit. Ipsi autem tibi respondemus, hanc magnam Basilij sententiam non fuisse, neque aliquos sanctos id literis mādasse, quòd Eunomius proferebat, sanctum videlicet spiritum ordine dignitatèque tertium esse, vt ex ipsius Basilij verbis apparet. Sanctorum (inquit) simulat cōseruare doctrinam. Et infra: Qui verò illi sancti sunt, & in quibus sermonibus doctrinam fecerunt, non potest dicere: Fuerit ne vnquam homo sic audax, qui diuinorum dogmatum innouationes induceret? nullos profectò sanctos Eunomius poterat citare, qui talem sententiam habuissent. Nam magnum Athanasium nequaquam sanctum esse credebat, & ante ipsum neminem sanctum doctorem fuisse constat, qui illam sententiam habuisset. Neque igitur Eunomius ostendere poterat, eam fuisse sanctorum doctrinā, neque ipsam Basilius suscepisse videtur. Porro quoniam Eunomius scripturæ sacre potuisset inniti, in qua seruator noster inquit: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: ex quibus verbis quisquā forsitan credere posset, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, idcirco magnus Basilius id di-

Mat. 28.8

putationis causa suscipiens, ac ex hypothesi sumens, inquit, sanctum spiritum dignitate secundum esse à filio, forsitan pietatis ratio tradit: pietatis quidem rationem appellans eam, quam ex sancto Euangelio habemus, ita vt hoc modo Magnum Basilius exponentes, credere debeamus ipsum in hoc hæsitasse, an ratione pietatis, hoc est, ex sacra scriptura haberetur, sanctum spiritum dignitate quoque tertium esse: propterea inquit, cur enim necesse est, & si dignitate ac ordine tertius est, natura quoque ipsum tertium esse: ita vt illud forsitan, ad id debeat referri, quòd ex sacra scriptura non clarè patet, sanctum videlicet spiritum dignitate tertium esse. Ne autem quifquam crederet, sanctum spiritum ex eo dignitate tertium esse, quòd ordine tertius est, ideo magnus idem Basilius (vt in nostro libro benè scriptum est) post angelorum exemplum inquit: Sic profectò & spiritus sanctus dignitate quidem & ordine secundus est, vt aiunt, accepimus enim ipsum tertium à patre & filio numeratum, & reliqua. Cui soli Euangelicæ authoritati, patres amplissimi, Eunomius innitebatur, quandoquidem sanctorum aliam non habebat, quæ suam sententiam tueretur. Quòd quidem Euangelicum dictum Basilius (vt sæpenumerò dictum est) dans Eunomio eo modo interpretandū, verbo forsitan vsus fuit, ac si sic dicere voluisset: Eunomius Euangelio forsitan innititur, quòd forsitan dicit sanctum spiritum dignitate tertium esse: non tamen inde consequitur, ipsum natura quoque tertium esse. Qui quidem Basilius, cum vocaret in dubium, an sanctus spiritus dignitate tertius sit, idcirco in eodem ipso sermone sic inquit: Non tamen alienæ ipsum esse naturæ inde consequitur, quanquam concedendū non sit. Quæ quidem particula, quanquam concedendū non sit, in vestro libro nequaquam habetur. Non igitur magno Basilio dedecori vel turpitudini creditur esse.

esse, si in eo sermone, quem non affirmas, sed ex hypothese sumes, verbo forsan, protulerit. Sic ergo Basilium, nostris libris, qui quamplurimi sunt, acquiescentes, exponimus ac intelligimus.

*IOAN.* Vt veritas libri nostri, ac simul vestrorum falsitas appareat, pater amplissime fierique non posse, vt aliqua ratione, ex vestris huiusmodi libris veritas habeatur, tres omnes Basilij in Eunomio libros, secundum Ambrosij expositionem, diligenter examinaui: ex quo quidem bene cognoui, in quibusnam differamus. Quæ dum explico, attendite, obsecro. In nostro quidem libro scriptum est ita: Dignitate nanque ipsum secundum à filio, cum ab ipso esse habeat, & ab ipso accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit: natura verò tertia vti, & reliqua. In vestro autem ita: Dignitate nanque ipsum secundum esse à filio, forsan pietatis ratio tradit, natura verò tertia vti, & cætera, vbi multorum verborum defectus patet clarissime. Præterea Basilium volens probare, spiritum ita sese habere ad filium, quemadmodum filius ad patrem, his verbis vitur: Nam quemadmodum filius, ordine quidem à patre secundus est, quoniam ab illo: & dignitate, quoniam origo atque causa essendi pater ipsi est, & quoniam per ipsum accessus & deductio ad Deum patrem: natura verò nullo modo secundus, quoniam in vtroque vna est deitas, ita videlicet & sanctus spiritus, & si dignitate & ordine secundus à filio est, non tamen verisimiliter alienæ ipsum esse naturæ inde consequitur. Hæc in nostro volumine. In quibus quidem verbis nulla est ambiguitas vel conditio, sed simplex ac mera comparatio vel similitudo. Vos tamē his verbis hoc additis, quam concedendum non est: & facitis, vt argumentum & ratio tanti viri, sit ambigua & conditionalis. Sed est alia quoque magna nostrorum codicum dissonantia. Nam magnus ipse Basilium, post Angelorum ac siderum exemplum, eandem veram, simplicem, ac sine ambiguitate aliquam conditione, certam conclusionem infert, sanctum spiritum dignitate & ordine tertium esse, quam quidem pietatis ratione, cui inniti maximè videtur, demonstrat. Accepimus enim (inquit) tertium à patre & filio numeratum, cum ipse dominus in traditione salutari baptismatis ordinem tradiderit his verbis: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quæ sanè verba Basilium pietatis vocat rationem. Quibus verbis opinionem suam (vt dictum est supra) fulciens, sanctum spiritum dignitate & ordine tertium esse ostendit, quæ omnia sequentiū cū præcedentibus nexu valdè consonant. Nam angelorum exemplum pro vero ac absoluto suscipiens, sic ex eo argumentatur: Quemadmodum angelorum alius princeps, alius subditus, & tamen omnes angeli natura sunt, & in dignitate quædam diuersitas, in natura verò communitas est, sic profectò & spiritus sanctus, & cætera. In quo quidem argumento, quod in prima propositione videtur accipere, id simplex, absolutum, definitum, ac sine aliqua conditione aut hæsitacione videtur esse: ergo necesse est, vt id quod ex eo cõsequitur, certum & non ambiguum sit, quemadmodum ex nostri codicis lectione habetur. At in vestro verbum hoc, vt aiunt, additum est, ita vt magnus Basilium non ex certa scientia, verum dubitanter eam sententiã habuisse videatur. Videre videor, patres amplissimi verba Basilij, vt in vestro nostròq;

codice scripta sunt, memoriter repetisse. Verum, si qua in parte defecerim, eam tu reuerende pater explana, quando quidem mihi videtur, non aliis in Basilij verbis nos differre. Vt autem veritas magis pateat, in exponendis ipsis patienter constantèq; persistamus. Nam in ipsis vertitur cardo, cum eisdem, iactis pro fundamentis, magnus Basilium in Eunomium disputat, quæ quidem verba si essent ambigua nil profus ostendere possent. Quæro igitur ex te, reuerende pater, id quod sessione proxima ex me petiisti, vtrum ex hac Basilij autoritate sentias, magnus Basilium credidisse aliquos sanctos fuisse, qui credidissent, literisque mandassent, sanctum spiritum ordine dignitatèque tertium esse, necne?

*MAR.* Equidem pater reuerende, neque Basilium id sensisse, neque ipsum credidisse, hanc fuisse sanctorum sententiam, neque denique assensum fuisse Eunomio, proferenti sententiam ipsam à sanctis sibi fuisse traditam, censeo, vt ex ipsius Basilij verbis apparet.

*IOAN.* Vt magnum Basilium, pater reuerende, hoc sacrum concilium intelligat optimè, ab initio tertij in Eunomium libri, vsque ad eam partem, cur enim necesse est: omnia verba Basilij repetens, ipsum explanabo, quando quidem ipse non pauca præteristi. Vix tandem (inquit) blasphemis in vni-genitum saturatus, ad spiritum sanctum transit, totique suæ consentanea voluntati de ipso etiam distulit: id est, cum nil à sanctis habuisset. Deinde verba Eunomij repetit. Cum verò (inquit) hæc nobis de vni-genito sufficiat, reliquum est, vt de paraceto quoque dicamus. Nec opiniones non exquisitas multorum sequemur, sed sanctorum in omnibus doctrinam cõseruabimus, à quibus cum dignitate ac ordine tertium ipsum didicerimus, tertium quoque natura esse credidimus. Hæc Eunomius. In quo quidem sermone magnus Basilium tria verba in primis notare videtur. Primum illud, nec opiniones non exquisitas multorum sequemur. Secundum illud, sed sanctorum in omnibus doctrinam cõseruabimus. Postremum illud, à quibus cum dignitate ac ordine, & reliqua. Quibus omnibus eodem ordine contradicit, ita dicens: Quod igitur non putat oportere in simplici sincera fide multorum permanere, sed artificiosis quibusdã ac cauillatoriis rationibus ad id, quod videtur, veritatem rursus commutare. Eunomium igitur reprehendit, quod multorum fidem despiciere videbatur, quæ spiritum sanctum glorificarent. Et quibus quidem verbis apparet, Eunomium bene nouisse, quoniam hi fuerint, qui eam de spiritu sancto opinionem habuerint: quos tamen Eunomius inibi faciens, sanctorum simulat cõseruare doctrinam, & tacet eos, (inquit Basilium) quemadmodum in sermonibus suis de filio fecerat. Et infra: Qui verò illi sancti sint, & in quibus sermonibus. Et paulò infra: Cur enim necesse est, & reliqua. Quæro igitur ex te, reuerende pater, an ipse magnus Basilium multorum illorum sententiam nouerit, quos Eunomius sectari noluerat? & an artificiosa & cauillatoria Eunomij sciuerit argumeta, quibus veritatem euertere cupiebat? Credo equidem, Patres amplissimi, Basilium hæc omnia explorata fuisse, necnon quinam hi sancti fuerint, quos Eunomius proferre non poterat.

*MAR.* Eunomius, pater reuerende, multorum opinionem, de sancto spiritu eam esse intelligebat, quam multitudo Christianorum ex traditione ba-

ptimatis salutari cõceperat. Ex eo enim quod sanctus spiritus cum patre & filio disponitur atq; numeratur, piè quoque Christiani crediderant, spiritum sanctum eiusdem esse naturæ.

*IOAN.* Benè igitur Athanasius ac cæteri sentiebant?

*MAR.* Ipsi etiam credebant cum pluribus.

*IOAN.* Eunomij autem artificiosos ac sophisticos sermones, quos putas fuisse?

*MAR.* Quia multorum spernebat opinionem, quodque sanctorum doctrinam simulabat seruare, quos nequaquam proferre, nominareque potuisset, (nullos enim tales fuisse credendum) quod denique sanctum spiritum ordine dignitatèque tertium esse concedens, ipsum natura quoque tertium esse, artificiosè cauillatorièque ratiocinabatur. Quam quidè conclusionem Basilium volens euertere, dat, non tamen concedit Eunomio, spiritum ordine dignitatèque tertium esse, probans, non tamen ex eo necesse esse, vt natura quoque tertius sit. Patet ergo, Eunomij rationes artificiosas fuisse, quibus cõcludere ostenderetque nitebatur id, quod ex ipsis necessariò non potuisset inferre.

*IOAN.* Eunomius, Patres amplissimi sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, à sanctis accepisse profitebatur, ratus, ex eo simpliciter ac sine controuersia concludere posse, ipsum natura tertium esse. Necesse enim fuerat ei ad conclusionem ipsam probandam, argumento fultem sophistico, aparenterque vero vti, quod quidem fuisse creditur, iam quod à sanctis accepisse dicebat. Idcirco Basilium inquit, sanctorum simulat cõseruare doctrinam non autem dicit, artificiosas & cauillatorias rationes accepit. Pater igitur, Eunomium ex præcedenti vero, conclusionem suam ostendere voluisse, ac ipsam veram esse putasse. Quod quidè Eunomij argumentum si bene perceperitis, dubio procul vobis patebit, ipsum conclusionem eam inferre voluisse. Cum sanctis autem illis, qui sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse proferrent, ipse Basilium sentiebat, quorum sententia Eunomio nequaquam optulabatur, vt ex ea conclusionem suam posset inferre, sanctum videlicet spiritum natura quoque tertium esse. Quandoquidem sancti, tamen noti fuerint, quoniam tamen eorum sententia ad Eunomij rem neutiquam facere videretur, idcirco is Eunomius ipso (vt inquit Basilium) nominate non audebat, quos multos esse dicens, opiniones eorum non exquisitas appellabat, qui sancti sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse profitebantur, quos tamen Eunomius paruifaciebat, & nulli alij sancti fuerant, quos verè posset citare. Propterea Basilium inquit: Qui verò illi sancti sint, & in quibus sermonibus doctrinam fecerunt, non potest dicere. Quibus quidem Basilij verbis, pater Ephesie, falsò videtur adduci, vt credas ipsum Basilium neutiquam credidisse, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, nec illos vnquam sanctos huiusmodi sententiã habuisse, cum, si qui fuissent, eos (inquit) Eunomius citauisset. At ipsi dicimus, nonnullòs sanctos nostros ante ipsum fuisse, qui cū eius opinionis fuerint, spiritus sancti quoque processione credebant: Eunomium autem Arianorum secta inuolutum, cum ipsis sanctis sentire noluisse. Nunc redeo ad proximū meum sermonem, ad quem etiam respõdisti. In quo quidem Eunomij verba repetij, vt vos, patres amplif

simi, rem nostram melius intelligeretis. Magnum dicebam Basilium volentem Eunomio contradicere, suam primò conclusionem simpliciter posuisse, ac ipsam deinde (vt ex nostri codicis lectione videtur) duabus rationibus demonstrasse: altera, quod quemadmodum filius se habet ad patrem, ita etiam spiritus ad filium: altera verò, angelorum exemplo, quippe qui verus ratiocinandi modus existit, vt ex propositionibus veris, simplicibus ac absolutis, veræ, simplices & absolutæ conclusiones inferantur: quandoquidem canon certus ac non fallax in dialectica est, vt ex propositionibus veris, falsum inferri non possit. Cum igitur vera & non ambigua magnus Basilium proposuerit, conclusionem etiam veram necessariò intulit. Differt autem nihil, siue illa fuerint argumenta, siue autoritates: sacra nanque scriptura & autoritates sanctorum, verorum argumentorum vim habent. Ex vestri verò libri lectione duo non parua incommoda sequi videntur: nam ex propositionibus veris falsa conclusio sequitur, & ex ambigua Basilij propositione, vera, non autem ambigua conclusio habetur. Quod dubio procul fieri non potest: nam necessaria conclusio, ex dubia propositione nequaquam consequitur. Dispice igitur obsecro, pater reuerende, quibus in tenebris versere, in hac ista tua persistens sententia, nam ex his duabus rationibus patet, librum vestrum in hac parte mendosum & corruptum esse.

*MAR.* Non equidem arbitror, patres amplissimi, necessarium esse, vt ex simplici ac absoluta oratione conclusio simplex & absoluta semper sequatur: quinimò fieri posse existimo, vt quippiam verum simpliciter sit, id tamen quod ex eo infertur, non verum simpliciter, sed ex hypothese ac alicuius positione verum existat. Quemadmodum magnus Basilium ratiocinari videtur, qui angelorum exemplis, quæ vera simpliciter sunt, non necessarium esse, diuersam ipsos naturam habere, demonstrat, & si alius quidem princeps, alius verò subditus (vt inquit Basilium) sit: quippe qui positus angelorum exemplis, datòque sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse, quod Eunomius ab Euangelio habere profitebatur, non tamen necessarium esse demonstrat, spiritum natura quoque tertium esse. Non igitur verum est, vt ex simpliciter absolutèque veris, id, quod concluditur, tale sit.

*IOAN.* Vt me melius intelligas, reuerende pater, hoc exemplum do tibi: Homo currit, ergo mouetur. In quo quidem argumento necesse est intelligere, non solum hominem simpliciter currere, verum etiã ex cõditione, vt si homo currit, moueatur.

*MAR.* Non ita se habet. His dictis, sessio fuit dimissa, sancta iubete synodo, vt die Martis frequens iterum conueniret.

EDIE MARTIS DECIMASEPTIMA  
mensis Martij, sessio vigesimatercia  
Florentia. MAR.



Ostra quidem religio, patres amplissimi non ab hominibus, neque per homines initium habuit, confirmataque fuit, verum ab ipso domino Iesu Christo, quem discipulis suis clarè & apertè locutū fuisse credimus: idcirco verbis ambiguis & obscuris positus

\*etandem

Mat. 28. c

ptimã

positis, (licet ea etiam accuratè considerata, à nobis magis, quam contra nos faciant) eo nostram transferamus orationem, vnde rerum omnium canonem nos habere oportet. Porro autem credendum est, magnum Basilium nec contra Christum dominum & eius discipulos, nec ipsorum posteriores, nec sibi ipsi, dissona scripsisse, memoriæque prodidisse, vt pluribus eiusdem Basilij verbis vobis probauimus, ac dei benignitate, à quo dicendi facultatem habemus probabimus. Age igitur laudemus discipulum a præceptore, ac seruum à domino, & eundem ipsum Basilium in suis sermonibus, non à domino discrepasse, verum ipsum secutum fuisse, probem. In primis quidem Deus et verbum, ac primus theologus & theologorum omnium doctor, cum extremo sermone discipulis suis illa theologiæ secreta proderet, dixit: Cum autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis, qui à patre procedit ille testimonium perhibebit de me. In quo quidem sermone, cum de tribus personis mentio fit, tribus etiam verbis vitur, singulis videlicet ad personam singulam referendis. Nam de spiritu sancto protulit illud, Cum autem venerit paracletus: de seipso patreque, Quem ego mittam vobis à patre: de solo autem patre, Qui à patre procedit. Inspice igitur, obsecro, Pater Reuerende quam exactissimam theologiam nobis tradiderit. Per illud enim, Cum venerit, maximam spiritus libertatem ac facultatem ostendit: per illud verò, Quem ego mittam vobis à patre, suam & patris benevolentiam erga spiritus sancti præsentiam, apparitionemque demonstrat: per illud autem, Qui à patre procedit, patrem spiritus causam esse patefecit. Pro quarum duabus primis partibus Gregorius theologus in sermone de sancto spiritu, quem in festo Pentecostes habuit, inquit: Venientem quidem vt liberum, missum verò non vt *errit.* hoc est, cōtra Deum. Quoniam enim pater iam diu præcognitus fuerat, ac deinde filius, postremò verò spiritus sanctus apparuit: ne quisquam impius crederet, ipsum alterius existentem naturæ ac voluntatis, aduersus Deum venisse, idcirco à patre & filio mitti dicitur, ita vt illa missio, ipsorum benevolentiam (vt est supra dictum) significet. Item in alio de sancto spiritu sermone theologus idem inquit: Mittitur quidem œconomicè, venit autem sua sponte: sancti spiritus apparitionem, ob generis humani commodum, œconomiam appellans. Ergo quemadmodum verbum mittere, ad patrem simul & filium refertur: venire verò, ad spiritum: (solus enim spiritus venit, minimeque necesse est intelligere, personam aliam cum ipso venisse vel venire) ita quoque credendum est, verbum procedere, ad patrem ita referri, vt ex ipso solo, non autem ex filio, processio fieri intelligatur. Cur etenim de sancto spiritu loquens dominus, cum ex se & patre mitti protulit: de processione verò faciens mentionem, non à nobis dixit, vel ex me patreque procedere, verum, qui à patre procedit: Quoniam igitur spiritus sancti processio, patris propria est: idcirco necesse non est, vt filius in ea intelligatur, cuius quidem rei testis est sæpè nominatus Gregorius, qui de diuinarum personarum proprietatibus loquens, inquit: Propterea nostris in terminis stantes, ingenitum & genitum, & quod ex patre procedit, proferimus, vt ipse Deus & verbum dicit. Siquidem igitur sancti spiritus proprium est, non quidem simpliciter, sed ex patre procedere: pro-

prium verò cum eo, cuius est proprium, necessario conuertibile est, ac eidem æquale: necesse est, has enunciationes veras esse: Quod sanctus spiritus est, id ex patre procedit: & quod ex patre procedit, id sanctus spiritus est: ita vt si quid aliud esset, quod ex alio quoque procederet, id spiritus sanctus non fore quod palam est secundum veram rationem conuersionis. Fieri ergo non potest, cum sanctus spiritus ex patre procedere dicitur, vt ex filioque subintelligatur procedere, quam quidem firmissimam rationem ex nostri seruatoris verbis, necnon ex nostro theologo habuimus. Nunc ad ipsius nostri seruatoris discipulum, & arcanorum eius participem, & cælestem hominem, ac vas electionis Paulum veniamus: quidque ipse de sancto spiritu ac eius essentia scripserit ad Corinthios, accuratè consideremus. Nos autem (inquit) non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo. Ne autem quispiam crederet Paulum ex filio quoque subintellexisse, per beati Ioannis theologi doctrinam inspiciat, eandem ipsam Pauli theologiā dilucidantem, ea videlicet ex parte, qua, semper virgine Dei genitrice Maria fauente, magno ac admiratione digno Gregorio arcana theologiæ aperuit, vt beatus Gregorius Nissenus in eius vita testatur. Qui quidem sanctus Ioannes inquit: Vnus spiritus sanctus ex Deo essentiam habens, ac per filium manifestatus hominibus, & reliqua. Vnde clarum esse videtur, fieri non posse, verbum, ex filioque subintelligi: nam huic rationi, ex deo essentiam habens, non illud statim subiunxisset, ac per filium manifestatus hominibus: qua quidem particula demonstrat, soli patri proprium esse, vt ex ipso sanctus spiritus esse habeat: filio autem, vt per ipsum mortalibus appareat. Audientes ergo spiritum ex Deo esse, non non est necesse, quinimmo fieri non potest, vt ex filioque subintelligant: quandoquidem hæc duæ orationes, sanctum spiritum ex Deo essentiam habere, ac per filium manifestari, diuersa significant. Hoc enim filio, illud vero patri, dubio procul ascribitur. Quæ omnia ex literis sacris habentur. Porro autem Dionysius Pauli discipulus, ac eiusdem secretorum & mysteriorum particeps, quidam in hoc sentiat, videamus: quippe qui in capitulo, quod inscribitur, Quæ sit vnio & discretio in diuinis, inquit: Hæc autem & discretio in supersubstantialibus theologiis, non quam dixi tantum, quod secundum ipsam vnionem immixte & inconfuse collocatur vnique, que principalium personarum, sed quod ea, quæ sunt supersubstantialis deiformitatis, non conuertuntur ad se inuicem. Solus autem fons supersubstantialis deitatis est pater. Siquidem igitur solus fons supersubstantialis deitatis est pater, qua quidem ratione à filio & spiritu sciuntur: (loquitur autem de perfecta diuinarum personarum disiunctione) sequitur, vt neque filius neque spiritus cum patre, quatenus fons est, communiceat: alioquin in personis ipsis confusio, non autem sciunctio esset. Propterea (inquit) neque coniuncta destruere, neque subiuncta confundere licet. Fontis autem ratio nullo pacto refertur ad filium ob idque sancti spiritus causa filius esse non potest: nam à supersubstantiali diuinitatis fonte spiritus sanctus scaturit. Siquidem igitur solus pater diuinitatis fons est quo quidem à filio sanctoque spiritu segregatur, sequitur, vt solus etiam mittens spiritum sit.

Vnde sequitur, vt vestrum dogma ex talis tantique doctoris sententia, non solum nequaquam probetur,

betur, verum etiam clarissimè refellatur ac reprobetur. Quam quidem sententiam magnus etiam Athanasius in sermone, qui de æterna filij sanctique spiritus essentia inscribitur, ita testatur: Disiungimur (inquit) ab iis, qui Iudæos secuti, cum Deum de Deo negant, vt Christianorum fidem evertant, Deum vnū vt Iudæi profitentur: non quod solus ingenitus ac solus diuinitatis est pater, verum quod sine filio, ac sine fructu viuientis verbi existit. Vbi doctor etiā ipse, patrem solum ingenitum, ac solum fontem diuinitatis testatur. Vt autem fieri non potest, vt esse ingenitum, alicui personarum communicetur: ita etiam fieri non potest, vt fons diuinitatis cum filio communicetur. Vnde sequitur, vt filius non sit fons, neque consequenter sancti spiritus causa. Ecce patres amplissimi quam clarè sancti doctores in hac veritate conueniant. Sed vniuersalium quoque conciliorum sententias, eandem ipsam veritatem testantes, in medium proferam. Nam primum Nicænū ad hæsitantem quendam philosophum pro Leontio Cæsareensi præfule, scripsit ita: Suscipe vnā patris diuinitatem, filium ineffabiliter generantis, necnon filij ex eo geniti, sanctique spiritus, qui ex ipso patre procedit, quique filij proprius est, secundum Paulū Apostolum, qui, si quis spiritum, inquit, Christi non habet, is non est eius. Quæ quidem verba patres amplissimi perpendenda sunt, ac ipsius sacre synodi mens accuratè consideranda, quæ de spiritus sancti theologia loquens, videlicet vnde procedat & diuinitatis causam habeat, ex patre protulit: ne quis forsitan putaret, processionem ad filium debere referri, de quo paulò antè fecerat mentionem.

IOANN. Statutum ordinem mihi, pater reuerende, præterire videris: quandoquidem inter nos conuenit, vt de parte in partem, & de argumento in argumentum progrediamur.

MAR. Non equidem ordinem statutum, Pater reuerende, peruerto, dum studeo fortissimis argumentis ostendere, nostrum magni Basilij librum non esse mendosum, neque Basilium ipsum sibi ipsi contradixisse.

IOANN. Superiori sessione, patres amplissimi, beatissimi patris nostri, necnon Imperatoris serenissimi iussu conuenimus, vt de parte in partem, ac de argumento in argumentum progredieremur: idcirco à Magni Basilij sermone, quem pro Pentecostes celebritate literis mādauit, proximæ nostræ orationis exordium sumpsimus, in qua tametsi forsitan multus visus fuerim, nunquam tamen à proposito sermo noster defluxit, sed in veritatem inuestigandam vehementer incubuit, quam deinde assecutus, statim ad alteram ipsius Basilij auctoritatem in tertio contra Eunomium libro veni: in qua quidem exponenda, longa etiā vsus fui oratione, nihilominus à proposito nunquam sermonem meum diuertii. Volenti nanque mihi eam sententiā patefacere, necesse fuit, ipsam clarè exponere, fideliterque interpretari, nunquam tamen (vt supra dixi) ab eius verbis discessi, qua in re mihi videor assecutus fuisse, vt ex præcedentium verborum Basilij expositione, sequentia reddita fuerint clariora. Post hæc argumenta duo validissima protuli, quibus mihi videor probasse, verbum illud forsitan, ne utiquam stare posse, in qua quidem disputatione pro magnitudine rei breuior esse non potui. Siquidem igitur reue. P. ordinem eundem seruare voluisses, processio contra meam eiusmodi ex-

positionem & argumenta primò dixisses. At puto contigisse, vt argumenta mea ita tibi valida visa fuerint, vt ipsa non potens destruere, ad aliam materiam veneris: quod mihi profectò vehementer placeret, si etiam tu idem affirmares. Porro si ea fugere declinareque cupiebas, saltem ad Athanasij auctoritatem venire debebas, quam post Basilium attuli, quæ quidem non minus, ac ipsius Basilij auctoritas, ad rem nostram spectare videtur. Pater reuerende postpositis his, ac nullo (vt dictum est) ordine seruato, alias de sancti spiritus processione quæris auctoritates, perinde ac illar, de quibus agimus, in sancto Euangelio fundatæ non sint. Num illa Basilij sententia ex his Euangelij verbis, De meo accipiet, & annuntiabit vobis, non dependet? num in ratione pietatis ac veritatis, quæ in traditione baptismatis seruator noster protulerat, bene fundata non existit? Imò si diligenter pater reuerende prospexeris, quod in 15. Ioannis Euangeliorum capite dicitur, qui à patre procedit, id in subsequenti capite, quoniam pacto intelligi debeat, ab eodem Ioanne expositum clarè repetens, vbi dicit: Omnia quæcunque habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Siquidem igitur & auctoritates ipsæ, quas citavi, & argumenta nostra ex sacra scriptura sunt, magnum profectò inconueniens esset, & huic sacro concilio non mediocri dedecori, si postpositis ipsi, ac nulla per vos ad argumenta nostra responsione habita, ad eas veniremus auctoritates, quas modò protulisti. At longe aliter mihi mens est. Nā sis in dicendo multus, vt lubet: quandoquidem non ego sed serenissimus Imperator tibi legem imponere potest: ego tamen disputationis normam & ordinem semper seruabo, ita vt nunquam huic tuæ orationi respondeam, nisi tu pater reuerende seruator nostræ disputationis ordine, (vt supra dictum est) nobis prius responderis. Quod quidem agendum est tibi, si nolis tempus vanè conterere. A te igitur vehementer contendo, vt ad argumenta nostræ respondeas, ex quibus magni Basilij mentem dubio procul percipies, nisi aliter sanctissimus dominus noster S. Cyrillus citauit, quàmque memini alias ad propositum protulisse, iterum repetam. Sactorum (inquit) patrem professionem rebus in omnibus consecrantes, quam in ipsis, spiritu sancto loquente, habuerat, necnon mentem ipsorum diligenter inuestigantes, veritatem proferimus. Qui quidem canon, pa. amp. nobis debet seruari, ac ita sanctorum auctoritates citare debemus, vt constanter ac diligenter ipsarum veritatem inuestigemus.

MAR. Disputationis ordinem, Patres amplissimi vt inter nos conuenit, dubio procul seruauimus. Porro, quoniam in exponendis nonnullis magni Basilij verbis proximam superiorè que sessionem (vt nostis) frustra contriuiimus, ideo ne in ipsis verbis semper versando, ac dicendo & respondendo, disputatio nostra fiat infinita, maius operæ precium nobis est visum, non obscuris, ambiguis, & mendosis libris, verum sancta scriptura, & sanctorum sententiis ab omnibus CHRISTIANIS concessis atque receptis, nostram causam agere. Nam eadem semper repetentes, nil vnquam profecerimus, cum præsertim illud verbum FORSAN, non nostris libris additum fuisse, clarissimè probauerimus. Ne autem (vt paulò antè dictum est) in eis



continuo versaremur, alias auctoritates, quàm maximè Basilio consonantes, in mediū proferre volumus, vt etiam ex ipsis appareat, nostros libros non esse mendosos: quibus deinde repetitis, dialecticè ac suo loco, fauente Deo, respondere poteritis.

*IMP.* Si patris Ephesij perorationem, præst. P. au dire expectauissetis, vestris etiam argumentis respōdisset: sed quoniam vos semper dicere vultis, nobis verò nunquam opportunitas datur dicendi, idcirco pater Ephesius data occasione, rationes suas nunc intendit afferre.

*MAR.* Ergo redeamus vndè sumus digressi. Primam sanctam generalem synodum, P. amp. dicebamus, pro Leontio Cæsarenc. antistite ad quendam hæsitantem philosophū ita scripsisse: Sulcipevnâ patris diuinitatem, & reliqua. Vbi scitu dignū est, sanctum ipsum cōcilium illud ex patre protulisse, ne quisquā crederet, verbū ex ipso, ad filium quoq; referri: quādoquidē de eo quoq; fecerat mentionē, ac si sic protulisset, nō ex filio, sed ex patre spiritū sanctum procedere. Quā etiam ob causam illud quoq; subiunxerat, quiq; filij proprius est: perinde ac si dixisset, tamen si spiritus ex filio nō procedat, nō tamē est alienus ab ipso, quādoquidē cōsubstantialis existit. Ad quā quidem intelligentiā Paulus dixisse creditur, si quis spiritū Christi non habet, is non est eius, vt beatus etiā Cyrillus Theodorito respōdens, à quo quidem inculabatur, se credere spiritum sanctum ex filioq; procedere, inquit: Quauis sanctus spiritus ex Deo & patre procedat, nō tamen alienus à filio est. Sed de his aliās, si dabitur opportunitas, accuratiū cōsiderabimus. Quibus quidem cum sanctis patribus ac sancta synodo magnus etiā Basilius cōuenit, quippe qui 18. capite ad Amphiloctium inquit: Spiritus Christi dicitur, vt eius proprius secundū naturā, hoc est, vt cōsubstantialis: quem si Basilius credidisset ex filio accipere esse, nō ipsum, vt eius proprium secundum naturam, verum vt procedentem, & ex ipso habentem esse, ac annunciantem, dixisset, quæ sanè verba magis consequi viderentur. Qui etiā magnus Basilius in sermone contra Sabellium & Eunomium inquit: Equidem spiritum cum patre, non autem ipsum patrem esse noui: necnon ipsum cum filio accepi, non autem filium nuncupatū: & proprietatem eius ad patrem intelligo, quandoquidem ex patre procedit: ad filium verò, quandoquidem illud audio, si quis spiritum Christi non habet, is non est eius. Inspicite, obsecro, patres amp. hæc verba, quàm eius ac aliorum sanctorum patrum dictis consona sint. Ad patrem, inquit, quādoquidem ex patre procedit: ad filium verò, quoniā Apostolus dicit: Si quis spiritum Christi non habet, is non est eius, id est, simpliciter, quia secundum eius naturā proprius est, (vt paulò suprā dictum fuit) nō autem quia ex ipso procedit. Quid clarius, quid dilucidius hac tāti viri sententiā poterit esse? Dispicite, obsecro, P. amp. pro cane sola veritate vtentes, an ei fuisset cōueniens talia verba memoriæ tradere, si sanctum spiritum credidisset ex filioq; procedere. Hęc ex prima sancta generali synodo habemus: quibus profectò consona magnus idem Basilius sensisse videtur, quæ quidem synodus in suo symbolo seruatoris verbis innitens, quibus in baptismatis traditione fuerat vsus, sanctū spiritum ita cum patre filioq; disposuit, vt post patris filiiq; Theologiam, sermonem suum ad illum translulerit. Cuius deinde spiritus sancti Theologiā al-

tera generalis synodus exponere, quāq; ratione contra sancti spiritus inimicos cum patre filioq; disponeretur, dilucidare volens, protulit, & in spiritu sanctum dominum & viuificantem, qui ex patre procedit, qui cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur. Vbi sanctorum illorum intelligentia nobis diligentissimè perpendenda est, vt potè qui primam illam sancti spiritus Theologiam, necnon eiusdē cū patre filioq; dispositionē declarauerint, ac eiusdē diuersam erga patrē & filium proprietatē docuerint, ac si sic dixissent: Et in spiritu sanctū, qui ita cum patre filioq; disponitur, vt ab illo procedere, simul vtrō cum filio adorari ac cōglorificari credatur, quādoquidē cōsubstantialis eiusdēque dignitatis cū eis existit. Nā si sancta synodus ipsa, sanctū spiritū credidisset ex patre filioq; procedere: cur, cū de vtroque simul fecerat mentionem, non ita protulisset. Qui ex patre filioq; procedit, quiq; cū ipsis simul adoratur & cōglorificatur? Nā cum quippiā ad duo refertur, præsertim si ab eis vt à causis depēdeat, id ita in oratione solemus disponere, vt vtrāq; causam primò proferamus, deinde cōmuni ambob; vtamur verbo, quæ admodum hæc duo verba, simul adoratur & conglorificatur, causam vtrāque significat. Siquidem igitur sancta synodus, ad declarandā sancti spiritus causam, nullam de filio mentionem fecerat, volens autem consubstantialitatem eius ostēdere, filij quoque meminerat: sequitur, ipsam synodū non credidisse, spiritū sanctum ex filioq; procedere, quādoquidem filium neutiquam tacuisset, cum idcirco ea protulerit omnia, vt Nicenum symbolum clarius redderet. An autem talis Niceni symboli declaratio absolutissima sit, non autem (vt dicitis) imperfecta, ita vt synodus illa causam vnā tacuerit, ex eo facere possumus cōiecturam, quòd nulli posteriori synodo declarationē ipsam magis illustrare, vel illud ex filioq; symbolo apponere visum fuerit, sed potius posteriores synodi prohibuerint, ne cui liceret ipsi symbolo quippiam addere, ac si vestrum hoc dogma tunc vobis futurum esse, diuinassent. Cuius quidem secundæ synodi defensor, & acerrimus propugnator necnon eiusdē symboli, quo nos vrimur (vt scribitur) compositor & conscriptor magnus Gregorius, postea ob eius Theologiam, in qua præcelsissimus fuerat, Theologus fuit cognominatus, in sermone, qui inscribitur, de navigatione ex Aegypto, dicit: Omnia, quæ pater habet, sunt etiā filij, excepta causalitate. Vbi patrem à filio causalitate seiuungit, quæ admodum Dionysius \* fonte. Siquidem igitur filius in hoc differt à patre, quòd nō est causa: luce clarior sequitur, vt neque mittens, neque spiritus sancti causa sit. Hęc ille clarissimus doctor palā professus fuit. Sed tertia quoque synodus eandem ipsam sententiā habuit, ac re ipsa firmavit: quippe quæ Nestoriano symbolo recitato, per quēdam Charisium sacerdotem allato, in quo quidem continebatur, spiritū sanctum non esse filium, neque per filium essentiam habere Theologiam ipsam susceperit, inueniens eam sanctis patribus conuenire, ac sacre scripturæ consonam esse, ita vt neque opinionem ipsam antiquauerit, neque Nestorium pro ea damnauerit, tamen si Nestorianum symbolum simpliciter reprobauerit, decernens ita: Si qui symbolum illud crediderint vel docuerint, quod Charisius in medium protulit ac recitauit, in quo de vnigeniti filij Dei incarnatione, hoc est, de turpibus & obscænis Nesto-

rianis dogmatibus, mentio fit, huius sanctæ & œumenicæ synodi sententiæ subiaccat, vbi patet, P. amp. synodū ipsam Nestorianū de Dei filij incarnatione dogma, non autē Nestorij de spiritu sancto Theologiam, damnasse. Vnde fieri potest facilior cōiectura, tunc temporis cōmune opinionē fuisse spiritū sanctum ex filio nequaquā procedere, quam quidē sententiam prima Nicæna synodus habuit, ipsam deinde tertia suscepit & approbavit. Porro autē Cyrill<sup>9</sup> cōtra Nestorium pro sancti spiritus processione literis mirū in modum inuehens, nonnullis aliquā dedit ansam, vt ab eis incularetur, q̄ sanctum spiritum crederet à filio essentiā habere. Vnde euenit, vt Theodoritus cōtra Cyrillum inuectus, ex Orientaliū patrum sententiā scripserit ita: Siquidē sanctum spiritum idcirco propriū filij nouerant, quòd vnus natura sunt, ac ex patre procedit: id etiā ipsi profitebantur, ac vt piam vocem suscipimus. Sin autem, q̄ ex filio vel per filij procedit, illum tāquā blasphemum impiūq; refellimus, credentes domino, qui dixit spiritum veritatis, qui ex patre procedit, necnon Apostolo proferenti, vos autē non spiritū mundi accepistis, sed spiritū, qui ex Deo & patre. Cui deinde inuectiua Cyrillus, literis ad quendam Euopium antistitē scriptis, respondit, dicens se à Theodorito inculari, sibiq; pro ipsius Theodoriti odio in se, ac eiusdē erga Nestoriū beneuolentia, plurimū detrahi. Decretum (inquit) accepi, quo de tua pietate certus sum factus, quod quidē dicitur factum esse contra eos, qui Theodoritum Cyri, quē τολόχνην appellari dicebat, anathemate notat. Quod cum accepissem, Deo gratias egi, ac psalmū illum decantaui: Domine, libera animā meā à labiis iniquis & à lingua dolosa, quandoquidē mihi videor vbiq; detrahi, ac multis de causis inculari, eius præsertim opinionis, pro qua me blasphemum appellat. Cyrillus ergo nō eius sententiæ fuerat, de qua Theodoritus ipsum inculabat, verum ipsam tenebat opinionē, cui quoq; Theodoritus assentiebat, dicens ipsam vt piam vocē suscipere sanctum videlicet spiritū filij proprium esse, id est, eius cōnaturalem, ex patre verò procedentem, quæ admodum Cyrillus ipse accusationi suæ respondēs, affirmat. Quauis (inquit) spiritus sanctus ex patre procedat, non tamē alienus à filio est, vt potè qui patris habeat omnia. Vnde patet, P. amp. Cyrillum ipsum ea in parte cum Theodorito cōuenire, quā ipse Theodoritus dicebat, vt piam vocem suscipere. Facta deinde Cyrilli cum patribus Orientalibus pace, Cyrillus ipse ad Ioannem Antiochenum præulem eadem de re scripsit, vbi etiā de spiritus sancti processione, necnon de symbolo non mutando mentionem fecit, dicens: Nequaquā tolerabimus, vt definita præscriptaq; fides, aut Nicænū symbolum ab aliquo immutetur, nullā nobis vel aliis mortalibus facultatem cōcedentes, vt aliquā eius dictionem mutare, vel vnā syllabā præterire valeant. Huius enim sententiæ recordaremur, Ne trāsgradientis terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, vt potè qui non ex sese, verum Dei patris spiritu affecti, loquerentur, qui ex eo procedit, nō autem alienus à filio secundū substantiæ rationē existit. Ex quibus etiam patet, in quonam Cyrillus cum Theodorito cōueniret: nam orationem \* tuā bipartitam fuisse videtur. In prima namq; protulit parte, qui ex patre procedit: in altera verò, non autem alienus à filio secundum substantiæ rationem existit, quemadmodum etiam Theodori-

tus ipse (vt est suprā dictum) profitebatur, quās deinde de Cyrilli literas Theodoritus vnā cum Orientalibus patribus suscepit, ac tandē agnoscens Cyrilli de sancto spiritu Theologiam, opinionem suā scripturæque sacre consonam esse, ad eundem Ioannē scripsit ita: Quæ modò nobis Cyrillus scripsit, Euangelica honestate fulta sunt. Deum enim perfectum & hominē dominū nostrum Iesum Christum appellat, sanctum autem spiritum nō ex filio, vel per filium essentiam habere, verum ex patre procedere, dicens ipsum filij proprium esse. Quæ quidem veritate perspecta, quā Cyrillus ipse suis literis tradidit, balbutientium linguarum medicum, ac dissonantium vocum ad harmoniam moderatōrē laudauimus. Videte, obsecro, P. amp. quibus in rebus Theodoritus cum Orientalibus patribus conueniebat, asserens spiritum sanctū haud ex filio vel per filium essentiam habere, verum ex patre procedere, ac filij proprium, id est, consubstantialem existere. An autem ij patres sic senserint, Cyrillus ipse testatur, qui eadem de re ad eundem ipsum Ioannem scripsit ita: Vestris vocibus intellectis, cognitōq; vos vnum dominum, vnā fidē, vnū deniq; baptisma credere, Deum omnium seruatorē glorificauimus, magno gaudio affecti, q̄ à Deo spirantis literis, necnon sanctorum patrū decretis, nostra simul & vestra ecclesia consonam fidem habeat. In sua verò expositione super Lucam, sic inquit: Quæ admodum digitus, à manū non separatus existēs, ab ipsa depēdet, ac ei inhæret natura: ita quoq; spiritus sanctus filio consubstantialiter coniungi creditur, quauis ex Deo patre procedat. Ac si sic dicere voluisset: Spiritus quauis ex filio nō procedat, nec ab ipso essentiam habeat, sed ex patre, vnus tamen naturæ sunt, & cum ipso in eadem natura disponitur. Quibus quidē fortissimis argumentis, patres præst. probatum est, nos neque à sacra scriptura, neque à sanctorum patrum & doctorum nostrorū traditionibus aliena sentire, neque vllum nostrorum dogmatum nobis diuinitus traditorum mutasse, vel cōinquinasse, neque quicquam eis addidisse, vel ab ipsis abstulisse. Quapropter rogamus vos, pro mutua nostra beneuolentia velitis nobiscum, necnon cum sanctis patribus conuenire, nō permittentes, vt hoc dogma vestrum ab ecclesiis suscipiatur, cum ea quæ celebramus, satisfaciant, vt omnes eadem credentes ac profitentes, vnanimis & concordēs, patrem & filium ac sanctum spiritum glorificemus, cui conuenit omnis honor & gloria in secula seculorū, Amē.

*SVM. PON.* Conueniens est, vt ad extremam quoque prouincialis orationem respondeas: quandoquidem, quicquid tibi libuit, protulisti.

*MAR.* Illuc Basilius, forsan, quod in nostro libro scriptum est, pater, sanctissime absque aliqua ipsius Basilius nota, modo quo demonstraui, conueniens esse videtur, vestris friuolis argumentis nequaquam acquiescentes, quibus nostrum librū mendosum, vestrum autem incorruptum ac verum esse, conati fuistis ostendere: ad quæ quidem argumēta, si semper eadē repetentes, respondere vellemus, oratio nostra (vt suprā diximus) infinita fieret. Omisissis igitur his, nil amplius habemus, nec volum<sup>9</sup> proferre, quàm quod sapissimè diximus, librum nostrum non esse mendosum, quemadmodum veritas eius, & magna similibus librorum copia, necnon sequentium verborū cum præcedentibus nexus, (vt est suprā dictum) testatur. Et de his hæc tenus.

Roma. 8. b

Ibidem.

Ibidem.

Ioan. 15. d  
1. Cor. 2. c

Psal. 119.

Pro. 22. d

\* afflati

\* eius

\* aut sua

**IOAN.** Quoniã pater Ephesie, extremum meũ sermonem non bene memoria tenere videris, idcirco vt serenissimo Imperatori, qui tibi iussit, vt meis omnibus argumentis respondeas: satisfacere valeas partem tantum vnã ipsarum repetam, simulq; tuã responsionem ea tantum in parte, quã aliqua indiget consideratione, dissoluam: quin etiam si coram Imperatore mitissimo nobis promiseris veritati, quã tibi probaui, ac quiete, quẽcunq; modò in medium protulisti, maiori studio euertam. Nam initio dixisti, nos omisisti istiusmodi libris, qui nobis ambigui videntur esse, ad fundamentum (hoc est, ad scripturam sacrã) venire debere. Mihi autem, P. R. eiusmodi differendi modus inutilis esse videtur, ac à doctoribus improbatus, qui mentẽ authoris inspicientes, ac consequentia cum præcedentibus verbis eius conferentes, verum à falso solent discernere: quos quidem doctores & sapientes, ipsi etiam in hoc negotio imitari debemus plurimum. In primis igitur hoc tibi repetam argumentum: dixi equidem, stante illo forsan, quod est verbum ambiguum, duo maxima sequi incommoda: primum, vt ex illo angelorũ exemplo, quã vera necessariaque propositio est, necessitatem ex sacra scriptura sumens, ambigua conclusio sequeretur: quod quidem magnum inconueniens esset. Hoc enim magnus Basilius vtitur argumento: Si angelorum alij secũdi, alij verò ordine dignitateque tertij sunt, eos tamen natura quoque tertios esse non est necesse: idem etiam de diuinis personis, id est, de sancto spiritu, (de eo nanque loquitur) affirmamus. Ex quo quidem exemplo simpliciter, ac sine hypothesi sumpto, conclusionem veram & sine aliqua dubitatione infert, sanctum videlicet spiritum, & si ordine ac dignitate tertius sit, natura tamen tertium non esse. Ad quam illationem & consequentiam veram esse probandam, hoc tibi exemplo sessione proxima vsus sum: Si homo currit, ergo mouetur. Sed aliud etiam exemplum magis ad propositum spectans afferam, quo beatus August. 15. lib. de Trinitate magnum Basilius imitatus, vsus fuit dicens: A quo autem habet filius vt sit Deus, ab illo, habet vtique, vt de illo procedat spiritus sanctus. Quod quidem argumentum hypotheticum est, in quo nil prorsus ponitur esse, neque quicquam ex eo consequitur vel concluditur, nisi alia propositio ex sacra scriptura sumatur, quã dubio procul subintelligitur, hoc est, filium habere à patre, quãcunq; pater habeat. Ex qua profectò propositione ab Evangelio sumpta, necessariò hæc infertur conclusio, filium ex patre habere, vt etiam ex se spiritum mittat. Quo quidem argumentandi genere (vt paulò antè dictum est) Augustinus vtitur, ita vt argumentum, quod hypotheticum fuerat, Euangelica propositione sumpta, non amplius hypotheticum, sed necessarium factum sit. Quomodo Basilius etiam ratiocinatur: Ita se habent (inquit) diuinæ personæ, sicut angeli. Si quidem quauis alij secundi, alij autem ordine ac dignitate tertij sint, nõ tamen necesse sit, vt natura quoque tertij existant: quod argumentum hypotheticum esse videtur. Deinde verò ponens angelos ita necessariò se habere, sine vlla conditione concludit, idem quoque de diuinis personis credendum esse: alioquin indoctissimus omnium Basilius Magnus fuisset, si ex præcedentibus concludere voluisset id, quod ex sacra scriptura necessariò pateat: Vt ergo de angelis, ita quoque de spiritu sancto credendum est.

**MAR.** Non equidem protuli, pater reuertende neque huius sententię sum, libros nostros ambiguos esse, verum ne in hoc semper versaremur, id contentibus vobis concessi, tametsi certus sim libros vestros mendosos esse, nec ad Basilius mentem spectantes, ex eo faciens coniecturam, quod huic nostro libro mille alij similibi, qui Cõstantinopoli extant: quod equidem probare recipio tibi, si ceteris in controuersis nostris conuenerimus. Porro vltimã vestrã orationi respondeo, nil mirum esse, si magnus ille Basilius ex aliquo pro vero dato, licet ambiguum fuerit, quicquam probauerit, vt nos ipsi Ferrariã fecimus, proferetes, tametsi vestrũ dogma forsitan verũ, haud tamẽ necesse esse, ipsum apponere symbolo. Sic ergo Basilius ratiocinabatur: Posito, nõ tamen cõcesso, (huic enim opinioni, vt multis argumentis probauimus, cõtradixit) sanctũ spiritũ ordine ac dignitate tertium esse, minimẽ tamẽ necesse est, ipsum natura quoque tertium esse: quã quidẽ figura ab oratoribus appellatur: angelorum (inquit) alius princeps, alius subditus, & tamen omnes angelorum natura sunt, & stella stellæ præstat in gloria, & natura stellarũ omnium vna, & mansiones multæ apud patrem, id est, dignitatum diuersitates, glorificatorum verò natura vna. Non igitur ex propositionibus veris, ambiguum (vt inquis) infert conclusionem, sed ex ambiguo, sumpto tamen pro vero, necessarium quoddam concludit. Miror autem, P. R. te virum doctissimum latuisse, nos ex nonnullis ex hypothesi pro veris sumptis, veritatem necessariò demonstrare posse.

**IOAN.** Quã plurima, pater Ephesie, nõ autem ad propositũ pertinentia, mihi protulisse, videris. Necessario proxima necessariã & admirabile quæstionem in mediũ protulim, tu verò, infecta re, ad alia quæstionulas venisti. Aut igitur ad propositũ redimus, & quæstionẽ illã ad exitũ perducamus, quẽadmodum Imperator mitissimus iussit, vt vna prius habita cõclusionẽ, ad aliã veniamus. Aut nobis da manus, fassus nil ampli in hac causa habere quod proferas. Quod quidẽ si feceris, gratias tibi magnas habebimus. Vt ergo magis veritas eluceat, ad propositum redeas. Nam prolixam orationem, quã coram tot amplissimis auditoribus habuisti, (inquit) sancto fauente) facile dissoluere possum, ne tamen simul ostendere, auctoritates, quas attulisti, magis nostram, quã ad vestram rem facere, sed velim, vt ipse prius respondeas ad propositum.

**MAR.** Non equidẽ cuncta, quã dicta sunt, bene memoria teneo. Satis tamẽ mihi dictũ esse videtur.

**IOAN.** Ea tibi, Pater reuertende libentissimẽ repetam, quorum non recordaris. Nostra quidem oratio ad magnum Basilius fluxit, qui cõtra Eunomium tertio libro demonstrauit, vt quemadmodum inquit angelos & stellas ac mansiones in domo patris, ordẽ quidã dignitatis absq; tamẽ ipsorũ naturę discretionẽ creditur esse, ita etiam in diuinis personis sit.

**MAR.** Ergo ex rebus creatis, ac rerum creaturarum exemplis, res diuinas ostendere vis?

**IOAN.** Quid nisi? Exempla nanque creata res in creatas declarant, quando quidem incomprehensibiles sunt, ita vt vix intelligi possint, & nõ nisi rebus humanis, ac aliarum rerum exemplis figurantur.

**MAR.** At magnus Basilius non ita sensisse videtur. Cur enĩ (inquit) necesse est, si dignitate ac ordine tertius est spiritus, ipsum natura quoque tertium esse, id est, posito, nõ tamẽ cõcesso, sanctum spiritum dignitate

tate ac ordine tertium esse, non tamen ex eo sequitur, ipsum natura quoque tertium esse: vt ipsi quoque Ferrariã dicebamus, posito, dogma vestrum verum ac pium esse, nõ tamen licere, ipsum symbolo addi. Magnus ergo Basilius nequiquam proficitur sanctũ spiritum ex filio esse habere, vel ordine ac dignitate tertium esse, quando quidem ex his Eunomius inferebat spiritum sanctum natura quoque tertium esse.

**IOAN.** Credi non potest, Pater ampliss. magnum illum doctorem cõtra dialecticẽ artem scripturasse. Nõne hoc argumẽtum à dialecticis est acceptum: Quicũque currit, mouetur: ergo mouetur, si currit? quo quidem argumentandi modo Basilius (vt supra dictum est) vtitur. Porro quoniã, pater Ephesie, amplissimos hos auditores magnã Theologiam docere voluit, idcirco, ne fortẽ ignores, quidnam ipsi de consubstantiali Trinitate sentiamus, de hoc tibi pauca dicam. Nos quidem, qui Apostolicam sedem sectamur, patrem vnica filij sanctique Spiritus causam profiteamur esse, quã planẽ nostra fides atq; religio, ab illo primo Apostolorum præconio hucque meridiana luce clarior est, & sermo domini ad Apostolorum principem habitus non præterit, nec vllò vnquam tempore præteribit, nec portæ inferi aduersus nostram ipsam fidem præualebunt. Vnde meritò euenit, vt ceteræ Christianorum Ecclesiæ huic Romanæ, vt maximo fundamento basi que fulciantur, quando quidem pia est, ac hæreticorum linguam, ne malum loquatur, comprimit, credens firmissimẽ non duas causas vel principia, verum principium vel causam vnica in diuinis personis esse: ac simul anathemate notans eos, qui duas causas, duõve principia in ipsis personis diuinis esse crediderint. Quibus ita peractis, sessio fuit dimissa, & hic sermo Græcis perplacuit, ita vt non mediocri gaudio fuerint affecti, quod Latini patrem vnica esse filij sanctique Spiritus causam, non autem duas, fuerint professi. Paucos verò post dies, antistites Græci patriarchæ domum frequentantes conuenerunt, vbi serenissimus Imperator orationem hanc habuit.

**IMP.** Non equidem patres sancti nostræ sessionis ad Italiã solus author fui, neque primus ego, sed Imperator pater meus negocium hoc prius fuit aggressus: quippe, qui cum esset in Isthmo Eudomono, Ioannem huiusce rei causa ad Italiam miserit. Cuius quidem mei patris Imperatoris ingeniũ, prudentiam & consiliũ nostis, vt potè qui non solum in philosophia præclarus, verum etiam in exponendis Ecclesiæ dogmatibus subtilissimus fuerit: apud quem ille etiam Euthimius patriarcha & magnus Theologus, ac omni virtute præditus fuit. Qui duo tanti, talesque viri, non solum primi rem hanc excogitarunt, verum etiam, vt ipsa conficeretur, vehementer conati fuerunt. At temporum angustiis impediti, totum negocium conficiendum mihi reliquerunt: quod dubio procul melius ipse tractaui. Nam vt hæc synodus sancta celebraretur, non imprudentibus vobis, ac magno sumptu meo, triremes ad exorandum summum pontificem ad Italiã misi. Quò deinde vos, meo sanctiq; patriarche iussu, frequentes a quo animo conuenistis, nil tamen post longum tempus profecimus. Recordamini, patres, recordamini, quãto in impiorum discrimine nostram domum dereliquerimus, cui quidem si quid acciderit incommodi pro dolor videre videor, maiorem fore nostri persecutionem & calamitatem, illa quã Diocletiani &

Maximiani temporibus facta fuerit, quam constat acerrimam fuisse. Opera precii igitur est, vt omisã disputatione ac contentione, pacis remedium excogitemus, quod equidem existimo per vos stare. Doctor nanque Ioannes in synodo palam protulit, Latinos firmiter credere Deum patrem, vnica filij sanctique Spiritus causam esse, duo verò principia, duãve causas in consubstantiali Trinitate profiteres execrari: quam Latinorum sententiam literis traditam habui, vt his diligenter perspectis, nostrã conjunctionis modum inueniat. Hæc Imperator. Græcis autem, quidnam agendum esset, inter se consulentibus, de sancti Maximi literis ad Marinium presbyterum Cyprium scriptis, mentio facta fuit in hac forma: Ex synodalibus præsentis sanctissimi summi pontificis actibus, duo tantum ex tot capitibus hi, qui erant in Basilea, susceperant: in quorum altero habetur, sanctum spiritum ex filioque procedere, in altero verò, Christum dominum absque originali peccato, hominem natum fuisse. Et ad primum illud caput probandum, Romanorum patrum sententias, necnon Cyrilli, super Ioannem expositionem attulerant, non ad demonstrandum filium spiritus causam, quando quidem ipsi quoque patrem solum filij sanctique spiritus causam esse cognouerant, illius quidem secundum generationem, huius autem secundum processionem: verum vt per eum quoque spiritum sanctum procedere declararet, ac ea ratione consubstantialitatem & immutabilitatem ipsorum ostenderent. Quibus literis lectis, ac Latinorũ scripturis postpositis, animus suum ad contemplandas ipsas Græci cõuerterunt, omnes vnanimis, proferendum fore, vt cum Latinis coniungerentur, si literæ ipsæ ab eis quoque susciperentur. Tum Imperator, toto Græcorum conuentu ipsoque patriarcha volente, nuncios ad summum pontificem misit, vt ipsum interrogarent, an is quoque cum Latinorum conuentu sancti Maximi literas suscipere, ac ipsis acquiescere vellet. Cui pontifex summus respondit, Græcos sessione proxima plurimum dixisse, nobisque promississe, altera sessione se suas aures præstaturus. A literis ergo fieri non posse, nisi prius sessione vocata, Latini responderent. Quæ cum Imperator audisset, iussit vt iterum sessio haberetur. Quæ quidem conuocata, absente Marco Ephesio, & Heraclienfibus antistitibus, Ioannes fuit ita loquutus.

Die Sabbati 21. mensis Martij, sessio 24. Florentiæ. IOAN.



Elim, P. amp. patrem Ephesium hęc adesse, vt suorum argumentorũ dissolutionem audiat. At quoniam (vt creditur) victus abest, ideo ad vos meam orationẽ habebo. Ergo vos, obsecro, me attentẽ audiat.

**IMP.** Nil in præsentia dicturi sumus, quando quidem non ad disputandum, verum vt vobis gratum faceremus, & ne sessiones negligere videremur conuenimus, propterea que pater Ephesius nobiscũ noluit conuenire. Vobis ergo nequiquam responditur.

**IOAN.** Ex duabus propositis quæstionibus, Patres amplissimi neutram ad conclusionem perdimus, tametsi magni Basilius auctoritates clarissimæ  
b 3 sint,



Esco equidē, Pa. ampliff. cur pater Epheſi<sup>9</sup> in ſeſſione venire noluerit que profectō vellē ad eſſe, vt noſtra ad argumēta ſua reſpōſionem audiret. Porro quoniā abeſt, vos obſecro me, dum Orientaliū ſanctorū ſentē-  
 tias afferō, autēre (vt hucusque feciſtis) audiat. Magnus ille Baſilius inquit: Quēadmodū filius ordine quidē à patre ſecūdus eſt, pater enim in baptiſmatis traditione primus diſponitur, dicente domino: Ba-  
 ptizantes in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti necnō filius dignitate ſecūdus eſt, vt potē qui ſit ex patre non autem pater ex filio, licet in natura æqua-  
 les eſſe credantur, ego enim & pater (inquit domi- nus) vnum ſumus: ita quoque Spiritus ſanctus ordi-  
 ne quidem ſecūdus à filio, in eadem baptiſmatis tra- ditione diſponitur: item etiam dignitate, nam Spi-  
 ritus filij dicitur, quādoque à filio mittitur. Scriptum eſt enim: Miſit Deus Spiritum filij ſui in corda no-  
 ſtra. Non autem filius ſancti Spiritus dicitur, natura verō patri & filio æqualis exiſtit. Quorum enim vna eſt operatio, ipſorum etiam vna eſt natura. Hæc Baſi-  
 lius. Sed magnus etiam Epiphanius in medium veniat. Siquidē (inquit) creditur Chriſtus ex Deo eſſe, vt Deus de Deo, ſic etiam ſanctus Spiritus ex ambo-  
 bus eſſe credendum eſt. Quēadmodum enim nemo nouit patrem niſi filius, ita dicere audeo, nemo filiū niſi Spiritus, qui ex ambobus procedit. Magnus autem Cyrillus inquit: Spiritus ex filio ita proſiuit, quēadmodum etiam ex patre. Didymus verō ſapi-  
 piſtiſſimus & magnus Athanaſius, ita dicunt: Siquidem Spiritus ex patre procedit, & de meo accipiet, & annunciat vobis, ſequitur, vt ex patre filioque ſit. Haſ & plures alias ſanctorum ſententiā Ioānes in medium protulit, præſertim binas Cyrilli litteras, quatuor alteræ incipiunt, Gaudeant cali: alteræ vero, Domino ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto, necnon quādā Nicænæ ſynodi authoritates, clariffimè demonſtrantes ſanctum Spiritum ex filioque procedere. Rhutenus autem prætulit pro Græcis dixit ita.  
 Rhu. Qui ſolus vel in ſtadio currit, vel aliud ſub certamē, victor dubio procul euadit. Nō aliter, Pa. qui nemine contradicente ſermocinatur & diſputat, facilimè vincit, vt tibi euenit. Qui cū plurimū Theologia fueris vſus, ac ſubtiliſſimam orationem habueris, ſi tibi non reſponderimus, viciffe videbere. Sed quoniam iam adueſperat ſequēti ſeſſione tibi nō minus ſubtiliter, clarèq; reſpondebitur. Imp. Hoſ libros nobis mutuò date, vt horum ſanctorū dicta diligēter cōſideratis, vobis bene reſpondere poſſim.  
 Iul. Card. Quæcunque diximus tradita ſunt. Auſpiciatur ab eis exſcripta inter vos contemplantini, aut vobis commodius fuerit, ad diui Frāciſci templum, prope quod habitas, nos ſelecti priuatim conuenimus, vt ibi noſtris omnibus ſcripturis & libris colatis, veriùs ac clariùs reſpondere valeatis. Cui qui- dem ſententiæ omnes acquieuerē, ſeſſioque dimiſſa fuit. Poſtridiē autem in illo tēplo viſis hinc inde ſcripturis & libris, concordiam & pacem benignitate Dei facile fieri poſſe Græci cognouerant.  
 Papa. Summus deinde pontifex patriarchæ rogatu ſeſſiones æquo animo diſtulit, vt inter ſe Græci priuatim conſulerent. Rhu. Facto autē in patriar- chæ domo Græcorū cōuētū, Rhu. verba pluriſimè cit, operæ precii eſſe demonſtrans, æquo animo cū  
 Latinis

ſint, quibus pater, ſpiritu ſanctum à filio, quēadmodum etiā à patre, habere eſſe: necnō ipſi profelli fuerimus, patrē vnicā filij ſanctiq; ſpiritus cauſam eſſe, ita tamen, vt filius ſanctum ipſum ſpiritu à patre præcipuè mittat. Quib<sup>9</sup> quidē Baſilij authoritatib<sup>9</sup> quoniā pater Epheſius reſpōdere noluerit, idcirco poſt-  
 poſitis hiſ, eius tātum extremo ſermoni reſpōdebo, ab ipſo ſeruatore noſtro Ieſu Chriſto ſumens exordium, quēadmodū is pater Epheſius fecit. Nā ſeruator noſter inquit: Cum venerit paraclētus, quem ego mittā vobis à patre, ſpiritum veritatis, qui à patre procedit: vbi verbum mittā, quid aliud, obſecro, ſignificat, quā quod ex aliquo mittitur? quiverō quip-  
 piā mittit, is ſuum mittere videtur, & id quod mittitur, ex ipſo dicitur eſſe, vt ſi præſectus prouicia quicquam fecerit, is nō ex ſe, verum Imperatoris iuſſu id feciſſe videtur. Ira etiā filius, qui cum in generatione à cōſubſtantiali patre ſpiritu ſanctum accepiſſet, eandē & paternā facultatem ac naturā habens, eundem ſpiritu mittere creditur, nō tamen, vt pater, præcipuè: quādoquidē pater ipſe, radix & fons diuinitatis exiſtit, qui cum ſumma ſubſtātia, nedum indiuiſibilis ſit, à ſubſtātia & hypoftaſi indiſtictè percipitur, propterea quia nō re, ſed ſola ratione, paterna hypoftaſis à ſubſtātia ſua ſeiuigitur: pater igitur ſubſtātia-  
 lis hypoftaſis eſt, filiūq; ſubſtātia-  
 liter generat, & ipſe ſubſtātia-  
 lis hypoftaſis generatur, ita tamen, vt duæ hypoftaſes vnus Deus ac vnica ſit natura, cū qua ſanctus ſpiritus ſimul & indiſtictè cognoscitur. Qui cū neque pater, neque filius, neque relatiuorū aliquid ſit, tamē vt ſpiritus, ad ſpirantē refertur. Porro quoniā apud ſacrā ſcripturā ſpiritus patris ac filij eſt, ſequitur, vt ambo ſimul ſpiritu ſpirent. Præterea filius ſecundū diuinitatem ad patrem reſpiciens, dixit: Ego & pater vnum ſumus: & ego in patre, & pater in me eſt: & qui vidit me, vidit & patrem meū. Duabus igitur perſonis vnica poteſtas ſpirās & mit-  
 tens exiſtit, quæ quanuis vnica miſſio & cauſa ſit, à patre tamen (vt dictum eſt ſuprà) præcipuè creditur eſſe, à quo filius eandem ipſam facultatē habens, vnā cum patre principium vnicum eſt, non tamen perſonarū confuſione. Pater enim, pater ac ingenitus eſt: filius verō, filius atque genitus, ita vt inter eos, ſecūdum cauſam & cauſatum ordo quidam exiſtat: ſanctus autem ſpiritus ad patrem filiumque diſponitur, ne quædam indiſpoſitio vel confuſio in diuinis perſonis exiſtat. Siquidē igitur, cum pater filium generet, cum ipſo ſubſtātia-  
 ſua cōmunicat, quatenus ei cōmunicabilis ſit, & filius ſic acceptam, ſpiritu ſancto cōmunicat, quatenus ipſi quoque cōmunicari poſſit, vnica ſemper ipſa ſubſtātia exiſtente, quā quidem ille generetur, hic verō procedat: ſequitur, patrem vnicum principium & cauſam eſſe, ſanctūque ſpiritu ex vtroque procedere. Præterea dictū à ſanctis patribus eſt, ſanctum ſpiritu per filium natura procedere: vnde ſequitur, ſpiritu ipſum ex patre filioque procedere, quādoquidē per præpoſitio, vt ex præpoſitio, hac in re ſignificare videtur, vt Leonis, Gregorij papæ, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, ac aliorum multorum doctorum authoritatibus clariffimè patet. Quas cum Ioannes in mediū protuliſſet, & perlegiſſet, ſeſſio fuit dimiſſa decreto ipſius ſynodi, vt ad diem Martis proximū cōueniret.  
 De Die Martij 24. menſis Martij, ſeſſio  
 25. & vltima Florentiæ.  
 I O A N.

Ioan. 15. d

Ioan. 10. f  
 Ioan. 14. f

\* psal 30.

Latinis coniungi, pacēque inita domum redire, potius quā in infecta re, ac abſque ratione turpiter à ſynodo diſcedere.

BES. Tum Beſſarion Rhuteni ſermonē excipiēs ſubtiliſſimè ac magna dicendi arte ſententiā eius confirmauit.

DOSITH. Cōtra Doſitheus Monembafien. Nū, inquit, dogma noſtrū debemus prodere: Malo equidem mortem obire quā cum Latinis ſentire.

RHYT. Cui Rhutenus: Nec ipſi, inquit, Latini fieri volumus. Verū ſi patet ſpiritu ex filio procedere, quēadmodū Græci doctores ac Latini ſimul teſtantur, cur non eſt pium, vt ſanctos noſtros ſequētes, cum Romana eccleſia coniungamur?

HERAC. Tum Heraclien. Num, inquit, occidentales doctores ſanctis noſtris doctoribus, ac ſynodorum patribus plures ſunt: qui quidē ſancti noſtri, ſpiritu ſanctum ex patre, non autem ex filio procedere, literis mandauerunt.

EPHE. Quē ſermonē Epheſus excipiēs, prolixam habuit orationē, in peroratione autē protulit Latinos hereticos, nedū ſchiſmaticos, eſſe, idq; Oriē-  
 tale eccleſiā toleraſſe, q; genus ipſorum maius ac fortius eſſet, propterea q; Græcos tot annos ab eis diſiunctos eſſe, quōd hæretici ſunt. Dicebat igitur, ſecum Latinis neutiquā debere coniungi, prius quā additionem illam à ſymbolo prorsus auferant.

BES. Tum Beſſ. Proferentes igitur, inquit, ſanctū ſpiritu ex filioque procedere, hæretici ſunt?

EPHE. Epheſio verō, quid ni, reſpondente:

BES. Beſſarion exclamauit, dicēs: Deus miſereatur, ergo ſancti, qui hanc ſententiā tradidere, hæretici fuerāt? Muta fiāt labia doſoſa, quæ loquuntur aduerſus iuſtū iniquitatē. Nōne clarè vididiſtis, Occidentales ac Orientales doctores ſanctos in hoc neutiquā diſcrepare? quādoquidē idem ſanctus ſpiritus omnibus ſanctis æqualiter fuerat loquutus. Cōferamus ipſorum ſcripta, vt maximam eorundem conuenientiam clariùs videamus.

EPHE. Epheſio deinde proferenti. Quis nouit an libri eorum mendofi ſint, reſpondit:

BES. Quis, obſecro, tam temerè dicere audebit, tot Latinorū ſermones, tot euangeliorū expoſitiones, abſolutā deniq; de ſpiritu ſancto Theologiā, ſimul omnē mendofam & corruptā eſſe? quā quidē ſi veluti mendofam è libris velimus tollere, tantū papyrus alba in tot voluminibus remanebit. Tum Græcorū cōuentus in duas partes diuiſus fuit: nam altera pacē cum Latinis vehemēter deſiderabat, altera verō diſſidij authoribus fauens, ab ea mirū in modū abhorrebat: cui quoq; parti, Græcorū nobiliū & laicorū plurimi vehemēter fauebāt: ſingulis tamē diebus frequētes abſq; Latinis cōueniebāt, vt quidnam agerēt, Latiniſve reſpōderent, inter ſe cōſulerent.

Patriarcha. Feria verō quarta maioris hebdomadæ iterum congregati, à patriarcha fuerunt interrogati an aliud dicere vellent.

Heracl. Reſpondente autē Heraclienſi, ſe diuinorum agēdorū cauſa cōueniſſe. Mytil. Mytilenen. præſul dixit: Quinimo, domine, aut ſanctos ipſos ipſi ſequētes cum Latinis pacē cōſiciamus, aut infecta re, diſcedamus. Sed ſcire velim, an magnū Maximū velitis ſuſcipere. Quibus omnibus annuētibus, protulit magni Maximi fuiſſe ſententiā, ſanctū ſpiritu ſubſtātia-  
 liter quidē ex patre, ineffabiliter verō per ſi-  
 lum procedere. BES. Tum Beſſar. ipſam Maximi

ſententiā q̄ plurimis ſanctorum authoritatibus, præſertim magni Tharaſij, longa illuſtrauit oratione.

Patriar. Patriarcha verō illas ipſas ſanctorum ſententiā exſcribi iuſſit, vt accuratius viſis, cōuētū ſequēti cōmuni oīm ſententiā cōcluſio fieret. Poſtridiē autē Rhutenū & Nicænum, necnon duos cruceſignatos & magnum bibliothecariū ac magnum Eccleſiaſtē, nuncios ad ſummū pōtificem Græci miſerunt, qui ei nunciarent, ſe nolle amplius cum Latinis diſſerere: quādoquidē diſputatio nil aliud præter cōtentionē maximā parit, necnō ipſi Latini in reſpōdendo nunquā deficiunt, ita vt infinita fieret diſputatio, ſi cum ipſis vellēt cōtēdere. In infinito verō verſari, magnū incōmodum eſſe: idcirco ſe modū alium cōiunctio-  
 nis vehemēter deſiderare, quā quidē vellent à Latinis cognoscere, quādoquidē Græci \* pro viribus di-  
 xiſſe, necnō paterno dogmati ſuo à ſeptē ſynodis tradito acquieſcere dicunt. Papa. Quibus quidē nunciis pōtifex ſummus reſpōdit, putare ſe Græcos nō inſcios eſſe, quonā ſtudio, quo labore, quāto deniq; ſumptu, hoc in negotiū incubuerit, & adhuc incum-  
 bat, eos tamē ſemper negligētes fuiſſe, quōd q; peius eſſe videtur, ad diſputandum nobiſcū, vt inter nos cōuenit, ipſis curæ nō eſſe: idcirco ſe velle, vt ſereniſſ. Imp. fratēq; ſuus patriarcha, totaq; orientalis eccleſia, vnā ex hiſ quatuor cōditionibus eligāt, vt vel Latinorū ex literis ſacris demōſtrationibus habitis acquieſcant, ita vt profiteatur in poſterū, ſpiritu ex patre filioque procedere: quod quāuis luce clariùs demōſtratum ſit, ſe: utum velle, ſi adhuc Græci dubitāt, magis patefacere, vt ipſis melius ſatiſſat: vel hi, ſi  
 \* ſe pro  
 \* ſancti

Nuc. Græcorum.

\* ſe pro

\* ſancti

\* Tum de

xi.



vnum Deum in tribus personis, & nos & ipsi firmiter colimus. Non amplius ergo, pater amp. tempus perperam conteramus, verum cum Dei ecclesia, duce veritate iungamur, non plura inuestigamus, hoc tandē responsum perbeato summo pōtifici demus.

*IMP.* Cui quidem præfili cum nemo contradixisset, Imperator respondit, Hoc non esse quod queritur, sed quidnam ad illa quatuor summi pontificis quæ sita respondendum sit, id nobis diligenter peruestigandum.

*GRÆG.* Cui Greg. sic respondit: Quid, obsecro serenissime Imperator, summo pontifici respondere possumus? Dicere nanque hæc esse falsa, illa verò mendosa, & hæc nos ignorare, illa verò prorsus inficiari, nobis indignum videtur.

*IMP.* Tum Imperator rogatu Græcorum omnium eosdem nuncios ad summum pontificem remisit, ut ei responderet, Græcis videri quatuor illa quæ sita rātum ab vno depēdere, vel ad vnū solū spectare, scilicet, ut disputationibus agatur, quādoquidē ut ambigua dilucidetur, & scripturæ exponatur, ut deniq; iurisurādū fiat, iudicio opus est, quod absq; disputatione fieri bene nō posset, à qua Græcos mirū in modū abhorre, quandoquidē ex ea nil cōmodi consequi sperant. Nam ipsi maiorū suorum authoritati acquiescētēs symbolo à sanctis patribus ac à septem œcumenicis synodis tradito, nulla vnquā ratione quicquam apponerent: contra, multorum sanctorum authoritatibus Latinos clarissime demonstrasse, additionem illam veram esse, fieriq; nō posse, ut à symbolo dimoueretur, etiam si Græci vehementissimè cupiant. Opera precium igitur esse, ut contentione, sanctorum authoritatibus, disputatione, denique iureiurādo postposito, beatissimus pater, vtraq; parte in suo dogmate permanente, cōiunctionis modum excogitet: sin minus, infecta re, Græcos à synodo discessuros. *SVM. PON.* Quibus summo pontifici nunciatis, respondit se nonnullos cardinales ad Græcorum conuentum misurum, ut eis coram Imperatore respondeant.

*BESS.* Interea Bessarion luculentissimam orationem pro pace in conuentu Græcorum habuit, ac literis ipsam mādauit, quam in extremo huius libri interpreti mihi disponere visum fuit, quoniā ab eodem ipso Bessarione post nonnullos annos latinitate dotata fuerit. Triduo autem post cardinales tres, necnon antistites decem, ac nonnulli monachi præclari Theologi, summi pontificis iussu, ad Græcorū conuentum domi patriarchæ, præsentē Imperatore celebratum, conuenere, vbi Iulianus ille facundissimus cardinalis hanc habuit orationem.

*IVL. CARD.* Non infcius sum, Patres amplissimi huc mecum præclaros doctores venisse, qui sanctissimi domini nostri mādata melius quàm ego referre possent. Veruntamen quoniam ego superioribus etiam sessionibus fuerim locutus, idcirco præstantissimorum horum patrum consensu, nunc etiā pro viribus pauca proferam, hac tamen conditione ut ipsi, quæ imprudens omiserō, suppleant. Notū est vobis, patres amplissimi nos Ferrariæ conuenisse, ut in qualibet hebdomada duas ad minus sessiones celebrarem, quandoquidē visum est nobis operæ precium esse, ut nostra dogmata disputationibus clara lucidāque reddantur. Cur autem hanc nostrā conditionem seruare nolitis, ipsi penitus ignoramus, cū nō sine magno vestro nostroque sumptu huc, ut ve-

ritatem inuestigemus, conuenerimus: quam quidem non alia via, quàm disputando, poterimus consequi. Porro quatuordecim mēsum spatio ideo nihil profecimus, q̄ in eo lōgissimo tēpore, non nisi viginti quinque sessiones celebrauimus, cum nō minus quatuor quolibet mēse celebrare cōmodissime potuissemus. Vnde pater, negligētia vestra nos multū tēporis cōtriuisse, de quo quidē vehemētē dolemus animo. Quapropter rogamus vos, præstantiss. P. veluti ad sessiones venire, quandoquidē hæc vna via facile coniungi poterimus: quinimo fieri non potest, ut sine disputatione negotium nostrum confici possit.

*IMP.* Satis superq; præstantiss. P. dixisse videmur. Nō enī inter nos cōuenit, ut in infinitū disputemus. Reliquum igitur est, ut nostræ coniunctionis modū inuestigemus. Nam ut æger, cum præualeat egritudo, non autem posteaquam cōualuerit, uti solet dicta (non enim semper prodest abstinere à cibo) ita etiā nobis disputatio quondam profuit, nunc verò neutiquam conuenit. Verum nos alium modum, quo pacem possimus conficere, excogitare oportet.

*IVL. CARD.* At nōdū nobis serenissime Imp. satisfactū fuisse videtur, quandoquidē à disputatione prius desistere nō debemus, quàm nobis veritas pateat, cum præsertim ipsi multorū sanctorū attulerimus authoritates, quibus dogma nostrum pium esse probauimus, ac eum nō esse Christianū, qui spiritū sanctū nō crederet ex filioq; procedere. Vos autē cū neq; nobiscū sentire velitis, neq; argumēta nostra refellatis, sed à disputatione vehemētē abhorre, videamini, tantūmodō proferētes, satis iam dictū esse, quod sanē nobis incōueniens esse videtur. Vos igitur oportet ostēdere, vel nos nō bene sentire, vel sine aliqua excusatione ad sententiā nostrā venire, ac nobiscū coniungi, vel ad disputationis certamē descendere, quousq; veritatē ipsam assequamur. Nam exemplū tuum sereniss. Imp. à nobis potius esse videtur, quandoquidē ut egrori solēt uti dicta, ita nos etiā ob Ichisma nostrum, quod magnam egritudinē esse duco, cōusq; disputare debemus, quousq; pacem ineamus: præsertim cum fieri non possit, ut alia cōiunctionis via inueniatur. Pace verò cōiunctionis que nostra (fauente Deo) confecta, ut egrori dicitur, ita nos disputatione nequaquam egebimus.

*IMP.* Dico equidē, P. amp. nos amplius vobiscū disputare nolle, quandoquidē verbis abundatis, ac vsu dialecticis vobis venit, ut nunquā suaderi velimus verū semper differere, ad extremū autem vehementissimè perorare, statimq; cōsurgere, ac sessionē dimittere, ut animos auditorum ad vestram orationem cōtatis. Omisso igitur multiloquio, viam qua Dei benignitate coniungi possimus, excogitemus.

*IVL. CARD.* Ipsi profectō sereniss. Imp. nō multū prolixive fuimus, sed dialectici nō obmutescere, nec in sermone deficere solent, quandoquidē argumētis rationibūque semper abundant. Qui autē propositam quæstionem veris rationibus sustinere non potens, tacet, disputationēmq; fugit, is dare minus deberet, atque à causa palām discedere, ut pater Ephesus fecisse debuerat, quippe qui non habens quid amplius diceret, victus discessit, nolens amplius disputare, ac se victum ingenuē fateri, cui vos quoque assentiri videmini. At non ita conuenimus, verum ut eousque differeremus, quousq; quæstionem nostram ad veram conclusionem perduceremus. Cui quidem sermoni serenissimus Imperator.

perator acquiescere nolens, ac à disputatione vehementer abhorrens, insit vt vtraque ex parte decem viri seligerentur, qui tantum octies conuenirent, & viam coniunctionis inuestigarent: qua non inuenta synodo dimissa discederent. Postridie verò ad summum pontificem iuit, ac ei suam sententiam dixit: quam cum summus pontifex approbasset, latini cardinales duos, & duos antistites, ac duos doctissimos monachos, & duos alios clericos, Græci autem decem præfules elegere, qui cum simul conuenissent, Græci prius à Latinis quæsiuerūt, an sancti Maximi literas suscipere vellent, quibus clarissime patet, filium spiritus sancti non esse causam.

*LATINI* Quibus Latini responderūt, se minime credere, filium principem sancti Spiritus causam esse, sed patrem vnicam filij sanctique spiritus causam profiteri, illius secundum generationem, huius verò secundum processione. Ut autem pateat, vnam eandemque substantiam ipsorum esse, sanctū spiritum per filium procedere, Latinos dicere, qui etiam indiuisibilitatem eorum substantiæ ab hypostasibus, profiterentur: nam filius substantialiter patris filius est, sanctus verò spiritus substantialiter patris & filij. Dicebant ergo Latini: Si spiritus substantialiter patris & filij est, substantia verò ab hypostasi se iungi non potest, necesse esse, ut sanctus spiritus ex filij etiam hypostasi procedat. Authoritates autem, quas Maximus citare videtur, ab Ambrosij, Hieronymi, Augustini, ac aliorum sanctorum doctorum Occidentalium authoritatibus neutiquam esse diuersas, quorum quidem volumina plena sunt, sanctum spiritum ex patre filioque procedere. Quibus omnibus intellectis, conuentus ipse dimissus fuit.

Postridie autem iidem patres conuenere, Græci que sancti Tharasi patriarchæ Constantinopolitani authoritates attulere, tenentis sanctum spiritum ex patre per filium procedere, cupientes eo modo symbolum celebrantes, cum Latinis coniungi. At illi præpositionem per, longè melius quàm Græci, exposuerunt. Contendentibus enim Græcis, per & ex præpositiones diuersa significare, Latini subtiliter respondebant, dicentes: Si quidem diuersa significant, necesse esse, ut in diuinis duæ sint operationes: altera quidē patris, quæ per ex: altera verò filij quæ per præpositionē per, significetur, quæ quàm maximū incōueniēsest. Nolebāt ergo Latini præpositionē per, suscipere, ne propter ambiguitatē vocabulij, quisquam impius crederet, præpositionem per, organum quoddam significare, instar scilicet aquæ ductus, cū ipsi profiterentur sanctum spiritum ex patre filioq; ut ab vno solum principio vnica operatione procedere. Quibus dictis, discesserunt. Et quanuis Græci nolent amplius conuenire, (quid enim dicerent, non habebant) tamen à Latinis coacti, ter item conueniunt. Et factum fuit post multa, ut Latini, contententibus Græcis, sententiam suam literis mandauerint in hac forma:

*LATINI* Quoniam Græci suspicantur nos duo principia, duasue causas in sancta consubstantialique Trinitate profiteri, idcirco hanc habentes sententiam vel talia profitentes, anathemate notamus quandoquidē ipsi credimus, patris & filij operationem potestatemque mittendi, vnicam spiritus sancti causam esse, ita ut filius non sit diuersum à patre principium, ex quo quidem spiritus sanctus procedat, ac esse habeat. Nam patrem vnicam cau-

sam, & radicem, ac fontem diuinitatis profiteamur esse: non ita tamen, ut patris & filij ex eo confundamus personas, quòd operationem ipsorum vnam esse credimus, (id enim esset impium credere) verum duas patris filijque personas existere, vnam autem operationem, ac eorundem vnicam potestatem mittendi: vnum denique esse, quod ex ipsorum substantia & hypostasi mittitur, profiteamur. Idcirco autem diuinum symbolum, declaratum ac dilucidatum à maioribus nostris fuisse dicimus, ne quisquam ambigens, an filius spiritus sancti causa sit, in aliquam incideret hæresim. Nam credentes sanctum spiritum ex filio nequaquam procedere, necesse est ut intelligant, spiritum ex solo patre procedere, ac consequenter non esse filium. Qui autem proferunt spiritum ex sola patris persona procedere, hi proculdubio substantiam ab hypostasi separant, & partitionem imaginantur diuinæ substantiæ, quod à ratione fideque valde alienum, pie creditur esse.

*GRÆCI* Quibus quidem literis à Græcis perlectis, eas vario sensu intellexerunt. Nam alij dicebant, Latinos, filium spiritus sancti causam esse clarissime credere, & cum Græcis neutiquam conuenire: alij verò, Latinos ipsos duo principia, duasue causas Trinitati ascribere: alij denique, qui ingenio fortes haberentur, mirum in modum contendebant ut ipsa litera diligentius inspicerentur. Latini autē, audita tanta Græcorum inter se controuersia alias ad eos literas miserunt in hoc tenore.

*LATINI* Quoniam Græci nos calumniantur, ac nobis obiciunt, duo principia vel duas causas in sancta & consubstantiali Trinitate ponere, idcirco professionem nostram his literis mandamus: Credimus in vnum Deum patrem, & in vnum filium vnigenitum & ex patre natum, & in vnum spiritum sanctum, ex patre quidem habentem essentiam, quæ admodum etiam filius, verum ex filioque procedentem, quandoquidē patrem vnicam filij sanctique spiritus causam profiteamur, illius quidem per generationem, huius vero per processionem. Porro autem, ne identitatem coniunctionemque diuinæ substantiæ distribuere, ac ipsam eandem substantiam re non autem sola ratione, ab hypostasibus & personis differre, credere videamur: nec non ne quispiam credendo sanctum spiritum ex solo patre procedere, tres in patres vnicam illam diuinam substantiam diuidi mente concipiat, idcirco verbum, ex filioque, necessarium in symbolo duximus esse, profitemes sanctum spiritum ex patre filioque, tanquam ab vnico principio, procedere. Quas quidem literas cum Græci biduum diligentissimè contemplati fuissent, nolentes vlla ratione concedere filium sancti spiritus causam esse, vix ipsi quoque sententiam suam literis hac forma traditam ad Latinos requisiti misere,

*GRÆCI* Cum Latini profiteantur, patrem vnicam filij sanctique spiritus causam esse, ac à nobis contendant, ut nostram sententiam, quidque in hac re sentiamus, nostris literis declarem, idcirco patrem filij sanctique spiritus fontem & radicem, filium verò & sanctum spiritum, secundum primam œcumenicam synodum, & magnum Basilium & Cyrillum diuina germina profiteamur esse, necnon spiritum à filio scaturire, hauriri, prodi, emitti ac profundi.

*LATINI* Quas quidem literas ad Latinos hac conditione-

ditione Græci miserunt, ut ipsas cum voluissent, exponere possent. At Latini literis ipsis nequaquam acquiescere proferentes se verborum ipsorum expositionem vehementer desiderare: quandoquidem verbum scaturire, in actis ipsius primæ synodi, hauriri verò & profundi, in nonnullorum sanctorum commentariis legitur quid autem talia verba significant (ut paulo ante dictum est) se scire cupere: quia vulgò ferebantur eiusmodi verba, secundam ac temporalem missionem significare: se autem credere, sanctos patres de vna tantum sancti spiritus missione literis mandasse, ac ipsam spiritus à filio esse effusionem, secundam non esse. Et quavis temporalis etiam sancti spiritus missio ad homines sit, se tamen primam illam inuestigare, qua quidem filius sancti spiritus causa creditur esse nam qua ratione sanctus & hypostaticus spiritus à filio scaturiret, nisi ab ipso haberet esse? vel quonam modo apud Cyrillum, ab eodem filio, ut à Deo patre profunderet, si non ab ipso dependeret? Dicebant ergo Latini se cum Græcis in hoc sentire: verum ut omnis ambiguitas tolleretur, & ne quisquam in posterum opinetur, missionem ipsam, de qua agitur, in simplicissima diuinitate secundam esse, idcirco declarationem, quam supra dixerant, à Græcis ipsis desiderare:

*GRÆCI* Quæ cum Græci audiissent, magno animi dolore affecti, quod ea ratione modum rei facere non possent, proferebant magnum se facinus contra trium legatorum patriarcharum, videlicet Heracleen, Ephesij, & Monenbasien. necnon ex aliis antistitibus Anchialen, ac ex clericis magni bibliothecarum, ac protedici sententiam commisisse quod literas ipsas ad Latinos scripsissent, seq; nihil aliud posse facere, quandoquidem Latini sanctorum auctoritatibus acquiescere nolunt, ideoque operæ præcium esse ad patriam, infecta re, remeare.

*IMP.* Quæ cum sereniss. Imperat. intellexisset eorum secordiam exprobrauit, ob quam sibi videbatur ipsis male actum fuisse, ac statim ad summum pontificem iuit, ipsique significauit, quæ inter suos antistites proferrentur.

*PAPA* Cui pontifex summus ita respondit: Nos Imperator fili, sapè sapius à vobis contendim⁹ ut disputando veritatem inuestigaremus: deinde inquiringentibus vobis, quidnā de summa Trinitate sentiremus, bis ad vos scripsimus. Quod cum vobis nequaquam placuerit, quasdam nobis sanctorum auctoritates misistis quæ quoniam nobis ambiguae viderentur, vos enixe rogauimus, ut ipsas clariores redderetur. Vobis autem id facere recusantib⁹, quid amplius poterimus facere?

*IMP.* Non equidem, pater beatissime, Græcorū conuentui dominor, neque vellem ipsum tyrannicè cogere, ut vobiscum pacem componat. Qui cum clarissimas suæ professionis literas ad vos libenti animo miserit, nescio cur alia opus sit expositione. Nam scaturire, profundi, hauriri, & reliqua illa vocabula, filium causam esse significant, tametsi nosster conuentus, ne tumultus ob ignorantiam vulgi fieret, ea clarius explicare non audeat. Siquidem igitur vobis credentibus filium sancti spiritus causam esse, non solum non contradicimus, verum etiam cum verbis illis coniungi volumus, quidnam aliud, obsecro, à nobis desideratis?

*IVL. CARDINALIS* Quoniam Imperator serenissime, conuentus vester videtur credere,

verba scaturire, hauriri, atque profundi, secundam quandam & temporalem missionem significare, idcirco vehementer desideramus, ut vestram sententiam vestris literis clarius exponatis: quandoquidem ipsi sentimus Cyrillum his verbis ostendere voluisse, Spiritum sanctum ex patre filioque, essentialiter esse necnon ex filio, sicut ex patre, procedere.

*IMP.* Quæ omnia sereniss. Imp. conuentui suo retulit.

*GRÆCI* Qui quidē ea grauius ferens, post aliquot dies eisdem illos nuncios ad summum pontificem remisit, cum obsecraturus, ut huius rei tandem faceret finem.

*PAPA* Qui summus pontifex statim eisdem ipsos tres cardinales ad conuentum Græcorum misit, ipsum rogaturus, ut suas exponeret literas, preferatim quonam modo illam præpositionem per, intelligeret, cum apud Latinos quatuor res videatur significare, videlicet instrumentum ut ferram, & materiam ut domum, & transitum ut aquæ ductum, ac naturaliter substantialiterque, quemadmodum Spiritus sanctus per filium mitti creditur.

*IMP.* Quæ cum Græcis nunciata fuerunt, Imperator cardinalibus ipsis respondit, suos antistites aliud nolle conscribere, vel proferre, se tamē maximo desiderio affici, necnon paratos esse cum Latinis coniungi: sin minus, proprediem à synodo discessuros. Hæc & alia verba similia Imperator proxima quoque die cardinalibus ipsis eandem expositionem enixe petentibus protulit. Deinde verò ad summum pontificem accersitus iuit.

*PAPA* Cui summus pontifex ita dixit: Cum tuum ad coniungendas ecclesias magnum studium Imperator fili, viderem, magno equidem gaudio afficiebar, ita ut æquo animo labores ac non mediocres sumptus ferrem: nunc autem contrā videns tuorum hominum in tali tantaque re secordiam & pigritiam, animi dolore afficior, ac simul vehementer admiror, vnde nam hæc tam subita, tantaque rerum mutatio sit, cū mihi profecto videantur absque causa ratione ab Ecclesiarum coniunctione minus in modum abhorrire, ita ut videar operam & laborem (ut vulgo dicitur) perdere. Porro autem scire cupo quid vnquam fuerit opus, in quo vobis non iactauerimus? vel quid à vobis contenderimus, quod nobis non possit? Aut igitur nostram piam professionem suscipite, ac excolite: aut vestras literas quas, nuper ad nos misistis, nobis reddite clariores, quo quidem pacto facillime coniungemur an quicquam prohibet, quo neutrum horum possit fieri?

*IMP.* Iusta petis, Pater, ut nostras literas exponamus, clarioresque reddamus. Verum nonnulli præfules nostri, Latinorum petitionem credentes congruam rationi non esse, nolunt ei acquiescere: difficileque eis videtur, dogma maiorum suorum tam libito dimittere, cum semper crediderint, Latinorum fuisse sententiam, Spiritum sanctum duas substantialia causas habere proptereaque noluerint illud, ex filioque suscipientes, vobiscum pacem componere. Nobis ergo necesse est, ut patrias leges morelque seruemus. Ego verò qui conuentui nostro (ut paulo ante dixi) non impero, ipsum tyrannicè cogere nolo, ut quicquam præter eius voluntatem dicat vel agat, ita ut in hoc quod à me, pater beatissime, petis, minime tibi satisfacere valeam.

*PAPA* Vester ergo conuentus veniat, ut mihi

respondeat, ut mihi & tibi Imperatori plurimum conueniat.

*IMP.* Tum iussu Imperatoris, absente tamen ipso ac patriarcha, Græci omnes antistites ad summum pontificem venere. Quem cum cardinalibus nouem ac pluribus præsulibus offendere. Vbi confidentibus omnibus, is summus pontifex orationem hanc habuit:

*PAPA* Nequaquam fratres prudētissimi Orientalis Ecclesiæ consiliarij, terrenarum & caducarum rerum, aut nostri commodi causa, verum Spiritu sancto afflati, ut Dei Ecclesias coniungamus, non sine magno labore diuinum hoc opus libenter aggressi sumus. Quæ quidem in re quantum laboris susceperimus, ac indes suscipiamus, vobis notissimum esse putamus. Quod profecto æquo animo ferrebamus, dum crederemus, vos etiam in hanc rem vehementer incumbere, videntes multa vos terramarique passos, ad coniungendas ipsas Dei ecclesias festinantes huc conuenisse. Nunc autem taciti nobiscum considerantes, vos ipsos negligentes & hac in re pigros factos esse, vehementer miramur, ac vestri plurimum miseremur, etiam non inscij vos & patria, & necessariis, ac vestris comodis carere necnon Ecclesias vestras non mediocriter pati, magno animi dolore afficimur, præsertim benè prospicientes, si nostras Ecclesias, ob negligentiam & contumaciam vestram neuiquam coniungerimus, quanta mala futura sint. Ut autem (fratres) dogma nostrum esse demonstraretur, frequentes fieri selsiones ac in inter nos disputationes ab initio studio summo curauimus. At nos ita rem semper voluistis differre, ut dum essemus Ferrariæ, non amplius quam 16. selsiones fuerint celebratæ. Quod quidem licet ægrè ferremus, tamen ad sanctam pacem prospicientes, rebus in omnibus, quas à nobis petiistis vobis libentissimè satisfacimus. Communi deinde sententia synodum huc transfulimus, vbi sane nunquam destitimus, quin ex mutuis conditionibus, quas Ferrariæ accepimus, vos ad disputandum hortaremur, ac huius rei causa, quandoque increparemus. Nam ibi conuenimus, ut tres singula quaque hebdomada selsiones celebraremus, etiam si summus pontifex, vel Imperator, vel patriarcha, vel quisquam ex electis disputatoribus detentus valeatidine à selsione abesset, & si festum, aliudve impedimentum contineret, proxima die selsio haberetur, vbi nulla ratione vlla vnquam selsio posset impediri. At vos vix nouem aliis selsionibus hic Florentiæ celebratis, ut priuati conuentus fierent, contendistis, sperantes eo modo nostræ coniunctionis viam inuenire. Quæ etiam in re tametsi vobis indulsimus, nihil tamen ob secordiam vestram profecimus, quandoquidem contendentes vobis cognoscere, quidnam de spiritus sancti processione sentiremus, binas literas scripsimus, quod forsitan pro Romanæ Ecclesiæ dignitate fieri non debebat. Quanto enim honore ac obseruatiæ orientalis Ecclesiæ Romanam semper fuerit profecuta, vos scire credimus. Deinde nobis quoque volentibus intelligere, quidnā ipsi de eadem processione sentiretis, literas nobis multum ambiguas & obscuras scripsistis. Postremò, plurimum requisiti atque rogati, ut eas exponeretis, clarioresque redderetis, nobis satis facere nolulistis, ita ut ipsas intelligere nō possimus. Quid igitur faciamus, nescimus. Videmur autem videre non sine omnium nostrum

incommodo & dedecore nos (quod absit) semper disunctos fore, quod quidem quo animo creditis Occidentales principes audituros esse? ac nos quāto animi dolore afficiendos? Vos verò quanta mæstitia vestram ad patriam reddituros? Contrā, piè coniunctis Ecclesiis, & principes ipsi nobiscum vehementissime gaudebunt, & omnes vobis auxilium erunt, ita ut non solum Christiani, qui sub Imperij vestri ditione sunt, verum etiam illi, qui sub impio tyranno & Christi nominis hoste degunt, animo leuentur. Rogamus itaque vos fratres, per domini nostri Iesu Christi præceptum, ne velitis Dei Ecclesias disunctas semper manere, verum ipsis coniunctis Deum simul glorificemus: quandoquidem Ecclesiarum coniunctio animabus nostris saluti, nobis verò non mediocri fuerit honori, ac eam dubio procul corpori ac incorporei acerrimi nostri hostes, nobiscum angelis gaudentibus vehementer timebunt, ita ut non minus in cælo quàm in terra non mediocre gaudiū sit futurum.

*RHV.* Oratio tua, pater sanctissime, vera nobis videtur esse: sed quoniam magnæ res magna indigent consideratione, idcirco in hoc longissimo tempore, in primis serenissimus Imperator concilio & prudentia, deinde nos tum publicis, tum priuatis disputationibus, diligentissimæque peruestigatione, in Ecclesiarum coniunctionem mirum in modum incubuimus, ita ut totos hos quatuor annos, ex quo nunc gocium hoc tractare cœpimus, plurimum laborauerimus nil mirum autem est, si pro magnitudine rei nihil ferè confecerimus, quandoquidem (ut paulo ante diximus) longa opus est contemplatione.

*GRÆCI* Quibus dictis, Græci ad patriarcham venere, ac ei omnia retulere.

*PATRIARCHA.* Ipse verò, sic contendētibus, pluribus, Ruthenum & Nicænū & Lacædemonien. ac Mitylenen. antistites ad Imperatorem misit, ut ei nunciarent, conuentum Græcorum, patriarcha duce, cum Latinis coniungi velle: ideoque rogarent ipsum ut pacem conficeret. sin minus, inuito eo, antistites suos eam confecturos.

*IMP.* Quæ cum Imperator audisset, timens, ne sui homines in ipsum conspirarent, cogitare cœpit, quonam pacto pacem cum Latinis iniret. Die verò sequenti in Græcorum conuentu domi patriarchæ factò, hæc habuit verba.

Non alia de causa, pontifices optimi, ad hanc venimus regionem, nisi ut Ecclesias coniungamus, & non pro alia re tot labores pertulimus, quam nostræ Ecclesiæ dignitatis ac amplitudinis causa. Sed ecciam mensis 15. agitur, ex quo patria & comodis nostris priuati, in Italia sumus, & nihil profecimus. Porro mihi videtur disunctio ac nostrum à Latinis disidium, perniciosissimum esse: coniunctio verò atque pia concordia, nobis valdè conducere posse. Ideo duo nobis opposita, ut potè mala, damniferaque; fugienda sunt: alterum, ne sine ratione cum Latinis iungamur: alterum autem, ne impiè ab eisdem disideamur. Ergo diligenter debetis considerare, quidnā nobis magis conducere possit, ac in primis, quantum calamitatis talis discordia nobis afferre possit. Mementote ergo, Pater opt. ut patriæ nostræ Constantinopolitanæ auxilio sitis, quæ quidem sola Christianorum refugium, spes ac seruatrice in Oriente relicta est. Consulite, obsecro, incolumitati ac saluti eius: dicite sententias neque animabus, neque corporibus

ribus perniciosas. Pia quidem & non absque ratione Ecclesiarum coniunctio, nobis valde conducet: eorundem verò disiunctio, contrà: sed animarum nostrarum salute omnia debent metiri. Cauendum igitur, ne, si talis coniunctio pia est, eam sine ratione fugiatis, ita ut tanto talique careamus bono, quando quidem Ecclesiarum disiunctio horribilis est & dicitur. Si quis autem impedit, quo minus pia Ecclesiarum pax fieri possit, is cum Iuda damnetur.

*GRÆCI* Tum antistites omnes vna voce clamant: Si quis Ecclesiarum coniunctionem non desiderat, sit anathema.

*RHV.* Credo equidem, fratres, vos non ignorare disidium & controuersiam nostram cum Latinis, multorum malorum causam fuisse. Occidentalium ergo ac Orientalium sanctorum doctorum sententias accurate consideremus: quippe qui videntur inter se quam maxime conuenire, quandoquidem nobis credendum est, ipsos à Spiritu sancto aequaliter afflatos fuisse: ipsis ergo debemus aequaliter credere, nisi aliter vobis videtur.

*BESSA.* Annuentibus autem his omnibus pontificibus, Nicænus prolixior habuit orationem, dicens: Si creditis, Pater sanctos esse concordantes, cur etiam cum ipsis non creditis sanctum spiritum ex patre filioque procedere? Deinde multas attulit auctoritates, præsertim Cyrilli super Ioannem, & ex eius thesauris, & ex Epiphanijs angustiorum: quorum alia testabantur sanctum spiritum ex patre filioque procedere, alia ex utroque, alia ipsum spiritum à filio habere esse, alia verò ab eodem profundi & mitti.

*MITT.* Quibus quidem Orientalium doctorum sententiis intellectis, Mitylenen. etiam præsertim sanctos Occidentales doctores citauit, proferentes patrem & filium vnicam sancti spiritus causam esse patrem tamen præcipuam esse causam, licet spiritus ex consubstantiali quoque filio sit, ac ex utroque procedat.

*GRÆCI* Quibus omnibus sanctorum sententiis visis, pontifices ipsi dixerunt, se nunquam alias ipsas intellexisse, nunc autem eas æquo animo suscipere.

*IMP.* Tum Imperator dixit illis: Si ergo talibus sententiis acquiescitis, vestras sententias dicite.

*GRÆCI* Hi verò pontifices ac patriarcha simul responderunt, Occidentales sanctos sectari vel le, ac ipsorum doctrinam suscipere, quã quidem necesse est veram esse, cum ab vno eodemque sanctorum spiritu aequaliter omnes afflati fuerint.

*GEOR.* Sequenti autem die Georgius Scholarius vir doctissimus, qui cum sacris initiatus non esset, in synodum venire non poterat, ab Imperatore vocatus, ut quidnam in hac sentiret materia, proferret hanc orationem in conuentu Græcorum habuit.

*SCHOLARIUS* Quid equidem, Imperator optime, de faciendâ cum Latinis pace senserim, ac sententiã, ex sermone, quem nuper ad hos amp. P. scripsi, pater, quo quidem ipsos, ut cum Latinis coniungerentur, pacemque componerent, & Reipublicæ Constantinopolitanæ auxilium ferrent, pro viribus hortatus fui. Nunc autem duas alias orationes, quas nuper exaravi, tibi confecto, in quarum altera continetur, quam ratione pax huiusmodi fieri debeat in altera verò non argumentis ac humanis probationibus, verum ex ipsa sacra scriptura, & sanctorum

doctorum sententiis demonstratur, sanctos omnes doctores inter se concordantes ac consonos esse. Quas quidem duas orationes, sereniss. Imperator, tamen neque sapientia, neque scientia, neque ingenio præditus sum, pro meo tamen munere ac gratiis, quas mihi pro illo primo meo sermone humanissime reddidisti, quas equidem minimas simul & maximas esse censeo, illud quòd alias maioribus me beneficiis affecisti, hoc autem, quod indignus sum, ut tot tantæ mihi gratiæ agantur: pro meo (inquam) munere, ac horum præstantissimorum patrum in me mutua benevolentia, summo studio ac lucubrationibus & longis vigiliis cõposui. Quibus planè patet, quidnam ego in hac re sententiam, videlicet omnes pro nobis & non contentiosos Christianos, firmiter credere debere, sanctos doctores (ut paulo ante dictum est) quàm maxime cõcordes esse, quorum omnium rationem cuiuscumque volenti auscultare paratus sum reddere. Porro quoniã tu Imperator diuine, ac omnes hi præstantissimi Patres mihi iubetis, ut ego quoque quidnam de tali re sentiam, nunc in medium proferam, idcirco cum tametsi conuenientius esset mihi, pacem vos faciendâ acquiescere, quàm in ea sententiam dicere: quandoquidem talem proferre sententiam ad Ecclesiarum rectores pertinere videtur, tibi tamen imperanti mihi, non autem quod autoritate mea in hac re opus sit, pro viribus satis faciam. Sed vbi de fide veritatisque professione agitur, propria vti autoritate ineptissimum est nam nec imprudentium quisquam aliquid crederet, quod non aliqua ratione constaret, licet sola fidei veritate (ut nouimus) Christiani seruari, & diuinam gratiam consequi possunt. Sed hæc hæcenus. Primum autem deo optimo maximo, sereniss. Imp. gratias ago, qui vestrum omnium mentes, ad componendam pacem mihi gratissimam, direxisset, qui que passus nequaquam fuisset, ut sui fideles spe tanta fraudarentur, me dein de vestri sacri conuentus, quinimmo huius œcumenicæ synodi sententiæ ac futuro decreto summitti quod quidem summa veneratione ac non mediocri gaudio suscipiam & amplectar, ipsique magnum honorem pro viribus tribuam, utpote quod non ab hominibus, sed à Deo esse prolatum existimem. Hanc autem sententiam dico, non quia laicus sum, ob idque mihi necesse est diuino tuo Imperio, & œcumenico patriarchæ nostro, & huic sancto conuentui, & multò magis generali synodo semper obedire: que præterea, quod in hac materia semper huiusmodi sententiæ fuerim, ut cum Latinis coniungeremini, verum & si contrariam sententiam prius habuissem, & quauis dignitate in Dei Ecclesia præditus essem, sapientiaque ceteros mortales præcellerem, adhuc tamen non aliam sententiam in præsentia dicerem. Demum magno affectus desiderio, veritatis confessione meam linguam expiare, sanctificatæque, ut Christi seruatoris nostri de me quoque confessione his qui eum coram hominibus profiteantur, promittit, pia mente credo & profiteor, sanctos doctores præsertim Orientales quàm Occidentales, quos inter se consonos esse, necesse est, & quorum alij literis mandarunt, sanctum spiritum ex patre filioque, alij ex patre per filium procedere vel mitti, vel ex filio, vel ex patre per filium esse, alij vel ex filio profundi, quem admodum ex patre, vel substantialiter ex utroque profundi, vel denique ex filio scaturire, ac alia id genus sanctos

sanctos (inquam) doctores ipsos, ad hanc vnam veritatem adspexisse, sanctum ipsum spiritum à patre filioque accipere esse, ac ex patre filioque procedere, ut ab vnico principio, atque vno mittente, patremque simul & filium vnicum spiritus sancti principium esse, non autem ex eo propterea consequi, patrem & filium duas causas esse, neque ipsos inter se confundi, quanuis nonnulli suspicentur huic sententiæ talia incommoda contingere. Quod ideo ipsis accidit, quòd sententiam ipsam non bene percipiunt. Ego autem credo, spiritum sanctum ex patre filioque, vel ex patre per filium, ut ab vnico principio causam procedere, veram sententiam esse, ac sanctos omnes (quos supra diximus) in hoc concordantes fuisse, quinimmo nequaquam fieri potuisse, ut in aliquo dissentirent. Proptereaque duas causas in diuinis esse credentes, aut patris filiique personas confundentes execrandos, anathemateque notandos censeo. Dixit, ac statim è conuentu exiit.

*Græci* verò multis orientalium doctorum sententiis repetitis, & accurate consideratis, patefacta denique veritate, sententias suas hoc modo ac ordine dixerunt: Occidentalium ac Orientalium sanctorum doctorum scripta diligenter auscultauimus, quorum alia sanctum spiritum ex patre filioque, alia verò ex patre per filium procedere testantur: quæ quidem omnia tametsi significant idem, nos tamen illud ex filioque, postponentes, sanctum spiritum ex patre per filium ab æterno substantialiterque, ut ab vnico principio vel vnicâ causâ procedere profiteamur, quando quidem præpositio per, in sancti spiritus processione causam significat.

*IMP.* Hanc equidem sanctam generalem synodum nequaquam ceteris inferiorem esse censeo, quam quædam etiam pro multitudine patrum, alia Gregorij & Cyrilli, alia verò aliorum clarissimorum doctorum auctoritate fuerint illustres, hanc tamen non minus ipsis piã & sanctam existimo, neque ipsam minori prosequor veneratione, quod in ea diuini & difficilior quæstio tractatur, & viri, qui tantam rem agunt, sancti venerationeque plurima digni sunt, præsertim pontifex summus, ac patriarcha noster sanctissimus. Cum igitur hæc synodus talis ac tanta sit, ego Dei gratia Imperator, eius futuræ sententiæ acquiescere, quodque decretum ipsa vel maior numerus patrum ediderit, more maiorum meorum, ac pro viribus sacri Imperij absque aliqua excusatione defendere promitto, tum causis antedictis, tum etiam quod mihi ipsi suadeo, vbi de diuinis dogmatibus in œcumenica synodo agitur, sanctam Dei Ecclesiam communi patrum sententiâ nequaquam errare posse. Fieri nanque potest, ut vnus, duo tres vel plures homines per sese meditates, ac rem aliquam contemplantes, aberrent: communem autem Ecclesiam, de qua dominus dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, errare non posse censeo. Alioquin & seruatoris nostri verba vana essent, & nostra religio pessundaretur. Quæ quia maxima incommoda essent, credendum potius fieri non posse, ut Ecclesia Dei decipiatur. Necesse est ergo (ut paulo ante dictum est) Imperatoriam maiestatem Ecclesiæ decreta defendere. Sed velim, ne à Latinis cogamur, ut sacro symbolo nostro quicquã apponamus, vel cæremoniarum aliquid in Ecclesia nostra mutemus.

*RHV.* Sanctorum Occidentalium scripta nobis suscipienda censeo, sanctumque spiritum ex filio habere esse, necnon patrem & filium vnicam spiritus causam esse, credo & profiteor, ac coram Deo & vobis palam dico.

*BESSA.* Post autem Bessarion eandem sententiam dixit.

Verum enimvero rem altius repetens, plurimis ac fortissimis argumentis ostendit, cum Christianum seruari non posse, qui sanctum spiritum ex patre filioque procedere, crederet minimè.

*MITT.* Ego ab ineunte ætate literis & sermone cum Latinis certabam acerrimè, ipsis semper contradicendo, quod mihi duas in sacratissima Trinitate causas ponere viderentur, dicentes spiritum sanctumque spiritus causa esse. Nunc autem in synodo, dogmate ipsorum accuratè dilucidato, eos longè aliter & non à ratione aliena sentire cognoui: quandoquidem profitentur patrem, ut pater est, filij patrem esse: ac filium, quatenus filius est, patris filium esse, cū relatiua & ad aliquid sint: sanctum autem spiritum per sese neque ad patrem, neque ad filium referri, quatenus pater & filius sunt, quod spiritus per se relatiuum non est: ratione verò, qua spiritus est, ad spirantem referri: neminemque proferre debere, patrem & filium spirantes non esse, cum passim legatur spiritum patris & filij esse, ac in Euangelio scriptum sit, Ego in patre & pater in me est. Et, Qui videt me, videt & patrem meum: Ergo pater & filius vnica spirandi, mittendive facultate (ut bene Latini dicunt) sanctum spiritum spirant. Quæ cum à sanctis doctoribus memoriæ tradita diligenter vidissem, omnes valde consonos ac concordantes esse percepi, quamuis Occidentales magis quam Orientales expresse clareque literis ea tradiderint. Nam Orientales his verbis, profundi, emitti, scaturire, hauriri, ac aliis id genus vocabulis vsi fuerunt, sanctumque spiritum per filium procedere protulerunt: Occidentales verò sanctum spiritum ex patre filioque, tanquam ab vnico principio procedere, literis clarissimè mandauerunt. Quorum item ego volens sequi vestigia, sanctum spiritum ex patre filioque, ut ab vnico principio, non autem à duabus causis procedere, profiteor: quandoquidem non patrem, vnam: filium, alteram spiritus sancti causam esse: sed patrem vnicam filij ac spiritus causam ab ipsis Latinis perdidici, patremque simul & filium vnicum ipsius spiritus principium esse, ita ut cum sanctus spiritus ex patre filioque procedere celebretur, tanquam ab vnico principio intelligi debeat: quod ita esse coram Deo & hominibus credo & profiteor.

*GRÆCI* Tum nonnulli alij patres eandem sententiam dixerunt,

Post autem aliquot dies facto iterum in patriarchæ domo cõuentu, Imperator hæc verba fecit:

*IMP.* Proximis diebus, pontifices opt. multorum ex vobis sententias intellexi, & coram vobis & patriarcha meam dixi, & iam mihi notissimum est, maiorem dignioremque partem vestrum cum Latinis sentire, credereque proculdubio præpositiones per & ex, idem significare, necnon Occidentalium doctorum auctoritates suscipiendas, quibus patet clarissimè, sanctum spiritum ex patre filioque procedere, Opere precium igitur est, ut qui proximo conuentu non dixit suam sententiam, eam in præsentia dicat, ut hoc tandem negocium concludamus. Respondenti

*Græc. Ios. Pater. consan.*

*Mat. 16.*

*Ioan. 14.*



pondentibus autem omnibus valdè conueniense esse vt patriarcha primus suam sententiam dicat, ita is protulit.

Ego nostrum paternum dogma non derelinquã neque mutabo, sed in eo quousque vixero, permanebo. Sed quoniam Latini non temerè, nec ex sententia propria, verum sanctorum autoritatibus adducti, sanctum Spiritum ex patre filioque procedere credunt, idcirco eis assentior, & cum ipsis coniungor, ac præpositionem per filium, Spiritus sancti causam significare concedo.

*GRÆCI* Tum patres sequentes, presertim Ciziceni. & Trapezunden. ac Monenbasien, & Heracleen, qui antea vehementissimè repugnabant, eandem sententiam dixerunt, excepto solo Ephesio, qui in eadem permansit perfidia, sanctum Spiritum ex filioque nequaquam procedere. Conuentus ergo Græcorum, in hanc sententiam iuit, sanctum Spiritum ex patre filioque, vt ab vno principio ac vnica substantia, vnica spiratione, processioneque procedere: per filium verò, tanquam à consubstantiali eiusdemque naturæ. Postridiè autem Græci iterum congregati, eandem ipsam sententiam dixerunt, ac tribus literis tradiderunt, quarum vnâ summo pontifici, alterâ Imperatori, tertias verò patriarchæ dederunt. Quas cum summus pontifex vidisset, magno gaudio affectus, conuocatis extra ordinariè tam Græcis quàm Latinis pontificibus omnibus, Imperatore tantum & patriarcha absentibus, literas ipsas Græco Latinoque sermone recitari iussit. Quibus quidem perlectis, omnes amplexati, ac inter se obosculati fuere. Tum summus pontifex, Creten. archiepiscopum, & Coronen. episcopum, ac (nescio què) Thomam doctorem ad Imperatorem misit, vt ei pacem eiusmodi non mediocri omnium gaudio confectâ esse, nunciarent.

*PAPA* Sequenti verò die Græci à summo pontifice requisiti, vt de suis præsulibus quosdam ad eum mitterent, Rhutenum & Bessarionem, & Trapezunden. ac Mitylenen. ad ipsum miserunt quibus ita loquutus fuit: Nos spiritus sancti gratia coniuncti sumus, ac in præcipua quæstione, de qua vehementer ambigebamus, ita conuenimus, vt nil amplius de ea dicere debeamus. Porro autem operæ precium est, vt & de purgatorio igne, & de summis pontificis principatu, & de azymo & fermentato pane, de diuina denique panis transmutatione agamus, vt omni ex parte coniunctio nostra sit absoluta, ita vt nulla inter nos controuersia in posterum relinquatur.

*GRÆCI* Cui summo Pontifici statim hi præfules responderunt: Nos, pater sanctissime, nullam ad hæc respondendi facultatem habemus, tamen ex nobis ipsis proferimus iustorum animas perfectam laureolam in cælo iam consequutas esse, ac impiorum perpetuas pœnas luere, medias verò in purgatorio esse: quod quidem siue ignis, siue obscuritas, siue turbo, siue id genus aliud sit, non referre. Summum verò pontificem priuilegia sua meritò habere debere, quæ ante nostrum dissidium habuisset. Nam de pane, siue azimus, siue fermentatus fuerit, Græci non curant, dummodò ex tritico constet, & sacerdos, qui Christi sacratissimum corpus conficit, legitimis sit sacris initiatus, & vbi Missa celebratur, sacer locus sit. De panis autem transmutatione Latinis quærentibus, cur Græci post hæc dominica verba, Acci-

pite & manducate: ac infra, Bibite ex hoc omnes, quibus profectò verbis sacramentum confici creditur: hac etiam vtuntur oratione: Et fac panem quidem hunc, honorabile corpus Christi tui: quod autem in calice isto est, honorabilem sanguinem Christi tui, ea sancto tuo spiritu transmutante: Responderunt, se firmiter credere, verbis illis dominici sacramentum fieri, sed quemadmodum Latini, confecto sacramento, hac solent vt oratione: Iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, ita quoque Græcos illa verba proferre solere, vt sanctissimum Christi corpus & sanguis, peccatorum nostrorum remissioni, ac nostris animabus saluti fiat.

*PAPA* Quibus quidem quatuor quæstionibus dissolutis, summus pontifex petiit, vt de diuina panis transmutatione, quæ quidem quarta quæstio fuit, in synodo ageretur.

*GRÆCI* At Græci dixerunt, se sine totius Orientalis Ecclesiæ autoritate quæstionem aliam tractare non posse, cum pro illa tantum de Spiritus sancti processione synodus conuocata fuerit, se tamen velle Imperatori referre.

Dum autem hæc agerentur, inclinante iam die, increbuit, patriarcham nostrum morte subitam obiisse. Accurrimus, ac ipsum mortuum vidimus. Et nobis causam tam subitæ mortis quærentibus, eius famuli responderunt ipsum postquam cœnasset, in penetrale domus scribendi causa (vt sui moris erat) intrasse: dum verò scriberet, tremore ac animilanguore affectum, statim occubuisse. Cupientes autem ipsi videre, quidnam tum literis mandaret, has literas iam iam scriptas offendimus.

Ioseph miseracione diuina Constantinopolis & nouæ Romæ archiepiscopus, ac œcumenicus patriarcha.

Quoniam ad extremum vitæ meæ perueni, idcirco pro meo munere dilectis filiis benignitate Dei meam sententiam his literis palam facio. Nam quæ domini Iesu Christi catholica & apostolica Ecclesia Romæ veteris sentiat ac celebret, omnia me quoque sentire, credereque profiteor, ac ipsis plurimum acquiesco.

Beatissimum autem patrum patrem, ac summum pontificem, Romæque veteris papam, dominici nostri Iesu Christi vicarium esse concedere, atque marum purgatorium esse non inficio. Datum, Florentiæ die octaua mensis Iunii, millesimo quadringentesimo trigésimo nono.

Manè autem magna cardinalium & pontificum Florentinorumque pompa, ipsum in sanctæ Mariæ nouæ templo, sepulchro condidimus.

Postridiè verò summus pontifex, conuocatis ad se Rhuteno & Nicæno ac Mitylenen, sic fuit loquutus.

*PAPA* Magno animi dolore afficimur, cum ob vestri patriarchæ mortem, tum etiam ipsius nostræ coniunctionis causa, de qua ipse bene sentire, ac in eam vehementer incumbere (id quod ipsi plane non agitis) videbatur. Operæ precium autem est quædam quæstionem conclusimus, vt de proximè pertinentem quæstionem agamus, his etiam aliis quæstionibus per sessiones agamus, vt nostra coniunctio firma, stabilis, & absque aliqua controuersia in posterum sit, videlicet de azymo & fermentato pane, de purgatorio, de summi pontificis

potestate, necnon de diuina panis transmutatione, an denique Græci particulam ipsam, ex filioque symbolo debeant addere.

*GRÆCI* Quæ cum ipsi pontifices intellexissent, ad quatuor ipsas primas quæstiuiculas, vt pridè responderunt: ad vltimam verò dixerunt ita: Nos pater sanctissime, illud ex filioque, verum esse concedimus, ac ipsum in Occidentali ecclesia celebrandum permittimus, quando quidem nobis constitit, urgente necessitate ad declarandum diuinum symbolum à vobis additum fuisse, cum non diuersam fidem significet, necnon vtraque symbolo nostra apponere nolumus, sed hac conditione vobiscum coniungimur.

*IMP.* Hæc Græci, nolentes tamen, consentiente Imperatore, vt de alia quæstione præter illam de spiritus sancti processione, in vnionis literis vlla mentio fieret: contendente verò summo pontifice, vt etiam de reliquis ageretur, excepta illa de panis transmutatione, vt pfectissima fieret vnio: cum præsertim Ferrariæ de purgatorio bene fuerit dictum: post plurimam inter Latinos & Græcos contentionem Imperator iussit Latinis, vt dicerent, quidnam de summi pontificis potestate, necnon de azymo & fermentato pane sentirent. Tum summi pontificis iussu Ioannes ille, ac (nescio quis) frater Ambrosius in Græcorum conuentu multa de quæstionibus ipsis verba fecerunt. Post autem aliquot dies frequentati Græcorum conuentu, in domo Imperatoris Latinis absentibus factò, post plurimam inter Græcos disputationem lectis Græcorum doctorum de summi pontificis potestate sententiis, definitum fuit, non solum Romanam ecclesiam de spiritus sancti processione piè sentire, verum etiam ipsi necessitate urgente, iure suo particulam illam, ex filioque, symbolo apponere licuisse, necnon Romanum pontificem primatum in vniuersum orbem tenere, beatique Petri principis apostolorum successorem ac verum vicarium, & totius ecclesiæ caput, ac omnium Christianorum patrem & doctorem esse: ipsique ad ascendendam, regendam, & gubernandam vniuersam ecclesiam, plenam à domino nostro Iesu Christo potestatem fuisse traditam. Præterea purgatorium esse & siue in azymo siue in fermentato pane sacramentum fieret, minimè referre. Quæ cum Latinis mirum in modum placuissent, sex præstantissimi viri vtraque ex parte selecti fuere: qui consultis cæteris patribus, sanctæ coniunctionis literas componerent atque conscriberent. Dum autem hæc agerentur, serenissimus Imperator Heracleen, & Ephesium, & Rhutenum ac Nicænum ad se conuocari iussit, eo scilicet animo, vt Ephesium hortaretur, vt is etiam in cæterorum patrum sententiam iret, & cum Latinis coniungeretur. At ille ne verbum quidem voluit audire. Duodecim autem illi selecti, in componendis literis ipsis in hoc discordes fuerunt.


Romani pontificis potestas.

Sententia de purgatorio & de azymo & fermentato.

Nam Græci volebant, vt vel de summi pontificis nomine nulla prorsus in eis mentio fieret: vel hæc verba in eisdem literis scriberentur, consentiente ad infra scripta Imperatore, necnon patriarcharum loca tenentibus, & cæteris Orientalem ecclesiam repræsentantibus. Quibus quidem Græcis summus pontifex in hoc etiam humanissimè satisfecit, vt de Imperatore ac patriarchis, vt vellent, fieret mentio. Demum duodecim illi doctores concordantes literas conscripserunt, quas cum summus pontifex & Im-

perator accuratè vidissent, iusserunt, vt Græcis & Latinis literis in vno eodemque folio describerentur, ita vt à parte dextera Latine cum Occidentalium partium subscriptionibus, ac summi pontificis sigillo, ab altera verò parte Græcè cum Græcorum itè subscriptionibus, necnon ipsius Imperatoris sigillo scriptæ essent. Quibus quidem omnibus rite diligenter que peractis, communi partium præsentem, omnibusque tam Græcis quam Latinis præsulibus vestibus sacris indutis, in templo sanctæ Mariæ liberatæ, die Lunæ sexta mensis Iulij, Missam solenniter celebravit. Qua quidem celebrata, ipsæ eadem literæ à Iuliano Cæsario sanctæ Sabinæ cardinali Latine, à Bessarione verò Græcè, Dei gratia lectæ, promulgatæque fuere in hac forma.

SANCTÆ VNIONIS literæ.



Vgenius episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Consentiente ad infra scripta charissimo filio nostro Ioanne Palæologo Romeorum Imperatore illustri, & loca tenentibus venerabilium fratrum nostrorum patriarcharum, & cæteris Orientalem Ecclesiam repræsentantibus. Lætentur cœli & exultet terra sublatus est enim de medio paries qui Occidentalem Orientalemque diuidebat ecclesiam, & pax atque concordia rediit, illo angulari lapide Christo, qui fecit vtraque vnum, vinculo fortissimo charitatis & pacis, vnumque iungente parietem, & perpetuæ vnitatis scedere copulante ac continente, postque longam mœroris nebulam & dissi dii diuturni atram ingrataque caliginem, serenum omnibus vnionis optatâ iubar illuxit. Gaudeat & mater ecclesia, quæ filios suos hæcenus inuicem dissidentes, iam videt in vnitatem pacemque rediisse: & quæ antea in eorum separatione amarissimè flebat, ex ipsorum modò mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotentis deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles vbique per orbem, & qui Christiano censentur nomine, matri catholicæ ecclesiæ collætentur. Ecce enim Occidentales Orientalesque patres, post longissimum dissensionis atque discordiæ tempus, se maris ac terræ periculis exponentes, omnibusque superatis laboribus, ad hoc sacrum œcumenicum concilium desiderio sacratissimæ vnionis & antiquæ charitatis reintegranda gratia, læti alacresque conuenerunt, & intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam enim laboriosamque indaginem, tandem spiritus sancti clementia, ipsam optatissimam sanctissimamque vnionem consecuti sunt.

Quis igitur dignas omnipotentis Dei beneficiis gratias referre sufficiat? Quis autem diuinæ miseracionis diuitias non obstupescat: cuiusve ferreum petrus tanta supernæ pietatis magnitudo non molliat? Sunt ista prorsus diuina opera, non humanæ fragilitatis inuenta, atque ideo eximia cum veneratione suscipienda, & diuinis laudibus prosequenda. Tibi laus tibi gloria, tibi gratiarum actio Christe fons misericordiarum, qui tantum boni sponse tuæ catholicæ ecclesiæ contulisti, atque in generatione nostra tuæ pietatis miracula demonstraisti, vt enarrarent omnes

nes mirabilia tua. Magnum siquidem diuinumque munus nobis Deus largitus est, oculisque nostris vidimus, quod ante nos multi, cum valde cupierint, aspiciere nequiverint. Conuenientes enim Latini & Graeci in hac sacrosancta oecumenica synodo, magno studio inuicem vsi sunt, vt inter alia, etiam articulus ille de diuina spiritus sancti processione summa cum diligentia & assidua inquisitione discutere tur. Prolatis vero testimoniis ex diuinis scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Orientalium & Occidentalium, aliquibus quidem ex patre & filio, quibusdam vero ex patre per filium procedere dicentibus spiritum sanctum, & ad eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diuersis vocabulis, Graeci quidem asseruerunt, quod id, quod dicunt spiritum sanctum ex patre procedere, non hac mente proferrent, vt excludant filium, sed quia eis videbatur (vt aiunt) Latinos asserere spiritum sanctum ex patre filioque procedere, tanquam ex duobus principiis & duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo quod spiritus sanctus ex patre procedat & filio. Latini vero affirmauerunt, non se hac mente dicere spiritum sanctum ex filioque procedere, vt excludant patrem, quin sit fons ac principium totius deitatis, filij scilicet & spiritus sancti, aut quod id quod spiritus sanctus procedit ex filio, filius a patre non habeat, siue quod duo ponant esse principia, seu duas spirationes, sed vt vnū tantum asserant esse principium, vnicamque spirationem spiritus sancti, prout haec tenus asseruerunt: & cum ex his omnibus vnus & idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infrascriptam sanctam Deo amabilem eodē sensu eademque mente vnionem, vnanimiter concordarunt & consenserunt. In nomine igitur sanctae Trinitatis patris & filij & spiritus sancti, hoc sacro vniuersali approbante Florentino concilio diffinimus, vt haec fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quia spiritus sanctus ex patre & filio aeternaliter est, & essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex patre simul & filio & ex vtroque aeternaliter tanquam ab vno principio & vnica spiratione procedit, declarantes quod id, quod sancti doctores & patres dicunt, ex patre per filium procedere spiritum sanctum ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur, filium quoque esse secundum Graecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentis spiritus sancti, sicut & patrem. Et quoniam omnia, quae patris sunt, ipse pater vnigenito filio suo gignendo dedit, praeter esse patrem, hoc ipsum quod spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius a patre aeternaliter habet, a quo aeternaliter etiam genitus est. Diffinimus insuper explicationem verborum illorum filioque, veritatis declarandae gratia, & imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositum. Item in azymo siue fermentato panis triticeo, corpus Christi veraciter confici, sacerdotem que in altero ipsum domini corpus conficere debere, vnum quemque scilicet iuxta suae ecclesiae siue Occidentalis siue Orientalis consuetudinem. Item, si vere poenitentes in Dei charitate decesserint antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint & omisissis, eorum animas poenis purgatorijs post mortem purgari, & vt a poenis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes & elemosynas, &

alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueuerunt, secundum ecclesiae institutionem, illorumque animas, qui post baptismum susceptum, nulla omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus, (prout superius dictum est) sunt purgatae, in caelum mox recipi & intueri clarē ipsum Deum trinum & vnum, sicut uti est, meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas. Idem, diffinimus sanctam Apostolicam sedem & Romanum pontificem, in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum pontificem Romanum successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque ecclesiae caput & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem ecclesiam a domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quae admodum etiam in gestis oecumenicorum conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Renouantes insuper ordinem traditum in canonibus, ceterorum venerabilium patriarcharum, vt patriarcha Constantinopolitanus secundus sit post sanctissimum Romanum pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hierosolymitanus, saluis videlicet priuilegijs omnibus & iuribus eorum.

Datum Florentiae in sessione publica synodali, solenniter in ecclesia maiori celebrata, anno incarnationis dominicae 1439. pridie Nonas Iulij, pontificatus nostri anno nono.

*DE SUBSCRIPTIONIBUS IMPERATORIS ac Orientalium patrum, qui in synodo aderant.*

Ego Ioannes Paleologus, fidelis in Christo rex & Imperator Romeorum, subscripsi. Ego Antonius humilis metropolita Heracleen. & consiliarius Edesenorum, totius Thraciae & Macedoniae pontifex, & Philothei sanctissimi patriarchae, & sedis Apostolicae Alexandriae locum tenens, subscripsi. Ego Gregorius Protosingelus confessor spiritualis, ac sedis Apostolicae Alexandriae & eius domini patriarchae locum tenens, subscripsi. Ego Isidorus metropolita Syriae & totius Rhodi, ac domini Dorothei patriarchae Antiocheni, & eius sedis Apostolicae locum tenens, subscripsi. Ego Dositheus humilis metropolita Mopsuestiae, & Ioachini sanctissimi patriarchae Hierosolymitani, ac eius apostolicae sedis locum tenens subscripsi. Ego Metrophanes humilis metropolita Cyzici, ac locum tenens Ancyrensis, subscripsi. Ego Dorotheus humilis metropolita Trapezunden, ac locum tenens Caesarensis antiochiae, subscripsi. Ego Bessarion diuina miseratione archiepiscopus Nicenus, ac locum tenens Sardensis praesulis, subscripsi. Ego Macarius humilis metropolita Nicodemiae, subscripsi. Ego Ignatius humilis metropolita Toronae, ac locum tenens Nicomediae antiochiae, subscripsi. Ego Dorotheus humilis metropolita Mitylenen. ac locum tenens Sidenis pontificis, subscripsi. Ego Damianus humilis metropolita Muldoblachienensis, ac locum tenens Sebasteiensis praesulis, subscripsi. Ego Ioseph humilis metropolita Amasiensis, subscripsi. Ego Nathanael humilis metropolita Colossensis

ac insularum Cycladum, subscripsi. Ego Calistus humilis metropolita Driftensis, subscripsi. Ego Genadius humilis metropolita Gannensis, subscripsi. Ego Mattheus humilis metropolita Melitenensis, subscripsi. Ego Dositheus humilis metropolita Dramensis, subscripsi. Ego Sophronius humilis metropolita Anchiensis, subscripsi. Ego Bessarion archiepiscopus Nicenus, mandato ac nomine Emmanuelis diaconi ac magni schelarij, Chrysofuchi vulgo nuncupati, qui eadem nobiscum sensit, subscripsi. Ego Theodorus Zanthopulus, diaconus & magnus sacrista, subscripsi. Ego Michael Balsamorū archidiaconus, & magnus bibliothecarius, subscripsi. Ego Siluester Syropulus, diaconus ecclesiarum, ac iuris seruator, subscripsi. Ego Gregorius protecdicus diaconus Cappadociae subscripsi. Ego Constantinus Archipresbyter, ac locum tenens Muldoblachienensis praesulis, subscripsi. Ego Ecclesiarum venerandae mansionis, & sanctae Basilicae magna laurae montis sancti, ac ipsius mansionis locum tenens, subscripsi. Ego Athanasius olim abbas & circumspectus, subscripsi. Ego Gerontius abbas sanctae mansionis omnipotentis, subscripsi. Ego Germanus olim abbas sancti Blasij, subscripsi. Ego Pachumius confessor ac abbas sancti Pauli subscripsi. Subscriptionses Latinorum patrum. Ego Antonius episcopus Ostien. cardinalis Bononien. supradictas diffinitiones veras & catholicas esse affirmo, & illis subscripsi. Ego Berranda episcopus Portuen. card. Placentinus, me subscripsi. Ego Nicolaus tituli sanctae Crucis presbyter cardina. me subscripsi. Ego Franciscus tituli sancti Clementis presbyter cardinalis me subscripsi. Ego Veri gloriosus tituli sancti Marci presbyter card. me subscripsi. Ego Iulianus tituli sanctae Sabinae presbyter card. me subscripsi. Ego Prosper sancti Gregorij ad velum aureum diaconus card. me subscripsi. Ego Dominicus sanctae Mariae in via lata diaconus card. me subscripsi. Ego Basilius patriarcha Hierosolymitanus, me subscripsi. Ego Marcus patriarcha Graden. me subscripsi. Ego Ioannes episcopus Morinen. illustrissimi domini Ducis Burgundiae & Brabantiae orator, me subscripsi. Ego Ioannes episcopus Niuernen. eiusdem domini ducis orator, me subscripsi. Ego Bartholomaeus Spalaten. me subscripsi. Ego Fantiarchiepiscopus Creten. me subscripsi. Ego Iulianus archiepiscopus Pisanus, me subscripsi. Ego Andreas archiepiscopus Colossen. me subscripsi. Ego Nicolaus archiepiscopus Capuanus, me subscripsi. Ego Ludouicus archiepiscopus Florentinus, me subscripsi. Ego Latinus de Vrbinis, archiepiscopus Troianus, me subscripsi. Ego Benedictus archiepiscopus Conscan. me subscripsi. Ego Petrus episcopus Paduanus, me subscripsi. Ego Daniel episcopus Concordiensis, me subscripsi. Ego Antonius Portugalsis episcopus, me subscripsi. Ego Bartholomeus episcopus Valuentis, me subscripsi. Ego Thomas episcopus Farenensis, me subscripsi. Ego Christophorus episcopus Ariminensis, me subscripsi. Ego Amicus episcopus Aquileiensis, me subscripsi. Ego Petrus episcopus Digniensis, me subscripsi. Ego Ioannes episcopus Ferrariensis, me subscripsi. Ego Valentinus episcopus Oranus, me subscripsi. Ego Ioannes episcopus Arbenensis, me subscripsi. Ego Bernotius episcopus Efculanus, me subscripsi. Ego Carolus Senensis episcopus, me subscripsi. Ego Andreas episcopus Megarenensis, me subscripsi. Ego Caro

lus episcopus olim Mutienensis, me subscripsi. Ego Nicolaus Tiburtinus, me subscripsi. Ego Antonius episcopus Grassen. me subscripsi. Ego Angelus episcopus Baren. me subscripsi. Ego Petrus episcopus Auleren. me subscripsi. Ego Mattheus episcopus Zapatenensis, me subscripsi. Ego Angelus de Grassis episcopus Arianen. me subscripsi. Ego Petrus episcopus Messanus, me subscripsi. Ego Petrus episcopus Cauallicen. me subscripsi. Ego Antonius episcopus Caenatensis, me subscripsi. Ego Donatus episcopus Pistorien. me subscripsi. Ego Scipio episcopus Mutinen. me subscripsi. Ego Christophorus episcopus Cortunen. me subscripsi. Ego Andreas episcopus Conferanensis, me subscripsi. Ego Alexius episcopus Clusinus, me subscripsi. Ego Garsias episcopus Tuden. me subscripsi. Ego Gregorius episcopus Granaensis, me subscripsi. Ego Aimericus episcopus Montis regalis, me subscripsi. Ego Baptista electus & confirmatus Teatinus, me subscripsi. Ego Nicolaus Tricarenensis, me subscripsi. Ego Ioannes electus & confirmatus Agenensis, me subscripsi. Ego Guilielmus electus & confirmatus Leonensis, me subscripsi. Ego Andreas episcopus Rossensis, me subscripsi. Ego Mattheus episcopus Cortonienensis, me subscripsi. Ego Iulianus electus & confirmatus Citradensis, me subscripsi. Ego Ioannes episcopus Canapensis, me subscripsi. Ego Thaddeus episcopus Aceliaten. me subscripsi. Ego Petrus archidiaconus Trecentis, ambasciator illustrissimi Ducis burgundiae, me subscripsi. Ego Zazonus episcopus Baiocensis, me subscripsi. Ego Laurentius episcopus Acherontinus, me subscripsi. Ego Ludouicus episcopus Teruifinus, me subscripsi. Ego Ioannes de Mella electus & confirmatus Leonensis, me subscripsi. Ego Guilielmus electus & confirmatus Andegauenensis, me subscripsi. Ego Ambrosius generalis ordinis Camaldulensium, me subscripsi. Ego frater Guilielmus generalis Minorum, me subscripsi. Ego Girardus frater generalis Augustinensium, me subscripsi. Ego Placidus generalis Vallis vmbrosae, me subscripsi. Ego Comerius abbas Florentinus, me subscripsi. Ego Ioannes de Vrbinis abbas Forfensis, me subscripsi. Ego Antonius abbas sancti Caprasij, me subscripsi. Ego Franciscus abbas sancti Leonardi, me subscripsi. Ego Fredericus abbas de Borto, me subscripsi. Ego Antonius abbas de Alphyllis, me subscripsi. Ego Bartholomaeus abbas Campasilonis, me subscripsi. Ego Sepulchrus abbas vrbis, me subscripsi. Ego Angelus abbas de Seyto, me subscripsi. Ego Paschalius abbas sancti sepulchri, me subscripsi. Ego Benedictus abbas de Coner, me subscripsi. Ego Iacobus abbas sancti Salmi, me subscripsi. Ego Aloysius abbas sancti Pauli, me subscripsi. Ego Ioannes abbas de Tyro, me subscripsi. Ego Daniel abbas de Tarralino, me subscripsi. Ego Benedictus abbas sancti Pancratij, me subscripsi. Ego Franciscus abbas sanctae Mariae de Pariano, me subscripsi. Ego Ioannes Gratianus abbas de Bipolis, me subscripsi. Ego Angelus abbas S. Mariae de Pistorio, me subscripsi. Ego Nicolaus abbas sancti Modesti Recen. me subscripsi. Ego Iacobus sancti Saluacis de Framet abbas, me subscripsi. Ego Bertacius abbas Montis plani Pistoriensis, me subscripsi. Ego Petrus abbas S. Felicis de Florentia, me subscripsi. Ego Nicolaus abbas S. Mariae de Diciano, me subscripsi. Ego Bartholomaeus abbas de

*Materia de azymo & fermentato pane*  
*De purgatorio.*

*Mutinen.*  
*Aceren. Vel Aceren Salpein.*  
*For. Agi. nensis.*  
*Astunen.*  
*Sesto.*  
*Vibo.*

Vibona, me subscripsi. Ego Laurētius abbas de Cu-  
loros, me subscripsi. Ego Fredericus abbas S. Pan-  
taleonis, me subscripsi. Ego Lucas abbas Arut in \*  
Atribus, me sub. Ego Lucas abbas Facundus, me  
subf. Ego Iacobus abbas monasterij S. Petri de Mas-  
sa, me subf. Ego Franciscus abbas sanctorum mar-  
tyrum Cordulen, me subf. Ego Guilielmus abbas  
S. Saluatoris, me subf. Ego Antonius abbas sancti  
Saluatoris Brudegalen, me subf. Ego Antonius ab-  
bas sanctorum Saluatoris & Nigilij, me subf. Ego  
Gabriel abbas sancti Iacobi de Pontada, me subf.  
Ego Bernardus abbas S. Marię de Marona, me subf.  
Ego Hieronymus abbas S. Gundę, me subf. Ego  
Dionysius abbas S. Marię de Sandinen, me subf.  
Ego Maphęus abbas sancti Firmidę de Verona,  
me subscripsi. Ego Timotheus abbas sancti An-  
dreę de Mantua me subscripsi.

Nemo autem mirari debet, cur plures patrum sub-  
scriptiones non sint nam vltima selsione celebrata,  
multi priusquam huiusmodi subscriptio fieret dis-  
cesserunt: cum pręsertim mos in Conciliis minimę  
fuerit, vt in prioratus ordine constituti, vel fratres  
magistri, vel iurisperiti, in decretis ipsorum Con-  
ciliorum subscriberent.

Quibus quidem literis Gręce Latineque (vt su-  
prā dictum est) recitatis, genu simul & dexterā sum-  
mi pontificis, necnon Gręci, cum Latinis inter se lū-  
ma latitia osculati sunt.

Post autem dies aliquot pontifex summus, conuo-  
catis Gręcis ab eis quęsiuit, cur partem sacratissimi  
panis in calice cum sacratissimo sanguine miscerent.

Et in magna exodo, quando, videlicet panis  
in patena, & vinum in calice de vno in aliud altare  
vidente populo fertur à sacerdotē, capita sua reue-  
renter inclinant, cum panis ipse vinumque nondum  
sint consecrati: Et aquam feruentem, non autem fri-  
gidam, in calicem fundant: Et cur ante consecratio-  
nem his verbis vtantur, Vnus autem de militibus lan-  
cea latus eius aperuit, & statim sanguis & aqua exi-  
uit. Et paulo post, Ecce stella venit, & stetit sup pue-  
ri caput. Et cur presbyteri, non autem pontifices, sa-  
cro chrismate vtantur, cum soli pontifices, eo vti de-  
berent.

Et mortuos vngant oleo. Et neque pontifices, neque  
presbyteri celebraturi, peccata sua cōfiteri soleant.  
Et post hęc dominica verba, Accipite & manduca-  
te, hoc est enim corpus meum, & reliqua, quibus p-  
culdubio sacratissimi Christi corpus & sanguis con-  
ficitur, his quoque verbis vtantur: Et fac quidem pa-  
nem hunc, honorabile corpus Christi tui: quod autem  
in calice isto est, honorabile sanguinem Chri-  
sti tui, ea sancto tuo spiritu transmutante: Amen, A-  
men, Amen. Et cur matrimonia separare, cum do-  
minus noster pręceperit, eos disiungendos non esse  
quod Deus coniunxerit. Cur denique suum patriar-  
cham ibidem non eligant, sed absque eo discedere  
patiantur. Quas quidem quęstiunculas p̄sul Mity-  
lenen. dissoluisse facile visus est, vltimis duabus ex-  
ceptis, in quibus cum summo pontifici nequiquam  
fatis fecerit, summus pontifex Imperatorem roga-  
uit, vt doctiores de pontificibus suis ad ipsum mitte-  
ret, quippe qui duas ipsas ambiguitates melius expli-  
care scirent. Imperator autem nolens de talibus quę-  
stionibus agere, in doctiores ad summum pontificem  
misit, à quibus cum eadem ipse summus pontifex re-  
petisset, hi responderunt se nullam habere ad ea res

pondendi facultatem, Imperatori tamē ipsa omnia  
relaturos. Porro autem ad diem 14 mensis eiusdem  
pontifex summus Gręcis p̄sulibus ad se conuo-  
catis, hęc verba fecit: Cum fratres Dei gratia coniu-  
cti simus, eademque gratia caput ego vestrorum mem-  
brorum existam, propterea que conueniat, vt que ad  
nostram piam religionem atque ecclesiam pertine-  
ant, ea vobis patefaciam, ac vos ad ipsa seruanda ex-  
horter: idcirco vos, & fratres nostros, & ecclesiarum  
rectores scire velim, quemadmodum à Romana ec-  
clesia mirum in modum accusamini, quod matrimo-  
nia separatis, quodque p̄sul Ephesus rationem  
non reddat, cur nostrę communi sententię neu-  
quam acquiescens, à nobis disiungatur, atque dissi-  
deat, ac si sapientissimus omnium esset. Nam de pa-  
triarcha vestro videtur nobis magis operę precium  
esse, vthic à vobis, p̄sentibus nobis de more vestro  
eligatur, quandoquidem ecclesia vestra patriarcha  
indiget, ex quoquidem electione non aurum, non  
argentum, non denique rem aliam lucrari cupimus,  
cum ipsi parati simus, vt vobis pecunias (si opus fue-  
rit) liberaliter erogemus, ac patriarcham quem sus-  
feceritis, confirmemus: & quem ipsi nostri disidi-  
tempore elegerimus, altero per vos suffecto, statim  
deponamus, ita vt in posterū vnicus patriarcha Co-  
stantinopolitanus omnia sua priuilegia tenens exi-  
stat, quandoquidem ecclesiam vestram multis bonis  
afficere volumus. Hic vester Imperator adest, & o-  
cumenica synodus est, cui summus pontifex p̄sul  
hic Orientales dignioresque p̄sules adfuerunt, ex quibus  
patriarcham vestrum sine vllō impedimento (si  
par est) potestis eligere. Nam inconueniens ac in-  
cens est, vt hinc absque capite discedatis: fieri que-  
re non potest, vt nisi patriarcham vestrum hic elige-  
retis, electum à nobis in posterum deponamus. Hęc  
summus pontifex. Gręci autem responderunt, se  
sine legitima causa matrimonia separare, ac p̄sul  
lem Ephesium causam suam dicturum esse. Patriar-  
cham verò nostrum extra Constantinopolim nostrę  
iure nequiquam eligi posse, cum Gręcis semper mos  
fuerit, in sua ecclesia patriarcham sufficere, immo  
consecrare, quarum quidem cęremoniarum & cę-  
suetudinis Imperator noster non inficius, neque  
nobis permittit, vt hic electionem huiusmodi facia-  
mus. Quę cum summus pontifex agrę audiret,  
se verbis humanissimis excusauit, & ipsos dimisit.  
Die autem 21. selecti omnes Imperatoris in domo  
congregati, quinque vnionis eiusmodi literas patri-  
archam omnium subscriptionibus, summique pontificis  
Imperatoris sigillis munitas, Gręcę Latineque ex-  
scribere, quarum vnas Latinis, alteras Gręcis, vtrę  
verò alias trium patriarcharum legatis dedere. Quo-  
quidem pacto finis octauæ generalis concilij factus  
est. Dum autem hęc gerebantur, Armeniorum pa-  
triarchę legati, viri sanę virtute plurima p̄sul, ad  
synodum ipsam venerunt, & summum pontificem  
venerati fuerunt, necnon Imperatorem salutauerunt  
dicentes se suamque Ecclesiam cum catholica con-  
iungi, ac ipsum synodi decretum pie seruare velle,  
qui quidem benignissimę suscepti vehementissime  
que laudati, ac magno honore affecti, vnā cum Grę-  
cis Florentia discesserunt.

Finis generalis octauę synodi  
Florentinę.

Magi

DE MAGNI BASILII CONTRA EV-  
nomium, de spiritu sancto liber tertius interprete  
Georgio Trapezuntio Cretensi.



IX tandem blasphemias in vnigeni-  
tum saturatus, ad spiritum sanctum  
transiit, totique lux consentanea  
voluntati de ipso etiam dixit, sic scri-  
bens: Cum verò hęc nobis de vnigenito  
sufficiant, reliquum est, vt de  
paracleto quoque dicamus: nec opiniones non ex-  
quisitas multorum sequemur, sed sanctorum in om-  
nibus doctrinam conseruabimus, à quibus cum di-  
gnitate ac ordine tertium ipsum didicerimus, tertium  
quoque natura esse credidimus. Quod igitur nō  
putat, oportere in simplici ac sincera fide multorum  
permanere, sed artificiosis quibusdam ac cavillatori-  
is rationibus ad id, quod sibi videtur, veritatē rur-  
sus commutare, satis verbis suis ostendit cum enim  
contemnat opinionem multorum, qua spiritum san-  
ctum glorificant, sanctorum simulat conseruare do-  
ctrinam, & tacet eos, qui sibi ipsam tradiderunt, nūc  
etiam ea ipsa faciens, quę cum de vnigenito habe-  
ret orationem, facere demonstratus est. Deinde ait,  
à sanctis didicisse, ordine ac dignitate tertium esse spi-  
ritum, à se autem ipso credidisse, natura quoque ter-  
tium esse spiritum, à se autem ipso credidisse, natura  
quoque tertium esse: qui verò illi sancti sint, & in quibus  
sermonibus doctrinam fecerunt non potest dice-  
re. Fueritne vnquam homo sic audax, qui diuinorum  
dogmatum innouationes induceret? Cur enim  
necesse est, si dignitate ac ordine tertius est spiritus,  
natura quoque ipsum tertium esse? dignitate nanque ip-  
sum secundum à filio, cū ab ipso habeat & ab ipso ac-  
cipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa causa  
dependeat, pietatis ratio tradit: natura verò tertia v-  
ri, nec à diuinis scripturis docti sumus, nec à dictis  
possibile est consequenter ratiocinari. Nam quemad-  
modum filius ordine quidem à patre secundus est,  
quoniam ab illo: & dignitate, quoniam origo atque  
causa essendi, pater ipsi est, & quoniam per ipsum ac-  
cessus & adductio ad deum patrem, natura verò nul-  
lo modo secundus, quoniam in vtroque vna est dei  
tas: ita videlicet & spiritus sanctus, et si dignitate &  
ordine secundus à filio est, non tamen verisimiliter  
aliena ipsum esse naturā, inde consequetur. Quod  
inde patet: angeli omnes vt appellationis vnus, sic e-  
iusdem etiam sunt naturę inter se: attamen alij ipso-  
rum gentibus p̄positi sunt, alij verò fidelium sin-  
gulos consequuntur: quanto autem gens vni viro p̄-  
ponenda est, tanto maiorem necesse est, angeli, qui  
gentis principatum habeat esse dignitate eorū, qui-  
bus singulorum tutela commissa est. Quod verò sin-  
gulis fidelium adest angelus, vt p̄dagogus quidam  
& pastor ad vitam dirigendam, nemo contradicit,  
qui verborum domini recordatur, dicentis: Ne con-  
temnatis vnū ex his pusillis. Dico enim vobis, quo-  
niam angeli eorū in cęlis semper vident faciem pa-  
tris mei, qui in cęlis est. Et psalmista dicit: Immitet  
angelos in circuitu timentium eum, & angelus, qui  
eruit me à iuuentute mea & quęcunque talia. Quod  
verò rursus sunt quidam angeli vniuersarum gen-  
tium p̄positi, Moses nosper canticū docuit: Quā-  
do diuidebat altissimos gentes, quando separabat fi-  
lios Adam, constituit terminos populorum iuxta nu-  
merum angelorum suorum. Et sapiens Daniel in vi-

sione angeli audiuit eum dicentem, quod princeps  
regni Persarum restitit mihi 21. diebus, & ecce Mi-  
chael vnus de principibus primis, venit in adiutori-  
um meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarū.  
Et post pauca idem dicit: Et princeps Gręcorum ve-  
niebat. Verum etiam & princeps exercitus, Impera-  
tor copiarum domini dicitur, qui Iesu Naue in Ior-  
dane manifestatus est. Et rursus legiones quędam  
angelorū, domino discipulis dicente: An putas quia  
non possum rogare patrem meum, & exhibebit mi-  
hi plusquam duodecim legiones angelorum? Prin-  
ceps igitur exercitus angelorum, qui in legionibus  
ordinati sunt, palam, quod aliorū princeps est quor-  
um hęc oratio? quod non omnino si quid ordine  
ac dignitate secundum aut tertium est, id & naturā  
alteram habet nam quemadmodum angelorum ali-  
us princeps, alius subditus, & tamen omnes angeli  
natura sunt, & in dignitate quędam diuersitas, in na-  
tura verò communitas est (etenim stella stellę p̄s-  
stat in gloria, & natura stellarum omnium vna: & mā-  
siones multa apud patrem, id est, dignitatum diuer-  
sitates: glorificatorum verò natura vna) sic profecto  
& spiritus sanctus dignitate quidem & ordine secu-  
dus est. Accepimus enim ipsum tertium à patre & fi-  
lio numeratum, cum ipse dominus in traditione sa-  
lutaris baptismi ordinem tradiderit his verbis. Eun-  
tes, & baptizate in nomine patris, & filij, & spiritus  
sancti. In natura autem tertium à filio ac patre deie-  
ctum spiritum, nullibi audiuius. Cum enim duę  
res dicantur deitas & creatura, dominatus ac serui-  
tus, sanctificans & quę sanctificatur: quę natura vir-  
tutem possidet? & que per electionem operatur? qua  
in parte spiritum ordinabimus? In his quę sanctificā-  
tur? at ipsemet sanctificatio est. Sed in his quę ma-  
gnis rebus gestis virtutem adeptæ sunt: at bonus na-  
tura est. Sed in seruiuentibus at alij sunt administran-  
tes spiritus, qui ad ministerium mittuntur. Non ergo  
ipsum principalem naturā spiritum, fas est nobis  
conseruum dicere, nec creaturis connumerare eū,  
qui in diuina & beata Trinitate cōnumeratur: Prin-  
cipatus enim & potestas, & omnis creatura talis, cū  
ex attentione ac diligentia sanctificatę sint, non iu-  
re natura sanctę dicerentur. Appetentes enim bo-  
num, secundum amoris, quem ad Deum habent, pro-  
portionem, sanctitatis mensura participant. Et sicut  
ferri ferrum, quod in medio igni iacet, ferri naturam  
non amisit, vehementi tamen ignis actione ignitum  
cum vniuersam ignis naturam in semetipsum acce-  
perit, & colore & actione ad ignem transit: sic san-  
ctę virtutes ex communicatione, quam cum illo ha-  
bent, qui natura sanctus est, per totam suam substi-  
tentiā receptam iam, & quasi innatam sanctifica-  
tionem habent. Diuersitas verò ipsis à spiritu sancto  
hęc est, quod spiritus natura sanctitas est, illis verò  
participatione inest sanctificatio. Quibus autem cō-  
structum & aliunde bonum prębetur, hęc natura  
sunt transmutabilis. Nec enim aliter lucifer decidit  
set, qui manet oritur: nec in terra contritus esset, si rei  
peioris natura nō esset susceptibilis. Quomodo igitur  
piū creaturis spiritū coordinaret, qui tā magno  
intervallo à creaturis disseparatus est? Creatura enim  
nata est in virtutis & diuinę dilectionis pręmium  
sanctificationem habere, quoniam natura vitur li-  
bera, vt ad vtrumlibet possit inclinari, ad electionē  
scilicet boni & peioris: spiritus autem sanctus, foris  
est sanctificationis: & vt natura sanctus est pater, &

Iosue. 5 d

Matt. 2.6.6

1. Cor. 15 f  
Ioan. 1.4.6

Mat. 28.6  
For. docete  
omnes gen-  
tes, baptiz-  
tes eos.

Ios. 1.4.6  
orabat



natura sanctus est filius, sic natura sanctus spiritus quoque veritatis. Quapropter præcipua quoque appropriata sancti appellatione dignus est. Quod si sanctitas et natura est, sicuti patri etiam & filio, quo pacto tertiæ atque alienæ naturæ est: Propter hæc (vt arbitror) & apud Esaiam Seraphim tertio sanctus exclamare conscripta sunt, quoniam in tribus hypostasibus naturalis sanctitas perspicitur. Nō est autē hoc nomen solum sanctitatis, cū patre ac filio sibi commune, sed ipsa etiam spiritus appellatio. Spiritus nanque est Deus, & adorantes eum & veritate adorare oportet. Et propheta inquit. Spiritus ante faciem nostram Christus dominus, cui diximus, in umbra alarum tuarum viuemus. Et Apostolus appellationem spiritus in dominum refert, cū dicit: Dominus autem spiritus est. Ex his omnibus patet, non naturæ alienationem, sed coniunctionem ad patrem & filium, per communicationem nominum ostendi. Bonus, Deus & dicitur & est: bonus & spiritus sanctus non adstructam habens bonitatem, sed natura sibi innatam.

Vel omnium absurdissimum esset, natura sanctum dicere, quod bonitatem natura non habeat sed posterius natam, & de foris sibi allatam. In quo autem dixit dominus, quod ego rogabo patrem, & alium paraclætum dabit vobis, & ipse paraclætus noster esse ostenditur? Quare paraclæti quoque appellatio, non parum ad demonstrationem maiestatis spiritus sancti confert, ac nomina quidem talia, magnitudinem naturæ ostendentia. Operationes verò spiritus sancti quales? Verbo (inquit) domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Vt ergo Deus verbum, creator cælorum est: sic spiritus sanctus firmam ac stabilem virtutem cælestibus præbet potestatibus. Et rursus Iob: Spiritus domini qui fecit me, non de creatione, (vt arbitror) sed de humanæ virtutis perfectione, dicens. Esaias verò cum ex persona domini loquitur, id est secundum humanitatem eius. Dominus (inquit) misit me & spiritus eius. Et Psalmista rursus, per vniuersa pertransire spiritus virtutem probans: Quo ibo (inquit) à spiritu tuo & quæ à facie tua fugiam? Beneficentiæ verò ab ipso ad nos peruenientes, quales & quantæ sunt? Sicut ipse dominus dedit potestatem suscipientibus eum, filios Dei fieri, sic & spiritus sanctus spiritus adoptionis est. Et sicut magister verus dominus noster secundum quod dicitur: Vos autem nolite vocare magistrum vestrum in terra, vnus enim magister vester est Christus: sic & spiritus sanctus omnes docet, qui in nomine domini crediderint, vt ab ipso domino testimonium perhibetur, dicente: Paraclætus autem spiritus sanctus, quem mittit pater meus, ille vos docebit omnia. Et quemadmodum diuidere operationes dignis susceptione operationum pater dicitur, & diuidere ministraciones filius in dignitatibus ministerij, sic & spiritus sanctus diuidere gratias dignis eam suscipere perhibetur. Diuisiones enim gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministracionum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, & idem Deus est, qui operatur omnia in omnibus. Vide quomodo hic quoque spiritus sancti operatio, operationi patris ac filij coordinata est. Deinde ex eo etiam quod sequitur, magis diuinitas naturæ sancti spiritus aperitur. Quod enim ait, Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult, nihil aliud quam

authoris & domini potestatem ipsi attestatur. Quapropter in nouo testamento propheta clamant: Hæc dicit spiritus sanctus, Inuestigatio autem profunditatis Dei, vnde spiritui adest: Sicut (inquit) nemo scit hominem ea, quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis, qui est in eo: sic & ea quæ sunt Dei, nullus cognouit nisi spiritus Dei. Nam quemadmodum nullus alienus ac peregrinus intrinsecas potest animæ cogitationes inspicere, eodem scilicet modo, si quis cum Deo communiter eius secreta perspicit, non alienus nec peregrinus ab eo profunditates iudiciorum ipsius inuestigare potest. Præterea & vita nobis à Deo per Christum in sancto spiritu præbatur. Viuificat enim Deus, vt ait Paulus: Præcipio tibi coram Deo qui viuificat omnia. Vitam autem præstat Christus: Oves enim (inquit) meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do illis. Viuificatur autem per spiritum, (vt inquit Paulus) qui excitauit Christum à mortuis: Viuificabit etiam mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum sanctum in vobis. Verum hic, qui audet omnia, qui periculum, quod impendat audientibus verbis, qui blasphemiam in spiritum sanctum emittere non expauescit, experrem ipsum deitatis censet, sic de eo scribens: Tertius & natura & ordine, patris imperio operatione verò filij sanctus, tertio loco honoratus vt primus & maior omnibus, & solus talis vnigeniti factura, deitate ac creatiua potentia carens. Qui hoc dicit, nec deitatem in nobis esse credidisse videtur, cum de Deo Ioannes dicat: Ex quo scimus, quod in nobis est spiritus, quem dedit nobis. Et Apostolus: Nescitis, quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Et rursus: In quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coedificamini in habitaculo Dei in spiritu sancto. Si ergo in nobis Deus habitare dicitur per spiritum, quomodo non est aperta impietas, expertem deitatis ipsum spiritum dicere? Et si deos nominamus eos, qui per virtutem perfecti sunt, perfectio autem est per spiritum, quomodo qui alios efficit deos, derelictus ipse à deitate est? Non est igitur pius, vt in hominibus, sic & in spiritu participationem & honorem, ac non natura esse deitatem putare. Qui enim gratia diuinus efficitur, quæ bilis est naturæ, nonnunquam per negligentiam bonitate excidentis. Id autem baptismi salutari conditioni aperte repugnat. Euites inquit, baptizati in nomine patris & filij & spiritus sancti. Baptismus enim est sigillum fidei, fides verò deitatis confessio. Nam credere prius oportet, ac postea baptismate designari. Baptismus verò noster est secundum traditionem domini in nomine patris & filij & spiritus sancti, nulla creatura, nullo seruiente, cum patre ac filio connumerato, vt deitas in Trinitate completatur. Quod autem extra hanc est, totum consentaneum est, etiam si maxime dignitatum excessibus alia aliis in honorem præponantur. Nec mihi rursus hæc docta incurias: Si creatura non est, ergo genitura vel ingenuitas: sed non ingenuitas, vnus enim absque principio Deus est ingenuitas: nec genitura, restat ergo creaturam ac facturam ipsum nominare. Verum ego, si cuncta putarem nostra cognitione posse comprehendere, vereretur forte ignorantiam confiteri: sed quoniam infinita, non ex his solum, quæ in futuro seculo præparata sunt, nec eorum quæ nunc in cælis sunt, ab-

ditate esse, verum etiam eorum quæ corpori nostro in sunt, non esse veram ac absque contradictione comprehensionem, haud sum nescius: vt puta de visu, vtrum imagines rerum visibilibus suscipiantur, sic obiecta comprehendimus: & quomodo maximorum montium, atque inexpleri ac infiniti maris, & ad hæc cæli ipsius imago, breui mensura pupillæ nostræ continetur: vel à nobis aliquid emittitur, quo visibilibus appropinquante, sic sensum de ipsis capimus: & quid id est, & quantum, vt terræ ac mari sufficiat explicatum: & spatium, quod inter terram ac cælum est, pertranseat, & ad ipsum cælum perueniat, tanta celeritate motum, vt æquali tempore circumadiacens corpus & stellæ, quæ in cælo sunt, cognoscatur: & quid oportet reliqua dicere? ipsas mentis motiones, vtrum creare vel generare nata est anima, quis cum certitudine dicat? Cū igitur hæc ita se habeant, cur mirum de spiritu quoque sancto absque rubore nos ignorantiam confiteri? reddere tamen ei glorificationem, quæ sine contradictione per testimonium sibi debetur. Quod enim super creaturam est, satis nobis ea, quæ per scripturam tradita sunt, demonstrat. Verum quia impossibile est, sanctificans cum sanctificatis, docens cum doctis, reuelans & quæ reuelatione indigent, eiusdem esse nature: ac nullus sic omnino imprudens est, vt audeat alium, præter Deum omnium ingenuitatem appellare: nec tamen etiam filium cum vnus sit vnigenitus, quid ipsum dicere oportet spiritum sanctum spiritum Dei, spiritum veritatis, missum à Deo, per filium præbitum, non seruū, sed sanctum, bonum, principalem, viuificantem, spiritum adoptionis, spiritum omnia scientem quæ Dei sunt. Sic enim etiam in Trinitate vnitatis ratio conseruabitur, cum vnum patrem profiteamur, & vnum filium & vnum spiritum sanctum. Afferunt verò demonstrationes, quod creatura dictus sit spiritus sanctus, vnam ex propheta dicente: Qui formans est tonitruum, & creans spiritum: alteram ex euangelio, quod omnia per ipsum facta sunt. Nos autem propheticum dictum, non in spiritum sanctum, sed in communem hunc statum, aeris scilicet spiritum, credimus fieri. Quod inde patet. Non enim dixit, Qui creauit spiritum, sed, creans spiritum. Nam sicut tonitruum non in substantia quadam corporali semel creatum est sed semper per voluntatem Dei ad timorem hominum productum, fieri & dissolui natum est: sic & spiritus nunc quidem fit, dum aer tanquam fluuius fluat: rursus verò cessat, cū quod prius mouebatur, quiescat, secundum voluntatem eius, qui omnia ad salutem & constructionem totius dispensat, vt per omnem creaturam & tonitruis & ventis, ac reliquis operibus Dei creator annuncietur. Quapropter posteaquam dixit, qui formans est tonitruum, & creans spiritum, inquit, & annuncians hominibus Christum eius. Sicut enim cæli enarrant gloriam Dei iis qui possunt ex ipsis de creatoris arte cogitare, sic & soni tonitruum, & spirituum motus, creatorem prædicant suum. Et fortè hæc propheta est ad humanitatem domini dicens, cum vox è cælo facta, tonitruum his, qui audierunt, visa est: quam Deus & pater idcirco emisit, vt per ipsam Christum hominibus annunciarer. Spiritus autem moti, qui mare conturbant, deinde cessarunt iussu domini, liquidò etiam ipsi hominibus Christum Dei annunciarunt. At verò, omnia per ipsum facta sunt, nequaquam creatum esse spiritum sanctum nobis ostendit, quasi omni-

bus spiritus connumeretur. Nā si vnus est spiritus sanctus & solus: quomodo qui vnica naturæ est, vnà cū omnibus concipi potest? Et nemo putet contemptum esse substantiæ, si quid neget, quod spiritus creatura sit. Nam piæ mentis est, quæ à scripturis sanctis reticentur, non ea temere de spiritu dicere: credere autem, peritiam & veram comprehensionem, in futuris seculis nobis futuram, cum pertransierimus huc per speculum & enigma veritatis visum, & visionis, quæ ad faciem est, dignabimur, in Christo Iesu domino nostro, quo cum patri gloria & spiritui sancto nunc & in secula. FINIS.

*De Bessarionis patriarchæ Constantinopolitani, episcopi Thesalonian, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, tunc archiepiscopi Niceni, oratio in synodo Florentina ad Græcos ductæ, ac habitæ, post plurimas publicasque cū Latinis habitas disputaciones cum patriarcha & Imperator Græcorum votæ seorsum à Latinis petent: quæ inscribitur Dogmatica, vel de coniunctione, quam idem ipse Bessarion è Græca in Latinam postea conuertit.*



Acrum ecclesiarum Dei pacem atque concordiam nemo est, viri præstantissimi, qui non maximi altimet, & loco summæ felicitatis esse ducat. Ob eam quippe saluatoris nostri oratio ad patrem porrigitur, qui cum pro discipulis, & iis, qui nomine eius vocati sunt precaretur: Fac (inquit) pater, vt vnum sint, quemadmodum & nos vnus sumus. Per hanc diuinus amor quod signum discipulorum Christi est, in nos influit: tollunturque à nobis inimicitia ac dissensiones mutua, quæ ab hominibus, præsertim Christianis, alienissimæ esse debent: tolluntur & derisiones & opprobria, quibus à Christi crucis hostibus continuè afficimur, qui nos irrident, contemnunt, ac pro nihilo habentes dominum, veruntamen ita inter nos diuisos & dogmatibus fidei dissidentes, vt alij alios pro inimicis atque hostibus habeamus. His igitur rationibus aliisque permoti, pacem quidem amamus omnes atque optamus, & concordiam atque vnitatem Christianorum maximi omnes facimus. Quo autem modò à Deo præclarum bonum consequi possimus & quæ ratio habenda sit ad sanctissimum opus perficiendum, hic diuersis opinionibus sumus, variisque inter nos sententiis discrepamus. Quapropter de hoc à nobis in præsentia considerandum, & quantum ingenui nostri vires sufficient, differendum existimauimus.

*De causis schismatis, & quod tametsi ante generale concilium aliqua nobis de nostra à Latinis diuisione excusatio erat, nunc tamen iam celebrato concilio œcumenico, non possumus absque scelere diuidi ab eis, nisi eos à veritate deuiare probauerimus.*

Caput primum.



Vit aliquando tempus, quo immaculata Dei sponsa Ecclesia sancta, summæ concordia, tranquillissima pace, & intemerata veritate fruebarur, cum scilicet simplicitatem ac puritatem

Esai. 6. d  
Ioan. 14. c  
Ioan. 4. c  
Thre. 4. d  
2. Cor. 3. d  
Ioan. 14. d  
Psal. 32.  
Psal. 48. d  
Psal. 138.  
Ioan. 1. b  
Mat. 23. d  
Ioan. 14. d  
1. Cor. 12. d  
Ibid.

for. quis  
for. visio

Ioan. 17. b

Amos. 4. d  
Ioan. 1. c  
Amos 4. d  
Psal. 18.  
Ioan. 12. d  
Marc. 8. c

Iuan. 10. d

tem euangelicæ doctrinæ maximi omnes faciebam<sup>9</sup> solis sacris eloquiis contenti, his inhærentes, his acquiescentes, in vnum ab his collecti ouile, sub vno pastore omnes agentes, eandem vnus audientes vocem: & aut nihil præter ea, quæ nobis tradita erant cogitantes, nulla virgente necessitate: aut necessitate coacti, & hæresibus vndique scatentibus, vnū in locum vniuersa ecclesia congregata, ambiguitates rescindentes, & declarationes necessarias facientes. Postquam autem hæresi quadam, vt Latinos sæpenumero dicentes audiimus, in Occidentali regione vigente, Romanorum præsul pontifex maximus sua vnus autoritate fretus aduocata synodo generali, pariculam illam communi symbolo fidei, non cum communi cōsensu ascripsit, in multas partes (heu rem miseram atque acerbam) Christi sacratissimum corpus diuisum est: membraque eius, hoc est, Christiani homines, aduersus se inuicē arma ceperunt, minimè intelligentes, se sibiipsis hostes esse, & contra seipso armari, dum se à fratribus diuidunt, haud intelligentes quidem, cum multi sint inter nos doctrina ac sapientia præstantes, quos latere minimè potest, quantæ iacturæ causa hæc dissensio extiterit, sed (nescio quomodo) diuisi inuicem atque alienati, & præsertim nos à Latinis. Oportere maiores nostri dixerunt, qui ea tempestate fuere, qua oriri hæc dissensio cœpit, in rebus fidei dum nulla necessitas vrgeat, his acquiescere, quæ nobis sacris literis tradita sunt, in quibus omnis fidei veritas aut planè explicata est, aut latè erui haud difficulter potest. Quoties verò necessitas ingruat, & si aliqua oriatur hæresis, quod imbecillitate humani ingenij sæpenumero inter mortales euenit, debere ecclesiam Dei, vnum in locum congregatam, de rebus dubiis iudicare: ac secundum præcepta diuinæ legis & sanctorum patrum, quos iam, vt sacrarum literarum doctores, approbavit, communi omnium consensu sententiam ferre, & per hunc modum fidem Christianam augere, obuiam eundo hæresibus, procul ab ecclesia Dei eas fugando. Vbi que tamen asseuerant idem maiores nostri, communiter hæc agi debere: & quæ communia sunt, communi consensu oportere terminari. Per hunc modum synodus prima generalis consubstantialitatem patris & filij prædicauit, Arrio de inæqualitate ipsorum (nescio quas) nugæ & deliramenta proferente. Per hunc modum secunda spiritus diuinitatem confessa est, Macedonio illum creaturis annuerante. Per hunc modum subinde vnaquæque synodus, quæ posita in ancipiti fuerunt, pronunciauit, instante duntaxat necessitate. Neque enim licere (inquiunt) pace ac tranquillitate fidei vigente, nouas mouere quæstiones: neque ortis hæresibus aut tacere, aut solum vel cum paucis de his, quæ credi communiter ab omnibus debent, tractare, sed communi quidem consensu hoc fieri oportere, fieri verò duntaxat necessitate virgente. Et quæ admodum generali concilio congregato, opus esse aiunt, summo studio ac cogitatione omnia discutere: & quod ratio tandem obtinuerit, accipere omnes atque amplecti: ita, si ante commune iudiciū de aliqua re quipiam dubitauerit, mota quæstione, & ab aliquibus determinata, iure id facere, merito que ab his diuidi qui absque communi cōsensu ausi sunt de rebus cōmunib<sup>9</sup> iudiciū ferre: quandoquidē ipse cōmunib<sup>9</sup> rebus & cōmuniter traditis assentiatur, illi verò aliquid dicant, & antequam cōmuniter discutiatur, non

parum in se habeat dubitationis. Quasob res nostrum plerique asserunt, haud sine iniuria à Latinorum conforio abhorre: quod non sit ferendum, vniri nos eis, antequam iudicio vniuersalis ecclesiæ, quod recens per eos introductum fuit, subiiciatur: atque his quidem duplici, accusatione succensendum existimant. Primò, quod ignaris & nequaquam assentientibus nobis, quicquam in communem ecclesiam introduxerint: tum, quod pati nollent generalem synodum & antiquis illis similem conuocari. Hæc nos quoque illis sæpenumero coram obiecimus, palamque in eos inuicti sumus. Quibus quid illi responderint, quas excusationes in medium adduxerint, quibus rationibus obiecta purgauerint, latissimè omnes intelleximus. Itaque non est in præsentia rependi locus, præsertim cum nostra omnis quæstio minimè in hoc versetur, vtrum per se soli, an nobiscum vnà, particulam illam addiderint: & licueritne addere, necne: sed vtrum verum falsumve sit, quod additum est, hoc in primis considerandum à nobis esse vniuersi iudicauimus. Verum demum in præsentia, non rectè illos fecisse, quod si ne totius ecclesiæ congregatione de rebus grauib<sup>9</sup> ad fidem Christianam pertinentibus tractarint, quousque quidem in hac sententia permansere, ne aliquod dogma in generali synodo propositum discuteretur, fortassis haud iniuria succensere illis videbatur, & nostræ aduersus illos accusationes, iure optimo defendi poterant. Nunc autem cum huiusmodi culpa vacent, sponteque in generalem synodum conuenerint, ac omnia se facturos affirmarint, quæ ratio persuaserit & ipsi se omni accusatione profus immunes reddiderint: & nos oportet non mediocre studium cogitationemque adhibere, vt quæ agenda à nobis sunt, cautè prudenterque agamus: ne, quod ante hunc diem obiicere Latinis iudicemus, in nos recidat, denique ea accusatione confueimus, cuius illos olim reos agebamus. Nam si (vt dicere ipsi consueuimus) nondum aduocata synodo generali accusandi erant Latini quod suo duntaxat iudicio de re adeo graui credidissent quidni nos quoque, cum id, quod querebamus, factum sit, omneque in vnum conuenientem magnum ingredi certamen, ingenisque subire particulam necesse est, vt absque culpa hinc abire possimus? Siquidem illi quoque iam rationem redderunt eorum, quæ & dicunt & sentiunt: passim enim singulis quibusque petentibus rationes de his, quæ ecclesia credit, afferre: & nos ad aliqua quidem et his, quæ dixerunt, quoad fieri potuit, obuiam iuimus ad plura verò, opportuniore que, & illorum opinionem maximè confirmantia, nihil omnino loqui possumus, habemus. Hic igitur recto iudicio & exactissima cogitatione opus est. Neque enim satis est dicere nolle vnionem: neque hunc generalis concilij finem esse, existimandum est: sed diligenter considerandum, quæ dicta à Latinis sint, quæ nos proposuerimus: scrutandumque, quibus illi veritati consentanea dicant, quibus in rebus aberrant: quid nobis dicendum sit, quid illis audiendum: postremo, quomodo vniri possimus fratribus, quorum diuisio merito deploranda est & illis & nobis, ne voluntatem absque ratione sequentes, aut cum iactura nostra ab illis diuidamur, aut non sine nostro detrimento illis vniamur. Neque enim his, qui simpliciter & sine vlla ratione discedendum est.

se aiunt à Latinis, tanquam longè à veritate aberrantibus, assentiendum arbitrator: neque his etiam obtemperandum, qui nulla suadente ratione, incubendum dicunt esse vnioni. Enimvero assiduo studio, diligentique inuestigatione veritatis, & exactissimo iudicio doctores sacros tanquam duces sequi oportet: & per hanc viam, vt potest quæ sola tuta sit, atque omni periculo libera, finem iam diu optatum attingere. Hæc mea est de huiusmodi rebus sententia hoc ego, viri clarissimi, sentio. Quomodo autem, quibusve mediis finem modis propositum assequi possimus, subinde dicam, Deo fretus, quanquam in gens profectò certamen & non mediocre onus subire me intelligo. Verum ea est conditio præsentis rei vt hominem efflagitet, qui libenter pro veritate periculum subeat: nihilque magnum aut dici, aut fieri potest, nisi quis, quæ sibi vera videantur, forti animo dicat: paratusque sit calumnias & pericula pati pro defensione veritatis. Hinc autem exordium sumam Dei optimi maximi auxilio fretus.

Probatio, quod necesse est sanctos doctores, tum Occidentales, tum Orientales, inuicem esse concordēs.

Cap. 11.



Ominus noster Iesus Christus, cū discipulos suos ad prædicandū inter gentes euāgelium mitteret: multa, quæ eis euentura erant, prædicēs & inter cætera, quod ante reges & præsides sua causa dicerentur: Nolite, inquit, cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis manifeste his verbis significās quæcunque ab illis dicerentur, sua esse verba & spiritus sancti in illis loquentis: quem alibi superuenturum affirmauit, docturumque eos omnem veritatē: vt etiam verba ipsorum, spiritu veritatis in eis loquēte, veritas & vita essent. At qui verba hæc, nemo est qui ambigat, non modò ad primos illos referri saluatoris discipulos, quibus datum est, vt præsentem eum intuerentur, sed etiam ad pastores ecclesiarum & doctores cæteros, qui post apostolos euāgelium prædicauerunt. Hoc enim & ipse saluator pbat, cum inquit: Quæ vobis dico, omnibus dico: & res ipse manifestissimæ ostendunt. Siquidem priores cuncti doctores iisdem claruerunt operationibus & signis, quæ diuini verbi prædicatione diuinum verbum non minus per eos, quàm per apostolos sequentibus signis confirmatum fuit: vt palam omnibus sit, ipsos quoque sanctos patres & doctores Christianæ fidei, per spiritum sanctum loquutos fuisse: verbaque ipsorum saluatoris nostri verba extitisse: cū aduersus tyrannos & præsides & veritatis hostes, certauere, scripserunt, & palam veritatē prædicauerunt. Quo fit vt necesse sit, eos sibi inuicem consentanea dicere: & ratio cogit fateri, nihil ab illis dictum esse, quod inuicem repugnet ne minimis quidem in rebus: aliter enim non veritatis magis, quàm mendacij spiritus illis loquutus fuisset. Mendacij nanque proprium est, nec hoc nec illud asserere: quemadmodum sapientis signum est, sibi assidue constare nullisq; in rebus à cæteris sapientibus discrepare. Quāto igitur homines sapientes, sapientiæ & veritatis spiritus antecellit: tāto magis necesse est, eum sibi ipsi consentaneum esse

Et si quis forte sit, qui sanctos patres & doctores nostros contraria inuicem dixisse existimet, eum profectò cū infidelibus & crucis hostibus connumerari fas est: qui hinc arguere fidem nostram consueuerunt, contrarietates quasdam & contradictiones sacrarum literarum inter se fingentes: quas tamen nemo præter ipsos, tales existimat, contra quos vnuer si doctores certant: eosque calumniatores esse veritatis arguunt, consentaneam sibi esse vbique sacram scripturam asseuerantes. Præterea cum nos per hunc modum gentiles, & eos qui extra nostram ecclesiam sunt, arguam<sup>9</sup>, ignorantiamque eorum compræhendamus, philosophos scilicet, & fidei eorum præcones, in quàm plurimis sibi inuicem contradicentes, ostendentes: quomodo etiam contra nos ipsos hoc idem acceptabim<sup>9</sup>, & nostros doctores eiusdem criminis reos esse arbitramur, nisi & nostram ipsi sponte nostra euertere velim<sup>9</sup> fidem? Sed absit hoc à Christi ecclesia alumnisq; eius. Videmus etiam nunc vnuerfalia cuncta concilia, patresque in eis congregatos, de dogmatibus propositis non humanæ sapientiæ persuasione, non artificio verborum, non rationibus naturalibus, non denique syllogismis vsos fuisse, sed autoritate duntaxat: nudaque ipsa verba superiorum doctorum, qui eos tempore præueniunt tanquam rectam regulam, gloriam veritatis sequutos fuisse: & per ea quascunque de fide quæstiones terminasse, sanctorum patrum & vestigia sequendo quare (nescio) quid de nostra fide sapere liceret, si quis concedat posse hoc inconueniens patribus imputari. Si enim fidei nostræ principes non eadem omnes, sed alij quidem inuicem, alij verò etiam sibi ipsi (ò rem absurdam) contradicant, fides autem nostra in illorum rationib<sup>9</sup> fundetur: inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est, fides nostra: ac magnæ stultitiæ est, cogitare etiā talia de illis spiritu plenis hominibus. Necesse est enim & propter prædicta & alia plura, consentanea & sibi ipsi & inuicem, nihilque omnino contrarium non dicere, non sapere. Dicit etiam de eis beatus Ioannes Syrus, ad Iordanem scribens: Sed etia, quas producant autoritates consideremus: cum paternæ sint, & eis nullo modo contradicendum sit. At verò concordēs, neque contrarios inuicem, & multò minus sibi ipsi oppugnantes decet probare sanctos patres & doctores nostros: quorum de fide sententiam vnica & indifferenter esse, fecit vna spiritus sancti virtus & illuminatio. Hinc apparet, quod hæreticis calumniantibus sanctos patres, tanquam non eadem dicentes, aliquosque eorum ad suam prauam opinionem probandam trahentibus: B. Ioannes, neque eos qui videntur hæreticos iuuare, negat: nec tamen eos inteligit, prout illi, sed acceptat quidem eos, conatur autem & sibi ipsi & inuicem conuenientes, probare. Hoc enim doctoris, hoc est Christiani officium. Septima item generalis synodus, per os S. Tharasilij in prima eius actione, in nullo sanctos patres (inquit) inuenimus discordes: sed cum omnes eiusdem sententiæ sint, idem quoque prædicant & docent. Et eadem rursus in eadem actione: Vbi que etenim patres concordēs inuicem sunt, contrarietas verò nulla in eis est. Verum contraria eos dicere putant, qui œconomias & intentionem eorum ignorant. Vide, quod etiam septimi concilij patres eadem hac de re sentiunt, & concordēs sibi ipsi & inuicem esse sanctos doctores dicentes, eandem

Mat. 10. b. c

Iuan. 15. c

Mat. 13. d  
manifestissime.

Mat. 16. d

1. cor. 14.

etiā eandem.

dem etiam rationem assignant, quam B. Ioannes. Idem enim spiritus (aiunt) in omnibus loquutus est: quem sibi ipsi non consentaneum esse, neque cogitare fas est. Et longum quidem esset enumerare, quem admodum omnes doctores in tota sancta scriptura hoc sibi proponunt, apparentes in ea contrarietates concordare, concludere verò manifestè per prædicta, fidei nostræ principes & doctores, quorum doctrinis & illuminati & edocti sumus: necesse esse eadem & consentanea non solum sibi ipsis, sed non minus inuicem dicere: tanquam in idem concurreret hoc non esse, & totam fidem euertere: & qui non concederet hoc, nihil ab infidelibus differret. His igitur ita præsuppositis, habemus quidem sanctos doctores eos, qui ex Oriente nobis veritatis fidei lumē illuxerunt, Athanasium, Basilium, Gregorios ambos, Cyrillum, Maximum, Tharasio, cæteramque cohortem eorum. Habemus item eos, qui ab Occidente extinxerunt errorum flammam sana clarissimaque doctrina, Hilarium, Ambrosium, Augustinum, Hieronymum, Damasium, Gregorium, Leonem: qui rugitu suo hæreticos omnes deterruerunt & cæterorum sanctorum chorum, omnes communes doctores, & patres, & fidei principes, qui multa quidem in hac vita pro veritate passi fuerunt, pro eaque mortui sunt. Veruntamen viuunt, non solum apud Deum in libro vitæ descripti, verum etiam apud nos per ea, quæ reliquerunt nobis opera & doctrinas suas, quæ pro regulis fidei haberi debent à nobis æquè fere atque sancta scriptura veneratæ & creditæ. Faciemus igitur officium nostrum, & quod à filiis gratis debetur, patribus omnibus quidem aures æquas prebentes, omnibus verò proprium animum subiectantes, & semina eorum acceptantes. Ad eundem enim finem nos ducent omnes, & eandem nobis fidem prædicabunt, atque confirmabunt, cum ipsi primò idem inter se dicant, tanquam vno eodem spiritu loquuti. Quod hoc modo considerandum est.

*Quod quatenus nulla omnino sit in doctorum dictis contradictio, si tamen aliquid tale saltem apparenter esset, nos oporteret conari ea concordare, tanquam summa necessarium fidei nostræ: hoc astruitur per exempla.*  
Cap. III.

**E**X patre, dicunt Orientales sancti doctores sanctum procedere spiritum & ex patre per filium. Ex patre & filio, Occidentales eundem procedere aiunt. Idem etiam nonnulli Orientalium asseuerant. Quid igitur dicemus? Contrarium hoc esse illi? Absit. Neque enim contraria neque contradictoria inuicem sunt, ex patre procedere, & ex patre & filio. Atqui etiam si contradictorie sermo proferretur, ita ut alios ex patre, non ex filio, alios ex patre & filio dixisse: nec tunc auderem dicere sanctos inuicem contradicere sed potius me ipsum accusarem, tanquam non percipientem illorum intellectum, secundum quod à Tharasio dictum est in 7. synodo, quod scilicet eis contrariantur, qui ignorant æconomias & intentionem eorum, quam illis contradictionem aut contrarietatem imputarem. Multa habeo huius rei in ipsa canonica scripta exempla.

Pater meus (inquit) maior me est. Et rursus: Ego

& pater vnum sumus. Hac quæ maior possit videri contradictio? Attamen contradicunt veritati, qui hoc contradictionem putant. Stephanus, cum esset plenus spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, Luca in actibus teste. At Paulus vnà cum David, cum ad dextram maiestatis in excelsis sedere ait. Sedere autem, & non sedere, (stare enim, non sedere est) manifesta contradictio est. Eundem item Stephanum beatus introducit Lucas, Dei & patris vidisse gloriam & eius vnigenitum filium. At sanctus Ioannes euangelista, Deum nemo vidit vnquam, ab ipsa veritate edoctus, asseuerat. Videre autem, & non videre Deum, nescio, si cui non esse contradictoria videantur. Vnus euangelistarum\* tertia hora dominum crucifixum fuisse ait, alter clamat, Erat autem hora sexta & crucifixerunt eum. Sexta verò, patet quòd est tertia. Tertia verò, & non tertia, manifesta contradictio est. Deum patrem causam esse filij & spiritus sancti, palàm prædicant & docent omnes Orientales patres & doctores: at beatus Cyrillus in eis, quæ ad Hermiam scribit, vnà cum Occidentalibus patribus non admittit quidem hoc nomen causæ in diuinis personis. Eundem autem dicere causam, & non causam, & præsertim ad idem, nullus est qui non concedat contradictoriè dictum fuisse. Et quis facile recedere posset, quot sunt, quæ cum contradictoria videntur, pie tamen à doctoribus intellecta sunt, & ad vnum & eundem sensum ab eis referuntur? Quod & nos imitati, etiam si de proposita questione accidisset, contraria contradictoriaque dixisse sanctos doctores nobis ipsis potius ignorantia culpam imputare debemus, quam illos credere discordare: & eos conari reconciliari inter se, & quod possit, per omnia concordare ostendere. Nunc verò dicunt quidem nihil contrarium, consentanea autem sibi ipsis & inuicem aiunt. Et hoc experientia percipimus, si modo debito eis & eorum doctrina vtamur. Modus autem qualis sit, audite: & attendite, quàm verè, quamque iustus sit.

*Quod ad intelligentiam illorum doctorum, qui obsequi loquuti sunt, vtendum est illis patribus, qui apertius & clarius loquuntur.*  
Caput IIII.

**O**Mnis fides & probatio habet quiddam aliud, quod demonstrare proponit, habet verò aliud, per quod probat, quod sibi proponit. Neque potest id esse quod probat, & quod probatur. Ipsum quidem se ipsum, aut ipsum aliud quid per se ipsum probare, impossibile est: sed cum ex aliquibus concessis & omnibus notis, ad aliquod quæsitum procedere oporteat: per ea, quæ manifesta sunt, ad incognita & quæ sita eundem est: & per notiora probandum, quæ nobis ignotiora sunt. Hoc verò ita est vetum, & ab omnibus concessum, vt non indigeat pluribus verbis. Et in proposito igitur, cum proponantur nobis auctoritates doctorum Orientalium, proponantur verò etiam Occidentalium, siue que necessariū, si Christianismū velimus nobis seruare, cōsentanea omnia omnibus esse probare: si que clara & aperta nobis eorum dicta sint, neque aliquod dubium inest in eis, non est opus discussione amplius, inuento quòd quæritur.

Quod

Quod si quid in eis dubij insit, & aliqua non ita aperte dicta, indigent declaratione maiori, regula prædicta vtendum est: aliter enim impossibile est attingere finem quæsitum, & contrapositionis vtriusque, à clarioribus ad ea, quæ non ita clara sunt, comparatis, per clariora etiam intellectum eorum inuestigare, quæ obscurius dicta sunt: & hoc modo vna harmonia ex ambabus partibus composita, in concordem & consonantem glorificationem Dei accedere. Et meo quidem iudicio, tum Orientales tum Occidentales patres clarè manifestèque loquuti sunt, & veritatem fidei nobis tradiderunt. Et facile quis posset alterius partis auctoritatibus vsus, per eas duntaxat propositam quæstionem concludere. Et hoc paulo post (si Deus concedet) probabimus. Concedatur tamen, non ita clarè, nec ita expressè Orientales loquutos fuisse de spiritu sancti ex filio processione, quemadmodum Occidentales: quid igitur faciendum est? Nempe nil aliud, nisi cum Occidentales patres apertissimè hanc prædicauerint fidem, Orientales quoque putandum hoc idem dicere: nec oppugnare illis, qui idem de fide senserunt. Qui enim in illis, idem & in his loquutus est spiritus: & quæ per illos subobscurè, eadem per hos apertè docuit, ob eam, quam ille sciuit, causam, & propter necessariam tunc fortassis dispensationem, At nobis probandum est, etiam absque comparatione ad Occidentales patres ipsos per se ipsos Orientales doctores idem cum Occidentalibus de processione spiritus sancti concludentes, & idem, quod illi, sentientes.

*PROPONIT HANC CONCLUSIONEM, ex dictis Orientalium doctorum duntaxat, probare dupliciter: videlicet per præpositionem per, & per ex, & primò de vi ipsius præpositionis per, disputat, probans eam causam mediantem significare.*

CAPIT V.

**P**ræpositionem igitur per, in omnibus, in quibus accipitur, causam significare, nunquam dici, nisi aliquam mediantem subostendat causam, nemo est qui ignoret. Semper enim & in omnibus, quibus hoc ab hoc per hoc, esse autem fieri dicitur, illud per, quod tanquam cōmunicans aut cooperans primo agenti, accipitur. Quemadmodum si fabrum per ferram fabricari dicamus, ferram quoque cooperari fabro ad secundum, intelligimus: & modo ei cōuenienti, hoc est, instrumentaliter ipsam etiam secare, nec superuacaneam eam accipi. Per locum etiam, aut per tempus aliquid fuisse vel transiisse dicere, nil aliud dicere est, nisi locum etiam & tempus, aliquam causam illorum, quæ transuerint, vel facta fuerint, esse. Et locus enim, motus causa est: si quidem omnis motus in magnitudine & distantia est: tempus quoque maxime confert motui. Omnis enim motus, in tempore: absque verò motu, nil omnino corporaliū & sensibilium fieret. Sine quo autem non fieret aliquid, hoc sui causam habet. In syllogismis quoque dicere per medium extrema coniungi: patet, quòd per medium tanquam per causam, secundum motum aut discursum intellectus accidit. Cuius ratio est, vt vniuersaliter de hac præpositione tractemus. In om-

nibus loquutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquem operari, hæc præpositio per, designat in causali aliquam causam seu principium illius actus: sed cum actio sit media inter faciens & factum, quandoque illud causale, cui adiungitur hæc præpositio per, est causa actionis, secundum quod exit ab agente: & tunc est causa agentis quòd agat, siue sit causa finalis, siue formalis, siue effectiua, siue motiua. In materiali nanque causa non est in vsu accipi: sed pro ea, ex. Non enim per ligna & lapides, sed ex his & his domum esse compositam dicimus. Cum igitur propter lucri cupiditatem dicimus artificem operari finalem significamus causam: formalem verò, cum dicimus, quòd operatur per artem suam: motiuam verò, si dicatur, quòd operatur per imperium alterius. Quandoque verò dictio causalis, cui adiungitur hæc præpositio per, est causa actionis, secundum quod terminatur ad factum, vt cum dicimus, artifex operatur per martellum. Non enim significatur, quòd martellus sit causa artificis quòd agat, sed quòd sit causa artificiato, vt ab artifice procedat, & quòd hoc ipsum habeat ab artifice. Quæ cum ita se habeant: considerandum, quid velit, sanctos dicere, ex parte per filium procedere spiritum sanctum. Nempe hic etiam dicemus causam quandam significare præpositionem per, at primarum quidem trium nullam. Nec enim filius patri causa est, vt ex eo spiritus sanctus procedat, quod vniuersaliter primæ tres causæ possunt: sed e conuerso est. Nec enim filius causa formalis, aut finalis, aut effectiua est spiritus sancti: cum effectiua quidem causa ad creaturam referatur, nec conueniat spiritui: ipsa verò tota beata Trinitas & bonitas eius, creaturarum finalis causa sit, non autem vna persona alterius: formalis autem, ipsa diuina essentia, secundum quam filius & spiritus sanctus procedunt: quæ tribus eadem est. Reliquum igitur est, vt reliquo & quarto modo in re proposita accipiamus: & illum quoad fieri potest. Hic enim, in quantum terminatur in effectum, cum sit actionis causa, conuenit huic quæstioni: in quantum verò tanquam instrumentum intelligatur, valde dissimilem habet significatum. Non enim vt per instrumentum, vel per locum, vel per tempus, aut aliquam causam imperfectam, dicimus spiritum sanctum per filium procedere: longe etenim hæc ab illa eius summa perfectione, & summa ad patrem æqualitate & vnitatem absunt. Nec enim alia potètia numero producit spiritum, quàm pater & filius, vt tanquam secunda vel instrumentalis causa accipiatur: sed cum eadem & vna in patre & filio productiua potentia sit, æqualiter ex vtroque procedere dicitur. Nam & terra, & homo, esset quemadmodum ipse faber & idem homo: sicuti pater & filius, idem Deus est: secaret vtrique etià illa, prout ipse faber: & quod diceretur per ferram, nullam imperfectionem de terra notaret. Nec mirum, si in diuinis vtamur imbecillibus & imperfectis verbis & nominibus, cum aliter non possumus. Diuinas enim res, per nomina & intentiones quidem consuetas nobis, manifestare conamur. Aliiter enim impossibile est nobis sensu viuentibus, de illis loqui. Quod verò prolationi verborum accidit, etiam significatis rebus velle imputare, cauendum ne sit nefas: multæ enim hoc modo certæque fidei veritates euanescerent. Etenim vniuersum quoque ex patre per filium, creatum esse dicimus. Nullus tamen



men est ita audax, ut instrumentalem & non eadem cum patre causam diceret filium, quippe qui eadem vnaque potentia & actione cum patre mundum creauerit. Simili igitur modo etiam de spiritus per filium productione, instrumentalem quidem causam etiam solum cogitare, blasphemia est: causam autem, & hanc non imperfectam, hoc verò necessarium est. Imperfectionem etenim huius præpositionis per, longè repellendam: quantum autem perfectionis & pietatis habet, hoc verò acceptandum. Ait enim in octauo ad Amphiloichum beatus Basilius: Patrem creare per filium, nec imperfectam patris creationem, nec imbecillum filij actionem significat, sed vnitatem voluntatis eorum manifestat: quare hæc vox, per filium, non minuit effectiuam causam, sed ad principiorum causam nos refert. Palam itaque patet, præpositionem per, causam significare. Non enim imbecillum (ait) ostendit filij actionem, sed causam cum ordine. Ad principalem enim (inquit) causam nos refert. Semper etenim cum aliquid ex aliquo per aliquem esse dicitur, ordo quidam ad illum ex quo, illius per quem significatur. Ex quo quidem, tanquam principali causa: per quem verò, tanquam instrumentali accepta vel concausa, quæ præsupponit sibi illum, qui dicitur ex quo: huc autem ordinem necesse, etiam inter patrem & filium, esse. Ex patre etenim omnia, quæ patris sunt, accipit filius & habet: postquam patrem & simul cum eo, lubitò & immediatè intelligitur filius. Cum enim filium dicimus, subito in patrem, cuius filius est, mente reducimur: & cum patrem dicimus, filium statim intelligimus. Hæc autem maximè præpositio per, potest ad principalem causam (teste B. Basilio) nos reducere. Per filium enim dicentes spiritum sanctum procedere, patrem, ex quo filius hoc habet, concipimus: & quod ad alium refert, quæ sua sunt. Item Chrysostomus etiam illud Euangelij exponens. Omnia per ipsum facta sunt: Si enim hic (ait) per eum, dictum est, nulla alia de causa dictum est, nisi ne aliquis suspicetur filium ingenuum esse. Quare secundum hunc etiam doctorem, præpositio per, ad naturalem ex patre nos remittit: & ut intelligamus illum ei potentiam datam, cum vniuersi creandi, tum spiritus sancti producendi: & plus aliis potest scilicet præpositio per, ordinem filij ad patrem significare: quæ maximè necessaria est in Trinitate. Quemadmodum enim summa in eis potentia æqualitas est, imò potius summa identitas, ita nil minus etiam summus est ordo, quam ipsa per maximè potest (ut probatum est) significare. Et de his quidem satis.

**AVTHORITATES SANCTORVM**  
*doctorum, qui hac præpositione per, vtuntur: & probatio, quod causam significat.*

CAPVT VI.



**D**icendum autem, quinam patres Orientales, & quibus in locis, de processione spiritus sancti vsi sunt ipsa per, in filio. Primum itaque diuinus Athanasius in sermone, qui inscribitur Redargutio simultatis Melitij & Eusebij. Erat autem impossibile, inquit, spiritum inter Trinitatem cum gloria numerari, si non esset emanatus ex Deo per filium: sed per modum creaturæ ex Deo

factus, ut autumat. An aduertendum igitur, quod de persona spiritus est hæc ratio, qui vnus in Trinitate est: sed non, ut aliqui dicerent, de quadam non subsistente gratia: quodque ipsum spiritum, qui Trinitate complet, esse (ait) ex Deo per filium. Esse etenim, & existere significat clare, & ipsum subsistere, & maxime esse emanatiue. Et affirmare, ex Deo per filium eum esse emanatiue, nil aliud est dicere, nisi ex Deo per filium subsistere eum, & existere. Dicens verò, ex Deo per filium, non ex patre per filium: vanam arguit aliquorum rationem, qui dicunt ideo eum dixisse per filium, quia patrem nominauit, quod relictuum est nomen, & ideo requirit filium. Habere enim hoc aliquam rationem, & si non sufficientem, si ex patre per filium dixisset. Nunc verò non hoc dicit, sed ex Deo per filium. Deinde Basilius, cum quaereret, quare spiritus non dicitur filij filius: Non ideo, inquit, quia non est ex Deo per filium: sed ut Trinitas non in multitudinem infinitam incidat, filios et filias, ut in hominibus fit, credita propagare. Primum itaque ex ipsamet questione, cum quaerat, cur spiritus sanctus non dicitur filius filij: manifeste apparet non fuisse beatum Basilius huius opinionis, nihil delictum filium conferre ad esse spiritus. Non enim talem questionem mouisset: quemadmodum nulla quaereret, quare spiritus non sit pater patris, vel genitor filij. Deinde ex ipsa solutione questionis apparet, quod putabat filium causam spiritus: & hoc per præpositionem per, significare. Cum enim liceret ei dicere, quod ideo non est filius filij, quia nec ex eo, nec per eum est, nec eum habet sui ipsius causam, (quænam esset solutio conuenienti?) hoc quidem non dixit, sed aliam reddit rationem. Est enim, inquit, ex Deo per filium, & hoc negandum non est. Quod si hoc cogat, & filium eum filij & esse & dicitur diceretur (inquit) etiam hoc, nisi hoc inconueniens sequeretur, quod Trinitas multitudo infinita putaretur. Quod si hoc absurdum non timeretur, diceretur etiam filius filij. At si filius filij diceretur, nullus dubitaret, quod filium etiam haberet sui causam. Igitur etiam cum dicitur per filium esse, filium habet causam, ipse etiam esse ait. Quod verbum primum existentiæ & subsistentiam significat: esse ex Deo per filium, prout facit Athanasius. Nec igitur de gratis non subsistentibus esse ei propositum dicere, nec propter relationem per filium dictum est, nec præpositio per, idem potest, quod præpositio cum: Quæ enim ratio est, ideo aliquos haberi filium eum filij posse dici & esse, quia ex Deo per filio est? Cum igitur nullum de his tribus respiciamus, ad quæ se omnes solent referre, his sanctorum doctorum testimoniis relinquatur, neque conuenientiam palam patet, causam hic significare hæc præpositionem per. Idem ex alia eiusdem autoritate probatur, dicentis: Ideo quod ex Deo quidem spiritus, palam prædicauit Apostolus, dicens: Spiritus, qui ex Deo est, accepimus. Et quod per filium manifestatus sit, aperte ostenditur, cum illum filij spiritus, quemadmodum etiam Dei nominauerit: Ideo enim dicitur filij spiritus, inquit, quia per eum manifestatus est. Cuncti etiam patres Occidentales communi sententia, ideo dicunt filij spiritum & esse & dici, quia ex eo procedit. Idem igitur Occidentales doctores significant, cum dicunt ex filio spiritum procedere, quod sanctus Basilius, cum dicit, per filium eum manifestari. At dicere, ex filio eum procedere, nil aliud

*eternalis*

significat, nisi quod filius etiam sit causa spiritus. Igitur & per filium dicere eum manifestari, palam significat, filium causam esse spiritus sancti. Quod si hoc, quod dicimus per filium eum manifestari, dicat aliquis significare, ad sensibilem hunc mundum eius manifestationem & temporalem missionem, non rectè dicit. Si enim ideo spiritus est filij spiritus, nec æternaliter nec natura, sed accidentaliter & temporaliter illum habet, ex quo scilicet mundo illum manifestauit: quod impium est etiam cogitare. Effectus enim ut præsupponat causam, necesse est. Quod autem per filium spiritus manifestetur, hoc est causa, ut spiritus sit spiritus filij. Si igitur effectus, videlicet quod spiritus sit spiritus filij, æternaliter etiam est: multo magis ut causa, videlicet quod per eum manifestatus fuerit, æterna & naturalis sit necesse est. Æternaliter autem per eum manifestari, quid aliud nisi quod æternaliter ab eo procedit, significat? Illud etiam quod additur, quemadmodum & Dei, nostram expositionem corroborat. Ita enim (ait) dicitur spiritus filij quemadmodum & dei. At dei dicitur spiritus, tanquam ex eo procedens. Igitur etiam filij dicitur spiritus, tanquam ex eo procedens, siue per eum manifestatus. Idem enim ambo significare, probatum est. Hic autem potissimum apparet, nullo modo præpositionem per, debere accipi pro eum. Quod enim sit filij spiritus, signum est, inquit, quod per eum manifestatus sit. Si igitur, per eum manifestari, idem atque cum eo manifestari, significaret, cum nil minus cum filio spiritus, quam cum spiritu filius, manifestatus sit, oporteret ut etiam filius spiritus diceretur, in signum quod cum spiritu filius manifestatus sit. At hoc non dicitur, igitur nec cum spiritu filius manifestatus est. Sed hoc mendacium & impium est dicere: manifestatus est etenim cum spiritu, non tamè per spiritum. Quo fit, ut aliud sit, per eum manifestari: & aliud, quod cum eo manifestetur. Sed dicit aliquis: Ideo filius non dicitur spiritus, ne pater eius videatur esse spiritus sanctus. Filius enim, cum nomē sit relatiuum, refertur ad patrem. Quare, si non timeretur hoc inconueniens, filius etiam spiritus diceretur, eo quod cum spiritu, & simul cum spiritu, progrediatur ex patre. At, o vir optime, spiritus quoque relatiuum nomen est, & ad spirantem refertur: & cuius dicitur spiritus, ab illo etiam spiratur. Quod enim personalia nomina Trinitatis, relatiua sint, nullus ignorat. Personale verò nomen spiritus esse, quod sanctus spiritus dicatur, nemo inficiatur, quemadmodum patris pater, & filij filius. Et necessario relatiuum, quemadmodum & illa: siquidem essentia non sunt, nec aliud sit in diuinis præter essentiam & relationes. Quemadmodum igitur filium, cum sit nomen relatiuum, & referatur ad patrem, veremur filium spiritus dicere, ne spiritus pater eius putaretur: ita & spiritus, cum sit nomen relatiuum, & necessario ad spirantem referatur, ab eo etiam spiratur, cuius dicitur spiritus esse. Ut verò nulla cuiquam excusatio relinquatur, & clarius appareat præpositio per, significans causam, sanctus Maximus in medium adeat, qui exponens quid velit illud Zachariæ prophetæ, Aurea lãpas & quod supra eam, sic dicit: Spiritus enim sanctus, quemadmodum natura secundum essentiam Dei & patris est, ita & filij secundum essentiam est, tanquam ex patre essentialiter per filium ineffabiliter natum procedens. Filii enim est (inquit) essentialiter spiritus,

*Zach. 4. a*

non aduentitius & deforis, nec temporaliter illum accipientis, sed ab æterno essentialiter illum habentis, quemadmodum & pater. Cuius ratio est, quod ex patre per eum essentialiter procedit. Et attende, quod vnus & eiusdem rei rationem reddentes, tam beatus Basilius quam sanctus Maximus, videlicet cur spiritus dicitur spiritus filij, eandem vterque reddit. Quia enim ex patre per eum procedit, ideo spiritum eius esse & dici asseuerant. Et quod sanctus Maximus per eum procedere inquit, illud beatus Basilius per eum manifestari dixit: significans, idè posse manifestari atque procedere. Quod si per eum procedere, per eum esse, & existentiam habere, significat: igitur & per eum manifestari, per eum esse, & existentiam habere, significat. Et præpositio per, causam hic necessario significat, nec villo modo aliter capi potest. At Nyssenius etiam Grægorius idem plerisque in locis ait, non solum cum Trinitatem causa & causato distingui asseuerat, sed etiã in primo suorum contra Eunomium librorum, de distinctione diuinarum personarum tractans: Spiritus (inquit) patri coniunctus, secundum quod vterque increatus est: rursus ab eo distinguitur, eo quod non est pater, prout ille est: filij vero, & secundum quod vterque increatus est, & secundum quod vterque ex primo principio suam subsistentiam habet, coniunctus distinguitur ab eo sua proprietate, quæ est, quod nec ut vnigenitus ex patre productus est, & quod per ipsum filium sit manifestatus. Et cum creatura per filium sit producta, ne quis putet aliquid commune esse spiritui & creaturæ, propterea quod dicitur per filium manifestatus, immutabilitate & immobilitate à creatura distinguitur. Hic cum manifeste de diuina vnione & distinctione sanctus doctor loqueretur, proponit sibi spiritum sanctum, quem ad patrem comparans & filium, inuenit quæ communia eis & vnientia, quæ vero propria & distinguuntia sunt: patri itaque (inquit) coniunctus, secundum quod vterque increatus est: ac si diceret, per absoluta & essentialia, quæ per nomen increati significatur. Rursus ab eo distinguitur, eo quod non est pater ut ille est. Cum filio vero commune habes, quod vterque increatus: & omnia eis absoluta communia sint, cum vna eademque vtriusque essentia sit, item quod vterque Deum & patrem sui principium habet, tamen ab eo his duobus distinguitur. Primo, quod non per generationem ut filius, sed per processione videlicet ex patre sit: ac si diceret, per diuersum subsistentiam modum. Secundo, quod per ipsum filium manifestatus sit. Si igitur per eum, idem significaret ac, cum eo, prout aliqui somniant: mirum esset profecto, si ideo spiritus distinguatur à filio, quia cum eo manifestatur: vnitur enim hoc modo, non distinguitur: & coniungitur, non diuiditur. Nec etiam de diuisione charismatum hic loquitur sanctus doctor quinimò de diuinarum personarum distinctione. Nec quisquam habet dicere, spiritus per filium in mundo manifestationem, per hæc verba significari: primò nanque cum de distinctione personarum hic sermo haberetur, quoniam modo temporalem hanc manifestationem æternæ rei causam poneret: æternaliter enim filius & spiritus sanctus personalibus distinguuntur proprietatibus. Neque dici potest, quod antequam manifestaretur mundo spiritus, non erat ab inuicem personaliter distincti. Hoc enim absurdissimum etiam cogitare est. Deinde cum operam in creatu-

*\* filio*

*\* inuenit*

creaturam, communia Trinitati sint, non magis per filium, quam per seipsum spiritus sanctus manifestatus est: quinimò ipsum etiam filium spiritus glorificauit & manifestauit, & non minus patrem eundem etiam filius. Quare cum hac ratione à seipso etiam spiritus distinguitur, cum seipsum manifestauit: itè & à patre: filius quoque & à seipso, & à patre, ob eandem rationem. Sed nec de his vnquam hoc dictum est, neque de re nobis proposita, idem dicere conuenit. Quod autem palàm arguit, has rationes vana re fugia esse, illud est, quòd spiritum sanctum volens à creatura diuina iste doctor distinguere, cum iam attribuisse spiritui, per filium manifestari: creaturæ, per filium creatam fuisse: timens, ne quis propter hoc, quòd spiritus & creatura per filium esse dicantur, eiusdem etiam essentia spiritum cum creatura putaret: mutabili & immutabili hæc ab inuicem distinguit, quòd spiritus quidem per filium manifestetur, creatura verò per filium subsistat: hoc commune & idem vtrisque putans, distinctionis verò alium reprensens modum, videlicet quòd ille quidem immutabilis, illa verò mutabilis sit. At si, cum dicitur, spiritum per filium manifestari, non significaretur, quòd filius, subsistentia spiritus esset causa, quemadmodum cum dicitur, mundum per filium esse factum, (hoc enim manifestè filium significat causam esse) facilis esset spiritus à creatura distinctio. Licuisset enim dicere, quòd & si vterque sit per filium, creatura tamen est ex eo tanquam causatum, spiritus verò non tanquam causatum. Nunc autem hoc non dixit. Quod enim sciebat non esse verum, dicere non erat suum: sed alium distinctionis modum inuenit, qui ei verus visus est, & qui solus inueniri potest. Igitur præpositio per, idem potest, cum dicitur, quòd spiritum per filiū manifestatur: quòd cum dicimus, creaturam per filium esse factam. Sed creaturæ causam dicimus & credimus filium, & hoc significat præpositio per. Igitur etiam de spiritu \* ipsa per, significat filium causam esse. Præterea patet, quòd quia hæretici per filium fuisse factum spiritum sanctum blasphemabant, eo quòd Euāgelista dicit: Omnia per ipsum facta sunt: malè & impiè spiritum etiam sanctum inter omnia connumerantes: ideo sancti doctores eos oppugnantes, & contra eorum impietatem his vti verbis, de spiritu sancto per filium cum procedere, & per filium esse & manifestari dixerunt. Sed hæretici per filium sanctum fuisse spiritum sanctum dicentes, duo hæc concludebant. Primò, quòd spiritum creaturam putabant. Secundò, quòd filius causa eius esset: & hoc \* ipsam per, significare. Igitur si vtrunque falsum esset, vtrunque doctores oppugnassent, quemadmodum & illum à creaturis eximunt: quare nec vnquam reperies eos vsque de spiritu hoc vocabulo, factus esse, tanquam creaturæ appropriato: ita nec præpositio per, vti fuissent vnquam: si cum hæretici eam putarent causam significare, ipsis non solum falsum, verum impium hoc visum esset: ita per omnia veritas ipsa sibi ipsi concordat, & manifestè causam significat per, cum de aliquibus accipiatur. Hoc idem ex eiusdem doctoris ad Ablabium oratione probatur. Etenim cum illic etiam de diuinarum personarum distinctione tractaret, postquam vnuer saliter causa & causato ab inuicem eas distinxit, deinde filium à spiritu etiam præpositione per, distinguit. Ille quidem est (inquiens) immediatè à primo, filius videlicet à patre: hic verò (de spiritu dicens)

per eum, qui immediatè à patre est, hoc est, per filium & eo distinguitur (inquit) spiritus à filio, quia per ipsum non sufficienter distinguerentur, nisi alter per alterum esset. Vt manifestè per, distinctione hinc significaret, & distinctionem quæ ab æterno est, quæque secundum causam & causatum est, cum antea dixerit, causa & causato tantum ab inuicem diuinas personas distingui. Quod enim infert, aliam differentiam de filio & spiritu sancto intelligi, non rectè quis putaret aliam secundum speciem: contradiceret namque sibi ipsi, si cum antea causa & causato tantum dixerit personas diuinas distingui, deinde alium modum distinctionis specie differentem tradidisset. Aliam igitur differentiam secundum numerum accipientes, & rectè cum sancto doctore sentimus, & præpositionem per, cum causa intelligemus, ita ut nulli ratio relinquatur vel pro cum, eam accipere, (cum enim non distinguit) vel mundo per filiū manifestationem spiritus, eum significare putare. Hæc enim non est ab æterno. Quod si verbum hoc manifestari, aliquos scandalizat, verbū procedere, tantum spiritus subsistentia putantes debere attribui, manifestari vero ad temporalem processionem, & charismatum dationem, & ad mundi manifestationem trahentes: eorundem etiam erit, filium mundo dari, vel temporaliter mitti dicere, cum eum audiat à patre manifestari, quòd ab omnibus communiter doctoribus dicitur. Beatus etenim Cyrillus ad Valerianum episcopum: Cum enim quemadmodum pater, (ait) ita & qui ex eo manifestatur, vnigenitus filius natura sanctus sit, Et rursus idem: Proprius est filij spiritus sanctus, inquit, non solum in quantum verbum est ex patre manifestatum, sed etiam in quantum intelligitur homo secundum nos factus. Quod si in his, manifestari, esse, & æternam subsistentiam & generationem filij significat, quare non idem de spiritu sancto significaret? Quod autem & nolentes cogere concedere idem significare, illud est, quòd etiam de spiritu, & eius æterna processione hoc idem dicitur, dicente beato Basilio de spiritu sancto: Nil aduentitium in se habet, sed æternè omnia habet tanquam spiritus Dei, & ex eodem status: ita omnis occasio tollitur malignarum operationibus. Illud etenim, quòd prædictus Gregorius Nyssenus in reuelatione Neocæsarensis Gregorij, qui miraculis coruscavit, de spiritu dicit, quòd per ipsum manifestatus sit, addens videlicet hominibus, nil contra nos facit: siquidem hoc, quòd per filium manifestatus sit, significat quidem vtrunque, etiam quòd per filium sit hominibus notificatus temporaliter, & quòd per filium æternaliter producat: sine vtraque vera, in propriis locis accepta. Omitto namque dicere in presenti, quòd per filium temporaliter hominibus manifestari, præsupponit necessario per filium æternaliter procedere: nec per eum temporaliter manifestaretur, nisi per eum æternaliter procederet. Alter etiam Gregorius, Nazianzenus videlicet, qui à Theologia per excellentiam Theologus cognominatus est, quærens, cur & spiritus non nominetur filius, & an ei aliquid deficiat, ut filius sit: non ei quicquam deficere, ait, diuinitati namque deficit nil. Manifestationis autem vel relationis ad inuicem diuersitas, diuersa quoque eis attribuit nomina: His verbis, manifestationis \*, verbum æternæ processionem significare probans, prout etiam ex verbis

verbis Nysseni Gregorij apparuit, & eandem filij & spiritus sancti ab inuicem distinctionem tradens, quæ & Nyssenus Gregorius: quemadmodum enim ille, eo quòd nec ut vnigenitus ex patre productus est, & quòd per ipsum filius sit manifestatus, spiritum à filio distinguit, ita & Nazianzenus tum manifestationis, tum relationis ad inuicem diuersitate, distinctionem eorum ponit. Quod ille dixit, non ut vnigenitum esse productum, hic manifestationis diuersitatem, hoc est, diuersum subsistentia modum. Quod verò Nyssenus per filium (ait) manifestari, Nazianzenus diuersitatem relationis ad inuicem nominauit. Relationem verò ad inuicem filij & spiritus sancti, nescio an aliam quisquam reperiat, præter eam, quæ secundum causam & causatum sit, secundum quam, filius quidem ad spiritum ut causa se habeat: spiritus verò econuerso ad filium, ut causatum ad causam, & ideo diuersimodè. Aut ostendat mihi quispiam aliam inter filium & spiritum sanctum relationem, secundum quam alter ad alterum refertur. Sed profectò nunquam reperit. Etenim si quis nobis illam opponet, quòd spiritus dicatur spiritus filij, primò quidem ista relatio & secundum ipsum Nyssenum Gregorium, & alios omnes doctores non conuertitur. Nec enim filius dicitur etiam spiritus, nec huic ad filiū spiritus relationi, aliqua alia filij ad spiritum correspondet relatio, nec eadem, neque diuersa secundum actionem & passionem. Deinde quòd dicatur filij spiritus, nihil aliud significat, nisi quòd per filium manifestatus sit, secundum magnum Basilium, siue quòd per filium procedat secundum Maximum, siue quòd ex filio procedat secundum Occidentales doctores. Hæc enim quatuor (ut probatum est) æquivalent, videlicet filij spiritum dici, per filium manifestari, per filium \* procedi, & ex filio procedi. Hæc autem relationem ad inuicem causæ & causati significant. Quam Nazianzenus Gregorius audacter asseuerat, & diuinitatis personarum filij & spiritus distinctiuam esse, & causam, ut diuersa nomina habeat, & vnus filius, alter spiritus dicatur. Hæc autem & ipsa ratio attestatur: Diuina enim & sancta Trinitas non magis vnum quam tria est: illud essentia, hoc personis siue proprietatibus: vniuntur etenim vnà cum distinctione, & distinguuntur vnà cum vnitatem, ut beatus Dionysius ait: Et quia in quibuscunque pluribus, in quibus est aliquid commune, est etiam aliquid distinctiuum, in hac etiã diuinarum personarum Trinitate, quæ sibi in vnitatem essentia conueniunt, quærendum est illud, quòd eas distinguit: & cum id non sit essentia, (in hac enim summè conueniunt) in diuinis autem præter essentiam, & relationes, atque diuersum processionum modum, quem Latini originem nominant, nil aliud intelligere sit: relinquit, ut vel origo, vel relatio, vel vtrunque diuinas personas distinguar. Cum verò relatio & origo & si secundum modum intelligendi differunt, (siquidem origo significatur per modum actus, ut generatio: relatio vero per modum formæ, ut paternitas) re tamen non differunt, ideo vtroque quidem modo distinguuntur diuina personæ, prius tamen & principaliter secundum modum intelligendi per relationes, per quas etiam constituuntur diuina personæ: consequenter autem per diuersum processionum modum, siue per originem. Non enim generare & genitum esse, quòd originis est, constituit principaliter personam: sed paternitas & filiatio, si-

ue patrem & filiū esse, quòd relationis est. Sed quia relatio & origo idem sunt re, & relatio consequitur originem, ideo vtroque quidem modo distinguuntur diuina personæ, sed principaliter relatione siue proprietatibus. Quare non immeritò Theologi & doctores nostri filium à spiritu distinguentes, dupliciter eos distinguunt, ab imperfectiori modo ad perfectiorem procedentes distinctionem: quæ per diuersum processionum modum fit, diuersum manifestationis modum nominantes: illam verò quæ fit per relationes, Nyssenus quidem Gregorius per filium manifestari, Nazianzenus verò diuersitatem relationum ad inuicem appellans. Patet ergo, quòd hæc relationum diuersitas, relationis distinctio est, & relatiuè filius ad spiritum, & ad filium spiritus refertur. Et cum filius, prout filius, non referatur ad spiritum (non enim dicitur filius spiritus) restat ut referatur ad spiritum tanquam spirans, cum spiritus etiam spiranti, & passiva spiratio actiua spirationi correspondet. Spiritus verò & spiritus filij, multis in locis sacre scripturæ dicitur, & spiratio eius. Hic enim spiritus, sacer Athanasius ait, spiratio est filij. Cum igitur ad filium spiritus, & tanquam spiratio, & tanquam spiritus referatur, filius quoque tanquam spirans referatur ad spiritum. At cum longum sit omnes allegare doctores, qui per filium ex patre spiritum spirari dixerunt, sufficiat vnum & vltimum in medium adducere, & quidnam de hac ille sentiat, considerare. Ioannes igitur Damascenus de patre loquens, ipse quidem est (ait) intellectus verbi abyssus, verbi genitor, & per verbum manifestauit spiritum spirator. Et rursus: Spiritus vero sanctus, manifestatiua occultæ diuinitatis potentia patris, ex patre per filium procedens est. Certè superuacaneum est, velle, quæ apertè dicta sunt, declarare. Procedens enim est, (inquit) quòd palàm ipsum esse & subsistentiam spiritus significat, magis quam aliquod aliud nomen, præsertim secundum nostros, qui hoc nomen solum subsistentia spiritus appropriant. Cum igitur per filium eum procedere dicat, per filium eum subsistentiam habere significat: & per hoc excludit Theodoriti errorem, negantis per filium subsistere spiritum sanctum, ita ut nullum nobis inde relinquatur subsidiū si Theodorito hæc coram generali Ephesino concilio dicente, sacrum concilium tacuerit qui putamus pro nobis hoc facere, quasi concilium tacendo verbis Theodoriti consenserit. Nam cum Theodorus vtrunque negasset, nec ex filio, nec per filium subsistere spiritum sanctum asserens, ex dictis tamè horum sanctorum, & si non ambo, alterum saltem, videlicet quòd per filium subsistat, palàm probatum est, cum omnes doctores, & non minus, qui post Theodorum fuerunt, ex patre per filium procedere spiritum sanctum, clara voce prædicerent. Tum Ioannes Damascenus & Maximus, viri vti doctissimi, ita etiam sanctissimi, tota item generalis septima synodus per sanctum Tharasium patriarcham Constantinopolitanum, credere dicentem in spiritum sanctum, qui ex patre per filium procedit, Deus quoque ipse esse cognoscitur. Alij verò ex Deo per filiū esse, videlicet spiritum ex Deo per verbum, & ex patre per filium procedere, quæ omnia idem atque spirari significant, & esse, & subsistentiam habere. Ex quibus patet, quòd Theodoritus errat quo ad alteram partem ad minus, eam videlicet, qua negat spiritum subsi-

locus ob scilicet  
rui ac m  
tilis  
\* ipsum

Ioan. I. 4

\* ipsum

\* procedere

Roma. s. b

verbis

subsistere per filiū. Patres tamen concilij tacuerunt, eo etiam hanc partem negante, ita ut eorum silentiū non debeat nobis testimonio esse, quod nec ex filio, nec per filium spiritus habeat substantiam. Quod enim per filium subsistat, testantur, qui eum per filiū procedere dixerunt. Siquidem procedere, etiam secundum nostros, ipsum subsistere significat. Cum tamen longo post Theodoritum tempore fuerint, & audierint quidem eum hæc dicentem, sciuerint autem sacram synodum ad hæc tacuisse, attamen non iudicauerunt eum esse sequendum, (Theodorito enim & quod ex filio, & quod per filium subsistat spiritus negante, beatus Ioannes Damascenus, quod ex filio ipse quoque negat) qua verò ratione, paulo post explicabimus. Quod autem per filium procedat, id est subsistat, hoc ut verum ponit. Quod si quis illud nobis opponat, Solus pater est causa, Ioanne Damasceno autore: item quod Maximus in epistola ad Marinum de Romanis ait, quod scilicet non ponant filium causam spiritus esse, quæ ad hæc Latini dicunt, ego non dicam, quod scilicet nec illud Damasceni omnibus in eius libris inueniatur, quodque epistola Maximi non est eius, cum nec ubique, nec in antiquioribus codicibus, nec inter opera eius inueniatur, quodque nonnulli nostrorum etiam eam non esse suam putant: hæc (inquam) non dicam, sed concedam hæc illorum esse doctorum & verba & sententias. Dixisse tamen eos hæc ego dicam, ne quis principale causam spiritus putet filium, quasi non à patre cæperit, ut per eum spiritus sanctus procedat. Communis enim lingua Græcorum vsus, cum per præpositionem ex principalem significat causam, & Damascenum coegit, non ex filio, sed per filium dicere procedere spiritum sanctum: & Maximū, quod à Romanis dicitur ex filio procedere, idem significare sentire, ac si dicerent, per filium procedere. Quamquam enim (ait) ex filio spiritum sanctum prodire Romani asserant, præpositio autem ex, principalem significet causam, non tamen ideo \* quia dicunt ut talem causam significant filium esse. Damascenus etiam, ex filio quidem spiritus (inquit) minimè est, per filium autem conceditur. Solus nanque pater est causa talis, videlicet qualem ipsa ex, significat. Quare talem quidem causam negant filium esse præpositionem autem per, attribuunt filio, per quam simul cum cum patre causam siue principium spiritus sancti esse \* significatur. Quia enim (inquit Maximus) per eum prodit spiritus sanctus, (id est, ut alibi dicit idem doctor, quia per eum procedit) ideo à Romanis ex filio prodire dicitur: & Damascenus, Ex patre per filium procedit, quæ omnia aperte filiū etiam significant causam siue principium esse, & tale principium, qualis est pater, cum nil imperfectum apud filium sit, quanquam non principalem, nec propriam, ob hoc enim cauentes, negant filium causam esse. Et quia omnia, quæcunque filius habet, à patre habet, & ad eum omnia referuntur: quemadmodum & sanctus Basilius in octauo ad Amphilochium capitulo ait, ideo inquit Dominus ad patrem: Mea omnia tua sunt, quia ad eum principium creaturarū refertur. Et Nazianzenus in sermone ad Aegyptios: Deus, inquit, tribus in maximis consistit: causa, creator, & perfectior: patre videlicet, filio, & spiritu sancto. Hæc autem dicebat, non quia omnino negabat, filium & spiritum sanctum esse principium siue causam creaturarum, (hoc enim impium est dicere) sed

cu per pro  
cessionem.

locus dubi  
for quod ut  
dicunt,  
aut hoc di  
cunt, ut

significat

Joan. 17. b

quia patrem solum simpliciter & principaliter causam esse sciebat, & ab eo filium & spiritum sanctum habere, quicquid habeat. Quæ ergo responsio sufficisset contra quoscunque, qui ex his verbis doctoris non filium, nec spiritum, sed patrem ponentis causam creaturarum, malignè arguere volentes, totaliter negarent filium & spiritum sanctum causam esse creaturarum: ipsa eadem illis sufficere, qui filium non esse causam spiritus ponunt. Eadem enim ratione & Damascenus, cum diceret spiritum non esse ex filio, addidit: Solus enim pater causa est. Et Maximus, dicens de Romanis, quod ex filio assererent spiritum prodire: Non tamen eum causam ponunt, aut, cum scirent quidem qualem causam significet ex: talem autem filium esse, minimè concederent: quippe qui omnia, quæ habet, à patre accipit, qui solus prima & principalis causa est, qualem ipsa ex significat, cum ipse quidem à seipso omnia habeat, filius vero à patre. Et ideo non prima nec principalis causa est, est tamen causa, siue principium spiritus vnum & idem cum patre, nec quisquam hoc omnino negare poterit, per eum; audiens doctores dicentes, spiritum sanctum procedere. Si enim per filium procedere, prodire, & esse, ipsi quoque aduersarij, non valentes aperte veritati contradicere, concedunt idem significare, ac si diceretur per filium habere substantiam: hoc autem dicentes doctores, nec manifestationem spiritus ad hunc sensibilem mundum significant, nec de gratiis & donis spiritus, sed de ipsa hypostasi spiritus & eius æterna manatione & existentia loquuntur: nec ista præpositio per, idem quod præpositio cum (ut probauimus) significat, ad quæ refugere solent aduersarij: quid aliud relinquitur, nisi ut per, significet causam, siue principium? Cum enim per filium dicant doctores spiritum sanctum esse, & existentiam habere, cumque ipsa per, non possit pro eo intelligi: suam vim exprimit utique, & causam significat, cum iam probatum sit, causam semper significare, in quibus accipitur. Quod autem ipsa per, quod trium prædictorum hæc significat, & ex epistola Maximi ad Marinum prædicta, & ex ipso Damasceno palam probatur, qui ipsam ex, mutantem, & de ipsa persona spiritus & eius æterna existentia loquuntur. Quantum igitur conueniunt ex & cum, tum per & cum, conuenire possunt, quod & per Theodoritum maximè probatur. Cum enim ille diceret, spiritum non habere existentiam per filium, cum relatione intelligebat: Ergo palam mentiebatur, nec decebat nos nisi concilij silentio. Etenim spiritus cum filio simul est, & ex patre simul emanant. An æquiuocam hanc dictionem per, ille putans, ut aliquando idem quod cum, aliquando se \* ipsam per significaret, per filium negat spiritum esse? At oportuisset vel ipsum, vel concilium hanc æquiuocationem distinguere, & docere, de quo significato diceret, prout omnes solent doctores: sed nec idem \* per, cum filio ille putabat posse intelligi, cum diceretur, per filium & per filium negans spiritum habere existentiam, causam significare, hanc præpositionem putabat. Palam itaque his omnibus patet, se \* ipsam in productis autoritatibus per, significare, & quod suum est per se causamque manifestè significare, & hæc Theodoritum negare, hanc ceteros sanctos doctores audacter profiteri. Sed ne rursus ad illa consuecta refugia te recipias, ideo dicens per filium prodire spiritum, dictum fuisse, ut coniunctio, connectio, & identitas

titas substantiæ eorum significetur. Primò nanque hic prodire, pro procedere capitur. Ipse enim idem Maximus, qui in epistola ad Marinum, prodire ait: in expositione ad Zachariam, procedere inquit, idè Damascenus, idem se prima synodus ait: procedere verò, substantiam habere significat: & per filium procedere, per filium substantiam habere proculdubid significat: hoc autem esse non poterit, nisi & filius substantiæ spiritus principium sit. Deinde, non quia nos dicimus spiritum prodire per filium, ideo aut est, aut manifestatur substantiæ identitas, (non enim per nos, neque per nostrum dicendi modum, diuina essentia diuinis vnitur, aut identificatur personis) sed quia est essentiæ identitas, ideo prodire dicitur, & prodit per filium spiritus. Hoc autem Latini etiam dicunt. Quia enim eadem est essentia patri & filio, aiunt: Et omnia patris filius etiam habet, præterquam quod non sit pater: ideo etiam hoc eum habere asseuerant, quod ex eo, vel per eum spiritus procedat. Hoc idem quoque beatus Cyrillus in quinto ad Hermiam probat, dicens: Cuiusnam proprium esse spiritum dicimus? Vtrum solius Dei & patris? an etiam filij, an & disiunctim & vnusque & simul amborum, tanquam vnum ex patre per filium propter identitatem essentiæ? Ad quæ respondet Hermias: Ita mihi videtur. At doctor ad eum: Rectè quidem propter identitatem essentiæ (inquit) patris & filij, amborum spiritus est, & ex patre procedit per filium. Quod quid aliud vult, nisi quod propter identitatem essentiæ filij & patris, & per filium spiritus procedit, & eius spiritus est, quemadmodum & patris. Hoc autem Latini etiam concedunt. Præterea identitas essentiæ patris cum filio & spiritu, ac filij cum patre & spiritu, tum præcipue probatur, cum ad inuicem ut principium, & id quod à principio, se habeat. In quantum enim tales, & maximè inuicem communicarent, & maximè ad inuicem distinguerentur. Qui modus cum intelligi simul possit, merito in diuinis omnibus aliis distinguendi vel vniendi modis præponitur. Quemadmodum enim in illis rebus diuinis, & vnà cum vnitate distinctio, & cū distinctiōe summa vnitas est: ita necesse est nos etiam talem vnionis modum illic intelligere, qui non minus etiā distinctiōe cōtineat, & talē distinctiōe quæ & vnionē in se habeat: talis verò sola principij, & ei⁹ quod à principio, relatio est. Quare si quos audiamus doctores dicentes, propter consubstantialitatem dictum fuisse per filium spiritum procedere: propter principij, & eius quod à principio, relationē eos dixisse putemus, per filium dici procedere spiritum sanctū, & ob nullam aliam rationem, cū istam consubstantialitatem potissimum principij, & eius quod à principio, relatio probet. Cuius vnà cū aliis Magnus quoque Basilius testis est in epistolā ad t. canonicas, hæc dicens: Cū enim pater lumen sine principio est, filius quoque lumen, sed natum lumen tamen vterque, merito consubstantialem eum dicent, ut natura identitatem significant. Non enim, quæ germana sunt, consubstantialia dicuntur, ut quidam putant: sed cum causa, & quod à causa substantiam habet, eiusdem naturæ sint, tunc consubstantialia dicuntur. Rursus idem in sermone contra Sabellium & Arrianos de patre dicens & filio. Non enim eos (inquit) germanos dicimus, sed patrem profiteamur & filium: identitas autem essentiæ in eis est, quia filius ex patre. Si igitur propter consubstantialitatem

dictus est per filium spiritus, causa verò & causatum cum eiusdem naturæ sint, consubstantialia sunt, ut ait Basilius: manifestè patet, propter relationem causæ & causati, siue principij & eius quod à principio est, per filium procedere spiritum dictum fuisse.

**AVTHORITATES DOCTORVM, IN**  
quibus spiritus sanctus ex filio, & ex ambobus dicitur esse, prodire, & profuere: quodque non gratia spiritus non subsistens, sed ipsa persona spiritus dicitur prodire, profuere, emanare & cetera à filio.

CAPVT VII.

Ed iam per ipsa sola manifestissimè probatum est, Orientales doctores, filium principium spiritus esse, palam profiteri. Probandum autem, nonnullos eorum præpositione quoque ex, non minus vsos fuisse de filio in substantia spiritus. Illos itaque, quorum testimonia calumniam patiuntur, tanquam non eorum, vel non ita per eos edita, sanctum videlicet Athanasium, Basilius, Gregorium Nyssenum, omittendos duxi, nec illorum autoritatibus vtendum, qui plerisque in locis ipsam per, probant æquiuocare ipsi ex in Theologia: hi verò quasi omnes aut maior pars sanctorum doctorum est. Cyrillum autem duntaxat & Epiphanius produci duxi, qui cæteris apertius & magis ubique operum suorum, præpositione ex, vsi sunt: quorum quanta qualisque autoritas in Ecclesia Dei sit, certaminè eorum contra infideles & hæreses, nemo est quem lateat. Producam verò non omnia eorum testimonia, (nec enim facile est) sed aliqua pauca, fugiens verborum prolixitatem. Beatus itaque Cyrillus in expositione prophetæ Iohelis, supra illam autoritatem, Effundam à spiritu meo, sic ait: In quantum etenim Deus ex Deo secundum naturam filius est, cum natus sit ex Deo & patre, proprius eius & in eo & ex eo spiritus est, quemadmodum & de ipso Deo & patre intelligitur: & ex eo est, inquit, & ita ex eo, quemadmodum de ipso Deo & patre intelligitur, omne dubium quærentibus causam tollens. Idè rursus in sermone ad Theodosium Imperatorem: Baptizantem, inquit, Iesum in igne & spiritu sancto, non alienum baptizantis esse fuisse spiritum seruiliter & instrumentaliter, sed tanquam Deum secundum naturam cum autoritate summa, qui ex eo & proprius eius est. Et iterum in Thesauris: Legem igitur cum ferat Christus, ita condit eam, tanquam in eo & ex eo sit spiritus eius. Et rursus: Nullam igitur naturæ differentiam filij & spiritus sancti Paulus nouit, sed tanquam ex eo & in eo naturaliter sit, dominico nomine eum vocat. Et animaduerte, quod ideo dicit Paulum appellasse spiritum dominum, quod filij nomen est, quia ex filio est. Causarum enim nomina, causatis solemus imponere. Item in expositione noni anathematismi: Homo factus, inquit, vnigenitus Dei filius, non minus permansit Deus, omnia habens quæcunque & pater, præterquam quod non sit pater, & proprium habens, qui ex eo, & in eo insitus est spiritus sanctus. Quod si quis rursus opponat, quæ à Theodorito in hunc anathematismum dicta sunt, primò quidem sciat, quæcunque; Theodoritus contra Cyrillum scripsit, omnia reprobata, & anathemati tradita ab omnibus sequentibus sanctis concilij fuisse, ita ut non deceat ex maledictis & iam reprobatis arguere. Deinde satis iam

Cyrillus

Ioh. 2. g

Idem

Idem

Idem

2 Cor. 3. d

Idem



et quod  
tacuisse.

Joan. 17. b

Cyillus

sam de hoc per nos dictū est, quādo et si nō in vtroq; in altero tamen eum menturum fuisse probauimus, cum ipse quidem, q̄ per filiū spiritus habeat subsistētiā, negaret: nos autē testimoniis doctorū probauerimus verū esse, ita vt nō debeamus silentio sacri cōcilij niti, & indē arguere, q̄ Theodoritus scriptisset spiritū sanctum nec ex filio, nec per filiū subsistētiā habere, & concilium his auditis tacuerit, nec eum redarguerit, ideo \* tacuit, quia eū vera dixisse sciebat. Ecce etenim probatū quidem est, spiritū sanctum per filium subsistentiam habere. Synodus verō non solum de altero, videlicet q̄ nō ex filio habeat subsistentiā, tacuit, sed etiā de altera parte, hoc est, q̄ nec per filiū procedat, quod tamē palam falsum est. Quemadmodū enim hoc silentio praterierit, cum tamē falsum sit, ita etiā reliquum, videlicet q̄ nec ex filio subsistentiam habeat, cum ipsum quoq; falsum sit. Hęc igitur & in superioribus diximus, & nūc illius noni anathematismi, contra quem Theodoritus scribens illa, dixit, ipsius Cyrilli expositionē induximus, se ipsum & suam mentē exponentis, & contra maledicta Theodoriti replicantis. Non decet igitur omissio illo, alium quærere verborū Cyrilli expositionem, & præsertim acerrimū eius hostē. Quare autem Cyrillus spiritū dixerat proprium filii, in nono anathematismo, quod Theodoritus carpsit, ipse exponens, quia dicit, ex eo est, cōueniens in hoc Occidentalibus patribus. Et illi enim spiritū dicunt filii, & propriū filii, tanquā ex eo procedentē. Præterea ex responsione Cyrilli ad Theodoritū, idem probare possumus, si quis sine contentione audiat. Procedit quidē (inquit) spiritus sanctus ex Deo patre secundum verba saluatoris, nō tamen est alienus à filio: omnia namq; cum patre habet. Et hoc ipsemet docuit, dicens de spiritu sancto: Omnia quæcūq; habet pater, mea sunt: ideo dixi vobis, ex meo accipiet, & annūciabit vobis. Nam & si à patre (inquit) procedere spiritū sanctum saluator dixit, non minus tamen est etiā filii. Est autem filii, quemadmodū & patris. Superius namq; dixit: Erat namq; & est spiritus eius, sicuti & patris: & nō magis patris, minus filii, sed similiter amborū. Hoc verō nil aliud est, nisi quemadmodum est spiritus patris, tanquā ex eo procedēs, ita scilicet etiā filii est, tanquā ex eo & per eum procedēs. Et hoc significat cum in testimonium huius rei accipiat, quod filius omnia habeat quæ & pater, & addat quod hoc de spiritu dixerat dominus. Postremō idē probat per illā auctoritatem, quod ex eo, id est, filio accipiat spiritus. Hoc enim & sanctus Epiphanius, (vt paulō post ostendetur) pro eo quod ex eo procedat, accipit. Ipse quoq; B. Cyrillus in expositione super Ioannē, ipsam auctoritatē exponens, sic inquit: Accipere enim spiritū dicimus ex patre & filio ea, quæ illorū sunt, non tanquā aliquando quidem non habentem insitam in eis sapientiam & potentiam. Cum autē intelligatur habere tunc vix habentem, semper etenim sapiens & potens est spiritus: imō verō ipsa sapientia & potentia est, non participatione, sed naturaliter. Si igitur id quod spiritus ex filio accipit, sapientia & potentia est, hæc verō nō aliquādo quidē habet, aliquando verō nō: semper namq; talis est, natura, non participatione, semperq; à filio ea accipit, quæ cū nō habeat participationē, in natura eius sunt: quod hinc colligitur, quis ignorat? Et meritō hæc beatus dicit Cyrillus, qui in plerisq; aliis locis manifestē ex filio, sicuti ex patre, procedere dicit spi-

ritum sanctum. In epistola namq; ad Nestorū: Est est, inquit, spiritus in propria hypostasi, prout spiritus est, non filius, nō est tamen ab eo alienus, profluit autem ex eo, sicuti & ex Deo & patre. Ne quis autem hoc verbū profluere, de secunda & tēporali processione putet hic fuisse dictū: primō quidē sciat, quod non est hic sermo de distributione donorū & charismatū spiritus, sed de ipsa eius hypostasi: Deinde hoc profluere, semper reperies apud hunc doctorē pro producere, accipi. Etenim tum in expositione symboli, profluit quidē, inquit, hoc est, procedit: tum in sexto ad Hermiam, & spiritum quidē veritatis eū nominat, profluere autē ex ipso asserit patre: tum etiam plerisq; aliis i locis idē dicit. Illud quoq; quod dicit, sicuti ex Deo & patre, nō superfluit. Nil enim ille superuacaneū, sed omnia cum magno pōdere dicit: & ita vult, spiritū esse filii, prout est patris: & ita profluere, prodire, & emanare à filio, prout à patre, & nullo modo aliter. Ideo in sermone ad Theodosium Imperatorē, de hoc loquens, & volens probare ita esse filii spiritus, prout patris: & ita ex filio nobis emanare eum, prout ex patre: Non ex mensura, inquit, secundū Ioannem, dat spiritum filius, sed ipse eum ex seipso emittit, quemadmodū & ipse pater. Quare B. Paulus, omni in hoc differentia postposita nunc quidē Deo & patri illum attribuit, nūc rursus filio. Infert deinde Pauli verba, quibus æque filii esse spiritus, sicuti & patris, probatur. Nulla enim differentia est, filij spiritū, vel patris dici: omne enim in hoc differentia Paulus postponit. At patris dicitur spiritus, tanquā ex eo procedens: ergo eodē modo filii quoq; dicitur spiritus. Præterea in superioribus satis disseruimus, quomodo dicitur spiritus filij secundū doctores: secundū enim Basiliū, tanquā per filium manifestatus: secundū Maximū, tanquā ex filio procedens: secundū patres Occidentales, tanquā ex filio procedens. Nec igitur Cyrillus alia ratione dixit, spiritū filii esse & filii proprium, quā alij idem cum eo sapientes doctores dixerunt, tanquā ex filio scilicet, siue per filiū, procedentem. Nil enim interest, ex filio, vel per filiū dicere. Etenim ipse quoque nūc ponit ex, nunc eam mutat in per, tanquā amb, verē dici possint. Vnde in eis, quæ ad Palladiū ma dialogi scribit: Mutabilis verō minimē, inquit, est spiritus. Nam si mutabilitati subiaceret, ipsius diuina nature nature iste defectus ascriberetur. Si quidē Deo & patris, necnon & filij est, qui essentialiter ex vtroq; scilicet ex patre per filium, profluit spiritus. Item in quinto ad Hermiam, reddens causam, cur spiritus, filij dicatur spiritus: Cuiusnam, inquit, propriū dicimus esse spiritū sanctum? Vtrū solius Dei & patris? An etiā filij? An & disunctim vtriusq; & simul amborum, tanquā vnum ex patre per filiū propter identitatem essentiæ? Proprium itaq; filij ipse quoque spiritum dicit, quia per filiū est. Per filiū autem est propter identitatem essentiæ, patris videlicet & filij. At propter eandem ipsam, omnia etiā patris sunt filij, præterquam quod nō sit pater. Ita sibi ipsi per omnia cōsona dicit sanctus hic doctor. Vnū etenim & eadē ratione siue processione: & ideo illud eorū propriū ait esse, quia ex patre per filiū est: hoc autē propter identitatem essentiæ. Vt autem clarius omnis eorū arguatur calumnia, quia cōtra sanā doctoris sententiā, autumant eum ex filio dixisse dona spiritus mitti, nō ipsam eius hypostasim siue personā, ipse rursus ad-

for. quid

idem.

idem

idem

Gene. 2. b

Joan. 20.

for. ministrum.

idem.

1. cor. 3. 6. d

Psalm. 81.

Joan. 1. b

1. cor. 6. d

fit, hanc falsam eorum arguens opinionem, & se ipsum exponens, quidnam sit, quod ait, per filium siue ex filio profluere, prodire, emanare, scaturire: & simpliciter q̄ in sanctificationem in hunc mundum ab eo mittitur. Ait etenim in septimō ad Hermiam: Inhabitantes enim sibi & insitum quis haberet eum, qui natura & verē Deus est, (de filio dicens) cum spiritum accipiat, qui non alienus & essentia disunctus ab eo est, sed qui ex eo, & in eo, & eius proprius est, & æquē atq; ille, dominus est: Et post pauca: Misit autem nobis de cælo paraclētum, per quē & in quo nobiscum est, & in nobis inhabitat: non alienus in nobis affluēs, sed qui essentiæ suæ & patris sui proprius est spiritus. Quod autem hæc de substantia spiritus, non charismatibus non subsistentibus, ait, omnibus patet. Idem rursus in eodem: Qui verō nobis diuinā insculpsit imaginem, & similitudinē cuiusdam sigilli, supremam nobis pulchritudinē imponit, nōne spiritus est? Ita inquit Hermias: Nō tamē vt deus, verum vt diuinæ gratiæ minister. Et Cyrillus: Non igitur ipse spiritus nobis, sed eius per eum gratia nobis imprimitur: Hermias: Itavideretur. Cyrillus: Ergo necessarium esset, imaginem gratiæ, non Dei, vocatum fuisse hominem. Post hæc cōsequenter per omnia probans, q̄ hypostasis siue persona spiritus, ipse scilicet vnus in Trinitate, Deus erat, qui diuinā nobis in prima hominis plasmatione impressit imaginem, non gratia non subsistēs: secundam item plasmationem reparationem, per salutarem discipulis insufflationem factam, per eundem spiritum sanctum factam fuisse ponit. Dicebat etenim: Quo, antequam esset, modo factus fuerit homo, per sanctū videlicet spiritum hypostaticum Deum, eodem rursus, deperdita sanctificatione, cum reparari. Si enim (inquit) gratia spiritus ab eius substantia disuncta esset, cur beatus quidem Moses, homine ad esse producto, nō dixerat: Sufflauit creator omnium gratiam per spiritum vite? Christus verō nobis: Accipite gratiam per \* mysterium spiritus? Sed illic quidem dictū est, spiritus vitæ (vita etenim, veræ diuinitatis natura est) hic verō per saluatorem spiritus sanctus, ipsum proculdubio spiritum credētium animabus emittentē. Hęc aperta sunt rei propositæ testimonia. Apertius tamen in sequentibus dirimit illam opinionem, qua quidam putant, non subsistentem nobis gratiā mitti, & per eam nos sanctificari. Ait etenim: Templum verō Dei, necnon dij, & vocamur & sumus. Qua de causa quæras ab aduersariis: si gratia participamus nuda & non subsistente? At non ita se veritas habet. Templum namq; existentis & subsistentis spiritus sumus. Sed ex eis quidē, quæ ad Hermiam scribit, cum multa sunt, (quæ qui vult, illinc sibi eliget) hæc sola sufficiant, cum apertē probent illud, quod nobis propositum erat. Ex plurimis autem, quæ in expositione super Ioannem idem doctor elegantissimē dixit: illud nos adducemus solum, q̄ super illam auctoritatem dicit: Qui nō ex sanguinibus, &c. Ait enim: Si Deus ex Deo secundum naturam est spiritus: quo & per fidem in Christo participamus, dij nos etiam efficiunt, tanquam iam in nobis ipsis habentes Deū, secundum illud: Inhabitabo & inambulabo in eis. Quo namq; modo templum Dei effemus, nisi spiritus natura Deus esset? Sed beatissimus quidem Cyrillus hæc & his similia dicit: audiendum autem etiā alios, quid de eadem re dicant. Magnus itaque Basilius cōsona prædicto doctori dicens, tum spiritum homini

à principio sufflatum, tum à saluatore discipulis datum, ipsam hypostasim spiritus fuisse asseuerat contra Eunomium, in capitulo cui titulus, quod spiritus diuina natura est: Spiritus namque, inquiens, viuenti verbo ad creandum adiunctus, viuens potentia diuina natura, ineffabilis ex ore ineffabili manifestata, ineffabiliter per sufflationem ad hominem missa, & secundum corporalem à Christo monstratam figuram, rursus ab eo per sufflationē reddita: conuenire namq; decet primæ creationi nouam reparationem. Conuenientiam autem figurauit sufflans, qui nō est alius præter illum, quia à principio sufflauit, sed idē per quem Deus sufflauit, tum quidem cum anima, nunc verō in animam. Ita hic quoque doctor ipsum eundem spiritum ait emisisse discipulis Iesum, qui ipsi & patri tanquam creator connumeratus & coniunctus est. Hoc autē patet, quod ipsa hypostasis spiritus est. Igitur ipsa hypostasis spiritus & primā plasmationem hominis per illam diuinam sufflationem creauit, & discipulis postea data est, & per eos credētibus. Et hæc est, quæ à patre per filiū, & ex filio profluit & emanat, quemadmodum etiam Nicæna prima synodus in quodam loco de spiritu dicit: Quod procedit quidem à patre, proprium autem filij est, & ex eo emanat. Ipsum enim eundem, qui ex patre procedit, ex filio emanare aiunt ij patres. Et \* quod dico, patres, ipse saluator dicta istorū omnium approbans, illum eundem pollicetur se discipulis missurū, quō à patre procedit, & non esse aliū qui à patre procedit, alium quem ipse mittet. Cum venerit (inquit) paraclētus, quem ego mittam vobis, spiritus veritatis, qui à patre procedit. Hoc enim ipsi quoque grammatici hoc modo construerent: Cum venerit spiritus, qui à patre procedit, quem ego mittam vobis: vt manifestum sit, ipsum, id est, filium missurum, quod & à patre procedit. Si igitur persona spiritus à patre procedit, eadem etiam à filio mittitur. Quod si gratia filius nō subsistentem mittit, à patre etiam nō persona, sed gratia procedit. Sed hoc cum stultum, tum impium est dicere. Cum enim de vno & eodem subiecto, videlicet spiritus, duō quædam prædicantur, procedere scilicet & mitti, eodē modo accipiendum subiectū de vtroq; prædicato. Si igitur hypostasis spiritus procedere intelligim⁹, eadē etiā mitti intelligere debemus: aliter enim dicere absq; ratione, nullā probationē adducēdo, & procedere quidē, hypostasi spiritus attribuire: mitti verō, gratiæ nō subsistēti, hoc ridiculū, irrationabile, & voluntariū est, & quod nullus cōcedet. Mittitur igitur ex filio ipsa spiritus hypostasis, quæ & à patre procedit, quemadmodum ab ipsis euāgelij verbis, & à doctoribus probatum est. Quare si mitti, si emanare, si prodire, si profluere, si scaturire, si oriri, spiritū à filio audiamus, diuinam autem spiritus hypostasim ex filio profluere, vel emanare, & reliqua, quoniam alio modo possibile est, nisi filius causa siue principium ipsius subsistentiæ spiritus sit? Sed ea, quæ Cyrillus de processione ipsius personæ spiritus sancti ex patre & filio dicit, hæc & his similia sunt. Cæterū audiamus sanctū Epiphaniū, in eius angyroto sermone ita dicētē: Spiritus sanctus ex patre & filio, tertius nominatiōe & rursus: Vterq; habitat in iusto homine, Christus & spiritus eius. Quod si Christus ex patre creditur Deus ex Deo, spiritus quoque, ex ipso, vel ex vtroque, quemadmodū ait Christus, qui ex patre procedit, &

Idem.

for. quia dico  
atque?

Joan. 15. d  
for. volis à  
patre


Epiphanius

Joan. 1. b

hic ex meo accipiet. Et patet, quod hic doctor nō de distributione charismatum, de diuinis autem personis & substantia eorum loquitur: in testimonium verō & probationem, quod spiritus ex filio quoque procedit, illam auctoritatem adducit: Ex meo accipiet, docens, vt cum audiamus in Euangeliis dominum dicentem de spiritu, quod ex eo accipiet, ita intelligamus, ac si diceret, ex eo procedere spiritū sanctum. Idem in eisdē: Sed dicit quispiam, Ergo duos filios esse dicimus? Et quo modo est vnigenitus? At quisnam es tu, qui contradicis Deo? Si enim filium nominat, qui ex patre est, spiritum vero sanctū, qui ex vtroque &c. Et iterum: Spiritus sanctus, spiritus veritatis est, tertium lumen à patre & filio. Et rursus Quemadmodum enim nemo nouit patrem nisi filius, nec filium nisi pater: ita dicere audeo, nec spiritum nisi pater & filius, à quo procedit, & à quo accipit: (sed aduerte, quod in superioribus accipere pro procedere posuit) nec filium & patrem, nisi spiritus sanctus, qui verè glorificat, qui omnia docet, qui ex patre & filio. Quid his apertius, quid clarius dici potest? Nonne palam isti doctores filium quoque causam siue principium spiritus ponunt? Nonne docent ex eo quoque ipsum procedere? Quid igitur? Claudemus aures nostras his auctoritatibus, & testimoniis sanctorum tam multis, tam apertis, tam diuinis, tam consonis inuicem, & veritati, & obstinato corde contra hæc contendemus? Ad hoc non sapiētum, nō bonorum hominum proprium est, & eorum, qui dispensatores verbi & mysteriorū Christi & esse, & videri velint.

*QUOD ETIAM OCCIDENTALES doctores idem aperte dicunt, quod Orientales, prout ex eorum auctoritatibus nobis per Latinos datis, clare apparet intuentibus.*

CAPVT VIII.



Go quidē paucis, quoad potui, multis omisis, quod pollicitus sum, perfecisse puto. Probauī nanq; sufficēter, nullo doctorum Occidentalium vsus, ipsos scilicet patres nostros & doctores Orientales, filium quoque causam siue principium esse spiritus, sensisse, & per omnia inuicem conuenientes & concordēs, & partim ex patre per filium, partim ex patre & filio procedere spiritum sanctum, & sapere & docere. Vestrum autem est, vt eis doctorib; & quidem rectis, Latinis & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ vniamini, cum eadem, quæ & patres & doctores nostri, crediderint. Neque putetis aut ipsos, aut patres eorū & nostros, Occidentales videlicet sanctos, contraria Orientalibus patribus dixisse. Minimè, minimè ita est. Et apposuissē vobis auctoritates & testimonia etiam illorum ad persuadendum vobis, & eorum cum Orientalibus concordiam probandam, nisi vos omnes scirem & sciuisse, & audiuisse eas, cum Latini prodixerint. Ad hæc cum oratio nostra prolixior fuerit, non sunt alia addenda. Prætereà licebit cuique, cum voluerit, eas & videre & legere, cum sint apud nos à Latinis datæ. Hoc autem solum ad vestram reducendum memoriam putauī, quod omnes patres Occidentales, Hilarius, Hieronymus, Damasus, Augustinus, Ambrosius, magnus Leo, Grægorius, & cæteri multi, quàm clarè, quàm apertè vna mēte, vna voce vbiq; operum suorum, non vno aut duobus

membris & articulis, sed pluribus verbis, prolixis sermonibus & probationibus ex patre & filio procedere spiritum sanctum affirmant, & ita ex filio, sicut ex patre, & principium spiritus filium esse, sicut ipse pater, & vnum & idem eius principium esse patrem & filium simul, non duo principia: quæ omnia mente volentes, & Orientalium doctorum dictis comparantes, qui ex patre per filium, & ex patre & filio procedere dicunt spiritum sanctum, item ex filio & ex vtroque esse, necessariò eos concordēs inuicem reperiemus, & eadem de eodem sentientes in omnibus. Et superiores enim rationes, quas de concordia & quidem necessaria doctorum adduximus, cogunt nos credere eos consentientes inuicem, & eadem de hac diuina processione spiritus sancti sentientes, quemadmodum etiam de aliis dogmatibus fidei. Et nunc ipsi Orientales per se ipsos eadem cum Occidentalibus dicere satis probati sunt, vt nemo negare possit amplius eorum summam concordiam. Atqui etsi nullo modo patres Orientales attribuerent filio, esse principium spiritus, cum tamen nulli ali quis neget expresse processionem spiritus ex filio, nemo esse, qui auderet eos dicere Occidentalibus patribus dixisse contraria. Nunc verò cum non solum non negent, sed apertissimè etiam dicant, per filium & ex filio procedere spiritum, audebim;ne dicere, non eos conuenire & concordare cum Occidentalibus? At nemo nos commendabit, imò verò nemo est, quin nos audaciæ, temeritatis, stultitiæ accuset. Scire autem hoc etiā debetis, quod aut nullo modo acceptada sunt, quæ reperiuntur opera sanctorum doctorum Occidentalium: aut si hæc acceptabimus, vt faciendum est, oportet etiā quæ de hoc articulo dicunt, & acceptare & credere. Tam enim multis in locis operum eorum, imò vero in omnibus sparsa sunt: tantq; & talis est continuatio & sequentia præcedentium ad ea quæ sequuntur, vt non possit aliquis de his aliquis suspicari. Si quis enim hanc conclusionem, & rationes eam probantes, ex operibus eorum adimat, nil amplius restat, nec sensum aliquem reddunt, quæ remanent: ita connexa, ita conglutinata & coniuncta cætera omnia cum hoc dogmate sunt.

*EPILOGATIO ET REPETITIO prædictorum, & solutio frivola responsionis, qua quidam ad auctoritates Occidentalium respondent, & exhortatio ad vniōnem.*

CAPVT IX.



Ed de dogmate quidem, quæ breuiter dicenda erant, dicta sunt, nec quicquā vltius addendum est. Rogo autē, peto, & supplex oro vos omnes, patres optimi, sacer conuentus, animarū pastores, duces cæcorum, eruditores insipientium, vt his omnibus consideratis, & bene pensatis, illam feratis sententiā, quæ tantæ rei conuenit, quæq; perpetuam vobis famam, gloriā & salutem pariat. Repetitis enim memoria primo, qd non erit nobis decetere excusatio eadē, quæ prius, cur à talibus fratribus diuidamur, & hostes velimus esse Latinis tā multis, tā sapiētibus, tā doctis omni virtute præditis, nō solum illa quæ animū ornat, sed etiā ea quæ ad corpus & temporales res attinet: quòd; quæ admodū ante generale conciliū congregatū facilius nostra excusatio erat, ita post hoc grauis nostra excusatio erit, si non habue-

habuerimus dicere causam tali diuisione dignam. Deinde non fugiant vos, quæ de necessaria doctorū concordia dicta sunt, nec aliter nos dicere posse, dū Christiani esse, & principia fidei saluare velimus: quòd; patres Occidentales apertissimè, ex patre & filio spiritum sanctum procedere, asseuerant, & filiū esse eius principium, prout pater: Orientales quoq; hoc idem dicere, partim ex patre per filium, partim ex patre & filio, & ex vtroque procedere, & ex filio esse ipsum dicentes, cumq; hæc dicant, Occidentalibus conuenire, & eadem non solum sententia, verum etiam verbis dicere, tanquam vno & eodem spiritu eos illuminante locuti. Demum, quā solam nobis ad ea quæ Latini dicunt, relictam responsonem video, cum ipsi quoq; nullam esse iudicaueritis, imò vero rem puerilem & omnino ridiculam, cōsulamus nobis ipsis, quæ vtilia sunt, & vniri Latinis conemur; si ea quæ placita sunt Deo, facere velimus. Aut enim non acceptandi sunt sancti doctores, nec dictis eorum acquiescendum: aut acceptandi quidem, & acquiescendum dictis eorum, non tamen omnibus, cū ipsi quoq; tanquam homines, in quibusdā errare poterint: aut quòd reliquum & tertium est, nec in aliquem inciderunt errorem, & cunctis eorum verbis acquiescendum. Hæc tum, quæ Latini prodixerunt, tanquam illorum sanctorum testimonia, non ex eorum mente procedunt, nec eorum sententiæ sunt, sed Latinorum horum fictiones, additiones, & appositiones, manu mentēque aliena libris sanctorum inscripta. At primorum duorum neutrum certè scio; nec vos approbatis, nisi quis omnia fidei nostræ fundamenta, ecclesiæ mysteria, omnem veritatem euertere velit: reliquum verò & tertium, manifesta stultitia, apertissima ignauia est, si tot libros, tot eorum opera doctorum, tot eorum labores, tot volumina, præsertim antiquissima manu, nonnulla eorum cōscripta, & per totum orbem terrarum sparsa & multiplicata, per ipsum item sequentium ad præcedētia connexum & conuenientiam, ipsam veritatem luce clariùs ostendentia, temerario ausu corrupta, mutata, & superaddita esse dicemus, maximè cum videmus ipsos quoq; nostros etiam antiquiores, & qui in ipsis principiis huius acerrimi dissidij fuerunt, facientes quidem mentionem auctoritarum doctorū Occidentalium, nil tamen contra eas habentes, quod dicerent ratione dignū. Quo fit, vt nullo modo quis eas putare debeat corruptas fuisse, siquidem in ipso etiam contentions principio eodem modo inscriptum libris erat potissimū, cum nec extet apud nos alia eorū doctorum antiqua volumina lingua Latina scripta, ad quæ, facta cōparatione, possemus deprehendere eorum corruptionem. Quæ omnia cū animaduertamus & mēte repeta mus, non eligamus quæ peiora sunt, nec cōtra nos ipsos sententiam feramus, nolimus nec nos ipsos, nec nationem nostram prodere, primò quidem auertentes à veritate, & oculos, ne videat lumen, claudētes: deinde ipsimet propria sponte contra nos ipsos omne genus malorum accumulantes, & multipliciter totam nostrā nationem offendentes. Quis enim ignorat, quæ etiā temporalia mala ex hac diuisione nos secutura sunt: quæ infortunia: quòd; communē hostem & inimicum nobis Turcarum principem robustiorem cōtra nos ipsos efficiemus: in periculò; sunt, vt omnino ferè pereant, quicunq; ritum nostrū sequuntur Christiani, nomēq; Christi illic totaliter deleatur. Et enu-

merassem, & deplorassem omnes particularius, quæ futura sunt nationi nostræ calamitates, quæ cunctis nostris hominibus, qui in insulis, qui vbiq; terrarū, qui Orientem, qui Septentrionem, qui Occidentem inhabitant, nobiscūque in ritu conueniunt, non dico solum, quæ ad corporalia, resq; temporales attinent, (non enim tanti essent estimanda) verum etiā quæ ad animam & integritatem fidei pertinet, cum omnes simpliciter, aut maior eorū pars, partim sponte, partim vi, periclitentur abertare à fide, relinquere Deum, & erroribus infidelium consentire. Narrassem hæc (inquam) omnia, nisi vos alloquerer, qui omnia melius me nostis. Quis enim nescit, quod solum nobis relictum refugium erat Latinorum amicitia & vniō cum eis futura, hac re speratibus, & nos ipsos tueri posse, & hostes deuincere, quòd; hoc solum hostem deterrebat, & eius contra nos furorē refrenabat: qua re si nūc priuabimur, quò fugiemus? quinam nostræ calamitatis finis erit? quis malorum exitus? Etsi errare quidem Latinos & à veritate auertere deprehendissēmus, nec ipse profectò vobis cōsuluissem, eis ita se habentibus vniri, temporalium amissione deterritos, & maioribus præsentia, quàm futura, corporum, quàm animarum liberationem facere hortatus fuissēmus: imò verò & ipse omnia quæcunque acerba potius sustinuissem, & vobis, vt passi fuissetis, consuluissem, quàm cum eis vniri non rectè sapientibus. Nunc verò timendum est, & quidem vehementer, ne corporis quoque exitium vnā cum animi interitu etiam eligamus: si quidem quæ vera, quæ pia sunt, & nil erroneum Latinis sapientibus, quemadmodum patres eorum & nostri, Occidentales videlicet doctores, ac Orientalibus communibus patribus eadem & consentanea dicentibus, nos proprio nostro malo absque vlla ratione ab eis diuidi vellemus. Quod enim ipsi Occidentales patres sequuntur, vos quoque dicetis. Quòd autem illi eadem cum Orientalibus sapiant, hac in oratione breuiter & sufficienter probatum est, ita vt omnibus manifestum sit, Latinos omnes tum Occidentales, tum Orientales patres tequi, communes vtrisque doctores & patres sunt. Quæ igitur ratione à talibus viris dissidebimus? Quam excusationem afferre poterimus, cur eis conuenire nolimus? Quæ nobis relinquatur apud Deum responso, quare à fratribus diuisi fuerimus, quos vt vniret, & ad vnum ouile redigeret, ipse descendit de cælis, incarnatus, & crucifixus est? Quæ nostra defensio erit apud posteros nostros, imò verò apud præsentēs homines nostros? Nescio enim, an aliqua nostra posteritas erit de tam magna, tam graui calamitate, tot periculis, quæ eis inferimus. Non patiamur hæc, patres optimi. Non habeamus hanc sententiam, non ita malè nobis ipsis consulamus & nostris. Nolimus lupi pastoribus illis fieri, qui ad nos respiciunt. Non eos prodamus hostibus, in animarum & corporum simul interitum. Ego enim (& sint mihi hæc verba in perpetuum testimonium toti nationi, cunctisque Christianis) nunquam huius sententiæ ero, nec vnquam prodam corpora, animas, fidem, ciuitates, patrum sepulchra, libertatem, & omnia simul, quæ omnia inuenio secutura schisma, & nostram à Latinis absque aliqua ratione diuisionem. Quænam digna causa est, ob quam tot & tam horrenda eligamus pericula? Oro autem & rogo, vt etiam vos vel omnes, vel maior pars vestrum, eadem quæ

ego, de his rebus sentiat, & bene cōmuni vtilitati cōsular. Quod si nolueritis, ego quidē summum Deū, & vos omnes presentes, & cunctos posteros nostros restor, q̄ sine passione & fraude, quæ vera, quæ iusta, quæ vtilia, quæ conducentia nobis & nostræ saluti mihi visa sunt, à principio vsq; ad hunc diem nō cessauī dicere, non omisi consulere, nec timore deterrius (ne quis me Latinis affectū putet) tacui, nec propriam securitatē cōmuni vtilitati prapōsui: sed me & mea omnia Deo cōmendans, & eius diuinæ volūtati subiiciens, qui totam mihi vitam ab ineunte ætate melius, quàm optassem, direxit atq; rexit, commune bonum mihi, vt finem, propōsui: & ad hoc solum respiciens, & feci & dixi, quæcunq; vel feci vel dixi, simul & fidei veritatem, quo ad potui, & corpōrale salutem, vt nostri adipiscantur, conatus. Vos verò, cum libera sit vobis voluntas, quodcunq; agendum videatur, id agatis. Vincant autem nutu diuino etiā apud vos, quæ meliora & saniora sūt. Quod si (quod absit) peior sententia superabit, hoc tamen omne genus humanum, omnis ætas, omnis ordo atq; conditio sciat, (protestandum enim rursus est) q̄ innocēs ego sum ab hoc malo, hoc acerbo schismate: nec huius vnquam sententiæ fui, nec sum, præter omnē rationem à Latinis diuidi. Nec enim mihi persuadeo, non recte & verè de fide eos sapere, & eadem, quæ sanctos doctores, tum Orientales, tum Occidentales, nō credere eos. Nec ignoro, quæ hinc nos & nostram rempub. sequentur pericula, quæ calamitates, quæ excidia. Sed præuidi, prædixi, & ne fiāt, quoad potui, prouidi. Quod si proficere non potui, nō mei dicentis, sed audientium culpa est.

Bessarionis excusatio.

for. mea.

**BESSARIONIS EIVSDEM DECLARATIO** aliquorum, quæ in dicta oratione dogmatica continentur, quæ Græcis notissima, Latinis ignota sunt.




Orādum primò, quòd sancti doctores Orientales etiā in diuinis vtuntur nomine causæ & causati, largo modo. Non quidem, vt limitationē & dependentiā importat, sed prout productionem & emanationem à principio, eius quod est à principio, significat: & ideo me etiā ad Græcos loquentē, his nominibus vsū fuisse. Cæterum, quia ad quasdam oppositiones Græcorum respondeo breuiter, tamen nō declaratis primò eorum oppositionibus, sed ad tacitam quæstionem respondens, eo quia ad Græcos loquebar, quibus illa nota erant: sciendū, quòd cum doctores dicant spiritum sanctū ex patre per filium procedere, vel profluere, &c. similia: & ex hoc appareat, filium quoq; spiritum principium esse, quod cōtra eos facit: his quatuor euasionebus hanc veritatem euadere conantur. Primò nanq; cum rarissimè dicāt doctores, spiritum sanctum ex patre per filium procedere, sapissime verò mitti, profluere, prodire, emanare, scaturire, oriri, & huiusmodi: fecerunt sibi hanc voluntariam distinctionem, quòd videlicet verbū procedere, duntaxat significaret hypostaticam & personalem spiritus sancti emanationem: cætera verò vocabula, charismatum & donorum eiusdem in nos distributionem, & temporalem in mundum eius missionem quam etiā per filium fieri concedunt. Secundò dicūt, quòd ideo dicitur ex patre per filium, non quia filius est principium spiritus sancti, sed quia pater & filius sunt nomina relatiua: (alterū verò relatiuorum non potest dici, quin intelligatur alterū)

ideo dicendo ex patre, necesse est, etiam filium nominare, propter vim ipsius relationis. Tertio, consubstantialitatem patris & filii causam esse aiunt, vt ex patre per filium spiritus esse dicatur. Cum enim eiusdem substantiæ sint pater & filius, necessariò, cum dicitur, ex patre, oportet, quòd dicatur etiam ex filio. Quarto, quia nonnunquam, rarissime tamē & apud poetas, quibus ob angustiam metri licet metaphorice & abusiue vocabulis vtī, præpositionem per, aliquando repererunt idem significare, quod præpositio cum: dicunt, spiritum sanctum ideo dici ex patre per filium procedere, quia ex patre cum filio simul procedit: & his modis omnes illas auctoritates exponunt, siue peruertunt. Hæc nos ex ipsamet auctoritatum sententia, & rationibus verissimis confutauimus, probantes hæc non posse consistere, nec opinionibus & verbis sanctorum doctorum conuenire prout ex ipsis verbis clarius videtur. Præterea sciendum est, quòd in tertio œcumenico cōcilio sanctus Cyrillus contra Nestoriū, & eius hæresim inter alia multa, quæ sapientissime scripsit, duodecim etiā capitula edidit cōtra hæreticos Nestorij articulos, quæ anathematismos appellauit, eo quòd in eis errores illius anathematizant, quorum in nono contra Nestorij errorem, qui blasphemabat filium Dei purum hominem esse, spiritus sancti gratia per participationē sanctificatum, idem sanctus Cyrillus spiritum sanctum, spiritum filii & proprium filii esse dicit. Post hæc quidem Theodoritus Cyri episcopus, vir qui dem literatissimus, humanæ tamen fragilitati subiectus, superueniens in synodum serò cum patriarcha Antiocheno Ioanne, cum reperissent iam Nestoriū cōdemnatum, & pro demeritis suis sede patriarchali Cōstantinopolitana priuatum, indignati, quòd eis non expectatis conclusum fuerit, defensionem Nestorij susceperunt. Theodoritus igitur, tanquam vir doctissimus, contra duodecim anathematismos Cyrilli alia duodecim capitula edidit, quorum in nono vbi sanctus Cyrillus spiritum sanctum, filij & proprium filii dicit esse, his verbis ait: Quòd si Cyrillus spiritum sanctum proprium filii dicit, tanquam consubstantialē ei, hoc verum acceptamus: quòd si tāquam ex filio, vel per filium esse, & existentiam habentem, hoc vt blasphemiam eiicimus. Ad hæc totum œcumenicum cōcilium tertium, tacuit, nec increpauit Theodoritum tanquam male dicentem. Cyrillus tamen ad ea respondit, omniāque sua capitula aliis duodecim nouis capitulis ita denuò exponit, vt sententia eius etsi non nimis apertis verbis, clare tamen pro nobis esse appareat. Hoc maxime Græcos oblectat, in hoc potissimum condunt, hoc pro maximo & insolubili argumento putant, quòd Theodorito negante spiritum ex filio, vel per filium, habere esse & substantiam, conciliū totum tacuerit, nec eum mendacij & erroris redarguerit, Cyrillus quoque non ita aperte (vt putant) respondit, cum tamen sciant Theodoritū propterea cōdemnatū, & ab ecclesia multis annis eiecūm fuisse. Ad hæc igitur tanquam notissima Græcis, non ea latius explicando, vt in oratione videtur, respondetur. Sed nemo de Theodorito viro doctissimo doleat: suum enim recognouit errorem, & in quarto Chalcedonensi generali concilio (superuixit nanq; ad illud vsque tempus) palam eum cōfessus, à sancta synodo, tanquam honorabile membrum ecclesiæ, susceptus & restitutus fuit.

FINIS.  
DECRE-

DECRETVM EVGENII

papæ quarti.



Vgenius episcopus seruus seruorū Dei, ad perpetuam rei memoriam. Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob, omnes qui vbiq; nomine censemini Christiano. Ecce enim iterum recordatus dominus misericordiæ suæ, alium dissidij lapidem nongentis & amplius inueteratum annis, de ecclesia sua auferre dignatus est: & qui facit concordiam in sublimibus, & per quē in terra pax est hominibus bonæ volūtatis, opratissimam Armenorum vnionem sua ineffabili miseratione cōcessit benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiæ: & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Intuens nanque piissimus dominus ecclesiā suam, modò ab his qui foris sunt, modò ab his qui intrā, nō paruis agitari turbibus, vt inter ipsas respirare angustias, & ad resistendum fortior assurgere valeat, multis eam quotidie modis consolari & roborare dignatur. Nam & pridem magnam illam Græcorum vnionem, multas longè latèque continentium nationes & linguas, hodie verò hanc ipsam Armenici populi, qui per septentrionē & Orientem in magna copia diffusus est, in eodem fidei & charitatis vinculo cum sede Apostolica stabiluit. Hæc profectò tam magna & mira sunt diuinæ pietatis beneficia, vt non solum pro vtroque, sed ne quidem pro altero satis dignas suę manifestati referre gratias possit intellectus humanus. Quis non vehementer admiraretur, vno eodemque tam breui tempore, duo sic præclara, & tot seculis desiderata opera, in hoc sacro concilio fuisse tam feliciter consummata: verè à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Quomodo enim hominum prudentia vel industria, nisi gratia Dei & cœpisset & perfecisset, has tantas & tales res explere potuisset? Laudemus iugiter & toto corde benedicamus dominū, qui fecit mirabilia magna solus, ipsique psallamus spiritu, psallamus & mente, orèque & opere, quantum sinit humana fragilitas. Pro tantis que muneribus gratias agamus, orantes & obsecrantes, vt quem admodum ipsi Græci atque Armeni vnū cum ecclesia Romana effecti sunt, ita fiant & cætera nationes, præsertim Christi caractere insignitæ, & totus denique populus Christianus, omnibus odiis bellisque extinctis, mutua inuicem pace & fraterna charitate quiescat & gaudeat. Ipsos autem Armenos magnis laudum præconiis dignos esse, meritò censemus. Vt primum enim à nobis ad synodum accesserunt, tanquam ecclesiasticæ auidi vnitatis, spectabiles, deuotos, & doctos, oratores suos cum sufficienti mandato, de suscipiendo videlicet quicquid spiritus sanctus hanc sanctam synodum illustrauerit, ex remotissimis regionibus per multos labores, marisque pericula ad nos & hoc sacrum concilium destinarunt. Nos verò tota mente, vt nostrum pastorale decebat officium, cupientes tam sanctum perficere opus, sæpè cum ipsis oratoribus de hac sancta vnione contulimus: & ne vel parua hinc sanctæ rei dilatio fieret, deputauimus de omni statu huius sacri cōcilij viros, iuris diuini & humani doctissimos, qui cum omni cura, studioque & diligentia, rem istam eum istis pertractarunt oratoribus, ab eis accuratè

Psalm. 80

2. corin. 1.4

Psalm. 117

Psalm. 135

inquiretes eorum fidem tam circa diuinæ vnitatem essentia & diuinarum personarum Trinitatem, quā domini nostri Iesu Christi humanitatem, & septem ecclesiæ sacramenta, & alia ad fidem orthodoxam & ritus vniuersalis ecclesiæ pertinentia. Multis itaque adhibitis disputationibus, colloctionibus, & tractatibus, postque non mediocre testimoniorū inspectionem, quæ ex sanctis ecclesiæ patribus & doctoribus deducta sunt, & earum, de quibus agebatur rerum discussionem, tadem expedite iudicauimus, ne vlla in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenos hæsitatio esse valeat, atque idem per omnia sapiant cum sede Apostolica, vnioque ipsa stabilis & perpetua sine vllō scrupulo perseueret, vt sub quodā breui compendio orthodoxæ fidei veritatem, quam super præmissis Romana profitetur ecclesia, per hoc decretum, sacro hoc approbante Florentino concilio, ipsis oratoribus ad hoc etiam consentientibus, traderemus.

In primis ergo damus eis sanctum symbolū, à ceterum quinquaginta episcopis in œcumenico Cōstantinopolitano concilio editum, cum illa additione, filioque, ipsi symbolo declarandæ veritatis gratia, & urgente necessitate, licitè & rationabiliter apposita cuius talis est tenor: Credo in vnum &c. hoc autem sanctū symbolū, sicut apud Latinos mos est, ita decernimus per omnes Armenorū ecclesias intra Misfarum solennia, singulis saltem dominicis diebus & maioribus festiuitatibus, decantari vel legi.

Secundò tradimus eis diffinitionē quarti vniuersalis concilii Chalcedonen. in quinto postea & sexto vniuersalibus conciliis renouatam de duabus naturis in vna Christi persona, cuius tenor talis est: Sufficeret quidem sapiens hoc & salutare diuinæ gratiæ symbolum ad plenam cognitionem ac cōfirmationem pietatis. De patre enim & filio & spiritu sancto perfectionem docet, & domini humanitatem fideliter accipientibus repræsentat. Sed quoniam hi qui conantur reprobare prædicationē veritatis per proprias hæreses nouas voces genuerunt, & hi quidem præsumptes corrumpere mysterium dispensationis domini, quæ propter nos facta est: alij verò introducetes confusionem permixtionemque, & stultè cōfingentes vnā esse naturā carnis & deitatis, & portentose dicentes passibilem vnigeniti diuinam naturam: ob hoc volens claudere illis omnem machinationem cōtra veritatem præsens nunc sancta & magna atque vniuersalis synodus, prædicationem hanc docens ab initio immobilem, decreuit antè omnia fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrū manere irrecusabilem, & posteriore tempore propter illos quidem qui pugnant aduersus spiritum sanctum, corroborat doctrinam de substantia spiritus traditam à patribus centum quinquaginta apud Cōstantinopolim congregatis, quam illi omnibus notam fecerunt: non quasi inferentes, quòd aliquid minus esset in præcedentibus, sed eorum intellectum de spiritu sancto scripturarum testimoniis declarantes, aduersus eos qui dominationem eius respicere tentauerunt. Propter illos autem qui moluntur corrumpere dispensationis mysterium, & impudenter delirant, dicentes purum hominem esse illum, qui ex sancta MARIA virgine natus est, suscepit epistolæ synodice beati Cyrilli quondam præfulis ecclesiæ Alexandrinæ ad Nestorium & ad Orientales, congruas existentes ad

d. 3. con-



cōvincendas Nestorij vesanias, & ad interpretatio-  
nem eorum qui salutaris symboli mentem pio zelo  
nosse desiderant. Quibus etiam consequentissimè  
epistolam coaptavit magna & senioris vrbis Romę  
præfulis beatissimi ac sanctissimi Leonis papæ, quæ  
scripta est ad sanctæ memoriæ archiepiscopum Fla-  
uianum, ad perimendam Eutythis malâ intelligen-  
tiam, vtpotè congruentem illius magni Petri confes-  
sioni, & existentem nobis quandam columnam cō-  
munem aduersus praua dogmata, & ad cōfirmatio-  
nem rectorum dogmatum. His nanq; qui in duos fi-  
lios dispensationis diuinæ mysterium diſcerpere ni-  
tuntur, obſiſtit: & illos qui passibilem deitatem vni-  
geniti ausi sunt dicere, à sacro cœtu expellit: & his  
qui in duabus naturis Christi temperamentum aut  
confusionem exquirunt, resistit: & eos qui dicunt,  
serui formam quam ex nobis assumpsit, cælestè esse  
aut alterius alicuius substantiæ, vt dementes abigit:  
& qui duas quidem ante vnitionem naturas domini  
fabulantur, vnam verò post vnitionem confingunt,  
anathematizat. Sequentes igitur sanctos patres, vnū  
eundemq; cōfiteri filium dominum nostrum Iesum  
Christum cōsonanter omnes docemus, eundē perfe-  
ctum in deitate, eundem perfectum in humanitate,  
Deum verè & hominem verè, eundem ex anima ra-  
tionali & corpore, consubstantialem patri secundū  
deitatem, & consubstantialem nobis eundem secū-  
dum humanitatem, per omnia nobis similem absq;  
peccato, ante secula quidem de patre genitum secū-  
dum deitatem, in nouissimis autem diebus eundem  
propter nos & propter salutem nostrā ex Maria vir-  
gine Dei genitrice secundum humanitatem, vnum  
eundemq; Christum verum filium dominum vni-  
genitum in duabus naturis inconfusè, immutabili-  
ter, indiuisè, inseparabiliter agnoscendum, nusquam  
sublata differentia naturarum propter vnitionē, ma-  
gisque salua proprietate vtriusq; naturæ, & in vnam  
personam atque substantiam concurrentē, non in  
duas personas partitum siue diuisum, sed vnum &  
eundem filium vnigenitum Deum verum dominum  
Iesum Christum, sicut antè prophetæ de eo, & ipse  
nos Iesus Christus erudiuit, & sanctorum patrū no-  
bis tradidit symbolum.

Tertio, diffinitione de duabus voluntatibus, dua-  
būque Christi operationibus in prædicto sexto cō-  
cilio promulgatam, cuius tenor talis est: Sufficeret  
quidem, & reliqua, quæ in ipsa diffinitione concilij  
Chalcedonen. superius enarrata, sequuntur vsq; ad  
finem, post quem sequitur in hunc modum: Et duas  
naturales voluntates in eo, & duas naturales opera-  
tiones indiuisè, inconfusè, inseparabiliter, in-  
confusè, secundum sanctorum patrum doctrinam  
adæquè prædicamus, & duas naturales voluntates  
non contrarias, iuxta quod impij asseruerunt hære-  
tici, sequentem humanam eius voluntatem, & non  
resistentem vel reluctantem, sed potiùs & subiectā  
diuine eius atq; omnipotenti voluntati. Oportebat  
enim carnis voluntatē moueri, subiecti verò volun-  
tati diuinæ, iuxta sapientissimū Athanasium. Sicut enim  
eius caro, Dei verbi dicitur & est: ita & naturalis car-  
nis eius voluntas, propria Dei verbi dicitur & est, si-  
cut ipse ait: Quia descendit de cœlo, non vt faciā vo-  
luntatem meā, sed eius qui misit me, patris: suā pro-  
prium dicens voluntatē, quæ erat carnis eius. Nam  
& caro propria eius facta est, quemadmodum enim  
sanctissima atq; immaculata animata eius caro, dei-

ficata est, non est perempta, sed in proprio \* sui statu  
& ratione permāsit: ita & humana eius volūtas dei-  
ficata est, nō est perempta, saluata est autē magis, se-  
cundum deiloquium Gregorium dicentem: Nā vel-  
le illius \* qui in saluatore intelligitur, non est cōtra-  
rium Deo: deificatum est totum duas enim natura-  
les operationes indiuisè, inconuertibiliter, inconfu-  
sè, inseparabiliter in eodem domino Iesu Christo ve-  
ro Deo \* modò glorificamus, hoc est diuinā opera-  
tionem & humanā operationem, secundū diuinorū  
prædicatorem Leonem apertissimè asserētem: Agit  
enim vtraque forma cum alterius cōmunionē quod  
proprium est, verbo scilicet operante quod verbum est  
& carne exequente quod carnis: nec enim in quo-  
quam vnam dabimus naturalem operationē Dei &  
creaturæ, vt neque quod creatum est, in diuinā edu-  
camus essentiam: neque quod eximū est diuinæ natu-  
ræ, ad competentem creaturis locum deiciamus.  
Vnius enim & eiusdem tam miracula, quàmque pas-  
siones cognoscimus, secundum aliud & aliud eorū  
ex quibus est naturis, & in quib⁹ habet esse, sicut ad-  
mirabilis inquit Cyrillus. Vndique igitur inconfu-  
sum atque indiuisum cōseruantes vnum sanctæ Tri-  
nitatis, breui voce cuncta proferimus: & post incar-  
nationem, dominum nostrum Iesum Christum ve-  
rum Deum esse credentes, asserimus duas eius esse  
naturas, in vna eius radiante subsistentiā, in qua tam  
miracula quàmque passiones, per omnem sui dispē-  
sationem conuersatus, non per phantasiā, sed ve-  
raciter hæc demonstrauit, ob naturalem differentiā  
in eadem vna subsistentiā cognoscendam, dum vtra-  
que natura cum alterius cōmunionē indiuisè & in-  
confusè propriaveller atque operaretur: iuxta quam  
rationem, & duas naturales voluntates & opera-  
tiones confitemur, ad salutem humanam conueniēter  
in eo concurrentes.

Quartò, quoniā hæc tenens ipsi Armeni præter has  
tres, Nicænā, Cōstātinopolitanā & Ephesinā primā,  
synodos nullas alias vniuersales postea celebratas,  
nec ipsum beatissimū huius sanctæ sedis antistitē Leo-  
nem, cuius autoritate ipsa Chalcedon. synodus ex-  
tigit cōgregata, susceperūt, asserētes eisdē fuisse sug-  
gestū tam synodū ipsam Chalcedonen. q̄ memorā-  
tum Leonē, secundū damnatā Nestorij hæresim dif-  
finitionē fecisse: instruximus eos & declarauim⁹, hu-  
iusmodi falsam fuisse suggestionē, ipsamq; synodū  
Chalcedonen. & beatissimū Leonē sanctè & rectè  
veritatē de duabus in vna persona Christi naturis su-  
perius descriptā definiuisse, cōtra impia Nestorij &  
Eutythis dogmata: in unximusq; vt ipsum beatissi-  
mum Leonē, qui veræ fidei colūna fuit, & omni san-  
ctitate & doctrina refertus, tanquā sanctū & catho-  
logo sanctorū meritò descriptū, de cætero reputēt &  
venerentur, atque non solū dictas tres synodos, sed  
& omnes alias vniuersales autoritate Romani pō-  
tificis legitimè celebratas, sicut & cæteri fideles re-  
uerenter suscipiant.

Quintò, Ecclesiasticorū sacramentorū veritatē, pro  
ipsorū Armenorū tam presentū q̄ futurorū facilio-  
ri doctrina, sub hac breuissima redigimus formula:  
Nox legis septē sunt sacramēta, videlicet baptis-  
m⁹ cōfirmatio, eucharistia, pœnitentia, extrema vnctio,  
ordo, & matrimoniu. Quæ multū à sacramētis disse-  
runt antiquæ legis. Illa enim non causabāt gratiam,  
sed eā solum per passionē Christi dandā esse figura-  
bant hæc verò nostra & cōtinent gratiā, & ipsam di-  
gne

gnè suscipientibus cōferunt. Horum quinque; prima,  
ad spirituale vniuscuiusq; hominis in seipso perfe-  
ctionē: duo vltima, ad totius ecclesiæ regimen mul-  
tiplicationēq; ordinata sunt. Per baptismum enim  
spiritualiter renascimur, per cōfirmationē augemur  
in gratia, & roboramur in fide, renati autē & robo-  
rati, nutrimur diuina eucharistiæ alimonia. Quòd si  
per peccatum egritudinē incurrimus animę, per pœ-  
nitentiā spiritualiter sanamur, spiritualiter etiam &  
corporaliter (prout animæ expedit) per extremā vn-  
ctionem: per ordinem verò ecclesiæ gubernatur &  
multiplicatur spiritualiter, per matrimonium cor-  
poraliter augetur. Hæc omnia sacramenta tri-  
bus perficiuntur, videlicet rebus tanquam ma-  
teria, verbis tanquam forma, & persona ministri  
conferentis sacramentum cum intentione faciendi,  
quod facit ecclesiā: quorum si aliquod desit, nō per-  
ficitur sacramentum. Inter hæc sacramēta, tria sunt,  
baptismus, confirmatio & ordo, quæ characterem,  
id est, spirituale quoddam signum, à cæteris distin-  
ctiuum imprimunt in anima indelebile. Vnde in ea-  
dem persona non reiterantur. Reliqua verò quatuor  
characterem non imprimunt, & reiterationem ad-  
mittunt.

Primum omnium sacramentorum locum tenet  
sanctum baptisma, quod vires spiritualis ianua est: per  
ipsum enim mēbra Christi, ac de corpore efficimur  
ecclesiæ. Et cum per primum hominem mors intro-  
ierit in vniuersos, nisi ex aqua & spiritu renascimur,  
nō possumus (vt inquit veritas) in regnum cælorum  
introire. Materia huius sacramenti, est aqua vera &  
naturalis: nec refert, frigida sit an calida. Forma au-  
tem est, Ego te baptizo in nomine patris & filij &  
spiritus sancti. Non tamen negamus, quin & per illa  
verba, Baptizetur talis seruus Christi in nomine pa-  
tris, & filij, & spiritus sancti: Vel, Baptizatur manib⁹  
meis talis, in nomine patris & filij & spiritus sancti,  
verum perficiatur baptisma: quoniam cum principa-  
lis causa, ex quo baptismus virtutem habet, sit sancta  
Trinitas, instrumentalis autem sit minister, qui tra-  
dit exterius sacramētum, si exprimitur actus, qui per  
ipsum exercetur ministerium, cum sanctæ Trinitatis  
inuocatione perficitur sacramētum. Minister huius  
sacramenti est sacerdos, cui ex officio competit ba-  
ptizare. In causa autem necessitatis nō solum sacer-  
dos vel diaconus, sed etiā laicus vel mulier, imò etiā  
paganus & hæreticus, baptizare potest, dum modò  
formam seruet ecclesiæ, & facere intendat quod fa-  
cit ecclesiā. Huius sacramenti affectus, est remissio  
omnis culpæ originalis & actualis, omnis quoq; pœ-  
næ, quæ pro ipsa culpa debetur. Propterea baptiza-  
tis nulla pro peccatis præteritis iniungenda est satisfactio:  
sed morientes, antequam culpam aliquam cō-  
mittant, statim ad regnum cælorum & Dei visionē  
perueniunt.

Secundū sacramentum est cōfirmatio, cuius ma-  
teria est, chrisma cōfectum ex oleo, quod nitore si-  
gnificat cōscientiæ, & balsamo, qui odor significat  
bonę famæ, per episcopū benedictio. Forma autē est  
signo te signo crucis, & cōfirmo te chrismate salutis  
in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ordinari⁹  
minister est episcopus. Et cū cæteras vnctiones sim-  
plex sacerdos valeat exhibere, hæc nō nisi episcopus  
debet cōferre: quia de solis Apostolis legitur, quorū  
vicē tenent episcopi, q̄ per manus impositionē spiri-  
tum sanctū dabāt quemadmodum Actuum Apосто-

lorum lectio manifestat. Cū enim audissent (inquit)  
Apostoli, qui erāt Hierosolymis, quia receperat Sa-  
maria verbū Dei, miserūt ad eos Petrum & Ioannē.  
Qui cum venissent, orauerunt pro eis, vt acciperent  
spiritum sanctum. Nondum enim in quenquā illo-  
rum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine  
domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos,  
& accipiebant spiritum sanctum. Loco autem illius  
manus impositionis datur in ecclesia confirmatio.  
Legitur tamen aliquādo, per Apostolicæ sedis dispē-  
sationem ex rationabili & vrgēte admodum causa,  
simplicem sacerdotē chrismate per episcopum cō-  
fecto hoc administrasse cōfirmationis sacramētum.  
Effectus autem huius sacramenti est, quia in eo da-  
tur spiritus sanctus ad robur, sicut datus est Aposto-  
lis in die Pentecostes, vt videlicet Christianus auda-  
cter Christi cōfiteatur nomen. Ideoq; in fronte, vbi  
verecundiæ sedes est, confirmandus inungitur, ne  
Christi nomen confiteri erubescat, & præcipuè cru-  
cem eius, qui Iudæis est scandalum, gentibus autem  
stultitia, secundum Apostolum, propter quod signo  
crucis signatur.

Tertium est eucharistiæ sacramentum, cuius ma-  
teria est panis triticeus, & vinū de vite, cui ante cō-  
secrationem aqua modicissima admisceri debet.  
Aqua autē ideo admiscetur, quoniā iuxta testimo-  
nia sanctorum patrum ac doctorum ecclesiæ pridē  
in disputatione exhibita, creditur, ipsum dominum  
in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum.  
Deinde, quia hoc conuenit dominicæ passionis re-  
presentationi. Inquit enim beatus Alexander papa  
quintus à beato Petro: In sacramentorū oblationi-  
bus, quæ intra Missarum solennia domino offeruntur,  
panis tantū & vinū aqua permixtū, in sacrificiū  
offeratur. Nō enim debet in calicē domini aut vinū  
solum, aut aqua sola offerri, sed vtrunq; permixtum:  
quia vtrunque, id est, sanguis & aqua, ex latere Chri-  
sti profluxisse legitur. Tum etiā, q̄ conuenit ad signifi-  
candam huius sacramēti effectū, qui est vnio populū  
Christiani ad Christū. Aqua enim populum signifi-  
cat, secundū illud Apoc. Aqua multæ populū multi.  
Et Iulius papa secundus post B. Syluestrū, ait: Calix  
dominic⁹ iuxta canonū præceptū, vino & aqua per-  
mixtus debet offerri: quia videmus in aqua populū  
intelligi, in vino verò ostēdi sanguinē Christi. Ergo  
cum in calice vinū & aqua miscetur, Christo populū  
adunatur, & fidelū plebs ei in quē credit, copulatur  
& iungitur. Cum ergo tā sancta Romana ecclesiā à  
beatiss. Apost. Petro & Paulo edocta, quā reliquæ o-  
mnēs Latinorum, Græcorūque ecclesiæ, in quibus  
omnis sanctitatis & doctrinæ lumina clauerunt, ab  
initio nascētis ecclesiæ sic seruauerint, & modò ser-  
uent, in cōueniens admodū videtur, vt alia queuis re-  
gio ab hac vniuersali & rationabili discreper obser-  
uantia. Deceimus igitur, vt etiā ipsi Armeni se cū  
vniuerso orbe Christiano cōformēt, eorūque sa-  
cerdotes in calicis oblatione paululum aquæ (prout  
dictum est) admisceant vino. Forma huius sacramē-  
ti sunt verba saluatoris, quibus hoc conficit sacramē-  
tum. Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc  
cōficit sacramētum. Nā ipsorum verborum virtute,  
substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in  
sanguinem cōuertuntur: ita tamen, quòd totus Chri-  
stus cōtinetur sub specie panis, & totus sub specie vi-  
ni, sub qualibet quoque parte hostiæ cōsecrata & vi-  
ni consecrati, separatione facta, totus est Christus.

Act. 8.

1. Cor. 14

In prima de  
epist. de  
cōsec. dist. 2.  
In sacramē-  
torum.

Apoc. 17. d.  
Nō inueni-  
tur in de.  
epist. Iulij,  
sed de cōsec.  
dist. 2.  
cum omne  
crimen.

1000.6.d

Huius sacramenti effectus, quē in anima operatur dignē fumentis, est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiā homo Christo incorporatur, & mēbris eius vnitur: consequens est, quod per hoc sacramentum in fumentibus dignē gratia augeatur: omnēq; effectū, quem materialis cibus & potus, quo ad vitam agunt corporalē, sustentando, augendo reparando & delectando, sacramentum hoc quo ad vitam operatur spiritualem, in quo (vt inquit Urbanus papa) gratiā saluatoris nostri recensemus memoriā, à malo retrahimur, cōfortamur in bono, & ad virtutū & gratiarum proficimus incrementum.

Quartū sacramentum, est pœnitentia, cuius quasi materia sunt actus pœnitētis, qui in tres distinguuntur partes. Quarū prima est cordis contritio, ad quā pertinet, vt doleat de peccato cōmissō cum proposito nō peccandi deceterō. Secunda est oris cōfessio, ad quā pertinet, vt peccator omnia peccata, quorū memoriā habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secundū arbitrium sacerdotis, quæ quidem præcipue fit per orationem, ieiunium & elemosynam. Forma huius sacramenti sunt verba absolutionis, quæ sacerdos profert, cum dicit: Ego te absoluo &c. Minister huius sacramenti est sacerdos, habens autoritatē absoluendi vel ordinarij, vel ex cōmissione superioris. Effectus huius sacramenti, est absolutio à peccatis.

Quintum sacramentū est extrema vnctio, cuius materia est oleū oliuæ per episcopū benedictū. Hoc sacramentū nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari nō debet: qui in his locis vngēdus est: in oculis propter visum, in auribus propter auditū, in narib; propter odoratū, in ore propter gustum vel locutionē, in manibus propter tactū, in pedibus propter gressū in renibus propter delectationē ibidem vigentem. Forma huius sacramenti est hæc: Per istā vnctionem & suā piissimam misericordiā indulgeat tibi dominus, quicquid per visum &c. Et similiter in aliis mēbris. Minister huius sacramenti est sacerdos. Effectus verō est mentis sanatio, & inquantū autē expedit, ipsius etiā corporis. De hoc sacramēto inquit B. Iacobus Apost. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, vt orent super eum, vngentes eū oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eum domiuus: & si in peccatis sit, dimittentur ei.

Sextum sacramentū est ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionē confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cū pane porrectionē. Diaconatus verō per libri euāgeliorum dationē, subdiaconatus verō per calicis cui cum patenavacua superposita traditionē: & similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentiū assignationē. Forma sacerdotij talis est: Accipe potestatem offerēdi sacrificium in ecclesia pro viuīs & mortuis. In nomine patris & filij & spiritus sancti: & sic de aliorum ordinum formis, prout in pontificali Romano latē continetur. Ordinarius minister huius sacramenti, est episcopus. Effectus, augmentū gratiæ vt quis sit idoneus minister.

Septimum est sacramētum matrimonij, quod est signum cōiunctionis Christi & ecclesiæ, secundum Apostolum dicentē: Sacramentum hoc magnū est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Causa effi-

ciēs matrimonij, regulariter est mutu<sup>9</sup> cōsensus per verba de præsentī expressus. A signatur autē triplex bonum matrimonij. Primum est proles suscipienda & educāda ad cultum Dei. Secundum est fides, quā vnus coniugum alteri seruare debet. Tertium indiuisibilitas matrimonij, propter hoc quod significat indiuisibilem coniunctionem Christi & ecclesiæ. Quāuis autem ex causa fornicationis liceat tori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonij vinculum legitime contracti perpetuum sit.

Sexto, cōpendiosam illā fidei regulā, per beatissimum Athanasium editā, ipsis præbemus oratorib; cuius tenor talis est: Quicunq; vult sal. &c.

Septimo, decretum vnionis cum Græcis consummatæ pridē in hoc sacro œcumenico Florentino cōcilio promulgatum, cuius tenor talis est: Eugenius &c. Latentur cœli &c.

Octauo, cum inter alia sit etiā cum ipsis Armenis disputatū, quibus diebus festiuitates Annunciationis beatæ Mariæ virginis, Natiuitatis beati Ioannis Baptistæ, & cōsequēter Natiuitatis & Circuncisionis domini nostri Iesu Christi, ac præsentatiōis eiusdem in tēplo, seu Purificationis beatæ virginis Mariæ celebrari debeant, satisq; dilucidē veritas patefacta fuerit, tam sanctorum patrum testimoniis, quā consuetudine ecclesiæ Romanæ, & omnium aliarū vniuersaliter apud Latinos & Græcos: ne igitur in tantis celebratibus dispar sit Christianorū ritus, vnde perturbādæ charitatis occasio possit oriri, discernimus tanquā veritati & rationi consentaneum, & iuxta totius reliqui orbis obseruantia, vt ipsi etiā Armeni festum Annunciationis beatæ Mariæ, die vicesima quinta Martij, Natiuitatis beati Ioannis Baptistæ vicesima quarta Iunij, Natiuitatis verō secundam carnem saluatoris nostri, vicesima quinta Decembris, Circuncisionis eiusdem primo Ianuarij, Epiphaniæ sexto eiusdem Ianuarij, Præsentationis domini in templo, seu Purificationis Dei genitricis, secunda Februarij debeant sollemniter celebrare. His omnibus explicatis, prædicti Armenorum oratores nomine suo, & sui patriarchæ & omnium Armenorum, hoc saluberrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, præceptis & statutis, omnemque doctrinam in ipsa descriptam, necnon quicquid tenet & docet sancta sedes Apostolica & Romana ecclesia, cum omni deuotione & obedientia acceptat, suscipiunt, & amplectuntur. Illos quoque doctores & sanctos patres, quos ecclesia Romana approbat, ipsi reuerenter suscipiunt: quascunque verō personas & quicquid ipsa Romana ecclesia damnat & reprobat, ipsi pro reprobatis & damnatis habent, profitentes, tanquam veri obedientiæ filii, nomine quo supra, ipsius sedis Apostolicæ ordinationibus & iussionibus fideliter obtemperare. Datum Florentiæ in publica sessione synodali sollemniter in ecclesia maiori celebrata, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimonono, decimo Calēdas Decēbris, pontificatus nostri Anno nono.

F I N I S.

213  
**CONCILIVM LATERANENSE**  
 SE 19 ACTIONES QVINQVE SVB IVLIO .II.  
 & 14. sub Leone, continens: quæ ob nimiam prolixitatem in compendium contractæ proponuntur.



Iulius secundus in sui electione promisit iure iurando se celebraturū concilium generale pro reformatione ecclesiæ, & pace inter principes Christianos componenda, Requisitus autem nos post, vt prædictum iuramentum seruaret, & iusta constitutionem concilij Constantien. expleto decennio à proximo concilio celebrato nouū celebraret, ille tamen differēbat. Tandem instantibus aliquibus prælatis ecclesiæ, & vrgentibus celebrationem concilij, & pontifice, vel non valente, vel non volente, Bernardinus de Carauaial Hispanus, & Federicus de sancto Seuerino Ecclesiæ Romanæ Cardinales, cum quibusdam aliis cardinalibus venerunt Pisas, deinde Mediolanum, & contra voluntatem & autoritatem Romani pontificis vocauerūt episcopos & Christianos Principes ad generale concilium in prædictis locis indictum. Contra hoc concilium indixit Iulius Pontifex generale concilium Romæ apud Lateranum celebrandum.

*Quidam existimant huius synodi censuras plerasque non obligare: cum non sint omnes usu receptæ ab ecclesia.*

*Sessio prima 10. die mensis Maij, anni. 1512.*

Pontifex exhortatur synodum ad ecclesiæ reformationem, & schismatis extinctionem, pacem inter Christianos Principes componendam, & expeditio nem contra infideles faciendam. Mox annotantur per Pontificem causæ non celebrati cōciliij cum toties ante fuisset promissum, nec tamen vsque ad eum diem fuerat inchoatum. Præcipuus autem fuit conflictus apud Rauennam ciuitatem Romandiolæ habitus inter exercitum ipsius Iulij Pontificis, & regis Hispaniæ Ferdinandi cognomento catholici, & exercitum Ludouici regis Francorum, & aliorum adhaerentium concilio Pisano. In quo conflictu fuerunt interfecta multa milia hominum. Et absoluta est actio prima.

*Sessio secunda 17. mensis Maij eiusdem anni.*

Legitur bulla in qua Pisanum conciliabulum dānatur, & omnia in eo gesta annullantur, & irritantur. Lateranense quoque concilium legitime & spiritu sancto esse congregatum definitur. Excipiuntur suffragia omnium præsentium.

*Sessio tertia 3. Decembris eiusdem anni.*

Tantum legitur bulla, in qua iterum reprobantur omnia & singula per Cardinales schismaticos acta, tam in Transalpinis, quàm Cisalpinis locis. Reuocantur quoque cōcessa priuilegia, siue gratiæ per sedem apostolicam in eisdem locis.

*Sessio 4. 10. Decembris eiusdem anni pontificatus Iulij Papæ anno 10. Præsidente eodem.*

Legitur bulla, in qua pragmatica sanctio, & gesta per cōciliabulū Pisanum super eadem annullantur.

*Sessio. 5.*

Præsidente Episcopo Hostiense Cardinali propter agilitudinem Iulij pontificis 16. Februarij anni 1513. Legitur bulla innouationis & confirmationis cōtra simoniacam prauitatem in electione pontificis

non committenda. In qua sacro approbante concilio statuitur, quod electio Romani Pontificis per simoniam facta eo ipso nulla existat, & sic electo nulla in spiritualibus, vel temporalibus tribuatur facultas. Et Cardinales qui simoniace aliquem elegerint, à suis ordinibus, dignitatibus & beneficiis sint absque alia declaratione priuati. Mediatores etiam tam clerici quàm laici cuiuscunque dignitatis sint, priuantur omnibus beneficiis, honoribus, & bonis eo ipso, & ad similia fiunt inhabiles &c.

Prædicta constitutio placuit vniuersis Episcopis & patribus, exceptis quinque episcopis.

Quatriduo post hanc sessionem vigesima quinta Februarij anni 1513. Iulius secundus papa obiit Romæ apud sanctum Petrum in palatio pontificum.

Feria sexta 11. Martij eiusdem anni eligitur canonicus Episcopus Romanus & Papa vniuersalis ecclesiæ Cardinalis de medicis, nūcupaturq; Leo decim<sup>9</sup>.

*Sessio 6. 27. Aprilis prædicti anni.*

Fit electio vngentiquatuor prælatorum, qui ad sint cum Cardinalibus in his, quæ per tractāda sunt coram pontifice. Et distributi sunt per classes, vna classis erat ad conferenda pertinentia ad componendam pacem inter principes, & extirpandum schisma. Alia ad tractandum quæ pertinent ad generalem reformationem curiæ. Tertia vero ad ea, quæ pertine rent ad fidem, & pragmaticam sanctionem.

*Septima sessio feria 6. 17. Iunij 1513. Præsidente Leone 10.*

Leguntur literæ subscriptæ per Bernardinum Carauaial & Federicum de sancto Seuerino olim Cardinales, super materia abiurationis schismatis & vnionis ecclesiæ, & confessionis erroris ipsorum, & veniæ petitionis propter suscitatum ab illis schisma &c. Qui post paucos dies in palatio apostolico pristina dignitati sunt restituti in consistorio secreto post solennem abiurationem schismatis venientes ad palatium tanquam priuati clerici, & ante pedes Papæ abiurato schismate alta & intelligibili voce.

*Sessio 8. 19. Decembris anni 1513. Præsidente Leone 10.*

Legitur scedula super fide animæ humanæ sub hac forma. Cum diebus nostris nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, quod mortalis sit, aut vnica in cunctis hominibus: & aliqui temere philosophantes (secundum saltem philosophiam) verum esse asseuerant. Sacro approbante concilio damnamus & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse, aut vnica in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes. Cum illa non solum vere & per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone Clemētis papæ 5. in generali Vienēsi concilio edito continetur, verum & immortalis & pro corporum quibus infunditur multitudinem singulariter multiplicabilis, & multiplicata & multiplicanda sit. Quod manifeste constat ex euangelio, cum dominus ait, animam autē occidere non possunt. Et alibi: Qui odit animam suam in hoc mundo &c. Et etiam cum æterna pœna & æterna supplicia pro merito vitæ iudicandis repromittit.

Alias

*Quod anima hominis vnica sit, ipse scilicet immortalis definitur.*

Zerob. 5. 8

Ephes. 5. 1

**Fides non contraria tur vero.** Alias incarnatio & alia Christi mysteria nobis minime profuissent: nec resurrectio expectanda foret, ac sancti & iusti miserabiliores essent (iuxta Paulu) omnibus hominibus.

**Præcipitur præceptoribus philosophis & discipulis suis ostendat & declarant veritatem religionis christi.** Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falsam esse definimus, & ut aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus omnesque huiusmodi erroneis assertionibus inhaerentes, tanquam hæreticos vitandos & puniendos fore decernimus.

Insuper omnibus & singulis philosophis in vniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publice legentibus districte præcipimus, ut cum philosophorum principia aut conclusiones, in quibus à recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explicauerint (quale hoc de immortalitate animæ, aut vnitatis & mundi æternitate ac alia huiusmodi) tenerentur eisdem, veritatem religionis christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo (pro posse) docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumenta (cum omnia solubilia existant) pro viribus excludere atque resoluerent.

**Prohibetur constituitur in sacris ordinibus incumbere vobis studiis.** Statuimus insuper, nequis de cætero in sacris ordinibus constitutus, in studiis generalibus, vel aliis publice audiendo philosophiæ aut poesis studiis ultra quinquenium, post grammaticam & dialecticam, sine aliquo studio theologiæ, aut iuris pontificij, incumbat. Verum exacto dicto quinquennio, si illis studiis insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum theologiæ, aut sacris canonibus operam nauauerit, ut in his sanctis & vtilibus professionibus sacerdotes domini inueniant, unde infectas philosophiæ & poesis radices purgare & sanare valeat.

Hos canones per ordinarios locorum & rectores vniuersitatibus singulis annis in principio studij in virtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus.

**Sessio nona, quinta Maij 1514. presidente Leone Papa.** Legitur in hac sessione publice bulla reformationis curiæ Romæ, in qua sequentes canones subiiciuntur.

**Canon. 1.** Decernimus, ut seruetur quod Innoc. papa 3. in Lateranensi conc. decreuit de ætate & grauitate moru & literarum scientia in personis promouendis in episcopos & abbates diligenter inquirenda.

**Canon. 2.** Ne episcopi aut abbas amoueantur non præmissi defensionis copia.

Statuimus, ut nullus episcopus aut abbas, quouis instante aut requirente (nisi sibi copia & facultas legitime defensionis permittatur) etiã si crimina fuerint notoria, diligenter que partibus auditis causa plenarie probata fuerit priuari valeat. Neue aliquis prælatus inuitus, nisi aliis iustis, efficacibusque rationibus & causis, transferatur, iuxta formam ac decretum Constantien. concilij.

**Canon. 3.** Ne monasteria alicui commendentur.

Et quoniam ex commendis monasteriorum, monasteria ipsa tam in spiritualibus quam in temporalibus grauius læduntur, quippe quorum ædificia parum avaritia vel incuria collabuntur, & in dies diuinus cultus in eis magis diminuitur, volumus & sancimus, ut cum illa per obitum abbatum, qui illis præerant, vacauerint, nullo modo cuiquam possint commendari: sed de persona idonea, iuxta præscriptam constitutionem, eis ita provideatur, ut illis idonei abates (prout decet) præfuturi sint.

**Canon. 4.** Vniones perpetuæ (præterquam in casibus à iure

permisissis vel sine rationabili causa) nequaquam fiant.

**Canon. 5.** Ne plura incompatibilia quis habeat.

Dispensationes autem ad plura incompatibilia vltra duo nisi qualificatis iuxta formam iuris communis non cõcedantur, nisi ex magna & urgente causa.

**Canon. 6.** Vt Cardinales assistant Romano Pontifici.

Cum Cardinalium officium in primis versetur in frequenti Romani pontificis assistentia, & sedis apostolicæ negotiis, Statuimus, ut omnes Cardinales in Romana curia desideant, & qui sunt absentes si in Italia intra sex menses, si extra Italiam infra annum à die publicationis presentis constitutionis reuertantur, alioquin fructus beneficiorum, & omnium officiorum emolumenta amittant.

**Canon. 7.** De officio præceptorum puerorum.

Statuimus ut magistri scolarum, & præceptores pueros suos siue adolefcentes, nedum in grammatica & rhetorica ac cæteris huiusmodi instruere debent, verum etiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent, ut sunt. Præcepta diuina: Articuli fidei, Sacri hymni, & Psalmi, ac Sanctorum vitæ. Diebusque festiuis nihil aliud eos docere possint, quàm in rebus ad religionem & bonos mores pertinentibus. Eosque in illis instruere hortari & cogere in quantum possint, teneantur, nedum ad missas, sed etiam ad vesperas, diuinaque officia audienda ad ecclesias accedat. Similiter ad sermones audiendos impellant. Nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere permittant.

**Canon. 8.** De inuolutione constitutionum contra simoniacos.

Vt nephariæ simoniæ labes ac pestis non solum à Romana curia, sed ex omni etiam Christiana ditio ne imperperuum deticiatur, constitutiones per antecessores nostros, etiam in sacris conciliis editas, contra huiusmodi simoniacos, inuoluamus: easque inuolubiliter obseruari præcipimus.

**Canon. 9.** Vt priuatur beneficio, qui canonicus non recitauerit horas.

Statuimus, & ordinamus, ut quilibet habens beneficium cum cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento cessante, beneficiorum suorum fructus non faciant, pro rara omissionis officij, & temporis: sed eos tanquam iniuste perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si vero vltra dictum tempus in simili negligentia cõtumaciter permanerit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso priuatur, cum propter officium detur beneficium intelligatur autem officium ommittere quo ad hoc, ut beneficium priuari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit. Reliquos canones quia non necessarios iudicauimus, huc minime transcripsimus.

**Sessio decima quarta Maij 1515. presidente Leone papa 10.**

In hac sessione edita est decretalis super confirmatione Montis Pietatis sub hac forma.

Cum inter nonnullos controuersiam quandam non sine populorum scandalo olim exortam esse cõperimus circa pauperum reuelationem in mutuis, eis publica auctoritate faciendis, qui Montes pietatis vulgo appellantur, quique à nonnullis predecessoribus nostris probati & confirmati sunt: nonnullis etiam magistris & doctoribus dicentibus eos montes non esse licitos, in quibus aliquid vltra sortem per ministerium huius montis ab ipsis pauperibus, quibus mutuum datur, exigitur. Nos super hoc opportune providere volentes sacro approbante concilio declaramus

mus, & definimus, Montes Pietatis antedictos per respu. institutos, & auctoritate sedis apostolicæ hæc tenus probatos, in quibus pro eorum impensis, & indemnitate aliquid moderatum ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illarum conseruationem (vt præfertur) pertinentium, pro eorum indemnitate duntaxat vltra sortem absque lucro eorundem Montium recipitur nec speciem mali præferre, nec peccandi incentiuum præstare, nec vlllo pacto improbari: Quinimmo meritorium esse ac laudari & probari debere tale mutuum, & minime vsurarium putari, liciteque eorum pietatem & misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentiis à sede apostolica eam ob causam concessis: & deinceps alios similes Montes cum apostolicæ sedis approbatione erigi posse. Multo tamen perfectius, multoque sanctius fore, si omnino tales Montes gratuite constituerentur (hoc est) si illos erigentes aliquos census assignarent, quibus, si non omni, saltem vel media ex parte huiusmodi Montium ministrorum soluantur impensæ: vt ad leuiorem æris soluedis portionem medio hoc paupere grauari contingat.

Omnes autem religiosos & ecclesiasticas ac seculares personas qui contra presentis declarationis & sanctionis formam de cætero prædicare, seu disputare verbo vel scriptis ausi fuerint, excommunicationis lætæ sententiæ pœnam incurrere volumus, non obstantibus &c.

In eadem sessione edita est decretalis super impressione librorum, sub hac forma.

Sacro adprobante concilio statuimus & ordinamus, quod de cætero nullus librum aliquem, siue aliam quamcunque scripturam tam in vrbe nostra quàm in aliis ciuitatibus & diocesis imprimere seu imprimi facere præsumat nisi prius in vrbe per vicarium nostrum & sacri palatij magistrum, in aliis vero diocesis per episcopum vel alium ab episcopo ad id deputandum & inquisitorem hæreticæ prauitatis illius diocesis in quibus librorum impressio eiusmodi fieret, diligenter examinatur & per horum manu propria subscriptionem gratis, & sine dilatione imponenda approbetur. Qui autem secus præsumpserit vltra librorum amissionem, & illorum publicam combustionem, excommunicationis sententiæ innodatus existat.

In eadem sessione statuitur, ut contra exemptos diocesani & alij locorum ordinarij procedere possint, quando ab illis quibus per apostolicam sedem amandata est illorum correctio, non corrigantur.

Ibidem definitur vt singulæ causæ quomodolibet ecclesiasticum forum concernentes in prima instantia extra Romanam curiam coram ordinariis locorum terminentur: & nulli ante definitiuam sententiam liceat appellare, nec appellatio admittatur, nisi ab interlocutoria.

**Sessio undecima 19. Decembris 1516. presidente Leone 10.**

In hac sessione edita est decretalis super modo prædicandi verbum dei, in qua post alia multa subiicitur. Sacro approbante concilio statuimus & ordinamus, vt nullus tam clericus secularis, quàm cuiuscunque etiam mendicantium ordinis regularis, aut quauis alius ad quem facultas prædicandi tam de iure quam de consuetudine, vel priuilegio, aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercendum admittatur,

nisi prius per superiorem suum diligenter examinatus (in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus) ac morum honestate, doctrina, probitate, prudentia & vitæ exemplo ad illud aptus & idoneus reperiatur. Et hic quocunque postea prædicaturus accesserit de huiusmodi examine & identitate sua per literas, seu alias suis examinatoris approbatoriisque episcopis & aliis locorum ordinariis fidem legitime faciat: Mandamusque omnibus, qui hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, vt euangelicam veritatem & sanctam scripturam iuxta declarationem & interpretationem doctorum quos ecclesia vel vsus diuturnus approbavit, legendosque hæc tenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent, & explanent, nec quicquam eius proprio se fu contrarium, vel dissonum adiciant: sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacræ scripturæ verbis rite, ac sane & præfatorum doctorum interpretationibus intellectis non discordant. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare vel asserere nequaquam præsumant, cum veritas dicat, non esse nostrum nosse tempora vel momenta. Ceterum si quibusdam eorum dominus futura quædam in Dei ecclesia inspiratione quapiam reuelauerit, vt per Amos prophetam ipse promittit, & Paulus apostolus inquit: Prophetiam nolite spernere &c. hos aliorum fabulorum & mendacium gregi communerari, vel aliter impediri minime volumus.

Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sit probandus spiritus an ex Deo proueniat, volumus vt lege ordinaria tales assertæ inspirationes antequam publicentur aut populo prædicentur, ex nunc apostolicæ sedis examini referuatæ intelligantur. Quod si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, tunc ordine seruato ordinario loci notificetur, vt ille adhibitis secum tribus aut quatuor doctis & grauibus viris, & huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbitur (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Siquis autem contra præmissorum aliquod committere quicquam ausi fuerint, excommunicationis incurrant, à qua nisi à Rom. pontificalibus absoluantur.

Et vt horum exemplo alij attentate similia minime audeant, eis prædicationis officium interdictum esse perpetuo decernimus, non obstantibus quibuscunque priuilegiis &c.

In eadem sessione edita est decretalis, quæ disponebat circa religiosos & eorum priuilegia.

**Sessio duodecima 16. Martij 1517. presidente Leone papa 10.**

In hac sessione prolata est decretalis cum censura excommunicationis maioris contra inuadentes domos Cardinalium in noua electione Ro. pontif. Hac sessione absolutum est concilium: & confirmatum & probata vniuersa & singula quæ definita sunt in concilio per Leonem decimum.

FINIS CONCILII  
Lateranensis.

Syno.

Que sint prohibita prædicatoribus prædicare.

Qui officium non dixerit, beneficium fructus non facit.



# SYNODVS TRIDENTINA SVB

PAPA PAVLO III IN FINE ANNI 1545. COE-  
pta: septem dūtaxat sēssiones continens, quarum vltima 3. Martij anno 1541  
habita est.

*Præfuerunt tres cardinales legati nomine Papæ. Iohannes Maria episcopus Prænestinus natione Aretinus, qui mortuo Paulo  
succesit in summo pontificatu, dictusque Iulius. 3. Marcellus Ceruinus. II. sanctæ crucis in Hierusalem. Florentinus. Reginal-  
dus Polus, sanctæ Mariæ in Cosmedin, Anglus. Tandem certis de causis hoc concilium Bononiam translatum, ibique dissolu-  
tum est. Iterum à Iulio 3. anno. 1551. in mense Maio coacta est Tridenti Synodus, feliciterque cæpta breui tamen belli mole-  
stia fuit distracta.*

DECRETVM PRIMAE SESSIONIS  
Tridentinæ pronunciatum per Reuerendum dominum Epi-  
scopum Casimirus Hispanum, die septima mensis Ianuarij an-  
no Domini, 1546.



**A**cro sancta Tridentina Synod<sup>9</sup> in Spi-  
ritu sancto legitime congregata, in ea  
præsidentibus tribus Apostolicæ sedis  
legatis, agnoscens cū beato Iacobo A-  
postolo quod omne datum optimum &  
omne donum perfectum desursum est, descendens  
à patre luminum, qui iis qui postulant à se sapientiã  
dat omnibus affluenter, & non improperat eis: & si  
mul sciens quòd initium sapientiæ est timor Domi-  
ni: Statuit & decreuit omnes & singulos Christi fi-  
deles in ciuitate Tridentina congregatos, exhortan-  
dos esse, prout exhortatur, vt se à malis & peccatis  
hactenus cōmissis emendare, ac de cætero in timo-  
re Domini ambulare, & desideria carnis non perficere,  
orationibus instare, sapius confiteri, Eucharisti-  
æ Sacramentum sumere, ecclesias frequentare, p-  
cepta denique diuina quantum quisque poterit ad-  
implere, necnon quotidie pro pace principum Chri-  
stianorū, & vnitatem Ecclesiæ priuatim orare velint.  
Episcopos verò & quoscumque alios in ordine sacer-  
dotali constitutos œcumenicum Concilium in ciui-  
tate hac celebrantes, vt assidue Dei laudibus incum-  
bere, hostia laudes, & præces offerre, sacrificiū mis-  
sæ quolibet saltem die dominico, in quo Deus lucē  
condidit, & à mortuis resurrexit, Spiritum sanctum  
in discipulos infudit, per agere satagant facientes si-  
cut idem Spiritus sanctus per Apostolum præcepit,  
obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum  
actiones pro sanctissimo domino Papa, pro Impera-  
tore, pro Regibus & cæteris qui in dignitate consti-  
tuti sunt, & pro omnibus hominibus, vt quietam &  
tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei in-  
crementum videamus. Præterea hortatur vt ieiunēt  
saltem singulis sextis feriis in memoriam passionis  
Domini nostri Iesu Christi, & elemosynas paupe-  
ribus erogent. In ecclesia autem cathedrali singulis  
quintis feriis celebretur missa & spiritu sancto, cum  
litanis & aliis orationibus ad hoc institutis. In aliis  
verò ecclesiis dicantur ad minus litanie & oratio-  
nes. Tempore autem quo sacra peragentur, colloca-  
tiones & confabulationes non fiant: sed ore & ani-  
mo celebranti assistatur. Et quoniam oportet Epi-  
scopos esse irreprehensibiles, sobrios castos, domui  
sue bene præpositos, hortatur etiam vt ante omnia  
quiblibet in mensa seruet sobrietatem, moderatio-  
nem ciborum. Denique quum in eo loco sæpe otio-  
si sermones oriri soleant, vt in ipsorum Episcoporū  
mensis diuinarum scripturarum lectio admisceatur.

Familiares verò suos vnusquisque instruat & erudi-  
at, ne sint rixosi, vitiosi, impudici, cupidi, elati, blas-  
phemi, & voluptatum auctores & amatores: vitia de-  
mum fugiant, & virtutes amplectantur, & in vestitu  
& cultu & in omnibus actibus honestatem præferat  
sicut decet ministros ministrorum dei. Adhæc quū  
huius Sacrosancti Concilij præcipua cura, sollicitu-  
do, & intentio sit, vt propulsatis hæresum tenebris,  
quæ per tot annos operuerunt terram, catholicæ ver-  
itatis lux, Iesu Christo qui vera lux est, annuente, &  
candor puritalque refulgeat, & ea quæ reformatio-  
ne egent reformentur, ipsa Synodus hortatur om-  
nes catholicos congregandos, atque eos præsertim  
qui sacrarum literarum peritiam habent, vt scedula  
meditatione diligenter secum ipsi considerent, qui-  
bus potissimum viis & modis ipsius Synodi inten-  
tio dirigi, & optatum effectum sortiri possit, quo ma-  
turius & consultius damnari damnanda, & pro-  
bari probanda queant, ac per totum orbem omnes  
vno ore & eadem fide glorificent Deum & patrem  
Domini nostri Iesu Christi. In sententiis verò dicē-  
dis, iuxta Toletani Concilij statutum, in loco bene-  
dictionis confedentibus Domini sacerdotibus nul-  
lus debeat aut immodestis vocibus persistere, aut  
tumultibus perturbare: Nullus etiam falsis, vanisve  
aut obstinatis disceptationibus contendere: sed quic-  
quid dicatur, sic mitissima verborum prolatione tē-  
peretur, vt nec audientes offendantur, nec recti iudi-  
cij acies perturbato animo inflectatur. Insuper ipsa  
sacra Synodus statuit & decreuit, quòd si forte con-  
tingerit aliquos debito in loco non sedere, & senten-  
tiam etiam sub verbo placet proferre, congregatio-  
nibus interesse, & alios quoscumque actus facere Cō-  
cilio durante, nulli propterea præiudicium generet-  
ur, nullique nouum ius acquiratur.

DECRETVM SESSIONIS 2. CONCI-  
lij Tridentini, pronunciatum die quarta mensis Februarij,  
Anno D. 1546. per Reuerendum Dominum Archiepiscopum  
Turritanum.



**I**n nomine sanctæ & indiuiduæ Trini-  
tatis, Patris & Filij & Spiritus sancti  
hæc sacrosancta œcumenica & gene-  
ralis Tridentina Synodus in spiritu  
sancto legitime congregata in ea, præ-  
sidentibus eisdem tribus Apostolicæ  
sedis Legatis, magnitudinem rerum transtendarum  
considerans, præsertim earum quæ duobus illis capi-  
tibus de extirpandis hæresibus & moribus refor-  
mandis continentur, quorum causa præcipue est cō-  
gregata: agnoscens autem cum apostolo non esse si-  
bi colluctationem aduersus carnem & sanguinem,  
sed aduersus spirituales nequitias in cælestibus: cum  
eo

eodem omnes & singulos in primis hortatur, vt con-  
fortentur in domino & in potentia virtutis eius, in  
omnibus sumtenes scutum fidei, in quo possint om-  
nia tela nequissimi ignea extinguere: atque galeã  
spei salutis accipiant, cum gladio spiritus, quod est  
verbum Dei. Itaque vt hæc pia eius sollicitudo prin-  
cipium & progressum suum per Dei gratiam habe-  
at, ante omnia statuit & decreuit, præmittendam ef-  
se confessionem fidei, Patrum exempla in hoc se-  
quuta, qui sacratoribus Conciliis hoc scutum con-  
tra omnes hæreses in principio suarum actionū op-  
ponere consueverunt: quo solo aliquando & infide-  
les ad fidem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fi-  
deles confirmauerunt. Quare symbolum fidei quo  
sancta Ecclesia Romana vtitur, tanquam principiū  
illud in quo omnes qui fidem Christi profitentur ne-  
cessariò conueniunt, ac fundamentum firmum & v-  
nicum contra quod nunquam portæ inferi præuale-  
bunt, totidē verbis quibus in omnibus ecclesiis legi-  
tur, exprimendum esse censuit, quod quidem eius-  
modi est: Credo in vnum Deum, &c. vt est in Missa  
li. Eadem Sacrosancta œcumenica & generalis Tri-  
dentina Synodus in Spiritu sancto legitime congre-  
gata, in eadem præsidentibus eisdem tribus sedis A-  
postolicæ Legatis, intelligens multos Prælatos ex di-  
uersis partibus accinctos esse itineri nonnullos eti-  
am in via esse quo huc veniant: cogitansque omnia  
ab ipsa sacra Synodo decernenda, eo maioris apud  
omnes existimationis & honoris videri posse, quo  
maior fuerint & plenior patrum Concilio & præ-  
sentia sancita & corroborata: statuit & decreuit fu-  
turam sēssionem post præsentem celebrandam esse  
die Iouis quæ subsequetur Dominicam Lætare pro-  
xime futuram. Interim tamen non differri discussio-  
nem & examinationem eorum quæ ipsi Synodo dis-  
cutienda & examinanda videbuntur.

DECRETVM TERTIÆ SESSIONIS  
Concilij Tridentini, quæ celebrata fuit quinta Aprilis eo-  
dem anno.



**A**cro sancta œcumenica & genera-  
lis Tridentina Synodus in Spiritu  
sancto legitime cōgregata, præsidē-  
tibus in ea eisdem tribus Apostoli-  
cæ sedis Legatis, hoc sibi ante om-  
nia perpetuò proponens, vt sublatis  
omnibus erroribus puritas ipsa Euangelij in Eccle-  
sia conferuetur, quod promissum ante per prophe-  
tas in scripturis sanctis dominus noster Iesus Chri-  
stus Dei filius proprio ore primùm promulgauit, de-  
inde per suos Apostolos tanquam fontem omnis sa-  
lutatis veritatis & morum disciplinæ, omni creatu-  
ræ prædicari iussit: prospiciensque hanc veritatem  
& disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scri-  
pto, traditionibusque ipsius Christi, quæ ab Apo-  
stolis acceptæ, aut ab ipsis Apostolis Spiritu sancto di-  
ctante quasi per manus traditæ ad nos vsque perue-  
nerunt: orthodoxorum Patrum exempla sequuta, om-  
nes libros tam veteris quam noui testamenti (quū  
vtriusque vnus Deus sit auctor) necnon traditiones  
ipsas, tum ad fidem tum ad mores pertinentes, tan-  
quam vel oretenus à Christo, vel à Spiritu sancto di-  
ctatas, & continua successione in Ecclesia catholica  
conseruatas, pari pietatis affectu ac reuerentia susci-  
piat veneratur. Sacrorum verò librorum indicem  
huic decreto ad scribendum censuit, ne cui dubita-  
tio suboriri possit, quinam sint qui ab ipsa Synodo

suscipiuntur. Sunt verò infra scripti: Testamenti ve-  
teris, quinque libri Moyfi, scilicet Genesis, Exodus  
Leuiticus, Numeri, Deuteronomium: deinde Iosue,  
Iudicum, Ruth, quatuor Regum, Paralipomenon  
duo, Esdræ duo, primus scilicet & secundus, qui di-  
citur Nehemias, Tobias, Iudith, Esther, Iob, Psalte-  
rium Dauidicum centum quinquaginta psalmorum  
Parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Canticum Can-  
torum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Hieremi-  
as, Baruch, Ezechiel, Daniel: Duodecim prophetæ  
minores, scilicet Osee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas,  
Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Za-  
charias, Malachias: Duo Machabæorum, primus sci-  
licet & secundus: Testamenti noui, quatuor Euan-  
gelia scilicet secundum Matthæum, Marcum, Lucã,  
& Ioannem: Acta Apostolorum à Luca Euangelista  
conscripta: quatuordecim epistolæ beati Pauli Apo-  
stoli, scilicet ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Ga-  
latas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses,  
ad Thessalonicenses duæ, ad Timotheum duæ, ad Ti-  
tum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri Apostoli  
duæ: Ioannis Apostoli tres: Iacobi Apostoli vna: vna  
Iudæ Apostoli: vna Apocalypsis Ioannis Apostoli.  
Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus su-  
is partibus prout in ecclesia catholica legi consueue-  
runt, & in veteri vulgata Latina editione habentur,  
pro sacris & canonicis non susceperit, & traditio-  
nes prædictas sciens & prudens contempserit, ana-  
thema sit. Omnes itaque intelligant quo ordine &  
via, ipsa Synodus, post iactum fidei confessionis fun-  
damentum, sit progressura, & quibus potissimum te-  
stimoniis ac præsidis in confirmandis dogmatibus  
& instaurandis in Ecclesia moribus sit vsura. Insuper  
eadem Sacrosancta Synodus considerans non  
parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex  
multis Latinis editionibus, quæ circumferuntur sa-  
crorum librorum, quænam pro authentica habenda  
sit, innotescat: Statuit & decreuit, vt hæc ipsa vetus  
vulgata editio, quæ longo tot seculorum vlu in Ec-  
clesia ipsa probata est in publicis lectionibus, dispu-  
tationibus, prædicationibus, aut expositionibus, pro  
authentica habeatur, & quòd eã nemo reiicere quo-  
uis prætextu audeat, vel præsumat. Præterea ad coer-  
cenda petulantia ingenia decreuit vt nemo suæ pru-  
dentia innixus, in rebus fidei & morum ad ædifica-  
tionem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram  
scripturam ad suos sensus contorqueat, aut contra  
eum sensum quem tenuit & tenet sancta mater Ec-  
clesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpreta-  
tione sanctarum scripturarum, aut etiam contra vna-  
nimem consensum Patrum, ipsam scripturam sacrã  
interpretari audeat: etiam si huiusmodi interpreta-  
tiones nullo vnquam tempore in lucem edendæ fo-  
rent. Qui contrauerint, per ordinarios declaren-  
tur, & pœnis à iure statutis puniantur. Sed & impres-  
sionibus modum in hac parte (vt par est) imponere vo-  
lens, qui iam sine modo, hoc est putantes sibi licere  
quicquid liber, sine licentia superiorum & ecclesiã-  
sticorum ipsos sacræ scripturæ libros, & super illos  
annotationes & expositiones quomodolibet indif-  
ferentes sæpe tacito, sæpe etiam ementito prælo &  
(quod est grauius) sine nomine authoris imprimunt  
alibi etiam impressos libros huiusmodi temere vena-  
les habent: decreuit & statuit vt posthac sacra scrip-  
tura, potissimum verò hæc ipsa vetus & vulgata edi-  
tio quam emendatissime imprimatur, nullique lice-  
at

at imprimere, vel imprimi facere quoslibet libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati probatique fuerint ab ordinario sub pœna anathematis & pœnæ in canone Concilij nouissimi Lateranensis appositæ. Et si regulares fuerint, ultra examinationem & probationem huiusmodi, licentiam quoque à suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris iuxta formam istarum ordinationum. Qui autem scripto eos communiunt vel euulgant, nisi ante examinati probatique fuerint eisdem pœnis subiaceant, quibus imprefores. Et qui eos habuerint vel legerint, nisi auctorē prodiderint, pro auctoribus habeantur. Ipsa uero huiusmodi librorum probatio in scriptis detur, atque adeo in fronte libri vel scripti vel impressi autentice appareat. Idque totum hoc, etiam probatio & examen, gratis fiat, ut probanda probentur, & improbanda reprobentur.

Post hæc temeritatem illam reprimere volēs, quæ ad prophana quæque conuertuntur & uerba torquentur, & sententiæ sacræ scripturæ ad scurrilia scilicet fabulosa, uana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos: mandat & precipit ad tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum, & ne de cætero quisquam quomodolibet uerba sacræ scripturæ ad hæc & similia audeat usurpare, ut omnes eius generis corruptores, temeratores, & violatores uerbi Dei, iuris & arbitrij pœnis per Episcopos cœrceantur.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit & decreuit, proximam futuram sessionem tenendam & celebrandam esse feria quinta post sacratissimum festum Pentecostes.

*PRIMUM DECRETUM QUARTÆ sessionis Tridentinæ concilij 17. mensis Iunii M. D. 46. celebratæ.*

Heb. 11.



**T** fides nostra catholica, sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus in sua sinceritate integra & illibata permaneat, & ne populus Christianus omni uento doctrinæ circumferatur: cum serpens ille antiquus humani generis perpetuus hostis inter plurima mala quibus ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali eiusque remedio non solum uetera sed noua etiam dissidia excitauerit, sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præfidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ sedis Legatis, iam ad reuocandos errantes & nutantes confirmandos accedere uolens, sacrarum scripturarum & sanctorum Patrum ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ iudicium & consensum sequuta, hæc de ipso peccato originali statuit, fatetur ac declarat.

Si quis non confitetur primum hominem Adam cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus statim sanctitatem & iustitiam in qua positus fuerat amisisse, incurrisseque per offensam præuaricationis eiusmodi iram & indignationem Dei atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem sub eius potestate qui mortis deinde habuit imperium, hoc est diaboli, solumque A-

dam per illam præuaricationis offensam secundum corpus & animam in deterius commutatum fuisse, anathema sit.

Si quis Adæ præuaricationem sibi soli & non eius propagini asserit nocuisse, acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam quam perdidit sibi soli & non nobis eum perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiam peccatum mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum quod mors est animæ, anathema sit: quum contradicat Apostolo dicenti, Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

Siquis hoc Adæ peccatum, quod origine unum est, & propagatione non imitatione transfusum, in omnibus inest unicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quàm per meritum unius mediatoris Domini nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio: aut negat ipsum Iesu Christi meritum per baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ rite collatum tam adultis quàm paruulis applicari, anathema sit, quia non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, Unde illa uox, Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. Et illa, Qui cunque baptizati estis, Christum induistis.

Si quis paruulos recentes ab ueteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti: aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad uitam æternam consequendam: unde sit cōsequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non uera sed falsa intelligatur, anathema sit quoniam non aliter intelligendum est id quod dixit Apostolus, Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quæadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, ex traditione Apostolorum, etiam paruuli qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum ueraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Siquis per Iesu Christi domini nostri gratiam quæ in baptismo confertur, reatum originalis peccati remitti negat: aut etiam asserit non tolli totum id quod ueram & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi aut non imputari: anathema sit. In renatis autem nihil odit Deus: quia nihil est damnationis iis qui uerè consepulti sunt eum Christo per baptismum in mortem, qui non secundum carnem ambulat, sed ueterem hominem exuentes & nouum induentes qui secundum Deum creatus est, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti, effecti sunt hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiscentiam uel fomitem hæc sacrosancta Synodus fatetur & sentit: quæ quum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, & uiriliter per Iesu Christi gratiam repugnantis

ribus non ualet quinimo qui legitime certauerit, cononabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus Peccatum appellat, sancta Synodus declarat Ecclesiam catholicam nunquam intellexisse Peccatum appellari, quod uerè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Siquis autè contrarij senserit, anathema sit.

*SECUNDUM DECRETUM QUARTÆ sessionis Tridentinæ Synodi.*



**A**dem sacrosancta Synodus piis summorum pontificum & probatorum Conciliorum constitutionibus in hæres, easque amplectens, & illis adiiciens, ne celestis ille thesaurus sacrorum librorum quem spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat: statuit & decreuit quod in illis Ecclesiis, in quibus præbenda aut præstimonium, seu aliud quouis nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus sacræ Theologiæ deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primate, & alij locorum ordinarij, eos qui præbendam, aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi obtinent, ad ipsius sacræ scripturæ expositionem & interpretationem per seipsum si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab eis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & alijs locorum ordinarijs eligendum, etiam per subtractionem fructuum cogant & compellant. De cætero uero præbenda, præstimonium, aut stipendium huiusmodi, non nisi personis idoneis, & qui per seipsum id munus explicare possint, conferatur: & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida.

In Ecclesijs autem Metropolitanis uel Cathedralibus, si ciuitas insignis uel populosa, ac etiam collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido etiam nullius diocesis si ibi clerus numerosus fuerit, ubi nulla præbenda, aut præstimonium; seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocunque (præterquam ex causa resignationis) primò uacatura, cui aliud onus incompatible iunctum, non sit, ad eum usum ipso facto perpetuò constituta & deputata intelligatur. Et quatenus in ipsis Ecclesijs nulla uel non sufficiens præbenda foret. Metropolitanus, uel Episcopus ipse per assignationem fructuum alicuius simplicis beneficij, eiusdem tamè debitis supportatis oneribus, uel per contributionem beneficiatorum suæ ciuitatis & diocesis, uel alias prout commodius fieri poterit, de capituli consilio ita prouideat, ut ipsa sacræ scripturæ lectio habeatur: ita tamen, ut quæcunque alia lectiones uel consuetudine, uel quauis alia ratione instituta, propter idminimè prætermittantur.

Ecclesiæ uero quarum annui prouentus tenues fuerint, & ubi tam exigua est cleri & populi multitudo, ut Theologiæ lectio in eis commodè haberi non possit, saltem magistrum habeant ab Episcopo cum capituli consilio eligendum, cui clericos aliosque scholares pauperes grammaticam gratis doceat: ut deinceps ad sacræ scripturæ studia annuente Deo, transire possint. Ideoque illi magistro grammatices, uel alicuius simplicis beneficij fructus, quos tandiu percipiat quandiu in docendo perstiterit, assignentur, dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: uel ex capitulari, uel ex Episcopali mensa, condigna aliqua merces persoluatur: uel alias Episcopus ipse aliquam rationem in eam suæ Ecclesiæ & diocesis accomodam, ne pia hæc utilis at-

que fructuosa prouisio quouis quæsito colore negligatur.

In monasterijs quoque monachorum ubi commode fieri id queat, etiam prælectio sacræ scripturæ habeatur. Qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc ut sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remedijs compellant.

In conuentibus uero aliorum regularium, in quibus studia commode uigere possunt, etiam lectio sacræ scripturæ habeatur: quæ lectio à capitulis generalibus, uel prouincialibus, assignetur dignioribus magistris.

In Gymnasijs autem publicis, ubi tam honorifica & cæterorum omnium maximè necessaria lectio hætenus instituta non fuerit religiosissimorum Principum ac Rerumpublicarum pietate & charitate ad catholicæ fidei defensionem & incrementum, sacræque doctrinæ conseruationem & propagationem instituat: & ubi instituta foret, & negligenter, restituantur.

Et ne sub specie pietatis, impietas disseminetur statuit eadem sancta Synodus, neminem ad huiusmodi lectionis officium tam publicè quàm priuatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de uita, moribus, & scientia examinatus, & probatus non fuerit. Quod tamen de lectoribus in claustris monachorum non intelligatur.

Docentes uero ipsam sacram scripturam, dum publicè in scholis docuerint, & scholares qui in ipsis scholis student, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia à iure cōcessis plenè gaudeant, & fruuantur.

Quia uero Christianæ Reipublicæ non minus necessaria est prædicatio Euangelij, quàm lectio, & hoc est præcipuum Episcoporum munus, statuit & decreuit eadem sancta Synodus, omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primate & omnes alios Ecclesiarum prælatos teneri per seipsum (si legitime impediti non fuerint) ad prædicandum sanctum Iesu Christi Euangelium.

Si uero contigerit Episcopos & alios prælatos legitimo detineri impedimento, iuxta formam generalis Concilij uiros idoneos assumere teneantur ad huiusmodi prædicationis officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtæ subiaceat ultioni.

Archipresbyteri quoque, plebani, & quicumque parochiales, uel alias curam animarum habentes, Ecclesias, quocumque modo obtinent, per se uel alios idoneos si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis, & festis solennibus plebes sibi commissas pro suo & earum capacitate pascant salutaribus uerbis, docendo ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum breuitate & facilitate sermonis uitia quæ eos declinare, & uirtutes quas eos sectari oportet, ut pœnam æternam eua- dere, & cælestem gloriam consequi ualeant. Id uero si quis eorum præstare negligat, etiam si ab Episcopi iurisdictione quauis ratione se exemptum esse prætenderet, etiam si Ecclesiæ quouis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterio etiam extra diocesium existenti forsan annexæ uel unitæ modo re ipsa diocesi sint, puidam pastoralis Episcoporum sollicitudo non desit, ne illud impleatur. Paruuli petierunt panem & non erat qui frangeret eis. Itaque ubi ab Episcopo moniti, trium mensium spatio muneri suo defuerint per censuras Ecclesiasticas seu alias ad ipsius Episcopi

Thro. 4.

pi arbitrium cogantur. Ita ut etiam si, ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri qui id prester, honesta aliqua merces persoluiatur, donec principalis ipse recipiens officium suum impleat. Si quæ verò parochiales ecclesiæ reperiuntur subiecte monasteriis in nulla diocesi existentibus, si Abbates & regulares prelati in predictis negligent fuerint, à Metropolitanis in quorum prouinciis dioceses ipsæ sitæ sunt tanquam quoad hoc sedis Apostolicæ delegatis compellantur. Neque huius decreti executionem cõsuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, siue recursus impedire valeat, quousque desuper à competenti iudice, qui summariè & sola facti veritate inspecta procedat, cognitum sit & decisum.

Regulares verò cuiuscumque ordinis, nisi à suis superioribus de vita, moribus, & scientia examinati & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam si in Ecclesiis suorum ordinum, prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentent, & ab eis benedictionem petere teneantur antequam prædicare incipiant.

In Ecclesiis verò quæ suorum ordinum non sunt ultra licentiam suorum superiorum etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum ordinum nullo modo prædicare possint. Ipsam autem licentiã Episcopi gratis cõcedat.

Si verò (quod absit) prædicator errores, aut scandala disseminauerit in populum, etiam si in monasterio sui vel alterius ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicit. Quod si hæreses prædicauerit, contra eum secundum iuris dispositionem aut loci consuetudinem procedat, etiam si prædicator ipse generali vel speciali priuilegio exemptum se esse prætenderet. Quo casu, Episcopus auctoritate apostolica & tanquam sedis apostolicæ delegatus procedat. Curent autem Episcopi, ne quis prædicator vel ex falsis informationibus, vel alias calumniose vexetur, ne iustam de eis conquerendi occasionem habeat.

Caueant præterea Episcopi, ne aliquem vel eorum qui cum sint nomine regulares, extra claustra tamè & obedientiam religionum suarum viuunt vel presbyterorum secularium, nisi ipsis noti sint, & moribus atque doctrina probati etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in sua ciuitate vel diocesi prædicare permittant, donec ab ipsis Episcopis super eorum sancta sedis Apostolica consulerentur: à qua priuilegia huiusmodi, nisi tacita veritate, & expresso mædacio, ab indignis extorqueri verisimile non est.

Questores verò elemosynarij, qui etiam quæstuarij vulgo dicuntur, cuiuscumque conditionis existant, nullo modo nec per se, nec per alium prædicare præsumant: & contra facientes, ab Episcopis & ordinariis locorum priuilegijs quibuscumque non obstantibus, opportunis remedijs omnino coerceantur.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit & decreuit primam futuram sessionem tenendam & celebrandam esse die Iouis feria quinta post festum beati Iacobi Apostoli.

FINIS.

DECRETVM DE PECCATO ORIGINALI sacrosancti œcumenici concilij Tridentini, sessione quinta, vno Patrum consensu promulgatum.

PROLOGVS.



**A**crossancta œcumenica Tridentina synodus, in spiritu sancto legitime congregata, præsentibus nomine sanctissimi domini nostri Pauli, diuina prouidentia papæ 3. Reuerendiss. domini, D. Ioanne Maria de monte, episcopo Prænestino, & Marcello Cerui no tituli sanctæ Crucis in Hierusalem presbytero, & Reginaldo Polo tituli sanctæ Mariæ in Cosmedin, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, & apostolicis de latere legatis. Et si oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant, decet tamen, ut fides catholica, sine qua impossibile est placere Deo, ex rirpatis erroribus vniuersis, in vna sinceritate integra, & ilibata permaneat, quo per eam ecclesia sancta Dei de suis hostibus, à quibus nunquam non impeditur, gloriosissima triumphare possit. Cum igitur nostris etiam temporibus, de peccato originali, & de illius remedio, quæ velut Christianæ nostræ fidei fores, omnibus citra controuersiam manifestissima esse debuerant serps ille antiquus humani generis perpetuus hostis, noua certamina suscitauerit, iam tandem ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos sese accingens, indeque sumens exordium, vnde & morbus cœpit, ne populus Christianus omnivento doctrinæ circumferatur, sacrarum scripturarum & sanctorum Patrum & probatorum conciliorum testimonia, & ipsius catholicæ Ecclesiæ iudicium & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit.

CANONES.

Si quis non constitetur primum hominem Adam cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus statim sanctitatem & iustitiam, in qua creatus fuit, amisisse, incurrisseque per offensam huiusmodi præuaricationis iram & indignationem Dei, atque adeo mortem, quam antea illi cominatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem sub eius potestate, qui deinde mortis habuit imperiũ, hoc est diaboli, totumque Adam, per illam præuaricationis offensam, secundum corpus & animam in deterius commutatum fuisse, anathema sit.

2. Siquis soli Adæ præuaricationem suam, non alius etiam & eius propagini asserit nocuisse, acceptã à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit, non nobis, sed sibi soli perdidisse, inquinatoque illo per inobedientiã peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum, & secundum communem legem transfudisse, non autem & peccatum, cui pro pœna debebatur vtraque mors corporis videlicet & animæ, anathema sit. Cum contra dicat Apostolo dicenti, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

3. Siquis morbum huius originalis peccati, quod vnum est, & in nobis, propagatione, non imitatione diffusum residet, vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires vel per aliud remedium asserit auferri quã per meritum vnus domini nostri Iesu Christi qui Deo nos in sanguine suo reconciliauit, factus nobis sanctificatio, iustitia, & redemptio: aut negat ipsum meritum nobis per fidem, & baptismi sacramentum applicari, anathema sit. Huic enim omnes prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per manum eius, omnes qui credunt

credunt in eum, neque aliud nomen esse sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde illa vox, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & illa, Quicumque baptizati estis, Christum induistis.

4. Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad uitam æternam consequendam, vnde fit consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur anathema sit.

Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apost. per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum ecclesia catholica, vbi que diffusa semper intellexit, Propter hanc enim regulam fidei ex traditione apostolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissione peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione munderetur, quod generatione contraxerat. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Hanc fidei & sanctorum Patrum normam imitando, hæc sancta synodus fatetur ac declarat, in baptisate per Iesu Christi gratiam, quam confert & continet, non modo remitti reatum originalis peccati, sed totum id auferri, quod veram & propriam rationem peccati habet.

5. Si quis ergo per Iesu Christi domini nostri gratiam, quæ in baptisate confertur, reatum originalis peccati remitti negat: aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet sed illud dicit tantum radii: aut non imputari, anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil est damnationis itis in qui verè consepulti sunt cū Christo, per baptisate in mortem, qui non secundum carnem ambulat, sed veterem hominem exuentes, & nouum, qui secundum Deum creatus est, induentes innocentes, immaculati, puri, innoxij ac Deo dilecti effecti sunt, hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi, ita ut nihil profus eos ab ingressu cœli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem hæc sancta synodus fatetur & sentit, quæ cum ad agonem relicta sit, nocere consentibus, & viriliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus non valet, quinimo qui legitime certauerit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat, ecclesiam catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit.

DECRETVM DE IUSTIFICATIONE. nescitum Triden. in 6. sessione, die 13. Ianuarij. 1547.



**I**n hoc tempore non sine multarum animarum factura, & graui ecclesiasticæ vnitatis detrimento erronea quædam disseminata sit de iustificatione doctrina: ad laudem & gloriam

am omnipotentis Dei, ecclesiæ tranquillitatem & animarum salutem, sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina synodus, in spiritu sancto legitime congregata, præsentibus in ea nomine sanctissimi in Christo patris, & domini nostri D. Pauli diuina prouidentia papæ tertij, reuerendissimis dominis, dominis Ioanne Maria episcopo Prænestino de Morte, & Marcello tituli sanctæ crucis in Hierusalem presbytero sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, & Apostolicis de latere legatis, exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram sanamque doctrinam ipsius iustificationis, quam soli iustitiæ Christus Iesus fidei nostræ author & consummator docuit, Apostoli tradiderunt, & catholica ecclesia, spiritu sancto suggerente, perpetuo retinuit: districtius inhiendo, ne deinceps audeat quisquam aliter credere prædicare, aut docere, quàm præsentis decreto statuitur ac declaratur.

De natura & legis ad iustificandos homines imbecillitate.

Cap. 1.

Primum declarat sacrosancta synodus, ad iustificationis doctrinam probè & sincerè intelligendam oportere ut vnusquisque agnoscat & fateatur, quod cum omnes homines in prauaricatione Adæ innocentiam perdidissent, facti immundi, & (ut Apostolus inquit) natura filij iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali exposuit, vsque ad eum serui erant peccati, & sub potestate diaboli ac mortis, ut non modo gentes per vim naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiam literam legis Moyssi indeliberari, aut surgerè possent: tametsi in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, viribus licet attenuatum & inclinatum.

De dispensatione & mysterio aduentus Christi. Cap. 2.

Quo factum est, ut cælestis pater misericordiarum & Deus totius consolationis, Christum Iesum filium suum & ante legem, & legis tempore multis sanctis patribus declaratum ac promissum, cum, venit beata illa plenitudo temporis ad homines miserit, ut & Iudæos, qui sub lege erant, redimeret & gentes quæ non sectabantur iustitiam, iustitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc proposuit Deus propitiorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

Qui per Christum iustificantur. Cap. 3.

Verum etsi ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed ij duntaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Nam sicut reuera homines nisi ex semine Adæ propagati nascerentur non nascerentur iniusti cum ea progatione per ipsum dum cõcipiantur propria iniustitiã cõtrahant: ita nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarentur cum ea renascentia, per meritum passionis eius gratia qua iusti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semper agere hortatur patri, qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum in lumine & eripuit de potestate tenebrarum, transfuditque in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.

Insinuatur.



*Insinuatur descriptio iustificationis impij, & modus eius in status gratia.*

Cap. 4.

Quibus verbis iustificationis impij descriptio insinuat, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filiorum primi Adæ, in statum gratia, & adoptionis filiorum dei, per secundum Adam Iesum Christum saluatorem nostrum Quæ quidem translatio post euangelium promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei.

*De necessitate preparationis ad iustificationem adultis & unde sit.*

Cap. 5.

Declarat præterea ipsius iustificationis exordium in adultis, à Dei, per Christum Iesum, præueniente gratia, sumendum esse hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis, vocantur ut qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam, ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem eidem gratia libere assentiendo & cooperando, disponantur: ita ut tangente Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui & illam abicere potest, neque tam sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit unde in sacris literis cum dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis nostræ admonemur, cum respondemus, Conuerte nos domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur.

*Modus preparationis.*

Cap. 6.

Disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia & adiuti, fidem exauditu concipientes, libere mouentur in deum, credentes vera esse quæ diuinitus reuelata & promissa sunt: atque illud in primis à Deo iustificari impium per gratiam eius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu & dum peccatores se esse intelligentes, à diuinæ iustitiæ timore, quo utiliter concutiuntur ad confidendam Dei misericordiam, se conuertendo in Ipse eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illum que tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod & detestacionem, hoc est per eam pœnitentiam, quam ante baptismum agi oportet: denique dum proponunt suscipere baptismum, inchoare nouam vitam, & seruare diuina mandata. De hac dispositione scriptum est: Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit, & Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, & Timor Domini expellit peccatum &, Pœnitentiam agite & Baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum &, Accipietis donum spiritus sancti &, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare ea quæcunque mandauimus vobis, denique, Præparate corda vestra Domino.

*Quid sit iustificatio, & quæ eius causa.*

Cap. 7.

Hanc dispositionem seu preparationem iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum

remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis, per voluntariam susceptionem gratia & donorum unde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico fit amicus, ut sit hæres secundum spem vitæ æternæ. Huius iustificationis causæ sunt: Finalis quidem, gloria Dei & Christi, ac vita æterna: Efficiens vero, misericors Deus, qui gratuito abluuit & sanctificat, signans & vngens spiritu promissionis sancto qui est pignus hæreditatis nostræ.

Meritoria autem dilectissimus vnigenitus suus dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici, propter nimiam charitatē qua dilexit nos, sua sanctissima passione, in ligno crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo patri satisfecit. Instrumentalis item, sacramentum baptismi, quod est sacramentum fidei, sine qua nulli vnquam iustificatio contigit. Demum vnica formalis causa est, iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit: qua videlicet ab eo donati renouamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed vere iusti nominamur, & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suam secundum mensuram, quæ spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cuiuscunque dispositionem & cooperationem. Quamquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis domini nostri Iesu Christi communicantur: id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito, per spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui iustificantur, atque ipsis inhaeret. Unde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum, hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui in seruitur fidem, spem, & charitatem. Nam fides, nisi ad eam spes accedat, & charitas, neque vnit perfecte cum Christo, neque corporis eius viuum membrum efficit, qua ratione verissimi dicitur, Fidem sine operibus mortuam & ociosam esse: & in Christo Iesu neque circuncisionem aliquid valere, neque præputium, sed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione cathecumini ab ecclesia perunt, cum perunt fidem vitam æternam præstantem, quæ sine spe & charitate fides præstare non potest unde & statim verbum Christi audiunt: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Itaque veram & Christianam iustitiam accipientes, eam ceu primam stolam, pro illa quam Adam sua inobedientia sibi & nobis perdidit, per Christum Iesum illis donatam, candidam & immaculatam, iubentur statim renati conseruare, ut eam perferant ante tribunal domini nostri Iesu Christi, & habeat vitam æternam.

*Quomodo intelligatur impium per fidem, & gratis iustificari.*

Cap. 8.

Cum verò Apostolus dicit iustificari hominem per fidem, & gratis: ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus ecclesiæ catholice consensus tenuit & expressit, ut scilicet per fidem ideo iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium fundamentum & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire. Gratis autem iustificari ideo dicimur, quia nihil eorum quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur.

Si

Si enim gratia est, iam non ex operibus, alioquin, ut idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia. *Contra inanem hæreticorum fiduciam.*

Cap. 9.

Quamuis autem necessarium sit credere neque remitti neque remissa vnquam fuisse peccata nisi gratis, diuina misericordia propter Christum: nemini tamen fiduciam & certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti & in ea sola quiescenti, peccata dimitti vel dimissa esse, dicendum est cum apud hæreticos & schismaticos possit esse, imò nostra tempestate fit, & magna contra ecclesiam catholicam contentione prædicetur, vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos qui verè iustificati sunt, absque vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se esse iustificatos, neminemque à peccatis absolui, ac iustificari, nisi eum qui certo credat se absolutum & iustificatum esse, atque hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deque mortis & resurrectionis Christi efficacia, dubitet: nam sicut nemo pius de Dei misericordia de Christi merito: deque sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet: sic quilibet dum se ipsum, suamque propriam infirmitatem & indispotionem respicit, de sua gratia formidare & timere potest: cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest: subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

*De accepta iustificationis incremento.*

Cap. 10.

Sic ergo iustificati, & amici Dei ac domestici facti, euntes de virtute in virtutem renouatur (ut Apostolus inquit) de die in diem: hoc est, mortificando membra carnis suæ, & exhibendo ea arma iustitiæ in sanctificationem per obseruationem mandatorum Dei & ecclesiæ in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide, bonis operibus crescunt, atque magis iustificantur, sicut scriptum est: Qui iustus est, iustificetur adhuc & iterum, Ne verearis vsque ad mortem iustificari & rursus, Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Hoc verò iustitiæ incrementum petit sancta ecclesia, cum orat, Da nobis Domine fidei, spei, & charitatis augmentum.

*De obseruatione mandatorum, deque illius necessitate & possibilitate.*

Cap. 11.

Nemo autem quantumuis iustificatus, liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa & à patribus sub anathemate prohibita voce uti, Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia nã Deo impossibilia nõ iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat ut possis cuius mandata graua non sunt: cuius iugum suauis est, & onus leue qui enim sunt filij dei, Christum diligunt: qui autem diligunt eum, vt ipsemet testatur, seruant sermones eius quod vtique cum diuino auxilio præstare possunt licet enim in hac mortali vita, quantumuis sancti & iusti, in leuia saltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandoque cadant: non propterea desinunt esse iusti nam iustorum illa vox est, & humilis, & verax, Dimitte nobis debita nostra quod fit, vt iusti ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum

in via iustitiæ sentire debeant, quo liberati iam à peccato, serui autem facti Deo, sobriè iuste, & piè viuentes, proficere possunt per Christum Iesum per quem accessum habuerunt in gratiam istam. Deus nanque sua gratia semel iustificatos non deserit nisi, ab eis prius deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse constitutum hæreditatemque consequuturū, etiam si Christo nõ compatiatur, & vt conglorificetur nam & Christus ipse (vt inquit Apostolus) cum esset filius dei, didicit ex his quæ passus est, & obedientiam consummarè, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Propterea Apostolus ipse monet iustificatos, dicens: Nescitis quod ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium: sic currite, vt comprehendatis: ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & inferuitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Item princeps apostolorum Petrus, Sagitate, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Unde constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt iustum in omni bono opere, saltem venialiter peccare, aut (quod intolerabilius est) pœnas æternas mereri: atque etiam eos qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum misericordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam, cum scriptum sit, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem: & de Mose dicat Apostolus, quod respiciebat in remunerationem.

*Prædestinationis temerariam præsumptionem cauendam esse.*

Cap. 12.

Nemo quoque quandiu in hac mortalitate viuatur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio vsque ad præsumere debet, vt certo statuatur se omnino esse in numero prædestinatorum: quasi verum esse, quod iustificatus, aut amplius peccare non possit aut si peccauerit, certam sibi resipiscenciam promittere debeat.

Nam nisi ex speciali reuelatione, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.

*De perseverantia munere.*

Cap. 13.

Similiter de perseverantia munere, de quo scriptum est, Qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit: quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo qui potens est eum qui stat, statuere vt perseveranter stet, & eum qui cadit restituere: nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent. Deus enim nisi ipsi illius gratia defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere. Veruntamen qui se existimant stare, videant ne cadant: & cum timore ac tremore salutem suam operentur, in laboribus, in vigiliis, in elemosynis in orationibus, & oblationibus, in ieiuniis in castitate, formidare enim debet, scientes quod in spem gloriæ, & nondum in gloria renati sunt de pugna quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia apostolo obtemperant dicenti, Debi-

6 2

Debi-

10. 2.

Zach. 1.  
Psal. 84.

1. Cor. 4.

Apoc. 22.  
Eccle. 18.  
1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

Mat. 19.

Heb. 11.  
Mat. 9.  
Eccle. 1.  
Acto. 2.

Mat. 28.

1. Reg. 2.

1. Cor. 9.

Philip. 2.

1. Cor. 9.

1. Petr. 1.

Psal. 124.

Mat. 24.

Philip. 2.

1. Cor. 8.

Rom. 8.

Debitores sumus, non carni, vt secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.

*De lapsis & eorum reparatione. Cap. 14*

Qui uero ab accepta iustificationis gratia peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo, per penitentiae sacramentum, merito Christi, amissam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iustificationis modus, est lapsi reparatione: quam secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam sancti patres apte nuncuparunt. Etenim per his qui post baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus sacramentum instituit penitentiae, cum dixit, Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis & quorum retinueritis, retenta sunt. Vnde docendum est, Christiani hominis penitentiam post lapsum, multo aliam esse a baptisimo: eaque contineri non modo cessationem a peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum & humiliatum, verumetiam eorundem sacramentalem confessionem, saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem absolutionem: itemque satisfactionem, per ieiunia, elemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitae exercitia: non quidem pro poena aeterna, quae vel sacramento, vel sacramenti voto vestra cum culpa remittitur sed pro poena temporalis: quae (vt sacrae litterae docent) non tota semper, vt in baptisimo fit, dimittitur illis qui gratiae Dei quam acceperunt, ingrati spiritum sanctum contristauerunt, & templum Dei violare non sunt ueriti de qua penitentia scriptum est: Memor esto vnde excideris age penitentiam, & primum opera fac & iterum, Quae secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur & rursus, Penitentiam agite, facite fructus dignos penitentiae.

*Quolibet peccato mortali amitti gratiam, sed non fide. Cap. 15.*

Aduersus etiam hominum quorundam callida ingenia, qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est non modo infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quocumque alio mortali peccato, quantum non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amittit, diuinae legis doctrinam defendendo, quae a regno Dei non solum infideles excludit, sed & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, ceterosque omnes, qui lethalia committunt peccata, a quibus, cum diuinae gratiae adiumento, abstinere possunt, & pro quibus a Christi gratia separentur.

*De fructu iustificationis, hoc est, de merito bonorum operum, deque ipsius meriti ratione. Cap. 16.*

Hac igitur ratione iustificatis hominibus, siue acceptam gratiam perpetuo conseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoliverba, Abundate in omni opere bono, scientes quod labor uester non est inanis in domino. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis uestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius &, Nolite amittere confidentiam uestram, quae magnam habet remunerationem. Atque ideo bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus, proponenda est uita aeterna: & tanquam gratia, filiis, Dei per Christum Iesum misericorditer promissa: & tanquam merces ex ipsis Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis, fideliter reddenda. Haec est enim illa

corona iustitiae, quam post suam certam & cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus, a iusto iudice sibi reddendam: non solum autem sibi sed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Cum enim ille ipse Christus Iesus tanquam caput in membra, & tanquam uitis in palmites in ipsos iustificatos iugiter uirtutem influat, quae uirtus bona eorum opera semper antecedit, comitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata & meritoria esse possunt: nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quo minus plene, illis quidem operibus quae in deo sunt facta, diuinae legi, pro huius uita statu satisfecisse, & uitam aeternam suo etiam tempore (si tamen in gratia decesserint) consequendam uere promeruisse censentur, cum Christus Saluator noster dicat: Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, sed fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam: ita neque propria nostra iustitia, tanquam ex nobis propria, statuitur: neque ignoratur aut repudiatur iustitia Dei, quae enim iustitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhaerentem iustificamur, illa eadem Dei est, quia a Deo nobis infunditur per Christi meritum.

Neque uero illud omittendum est, quod licet bonis operibus in sacris literis usque adeo tribuatur, ut etiam qui ueni ex minimis suis potum aquae frigidae dederit promittat Christus eum non esse sua mercede cariturum: & Apostolus testatur, id quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operari in nobis: absit tamen ut Christianus homo in seipso uel confidat, uel gloriatur & non in domino: cuius tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum uelit esse merita, quae sunt ipsius dona. Et quia in multis offendimus omnes unusquisque sicut misericordiam & bonitatem, ita seueritatem & iudicium ante oculos habere debet: neque seipsum aliquis, etiam si nihil sibi conscius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum uita non humano iudicio examinanda & iudicanda est, sed Dei, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a deo qui (vt scriptum est) reddet unicuique secundum opera sua.

Post hanc catholicam de iustificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter firmiterque receperit, iustificari non poterit, placuit sanctae Synodo hos canones subiungere, ut omnes sciant non solum quid tenere & sequi, sed etiam quid uitare & fugere debeant.

*Canones.*

1 Si quis dixerit hominem suis operibus, quae uel per humanae naturae vires, uel per legis doctrinam fiant, absque diuina per Christum Iesum gratia posse iustificari coram Deo, Anathema sit.

2 Si quis dixerit ad hoc solum diuinam gratiam per Christum Iesum dari, ut facilius homo iuste uiuere, ac uitam aeternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia, utrunque, sed aegre tamen & difficulter possit, Anathema sit.

3 Si quis dixerit sine praesente spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, Anathema sit.

4 Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo modum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo exci-

excitanti atque uocanti, quod ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat ac praeparet, neque posse dissentire si uelit, sed uelut inanime quoddam nihil omnino agere, mererique, passiuè se habere, Anathema sit.

5 Si quis dixerit liberum hominum arbitrium post ad peccatum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imò titulum sine re, figmentum denique a Satana inuentum in ecclesia, Anathema sit.

6 Si quis dixerit non esse in potestate hominis uias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona Deum operari, non permissiuè solum, sed etiam proprie, & per se, adeo ut sit eius proprium opus, non minus proditio iudae, quam uocatio Pauli, Anathema sit.

7 Si quis dixerit opera omnia quae ante iustificationem fiunt quocumque ratione facta sint, uere esse peccata, uel odium Dei mereri: aut quanto uehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum grauius peccare, Anathema sit.

8 Si quis dixerit gehennam metum, per quem ad dei misericordiam de peccatis dolendo confugimus, uel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, Anathema sit.

9 Si quis dixerit sola fide impium iustificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri quod ad iustificationem gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse eum suae uoluntatis motu praeparari atque disponi, Anathema sit.

10 Si quis dixerit hominem sine Christi iustitia, per quam nobis meruit iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustus esse, Anathema sit.

11 Si quis dixerit hominem iustificari uel sola impetitione iustitiae Christi, uel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, quae in cordibus eorum per spiritum sanctum diffundatur, atque illis inhaereat, aut etiam gratiam qua iustificamur, esse tantum fauorem Dei, Anathema sit.

12 Si quis dixerit fidem iustificationem nihil aliud esse quam fiduciam diuinam misericordiae peccata remittentis propter Christum, uel eam fiduciam solam esse qua iustificamur, Anathema sit.

13 Si quis dixerit omni homini ad remissionem peccatorum assequendam, necessarium esse ut credat certo & absque ulla haesitatione propria infirmitatis & indispositionis peccata sibi esse remissa, Anathema sit.

14 Si quis dixerit hominem a peccatis absolui, ac iustificari ex eo quod se absolui ac iustificari certo credat: aut neminem uere esse iustificatum, nisi qui credit se esse iustificatum, & hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici, Anathema sit.

15 Si quis dixerit hominem renatum, & iustificatum, teneri ex fide ad credendum se certo esse in numero praedestinatorum, Anathema sit.

16 Si quis magnum illud usque in finem perseverantiae donum se certo habiturum absoluta & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali releuatione didicerit, Anathema sit.

17 Si quis iustificationis gratiam non nisi praedestinatus ad uitam contingere dixerit, reliquos uero omnes qui uocantur uocari quidem, sed gratiam non accipere, utpote diuina potestate praedestinos ad malum, Anathema sit.

18 Si quis dixerit Dei praepcepta homini etiam iustificato & sub gratia constituto, esse ad obseruandum impossibilia, Anathema sit.

19 Si quis dixerit nihil praepceptum esse in Euange-

lio praeter fidem caetera esse indifferentia, neque praepcepta neque prohibita sed libera: aut decem praepcepta nihil pertinere ad Christianos, Anathema sit.

20 Si quis hominem iustificatum & quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei & ecclesiae, sed tantum ad credendum, quasi uero Euangelium sit nuda & absoluta promissio uitae aeternae, sine conditione obseruationis mandatorum, Anathema sit.

21 Si quis dixerit Christum Iesum a Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem cui fidant, non etiam ut legislatorem cui obediant, Anathema sit.

22 Si quis dixerit iustificatum uel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseverare posse, uel cum eo non posse, Anathema sit.

23 Si quis hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur & peccat nunquam uere fuisse iustificatum: aut contra posse eum tota uita peccata omnia etiam uenialia uitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata uirgine tenet ecclesia, Anathema sit.

24 Si quis dixerit iustitiam acceptam non conseruari, atque etiam non augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo & signa esse iustificationis adeptae, non etiam ipsius augendae causam, Anathema sit.

25 Si quis in quolibet bono opere iustum saltem uenialiter peccare dixerit, aut (quod intolerabilius est) mortaliter, atque ideo poenas aeternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, Anathema sit.

26 Si quis dixerit iustos non debere pro bonis operibus quae in Deo fuerint facta, expectare & sperare aeternam retributionem a Deo per eius misericordiam & Iesu Christi meritum si bene agendo, & diuina mandata custodiendo usque in finem perseverauerint, Anathema sit.

27 Si quis dixerit nullum esse mortale peccatum nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumuis graui & enormi, praeterquam infidelitatis, peccato semel acceptam gratiam amitti, Anathema sit.

28 Si quis dixerit amissa per peccatum gratia, simul & fide semper amitti: aut fide quae remanet, non esse ueram fide, licet non sit uiua: aut eum qui fide sine charitate habet, non esse Christianum, Anathema sit.

29 Si quis dixerit eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere: aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare sine sacramentorum penitentiae, prout sancta Romana & uniuersalis ecclesia a Christo domino & eius Apostolo edocta, hucusque professus est, seruaui & docuit, Anathema sit.

30 Si quis post acceptam iustificationis gratiam, cui libet peccatori penitenti ita culpam remitti, & reatum aeternae poenae deleri dilexerit, ut nullus remaneat reatus poenae temporalis exoludat, uel in hoc seculo, uel in futuro in purgatorio, antequam ad regna caelorum aditus patere possit, Anathema sit.

31 Si quis dixerit iustificatum peccare, cum intuitu aeternae mercedis bene operatur, Anathema sit.

32 Si quis dixerit hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius iustificati merita: aut ipsum iustificatum bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam & Iesu Christi meritum (cuius uiuum membrum est) fiunt, non uere mereri augmentum gratiae uitae aeternae, & ipsius uitae aeternae (si tamen in gratia discesserit) consecutionem, atque etiam gloriam

riæ augmentum, Anathema sit.

33 Si quis dixerit per hanc doctrinam catholicã de iustificatione à sancta Synodo hoc præsentem Decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Iesu Christi domini nostri derogari, & non potius veritatem fidei nostræ, Dei denique ac Iesu Christi gloriam illustrari, Anathema sit.

**DECRETVM DE SACRAMENTIS**  
Ecclesiæ, & de residentia ac reformandis in ecclesia moribus, factis in sacrosancta Oecumenica & generali Tridentina Synodo, 7. Sessione, die 3. Martij, 1547.



**A**d cõsummationem salutaris de iustificatione doctrinæ (quæ in præcedenti proxima sessione vno omnium patrum cõsensu promulgata fuit) contentaneum visum est de sanctissimis ecclesiæ sacramentis agere: per quæ omnis vera iustitiæ vel incipit, vel cõcepta augetur, vel amissa reparatur: propterea sacrosancta oecumenica & generalis Tridentina Synodus in spiritu sancto legitime cõgregata, præsidetibus in ea eisdem Apostolicæ sedis legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, quæ circa sanctissima ipsa sacramenta hac nostra tẽpestate, tum de dånatis olim à patribus nostris hæresibus suscitata, tum etiã de nouo adinuertã sunt: quæ catholice ecclesiæ puritati, & aiaru salutis magnopere officit, sanctarum scripturarum doctrinæ, Apost. traditionibus, atque aliorum cõciliorum & patrum cõsensui inhæredo, hos præsentem canones statuendos & decernendos cõsult: reliquos qui sup sunt, ad cõcepti operis perfectionem, deinceps diuino spũ adiuuante æditura.

*Canones de Sacramentis in genere.*

1 Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora quã septem, videlicet Baptismum, Cõfirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiã, extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimoniu: aut etiam aliquod horum septem non esse vere & proprie sacramentum, Anathema sit.

2 Si quis dixerit ea ipsa nouæ legis sacramenta à sacramentis antiquæ legis nõ differri, nisi quia ceremoniæ sunt aliæ, & alij ritus externi, Anathema sit.

3 Si quis dixerit hæc septem sacramenta ita esse inter se paria, vt nulla ratione aliud sit alio dignius, Anathema sit.

4 Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine eis aut eorum voto per solam fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria nõ sint, Anathema sit.

5 Si quis dixerit hæc sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, Anathema sit.

6 Si quis dixerit sacramenta nouæ legis nõ continere gratiã quam significant, aut gratiã ipsam nõ ponentibus obicem nõ cõferre, quasi signa tantum externa sint acceptæ per fidem gratiæ vel iustitiæ, & notæ quædam Christianæ perfectionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, Anathema sit.

7 Si quis dixerit non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si rite ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus, Anathema sit.

8 Si quis dixerit ipsa nouæ legis sacramenta opere operato non conferre gratiam, sed solum fidem diuinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, Anathema sit.

9 Si quis dixerit in tribus sacramentis, Baptismo scilicet, Cõfirmatione, & Ordine, nõ imprimi characterem in anima, hoc est, signum quoddam spirituale & indelebile, vnde ea iterari nõ possunt, Anathema sit.

10 Si quis dixerit Christianos omnes in verbo & omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, Anathema sit.

11 Si quis dixerit in ministris, dum sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem, saltè faciendi, quod facit ecclesia, Anathema sit.

12 Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia quæ ad sacramentum cõficiendum aut conferendum pertinent seruauerit, nõ cõficere aut conferre sacramentum, Anathema sit.

13 Si quis dixerit receptos & approbatos, & ecclesiæ catholicæ ritus in solenni sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunque ecclesiarum pastorem mutari posse, Anathema sit.

*De baptismo.*

1 Si quis dixerit baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi, Anathema sit.

2 Si quis dixerit aquam veram & naturalem nõ esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa domini Iesu Christi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, ad metaphoram aliquã detorsit, Anathema sit.

3 Si quis dixerit in ecclesia Romana, quæ omnium ecclesiarum mater est & magistra, non esse veram de baptismi sacramento doctrinam, Anathema sit.

4 Si quis dixerit baptismum, qui etiam datur ab hereticis in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit ecclesia, non esse verum baptismum, Anathema sit.

5 Si quis dixerit baptismum liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, Anathema sit.

6 Si quis dixerit baptizatum non posse etiam si velit gratiam amittere, quantumcunque peccet, nisi nolit credere, Anathema sit.

7 Si quis dixerit baptizatos per baptismum ipsum solius tantum fidei debitores fieri, non autem vniuersæ legis Christi seruandæ, Anathema sit.

8 Si quis dixerit baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta vel tradita sunt, ita vt ea obseruare nõ teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint, Anathema sit.

9 Si quis dixerit ita reuocandos esse homines ad baptismi suscepti memoriã, vt vota omnia quæ post baptismum sunt, vt promissionis in baptismo ipso iam factæ, irrita esse intelligat, quasi per ea & fidei quam professi sunt, detrahatur, & ipsi baptismum, Anathema sit.

10 Si quis dixerit peccata omnia quæ post baptismum fiunt, sola recordatione, & fidei suscepti baptismi, vel dimitti vel venialia fieri, Anathema sit.

11 Si quis dixerit verum & rite collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negauerit, cum ad pœnitentiam conuertitur, Anathema sit.

12 Si quis dixerit neminem esse baptizandum, nisi ea ætate qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, Anathema sit.

13 Si quis dixerit paruulos, eò quod actum credendi nõ habent, suscepto baptismum inter fideles cõputandos nõ esse: ac propterea cum ad annos discretionis perue-

peruenerint, esse rebaptizandos: aut præstare omitti eorum baptismum, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide ecclesiæ, Anathema sit.

14 Si quis dixerit huiusmodi paruulos cum adoleuerint interrogandos esse an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine dum baptizarentur polliciti sunt, & vbi se nolle responderint, suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Christianam vitam cogendos, nisi vt ab Eucharistiæ aliorumque sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant, Anathema sit.

*De confirmatione.*

1 Si quis dixerit confirmationem baptizatorum ociosam ceremoniam esse, & non potius verum & proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quàm catechesim quandã, qua adolescentiæ proximi, fidei suæ rationem coram ecclesia exponebant, Anathema sit.

2 Si quis dixerit iniurios esse spiritui sancto eos qui sacro confirmationis chrismati virtutem aliquã tribuunt, Anathema sit.

3 Si quis dixerit sanctæ cõfirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem, Anathema sit.

Eadem sacrosancta synodus eisdem præsidentibus & legatis in cõceptum residentia & reformationis negocium, ad Dei laudem & Christianæ religionis incrementum profecti intendens, vt sequitur, statuendum censuit: Salua semper in omnibus sedis Apostolicæ autoritate.

1 Ad cathedralium ecclesiarum regimen, nullus nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura, grauitate morum, literarumque scientia, iuxta constitutionem Alexandri II, quæ incipit, Cum in cunctis in cõcilio Lateran. promulgatã, Præditus assumatur.

2 Nemo quacunque etiam dignitate, gradu, & præeminentia præfulgens, plures metropolitanas seu cathedrales ecclesias in titulum siue cõmendam, aut alio quouis nomine contra sacrorum canonum instituta recipere, & simul retinere præsumat, cum valde felix sit ille cõsensus, cui vnã ecclesiã bene ac fructuose, & cum animarum sibi cõmissarum salute regere cõtulerit. Qui autem plures ecclesias cõtra præsentis Decreti tenorem nunc detinet, vna quã maluerint retenta, reliquas infra sex menses (si ad liberam sedis Apostolicæ dispositionem pertinerent) alias infra annum dimittere teneantur. Alioquin ecclesiæ ipsæ, vltimo optenta duntaxat excepta, eo ipso vacare censeantur.

3 Inferiora beneficia præsertim curam animarum habentia, personis dignis & habilibus, & quæ in loco residere ac per seiplos curã ipsam exercere valeant, iuxta constitutionem Alexandri 3. Lateranen. quæ incipit. Quia nonnulli: & aliam Gregorij 10. in generali Lugdunensi concilio, quæ incipit, Licet canon, aditam cõferantur: Aliter autem facta collatio, siue prouisio, omnino irritetur: & ordinarius collator pœnas constitutionis cõcilij generalis, quæ incipit, Graue nimis, se nouerit incursum.

4 Quicumque plura curata, aut alia incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam seu cõmendam perpetuam, aut alio quocunque nomine & titulo, contra formam sacrorum canonum, & præsertim constitutionis Innocentij tertij quæ incipit, De multa, recipere ac simul recipere præsumpserit: beneficiis ipsis, iuxta ipsius constitutionis dispositionem, ipso iure etiam præsentis canonis vigore

privatus existat.

5 Ordinarij locorum, quoscunque plura curata, aut aliã incompatibilia beneficia ecclesiastica obtinentes, dispensationes suas exhibere districte cõpellantur: & aliã procedat iuxta constitutionem Gregorij 10, in generali Lugdunensi concilio æditam, quæ incipit, Ordinarij. Quã eadem sacrosancta synodus innouendam censet & innouat: Adde insuper, quod ipsi ordinarij, etiam per idoneorum vicariorum deputationem, & cõgruæ portio fructuum assignationem omnino prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur: & beneficia ipsa debitis obsequiis minime defraudentur: appellationibus & exemptionibus quibuscunque, etiam cum iudicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus, in præmissis nemini suffragantibus.

6 Vniones perpetuæ à 40, annis circa factæ, examinari ab ordinariis tanquã à sede Apost. delegatis possint: & quæ per subreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Illæ verò quæ à dicto tempore citra cõcessæ, nondum in toto vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusvis instantiam fieri (nisi eas ex legitimis aut aliã rationabilibus causis coram loci ordinario vocatis quorum interest verificandis factas fuisse cõstiterit) per subreptionem obtentæ præsumantur: ac propterea, nisi aliter à sede Apost. declaratum fuerit, viribus omnino careant.

7 Beneficia ecclesiastica curata, quæ cathedralibus collegiatis seu aliis ecclesiis, vel monasteriis beneficiis seu collegiis, aut piis locis quibuscunque, perpetuo vnita & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis singulis visitentur: qui sollicitè prouidere procurent vt per idoneos vicarios perpetuos (nisi ipsis ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur) ab eis cum tertie partis fructuum, aut maiori vel minori, arbitrio ipsorum ordinariorum, portione etiã super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, appellationibus, priuilegiis, exemptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscunque, in præmissis minime suffragantibus.

8 Locorum ordinarij, ecclesias quascunque, quomodo libet exemptas, autoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, & opportuno remedio prouidere, vt quæ reparatione indigent reparentur: & cura animarum, si qua illis imminet, aliisq; debitis obsequiis minime defraudentur. Appellationibus, priuilegiis, consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore præscriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus, penitus exclusis.

9 Ad maiores ecclesias promoti, munus cõsecrationis infra sex menses concessæ, nulli suffragentur.

10 Nõ liceat capitulis ecclesiarum sede vacante, infra annum à die vacationis ordinandi licentiã, aut literas dimissorias seu reuerendas (vt aliqui vocant) tã ex iuris cõmunis dispositione, quã etiã cuiusvis priuilegij, aut cõsuetudinis vigore, alicui, qui beneficij ecclesiastici recepti siue recipiendi occasione arctatus non fuerit, cõcedere: si secus fiat, capitulum cõtraueniens, ecclesiastico subiaceat interdicto: & sic ordinati, si in minoribus ordinibus cõstituti, nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant in maioribus verò ab executione ordinum ad beneplacitum futuri prælati sint ipso iure suspensi.

11 Facultates de promouendo à quocunque, non suffra-



fragentur nisi habētibus legitimā causam, ob quam à propriis episcopis ordinari non possint, in literis exprimendam: & tunc non ordinentur, nisi ab episcopo in sua diœcesi residente, aut pro eo pontificalia exercente, & diligenti prævio examine.

12 Facultates de nō promovēdo, præterquā in casibus à iure expressis cōcessæ, ad annū tm̄ suffragētur.  
13 Præsentati seu electi vel nominati quibusvis ecclesiasticis personis, etiā sedis Apost. nūciis, ad quavis ecclesiastica beneficia nō instituātur, nec confirmētur, neq; admittātur etiā prætextu cuiusvis privilegij seu cōsuetudinis, etiā ab immemorabili tēpore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorū ordinatis examinati, & idonei reperti, & nulli⁹ appellatiōis remedio se tueri possit, quominus examē subire teneatur præsentatis tantū electis, seu nominatis abvniuersitatibus, seu collegiis generalium studiorum exceptis.

14 In exemptorū causis cōstitutio Innocētij 4 quæ incipit. Volētes in generali concilio Lugdun. ædita seruetur: quæ eadē sacrosancta synodus innovādā cōstituit, & innovat: ad dō in super, q; in civilib⁹ causis mercedū & miserabiliū personarū clericis seculares aut regulares extra monasteriū degētes quomodolibet exēpti, etiā si certū iudicē à sede Apost. deputatū in partibus habeāt. In aliis verò si ipsum iudicē nō habuerint, corā locorū ordinariis, tanquā in hoc ab ipsa sede delegatis, cōueniri, & iure medio ad solvendum debitū cogi & cōpelli possint: Privilegiis exemptionibus, Cōseruatorū deputationibus, & eorū inhibitionib⁹ aduersus præmissa nequaquā valentis.  
15 Curēt ordinarij, vt hospitalia quæcūq; à suis administratorib⁹ quocūq; illi nominē cōcedantur, etiā quomodolibet exēptis, fideliter & diligētē gubernēt. Cōstit. cōcilij Viennē. q; incipit. Quia cōtigit forma servata. Quæ quidē cōstitutionē eadē sc̄ta synod⁹ innovādā duxit & innovat, cū derogationib⁹ i ea cōtētis.

Eadē sacrosancta synod⁹, eisdē præsidētib⁹ & Apost. sedis legatis, ad restituendā collapsam admodū ecclesiasticā disciplinam, depravatōsq; in clero & populo Christiano mores emēdādos se accigere volēs ab iis qui maiorib⁹ ecclesiis præsent, in iū cōstitū esse sumēdū. Integritas enī p̄sidentū, sal⁹ est subditorū. Cōfidēs itaq; per dñi ac dei nostri m̄iam, providāq; ipsius dei in tetris vicarij solertiā, oīno futurū, vt ecclesiarū regimē (onus quippe angelicis humeris formidandū) qui maximē digni fuerint, quorūq; prior vita ac oīs ætas à puerilib⁹ exordiis vsq; ad perfectiores annos p̄ disciplinā ecclesiasticē stipēdia laudabiliter acta testimoniū p̄beat, secūdū venerabiles b. Patrū sanctiones assumātur oēs Patriarchalib⁹, Primatialib⁹, Metrop. & cathedralib⁹ ecclesiis quibuscūq; quouis nomine ac titulo p̄fectos monet, ac monitos esse vult, vt attēdēt sibi & vniuerso gregi, in quo spūs sc̄lūs posuit eos regere ecclesiā dei, quā acquisiuit sanguine suo vigilēt: sicut Apost. præcipit. In omnib⁹ laborent, & ministeriū suū impleāt. Implere autē illud se nequaquā posse sciāt: atq; oīū suarū (quarū sanguis de eorū manib⁹ est à supremo iudice requirēdus) custodia minimē incūbāt: cū certissimū sit, nō admitti pastoris excusationē si lūpus oves comedit, & pastor nescit. Ac nihilomin⁹ quia nōnulli (quod vehēmētē dolēdū est) hoc tēpore reperiūt qui propriē etiā salutis immemores, terrenāq; cœlestib⁹, ac diuinis humanis præferētēs, in diuersis curis vagātur: aut negotiorū tēporaliū sollicitudine, oīli derelictō, atque oīū sibi cōmissarū cura neglecta, se detinēs occupa-

tos. Placuit sacrosanctæ synodo antiquos canones, qui tēporū atq; hoīm iniuria penē i defuetudinē abierūt aduers⁹ nō residētēs, pmulgatos innovare: quē admodū virtute præsentis Decreti innovat: ac vltim⁹ pro firmiori eorū dē residētia, & reformādis i ecclesiis morib⁹, i hūc q; sequitur modū statuere atq; facere. Si quis à patriarchali, primatiali, metropolitana seu cathedrali ecclesia sibi quocūque titulo, causa, noīe seu iure cōmissa, quacūq; ille dignitate gradu, ac præeminētia præfulgeat (legitimo impedimēto, seu iustis & rationabilib⁹ causis cessantib⁹) & sex mēsis cōtinuis extra suam diœcesim morādo abfuerit: quartæ partis fructū vni⁹ anni fabricæ ecclesie, & pauperib⁹ loci, p̄ superiorē ecclesiasticū applicādorū, p̄cā ipso iure incurrat. Quod si p̄ alios sex mēses i huiusmodi absētia p̄seuerauerit, alia quartā partē fructū similiter applicādā eo ipso amittat. Crescētē verò cōtumacia (vt seueriori sacrōrum canonū cēsūrē subiiciatur) Metrop. suffraganeos episcopos absentes, Metropolitanū verò absentē suffragane⁹ episcop⁹ antiquior residēs, sub p̄cā interdicti ingressus ecclesiæ, eo ipso incurrēda, infra tres mēses per literas seu nunciū Rom. Pōtifici denūciare teneatur: qui in ipsos absentes, prout cuiusq; maior aut minor cōtumacia exegerit, suæ supremæ sedis autoritate aduertere, & in ecclesiis ipsius de pastorib⁹ vtiliorib⁹ providere poterit, sicut i dño nouerit salubriter expedire.

2 Episcopi inferiores quævis beneficia ecclesiastica personalem residentiam de iure seu consuetudine exigentia, in titulum siue cōmendā obtinentes, ab eorū ordinariis (quæ admodum eis pro bono ecclesiarum regimine, & diuini cultus augmento locorum & personarum qualitate pensata, expediens videtur) opportunitis iuris remediis residere cogātur. Nullique privilegia seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiēdis suffragentur: Indulgentiis verò & dispensationibus tēporalibus ex veris & rationabilibus causis tantū cōcessis, & coram ordinario legitime probādis, in suorum robore permanfuris. Quibus casibus, nihilominus officium sit episcoporum tāquā i hac parte à sede apost. delegatorū providere, vt per deputationē idoneorū vicariorū & cōgruæ portionis fructū assignationē cura animarum nullaten⁹ negligatur, nemini quoad hoc privilegio seu exemptione quacūque suffragate.

3 Ecclesiarum prælati ad corrigēdum subditorum excessus, prudenter ac diligētē intendant, & nemo clericus secularis cuiusvis personalis vel regularis extra monasterium degens, etiam sui ordinis privilegij prætextu tutus cōcedatur, quomin⁹ si deliquerit, ab ordinario loci, tanquam super hoc à sede Apostolica delegato, secundum canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat.

4 Capitula cathedralium & aliarum maiorū ecclesiarum, illorumque personarum, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, iuramentis, concordis (quæ tantum suos obligent auctores, non etiam successores) tueri se possint, quo minus à suis episcopis, & aliis maioribus prælati, per se ipsos solos, vel illis quibus sibi videbitur adiunctis, iuxta canonicas sanctiones, toties quoties opus fuerit, visitari, corrigi & emēdari, etiā autoritate Apost. possint, & valeant.

5 Nulli Episcopo liceat cuiusvis privilegij prætextu pontificalia in alterius diœcesi exercere, nisi de ordinarij loci expressa licentia, & in personam eidē ordinario subiectas tantū. Si secus factum fuerit, episcopus ab exercitio pontificalium, & sic ordinari ab executione ordinum sint ipso iure suspensi.

CLASSIS SECUNDAE SECTIO  
PRIMA CONTINENS PARTICVLARIA CONCILIA, tam prouincialia quàm diœcesana, quorum nomina, in debitum ordinem digesta, sequenti catalogo indicantur.

PER FRANCISCVM IOVERIVM  
Valentinum.

CATALOGVS SYNODORUM particularium antiquarum, iuxta seriem temporis.

Carthaginense de rebapt.	Cornelius papa.	Romanum 2.	Symmachus.
Ancyranum		Romanum 3.	Symmachus. Nō extat
Neocaesariense.	Eusebius vel Melciades.	Romanum 4.	Simmachus.
Elibertinum	Syluester.	Romanum 5.	Symmachus.
Arelatense primum	Constantinus vel Syluester.	Romanum 6.	Symmachus.
Carthaginense 1.	Syluester vel Marcus.	Ilerdense	Symmachus.
Gangrēse	Syluester.	Valentinum hispania	Symmachus vel Hormisdas.
Arelatense 2.	Syluester.	Aurelianense 1.	Hormisdas.
Romanum 3.	Iulius.	Gerundense	Hormisdas.
Agrippense	Iulius.	Cæsaraugustanum	
Antiochenum	Iulius.	Toletanum 2.	Ioannis 2.
Hierosolymitanum	Iulius.	Hierosolymitanum 2.	
Syrmiense		Aurelianense 2.	Vigilius.
Laodiceum	Liberius & Damasus.	Aurelianense 3.	Vigilius.
Romanum quartum	Damasus 1.	Suernense	Pelagius 1.
Valentinum gallia	Damasus 1.	Aurelianense 4.	Pelagius 1.
Aquilense	Damasus 1.	Turonicum 2.	Pelagius 1.
Telense	Syrilius.	Parisiense 1.	Pelagius 1.
Carthaginense 2.	Syrilius.	Aurelianense 5.	
Carthaginense 3.	Syrilius.	Parisiense 2.	Pelagius 2.
Carthaginense 4.	Syrilius.	Hispalense 1.	Pelagius 2.
Taurinatense	Syrilius (tempore Ambrosij.)	Toletanum 3.	Pelagius 2.
Carthaginense 5.	Anastasius.	Matisconense 1.	
Toletanum 1.	Anastasius.	Matisconense 2.	Gregorius 1.
Mileuitanum	Innocentius.	Lateranense	Deusdedit.
Carthaginense 6.		Antisiodorese	Gregorius 1.
Carthaginense 7.	Bonifacius.	Romanum	
Aphricanum		Hispalense 2.	Honorius 1.
Rhegiense	Sixtus.	Toletanum 4.	Honorius 1.
Agathense		Toletanum 5.	Honorius 1.
Arauscanum 1.	Leo primus.	Toletanum 6.	Honorius 1.
Arauscanum 2.	Leo primus.	Bracarense 1.	
Vasence 1.	Leo primus.	Bracarense 2.	Honorius vel Martinus 1.
Vasence 2.		Toletanum 7.	Martinus 1.
Carpentoracense	Leo 1.	Romanum	
Arlatense 3.	Leo 1.	Toletanum octauum	
Emeticum	Leo 1.	Toletanum nonum	
Turmense 1.	Hilarius.	Toletanum decimum.	
Romanum	Hilarius.	Cabilonense	Vitilianus.
Tarracense	Felix.	Toletanum 11.	Vitilianus.
Epaunense	Gelasius.	Bracarense 3.	
Romanum 1.	Symmachus.	Anglicanum 1.	
		Anglicanum 2.	
		Toletanum 12.	Agatho vel Leo 2.
		Toletanum 13.	
		Romanum	Gregorius 3.
		Francicum	Zacharia.
			Arela-

Arelatense 3.  
 Turonense.  
 Cabilonense (forte 2.)  
 Maguntiacum 1.  
 Remense.  
 Concilium apud Theodonis villam.  
 Aquisgranense 1.  
 Ticinense.  
 Aquense 2.  
 Formacienfe.  
 Romanum.  
 Colonienfe.  
 Moguntianense 2.  
 Triburienfe.  
 Salegunstadiense.  
 Oxoniense.

Leo tertius.

Nicolaus primus.

Benedictus 8.

**CATALOGVS ANTI-**  
**quarum synodorum patriculariū**  
**in xtra ordinem Alphabeti,**  
**vt facillime vnaque-**  
**que inueniri**  
**possit.**

Agatense.  
 Agrippense.  
 Ancyrantum.  
 Antiochenum.  
 Antistiodorenfe.  
 Aruernense.  
 Aphricanum.  
 Aquisgranense 1.  
 Aquense 2.  
 Aquislianfe.  
 Arausicanum 1.  
 Arausicanum 2.  
 Arelatense 1.  
 Arelatense 2.  
 Arelatense 3.  
 Aurelianense 1.  
 Aurelianense 2.  
 Aurelianense 3.  
 Aurelianense 4.  
 Aurelianense 5.

B

Bracarenfe 1.  
 Bracarenfe 2.  
 Bracarenfe 3.

C

Cabilonense seu Cabellinum 1.  
 Cabilonense (forte secundum.)  
 Cesar Augustanum.  
 Carpentoracense.  
 Carthaginense de rebapt.  
 Carthaginense 1.  
 Carthaginense 2.

Carthaginense 3.  
 Carthaginense 4.  
 Carthaginense 5.  
 Carthaginense 6.  
 Carthaginense 7.  
 Colonienfe.

Elibertinum.  
 Epauuense.

Francicum.

Gangrenfe.  
 Gerundenfe.

Hierosolymitanum 1.  
 Hierosolymitanum 2.  
 Hispalense 1.  
 Hispalense 2.

Ilerdense.

Laodicenum.  
 Lateranense.

Matisconense 1.  
 Matisconense 2.  
 Maguntiacum 1.  
 Moguntiacense 2.  
 Milenitanum.

Folio 31.

8.

1.

8.

63.

51.

27.

102.

111.

12.

33.

34.

5.

6.

36. & 93.

45.

49.

Ibidem.

52.

57.

74.

76.

88.

83.

96.

47.

36.

1.

6.

16.

Hierosolymitanum 1.  
 Hierosolymitanum 2.  
 Hispalense 1.  
 Hispalense 2.

Ilerdense.

Laodicenum.  
 Lateranense.

Matisconense 1.  
 Matisconense 2.  
 Maguntiacum 1.  
 Moguntiacense 2.  
 Milenitanum.

Folio 31.

8.

1.

8.

63.

51.

27.

102.

111.

12.

33.

34.

5.

6.

36. & 93.

45.

49.

Ibidem.

52.

57.

74.

76.

88.

83.

96.

47.

36.

1.

6.

16.

Hierosolymitanum 1.  
 Hierosolymitanum 2.  
 Hispalense 1.  
 Hispalense 2.

Ilerdense.

Laodicenum.  
 Lateranense.

Matisconense 1.  
 Matisconense 2.  
 Maguntiacum 1.  
 Moguntiacense 2.  
 Milenitanum.

Folio 31.

8.

1.

8.

63.

51.

27.

102.

111.

12.

33.

34.

5.

6.

36. & 93.

45.

49.

Ibidem.

52.

57.

74.

76.

88.

83.

96.

47.

36.

1.

6.

16.

Hierosolymitanum 1.  
 Hierosolymitanum 2.  
 Hispalense 1.  
 Hispalense 2.

Ilerdense.

Laodicenum.  
 Lateranense.

Matisconense 1.  
 Matisconense 2.  
 Maguntiacum 1.  
 Moguntiacense 2.  
 Milenitanum.

Folio 31.

8.

1.

8.

63.

51.

27.

102.

111.

12.

33.

34.

5.

6.

36. & 93.

45.

49.

Ibidem.

52.

57.

74.

76.

88.

83.

96.

47.

36.

1.

6.

16.

Hierosolymitanum 1.  
 Hierosolymitanum 2.  
 Hispalense 1.  
 Hispalense 2.

Ilerdense.

Laodicenum.  
 Lateranense.

Matisconense 1.  
 Matisconense 2.  
 Maguntiacum 1.  
 Moguntiacense 2.  
 Milenitanum.

Folio 31.

8.

1.

8.

63.

51.

27.

102.

111.

12.

33.

34.

5.

6.

36. & 93.

45.

49.

Ibidem.

52.

57.

74.

76.

88.

83.

96.

47.

36.

1.

6.

16.

Hierosolymitanum 1.  
 Hierosolymitanum 2.  
 Hispalense 1.  
 Hispalense 2.

Ilerdense.

Laodicenum.  
 Lateranense.

Matisconense 1.  
 Matisconense 2.  
 Maguntiacum 1.  
 Moguntiacense 2.  
 Milenitanum.

Folio 31.

8.

1.

8.

63.

51.

27.

102.

111.

12.

33.

34.

5.

6.

36. & 93.

45.

49.

Ibidem.

52.

57.

74.

76.

88.

83.

96.

47.

36.

1.

6.

16.

Hierosolymitanum 1.  
 Hierosolymitanum 2.  
 Hispalense 1.  
 Hispalense 2.

Ilerdense.

Laodicenum.  
 Lateranense.

Matisconense 1.  
 Matisconense 2.  
 Maguntiacum 1.  
 Moguntiacense 2.  
 Milenitanum.

Folio 31.

8.

1.

8.

63.

51.

27.

102.

111.

12.

33.

34.

5.

6.

36. & 93.

45.

49.

Ibidem.

52.

57.

74.

76.

88.

83.

96.

47.

36.

1.

6.

16.

Hierosolymitanum 1.  
 Hierosolymitanum 2.  
 Hispalense 1.  
 Hispalense 2.

Ilerdense.

Laodicenum.  
 Lateranense.

Matisconense 1.  
 Matisconense 2.  
 Maguntiacum 1.  
 Moguntiacense 2.  
 Milenitanum.

Folio 31.

8.

1.

8.

63.

51.

27.

102.

111.

12.

33.

34.

5.

6.

36. & 93.

45.

49.

Ibidem.

52.

57.

74.

76.

# CLASSIS SECVNDÆ, SES- SIO PRIMA CONTINENS PARTICVLA- ria concilia, tam prouincialia, quàm diœcesana.

*Concilium Carthaginense.*



Elebratum est hoc Carthaginense concilium sub Cornelio papa presidente Cypriano, super ea quaestione, an baptizati ab hereticis venientes ad ecclesiam essent rebaptizandi.

In quo concilio ab omnibus unanimiter decretum est, ab hereticis non conferri verum baptismum: sicut nec datur spiritus sanctus, nec vera remissio peccatorum: Innixi verbis Pauli ad Ephes. 4 Vna fides, vnum baptismum. Vnde colligebatur hoc vnicum dogma, in hac Synodo communi consensu 86 episcoporum approbatum. Baptizati ab hereticis, si ad ecclesiam redire cupiant, vero ipsius baptismi rebaptizandi sunt. Quod postea per Stephanum papam Romæ in concilio reprobatum fuit. Nec mirum est concilium particulare falsum fuisse. Non enim erat hæc synodus œcumenica.

*Quamuis concilium hoc fuerit inter Carthaginensia primum, tamen quia dogma erroneum statuit, non solet inter ea numerari, nam inferius sexto ab hoc concilio, inuenies Carthaginense primum sub Syluestro aut sub Marco: secundum tamen canon sextæ synodi, Cypriani videtur sententiam approbare, aut saltem excusare id, propter receptum ea in gente mori fuisse, quasi videntur, anteponeere ecclesie unitatem veritati. Cyprianus enim hoc dogmate, nouatianorum errorem visus est approbare. Augustinus in Epistola ad Vincentium Donatistam scribens ait: Cyprianus aliter sensisse quam forma et consuetudo habeat ecclesie in suis et in concilij literis sensisse inuenitur: vide eundem Augustinum de baptismo paruulorum lib. 1. cap. 18.*

Cum in vnum Carthaginensi conuenissent Calêdis Septêbris episcopi plurimi ex prouincia Africana Numidia Mauritania, cum presbyteris & diaconis, presente etiam plebis maxima parte, & lecte essent literæ Iubiani ad Cyprianum facte, Itê Cypriani ad Iubianum rescripte, de hereticis baptizandis, quidq; postmodum Cypriano Iubiano rescripserit. Quia singula suffragia huius concilij inutile foret enumerare duo tantum præcipua subnectemus. Cypriani suffragium.

Audistis collegæ dilectissimi, quod mihi Iubaianus coepiscopus noster scripserit, cõsulens mediocritatem nostram, de illicito & prophano hereticorum baptismum. Et quid ego ei rescripserim, censens scilicet quod semel, atq; iterum censuimus, hereticos ad ecclesiam venientes ecclesie baptismum baptizari & sanctificari oportere. Item lecte sunt vobis & alie literæ Iubiani, quib; pro sua sincera & religiosa deuotione ad epistolam nostram rescribēs, nō tantum cõsensit, sed & instruit se esse gratias agit. Superest vt de hac ipsa resinguli sentiam, proferam, neminē

iudicantes, aut à iure cõmunionis aliquē (si diuersum senserit) amouentes. Neq; enim quisquā nostrum episcopum se esse episcoporum cõstituit vt tyrânico terrore ad obsequēdi necessitatem collegas suos adigit, quādo habeat omnis episcopus pro licetia libertatis, & potestatis suæ arbitrium proprium, tanquā iudicari ab alio nō possit, cū nec ipse possit alterum iudicare domini nostri Iesu Christi, qui vnus est solus habet potestatem, & præponendi nos in ecclesie suæ gubernatione, & de actu nostro iudicandi.

*Caciliij Abita siue Bidilis alias Bida suffragi.*



Go vnum baptismum in ecclesia sola scio, & extra ecclesiam nullum. Hoc erit vnum, vbi spes vera est, & fides certa. Sic enim scriptum est: Vna fides, vna spes, vnum baptismum. Nō apud hereticos vbi spes nulla est, & spes falsa. Vbi omnia per mendacium aguntur.

Vbi exorcizat demoniacus. Sacramentum interrogat cuius os & verba cancer emittunt, fidem dat infidelis. Veniam dilectorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tangit Antichristus, benedicit à Deo maledictus. Vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum inuocat blasphemus, sacerdotium administrat prophanus, ponit altare sacrilegum. Ad hæc omnia accedit & illud malum, vt antistes diaboli audeat eucharistiam facere, aut qui illis assistunt, dicant hæc omnia falsa esse, de hereticis. Ecce ad qualia ecclesia cõsentire cogitur, & sine baptismum ac venia delictorum cõmunicare cõpellitur. Quam rem, fratres fugere ac vitare debemus, & à tanto scelere nos separare, & baptismum tenere, quod soli ecclesie à deo concessum est.

Si cui cordi fuerit reliqua perlegere, videat tomum secundum operum D. Cypriani, vbi omnia transcripta repiunt.

**ANCYRANVM CONCILIVM, NON**

*longè post tempora Marcellini papæ celebratum.*

*Ancyra teste Plin. lib. 5. ca. ultimo, dicta est ab anchoris nauium captarum à Mithridate quas Ptolomæus Aegypti rex suppetias Galathis seu Gallo grecis miserat cui meminit Ptolomæus lib. 5. cap. 4. Concilium Ancyranum celebratum in ciuitate Ancyra in prouincia Galatia, antiquius est Nicæno, hæc synodus tamen si prouincialis sit et ea de causa postponatur Nicæne in 6. synodo ca. 2. approbata est. Celebratum fuit hoc cõc. post tempora Marcellini papæ circa annum domini ferè 308. et aliqui ex episcopis, qui huic synodo interfuerunt, conuenerunt in Nicænam synodum. Editi sunt in Ancyranæ synodo 24. Canones potissimum concernentes eos, qui immolabant vel thurificabant idolis.*

*Tituli canonum Ancyranæ Concilij.*

- 1 De presbyteris lapsis in persecutione.
- 2 De diaconibus qui immolauerunt.
- 3 De clericis, siue laicis, quorum manus alij cum iniuria super idolorum sacrificia posuerunt.
- 4 De his qui in templis idolorum cœnauerunt.
- 5 De his qui timore, ritus gentilium peregerunt.
- 6 De his qui in locis idolorum manducauerunt.
- 7 De his qui frequenter idolis immolauerunt.
- 8 De his qui coacti vi, idolis immolauerunt.
- 9 De his qui aliis sacrificandi causam attulerunt.
- 10 De diaconibus protestatibus, qui ordinantur, &c.
- 11 De desponsatis puellis, & ab aliis corruptis.

*Ephes. 4.*



- 12 De his qui ante baptismum sacrificauerunt idolis.
- 13 De corepiscopis, & eorum potestate, & autoritate.
- 14 De presbyteris, a carnis se abstinentibus.
- 15 Non debere presbyteros ecclesiastica iura vendere, vel de rebus ecclesiasticis, eo tempore distractis, quo ipsa ecclesia viduantur episcopis.
- 16 De his qui irrationabiliter vixerint, aut qui cum pecuniis versantur.
- 17 De his qui alios ad antedicta peccata induxerint.
- 18 De Episcopis, qui ordinati, non suscipiuntur, vel qui ad episcopatum promoti sunt, nec recepti.
- 19 De his quae virginitatem profitentur, & quae sub sororis habitu cum aliquibus commorantur.
- 20 De adulteris, & eorum poenitentia, siue vir sit, an mulier.
- 21 De mulieribus, quae fornicatae, partus suos necant.
- 22 De his qui volentes homicidium fecerunt.
- 23 De his qui more gentilium viuunt.
- 24 De eo qui sororem sponsae suae vitiauit, vel virginum corruptionibus conscij sunt.

dist. 50. Presby.

CANONES CONCILII ANCYRANI.

**D**esbyteros, qui immolauerunt, & postea certamen iterum inierunt, si hoc ipsum ex fide, & non aliquo argumento, sibi met preparantes, egerunt, vt iterum teneri viderentur, aut tormentis subiici putentur, tanquam inuiti, si ex fide ergo luctati sunt, & non ex pacto, ad ostentationem, vt caperentur, ipsi fecerunt, hoc placuit, honorem quidem sedis propriae retinere: offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotibus officiis fungi, noliteat.

2 Diacones similiter, qui immolauerunt, postea autem iterum reluctati sunt, illum quidem honore habere oportet, cessare vero debere ab omni sacro ministerio, ita vt nec panem, nec calicem offerant, nec pronuncient, nisi forte aliqui Episcoporum conscij sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere. Penes ipsos ergo erit de his potestas.

3 Qui fugientes timore persecutiouis comprehensi sunt, vel a familiaribus, seu a domesticis traditi, & vel bona propria amiserunt, vel sustinuerunt tormenta, vel etiam carceribus inclusi sunt, & tamen proclamauerunt se esse Christianos, quin etiam, perseuerante violentia, ad id vsque perducti sunt, vt manus eorum apprehensas & violenter attractas, super sacrificia imponeret, illis licet perseuerantibus in fide, & Christianos se esse vociferantibus. Hoc ergo, quod eis inuitis & aliis cogentibus contigit, si luctu & meroore animi, acerbè se ferre demonstrant, ipsique humiliter per bonam conuersationem habitu incedentes, dolere se, quod inuicti coacti sunt, doceat, hos tanquam inculpatos a communione non vetari. Si autem iam prohibiti sunt ab aliquibus a communione, maioris diligentiae & inquisitionis causa, aut per aliquorum ignorantiam, statim recipi oportet. Hoc autem obseruari oportet & de clericis, & de laicis omnibus. Laicos sanè, qui in similes necessitatis causas inciderunt, tanquam si nihil peccauerint, maximè si eos probabilis vita comederit, ad ordinationem recipi placuit.

4 De his qui sacrificare coacti sunt, insuper in templis idolorum conauerunt, si qui eorum cum habitu cultiore ad templa producti sunt, atque ibi preciosiori veste adhuc mutata, cœnæ participes facti sunt idolorum, indifferenter sumentes omnia quae fuerunt appositae, placuit eos inter audientes vno anno constituti, tribus autem aliis annis agere poenitentiam, sed ex ipso triennio per biennium tantummodo orationi communicare, tertio autem anno reciliati sacramentis.

Dist. 50. Presbyteros qui.

5 Quotquot autem ascenderunt templa cum veste lugubri, & recumbentes inter alios manducauerunt flentes, si compleuerint poenitentiam triennij temporis, sine oblatione suscipiantur ad communionem, id est, vt ipsi oblationem non offerant. Si autem perducti ad templa, non manducauerint, biennio maneat in poenitentia. Tertio vero anno communicent, sed sine oblatione, vt dictum est. In quarto autem anno perfectionem suam recipiant. Episcopum autem hanc habere licentiam oportet, vt perspecta singulorum conuersatione, normam regulamque conuersationis attribuat, id est, vt humanius agens, secundum vitæ modum, tempus alicui poenitentiae breuiare: aut etiam prolixius, quod correctioni necessarium viderit, addere. Discutiatur autem omnium horum & praecedens vita & posterior, & ita circa eos sacerdotalis se humanitas moderetur.

6 De his qui minis tantum cesserunt, aut bonorum oblatione, aut transportationis poena deterriti, sacrificauerunt, & nunc vsque non poenituerunt, neque conuersi sunt, modo autem, id est, tempore huius synodi se obtulerunt, conuersionis suae consilium capientes, placuit, eos vsque ad magnum diem inter audientes suscipi, ac poenitentiam agere triennio, & post duos alios annos sine oblatione communicare, & ita demum sex annis completis ad perfectum peruenire. Quod si aliqui ante hoc concilium suscepti sint ad poenitentiam, ex illo tempore, imputabitur eis initium sexennij constituti. Quod si alicui horum quolibet mortis periculum, aut ex egritudine, aut ex aliqua causa acciderit, his communio propter viaticum suum non negabitur.

7 De his qui in festis diebus paganorum, in remotis eorum locis conuiuuiis interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portauerunt, & comederunt, placuit, vt post biennij poenitentiam suscipiantur: ita tamen, vt vtrum aut cum oblatione recipiendi sint, an ad solam communionem admitti debeant, vnusquisque episcoporum examinet vitam eorum, & praeterita ac praesentia, debita consideratione perpeditat.

8 Hi autem qui secundò vel tertio sacrificauerunt, vi coacti, quatuor annis sese ad poenitentiam submittant: duobus autem aliis sine oblatione comunent septimo anno perfectionem recipitur comunione.

9 Quotquot autem qui non solum a fide Dominica deuiarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaserunt, & rei facti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter catechumenos habeantur: per aliud autem sexennium poenitentiam recipiant locum: alio vero anno, id est decimo, communionem sine oblatione recipiant, vt completo decennio perfectione fruatur. Ideo autem ipso tempore etiam vita eorum & conuersatio consideranda est.

10 Diaconi quicumque, cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes, velle se habere uxores, nec posse se continere, hi postea, si ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his episcopus licentiam dederit. Quicumque sanè tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, a ministerio cessare debent.

11 Desponsatas puellas & postea ab aliis corruptas, placuit erui, & his reddi quibus fuerant ante desponsatae, etiam si a raptoribus florem pudoris sui amiserint.

dist. 23. Diacon.

27. 9. 2. de sponsalibus.

Vicarij episcopi in corepi.

29. 2. si quis.

De his, qui irrationabiliter versantur.

dist. 92. si quis episcopus.

fisse conlitterit.

12 Eos qui ante baptismum sacrificauerunt, & postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinem promoueri, tanquam ab omni crimine lauari salutaris sanctificatione purgatos.

13 Vicarij episcoporum, quos Graeci Corepiscopus vocant, non licere vel presbyteros, vel diaconos ordinare: sed nec presbyteris ciuitatis, sine Episcopi praeepto, amplius aliquid imperare: nec sine auctoritate literarum eius in vnaquaque parochia aliquid agere.

14 De his qui in clero sunt presbyteri, vel diaconi, & abstinent a carnibus, hoc placuit statui, vt non eas tanquam immundas contemnant, sed contingant. A quibus quidem, qui se abstinere volunt, habeant potestatem: ita tamen, vt si quando cum oleribus coquantur, eadem tanquam carnibus polluta non iudicent, sed ex his cibum assumant, quamuis a carnibus se abstineant. Quod si intantum eas immundas & abominabiles iudicauerint, vt nec olera, quae cum carnibus coquantur aestiment comedenda, tanquam non consentientes huic regulae, cessare eos oportet & a ministerio & ordine suo. Si quis autem huius regulae motis non obediit, sed carnes, vt dictum est, immundas & abominandas existimauerit, cessare debet ab ordine suo.

15 Si qua de rebus ecclesiae, cum episcopus non est, presbyteri vendiderint, placuit rescisso contractu, ad ius ecclesiasticum reuocari. In iudicio autem erit episcopi, si constitutum precium debeat recipi, nec ne, propter quod saepe contingit distractarum rerum reditus ampliorem summam pro accepto precio reddi.

16 Quotquot ante vicelesimum aetatis suae annum tale crimen admiserint, quindecim annis in poenitentia peractis, orationi tantum incipiant comunicare, & quinquentium alterum in comunione orationis solius perdurantes, post vigesimum cum oblatione ad comunionem suscipiantur. Discutiatur autem & vita eorum, qualis fuerit tempore poenitentiae, & iuxta hanc humanitatem consequantur. Quod si quis perseuerantius abusus fuerit hoc crimine, hic prolixius tempus viginti annorum poenitentiam suscipiat. Qui vero exacta viginti annorum aetate, & uxores habentes in hoc crimen inciderunt, post viginti & quinque annos poenitentia acta, ad comunionem orationum admittantur, in qua comunione orationum altero quinquentium perdurantes, plenam comunionem cum oblatione recipiant. Quod si aliqui & uxores habentes, & excedentes quinquagesimum aetatis suae annum, in hoc prolapsi sunt scelere, ad exitum tantum vitae comunionem mercantur.

17 Hos eosdem sanè non solum leprosos crimine huiusmodi factos, sed & alios isto suo morbo replentes placuit inter eos orare, qui tempestate iactantur, qui a nobis energumini intelliguntur.

18 Si qui Episcopi suscepti non sunt a sua dioecesi, in qua fuerant denominati, compellantur ad eandem iudicis edicto redire. Quod si voluerint alias ecclesias occupare, & vim facere aliis episcopis, quos ibi inuenerint, seditiones excitando aduersus eos, hos segregari oportet. Quod si volunt in presbyterio in ecclesia, vbi prius fuerant, tanquam presbyteri residere, non repellantur a propria dignitate. Quod si etiam ibi seditiones concitare probantur Episcopis ibidem constitutis, segregari eos necesse est, & nihilominus presbyterij dignitate priuari.

19 Quotquot virginitatem pollicitam praeruaricati sunt, professione contempta, inter digamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debent. Virgines autem puellas, quae tanquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum confortio prohibemus.

20 Si quis adulterium commiserit, septem annis in poenitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

21 De mulieribus, quae fornicantur, & partus suos necant, sed & de his quae agunt secum, vt vtero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio est, vsque ad exitum vitae eas ab ecclesia remoueri. Humanius autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus tribuatur.

22 Qui voluntarie homicidium fecerint, ad poenitentiam quidem iugiter se submittant. Circa autem exitum vitae comunione digni habeantur. Eos vero, qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum poenitentiam comunioni sociavit secundum gradus constitutos. Haec vero humanior definitio quinquennij tempus tribuit.

23 Qui auguria, vel auspicia, siue somnia, vel diuinationes quaslibet, secundum morem gentilium obseruant, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, vt domos suas lustrent, confessi quinquennio poenitentiam agant, secundum antiquitatis constitutas regulas.

24 Si quis sponsam habens, sorori eius forsitan intulerit vitium, ei que inhæserit tanquam suae: hac autem decepta, postea uxorem duxerit desponsatam: illa vero quae vitium passa est, si forte necem sibi intulerit: omnes hi qui facti huius sunt conscij, decem annis in poenitentiam redigantur, secundum canones constitutos.

27. 9. 1. Quotquot virginitatem.

di. 50. Eos vero hic can. 22. in cod. graeco in duos est diuisus.

26. 9. 5. Qui diffi.

SECAPITVLA DVO ANCYRANI concilij, ex quodam libello sedecim librorum Patri alium desumpta, lib. 6. cap. 6. & 7.

Cap. 1. De illo, qui domino suo iubente, homicidium fecerit.



I quis liber (iubente domino suo) seruume ius occiderit. vt homicidium sponte commissum, poeniteat.

2. Vt episcopi de parochiis suis sortilegos & maleficos expellant.



T episcopi, eorumque ministri, omnibus viribus elaborare studeant, vt perniciosam, & a diabolo inuentam sortilegam & maleficam artem, penitus ex parochiis suis eradicent. Et si aliquem virum, aut feminam, huius commodi sceleris sectatorem inuenerint, turpiter deonestatum, de parochiis suis eiiciant. Ait enim Apostolus: Haereticum hominem post secundam & tertiam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est. Subuersi sunt, & a diabolo capti tenentur, qui derelicto creatore suo, a diabolo suffragia quaerunt. Et ideo a tali peste mundari debet sancta ecclesia. Illud etiam non est omitterendum, quod quaedam sceleratae mulieres, retro post satanam conuersae, daemonum illusionibus & phantasmatibus seductae, credunt se & profitetur nocturnis

26. 9. 1. 2. 3 & 4. et potissimum 9. 5. vbi expressè habetur hoc editum.

Titum. 3.

Malefica & sortilega mulier.

horis cum Diana paganorū dea, vel cum Herodia- de, & innumera multitudine mulierum equitare su- per quasdam bestias, & multa terrarum spacia intē- pestæ noctis spacio pertransire, eiusque iusionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad eius ser- uitium euocari. Sed vrinam hæ solæ in sua perfidia periissent, & nō multos secum in infidelitatis inter- ritum pertraxissent. Nam innumera multitudo, hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credit, & cre- dendo à recta fide deuiat, & in errorem paganorum reuoluitur, cum aliquid diuinitatis aut numinis ex- tra vnum Deum arbitratur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas, populo omni instantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnimodis esse falsa: & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phā- tasmata mentibus fidelium irrogari. Siquidem ipse

2. Cor. II.

satanas, qui transfiguratur se in Angelum lucis, cū mē- tem cuiusq; mulierculæ cæperit, & hanc sibi per in- fidelitatem subiugauerit, ilico transformatur se in di- uersarum personarum species atq; similitudines: & mentem quam captiuam tenet in somnis deludens, modò lata, modò tristitia, modò cognitas, modò in- cognitas personas ostendens, per deuia quæq; ducit. Et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hæc nō in animo, sed in corpore opinatur euenire. Quis enim nō in somnis, & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis verò tam stultus & hebes est, qui hæc omnia quæ in solo spiritu fiunt, etiã in cor- pore accidere arbitretur, cum Ezechiel propheta vi- siones Domini in spiritu, non in corpore vidit? Et Ioannes Apostolus Apocalypsis sacramentū in spi- ritu, non in corpore vidit & audiuit, sicut ipse dicit: Statim (inquit) fui in spiritu. Et Paulus non audeat di- cere se raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annuncian- dum est, quod qui talia & his similia credit, fidem perdit. Et qui fidem rectā in Domino non habet, hic nō est eius, sed illius in quem credit, id est, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt. Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliam creaturam in melius, aut in deterius mutari, aut transformari in aliam speciem vel similitudinem, nisi ab ipso creatore qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio in- fidelis est, & pagano deterior.

Ezech. in multis. ca. Apoc. I. c. 2. Cor. 12.

Ioan. I.

Et subscripserunt episcopi numero octodecim, qui in eodem concilio conuenerant.

NEOCÆSARIENSE CONCILIVM sub Eusebio vel Melciade celebratum.

Concilium hoc Neocæsariense posterius est Ancyrana synodo, non tamen multo tempore post illam celebratum. Vtrique enim interfuit quidam insignis vir Basilius nomine sub Licinio Casare martyrio coronatus teste Eusebio inronicis anno 320. Vtraque synodus tam Ancyrana quam hæc Neo- cæsariensis priores fuere Nicæno concilio. Idem tamen Episcopus Longinus nomine. Et Nicæna Synodo & Neocæsariensi interfuisse legitur. Vnde colligere licet has Synodos non longo temporis intervallo distitas. Plinius lib. 6. cap. 3. meminit ciuitatis Neocæsariensis meminisse & Ptolomæus in 1. tab. Asia quæ continet minorem Asiam in prouincia Cappadocia. Ad hæc synodum conuenerunt 17. episcopi à quibus editi sunt 14. canones quos sexta synodus Constantinopoli in Trullo, id est, Imperiali domo celebrata canone secundo approbavit.

TITVLI CANONVM NEOCÆSARIENSIS Concilij.

- 1 De presbyteris, quod uxores ducere non debeant.
2 De muliere, duobus fratribus nubere non licere.
3 De his qui multis nuptiis communicauerunt.
4 De concupiscentia non consummata.
5 De catechumenis peccantibus.
6 De pregnantibus baptizandis.
7 Presbyteros in secundis nuptiis non debere orare.
8 Vxoribus adulterarum virum clericum fieri non debere.
9 De presbyteris corporali peccato præoccupatis.
10 De diaconibus corporali peccato præoccupatis.
11 De presbytero minus triginta annorum minime ordinando.
12 De his qui in ægritudine sunt baptizati.
13 De presbyteris alterius regionis.
14 De diaconibus septem.

CANONES NEOCÆSARIENSIS Concilij.



Resbyter si uxorem duxerit, ab ordine suo illū deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abiici, & ad pœnitentiã inter laicos redigi. 2. Mulier, si duobus nupserit fratribus, abiiciatur vsque in diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet: ita tamen, vt si fortè sanitatem recuperauerit, matrimonio soluto, ad pœnitentiã admittatur. 3. De his qui frequenter uxores ducunt, & de his quæ sæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ his constitutum, manifestum est, sed cōuersatio & fides eorum tempus abbreviat. 4. Si quis concupita muliere, etiãsi concubitus eiusdem desiderium habet, non autem subsequatur effectus: manifestum est hūc fuisse per diuinam gratiam liberatum. 5. Catechumenus, id est, audiens, qui ingreditur in ecclesiam, & stat cum catechumenis, si peccare fuerit visus, figens genua, audiat verbum, vt se abstineat ab illo peccato quod fecit. Quod si in eo perdurat, abiici omnino debere. 6. De pregnantibus, quod oporteat eas baptizari, quando volunt. Nihil enim in hoc sacramento com- mune est parituræ, & illi qui de eiusvtero fuerit editus: quia vnus cuiusque in illa cōfessione libertas arbitrij declaratur. 7. Presbyterum conuiuio secundarum nuptiarū interesse non debere, maxime cum præcipiatur, secundis nuptiis pœnitentiã tribuere. Quis ergo erit presbyter, qui propter conuiuium illis consentiat nuptiis? 8. Si cuius uxorem adulterium commisisse, cum esset laicus, fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu iam constituto eo adulterauit, dato repudio, dimittere eam debeo. Si verò retinere eius consortiū velit, non potest suscepto ministerio perfrui. 9. Qui admiserit corporale peccatum, & hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccauerit, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis propter eius studij vtilitatē. Nam cætera peccata, censuerunt plurimi etiam

d. 18. Presbyter.

d. 14. Si quis.

d. 14. Si quis.

etiam

etiam ordinatione priuari. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifestè conuinci, huic ipsi de se potestas est committenda.

d. 78. Presbyter ante

d. 57. Si quis in.

d. 93. diaconi septem.

Art. 6.

10 Similiter & diaconus, si in eodem culpa genere fuerit inuolutus, sese à ministerio cohibebit.

11 Presbyter ante triginta annorum ætatem nō ordinetur, quamuis sit probabilis vite, sed obseruet vsque ad præfinitū tempus. Dominus enim trigesimo anno baptizatus est, & tunc prædicauit.

12 Si quis in ægritudine constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari nō debet. Nō enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est, nisi fortè postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.

13 Presbyteri, qui cōregionales sunt, in ecclesia presentibus episcopis, vel presbyteris ciuitatis, offerre nō possunt, nec dare panem sanctificatum, nec calicem porrigere. Quod si absentes sint ciuitatis sacerdotes & fuerint inuitati ad dandā orationē, soli debebunt dare. Vicarij autem episcoporum, quos Græci cor- episcopos vocant, constituti sunt quidem ad exemplum septuaginta seniorum, sed tanquā consecratos propter sollicitudinem & studium, quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.

14 Diaconi septem esse debent secundum regulam, quamuis non magna sit ciuitas. Regula autem auctoritas ista est, quod & liber Actuum Apostolorū insinuat. Hic canon abrogatus est à sexta synodo œcumenica. cap. 6.

\* In nostro codice canonum in membrana manu scripto expuncta negatione sic legitur. Quamuis magna sit ciuitas. Hūc eundem canonem Burch. citat lib. 2. ca. 219. nec interferit negationem, sic enim legit, licet & valde magna sit ciuitas.

CONCILIVM ELIBETINVM HISPANIA, circa Syluestri papa primi, & Nicæni concilij tempora. 19 episcoporum.

Hoc concilium celebratū circa tempora Syluestri, aut Melchiadis. Ciuitas hæc à Ptolomæo lib. 2. sua geographia ca. 4. Cuius titulus est Hispania, describitur & Plinius lib. 3. cap. 1. titulo de Europa, aut Eliberi quod Libertini. Nostro tempore hæc ciuitas vulgo vocatur granada, fertur eliberim antiquā non esse hanc eandem dictam granada, sed non longè distantem, dirutam olim bellorum iniuria, cuius vestigia & rudera adhuc ostenduntur, ad qua itur per portam ciuitatis Granatensis dictam vulgo & eluxato vocabulo Eluira, quasi di- cas illiberi, quia per eam itur ad illiberim antiquam.

Tituli capitulorum concilij Elibertini.

- 1 De his qui post baptismum idolis sacrificant.
2 De sacerdotibus gentium, qui post baptismū immolarunt.
3 De eisdem, si idolis tantum munus dederint.
4 De eisdem, si catechumeni adhuc immolant, quando baptizabuntur.
5 Si domina per zelum ancillam occiderit.
6 Si quicumque per malitiam hominem interfecerit.
7 De pœnitentibus mæchis, si rursus peccauerint.
8 De fæminis, quæ adulteros maritos relinquunt.
9 De fæminis, quæ relictis viris suis, aliis nubunt.
10 De relicta catechumeni, si alterum duxerit.
11 De relicta catechumeni, si grauiter egrotauerit.
12 De mulieribus quæ lenocinijs fecerint.
13 De virginibus Deo sacratis, si mæchata fuerint.
14

- 15 De coniugio eorum qui ex gentilitate veniunt.
16 De puellis fidelibus, ne infidelibus coniungantur.
17 De eis qui filios sacerdotibus gentilibus coniungunt.
18 De sacerdotibus, & ministris, si mæchati fuerint.
19 De clericis, negocia vel mundanas sectantibus.
20 De clericis, & laicis usurariis.
21 De his qui ad ecclesiam tardè accedunt.
22 De catholicis, in hæresim transeuntibus, si non reuertuntur.
23 De temporibus ieiuniorum.
24 De his qui peregre baptizantur, vt ad clerum non veniant.
25 De epistolis communicatoris confessorum.
26 De hoc, vt omni sabbatō ieiunetur.
27 De clericis, vt extraneā mulierē in domo non habeant.
28 De oblationibus eorum qui non communicant.
29 De energumentis, qualiter habeantur.
30 De his qui post lauacrum mæchati fuerint, vt nec subdiacones fiant.
31 De adolescentibus, qui post lauacrum mæchati fuerint.
32 De excommunicatis presbyteris, vt necessitate communionem dent.
33 De episcopis, & ministris, vt ab vxoribus abstineant.
34 Ne cerei in cæmeteris incendantur.
35 Ne fæmina in cæmeteris peruigilent.
36 Ne picturæ in ecclesia fiant.
37 De energumentis baptizandis.
38 Vt in necessitate & fideles baptizent.
39 Vt gentilibus manus imponatur.
40 Ne de hoc quod idolis datum est fideles accipiant.
41 Vt prohibeant Domini idola colere seruis.
42 De his qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur.
43 De celebratione Pentecostes.
44 De meretricibus paganis, si conuertuntur.
45 De catechumenis, qui ecclesiam non frequentant.
46 De fidelibus, si apostatauerint, quandiu pœniteant.
47 De eo qui uxorem habet, si sæpius mæchatur.
48 De baptizandis, vt nihil accipiant clerici.
49 De frugibus fidelium, ne à Iudæis benedicantur.
50 De Christianis qui cum Iudæis vescuntur.
51 De hæreticis, vt ad clerum non promoueantur.
52 De his qui in ecclesia libellos famulos ponunt.
53 De Episcopis, qui excommunicato alieno cōmunicant.
54 De parentibus qui fidem sponsaliorum frangunt.
55 De sacerdotibus gentilium, qui iam non sacrificant.
56 De magistratibus & dominantibus.
57 De his qui vestimenta ad ornandā pompam dederint.
58 De his qui communicatorias literas portant.
59 De fidelibus ne ad Capitolium causa sacrificadi ascendant.
60 De his qui destruentes idola, occiduntur.
61 De his qui duabus sororibus copulantur.
62 De auguribus & pantomimis, si conuertantur.
63 De vxoribus, quæ filios de adulteris necant.
64 De fæminis, quæ vsque ad mortem cum alienis viris adulterantur.
65 De adulteris vxoribus clericorum.
66 De his qui priuignas suas ducunt.
67 De coniugio catechumenæ fæminæ.
68 De catechumena adultera, quæ filium necat.
69 De viris coniugatis, postea in adulterium lapsis.
70 De fæminis, quæ conscis maritis adulterantur.
71 De stupratoribus puerorum.
72 De viduis mæchis, si eundem postea maritū duxerint.
73 De delatoribus.
74 De falsis testibus.
75 De his qui sacerdotem accusant, nec probant.

- 76 De diaconibus si ante honorem peccasse probentur.
- 77 De baptisatis, qui nondum confirmati, moriuntur.
- 78 De fidelibus coniugatis, si cum Iudæa, vel gentili, mæchati sint.
- 79 De his qui tabula ludunt.
- 80 De libertis.
- 81 De faminarum epistolis.

CAPITVLA CONCILII ELIBERTINI.



Placuit ut quicumque post fidelem baptismi salutaris, adulta ætate, ad templum idoli idololatraturus accesserit, & fecerit, quod est crimen capitale, nec in fine eum ad cõmunione[m] suscipere.

- 2 Flamines, qui post fidem lauacri & regenerationis sacrificauerint, eo quod geminauerint scelera accedente homicidio, vel triplicauerint facinus coherente mæchia, placuit eos nec in fine accipere cõmunione[m].
- 3 Item, flamines qui nõ immolauerunt, sed munus tantum dederunt, eo quod se à funestis abstinerunt sacrificiis, placuit in fine eis præstare cõmunione[m], acta tamen legitima pœnitentia. Item, ipsi si post pœnitentiam fuerint mæchati, placuit vltierus eis non esse dandam cõmunione[m], ne lusisse de Domini. ca cõmunione videantur.
- 4 Item, flamines, si fuerint catechumeni, & se à sacrificiis abstinerunt, post triennij tempora, placuit ad baptismum admitti debere.

*D. 50. Si qua femi.* Si qua fœmina, furore zeli accensa, flagellis verberauerit ancillã suam, ita vt intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit: si volũtate, post septem annos: si casu, per quinque annorum tẽpora acta legitima pœnitentia, ad cõmunione[m] placuit admitti. Quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat cõmunione[m].

- 5 Si quis vero maleficio interficiat alterũ, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in fine impartendam esse illi cõmunione[m].
- 7 Si quis fortẽ fidelis, post lapsum mæchiæ, post tẽpora cõstituta acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit eum nec in fine habere cõmunione[m].
- 8 Item, fœminæ, quæ nulla præcedente causa, reliquerunt viros suos, & alteris se copulauerunt, nec in fine accipiant cõmunione[m].

*32. 9. 8. Fi delis fami.* Item, fidelis fœmina quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat cõmunione[m], quàm is quem reliquit de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

- 10 Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lauacri admitti. Hoc & circa fœminas catechumenas erit obseruandum. Quod si fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui vxorem inculpata[m] reliquit, & cum cluerit illum ab vxore, quam sine causa reliquit, placuit huiusmodi in fine dari cõmunione[m].

*Italegitur in cod. meo* Quod si ducitur ab eo, qui inculpata[m] reliquit vxorem, & eum scierit habere vxorem, quam sine causa reliquit. Plã branaceo. cuit nec in fine huius, dari cõmunione[m].

- 11 Intra quinquennij autem tempora, catechumena si grauius fuerit infirmata, dandum ei baptismũ, placuit non denegari.

- 12 Mater, vel parentes, vel quilibet fidelis, si lenociniũ exercuerit, eo quod alienũ viderit corpũ, vel potius suũ, placuit eã nec in fine accipere cõmunione[m].
- 13 Virgines quæ se Deo dedicauerũt, si pactũ perdidẽrunt virginitatis, atq; eidem libidini seruerint, nõ intelligẽtes quid amiserint, placuit nec in fine dãdã eis esse cõmunione[m]. Quod si semetipsas pœnituerint, & infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tẽpore vitæ suæ huiusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abstinerint se à coitu, eo quod lapsæ potius videãtur, placuit eas in fine cõmunione[m] accipere debere.
- 14 Virgines, quæ virginitatẽ suam nõ custodierint, si eosdem, qui eas violauerũt, duxerint & tenuerint maritos, eo quod solas nuptias violauerint, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt. Vel, si alios cognouerint viros, eo quod mæchata sint, placuit per quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad cõmunione[m].
- 15 Propter copiam puellarum, gentilibus minimẽ in matrimoniũ dandæ sunt virgines Christianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio resoluatur anime. *2. Cr. 6*
- 16 Hæreticis, qui errant ab ecclesia catholica, nec ipsis catholicas dandas puellas, sed neq; Iudeis, neq; hæreticis dari placuit, eo quod nulla possit esse societas fidelis cum infideli. Si contra interdictũ fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet.
- 17 Si qui fortẽ sacerdotibus idolorũ filias suas iunxerint, placuit nec in fine eis dandam cõmunione[m].
- 18 Episcopi, presbyteri, diacones si in ministerio positi, detecti fuerint quod sint mæchati, placuit & propter scandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos cõmunione[m] accipere debere.
- 19 Episcopi, presbyteri, & diaconi de locis suis negociandi causa non discedant, nec circueuntes prouincias quæstuosas nundinas sectentur. Sanẽ, ad vitium sibi conquirendum, aut filium, aut libertũ, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant, & si voluerint negociari, intra prouinciam negociantur.
- 20 Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari, & abstinere. Si quis etiã laicus accepisse probatur vsuras, & promiserit correptus se iam cessaturum, nec vltierus exacturum, placet ei veniam tribui. Si verò in ea iniquitate durauerit, ab ecclesia sciat se esse proiciendum.
- 21 Si quis in ciuitate positus, tres Dominicas ecclesiam non accesserit, \* pauco tẽpore absteat, vt correptus esse videatur. *24. l. 1.*
- 22 Si quis de catholica ecclesia ad hæresim transiit fecerit rursusq; ad ecclesiam recurrerit, placuit huic pœnitentiam non esse denegandam, eo quod cognouerit peccatũ suum, qui etiam decem annis agat pœnitentiam, cui post decem annos præstari cõmunio debet. Si verò infantes fuerint transducti, quod nõ suo vitio peccauerint, incunãter recipi debẽt.
- 23 Ieiunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mesium Iulij & Augusti, ob eorundem infirmitatem.
- 24 Omnes, qui peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minimẽ sit cognita vita, placuit ad clerũ non esse promouendos in alienis prouinciis. *In d. 1. lib. 2.*
- 25 Omnis, qui attulerit literas confessorias, sublato nomine cõfessoris, eo quod sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, cõmunicatorũ etiã dãdã sunt literæ. *D. 98. Omnes qui in peregre.*
- 26 Errorẽ placuit corrigi, vt omni sabbati die ieiunium

- niam superpositionem celebremus.
- 27 Episcopos, vel quilibet clericus alius, aut sorore aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat, extraneam verò nequaquam secum habeat.
- 28 Episcopum, placuit ab eo qui communicat, munerera accipere non debere.
- 29 Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitur, huius nomẽ neque ad altare cum oblatione esse recitandum, neque permittendũ, vt sua manu in ecclesia ministret.
- 30 Subdiaconem eum ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerit mæchatus, eo quod postmodum per subreptionem ad altiorem gradum non sit promouendus. Si autem aliqui sunt in præteritũ ordinati, amoueantur.
- 31 Adolefcẽtes, qui post fidem lauacri salutaris, fuerint mæchati, cũ duxerint vxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad cõmunione[m] eos admitti debere.
- 32 Si quis graui lapsum in ruinã mortis incididerit, placuit agere pœnitentiam nõ debere, sine episcopi cõsultu, sed potius apud Episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est presbyterorum, aut diaconorum cõmunione[m] talibus præstare debere, nisi eis iusserit episcopus.
- 33 Placuit in totum prohibere episcopis, presbyteris, diaconibus, ac subdiaconibus positis in ministerio, abstinere se à coniugibus suis, & non generare filios. Quod quicumque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.
- 34 Cereos per diem placuit in cœmiterio non incendi. Inquietant enim sanctorum spiritus nõ sunt. Qui hæc non obseruauerint, arceantur ab ecclesiæ cõmunione.
- 35 Placuit prohiberi ne fœminæ in cœmiterio peruigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis scelera latenter committant. *Propter abusus prohibentur vigilia in cœmiteris quem admodum vigilia & pernoctationes in ecclesia, in ieiuniis, commutata sunt.*
- 36 Placuit picturas in ecclesia esse non debere, ne quod colitur, aut adoratur, in parietib; depinguatur. *Hic canon 36, tunc tẽporis forte propter aliquẽ errorẽ, qualis est anthropophormitarum existimantium Deum esse corporeum fuit expediens: postea tamen per septimam synodum œcumenicam imagines & picturæ approbatae sunt, & earũ veneratio: Aut habet rationem loci, quod non decenter seruato decoro in parietibus imagines depingebantur breui incrustationis lapsu accidere solet deformitas imagini, & efficitur ridicula potius, quàm veneranda.*
- 37 Eos qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint cõstituti, baptizari placet. Si verò fideles fuerint, dandã eis esse cõmunione[m]. Prohibendum etiã, ne lucernas publicẽ accendant. Si facere cõtrainterdictũ voluerint, absteat à cõmunione.
- 38 Peregrẽ nauigãtes, aut si ecclesia in proximo nõ fuerit, posse fidelem (qui lauacrum suum integrum habet, nec sit bigamus) baptizare, in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita vt si superuixerit, ad Episcopũ eum perducatur, vt per manus impositionem perfici possit.
- 39 Gentiles, si in infirmitate desiderauerint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manũ imponi, & fieri Christianos.
- 40 Placuit prohiberi vt cum rationes suas accipiunt possessores, quicquid ad idolum datum fuerit, acceptum nõ inferant. Si verò post interdictum fecerint,

- per quinquennij spacia temporis, à cõmunione esse arcendos.
- 41 Admonere placuit fideles, vt quãtũ possunt prohibeãt, ne idola in domibus suis habeãt. Si verò vim metuunt seruorũ, vel seipfos puos cõseruẽt: si nõ fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.
- 42 Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt (si bonæ fuerint conuersationis) intra biennium tẽporis, placuit ad baptismi gratiã admitti debere, nisi infirmitate cõpellente coegerit ratio, vel socio subuenire periclitanti, vel gratiam postulanti.
- 43 Prauam institutionem emendari placuit iuxta autoritatem scripturarum, vt cuncti diem Pentecostes celebremus. Quod qui non fecerit, quasi nouam hæresim induxisse notetur.
- 44 Meretrix quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem uenerit, incunãter placuit esse recipiendam.
- 45 Qui aliquãdo fuerit catechumenus per infinita tẽpora, & nunquã ad ecclesiã accesserit, si enim de clero quisquã agnouerit, voluisse esse Christianũ, aut testes aliqui extiterint fideles, placuit baptismũ ei nõ negari, eo quod in vetere homine deliquisse videatur.
- 46 Si quis fidelis apostata, per infinita tẽpora ad ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reuersus, nec fuerit idololatra, post decẽ annos, placuit eum cõmunione[m] accipere.
- 47 Si quis fidelis habens vxorẽ, non semel, sed sæpe fuerit mæchatus, in fine mortis est cõueniendus. Quod si se promiterit cessaturum, detur ei cõmunio. Si resuscitatus rursus fuerit mæchatus, placuit vltierus non edere eum de cõmunione pacis.
- 48 Emendari placuit, vt hi qui baptizantur (vt fieri solebat) nummos in concham non mittant, ne sacerdos quod gratis accepit, precio distrahere videatur. Neque pedes eorum lauãdi sunt à sacerdotibus, vel clericis. *1. q. 1. Emã dari placuit hi clerici ex pietatis prætextu quæsum facientes cõdenantur tamẽ tẽste Ambrosio libro de sacramentis eadẽ cõsuetudine inuãluerat in ecclesia mediolansis lauãdi pedes baptizandorũ.*
- 49 Admoneri placuit possessores, vt non patiãtur fructus suos, quos à Deo percipiunt, cum gratiarum actione à Iudæis benedici, ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionẽ. Si quis post interdictũ facere vsurpauerit, penitus ab ecclesia abiiciatur.
- 50 Si verò aliquis clericus, siue fidelis fuerit, qui cũ Iudæis cibum sumpserit, placuit eum à cõmunione abstinere, vt debeat emendari.
- 51 Ex omni hæresi, qui ad nos fidelis uenerit, minimẽ est ad clerũ promouendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur.
- 52 Si qui inuenti fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur. *5. q. 1. Si qui inuenti.*
- 53 Placuit cunctis, vt ab eo episcopo quis recipiat cõmunione[m], à quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si aliquis episcopus præsumperit eũ admittẽre, illo adhuc minimẽ sciẽte, vel cõsentiente, à quo fuerat cõmunione priuatus, sciat, se huiusmodi causas ite fratres esse cũ stat; sui periculo præstaturũ.
- 54 Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorũ, triennij tẽpore absteat se à cõmunione. Si tamen iidem sponsus, vel sponsa in illo graui crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si verò in eodem fuerint vitio, & poluerint se consentiendo, superior sententia seruetur.
- 55 Sacerdotes, qui tantũ sacrificantiũ coronã portant, nec sacrificãt, nec de suis sumptib; aliquid idolis præstãt, placuit post bienniũ accipere cõmunione[m].
- 56 Magistratum verò anno quo agit duumisatum, *Aa 4* prohibi.



prohibere placet vt se ab ecclesia cohibeat.

57 Matronæ vel carū mariti, vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam nō dent. Et si fecerint triennij tempore abstineant.

58 Placuit vbicunque, & maximè in eo loco, in quo primæ cathedræ constitutus est episcopus, vt interrogentur hi, qui cōmunicatorias literas tradunt, an omnia rectè habeant, & suo testimonio cōprobent.

59 Prohibendum ne quis Christianus, aut gentilis, ad idolum Capitolij sacrificandi causa ascendat & videat. Quod si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos, acta pœnitentia recipiatur.

60 Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, quia in Euangelio non est scriptum, neque inuenitur ab Apostolis vnquam factum, placuit in numerū eum non recipi martyrum.

61 Si quis post obitum vxoris suæ, sororem eius duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquennio à communionem placuit abstinere: nisi fortè, velocius dari pacem, necessitas coegerit infirmitatis.

62 Si augur, aut pantomimi credere voluerint, placuit vt prius artibus suis renuncient, & tūc demum suscipiantur, ita vt vltius non reuertantur. Quod si facere contra interdictum tentauerint, proiciantur ab ecclesia.

63 Si qua mulier per adulterium, absente marito, cōceperit, idque post facinus occiderit, placuit ei nec in fine dandam esse communionem, eo quod genuerit scelus.

64 Si qua mulier vsque in finem mortis suæ, cum alieno fuerit viro mœchata, placuit nec in fine dandam ei esse communionem. Si verò eum reliquerit, post decem annos recipi ad communionem, acta legitima pœnitentia.

65 Si cuius clerici vxor fuerit mœchata, & sciat eam maritus suus mœchari, & eam non statim proiecerit, nec in fine accipiat cōmunionem, ne ab his, qui exemplum bonæ conuersationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.

66 Si quis priuignam suam duxerit vxorē, eo quod sit incæstus, placuit nec in fine dandam esse ei communionem.

67 Prohibendum ne qua fidelis, vel catechumena, aut comicos, aut viros scenicos habeat: quæcunque hæc fecerit, à communionem arceatur.

68 Catechumena si per adulteriū conceperit, & cōceptū necauerit, placuit eam in fine baptizari.

69 Si quis fortè habens vxorem semel fuerit lapsus placuit eum quinquennio agere debere pœnitentiā, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas obseruandum.

70 Si confcio marito fuerit mœchata vxor, placuit nec in fine dandam ei esse communionem. Si verò eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, si eam, cum scierit adulteram, aliquo tempore in domo sua retinuit.

71 Stupratoribus puerorum nec in fine dandam esse communionem.

72 Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem postea habuerit maritum, post quinquennij tempus, acta legitima pœnitentia, placuit eam cōmunionem reconciliari. Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei esse cōmunionem. Vel si fuerit ille fidelis, quæ acceperit, cōmunionem non accipiat, nisi post decem

annos, acta legitima pœnitentia, nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

73 Delator si quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proscriptus vel interfectus, placuit eum nec in fine accipere cōmunionem. Si leuior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennij tempora admittatur ad baptismum.

74 Falsus testis, prout crimen est, abstinere, si tamen non fuerit mortis, quod obiecit. Et si probauerit, quod diu tacuerit, biennij tempore abstinere. Si autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit per quinquennium abstinere.

75 Si quis autem episcopum, presbyterum vel diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse cōmunionem.

76 Si quis diaconū se permiserit ordinari, & postea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiserit, si spōte fuerit cōfessus, placuit eū, acta legitima pœnitentiā, post triennij accipere cōmunionem. Quod si alius detexerit, post quinquennij, acta pœnitentia, accipere cōmunionem laicam debere.

77 Si quis diaconus regens plebē sine episcopo, vel presbytero, aliquos baptizauerit, episcopus eos per benedictionem perficere debet. Quod si antè de seculo recesserit, sub fide, qua quis crediderit, poterit esse iustus.

78 Si quis fidelis habēs vxorē, cū Iudæa vel gentili fuerit mœchatus, à communionem arceatur. Quod si alius eā detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentiā, poterit Dominicæ fociari cōmunionem.

79 Si quis fidelis alea, id est, tabula luserit, placuit eum abstinere. Et si emendatus cessauerit, post annū poterit communionem reconciliari.

80 Prohibendum est vt liberti quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum non prouehantur.

81 Ne fœminæ, suo potius quàm maritorum nominibus, laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel literas alicuius pacificas, ad suum solum nomen scriptas, accipiant.

### CAPITULA QUATTOR EIVSDEM concilij ex Gratiano, quæ non habentur in capitulis precedentibus.

Ante sacrā cōmunionem à propria vxore quisque cōtineat. 1 Omnis homo ante sacrā cōmunionem à propria vxore abstinere debet tres, aut quinque, aut septem dies. Nec inter catholicos cōnumerabitur, qui in istis temporibus, Pascha, Pentecoste, Natali Domini, non communicauerit.

Ante quatuordecim annos nullus iurare cogatur. 2 Pueri ante annos quatuordecim nō cogantur iurare. Puella quoque si in puerili ætate, in domo patris, illo nesciente, se iuramento constrinxerit, & si pater, statim vt audierit, contradixerit, vota eius & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

3 Si qua mulier in mortem mariti sui cum aliis cōfiliata sit, & ipse vir aliquem illorum, se defendendo, occiderit, & si probare potest ille vir, eam ream esse consilij: potest (vt nobis videtur) ipsam vxorem dimittere: & si voluerit, aliam ducere. Ipsa autem insidiatrix, pœnitentiæ subiecta, absque spe coniugij maneat.

4 Diffinitio incauta laudabiliter soluenda est. Nec est præuaricatio, sed temeritatis emendatio.

Et subscripserunt 19. episcopi, qui in eo concilio conuenerunt.

CONCILIUM ARELATENSE PRIMUM, habitum tempore Constantini Imperatoris, & Syluestri Papæ primi.

Arelate Gallia Narbonensis vrbs Inter Salies, Plinio lib. 3. cap. 4. Colonia Sextanorum dicta quod è sexta legione milites, coloni eo deducti sint. Eam iuxta Rhodanum sitam celeberrimoque emporio insignem scribit Strabo lib. 4. Antonini. In Itin. complures in diuersas Regiones ex ea vias describit. Vulgo Arle dicitur.

### ACTIVLI CAPITVLORVM CONCIlij Arelatensis.

- 1 Vt vno die & tempore Pascha celebretur.
- 2 Vt ubi quisque ordinatur, ibi permaneat.
- 3 Vt qui in pace arma proiciunt, excommunicentur.
- 4 Vt auriga, dum agitant, excommunicentur.
- 5 Vt qui in theatris conueniunt, excommunicentur.
- 6 Vt in infirmitate conuersi, manus impositionem accipiant.
- 7 De præsidibus, vt cum conscientia episcopi sui cōmunicent.
- 8 Vt ex hæresi conuersi, in trinitate baptiscentur.
- 9 Vt qui confessorum literas portant, alias accipiant.
- 10 Vt cuius vxor adulterauit: ipse aliam non accipiat.
- 11 Vt fœmina fideles, quæ gentilibus se iunxerunt, excommunicentur.
- 12 Vt clerici fœneratores excommunicentur.
- 13 Vt proditores fratrum, vel vasorum, seu scripturarum cum verberibus deponantur.
- 14 Vt falsi accusatores fratrum vsque ad exitum excommunicentur.
- 15 Vt leuita non offerant.
- 16 Vt pœnitentes ubi acceperint orationem, ibi communicent.
- 17 Vt nullus episcopus alium conculcet episcopum.
- 18 Vt diaconus nihil sine presbytero suo agat.
- 19 Vt presbyteri sine conscientia episcoporum suorum nihil faciant.
- 20 Vt peregrino episcopo locus sacrificandi detur.
- 21 Vt sine tribus episcopis nullus episcopus ordinetur.
- 22 Vt clericus alibi transiens, excommunicetur.
- 23 Vt apostata, qui tardius reuertuntur, nisi per dignā pœnitentiam non recipiantur.

### CAPITULA CONCILII ARELATENSIS PRIMI.

**D**omino & sanctissimo fratri Syluestro episcopo, Marinus, vel cætus episcoporum, qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi. Quæ decreuimus communi consilio, charitati tuæ significamus, vt omnes sciant, quid in futurum obseruare debeant.

- 1 De obseruatione Paschæ Domini, vt vno die & tempore per omnem orbem obseruetur, & iuxta cōsuetudinem literas ad omnes tu dirigas.
- 2 De his qui in quibuscunque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseuerent.
- 3 De his qui arma proiciunt in pace, placuit abstinere eos à communionem.
- 4 De agitatoribus, qui fideles sunt, placuit eos, quamdiu agitant, à communionem separari.
- 5 De theatricis, & ipsos placuit, quamdiu agunt, à communionem separari.

6 De his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere his manum imponi.

7 De præsidibus, qui fideles ad præsidatum impetu profluunt, ita placuit, vt cum promoti fuerint, literas accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen vt in quibuscunque locis gesserint ab episcopo eiusdem loci cura de illis agatur, vt cum cœperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum à communionem excludantur. Similiter & de his fiat qui rempublicam agere volunt.

8 De Arrianis, qui propria lege sua vtuntur, vt rebaptiscentur placuit. Si ad ecclesiam aliqui de hac hæresi venerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum. Et si peruiderint in patre & filio & spiritu sancto eos baptisatos, manus eis tantum imponatur, vt accipiant spiritum sanctum. Quod si interrogati, non responderint hanc trinitatem, baptiscentur.

9 De his qui confessorum literas afferunt, placuit vt sublatis eis literis, alias accipiant communicatorias.

10 De his qui coniuges suas in adulterio deprehēdūt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere, placuit vt in quantum potest concilium eis detur, ne viuentibus vxoribus suis, licet adulteris alias accipiant.

11 De puellis fidelibus, quæ gentilibus iunguntur, placuit vt aliquanto tempore à communionem separantur.

12 De ministris qui fœnerantur, placuit eos iuxta formam diuinitus datam, à communionem abstinere.

13 De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur vel vasa Dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis vt quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine clerici amoueatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi, & si in his qui ordinauerunt, ratio subsistit non tamen illis subsistat ordinatio quoniam multi sunt qui contra ecclesiasticā regulā pugnare videntur, & per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, qui omnino non admittantur, nisi (vt supra diximus) actis publicis docuerint omnino se suspicione carere.

14 De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos vsque ad exitum non communicare, sed falsum testem, iuxta scripturam, impunitum nō licere esse.

15 De diaconibus quos cognouimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

16 De his qui pro delicto suo à communionem separantur, ita placuit vt quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco communionem consequantur.

17 Vt nullus episcoporum alium episcopum conculcet.

18 De diaconibus vrbicis, vt non aliquid per se presumant, sed honor presbyteris referuetur.

19 Vt presbyteri, sine conscientia episcoporum, nihil faciant.

20 Vt peregrino episcopo locus sacrificandi detur.

21 De his qui vsurpant sibi, quod soli debeant episcopum ordinare, placuit vt nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septem episcopis. Si tamen non potuerint septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare.

22 De presbyteris, aut diaconibus qui solent dimittere loca sua, in quibus ordinati sunt, & ad alia loca te transferunt, placuit vt his locis ministrēt qui

detur magis consentaneis tales puniri tanquam desertores.

De cōs. dist. 4 de Arrianis.

Supra in con. Elibertino. Ca. 25.

14. q. 4. m. nisi qui fœnerant.

codex manuscriptor legit: verberibus multis.

Prover. 19:

Alias, in eisdem locis

In dec. Ino. lib. 3

bus præfixi sunt. Qui si relictis locis suis, ad alium locum se transferre voluerint, deponantur.

23 De his qui apostatant, & antequam se ad ecclesiam repræsentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea infirmitate correpti petunt communionem placuit eis non dandam communionem, nisi reualuerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ.

CONCILIUM GANGRENSE SVB tempore Syluestri Papæ Primi.

Gangra, ciuitas, est Paphlagonia in minori Asia, à Deo varo Castoris filio Iusto Imperio occupata, Hæc Strabo lib. 12. Plinius lib. 6. cap. 2.

TITVLI CAPITVLRVM GANGRENSIS Concilij.

- 1 De his qui nuptias execrantur.
2 De his qui abominantur eos qui carnibus vescuntur.
3 De seruis qui iugum famulatus abiiciunt: Christianitatis obtentu.
4 De presbyteris qui habuere coniugia.
5 De his qui ab ecclesia conuentus spernendos estimant.
6 De iis qui ecclesiastica ministeria præter ecclesiam faciunt.
7 De fructuum oblationibus, quæ ministris ecclesia conferuntur.
8 De his quæ in usus pauperum conferuntur.
9 De his qui in virginitate continentiaque persistunt.
10 De his qui pro virginitate superbiunt.
11 De his qui agapas, id est pastiones pauperum, risui deputant.
12 De his qui pallis vtuntur, & idcirco superbiunt.
13 De mulieribus quæ vtuntur virilibus indumentis.
14 De his qui velut peccatum copulam deserunt nuptiarum.
15 De his qui Christianitatis obtentu, despiciunt filios.
16 De his qui patres Christianitatis occasione contemnunt.
17 De mulieribus quæ se attendant Christianitatis obtentu.
18 De his qui Dominico die ieiunant, tanquam nihil præ cæteris differant.
19 De his qui ecclesiastica ieiunia absque necessitate dissolunt.
20 De his qui collectas quæ sunt in martyrum commemorationibus execrantur.

CAPITVLA GANGRENSIS Concilij.



I quis nuptias in accusationem duxerit, & mulierem fidelem ac religiosam, cum viro suo dormientem abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanquam non posse cõiugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

- 2 Si quis carnem manducantem ex fide, cum religione, præter sanguinem & idolo immolatũ, & suffocatum, crediderit condemnandum, tanquam spẽ non habentem, quod eas manducat, anathema sit.
3 Si quis seruum alienum, occasione religionis, doceat dominum suum debere cõtemnere, & eius ministerium destituere, ac potius non docuerit, eum suo domino bona fide & cum omni honorificentia deseruire, anathema sit.
4 Si quis discernit presbyterum coniugatum, tan-

quam occasione nuptiarum, quod offerre non debet, & ab eiº oblatione ideo se abstinere, anathema sit.

5 Si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere, & congregationes quæ in ea fiunt, anathema sit.

6 Si quis extra ecclesiam priuatim populos congregans, contemnat ecclesiasticas sanctiones, aliter que ea quæ sunt ecclesiæ voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretũ episcopi, ipsamque ecclesiam apud se, sine consilio episcopi, cum presbytero agat, anathema sit.

7 Si quis oblationes fructuum, vel primitias ecclesiæ debitas, voluerit extra ecclesiam accipere, aut dare præter conscientiam episcopi, vel huius cui huiusmodi officia commissa sunt, & non magis cum consilio eiusdem hæc agenda putauerit, anathema sit.

8 Si quis dederit, vel acceperit fructuũ oblationes præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, qui dat & qui accipit, anathema sit.

9 Si quis vel virginitatem, vel continentiam professus, tanquam abominabiles nuptias iudicat, & nõ propter hoc solum, quod continentia & virginitatis bonum, sanctum propositum est, anathema sit.

10 Si quis propter Deum virginitatem professus, in coniugio positos per arrogantiam vituperauerit, anathema sit.

11 Si quis contemnendos duxerit agapem facientes, & propter honorem Dei fratres ad se pauperes conuocantes, & noluerit communicare vocationibus eorum, tanquam nihili quod sit ducens, anathema sit.

12 Si quis virorum putauerit sancto proposito, id est, continentia conuenire, vt pallio vtatur, tanquam ex co iustitiam habiturus, & reprehendat vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris vtuntur, & alia veste communi quæ in vsu est, anathema sit.

13 Si qua mulier suo proposito vtile iudicans, vt virili veste vtatur, & ad hoc in viri habitum mutatur anathema sit.

14 Si qua mulier, derelicto viro, discedere voluerit, soluto vinculo coniugali, nuptias condemnando, anathema sit.

15 Si quis dereliquerit proprios suos, & non eos aluerit, & quod pietatis est, necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentia negligendos putauerit, anathema sit.

16 Si qui filij parentes, maxime fideles, deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustum iudicantes esse, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis venerentur, quod fideles sunt, anathema sit.

17 Quæcunque mulier religioni iudicans conuenire comam sibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius, & ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquam resoluens ius subiectionis, anathema sit.

18 Si quis, tanquam hoc continentia conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit, aut in eiusdem diei contemptum, anathema sit.

19 Si quis eorum qui in proposito sunt continentia, præter necessitatem corporalem, & superbiens, ieiunia communia totius ecclesiæ putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans ratione, anathema sit.

20 Si quis per superbiam, tanquam perfectum se existimans, conuentus qui per loca & basilicas sanctorum

torum martyrum fiunt, vel accusauerit, vel etiã oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas, anathema sit.

Hæc autem scripturam non abscondentes eos, qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctorum propositum continentia eligunt, sed eos qui suscipiunt habitum eius, & in superbiam efficiuntur aduersus eos, qui simplicius viuunt. Sed & hos condemnant qui se extollunt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & noua introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione, Deo acceptissimam dicimus, & renunciationem secularium negotiorum atque actuum, cum humilitate approbando laudamus, & nuptiarum vinculum, quod secundum castitatem secum perdurat, honoramus, & diuites cum iustitia & operibus bonis non abiicimus, & parsimoniam cum veste humili non reprobamus sicut etiam ornatum, præter corporis diligentiam, infucatum laudamus. Dissolutos autem & fractos, in vestibus incessus non recipimus, & domos Dei honoramus, & conuentus qui in his fiunt, tanquam sanctos & viles recipimus, pietatem in priuatis domibus non includentes, omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, & congregationem in ecclesia factam ad vtilitatem communem recipimus & bona opera quæ iuxta vires in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia quæ conueniunt traditionibus apostolicis, & sanctarum scripturarum præceptis, in ecclesia fieri exoptamus.


CONCILIUM ARELATENSE SECUNDUM, tempore Syluestri Papæ Primi.

TITVLI CAPITVLRVM CONCILIJ Arelatensis secundi.

- 1 De neophytis clericis non ordinandis.
2 Qualiter coniugati ad sacerdotium prouehantur.
3 Vt nullus clericus, aut diaconus in solatio suo extraneam habeat mulierem.
4 Vt nullus clericus in cellario vel in secreto intromittat puellam.
5 Vt episcopus quum ordinatur, cum consensu metropolitani, tres eum ordinent episcopi.
6 De episcopo, qui sine metropolitani consensu fuerit ordinatus.
7 De his qui seipos abscondunt.
8 De his qui excommunicatos alterius suscipiunt.
9 Vt nouatianum in communionem non suscipiantur.
10 De his qui in persecutione præuaricati sunt.
11 De his qui pœnis victi, sacrificare compulsi sunt.
12 De his qui in pœnitentia positi, vitam excesserunt.
13 Vt ne quis qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam.
14 Ne clericus vsuram accipiat.
15 Ne diaconus coram presbytero sedeat, vel eucharistiam tradat.
16 Vt Fotiniani & Paulianista baptisentur.
17 Vt heretici, qui in trinitate baptisati sunt, cum chrismate & manus impositione recipiantur.
18 metropolitani arbitrio synodus congregetur.
19 Vt nulli episcopo liceat a synodo deesse: vel ante peractam synodum discedere.

- 20 De aurigis & theatricis fidelibus.
21 Si post acceptam pœnitentiam quis nupserit.
22 Vt pœnitentia coniugatis ex consensu detur.
23 De sacerdotibus, qui idololatriam non euerterunt.
24 De accusatoribus fratrum.
25 De apostatis, si non reuertuntur.

CAPITVLA EIVSDEM Concilij.



Rdinari ad diaconus, vel sacerdotij officium, neophytum non debere.

- 2 Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in vinculo coniugij constitutum, nisi fuerit promissa conuersio, non oportet.
3 Si quis de clericis a gradu diaconatus, in solatio suo mulierem, præter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conuersam secum uxorem habere præsumperit, a communionem alienus habeatur. Par quoque & mulierem (si se separare noluerit) pœna percellat.
4 Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus, ad cellarij secretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillam.
5 Nullus episcopus sine metropolitani permisso, nec episcopus metropolitanus sine tribus episcopis comprouincialibus præsumat episcopum ordinare, ita vt alij comprouinciales epistolis admoneantur, vt se suo responso consensisse significant. Quod si inter partes aliqua nata fuerit dubitatio, maiori numero metropolitanus in electione consentiat.
6 Illud autem ante omnia clareat, eum qui sine cõscientia metropolitani constitutus fuerit episcopus iuxta magnam synodũ esse episcopum non debere.
7 Si quis se carnali vitio repugnare nescientes abscondunt, ad clerum peruenire non possunt.
8 Si quis excommunicatum alterius, siue leuicum, siue secularium recipere post interdictum præsumperit, nouerit se reum fraternitatis factum, causam in concilio redditurum.
9 Nouatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta pœnitentia incredulitatis, præteritum damnet errorem.
10 De his qui in persecutione præuaricati sunt, si voluntariẽ fidem negauerint, hoc de eis Nicæna synodus statuit, vt quinque annis inter catechumenos exigant, & duos inter discommunicantes, ita vt communionem inter pœnitentes non præsumant. In potestate tamen, vel arbitrio erit episcopi, vt si eos ex animo errorem deslere, & agere pœnitentiam viderit, ad communionem pro ecclesiastica humanitate suscipere.
11 Si qui verò dolore victi & pondere persequutionis negare & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter cathecumenos, triennio inter pœnitentes habeantur, a communionem suspensi.
12 De his qui in pœnitentia positi vitam excesserunt, placuit nullum communionem vacuum debere dimitti, sed pro eo quod honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur.
13 Nullus cuiuscunque ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non episcopus, quacunque occasione faciente, propriam relinquat ecclesiam, sed omnimodẽ aut excommunicetur, aut redire cogatur. Quod si aliquis commorationis tempore inuito episcopo

scopo suo, in aliena ecclesia habitas, ab episcopo loci clericus fuerit ordinatus, huiusmodi ordinatio irrita habeatur.

*Ex ca. 18.* 14 Si quis clericus pecuniam dederit ad usuram, aut conductor alienae rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exercuerit, depositus a clero, a communione alienus habeatur.

*Ex ca. 14. eiusdem.* 15 In secretario diaconos inter presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi praesente presbytero tradere non praesumant. Quod si fecerint, ab officio diaconatus abscedant.

*Ex ca. 19. eiusdem.* 16 Fotinianos, siue Paulianistas secundum Patrum statuta baptisari oportet.

17 Bonosiacos autem ex eodem errore venientes (quos sicut Arrianos baptisari in trinitate manifestum est) dum interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate & manus impositione in ecclesia recipi sufficit.

18 Ad Arelatensis episcopi arbitrium synodum congregandum (ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, praecipue Gallicanis, sub sancti Martini tempore legimus celebratum fuisse concilium atque conventum) si quis commonitus, infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat.

*di. 18. Si quis aut.* 19 Si quis autem adesse neglexerit, aut coetum fratrum, antequam dissolvatur concilium, crediderit deferendum, alienum se a fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

*Idem can. est 4. in 1. con. Arelat.* 20 De agitatoribus, siue theatricis qui fideles sunt placuit eos quoadiuvant, a communione separari.

*lat. Proba. b. est hos arigas fuisse agitatos curru quibus gladiator. certabant.* 21 Poenitentes quae defuncto viro aliis nubere praesumpserint, vel suspecta vel interdicta familiaritate se cum extraneo iunxerint, cum eodem ab ecclesiae liminibus arceantur. Hoc etiam de viro in poenitentia posito placuit observari,

*quod a co. prohibetur quibus videbatur batur habere duelli speciem vide Hilarionis vita.* 22 \* Poenitentiam coniugatis non nisi ex consensu dandam.

*\* 33. q. 4. Poenitentiam con. 10. q. 1. Eos qui. Ex hoc ca. claret, plures esse Ni.* 23 Si in alicuius presbyterio infideles, aut facultas accenderint, aut arbores, fontes, vel saxa venerentur si haec eruere neglexerit, sacrilegij se esse reum cognoscat. Dominus autem vel ordinator rei ipsius si admonitus emendare noluerit, communione priuetur.

24 † Eos qui falsa fratribus capitula obiecisse conuicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare (sicut magna synodus ante constituit) nisi digna satisfactione poenituerint.

25 Hi qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad seculum redeunt, & postmodum poenitentiae remedia non requirunt, sine poenitentia communione penitus non accipiant. Quos etiam iubeamus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille sit, post poenitentiam habitum secularem non praesumat. Quod si praesumpserit, ab ecclesia alienus habeatur.

*† 10. q. 1. Eos qui. Ex hoc ca. claret, plures esse Ni.*

*syn. consti. quam 20. cu ista no sit de illa rru nume. † Locus ob scurus. Ca. 4. eiusdem con.* 26 De his, quos clericatus ipsa vitae gratia suggesterit, si forte internupta & duplicata matrimonia inciderint, non ultra subdiaconatum ecclesiasticas capiunt dignitates. Quod si facti forsitan sunt, ab ecclesiastico remoueantur officio.

27 Professas viduas, si in conhibendam persistierint, cum raptoribus esse damnandas.

28 Secundum constitutionem synodi Valensis qui oblationem fidelium suppresserit, aut negauerit, ab ecclesia, cui fraudem fecit, excludatur.

29 Si quis episcopus suae sententiae non acquiescit synodi legibus audiendum.

30 Secundum instituta seniorum si a communione sacerdotali fuerit autoritate suspensus episcopus hunc non solum a clericorum, sed etiam a totius populi colloquio atque conuiuio placuit excludi, donec resipiscens ad sanitatem redire festinet.

31 Hi qui publicis inter se odiis exardescunt, ab ecclesiasticis conuentibus sunt remouendi, donec ad pacem recurrant.

32 Si expositus ante ecclesiam, cuiuscunque fuerit miseratione collectus, contestationis ponat epistolam. Et si is qui collectus est intra decem dies quasi tus, agnitusque non fuerit, securus habeat quae collegit. Sanè qui post praedictum tempus calumniator extiterit, ut homicida ecclesiastica districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit autoritas.

33 De puellis quae se vouerunt Deo, & praclari nominis decore floruerunt, si post viginti & quinque annos aetatis ad terrenas nuptias sponte transferunt id custodiendum esse decreuimus, ut cum his, cum quibus se obligauerint, communione priuentur, ita ut eis postulantibus, poenitentia non negetur, cuius poenitentiae communio multo tempore differatur.

34 Si quis famulorum cuiuslibet conditionis aut generis, quasi ad exacerbendam domini discretionem, se diabolico repletus furore percussit, ipse tantum sanguinis sui reus erit, neque ad dominum sceleris alieni inuidia pertinebit.

35 Placuit in ordinatione episcopi hunc ordinem custodiri, ut primo loco venialitate vel ambitione submota, ab episcopis nec nominentur, de quibus clerici, vel laici ciues erga vnum eligendi habeant potestatem.

36 Si quis secularium religionis se ad quemcumque sacerdotum crediderit conferendum, ipse sibi eum, quem erudiendi gratia suscepit, vindicabit.

37 Hoc etiam placuit custodiri, ut nihil contra magnam synodum metropolitani existiment vindicadum.

**CONCILIVM CARTHAGINENSE**  
primum, sub tempore Syluestri Papae primi, vel Marci Papae.

*Carthago Metropolis Aphrica pene in insula quadam iacens, capta semel & diruta, eodem ferme tempore quo & Corinthus Rursum a D. Cesare Instaurata est missis eo colonis quicumque vellet, & certis quibusdam militibus, Hac Strabo lib. 17. Huius meminit Plinius lib. 5. cap. 4. Ptolomaeus lib. 4. cap. 3. Antoninus autem varias in diuersis Regimes ex ea vias in suo itineraio describit.*

**TITVLI CAPITVLORV M CONCI**  
lij Carthaginensis primi.

- 1 *Vt baptismum in trinitate susceptum non iteretur.*
- 2 *De martyrum sepulchris, & honorificentia.*
- 3 *Vt clerici, & sanctimoniales feminae cum extraneis viris, vel feminis non habitent.*
- 4 *Vt cum viduis, vel aliis extraneis personis non commorentur.*
- 5 *Vt clerici, vel laici in alterius ecclesia non ordinentur.*
- 6 *Vt clerici actus secularium vel procuraciones non suscipiant.*
- 7 *Vt clerici, vel laici in ecclesia aliena non communicent sine literis sui episcopi.*

8 *Vt implicati negotiis alienis, ante redditam rationem clerici non ordinentur.*

9 *Vt laici clericos actores, vel ratiocinatores sibi non constituant.*

10 *Ne episcopus alterius episcopi plebes, vel fines usurpet.*

11 *De clericis contumacibus, & de numero iudicantium presbyterorum & diaconorum.*

12 *Vt pacta inter episcopos inita custodiantur.*

13 *Vt non liceat clericis faenerari.*

14 *Vt laici contemptores canonum excommunicentur, clerici vero honore priuentur.*

**CONCILII CARTHAGINENSIS**  
primi exordium.



Quum Gratus episcopus Carthaginensis in concilio vna cum collegis suis consedisset, & qui ex diuersis prouinciis Aphricanis ad Carthaginem conuenerant.

*Hic recensentur aliquot ex ijs.*

Et ceteris, quorum manus continentur, idem Gratus episcopus dixit: Gratias Deo omnipotenti, & Christo Iesu, qui dedit malis schismatibus finem & respexit ecclesiam suam, ut in eius gremium erigeret vniuersa membra dispersa, qui imperauit religiosissimo Constantino Imperatori, ut votum gereret vnitatis, & mitteret ministros sancti operis famulos Dei Paulum & Macarium. Dei ergo nutu congregati ad vnitatem, ut per diuersas prouincias concilia celebremus, & vniuersae prouinciae Aphricae hodierna die concilium, gratia Dei, Carthaginem veniret, considerantibus vobis cum mea mediocritate, tractentur tituli necessarii, de quibus necesse est, nos memores praecceptorum diuinorum, & magisterij diuinarum scripturarum, contemplantes vnitatis tempus, id est, de singulis definire, quod nec Carthago vigorem legis infringat, nec tamen tempore vnitatis, aliquid durissimum statuamus.

Ergo, si vobis placet, consideremus primum titulum rebaptisationis. Vnde sanctitatem vestram postulo, ut mentis vestrae placita producat ad descendendum in aquam, & interrogatum in trinitate secundum euangelij fidem & Apostolorum doctrinam, & confessum bonam conscientiam in Deum, de resurrectione Iesu Christi, si liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum intingi. Vniuersi episcopi dixerunt: Absit, absit. Illicitas esse sancti rebaptisationes, & satis esse alienum a syncretas fide, & catholica disciplina. Gratus episcopus dixit: Magna beatitudo a Deo patre, per dominum Christum concessa est tempore nostro, ut liceat religiosis mentibus insinuare ecclesiasticam disciplinam, ut auditores percipientes regulam rectam, & Deo placentem, praemia multorum bonorum percipiant, ut in ipsis Deus in omnibus & pro omnibus honoretur. Discussus est titulus necessarius rebaptisationis, in quo plus schismatis rabies delitescerat, & habita moderatione, legis vigore & autoritate fides custodita est. Illud sane sapientissimis vestris sensibus insinuare contendo, licet vestra prudentia sit instructa a Deo, & mereatur in pace & vnitatem consequi desuper munera larga, tamen & ego vnus ex vobis, & qui parem vobiscum sollicitudinem gero, propter ecclesiasticum ordinem illud insinuare curabo.

2 Martyrum dignitatem nemo profanus infametur neque ad passiva corpora, quae sepultura tantum propter misericordiam ecclesiasticam commendari mandatum est, redigat, ut aut infamia praecipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alia ratione peccati disinctos, non ratione vel tempore competentem, quo martyria celebrentur, martyrum nomine appellet. At si quis ad iniuriam martyrum claritati eorum adiungat infamiam, placet eos, si laici sint, ad poenitentiam redigi. Si autem sunt clerici, post commonitionem, & post cognitionem honore priuari. Vniuersi dixerunt: Recte statuit sanctitas vestra. Hoc & singulis conciliis statutum est.

3 Gratus episcopus dixit: Et illud praecipue, si videtur vestrae dilectioni, cauendum est, ut pastoris cura quantum debet & potest regularis prouidentia praemoneat, ut nullis liceat ab effectu abstinentibus carnali apud extraneas pariter commorari. Occasiones enim amputandae sunt peccatorum, & tollendae omnes suspiciones quibus subtilitas diaboli sub praetextu charitatis & dilectionis incautas animas vel ignaras irretire consuevit. Nullus igitur nullaque sanctimoniam & virginitati deseruiens, propter blasphemiam ecclesiae, si vobis placet in vna domo cum extraneis penitus commorari debent. Vniuersi dixerunt: Qui nolunt nubere & pudicitiam meliorem eligunt partem, haec vitare debent. Et non solum habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum. Hoc ergo & lex iubet, & sanctitas vestra commendat, ut in singulis conciliis statutum est. Gratus episcopus dixit: Ergo persuasio interdum prudentes solet arcere a peccatis, dum imprudentes debet metu huiusmodi constringere, si sanum concilium respuunt, & salutare mandatum. Si ergo laici sunt, post commonitionem si contempserint, a communione separentur. Vniuersi dixerunt: Placet.

4 Gratus episcopus dixit: Er si infinita sunt quae lege praescripta proficientia sunt disciplinae, & uniusquisque nostrum tractatu assiduo & commonitione frequenti per singulas quasque species, proficientes ad disciplinam poterit populos inuitare, tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt a nobis, & in concilio statuenda. Si videtur vobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur, & nulla secum germanitate coniuncti sunt. Vniuersi dixerunt: Iuxta viduos & viduas eadem lex maneat & sententia.

5 Priuatus episcopus Vegesilitanus dixit: Suggesto sanctitati vestrae ut statuatis, non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut cum ordinet sine conscientia eius episcopi, de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit: Haec obseruantia pacem custodit. Nam & memini, in sanctissimo concilio Sardicensi statutum, ut nemo alterius plebis hominem usurpet. Sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, & per consensum habeat.

6 Nicasius episcopus Culusitanus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestrae, & displicere vobis, ut qui seruiunt Deo, & annexi sunt clero, non accedant ad actus, seu administrationem, vel procuracionem domorum. Gratus episcopus dixit: Et Apostolorum statuta sunt, quae dicunt: Nemo in litans Deo ingerit se negotiis secularibus. Proinde, aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores

*In con. Arelat. 2. ca. 3. Et in Nica. ca. 3. & in Eli. ca. 25.*

*Ca. 16. 18. 19.*

*21. q. 3. Credo.*

*In Ca. A. post. Cap. 7. 2. Ti. 2.*



ROMANA SYNODVS III

res sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt: Hoc obseruemus.

al. passim

de 4. mag. gnus epis.

7 Casianus Vulsensis episcopus dixit: Statuat grauitas vestra, vt vnusquisque clericus, vel laicus non communicet in aliena plebe, sine literis episcopi sui Gratus episcopus dixit: Nisi hoc obseruatum fuerit communio fiet † passua. Nam si cum literis receptus fuerit, & concordia inter episcopos seruetur, & nemo subtilis, alterius fugiens communionem, ad alterum latenter accedit. Vniuersi dixerunt: Omnibus prouides, & clero & laicis consulis.

8 Magnus episcopus Astiagensis dixit: Quid dilectioni vestrae videretur? Procuratores, & actores, etiam per se tuores pupillorum, si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: Si post deposita vniuersa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint probati, in omnibus debent & cum laude cleri, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum, ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt: Rectè omnia statuit sanctitas tua. Ideoque ita est & nostra ista quoque sententia.

9 Metus Gaunensis episcopus dixit: Rectè statutum est, vt obnoxij alienis negotiis non ordinentur. Tamen dimissi, & gratias referre debent, & à clericorum iniuria temperare. Et ipsis non liceat, clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus episcopus dixit: Nulli dubium est, quòd omnes vel domini, vel procuratores, vel quicumque præsunt, cum audierint saluberrima instituta concilij, & sibi esse consultum, nec impeditum, propriam debent temperare iniuriam in clericis nostris. Quòd si iniuria constitutionis imperatoriae clericos inquit etandos putauerint, si defensio ecclesiastica non nos deridet, pudor publicus vindicabitur. Vniuersi dixerunt: Saluberrimæ professiones debuerunt à tanto concedi concilio.

10 Felix episcopus Baianensis dixit: Nullus debet collegæ suo facere iniuriam. Multi enim transcendunt sua, & vsurpant aliena, ipsis inuitis. Gratus episcopus dixit: Auaritiæ cupiditatem, radicem omnium malorum esse, nemo est qui dubitet. Proinde inhibendum est, ne quis alienos fines vsurpet, aut transcedat episcopum collegam suum, aut vsurpet alterius plebes sine eius petitu, quia inde cetera mala omnia generantur. Vniuersi dixerunt: Placet, placet.

1. Tim. 6.

11 Elpidophorus Cuzitanus episcopus dixit: Statuat sanctitas vestra vt clerici qui superbi vel contumaces sunt, coerceantur, vt qui minores maioribus irrogauerint iniurias, metum habeant. Gratus episcopus dixit: Manifestum est illum non esse Dei, qui humilitatem contemnit: sed diaboli, qui superbiam inuentor & princeps est. Vnde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, vel aliquam causam habuerit, à tribus vicinis episcopis, si diaconus est, arguatur: si presbyter, à sex: si episcopus, à duodecim sacerdotibus audiatur. Vniuersi dixerunt episcopi: Contemptus debet contumaciæ & superbiam in omnibus frangi, causa verò pro personis à statuto numero audiatur.

Job. 41.

15. 9. 7. si quis tumi.

12 Antigonus episcopus Madurensis dixit: Graue iniuriam patior, & credo dolere sanctitatem vestram contumeliam meam, & computare communionem iniuriam. Optantius, quum se repræsenteret, pactum mecum habuit, & diuisimus plebes. Manuscriptiones nostræ tenentur epittacia. Contra hoc pactum

circuit plebes mihi attributas, & vsurpat populos, vt illum patrem, me viticum nominent. Gratus episcopus dixit: Factum hoc dolendum est, vt in se illicitat populorum imperitorum animas contra disciplinam, contra euangelicam traditionem, contra pacis placita. Nam si sibi id posse contingere arbitraretur, nunquam profectò in fratrem aliquis deliquisset. Vnde aut inita pacta suam obrineant firmitatè, aut conuentus: si se non cohibuerit, ecclesiasticam sentiat disciplinam. Vniuersi dixerunt: Pax seruetur, pacta custodiantur.

13 Abundantius episcopus A drumetinus dixit: In nostro concilio statutum est, vt non liceat clericis fœnerari. Quod si & sanctitati tuæ, & huic concilio videatur, præsenti placito designetur. Gratus episcopus dixit: Nouellæ suggestiones, quæ vel obscuræ sunt, vel sub genere latent, inspectæ à nobis formam accipient. Cæterum de quibus apertissimè diuina scriptura sanxit, non differenda sententia est, sed potius exequenda. Proinde, quod in laicis reprehenditur, id multo magis clericis oportet prædamnari. Vniuersi dixerunt: Nemo contra prophetas, nemo contra euangelia facit sine periculo.

14 Gratus episcopus dixit: Iuxta statuta concilij & meæ mediocritatis sententiam, placet facere rerum omnium conclusionem. Vniuersi tituli designati & digesti teneant sententias suas. Sanè credo vos retinere multis conciliis à Patribus nostris & traditionem temerariam esse damnatam, & rebaptisationis impietatem esse puniendam, quas res etiam nostro concilio credo iam ter terminum accepisse. Reliqua verò quæ vel facta, vel dicta superius comprehensa sunt, vel aliis conciliis conscripta, quæ secundum legem inueniuntur, custodire nos oportet. Si quis verò statuta supergressus corruperit, vel pro nihilo habenda putauerit, si laicus est, cõmunionem: si clericus est, honore priuetur. Vniuersi dixerunt: Placet, placet. Gratus episcopus dixit: Superest, iam vt placita omnium nostrorum, quæ ad consensum vestrum sunt scripta, vestra quoque subscriptione firmetis. Vniuersi dixerunt: Et consensisse nos, concilij huius scripta testantur, & subscriptione nostrâ cõsensu declarabitur noster. Et subscripserunt.

ROMANA SYNODVS TERTIA  
habita à Iulio Papa Primo, & reliquis orthodoxis episcopis.



**I**N nomine Domini Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, imperantibus quoque Constantio & Constante Augustis, anno quarto, sub die 19. Calendarum Octobrium, indictione sexta, præsidente sancto ac beatissimo Iulio Papa sedis apostolicæ Romæ, propositis sacro sanctis & venerabilibus euangelij, in ecclesia Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, quæ vocatur Constantiniana, residentibus etiam viris venerabilibus pariterque cū eo audientibus Benedicto Aquileiensi episcopo, Rufo Carthaginensi episcopo, Agapito Rauennatis ecclesiæ episcopo, Iulio Mediolanensi episcopo, Luciano Maurianensi, & reliquis cum eis centum sexdecim episcopis. Iulius prædictus sanctissimus episcopus vrbis Romæ dixit sanctæ Dei & apostolicæ synodo, & Dei voluntate & gratia, indiuisa cõmunionem sancti spiritus in hac consonan-

ter & vnanimiter congregatæ, in antiqua alma vrbe Roma, ad confirmationem sacram & correctionem fidei nostræ, & Christianorum immaculatæ disciplinæ. Vt nostis, beatissimi fratres, necesse est cogitare & consonanter omnes nos docere, secundum naturam Dei summi, & patris sapientiam, Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, omnem desideratam humanam diuinamque in eo, attestante veritatis voce, naturam quoniam qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est: qui autem negauerit me, & verba mea, negabo eum & ego coram patre meo, qui in cœlis est. Vnde oportet, vt primò fidem trecentorū decem & octo Patrum, in Nicæna synodo corroboratam ponamus, & postmodum quæ necessaria sunt, si deliter tractemus. Cui ab omnibus vna voce responsum est: Ad hoc conuenimus, vt hoc primum secundum Dei voluntatem faciamus, & à fundamento Christi Iesu incipiamus, & denuò pro fratrum oppressione tractantes laboremus, quia dum illi tam grauitè affliguntur, nos nec respirare nec quiescere possumus: quia dum membra vexantur, corpus reliquum pacem aut quietem minime habere poterit. Hæc est enim fides in Nicæna generali tractata synodo.

Mat. 10. d.

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem omnium visibilium inuisibiliumque factorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre vnigenitum, hoc est substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, consubstantiali patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, est passus. Et resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, & venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritu sanctum, Dicentes autem, erat, quando non erat aut non erat, antequam fieret, aut quia ex non existentibus factus est, aut ex altera substantia vel essentia dicentes esse, aut creatum, aut conuertibilem filium Dei, hos tales anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Hanc fidem venerabilè trecenti decem & octo & agnouerunt, & corroborauerunt, cõsonantesque & vnanimis scriptis explanauerunt. Nam Dominus noster mittens ad prædicandum discipulos suos, ait: Euntes, docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. De quibus & affirmamus ita habere, & ita sapere, sed etiam dudum sic habuisse, & ita sapuisse, & vsque ad mortem pro hac stare fide, anathematizantes omnem sine Deo hæresim. Hæc omnia ex corde & anima nos sapuisse ex quo nouimus nosmetipsos, & nunc sapere & dicere coram omnipotente Deo & Domino nostro Iesu Christo cum veritate testamur. His enim ita prælibatis, ingenita patris natura extranea est: sed prædicandum est esse consubstantiali patri filium, eo quòd nullam æqualitatem ad creaturas factas Dei filius habeat, sed soli patri genitori per omnem modum sit similis, & non sit ex alia qualibet substantia vel essentia, sed ex patris. Ante omnia siquidem exquisita sunt impia & iniqua, & sine Deo dogmata Arij, & consentientium ei, sub præsentique omnium decreto complacuit anathematizari impiam eius sectam, & iniqua atque sine Deo verba, simul & nomina quibus utebatur, filio Dei blasphemans & dicens, ex

Mat. 28. d.

non extantibus esse, & iterum, fuit aliquando quando non fuit. Quomodo enim fuit, aut quando iterum non fuit? Et pro libero arbitrio malitiæ atque virtutis capabilem filium Dei dicentes, & creaturam nominantes eum, atque facturam. Hæc ergo omnia facta & anilia & blasphema anathematizauit sanctum & vniuersale Concilium, & nec vsque ad auditum impia secta, atque tumoris huius, aut intellectum iniquorum sensum accommodauit. Ea quidem quæ de illo gesta sunt, qualem terminum habuerunt, omnia iam audistis, & audietis, ne nos forte videamur viro obloqui propter delictum suum impropria digna portanti. Eos enim, qui diuidunt à paterna substantia & diuinitate, & alienant verbum à patre, diuidi ab ecclesia catholica conuenit, & esse alienos à nomine Christiano. Sint igitur nobis & omnibus anathema, eo quòd verbum veritatis videantur esse cauponati. Apostolicum nanque præceptum est: Si quis vobis annunciauerit, præter quod accepistis, anathema sit. His ergo nullum communicare denūciante. Nulla est enim communio luci ad tenebras. Hos pellite procul ab omnibus. Nulla enim concordia Christi ad Belial. Seruate vos, fratres charissimi, vt neque scribatis eis, neque eorum scripta suscipiatis. Studete simul & vos, fratres charissimi & comministri, tanquam spiritu præsentis nostro concilio consentire, atque subscriptione vestra decernere, vt ab omnibus vbique comministris nostris consonantia vna seruetur. Abdicamus autem illos, & extra terminos catholicæ ecclesiæ abiicimus, qui non affirmant, quod Deus est Christus: sed aiunt, Verus Deus non est, quia filius est: sed verus filius non est, ne genitus sit simul & ingenuus. Sic enim se intelligere natum profitentur, quia sic dixerunt: Quod natum est factum est. Et quia quum Christus ante secula sit, derunt ei principium atque finem, sed habet ante secula. Oremus simul & pro nobis omnibus, & reliquis oppressis fratribus, vt ipsi eruantur illa su, & seruentur immaculati, vt quæ bene placuerunt, firma permaneant per Dominum nostrum Iesum Christum secundum bonam voluntatem facta, sicuti credimus Dei, & patris in spiritu sancto, cui est gloria in secula seculorum. Amen. Trinitas consubstantialis æterna est. Data Calendis Nouembris, Feliciano & Maximiano vitis clarissimis Consulibus.

Galat. 1. b  
2. Corin. 6

AGRIIPPINENSIS  
seu Colonienfis, tempore Iulij Papa  
primi celebrata.

Agrippina (qua vulgo etiam Colonia dicitur.) Belgica est ciuitas Rheno adiacens. Vide Ptolomæum lib. 2. cap. 9. Vulgo Colongne.



**P**ost consulatū Amantij & Albinij quarto Idus Maias. quum confedisent episcopi in Agrippinensium ciuitate, id est, Maximinus Treuerorum, &c. Hic recensentur qui huic synodo interfuerunt. Quumque recitata fuisset epistola plebis Agrippinensium, sed & omnium castrorum Germaniæ secundæ, de nomine Eufrata, qui Christum Deum negauit, Maximinus episcopus dixit: Quia Dei voluntas patris nostri Iesu Christi voluit nos iuxta postulatam fratrum ad hos Agrippinensium oppidum conuenire, propter perditum & blasphemum Eufratam quem

quem omnis mundus iam ore Domini cognouit esse damnatum, qui in spiritum sanctum eatenus blasphemauit, quod Christum negat, hanc mediocritas mea sententiam fert, sicut Dei & Domini nostri saluatoris ore prolata est dicentis: Omnia peccata & blasphemia remittuntur hominibus: qui autem blasphemauerit spiritum sanctum, non remittetur, ei, neque hic, neque in futuro, sed reus erit aeterno iudicio. Ideo episcopum eum manifestum esse non posse.

Valentinus episcopus dixit: Quia Eufрата Christum Deum negat, consentio eum episcopum esse non posse, qui nec laicam debet communionem accipere.

Donationus episcopus dixit: In pace negauit Christum Deum, & ideo constat Eufratam non esse catholicum.

Seuerinus episcopus dixit: Quum constet Eufratam subscriptione fratrum plurimorum in spiritum sanctum blasphemasse, negando Deum Christum, & ego consentio eundem iuxta euangelica precepta iure ab episcopatu esse deiectum.

Opatianus episcopus dixit: Et ego sentio Eufratam in episcopatu permanere non posse, qui in spiritum sanctum blasphemauit, negando Christum Deum.

Telsis episcopus dixit: Non solum epistolis omnium ecclesiarum, qui audierunt Eufratam negare Deum Christum, sed quod ego ipse auribus meis audiui, sub praesentia Martini cōsenioris nostri & Martij presbyteri, & Quentini presbyteri, & Victoris diaconi, ideo consensu illum iure esse depositum.

Victor episcopus dixit: Quoniam palam factum est & probatum, Eufratam immemorem sacramenti caelestis blasphemasse in spiritum sanctum, negando Christum Deum Dei filium, & multis criminibus coarguitur, quod episcopum nullo modo decet consentio eum esse depositum.

Valerianus episcopus dixit: Etsi non omnes conuenientes me apud Agrippinam Dei voluntate, qui sumus adunati, conuenissemus, sufficerat à quinque episcopis Eufratam blasphemum, quia Christum Deum negat pro meritis suis sententiam, eodem iure esse depositum. Nunc autem in praesenti maiora cognouimus, multorum etiam laicorum subscriptione manifestum est, quia primordiale Dominum & Deum nostrum negat quum per uniuersos prophetas manifestetur illum ante mundi constitutionem fuisse cum Deo patre omnipotente, & quia omnes cecinerunt illum venturum, & pati pro totius mundi salute, sicut ipse compleuit. Quapropter Eufratam falsus doctor, qui nudum tantum hominem asserit Christum, recte omnium confacerdotum voce damnatus est. Ideo consentio, ut si quis epistolas ipsius per catholicam ecclesiam attulerit, communionem priuatur, eundemque censeo iuste esse depositum.

Simplicius episcopus dixit: Esse episcopum non posse Eufratam consentio, quia Christum Deum negat.

Amandus episcopus dixit: Si quidem in praesenti, quando Eufrata à quinque episcopis sententiam accepit, me inter ipsos fateor esse consentaneum, qui epistolis meis ad eundem deponendum consensu, secundum falsam doctrinam ipsius, qui Christum Dominum Deum negat, merito in ipsum sententiam collatam esse constat, ad cuius dominationem consentio.

Iustinianus episcopus dixit: Exempla clericorum Agrippinensium, necnon & fratrum per singula castra constitutorum, quorum epistolae & subscriptiones tenentur, cognouimus Eufratam esse blasphemum, qui Christum saluatorem Dominum nostrum Deum esse negat: quapropter & ego consentio illum ab ecclesia catholica esse damnatum.

Eulogius episcopus dixit: Diabolus, qui ab initio fuit, qui periit primus, & ceteros prodidit, ipse hodie in Eufrata persistit. Nam & idem multos secum trahendo decepit, qui tamen meminisse debuerat Apostolum praedicasse, qui ait: Etsi angelus descenderit de caelo, & vobis aliter praedicauerit, quam vobis est praedicatum, anathema sit. Quare Eufrata falsus doctor, legisque subuersor, merito omnium episcoporum sententia damnatus est, qui benedictum Dominum & saluatorem nostrum, authorem lucis & vitae, Iesum Christum Deum negare ausus est. Et ideo pusillitatis meae consensu, ut meretur, damnatione percussus est.

Seruatus episcopus dixit: Quid fecerit, quid docuerit Eufrata pseudoepiscopus, non opinione, sed veritate cognoui, pro finitimi loci coniuncta ciuitate, cuique publice & domesticè obstiti sepe, cum ille Christum Deum negaret, audiente Athanasio episcopo Alexandriae, & presbyteris & diaconibus plurimis, & idcirco censeo Christianis episcopum eum esse non posse, quia Deum Christum sacrilega voce negauit: neque illum Christianum esse iudicandum qui eiusdem confinitimus fuerit inuentus.

Discolius episcopus dixit: Qui Christum Deum negat, in ecclesia non potest permanere, dicente Domino nostro Christo: Qui me negauerit coram hominibus, & ego negabo eum coram patre meo, qui in caelis est. Et ideo Eufratam inter ceteros fratres meos arbitror & rectissime censeo esse episcopum non permitti. Item ex epistola Diapeti episcopi Aurelianorum: Inter omnium voces Eufratam damnationi tradatur atque puniatur, qui Christum negat esse filium Dei, cuius falsa machinatio multis innocentibus attulit prauitatem: sed necesse est, ut ipse terator qui tantum molitus est scelus, caelesti plaga feriat.

CONCILIUM ANTIOCHENVM

sub Iulio Papa Primo.

Antiochia vrbs in Syria, Metropolis Epiphaniae, quam Orontes fluminis interfuit, vna ex quatuor insignibus ciuitatibus quas in Syria fuisse strabo lib. 16 asserit, vnde etiam Tetrapolis est dicta. Cosmole Ptolomaei lib. 5. cap. 15. Plinius lib. 5. ca. 21.

Tituli Canonum Antiocheni Concilij.

1 Non licere Pascha diuerso tempore facere, neque cum laicis celebrare.

2 Non licere communionem ecclesiae contemnere, aut excommunicatis communicare.

3 Non debere clericum ad ecclesiam migrantem, ibi perseverare.

4 Non licere episcopo, vel cuiquam clerico, si exautoratus fuerit, ministrare.

5 Non licere clericis, contempso episcopo, seorsum se colligere.

6 De excommunicatis.

7 Nullum peregrinum absque episcopis suscipi.

8 Vt epistola à solo fiant Corepiscopo.

9 De metropolitanis episcopis.

10 De Corepiscopis.

11 De his episcopis, vel clericis, qui sine literis episcoporum ad Imperatorem vadunt.

12 De episcopis vel clericis depositis.

13 Non licere episcopis, in aliena provincia clericos ordinare.

14 De episcopis accusatis.

15 De quibus supra.

16 De episcopis vacantibus.

17 De episcopis, qui accepta manus impositione, non acquiescunt suscipere ministerium.

18 De his quibus supra.

19 Non licere sine concilio metropolitani episcopi, episcopum ordinari. 20 Vt bis in anno synodus celebretur.

21 Episcopum de diocesi ad diocesim non debere transire.

22 Episcopum non debere in alienam irruere ciuitatem.

23 Episcopo non licere successorem sibi constituere.

24 De rebus ecclesiasticis, & episcopalibus.

25 Episcopum habere potestatem in rebus ecclesiasticis exponendis.

Regula Antiocheni Concilij, exposita apud Antiochiam in encensis.

Mnes qui audent dissoluere regulam sancti & magni concilij Niceni, & celebratum est in praesentia Dei, & amantissimi Constantini Imperatoris, de sancta & salutaris festiuitate Paschali saluatoris nostri excommunicatos & abiectos esse debere ab ecclesia, maxime si perseuerent studio contentionis, ad subuertenda ea quae optime constituta sunt. Et haec quidem dicta sunt de laicis. Si autem de praepositis ecclesiae aliquis, id est, vel episcopus, vel presbyter, vel diaconus, post hanc diffinitionem, & hunc terminum ausus fuerit in subuersionem populorum, & perturbationem ecclesiarum seorsum colligere, & cum Iudeis Pascha voluerit celebrare, hunc sancta synodus iam alienum ab ecclesia esse iudicabit, tanquam eum qui non solum proprii peccati reus sit, sed aliorum corruptae mentis & conuersationis supplantator extiterit. Et non solum huiusmodi deponi à sacerdotio & ministerio iubet, sed & eos qui ausi fuerint his communicare post damnationem. Depositos autem etiam honore, qui extrinsecus est, priuari oportet, quae sanctus canon & Dei sacerdotium promeruit.

2 Omnes qui ingrediuntur ecclesiam Dei, & sacras scripturas audiunt, non autem cum populo in oratione communicant, auersantur autem sanctam assumptionem Dominici sacramenti secundum aliquam propriam disciplinam, hos ab ecclesia abiici oportet, donec confitentes fructum poenitentiae demonstrent & deprecati fuerint, ut data venia suscipiantur. Non autem licet communicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi, & cum eis orare, qui ecclesiae non participant in oratione: nec in alteram ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quod si quis episcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum, vel etiam qui in canone detinentur, excommunicatis communicare deprehensus fuerit, & hunc oportet communionem priuari tanquam ecclesiae regulas confundentem.

3 Si quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus deserta sua ecclesia ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi plerumque tentent quod migravit perpetuo manere, vltterius ministrare non debet, praesertim si ab episcopo suo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quod si post euocationem sui episcopi non obediuerit, sed inobediens perseuerauerit, omnimode ab officio suo deponi debere, nec aliquando spe restitutionis habere. Si vero propter hanc culpam depositum alius episcopus susceperit, & ipse à commu-

ni synodo poenam merebitur increpationis, tanquam ecclesiastica iura dissoluens.

4 Si quis episcopus à synodo fuerit depositus, vel presbyter, vel diaconus, à proprio episcopo condēnatus, & praesumpserit sacerdotij seu sacri mysterij quippiam, non ei amplius liceat, neque in alia synodo spe restitutionis habere, neque satisfactionis alicuius locum, sed & comunicantes ei abiici omnes ab ecclesia: maxime si postquam cognouerit sententiam aduersus eum fuisse prolatam, contumaciter comunicauerint.

5 Si quis presbyter, vel diaconus, contempso episcopo, seipsum ab ecclesia segregauerit, & priuatim apud se collectis populis altare erigere ausus fuerit, & nihilominus episcopo suo exhortante, semel & iterum reuocante inobediens extiterit, hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando consequi curationem, aut proprium honorem recipere speret. Quod si etiam perseuerauerit perturbans cunctam ecclesiam, quae foris est, hunc tanquam seditiosum corripere oportet.

6 Si quis à proprio episcopo excommunicatus est non eum prius ab aliis debere suscipi, nisi aut à suo fuerit receptus episcopo, aut concilio facto episcopis occurrat, & respondeat & si synodo satisfecerit statuimus sub alia sententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes qui in clero sunt conuenit obseruari.

7 Nullum absque formata (quam Graeci epistolam dicunt) peregrinorum clericorum suscipere oportet.

8 Neque presbyter ad regiones longinquas formata, id est, canonicas epistolas, & nisi ad finitimos episcopos, simplices epistolas mittere praesumat. Vicariis vero episcopis, qui à Graecis Corepiscopi vocantur, formatas facere liceat.

9 Per singulas provincias episcopos singulos scire oportet, episcopum metropolitanum, qui praesertim, curam & sollicitudinem totius provinciae suscepisse. Propter quod ad metropolitanam ciuitatem ab his qui causas habent, concurratur. Quapropter placuit eum & honore excellere, & nihil ultra sine ipso reliquos episcopos agere, secundum antiquum Patrum nostrorum canonem, nisi hoc tantum quod unicuique ecclesiae per suam diocesim competit. Vnumquemque enim oportet episcopum habere suae diocesis potestatem, ut regat & gubernet secundum competentem singulis reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis quae sub ipso est ciuitate, ita ut etiam ordinare ei presbyteros & diaconos probabili iudicio liceat, & de singulis illius regionis causis cum moderatione & pondere disceptare. Vltra autem nihil agere permittuntur citra metropolitani episcopi conscientiam, nec metropolitanus sine ceterorum aliquod gerat consilio sacerdotum.

10 Corepiscopi, qui manus impositionem ab episcopis susceperunt, & ut episcopi sunt consecrati, tamen placuit sanctae synodo eos modum proprium retinere & gubernare adiacetes sibi ciuitates, & esse cōretos propria sollicitudine & gubernatione quam susceperunt. Constituire autem his permittitur lectores, & subdiaconos, atque exorcistas, quibus sufficit istorum tantum grauius licentiam accepisse. Non autem presbyterum, non diaconum audeat ordinare proter conscientiam episcopi ciuitatis, vel ecclesiae cui adiacēs inuenitur, seu ipse, seu regionis praesentis dignoscitur. Quod si quis prauaricari ausus fuerit constituta, deponi eum, & dignitate quae praeditus est debere priuari. Corepiscopus autem

11. q. 3. Si quis à proprio episcopo excommunicatus est non eum prius ab aliis debere suscipi, nisi aut à suo fuerit receptus episcopo, aut concilio facto episcopis occurrat, & respondeat & si synodo satisfecerit statuimus sub alia sententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes qui in clero sunt conuenit obseruari.

12. q. 1. Si quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus deserta sua ecclesia ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi plerumque tentent quod migravit perpetuo manere, vltterius ministrare non debet, praesertim si ab episcopo suo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quod si post euocationem sui episcopi non obediuerit, sed inobediens perseuerauerit, omnimode ab officio suo deponi debere, nec aliquando spe restitutionis habere. Si vero propter hanc culpam depositum alius episcopus susceperit, & ipse à commu-

ni synodo poenam merebitur increpationis, tanquam ecclesiastica iura dissoluens.

4 Si quis episcopus à synodo fuerit depositus, vel presbyter, vel diaconus, à proprio episcopo condēnatus, & praesumpserit sacerdotij seu sacri mysterij quippiam, non ei amplius liceat, neque in alia synodo spe restitutionis habere, neque satisfactionis alicuius locum, sed & comunicantes ei abiici omnes ab ecclesia: maxime si postquam cognouerit sententiam aduersus eum fuisse prolatam, contumaciter comunicauerint.

5 Si quis presbyter, vel diaconus, contempso episcopo, seipsum ab ecclesia segregauerit, & priuatim apud se collectis populis altare erigere ausus fuerit, & nihilominus episcopo suo exhortante, semel & iterum reuocante inobediens extiterit, hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando consequi curationem, aut proprium honorem recipere speret. Quod si etiam perseuerauerit perturbans cunctam ecclesiam, quae foris est, hunc tanquam seditiosum corripere oportet.

6 Si quis à proprio episcopo excommunicatus est non eum prius ab aliis debere suscipi, nisi aut à suo fuerit receptus episcopo, aut concilio facto episcopis occurrat, & respondeat & si synodo satisfecerit statuimus sub alia sententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes qui in clero sunt conuenit obseruari.

7 Nullum absque formata (quam Graeci epistolam dicunt) peregrinorum clericorum suscipere oportet.

8 Neque presbyter ad regiones longinquas formata, id est, canonicas epistolas, & nisi ad finitimos episcopos, simplices epistolas mittere praesumat. Vicariis vero episcopis, qui à Graecis Corepiscopi vocantur, formatas facere liceat.

9 Per singulas provincias episcopos singulos scire oportet, episcopum metropolitanum, qui praesertim, curam & sollicitudinem totius provinciae suscepisse. Propter quod ad metropolitanam ciuitatem ab his qui causas habent, concurratur. Quapropter placuit eum & honore excellere, & nihil ultra sine ipso reliquos episcopos agere, secundum antiquum Patrum nostrorum canonem, nisi hoc tantum quod unicuique ecclesiae per suam diocesim competit. Vnumquemque enim oportet episcopum habere suae diocesis potestatem, ut regat & gubernet secundum competentem singulis reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis quae sub ipso est ciuitate, ita ut etiam ordinare ei presbyteros & diaconos probabili iudicio liceat, & de singulis illius regionis causis cum moderatione & pondere disceptare. Vltra autem nihil agere permittuntur citra metropolitani episcopi conscientiam, nec metropolitanus sine ceterorum aliquod gerat consilio sacerdotum.

10 Corepiscopi, qui manus impositionem ab episcopis susceperunt, & ut episcopi sunt consecrati, tamen placuit sanctae synodo eos modum proprium retinere & gubernare adiacetes sibi ciuitates, & esse cōretos propria sollicitudine & gubernatione quam susceperunt. Constituire autem his permittitur lectores, & subdiaconos, atque exorcistas, quibus sufficit istorum tantum grauius licentiam accepisse. Non autem presbyterum, non diaconum audeat ordinare proter conscientiam episcopi ciuitatis, vel ecclesiae cui adiacēs inuenitur, seu ipse, seu regionis praesentis dignoscitur. Quod si quis prauaricari ausus fuerit constituta, deponi eum, & dignitate quae praeditus est debere priuari. Corepiscopus autem

ab episcopo ciuitatis, vel loci, cui idem adiacet, ordinandus est.

*13. q. 1. Si quis episcopus vel presb.*  
11 Si quis episcopus, vel presbyter, vel omnis omnino qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter consilium vel literas eorum episcoporum qui sunt intra prouinciam, & maximè metropolitani, ad Imperatorem perrexerit, hunc abdicari & eiici non solum de communione, sed etiã propria dignitate priuari, tanquam molestum & importunum imperialibus auribus contra ecclesiastica constituta. Si autè necessitas cogit ad Imperatorè excurrere propter aliquam actionem, cum deliberatione & consilio metropolitani ipsius prouinciæ episcopi, & cæterorum conscientia episcoporum qui in eadem prouincia sunt, atque cum literis eorum ire debet.

*11. q. 5. Si quis a proprio.*  
12 Si quis à proprio episcopo depositus presbyter, vel diaconus, aut etiam si à synodo quilibet episcopus fuerit exauctoratus, molestiam imperialibus auribus inferre non præsumat, sed ad maiorem episcoporum synodum sese conuertat, & quæ se putat habere iusta in eorum consilio alleget, atque ab his de se expectet quæ fuerit deprompta sententia. Quod si deficiens pusillanimitate hoc noluerit facere sed Imperatori fuerit importunus, huiusmodi nullam veniam habeat, neque locum vllius assertionis suæ, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum.

*9. q. 2. Nullum episcopus.*  
13 Nullum episcopum audere debere ex alia prouincia ad aliam transitu facere, & ordinare aliquos in ecclesiis, aut præferre ad sacrum ministerium, nec alios illum attrahat episcopos, nisi forte per literas rogatus abierit: nõ solum autem à metropolitano, sed & ab his qui cum eo sunt omnibus ipsius prouinciæ episcopis. Quod si nullo inuitante inordinate superueniat, & aliquos vel ordinare præsumserit, vel quoslibet actus illi ecclesiæ competentes, quæ ad se minimè pertinent, usurpare tentauerit, vacua quidem & inania erunt omnia quæ gesserit: ipse verò huius indisciplinati ausus, & irrationabilis cœpti dignas causas expendat tanquam depositus à synodo sancta & propter huiusmodi præsumptione iam prædanatus.

*6. q. 4. Si quis episcopus criminaliter in iudicium.*  
14 Si quis episcopus de aliquibus causis criminalibus in iudicio episcoporum fuerit accusatus, contingat autem de ipsis episcopos prouinciæ qui conueniunt diuersas habere sententias, & alios quidem innocentem eum pronunciare, alios reum: propter huiusmodi itaque controuersiam amputandam, placuit sanctæ synodo metropolitanum episcopum alterius vicinæ prouinciæ aduocari, & aliquantos cum eo episcopos alios. Qui pariter residentes quæcunque fuerint dirimant quæstiones, propter hoc vt firmum sit iudicium, quod ab vnus prouinciæ episcopis fuerit promulgatum.

*Ibidem. accusatus.*  
15 Si quis episcopus criminaliter accusatus ab omnibus qui sunt intra prouinciam episcopis, acceperit vnã consonamque sententiam, ab aliis vterius iudicari non poterit, sed manere circa eam oportet, tanquam conuenientem, quæ ab omnibus prolata est, firmam ratamque sententiam.

*d. 92. Si quis episcopus vocans. In dec. Ino. lib. 4.*  
16 Si quis episcopus vacans in ecclesiam vacatam supuenerit & hac obripiens propter plenariã synodum occupandam esse crediderit, hunc abiici oportet, quanuis eum plebs quam diripuerit velit sibi episcopum retinere. Illa autem dicitur synodus plenaria, in qua etiam metropolitanus episcopus affuerit.

*d. 92. Si quis episcopus.*  
17 Si quis episcopus suscepta manus impositione, & deputatus populis præesse, non suscipiat ministe-

rium sacerdotij, nec consentiat habere ecclesiam in qua fuerat ordinatus, hunc incommunicabilem esse debere, donec coactus consentiat plebem suscipere sibi met deputatam, aut prouinciæ plenaria synodus episcoporum de eo aliquid statuat.

*d. 92. Si quis episcopus ordinatus.*  
18 Si quis episcopus ordinatus, non abierit in parochiam cui ordinatus est, si non suo vitio, sed plebis forsitan contradictione, hic honorem susceptum retinere debet, & sacerdotio fungi, ita vt nihil molestiæ afferat ecclesiæ illi, in qua fuerat constitutus. Expectare autem eum oportet prouinciæ plenariã synodum, donec de eo quod comperit statuatur.

*d. 92. Si quis episcopus ordinatus.*  
19 Episcopum non ordinandum sine consilio & sententia metropolitani episcopi, cui melius erit, si ex omni prouincia congregentur episcopi. Quod si fieri non potest, hi qui adesse non possunt, propriis literis consensum suum de ipso designent, & tunc demum post plurimorum siue per præsentiam, siue per literas consensum sententia consona, ordinetur. Quod si aliter quàm statutum est fiat, nihil valere huiusmodi ordinationem. Si verò etiam secundum definitas regulas ordinatione celebretur, contradicant autè aliqui propter proprias & domesticas simultates, his contemptis sententia de eo obtineat plurimorum.

*d. 18. Propter ecclesiam. Et in decret. Ino. lib. 4.*  
20 Propter ecclesiasticas causas, & quæ existunt controuersias dissoluendas sufficere visum est bis in anno per singulas prouincias episcoporum concilium fieri. Semel quidem post tertiam hebdomadam paschalis festiuitatis, ita vt in quarta hebdomada quæ consequitur, id est, media Pentecoste compleatur. Admoneant autem prouinciales episcopos hi qui in ciuitatibus, id est, in metropolitanis ciuitatibus degunt. Secundum verò conciliũ Idibus Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi mensis decimus inuenitur. In ipsis autem conciliis & presbyteros & diaconos præsentem esse oportet, & omnes quotquot se læsos existimant, & synodicam expectare sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos consilia, sine metropolitanorum episcoporum consensu facere, quibus de omnibus causis constat permissum esse iudicium.

*7. q. 1. Episcopus de diocesi.*  
21 Episcopum de diocesi ad diocesim alteram nõ debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si à populis fuerit violenter retractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur. Manere autem eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare, secundum regulam super hoc olim à Patribus constitutam.

*9. q. 1. Episcopus de diocesi.*  
22 Episcopum non debere in alienam irruere ciuitatem, quæ illi probatur non esse subiecta, neque in regionem quæ ad eius curam minimè noscitur pertinere, ad aliquid ordinandum: neque presbyteros, neque diaconos constituere ad alios episcopos pertinentes, nisi forte cum voluntate & testimonio propria regionis episcopi. Quod si quispiam horum tale facere voluerit, irrita quidem erit huiusmodi ordinatione: & quæ malè usurpauerit, à synodo arguantur. Nam si ordinare non potuerit, nullatenus alteri us parochianum iudicare præsumat.

*8. q. 1. Episcopus de diocesi.*  
23 Episcopum non debere tanquam successorem si bi futurum constituere alterum, quamuis circa vicinia mortis habeatur. Quod si tale aliquid factum fuerit, irrita erit huiusmodi ordinatione. Custodire autè debet ecclesiastica constituta, quæ se ita continent, nõ posse aliter episcopum fieri nisi cū consilio & consensu episcoporum, eorum duntaxat qui post obitum eius qui præ-

cessit, habuerint potestatem eum qui dignus fuerit prouehendi.

*9. q. 1. Que sintque res.*  
24 Quæcunque res ecclesiæ sunt, conuenit cū omni diligentia & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia prouidet atque iudicat, gubernari & dispensari cū iudicio & potestate episcopi, cui totius plebis animæ videtur esse commissæ. Manifesta autem esse oportet quæ ecclesiæ competunt, cum notitia eorum presbyterorum & diaconorum, qui circa ipsum sunt, vt ipsi non ignorent, nec eos aliquid lateat eorum quæ sunt propria ecclesiæ. Vt si contigerit episcopum de hac vita migrare, manifesta sint & notæ res ecclesiasticæ, ne intercidant atque depereant, sed nec res propria episcopi, tanquam obnoxie, rerum ecclesiasticarum occasione vllius pulsentur iniuria quia iustum & acceptum est apud Deum & homines, quæ propria sunt episcopi, quibus ipse iudicauerit, derelinqui & quæ ecclesiæ ipsi referuari. Ita enim sit, vt nec ecclesia damno aliquo affligatur, nec episcopus occasione rerum ecclesiasticarum proferatur, neque patientes ad eum causas incurrant, quod post mortem memoria eius maledictis aliquibus oneretur.

*11. q. 1. Episcopus ecclesiasticus.*  
25 Episcopum habere oportet rerum ecclesiasticarum potestate, ad dispensandum omnibus indigentibus cū omni timore & reuerentia Dei. Ipsum quoque ex eis percipere atque vti debere quibus indiget vel ad suas necessarias expensas, vel fratrum qui apud eum hospitalitatis gratia morantur, at nulla ex parte per inopiam defraudetur, secundum Apostolum dicentem: Habentes victum quotidianum, & tegumentum corporis, his contenti sumus. Quod si his minimè contentus atque sufficiens transferat in necessitates suas ecclesiasticas res vel commoda quælibet ecclesiæ, aut agrorum ecclesiasticorum fructus sine conscientia presbyterorum apud se redigat, & domesticis suis vel etiam affinibus, aut fratribus, aut filiis earum rerum tribuat potestatem, vt per eorum secretam diligentiam ecclesiastici lædi videantur, reatum hunc qui huiusmodi est apud metropolitanum prouinciæ præstare debet. Quod si aliter, reprehendatur episcopus, vel hi qui cum ipso sunt presbyteri quo dicantur hæc quæ ad ecclesiam pertinent, siue de agris, siue de aliis quibuscūque ecclesiasticis causis, eos sibi met usurpare, pauperes verò necessitate & penuria opprimi, atque ex hoc ipso non solum ecclesiasticæ rationi, verum etiam dispensatoribus eius maledicta reprehensio augeatur. Hunc enim correctionem oportet mereri, id quoque condēcet, sancta synodo cognoscente.

*Consenserunt & subscripserunt triginta episcopi.*

CONCILII HIERSOLYMITANI  
epistola ad diuersos, pro Athanasio.



Sancta Synodus Hierosolymis congregata per Aegyptum, Libyam, & Alexandriam constitutis presbyteris, diaconis & plebi fratribus desideratissimis in domino salutem. Cunctorum deo digne gratias agere non valemus fratres charissimi. In quibus enim miracula semper egit, etiam modo cum ecclesia vestra fecit, pastorem vestrum, & dominum, confacerdotalemque nostrum Athanasium vobis sua pietate restituentem. Quis enim aliquando sperauit oculis carnalibus intueri, quem nunc & nos & vos inspicitis, respicientes quem videre desiderastis: Sed

veræ orationes vestræ à Deo omnium sunt auditæ qui curam habet ecclesiæ suæ, & vestras lachrymas atque gemitus semper inspexit. Quapropter vestras audiuit preces. Eratis enim sicut oues abiectæ & fatigatæ, non habentes vti que pastorem. Propterea visitauit vos cælestis pastor verus: & de propriis ouibus curam gerens, restituit vobis, quæ noscimini concupisse. Ecce enim, & nos omnia pro ecclesiastica pace facientes, vestræque dilectioni conspirantes, in eius amplexu præcelsissimus, & communicantes ei, p eum vos alloquimur, scripraque præsentia destinamus. Itaque secundum gratificata vota vestra, scitote nos quoque cū eo vinculo charitatis obstrictos. Debetis ergo etiam proprietate Deo amabilium nostrorum Imperatorem incessanter orare, quoniam & ipsi cognoscentes vestrum desiderium vobis restituere destinarunt. Omni ergo honore, tenentibus manibus, suscipientes illum, gratificas orationes offerre Deo, qui vobis talia condonauit. Festinate autem semper in Deo gaudere, & glorificare Dominum, per quæ, & cum quo patri gloria in secula seculorum, Amē.

Huius concilij Hierosolymitani nihil præter hæc epistolam extat, qua exhortantur eos ad quos scribitur ad excipiendum S. Athanasium cum gratiarum actione tam Deo quàm Imperatoribus, quod suum pastorem eis restituerant. Sequentis quoque concilij Syrmienensis nihil superest præter confessionem fidei diuinam & elegantem de sanctissima trinitate, aduersus omnes hæreticos, præsertim verò Arrianos.

*Idem. Fides Syrmienensis Concilij.*

Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, creatorem & factorem vniuersorum, ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur. Et in vni-genitum eius filium, Dominum nostrum Iesum Christum, qui ante omnia secula ex patre natus est, Deum ex Deo, lumen ex lumine, per quem facta sunt omnia in celo & in terra, visibilia & inuisibilia, verbum existens, & sapientia, & lumen verum, & vita. Qui nouissimis diebus propter nos humanatus est ex sancta virgine, & crucifixus, & mortuus, & sepultus. Et resurrexit à mortuis tertia die, & ascendit in celum, & sedet in dextera patris. Et venturus est in consummatione seculi iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuique secundum opera sua, cuius imperium sine fine existens, in secula permanet infinita. Erit enim sedens in dextera patris, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et in spiritum sanctum paracletum, id est, consolatorem, quem promittens Apostolis post ascensionem ad caelos esse mittendum vt doceret, & commemoraret eis vniuersa transmissit. Per quem etiam sanctificantur animæ credentium in eo veraciter. Eos autem qui dicunt, ex non existentibus filiis, aut ex altera essentia, & non ex Dei & quia erat tempus aut seculum, quando non erat, alienos nouit sancta ecclesia. Rursus igitur dicimus  
1 Si quis patrem & filium duos Deos dicit, anathema sit.  
2 Et si quis Deum Christum, ante secula filium Dei ministrantem patri ad creationem vniuersorum nõ confitetur, anathema sit.  
3 Si quis ingenitum, aut patrem eius ex Maria natum dicere præsumit, anathema sit.  
4 Si quis secundum præscientiam ante Mariam dixerit filium esse, & non ante secula ex patre natum apud Deum esse, & per ipsum omnia facta, anathema sit.



5 Si quis substantiam Dei dilatari, aut contrahi dixerit, anathema sit.  
 6 Si quis dilatata substantiam Dei filium dixerit facere, aut dilatationem eius substantiam filium nominauerit, anathema sit.  
 7 Si quis affectuum aut prolatuum verbum dixerit Dei filium, anathema sit.  
 8 Si quis hominem solum dixerit filium, qui ex Maria & hominem ex Maria dicens, Deum unigenitum eundem intelligi, anathema sit.  
 9 Si quis deum & hominem ex Maria dicens, Deum unigenitum eundem intelligi, anathema sit.  
 10 Si quis illud quod scriptum est, Ego Deus primus, & ego postea, & praeter me non est Deus: cum contra destructionem idolorum, & deorum non existentium dictum sit, ad destructionem magis unigeniti ante secula Dei Iudaice percipit, anathema sit.  
 11 Si quis audiens, Verbum caro factum est, verbum in carnem mutatum putauerit, aut conuersione facta suscepisse carnem, anathema sit.  
 12 Si quis unigenitum filium Dei crucifixum audiens, corruptionem, aut passionem, aut conuersionem, aut mutationem, aut peremptionem sustinuisse dicit, anathema sit.  
 13 Si quis quod scriptum est, Faciamus hominem non patrem ad filium dicere, sed ipsum ad semetipsum asserit dixisse Deum, anathema sit.  
 14 Si quis contra Iacob, non filium, tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitum Deum, aut patrem eius dixerit, anathema sit.  
 15 Si quis illud quod scriptum est, Pluit Dominus a Domino, non de patre & filio perceperit, sed & ipsum a semetipso pluerit dixerit, anathema sit. Pluit enim Dominus filius, a Domino patre.  
 16 Si quis audiens Dominum patrem, aut filium Dominum, & Dominum patrem, & filium, & Dominum a Domino dicens, duos asseruit deos, anathema sit. Non enim coaptamus filium patri, sed subditum nouimus. Neque enim descendit in Sodomam sine voluntate patris, neque pluit a semetipso, sed a Domino auctoritatem videlicet praebente patre. Neque federat a dextris a semetipso, sed audit dicente patre: Sede a dextris meis.  
 17 Si quis patrem, & filium, & spiritum sanctum, vnam personam dicit, anathema sit.  
 18 Si quis spiritum sanctum paraclitum dicens, ingenitum asserit Deum, anathema sit.  
 19 Si quis, sicuti docuit nos, non alium dicit paraclitum praeter filium (Ait enim, Et alium paraclitum mittet vobis pater, quem rogabo ego) anathema sit.  
 20 Si quis spiritum dicit patrem patris, aut filium, anathema sit.  
 21 Si quis consilio Dei, tanquam vnam creaturam factum asserit filium Dei, anathema sit.  
 22 Si quis patrem, & filium, & spiritum sanctum tres dicit deos, anathema sit.  
 23 Si quis nolente patre natum filium dixerit, anathema sit. Non enim inuitus, & vim passus, pater, necessitate naturali quasi nolens genuit filium: sed ilico ut voluit, etiam sine tempore, & sine passione & semetipso genuit eum.  
 24 Si quis ingenitum: & sine principio dicit filium, tanquam duos sine principio, & duo ingenita dicens, & duos faciens deos, anathema sit. Caput enim est, & principium omnium filius. Caput autem Christi, Deus. Sic enim ad vnum omnium principium, quod est sine principio, per filium pie omnia

referuntur.  
 25 Rursus autem subtiliter inspicientes Christianum sensum, dicimus: Si quis Christum Deum, filium Dei ante secula, ministrantem patri ad omnem creationem non dixerit, sed ex quo ex Maria natus est, ex eo dicit filium, & Christum esse vocatum, & initium accepisse, ut Deus esset, anathema sit, sicut Samosatenus.  
**DE CONCILIO LAODICENSI SE-  
 CUNDUM QUOSDAM IN SINE LIBERII, SECUNDUM ALIOS IN INITIO DAMASI PAPAE PRIMI SERUATUM SEU CELEBRATUM.**  
 Laodicea urbs vini fertilitate, & ciuium felicitate, celeberrima Syria Tetrapolis Lycosumini imposita. Hec ex strabone lib. 16. Ptolom. lib. 5. cap. 15. & 29. Plinio. lib. 5. cap. 23.  
**DE TITULI CAPITULORVM CONCILII LAODICENSIS.**  
 1 De bigamis.  
 2 De his qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt.  
 3 De neophytis non promouendis ad sacerdotium.  
 4 Non licebit coram catechumenis clericos fieri.  
 5 Non licere clericis usuram, vel fescupla accipere.  
 6 Non debere hereticos in haeresi permanentes in ecclesiam ingredi.  
 7 De Nouatianis & Quartodecimanis.  
 8 De Cataphrygis ad ecclesiam venientibus.  
 9 Non debere catholicos in ea qua martyria sua heretici dicunt, intrare.  
 10 Non debere catholicam hereticorum matrimonio sociari.  
 11 De cathecumenis ecclesia.  
 12 De ordinandis episcopis cum consilio metropolitani, & finitimorum episcoporum.  
 13 Non licere populo ministros altaris eligere.  
 14 Sanctas oblationes pro eulogiis in festiuitate Paschali, ab aliis parochias non debere transmitti.  
 15 De Psalmistis.  
 16 Ut sanctum euangelium sabbatis legatur.  
 17 Psalmos sparsim non licere confundi.  
 18 De orationibus quotidianis.  
 19 De ordine orationum cathecumenorum, atque fidelium, & communionem.  
 20 De disciplina atque modestia clericorum.  
 21 De ministerio subdiaconorum.  
 22 De ministris ut orario non utantur.  
 23 Quoniam non oportet lectores, vel psalmistas orario vti, & sic legere.  
 24 De lectoribus & psalmistis, ut tabernas non ingrediantur.  
 25 Non licet ministris panem dare, aut calicem benedicere.  
 26 De exorcistis.  
 27 Non debere clericos sine laicos ad agapem uocatos, partes tollere.  
 28 Non licere in ecclesiis accubitus sternere, vel agapem facere.  
 29. Non debere Christianos sabbatizare.  
 30 Nulli Christiano licere cum mulieribus lauacra exercere.  
 31 De cauendis hereticorum conubiis.  
 32 Non licere ab hereticis eulogias accipere.  
 33 Non debere cum hereticis, aut schismaticis orare.  
 34 Non eundem ad falsos martyres.  
 35 Non licere Christianis derelicta ecclesia ad angulorum congregationes colligi.  
 36 Non licere clericis magos, vel incantatores esse, aut phylacteria facere.  
 37 Non licere ab hereticis, vel Iudaicis feriaticis qua mituntur,

id est dona  
festiuitatis  
curum.

tuntur, accipere.  
 38 Non licere a Iudaicis azyma accipere.  
 39 Non licere cum paganis festa celebrare.  
 40 Episcopos ad synodum uocatos, non debere contemnere.  
 41 Non debere clericum, vel laicum sine epistolis peregrinari.  
 42 Nullum clericum debere sine episcopi sui iussione peregrinari.  
 43 Ministros non debere ab officiis recedere.  
 44 Non debere mulierem ingredi ad ad altare.  
 45 Non oportet per duas septimanas quadragesima aliquem ad baptismum suscipere.  
 49 Baptisandos debere symbolum fidei & discere & docere.  
 47 De his qui in aegritudine baptisuntur.  
 48 Quia post baptismum chrismandum est.  
 49 In quadragesima sabbato tantum, & Dominica offerendum est.  
 50 Non licere quinta feria septimana maioris ieiunium solui.  
 51 Non debere in quadragesima, nisi sabbato & Dominica, natalitia martyrum celebrari.  
 52 Non licere nuptias fieri in quadragesima.  
 53 Non licere Christianos ad nuptias euntes cantare aut balare.  
 54 Non licere ministros altaris, vel ceteros quoslibet spectaculis, qua in nuptiis aut in scenis exhibentur, interesse.  
 55 Non debere clericum vel laicum Christianum ex symbolis conuiuia celebrare.  
 56 Non oportet presbyteros ante ingressum episcopi ingredi aut sedere in tribunalibus.  
 57 Non debere in vicis & villis episcopos ordinare, neque presbyteros sine praecepto vel consilio episcopi aliquid agere.  
 58 Non oportet in domibus ab episcopis vel presbyteris oblationem fieri.  
 59 Non licere psalmos ab idiotis compositos, in ecclesia dici, nec libros qui non sunt canonici, legere.  
**TEXTVS CANONVM CONCILII LAODICENSIS Phrygiae Pacatiana.**



Sancta synodus qua apud Laodiceam Phrygiae Pacatiana conuenit, ex diuersis prouinciis Asiae, regulas exposuit ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.

De eo, quod oportet secundum ecclesiasticum canonem eos qui liberè & legitime secundis nuptiis iuncti sunt, nec occultam permutationem operati sunt, pauco tempore exempto, vacare orationibus & ieiuniis, & secundum veniam reddi eis communionem.  
 1 His qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt, & oratione, & confessione, ac poenitentia, malorum suorum perfectam conuersionem demonstrant pro qualitate peccati poenitentiae tempus attribuen- dum est, propter misericordiam & bonitatem Dei. Qui ergo huiusmodi sunt, reuocandi & ad communionem sunt applicandi.  
 3 Non oportet neophytum promoueri ad ordinem sacerdotalem.  
 4 Non licere manus impositionem super ordinandos praesentibus catechumenis fieri.  
 5 Non licere foenerare ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel usuram, vel lucra, quae fescupla dicuntur, accipere.  
 6 Non concedendum hereticis ingressum domus

Dei, in haeresi permanentibus.  
 7 Nouatianos, vel etiam Quartodecimanos, quos Graeci Theffarescedatites appellat, id est, qui quarta decima luna primi mensis cum Iudaicis Pascha celebrant, sed & cathecumenos eorum fideles non recipi, priusquam condemnent omnem haeresim in qua detinebantur. Plenissime autem ante omnia, & nunc, qui apud eos fideles dicuntur, symbolum fidei doceantur, atque ita unctos etiam sancto chrismate, diuino sacramento communicare conuenit.  
 8 Eos qui conuertuntur ab haeresi qua dicitur Cataphrygarum, qui se in clero constitutos existimant quamuis magni dicantur, huiusmodi cum omni diligencia catechifari oportet, & baptisari ab ecclesiae catholicae episcopis & presbyteris.  
 9 Non concedendum in caemiteria, vel qua martyria haeticorum dicuntur, catholicos orationis gratia, & petenda curationis intrare. Sed & qui ierint, si sunt fideles, incommunicabiles factos ad poenitentiam usque ad aliquod tempus redigi, poenitentes autem eos & errasse se confitentes, suscipi oportet.  
 10 Eos qui ad ecclesiam pertinent, indifferenter filios proprios hereticorum nuptiis minime sociare debere.  
 11 Mulieres qua apud Graecos ptesbyterae appellantur, apud nos viduae seniores, vniuersae, matriculariae appellantur, in ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere.  
 12 Episcopum non oportet praeter iudicium metropolitano, & finitimorum episcoporum constitui ad ecclesiae principatum. Nec eligantur nisi hi quos multo ante nota probabilisque vita commendat. Et nihilominus sit in sermone fidei & recta operatione per suam conuersionem fuerint probati.  
 13 De eo quod non sit populis concedendum electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi.  
 14 Sanctas oblationes ad vicem eulogiarum, per festiuitatem Paschalem ad alias parochias mitti, minime oportere.  
 15 Non licere praeter canonicos psalmes, id est, qui regulariter cantores existunt, quique pulpitem ascendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in ecclesia psallere.  
 16 Sabbatis euangelia cum aliis scripturis legenda esse censemus.  
 17 In processionibus non conuocare, id est, ex diuersis versibus & sensibus libri vnum canticum minime coniungere, sed singulorum psalmorum ordinabiliter debere fieri lectionem.  
 18 De eo quod semper supplicationes orationum, & ad horam nonam, & vesperam oportet celebrari.  
 19 Quoniam cathecumenorum orationem separatim, & prius prostratis eis, episcopum oportet celebrare. Quibus egressis orient etiam hi qui in poenitentia sunt constituti. Et post manus impositionem his quoque ascenditibus, tunc fideles orare debent. Quorum tres orationes fiat: vna quidem, id est, prima p'silentiu: secunda verò & tertia, p' vocis pronuntiatione. Et tunc demum osculum pacis dari debere. Et postea qua presbyteri episc. pacem dederint, tunc etiam laicos dare. Et tunc oblatio offeratur. Solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.  
 20 Quoniam non oportet diaconum sedere ante presbyterum, sed ex iussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur & diaconus a ministris inferioribus, & omnibus clericis.

d. 32. Mulieres qua

d. 61. Episcopum non oportet.

d. 63. non est permit.

al. laicis.

d. 97. non oportet in con. inferioribus, & omnibus clericis.

d. 23. Non oportet. **21** Quoniam non oportet subdiaconos licentiam habere in secretarium, siue sacrarium, quod Greci diaconicon appellant, ingredi, & contingere vasa Domini.

al. diaco- **22** Ministrum non oportet orari, nec ostia relinquere.

nium. **23** Quoniam non oportet lectores aut psalmistas orariis uti, & sic legere aut psallere.

d. 23. mini- **24** Quoniam oportet clericos à presbyteris usque strum non ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes usque ad ministros, aut lectores, aut psalmistas, aut exorcistas, aut ostiarios, aut etiam eos qui in proposito continentia sunt, tabernas intrare.

ibidem. **25** Non oportet diaconem panem dare, nec calicem benedicere.

d. 44. non oport. cler. **26** Non oportet exorcizare eos, qui necdum ab episcopo sunt prouecti, neque in ecclesiis, neque intra domos.

d. 42. non oportet ministros al. **27** Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos aut laicos ad agapem vocatos, partes tollere, propter iniuriam quæ ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari.

d. 42. non oport. i. ba. **28** Non oportet in basilicis, seu ecclesiis agapem facere, & intus manducare, vel accubitus sternere.

**29** Non oportet Christianos iudaisare, & in sabbato vacare, sed operari eos in eadem die, Dominicam præponendo eidem diei. Si hoc eis placet, vacent tamen quæ Christiani. Quod si inuenti fuerint iudaisare, anathema sit.

d. 81. non oportet ministros altaris. **30** Quoniam non oportet ministros altaris, vel clericos quoslibet, aut continentes se, aut omnino Christianum cum mulieribus laucra habere communia. Est enim apud Gentiles prima reprehensio.

Et in aga. **31** Quoniam, non oportet cum hæreticis commiscere connubia, & vel filios & filias dare, sed potius accipere, si tamen profiteantur Christianos se futuros esse & catholicos.

Con ca. 67. **32** Non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones magis sunt, quam benedictiones.

i. q. 1. non oportet hæreticorum **33** Non oportet cum hæreticis vel schismaticis orare.

**34** Non oportet omnino Christianum, derelictis martyribus Christi, abire ad falsos martyres. Hi enim alieni à Deo sunt. Quicumque autem abire voluerint, anathema sit.

**35** Non oportet Christianos derelicta ecclesia abiire, & ad angulos idololatriæ abominandæ congregationes facere, quæ omnia interdicta sunt. Quicumque autem inuentus fuerit occulte huic idololatriæ vacans, anathema sit, quoniam derelinquens Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, accessit ad idola.

29. q. 5. non oport. sac. & in aga. tho. con. ca. 68. **36** Quoniam non oportet ministros altaris, aut clericos magos & incantatores esse, aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum: hos autem qui talibus rebus utuntur, proiici ab ecclesia iussumus.

**37** Quoniam non oportet à Iudæis, vel hæreticis feriaticis quæ mittuntur accipere, nec cum eis dies agere feriaticos.

**38** Non oportet à Iudæis azyma accipere, aut communicare impietatis eorum.

**39** Non oportet cum paganis festa celebrare, & impietatis eorum habere societatem.

d. 18. non oportet vocatos. **40** Non oportet vocatos episcopos ad synodum contempnere, sed abire debere, & aut docere, aut doceri quæ sunt ad ecclesiæ cæterorumque correctionem utilia. Quod si contempserit, seipsum videtur accusasse, nisi forte præ infirmitate ire non possit.

**41** Non oportet ministrum altaris, vel etiam laicum sine canonicis literis, id est, formata, alicubi officii

**42** Non oportet ministrum clericum præter iussione episcopi ad peregrinandum proficisci,

**43** Non oportet ministros, id est, ostiarios vel breui tempore ab ostiis deesse, & orationi vacare.

**44** Non oportet mulieres ingredi ad altare.

**45** Non oportet post duas hebdomadas quadragesimæ quinquam ad baptismum suscipi.

**46** Baptisandos oportet fidei symbolum discere, & quinta feria vltimæ septimanæ vel episcopo, vel presbytero reddere.

**47** Qui in ægritudine constituti baptismum per ceperunt, facti sani fidei symbolum doceantur, ut noverint qua donatione digni sunt habiti.

**48** Oportet baptisatos post baptismum, sacratissimum chrisma percipere, & cælestis regni participes fieri.

**49** Non oportet in quadragesima panem offerri, nisi sabbato & Dominica tantum.

d. con. d. 4. Bap. 2. an. ap. **50** Non oportet in quadragesimæ quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam quadragesimam inhonorari, sed per totos hos dies ieiunare & escis abstinentiæ conuenientibus, id est, aridioribus uti.

d. con. d. 3. non oport. in quad. **51** Non oportet in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum in sabbato & Dominica tantum memoriam fieri.

33. q. 4. no licet m. quadr. **52** Non oportet in quadragesima aut nuptias, vel quælibet natalitia celebrare.

33. q. 4. no oportet in quadrage. **53** Non oportet Christianos ad nuptias euntes vel balare, vel saltare, sed castè cœnare, vel prandere, sicut competit Christianis.

d. con. d. 5. non oportet minist. alt. vel d. qu. p. f. d. 4. non op. mi. alt. v. q. e. aut etiam. **54** Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut in scenis exhibentur interesse, sed antequam Thymelicis ingrediatur surgere eosde cœuiuio, & abire debere.

id. 95. no oport. prof. d. 80. non debent viliis aut vicis. **55** Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos, vel etiam laicos Christianos ex symbolis (quæ vulgus commissalia appellat) conuiuia celebrare.

**56** Non oportet presbyteros ante ingressum episcopi ingredi ecclesiam, & sedere in tribunalibus, sed cum episcopo ingredi, nisi fortè aut egrotet episcopus, aut in peregrinationis cōmodo eum abesse cōstituerit.

**57** Non debere in villis & vicis episcopos ordinari, sed visitatores, id est, qui circumueant, cōstitui. Hos autem qui ante hoc ordinati sunt, nihil agere censemus sine conscientia episcopi ciuitatis. Similiter etiam presbyteri nihil sine præcepto & consilio episcopi agant.

**58** Non oportet in domibus oblationes ab episcopis, siue presbyteris fieri.

**59** Non oportet ab idiotis psalmos cōpositos, & vulgares in ecclesiis dici, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos noui & veteris Testamenti. Quæ autem oporteat legi, & in autoritate recipi, hæc sunt: Genesis, Exodus, Leuitic, Numeri, Deuteronomi, Iesu Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Esdræ, liber Psalmorum numero centum quinquaginta, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes. Cantica canticorum Iob, Hester, duodecim Prophetarum libri, id est, Osee & Amos, Iohel, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Noui testamenti id est, euangelium secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Ioannem, Actus Apo-

Apostolorum, Canonice epistola septem. Iacobi vna, Petri duæ, prima & secunda. Ioannis tres, prima, secunda, & tertia. Iudæ vna. Epistolæ Pauli apostoli numero quatuordecim, ad Romanos, ad Corinthios, prima & secunda: ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses vna, ad Colossenses vna: ad Thessalonicenses duæ, prima & secunda: ad Timotheum duæ, prima & secunda: ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

CONCILIUM ROMANUM QUARTUM sub Damaso Papa Primo.

**R**ost Nicænum concilium aliud in vrbe Romana postea congregatum est, in quo catholici episcopi addiderunt de spiritu sancto, quia postea is error inoleuit, ut quidam ore sacrilego auderent dicere, spiritum sanctum factum esse per filium. Vnde anathematizamus omnes qui non tota libertate proclamant, eum cum patre & filio vnus potestatis esse atque substantiæ. Anathematizamus quoque eos qui Sabellij sequuntur errorem, eundem dicentes patrem esse, quem & filium. Anathematizamus Arrium atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili, filium & spiritum sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arrij stirpe venientes, non perfidiam mutauerunt sed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Hebronis hæresim instaurat, qui Dominum Iesum Christum tantum ex Maria virgine confitetur. Anathematizamus eos qui duos filios asserunt, vnum ante secula, & alterum post assumptionem carnis ex virgine. Anathematizamus eos qui pro hominis animæ rationali & intelligibili, dicunt Dei verbum in humana carne versatum, cum ipse filius sit verbum Dei, & non pro anima rationali & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est, rationalem & intelligibilem sine peccato animam susceperit, atque saluauerit. Anathematizamus eos qui verum Dei filium extensione, aut collectione, & à patre separatum, in substantium, & finem habiturum esse contendunt. Si quis non dixerit semper patrem, semper filium, semper spiritum sanctum, anathema sit. Si quis non dixerit, filium natum de patre, id est, de substantia diuina ipsius, anathema sit. Si quis non dixerit, verbum Domini filium Dei Deum, & omnia posse, & patri æqualem, anathema sit. Si quis dixerit, quod in carne constitutus filius Dei, cum esset in terra, in cælis cum patre non erat, anathema sit. Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorem sustinuit filius Dei Deus, & non caro cum anima, quæ induerat in forma serui quam sibi acceperat, sicut ait scriptura, anathema sit. Si quis non dixerit ex cruciatum carne Dei filium, & carne mortem gustasse, fuisseque primogenitum ex mortuis, quatenus vita est, & viuificus Deus, anathema sit. Si quis non dixerit, quod in carne quam assumpsit Christus, sedet ad dextram patris, in qua venturus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit. Si quis non dixerit, spiritum sanctum de patre esse verè ac propriè, sicut filium de diuina substantia, & Deum verum, anathema sit. Si quis non dixerit, omnia posse spiritu sanctum, omnia nosse, & vbi que esse sicut patrem & filium, anathema sit. Si quis dixerit, spiritum sanctum facturam, aut à filio factum, anathema sit. Si quis non dixerit, omnia per filium & spiritum sanctum patrem fecisse, id est, visibilia & inuisibilia, anathema sit. Si quis

non dixerit, patris, & filij, & spiritus sancti vnā diuinitatem, potestatem, maiestatem, potentiam, vnā gloriam, dominationem, vnum regnum, atque vnā voluntatem ac veritatem, anathema sit. Si quis tres personas non dixerit veras patris, & filij, & spiritus sancti æquales, semper iubentes, omnia & continentes visibilia & inuisibilia, omnipotentes, omnia iudicantes, omnia viuificantes, omnia facientes, omnia saluantes, anathema sit. Si quis non dixerit, spiritum sanctum adorandum ab omni creatura, sicut & filium & patrem anathema sit. Si quis de patre & filio bene senserit, de spiritu autem sancto non rectè habuerit, hæreticus est. Et subscripserunt centum quinquaginta episcopi, qui in eodem concilio conuenerunt.

CONCILIUM VALENTINUM GALLIÆ sub Damaso Papa Primo.

Valentia, Allobrogum (qui nunc Sabaudienfes & Pedemontani vulgo dicuntur) ciuitas est in Gallia Transalpina, iuxta Viennam ad Rhodanum sita, vulgo, Valence, dicta. De qua Plinius lib. 3. cap. 4. Ptole. lib. 3. cap. 9.

Tituli Capitulum Concilij Valentini.

- De digamis non consecrandis.
- Et deuota, si se maritauerit, aut mæchata fuerit, penitentia deputetur.
- Circa eorum verò personas, qui se post vnum & sanctum lauacrum, vel profanis sacrificiis demonum, vel incestu lauatione polluerunt.
- Et sacerdos, vel leuita, si de se crimine aliquod confitetur, deponatur.

Capitula Concilij Valentini.

**D**ilectissimis fratribus per Gallias, & quinque provincias constitutis episcopis, Felix, Emerius, Florentius, Artemius, Emilianus, Britto, Iustus, Euodius, Rodamius, Euortius, Chrestus, Concoradius, Constantinus, Paulus, Anterius, Felix, Neuterius, Nicetius, Urbanus, Simplicius & Vincentius episcopi in Domino salutem. Transactis Valentie omnibus, & in Dei nomine in statu meliore compositis, quæ fuerunt cæpta causa dissidij, quorundam fuit Patrū utilis & religiosa suggestio retractata de his quæ nec recipere possumus ob ecclesiæ sanctitatem, nec tamen vsquequaque consuetudinis causa damnare. Ita enim per omnes ecclesias eiusmodi vitiorum germinem inoleuit, ut ad plena remedia non facilis sit recursus, certè non sine verecundia eorum quibus causa cōtigit succisium. Quocirca, fratres librato diu moderatoque consilio, ea cautelæ ratio seruata est, quæ & scandala submoueret, & sanctitatem ecclesiæ custodiret.

**1** Sedit ergo neminem post hanc synodum, quæ eiusmodi illicitis vel terò succuritur, de digamis, aut internuptarum maritis ordinari clericos posse, nec requirendum vtrum ne initiati sacramentis diuinis, an ne gentiles hac se infelicis sortis necessitate maculauerunt, cum diuini præcepti sit forma. Sed quia fratrum nostrorum vel imperitiam, vel simplicitatem, vel etiam præsumptionem damnare non possumus nec per omnes ecclesias quæ sunt iam pridem malè gesta corrigere: placuit etiam de eorum statu qui prius ordinati sunt nihil reuolui, si nulla extrinsecus causa procedit, quæ indigni ministerio comprobentur.

**2** De puellis verò quæ se Deo vouerunt, & præclari

nomini decore floruerunt, si ad terrenas nuptias spore transferint, id custodiendum esse decreuimus, ut poenitentes, non statim ad poenitentiam recipiant: & cuncta tamen fuerint, nisi plene satisfecerint Deo, in quantum ratio poposcerit, eisdem communio differatur.

Nicena  
Syn. ca. II.

3 Circa eorum vero personas qui se post unum & sanctum lauacrum, vel profanis sacrificiis demonum vel incesta lauatione polluerunt, eam censuram formam duximus esse seruandam, ut his, iuxta synodum Nicenam, satisfactionis quidem aditus non negetur ne infelicibus lachrymis vel solatij ianua desperatio ne claudatur, acturi vero poenitentiam usque in die mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plene sperare non debent, qui eius largitatem & solus obtinet, & tam diues misericordia est, ut nemo desperet. Deus enim mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum.

Sapient. I.

4 Nec illud, fratres, scribere alienum ab ecclesiae utilitate censuimus, ut sciretis quicumque sub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterij, vel episcopatus mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supra dictis ordinationibus submouendos, reos scilicet vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neque enim absolui potest is, qui in seipsum dixerit quod dictum in alios puniretur, cum omnis qui sibi fuerit mortis causa, maior homicida est. Diuina pietas vos in aeternum custodiat, dilectissimi fratres.

*Decretum sine statutum unum Concilij Valentini ex Gratiano. Nisi ut meliora prospiciat, re ecclesiae non liceat distrahere episcopo.*

Irrita erit episcoporum donatio, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticae, absque collaudatione & subscriptione sacerdotum.

*Aliud Decretum Valentini. Non nisi a propriis episcopis presbyteri christiana petant.*

Presbyteri qui diocesanas ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suo, non per iuniorem clericum, sed per seipsum, aut per illum qui eiusdem ordinis sit, ante Paschae solennitatem christiana petant. Et subscripserunt triginta episcopi, qui in eo concilio conuenerunt.

**CONCILIUM A QVILEIENSIS**  
Tempore Damasi Papae Primi Celebratum.

*Aquileia Italia urbs, Carnorum Gallia togata populo rum Metropolis, Romanorum Colonia, non procul a mari sita. Hodie Agar castellum vulgo dicitur. Hec ex Ptolomeo lib. 3. cap. 1. Plinio lib. 3. cap. 18. Strabone lib. 5.*



Yagrio & Eucherio uir claris. Confessibus, Nonis Septembris Aquileie in ecclesia confidentibus, cum episcopis Aquileiensium ciuitatis, Valeriano, Ambrosio, Eusebio, Limenio, Amenio, Sauiuo, Abundantio, Artemio, Constantio, Iusto, Filastro, Constantio, Theodoro, Almachio, Domino, Amantio, Maximo, Felice, Basiliano, Numidio, Ianuario, Proculo, Heliodoro, Iouino, Felice, Exuperantio, Diogene, Maximo, Macedonio, Calsiano, Marcello & Eustachio episcopis.

Ambrosius episcopus dixit: Diu citra acta tractauimus. Et quoniam tanta sacrilegia a parte Palladij & Secundiani nostris auribus ingeruntur, ut difficile quisque credat, tam aperte eos blasphemare potuisse, vel ne qua ipsi calliditate dicta sua postea negare conentur, licet de tantorum sacerdotum testificatione dubitari non queat: tamen quoniam omnibus episcopis placet, fiant acta, ut unusquisque professionem suam negare non possit. Quid ergo uobis sancti viri pla-

ceat, declarandum est. Omnes episcopi dixerunt Placet.

Ambrosius episcopus dixit: Disceptationes nostrae ex re firmade sunt scripto imperi. ut allegetur.

Sabinianus diaconus recitauit. Ambigua dogmata reuerentia ne disideant sacerdotes, quamprimum experiri cupientes, conuenire in Aquileiensem ciuitatem ex diocesani meritis excellentiae tuae creditum episcopos iusseramus. Neque controuersiae dubie sententiae rectius poterant experiri, quam si obortae altercationis in interpretes ipsos constituissemus antistites, & uidelicet a quibus proficiscuntur instituta doctrinae, ab eisdem discordia eruditionis repugnancia solueretur, Neque sane nunc aliter iubemus ac iussumus, non inuertentes praecipiti tenorem, sed superflua conuenarum copia recolentes. Nam quod Ambrosius & uita & merito & Dei dignatione conspicuus episcopus Mediolanensium ciuitatis, tibi multi rudnem non opus esse suggerit, ubi ueritas non laboraret in pluribus, si locata esset in paucis, sequere eorum qui contra astarent assertionibus, & sacerdotes uicinarum ex Italia ciuitatum satis abundeque sufficere posse suggerit: abstinendum uenerabilium uirorum fatigatione censuimus, ne quis uel maturo etuo grauis, uel corporali debilitate confectus, uel laudabili paupertate mediocris insuetas repetant terras, & reliqua.

Ambrosius episcopus dixit: Ecce quod Christianus constituit Imperator. Noluit iniuriam facere sacerdotibus, ipsos interpretes constituit episcopos. Ac per hoc, quoniam in sacerdotali concilio confidemus, responde ad ea quae tibi proponuntur. Arrii epistola lecta est, etiam nunc recitabitur, si tibi uideatur, a principio habet blasphemias solum patrem aeternum dixit. Si tibi uideatur quod Dei filius sempiternus non sit, hoc ipsum (quemadmodum uis) astitue, si damandum puras, dana euangeliu. Praesens est & Apostolus, omnes scripturae praesto sunt, uide uis astitue, si putas non esse Dei filium sempiternum.

Palladius dixit: Vestro studio factum est (sicut dicitur lectio sacra a uobis prolata) ut non esset generale & plenum concilium. Absentibus sacerdotibus nostris nos respondere non possumus.

Ambrosius episcopus dixit: Qui sunt cofortes uestri? Palladius dixit: Orientales episcopi.

Ambrosius episcopus dixit: Interim quia superioribus temporibus concilium sic factum est, ut Orientales in Orientis partibus constituti haberent concilium, Occidentales in Occidente: nos in Occidentis partibus constituti, conuenimus ad Aquileiensem ciuitatem iuxta Imperatoris praecipitum. Denique etiam praefectus Italiae literas dedit, ut si uellent conuenire, in potestate haberent. Sed quia scierunt consuetudinem huiusmodi, ut in Oriente Orientalium esset concilium, intra Occidentem Occidentalium ideo putauerunt non esse ueniendum.

Pal. dixit: Imperator noster Gratianus iussit Orientales uenire, negas tu iussisse eum? Ipse Imperator nobis dixit, se Orientales iussisse uenire. Amb. Episc. dixit utique iussit qui non prohibuit huc uenire.

Pal. dixit: Sed ueniret, tua petitio fecit sub specie falsa uoluntatis hoc impetrasti, & distulisti conciliu.

Amb. episc. dixit: Non opus est euagari diutius, responde nunc. Bene dixit. Arrius, solum aeternum patrem & secundum scripturas hoc dixit, an non?

Pal. dixit: Non tibi respondeo.

Constantius episcopus dixit: Non respondes, qui tam diu blasphemasti?

Eusebius episcopus dixit: Sed debebis simpliciter fidei tuae proderet libertatem. Si te gentilis exigeret, quemadmodum in Christum crederes, cofiteri, erubescere non deberes.

Sauinus episcopus dixit: Tu petisti ut responderemus hodie ex uoluntate tua, & uigente te conuenimus, & non expectauimus reliquos fratres, qui poterant uenire. Proinde non tibi liberum est euagari. Christum dicis esse creatum, aut sempiternum dicis esse filium Dei?

Pal. dixit: Dixi tibi, nos ideo diximus uobis, ut ueniremus, & conueniremus, quod non recte fecissetis subrepere Imperatori.

Ambr. episc. dixit: Legatur epistola Palladij, utrum nobis hoc mandauerit, & docebitur, quod etiam nunc fallit.

Pal. dixit: Legatur plane.

Episcopi dixerunt: Imperator quum esset praesens Sirmio, tu illum interpellasti, an ipse te compulsi? Et addidit: Quid ad ista respondes?

Pal. dixit: Dixit mihi, uade.

Diximus, Orientales conueniunt? Ait: Conueniunt. Nunquid si Orientales non fuissent conueniunt, nunquid nos conuenissemus?

Amb. episc. dixit: Sequestrata sit causa Orientalium, sententiam tuam hodie quaere. Arrii tibi epistola lecta est. Soles te Arrianum negare. Aut damna hodie, Arrius, aut defende.

Pal. dixit: Non est hoc auctoritatis tuae, ut hoc a me quaeras.

Eusebius episcopus dixit: Non credimus religiosum imperatorem aliud dixisse, quam scripsit. Episcopos iussit conuenire, non potuit tibi soli contra rescriptum suum dicere, ut sine Orientalibus causa minimè diceretur.

Pal. dixit: Si Itali soli iussi sunt conuenire?

Euagrius presbyter & legatus dixit, ut ante quatuor dies, & ante biduum responderet se affuturum. Quid ergo expectabas (ut dicis) Orientalium cofortium tuorum, sententiam expectandam, sic debuisti mandare, non promittere conflictum?

Pal. dixit: Quia quasi ad concilium plenum ueniam, uidi non meos cofortes conuenisse, ut conuenirent & dicerem, secundum iussionem egeritis in prauidicium futuri concilij.

Amb. episc. dixit: Ut hodie resideremus, ipse exigit. Denique etiam hodie tuipe dixisti: quia Christiani ad Christianos uenimus. Christianos nos probasti. Promisisti te cofortaturum, promissisti te allaturum esse rationem. Libenter itaque accepimus praefationem tuam. Optauimus, ut quasi Christianus uenires. Obtuli tibi epistolam Arrii, quam scripsit Arrius, de cuius nomine dicitis uos iniuriam frequenter sustinere. Dicitis quod Arrius non sequamini. Hodie aperta debet esse sententia. Aut condemna illum, aut astrue quibus uis lectionibus. Et addidit: Ergo iuxta epistolam Arrii, Christus Dei filius non est sempiternus?

Pal. dixit: Nos diximus, probaturos nos Christianos, sed in concilio pleno. Non uobis respondemus omnino in prauidicium concilij futuri.

Eusebius episcopus dixit: Sine calliditate fidei tuae professionem debes exponere.

Pal. dixit: Et quid concilio reseruamus?

Amb. episc. dixit: Omni ori condemnatio facta est in eum qui negaret Dei filium sempiternum. Negauit Arrius, hunc sequitur Palladius, qui non uult condemnare Arrium. Itaque utrum huius probanda sententia sit, cofiderate, & utrum secundum scripturas dicat aut contra scripturas intelligere liquet. Lectum est enim, Sempiterna uirtus Dei atque diuinitas, Dei uirtus Christus est. Si igitur sempiterna Dei uirtus est, sempiternus utique Christus est, quia Christus est Dei uirtus.

Eusebius episcopus dixit: Haec fides nostra est, haec intelligentia catholica. Qui haec non dixerit, anathema. Omnes episcopi dixerunt: Anathema.

Eusebius episcopus dixit: Specialiter dicit solum patrem sempiternum, & filium aliquando coepisse?

Pal. dixit: Arrium nec uidi, nec scio qui sit. Euseb. episc. dixit: Arrii blasphemiam prolata, in qua negat Dei filium sempiternum. Hanc perfidiae damnas cum auctore, aut asseris?

Pal. dixit: Ubi auctoritas pleni concilij non est, non dico.

Amb. dixit: Dubitas damnare post diuina iudicia quum crepuerit medius? Et addidit: Dicant enim sancti uiri legati Gallorum.

Constantius episcopus & legatus Gallorum dixit: Hanc impietatem eius hominis & semper damnauimus, & nunc damnamus, non solum Arrium, sed & quicumque filium Dei non dixerit sempiternum.

Ambr. episc. dixit: Quid etiam dicit dominus meus Iustus?

Iustus episcopus & legatus Gallorum dixit: Qui filium Dei coaeternum cum patre non confitetur, anathema habeatur. Omnes episcopi dixerunt: Anathema.

Ambr. episc. dixit: Dicant etiam Afrorum legati, qui omnium ciuium huc attulere sententias.

Felix episcopus & legatus dixit: Si qui filium Dei negauerit & sempiternum, & coaeternum negauerit, non solum ego legatus totius Africanae provinciae damno, sed & cunctus chorus sacerdotalis, qui ad hunc caetum sanctissimum me misit, etiam ipse ante damnauit.

Amenius episcopus dixit: Caput Illyrici, non nisi ciuitas est Syrmienis. Ego igitur episcopus illius ciuitatis sum. Eum qui non confitetur filium Dei aeternum & coaeternum patri, quod est sempiternum, anathema dico, sed etiam is quidem non confitetur.

Amb. episc. dixit: Audite sequentia. Et recitatum est: Solum aeternum, solum sine initio, solum uerum, solum immortalitatem habentem.

Amb. episc. dixit: Et in hoc damna eum, qui negat filium Deum uerum. Quum enim ipse sit ueritas, quemadmodum non est Deus uerus? Et addidit: Quid est hoc?

Pal. dixit: Filium uerum qui non dicat?

Amb. episc. dixit: Arrius negauit.

Pal. dixit: Quum Apostolus dicat, Christum super omnia Deum, potest aliquis negare uerum filium dei?

Amb. episc. dixit: Ut scias quam simpliciter ueritas a nobis requiratur, ecce dico ego ut dicis, sed semiplenum habeo. Cum enim ita dicis, uideris negare Deum uerum: si autem simpliciter cofiteris uerum Deum filium Dei, eo ordine astrue quo ipse propono.

Pal. dixit: Ego secundum scripturas tibi loquor, uerum filium Dei Dominum dico.

Amb. episc. dixit: Uerum dominum dicis filium Dei?

Pal.

I. Ioan. 5.



Pal. dixit: Quum verū filiū dicam, quid amplius? Amb. epif. dixit: Non quæro tantummodo, vt verū filium dicas, sed vt verum dominū Dei filium dicas, Eusebius epif. dixit: Christus Deus verus est, secundum omnium fidem & catholicam professionē, Pal. dixit: Verus Dei filius est.

Eusebius epif. dixit: Nam & nos per adoptionem filij sumus, ille secundum proprietatem generationis diuinę. Et addidit: Confiteris ergo verum filium Dei, dominum verum esse, secundum natiuitatem & proprietatem?

Pal. dixit: Verum Dei filium vnigenitum dico. Euseb. epif. dixit: Hoc ergo putas contra scripturas, si Christus Deus verus est, dicatur?

Cūmq; Palladius reticeret, Ambrosius episcopus dixit: Solum verum filium Dei qui dicit, & nō vult dicere dominum, verum videtur negare. Hoc igitur ordine confiteatur, si tamen confitetur Palladius, & dicat, vtrum verum Dominum Dei filium dicat.

Pal. dixit: Quum dicat filius, Vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christū, cum affectu an veritate?

Ioan. 15.

Amb. epif. dixit: Ioannes dicit in epistola sua, Hic est verus Deus. Nega hoc.

Pal. dixit: Quum dicam tibi verum filium, profiteor veram etiam diuinitatem.

Amb. epif. dixit: Et in hoc est fraus. Sic enim sole- tis dicere, vnam & veram diuinitatem, vt patris tantummodo, non etiam filij veram & vnam diuinitatem dicatis. Ergo si aperte vis dicere, quia ad scripturas me prouocas, dic quod dixit Euangelista Ioannes. Hic est verus Deus, aut nega dictum.

Pal. dixit: Absq; filio alius genitus non est.

Euseb. epif. dixit: Christus verus Deus secundum omnium fidem & catholicam professionem. An in sententia tua Deus verus non est?

Pal. dixit: Virtus Dei nostri est.

Amb. epif. dixit: Non habes libertatem profitēdi, ac per hoc anathema, ei qui non confitetur verū filium Deum Dei. Omnes episcopi dixerunt: Anathema habeatur, qui Christum filium Dei, dominum verum non dixerit. Iterum addidit: Solum verum, solum immortalitatem habentem.

Amb. epif. dixit: Filius Dei habet immortalitatem, aut non habet secundum diuinitatem?

Pal. dixit: A postolum admittis, an non? Rex regū, qui solus habet immortalitatem.

1. Tim. 6. c.

Ambro. episcop. dixit: De Christo filio Dei quid dicis?

Pal. dixit: Christus nomen diuinum est, an humanum?

Euseb. epif. dixit: Secundum carnis quidem sacramentum Christus dicitur, sed idem Deus & homo est.

Pal. dixit: Christus nomen carnis est, Christus nomen humanum est, & respondete vos mihi.

Eusebius episc. dixit: Quid superfluis immoraris? Quum legeretur impietas Arrii, qui hoc dicit de patre, quia solus habet immortalitatem, attulisti testimonium ad consensum impietatis Arrii ex Apostolo, dicens: Qui solus habet immortalitatem, & lucē inaccessibilem habitat. Sed si intelligis, totius naturæ dignitatem in Dei nomen expressit, si quidem in Dei nomine, pater & filius designantur.

Pal. dixit: Et ego vos quod interrogavi, responde- re nolulistis.

Amb. epif. dixit: Aperte de te sententiam quæro: Filius Dei habet immortalitatem secundum generationem diuinam, an non habet?

Pal. dixit: Secundum generationē diuinam incorruptibilis, & per carnem mortuus est.

Amb. epif. dixit: Non diuinitas mortua est, sed caro mortua est.

Pal. dixit: Antē vos mihi respondete.

Amb. epif. dixit: Filius Dei secundum diuinitatem habet immortalitatem, an non habet? Sed etiā fraudes & insidias tuas, non secundum Arrii professionem prodidisti. Et addidit: Qui filium Dei negat habere immortalitatem, quid vobis videtur? Omnes episcopi dixerunt: Anathema habeatur.

Pal. dixit: Status diuinus immortalis est.

Amb. epif. dixit: Astute & hoc vt de Dei filio nihil exprimas euidenter. Et ego dico, immortalitatem habet Dei filius secundum diuinitatem? Aut nega, quia non habet immortalitatem,

Pal. dixit: Christus mortuus est, an non?

Amb. epif. dixit: Secundum carnem anima nostra non mouitur. Scriptum est enim: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Quum igitur anima nostra mori non possit, putas quod Christus secundum diuinitatem mortuus sit?

Pal. dixit: Mortis appellationem quare tu horres? Amb. epif. dixit: Imō non horreo, sed confiteor secundum carnem meam. Est enim per quam à mortis vinculis sum reuinctus.

Pal. dixit: Mortem, separatio facit spiritus. Nam Christus filius Dei carnem suscepit, & per carnem mortuus est.

Ambro. epif. dixit: Scriptum est, Christum passum. Secundum carnem igitur passus est, secundum diuinitatem habet immortalitatem. Hoc qui negat, diabolus est.

Pal. dixit: Ego Arrium non noui.

Amb. epif. dixit: Ergo malē dixit Arrius, quum etiam filius Dei habeat immortalitatem secundū diuinitatem. Et addit, Bene dixit, an malē?

Pal. dixit: Non consentio.

Amb. epif. dixit: Cui non consentis? Anathema illi, qui non explicat fidei libertatem. Omnes episcopi dixerunt: Anathema.

Pal. dixit: Dicite quod vultis, eius est diuinitas immortalis.

Amb. epif. dixit: Cuius? patris, an & filij? Et addidit: Multas impietates cōgessit Arrius, ad alias transcamus. Et recitatum est, Solum sapientem.

Pal. dixit: Pater à se sapit, filius autē sapiens nō est? Amb. epif. dixit: Ergo filius non est sapiens, quum ipse sit sapientia? Nam & nos dicimus, quia ex patre natus est filius.

Euseb. epif. dixit: Est aliquid tam impium, tam prophanum, quā quod dixit, sapientem filium Dei negare?

Pal. dixit: Sapientia dicitur. Qui potest sapientiam denegare?

Amb. epif. dixit: Sapiens est, an non?

Pal. dixit: Sapientia est.

Amb. epif. dixit: Sapiens ergo, quum sit sapientia? Pal. dixit: Secundum scripturas vobis respondemus.

Ambro. epif. dixit: Etiam sapientem (quantum video) filium Dei Palladius negare conatus est.

Euseb.

Euseb. epif. dixit: Qui negat filium Dei sapiētem, anathema sit. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Eusebius epif. dixit: Etiam Secundianus ad hoc respondeat.

Quūque Secundianus reticeret, Ambr. epif. dixit: Qui tacet, integrum vult habere iudicium. Et addidit: Solum patrem bonum quum dicit, filiū con- fessus est, an negauit?

Pal. dixit: Legimus, Ego sum pastor bonus, & nos negamus? Quis non dicat bonum Dei filium?

Ioan. 10.

Amb. epif. dixit: Ergo bonus est Christus.

Pal. dixit: Bonus.

Amb. epif. dixit: Malē ergo Arrius de solo patre dixit, quum etiam filius Dei Deus omnibus sit.

Pal. dixit: Qui bonum non dicit, Christum male dicit.

Euseb. epif. dixit: Christum bonum confiteris? Nā & ego bonus sum. Mihi dixit, Euge serue bone. Et, Matth. 15.

Matth. 15.

Pal. dixit: Iam dixi nunc vobis non respondeo vs- que ad plenum concilium.

Luc. 9.

Ioan. 7.

Amb. epif. dixit: Iudæi dicebant, Bonus est: & Arrius negat, quia filius Dei bonus est.

Pal. dixit: Quis potest hoc negare?

Euseb. epif. dixit: Bonus est ergo Deus filius Dei?

Pal. dixit: Bonus pater, bonum filium genuit.

Ambro. epif. dixit: Et nos bonos genuit, sed non secundum diuinitatem. Deum bonū Dei filium dicis?

Pal. dixit: Filius Dei bonus est.

Amb. epif. dixit: Vides ergo quia Christum bonū, bonum filium, nō bonū Deum dicis, quod à te quæ- ritur. Et addidit: Qui bonum Deum, filium Dei deū non confitetur, anathema. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Item recitauit, Solum potentem.

Amb. epif. dixit: Potens est filius Dei, an non?

Pal. dixit: Qui omnia fecit, non est potens: qui omnia fecit, minus potest?

Amb. epif. dixit: Ergo Arrius malē dixit, Et addidit: Vel in hoc damnas Arrium?

Pal. dixit: Vnde scio qui sit? Ego pro me respon- deo tibi.

Amb. epif. dixit: Filius Domini Dei potens est?

Pal. dixit: Potens.

Amb. epif. dixit: Deus bonus est?

Pal. dixit: Iam dixi filium Dei vnigenitum esse po- tentem.

Amb. epif. dixit: Dominum potentem?

Pal. dixit: Filium Dei potentem.

Ambro. epif. dixit: Potentes & homines sunt. Scri- ptum est, Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Et alibi, Quū infirmor, tunc potens sum.

Psal. 51.

2. Cor. 12.

Illud à te requiro, vt confitearis Dominum potentē esse Dei filium Christum: aut si negas, astrue. Nam qui vnam potentiam dico patris & filij, sic filiū Dei dico potentem, sicut & patrem. Dubitas ergo confi- teri potentem esse Dominum Dei filium?

Pal. dixit: Iam dixi secundū disputationem (prout possumus) respondemus vobis. Vos enim soli vultis esse iudices. Vos litigatores esse vultis. Non vobis respondemus nunc, sed in concilio generali & ple- no respondebimus vobis.

Ambro. epif. dixit: Anathema illi, qui negat Domi- num potentem Christum. Omnes episcopi dixerunt: Anathema. Item recitatum est, Solum potentem, om- nium iudicem.

Pal. dixit: Omnium iudicem filiū Dei. Est qui dat,

est qui accipit.

Amb. epif. dixit: Per gratiam dedit, an per naturā? Et hominibus datur iudicium.

Pal. dixit: Patrem maiorem dicis, an non?

Amb. epif. dixit: Postea respondebo tibi.

Pal. dixit: Ego tibi non respondebo, si non respon- des mihi.

Euseb. epif. dixit: Nisi impietatem Arrii ex ordi- ne damnaueris, interrogandi tibi non dabimus fa- cultatem.

Pal. dixit: Non tibi respondeo.

Amb. epif. dixit: Filius Dei (sicut lectum est) iudex est, an non?

Pal. dixit: Si non respondes mihi, ego tibi vt impio non respondeo.

Amb. epif. dixit: Habes professionem meam, qua respondebo tibi. Interim perlegatur epistola Arrii. Et addidit: In epistola Arrii inuenies & hoc sacrile- gium, quod tu moliris.

Pal. dixit: Ego quæ interrogo, non respondetis.

Eusebius episc. dixit: Filium Dei Deum æqualem dicimus.

Pal. dixit: Tu iudex es, tui exceptores hic sunt.

Amb. epif. dixit: Scribunt tui, qui nolunt.

Pal. dixit: Pater maior est, an non?

Euseb. episc. dixit: Secundum diuinitatem æqualis est filius patri. Habes in Euangelio, quod Iudæi per- sequebantur eum, quia non solum soluebat sabbatū sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faci- ens Deo. Quod ergo impij persequentes confessi sunt, nos credentes negare non possumus.

Ioan. 5.

Amb. epif. dixit: Et alibi habes: Qui quum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est esse se æqua- lem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus obe- diens vsque ad mortem. Et addidit: Vides quia in forma Dei æqualis est? Et formam, inquit, serui ac- cepit. In quo ergo minor est? Secundum formā uti- que serui, non Dei.

Philip. 2.

Euseb. episc. dixit: Sicut in forma serui constitu- tus, inferior seruo non fuit: ira in forma Dei consti- tutus, inferior Deo esse non potuit.

Amb. epif. dixit: Aut dic, quia secundum diuinita- tem minor est filius Dei.

Pal. dixit: Pater maior est.

Amb. epif. dixit: Secundum carnem.

Pal. dixit: Qui me misit, maior est me. Caro missa est à Deo, aut filius Dei?

Amb. epif. dixit: Falsari à vobis diuinas scripturas hodie comprobamus. Sic enim scriptum est: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Non turbetur cor vestrum. Non quomodo hic mundus dat, & ego do vobis. Si diligeretis me, gauderetis, quia dixi, Vado ad patrem, quia pater maior me est. Non dixit, Qui me misit, maior me est.

Ioan. 14.

Pal. dixit: Pater maior est.

Amb. epif. dixit: Anathema illi, qui diuinis scriptu- ris addit aliquid aut minuit. Omnes episcopi dixe- runt: Anathema.

Pal. dixit: Pater maior est filio.

Ambro. epif. dixit: Secundum carnem filius minor est patre, secundum diuinitatem æqualis est patri. Legi igitur æqualem Dei filium patri, sicut iam & prolata exemplaria testantur. Secundum carnem au- tem quid miraris minorem, quum dixerit se seruum quum dixerit se lapidem, quum dixerit se vermem, quum

quum dixerit se minorem angelis, quia scriptum est: Minorasti eum paulo minus ab angelis.

Pal. dixit: Impie asserentes video, non respondemus vobis sine auditoribus.

Sabinus episc. dixit: Nemo requirat ab eo sententiam, qui tam innumeris sententiis blasphemavit.

Pal. dixit: Non vobis respondemus.

Sabinus episc. dixit: Ab omnibus iam damnatus est Palladius. Arrij blasphemiam multo minores sunt quam Palladij. Et quum Palladius surrexisset atque foras exire voluisset. Ideo (inquit) surgit Palladius, quoniam apertis scripturarum testimoniis convincendum esse se cernit, sicut iam convictus est. Sic enim lectum est, secundum diuinitatem quod æqualis patri filius sit. Accipiat autem quod secundum diuinitatem maiorem non habet. Scriptum est: Abraham quum repromississet Deus, quoniam nullum alium habebat maiorem per quem iuraret, iuravit per semetipsum. Vides igitur scripturam, quia nullum alium maiorem habet, per quem iuraret. Filius autem est, de quo dicitur, Quoniam ipse visus est Abraham. Unde & ait: Abraham diem meum vidit, & gauisus est.

Pal. dixit: Pater maior est.

Eusebius episc. dixit: Quando ut Deus loquutus, maiorem non habuit: quando ut homo loquutus, maiorem habuit.

Pal. dixit: Pater genuit filium, pater misit filium.

Ambr. episc. dixit: Anathema illi qui negat filium secundum diuinitatem æqualem patri. Omnes episcopi dixerunt: Anathema.

Pal. dixit: Filius subiectus patri, filius præcepta patris custodit.

Amb. episc. dixit: Subiectus secundum carnis rationem, cæterum & ipse meministi, quia legisti: Nemo venit ad me, nisi quem pater attraxerit.

Sabinus episc. dixit: Dicat si secundum diuinitatem subiectus est patri, an secundum incarnationem.

Pal. dixit: Ergo pater maior est.

Amb. episc. dixit: Et alibi scriptum est: Fidelis Deus per quem vocati estis in comunione filij eius. Ego dico patrem maiorem esse secundum carnis assumptionem, quam suscepit filius Dei, non secundum diuinitatem.

Pal. dixit: Quæ enim comparatio est filij Dei? Et caro potest dicere, Deus me maior est? Caro loquebatur, aut diuinitas, quia ibi erat caro?

Amb. episc. dixit: Caro sine anima non loquitur.

Eusebius episc. dixit: Deus in carne loquebatur secundum carnem, quando dicebat, Quid me persequimini hominem? Quis hoc dixit?

Pal. dixit: Filius Dei.

Ambr. episc. dixit: Deus ergo filius Dei est secundum diuinitatem, & homo est secundum carnem.

Pal. dixit: Carnem suscepit.

Ambr. episc. dixit: Dicat quia non secundum diuinitatem Apostolus dixit subiectum, sed secundum carnem. Scriptum est enim: Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem. In quo ergo mortem gustauit?

Pal. dixit: Quia se humiliavit.

Ambr. episc. dixit: Non diuinitas, sed caro humiliata est atque subiecta. Et addidit: Creaturam perfectam bene dixit Arrius, an male dixit?

Pal. dixit: Ego tibi non respondeo, auctoritatem non habenti.

Amb. episc. dixit: Profiteri quod vis.

Pal. dixit: Non respondeo vobis.

Sabinus episcopus dixit: Pro Arrio non respondes, ad interrogata non respondes?

Pal. dixit: Pro Arrio ego non respondi.

Sabinus episcopus dixit: Usque adeo respondisti, ut filium Dei negares potentem, negares verum Deum.

Pal. dixit: Ego te iudicem non patior, quem impietatis arguo.

Sabinus episc. dixit: Ipse nos coegisti federe.

Pal. dixit: Mandauit ut federetis, ut arguerem vos, Quare subripuistis Imperatori. Ut plenum concilium non esset, obripuistis.

Amb. episc. dixit: Quum Arrij impietates legerentur, & impietas tua pariter condemnata est, quæ confensit Arrianæ impietati. Placuit tibi in media epistola lectionem proponere quam volebas. Responsum tibi est, quemadmodum patrem maiorem dixerit filius Dei, eo quod secundum carnem susceptionem, filius maiorem patrem dixerit. Proposuisti etiam subiectum esse filium Dei, & in hoc responsum tibi est, quia subiectus filius Dei secundum carnem est, non secundum diuinitatem. Habes professionem nostram nunc audi cætera. Quoniam tibi responsum est, responde ad ea quæ leguntur.

Pal. dixit: Non tibi respondeo, quia quæcunque ego dixi, non sunt scripta. Vestra tantummodo scribuntur verba, non vobis respondeo.

Ambr. episc. dixit: Omnia vides scribi. Denique quæ scripta sunt, abundant ad tuam impietatis iudicium. Et addidit: Creaturam dices Christum, an negas?

Pal. dixit: Non respondeo.

Amb. episc. dixit: Ante horam citra actam cum legeretur, quia Arrius dixit creaturam, Christum negasti. Oblatum est tibi, ut damnares perfidiam: noluit. Vel nunc dic, utrum natus ex patre Christus sit, an creatus.

Pal. dixit: Si vultis exceptores nostris veniant, & sic totum excipiat.

Sabinus episc. dixit: Adducat suos exceptores.

Pal. dixit: Pleno concilio vobis respondebimus.

Ambr. episc. dixit: Attalus in tractatu Nicæni concilij subscripsit, neget factum, quia venit ad concilium. Dicat hodie, utrum subscripsit in tractatu Nicæni concilij, an non? Cùmque Attalus reticeret, Amb. episc. dixit: Attalus presbyter licet inter Arrianos sit, tamen habet auctoritatem loquendi. Libere profiteatur, utrum subscripsit in tractatu Nicæni concilij, sub episcopo suo Agrippino, an non?

Attalus dixit: Iam dixisti me aliquoties damnatum, non tibi respondeo.

Ambr. episc. dixit: Subscripsisti in tractatu concilij Nicæni, an non?

Attalus dixit: Non tibi respondeo.

Pal. dixit: Modò vultis tractatum plenum haberi, an non?

Cromatius presbyter dixit: Creaturam non negasti, potentiam negasti. Omnia negasti, quæ fides catholica profiteretur.

Sabinus episc. dixit: Testes sumus nos, Attalum subscripsisse in concilio Nicæno, & nunc nolle respondere. Quid cunctis videtur? Cùmque Attalus reticeret.

Ambr. episc. dixit: Dicat utrum subscripsit in tractatu concilij Nicæni, an non?

Pal. dixit: Exceptores vestri & nostri stent, & omnia scribant.

Valeria-

Valerianus episc. dixit: Iam quæ dixisti & negasti, scripta sunt omnia?

Pal. dixit: Dicite quod vultis.

Ambr. episc. dixit: Quia sapius vult damnari Palladius, qui iam frequenter damnatus est, lego epistolam Arrij, quam ille noluit condemnare. Profitemini quid vobis videtur. Omnes episcopi dixerunt: Legatur. Et recitata est: Nato autem non putatiue, & reliqua. Ambr. episc. dixit: Respondi tibi de maiore, respondi tibi & de subiecto, nunc & ipse responde.

Pal. dixit: Non respondebo, nisi authores veniant post Dominicam diem.

Amb. episc. dixit: Veneras tractaturus, sed postquam obiici tibi, vidisti epistolam Arrij, quam damnare noluit, asserere autem non potes: idcirco nunc refugis & cauillaris, plenarie ipsam recito. Ad singula, dic utrum Christus creatus videatur, an fuit, quando non fuit Christus, an verò semper fuit vnigenitus Dei filius. Cum Arrij epistolam audieris, aut damna aut proba.

Pal. dixit: Cum impietatis te arguam, te iudice non vtor. Transgressor es.

Sabinus episc. dixit: Quas impietates obiicis fratri nostro, & confacerdoti Ambrosio, dicito.

Pal. dixit: Iam vobis dixi, Pleno concilio respondebo, & presentibus authoribus.

Ambro. episc. dixit: In confesso fratrum cupio confutari, & redargui. Quæ igitur impie dixerim, dicito, si impius tibi videor, qui pietatem astruo.

Sabinus episc. dixit: Ergo impius tibi videtur, qui Arrij blasphemias arguit?

Pal. dixit: Ego non negavi, bonum filium Dei.

Amb. episc. dixit: Dicis ergo Christum Deum bonum?

Pal. dixit: Non vobis respondeo.

Valerianus episc. dixit: Nolite multum adigere Palladium, non potest vera nostra simpliciter confiteri. Ipsi enim conscientia duplici blasphemia confusa est. Nam à Photinianis est ordinatus, & cum ipsis est damnatus, & nunc plenius damnabitur.

Pal. dixit: Hoc proba.

Sabinus episc. dixit: Non aliter poteris Christum verum negare, nisi autores suos sequeretur.

Ambr. episc. dixit: Obiecisti me esse impium, hoc proba.

Pal. dixit: Expositionem asserimus. Cum attulerimus, tunc dispositio habebitur.

Ambr. episc. dixit: Damna impietatem Arrij. Cum reticeret Palladius.

Eusebius episc. dixit: Superfluis immoramur. Tot impietates Arrij Palladius noluit condemnare, imò potius asserendo confessus est. Hunc qui non damnat, similis illius est, & hæreticus iure dicendus est. Omnes episcopi dixerunt: A nobis omnibus anathema sit Palladius.

Ambr. episc. dixit: Acquiescis ut cætera legantur Arrij, Palladi.

Pal. dixit: Date auditores, veniant & ex utraque parte exceptores. Non potestis esse iudices, si auditores non habuerimus, & nisi ex utraque parte venerint qui audiant, non, vobis respondemus.

Amb. episc. dixit: Quos quæris auditores?

Pal. dixit: Sunt hic honorati multi.

Sabinus episc. dixit: Post tot blasphemias auditores petis.

Amb. episc. dixit: Sacerdotes de laicis iudicare de-

bent, non laici de sacerdotibus: sed tamen quos iudices petas, dicito.

Pal. dixit: Auditores veniant.

Cromatius presbyter dixit: Salua condemnatione sacerdotali, quin & qui Palladij sunt etiam in plebo legantur.

Pal. dixit: Non permittantur loqui. Auditores veniant, & ex utraque parte exceptores, & respondebunt vobis hi in concilio generali.

Amb. episc. dixit: Etsi in multis impietatibus deprehensus sit, erubescimus tamen, ut videatur, qui sacerdotium sibi vendicat, à laicis esse damnatus. Ac per hoc quoniam & in hoc ipso damnandus est, qui laicorum expectat sententiam: cum magis de laicis sacerdotes debeant iudicare, iuxta ea quæ hodie audiuimus Palladium profitemem, & iuxta ea quæ condemnare noluit, pronuncio illum sacerdotio indignum & carendum, & in loco eius catholicus ordinetur. Omnes episcopi dixerunt: Anathema Palladio.

*Condemnatio Palladij hæretici à concilio.*

Amb. episc. dixit: Imperator clementissimus & Christianus sacerdotum iudicio causam, ut & ipsi arbitri essent altercationis, ipsi (inquit) constituissemus: quoniam igitur nobis iudicium videtur delatum, interpretes esse scripturarum, condemnemus Palladium, qui impij Arrij noluit damnare sententiam. Et quis ipse filium Dei sempiternum, & cætera quæ actis hærent, negavit, ergo anathema habeatur. Omnes episcopi dixerunt: Omnes condemnamus eum. Anathema habeatur.

Amb. episc. dixit: Quoniam omnes consistunt viri Christiani & Deo probati fratres & confacerdotes nostri, dicat vnusquisque quid sibi videatur.

Valerianus episc. dixit: Mihi quidem videtur, quia qui Arrium defendit, Arrianus est, qui blasphemias ipsius non condemnat, ipse blasphemus est. Ideoque huiusmodi hominem à consortio sacerdotum censeo esse alienum.

Pal. dixit: Cæpistis ludere, ludite: sine concilio Orientali vobis non respondemus.

Armenius episc. Syrmienensis dixit: Quicumque hæreses Arrianas non condemnat, Arrianus sit necesse est. Hunc igitur alienum etiam à nostra communione, & sacerdotali cœtu priuatum esse censemus.

Constantius episc. Arausicus dixit: Palladium Arrij discipulum, cuius impietates iam olim dānatae sunt à Patribus nostris in concilio Nicæno, & nunc hodie probatae, cum recenserentur à Palladio singule, quia non confusus est, dum Dei filium à Deo patre esse alienum, cum creaturam cõfiteretur, cum tempore dicit, Dominum verum negat, in sempiternum censeo esse damnandum.

Iustus episc. dixit: Palladius qui blasphemias Arrij damnare noluit, sed etiam magis has confiteri videtur, censeo vltterius sacerdotem dici non posse, nec inter episcopos deputari.

Euentius episc. Citinensis dixit: Palladium qui impietatem Arrij damnare noluit, arbitror à consortio sacerdotali in perpetuum esse remotum.

Abundantius episc. Tridentinus dixit: Cum euidentibus blasphemias Palladius defendat, damnatum se ex concilio Aquileiensi cognoscat.

Eusebius episc. Bononiensis dixit: Quia impietates Arrij diabolico stylo conscriptas, quas non licebat nec ad aures admittere, Palladius non solum noluit

condem-

Hebr. 6.

Ioan. 8.

Ioan. 4.

I. Cor. 1.

Ioan. 8.

Philip. 2.

condemnare, sed & earum extitit assertor, negando filium Dei, filium verum, Dominum bonum, Dominum sapientem, Dominum sempiternum, hunc à cœtu sacerdotali, & mea sententia, & omnium catholicorum iudicio arbitrari iure esse damnatum.

Sabinus episcopus Placentinus dixit: Quoniam cunctis patefactum est, Palladium qui Arrianæ perfidiæ author est, etiam eius impietatem tenere, quiaque contra Euangelicam & Apostolicam instituta venit, iusta in eum totius concilij illata sententia est, & mea licet paruitatis sententia sacerdotio denuò priuatus, ex hoc sacrosancto cœtu iure pellatur.

Felix & Numidius legati Aphrorum dixerunt: Arrianæ hæresis secta, in qua Palladius in Aquileiensi synodo declaratus est, anathema. Sed & eos qui contra veritatem Nicænæ synodi repugnantes sunt, condemnamus.

Limenius episcopus Vercellensis dixit: Arrianam doctrinam sæpe esse damnatam, manifestum est: & ideo Palladius cõuentus in hac sacra synodo Aquileiensi quia noluit se corrigere, vel emendare, sed magis probauit deprehensibilem, & olitauit perfidia, quam se publicè confessus est tenere, hunc sententia mea & ego profiteor confortio sacerdotali esse priuandum.

Maximus episcopus Emonensis dixit: Palladium qui blasphemias Arrij nec damnare voluit, sed magis confessus est, iuste ac merito esse damnatum, & Deus nouit, & fidelium conscientia condemnauit.

Exuperantius episcopus Dertonensis dixit: Palladium qui sectam Arrij, vel eius doctrinam damnare noluit, sed defendit, ut cæteri consortes mei damnauerunt, etiam ego condemno.

Basianus episcopus Laudensis dixit: Audiui sicut & cæteri consortes mei impietates Arrij, quas Palladius non solum non condemnauit, sed confirmauit. Hic anathema sit, & sacerdotio priuabitur.

Filaster episcopus Brixianus dixit: Blasphemias & iniquitatem Palladij, qui Arrianam doctrinam sequitur, & defendit, unam cum omnibus ego condemnaui.

Constantius episcopus Sciscianensis dixit: Palladium qui blasphemias & impietates Arrij non condemnauit, sicut & cæteri consortes mei, & ego centeo damnandum.

Heliodorus episcopus Altinensis dixit: Qui perfidiam Arrij omniumque hæreticorum quorum confors est Palladius, huius insipiens cor, qui veritatem non est confessus, cum cæteris sacerdotibus meis condemnauit.

Felix episcopus Iadertinus dixit: Palladium qui blasphemias dicit in filium, sicut Arrij, cum omnibus pariter condemno.

Theodorus episcopus Octodorensis dixit: Palladium qui Christum Deum verum cõternum patri negauit, nec Christianum hunc, nec sacerdotem villo modo censemus.

Domninus episcopus Gratianopolitanus dixit: Palladium in perfidia Arrij permanentem, in perpetuum, sicut & fratres damnauerunt, etiam ego centeo esse damnandum.

Proculus episcopus Mafsilienis dixit: Palladium qui Arrij blasphemias sub quadam impia hæreditate non condemnando defendit, sicut hunc & plurimorum iam venerabilium sacerdotum sententia, blasphemum designauit, atque à sacerdotio alienum duxit, ita mea pariter sententia in perpetuum damnatum designat.

Diogenus episcopus Genuensis dixit: Palladium qui Christum Dominum Deum verum similem & æqualem patri, dum non confitetur, imò negauit, damnationem iudico cum cæteris fratribus meis vel confacerdotibus sortiri.

Amantius episcopus Niciensis dixit: Palladium qui sectam Arrij non destruxit, secundum confacerdotum meorum iudicium, etiam & ego condemno.

Ianuarius episcopus dixit: Sicut omnes confacerdotes mei damnauerunt Palladium, ita & ego pari iudicio eum cenfeo esse damnandum.

Et cum Secundianus subripuisset, Ambrosius episcopus dixit: Audisti Secundiane cuiusmodi Palladius impius sententiam sacerdotali concilio damnatus exceperit. Licet displicuerit nobis quod eius, hoc est, Palladii non horrueris amentiam, tamen de te aliqua specialiter quaero. Vtrum Dei filium, Dominum nostrum Iesum Christum, vel non verum Deum dicas.

Secundianus dixit: Qui negat Dominum verum esse patrem Domini & Dei nostri Iesu Christi, non est Christianus, nec qui negat Dominum filium verum.

Ambrosius episcopus dixit: Deum verum Dei filium confiteris?

Secundianus dixit: Verum Dei filium, vnigenitum Dei filium verum dico.

Ambrosius episcopus dixit: Verum Dominum dicis?

Secundianus dixit: Verum vnigenitum filium, qui negat verum filium Dei?

Eusebius episcopus dixit: Non sufficit quod filium Dei vnigenitum confiteris, nam hoc omnes cõfiterentur: sed hoc mouet, quod Arrij dixit Dominum solum patrem, solum verum negauit filium Dei Dominum verum. Simpliciter filium Dei Deum verum confiteris?

Secundianus dixit: Qui fuerit Arrij, ignoro: quid dixerit, nescio: mecum loqueris viuus ad viuum. Illud dico quod Christus dixit: Vnigenitum filium se asserit patris, filius vnigenitus est Dei filius verus.

Ambrosius episcopus dixit: Deus verus est, verus Dei filius Deus: Et addidit: In diuinis scriptum est: Quia qui iurant super terram, iurabunt Deum verum. Quod utique de Christo esse non dubium est. Nos ergo verum Deum profiteamur, & fides nostra hæc est, & professio, quia vnigenitus patris filius, est verus Deus. Dic & tu de Deo vero, deinde filium Deum verum.

Secundianus dixit: De Deo vero.

Ambrosius episcopus dixit: Filius Dei Deus verus est:

Secundianus dixit: Ergo mendax.

Ambrosius episcopus dixit: In hoc fraudem facis, ut non Deum verum dicas, sed Deum vnigenitum: ac per hoc dico simpliciter vnigenitus Dei filius, Deus verus.

Secundianus dixit: Vnigenitum dixi Dei filium.

Eusebius episcopus dixit: Hoc Photinus non negat, hoc Sabellius confitetur.

Ambrosius episcopus dixit: Et qui hoc non confitetur, iure damnatur. Ac per hoc sæpe te conuenio, licet cauillando negaueris veritatem. Non quaero ut tantummodo vnigenitum filium dicas Dei, sed etiam Deum verum.

Secundianus dixit: Veritatis me seruum profiteor. Quæ dico, non scribuntur: & quæ dicis, scribuntur. Christum verum Dei filium dico. Quis negat filium Dei verum esse?

Ambrosius episcopus dixit: Qui negat vnigenitum Dei filium, anathema sit.

Secundianus dixit: Deum verum vnigenitum filium dei, quid

quid mihi profiteris quod non est scriptum?

Ambrosius episcopus dixit: Apertum sacrilegium est, quando Christum Dei filium Deum verum negauit.

Secundianus dixit: Iesum Christum filium Dei Deum, quia Christum dicatur filium verum, filium Dei dico.

Ambrosius episcopus dixit: Nōdum resipuisti. Et adiecit: Ne quid illi videatur subreptum, confirmet sententiam suam. Dicat ergo vnigenitum Christum Dei filium Deum verum.

Secundianus dixit: Iam dixi. Quid mihi extorquere vis amplius?

Ambrosius episcopus dixit: Quid dixisti? Certè si dixisses tanta, quod gloriose dicitur, sæpe repetendum est.

Secundianus dixit: Dicitur est: Sit sermo vester, est, est, non non.

Ambrosius episcopus dixit: Qui dixit ipsum patrem filium, sacrilegus est. Hoc à te quaero, ut dicas de Deo vero Deum verum Dei filium natum.

Secundianus dixit: Ego filium à Deo genitum, dicente ipso, Genui te, confitentem se genitum esse dico.

Ambrosius episcopus dixit: A Deo vero Deus verus est.

Secundianus dixit: Et cum nomini etiam addis, & verum audis, qualis in te fides sit, & Christianus es.

Eusebius episcopus dixit: Qui negauit illum verum Deum? Arrij & Palladius negauit. Tu si Deum verum credis, debes simpliciter designare.

Ambrosius episcopus dixit: Si non dixeris Deum verum de Deo vero natum esse, Christum negasti.

Secundianus dixit: Interrogatus de filio, dedi responsum quemadmodum deberem profiteri, respondi: Habemus vestram expositionem, afferemus, legatur.

Ambrosius episcopus dixit: Hodie afferre debueras, cæterum subterfugere conaris. Professionem à me exigis, & professionem à te exigo. Deus verus est Dei filius?

Secundianus dixit: Vnigenitus est Deus Dei filius. Et ego eum interrogo, vnigenitus est.

Ambrosius episcopus dixit: Ratio permoueat nos, & impietas, & insipientia tua. Cum dicis Deum verum vnigenitum, non Deum verum dicis, sed verum vnigenitum. Ac per hoc ut istam adunas quaestionem, ita responde. Ex Deo vero, Deus verus est?

Secundianus dixit: Ergo Deus Deum non genuit? Deus verus ille qui est, quod est, genuit vnum verum, vnigenitum filium genuit.

Ambrosius episcopus dixit: Non cõfiteris Deum verum, sed vis dicere, verum vnigenitum. Et ego vnigenitum, sed dico, & Deum verum.

Secundianus dixit: Ego dico genitum à patre, verum genitum dico omnibus.

Gesta concilij Aquileiensis contra Palladium & Secundianum Arrianæ hæresis assertores finiunt, prout exemplar continebat. Videtur tamen non in integrum haberi, sed mutilum esse ac defectuosum.

CONCILIUM TELENSE SUPER tractatu Syritij papa.

Tellene oppidum Latij, quod iam pridem interijt, auctore Antonio Nebriffensi, cuius etiam meminit Antoni. in itinerrario suo. De quo tamen Plinius, Ptolomeus, & Strabo silent.

**D**ost consulatum gloriosissimi Honorij secundi & Cõstantij secundi sexto Calendas Martias congregato in ecclesia Apostolorum concilio plebis Telenfis, beatus pater primæ sedis episcopus Do-

natianus ciuiratis Telenfis cum resedisset, confidentibus secum Ianuario, Felice, &c.

Hic recensentur alij qui huic concilio adfuerunt.

Et cæteris episcopis, necnon etiam Vincentio & Fortunatiano legatis prouinciæ Procõsularis ad Byzacenum concilium directis, & reliqua.

Vincentium & Fortunatianum dixerunt.

Etiam cum effemus Tusdrum (sicut mecum recolitis memorabilis auditio vestra) & epistolas sanctæ memoriæ Syritij sedis Apostolicæ episcopi dederamus recitandas, ex quibus cum legeret vnam sanctimonium fratris nostri episcopi Latoni, vtrasque nunc nos referre suggestio indicat, has recitari donate. Episcopi dixerunt: Recitentur epistolæ venerabilis memoriæ Syritij, ut nouerimus quid earum textus cõtineat. Quumque traderentur, Priuatus notarius dixit: Exemplum tractatoris episcopi vrbis Romæ.

Epistola Syritij papa quarta.

**D**ilectissimis fratribus & coepiscopis Idæ habere per Aphricam, Syritius. Quum in turri episcopi vnum plurimi fratres conuenissent - Innocentio ad sancti Apostoli Petri reliquias, per quem & Apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium, placueritque propter emergentes plurimas causas (quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina) ut de cætero sollicitudo esset vnicique in ecclesia curam huiusmodi habere (sicut Apostolus prædicat Paulus) talem Deo ecclesiam exhibendam, non habentem maculam aut rugam, ne per alicuiusmodi bidæ afflatum ouis, conscientia nostra contaminata videretur, hac de re meliore consilio id stidit, propter eos maximè qui in præsentia valetudine corporis, aut fessæ ætatis causa adesse minimè potuerunt, quo perpetuò istiusmodi forma seruetur, literas tales dare placuit, non quæ noua præcepta aliqua imperent, sed quibus ea quæ per ignauiam desidiamque aliquorum neglecta sunt, obseruari cupiamus, quæ tamen Apostolica & patrum constitutione sunt cõstituta. Scripsum est: State, & tenete traditiones nostras, siue per verbum, siue per epistolam. Illud certè vestram debet mentem, dilectissimi fratres, vehementius excitare, ut ab omni labe seculi istius immunes ad Dei conspectum securi veniamus. Nec enim erimus immunes, qui præsumus plebibus, cum scriptum sit: Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur. Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo credito cogimur præstare rationem, populum disciplinam deificam & humilè erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli qui statuta maiorum contemnentes, castitatem ecclesiæ præsumptione sua violauerunt, voluntatem populi sequentes, Dei iudicium non timentes. Ergo ne pari more silentio conuiuere atque adhibere consensum talibus videamur, vnde gehennæ pœnas possimus incurriere, dicite Domino: Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Hæc sunt quæ deinceps intuitu diuini iudicij omnes catholicos episcopos expedit custodire.

1. Ut extra cõscientiam sedis catholicæ, hoc est, primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium est, quod plurimorum sententia consequitur.

2. Ne vnus episcopus episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtiuum beneficium præ-

stitum

2. Thess. 2.

Luc. 12.

Psal. 49.

Psal. 49.



stitum videatur. Hoc enim in synodo Nicæna constat esse definitum.

3 Item, si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ secularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

4 Vt mulierem, id est viduam, clericus non ducat uxorem.

5 Vt is qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum.

6 Vt de aliena ecclesia ordinare clericum nullus vsurpet.

7 Vt abiectum clericum alia ecclesia non admittat.

8 Vt venientes à Nouatianis, vel Montenibus per manus impositionem suscipiantur, præter eos quos rebaptizant.

1. Cor. 7.

9 Præterea quod dignum, & pudicum, & honestum est suademus, vt sacerdotes & Leuitæ cum vxoribus suis non coeant, quia in ministerio diuino quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios namque sic Paulus scribit, dicens: Abstinet eos, vt vacent orationi. Si ergo laicis abstinentia imperatur, vt possint deprecantes audiri, quanto magis sacerdos vtique omni momento paratus esse debet, munditiæ puritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupiscentia quid faciet? Excusabit? Quo pudore, quæ mente vsurpabit? Quæ conscientia, quo merito hic exaudiri se credit? cum dictum sit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum? Quæ de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium quod potest iure etiam gentilitas accusare, fortè creditur, quia scriptum est: Vnius vxoris virum. Non permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integras non admittit, qui ait: Vellem autem omnes homines sic esse, sicuti & ego. Et apertius declarat, dicens: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.

Tit. 1.

Hæc itaque fratres, si plena vigilantia fuerint ab omnibus obseruata, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæuendi, manebit vnanimitas, iniquitas superata calcabitur. Caritas spiritali feruore flagrat, pax prædicata labiis cum voluntate concordabit. Pax vtique Dei nostri Saluatoris, quam proximus passioni seruandam esse præcepit, & hæreditario eam nobis iure dereliquit, dicens: Pacem do vobis, pacem relinquo vobis: & dictum Apostoli: Vt vnanimes, vnum sentientes, permaneamus in Christo: nihil per cõtentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicant, nec hominibus, sed deo nostro saluatori placentes. His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, custodiet Dominus corpora nostra, & animas nostras, in die qua redditurus est vnicuique iuxta opera sua. Si quis sanè inflatus mente carnis suæ, ab hac canonis ratione voluerit euagrarî, sciat se, & à nostra communione seclusum, & gehennæ pœnas habiturum. Præterea misericordia cum iudicio esse debet, talibus oportet labentibus manum porrigere, qui sic currentem non pertrahant in ruinam. Data Romæ, in concilio episcoporum octoginta, sub die octauo Idus Ianuarij, post consularum Arcadij Augusti, & Bautonis, viris clarissimis Consulibus.

Ioan. 4. Philip. 2.

1. Thes. 2. Roma. 2.

TITVLI CAPITVLO RV M CON- cilij Carthaginensis secundi.

- 1 Vt trinitas & credatur & prædicetur.
- 2 Vt castitas à leuitis & sacerdotibus custodiatur.
- 3 Vt chrisma & benedictio puellarum, & reconciliatio pœnitentium à presbyteris non fiant.
- 4 Vt presbyter pœnitentiam iussus ab Episcopo suo recipiat.
- 5 Vt diæcesis quæ Episcopum nunquam habuit, non habeat.
- 6 Vt qui criminibus implecati sunt, clericos non accusent.
- 7 Vt qui excommunicatum alterius susceperit, excommunicetur.
- 8 Vt si presbyter excommunicatus sacrificare præsumpserit anathematizetur.
- 9 Vt si presbyter inconsulto episcopo agenda celebraverit, honore priuetur.
- 10 Quanti debeant iudicare sacerdotem atque leuitam.
- 11 Vt nullus parochiam alienam præsumat.
- 12 Vt sine consensu metropolitani, nullus ordinetur episcopus.
- 13 Vt qui contra professionem & subscriptionem suam venerit, in concilio deponatur.

CAPITVLA CONCILII CARTHAGINENSIS SECUNDI.



Loriosissimo Imperatore Valentiniano Augusto quarto, & Theodosio, viris clarissimis Consulibus 14. Calendas Iunij, Carthagine in basilica perpetua restituta, quum Genedius episcopus vnà cum Victore Abderitano, & alio Victore Puppitanensi, & cæteris coepiscopis suis prouinciarum diuersarum confedisset, Genedius episcopus dixit.

1 Omnipotenti Deo gratias refero, qui permittit secundum commune concilium habitum in prætorio, etiam ita iuxta tenorem petitionis literarum mearum ad Carthaginem pro fide atque utilitate ecclesiastica veniretis, licet non omnes. Tamen quum caritas totum persuadet, vt qui corpore sunt absentes, nobiscum in spiritu videantur esse coniuncti: idcirco, Deo propitio, quia præsentis estis, pari professione fides ecclesiastica, quæ per nos traditur, in hoc cœtu glorioso primitus cõfitemenda est. Tunc demum ordo ecclesiasticus singulorum ex consensu omnium est extruendus, atque roborandus, vt fratrum & coepiscoporum nuper promotorum, mætes de his quæ proponenda sunt, roborètur. Et sicut à patribus certa dispositione accepimus, vt trinitatem quam in nostris sensibus consecratam retinemus, patris, & filij, & spiritus sancti vnitatem, quæ nullam noscitur habere differentiam, sicut didicimus, Dei populos instruamus. Ab vniuersis episcopis dictum est: Planè sic accepimus, sic tenemus, fidem Apostolicam sequentes.

2 Aurelius episcopus dixit: Quum in præterito concilio de continentia & castitatis modè tamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione quadam castitatis, per consecrationes annexi sunt. Episcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt cõdecet sacrosanctos antistites, & Dei sacerdotes, necnon & Leuitas, vel qui sacramentis diuinis inserviunt, continentis,

cõtinentes esse in omnibus, quo possint simpliciter quod à Deo postulant impetrare, vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet, vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel qui sacramenta cõtrectant pudicitia custodes etiam ab vxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est: Placet, vt in omnibus & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deseruiunt.

26. q. 6. si in hoc san.

3 Fortunatus episcopus dixit: Si iubet sanctitas vestra, suggero. Nam memini præterito concilio fuisse statutum, vt chrisma, vel reconciliatio pœnitentium, necnon & puellarum consecratio à presbyteris non fiant. Si quis autem emerferit hoc faciès, quid de eo statuendum sit? Aurelius episcopus dixit: Audiuit dignatio vestra suggestionem fratris & coepiscopi nostri Fortunati. Quid ad hæc dicitis? Ab vniuersis episcopis dictum est: Chriftatis consecratio, & puellarum consecratio à presbyteris non fiant. Vel, reconciliare quenquam in publica missa presbytero non licere, hoc omnibus placet.

26. q. 6. Aurelius episcopus dixit.

4 Aurelius episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari diuinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet vtique presbyter consulere episcopum, & sic periclitatem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio corroborare. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet, quod sanctitas vestra necesse fariò nos instruere dignata est.

14. q. 1. Et in.

5 Felix episcopus Selemselitanus dixit: Etià si hoc placet sanctitati vestræ, in sinu, vt diæceses quæ nunquam episcopos acceperunt, non habeant, & illa diæcesis quæ aliquando habuit, habeat proprium. Et si accedente tempore, crescente fide, Dei populus multiplicatus, desiderauit proprium habere rectorem, eius (videlicet) voluntate in cuius potestate est diæcesis constituta, habeat episcopum. Secundum autem hanc prosecutionem sanctitas vestra æstimet, quid fieri debeat. Genedius episcopus dixit: Si placet in sinuatio fratris & coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet.

6 Numidius episcopus Massylitanus dixit: Præterea sunt quamplurimi non bonæ conuersationis, qui existimant maiores natu, vel episcopos passim, vagæque in accusationem pulsandos. Debent tam facile admitti, nec ne? Aurelius episcopus dixit: Placet ergo charitati vestræ, vt is qui aliquibus sceleribus iuratus est, vocem aduersus maiores natu, non habeat accusandi. Ab vniuersis episcopis dictum est: Si criminofus est, non admittatur, omnibus placet.

7 Felix episcopus Selemselitanus dixit: Illud autem vestræ suggero sanctitati, vt si qui pro facinoribus suis de ecclesia pelluntur, & ausi fuerint ad comitatum pergere, aut ad iudicia publica prosilire, aut forsitan ecclesiæ catholicæ limina conturbare, si episcopus vel clericus cuiuslibet plebis eos sine consensu susceperit, de his quid cõferis? Epigonius episcopus Bullensis Regiensis dixit: Si quis episcopus communionem tenens catholicam huiusmodi homines vanis blandimentis incedentes, temerè susceperit, sciat cum his se rectissimè deprauatum vel damnatum.

11. q. 3. Qui merito et decimo lib. 5.

Genedius episcopus dixit: Ergo rectè suggerunt fratres & coepiscopi, vt qui merito facinororum suorum ab ecclesia pulsi sunt (si ab aliquo episcopo, aut presbytero, vel clerico fuerint in communionem suscepti,

etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius) refugientes sui episcopi regulare iudicium. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet.

8 Alipius episcopus ecclesiæ Tagastensis legatus prouinciæ Numidiæ dixit: nec illud prætermittendum est, vt si quis fortè presbyter ab episcopo suo correptus, aut excommunicatus timore vel superbia inflatus, putauerit separatim Deo sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ sedis prouinciæ Numidiæ dixit: Necessariò disciplinæ ecclesiasticæ & fidei congrua sunt, quæ frater noster Alipius prosecutionus est. Proinde quid exinde videtur vestræ dilectioni, edicite. Si quis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit. Ab vniuersis episcopis dictum est: Si quis presbyter à præposito suo excommunicatus, vel correptus fuerit, debet vtique apud vicinos episcopos cõqueri, vt ab ipsis eius causa possit audivi, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus, secerendum se ab episcopi sui communionem duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Nihilominus & de ciuitate & congregatione in qua fuerit longius repellatur, ne vel ignorantes, vel simpliciter viuentes serpentina fraude decipiat, quoniam (secundum Apostolum) ecclesia vna est, vna fides, vnum baptisma. Et si querimoniam iustam aduersus episcopum habuerit, inquirendum erit.

11. q. 3. Si quis presb.

Eph. 4.

9 Numidius episcopus Massylitanus dixit: In quibusdam locis sunt presbyteri, qui aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audaciter præsentem & inconsulto episcopo complurimis in domiciliis agant agenda, quod discipline incongruum cognoscit esse sanctitas vestra. Genedius episcopus dixit: Fratris & coepiscopi nostri dignæ suggestioni respondere non immeretur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Quisquis presbyter inconsulto episcopo agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

15. q. 7. F. d.

lix 3. q. 8.

Suggero

secundum

statuta.

10 Felix episcopus Selemselitanus dixit: Etiam hoc adicio secundum statuta veterum conciliorum, vt si quis episcopus (quod non opinamur) in reatu aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non possit plurimos congregare, ne in crimine remaneat, à duodecim episcopis audiatur, & à sex presbyteris, & à tribus diaconibus cum proprio suo episcopo. Genedius episcopus dixit: Quid ad hoc dicit sanctitas vestra? Ab vniuersis episcopis dictum est: A nobis veterum statuta debere seruari.

Exod. 10.

Deut. 5.

Et 7.

Deute. 19

Et 27.

Prov. 22.

11 Victor episcopus Abderitanus dixit: Roboranda est ecclesiastica disciplina, ne quisquam episcoporum alterius plebes, vel diæcesim sua importunitate pulsare debeat. Qui hoc facere tentauerit, quemadmodum coercendus est? Genedius episcopus dixit: Et lex sancta prohibet, & ipsa veritas definit, non debere quenquam aliena concupiscere. Proinde quid etiam vobis omnibus placeat, propria voce signate. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet secundum diuinæ legis, & sancti Euangelij auctoritatem, vt ne mo nostrum alienos limites transgrediatur.

12 Numidius episcopus Massylitanus dixit: Aliqui episcopi vsurpatione quadam existimant contempto primatè cuiuslibet prouinciæ, siue ad desiderium populi episcopum ordinare, ne literis ad se primæ cathedræ

thedra manantibus, neq; postea acceptis. Quid de hoc statuit sanctitas vestra? Genedius episcopus dixit: Quoniam comunis est honorificentia quae vnicuique seruari oportet, idipsum fraternitati vestrae conuenit pronunciare. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet omnibus vt in cōsulto primatu cuiuslibet prouinciae tam facile nemo praesumat, licet cum multis episcopis in quocunque loco sine eius (vt dictum est) praeepto, episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit, tres episcopi in quocunque loco sint, cum primatis praeepto ordinare debeant episcopum. 13 Genedius episcopus dixit: Omnia ergo quae a vestro cœtu gloriosissimo statuta sunt, placet ab omnibus custodiri. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet, placet, vt custodiatur ab omnibus. Genedius episcopus dixit: Si (quod non opinamur) ab aliquo fuerint violata, quid statuitis quod fieri debeat? Ab vniuersis episcopis dictum est: Qui contra suam professionem vel subscriptionem venerit, ipse se ab hoc cœtu separabit. Genedius episcopus dixit: Gratulemur Domino nostro praestante, quod pro statu ecclesiae catholicae cuncta nos salubri consilio seruanda decreuimus. Et ideo quae ab omnibus sunt dicta, propria debemus subscriptione firmare. Ab vniuersis episcopis dictum est: Fiat, fiat. Et subscripserunt.

CONCILIUM CARTHAGINENSE tertium, circa tempora Syritij papa.

TITULI CANONVM CONCILII Carthaginensis tertij.

- 1 Vt comprouinciales episcopi de Pascha suum inquirant primatem.
2 Vt per singulos annos concilium fiat.
3 Vt episcopus priusquam ordinetur canones agnoscat.
4 Vt Leuitae & virgines ante viginti quinque annos non consecrentur.
5 Vt sacramentum catechumenis non praebeatur.
6 Vt baptismum mortuis, vel eucharistia non detur.
7 Vt episcopus accusatus ubi, vel infra quod tempus examinetur.
8 De presbyteris, & diaconibus quanti episcopi eos au- audiant.
9 Vt clerici publica iudicia non appellent.
10 Si a quoquam ab aliis iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices, & ecclesiasticos maioris auctoritatis prouocatum fuerit, non obesse prioribus diuersas sententias proferentibus.
11 Vt filij clericorum ad spectacula non accedant.
12 Vt clericorum matrimonij infideles non socientur.
13 Vt clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant.
14 Vt clerici filios suos a sua potestate exire non sinant, nisi aetate & moribus comprobatos.
15 Vt clerici non sint conductores vel negociatores.
16 Vt clerici non sint usurarij.
17 Vt cum clericis extraneae feminae non cohabitent.
18 Vt clerici non ordinentur nisi omnes, qui cum eis sunt, fideles existant.
19 Vt clerici cum ad pubertatem venerint, aut coniugium, aut castitatem profiteantur.
20 Vt plebes alienas alius episcopus non usurpet.
21 Vt nullus episcopus alienum clericum audeat retinere vel ordinare.
22 Vt nullus clericus ordinetur, nisi fuerit probabilis.
23 De precibus & orationibus.

- 24 Vt in sacrificio tantum panis & calix offeratur.
25 Ne clerici, vel continentes ad viduas vel virgines soli habeant accessum.
26 Vt prima sedis episcopus, princeps sacerdotum non appellatur.
27 Vt clerici tabernas non ingrediantur.
28 Vt episcopus sine formata metropolitani longius non proficiatur.
29 Vt missa a ieiunijs celebratur.
30 Vt nullas in ecclesia conuiuetur.
31 Vt penitentibus iuxta peccatorum modum penitentia detur.
32 Vt presbyter praeter iussa, vel absentiam episcopi non reconciliet penitentes.
33 De custodia sacrarum virginum.
34 De baptizandis agrotis, qui iam loqui non possunt.
35 Ne apostatis, vel hystriionibus conuersis penitentia negetur.
36 Vt presbyter christiana non conficiat.
37 Vt clerici sine necessitate in aliena ciuitate non immorentur.
38 Vt non liceat fieri translationes episcoporum.
39 Vt non praesumant duo episcopi ordinare pontificem.
40 Vt dum episcopus eligitur (si contradictores habeat) quinque sacerdotes conueniant.
41 Vt per singulos annos conuenientes episcopi ad concilium, etiam de Paschali solennitate a primatu suo informetur.
42 Vt non accipiat alium episcopum plebs, qua in diocesi semper subiaceat.
43 Vt qui plebe sua contempta ad concilium venire detrectant, & plebem & honorem amittant.
44 Vt clericum alienum nullus sibi praesumat episcopus ordinare.
45 Vt episcopus qui plures habet clericos, ei qui eget, ad ordinandum postulatus, largiatur.
46 Vt episcopus in diocesi factus, solum plebem teneat, qua exiit ordinatus.
47 Vt praeter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur, sub nomine diuinarum scripturarum.
48 De baptizatis & Donatistis.
49 Vt ea quae quis in ecclesiastico positus gradu acquisiuit, ecclesia conferantur.
50 Vt gesta concilij episcoporum subscriptionibus confirmantur.

CANONES CONCILII CARTHAGINENSIS tertij.



Esario & Attico viris clarissimis Consulibus, Cal. Septembris Carthagine in secretario basilicae restituta, quum Aurelius episcopus vnacum coepiscopis suis consedisset, astantibus etiam diaconibus, constituta sunt haec quae in praesenti consilio definita sunt. 1 Placuit ergo in principio propter errorem qui saepe solet oboriri, vt omnes Africanae prouinciae episcopi obseruationem Paschalem ab ecclesia Carthagenensi curent accipere. 2 Similiter placuit vt propter causas ecclesiasticas, quae ad perniciem plebium saepe veterascunt, singulis quibusq; annis concilium conuocetur. Ad quod omnes prouinciae quae primas sedes habent, de concilijs suis binos, aut quatos elegerint episcopos mittant, vt & minus inuidiosi, minusq; hospitibus sumptuosi existant, vt congregato conuentu plena possit esse auctoritas. De Tripoli autem propter inopia episcoporum vnus episcopus veniat. 3 Item, placuit vt ordinandis episcopis, vel clericis prius

prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum aurius eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilij fecisse poeniteat. 4 Item, placuit vt ante viginti quinque annos aetatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur. Et vt lectores populum non saluent. 5 Item, placuit vt per solennissimos Paschales dies sacramentum catechumenis non detur, nisi solitum sal: quia si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenis oportet mutari. 6 Item, placuit vt corporibus defunctorum eucharistia non detur. Dictum est enim a Domino: Accipite, & edite. Cadauera autem nec accipere possunt, nec edere. Cauendum est etiam ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat, quibus nec eucharistia dari licitum est. 7 Aurelius episcopus dixit: Quisquis episcoporum accusatur, ad primates prouinciae ipsius causam deferat accusator. Nec a comunione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, electorum iudicium die statuta literis euocatus, minime occurrerit, hoc est, infra spacium mensis ex ea die qua eum literas accepisse constiterit. Quod si aliquas veras necessitatis causas probauerit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causae suae dicendae intra alterum mensem integram habeat facultatem. Verum tam diu post mensem secundum non communicet, donec purgetur. Sin autem nec ad concilium annuariarium occurrere voluerit, vt vel ibi causa eius terminetur, ipse in se damnationis sententiam dixisse iudicetur. Tempore sane quo non communicat, nec in sua ecclesia, vel parochia comunicet. Accusator autem eius si nunquam diebus causae dicendae defuerit, a comunione non remoueatur. Si vero aliquando defuerit subtrahens se, restituito in comunione episcopo, remoueatur a comunione accusator, ita tamen vt nec ipsi adimatur facultas causae peragendae, si se ad diem occurrere voluisse, sed non potuisse, probauerit. Illud vero placuit vt cum agere coeperit in episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, asserere voluerit. 8 Si autem presbyteri, vel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis cum proprio episcopo legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati perierint, id est, vnacum secum in presbyteri nomine sex, in diaconi tribus ipsorum causas discutiant, eadem dierum, & dilationum, & a comunione remotionum, & discussione personarum inter accusatores & eos qui accusantur, forma seruata. Reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat & finiat. 9 Item, placuit quisquis episcoporum, presbyterorum, & diaconorum seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel ciuilis causa fuerit commota, si derelicto ecclesiastico iudicio publicis iudicijs purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat, & hoc in criminali actione. In ciuili vero perdat quod euicit, si locum suum obtinere maluerit, si quidem ad eligendos iudices sibi de ecclesiae consortio dubitat, velleq; ecclesiae consortium iudicat, qui de vniuersa ecclesia male sentiendo, de iudicio seculari poscit auxilium, cum priuatorum causas Apostolus etiam ad ecclesiam deferri, atque ibi determinari praecipiat.

10 Hoc etiam placuit, vt a quibuscuq; iudicibus ecclesiasticis, ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior auctoritas, fuerit prouocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si couinci non potuerint vel inimico animo iudicasse, vel aliqua cupiditate aut gratia deprauati. Sane si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam a pauciore numero, quam constitutum est, non liceat prouocari. 11 Vt filij sacerdotum, vel clericorum, spectacula secularia non exhibeant, sed nec spectent, quoniam quidem ab spectaculo & omnes laici prohibeantur. Semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, vt vbi blasphemi sunt, non accedant. 12 Item, placuit vt filij, vel filiae episcoporum, vel quorumlibet clericorum gentilibus, vel haereticis, aut schismaticis, matrimonio non iungantur. 13 Vt episcopi, vel clerici in eos qui catholici Christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, nec per donationes rerum suarum aliquando conferant. 14 Vt episcopi, vel clerici, suos filios a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & aetate securi, vt possint ad eorum iam propria pertinere peccata. 15 Item, placuit vt episcopi, & presbyteri, & diaconi, vel clerici non sint conductores, neque procuratores, neque villo rurpi vel inhonesto negotio victum querant: quia respicere debent, scriptum esse, Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. 16 Vt nullus clericorum amplius recipiat, quam cuiquam accomodauerit, si pecuniam, pecuniam accipiat, speciem eandem quantum dederit accipiat, & quicquid aliud tantum quantum dederit accipiat. 17 Vt cum omnibus omnino clericis extraneae feminae non cohabitent, sed solae matres, auiae, & matertera, amita, sorores, & filiae fratrum, aut sororum, & quacunque ex familia domestica necessitate etiam, antequam ordinaretur iam cum eis habitabant, vel si filij eorum iam ordinatis parentibus vxores acciperent, aut seruis non habitantibus in domo, quas ducant aliunde ducere necessitas fuit. 18 Vt episcopi, presbyteri, & diaconi non ordinentur, priusquam omnes qui sunt in domo eorum Christianos catholicos fecerint. 19 Placuit vt lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur vt vxores ducere, aut continentiam profiteri. 20 Placuit vt a nullo episcopo vsurpentur plebes alienae, nec aliquis episcoporum supergrediat in diocesi suam collegam. 21 Vt clericum alienum, nisi concedente eis episcopo, nemo adeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores & psalmistae & ostiarij retinent. 22 Vt nullus ordinetur clericus nisi probatus, vel episcoporum examine, vel populi testimonio. 23 Vt nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet. Et cum ad altare assiditur, semper ad patrem dirigatur oratio. Et quascunque sibi preces aliquis describit, non eis vtatur, nisi prius eas cum instructionibus fratribus contulerit. 24 Vt in sacramentis corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aquae mixtum. Nec amplius sacrificijs offeratur, quam de vuis & frumentis. 25 Vt clerici, vel continentes ad viduas, vel virgines nisi iussu vel permissu episcoporum & presbyterorum

2.9.6. Pla- cuit & in dec. Iuonis lib. 4. 2.9.6. Sa- ne sic in dec. Iuonis lib. 4. 21.9.3. Pla- cuit vt epi 2. Tim. 2. 14.9.4. Nullus cle- ricus 8.1. Cum omnibus. di. 23. Le- etores cum ad. Et in dec. Iuonis lib. 3. 7.9.1. Pla- cuit vt a. d. 71. Cleri- cum alie. d. 24. Nul- lus cleri- ci vel cor- rum

rum non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum his cum quibus episcopus iusserit, vel presbyter. Nec episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi fœminas, nisi aut clerici præsentes sint, aut graues aliqui Christiani.

*d. 99. Prima sedis.* 26 Vt primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

27 Vt clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediatur, nisi peregrinationis necessitate cõpulsus.

28 Item, placuit vt episcopi trans mare non proficiscantur, nisi cõsulto primæ sedis episcopo, siue cuiuscunque prouinciæ primata, vt ab episcopo præcipuè possint sumere formatam, vel cõmendationem.

*De cõf. di. 1. Sacramenta alta.* 29 Vt sacramenta altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum siue episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt iam pransi inueniantur.

30 Vt nulli episcopi, vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transcentes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi cõuiuuiis, quantum fieri potest, prohibeantur.

*16. q. 7. pœnitentibus secundum.* 31 Vt pœnitentibus secundum peccatorum differentiam, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

32 Vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente episcopo & necessitate cogente. Cuiuscunque pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiam commouerit, ante absidem manus eis imponatur.

33 Vt virgines sacre si parëtibus à quibus custodiuntur priuatæ fuerint, episcopi prouidètia, vel presbyteri, ubi episcopus absens est, in monasterio virginum, vel grauioribus fœminis commendètur, vt si mul habitantes inuicem se custodiant, ne pascimvagentes ecclesiæ lædant opinionem.

*De cõf. d. 4. agrotantes. Et in dec. Iuonis lib. 1.* 34 Vt agrotantes si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur. Similiter & de pœnitentibus agendum est.

35 Vt scenicis atq; histrionibus, cæterisque huiusmodi personis, vel apostaticis conuersis, vel reuersis ad Dominum, gratia vel reconciliatio non negetur.

36 Vt presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret, chrisma verò nunquam conficiat.

37 Vt clerici in aliena ciuitate non immorentur, nisi causas eorū iustas episcopi loci, vel presbyteri locorum peruiderint.

*De cõf. d. 4. Non licet fieri. Et in dec. Iuo. lib. 1.* 38 Illud autem suggerimus mandatum nobis, quod etiam in Capuensi plenaria synodo videtur statutum, quod non liceat fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel translationes episcoporum. Nam Cresconius Villeregienensis episcopus plebe sua derelicta Tibrinensem inuasit ecclesiam, & vsque hodie communitus, secundum quod statutum fuerat, relinquere eandem quam inuaserat plebem, cõtempserit. Aduersus istum, quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem audiuius, sed petimus secundum quod nobis mandatum est, vt dignemini dare fiduciam, qua necessitate ipsa cogente, liberum sit nobis rectorem prouinciæ, secundum statuta gloriosissimorum principum, aduersus illum adire, vt qui miti admonitioni sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emenda-

*11. q. 1. Petimus.*

re illicitum autoritate iudiciaria protinus excludatur. Aurelius episcopus dixit: Seruata forma disciplina non astimabitur appetitus, si à vestra charitate modestius conuentus recedere detrectauerit, cū fuerit suo contemptu, & contumacia faciente, etiam auctoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Hoc enim omnibus placet. Ab vniuersis episcopis dictum est: Iustum est, placet.

39 Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, vt quia proxime fiat res nostra Numidiæ duo episcopi ordinare præsumperunt pontificem, non nisi à duodecim centesatis episcoporum celebrari ordinationes. Aurelius dixit: Forma antiqua seruabitur, vt non minus quam tres sufficiant, qui fuerint à Metropolitano directi ad episcopum ordinandum, propterea quia in Tripoli fortè & Arguze interiora videntur barbaræ gentes. Nam in Tripoli (vt asseritur) episcopi sunt quinque tantummodo, & possunt fortè de ipso numero vel duo necessitate aliqua occupari. Difficile est enim, vt de quolibet numero omnes possint occurrere. Nūquid debet hoc ipsum impedimèto ecclesiastica esse utilitati? Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est sanctitas vestra humaniter conuenire, crebrò ac penè per diem Dominicam ordinandos habemus. Nūquid nã frequenter potero duodecim, vel decem, vel multo minus aduocare episcopos? Sed facile est mihi duos adiungere meæ paruitati episcopos vicinos. Quapropter cernit mecum charitas vestra, hoc ipsum obseruari non posse.

40 Sed illud est statuendum, vt quando ad eligendum episcopum cõuenerimus, si qua contradictio fuerit oborta (quia talia facta sunt apud nos) non præsumant ad purgandum eum qui ordinandus est, tres iam, sed postulentur ad numerum supradictorum duo vel tres, & in eadem plebe cui ordinandus est discutiantur, primò personæ contradicentium, postremò illa etiam quæ obiciuntur pertractentur. Et cū purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignitatis responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet satis.

41 Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Quoniam de concilio quædam tractata noscuntur, adiciamus etiam de die Paschæ nobis esse mandatum, vt de ecclesia semper Carthaginensi (sicut prædictum est) instruamur & nõ sub angusto temporis spacio. Aurelius episcopus dixit: Si sanctitati vestræ videatur (quoniam nos spondidisse iam superius meminimus) vt singulis quibusque annis ad tractandum conueniamus, & cum conuenerimus in vnum, tunc diuulgabitur sanctus Paschæ dies per legatos, qui fuerunt in concilio. Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Nunc de præsentis cœtu petimus, vt literis prouinciam nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit: Ira fiat necesse est.

42 Epigonius episcopus dixit: Multis in conciliis hoc statutum est à cœtu sacerdotali, vt plebes quæ in diæcesibus ab episcopis retinentur, quæ episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi à quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, episcopos. At verò quia nonnulli quodam dominatu adepto communionem fratrum abhorrent, vel certe cum eleuati fuerint quasi in quadam arce, tyrannicam sibi dominationem vindicant, quod plerique stolidi aduersus episcopos suos

ceruices erigunt presbyteri, vel cõuiuuiis sibi concilians plebem, vt persuasum maligno & illicito cõsede velint sibi collocare rectores, quod quidem insignè mentis tuæ tenemus votum, frater religiose Aureli, quia hæc sæpe oppressisti, nõ curando tales petitiones, sed propter eorum malos cogitatus, & prauè cõcinnata consilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebè, quæ in diæcesi semper subiucit, nec vnquam proprium episcopum habuit. Quapropter si vniuerso sanctissimo cõcilio complacet hoc, quod postuleris sum, cõfirmetur. Aurelius episcopus dixit: Fratris & confacerdotis nostri prosecutioni non obistito, sed hoc me & fecisse, & facturum esse, confiteor, circa eos sanè qui fuerint concordēs, non solum circa ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale consortium.

43 Sunt enim plerique conspirantes cum propriis plebibus, quas decipiunt (vt dictum est) earum scalpentes aures, ad seducendum vitiosæ vitæ homines, vel certè inflati, & ad hoc consortio separati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnunquã conuenti ad concilium venire refugium & detrectant, sua fortè ne prodantur flagitia metuentes. Dico, si placet, circa hos, non tantum diæceses non esse seruandas, verum etiam & de propria ecclesia, quæ illis malè fauerit omnino adnitendum, vt etiam autoritate publica reiiciantur, atq; ab ipsis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim, vt qui vniuersis fratribus, ac toti concilio inhæserit, non solum sua iure integro, sed & diæceses possideat. At verò qui sibimet putant plebes suas sufficere, fraternam dilectione contempta, nec tantum diæceses amittat, sed (vt dixi) etiã propriis publica careant autoritate, vt rebelles. Honoratus & Urbanus Episcopi dixerunt: Summa prouiso sanctitatis tuæ cohesit mētibus singulorum, & puto omnium responsione ea quæ protequi dignatus es, probanda. Vniuersi episcopi dixerunt: Placet, placet.

44 Epigonius episcopus dixit: In multis conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc cõfirmandum est vestra prouidètia, fratres beatissimi, vt clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus, præter eius arbitrium cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum (qui ingratus Dei beneficiis per meam paruitatem in se collatis) ita temerarium & audacem extitisse, vt eum (qui à me baptizatus est, cum esset puer egentissimus, mihi ab eodem commendatus, cumq; multis annis à me aleretur atque incretceret) hunc (vt dixi) baptizatum in ecclesia mea per manum paruitatis mee, constat (idem in diæcesi Mapaliensi lector esse cœperat, imò annis fermè duobus legerat) nescio quo contemptu humilitatis meæ, idem Iulianus arripuit quem dicit quasi proprium ciuem sui loci Vzaritani, me inconsulto vsurpare: nam & diaconum illum ordinauit, hoc si liceat, pateat hæc licentia à vobis, beatissimi fratres: si minus, tam impudens cohibeatur, nec se misceat communioni cuiusquã. Numidius episcopus dixit: Si non postulata, neque cõsulta tua dignatione id videatur fecisse Iulianus, iudicamus omnes iniquè factum, atq; indignè. Quapropter nisi idem Iulianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eundem clericum, quem fuit ausus ordinare, reuocauerit tuæ plebi cõtra statuta cõcilij faciens, contumaciæ suæ separatus, à nobis excipiet iudicium. Epigonius episcopus dixit: Etate pater, & ipsa promotione antiquissimus vir laudabilis,

frater & collega noster Victor vult, hæc petitionem generalem omnibus effici.

45 Aurelius episcopus dixit: Sermonem meum admittite fratres. Contingit nonnunquã, vt postulentur ab ecclesiis quæ præpositis egent, vel episcopis, vel presbyteris, & tamen memor statutorum id sequor, vt conueniam episcopum eius atque ei inculcem, quod eius clericus qualibet ecclesia postuletur. Sed fortè in hodierno non reluctati sunt, & ne quãdo contingat vt reluctètur, cum fuerint à me in hac causa postulati, quem scitis multarum ecclesiarum, & ordinandorum causam sustinere. Iustum est ergo vt quemlibet confacerdotum conueniam cum duobus è cõortio nostro, vel tribus testibus. Si verò indeuotus extiterit, quid censeat charitas vestra faciendum? Ego enim cunctarum ecclesiarum dignatione Dei (vt scitis fratres) sollicitudinem sustineo. Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licentia huic sedi vnde vellet, & de cuius nomine fuisset conuentus, pro desiderio cuiusq; ecclesiæ ordinaret episcopum. Epigonius episcopus dixit: Bonitas sequestrat possibilitatem. Minus enim presumis frater. Et cum te bonum & clementem omnibus reddidit (habes enim hoc in arbitrio) satis est vt satisfiat personæ vniuscuiusque episcopi in prima tantummodo conuentione. Si autem quodlibet huic sedi vindicandum fuerit sibi arbitratus, necesse habes tu omnes ecclesias suffulcire. Vnde tibi non potestatem damus, sed etiã assignamus, vt liceat voluntati tuæ & semper tenere quem voles, vt præpositos plebibus vel ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, & vnde voles. Posthonianus episcopus dixit: Deinde, qui vnum habuerit, nunquid debet illi ipse vnus presbyter auferri? Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus vnus esse potest, per quæ dignatione diuina presbyteri multi constitui possunt, vnus autem episcopus difficile inuenitur constituendus. Quapropter si necessarium episcopatu qui habet presbyterum, & vnum (vt dixisti frater) habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debet. Posthonianus episcopus dixit: Ergo si habet alius abundates clericos, debet mihi alia plebs subuenire. Aurelius episcopus dixit: Sanè, quomodo ecclesiæ alterius tu subuenieris, persuadebitur illi qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur.

46 Honoratus & Urbanus episcopi dixerunt: Audi uimus constitutum vt diæceses non mereantur episcopos accipere, nisi cum consensu eius sub quo fuerint constitutæ. Sed in prouincia nostra cum aliqui fortè in diæcesi (concedete eo episcopo in cuius potestate fuerant cõstitutæ) ordinati sunt episcopi, etiã diæceses sibi vindicant. Hoc & corrigi charitatis vestræ iudicio, & inhiberi de cætero debet. Epigonius episcopus dixit: Singulis episcopis seruatum est quod decebat, vt ex massa diæcesium nulla caperetur, vt proprium episcopum habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat enim si consenserit, vt eadem diæcesis permessa proprium tantum episcopum habeat, & cæteras sibi non vindicet diæceses, quæ exempta de fasce multarum, sola meruit honorem episcopatus suscipere. Aurelius episcopus dixit: Non dubito charitati vestræ omnium placere, eum qui in diæcesi concedente episcopo qui matricem tenuit, solam eandem retinere plebem in qua fuit ordinatus.

47 Item, placuit vt præter scripturas canonicas ni-







57 Clericus maledicus, maximè in sacerdotibus, cogatur ad postulandum veniam. Si voluerit, degradetur, nec vnquam ad officium absque satisfactione reuocetur.

d.90. disc. \* audien- 58 Clerici (qui frequenter litigat, & ad causandum tiam vel facili est) testimonium nemo absque grandi examine recipiat.

codex ma- 59 Discordates clericos episcopus vel ratione, vel nus scrip. le potestate ad concordiam trahat, inobedientes synodus per \*audaciam damnet.

audientia. 60 Clericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorum ab officio \*detrudendum.

al. detra. 61 Clericum per creaturas iurantem acerrimè oburgandum. Si perstiterit in vitio, excommunicandum.

d. 46. cle. 62 † Clericum inter epulas cantantem supradictæ sententiæ seueritate coercendum.

in con. 63 Clericum qui tēpore indicti ieiunij, absque inuitabili necessitate, ieiunium rumpit, minorem habendum.

aga. ca. 70 64 Qui Dominico die studiose ieiunat, non credatur catholicus.

22. q. 1. 65 Paschæ solennitas vno die & tēpore celebranda.

cleri. 66 Clericus qui episcopi circa se dictiōnem in d. 40. sedi iustam putat, recurat ad synodum.

† Ibidem. 67 Seditiosarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, nec iniuriarum suarum vtiores.

26. q. 7. Sa 68 Ex pœnitentibus (quamuis sit bonus) clericus cerdos pœ. non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, deponatur à clero, quia se ordinationis tēpore non prodidit fuisse pœnitentem. Si autem sciens episcopus ordinauerit talem, etiam ipse ab episcopatus sui ordinandi duntaxat potestate priuetur.

de. c. 7. d. 3 69 Simili sententiæ subiacebit episcopus, si sciens ordinauerit clericum eum, qui viduam aut repudiatam vxorem habuit, aut secundam.

pascha. 70 Clericus hæreticorum, aut schismaticorum, tã 11. q. 3. cle- ricus qui. iustam putat, recurat ad synodum.

Et in aga. 71 Quod hæreticorum cœtus non ecclesia, sed cõ the. ca. 69. ciliabulum sit.

d. 50. Ex 72 Cum hæreticis nec orandum, nec psallendum.

pœnitē. I. no. lib. 3. 73 Qui communicauerit, vel orauerit cum excommunicato, siue clericus, siue laicus, excommunicatur.

24. q. 3. cle 74 Vt sacerdos pœnitentiam imploranti, absque ricus har. personæ acceptione pœnitentis leges iniungar.

11. q. 3. qui 75 Vt negligentiores pœnitentes tardius reconcilientur.

commun. 76 Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierit, & accipiat pœnitentiam. Et si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia. Si superuixerit, admoneatur à supra dictis testibus petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu sacerdos qui pœnitentiam dedit, probauerit.

26. q. 6. Is qui. 77 Pœnitentes qui in infirmitate sunt, viaticum, accipiant.

26. q. 6. Is qui. 78 Pœnitentes qui in infirmitate viaticum eucharistia acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si superuixerint.

26. q. 7. Sa 79 Pœnitentes qui attentè leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere, vel in mari mortui fuerint,

vbi eis subueniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.

80 Omni tēpore ieiunij, manus pœnitentibus à sacerdotibus imponantur.

81 Mortuos pœnitentes ecclesiæ afferant & sepeliant.

82 Pœnitentes etiam diebus remissionis genuasteant.

83 Pauperes & senes ecclesiæ plus cæteris honorandi sunt.

84 Vt episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum, \*vsque ad missam cathecumenorum.

85 Baptisandi nomen suum dent, & diu sub abstinentia vini & carniū, ac manus impositione, crebra examinatione, baptismum percipiant.

86 Neophyti aliquandiu à lauriorib⁹ epulis, & spectaculis, vel coniugibus abstineant.

87 Catholicus qui causam suam siue iniustam ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicatur.

88 Qui die solenni prætermisso solenni ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit, excommunicatur.

89 Auguriis, vel incantationibus seruientem, à conuentu ecclesiæ separandum. Similiter & superstitionibus Iudaicis, vel feriis inhærentem.

90 Omni die exorcistæ energumenis manus imponant.

91 Pauimenta domorum Dei energumeni vertat.

92 Energumenis in domo Dei assidentibus, victus quotidianus per exorcistas opportuno tēpore ministraretur.

93 Oblationes disidentium fratrum neque in sacrario, neque in gazophylacio recipiant.

94 Eorum qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotibus refutanda.

95 Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

96 Quærendum in iudicio cuius sit conuersationis & fidei is qui accusat, & is qui accusatur.

97 Qui religiosis fœminis præponendus est, ab episcopo loci proberetur.

98 Laicus præsentibus clericis, nisi ipsis rogantibus docere non audeat.

99 Mulier quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere non præsumat.

100 Mulier baptisare non præsumat.

101 Viduæ adolescentes quæ corpore debiles sunt sumptu ecclesiæ cuius viduæ sunt, sustententur.

102 Ad reatū episcopi pertinet, vel presbyteri qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ p̄sentis causa, adolescentiores viduæ, vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subiiciantur.

103 Viduæ quæ stipendio ecclesiæ sustentantur, tã assiduè in Dei opere esse debent, vt & meritis & orationibus suis ecclesiam adiuuent.

104 Sicut bonum est castitatis præmium, ita & maiori obseruantia & præceptione custodiendum est. Vt si quæ viduæ quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate, à viro relictæ se deuouerunt Domino, & veste laicali abiecta, sub testimonio episcopi & ecclesiæ religioso habitu apparatus, postea verò ad nuptias seculares transferunt, secundum Apostolum damnationem habebunt, quoniam

niam fidem castitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere ausæ sunt. Tales ergo personæ sine Christianorum communionem maneat, quæ etiam nec in conuiuio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reatu suo sunt viris suis obnoxia, quanto magis viduæ quæ religiositatem mutauerunt crimine adulterij notabuntur, si deuotionem quam Deo sponte, non coactæ obtulerunt, libidinosa cor ruperint voluptate, atque ad \*seculares nuptias trãstitum fecerunt? Quæ etsi violentia irruente ab aliquo prærepta fuerint, ac postea delectatione carnis atque libidinis permanere in coniugio, raptori vel violento viro consenserint, damnationi superius cõpræhensæ tenebuntur obnoxia. De talibus ait Apostolus: Quum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Aurelius episcopus Carthaginensis ecclesiæ subscripsi. Donatianus Talabrigensis primæ sedis subscripsi. Augustinus Hipponæ Regiensis subscripsi. Similiter omnes episcopi subscripserunt.

Capitulum ex codice sancti Bauonis excerptum.

Falsus accusator deprehensus, absque ecclesia fiat donec pœnitendo emendetur.


CONCILIUM TAVRINATENSE seruatum tēpore Syriij Papa & sancti Ambrosij Mediolanensis.

Tauros Gallie Narbonensis ciuitas est iuxta alpes sita Massiliensium colonia, cuius cõditores, quia velli sunt nauis, cuius insigne erat Taurus, ad terram appellentes sic eam vocarunt, eius incolæ Taurini seu Taurisci dicti sunt, quorum Strabo lib. 7 meminit. Plinius tamen Taurinos Italiae transpadana in alpium radicibus populos scribit lib. 3. cap. 7. Vulgo Turin

ACTIVLI CAPITVLORVM CONCILII Taurinatis.

- 1 Vt qui comprobauerit suam ciuitatem metropolim fuisse, teneat primatum.
- 2 Vt episcopi qui contra statuta faciunt, honore priuentur.
- 3 De laicis qui clericis crimen intendunt.
- 4 De clericis qui per culpam ab episcopo suo excommunicantur.
- 5 De his qui se ab hereticis separare voluerint, vt ab ecclesia catholica suscipiantur.
- 6 Vt alterius clericum non promoueat alter, nec abiectum recipiat.
- 7 De his qui contra interdictum sunt ordinati, vel in honore filios genuerunt.

Capitula Concilij Taurinatis.



Ratribus dilectissimis per Gallias, & quinque prouincias constitutis, sancta synodus quæ conuenit in vrbe Taurinatum die decimo Cal. Octobris. Quum ad postulationem prouinciarū Gallie sacerdotes conuenissemus ad Taurinatum ciuitatem, atque in eiusdem vrbis ecclesia autore Domino vel mediatore sederemus, auditis allegationibus episcoporum, eorum (videlicet) qui ad iudicium nostrum fuerant cõgregati, de singulis negotiis hæc sententiæ forma

processit ita vt pacis bonum, & instituta canonum seruarentur, & plurimorum contentionibus adhiberetur vtilis medicina.

i Nam quum primò omnium vir sanctus Proculus Massiliensis episcopus ciuitatis, se tanquam metropolitani ecclesiæ, quæ in secunda prouincia Narbonensi positi videbantur, diceret præesse debere, atque per se ordinationes in memorata prouincia summorum fieri sacerdotum, siquidem assereret easdem ecclesias vel suas fuisse, vel episcopos à se in eisdem ecclesiis ordinatos, & ediuerso eiusdem regionis episcopi sibi aliud defenserent, ac sibi alterius prouinciæ sacerdotem præesse non debere contemderent, id iudicatum est à sancta synodo contemplatione pacis atque concordie, vt non tam ciuitati eius quæ in altera prouincia sita est, cuius magnitudinem penitus nesciremus, quàm ipsi potissimum deferretur, vt tanquam pater filiis honore primatus assisteret. Dignum enim visum est, vt quamuis vnitatem prouinciæ minimè tenerentur, constringerentur tamen pietatis affectu. Hæc igitur ipsi tantum in diebus vitæ eius forma seruabitur, vt in ecclesiis prouinciæ secundæ Narbonensis quas vel suas parochias, vel suos discipulos fuisse constiterit ordinatos, primatus habeat dignitatem. Illud quoque à partibus sit obseruandum, quod licet ex superfluo, non tamè inutiliter commonetur, vt ipse Proculus tãquam pius pater confacerdotes suos honoret vt filios, & memoratæ prouinciæ sacerdotes tanquam boni filij eundem habeant vt parentem, & inuicem sibi exhibeant charitatis affectum, impleto hoc quod ait beatus Apostolus: Honore mutuo præuenientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Illud dein de inter episcopos vrbum Arelatensis & Viennensis, qui de primatus apud nos honore certabant, à sancta synodo definitum est, vt qui ex eis comprobauerit suam ciuitatem esse metropolim, is totius prouinciæ honorem primatus obrineat, & ipse iuxta præceptum canonum ordinationum habeat potestatem. Certè ad pacis vinculum conseruandum hoc concilio vtiliori decretum est, vt si placet memoratarum vrbum episcopis, vnaque que de his viciniore sibi inter prouincias vendicet ciuitates, atque eas ecclesias visitet quas oppidis sui proximas magis esse constiterit, ita vt memores vna nimitatis atque concordie non alter alterū sibi longius vsurpando, quod est alij prius, inquietet.

2 Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad ad perpetem disciplinam, quæ circa Octauium, Verisionem, Remigium, & Triferium episcopos sancta synodus decreuit qui in vsurpatione quadam de ordinatione sacerdotum ad inuidiam vocabantur, & eis catenus idcirco videtur indultum, vt de cætero hac autoritate commoniti nihil tale vsurpare contentur, siquidem ea se ab hac causa excusatione defenderint, qua diceret, prius se non esse conuentos.

Proinde iudicauit synodus, vt si quis ex hoc fecerit contra statuta maiorum, sciat is qui ordinatus fuerit sacerdotij se honore priuandum: ille verò qui ordinauerit, auctoritatem se in ordinationibus vel in conciliis minimè retenturum. Non solum autè circa memoratos episcopos hæc sententia præualebit, sed & circa eos qui simili errore decepti, ordinationes huiusmodi perpetrarunt.

3 De Palladio autem laico, qui Spano presbytero non leue crimè intenderat, inter quos episcopus Triferi-

Re. 12. c. d.



ferius eiusdem criminis causas se cognouisse testatus est, id concilij decreuit auctoritas, vt idem Palladius in eadem sententia maneret, qua cognitionis tempore à Triferio fuerat sacerdote multatus, hoc ei humanitate referuato concilij, vt ipse Triferius in potestate habeat quando voluerit ei relaxare.

4 Statuit quoque de Exuperantio presbytero sancta synodus, qui in iniuriam sancti episcopi sui Triferij graua & multa congeserat, & frequentib. eum contumeliis prouocauerat, ita vt nonnulla fecerit contra ecclesiasticam disciplinam, propter qua causam ab eo fuerat Dominica communione priuatus, vt in eius sit arbitrio restitutio ipsius, in cuius potestate eius fuit abiectio, hoc est, vt quando vel idem Exuperantius satisfecerit, vel episcopo Triferio visum fuerit, tunc gratiam communionis accipiat.

5 Illud decreuit praeterea sancta synodus, vt (quoniam legatos episcopi Galliarum, qui Felici non communicant, destinarunt) si quis ab eius communione se voluerit sequestrare, in nostrae sanctae pacis confortium suscipiatur, iuxta literas venerabilis memoriae Ambrosij episcopi, vel Romanae ecclesiae sacerdotis dudum latas, quae in concilio legatis praesentibus recitatae sunt.

6 Nec illud praetermittendum fuit, quod synodi sententia definitum est, vt clericum alterius, secundum statuta canonum, nemo suscipiat, neque suae ecclesiae in alio gradu audeat ordinare, neque abiectum recipiat in communionem.

7 Hi autem qui contra interdictum sunt ordinati vel in ministerio genuerunt filios, ne ad maiores gradus ordinum permittantur, synodi decreuit auctoritas. Incolumes vos Dominus noster xpo longissimo conseruare dignetur, Domini fratres dilectissimi.

CONCILIUM CARTHAGINENSE quintum, habitum ab episcopis septuaginta tribus, circa tempora Anastasii Papae.

TITULI CANONVM CONCILII Carthaginensis quinti.

- 1 De clericis ad testimonium non pulsandis.
2 De clericis pro crimine suo damnatis, vt à quolibet non defensentur.
3 De sacerdotibus & leuitis, vt ab vxoribus se contineant.
4 De rebus ecclesiae sine consilio metropolitani episcopi non alienandis.
5 Vt nullus episcopus relicta cathedra in diocesi resideat.
6 De his qui nullo testimonio se baptisatos nouerunt, vt baptisentur. Similiter de consecratione ecclesiarum faciendum est.
7 De tempore Paschali, seu concilij.
8 De intercessoribus ne cathedram morientis episcopi diu timent, sed infra annum sacerdotem prouideant.
9 De defensore ecclesiarum à principe postulando.
10 Vt episcopi ad diem concilij occurrant.
11 Vt lapsis sacerdotibus manus sicut laicis non imponatur.
12 De clericis excommunicatis, quamdiu eis asserere liceat innocentiam suam.
13 De clericis, vel monachis ab alio episcopo ordinatis.
14 De basilicis, quae sine martyrum reliquiis dedicatae sunt.
15 De idololatriis destruendis.

CAPITVLVS CONCILII Carthaginensis quinti.

OST consulatum placuit vt die sexta Cal. Iunij Carthagine in secreta basilicae restituta subter inferta statuerentur. Cum Aurelius episcopus vnà cum episcopis suis confederasset, astantibus diaconibus constituta sunt haec, quae insequente concilio definita sunt.

1 In principio statuendum est, vt qui forte in ecclesia quamlibet causam, iure apostolico ecclesiis imposito, agere voluerit, & fortasse decisio clericorum vni parti displicuerit, non liceat clericum in iudicium ad testimonium deuocari eum, qui cognitor vel praesens fuit, & nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

2 Et illud statuendum, vt si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporum pro quocumque crimine fuerit damnatus, non liceat cum siue ab ecclesiis quibus praesens fuit, siue à quolibet homine defensori, interposita poena damni, pecuniae, atque honoris, quo nec aetatem, nec sexum excusandum esse praecipimus.

3 Praeterea cum de quorundam clericorum, quauis erga vxores, in incontinentia referretur, placuit episcopos, & presbyteros, & diaconos secundum propria statuta etiam ab vxoribus continere. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque ecclesiae consuetudinem obseruari debere.

4 Placuit etiam vt rem ecclesiae nemo vendat. Quod si aliqua necessitas cogit hanc insinuandam esse primati prouinciae ipsius, vt cum statuto numero episcoporum, vtrum faciendum sit, arbitretur. Quod si tanta vrget necessitas ecclesiae, vt non possit ante primatem consulere, saltem post factum curiositatem habeat, & vicinis episcopis hoc ante indicare, & ad concilium referre eas suae ecclesiae necessitates. Quod si non fecerit, reus concilij venditor teneatur.

5 Placuit vt nemini sit facultas relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diocesi constitutam se conferre, vel in re propria diutiusquam oportet constitutum, curam vel frequentationem propriae cathedrae negligere.

6 Placuit de infantibus quotiens non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptisatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per aetatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque villo scrupulo eos esse baptisandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt quia multos tales à barbaris redimunt. Similiter & de ecclesiis (quotiens super earum consecratione haesitatur) agendum est, id est, vt sine vlla trepidatione consecrentur.

7 Placuit vt dies venerabilis Paschae formatarum subscriptione omnibus intimetur, dies vero concilij vndecimo Calendas Nouembris seruetur & scribendum ad singularum quarumque prouinciarum primates, vt quando apud se concilium congregant istum diem non impediunt.

8 Item constitutum est, vt nulli intercessori licitum cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis, vel seditionibus retinere, sed dare operam vt intra annum eisdem episcopum prouideat. Quod si neglexerit, anno exempto, interuentor ali-

CONCILIUM TOLETANVM PRIMUM sub Anastasio Papa, vel circa illius tempora seruatum.

Toletum quae nunc metropolis est Hispaniae, cuiusque archiepiscopus titulo primatus insignitur à Plinio lib. 3. ca. 3. sub titulo Hispaniae citerioris collocatur. Sit enim caput Celtiberiae se gibrigenfes tarpetani & toletani tago flumini impositi. Haec ciuitas multis nominibus & diuitiis clara & religione clarissima hoc etiam nomine celebris habetur quod tredecim concilia totius prouinciae in ea celebratae sint fidem & bonos mores concernentia vulgo Toledo dicitur.

TITULI CANONVM CONCILII Toletani primi.

- 1 De presbyteris & diaconibus, si post ordinationem filios genuerint.
2 Vt penitens, si necessitas cogat lector, aut ostiarius fiat.
3 De his qui viduas acceperint, ne diacones efficiantur.
4 Vt subdiaconus si defuncta uxore aliam duxerit ostiarius fiat.
5 Vt si cuiuslibet ordinis clericus tardius ad ecclesiam venerit, deponatur.
6 Vt religiosa puella virorum familiaritatem in domo non habeat.
7 Vt clericus cuius vxor peccauerit, pariter necem, potestate habeat distringendi eam, & cum ea cibum non sumat.
8 De eo qui post baptismum militauerit, vt ad diaconatum non permittatur.
9 Vt nulla professa, vel vidua absente sacerdote in domo sua sacerdotale officium, vel lucernale impleat.
10 Vt nullus obligatum cuiquam absque consensu Domini, vel patroni clericum faciat.
11 Vt si quis potentum expoliauerit quemlibet & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.
12 Vt nullus clericus ab episcopo recedat, & ad alium se transferat.
13 De his qui ecclesiam intrant, & non communicant, vt excommunicentur.
14 De eo qui acceperit eucharistiam, & non sumpsit, vt sacrilegus repellatur.
15 De his qui excommunicantur à sacerdotibus, vt nullus ad eos accedat.
16 Vt deuota si adultera fuerit decem annos poeniteat. Si maritum duxerit, non permittendam ad poenitentiam, nisi maritus decesserit.
17 De eo qui uxorem habet, si concubinam habuerit, non communicet.
18 Si vidua episcopi, presbyteri, vel diaconi maritum acceperit.
19 Si sacerdotis, vel diaconi filia religiosa peccauerit, in fine tantum communicet.
20 Vt nullus praeter episcopum chrisma conficiat.
21 De regulis fidei catholicae contra Priscillianos.

CONCILIUM TOLETANVM PRIMUM Nouendecim episcoporum, tempore Honorij & Arcadij, Stilicone Consule habitum, Patrone episcopo praesidente sub die septimo Idus Septembris.

CAPITVLVS CONCILII Toletani Primi.

alius tribuatur. 9 Ab Imperatoribus vniuersis visum est postulandum, propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias diuitum cum episcopo prouisione delegentur.

10 Item placuit vt quotiescunque congregandum est concilium, episcopi qui neque aetate, neque aegritudine, neque alia grauiori necessitate impediuntur competenter occurrant, primatibusque suarum quarumcunque prouinciarum intimerent, vt de vniuersis episcopis, vel duae, vel tres fiant turmae, ac de singulis turmis viciscim quotquot electi fuerint, ad diem concilij instantissimè occurrant. Quod si non poterint occurrere, excusationes suas in tractatoria subscribant: vel si post aduentum tractatoriae aliquae necessitates repente forsitan ortae fuerint (nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint) ab ecclesiae communione debere esse contemptos.

11 Item confirmatum est, vt si quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos à ministerio necesse fuerit remoueri, non eis manus tanquam poenitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neque vnquam permittendum vt rebaptisati ad clericatus gradum promoueantur.

12 Rursus constitutum est vt quotiens clericis conuictis & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum quorum verecundiae parcitur, vel propter ecclesiae opprobrium, aut insolentem insultationem hereticorum atque gentilium, si forte causae suae adesse voluerint, & innocentiam suam asserere intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

13 Item placuit vt si quis de alterius monasterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterij constituit, episcopus qui hoc fecerit à ceterorum communionem se iunnetus, suae tantum plebis communionem contentus sit, & ille neque clericus, neque praepositus perseueret.

14 Item placuit vt altaria quae passim per agros, aut vias tanquam memoriae martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiae martyrum conditae probantur, ab episcopis qui eisdem locis praesunt (si fieri potest) euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non sinitur, plebes tamen admoneantur ne illa loca frequentent, vt qui rectè sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliqua certa reliquiae sint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quae per somnia, & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbique constituuntur altaria, omnimodè reprobentur.

15 Item placuit ab Imperatoribus gloriosissimis peti, vt reliquiae non solum in simulachris, sed in quibuscunque locis, vel lucis, vel arboribus omnimodo delectantur. Aurelius episcopus ecclesiae Carthaginis, supra comprehensis in nostro concilio statutis, subscripsi. Similiter septuaginta duo episcopi subscripserunt.

In Carthagine... In cartha. 3. ca. 44. In cartha. 2. ca. 7.

13. q. 3. ab Imperatoribus vniuersis. d. 18. Placuit vt quotiescunque. d. 50. confirmatum est. d. 84. Ca. de quibusdam. d. 11. Placuit vt. d. 11. q. 3. Rursum constitutum est. d. 18. si quis de al. de cons. d. 1. placuit vt altaria quae in decre. lino. libro. 2. de cons. d. 3. Placuit vt dicitur. 7. q. 1. Placuit vt nemini.



Onuentibus episcopis in ecclesia Toletana, id est, Patrono, Marcello, Aliciano, Aphrodisio, Iocundo, Olympio Seuero, Asterio, Hilario, Lampadio, Eustochio, Exuperantio, Sereno, Floro, Leporio, Aureliano, Lampadio, Leona, Gallia, Lucentio, His conuentus municipiis Celanis actus est. Isti sunt qui & in aliis gestis aduersus Priscilliani sectatores, & heresim quam astruxerat, libellarem dedere sententiam. Confidentibus presbyteris, astantibus diaconibus & ceteris qui intererant concilio congregato, Patronus episcopus dixit: Quoniam singuli cœpimus in ecclesiis nostris facere diuersa, & inde tanta scandala sunt, quæ usque ad schisma perueniunt, si placet communi concilio, decernamus quid ab omnibus episcopis in ordinandis clericis sit sequendū. Mihi autem placet constituta primitus Nicæni concilij perpetuò esse seruanda, nec ab his esse recedendum. Vniuersi episcopi dixerunt: Hoc nobis placet, ita ut si quis cognitis gestis Nicæni concilij, aliud quod statutum est, facere præsumperit, & non in eo perseverandum putauerit hic excommunicatus habeatur, nisi per correptionem fratrum emendauerit errorem.

*In decre. Iuon. lib. 3*

1 Placuit ut diacones si vel integri, vel casti sint & continentis vitæ, etiam si vxores habeant, in ministerio constituantur, ita tamen ut si qui, etiam ante interdictum, quod per priores ante nos episcopos constitutum est, incontinenter cum vxoribus vixerint, presbyterij honore non cumulentur. Si quis verò ex presbyteris ante interdictum filios suos susceperit, de presbytero ad episcopum non admittatur.

*d. 50. Pla. Et in decretis Iuo. lib. 3.*

2 Item placuit ut pœnitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut vsus exegerit, & tunc inter ostiarios deputentur, vel inter lectores, ita ut Euangelia, aut Apostolorum non legant. Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur, ita ut manum non imponant nec sacra contingant. Eum verò pœnitentem dicimus, qui post baptismum aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus grauisimisque peccatis, publicam pœnitentiam gerens sub concilio diuino fuerit reconciliatus altario.

*al. cilicio.*

3 Item constituit sancta synodus, ut lector fidelis, si viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut fortè subdiaconus.

4 Subdiaconus autem defuncta vxore si vxorem aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat, remoueat, & habeatur inter ostiarios, vel lectores, ita ut Euangelium, & Apostolum non legat, propterea ne qui ecclesiæ seruiert, publicis officiis seruire videatur. Qui verò tertiam (quod nec dicendū est) acceperit, absentus biennio, postea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam communicet.

5 Presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel qui libet ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, vel in loco in quo ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut ville, si ad ecclesiam, aut ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem, veniam ab episcopo noluit promereri.

6 Item que puella Dei nec familiaritatem habeat cum confessore, aut cum quolibet laico sanguinis alieni, aut conuiuium sola adeat, nisi vbi sit seniorum, aut honestorum, aut viduarum honestarumque fre-

quentia, vbi sit seniorum, aut honestorum, aut viduarum honestarumque frequentia, vbi honestè confessor quilibet cum plurimorum testimonio testium, conuiuium interesse possit. Cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videntas, nisi fortè consanguinea soror sit, vel vtrina.

7 Placuit ut si quorumcunque clericorum vxores peccauerint (ne fortè licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc potestatem: præter necem custodiendi, ligandi in domo sua ad ieiunia salutaria, non mortifera, eas cogentes, ita ut inuicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si seruitia fortè non habeant. Cum vxoribus autem ipsis quæ peccauerint, nec cibos sumant, nisi fortè ad timorem Dei acta pœnitentia reuertantur.

8 Si quis post baptismum militauerit, & chlamyde sumpserit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam si graua non admiserit, si ad clerum admissus fuerit diaconij non accipiat dignitatem.

9 Nulla professa, vel vidua absente episcopo, vel presbytero in domo sua antiphonas cum confessore vel seruo suo faciat: Lucernarium verò nisi in ecclesia non legatur: aut si legatur in villa præsentis episcopi, vel presbytero, vel diacono legatur.

10 Clericos siquidem obligati sint vel pro æquatione, vel de genere alicuius domus non ordinandos, nisi probata vitæ fuerint, & patroni consensus accesserit.

11 Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religiosum expoliauerit, & mandauerit eum ad se uenire episcopus, ut audiatur, & is contempserit, inuicem mox scripta percurrant per omnes prouinciæ episcopos, & quoscunque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipse donec obediat, & reddat aliena.

12 Item ut liberum nulli clerico sit discedere ab episcopo suo, & alteri episcopo communicare, nisi fortè ei quem episcopus alius libenter habeat de hereticorum schismate discedentem, & ad fidem catholicam reuertentem. Si qui autem de catholicis discesserint, & in communione eorum vel palam, vel occultè cum eis (qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam iam notati) fuerint inuenti, habeant illorum ad quos ire voluerint, etiam in damnatione consortium.

13 De his qui intrant in ecclesiam, & deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur. Quod si non communicant, ad pœnitentiam accedant. Si communicant, non semper abstineantur. Si non fecerint, abstineantur.

14 Si quis autem acceptam à sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.

15 Si quis laicus abstinetur ad hunc, vel ad domum eius, vel clericorum, vel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus si abstinetur, à clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut conuiuari fuerit deprehensus, etiam ipse abstinetur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eius sunt episcopi, & ad omnes qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, siue laico quolibet, siue clerico.

16 Deuotam peccantem non recipendam in ecclesiam, nisi peccare desierit, et si desinens egerit apertam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Priusquam autem in ecclesiam admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam hæc quæ e-

am receperit, habeatur absentia. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc ipso viuente marito, castè viuere cœperit, aut postquam ipse decesserit.

*d. 34. Is qui Et in decretis. Iuo. lib. 6.*

17 Si quis habens vxorem fidelem, si concubinam habeat, non communicet. Cæterum is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communione non repellatur, tantum ut vnus mulieris, aut vxoris aut concubine (ut ei placuerit) sit coniunctione contentus. Alias verò viuens abiiciatur, donec desinat, & ad pœnitentiam reuertatur.

18 Si qua vidua episcopi, aut presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet, morienti tantum ei sacramentum subueniat.

19 Episcopi, siue presbyteri, siue diaconi filia si de uora fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni, pater verò causam in concilio no uerit se præstaturum. Mulier autem non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem (uiuente eo) secesserit, & pœnituerit, nullo modo nisi vitæ deficiens accipiat communionem.

20 Quamuis penè ubique custodiatur, ut absque episcopo chrisma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis, vel prouinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium nisi episcopi chrisma conficere & pædiocesim destinare, ita ut de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem Paschæ diaconi destinentur, aut subdiaconi qui consecutum chrisma ab episcopo destinatum ad diem Paschæ, possint ad tempus deferre. Episcopo sanè certum est, quod omni tempore licet chrisma conficere. Sine conscientia autem episcopi nihil penitus presbyteri agere præsumant. Statutum verò est diaconum non chrismare, sed presbyterum absente episcopo: præsentem verò non, nisi ab ipso fuerit præceptum. Huiusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus vel præsentibus, vel absentibus episcopis suggerendam, ut eam & episcopi custodiant, & presbyteri non relinquunt.

21 Regulæ fidei contra omnes hæreses, quam maximè contra Priscillianistas, quas episcopi Tarracensis, Carthaginensis, Lusitani, & Betici fecerunt, & ex præcepto Papæ Leonis ad Baleonium episcopum Galliciæ transmiserunt. Ipsi etiam & superscripta viginti canonum capitula statuerunt in concilio Toletano.

ASSERTIO FIDEI EIUSDEM Concilij.



Redimus in vnum verum Deum patrem omnipotentem, & filium, & spiritum sanctum, visibilem & inuisibilem factorem, per quem omnia facta sunt in cælo & in terra, vnum Deum, & vnam esse diuinæ substantiæ trinitatem. Patrem autem non esse filium ipsum, sed habere filium qui pater non sit, filium non esse patrem, sed filium Dei de patris esse natura. Spiritum quoque esse paracletum, qui nec pater sit ipse, nec filius, sed à patre filioque procedens. Est ergo ingenuus pater, genitus filius, non genitus paracletus, sed à patre filioque procedens. Pater est cuius vox hæc audita est de cælis:

*Matt. 3. d.*

Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Filius est qui ait: Ego à patre exiui, & à Deo veni in hunc mundum. Paracletus est spiritus de quo filius ait: Nisi ego abiero ad patrem, paracletus non veniet. Hanc trinitatem personis distinctam, substantia vnitam, à virtute & potestate & maiestate indiuisibilem, indifferentem, præter hanc nullam credimus diuinam esse naturam, vel angeli, vel spiritus, vel virtutis alicuius quæ Deus credatur. Hunc ergo filium Dei Deum natum à patre ante omnino principium, sanctificasse vterum virginis Mariæ, atque ex ea verum hominem, sine vitili generatum femine, suscepisse, duabus duntaxat naturis, id est, deitatis & carnis in vnâ conuenientibus omnino personam, id est Dominum nostrum Iesum Christum. Nec imaginarium corpus, aut phantasmatis alicuius in eo fuisse, sed solidum atque verum, hunc & esurisse & sitisse, & doluisse & fleuisse, & omnes corporis iniurias pertulisse postremò à Iudæis crucifixum, & sepultum, & tertia die resurrexisse cõuersatum postmodum cum discipulis suis, & quadragesima post resurrectionem die ad cælum ascendisse. Hunc filium hominis etiam filium Dei, & filium Dei & hominis filium appellamus. Resurrectionem verò futuram humanæ credimus carnis, animam autem hominis non diuinæ esse substantiæ, aut Dei patris, sed creaturam dicimus Dei voluntate creatam. Si quis autem dixerit aut crediderit, à Deo omnipotente mundum hunc factum non fuisse, atque omnia eius instrumenta, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit, Deum patrem eundem esse filium, vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, filium eundem esse patrem, vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit paracletum esse vel patrem, vel filium anathema sit. Si quis crediderit vel dixerit, carnem tantum sine anima à filio Dei fuisse susceptam, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, Christum innascibilem esse anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit deitatem nascibilem esse, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit deitatem Christi cõuertibilem fuisse, vel passibilem, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit alterum Deum esse præter legis, alterum euangeliorum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, ab altero Deo mundum factum fuisse, & non ab eo de quo scriptum est, In principio fecit Deus cælum & terram anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, animam humanam Dei portionem vel Dei esse substantiam, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, alias scripturas, præter quas ecclesia catholica recipit, in autoritate habendas, vel esse venerandas, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit, deitatis & carnis vnâ in Christo esse naturam, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit esse aliquid, quod se extra diuinam trinitatem possit extendere, anathema sit. Si quis astrologiæ vel magi existimat esse credendum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit coniugia hominum quæ secundum legem diuinam licita habentur, execrabilia esse, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit carnes auium, seu pecudum, quæ ad escam data sunt, non tantum pro castigatione hominum abstinentas, sed execrandas esse, anathema sit. Si quis in errore Priscilliani sectæ sequitur, vel profitetur, ut aliud in salutari baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema

*Gene. 1. a*

nathema sit. Explicit regula fidei catholice aduersus Priscillianistas. Patronus episcopus subscripsi. Marcellus episcopus subscripsi. Afrodisius episcopus subscripsi. Subscriperunt & alij episcopi, qui interfuerunt concilio.

Hic prætermisi titulos canonum duorum conciliorum vnum in ciuitate Carthagenensi celebratum alterum tempore Anastasii Papæ propterea quòd latius alibi haberentur in concilio seruato tempore Honorij duodecimi & Theodosii octaui, & sub Bonifacio Papa.

CONCILIUM MILEVITANUM circa tempora Innocentij Papæ primi.

Mileuitanum concilium plerique omnes viri docti arbitrantur celebratum in ciuitate, quæ vulgò Malta dicitur: in insula eiusdem nominis sita, militibus sancti Iohannis, post demictam à turcis Rhodum, à Carolo quinto tradita. In actis apostolicis fit eius celebris mentio, cap. 28. sub nomine melite & in sexta Ciceronis actione in verrem.

ETITVLI CANONVM MILEVITANI concilij.

- 1 Contra Pelagianos, qui dicunt etiam sine peccato mori potuisse Adam.
- 2 Quòd iuxta Apostoli testimonium, etiam paruuli qui nihil peccati adhuc commiserunt, omnes in peccatorum remissione veraciter baptiscentur.
- 3 Quòd gratia Dei non solum peccata dimittit, sed etià adiuuat ne committantur.
- 4 Quòd per gratiam Dei sciamus quid facere debeamus, & diligere ut faciamus.
- 5 Quòd gratia Dei præstet ut lex impleatur, non (sicut ait Pelagius) facile, quasi sine gratia Dei difficiliter possit impleri.
- 6 Quòd iuxta sententiam Ioannis euangelista, nemo sit, qui esse possit sine peccato.
- 7 Quòd unicuique etiam iusto non solum pro alijs, sed & pro semetipso dicere oporteat, Dimitte nobis debita nostra.
- 8 Quòd à sanctis veraciter dicitur Dimitte nobis debita nostra.
- 9 Quòd ad communes causas ecclesia generale concilium congregari oporteat, in primatis verò causis speciale vniuscuiusque prouincia.
- 10 Ut epistolæ ad concilium euocandum metropolitanus subscribat & dirigat.
- 11 Ut de hæreticis & infidelibus quicquid in concilio constituitur, à principe impetretur.
- 12 Ut preces & orationes compositæ (nisi probata fuerint in concilio) non dicantur.
- 13 Ut posteriores anterioribus episcopis non præferantur, nec in consultijs primatibus suis aliquid agere præsumant.
- 14 Ut episcopi pro tempore consecrationis suæ literas ab ordinatoribus habeant.
- 15 Ut ubi primum quis legent, ibi permaneat clericus.
- 16 Ut pro causis ecclesiarum executores, vel aduocati à principe postulentur.
- 17 Ut neque dimissus, neque dimissa alteri coniungantur.
- 18 De his qui in sua prouincia non communicant, ut alibi non communicent.
- 19 De clericis qui apud principem seculare iudicium aut synodale impleverint.
- 20 Ut sine formatis nemo ad comitatum proficiatur, & qualiter formati fiant.

- 21 De episcopis qui quod repetere poterant, prætermissa synodo inuaserunt.
- 22 De clericis qui de iudicio episcoporum suorum conqueruntur.
- 23 De his qui apud hæreticos penitentiam acceperunt.
- 24 De episcopis negligentibus aduersus hæreticos.
- 25 Vnde supra.
- 26 De virginibus quæ infra viginti quinque annos necessitate cogente velantur.
- 27 De episcopis qui post acta Carthagenensis synodi retenti sunt ad reliqua peragenda.

Capitula Concilij Mileuitani.

De hoc concilio dicit tit. de consecra. dist. 4.



Loriofissimis Imperatoribus Arcadio & Honorio Augustis, viris clarissimis Consulibus sexto Cal. Septembris, in ciuitate Mileuitana, in secretario basilicæ cum Aurelius episcopus ecclesiæ Carthagenis in concilio vniuersali confederet, astantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Quoniam ecclesiæ sanctæ vnum est corpus, omniumque membrorum caput est vnum, factum est volente Domino ac nostrâ infirmitatem iuuante, ut ad hanc ecclesiam conueniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quæso charitatem vestram, quia ita credendum est, quod noster accessus ad vos nec superfluus nec insuauis est cunctis, ideoque pariter quædam de causis fidei, vnde nunc quæstio Pelagianorum imminet in hoc cœtu sanctissimo primitus tractentur, deinde subsequantur & aliqua quæ disciplinæ ecclesiasticæ necessaria existunt.

1 Placuit ergo omnibus episcopis qui fuerunt in hac sancta synodo, constituere hæc, quæ in præsentis concilio definita sunt. Ut quicumque, Adam primum hominem mortalem factum iravit siue peccaret, siue non peccaret moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate nature, anathema sit.

2 Itè placuit ut quicumque paruulos recētes ab utrisque matribus baptisandos negat aut dicit in remissione quidem peccatorum eos baptisari, sed nihil ex Adâ trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, vnde fit cōsequens, ut in eis forma baptismatis in remissione peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est quod ait Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum ecclesia catholica vbi diffusa semper intellexit. Propter hæc enim regulam, fidei, etiam paruuli qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissione veraciter baptisantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

3 Item placuit ut quicumque dixerit gratiam Dei, in qua iustificatur, per Iesum Christum Dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum valere quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium non committantur, anathema sit.

4 Item quisquis dixerit eandem gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, propter hoc tantum

tū nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandato, rum, ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus, Scientia inflat, charitas verò ædificat: valde impium est ut credamus ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi, ad eam quæ ædificat non habere: cum sit vtrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut ædificante charitate scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est, Qui docet hominem scientiam: ita etiam scriptum est, Charitas est ex Deo est.

5 Item placuit ut quicumque dixerit, ideo nobis gratiā iustificationis dari, ut quæ facere per liberū iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tamquam & si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam, sine illa implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, vbi non ait, Sine me difficilius potestis facere sed ait, Sine me nihil potestis facere.

6 Item placuit quod ait sanctus Ioannes apostolus: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: quisquis sic accipiendum putauerit, ut dicat propter humilitatem oportere dici, nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit. Sequitur enim Apostolus, & adiungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere, Si dixerimus, quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, & humilitas in nobis non est: sed cum ait, Nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est, satis ostendit eum, qui se dixerit non habere peccatum, non verū loqui, sed falsum.

7 Itè placuit ut quicumque dixerit, in oratione Dominica ideo dicere sanctos, Dimitte nobis debita nostra, ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro alijs qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere vnumquodque sanctorum, Dimitte mihi debita mea, sed Dimitte nobis debita nostra, ut hoc pro alijs potius, quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat apostolus Iacobus, cum dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est Omnes, nisi ut ista sententia conueniret & Psalmo, vbi legitur: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo qui non peccet. Et in libro Iob: In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam. Vnde etiam Daniel sanctus & iustus cum in oratione pluraliter diceret, Peccauimus, iniquitatem fecimus, & cætera quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur quemadmodū quidam sentiunt, hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo nostro, noluit dicere Peccata nostra, sed Populi sui dixit, & sua: quia futuros istos qui tam male intelligunt, tanquam Prophetæ præuidit.

8 Item placuit ut quicumque verba ipsa Dominicæ orationis, vbi dicimus, Dimitte nobis debita nostra ita volunt à sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labijs sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittatur debita non habere: Hucusque de fide contra Pelagianos, nunc regulæ tractentur ecclesiasticæ.

9 Placuit ut non sit vltra fatigandis fratribus anni uersaria necessitas, sed quotiens exegerit causa communis, id est, totius Africæ, vndeunque ad hanc sedem pro concilio data literæ fuerint, congregandam esse synodum in ea prouincia vbi oportunitas persuaferit. Causæ autem quæ communes non sunt, in suis prouincijs iudicentur.

10 Placuit etià pati ut omnium episcoporum epistolis omnibus de concilio dādis sanctitas tua sola subscribat.

11 Placuit & illud aduersus hæreticos, vel paganos vel eorum superstitiones, ut legati missi de hoc glorioso concilio quicquid vtile prouiderint, à gloriosissimis principibus impetrent.

12 Placuit etiam & illud, ut preces, vel orationes, seu missæ quæ probata fuerint in concilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur. Nec alia omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ à prudentioribus tractata, vel comprobata in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum.

13 Palentinus episcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ vestræ præsequar ea quæ necessaria sunt ecclesiasticæ disciplinæ. Scimus enim sic inuolantem mansisse ecclesiasticam disciplinam, ita ut nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet antepone-re, sed officijs legitimis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus rationabiliter semper acciperetur. Hunc ordinem iubeat sanctitas vestra, melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem ut hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorundam, quæ & hæc statuenda nostros acuerent sensus. Sed & communis hæc causa est, quam insinuauit frater & coepiscopus noster, ut vnusquisque nostrum ordinem sibi decretum à Deo cognoscat, & posteriores anterioribus deferant, nec eis in consultis aliquid agere præsumant. Quæ de re oportet eos qui putauerint spreto maioribus, aliquid præsumendum, competenter esse ab omni concilio coerendos. Vniuersi episcopi dixerunt: Hic ordo & à patribus, & à maioribus est seruatus, & à nobis, Deo pro pitio, seruabitur, saluo etiam iure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

14 Deinde placuit ut quicumque deinceps ab episcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatibus suis manu eorum subscriptas, continentes Consulem & diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

15 Item placuit ut quicumque in ecclesia, vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

16 Placuit præterea ut executoribus in omnibus iustis desiderijs impertiatur. Placuit etiam ut petatur à gloriosissimis Imperatoribus, ut iubeant iudicibus dare petitos sibi defensores scholasticos, qui in officio defensionum causarum ecclesiasticarum, more sacerdotum ut prouincia, idem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperit, habeant facultatem pro negotijs ecclesiarum (quotiens necessitas flagitauerit) vel ad obstitendum

d. 72. Pla. ut uicium que in ecclesia.



32. q. 7. dū callidè decipientibus, vel obrepentib⁹, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicum secretaria. Placuit ut 17 Placuit vt secundum euangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito alteri coniungantur, sed ita maneant aut sibi met reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

18 Placuit vt quicumque non communicat in prouincia propria, & in aliis prouinciis, vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, iacturam comunionis, vel clericatus excipiat.

19 Placuit vt quicumque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem episcopale iudicium ab Imperatore postulerit, nihil ei obsit.

20 Placuit vt quicumque clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab episcopo suo accipiat. Quod si sine formata voluerit p̄gere, à cōmunionem remoueat. Quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum loci ei⁹ ipsam necessitatem, & de hoc scripta eiusdem episcopi deferat: formatam autem quæ à primatibus, vel à quibuscunq; episcopis clericis propriis dantur, habeant diem Paschæ. Quod si adhuc eiusdem anni Paschæ dies incerta est, ille præcedens adiungatur, quomodo solet, post consulatum, in publicis gestis ascribi.

16. q. 6. Placuit vt quicumque episcopi quascunq; ecclesias, vel plebes quas ad suam cathedram æstimaunt pertinere, non ita repetierint, vt causas suas episcopis iudicantibus agant, sed alio retinente irruerint, siue volentibus siue nolentibus plebibus causam suam detrimentum patiantur. Et quicumque iam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt, ille discedat quem constiterit prætermisissis iudiciis ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si à primatibus vt retineat literas impetrarit, sed siue habeat literas, siue non habeat, conueniat cum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eū appareat pacificè tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consensu primatis delegerint.

21 Item placuit vt quicumque episcopi quascunq; ecclesias, vel plebes quas ad suam cathedram æstimaunt pertinere, non ita repetierint, vt causas suas episcopis iudicantibus agant, sed alio retinente irruerint, siue volentibus siue nolentibus plebibus causam suam detrimentum patiantur. Et quicumque iam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt, ille discedat quem constiterit prætermisissis iudiciis ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisque blandiatur, si à primatibus vt retineat literas impetrarit, sed siue habeat literas, siue non habeat, conueniat cum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eū appareat pacificè tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consensu primatis delegerint.

22 Item placuit vt presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici in causis quas habuerint, si de iudiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant, & inter eos quicquid est finiant, adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent nisi ad Africana concilia, vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in comunione suscipiatur.

23 Placuit vt quicumque conuersus ab hereticis, dixerit se apud eos pœnitentiam accipere, vnusquisque catholicus episcopus requirat, vbi & ob quam causam apud eosdem hereticos pœnitentiam susceperit, vt cum documentis certis hoc ipsum approbauerit, sibi pro qualitate peccati, sicut eidem episcopo catholico visum fuerit, tempus pœnitentiæ vel reconciliationis decernat.

24 Item placuit vt quicumque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholicam vnitatem

lucrari, conueniantur à diligentibus vicinis episcopis, vt id agere non morentur. Quod si intra sex menses à die conuentionis, non hoc fecerint, qui poterit eam lucrari ad ipsum pertineant, ita sanè vt (si ille ad quem pertinuisse videbatur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hereticis, im-punè vt ibi sint, & suam diligentiam fuisse præuentam, vt eo modo eius cura solertior vitaretur, cum hoc iudices episcopi cognouerint) sua cathedra loca, restituant. Sanè si episcopi inter quos causa versatur, diuersarum sunt prouinciarum ille Primas det iudices, in cuius prouincia est locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut duo eligantur, aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiâ sequantur, aut duorum. A iudicibus autem quos communis consensus elegerit, non liceat prouocari. Et quisquis probatus fuerit, pro contumacia nolle obtemperare iudicibus cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det literas vt nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

25 Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit aduersus hereticos, conueniantur à vicinis episcopis diligentibus, vt ei sua negligentia demonstratur, vt se excusare non possit. Quod si ex die quo conuenitur, intra sex menses, si in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholicam conuertendas curauerit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non ascribatur episcopo. Si autem probatum fuerit, cum de comunione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse constiterit, etiam episcopo amittat.

26 Item placuit, vt quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiam virginalem (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam motis scrupulo periculoso conpuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, seu velauit intra viginti quinque annos atatis, non ei obsit concilium quod de isto annorum numero constitutum est.

27 Item placuit ne diutius vniuersi episcopi qui ad concilium congregati sunt tenerentur, ab vniuerso concilio ternos iudices de singulis prouinciis eligi. Et electi sunt de prouincia Carthaginensi, Vincentius, Fortunatianus, & Clar⁹. De prouincia Numidie Alypius, Augustinus, & Restitutus. De prouincia Byzancena, cū sancto sene Donatiano primatē Creconius, Iocundus, & Emilianus. De Mauritania Siftensis, Seuerianus, Asiaticus, & Donatus. De prouincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus vnus est missus, qui omnes cum sancto sene Aurelio vniuersa cognoscant. A quo petiit vniuersum concilium, vt cunctis siue gestis que confecta iam sunt, siue epistolis ipse subscribat, Et subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesie Carthaginensis huic decreto consensit, & perlecto subscripsit. Donatianus Telepiensis primæ sedis subscripsit. Augustinus Hipponæ Regiensis subscripsit. Similiter & omnes episcopi subscripserunt.

Hic omisi aliquot concilia Carthagine celebrata tempore Innocentij papæ, cum nihil præter titulos haberetur, qui latius exprimentur in concilio sub Bonifacio Papa seruato, post consulatum Honorij duodecimi, & Theodosij octaui.

CONCILIVM CARTHAGINENSE sextum, ab episcopis ducentis septemdecim gestum.

TITVLI CAPITVLRORVM CONCILII Carthaginensis sexti.

- 1 Allocutio Aurelij episcopi sancti ad synodum.
- 2 Responso Faustini episcopi legati Romanæ ecclesie de his que in ecclesia partim canone, partim consuetudine sunt firmata.
- 3 De commonitorio Romani Papa recitato.
- 4 Alypij episcopi responso, pro veris exemplaribus Nicani concilij perquirendis.
- 5 Vbi Faustinus episcopus dixit, vt Romano Papa synodus, pro inquirenda Nicenæ synodi veritate innotescat.
- 6 De sententia Sardicenis concilij recitata à postulante Nolato episcopo.
- 7 Vbi Augustinus episcopus cum synodo Nicenarum concilium seruare promittit.
- 8 Vbi Faustinus episcopus, pro dubietate recitati capituli Romano Papa petit scribendum.
- 9 Vbi synodus exemplaria Nicani concilij magis ab Orientalibus competenda decreuit.
- 10 Professio fidei Nicani concilij.

In hoc concilio actum est, vt Nicænum conciliū ab episcopis Orientalibus peteretur cui synodo interfuit legatio ecclesie Romanæ, Faustinus episcopus, Philippus & Acellus, presbyteri.

Capitula Concilij Carthaginensis sexti.

**R**ost consulatum gloriosissimorum Imperatorū Honorij duodecimi, & Theodosij octaui Augustorum, octauo Cal. Iunij, scripta hæc sunt Carthagine, in secretario basilicæ Faustini, cum Aurelius Papa vnā cum Valentino primæ sedis Numidie, & Faustino ecclesie Potentinæ primæ sedis, prouincie Italiæ Piceni, legato ecclesie Romanæ, sed & legatis diuersarum prouinciarum Africarum, id est, Numidarum duarum, Byzancenæ, Mauritanie Siftensis, & Mauritanie Casariensis, sed & Tripolis, & Vincentio Culucitano, Fortunatiano, & ceteris episcopis prouincie Proconsularis ducentis decem & septem, necnon Philippo & Acello presbyteris Romanæ ecclesie, cum consedisset altantibus diaconibus Aureliis episcopus dixit.

1 Post diem præstitutam concilij vt recordamini fratres charissimi, multa flagitata sunt, per expectantes fratres nostros, qui nunc ad præsentem synodū legati aduenerunt, quæ gestis necesse est consocientur. Qua de re Domino nostro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus. Superest vt tam exemplaria Niceni concilij quæ nunc habemus, & à Patribus constituta sunt, quam etiam hic à decessoribus nostris eandem firmantes synodum, vel quæ secundum eam formam per omnes clericorum gradus, à summo vsque in vltimum salubriter ordinata sunt, in medium proferantur. Ab vniuerso concilio dictū est: Proferantur. Daniel notarius recitauit. Nicæni concilij fidei professio, vel statuta, sic se habent.

2 Et cum legisset, Faustinus episcopus plebis Potentinæ, prouincie Italiæ Piceni, legatus Romanæ ecclesie dixit: Iniuncta sunt nobis à sede apostolica

aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis cū vestra beatitudine tractanda, sicut & gestis superioribus meminimus: hoc est, de Nicænis canonibus, vt conseruentur & constitutio eorum, & consuetudo, quia aliqua ordine & canone tenentur, aliqua cōsuetudine firmata sunt. De his ergo primitus si placeat beatitudini vestræ tractemus, & postea cætera quæ acta vel inchoata sunt, inserta firmabuntur, vt ad sedem apostolicam rescriptis vestris intimare possitis, atque nos vos admonuisse, apud venerabilem Papam euidenter pateat, licet & capitula actionum iam inserta sint gestis. De ipsis ergo (vt dictum est superius) quid vestræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo commonitorium in medium, vt scire possit vestra beatitudo quid in eo contineatur, vt ad singula respondeatur.

3 Aurelius episcopus dixit: Proferatur commonitorium quod fratres & confacerdotes nostri in aetate nuper allegauerunt, & cætera quæ acta sunt, vel quæ agenda sunt subsequantur. Daniel notarius recitauit commonitoriū, Fratri Faustino, & filiis Philippo & Acello presbyteris, Zozimus episcopus. Vobis commissa negotia non latent. Vos ita vt nostra, imò quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta peragite, maximè cum & hoc nostrum possitis habere mandatum, & verba canonum quæ in pleniorē firmitatem huic commonitorio inseruimus. Ita enim dixerunt (dilectissimi fratres) in concilio Nicæno, cum de episcoporum appellatione decernerent. Placuit autem vt si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse episcopus videatur, & confugerit ad beatissimum ecclesie Romanæ episcopum, & voluerit audiri, & iustum putauerit vt renouetur examen, scribere his episcopis dignetur qui in finitima & propinqua prouincia sunt vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt à latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi Romani quid velit, & quid existimet. Et si decreuerit mittendos esse qui præsentibus cum episcopis iudicent, habentes auctoritatem eius à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit sufficere episcopo, vt negotio terminū imponat faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

4 Et cum recitaret Alypius episcopus Tagastensis, legato prouincie Numidie dixit: De hoc iam superioribus etiam literis concilij nostri rescriptimus & id nos seruatuos profiteamur, quod in Nicæno concilio constitutum est. Adhuc tamen me mouet, quoniam cum inspiceremus græca exemplaria huius synodi Nicenæ, ista ibi nescio qua ratione minime inuenimus. Vnde petimus venerationem tuam sancte Papa Aureli, vt quia hoc authenticum conciliū Nicænum in vrbe dicitur esse Constantinopolitana, aliquos cum scriptis tuæ sanctitatis mittere digneris, & non solum ad ipsum sanctum fratrem nostrū Constantinopolitanū episcopū, sed etiā ad Alexandrinū & Antiochenum venerabiles sacerdotum, qui hoc nobis concilium sub stipulatione literarum suarum dirigant, vt omnis postmodū ambiguitas auferatur, quia nos ita vt frater Faustinus attulit, minimè inuenimus. Ista nos tamen tantisper seruatuos (vt antea dixi) donec integra exemplaria veniant, profiteamur. Petrus est autem literis nostris & venerabilis ecclesie Romanæ

Sardicenis concilij capitulis 2. q. 6. si quis episcopus accusatus.

manæ episcopus Bonifacius, ut ipse quoque ad memoratas ecclesias aliquas mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni concilij, secundum eius posita scripta proferre. Nunc autem memorati concilij qualia exemplaria habeamus his gestis sociemus.

5 Faustinus episcopus legatus ecclesiæ Romanæ, dixit, nec vestra sanctitas præiudicat ecclesiæ Romanæ siue de hoc capitulo, siue de aliis, quia dicere dignatus est frater noster & coepiscopus Alypius, dubios esse canones. Sed hæc ipsa ad sanctum & beatissimum Papam nostrum scribere dignemini, ut & ipse integros canones inquirens, cum vestra sanctitate de omnibus constitutis tractare possit. Sufficit autem ut & ipse beatissimus episcopus vrbis Romæ, sicuti vestra sanctitas apud se tractat, ita & ipse inquireat, ne contentio inter ecclesias nasci videatur, sed magis charitate fraterna deliberare possitis, ipso rescribente quid melius obseruari debeat. Aurelius episcopus dixit, Præter ista quæ promissimus actis, necesse est ut etiam nostræ paruitatis literis sancto fratri & confacerdoti nostro Bonifacio singula quæ tractamus plenissimè intinemus. Ergo si omnibus placet persecutio nostra, ore omnium condiscamus. Vniuersum concilium dixit: Placet.

6 Nouatus episcopus legatus Mauritanæ Sitiferis dixit: Nunc meminimus in hoc præfenti commonitorio lecto etiam de presbyteris, siue diaconibus contineri, qualiter ab episcopis suis, vel à finitimis audiri debeant, quod in Nicæno concilio minimè legimus. Vnde hoc ipsum iubeat sanctitas vestra nobis recitari. Aurelius episcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc, quod deposcitur. Daniel notarius recitauit. De appellationibus autem clericorum, id est, minoris loci, restat ipsius synodi certa responsio. De qua re quid acturi sitis, credimus inferendum, quod taliter dictum est ex Sardicensi concilio. Osius episcopus dixit: Quid me adhuc moueat, reticere non debeo. Si episcopus fortè iracundus (quod esse non debet) citò, aut asperè commoueat aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem eiectionis, ut finitimos interpellat episcopos, aut causam suam audiant, & diligenter tractent, quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille episcopus qui aut iuste, aut iniuste eum eiecit, patienter accipiat, ut negotium discutatur, aut probetur eius aut emendetur sententia, &c.

7 Cumque recitaretur, Augustinus ecclesiæ Hipponis Regiensis, legatus prouinciæ Numidiæ dixit: Et hoc nos seruaturus profitemur, salua diligentiore inquisitione concilij Nicæni, Aurelius episcopus dixit: Si hoc etiam omnium vestrae charitati placet, responsione firmate. Vniuersum conciliū dixit: Omnia quæ in Nicæno concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Iocundus episcopus ecclesiæ Sufetulae, legatus prouinciæ Byzancenæ dixit: Quod constitutum est in Nicæno concilio, violari à quoquam nullatenus potest.

8 Faustinus episcopus, legatus ecclesiæ Romanæ dixit: Adhuc secundum professionem sanctitatis vestrae, tam sancti Alypii, quam & fratris nostri Iocundi aliqua infirmari credo, aliqua firmari debeant, cum iam in dubium ipsi canones venerunt. Ergo ut placet & nobis, & beatitudini vestrae ad sanctum & venerabilem ecclesiæ Romanæ Bonifacium episco-

pum, vestra scribere dignetur sanctitas, ut & ipse, quod sanctus Augustinus statuere dignatus est, deliberare possit, vtrumnam & hoc concedendum sit, an reticendum, hoc de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium venit de hoc capitulo iustum est ut beatissimæ Romanæ sedis episcopus informari debeat, si tamen in approbatis canonibus hoc inueniri possit.

9 Aurelius episcopus dixit: Etiam quæ dudum vestrae charitati intimaui, nunc patimini exemplaria statutorum Nicæni concilij, sed & quæ hic salubriter à nostris decessoribus secundum eiusdem concilij normam formata sunt, vel quæ nunc ordinata sunt, à nobis recitari & gestis inseri. Omne concilium dixit: Exemplaria fidei & statuta Nicæni synodi, quæ ad nostrum concilium per beatam recordationis olim prædecessorem tuæ sanctitatis (qui interfuit) Celicianum episcopum allata sunt, sed & quæ Patres ea exemplaria sequentes hic constituerunt, vel nunc communi tractatu statuimus, his gestis ecclesiasticis inserta manebunt, ita ut superius dictum est venerabilibus viris Antiochenæ, & Alexandrinæ, sed & Constantinopolitanæ ecclesiarum episcopis scribere vestra beatitudo dignetur, ut exemplaria verissima concilij Nicæni sub astipulatione literarum suarum dirigant, quo declarata veritate, ea capitula (quæ in commonitorio præfens frater & coepiscopus noster Faustinus, & compresbyteri Philippus, & A sellus secum attulerunt) aut ibidè reperta, à nobis firmabuntur: aut si non inueniuntur, collecta synodo de hoc in sequenti tractabimus. Daniel notarius Nicæni concilij professionem fidei, vel eius statuta recitauit, in concilio Aphricano.

*Symbolum Nicænum.*

10 Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, natum de patre, vnigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, vnus substantiæ cum patre, quod Græci dicunt *ὁμοούσιον*, per quem omnia facta sunt siue quæ in cælis, siue quæ in terris. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de spiritu sancto, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die Ascendit in cælos, sedet ad dexteram patris, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & priusquam nasceretur non erat, & quia ex nullis existentibus factus est, vel ex alia substantia, vel natura, dicentes mutabile & conuertibile filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Hoc in loco inseri solent Canones Concilij Nicæni quos petiit ecclesia Africana ab archiepiscopo constantinopolitano & alexandrino quos miserunt latinitate donatos per Thearistum constantinopolitanum sed quia translatio hæc parum aut nihil differt à translatione quam habemus huius concilij in classe conciliorum generalium dedita opera ne liber in immensum cresceret, expūimus. Ut ea quæ dicturi sumus de cõtentione ecclesiæ Africane cū summo pōtifice, clari⁹ intelligas, vide finē cōcilij Africani, vbi sunt eplæ eiusdā concilij ad pōtificē Romanū. Lege etiā sextā Synodū carthaginensē, & colliges à tpe Zozimi papæ vsq; ad Bonifaciū secundū durasse cõtentionē super dictam. Ex sexta synodo carthaginensi colligitur à Zozimo

Zozimo papa missos fuisse Faustinum episcopum, Philippum & A sellum presbyteros ut cognoscerent causam Faustini presbyteri qui damnatus fuerat in africa, & ad Romanum pontificem prouocauerat. Hi tres legati papæ approbarunt appellationem fulti auctoritate Nicæne synodi, in qua aiebat statutum fuisse licere presbytero à sententia episcopi sui: & episcopo à sententia synodi ad Romanum pontificem prouocari. Vide 5. & 6. canonem concilij Sardicensis vbi aperte huiusmodi dignitas Romani pontificis indicatur. Hac de causa Carthaginenses episcopi scripserunt Cyrillo episcopo Alexandriæ & attico constantinopolitano episcopo ut mitterent eis integros canones Nicænos illi miserunt hos viginti infra scriptos in quibus cum nulla ea de re fieret mentio, noluerunt Carthaginenses admittere prouocationem Faustini presbyteri ad Romanum pōtificem, sed statuerunt huiusmodi edictum. Si quis iam prouocauerit ultra mare, nec acquirescit censuræ conciliorum aphricanorum nullus eadem in africa communice. Postea temporis successu in ecclesia africana abrogatum est hoc decretum, sub Aurelio tunc aphricæ primate & episcopo Carthaginensi, qui se romano pontifici submisit ad ecclesiæ vnitatem rediens alexandrinum in qua continetur epistola Aurelij episcopi aphricani ad bonifacium secundum. Et in epistola Bonifacij ad alexandrum indicatur ecclesiam carthaginensem reconciliatā ecclesiæ Romanæ.

*CONCILIVM CARTHAGINENSE septimum triginta octo episcoporum sub Bonifacio primo.*

*In hac synodo lecti fuerunt canones 105, quorum magna pars habetur in tertio concilio Carthaginensi. Et in Milenitano.*

*TITVLI CAPITVLRVM CONCILII Carthaginensis septimi.*

- 1 De excommunicatis, ut ad clericorum accusationem non admittantur.
- 2 De personis quibus clericorum accusatio interdicitur.
- 3 De his qui primum crimen obiectum non probarunt, ut ad cetera non admittantur.
- 4 De personis quæ aduersus clericos testimonium dicere prohibentur.
- 5 De eo quem solo suo testimonio præsumpsit excommunicandum episcopus.

*Capitula Concilij Carthaginensis septimi.*

**D**ost cōsulatum gloriosissimorum Imperatorum Honorij duodecimi & Theodosij octavi Augustorum, tertio Cal. Iulij, Carthagine in secretario basilicæ restituta, cum Aurelius episcopus vnā cum Faustino ecclesiæ Potentinae, prouinciæ Italiæ Piceni, legato Romanæ ecclesiæ Vincentio Culucitano, Fortunatiano Neapolitano.

*Hic prætermisi nomina caterorum legatorum.*

Numeriano Rusguniensi legatis prouinciæ Mauritaniæ Casariensis, ac vniuersis in concilio iudicibus delectis, assistantibus diaconibus confedisset, & quibusdam peractis multi episcopi cæterorum peragendorum moras se cōquererent sustinere non posse, & ad proprias ecclesias festinantem, placuit vniuerso cō-

cilio ut ab omnibus eligerentur de singulis quibusque prouinciis, qui propter alia peragenda residerent. Et factum est, ut hi adessent, quorum subscriptiones eos adfuisse testantur.

1 Placuitque, quoniam superioribus conciliorum decretis, de personis quæ admittendæ sunt ad accusationem clericorum, iam constitutum est, & quæ personæ non admittantur, iam expressum non est idcirco definimus eum ritè ad accusationem non admitti, qui posteaquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, siue sit clericus, siue laicus accusare voluerit.

2 Item placuit ut omnes serui, vel proprii liberti ad accusationem non admittantur, vel omnes quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis aspersi, id est histriones, ac turpitudinibus subiectæ personæ. Hæretici etiā siue pagani, siue Iudæi. Sed tamen omnibus quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non neganda.

3 Item placuit quoniam neque clericis ab accusatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnus ex ipsis, de quo prius egerit, probare non valuerit, ad cetera iam non admittatur.

4 Testes autem ad testimonium non admittendos qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimonium autem infra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.

5 Item placuit ut si quando episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non communicetur episcopis, ut magis caueat episcopus, ne dicat quenquam, quod aliis documentis conuincere non potest. Et subscripserunt Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, & alij octodecim diuersarum prouinciarum legati, quorum nomina recensere superuacaneum vitum est.

*Canones Concilij Aphricani.*

*Aphrica, Tertia pars mundi, notior quam quidquam de ea præfari opus sit, à qua forsitan Aphricanum concilium ex eo dictum est quod ex ea potissimum, prælati ad hoc concilium delecti sint.*

Quod nihil de hipponensi concilio sit emendandum Epigonius Episcopus dixit &c.

Ut Episcopi vel clerici filios suos non facile emancipent. 2.

Ut episcopi vel clerici, &c.

Ut Episcopi vel clerici non ordinentur nisi omnes suos fecerint Christianos. 3.

Ut Episcopi & presbyteri &c.

Quod præter panem & merum mixtum aqua, nihil in sacramentis offerri debeat. 4.

Ut in sacramentis &c.

Ut clerici vel continentes ad virgines viduasque non accedant. 5.

Clerici vel continentes &c.

Ut princeps sacerdotum non appelletur episcopus. 6.

Ut primæ sedis Episcopus &c.

Ut clerici tabernas, nisi, in peregrinis, non ingrediantur. 7.

d. 44. Vt clerici edendi &c.  
*Ibi. ca. 27.* Vt à ieiuniis deo sacrificia peragantur. 8.  
*de. cōf. d. 1.* Vt sacramenta altaris &c.  
*facr. alt.* Vt in ecclesiis conuiuia minime celebrentur. 9.  
*Ibi. ca. 29.* Vt nulli Episcopi &c.  
*d. 42. nulli* De pœnitentibus. 10.  
*episcopi in* Vt pœnitentibus &c.  
*Ibi. ca. 30.* De virginibus. 11.  
*26. q. 27.* Vt virgines sacra &c. *in cart. 3. ca. 33.*  
*pœnitenti.* De ægrotantibus qui se respōdere nō possūt. 12.  
*Ibi. ca. 31.* Vt ægrotantes &c.  
*Itē. 26. q. 6* Vt Scenicis &c.  
*Presby. in* De pafsionibus Martyrum. 13.  
*Ibi. ca. 32.* Liceat etiam legi pafsiones martyrum cum anniuer  
*de con. d. 4* sarij dies eorum celebrantur.  
*Egrot. an. si* De paruulis qui apud donatistas baptiza. sunt. 14.  
*pro. Ibi. dē* De donatistis &c.  
*ca. 34.* De rebaptizationibus, Reordinationibus, vel trā  
*de conf. d. 2* stationibus episcoporum. 15.  
*Scenicis at* Illud autem suggerimus &c.  
*que hist. 1-* Quod episcopi ordinare episcopum debeant 16.  
*bid. ca. 35.* Honoratus & vrb. &c. *in cart. 3. ca. 39.*  
*1. q. 4* Quod addi debeant episcopi numero ordinato  
*Ca. pla. vt* rum, si de ordinando episco. fuerit cōtradictū 17.  
*Idi. ca. 48* Sed & illud est statuendum &c.  
*de con. d. 4* Vt de ecclesia carthaginis dies Paschæ nuncie  
*licet fieri.* tur. 18.  
*Ibi. ca. 38.* Honoratus & Vrb. epi dixerunt. Quoniam &c.  
*11. q. 1. ca.* De visitandis prouinciis. 19.  
*Petimus.* Honoratus & Vrb. Epi dixerunt. Et illud nobis &c.  
*Ibidem.* Vt diœceses nisi ex consensu episcopi proprii epi  
*d. 23. il. sta* scopum non accipiant. 20.  
*Ib. ca. 40.* Epigonius episcopus dixit. Multis conciliis hoc sta  
*16. q. 1. c* tutum à cœtu sacerdotali &c.  
*Mul. conc.* Vt alienus clericus minime suscipiatur ab alio. 21.  
*Ibi. ca. 42* Epigonius episcopus dixit. In multis conciliis hoc  
*Ibi. ca. 44* statutum est etiam nunc hoc confir. &c.  
 Vt carthaginensi episcopo vnde voluerit clericū  
 liceat ordinare. 22.  
*Ibi. ca. 45.* Aureliusepiscopus dixit. Sermonem meum admi. &c.  
 Vt episcopi qui in diœcesibus fuerint ordinati  
 diœcesim sibi nullam vendicent. 23.  
*Ibi. ca. 46* Hono. & vrb. episcopi dixerunt. Audiuimus consti  
 tutum. &c.  
 Vt paruuli apud donatistas baptizati in catholica  
 clerici ordenentur. 24.  
*Supra ca.* Vnde quoniam superiori conc.  
*14. q. 4.* De reliquiis idolorum vel templis ab Imperatori  
*ca. Qui a-* bus abolendis. 25.  
*pu. dona-* Instant etiam alia necessitates &c.  
*ristas.* Vt clerici de iudicij sui cognitione non cogan  
 tur in publico dicere testimonium 26.  
 Petendum etiam, vt dignentur, vt si forte in ecclesia  
 quilibet causam iure apostolico ecclesiis imposito,  
 agere voluerint (& fortasse decisio clericorū vni par  
 ti displicuerit) non liceat clericū in iudicium ad tes  
 timonium deuocari eum qui cognitor vel preses  
 fuerit. Et nulla ad testimoniū dicendum ecclesiastici  
 cuiuslibet persona pulsatur.  
 De paganorum conuiujs auferendis. 27.  
 Illud etiā petendū, vt quæ cōtra p̄cepta diuina cō  
 uiuia, multis in locis exercentur, quæ ab errore gen  
 tili attracta sunt (ita vt nūc à paganis Christiani) ad  
 hæc celebrāda cogātur, ex qua re tēporibus christia  
 norū Imp. p̄secutio altera fieri occulte videatur) ve  
 tari talia iubeant, & de ciuitatibus & de possessioni-

bus, imposita pœna, phiberi, maxime, cū etiā in  
 nalibus beatissimorū martyrum p̄ nonnullas ciuitates  
 & in his ipsis locis sacris talia cōmittere nō reformi  
 dēt. Quibus diebus etiā (q̄ pudoris est dicere) salta  
 tiones sceleratissimas p̄ vicos atq; plateas exercent,  
 vt matronalis honor, & innumerabiliū fœminarum  
 pudor denote venientū ad sacratissimū diē iniurijs  
 lasciuientibus apetur vt etiam ipsius sanctæ reli  
 gionis pene fugiatur accessus.

De spectaculis, vt die dominico, vel cæteris san  
 ctorum festiuitatibus minime celebrentur. 28.  
 Necnon & illud petendū, vt spectacula theatrorū cē  
 terorūque ludorū, die dominica, vel cæteris religio  
 nes christianæ diebus celeberrimis amoueantur ma  
 xime quia sancti Paschæ octauarū die populi ad cir  
 cū magis, quā ad ecclesiā conueniunt, & deberi trās  
 ferri deuotionis eorū dies (si quando occurrerint)  
 nec oportere etiam quemquam christianorū cogi  
 ad hæc spectacula, maxime quia in his exercendis  
 (quæ contra p̄cepta dei sunt) nulla persecutionis  
 necessitas à quoquam adhibenda est, sed (vti oportet)  
 homo in libera voluntate subsistat sibi diuinitus  
 concessa. Corporatorum enim maxime periculum  
 considerandum est qui contra p̄cepta dei magno  
 terrore coguntur ad spectacula conuenire.

De clericis damnatis. 29.  
 Et illud petendū, vt statuere dignentur, vt si quis cu  
 iuslibet honoris clericus iudicio epi. quocūq; crimi  
 ne fuerit dānat⁹ nō liceat eū siue ab ecclesijs, quibus  
 p̄afuit, siue à quolibet homine defensari, interposi  
 ta pœna domini pecuniæ atque honoris quo nec a  
 tatem nec sexum excusandum esse p̄cipiant.

De histrionibus christianis factis. 30.  
 Et de his etiā petendū, vt si quis ex qualibet ludicra  
 arte ad christianitatis gratiā venire voluerit ac liber  
 ab illa macula permanere, non eum liceat à quoquā  
 iterum ad eadem exercenda reduci, vel cogi.

De manumissionibus, vt in ecclesia celebrentur  
 ab imperatore poscendum. 31.

De manumissionibus sane in ecclesia &c.

De Equitio damnato episcopo. 32.

Aurelius episcopus dixit: Equitij etiam &c.

Vt cum donatistis leuius agatur. 33.

Deinde pertractatis & consideratis omnibus, quæ v  
 tilitati ecclesiæ conuenire videbantur, annuente at  
 que admonente spiritu dei, eligimus cum memora  
 tis hominibus (quanuis de dominici corporis vnitate  
 iniqua dissensione p̄cisis) leuiter & pacifice a  
 gere, vt (quantum in nobis est) omnibus qui eorum  
 communionem & societate irretiti sunt per vniuersas  
 prouincias Aphricanas, penitus innotescat, quā mi  
 serabili errore deuincti sunt: ne forte (sicut dicit A  
 postolus) nobis in mansuetudine corripientibus di  
 uersa sentientes, det illis deus pœnitentiā ad cogno  
 scendam veritatem, & respiciant de diaboli laque  
 is, captiuati ab ipso in ipsius voluntatem.

De literis mittendis iudicibus, vt ea quæ inter do  
 natistas, & maximianistas facta sunt innotesc. 34.  
 Itaq; placuit, vt ex cōcilio nostro literæ darentur ad  
 iudices Aphricanos à quib⁹ hoc peti cōgruū videret  
 vt in hoc adiuuēt cōmunē matrē ecclesiā catholicā,  
 in quo episco. authoritas cōmuniri in ciuitatibus p̄t  
 id est, vt iudiciaria potestate, atq; diligentia, ex fide  
 christiana, quid gestū sit in omnibus locis in quibus  
 Maximiani, basilicas obtinuerūt, qui ab eis schisma  
 fecerunt, inquirent, & gestis publicis propter firmā  
 noti-

notitiam omnibus necessariam faciant inhærere.

Vt Clerici Donatistarum in ecclesia Catholica  
 suscipiantur in clero. 35.

Deinde placuit vt litteræ mittantur ad fratres & cōe  
 piscopos nostros & maxime ad sedem apostolicā (in  
 qua p̄sident memoratus venerabilis frater & colle  
 ga noster Anastasius) quo nouerit habere Aphricā  
 magnam necessitatem, propter ecclesiæ pacem & v  
 tilitatem, vt & ipsis Donatistis, quicumque clerici  
 correcto consilio ad catholicam vnitatem transire  
 voluerint secūdem vniuscuiusque episcopi catholi  
 ci voluntatem, atque consilium, qui in eodem loco  
 gubernat ecclesiā (si hoc paci christianæ prodesse  
 visum fuerit) in suis honoribus suscipiatur, sicut prio  
 ribus eiusdem diuisionis temporibus factum esse ma  
 nifestum est. Quod multarum & pene omnium A  
 phricanarum ecclesiarū, in quibus talis error exor  
 tus est, exempla testantur. Non vt concilium, quod  
 in transmarinis partibus de hac re factum est, dissol  
 uatur, sed vt illud maneat circa eos qui sic transire  
 ad catholicam volunt, vt nulla per eos vnitatis com  
 pensatio procuretur. Per quos autem vel omni mo  
 do perfici, vel adiuuari manifestis fraternarum ani  
 marum lucris catholica vnitas in locis, in quibus de  
 gunt, visa fuerit, non eis obstit: quod contra honores  
 eorum (quamuis salus nulli interclusa sit) in transma  
 rino concilio statutum est id est, vt ordinati in parte  
 donati, si ad catholicam correcti transire voluerint  
 non suscipiantur in honoribus suis secundum trans  
 marinum concilium, exceptis iis, per quos catholi  
 cæ vnitati consuleretur.

Vt legatio ad donatistas componendæ pacis gra  
 tia dirigatur. 36.

Deinde placuit, vt his peractis legati etiam p̄dicā  
 dæ pacis atque vnitatis gratia (sine qua salus Chri  
 stiana non potest obtineri) de numero nostro ad ip  
 sorum donatistarum, sine quos habent episcopos si  
 ne ad plebes mittantur, per quos omnibus in notiti  
 am perferatur, quam nihil habeant, quod aduersus  
 ecclesiam catholicam iuste possint dicere, maxime  
 vt manifestum fiat omnibus per gesta etiam munici  
 palia, propter documentorum firmitatem, quid ipsi  
 de maximianistis schismaticis suis egerint vbi eis di  
 uinitus demonstratur (si attendere velint) tam ini  
 que tunc illos ab ecclesiæ vnitatis p̄cisis, quam ini  
 que nunc clamant à se maximianistas schisma fecisse,  
 ex quorum tamen numero quos iam plenarij cō  
 silij sui autoritate damnauerant, in suis honoribus  
 denuo receperunt, & baptismum, quem damnati, &  
 exclusi dederant, acceptauerunt, vt videant, quam  
 stulto corde resistant paci ecclesiæ toto orbe diffusæ  
 cum ista faciant pro parte donati, neque se istorum,  
 quos ita receperunt, communionem, propter intuitū  
 pacis, communicari dicant, & nos condemnent id  
 est, ecclesiam catholicam, etiam in extremis terrarū  
 partibus constitutam, per eorum communionem in  
 quinatā, quos tūc accusantes cōuincere nequiuērūt.

Qui clerici ab vxoribus debeant abstinere. 37.

Preterea cum de quorundam clericorum. &c.

De his qui plebes proprias derelinquunt. 38.

Rursum placuit vt nemini. &c. 7. q. 1. ca. Placuit vt

nemini Et in con. carth. 5. ca. 5.

De infantibus Baptizandis quoties dubitatur vtrū

fuerint baptizati. 39.

Item placuit de infantibus. &c.

Item Paschæ diem cōciliij nūtiandū. 40.

Item placuit, vt dies venerabilis Paschæ &c.

Ne interuentor Episcopus cathedram vbi inter  
 uentor est teneat. 41.

Item constitutum est vt nulli int. &c.

De defensoribus ecclesiarum ab imperatore po  
 scendis. 42.

Ab imperatoribus vniuersis visum &c.

De episcopis qui ad concilia non occurrunt. 43.

Item placuit vt quotiescunque &c.

De Cresconio. 44.

De cresconio villa regensi. &c.

De ecclesia hipponensium Diaretorum. 45.

Rursum placuit vt quoniam hippo. &c.

De Clericis qui intra auium causam suam agere  
 non procurauerint. 46.

Rursum constitutum est vt quoties clericis &c.

Vt de alieno monasterio receptos, nec p̄p̄posi  
 tos monasterij, nec clericos liceat ordinare. 47.

Item placuit vt si quis de alterius &c.

De Episcopis qui hæreticos vel paganos hære  
 des instituunt. 48.

Hæredes extraneos à consanguinitate sua, vel hære  
 ticos etiam consanguineos aut paganos ecclesiæ p̄e  
 rulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, at  
 que eius nomen inter dei sacerdotes nullo modo re  
 citetur. Nec excusari possit, si intestatus defecerit  
 qui vtiq; debuit factus episcopus rei suæ ordinatio  
 nem congruam suæ professioni nequaquā differre.  
 Item constitutum est vt si quis episcopus.

De manumissionibus. 49.

Item placuit vt de manumissionibus in ecclesia cele  
 branda ab imperatore petatur.

De falsis memorijs martyrum. 50.

Item placuit vt altaria &c.

De idolorum reliquijs extirpandis. 51.

Item placuit ab Impera. glorio. &c.

Vt ab episcopo carthaginensi cum opus fuerit om  
 nium episcoporum nomine dicentur & subscri  
 bantur epistolæ. 52.

Vt si quæ literæ dictandæ &c.

De episcoporum ordine, vt qui posterius ordinati  
 sunt, prioribus se non audeant anteferre. 53.

Valentinianus episcopus dixit: Si permittit &c.

De quod vult deus Episcopo. 53.

De Quod vult deo etiam centurienſi &c.

De maximiano episcopo. 55.

De maximiano autem Bagaiensi &c.

Vt episcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus suis  
 epistolas accipiant, quæ diē & consulē p̄ferant. 56.

Deinde placuit vt quicumque deinceps ab episcopis  
 ordinantur &c.

De his qui vel semel in ecclesia legerint ab alijs  
 non posse promoueri. 57.

Item placuit vt quicumque in ecclesia &c.

De conueniendis donatistis. 58.

Aurelius episcopus dixit: Quod in tractatum &c.

Forma conuentionis donatistarum. 59.

Ille episcopus ecclesiæ illius dixit &c.

Quale communitorium acceperunt legati contra  
 donatistas. 60.

Communitorium fratribus Theasio &c.

Breuis causarum. 61.

Vt libera legatio &c.

Conciliū vniuersa. non nisi necessita. faciendū. 62.

Gloriosissimis Imperatoribus &c.

Vt ab electis iudicibus prouocare non liceat. 63.

de. cō. d. 4.  
 Plac. de in  
 fan. Et in  
 car. 5. ca. 6  
 de. cō. d. 3.  
 Pla. vt ve.  
 Ibi. 5. ca. 7  
 7. q. ca. cō  
 stitutum est  
 vt nul. Et  
 in carth. 5.  
 ca. 8.  
 23. q. 3. ab  
 impe. Ibi.  
 5. ca. 9.  
 d. 18. vt  
 quotiescū.  
 Ibid. ca. 10  
 11. q. 3. Rur  
 sus consti.  
 Ibi. ca. 12.  
 dist. 58. Si  
 quis de al.  
 Ibid. ca. 13.

Ibi. ca. 14.

Ibi. ca. 15.

In con. mi  
 leni. ca. 13.

Ibidem.  
 ca. 14.

d. 72. Pla  
 cuit vt qu  
 cunque. 1.  
 bid. ca. 15.



2.9.6. Si autem fuerit prouocatum &c. *autem pro uocatum.* Ut ab Imperatoribus postuletur aduocatorū defensio pro causis ecclesiæ. 64. Placuit etiam ut perant nomine &c. De plebibus quæ nūquam episcop. habuerūt. 65. Placuit & illud ut plebes quæ nunquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex concilio plenario unius cuiusque prouinciæ, & primatis, atque consensu ei⁹, ad cuius diœcesim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant. De plebibus vel diœcesibus ex Donatistarum prauitate conuersis. 66. Sane ut illæ plebes, quæ conuersæ sunt à Donatistis, & habuerunt episcopos, sine dubio, in consulto concilio, habere mereantur: Quæ autem plebes habuerunt episcopum, & eo defuncto uoluerint non episcopum proprium habere, sed alicuius episcopi diœcesim pertinere, non eis esse denegandum. Necnon & illud suggestum est, quod plebes ante legem Imperatorum de uinitate latam, quicunque conuerterēt episcopi, ad catholicam ipsi eas obtinere debeant. Verum à lege uinitatis & deinceps oporteat uniuersas ecclesias uindicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quæ loca sub hæreticis pertinebāt, vel conuersorum ad catholicam, vel non conuersorum hæreticorum, & diœceses & si qua forte sunt instrumenta ecclesiæ, vel ad eius ius pertinentia. Qui uero aliqua uisurpauerunt, post legem uisurpata, conuerti restituant. De suggestione Maurentij eppiscopi. 67. Ad suggestionē uel postulationē epi Maurentij &c. De pacificandis ecclesia Romana & Alexandria. 68. Placuit etiam ut de dissensione Romanæ atque Alexandrinæ ecclesiæ ad sanctum papam Innocentium scribatur, quo utraque ecclesia intra se pacem, quam præcepit dominus teneat. De his qui uxores aut quæ uiros dimittunt ut sic maneant. 69. Placuit ut secundum euang. &c. De precibus ad altare dicendis. Placuit etiam hoc ut preces &c. De his qui publicorum iudiciorum cognitionem ab Imperatore poposcerint. 71. Placuit ut quicunque ab Imp. &c. De his, qui cum in Africa non communicant uoluerint trans mare obrepere. 72. Quicunque autem non communicant. &c. Ut pergentes ad comitatum causam suā uel Carthaginensi uel Romano insinuare procurent. 73. Placuit ut quicunque ad comitatum &c. Concilium de cognitione episcopi. 74. Gloriosissimis Imp. Honorio. Vin. & Theodosio. 3. Augusto Coss. 18. Cal. Iul. Carthagine &c. Concilium contra Donatistas. 75. Post consulatum &c. Conciliū cōtra heresim Pelagij & Cælestij: quod Adam non sit factus à deo mortalis 76. Glo. Imp. Hon. 12 & Theo. 8. Aug. Coss. Kal. Maij &c. Quod paruuli in peccatorum remissionem Baptisentur. 77. Item placuit ut quicunque paruulos &c. Quod gratia dei non solū remissionē tribuit peccatorū, sed etiā præstat adiutoriū ne peccetur. 78. Item placuit ut quicunque dixerit gratiam dei &c.

Quod gratia Christi non solum tribuit scientiam quid agamus, sed etiam dilectionē nobis inspirat, quod scimus implere ualeamus. 79. Item quisquis dixerit eandem gratiam dei per Iesum Christum dominum &c. Quod sine dei gratia nihil boni possumus implere. 80. Item placuit ut quicunque dixerit ideo nobis gratiam &c. Quod nō solum humilis sed & uerax sanctorum uox ista est: Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus. 81. Item placuit quod ait sanctus Iohannes Apostolus. &c. Quod in oratione Dominica sancti pro se dicat: dimitte nobis debita nostra 82. Item placuit ut quicunque dixerit in oratione dominica. &c. Quod ueraciter à sanctis dicatur dimitte nobis debita nostra. 83. Item placuit quicunque ipsa uerba dominicæ &c. De plebibus conuersis à Donatistis. 84. Item placuit quoniam quidem ante aliquot &c. De diœcesibus qualiter diuidant inter se episcopos tam catholici quam qui ex Donati parte conuersi sunt. 85. Ita sane, ut si episcopus ex Donatistis ad catholicam uinitatem conuersus est, & qualiter inter se diuidant eas, quæ sic fuerint inuenta, ubi ambæ partes fuerint. ut alia loca ad illum alia ad illum pertineant, ita ut ille diuidat, qui amplius temporis in episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte vnus fuerit locus ad eū pertineat, cui uicini inuenitur. Quod si ambabus cathedris æqualiter uicinus est, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Quod si forte antiqui catholici suum episcopum uoluerint, & illi suum qui ex Donati parte conuersi sunt, plurimorum uoluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales sunt, maioris temporis episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerint, ut non possint æqualiter diuidi, uelut si impari numero fuerint, distributis eis locis, qui partem habent numerum quicunque locus remanserit, hoc in eo seruetur, quod superius dictum est cum de uino tractaretur loco. Ut si quam diœcesim episcopus, ab hæresi liberās triennio possederit, nullus eam repetat. 86. Item placuit ut etiam, si quisquam post leges aliquē locum ad catholicam uinitatem conuerterit, si eū triennium, minime repetente retinuit, ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuit episcopus, qui potuit repetere & tacuit, præiudicium patietur. Si autem non fuit, non præiudicetur matri ci, sed liceat (cum locus acceperit episcopum quem non habebat) ex ipso die intra triennium repetere. Itemque si fuerit episcopus ad catholicam ex Donati parte conuersus, non ei præiudicet præfinitum tempus, sed ex quo die conuersus est, habeat per triennium potestatem repetendi loca, quæ ad ipsam pertinebant cathedram. De his, qui in plebes, quas ad se putant pertinere (inconuenientis his à quibus tenentur) irruerint. 87. Item placuit ut quicunque episcopi plebes &c. De his qui plebes ad se pertinentes negligunt. 88. Item placuit ut quicunque negligunt &c. Quod electorum iudicium sententia sperni non debeat. 89.

par. Et in  
cōc. Mil. ca.  
ibid. ca.  
ca. 3.  
quid dicit  
gratia  
in conc. Mi  
leni. ca. 4.  
ibid. ca. 7.  
cuius qui  
cō. dicit. i.  
de. Et in  
conc. Mile.  
ni. ca. 5.  
Et in con.  
Mile. ca. 6.  
ibidem.  
ca. 7.  
ibid. ca. 8.  
ibi. ca. 24.  
16. q. 6.  
Placuit ut  
qui. epi. n.  
Et in cō.  
Mile. ca. 11.  
16. q. 3. Pla  
cuit. Ibid.  
ca. 24.

A iudicibus autem quos &c. Ut si episcopus negligat suam diœcesim communionē priuetur. 90. Si in matricibus cathedris &c. De episcopis qui, Donatistas communicasse sibi, mentiti fuerunt. 91. Si autem probatum fuerit &c. De presbyteris & clericis, ut non appellent, nisi ad Africana concilia. 92. Item placuit ut presbyteri, diaconi, uel ceteri. Inf. De uirginibus etiam minoribus uel andis. 93. Item placuit ut quicquid episcoporum necessitate &c. Ne diutius episcopi teneantur in concilio, ternos ex se singularum prouinciarum iudices eligant. 94. Item placuit ne diutius uniuersi episcopi &c. Quod excommunicati ad accusationem admitti non debeant. 95. Placuitque omnibus, quoniam sup. &c. Quod serui & liberti omnēque infames personæ non debeant accusare. 96. Item placuit ut omnes serui &c. Ut qui unum crimen non probauerit ad alterum admitti non debeat. 97. Item placuit ut quotiescunque clericis &c. Qui ad testimonium admittendi sint. 98. Testes autem ad testi. &c. 4. q. 2. c. Testes autem ad test. & in Carth. 7. cap. 4. De episcopo qui excommunicat eum, qui sibi soli crimen dicit esse professum. 99. Item placuit ut si quando episcopus dicit, aliquē &c. Ut non temere quēquam communionē priuet episcopus 100. Quandiu excommunicato &c. De episcopo, qui excommunicat eum qui sibi crimen dicit esse confessum. 101. Item placuit, ut si quando episcopus dicit, aliquē quem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, & pœnitere noluerit, nō putet ad iniuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare, secretè tamen interdicit ei communionem, donec obtemperet. 102. [Quandiu excommunicato non communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab aliis non cōmunicetur episcopis, ut magis caueat episcopus, ne dicat in quenquam, quod aliis documentis conuincere non potest.] Interclusum his duobus signis uidetur canonem præcedentē spectare, aliter nullus sensus erui posset. Aurelius episcopus dixit: Iuxta statuta totius concilij congregati, & meæ mediocritatis sententiam placet facere rerum omnium conclusionem. Uniuersi tituli designati & digesti huius diei tractatum ecclesiæ gesta suscipiant: quæ uerò adhuc expressa non sunt, die sequenti per fratres nostros Faustinum episcopum, Philippum, & Acellum presbyteros uenerabili fratri & coepiscopo nostro Bonifacio rescribentur. 103. Domino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio Aurelius Valentinus primæ sedis prouinciæ Numidiæ, & ceteri qui præsentibus adfuerunt numero ducenti septem ex omni concilio Africæ. Quoniam Domino placuit, ut de his quæ nobiscum egerunt sancti fratres nostri, coepiscopus Faustinus, & compresbyteri Philippus & Acellus non beatæ memoriæ episcopo Zozimo (à quo ad nos māt

data & literas attulerunt) sed tuę uenerationi (qui in eius locum es diuinitus constitutus) humilitas nostra subscriberet, ea breuiter insinuare debemus quę utrorumque concordia terminata sunt, non ea quę prolixis gestorum uoluminibus continentur, in quibus (salua quidem charitate, non tamen sine paruo altercationis labore) demorati sumus, ea gestis delibantes quę nunc ad causam pertinent, quanquam & ille (si adhuc esset in corpore) hoc acciperet gratius, quod uideret pacatius terminatum, Domine frater. Apiarius presbyter (de cuius & ordinatione & excommunicatione fuerat exortum, nō solum Siccensium, uerum etiam toti Africana ecclesiæ non leue scandalum) de omnibus erratis suis ueniam petens, communioni est restitutus. Prior autem coepiscopus uisum est, sine ulla dubitatione correxerit. Quia uerò paci & quieti ecclesiæ non tantum ad præsens, sed etiam in posterum prospiciendum fuit (quoniam talia multa precesserant, ut uel similia, uel etiam grauiora deinceps præcaueri oporteret) placuit nobis, ut de Siccensi ecclesia, retento scilicet honore gradus sui, presbyter remoueretur Apiarius, & accepto epistolio ubi cunque alibi uellet & posset, presbyterij munere fungeretur, quod eidem ipsi, per literas proprias postulanti, sine difficultate concessimus. Sanè priusquā hæc causa isto termino clauderetur, inter alia quæ diuturnis disceptationibus uersabamur, quia rogatio ipsa potestabat, ut apud acta ecclesiastica à fratribus nostris Faustino coepiscopo, & Philippo, atque Acello compresbyteris quæreremus, ut promerent quicquid eis nobiscum fuisset iniunctum agendum, nonnulla quidem sine ullo scripto prosequuti sunt uerbis: sed cum id potius flagitarem quod in literis ferrent, commonitorium protulerunt. Quod recitatum nobis etiam gestis, quæ secum ad uos deferunt, est alligatum. In eis quatuor quidem nobiscum agenda mandata sunt: unum, de appellationibus episcoporum ad Romanam ecclesiæ sacerdotem. Alterum ne ad comitatum episcopi importunè nauigent. Tertium, de tractandis presbyterorum, & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si à suis excommunicati perperam fuerint. Quartum, de Urbano episcopo excommunicando, uel etiam Romam euocando, nisi ea quæ uidebatur corrigenda, corrigeret. Quorum omnium de primo, & tertio, id est, ut Romam liceat episcopis prouocare, & ut clericorum causæ apud suarum prouinciarum episcopos finiantur. Iam priore anno, etiam literis nostris ad eundem uenerabilis memorię Zozimum episcopum datis, insinuari curauimus, ut ea seruare sine ulla eius iniuria paulisper sineremus, usque ad inquisitionem statutorum cōcilij Nicæni. Et nūc de tua poscimus sanctitate, ut quemadmodum ea apud Nicænam à patribus acta, uel constituta sunt, sic ea à nobis facias custodiri, & ibi apud uos ista, quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri, id est: Si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse uideatur, & cōfugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanæ episcopum, & uoluerit audiri & iustum putauerit ut renouetur examen, scribere his episcopis dignetur qui in finitima & propinqua prouincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem ueritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua

Epistola  
totius cōc.  
Aphrica  
ni ad Boni  
facium ur  
bis Romæ  
episcopi.

Ex conc.  
Sard. c. 17  
Et 11. q. 3.  
Si forte  
efs iracu-  
das. Et in  
dec. Iuonis  
lib. 5.

sua mouerit episcopum Romanum, ut è latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse qui præsentibus cum episcopis iudicent, habentes auctoritatem eius à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo suo consilio iudicauerit. Item de presbyteris & diaconibus. Si episcopus quis iracundus (quod esse non debet) citò, aut alperè commoueat aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit prouidendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem: habeat potestatem eiectus, ut finitimos interpellet episcopos, & causa eius audiatur, & diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti, & ille episcopus qui aut iustè eum reiecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, ut aut probetur eius, aut emendetur sententia. Hæc utique vsque ad aduentum verissimorum exemplariorum Nicæni concilij inserta gestis sunt: quæ si ibi (quemadmodum ipso, quod apud nos fratres ex Apostolica sede directi, commonitorio allegauerunt) continerentur, eoque ordine vel apud vos in Italia custodirentur, nullo modo nos talia (qualia commemorare iam nolumus) vel tolerare cogemur, vel intolerabilia pateremur. Sed credimus, adiuuante misericordia Domini Dei nostri, quòd tua sanctitate Romanæ ecclesiæ præfidente, non sumus iam istum typum passuri, & seruabuntur erga nos ea, quæ nobis etiam nõ differrentibus, custodiri debeant, cum fraterna charitate, quæ secundum sapientiam atque iustitiam quam tibi donauit altissimus, etiam ipse prospicis esse seruanda, si fortè aliter se habent canones concilij Nicæni. Quauis enim plurimos codices legeremus, sed nunquam in Nicæno concilio in latinis codicibus legimus, quemadmodum in supradicto commonitorio inde directa sunt: tamen quia hic in nullo codice Græco ea potuimus inuenire, ex Orientalibus ecclesiis, ubi perhibetur eadem decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri. Pro qua re tuam quoque uenerationem obsecramus, ut scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est, ecclesiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, & Constantinopolitanæ, & aliis, si etiam tuæ placuerit sanctitati, ut inde ad nos iidem canones apud Nicæam ciuitatem à patribus constitutive niant, te potissimum hoc beneficium cunctis Occidentalibus ecclesiis in Domini adiutorio conferente. Quis enim dubitet, exemplaria esse verissima concilij in Græcia Nicæni synodi congregata, quæ de tam diuersis locis, & de nobilibus Græcis ecclesiis adlata, & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio supradicto nobis allegata sunt, de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem, & de clericorum causis apud suarum prouinciarum episcopos terminandis, nos vsque ad probationem seruatos esse profite-mur, & beatitudinem tuam ad hoc nos adiuturam in Dei voluntate confidimus. Cætera verò quæ in nostra synodo gesta, vel firmata sunt, quoniam supradicti fratres nostri Faustinus coepiscopus, Philippus & Acellus presbyteri secum ferunt, si dignatus fueris, tuæ nota facient sanctitati. Et alia manu Dominus noster te nobis annis plurimis custodiat, beatissime frater. Subscripserunt quoque Alypius, Au-

gustinus, Posidius, Marinus, & ceteri episcopi ducti septemdecim.

104 Dominis honorabilibus sanctis fratribus coepiscopis Aurelio, Valentino, sed & omni sanctæ congregationi in Carthagenensium synodo congregata, Cyrillus salutans in Deo charitatem uestram. Scripta uenerationis uestræ multam habentia querimoniam cum omni lætitia per filium uestrum Innocentium presbyterum suscepi, quibus à nobis speratis, ut de scrinio nostræ ecclesiæ verissima exemplaria, ex authentica synodo apud Nicæam ciuitatem metropolim Bithyniæ à sanctis Patribus constituta, atque formata, sub nostræ fidei professione uestræ dilectioni porrigamus. Vnde Domini uenerabiles fratres (salute præeunte) necesse habui per harum latorem filium nostrum Innocentium presbyterum, fidelissima exemplaria ex authentica synodo in Nicæa Bithyniæ habita, uestræ charitati dirigere, quæ & in ecclesiastica historia requirentes, inuenietis. De Pascha verò (ut scripsistis) nunciamus vobis decimas septima Calendas Maias, nos futura indictione celebrare. Et alia manu. Deus & Dominus noster sanctam uestram congregationem custodiat, quod optamus chariss. fratres.

105 Dominis sanctis merito beatissimis fratribus coepiscopis Aurelio, Valentino, vel cæteris charissimis in synodo apud Carthaginem habita constitutis, Atticus episcopus. Per filium nostrum Marcellum subdiaconum uestrum scripta uestræ dilectionis cum omni gratiarum actione suscepi, Domino gratias agens, quòd merui tantorum fratrum benedictione perfrui, Domini beatissimi fratres. Scribitis sanè ut verissimos canones apud Nicæam ciuitatem metropolim Bithyniæ à Patribus constitutos, sub fidei ad stipulatione dirigam. Et quis est qui communem fidem, vel statuta à Patribus firmata suis fratribus denegat? Qua de re per eundem filium meum Marcellum subdiaconum uestrum nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicæa ciuitate à Patribus canones integros (ut iussistis) direxi, petens ut pro me plurimum uestra sancta congregatio orare iubeat. Et alia manu. Deus noster sanctitatem uestram custodiat, quod optamus sancti fratres.

106 Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, visibilium nec non inuisibilium creatorem. Et in vnum Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, natum ex patre, vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum uerum ex Deo uero, natum nõ creatum, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt cælestia & terrestria. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus passus est, Et resurrexit tertia die. Alcedit in cælum, venturus inde iudicare uiuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos uero qui dicunt, erat tempus quando non erat, & quia ex nihilo factus, vel ex alia substantia, vel essentia esse, aut mutabile, aut couertibilem filium Dei dicunt, anathematizat catholica & Apostolica ecclesia.

107 Domino ductissimo & honorabili fratri Cælestino Aurelio, Palatinus, Antonius, Turus, Seruus Dei, Terentius, Fortunatus, Martius, Ianuarius, Optatus, Celticius, Donatus, Theasius, Vincentius, Fortunatianus, & ceteri qui in vniuersali Africano concilio Carthaginis affuimus: Optarem si quemadmodum sanctitas tua de aduētu Apiarij la-

Ecclesiasti-  
ce hyst. lib.  
10. cap. 6.

Nicæni  
conc. ca. 5.

Ibidem. 6

ratos vos fuisse, missis per compresbyterum nostrum Leonem literis intimauit, ita nos quoque de eius purgatione hæc scripta cum lætitia mitteremus. Esset profectò & nostra & uestra modò alacritas certior, nec festinata, nec præpropera uideretur, quæ adhuc tam de audiendo, quàm de audito præcesserat. Adueniente sanè ad nos sancto fratre & coepiscopo nostro Faustino concilium congregauimus, & credidimus ideo eum illo missum, quoniam sicut per eius operam presbyterio antè redditus fuerat, ita nunc posset de tantis criminibus à Tabracenis obiectis, eo laborante purgari: cuius tanta ac tam immania flagitia decursus nostri concilij examen inuenit, ut & memorati patrocinium potius quàm iudicium, ac defensoris magis operam, quàm disceptatoris iustitiam superarent. Nam primùm quantum obstiterit omni congregationi diuersas iniurias ingerendo, quasi ecclesiæ Romanæ asserens priuilegia, & uolens eum à nobis in cõmunionem suscipi, quem tua sanctitas (credens appellasse, quod probare non potuit) communioni reddiderat, quod minimè tamen licuit, quod etiam gestorum ex lectione melius cognosces. Tri-duano tamen laboriosissimo agitato iudicio, cum diuersa eidè obiecta afflictissimi quæreremus, vel moras coepiscopi nostri Faustini, vel tergiuersationes ipsius Apiarij, quibus nefandas turpitudines occulte conabatur, Deus iudex iustus, fortis & longanimis magno impediò refecauit. Teriore quippe ac putidior obstinatione compressa, qua tantum liuidum cœnum impudentia negotiationis uolebat obruere, Deo nostro eius conscientiam coartante, & occulta quæ in illius corde tanquam inuoluta criminum iam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in confessionem cunctorum obiecto flagitiorum dolosus negator erupit. Et tandè de omnibus incredibilibus opprobriis vltro neus se ipse conuicit, atque ipsam quoque nostram spem, qua eum & credebamus, & optabamus de tam pudendis maculis posse purgari, couertit in gemitus, nisi quoniam istam nostram cœstitiam vno tantum solatio mitigauit, quod & nos labore diuturnioris quæstionis absoluit, & suis uulneribus qualem cunquè medelam, etsi inuita (ac sua conscientia reluctante) confessione prouidit Domine frater. Præfatio itaque debita salutationis officio impendio deprecamur, ut deinceps ad uestras aures huc uenientes, non facilius admittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem vltra uelitis excipere, quia hoc etiam Nicæno concilio definitum facile aduertet uenerabilitas tua. Nam etsi de inferioribus clericis, vel laicis uidetur ibi præcaueri, quanto magis hoc de episcopis uoluit obseruari, ne in sua prouincia communionem suspensi, à tua sanctitate uel festinato præproperè, uel in debitè uideantur communioni restitui. Presbyterorum quoque, & sequentium clericorum improba refugia (sicuti te dignum est) repellat sanctitas tua, quia & nulla Patrum definitione hoc ecclesiæ derogatum est Africana, & decreta Nicæna siue inferioris gradus clericos, siue ipsos episcopos suis metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissimè enim iustissimèque uiderunt, quæcunque negocia in suis locis (ubi orta sunt) finienda, nec vnicuique prouinciæ gratiam sancti spiritus defuturam, qua æquitas à Christi sacerdotibus & prudenter uideatur, & constantissimè tenetur, maxime quia vnicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilium

lia suæ prouinciæ, uel etiam vniuersale prouocare. Nisi fortè quisquam est qui credat, vnicuique posse *Ibidem. 5.* Deum nostrum ex animis inspirare iustitiam, & innumerabilibus congregatis in concilium sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmarinum iudicium ratum erit, ad quod testium necessaria personæ uel propter sexus, uel propter senectutis infirmitatem, uel multis aliis intercurrentibus impedimentis adduci non poterunt. Nam ut aliqui tanquàm à tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus Patrum synodo constitutum. Quia illud quod pridem per eundem coepiscopum nostrum Faustinum, tanquam ex parte Nicæni concilij exinde transmissetis, in conciliis uerioribus (quæ accipiuntur Nicæni) à sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinæ ecclesiæ, & à uenerabili Attico Constantinopolitano antistite, ex authentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum, & Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, uenerabilis memoriæ Bonifacio episcopo prædecessori uestro, à nobis transmissa sunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos uestros quibusque potentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typum seculi in ecclesiam Christi (quæ lucem simplicitatis, & humilitatis diem, Deum uidere cupientibus præfert) uideamur inducere. Nam de fratre nostro Faustino (amotio iam pro suis nefandis nequitias de Christi ecclesia dolendo Apiario) securi sumus quòd eum (probitate ac moderatione tuæ sanctitatis salua) fraterna charitas ulterius in Africa minimè sustinere patiat. Et alia manu. Dominus noster sanctitatem uestram æuo longiore orantem pro nobis custodiat, Domine frater.

CONCILIUM RHEGIENSE TEM-  
pore Sixti papa tertij, ab episcopis tredecim.

Rhegium oppidum Brutiorum uel potius Lepidi, in finibus Italia contra Siciliam sic forsitan dictum ab immensa eius potentia quasi Regia ciuitas. De eo Ptolom. lib. 3. cap. 2. Plin. lib. 3. cap. 5. Strabo lib. 6.

TITVLI CANONVM CONCILII  
Rhegiensis.

- 1 Ut peruersi ordinatores nullis denuo ordinationibus inter sint.
- 2 Ut à duobus episcopis ordinatus, aliquando episcopus possit non esse.
- 3 De hæreticis & schismaticis episcopis, si ad catholicam fidem uenerint, quid obseruari debeat.
- 4 Ut episcopus & benedicat & confirmet neophytum.
- 5 Ut episcopus quum sepelierit episcopum habeat ecclesiæ ipsius.
- 6 Ut absque metropolitani literis & consensu, nullus accedat ad destitutam ecclesiam episcopo.

CANONES ET CAPITVLA  
Rhegiensis concilij.

- 1 De multa duorum qui ordinationem præsumserunt.
- Taque eos qui tam incondita ac tam instabilia usurpauerant, placuit misericordiæ, & charitat occursum, ita in cõmunionem dilectionemque recipi, ut scirent secundum recentè & saluberrimam Taurinatis synodi definitionem, ad



ca. 2. Taurinatis concilij.

ad perpetuam vitæ istius suffusionem nullis se de cætero ordinationibus nullis ordinariis futuros interesse conciliis, qui nihil salubre ab illis statuendū expectaretur, qui tantæ corruptionis detestanda exempla præbuerant Ebredunenſi eccleſiæ, cui ante omnia maturè viſum eſt conſulendum (quia quatuor & biennio menſibus ſacerdote legitimo deſtituta hoc grauius ægrotauerat) quod clerus innocens diſciplina (vt probatum eſt) memor, quorundam laicorum inſolentia ac varia perturbatione vexatus, etiam in ſacerdotibus ac miniſtris minas ac iurgia, & vim acerbiffimam periculoſe pernicioſa nuper cæde pertulerat, nec poterat differri bonorum ac diſciplinæ mæror, ne vel expectatione videretur contumaciū & inquietorum vota palpare, quorum conſpirationes iniquæ machinationeſq; & in præteritum (quântum deprehendi poſſint) animaduerſione eccleſiaſtica puniendæ, & in futurum mancipandæ erāt ſupplicio. Itaque ordinationem quam canones irritam definiunt, nos quoque vacandam eſſe cenſuimus, in qua prætermiſſa trium præſentia, nec expetitis comprouincialium literis, metropolitani quoque voluntate neglecta, proſus nihil quod epiſcopū faceret, oſtenſum eſt.

2 De remotione eius quem ordinare perperam duo præſumpſerunt.

Itémq; de voluntate Domini placuit, remoto hoc qui perperam aſſumptus erat epiſcopus, fieri omnino fratrum conſtitutionem eccleſiaſtica traditione ſeruata. Verum quia hæc ſancta ſynodus non diſciplinam tantum, ſed & miſericordiam geſtit (quântumque occurrerit quod ſe Armentarius diebus proximis eidem eccleſiæ multa aſſentatorum inſolentia retuliſſet, occurrebat tamen quod ante admonitionem diſceſſiſſet, quod à nonnullis ſacerdotibus in hoc ipſum confirmat, ſe etiam priuatæ domui reddidiſſet, quod epiſtolas ad clerum ipſum emiſerat, quibus epiſcopatum quem ſe indeptum agnoſcebat appetere, renunciauerat, eradi nomen ſuum perens, & hoc ipſum quod inſtabiliter in ſe præſumptū erat iam tunc inordinatum & irritum futurum proteſtatum eſſe confirmans: in illam potius partem declinata ſententia eſt, vt iuueni educato in timore Domini plus ſuffragaretur, quod in actiuitioſiſſimo interdum ſana ſenſiſſet, quàm quod iuuenilibus titillationibus aliqua in parte ceſſiſſet. Itaque prætermiſſis his quæ in ingreſſu ipſius cum abſque vilius excuſationis effugio, culpæ aſſociatum aſſeuerant, velut innocetem eundem præterire ſacerdotes Domini, qui huic concilio aderant, damnatione vacuo maluerunt.

3 De indulto eidem peregrini, vel chorepiſcopi nomine.

Quod ergo in quibuſdā ſchiſmaticis magis quàm hæreticis recipiendis Nicænum concilium ſtatuit à ſingulis per territoria ſua, hoc etiam præſens conuentus in hoc ſtatuit ab omnibus ſeruari debere, id eſt, vt cuiſcunq; de fratribus tale aliquid charitatis concilia dictauerint, liceat ei in vnam parochiarum ſuarum eccleſiā cedere, in qua aut chorepiſcopi nomine (vt idē canon loquitur) aut peregrina (vt aiūt) communionem foueatur. Primùm itaque ſtatuitur, vt hoc in qualibet prouincia, præterquàm in Alpina maritima liceat, quæ ſi in aliqua parte acceſſerit, vt maiorum incitator & quietis impatiens, damnationi quam in ſe prouocauerat ſubiacebit. Sed & ſi quis eidem quicquam ex his quæ ſtatuta ſunt tranſgre-

dient communicauerit, à communionem omnium fiat alienus. Deinde vt quolibet in loco, præterquam in publico gerentur, ne quiſquam ei locus decernatur, quem curiæ & ciuitatis ſpecies, aut ordo nobilitat. Additur, ne vnquam in ciuitatibus, niſi ſub epiſcoporum abſentia offerre præſumat, nec ordinare vel vltimum clericū, nec in eadem quidem eccleſia que illi cuiſcunq; miſericordia fuerit attributa, nec vlli epiſcoporum vel ſuccedente ætate aſſumpto aliquo, in rudimentis ſuis huic in aliquo quaſi pro ætatis reuerentia, cedere liceat, nec vſquam ipſi quicquam de epiſcopalibus officiis vſurpare, præterquàm in eccleſia quam cuiſquā miſericordia fuerit indeptus, in qua ei ſolum neophytos confirmare, & ante præbyteros offerre cōceditur. Quod ſi vnquā aliter aliquis, charitate alterius prouocatus, de habitationis commutatione variauerit, non aliter in alia eccleſia requiem accipiat, quàm in priori habuit cui renunciauerat. Nec omnino vnquam gubernationē obtineat, cui etiam in ea quæ ipſi conceditur, miniſtros à ciuitatis epiſcopo necesse eſt ordinari. Sanè quia miniſtrorum mentio facta eſt, & nonnulli ab ipſo inuenti excommunicati, temerè in clero dicuntur prouecti, ſtatutum eſt eos qui ita aſſumpti ſunt deponendos. Quibus autem nulla macula cōuerſationis præiudicari, prout Ebredunenſi ſacerdoti conſtituendo viſum eſt, aut in eccleſiæ ſuæ miniſterio tenēdos, aut ad ipſum quocunq; habitaret transferendos, plebique quam acceperit ex cōſtitutionis huius permiſſu benedicere, & (vt ſuprà definitū eſt) in vna eademque eccleſia neophytos confirmare in caſtellis ac vicis totum illi ante præbyteros (ſicubi venerit) liceat, quod in ciuitatibus omnino præſcribitur.

4 Vt præbyteri priuatim fidelibus deſiderantibus benedicant.

Et inter minutas has diſcuſſiones & indefinitas, viſum eſt omni præbytero per familias, per agros, per priuatas domos pro deſiderio fidelium habere facultatem benedictiones aperire, quod nonnullas iam prouincias habere occurrit. Huic autem etiam in eccleſiarum plebibus, per loca tamen magis quàm per vrbes, hoc idem viſum eſt eſſe tribuendum. In eccleſia quoque in qua ordinatus fuerit, conſecrandi virginem, ſicut confirmandi neophytum ius habebit. Et per omnia vt ſit nullæ indulgentiæ teſtimonium, ſemper ſe inferiorem epiſcopo, ſuperiorem præbytero agat. Mandatis votiſq; omnium ſanctorū frequentibus viuat in timore Domini, & epiſcopum ſuum colat, Deo ſeruiat, ſynodi circa ſe beneuolentiæ gratias agat, ſemp̄q; indignum ſe indultis etiā negatis imparem eſſe fateatur.

5 De ordinanda eccleſia deſuncto epiſcopo.

In commune autem omnes qui conuenerant ſacerdotes, ſibi metiſtis contra huiuſmodi ſcandala præcauendum cenſuerunt. Itaque propter cuiſmodi temeritatem ſtabili definitione conſultum eſt, vt de cætero obſeruaretur, ne quis ad eam eccleſiam quæ epiſcopum perdididiſſet, niſi vicinæ eccleſiæ epiſcopus exequiarum tempore accederet, qui tamē ſtatim eccleſiæ ipſius curam diſtrictiſſimè gereret, ne quid ante ordinationem, diſcordantiū in nouitatibus clericorum ſubuerſioni liceret. Itaq; quum tale aliquid accidit, vicinis vicinarum eccleſiarum inſpectio, deſcriptio, reſenſioque rerum mandatur.

6 Ne quis ad ordinationem veniat, niſi metropolitani literis inuitatus.

Hæc

Hæc autem omnia exequiarum tempore vſque ad ſeptimam deſuncti agat diem. Exinde eccleſiæ referens mandatum metropolitani, ſimul cum omnibus ſanctis epiſcopis ſepeliatur. Nec quiſquam ad eccleſiam quæ ſummum amiſerat ſacerdotem, niſi metropolitani literis inuitatus (ne à plebe decipiatur) accedat, & vim pati voluiſſe videatur.

SEALIVS TITVLVS ET CANON  
ex vetuſto codice Gemblacenſi.

7 De conuentu annuo.

Hæc quæ communi conſenſu de voluntate Domini ſeruanda ſunt, neque (quod abſit) ſine offeſſa Dei, ac omnium à quoquam tranſgredienda definiunt ita dicentes, vt ſecundum antiquam conſuetudinem (ſi qui ex tempore ruerint) bis in anno conuentus agant, ac certè inter quaſlibet anxietates neglectis propriis & domeſticis neceſſitatibus, gratias ſimul Deo agentes, quicquid in ſpiritu cōſiderant cōſurgentes, ſolum eccleſiæ remedium, remota vltionis pruriginis, atque omni animoſitate quærant.

CONCILIUM AGATHENSE, TERTIO Idus Septembris Meſſale conſule, cui interſuerunt (vt legitur) epiſcopi trigintaquinque.

Agatha oppidum prouinciæ Narbonenſis, quondā Maſſilienſium à quibus etiam eſt conditū, iuxta quod araris fuit. De quo Plinius lib. 3. cap. 4. Ptolomæus lib. 2. cap. 9. Strabo lib. 4. Pomponius Mela lib. 2. cap. 3. Vulgo Aix.

TITVLI CAPITVLORVM AGATHENSIS CONCILII.

- 1 De bigamis clericis, vt non miniſtrent.
- 2 De contumacibus clericis, & ad officium tardis.
- 3 De epiſcopis qui vel innocentes, vel pro minimis cauſis aliquos excommunicant.
- 4 De his qui ſuas, vel propinquorum oblationes eccleſiæ defraudant.
- 5 Si clericus furtum eccleſiæ fecerit.
- 6 Si epiſcopo à quibuſlibet quicquam fuerit dereliſtum.
- 7 De rebus eccleſiæ quomodo ab epiſcopo habeantur, & de ſeruis eccleſiæ, qualiter ab epiſcopo manumittantur.
- 8 De clericis qui ad ſeculares conſugiunt.
- 9 De præbyteris & diaconibus qui ad cōiugalem coitum reuertuntur.
- 10 Vt nullus clericorum cum extraneis ſæminis habitet.
- 11 Vt nullus clericus in cellario, vel in ſecreto ſæminam inromittat.
- 12 Vt omni quadrageſima ſabbato ieiunetur.
- 13 Vt ſymbolum ante octo dies Paſchæ competentibus prædicetur.
- 14 Vt altare & benedicatur & vngatur.
- 15 Qualiter maiores, qualiter minores pœnitentiam accipiant.
- 16 Qua ætate diacones ordinentur.
- 17 Qua ætate epiſcopi, vel præbyteri conſecrentur.
- 18 De laicis quibus temporibus communicare debeant.
- 19 De ſanctimonialibus qua ætate vellentur.
- 20 De clericis qui comam nutriunt.
- 21 Vt ſolemnitatis maiores in ciuitatibus celebrentur.
- 22 Vt non liceat præbyterum, aut clericū rem eccleſiæ vendere aut donare.
- 23 Vt clericus minor ſeniori non præponatur.
- 24 De expoſitis inuentis.
- 25 De ſecularibus qui ſuas uxores derelinquunt.

- 26 Vt ſi voluntariè clericus damnum eccleſiæ fecerit, & ſatisfaciat, & excommunicetur.
- 27 Vt monaſterium inconſulto epiſcopo nullus conſtituat de monachis.
- 28 Vt monaſteria puellarum procul à monachis conſtituantur.
- 29 De libertis vt in neceſſitate ab eccleſia tueantur.
- 30 Vt poſt antiphonas orationes dicantur.
- 31 De his qui propter odium ad pacem non reuertuntur.
- 32 Vt clericus inconſulto epiſcopo ad iudicem ſecularem nō pergat.
- 33 Si epiſcopus hæredes non habens, eccleſiam cui præſuit hæredem non fecerit.
- 34 De Iudeis qui conuerti cupiunt qualiter ſuſcipiantur.
- 35 Si epiſcopus à metropolitano admonitus pro ſynodo, vel ordinatione epiſcopali venire diſtulerit.
- 36 Vt ſtipendia clericorum iuxta meritum diſtribuantur.
- 37 De homicidis & falſis teſtibus.
- 38 Vt ſine epiſcopi ſui epiſtola non liceat clericum, vel monachum proficiſci. Et de monachis vel abbatibus.
- 39 Vt clerici nuptialia vitent conuiuia.
- 40 Ne Chriſtiani Iudaorum vtantur conuiuio.
- 41 Vt à clericis vitetur ebrietas.
- 42 De ſortilegis, vel auguratoribus vt ab eccleſia ſeparentur.
- 43 De pœnitentibus clericis ordinetur, & vt præbyter altare non erigat.
- 44 Ne præbyter benedictionem populo, vel pœnitenti in eccleſia dare præſumat.
- 45 Vt epiſcopus exiguum aliquid ſine clericorum conuentione (ſi neceſſe fuerit) diſtrahat.
- 46 Vt ſeruos eccleſiæ fugiuos liceat vendere epiſcopo.
- 47 Vt ante Miſſam expletam egredi populus non præſumat.
- 48 De rebus eccleſiæ propriis, vel adquiſitis.
- 49 De non alienandis ab aliquo rebus eccleſiæ. Et de libertis.
- 50 De clericis capitale crimen incurrentibus.
- 51 De teſtamento epiſcopi.
- 52 De clericis qui ſine epiſtola ſui pontificis proficiſcuntur.
- 53 De præbyteris parochianis res eccleſiæ diſtrahentibus.
- 54 De eiſdem vt quicquid emerint in nomine comparent eccleſiæ.
- 55 Vt ſacerdotes & leuita canibus ad venandum, & accipitribus non vtantur.
- 56 De venditionibus quas abbates facere præſumunt.
- 57 Ne vnus abbas duobus cœnobii præponatur.
- 58 Ne monaſterium ſine notitia epiſcopi conſtituatur.
- 59 De rebus eccleſiæ vſui collatis, vt præſcriptionis tempore non defendantur.
- 60 De lapſis qui de catholica fide in hæreſim tranſeunt.
- 61 De inceſtis cōiugiis.
- 62 De his qui ſeruos ſuos extra iudicem necant.
- 63 De laicis qui in ſolemnitatibus maioribus ad ciuitatem non occurrunt.
- 64 De clericis qui ab eccleſiæ officio diebus ſolemnibus deſunt.
- 65 De leuitis vt non ſine iuſſu præbyteri ſedeant.
- 66 De miniſtris ne ſecrarium ingrediuntur.
- 67 De catholicis ne hæreticorum conubiis copulentur.
- 68 De leuitis & clericis, ne magi, vel incantatores ſint.
- 69 De ſeditionariis clericis.
- 70 De ſcurris, & iocularibus clericis.
- 71 De ſynodo annis ſingulis congreganda.

CAPITVLA CONCILII AGATHENSIS.

Cum





Vm in Dei nomine ex permisso regis in Agathensem ciuitatem sancta synodus conueni sset, & in sancti Andreę basilica consedissemus, ibiq; flexis genibus in terra, pro regno eius, pro longauitate populi Dominum deprecaremur, vt qui nobis cōgregationis permiserat potestatem, regnum eius Dominus felicitate extēderet, iustitia gubernaret, virtute protegeret, de disciplina & ordinationibus clericorū, atque pontificum, vel de ecclesiarum vtilitatibus tractaturi, in primis id placuit, vt canones & statuta Patrum per ordinem legerentur. Quibus lectis.

1 Placuit de digamis aut internuptarū maritis (quāquam aliud Patrum statuta decreuerint) vt qui hucusque ordinati sunt habita miseratione presbyterij, vel diaconij nomen tantum obtineant, officium verò consecrandi presbyteri, & ministrandi huiusmodi diacones non præsument.

2 Contumaces verò clerici (prout dignitatis ordo permiserit) ab episcopis corrigantur, & si qui prioris gradus elati superbia communionem fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communicatio tribuatur, ita vt cum eos penitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

3 Episcopi verò si sacerdotali moderatione postposita innocētes, aut minimis causis culpabiles, excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, à vicinis episcopis cuiuslibet prouincię literis moneantur. Et si parere noluerint, communicatio illis vsque ad tempus synodi à reliquis episcopis non denegetur, ne forte propter excommunicationis peccatum, excommunicati longo tempore morte præueniantur.

4 Clerici etiam, vel seculares qui oblationes parētū, aut donatas, aut testamēto relictas retinere persistenterint, aut id quod ipsi donauerūt ecclesiis vel monasteriis, crediderint auferēdum (sicut synodus sancta constituit) velut necatores pauperum (quousque reddant) excludantur ab ecclesiis.

5 Si quis clericus furtum ecclesię fecerit, peregrina ei communicatio tribuatur.

6 Pontifices verò quibus in summo sacerdotio cōstitutis ab extraneis duntaxat aliquid, aut cum ecclesia, aut sequestratum, aut dimittitur, aut donatur, quia hoc ille qui donat pro redemptione animę suę, non pro commodo sacerdotis offerre probatur, nō quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesię, inter facultates ecclesię computabunt: quia iustum est vt sicut sacerdos habet, quod ecclesię dimissum est, ita & ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti. Sanē quicquid per fidei commissum aut sacerdoti, aut ecclesię fortasse dimittitur, cuicumque alij postmodū profuturum, id inter facultates suas ecclesia computare, aut retinere non poterit.

7 Casellas verò vel mancipiola ecclesię episcopi (sicut prisca canonum pręcepit auctoritas) vel vasa ministerij quasi commendata fidei pręposito in integro ecclesię iure possideant, id est, vt neque vendere, neque per quoscunq; cōtractus res, vnde pauperes viuunt, alienare præsument. Quod si necessitas certa compulerit, vt pro ecclesię augmento, aut necessitate, aut vtilitate, vel vusu fructu, vel indirecta venditione aliquid distrahatur, apud duos vel tres

cōprouinciales, vel vicinos episcopos causa qua necesse sit vendi primitus comprobentur. Vt habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione quę facta fuerit venditio roboretur. Aliter facta venditio, vel transactio non valebit. Sanē si quos de seruis ecclesię benemeritos sibi episcopus libertati donauerit, collatam à successoribus libertatem placuit custodiri, cum hoc quod eis manumissor in libertatem contulerit, quod tamen iubemus viginti solidorum numeri modum in terrula, & vineola, vel hospitio tenere. Quod amplius datum fuerit, post manumissoris mortem ecclesię reuocetur. Minusculas verò res, aut ecclesię minus viles peregrinis, vel clericis saluo iure ecclesię in vsum pręstari permittimus.

8 Id etiam placuit, vt si clericus relicto officio suo propter distictionem ad secularem iudicē fortasse confugerit, & is ad quem recurrit solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de communione pellatur.

9 Placuit etiam vt si presbyteri, vel diaconi coniugati ad thorum vxorum suarum redire voluerint, Patris Innocentij ordinatio, vel Siritij episcopi auctoritas, quę est his canonibus inserta, seruetur. Quod si ad aliquos formula illa ecclesiasticę vitę, pariter & disciplinę, quę à Siritio episcopo ad prouincias cōtinēuit, non probatur peruenisse, eis ignorationis remittitur, ita vt de cetero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos in quibus inuēti fuerint sic retineant, vt ad potiora eis non liceat ascendere. Quibus in beneficio esse debet, quod locum ipsum quem retinent, non amittunt. Si qui autem scisse formam viuendi missam à sancto Siritio episcopo deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abiecerint, illi sunt modis omnibus submouendi, eo quod post admonitionem cognitam pręponendam arbitrati sunt voluptatem.

10 Id etiam ad custodiendam vitam & famam speciali ordinatione pręcipimus, vt nullus clericorum extraneę mulieri qualibet collatione, aut familiaritate iungatur. Et non solum in domo illius extraneę mulierem habeat potestatem: sed cum matre tantum, sorore, filia, aut nepte, si habuerit, aut voluerit, viuendi liberam potestatem. De quibus nominibus nefas est aliud quàm natura cōstituit, suspicari.

11 Ancillas, vel libertas à cellario, vel à secreto ministerio, & ab eadem mansione in qua clericus manet, placuit remoueri.

12 Placuit etiam vt omnes ecclesię filij (exceptis diebus Dominicis) in quadragesima, etiam die laborato, sacerdotali ordinatione, & districtis comminatione ieiuent.

13 Symbolum etiam placuit ab omnibus ecclesiis vna die, id est, ante octo dies Dominicę resurrectionis, publicē in ecclesia competentibus prędicari.

14 Altaria placuit non solum vnctioe chrisimatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari.

15 Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum, & concilium super caput à sacerdote (sicut vbique constitutum est) consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur. Et nisi dignē pœnituerint, non recipiantur. Iuuenibus etiam pœnitentia non facile committenda esse propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen in omnibus morte positis, non negandum.

16 Episcopus benedictionem diaconatus minori - bus quàm viginti quinque annorum penitus non cōmittat. Sanē si coniugati iuuenes consenserint ordinari, etiam vxorū voluntas ita requirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, postea quàm pariter conuersi fuerint, ordinentur.

17 Presbyterum verò, vel episcopum ante 30. annos, id est, antequam ad viri perfecti ætatem perueniat, & diaconus ante viginti quinque nullus metropolitanorum \* ordinans præsumat, ne per ætatem (quod aliquotiens euenit) aliquo errore culpentur.

18 Seculares qui in natali Domini, Pascha, Pentecoste non communicauerint, catholici nō credantur, nec inter catholicos habeantur.

19 Sanctimonialia quantumlibet vita earum & mores probati sint, ante annum ætatis suę quadragesimum non velentur.

20 Clerici qui comam nutriunt, ab archidiacono (etiam si noluerint) inuiti de tondeantur. Vestimenta, vel calceamenta etiam eis (nisi quę religionē deceant) vt aut habere non liceat.

21 Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus est ordinariūsq; conuentus, oratorium in agro habere voluerit reliquis festiuitatibus, vt ibi Missas teneat, propter fatigationē familię iusta ordinatione permittimus. Pascha verò, natali Domini, epiphania, ascensione Domini, Pentecoste, & natali sancti Ioannis Baptistę, & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus, quas supra diximus, in oratoriis (nisi iubente aut permittente episcopo) Missas facere, aut tenere voluerint, à communione pellentur.

22 Et licet superfluum sit de re nota & antiquis canonibus prohibita, aliquid iterato definire, attamen quo facilius cupiditas aut improbitas reprimatur, id statuiamus quod omnes canones iubent, vt ciuitatenes siue diocesani presbyteri, vel clerici, saluo iure ecclesię, rem ecclesię, sicut permiserunt episcopi, teneant: vendere autem, aut donare penitus non præsument. Quod si fecerint, vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus (si quas habent proprias) indemnem ecclesiam reddant, & communione priuentur.

23 Episcoporum etiam quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus pręponat, nisi forte elatus superbia (quod pro necessitate ecclesię episcopus iusserit) implere contemnat. Sanē si officium archidiaconatus propter simpliciorum naturam implere, aut expedire nequieuerit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationi ecclesię quem elegerit episcopus pręponatur.

24 De expositis id obseruandum, quod iam dudum synodus sancta constituit.

25 Si verò seculares, qui coniugale consortium sine culpa grauiori dimittunt, vel etiā dimiserunt, & nullas causas dissidij probabiliter proponētes, propter ea matrimonia sua dimittunt, vt aut illicita, aut aliena præsument, si antequam apud episcopos compromouinciales dissidij causas dixerint, & prius vxores quā iudicio damnentur abiecerint, à cōmunionē ecclesię, & sancto populi cœtu (pro eo quod fidem & cōiugia maculent) excludantur.

26 Si quis de clericis documenta quibus ecclesię possessio firmatur aut supprimere aut negare, aut aduersariis fortasse tradere, damnabili & puniēda obstinatione præsumpserit, quicquid per absentiam do-

cumentorum damni ecclesię illatum est, de propriis facultatibus reddat, & communionē priuetur. Hi etiam qui in damno ecclesię impię sollicitati, à traditoribus aliquid acceperint, superiori sententię teneantur.

27 Monasterium nouum nisi episcopo aut permittente, aut probate, nullus incipere, aut fundare præsumat. Monachi etiam vagantes, ad officium clericatus, nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in ciuitatibus, nec in parochiis ordinentur. Monachum nisi abbatis sui aut permisso, aut voluntate, ad alterū monasterium cōmigrantem, nullus abbas suscipere, aut retinere præsumat, sed vbicumque fuerit, abbati suo auctoritate canonū reuocetur. Si enim necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu & voluntate abbatis præsumat episcopos.

28 Monasteria puellarū longius à monasteriis monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocentur.

29 Libertos legitime à dominis suis factos, ecclesia (si necessitas exegerit) tueatur: quos si quis ante auidiam aut peruadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

30 Et quia conuenit ordinem ecclesię ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est vbique (sicut fit) & post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis, vel presbyteris dici, & hymnos matutinos, vel vespertinos decantari diebus omnibus, & in cōclusionē matutarum, vel vespertinarum, & missarum post hymnos, capitella de palmis dici, & plebē collecta oratione ad vesperam, ab episcopo cum benedictione dimitti.

31 Placuit etiam vt (sicut plerunque fit) quicumque odio, aut longinqua inter se lite dissenierint, & ad pacem reuocari, diutina intentione nequieuerint, à sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciose intentione noluerint, de ecclesię cœtu iustissima excommunicatione pellantur.

32 Clericus nec quenquam præsumat apud secularem iudicem, episcopo nō permittente, pulsare. Sed si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negocium in iudicio seculari proponere. Si quis verò secularium per calumniam ecclesiam aut clerum fatigare tentauerit, & conuictus fuerit, ab ecclesię liminibus, & à catholicorum cōmunionē (nisi dignē pœnituerit) coerceatur.

33 Episcopus qui filios, aut nepotes nō habens, aliū quàm ecclesiam reliquit hæredem, si quid de ecclesia, non in ecclesię causa, aut necessitate insumpserit, quod distraxit, aut donauit, irritum habeatur. Qui verò filios habens de bonis quę reliquit, ab hæredibus eius indemnitate ecclesię consulatur.

34 Iudæi (quorum perfidia frequēter ad vomitum redit) si ad legem catholicam venire voluerint, octo menses inter cathecumenos ecclesię limen introeant. Et si pura fide noscuntur venire, tum demum baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis, intra pręscriptum tempus, incurrerint, & desperati fuerint, baptisentur.

35 Si episcopus metropolitanus ad compromouinciales episcopos epistolam direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem summi pontificis, aut ad synodum inuiter, postpositis omnibus (excepta graui infirmitate corporis, aut pręceptione regia) ad constitutum diē adesse non differant. Quod si defuerint (sicut prisca cano-

d. 50. contumaces cle.

11. q. 3. Epi si sacer. Et in dec. luo nis lib. 5.

13. q. 2. cle. vel secul. Et in dec. luo lib. 2.

12. q. 3. pōtiffices qui.

10. q. 2. ca sellas vel.

10. q. 2. Eni. Quod si neceff.

1. 77. Eps benedicti.

ordinare

De cons. d. 1. q. 1. si quis.

d. 7. 4. qm. etia qu.

12. q. 2. Si quis de cl.

18. q. 2. monasteria puellarū.

11. q. 1. Clericu nullus presumat.

12. q. 2. Eps qui filios.

De cons. d. 4. Iudæi quorum.

d. 18. Si Eps Et in dec. luo lib. 4.

In *Arcl.* canonū præcepit autoritas) vsq; ad proximā syno-  
 2.ca. 19 et dū, charitate fratru, & ecclesie cōmunionē priuētur.  
*in vas. 29* 36 Clerici etiā omnes qui ecclesia fideliter vigilā-  
 1.7.2. *Cle.* tēq; deseruiunt, stipendia sanctis laboribus debita,  
 secundū seruitij sui meritum, vel ordinationem can-  
 onum à sacerdotibus consequantur.  
 24.7.3. 37 Itaq; censuimus homicidas, & falsos testes à cō-  
 Itaque. munionē ecclesiastica submouendos, nisi pœnitentia  
 satisfactiōe crimina diluerint.  
 20.9.4. 38 Clericis sine cōmēdatitiis epistolis episcopi sui,  
 Monachū. licētia nō pateat euagādi. In monachis quoq; præsi-  
 Et in dec. tis sentētia forma seruetur. Quos si verborū incre-  
 1uo. lib.3. patio nō emendauerit, etiā verberibus statuimus co-  
 ceceri. Seruandū quoq; de monachis, ne eis ad soli-  
 tarias cellulas liceat à congregatione discedere, nisi  
 fortē probatis post emeritis labores, aut propter infir-  
 mitatis necessitatē, a superior ab abbatibus regula  
 præmittatur. Quod ita demū fiet, vt intra eadem mo-  
 nasterij septa manentes, tamen sub abbatis potestate  
 separatas habere cellulas permittantur. Abbati quo-  
 que singulas diuersas cellulas, aut plura monasteria  
 habere non liceat, nisi tantum propter incursum ho-  
 stilitatis intra muros receptacula collocare.  
 d.34. pref. 39 Presbyteri, diacones, subdiacones, vel deinceps  
 quibus ducēdi vxores licētia nō est, etiā alienarū nu-  
 priarū euitēt cōiuiua. Nec his cœtib' misceatur, vbi  
 amatoria cātantur, & turpia, aut obscœni motus cor-  
 porum \*choris, & saltationibus efferūtur, ne auditus  
 & obrutus sacris mysterijs deputati turpiū spectacu-  
 lorum atq; verborum contagione polluantur.  
 \*choris. 40 Omnes deinceps clericici, siue laici Iudæorū cō-  
 28.9.1. oēs demceps. iuiua euitēt. Nec eos ad cōiuiuium quisquis accipiat:  
 quia quum apud Christianos cibus cōmunibus non  
 vtantur, indignum est atq; sacrilegum, eorum cibos  
 à Christianis sumi, quum ea quæ Apostolo permit-  
 tente nos sumimus, ab illis iudicentur immunda, ac  
 sic inferiores incipiant esse Christiani, quàm Iudæi,  
 si nos quæ ab illis apponuntur, vtamur, illi verò à no-  
 bis oblata contemnant.  
 d.35. ante. 41 Ante omnia clericis vetetur ebrietas, quæ om-  
 nium vitiorum fomes ac nutritrix est. Itaq; eum quem  
 ebrium fuisse constiterit (vt ordo patitur) aut rigin-  
 ta dierum spacio cōmunionē statuimus submouen-  
 dum, aut corporali subdendum supplicio.  
 26.9.5. ali 42 Ac ne id fortasse videatur omisissum, quod maxi-  
 quatuor cle. mē fidem catholicæ religionis infestat, quod aliquā-  
 ti clerici, siue laici student augurijs, & sub nomine  
 fictæ religionis per eas, quas sanctorū sortes vocant,  
 diuinationis scientiā profitentur, aut quarūcunque  
 scripturarū inspectione futura promittūt. Hoc qui-  
 cunque clericus, vel laicus detectus fuerit, vel cōlu-  
 lere, vel docere ab ecclesijs habeatur extraneus.  
 In cō. A. 43 De pœnitentibus id placuit obseruare, quod san-  
 rela. 2. ca. cti patres nostri synodali sententia censuerūt, vt nul-  
 25.26.9.6. lus de his cleric' ordinetur, & qui iam sunt per igno-  
 mini. rantiam ordinati, aut sicut bigami, aut internuptarū  
 mariti locum teneant. Ministrare diaconus, aut conse-  
 crare altare presbyter non præsumat.  
 26.9.6. 44 Benedictionem super plebē in ecclesia fundere  
 Mimi. dia. aut pœnitentem in ecclesia benedicere, presbytero  
 penitus non licebit.  
 12.9.2. 45 Terrulas, aut vineolas exiguas, & ecclesie minus  
 Terrulas. vtiles, aut logē positas, paruas episcopus sine cōsilio  
 fratru (si necessitas fuerit) distrahēdihabeat potestati  
 12.9.2. fu. 46 Fugitiui domos suas aut familias deferētes, qui  
 etiam si reuocati fuerint, non possunt tenere, simili

ratione ab episcopo, si voluerit, aut si ita illi merue-  
 rint, distrahantur.  
 47 Missas de Dominica secularibus tenere specia-  
 De cō. 2. li ordine præcepimus, ita vt ante benedictionē sacer-  
 1.7.2. dotis egredi populus nō præsumat. Qui si fecerint,  
 ab episcopo publicē confundantur.  
 48 Vt de rebus episcopi propriis, vel acquisitis, vel  
 12.9.2. quicquid episcopus de suo proprio habet, hæredib'  
 suis si voluerit, derelinquat. Quicquid verò de pro-  
 uisione ecclesie suæ fuerit, siue de agris, siue de fru-  
 gibus, siue de oblationibus, omnia iure ecclesie re-  
 seruare censuimus.  
 49 Diacones, vel presbyteri in parochia constituti  
 12.9.2. de rebus ecclesie sibi creditis, nihil audeat cōmuta-  
 re, vèdere, vel donare, quia res sacrata Deo esse no-  
 scūtur. Similiter & sacerdotes, nihil de rebus eccle-  
 12.9.2. sie sibi cōmissa (vt superius cōprehensum est) alie-  
 nare præsumat. Quod si fecerint, cōiuncti in cōcilio,  
 & ab honore depositi, de suo aliud tantū restituant,  
 12.9.2. quantum visum sunt præsumpsisse. Sanè si quis pro qua-  
 libet conditione, de rebus ecclesie aliquid alienare  
 12.9.2. præsumperit, si de suo proprio tantū ecclesie cōtu-  
 lerit, quantum visum est abstulisse, tunc demū istud sta-  
 re licebit. Libertos tamē quos sacerdotes, vel diacono-  
 12.9.2. nos de ecclesia sibi cōmissa, facere voluerint, actus  
 ecclesie prosequi iubemus. Quod si facere contem-  
 12.9.2. pserint, placuit eos ad proprium reuerti seruitium.  
 50 Si episcopus, presbyter, aut diaconus capitale cri-  
 12.9.2. men cōmiserit, aut chartā falsauerit, aut testimoniū  
 falsum dixerit, ab officij honore depositus in mona-  
 12.9.2. sterium detrudatur: & ibi quādiu vixerit, laicam  
 tantummodo communionem accipiat.  
 51 Si episcopus condito testamento aliquid de ec-  
 12.9.2. clesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non va-  
 lebit, nisi tm de iuris proprii facultate suppleuerit.  
 52 Presbytero, aut diacono, vel clerico sine antisti-  
 12.9.2. tis sui epistolis ambulati cōmunionē ei null' ipēdat.  
 53 Quicquid parochiarū presbyter de ecclesiastici  
 12.9.2. iuris possessiōe distrahaxerit, inane habeatur, & vacuū  
 venditione cōparantis, & actione vendentis.  
 54 Presbyter dum diocēsim tenet, de his quæ eme-  
 12.9.2. rit ad ecclesiam nomen scripturam faciat, & ab eius  
 Presbyter. Et in dec. (quam tenet) ecclesie ordinatione discedat.  
 1uo. lib. 1. 55 Episcopis, presbyteris, diaconibus canes ad ve-  
 d. 34. Episcopi. nandū, aut accipitres habere nō liceat. Quod si quis  
 Presbyter. talium personarū in hac voluntate detectus fuerit, si  
 episcopus est, tribus mensibus se suspendat à cōmu-  
 12.9.2. nione, presbyter duobus mensibus se abstinat, dia-  
 conus verò ab omni officio, vel cōmunionē cessabit.  
 56 In venditionib. quas abbates facere præsumūt,  
 12.9.2. hæc forma seruetur, vt quicquid sine episcopi noti-  
 tia venditum fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur.  
 Mancipia verò monachis donata ab abbate non  
 12.9.2. liceat manumitti. Iniustum enim putamus, vt mona-  
 chis quotidianum rurale opus facientibus, serueo-  
 rum libertatis ocio potiantur.  
 57 Vnum abbatem duobus monasterijs præsidere  
 12.9.2. interdiximus.  
 58 Cellulas novas, aut cōgregatiunculas monacho-  
 12.9.2. rum, absq; notitia episcopi prohibemus institui.  
 59 Clerici quilibet quāta cunq; diuturnitate tēpo-  
 12.9.2. ris, de ecclesie remuneratione aliqua possederint, in-  
 ius propriū præscriptione tēporis nō vocētur, dum-  
 modo pateat ecclesie rem fuisse, ne videatur etiā epi-  
 scopi administrationes, plixas, aut precatórias, quū  
 12.9.2. ordinati sunt, facere debuisse: aut diu retentas facul-  
 tates,

rates, in ius proprietatis suæ posse transcribere.  
 60 Lapsis, id est, qui in catholica fide baptizati sunt,  
 si præuaricatione damnabili post in hæresim trāsie-  
 rint, grandem redeūdi difficultatem sanxit antiqui-  
 tas. Quibus nos annorum multitudine breuiata, pœ-  
 nitentiam biennij conditioni infra scriptæ obserua-  
 tionis imponimus, vt præscripto biennio tertio sine  
 relaxatione ieiunent, & ecclesiam studeant frequen-  
 tare. In pœnitentium loco standi & orandi humilita-  
 tem ita nouerint obseruandam, vt etiam ipsi, quum  
 catechumeni egredi commonentur, abscedant. Hoc  
 si obseruare voluerint, constituto tempore admittē-  
 dis ad altarium obseruatio relaxetur. Quod si ardua  
 vel dura fortē putauerint, statuta præteritorum can-  
 onum implere debebunt.  
 61 De incestis coniunctionibus nihil prorsus veniē  
 36.9.2.3. referuamus, nisi quum adulterium separatiōe sanz-  
 De ince. uerint. Incestos verò nullo cōiugij nomine deputan-  
 dos, quos etiam designare funestū est. Hos enim cen-  
 semus esse. Si quis relicta fratris, quæ penè prius so-  
 ror extiterat, carnali coniunctione polluerit, si quis  
 frater germanam vxorem acceperit, si quis nouercā  
 duxerit, si quis consobrinæ suæ se sociauerit, si quis  
 relicta, vel filia auunculi misceatur, aut patru filia,  
 vel priuignæ suæ, aut qui ex propria consanguinitate  
 aliquam, aut quam consanguineus habuit, concūbi-  
 tu polluat, aut duxerit vxorem. Quas omnes & olim  
 atque sub hac constitutione, incestos esse non dubi-  
 tamus, & inter catechumenos vsque ad legitimā sa-  
 tisfactionē manere, & orare præcipimus. Quod ita  
 præsentis tempore prohibemus, vt ea quæ sunt hæc-  
 nus instituta, non dissoluamus. Sanè quibus coniun-  
 ctiō illicita interdicitur, habebunt incundi melioris  
 coniugij libertatem.  
 62 Si quis seruum propriū sine conscientia iudi-  
 cis occiderit, excōmunicatione, vel pœnitentia biē-  
 nij reatum sanguinis emendabit.  
 63 Vt ciues qui superiorum solennitatū, id est, Pa-  
 schæ, ac natalis Domini, vel Pentecostes festiuitati-  
 bus, cum episcopis interesse neglexerint (quum in ci-  
 uitatibus communionis vel benedictionis accipien-  
 dæ causa positos se nosse debeant) triennio à com-  
 munionē priuentur ecclesie.  
 64 Si quis in clero cōstitutus, ab ecclesia sua diebus  
 7.9.1. solemnibus defuerit, id est, natiuitate Domini, Epi-  
 quis m. phania, Pascha, vel Pentecoste, dum potius singula-  
 ri lucro studeat, quàm seruitio suo parere, conuenit  
 vt triennio à cōmunionē suspendatur. Similiter dia-  
 conus, vel presbyter si per tres hebdomadas ab eccle-  
 sia sua de fuerit, huic damnationi succumbat.  
 d.93. Nō. 65 Quoniam non oportet diaconē sedere præsen-  
 Et in con. te presbytero, sed ex iussione presbyteri sedeat. Si-  
 1uo. lib. 1. militer autē honorificetur diaconus à ministris infe-  
 27.9.2. rioribus & omnibus clericis.  
 d.23. Non 66 Quoniam non oportet in sacros ministros li-  
 oportet. centiam habere, in secretarium (quod Græci dia-  
 conion appellāt) ingredi, & cōtingere vasa Dominica  
 28.9.1. Nō. 67 Quoniam non oportet cum omnibus hæreticis  
 oportet cō- miscere connubia, & vel filios, vel filias dare, sed po-  
 1uo. lib. 1. tius accipere, si tamen profitentur Christianos futu-  
 1uo. lib. 1. ros esse se, & catholicos.  
 31. 68 Quoniam non oportet ministros altaris, aut cle-  
 26.9.5. Nō. ricos, magos & incantatores esse, aut facere quæ di-  
 Et in con. cunt phylacteria, quæ sunt magna obligamenta ani-  
 1uo. lib. 1. marum. Hos autem qui talibus vtuntur, proiici ab ec-  
 1uo. lib. 1. clesia iussimus.

69 Seditonarios nunquam ordinandos clericos, si-  
 cut nec vsurarios, vel iniuriarum suarum vltiores.  
 70 Clericum scurrilem, & verbis turpibus iocula-  
 torem, ab officio retrahendum.  
 71 Synodum etiam secundum constituta Patrum,  
 annis singulis placuit cōgregari. Et quia in nomine  
 Domini omnibus salubriter constitutis, synodus cū  
 pace dimittitur, gratias Deo primitus, & Domino  
 nostro regi agamus, orantes diuinam clementiā, vt  
 hæc eadē facere & docere per multos annos in ho-  
 norem Domini possimus. Ego Cæsarius in Christi  
 nomine episcopus iuxta id, quod vniuersis coepisco-  
 pis meis, qui mecum subscripserunt, placuit institu-  
 ta Patrū secutus, his diffinitionibus annuens, sub die  
 quinto Calend. Septembris anno vigesimo secundo  
 regis Alarici subscripsi.  
 DECRETUM AGATHENSIS CON-  
 cily prioribus non inserta, secundum  
 Gratianum, numero tria.  
 1 Non liceat episcopo propriis manibus aliquem cadere.  
 d.86. Non  
 licet ali-  
 2 Quando amplius quam debetur exigitur, vsura  
 committitur.  
 13.9.3. vsu  
 vsura est, vbi amplius requiritur, quā datur. Ver-  
 bi gratia: Si dederis solidos decem, & amplius que-  
 sieris: vel dederis frumenti modium vnum, & super  
 aliquid exegeris.  
 3 De purgatione clericorum si conuinci non potuerint.  
 2.9.4. ha-  
 betur finis  
 huius dec.  
 sed totū ca-  
 pi. est apud  
 1uo. lib. 5.  
 Si quis presbyter vitæ suæ negligens, prauis exem-  
 plis mala de se suspicari permiserit, & populus ab e-  
 piscopo iuramento, seu banno Christianitatis con-  
 strictus, infamiā eius patefecerit, & certi accusato-  
 res criminis eius defuerint, admoneatur primò seor-  
 sum ab episcopo, deinde sub duobus, vel tribus testi-  
 bus. Si non emendauerit, in conuentu presbyterorū  
 episcopus eum publica increpatione admoneat. Si  
 verò neq; sic correxerit, ab officio suspendatur, vsq;  
 ad dignam satisfactionem, ne populus in eo scanda-  
 lum patiat. Si verò accusatores legitimi nō fuerint  
 qui eius crimina manifestis iudicijs probare contē-  
 derint, & ipse negauerit, tūc ipse cum socijs septē  
 eiusdem ordinis (si valet) à crimine seipsum expur-  
 get. Diaconus verò si eodem crimine accusatus fue-  
 rit, semetipsum cum tribus expurget.  
 Ex decreto Iuonis.  
 Perquirendum est, si aliqua scœmina sit, quæ per  
 Lib. 8.  
 quædam maleficia, & incantationes mères ho-  
 minum immutare se posse dicat, id est, vt de o-  
 dio in amorem, vel de amore in odium conuertat,  
 vt bona hominum aut damnet, aut subripiat. Et si est  
 quæ se dicat cum dæmonum turba in similitudinem  
 mulierum transformata, certis noctibus equitare su-  
 per quasdam bestias, & in eorum confortio annu-  
 meratam esse, hæc talis omnimodis scopis correctā  
 ex parochia eiiciatur.  
 DECRETUM QUÆDAM EX CODI-  
 ce librorum sexdecim lib. 5. cap. 22.  
 De illis qui contentiones & rixas amauerint.  
 Si quis contentiones & rixas amauerit, vel manife-  
 stum vitium fratri intulerit, iuxta arbitriū recto-  
 ris, modūque peccati, diuturna expietur pœni-  
 tentia.  
 De illis qui faciles sunt ad detrahendum.  
 Ec 91

Si quis promptus facilisque est ad detrahendum, dicens quod verum non est, septem dies in pane & aqua sequestratus à fraterno consortio pœniteat.

EX EODEM LIB. 15. CAP. 8.  
De falso testimonio, quod capitale sit crimen.

**N**ouerint falsi testes, quod si falsum testimonium capitale crimen non esset, nequaquam Deus in Euangelio inter principalia crimina enumerasset. Ait enim: De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia. Et ideo debet pœnitere, similiter & excommunicari falsus testis, sicut adulter, fur, & homicida.

**CONCILIUM ARAVSICANVM**  
primum sub Leone papa primo, & tempore Theodosij iunioris, & Cyri consulum, sexto Idus Nouembris, in ecclesia Iustinianensi.

Arausio seu Arausensis ciuitas Narbonensis est Gallia nunc Anapontium principum ditioni subiacta, Plin. lib. 3 cap. 4. In mediterraneo colonia Secundorum dicta quod è secunda legione milites coloni eò deducti sint. Eius meminit Ptole. lib. 2. ca. 10. & Strabo lib. 4. Vulgo dicitur Aurege.

TITVLI CANONVM ARAVSICENSIS CONCILII SEQUENTIS.

- 1 Ut nullus minister sine chrismate proficiscatur.
- 2 De hæreticis si in mortis discrimine conuertantur.
- 3 De pœnitentibus qui de corpore exeunt.
- 4 De clericis pœnitentiam volentibus.
- 5 De his qui ad ecclesiam confugiunt, ne tradantur.
- 6 Nullus pro suis mancipiis qui ad ecclesiam confugiunt, clericorum mancipia occupet.
- 7 De libertis qui in ecclesia commendati sunt, ne opprimantur.
- 8 De his qui clericum alienum ordinare præsumunt.
- 9 De his qui ciues alienos ordinauerint.
- 10 De episcopis qui in possessione & in aliena diœcesi basilicam construxerunt.
- 11 De episcopis qui excommunicatum alterius suscipiunt.
- 12 De his qui subito obmutescunt, quod & baptismum & pœnitentiam accipere possunt.
- 13 De his qui mente desipiunt.
- 14 De energumenis baptizatis.
- 15 Ut energumenis, & catechumenis de baptismo consulatur.
- 16 Ut energumeni ad clerum non promoueantur.
- 17 Ut in unum propositio sacramenti consecretur.
- 18 Ut Euangelia catechumeni non audiant.
- 19 Ut catechumeni ad baptisteria non accedant.
- 20 Ut catechumeni cum fidelibus benedictionem non accipiant.
- 21 Ut duo episcopi episcopum non faciant.
- 22 Ut clerici coniugati nisi continentiam proficiantur, diaconi non fiant.
- 23 De his qui post acceptum diaconatum, incontinentes inueniuntur.
- 24 De his qui priusquam ordinarentur incontinentes inueniuntur.
- 25 De viris probatis si coniugia duplicauerint.
- 26 De diaconis non ordinandis.
- 27 De feminis quæ viduitatē professæ sunt coram episcopo.
- 28 De his qui professi sunt castitatē, si præuicati fuerint.
- 29 Ut nullus episcopus de concilio sine consensu discedat, aut ad concilium ire recuset.



**N**ullus ministrorum qui baptizandi recipit officium, sine chrismate uicquâ debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismo chrismate, quacunque necessitate faciente, non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commouebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est. Non ut præiudicans quicquid dico, sed ut necessaria habeatur chrismatio repetita. 2 Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderent, si desit episcopus, à presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placet. 3 Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eos communicare, quod morientis sufficit consolationi secundum definitiones Patrum, qui huiusmodi communionem congruenter viaticum nominauerunt. Quod si superuixerint, stent in ordine pœnitentium ut ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant. 4 Pœnitentiam desiderantibus etiam clericis non negandam. 5 Eos qui ad ecclesiam confugerint, tradi non oportere, sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi. 6 Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis, ad ecclesiam confugientibus, crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur. 7 In ecclesia manumissos, & per testamentum ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem, vel obsequium, vel ad coloniarum conditionem imprimitentauerit, animaduersione ecclesiastica coercetur. 8 Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putauerit, prius definiat ut cum ipso habitet. Nec eum sine consultatione eius episcopi, cum quo antè habitauit, ordinare præsumat: quia non sine causa, diu ab alio non ordinatus remansit. 9 Si qui autem alienos ciues, aut alibi consistentes ordinauerint, nec ordinati in villo accusentur, aut ad se eos reuocet, aut ipsi eis impetrat cum quibus habitet. 10 Si quis episcoporum in aliena ciuitatis territorio ecclesiâ edificare disponit, vel pro fundi sui negotio aut ecclesiastica utilitate, vel pro quacunque sua oportunitate permissa licetia ædificandi (quia prohibere hoc nefas est) non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodè reseruatur in cuius territorio ecclesiâ assurgit: reseruata verò ædificatori episcopo hac gratia, ut quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet in cuius ciuitatis territorio est: vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat. Et omnis ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum (in cuius ciuitatis territorio ecclesiâ surrexit) pertinebit. Quod si etiâ secularium quicumque ædificauerit ecclesiâ, & aliud magis quàm eum in cuius territorio ædificat, inuitandum putauerit, tam ipse qui contra constitutionem ac disciplinam gratificare vult, quàm omnes episcopi, qui ad huiusmodi dedicationem inuitantur, à cœuentu abstinebunt. Si quis excesserit, in reatum deuocabitur. Si quis excesserit, ordinem recognoscat canonicum.

II Placuit

II Placuit in reatum venire episcopum, qui ad mortem de excommunicatione cuiusquam, sine reconciliatione eius qui eum excommunicauit, ei communicare præsumpserit, ut integra omnia (si reconciliatio intercesserit) de iniustitia, vel iniquitate excommunicationis, proximè synodo referentur. 12 Subito obmutescens, prout statutum est, baptizari, aut pœnitentiam accipere potest, si voluntatis præteritè testimonium aliorum verbis habet, aut presentis in suo nutu. 13 Amentibus quacunque sunt pietatis conferenda sunt. 14 Energumeni iam baptizati, si de purgatione succurent, & se sollicitudini clericorum tradant, monitisque obtemperent, omnimodè communicent sacramenti ipsius virtute, vel muniendi ab incurfu demonum, quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vita purgatio. 15 Energumenis catechumenis in quantum vel necessitas exegerit, vel oportunitas permiserit, de baptismo consulendum. 16 Energumeni non solum non assumendi sunt ad vllum ordinem clericatus, sed & illi qui ordinati iam sunt, ab imposito officio sunt repellendi. 17 Admixtionem eucharistiæ simul consecrandam censuimus. 18 Placuit catechumenis non legi Euangelium in ecclesia. 19 Ad baptisterium catechumeni nunquam admittendi. 20 Segregandi informandi que sunt catechumeni ut se reuocent, & signandos, vel benedicendos semotim offerant eos fideles. 21 Duo si præsumpserint ordinare episcopum in vestris prouinciis, placuit de præsumptoribus, ut si cubi contigerit duos episcopos inuitum episcopum facere, authoribus damnatis, vnus eorum ecclesiæ ipse qui vim passus est, substituatur, si tamen vita respoderit, & alter in alterius deiectione loco nihilominus ordinetur. Si voluntarium duorum fecerint, & ipse damnabitur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus instituta seruentur. 22 Sedit præterea, ut deinceps non ordinentur diacones coniugati, nisi qui prius conuersionis proposito confessi fuerint castitatem. 23 Si quis autem post acceptam benedictionem leuiticam, cum vxore sua incontinens inuenitur, ab officio abiiciatur. 24 De his autem qui priusquam ordinati fuerint, in hoc ipsum inciderint, Taurinatis synodi sequendam esse sententiam, qua iubentur non ulterius promoueri. 25 De idoneis autem probatisque viris quos clericali alligari ipsa vitæ gratia suggerit, si fortè incidunt in duplicata matrimonia, ut non ultra subdiaconatum ecclesiasticas capiant dignitates. 26 Diaconis omnimodè non ordinanda. Si quæ iam sunt, benedictioni quæ populo impenditur, capita submittant. 27 Viduitatis seruandæ professionem coram episcopo in secretario habitam, imposita à presbytero veste viduali, non esse violandam. Raptorem verò talium, vel ipsam talis professionis deserticem, merito esse damnandam. 28 Hi verò qui sunt desertores professionis castitatis, præuicatorum habendi, & his omnibus per pœnitentiam legitimam consulendum.

29 Hæc quæ subscripsimus cum eorum quorumque cordia qui consensus dederunt, rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, & habenda sanctimus, non prætereuntes eos qui synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sublegatos destinando adesse detrectant, ut quid sibi de illis placeat qui Patrum statuta despiciunt innotescat, non quod nobis temporum qualitate difficile sit ad sanctam synodum conuenire adiciendum, quod si similibus deinceps paginis pro salubritate ecclesiastica, ac remediis congregare conuentus voluerimus, constituamus ut nullus conuentus sine alterius conuentus denunciatione soluatur. Itaque sequenti anno si, Domino ac Deo nostro Iesu Christo permittente, conceditur, die decimoquinto Calendas Nouembris, in Arausico territorio conuentum habeamus. Qui ideo tanto prius antè denunciatur, ut tam excusationis libertas, quàm inuentionis necessitas non sit. De die enim ac loco per ipsos non comonebimur, singuli nobiscum exemplaribus ea, quæ per nos sunt constituta, referentes reliquos, qui defuerunt beatissimi fratris nostri Hilarij sollicitudini relinquamus, datis ad ipsos horum exemplaribus commoneandos. Si post omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humana, ut si quis episcopus per infirmitatem debilitatemve aliquam, aut hebetudinem sensus inciderit aut officium oris amiserit, ea quæ non nisi per episcopos geruntur, non sub presentia sua presbyteros agere permittat: sed euocet episcopum, cui hoc quod in ecclesia agendum fuerit, imponat.

**SECRETA ALIQUA HVIC CONCILIO** in Gratiani & aliorum decretis ascripta, quæ non habentur in superioribus. Primò ex decreto Gratiani. Modus & forma excommunicationis.

**C**Anonica instituta & sanctorum Patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatores, authoritate Dei, & iudicio sancti spiritus à gremio sanctæ matris ecclesiæ, & à consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque resipiscant, & ecclesiæ Dei satisfaciant.

**EX EODEM PARTIM, ET PARTIM** ex alio codice decretorum, librorum sexdecim, lib. II. ca. 7. Reconciliatio excommunicati.

**C**um aliquis excommunicatus, vel anathematizatus pœnitentia ductus veniam postulat, & emendationem promittit, episcopus qui eum excommunicauit, ante ianuas ecclesiæ venire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circumstare debent. Vbi etiam esse debent illi quibus iniuria, vel damnum commissum debet emendari: aut si iam emendatum est, eorum testimonio comprobati. Deinde interroget episcopus, si pœnitentiam iuxta quod canones præcipiunt, pro perpetratis sceleribus suscipere velit. Et si ille terre prostratus veniam postulat, culpam confitetur, pœnitentiam implorat, & de futuris cautelam spondet, tunc episcopus apprehensa manu eius dextra, in ecclesiâ illum introducat, & et communionem, & societatem Christianam reddat, & septem psalmos pœnitentiales decantet cum istis precibus Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Saluum fac seruum tuum. Deus meus speratem in te. Mente eis Domine auxilium de



sancto. Et de Sion tuere eum. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Esto ei Domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi. &c. Dominus vobiscum. &c.

## ORATIO.

Præsta quæsumus Domine huic famulo tuo dignum poenitentia fructum, ut ecclesie tuæ sanctæ, à cuius integritate deuiaverat peccando, admissotum veniam consequendo reddatur innoxius. Per Christum dominum nostrum, Amen.

## ALIA ORATIO.

Maiestatem tuam quæsumus, Domine sancte pater omnipotens, æternus Deus qui non mortem, sed peccatorum vitam semper inquiris, respice flentem famulum tuum, attende prostratum, eius planctum in gaudium tuæ miserationis conuertere, scinde delictorum saccum, & indue cum lætitia saluari, ut post longam peregrinationis famem, de sanctis altaribus satietur, ingressusque cubiculum regis, in ipsius aula benedicat nomen gloriæ tuæ semper, Amen.

## ALIA ORATIO.

Deus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata poenitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas, respice super hunc famulum tuum N. & remissionem omnium peccatorum suorum sibi tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi, innoua in eo piissime pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum est, & unitati corporis ecclesie membrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemituum, miserere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam, nisi in tua magna misericordia, ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum dominum nostrum, Amen. Post hæc secundum modum culpæ poenitentiam ei iniungat, & literas per parochiam suam dirigat, ut omnes nouerint eum in societate Christiana receptum. Aliis etiam episcopis hoc notum faciat. Nullus autem episcopus alterius parochianum excommunicare, vel reconciliare præsumat sine consensu vel conscientia proprii episcopi.

## EX EODEM LIB. 14. CAP. 6.

Ut in sabbato sancto ieiunia non soluantur.

Ut in sabbato sancto, hoc est, in vigilia Paschæ, ieiunium ante noctis initium, nisi à paruulis, & infirmis non saluatur, nec in ipsa pasche, quia cœna Domini, & pasche, & sabbatum ad illos quadraginta dies respiciunt, vel diuina mysteria his duobus diebus celebrantur, canonibus quippe iubentibus in biduo isto, id est, pasche & sabbato sacramenta penitus non celebrari.

SECANONES CONCILII ARAVSI-  
cani secundi, circa tempora Leonis papa primi, de  
libero arbitrio vel diuersis conditionibus  
de reb. necessariis per capitula requirendis.



Um ad dedicationem basilicæ quam illustriss. Præfectus, & Patricius filius noster Liberius in Arausica ciuitate fidelissima deuotione cõstruxit, Deo propitiante, & ipso inuitante conuenissemus, & de reb. quæ ad ecclesiasticam regulam pertinent, inter nos fuisset spiritua-

lis oborta collatio: peruenit ad nos esse aliquos, qui de gratia, & libero arbitrio, minus caute, & non secundum fidei catholicæ regulam sentire velint. Unde & nobis secundum auctoritatem, & admonitionem sedis Apostolicæ iustum & rationale visum est, ut pauca capitula ab Apostolica nobis sede transmissa, quæ ab antiquis Patribus de certis scripturarum voluminibus in hac præcipue causa collata sunt, ad docendo eos qui aliter quam oportet sentiunt, ab omnibus obseruanda proferre, & manibus nostris subscribere deberemus. Quibus lectis, qui hucusque non sicut oportebat, de gratia, & libero arbitrio credidit, ad ea quæ fidei catholicæ conueniunt, animum suum inclinare non differat.

1 Si quis per offensam præuaricationis Adæ non totum, id est, secundum corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum, sed animam libertate illa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus, aduersatur scripturæ dicenti: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et, Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis. Et, A quo quis superatur, eius & seruus addicitur.

2 Si quis soli Adæ præuaricationem suam, non & eius propagini asserit nocuisse, aut certe mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est, non autem & peccatum, quod mors est animæ, per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, iniustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

3 Si quis inuocationem humanam gratiæ Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere ut inuocetur à nobis, contradicit Esaiæ Prophetæ, vel Apostolo idem dicenti: Inuentus sum non querentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant.

4 Si quis ut à peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem ut etiã purgari velimus, per sancti spiritus infusionem, & operationem in nos fieri confitetur, resistit ipsi spiritui sancto per Salomonem dicenti, Præparatur voluntas à Domino: & Apostolo salubriter prædicanti, Deus est qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate.

5 Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei ipsum credulitatis affectum, quo in eum credimus qui iustificat impium, & ad regenerationem baptismatis peruenimus, non per gratiæ donum, id est, per inspirationem spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus aduersariis approbatur, beato Paulo dicente: Confidimus quia qui cepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Domini nostri Iesu Christi. Et illud: Vobis datum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et, Gratiæ salui facti estis per fidem, non ex vobis: Dei enim donum est. Qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt esse naturalē, omnes eos qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodammodo fideles esse diffiniunt.

6 Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, querentibus, pullantibus

nobis misericordiam dicit conferri, non autem diuinitus ut credamus, velimus, vel hæc omnia sicut oportet agere valeamus, per infusionem & inspirationem sancti spiritus in nobis fieri confitetur, aut humilitati, aut obedientiæ humanæ subiungit gratiæ adiutorium, nec ut obediens, & humiliter ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: Quid habes quod non accepisti? Et, Gratiæ Dei sum id quod sum.

7 Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare (non expedit), aut eligere, siue saluari, id est, Euangelizanti prædicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione & inspiratione spiritus sancti, qui dat omnibus suauitatem in consentiendo, & credendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Euangelio dicentis: Sine me nihil potestis facere. Et illud Apostoli: Nunquid idonei sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est.

8 Si quis alius misericordia, alius verò per liberum arbitrium (quod in omnibus qui de præuaricatione primi hominis nati sunt) cõstanti fauicia hominem ad gratiam baptismi posse venire contendit, à recta fide probatur alienus. Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum, aut certe ita læsum putat, ut tamen quidam valeant sine reuelatione Dei mysterium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere. Quod quàm sit contrarium, ipse Dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem pater attraxerit. Sicut & Petro dicit: Beatus es Simo bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et Apostolus: Nemo potest dicere Dominum Iesum Christum, nisi in spiritu sancto.

## 9 De adiutorio Dei.

Diuini est muneris cum & recte cogitamus, & pedes nostros à falsitate & iniustitia tenemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum ut operemur operatur.

## 10 De adiutorio Dei.

Adiutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum peruenire, vel in bono possit opere perdurare.

## 11 De obligatione votorum.

Nemo quicquam Domino recte vouerit, nisi ab ipso acceperit, sicut legitur: Quæ de manu tua accepimus, damus tibi.

## 12 Quales nos diligit Deus.

Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.

## 13 De reparatione liberi arbitrij.

Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi. Unde ipsa veritas dicit: Si vos filius liberauerit, tunc verè liberi eritis.

14 Nullus miser de quantacunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur, sicut dicit Psalmista: Cito anticipet nos misericordia tua Domine. Et illud: Deus meus, misericordia tua præueniet me.

15 Ab eo, quod formauit Deus muratur Adam, sed in peius per iniquitatem suam. Ab eo quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per grati-

dei. Illa ergo mutatio fuit præuaricatoris primi. Hęc secundum Psal. mutatio dexteræ excelli? i6 Nemo ex eo, quod videtur habere, gloriatur, tãquam non acceperit: aut ideo se putet accepisse, quia litera extrinsecus, velut legitur, apparuit, vel ut auditur, sonuit. Nam sicut Apostolus dicit: Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. Inde habet, quicumque habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut verò non habet, aut id quod habet, auferetur ab eo.

## 17 De fortitudine Christiana.

Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum Dei charitas facit, quæ diffusa est in cordibus nostris, non per voluntatis arbitrium, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis, nullis meritis gratiam præuenientibus.

18 Debetur merces bonis operibus, si fiant, sed gratia, quæ non debetur, præcedit, ut fiant.

## 19 Neminem nisi Deo miserante saluari.

Natura humana etiam si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo seipsam, creatore suo non adiuuante, seruarer. Unde cum sine gratia Dei, salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine dei gratia poterit reparare quod perdidit?

## 20 Nihil boni hominem posse sine Deo.

Multa in homine bona fiunt, quæ non facit homo. Nulla verò facit homo bona, quæ non Deus præstet, ut faciat homo.

## 21 De natura &amp; gratia.

Sicut eis qui volentes in lege iustificari, & à gratia exciderunt, verissimè dicit Apostolus: Si ex lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est, iam hic enim erat lex, & non iustificabat: iam hic erat & natura, & non iustificabat: ideo Christus non gratis mortuus est, ut & lex per illum impleretur, qui dixit: Non veni soluere legem, sed adimplere: & natura per Adã perditam, per illum repararetur, qui dixit, venisse se quærere & saluare, quod perierat.

## 22 De his quæ hominum propria sunt.

Nemo habet de suo nisi mendacium, & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem, atque iustitiã, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam inrorati, non deficiamus in via.

## 23 De voluntate Dei, &amp; hominis.

Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quãdo id agunt, quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt, quod volunt, ut diuina seruiant voluntati, quanuis volentes agant, quod agunt: illorum tamen voluntas est à quo præparatur, & obitur, quod volunt.

## 24 De palmitibus vitis.

Ita sunt in vite palmitibus, ut viti nihil cõferant, sed inde accipiunt, vnde viuunt. Sic quippe vitis est in palmitibus, ut vitale subministrer eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest, & non Christo. Nam præciso palmitibus, potest de viua radice alius pullulare. Qui autem præcisus est, non potest sine radice viuere.

## 25 De dilectione, qua diligimus Deum.

Prorsus donum Dei est, diligere Deum. Ipse, ut diligeretur dedit, qui nos dilectos diligit. Displicentes amati sumus, ut fieret in nobis, vnde placeremus.

*Ioan. 14. c* Diffundit enim charitatem in cordibus nostris spiri-  
*Roma. 5. a* tus patris & filij, quem cum patre amamus & filio.

Ac si secundum suprascriptas sanctorum scripturarum  
 sententias, vel antiquorum Patrum definitiones, hoc  
 Deo propiciante, & predicare debemus credere, quod  
 per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatum  
 fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut dili-  
 gere Deum, sicut oportuit, aut credere in Deum, aut  
 operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gra-  
 tia eum, & misericordia diuina prouenerit. Vnde  
 Abel iustum, & Noe, & Abraham, & Isaac, & Iacob  
 & omnem antiquorum sanctorum multitudinem, illam  
 praeclaram fidem quam in ipsorum laudem

*Hebr. II.* praeclaram fidem quam in ipsorum laudem  
*per totum* praeclamat Apostolus Paulus, non per bonum naturae,  
 quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam  
 Dei credimus fuisse collatam: quia gratiam etiam post  
 aduentum Domini omnibus qui baptizari deside-  
 rant, non in libero arbitrio habere, sed in Christi no-  
 uimus, simul & credimus largitate conferri, secun-  
 dum illud quod iam supra dictum est, & praeclamat  
 Paulus Apostolus: Vobis donatum est pro Christo,  
 non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo  
 patiamini. Et illud: Deus qui cepit in vobis bonum  
 opus, perficiet usque in diem Domini nostri. Et il-  
 lud: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex  
 vobis, Dei enim donum est. Et quod de seipso ait

*Ephe. 2. b* Apostolus: Misericordiam consequutus sum, ut fi-  
 delis essem. Non dixit, quia eram, sed ut essem. Et il-  
 lud: Quid habes quod non accepisti? Et illud: Om-  
 ne datum bonum, & omne donum perfectum desur-  
 sum est, descendens a patre luminum. Et illud: Ne-  
 mo habet quicquam boni, nisi illud illi datum fue-  
 rit desuper. Innumerabilia sunt sanctorum scriptu-  
 rarum testimonia, quae possint ad probandam gra-  
 tiam proferri, sed breuitatis studio praetermissa sunt,  
 quia & reuera cui pauca non sufficiunt, plura non  
 proderunt. Hoc etiam secundum fidem catholicam  
 credimus, quod accepta per baptismum gratia, om-  
 nes baptizati, Christo auxiliante & cooperante, quae  
 ad salutem pertinent, possint, & debeant, si fideliter  
 laborare voluerint, adimplere. Aliquos vero ad ma-  
 lum diuina potestate praedestinos esse, non solum  
 non credimus, sed etiam si sunt qui tantum malum cre-  
 dere velint, cum omni detestatione in illis anathe-  
 ma dicimus. Hoc etiam salubriter profiteamur & cre-  
 dimus, quod in omni opere bono non nos incipi-  
 mus, & postea per Dei misericordiam adiuuamur,  
 sed ipse nobis nullis praecedentibus bonis meritis,  
 & fidem, & amorem sui prius inspirat, ut & baptismi  
 sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum  
 cum ipsius adiutorio, ea quae sibi sunt placita imple-  
 re possimus. Vnde manifestissimè credendum est,  
 quod & illius latronis, quem Dominus ad paradisi  
 patriam reuocauit, & Cornelij Centurionis, ad quem  
 angelus Domini missus est, & Zachari, qui ipsum do-  
 minum suscipere meruit. Illa tamen admirabilis fi-  
 des non fuit de natura, sed diuinae largitatis donum.  
 Et quia definitionem antiquorum Patrum nostram-  
 que quae supra scripta est, non solum religiosi, sed  
 etiam laici mendicamentum esse & desideramus,  
 & cupimus. Placuit ergo, ut etiam illustres ac magni-  
 fici viri, qui nobiscum ad praefatam festiuitatem con-  
 uenerunt, propria manu subscriberent.


**CONCILIUM VASENSE PRIMUM,**  
 tempore Leonis papae primi, in quo octodecim  
 episcopi conuenerunt.

Vasio in Narbonensi Gallia Vocontiorum est oppidum de  
 quo Ptole. lib. 2. ca. 10. Plin. lib. 3. ca. 4. Pomp. Mela lib. 2. ca. 3.

**TITULI CAPITULORVM HVIVS**  
 concilij Vasensis.

- 1 *Vt Gallicani episcopi in Gallis non discutiantur.*
- 2 *De penitentibus subito mortuis, ut oblationes eorum recipiantur.*
- 3 *Vt alterius episcopi chrisma nullus accipiat, sed tantummodo proprij.*
- 4 *Vt qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.*
- 5 *Vt qui sententia episcopi sui non acquiescit, recurrat ad synodum.*
- 6 *Vt excommunicatus humiliet semetipsum.*
- 7 *Vt accusatores de leuibus causis non audiantur, de criminibus vero discutiantur.*
- 8 *Vt episcopus alienum clericum redarguat peccantem.*
- 9 *Vt qui expositum inuenerit, ecclesiam contestetur.*
- 10 *Vt qui praeter constitutum exposcit, ut homicida habeatur.*

**CAPITVLA CONCILII VASENSIS PRIMI.**



Onstitutiones sanctae synodi habi-  
 ta in ciuitate Vasensi apud Urbicū  
 ecclesiae catholicae, temporibus Theo-  
 dosij iunioris, & Dioscori Consul-  
 sub die Iduum Nouemb.

1 Placuit ergo, tractatu habito, epi-  
 scopos de Gallicanis prouinciis venientes, intra Gal-  
 lias non discutendos, sed solum sufficere si nullus  
 communionem eis interdixerit: quia inter circum-  
 habitantes, ac sibi penè inuicem notos, non tam te-  
 stimonio indigent probi, quam denotatione, & de-  
 nunciationibus deprauati.

2 Horum qui poenitentia accepta, in bono vitae cur-  
 su, satisfactoria compunctione viuentes, sine com-  
 munionem inopinato nonnunquam transitu, in agris,  
 aut in itineribus praueeniuntur, oblationem recipien-  
 dam, & eorum funera, ac deinceps memoriam ec-  
 clesiastico affectu prosequendam, quia nefas est, eo-  
 rum commemoraciones excludi a salutaribus sacris  
 qui ad eadem sacra fideli affectu contendentes, dum  
 se diutius reos statuunt, & indignos salutaris mys-  
 terijs iudicant, ac dum purgatiore restitui deside-  
 rant, absque sacramentorum viatico intercipientur,  
 quibus fortasse nec absolutissimam reconciliationem  
 sacerdos denegandam putasset.

3 Per singula territoria presbyteri, vel ministri ab  
 episcopis, non (prout libitum fuerit) a vicinioribus,  
 sed a suis propriis, per annos singulos petat chrisma,  
 appropinquate solennitate Paschali: nec per quem-  
 cunque ecclesiasticum, sed si qua necessitas, aut mi-  
 nistrorum occupatio est, per subdiaconum: quia in-  
 honorum est, inferioribus summa committi. Opti-  
 mum est autem, ut ipse suscipiat, qui in tradendo vi-  
 rus est. Si quid autem obstat, saltem is, cuius officium  
 est sacrarium disponere, & sacramenta suscipere.

4 Qui oblationes defunctorum retinent, & eccle-  
 siis oblationem.

sis tradere demorantur, ut infideles sunt ab ecclesia  
 abiiciendi: quia usque ad inanitionem fidei peruenire  
 certum est hanc diuinae pietatis exacerbationem, quia  
 & fideles de corpore recedentes, votorum suorum  
 plenitudine, & pauperes consolatu alimoniam, & ne-  
 cessaria sustentatione fraudatur. Hi enim tales quasi  
 egentium necatores, nec credentes iudicium Dei ha-  
 bendi sunt. Vnde & quidam Patrum hoc scriptis  
 suis inseruit, congruente sententia, qua ait: Amico  
 quippiam rapere, furtum est: & ecclesiam fraudare,  
 sacrilegium.

5 Si qui episcopi sui sententiae non acquiescit, re-  
 currat ad synodum.

*Ex epist. Clemens. I. Et i epist. de fab. pa. Et in de. Ana. papa. Et in dist. 93. Si inuicem.*  
 6 Ex epistola sancti Clementis vtilia quaeque praesenti  
 tempore ecclesiis necessaria, sunt honorifice  
 proferenda, & cum reuerentia ab omnibus fidelibus,  
 ac praecipue clericis recipienda. Ex quibus quod spe-  
 cialiter placuit propter venerandam antiquitatem,  
 statuti praesentibus roboramus, quod supradictus  
 beatus martyr de beatissimi Petri Apostoli consti-  
 tutione commemorat, dicens: Quaedam autem etiam  
 ex vobis ipsi intelligere debetis, si qua sint quae ipse  
 propter insidias hominum malorum non potest cui  
 dentius & manifestius proloqui. Verbi gratia: Inimi-  
 cus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare,  
 ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed pru-  
 denter obseruare debetis, & voluntati eius, videlicet  
 qui ecclesiae curam gerit absque commonitione ob-  
 secundare, & auerti ab eo cui ipsum sentitis aduer-  
 sum: sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut  
 vnusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium ve-  
 strum sibi gratiam reparare, citius festinet reconci-  
 liari ei qui omnibus praesert, ut per hoc redeat ad sa-  
 lutem, cum obedire coeperit monitis praesidentis, &  
 cetera, quae in consequentibus denotant amicos eo-  
 rum, qui veritati inimici sunt. Sciat itaque deinceps  
 clerus ad reatum, sed & populus fidelium ad culpam  
 sibi ascribendum, si quis in hoc vitium maiorum co-  
 fortator, & disciplinae subuersor cognoscitur.

7 Placuit praeterea accusandi licentiam in vestris  
 ordinibus, si qua existat leuitate comprimere. Quod  
 si episcopus aliquem iudicat abstinentem pro humi-  
 liatione & correctione fratris, & assurgitur exorari  
 a ceteris, acquiescat fratri de quo agitur, correptione  
 & communicatione adhibita. Sin autem de cri-  
 mine aliquem putet esse damnandum, accusatoris vi-  
 ce discutendum se sciat. Fas est enim, ut quae vni pro-  
 bantur, probentur ab omnibus.

*6. q. 2. Si tantum.*  
 8 Quod si tantum episcopus alieni sceleris se con-  
 scium nouit, quandiu probare non potest, nihil pro-  
 ferat, sed cum ipso ad compunctionem eius secretis  
 correptionibus laboret. Quod si correptus pertina-  
 cior fuerit, & se communioni publice ingesserit, etiam  
 episcopus in redarguendo illo quem reum iudicat,  
 probatione deficiat, indemnatus licet ab his qui ni-  
 hil sciunt, secedere ad tempus pro persona maioris  
 auctoritatis iubeatur, illo quandiu probari nihil po-  
 test in communionem omnium praeterquam eius qui  
 eum reum iudicat permanente.

9 De expositis (quia coclamatur ab omnibus) que-  
 rela processit, eos non misericordiae iam, sed canibus  
 exponi, quos colligere calumniarum metu (quauis  
 inflexa praecipis misericordiae mens humana  
 detrectet) id seruandum visum est, ut secundum sta-  
 tuta fidelissimorum piissimorumque Augustorum  
 & Principum quisquis expositum colligit, ecclesiam

contestetur, cōtestationem colligat, nihilominus de  
 altario Dominico die minister annunciet, ut eccle-  
 sia sciat expositum esse collectum, ut intra dies de-  
 cem, ab expositionis die expositum recipiat, si quis  
 probauerit se agnouisse, collectori pro ipsorum de-  
 cem dierum misericordia, prout maluerit, aut praesens  
 retribuat, aut in perpetuum cum Dei gratia, si  
 voluerit possideat.

10 Si quis expositorum hoc ordine collectorum re-  
 petitor, vel calumniator extiterit, homicida habendus  
 est.

**ANONES VASENSIS CONCILII SECUNDI.**



Vum secundum statuta canonum in  
 Vasensivico sanctorum pontificum  
 fuisse concilium congregatum, iux-  
 ta consuetudinem antiquorum Pa-  
 trum regulas relegentes, propitiantem  
 Domino nullum de praesentibus  
 dominis sacerdotibus aliquo contra praesentia spiri-  
 tualia aut praeterisse, aut praesumpsisse cognouimus.  
 De qua re vberes Deo gratias agimus, quia seruis  
 suis secundum pietatis suae consuetudinem praestare  
 dignatus est, pro quibus solo perfectae charitatis affe-  
 ctu, & pro desiderio videndi ad synodum conueni-  
 zunt. Et quanuis omnia quae a sanctis sacerdotibus,  
 vel clericis obseruari debeant, & antiqui, & nouelli  
 canones continere probentur: tamen ne congregatio  
 sancta sine aliqua definitione discesserit, vel parum  
 aliquid, quod ad aedificationem ecclesiarum perti-  
 nere possit, inspirante Domino, decreuerunt, & hoc  
 placuit, ut omnes presbyteri qui sunt in parochiis  
 constituti, secundum consuetudinem quam per totam  
 Italiam satis salubriter teneri cognouimus, iuniores  
 lectores quantoscunque, sine vxores habuerint secum  
 in domo, ubi habitare videtur, recipiant, & eos quo-  
 modo boni patres spiritualiter nutriendos, Psalmos  
 parare, diuinis lectionibus insistere, & in lege domini  
 erudire contendant, ut & sibi dignos successores  
 prouideant, & a Domino praemia aeterna recipiant.  
 Cum vero ad aetatem perfectam peruenerint, si quis  
 eorum pro carnis fragilitate vxorem habere volue-  
 rit, potestas ducendi coniugem non negetur.

2 *Vt presbyteris predicandi potestas suis plebibus concedatur.*

Hoc etiam pro aedificatione omnium ecclesiarum,  
 & pro vtilitate totius populi nobis placuit, ut non so-  
 lum in ciuitatibus, sed etiam in omnibus parochiis  
 verbum faciendi daremus presbyteris potestatem, ita  
 ut si presbyter aliqua infirmitate prohibente per se-  
 ipsum non potuerit predicare, sanctorum Patrum ho-  
 miliae a diaconibus recitentur. Si enim digni sint dia-  
 conii, quae Christus in Euangelio loquutus est legere  
 quare indigni iudicentur sanctorum Patrum expo-  
 sitiones publice recitare?

3 *Vt Kyrie eleison in omnibus ecclesiis dicatur.*

Et quia tam in sede Apostolica, quam etiam per totas  
 Orientales atque Italiae prouincias dulcis & nimium  
 salubris consuetudo intromissa est, ut Kyrie eleison  
 frequenter cum grandi affectu ac compunctione dica-  
 tur, placuit etiam nobis, ut in omnibus ecclesiis nostris  
 ista consuetudo sancta & ad matutinum, & ad Missas, &  
 ad vesperam, Deo propitiantem, intromittatur.

4 *Vt in omnibus Missis siue matutinis, siue quadragesimalibus, vel quae in defunctorum comemorationibus sunt, semper sanctus, sanctus, sanctus dicatur, & ut nomen papae vrbis Romae in nostris ecclesiis recitetur.*

Et in omnibus Missis siue matutinis, siue in quadragesimalibus siue in illis quæ pro defunctorum commorationibus fiunt semper, Sanctus sanctus sanctus, eo ordine quo ad missas publicas dici debeat, quia tamen dulcis & desiderabilis vox, etiam si die nocturne possit dici, fastidium non poterit generare. Et hoc nobis iustum visum est, ut nomen Domini papæ, quicumque sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

5 Propter hæreticorum incredulitatem, post Gloria patri, &c. sicut erat in principio &c. semper dicatur.

Et quia non solum in sede Apostolica, sed etiam per totum Orientem, & totam Africam, vel Italiam propter hæreticorum astutiam, qua Dei filium non semper cum patre fuisse, sed à tempore cœpisse blasphemari, in omnibus clausulis post Gloria patri, &c. Sicut erat in principio &c. dicatur, etiam & nos in vniuersis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decreuimus.

CAPITVLVM CONCILII VASEN-  
sis secundi ex decreto Gratiani.

De sepulturis quomodo non est accipiendum precium.

13. q. 2. præcipiendū.

Præcipiendum est secundum canonum auctoritatem, & de sepulturis & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant, nisi forte qui sepelitur viuens iusserit, ecclesiæ in cuius atrio sepelitur, aliquid de rebus suis tribuere, aut etiam post mortem ipsius, illi quibus commissum est, eius elemosynam facere, de rebus illius aliquid sponte dare voluerint. Et tamen nullatenus à presbyteris ecclesiæ illius aliquid exigatur siue ab illis qui locis & villis præfunt.

CONCILIVM CARPENTORACENSE,  
circa tempora Leonis papæ primi.

Carpentoracte Gallia Narbonensis ciuitas, ut est apud Plin. lib. 3. cap. 4. Anton. in itinerario suo eam Carpecarceniam vocat Vulgo Carpentras.

Tituli concilij Carpentoracensis.

De eo quod parochianis fuerit à Christianis collatum, quantum aut qualiter ab episcopo præsumatur.

Constitutio sanctorum episcoporum, vel Patrum in ciuitate Carpentoracensi.



licet omnia quæ ecclesiastica regula præcepit obseruari in multis canonibus contineantur inserta, noscuntur tamen causa pro quibus necesse habent sacerdotes Domini, quod ad iustitiam pertinet secundum disciplinam ecclesiam ordinare. Et ideo quia Carpentoracte cõuenientes, huiusmodi ad nos querela peruenit, quod ea quæ à quibusdam fidelibus parochiis cõferuntur, ita ab aliquibus episcopis præsumantur, ut aut parum, aut propè nihil ecclesiis quibus collata fuerant relinquatur, hoc nobis iustum & rationale visum est, ut si ecclesia ciuitatis eius, cui præest episcopus, ita est idonea, ut ipsa nullus indigeat, quicquid parochiis fuerit derelictum, clericis qui in ipsis parochiis deseruiunt, vel reparationibus ecclesiarum rationabiliter dispensetur. Si verò episcopum multas expensas, & minorè substantiam habere cõstitit, parochiis quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum quod clericis, vel architectis rationabiliter sufficiat, reseruetur. Quod autè ampliùs


rit, propter maiores expensas episcopus ad se debeat reuocare, ita tamen ut nihil de facultaticula ipsa, vel de ministerij clericorum loci ipsius licentiam habeat minuendi.

CONCILIVM ARELATENSE, Tertium, circa tempora Leonis papæ celebratum.

TITVLI CANONVM SEV CAPITV-  
lorum huius concilij.

- 1 Ut diaconus ante viginti quinque annos, & sacerdos ante triginta non ordinetur.
- 2 Ut digami, vel pœnitentes, vel repudiatarum mariti ad sacerdotium non pronebantur.
- 3 Ut laicus ante annum conuersionis non ordinetur.
- 4 Ut qui clericum alienum defendere nititur, communionem priuetur.

Capitula concilij Arelatensis tertij.



Concilium Arelatense tertium triginta quatuor episcoporum, Era. 461. Marciano Augusto, Opilione & Vincomalo Cõsulibus, octauo Idus Iulij. Quum in voluntate Dei ad dedicationem basilicæ sanctæ Mariæ in Arelatensi ciuitate sacerdotes Domini cõuenissent, congruum eis & rationale visum est, ut primùm de obseruandis canonibus attentissima sollicitudine tractantes, qualiter ab ipsis ecclesiasticæ regulæ seruentur, salubri concilio definirent.

1 Et quia in ordinandis clericis, antiquorum Patrum statuta non ad integrum (sicut expedit) obseruata esse noscuntur, ne forte quorumcumque importunis & inordinatis precibus, sacerdotes Domini fatigentur, & ea quæ toties sunt præcepta transgredi cõpellantur, hoc inter se obseruandum esse definiunt, ut nullus episcoporum, diaconum antequam viginti quinque annos impleat, ordinare præsumat: episcopatus verò vel presbyterij honorem nullus laicus ante præmissam anni conuersionem, vel ante triginta annos ætatis accipiat.

2 Et licet de laicis prolixiora tempora aliqui Patres ordinauerint obseruanda, tamen quia accrescunt numeri ecclesiarum, necesse est nobis plures clericos ordinare, hoc inter nos sine præiudicio duntaxat canonum conuenit constituere antiquorum, ut nullus metropolitanorum cuiusque laico dignitatem episcopatus tribuat. Sed nec reliqui pontifices presbyterij vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit ab eis præmissa conuersio.

3 Nullus pœnitentem, nullus digamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc iam propè omnium canonum instituta contineant, tamen ne cuiquam sacerdotum supplicantiùm (sicut iam diximus) importunitas, vel suggestio iniqua subrepat, necesse fuit ut nunc seueriorem regulam sibi uelint domini sacerdotes imponere. Et ideo quicumque ab hac die contra ea, quæ superius sunt comprehensa, clericum ordinare præsumpserit ab ea die qua ei potuerit hoc approbari, anno integro Missas facere non præsumat. Quam rem si quis obseruare noluerit, & contra consensum fratrum faciens Missas celebrare præsumpserit, ab omnium fratrum charitate nouerit se alienum: quia dignum est, ut seueritatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter à sanctis Patribus instituta obseruare contemnit.

4 Et si

21. q. 5. si forte aliquis cle.

Et si forte aliquis clericorum regulam disciplinæ ecclesiasticæ subterfugiens, fuerit euagatus, quicumque eum susceperit, & non solum pontifici suo non reconciliauerit, sed magis defendere præsumpserit, ecclesiæ communionem priuetur.

EX GRATIANI DECRETO AC  
certis aliis, in quibus ponuntur certa decreta sub titulo Arelatensis concilij.

Ex concilio tertio Arelatensi, secundum Gratianum.

d. 28. Præterea placuit ut deinceps non ordinentur diaconi coniugati, nisi prius conuersionis proposito cõfessi fuerint castitatem.

Ex concilio tertio Arelatensi, secundum decretum Iuonis.

Energumeni non solum assumendi non sunt ad clerum, sed inuenti ab officio remouendi.

hoc cap. habetur i cõ ar. 16. ca.

Ex concilio tertio Arelatensi, secundum Gratianum.

3. q. 10. E- us qui, hoc cap. habet. i. c. cõ munitatis quide verbis sed fmsu eodẽ.

Hos qui fratribus suis capitalia crimina obiecisse conuicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, nisi digna satisfactione pœnituerint.

Ex Arelatensi concilio iuxta Gratianum, non tamen ponit quoro.

Ex Arelatensi concilio iuxta Gratianum, non tamen ponit quoro.

18. q. 2. mo naste. vel monacho. de cõ. d. 2. Qui nõ bene in dec. 110. lib. 1.

Monasteria, vel monachorum disciplina ad eum pertineat episcopum, in cuius sunt territorio constituta.

Ex Arelatensis concilij cap. 6. ut supra.

27. q. 1. Sci endum est omnibus, quod Deo sacrarum fœminarum corpora per votum propriæ sponsonis, & omnib. in de. 110. lib. 3. c. 1. Cor. 3. c.

Qui non bene custodierit sacrificium, & mus, vel aliquid aliud animal comederit illud, quadraginta dies pœniteat. Qui autem perdiderit in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta dies pœniteat.

Ex Arelatensis concilij cap. 7. ut supra.

Sciendum est omnibus, quod Deo sacrarum fœminarum corpora per votum propriæ sponsonis, & omnib. in de. 110. lib. 3. c. 1. Cor. 3. c.

Sciendum est omnibus, quod Deo sacrarum fœminarum corpora per votum propriæ sponsonis, & omnia verba sacerdotis Deo consecrata templa esse, scripturarum testimoniis comprobantur. Et ideo violatores earum sacrilegi, ac iuxta Apostolum filij perditionis esse noscuntur.

EX ARELATENSI CONCILIO IUX-  
ta alios Deceptorum libros ex Gandauo habitos, & vetustos, in monasterio sancti Bauonis.

Ut ordinatus quisque in illis permaneat, ubi ordinatus est locis.

De his qui in quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseuerent.

Ex ubi supra. Tit. De vita clericorum.

Prouidendū necesse est unicuique episcopo, qualiter canonici viuere debeant, nec non & monachi, secundum ordinem canonicum, vel regularem viuere studeant, ut ait Apostolus: Vnusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat.

Ex ubi supra. Tit. Ut episcopi prouideant, quid presbyteri dominicis suis faciant.

Ut episcopi prouideant, quem honorem presbyteri pro suis ecclesiis facere debeant.

Ex ubi supra. Tit. De his qui uanitates in excubiis exercuerint.

Laici qui excubias funeris obseruant, cum timore & terrore reuerentia hoc faciant. Nullus ibi diabolica carmina præsumat cantare, nec ioca, nec saltationes facere, quæ pagani docente diabolo adinuerunt. Quis enim sciat diabolicum esse, & non solum à religione Christiana alienum, sed etiam hu-

mana naturæ esse contrarium, ibi lætari, cantare, in ebriari, & cachinnis ora dissolui, & omni pietate & affectu charitatis postposito, quasi de fraterna morte exultare, ubi lucet & planctus flebilibus uocibus fuerit resonare, pro amissione chari fratris? Patres si quidem veteris & noui testamenti mortes sanctorum uirorum legimus multis in locis cum fletu deplorasse, in nullo autem loco de illis qui à seculo discesserant exultasse. Nam & Iacob patriarcham tota fleuit Aegyptus 70. diebus, Et Ioseph & fratres eius cum patrem deferrent in terram Chanaan ad sepeliendū celebrantes exequias ad aream Azael, qua sita est trans Iordanem planctu magno atque uehementi impleuerunt septem dies. Tanta autem fuit planctus, ut locus inde nomen acceperit. Et de beato Stephano legimus, quod sepelierunt eum, siue curauerunt uiri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Et ideo talis inepta lætitia, & pestifera cantica, ex auctoritate interdenda sunt. Si quis autem cantare desiderat, Kyrie eleison cantet. Si autem aliter, omnino taceat. Si autem tacere non uult, in crastino à presbytero taliter coerceatur, ut alij timeant.

Ex concilio Arelatensi quarto aut quinto.

Vidua si priusquam continentiam profiterentur, nubere elegerunt, illis nubant quos propria uoluntate uelint habere maritos. Similiter hæc conditio & de uirginibus habetur. Nec extra uoluntatem parentum suum cogantur accipere maritum.

Ex concilio Arelatensi quarto aut quinto cap. 6.

Nullum sine dote fiat coniugium. Iuxta possibilitatem fiat dos. Ne sine publicis nuptiis quisquam nubere, vel uxorem ducere præsumat.

30. q. 5. Nullum sine.

VENETICVM CONCILIVM CIR-  
ca tempora Leonis Papæ Primi uel Hyllarij.

Cum duplex sit Venetia, una quidem Lugdunensis Gallia, qua à Britonibus incolitur iuxta Oceani Gallici littora, ut auctor est Plinius lib. 4. cap. 18. & Strabo lib. 4. Alia uero Italia ciuitas adriatico mari adposita, cuius incolæ uenerios Troiana stirpe natos auctor est Cato ex Plinio lib. 3. cap. 19. & ex Strabone, lib. 4. Verisimilius uidetur in hac posteriori uenetico concilio fuisse præfactum.



Omnis beatissimi. & nobis in Christo omni charitas honore uenerandis fratribus Victurio & Thalsasio episcopis, perpetuus, paternus, Albinus, Arthemius, Numechius & liberalis episcopi. Cum semper à nobis cura religionis haberi debeat in promptu, nec aliunde debeat esse meditatio, eo præcipue tempore, quo nos aut uoluntas, aut occasio congregarit, ut communis ex multorum collatione tractatus, consentiente in Christo spiritu, multarum sententiarum auctoritate firmetur ne singulorum pro arbitrij sui qualitate definitio, aut imperitiæ decipiatur errore, aut timore præsumptionis, vel iracundiæ deprauetur & dum unusquisque sine fratrum collatione, suo tantum credit arbitrio, statuit, quod merito omnibus possit displicere. Itaque quoniam nos in ecclesia uenetica causa ordinandi, episcopatus congregauit rectum esse credimus de regula ecclesiastica, quæ nobis donante domino credita est, & de distinctione, cuius curam non sine culpa nostra omittimus habita collatione, ut quæ in priorum patrum statutis uidimus omissa, & procedente



cedente tempore, ex nimia licentia prolabente seculari libertate praesumpta, statutis celeberrimis sanciremus. Quod in notitiam beatitudinis vestrae, quia praesentia vestra nobis necessitate faciente fraudata est, credimus deferendum, ut si probabile duxeritis, id quoque & vestra autoritate firmetur, & distributione seruetur.

Canones venetici Concilij.

1 Itaque censemus homicidas & falsos testes, a communione ecclesiastica submovendos nisi poenitentia satisfactione crimina admissa diluerint.

2 Eos quoque qui relictis vxoribus suis, sicut in Evangelio, excepta causa fornicationis siue adulterij probatione alias duxerint, statuimus a communione similiter arcendos ne per indulgentiam nostram praetermissa peccata, alios ad licentiam erroris inuident.

3 Poenitentes quoque qui susceptam publice poenitentiam intermiserint, & ad prioris erroris consuetudinem reuoluti, vitae se seculari, conuersioque reddiderint, non solum a communione Dominicorum sacramentorum, sed etiam a conuiuio fidelium submovendos.

4 Eas etiam, quae virginitatem professae, & benedictionem fuerint per manus impositionem sub contestatione huius propositi consecratae, si fuerint in adulterio deprehensae, cum adulteris ipsarum arcendas a communione censemus.

5 Clericis aut monachis sine commedatitiis epistolae episcopi sui licentia non pateat ambulandi, aut euagandi, & in omni loco, ad quem sine epistolis episcopi sui (ut dictum est) venerint a communione habeantur alieni.

6 In monachis quoque par sententiae forma seruetur. Quos si verborum increpatio non emendauerit etiam verberibus statuimus coerceri.

7 Seruandum est de monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat a congregatione discedere, nisi forte probatis post emeritis labores, aut propter infirmitatis necessitate asperior ab abbatibus regula remittatur. Quo ira demum fiet, ut intra eadem monasterij septa manentes tamen sub abbatis potestate se paratas habere cellulas permittantur.

8 Abbatibus quoque singulis diuersas cellas, aut plurima monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

9 Clerico, nisi ex permisso episcopi sui, seruatorum suorum saecularia iudicia, adire non liceat. Sed si forte episcopi sui iudicium coeperit habere suspectum, aut ipsi de proprietate aliqua aduersus ipsum episcopum fuerit nata contentio, aliorum episcoporum audentiam non saecularium potestatem debet ambire. A litera a communione habeatur alienus.

10 Clericos quoque ab aliis episcopis ordinatos si ne permisso eorum, a quibus fuerant ordinandi, promouere ad superiorem aliquem ordinem non praesumant, ne concordiam fraternam iniuria illata contaminent.

11 Presbyteri, diaconi, atque subdiaconi, vel deinceps quibus ducendi vxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia, ne his coetibus misceantur, ubi amatoria cantantur, & turpia, aut obsceni motus corporis choris & saltibus efferruntur, ne auditus & obtutus sacris mysteriis deputati, turpium spectaculorum atque verborum contagio polluantur.

12 Omnes deinceps clerici Iudaeorum conuiuia euitent, nec eos ad conuiuium quisquam excipiat, quia sicut apud Christianos cibis communibus non vtuntur, indignum atque sacrilegum est, eorum cibos a Christianis sumi, cum ea quae a postolo permittente, nos sumimus, ab illis iudicentur immunda ac si inferiores incipiant esse clerici quam Iudaei, si nos quae ab illis apponuntur vtamur, illi a nobis oblata contemnant.

13 Ante omnia a clericis vitetur ebrietas, quae omnium vitiorum fomes ac nutrix est. Nec quis potest liberum corporis sui ac mentis habere iudicium, cum captus vino a sensu probetur alienus, & procliuius ad vitium mente labefacta ducatur, ac plerumque possit peccatum aut crimen, dum nescit, incurrere. Sed ignorantia talis non potest non subiaccere poenae, quae ex voluntaria amentia manasse constiterit. Itaque eum quem ebrius esse constiterit (ut ordo patitur) aut triginta dierum spacio a communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum esse supplicio.

14 Clericus quem intra muros ciuitatis suae manere constiterit, & matutinis hymnis sine probabili excusatione agritudinis inuentus fuerit defuisse, septem diebus a communione habeatur extraneus: quia ministrum sacrorum eo tempore quo non potest ab officio suo vlla honesta necessitas occupare, fas non est a salubri cessare.

15 Rectum quoque ducimus, ut vel intra provinciam nostram sacrorum ordo & psallendi vna sit consuetudo, ut sicut vnam cum trinitatis confessione fidem tenemus, vnam & officiorum regulam teneamus, ne variata obseruatione, in aliquo obseruatione nostra discrepare credatur.

16 At ne fortasse id videatur omissum, quod maxime fidem catholicae religionis infestat, quod aliquanti clerici student auguriis, & sub nomine constantiae religionis (quas sanctorum sortes vocant) diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt, in hoc quicunque clericus detectus fuerit, vel consulere, vel docere, ab ecclesia habeatur extraneus. Incoluere regnum, & coronam vestram ecclesiae suae Deus protegat, Domini fratres.

DE TVRONICVM CONCILIVM PRIMVM circa tempora Leonis Papa primi vel Hilary.

Turonensium lugdunensis Galliae populi ad fluvium ligerim, Authore Plinio lib. 4. cap. 18. Ptolomeo lib. 2. cap. 10.



Euerino viro clarissimo Conf. sub die 18. Cal. Decembris cum ad sacratissimam festiuitatem, quo Domini Martini receptio celebratur, in ciuitate Turonorum beatissimi sacerdotum, quorum subscriptio subter adiecta est, venissent, necessariò crediderunt, ut quia per longam incuriam in aliquo de rebus ecclesiasticis disciplinae regula fuisset vitata, diffinitionem suam quae cum Patrum autoritate concordat, praesentis scripturae emanatione firmarent, non quae prius illicitè commissa sunt reuoluentes, sed in posterum vniuersorum vtilitati prospicientes, ut secundum euangelicam praecipua, & apostolicam doctrinam Patrum statuta seruantes, ecclesia domini pura & immaculata per-

permaneat.

Canones turonenfis concilij primi.

Matth. 5. b

Primo ergo loco sacerdotes vel ministri ecclesiae (de quibus dictum est, Vos estis lux mundi) ita in omni sancta conuersatione a Dei timore actus suos dirigant, ut & diuina possint placere clementiae, & bonum fidelibus praebent exemplum, quia sicut vae eis interminatur, per quos nomen Dei blasphematur ita illi immortalitatis gloriam consequetur, per quorum actum nomen Dei benedicitur. Si enim vniuersis fidelibus secundum apostolicam doctrinam, castitas custodienda indicitur, ut qui habent vxores, ita sint quasi non habentes, quanto magis sacerdotes Dei ac leuitae diuino mancipati altario, custodire debent ut non solum cordis, verum etiam corporis puritatem seruantes, pro plebe supplicaturi, preces illorum ad diuinum mereantur introire auditum, quia secundum auctoritatem Apostoli, qui in carne sunt Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Et iterum: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum, sed polluta est eorum mens & conscientia. Cum ergo laico abstinentia imperetur, ut possit orationi vacas & Deum deprecans exaudiri, quanto magis sacerdotes vel leuitae qui omni momento parati esse debent, in omni mundicia & puritate securi, ne aut sacrificium offerre, aut baptizare, si id temporis necessitas poposcerit, cogantur imparati aut immundi. Qui si contaminati fuerint carnali concupiscentia, qua fronte excusabunt, quo pudore vsurpabunt, qua conscientia, quo merito exaudiri se credunt.

Leui. 24. c

Et Esai. 1. b

1. Cor. 7. e

Rem. 8. b

Tit. 1. d

2 Et licet a Patribus nostris e commissa auctoritate id fuerit constitutum, ut quicumque sacerdos vel leuita filiorum procreationi operam dare fuisset conuictus, a communione Dominica abstineret, nos tamen huic distributioni moderationem adhibentes, & iusta constitutione molientes id decreuimus, ut sacerdos vel leuita coniugali concupiscentiae inherens vel a filiorum procreatione non desinens, ad altiore gradum non conscendat, neque sacrificia Deo offerre, vel plebi ministrare praesumat. Sufficiat his tantum ut a communione non efficiantur alieni. Sed ut haec valeant obseruare, fomitem omnium vitiorum oportet abscindi, a postolo praecipiente: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et quam graui ebrietas supplicio expietur, eadem apostolica manifestat doctrina, inter caetera dicens: Neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque ebriosos regnum Dei possessuros. Si quis vero in omni officio clericali Deo militans ab ebrietate se non abstinet, secundum status sui ordinem competens in eum vindicta tribuatur.

Ephes. 5. d

1. Cor. 6. b

Ephes. 4. f

3 Et quia nullum diabolo locum dari oportet, hoc praecipue custodiendum decreuimus, ut nullam clericum cum extraneis foeminis habeant familiaritatem ne vllum male loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuant, quia frequenter per hanc indecentem occasionem contingit ut diabolus qui insidiatur si cut leo in cubili suo, de ruina seruatorum Dei exultet. Si quis clericus post interdictum episcopi sui illicitis familiaritatibus extranearum foeminarum voluerit inherere, a communione habeatur alienus.

4 Et ut clericus, cui datur nubendi licentia, inter nuptiam non accipiat vxorem. Quod si fecerit, vltimum in officio clericali teneat locum.

5 Si quis vero clericus, relicto officij sui ordine, la-

cam voluerit agere vitam, vel se militiae tradiderit, excommunicationis poena feriat.

1. Cor. 3. c

6 Qui vero se factatis virginibus, per coniunctionem nephandam miscuerit, vel propositum professae religionis dereliquerit, vtrique a communione habeatur alieni (quia si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus) donec resipiscens a laqueo diaboli, a quo capti tenentur, ab ipsius voluntate ad auxilium poenitentiae reuertantur.

7 Homicidis penitus non communicandum, donec per confessionem poenitentiae ipsorum crimina diluantur.

8 Si quis vero post acceptam poenitentiam, sicut canis ad vomitum, ita ad saeculares illecebras, derelicta quam professus est poenitentia, fuerit reuersus, a communione ecclesiae, vel a conuiuio fidelium extraneus habeatur, quo facilius & ipse compunctionem per hanc confusionem accipiat, & alij eius terreatur exemplo.

2. The. 3. a

9 De praesumptoribus etiam placuit obseruari, ut si quis episcopus in ius fratris sui suam conatus fuerit inferere potestatem, ut aut dioeceses alienas, transgrediendo terminos a Patribus constitutos, peruadat, aut clericos ab aliis ordinatos, vel sanctimoniales promouere praesumat, ab vniuersorum fratrum & consacerdotum suorum communione se alienum efficiendum non dubitet, quia a postolo docente, cognoscimus nullam nos cum fratribus inordinate ambulantes, & non secundum traditionem a Patribus constitutam, posse habere participationem.

10 Ordinationes vero illicitas irritas denunciamus nisi per satisfactionem, quae ad pacem pertinent, conponantur.

11 Si quis vero clericus absque episcopi sui permisso, derelicta ecclesia sua, ad alium se transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur.

12 Et ut clericus non absque sacerdotum suorum commendatione ad alias prouincias siue ciuitates ambulare disponant.

13 Illud etiam secundum scripturarum auctoritatem, vel Patrum constitutionem addendum credimus, ut ne quis clericus, qui negotiandi studium habere voluerit, vsuras accipiat, quia scriptum est: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Et alio loco: Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. Manifestum est enim, beatitudinis non posse consequi gloria, qui a praecipitis diuinis deuiauerit. Et humilitatis nostrae constitutio ut adiuuante Domini misericordia valeat custodiri, sancti ac beatissimi sacerdotis Domini Martini, quae Deo accepta est, obtinebit intercessio. Confidimus enim sacerdotum Domini consensu diffinitionem nostram firmandam, quae cum Patrum nostrorum auctoritate concordat.

Psal. 14.

Psal. 54.

DE ROMANVM CONCILIVM TEMPORE Hilary Papa.

DE TITVLI DECRETORVM ROMANI concilij, ac Hilary Papa.

- 1 Ut canones Niceni, vel apostolica sedis decreta custodiantur.
- 2 Ut bigami, aut viduae, aut corruptae mariti ad ecclesiasticos gradus non accedant.
- 3 Ut poenitentes, aut in saeculo literarum, siue defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habentes, ad superiorem ordinem

ordinem non accedant.

- 4 *Ut ea quæ illicitè episcopus, vel decessor eius ordinavit, ab eo qui superest emendentur.*  
5 *Ut nullus episcopus sibi eligat successorem.*

¶ *Canones Romani Concilij.*



Esidentibus vniuersis presbyteris, astantibus quoque diaconibus. Hilarius episcopus ecclesie catholice vrbs Romanæ, synodo præsidens dixit.

Quoniam religiosus sancto spiritu congregante conuentus hortatur, ut quæcunque pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt, cura diligentiore tractemus, si placet fratres, ea quæ ad ordinationem tenorem pertinent, iuxta diuine legis præcepta & Nicænorum canonum constituta, ita adiuvante Domino in omne æuum mansura solidemus, ut nulli fas sit sine status sui periculo, vel diuinis constitutionibus, vel apostolicæ sedis decreta temerare quia nos qui potissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inuenti quia meminimus quod timere debemus, qualiter comminetur Dominus negligentiam sacerdotum: siquidem reatu maiore delinquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum.

2. q. 1. Nulli fas sit.

Ezech. 3. f. 23. b.

d. 34. Curandū est.

d. 55. Pœnitentes vel infcij.

2. Cauendum ergo in primis est, ne ad sacros gradus, sicut gestis prioribus, antè præscriptū est, quisquæ qui uxorem non virginem duxit, aspiraret. Repellendus est etiam quisque, qui in secundæ vxoris nuptias contra apostolica præcepta conuenit.

3. Inscij quoque literarum, necnon & aliqua membrorum damna perpessi, & hi qui ex pœnitentibus sunt, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissoluet.

4. Sed & quod quis commisit illicitè, aut à decessoribus suis inuenit admissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit nos enim in nullo volumus seueritatem vitionis exercere. Sed qui in causis Dei vel contumacia, vel in aliquo excessu deliquerit, aut ipse quod perperam fecit abolere noluerit, in se quicquid in alium non refecarit inueniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodiri (si placet) sententias, causas, & subscriptiones proprias omnes commoda, ut synodali iudicio aditus claudatur illicitis. Ab vniuersis episcopis & presbyteris declamatum est. Exaudi Christe. Hilario vita. Dicitur est sexies: Hęc & confirmamus, & hæc docemus. Dicitur est octies: Hęc tenenda sunt, hæc seruenda sunt. Dicitur est quinquies: Doctrinæ vestrę gratias agimus. Dicitur est decies: Ista ut in perpetuum seruentur, rogamus. Dicitur est quindecies: Ista per sanctum Petrum ut in perpetuum seruentur, optamus. Dicitur est octies: Hęc præsumptio nunquam fiat. Dicitur est decies: Qui hæc violauerit, in se inueniet. Dicitur est septies: Et factò silentio Hilarius episcopus dixit.

5. Præterea fratres, noua & inaudita, sicut ad nos missis de Hispaniis epistolis sub certa relatione peruenit, in quibusdam locis peruersitatum semina subinde nascuntur. Denique nonnulli episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non diuinum munus, sed hæreditarium putant esse compendium, & credunt, sicut res caducas atque mortales, ita fa-

cerdotium, velut legali, aut testamentario iure possidimitti. Nam plerique sacerdotes in mortis cōfinitio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, ut scilicet non legitima ex parte electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod quam graue sit, æstimate. Atque ideo (si placet) etiam hanc licentiam generaliter de ecclesiis auferamus, ne (quod turpe dictum est) homini quisquam putet deberi, quod Dei est.

¶ *CONCILIUM TARRACONENSE*  
*tempore Felicis Papæ tertij, in quo decem episcopi conuenerunt.*

¶ *Tarraco ceterioris Hispania vrbs opulentissima, que potiori totius Hispania parti nomen dedit. Metropolis ipsa & ciuitatum Hispania mater ad Pyrenæa iuga posita, Scipionum opus, ad excipienda principum peregrinationes egregie nata est. Hęc ex Ptolom. lib. 2. cap. 4. Plin. lib. 3. cap. 2. & 3. Strabone lib. 3.*

*TITVLI CAPITVLORVM CONCILII*  
*Tarraconensis.*

- 1 *Ut etiam ad proximas sanguinis cum testimonio clerici vadant.*
- 2 *Ut clericis emendi vilis, vel vendendi carius non permittatur licentia.*
- 3 *Ut quantum clericus præstiterit, tantum recipiat.*
- 4 *Ut nullus episcopus, vel infra positus die Dominica causas indicare præsumat.*
- 5 *Ut qui in metropolitana ciuitate episcopus non fuerit ordinatus, post duos menses se metropolitanò præsentet.*
- 6 *Ut episcopus, qui à metropolitanò commonitus ad synodum non venerit, excommunicetur.*
- 7 *Ut diocesani clerici septimanas teneant, & die sabbato omnes in unum conueniant.*
- 8 *Ut annis singulis episcopi diocesim visitent, & non plus quam tertiam partem de parochiis accipiant.*
- 9 *De clericis & ostiariis qui adulteris mulieribus admiscetur, ut prohibeantur.*
- 10 *Ut nullus episcopus pro iudicis munera accipiat.*
- 11 *Ut monachus missus alicubi, ministerium clericatus agere non præsumat, nec negotiator existat.*
- 12 *Ut si episcopus intestatus obierit inuentarium de rebus eius clerici faciant, & nullus exinde aliquid auferat.*
- 13 *Ut episcopus diocesanos presbyteros & quosdam ex laicis moneat literis conuenire.*

¶ *Canones Concilij Tarraconensis.*



Nomine Christi habita synodus Tarracone, anno sexto Theodorici regis, cōsulatu Petri, sub die octauo Id<sup>o</sup> Nouembris. Antiquorum Patrum statuta de his censuisse videntur, quæ in tempore, aut ad illos relata peruenerunt, aut acta certè testimonio proprio comprobauerunt. Cuius rei & nos sequentes exemplum, illa quæ nunc sunt placuit obseruanda decernere, ut præterita abique ambage custodiantur, & præsentia hac obseruatione sint firma. Igitur cum in vnum pariter conuenissemus in urbem Tarraconensem, quæ est metropolitana obseruantissimè fundata titulos subter annexos conscripsimus obseruandos.

De his quibus cura pro parentelæ proximitate haberi

haberi permittitur, ea cautela earum necessitates sustineant, ut pietatis beneficia quæ eis sunt necessaria præbeant. Ipsi verò pro visendis eis cum ingressi fuerint, celeri salutatione recurrant, nec ibi faciant mansionem. Qui tamen cum ad earum visitationem pergunt, testem solatij sui fide & ætate probatum adhibeant secum. Si quis hæc à nobis statuta contempserit, si clericus est, loci sui dignitate priuetur. Si vero religiosus, vel monachus in cella monasterij inclusus, pœnitentiæ lamentis incumbat, ubi singulari afflictione panis & aquæ victum ex abbatis ordinatione percipiat.

14. q. 4. ca. 2. Canonum statutis firmatum est, ut quicumque in clero esse voluerit, emendi vilis, vel vendendi carius studio non vtatur. Certè si hæc voluerit exercere, cohibeatur à clero.

14. q. 5. Si quis clericus in necessitate præstiterit, hoc de vino, vel frumento accipiat, quod mercædi causa tempore statuto decretum fuerit vendari. Cæterum si speciem non habuerit necessariam, ipsum quod dedit sine vllò augmento recipiat.

14. q. 4. ca. 4. Nullus episcoporum, aut presbyterorū, vel clericorum die Dominico propositum cuiuscunque causæ negotium audeat iudicare, nisi hoc tantum, ut Deo statuta solennia peragant. Cæteris verò diebus conuenientibus personis, illa quæ iusta sunt, habeant licentiam iudicandi, exceptis criminalibus negotiis.

14. q. 5. Si quis in metropolitana ciuitate non fuerit episcopus ordinatus, posteaquam suscepta benedictione per metropolitanum literas honorem fuerit episcopi adeptus, id optimum esse decreuimus, ut postmodum statuto tempore, id est, impletis duobus mensibus, se metropolitani sui repræsentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus plenius, quid obseruare debeat recognoscat. Quod si fortè hoc implere neglexerit, in synodo increpatus à fratribus corrigatur. Et si fortè infirmitate aliqua (ne hoc impleat) fuerit præpeditus, hoc suis literis metropolitana indicare procuret.

14. q. 5. Si quis episcopus commonitus à metropolitanò, ad synodum nulla graui intercedente necessitate corporali venire contempserit, sicut statuta Patrum censuerunt, vsque ad futurum concilium cunctorum episcoporum charitatis communionem priuetur.

7. De diocesanis ecclesiis, vel clero id placuit diffiniri, ut presbyteri, vel diaconi qui inibi constituti sunt, cum clericis septimanas obseruent, id est, ut presbyter vnā faciat hebdomadam, qua expleta succedat diaconus ei, similiter ea scilicet conditione seruata, ut omnis clerus die sabbati ad vesperam sit paratus, quo facilius die Dominico solennitas cum omnium præsentia celebretur, ita tamen ut omnibus diebus vespere, & matutinas celebrent: quia desistente clero (quod est pessimum) comperimus, in basilicis nec luminaria ministrari. Si qui sanè negligentia vitio hæc implere noluerint, nouerint se secundum statuta canonum pro modo personarum canonicę disciplinæ subdendos.

10. q. 1. De 8. Multorum casuum experientia magistrante reperimus, nonnullas diocesanas ecclesias esse destitutas. Ob quam rem hac constitutione decreuimus, ut antiquæ consuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus ab episcopo diocesanas visitentur. Et si qua fortè basilica reperta fuerit destituta, ordinatione ipsius

reparari præcipiatur, quia tertia pars ex omnibus antiquam traditionem, ut accipiatur ab episcopis, nouimus statutum.

9. Si quis lector adulteræ mulieri voluerit misceri, vel adherere consortio, aut relinquat adulteram, aut à clero habeatur extraneus. Simili sententia ostiario rum lasciuia punietur.

10. Obseruandum quoque decreuimus, ne quis sacerdotum, vel clericorum more secularium iudicium audeat accipere pro impensis patrociniis munera, nisi fortè in ecclesiis oblata gratuito, quæ non fauore muneris videantur accepta, sed collatione deuotionis illata. Quod si quis ista probatur accipere veluti exactor scœnoris, aut vsurarum possessor secundum statuta Patrum se nouerit degradandum.

11. Monachi à monasterio foras egredientes, ne aliquid ministerium ecclesiasticum præsumant agere prohibemus, nisi fortè cum abbatis imperio. Similiter ut nullus eorum, id est, monachorum forensis negotiis susceptor, vel executor existat, nisi quod monasterij exposcit utilitas, abbate sibi nihilominus imperante, canonum ante omnia Gallicanorum de his constitutione seruata.

12. Sicubi defunctus fuerit episcopus intestatus, post defunctionem eius à presbyteris & diaconibus de rebus ipsius inuentarium fideliter conscribatur à ministro vsque ad maximum, id est, de vtensilibus, vel omni supellectile, ita tamè ut si quis ex inde vel præsumpsisse aliquid, vel occultè fuerit tulisse conuictus, secundum furti tenorem restituat vniuersa.

13. Epistolæ tales per fratres à metropolitanò sunt dirigendæ, ut non solum è cathedralis ecclesie presbyteris, verum etiam de diocesanis ad conciliū trahant, & aliquos de filiis ecclesie secularibus secum adducere debeant.

¶ *DECRETVM EIVSDEM TARRACONENSIS CONCILII EX GRATIANO DESUMPTVM, QUOD SCRIBITUR ESSE CAP. 6. NEC TAMEN HABETUR INTER PRIORA CAPITVLA.*

*Secundò vel tertio nullus confirmetur.*



Idem est nobis, quod quidam de plebe bis, vel ter, aut eo amplius ab episcopis ignorantibus tamen, ab eisdem episcopis confirmatur. Vnde visum est nobis, eandem confirmationem, sicut nec baptismum iterari minimè debere quia bis, vel ter, vel amplius baptisatos aut confirmatos, non seculo, sed soli Deo sub habitu regulari, vel clericali religiosissimè famulari decretum est.

¶ *CONCILIUM EPAVNENSE TEMPORE GELASII PAPÆ PRIMI & SIGISMONDI REGIS, CUI SYNODO INTERFUERUNT 70. EPISCOPI, & CONSIMILIA FERÈ TRACTANTUR QUAE IN AGATHENSI.*

¶ *De Epauensi ciuitate, ubi hoc concilium celebratum nihil certi potuimus ex cosmographis colligere: quocirca maluimus ignorantiam candidè fateri, quam aliquid incerti proponere.*

*TITVLI CANONVM EPAVNENSIS CONCILII.*

*Qualiter*

- 1 Qualiter episcopus ordinetur.
- 2 De illicitis clericorum ordinationibus.
- 3 Episcopi non sint venatores, nec accipitres habeant.
- 4 Ne penitentes ordinentur.
- 5 Ne alterius episcopi clericus in alia ciuitate constituatur.
- 6 De vagis clericis ad communionem non assumendis.
- 7 Ne quid archipresbyter vendat.
- 8 De archipresbyterorum emptionibus, & abbatum venditionibus.
- 9 Vnius monasterij sit vnus abbas.
- 10 De nouis monasterijs ac congregationibus.
- 11 Qualiter clericus publicum iudicium non interpellet.
- 12 De venditionibus episcoporum.
- 13 De falsis testibus.
- 14 De hisque aliquis ante episcopatum de alterius ecclesia possedit.
- 15 De hereticorum & Iudaeorum conuiujs.
- 16 De hereticis se conuertentibus.
- 17 De donationibus in testamento.
- 18 De possessionibus clericorum.
- 19 De correptione abbatis peccantis.
- 20 Ne illicitis horis clericus ambulet.
- 21 De benedictione viduarum.
- 22 De criminationibus sacerdotum.
- 23 De penitentibus.
- 24 De propositione laicorum contra clericos.
- 25 De sanctorum reliquijs.
- 26 De altaribus consecrandis.
- 27 De diuino officio per metropolitanum ordinando.
- 28 De his quos moriens episcopus excommunicatos reliquit.
- 29 De lapsis à catholica fide ecclesia restituendis.
- 30 De incestis coniunctionibus.
- 31 De penitentia homicidarum.
- 32 De relictis mulieribus sacerdotum.
- 33 De basilicis hereticorum diuinis non applicandis.
- 34 De pena occidentium seruos proprios.
- 35 De inuitandis ciuibus ad certas solennitates.
- 36 Nullus in desperatione ab ecclesia renuatur.
- 37 De laicis ordinandis.
- 38 De monasterijs puellarum.
- 39 De fugitiuis seruis.
- 40 De confirmatione canonum.
- 41 De illis qui excommunicati moriuntur.

Canones concilij Epaunensis.



Quod præcipientibus tantis Dominis meis ministeriorum proferendi sermonis assumo, facio hoc non tam præsumptionis au su, quã præsumptionis obsequio, dum exequi & implere contendit non audacia temeritatem, sed obedientia iussione: simulque tanto maior obtemperantis apparebit humilitas, quanto minor comprobatur facultas maiorque perfectò præcipientium reuerentia proderet, quando obedientia nulla possibilitatis fiducia suffragatur. Sic Dominus mediocritatis meæ eo amplius honorabit imperitiam. Charitas quoque vestra, si nequam facundo oblectabitur aut instruetur eloquio, ædificetur saltem humilitatis exemplo. Quoniam ergo (sicut volumus) tacere non sinimur, aliquid (vt possumus) iam loquamur. Deo propitio ad Epaunensem ecclesiam congregati, quid vel de antiquis regulis, vel de nostris ambiguitatibus senserimus, expressis singulatimque descriptis constitutionibus, præse-

rentibus titulis, credimus adnotandum.

1 Prima & immutabili constitutione decretum est vt cum metropolitanus fratres vel comprouinciales suos ad concilium, aut ad ordinationem cuiusque confacerdotis crediderit vocandos, nisi causa euidentis extiterit, nullus excuset.

2 Ne secundæ vxoris, aut renuptæ maritus presbyter, aut diaconus ordinetur, abundè sufficeret ab apostolo constitutum: sed quia præceptum huiusmodi excidisse quorundam fratrum simplicitate cognouimus, speciali obseruantia renouamus, vt qui scienter cum contra dicta ordinauerit, reum fratribus futurum. Illum autem qui contra fas honorem prohibet benedictionis ambierit, nihil se clericalis ministerij præsumpturum.

3 Episcopis, presbyteris, atque diaconibus canes ad venandum, & accipitres ad aucupandum habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac fuerit voluntate detectus, si episcopus est, tribus mensibus se à communionem suspendat, duobus presbyter abstineat, vno diaconus ab omni officio & communionem cessabit.

4 Pœnitentiam professi ad clericatum penitus nõ vocentur.

5 Ne presbyter territorij alicuius sine conscientia sui episcopi in alterius ciuitatis territorio præsumat basilicis aut oratorijs inseruire, nisi fortè episcopus suus illum concedat episcopo illi, in cuius territorio habitare disposuit. In quo si excessum fuerit, episcopus cuius presbyter nõ fuerit, fratri suo nouerit culpabilem se factum, qui clericum iuri suo illicita facientem, sciens ab scandali admisione non reuocauit.

6 Presbyter, vel diaconus sine antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat.

7 Quicquid parochiarum presbyter de ecclesiastici iuris possessione distraxerit, inane habeatur & vacuum in venditorem, vel hæredes suos comparatis actione.

8 Archipresbyter dum diocesim tenet, de his que emerit, aut ecclesiæ nomine scripturam faciat, aut ab eius quam tenet ecclesiæ ordinatione discedat. Similis quoque de venditionibus quas abbates vel abbatissæ facere præsupserint, forma seruetur, vt quicquid sine ipsorum notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur. Mancipia verò monasterijs donata, ab abbatibus vtriusque sexus non liceat manumitti. Inuisu enim putamus, vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis vsu potiantur.

9 Vnum abbatem duobus monasterijs interdici-

mus præsidere.

10 Cellas nouas, aut congregatiunculas monachorum absque episcopi notitia prohibemus institui.

11 Clerici sine ordinatione episcopi sui adire, vel interpellare publicum iudicium non præsumant: & si pulsati fuerint, sequi ad seculare iudicium non præsumant.

12 Nullus episcopus de rebus ecclesiæ suæ sine conscientia metropolitani sui vendendi aliquid habeat potestatem, vtili tamen omnibus commutatione permessa.

13 Si quis clericus in falso testimonio conuictus fuerit, reus capitalis criminis censetur.

14 Quisquis clericus aliquid de munificentia ecclesiæ cui seruerit adeptus, & ad sacerdotium alteri

ordinatur  
gratetur.

us ciuitatis est aut fuerit ordinatus, quod dono accipit, vel acceperit, reddat: & quod suum est ex proprietate, vel secundum instrumenti seriem probatur emisse possideat.

15 Si superioris loci clericus hæretici cuiuscunque conuiuio interfuerit, anni spacio pacem ecclesie non habebit. Quod si minores clerici præsumpserint, vapulabunt. A Iudæorum conuiujs etiam laicos constitutio nostra prohibuit, & ne cum illo clericus panem comedat, quisquis in Iudæorum fuerit conuiuio inquinatus.

16 Presbytero propter salutem animarum, quàm in cunctis optamus desperatis, & in lecto recumbentibus hæreticis, si conuersionem subitã petant, christumate subuenire permittimus. Quod etiam omnes conuersuri, si sani sunt, ab episcopo nouerint expectendum.

17 Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, nisi vel tantum de iuris sui propria facultate supplerit.

18 Clerici quod etiam sine precatorijs, qualibet diuturnitate temporis, de ecclesiæ remuneratione possederunt, cum autoritate Domini gloriosissimi principis nostri, in ius proprietatis temporis præscriptione non vocetur, dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse, ne videantur episcopi etiam administrationes prolaxæ, aut precatorias cum ordinatæ sunt, facere debuisse, aut diuturnitas ecclesiæ facultatis proprietatis suæ.

19 Abbas si in culpa reperiatur aut fraude, & innoctè se asserens ab episcopo suo accipere noluerit correptionem, ad metropolitani iudiciũ deducatur.

20 Episcopo, presbytero, & diacono, vel diuersis clericis horis indebitis, id est, meridianis vel vespertinis ad fœminas prohibemus accessum: qui tamen si causam habuerit, cum presbyterorum aut clericorum testimonio videatur.

21 Viduarum consecrationem, quas diaconissas vocant, ab omni religione nostra penitus abrogamus, solam eis pœnitentiæ benedictionem, si conuerti ambiunt, imponendo.

22 Si diaconus, aut presbyter crimen capitale commiserit, ab officij honore depositus, in monasterium retrudatur, ibi tantummodo quãdiu aduixerit, communionem sumendo.

23 Si quis accepta professaque pœnitentia boni ita memor, ad secularia reuoluatur, præsuscõmunicare non poterit, nisi confessione quam illicite prætermiserat, reformetur.

24 Laicis contra cuiuslibet gradus clericũ, si quid criminale parant obicere, dummodo vera suggerat proponendi permittimus potestatem.

25 Sanctorum reliquiæ in oratorijs villaribus non ponantur, nisi forsã clericus cuiuscunque parochie in cuius ecclesia esse contingat, qui sacris cineribus psallendi frequentia famuletur.

26 Altaria nisi lapidea infusione chrisimatis non sacrentur.

27 Ad celebrandum diuina officia, ordinem quẽ metropolitani tenent, prouinciales abseruare debent.

28 Si episcopus ante damnati oblationem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem successori licet absoluerit.

29 \* Lapsi, id est, qui in catholica baptisati, si præua-

ricatione damnabili post in hæresim transierint, gratiam eis redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudinem & priuatis, pœnitentiam biennij \* conditionibus infra scripta obseruationis imponimus, vt præscripto biennio tertia die sine dilatione ieiunent, & in ecclesia studeant frequentare pœnitentiam locum, standi, orandi, humilitatem nouerint obseruandam, & etiam si ipsi cū catechumenis procedere commõnentur, abcedant. Hoc si obseruare voluerint, constituto tempore admittentur ad altarium, & relaxatio obseruetur. Quã si arduam vel duram fortè putauerint, statuta prætorum canonum complere debent.

30 In castis nũctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus, nisi cum adulterium separatione sanauerint, In castus verò nec vllõ coniugij nomine pallietur. Quod propter illos (quod dinumerare funestũ est) esse censuimus. Vt si quis relictam fratris, quæ penè prius soror extiterat, carnali coniunctione violauerit, si quis germanam vxorem acceperit, si quis nouercam duxerit, si quis consobrinę se societ, quod vt à præfenti tempore prohibemus, ita ea quæ sunt antè instituta, non soluimus. Si quis relictæ auiculi misceatur, aut patri, vel priuignæ concubitu polluat, sanè quibus coniunctio illicita interdicitur, non habebunt incundi melioris coniugij libertatem.

31 De pœnitentia homicidarum, qui seculi leges euaserunt, hoc summa reuerentia de eis inter nos placuit obseruari, quod Ancyritani canones decreuerunt.

32 Relictæ presbyteri siue diaconi, si cuiuscunque nupserint, eatenus ab ecclesia elongentur, donec à coniunctione illicita separentur, maritum quoque ius simili vsque ad correctionem scueritate plectendum.

33 Basilicas hereticorum quas tanta execratione habemus exosas, vt pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis vsibus applicare despiciamus, nisi quas per violentiam nostris abstulerant, possimus reuocare.

34 Si quis seruum proprium sine conscientia iudicis occiderit, ex communicatione biennij effusione sanguinis expiabit.

35 Ciues natalium superiorem noctem Paschæ, ac natiuitatis Domini solennitatem, episcopis nec interest, in quibus ciuitatibus positus accipiendæ benedictionis desiderio non venerint expectendus.

36 Ne vllus sine remedio aut spe veniæ ab ecclesia repellat, neue vlli si aut pœnituerit, aut se correxerit ad veniam redeundi aditus obstruatur: & si cuique forsitan discrimen mortis immineat, damnationis constitutæ tempora relaxentur. Quod si ægrotum accepto viatico reualefcere fortasse contingit, statuti temporis spacia obseruare cõueniet.

37 Ne laicus sine religione promissa clericus ordinetur.

38 Monasteria puellarum non nisi probatæ vitæ & ætatis prouectæ ad quasunque earum necessitates vel ministraciones laici permittantur intrare. Ad faciendas verò Missas, qui ingressi fuerint, statim ex æcto ministerio regredi festinabunt, alias autem nec clericus, nec monachus iuuenis vllum ad puellarum congregationem habebit accessum, nisi hoc aut paterna aut germana persona necessitudo probetur admittere.

\* al. lapsis  
† al. bressi  
ara.  
\* al. conditione.  
† in aga.  
con. ca. 37  
non habetur die:  
sed soluni:  
Tertio.

Ancyritani  
con. 21.  
c. 22. ca.

Ap. Bur.  
li. 3. ca. 88  
ita legitur  
\* vniuersus  
esse contin.  
† pignori.  
Bur. lib. 3.  
ca. 25.  
Bur. lib. 3.  
ca. 25.  
Bur. lib. 3.  
ca. 25.  
Bur. lib. 3.  
ca. 25.  
Bur. lib. 3.  
ca. 25.  
Bur. lib. 3.  
ca. 25.  
Bur. lib. 3.  
ca. 25.



89 Scruus reatu atrocior culpabilis, si ad ecclesiam confugerit, à corporalibus tantum suppliciis excusetur. De peccatis verò vel quocunque opere placuit, à dominis iuramenta non exigi.

40 Quocirca hæc superna inspiratione communi consensu placuerunt. Si quis sanctorum antistitum qui statuta præsentia subscriptionibus propriis firmaverunt, necnon & quos eorum Deus esse voluerit successores relicta integritate obseruationes excefferit, reu se diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futurum esse cognoscat.

Canon concilij Epauensis ex Burch. & Grat. transcriptus. Bur. lib. II. Si aliquis excommunicatus fuerit mortuus, qui ià ca. 51. Gra. sit confessus & testimonium habet bonum, & non 26. q. 6. ca. poterat venire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum mors in domo, aut in via faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare & det redemptioem p captiuus.

SYNODVS ROMANA PRIMA  
sub Symmacho Papa.

TITVLI CAPITVLO RVM PRIMAE  
Synodi Romanae.

- 1 Suggestio Fulgentij archidiaconi ecclesiae Rom. de congregata synodo ex precepto Papae Symmachi.
- 2 Interlocutio Symmachi, ut episcopalis ambitus radicatus amputetur.
- 3 Sententia synodi, ut si quis Papa superstite pro Romano pontificatu cuiquam quolibet modo fauorem prestare conuincitur, loci sui ordine, vel communionem priuetur.
- 4 Ut si Papa praeventus morte non potuerit ante de sui successoris electione decernere, is ordinetur antistes quem ceterus clerus, aut certe pars maior elegerit.
- 5 Ut si quis ambientes, vel fautores ambientium, coniuratoresque prodiderit, non solum purgatus videatur esse, si fuerit particeps, verumetiam remuneratione dignissimus aestimetur.

Canones primae Synodi Romanae.

**D**icit Consulatum Paulini viri clarissimi, die Calendarum Martiarum in basilica beati Petri apostoli synodo praesidente beatissimo Papa Symmacho, Fulgentius archidiaconus dixit. Beatitudo vestra directis antehac per prouincias autoritatibus frequenter Italiae sacerdotum synodum conuocauit, quorum praesentia in vestris videtur oculis constituta. Nunc beatitudo vestra quae ad ecclesiasticas indemnitates, vel ad pacem totius ecclesiae pertinent, siue concordiam, dignetur tractabiliter ordinare. Acclamatum est ab omnibus episcopis & presbyteris: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dicitur decies: Cuius sedem & annos. Dicitur est nonies: Ut facias rogamus.

2 Symmachus episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae dixit: Concilium dilectionis vestrae neglecta hyemisperitate sollicitudo nostra pro ecclesiastica indemnitate specialiter congregauit, ut episcopalem ambitum, & confusionis incertum, vel popularem tumultum, quem per surreptionem diaboli usurpatione aliquorum tempore ordinationis meae constat exortum, communicato pariter tractatu in futurum possimus robuste ac viuaciter amputare, atque ideo caueamus in posterum, ne subuersio disci-

plinæ, aut audacia praesumentium gestiat tentare similia, & pari adunatione tractemus expressis scilicet sententiis sancientes, quid circa Romani episcopi ordinationem debeat custodiri. Vniuersi episcopi vel presbyteri dixerunt: Ut fiat, rogamus. Dicitur est decies: Ut scandala amputentur, rogamus. Dicitur est nonies. Ut ambitus extinguatur, rogamus. Dicitur est duodecies: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dicitur est sexies: Cuius sedem, & annos. Dicitur est quinquies: Ut de praesenti fiat. Dicitur est decies. Symmachus episcopus dixit: Quoniam fraternitas vestrae curam prouisionis nostrae suis exhortationibus incitauit, & parilem circa ecclesiae tranquillitatem Dei nostri contemplatione animum praestat, sicut praesertim sumus, deliberatione in praesenti habita, quid placeat ex omnibus vestris informare sententiis, quae in hoc venerabili concilio per ecclesiastica recitentur officia, cumque surrexissent, & paulo post iterum confederissent, Emilianus notarius synodo decreta vulgavit.

3 Propter frequentes ambitus quorundam, & ecclesiae nuditatem, vel populi collisionem, quae molesta & iniqua incompetenter episcopum desiderantium generauit auditas, ut extinguatur futuris praesumptio tam perniciofa temporibus, constituit sancta synodus, ut si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus Papa incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pitatia promittere, aut sacramentum praebere tentauerit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare, atque decernere, loci sui dignitate atque communionem priuetur. Vniuersa synodus surgens acclamauit: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dicitur est decies. Hic pax cum Symmacho. Dicitur est quindicies: Cuius sedem, & annos. Dicitur est octies: Pari seueritate feriendo eum, qui hoc uiuo (sicut dicitur est) pontifice quolibet modo fuerit ambiisse conuictus, aut certe tentasse, omnibus pariter huius culparum reis anathematis poena plectendis. Symmachus episcopus dixit: Ergo vniuersitati placet, & ab omnibus recognoscitur, vel probatur ista sententia. Vniuersa synodus dixit: Placet. Et quod omnibus placet, fiat.

4 Si (quod absit) transitus Papae inopinatus euenierit, ut de sui electione successoris (ut supra placuit) non possit ante decernere, si quidem in unum totius inclinauerit ecclesiastici ordinis electio, consecratur electus episcopus. Si enim (ut fieri solet) studia ceperint esse diuersa eorum, de quibus certamen emerferit, vincat sententia plurimorum: sic tamen ut sacerdotio careat, qui captus promissione, non recto iudicio de electione decreuerit. Synodus dixit: Placet. Dicitur est decies.

5 Propter occultas autem fraudes, & coniurationum secretas insidias quas huius sententiam districtio nis consequitur, si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc synodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit, particeps actionis huiusmodi, non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione quae non indigna sit subleuetur. Vniuersa synodus surgens acclamauit: Placent omnia. Et adiecit: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dicitur est tricesies: Ut ista seruentur rogamus. Dicitur est vigesies: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dicitur est decies: Ut circa Romanum pontificem semper hæc ordinatione seruetur, rogamus. Dicitur est decies: Ut nullus aliter ad-

episcopum Romanum deinceps veniat, precamur. Dicitur decies. Ut decreta nostra confirmes, rogamus. Dicitur decies. Symmachus episcopus catholicae ecclesiae urbis Romae dixit: Acclamationes vestras, synodique iudicium praesentia gesta suscipit. Et adiecit: Ea quae ad sopiendos veterum praesumptionis errores, vel insensarum ecclesiasticis agritudinis morbos, quibus vniuersalis afficiebatur ecclesia, deliberatio religioni congrua pacique constituit firmitatem perpete sortiantur, ut praesente Deo quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnes sine personae allicuius distinctione constringat. Contra quam si quis sub qualibet occasione venire praesumpserit, indita superius distinctione plectetur. Et subscripserunt episcopi numero septuaginta duo.

Secunda synodus Romana sub Symmacho non extat.

ROMANA SYNODVS TERTIA  
tempore Symmachi Papae.

TITVLI EIVSDEM CONCILII

- 1 De praeloquutione Papae Symmachi, qui synodi statuta colaudans, clericorum suorum culpam excessus. Quod inter alia etiam propter constitutum illustris memoriae Basilij à sua communionem descuerint.
- 2 Exemplar ipsius constitutum synodo recensetur.
- 3 Sententia ipsius synodi qua praesatum constitutum nullius esse momenti decernitur.
- 4 Ut nullus apostolicae sedis praesuli possessionem ecclesiae magnam, vel paruam in perpetuum liceat alienare, vel communicationis obtentu ad cuiuslibet iura transuocare.
- 5 De domibus ecclesiasticis quae sunt in urbibus commutatis.
- 6 Ut non liceat presbyteris urbis Romae titularum suorum praedia, seu quicquid iuris eorum fuerit quolibet alienare commento: qui verò hoc agere tentauerit, ordinis sui amissione plectatur.
- 7 Ut qui petierit praedium ecclesiae, & acceperit, aut si quis presbyterorum, aut diaconorum, necnon defensorum dati subscripserit, anathemate feriatur.
- 8 Ut si quis anathematis poenam parui duxerit, etiam documento quo se putat ecclesiae praedium possidere, frustretur liceatque cuiuslibet ecclesiasticae personae vocem contradictionis afferre, & cum fructibus praeteriti temporis eadem praedia alienata reposcere.

Canones Romanae synodi tertiae.

**L**auio Auieno viro clarissimo iunioris Consule, sub die octauo Iduum Nouembrium, in basilica beati Petri apostoli, praesidente venerabili viro Papa Symmacho, una cum venerabilibus viris & episcopis, Laurentio, & cetera. Symmachus episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae dixit.

1 Bene quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsequuta, sub diuini timore iudicij, quae erant statuenda definiuit, & ad iustitiae cumulum peruenit dum sufficienter vniuersa complectitur, nec adiectione indiget plenitudo, maxime de clericis, quos amor dominationis inuasit, & iugum disciplinae ecclesiasticae fecit respicere, quos propterea schisma fecisse apud vos constitit, quibus misericordiam tamen, quae

Deus mandat vniuersis impendi (sicut oportuit) non negastis, si duritia cordis eorum non sibi acquirat poenam, dum contemnit oblata remedia, quorum excessus enarrare difficile est. Vnum tamen quod occurrit venerando ordini vestro intimare, non differo. Dixerunt inter alia, scripturarum quandam illustris memoriae Basilium quasi pro ecclesiastica amore substantiae conscripsisse, in qua nullus Romanae ecclesiae nec interfuit, nec subscripsit antistes per quem potuisset fortiri legitimam firmitatem. Ne verò ego inde disputem, sed ut possit vestrum iudicare concilium, requiratur & referatur in medium, ut lectione agnoscatis cuiusmodi possit habere substantiam. Sancta synodus respondit: Deferatur in medium, ut cuiusmodi sit possit agnosci. Et cum diceret, Hormisdas diaconus recitauit.

2 Cum in unum apud beatum Petrum apostolum resedissent, sublimis & eminentissimus vir praefectus praetorio atque patricius, agens etiam vices praecellentissimi regis Odoacris, Basilus dixit: Quamquam studij nostri & religionis intersit, ut in episcopatus electione concordia principaliter seruetur ecclesiae, ne per occasionem seditionis status ciuitatis vocetur in dubium: tamen admonitione beatissimi viri Papae nostri Simplicij, quam ante oculos semper habere debemus, hoc nobis (meministis) sub obtestatione fuisse mandatum, ut propter illum strepitum, & venerabilis ecclesiae detrimentum, si cum de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione cuiuslibet celebretur electio. Et cum legeret, Cresconius episcopus ciuitatis Tudertinae ecclesiae, surgens de confesso dixit: Hic perpendat sancta synodus, ut praetermissas personas religiosas quibus maxime cura est de tanto pontifice, in suam redigerent potestatem, quod contra canones esse manifestum est. Item Hormisdas diaconus legit. Nam & cum quid confusionis atque dispensationis venerabilis ecclesia sustineret, miramur praetermissis nobis quicquam fuisse tentatum, cum etiam sacerdote nostro superstite, nihil sine nobis debuisset adsumere. Quare si amplitudini vestrae, vel sanctitati placet, incolomia omnia quae ad futuri antistitis electionem respiciunt, religiosa oneratione seruemus, hanc legem specialiter praefereutes, quam nobis haeredibusque nostris Christianae mentis deuotione sancimus. Ne unquam praedium seu rusticum, seu urbanum, vel ornamenta aut ministeria ecclesiarum quae nunc sunt, vel quae ex quibuslibet titulis ad ecclesiarum iura peruenierint, ab eo qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordinandus, & illis qui futuris seculis sequentur, quocunque titulo atque commento alienentur. Si quis verò aliquid eorum alienare voluerit, in efficaciatque irritum iudicetur, sitque facienti, vel consentienti, accipientique anathema. Maximus episcopus Bleranae ecclesiae dixit: Modò sancta synodus dignetur edicere, si licuit homini anathema in ordine ecclesiastico dictare? Aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & contra canones quod ei non competebat constituere? Dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare? Sancta synodus dixit: Non licuit. Et adiecit: Lege sequentia. Hormisdas diaconus legit. Et is qui praedium rusticum, vel urbanum iuris ecclesiastici fuerit consequutus, nouerit se nulla lege, vel praescriptione munitum: sed siue is qui alienauerit, siue qui eum sequentur, voluntate contraria praedium hu-

iustmodi alienatum reuocare tentauerit, id cum fructibus restituat, qui illud fuerit consequutus. Et cū legeret. Stephanus episcopus Venuſinæ eccleſiæ ſurgens è conſeſſu dixit: Perlegatur. Hormiſda diaconus legit.

3 Quam etiam pœnam placuit accipientes hæredes, pro hæredesque reſpicere. In qua re cuiuslibet clericorum contradicendi libera ſit facultas. Iniquum eſt enim, & ſacrilegius inſtar, vt quæ vel pro ſalute, vel pro requie animarum ſuarum vnusquique venerabili eccleſiæ pauperum cauſa contulerit, aut certè reliquerit, ab his quos hæc maximè ſeruare conuenerat, in alienitatem transferantur. Planè quæcunque in gemmis, vel auro, atque argento, necnon & veſtibus minus apta vſibus, vel ornatum videbuntur eccleſiæ, quæ ſeruari ac diu manere non poſſunt, ſub iuſta æſtimatione vendantur, & erogationi religioſæ proficiant. Cumque lecta fuiſſet, Laurentius Mediolanenſis eccleſiæ dixit: Iſta ſcriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare pontificem, quia non licuit laico ſtatuendi in eccleſia, præter Papam Romanum habere aliquam poteſtatē, cui obſequendi manet neceſſitas, non autoritas imperandi, maximum nec Papa Romanus ſubſcriperit, nec alicuius ſecundum canones metropolitani legatur aſſenſus.

16. q. 7. no  
placuit.

Nica. con.  
ca. 4. 6

Scriptura quæ in noſtra congregatione vulgata eſt, nullis eam viribus ſubſiſtere manifeſtum eſt, quia nec canonibus conuenit, & à laica nunc perſona concepta videtur, maximè quia in ea nullus præſul ſedis apoſtolicæ interfuiſſe, vel propria ſubſcriptione firmate monſtratur. Eulalius episcopus Syracuſanæ eccleſiæ dixit: Scriptura quæ in ſacerdotali concilio recitata eſt euidentiffimis documentis conſtat inuvalida. Primum, quod contra Patrū regulas à laicis, quæ uis religioſis, quibus nulla de eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur vnquam attributa factas, facta videtur. Deinde, quod nulli præſulis apoſtolicæ ſedis ſubſcriptiōe firmata docetur. Quod ſi cuiuſlibet præſulatus ſacerdotes, intra terminos ſuoſ concilio habito, quicquid ſine metropolitani ſui ue antiſtitis autoritate tentauerint, irritum eſſe debere Patres ſancti ſanxerunt: quanto magis quod in apoſtolica ſede, non exiſtente præſule, qui prærogatiua beati meritis apoſtoli Petri per vniuerſum orbem primatum obtinens ſacerdotij, ſtatutis ſynodalibus conſueuit tribuere firmitatem, à laicis licet conſentientibus aliquantis episcopis (qui tamen pontifici à quo conſecrari probantur, præiudiciū inferre non potuerunt) præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter eccleſiaſtica vlllo modo ſtatuta cenſeri. Sancta ſynodus dixit: Licet ſecundum proſequeutionem venerabilium fratrum noſtrorum Laurentij, Petri, Eulalij, Creſconij, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertū habetur, hæc ipſam ſcripturam nullius eſſe momenti: tamē etiā ſi aliqua poſſet ſubſiſtere ratione, modis omnibus in ſynodali cōuentu, puidā beatitudinis veſtræ ſentētia eneruari cōueniebat, & in irritū deduci, ne in exemplū remaneret pſumendi quibuſlibet laicis, quauis religionis, vel potentibus. in quacunq; ciuitate quolibet modo aliquid decernere de eccleſiaſticis facultatibus ſolis ſacerdotibus. diſponēdi indiſcuſſè à Deo cura cōmiſſa docetur. Symmachus episcopus dixit: Modò quia Deus præſentiā veſtrā votiua mihi ſub quolibet occaſione conceſſit, volo (ſi placet) rem fieri firmā, quam

16. q. 7. Laicis  
quantis  
religio.

credo eccleſiaſticis facultatibus cōuenire, vt agnoſcāt oēs quos in me van⁹ furor excitauit, nihil me magis ſtudere q̄ vt ſaluū eſſe poſſit, q̄ mihi eſt à Deo ſub diſpenſatione commiſſum: ſed & quibuſlibet ſucceſſoribus Deū timentibus gratū eſſe debeat, & ad eccleſiaſtici cuſtodia patrimonij pertinere. Sancta ſynodus dixit: Scimus, puiſione veſtrā neceſſariis ſtudere: & ideo in veſtra eſt poteſtate, ſequēda diſponere. Symmachus episcopus eccleſiæ catholicæ vrbis Romæ dixit: Magna quidē venerādo & ſacerdotali debetur cultura propoſito, cui imminet de ſtudio quæ recta ſunt, nō de neceſſitate diſponere. Sed quoniā in aliquibus aliena poſtulantibus vitiorū mater auaritia repudiatis honeſtatis repagulis, totū putat expedire quodlibet, & ita dū p̄dā inhiat, patientia ſupernæ pietatis abutitur, expectantibus correptionē cælo moderatē, iudicis ſe exiſtimāt non teneri, cum clarum ſit, quod apud certos in occaſione rapiēdi procedat diuinę moræ ſententiæ. Sed nobis (quos paſtoralis cura & eccleſiaſtica adſtringit) pro diſpenſatione credita ratio reddenda ſubſtantia opus eſt, vt ſolicitudo noſtram non ſolum ad præſentia, ſed etiam ad ſecutura ſecula portigamus, ne ad animæ noſtrę detrimenta contingat, ſi hi qui poſſunt ſtatutis debere innocentiam præſumentes de libertate deliquerint, cum religioſa poſſint, & nos & ſucceſſores noſtri poteſtate fulciri, legibus eccleſiaſticis ſeruientes.

4 His ergo ppenſis, manuſcō cū Dei noſtri cōſideratione decreto ſancimus, vt nulli apoſtolicæ ſedis præſuli à præſenti die (donec diſponēte Domino catholice fidei manſerit doctrina ſalutaris) liceat prædium ruſticum quantūcūq; fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, ſub perpetua alienatione, vel commutatione ad cuiuſlibet iura transferre. Nec cuiuſquam excuſentur neceſſitatis obtentu: quippe cum non ſit personale quod loquimur, nec aliquis clericorum, vel laicorum ſub hac occaſione accepta tueatur. Sed nec in vſu fructum iura aliquibus dare liceat, nec data retinere, præter clericos, & captiuos, atque peregrinos, ne malæ tractationis miniſtretur occaſio, cum liberalitati illi alia itinera referentur.

5 Sanè tantū domus in quibuſlibet vrbis cōſtitutæ, quarum ſtatū neceſſe eſt expenſa non modica ſuſtineri, acceptis (ſi auferri contigerit) ſub iuſta exiſtimatione redditibus, & diuini timore iudicij cōmutentur.

6 Pari etiam eccleſiarum per omne Romanæ ciuitatis titulos, qui ſunt præſbyteri, vel quicunque fuerint, adſtringi volum⁹ lege cuſtodes quia nefas dictū eſt, obligatione qua ſe per charitatē Chriſti cōnectit ſummus pontifex, ea hominē ſecūdi in eccleſia ordinis nō teneri. Quicūq; tamen oblit⁹ Dei, & decreti huius immemor, cui⁹ Romanæ ciuitatis ſacerdotes volumus religioſis nexibus deuinciri, in conſtitutū pſenſcōmittēs, quicquā de iure titularū, vel eccleſiæ ſuperius præſata quolibet modo, præter aurū, argentū vel gemas, veſtes quoque ſi ſunt, vel ſi acceſſerint aliqua mobilia ad ornamenta diuina minimè pertinentia, perpetuo iure, exceptis duntaxat ſub præſata cōditione domibus, alienare tētauerit, donator, alienator, ac venditor honoris ſui amiſſione mulctetur.

7 Præterea qui petierit, aut acceperit, vel qui præſbyterorū aut diaconorū, ſeu defenſorū dati ſubſcriperit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur. Sitque accipienti, vel ſubſcribenti de perſonis ſuperius comprehenſis, id eſt, quæ anathemate feriari cenſuim⁹ (inſtituta pœna contubernaliū ſeruata

ſeruata) quam præmiſimus in alienatore vindicta. Niſi fortè & alienator ſibi, dum repetit, & qui acceperit celeri reſtitutione proſpexerit.

8 Quod ſi minore animæ ſuæ cura quiſquam remedium oblatum fortè neglexerit, ſupra ea pœnarū genera quæ ſuperius tenentur adſcripta, contra ſas (ſi quod conceptum fuerit documentum) vniuerſis viribus (quanuis ab initio nullas habuerit) efferetur. Sed etiam liceat quibuſcunque eccleſiaſticis perſonis vocem contradictionis afferre, & eccleſiaſtica autoritate fulciri, ita vt cum fructibus poſſit alienata repoſcere, nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, qui à religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra ſas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit. Huius autem conſtitutionis legem in apoſtolica tantum volumus ſede ſeruari, vniuerſis eccleſiis per prouincias ſecundum animarum conſiderationem, quem propoſito religionis conuenire rectores earū viderint, more ſeruato.

ROMANA SYNODVS QVARTA  
ſub Symmacho Papa.

Ruffo magno, Fauſto Auieno VV. CC. Coſſ ſub die decimo Calendarum Nouembrium.

Quarta Synodus habita Romæ palmaris.



Sancta ſynodus apud urbem Romæ ex præcepto glorioſiſſimi regis Theodorici diuerſis regionibus congregata in Chriſti nomine dixit: Cum ex diuerſis prouinciis ad urbem Romam conuenire ſacerdotes regia præcepiſſet autoritas, vt de his quæ venerabili Papæ Symmacho apoſtolicæ ſedis præſule ab aduerſariis ipſius dicebantur impingi, ſanctum concilium iudicaret, Liguria, Aemilia, vel Venetiarum episcopis (quos ad præſentiā principis ipſe itineris ductus attraxerit) conſulendi regem incubuit neceſſitas, quæ hos voluiſſet ætate fractos, debilitate corporis inuidios congregari, reſpondit præſatus rex piſſimus bonæ cōuerſationis affectu, plura ad ſe de Papæ Symmacho actibus horrenda fuiſſe perſeuta, & in ſynodi oportere (ſi vera eſſet inimicorum eius obiectio) in diſputatione conſtare. Memorati pontifices quibus allegandi imminere occaſio, ſuggeſſerunt ipſum qui dicebatur imperitus debuiffe ſynodum conuocare, ſciētes quia eius ſedis primum Petri apoſtoli meritum, vel principatus, deinde ſequuta inſiſſione Domini cōcilioſum venerandorum autoritas, ſingularem in eccleſiis tradidit poteſtatem, nec antedictum ſedis antiſtitum minorum ſubiacuiſſe iudicio, in propoſitione ſimili facile forma aliqua teſtaretur. Sed potentis princeps ipſum quoque Papam in colligenda ſynodo voluntatem ſuam literis demonſtraſſe ſignificauit. A manſuetudine eius paginæ poſtulatæ ſunt, quas ab eo directas conſtabat, haſque dari ſacerdotibus ſine tarditate conſtituit, & quicquid in eodē negotio actum eſt, ſcriptis Romam ex diuerſis terrarū vel regionum partibus. Dei proſecutione peruentum eſt. Et dum in venerabili collectione de incipiendo haberetur negotio (prout poſcebat cauſa) tractatus, S. Papa Symmachus basilicam Iulij in qua pontificū erat congregatio (put habuit cura) celeriter ingreſſus eſt, & de euocatione ſynodali clementiſſimo regi gratias retulit, & rem deſiderij ſui eueniſſe teſtatur eſt. Cauſa ergo de ſacerdotū animis (quæ de concilio nondum firmato triſtitiā miniſtrabat) abſciſſa eſt, autoritatē ordini corrigendi (ſicut poſcebat cō-

cleſiaſtica ſtatuta) in omnium qui ibidem condenerant episcoporum præſentia ſe dare profeſſus eſt, ſperans vt viſitator qui contra religionem, contra ſtatuta veterum, vel contra regulas maiorum, à parte cleri, vel aliquibus laicis fuerat poſtulat⁹, ex ordinatio ne antiſtitum (ſicut decebat ſanctum propoſitum) prima fronte cederet, & omnia quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati eius legaliter ab honorabili concilio redderentur, & tanti loci præſul regulariter prius ſtatui priſtino redderetur, & tunc veniret ad cauſam, & ſi ita rectè videretur accuſantium propoſitionibus reſponderet. Digna res viſa eſt maximo ſacerdotū numero, quæ vt mereretur effectum optabant. Decernere tamen aliquid ſynodus ſine regia notitia non præſumpſit. Sed ſuggeſtio iuſta per legatorum negligentiam non meruit ſecundum vota reſponſum. Iuſtus eſt regis præceptionibus Papa Symmachus ante patrimonij, vel eccleſiarum (quas amiſerat) receptionem, cum impugnantibus ſuis in diſceptatione cōſtigere, qui poteſtatis ſui priuilegia, & quæ pro conſcientia (quantum iuſte æſtimamus) emendatione ſubmiſerat, nec hac voluit vice reſumere. Sed dum eſſet ſynodus in Hieruſalem basilica Sefſoriani palatij conſtituta, aliquibus ſacerdotibus viſum eſt, vt libellus quem accuſatores parauerāt (qui quoti die ſeditionibus appellabāt) ſuſciperetur à ſynodo. In quo ſuſceptio duo erāt, quæ vel veritati inimica eſſent, vel ipſi (quantum offendi tur) conuentui vel eccleſiaſtico propoſito repugnarent. Vnum, quia dicebant crimina memorati ſuperius Symmacho Papæ apud regiam conſtituiſſe notitiā, quod falſum eſſe declarauit. Non enim quaſi nouam cauſam audientia commiſiſſet, ſi eius conſcientiam conuictam de errore ſolam ſciret expectare ſententiam. Aliud, quod per ſeruos de his quæ obiciebant ſe eum loquebantur poſſe conuincere, addētes vt ipſe mancipia traderet, quibus (quantū illi aſſerebant) poſſet in iudicatione ſuperari. Quæ res cano 3. 94. 6. nibus, & ipſis publicis erat legibus inimica, cum Patrum ſtatuta ſanxiſſent, vt quos ad accuſationem leges ſeculi non admittunt, iſis dicendi in cognitione, vel accuſandi aliquid deleganda non eſſet licentia. Et dum inter iſta quæ eſſent facienda tractatur præſatus Papa vt cauſam diceret, occurrebat. Qui veniens, ab irruentibus turbis æmulorum ſuorum ita tractatus eſt, vt multis præſbyteris qui cum ipſo ierant per eandem ipſam mortis fuiſſet occaſio (quod probant recentium adhuc veſtigia vulnerum) niſi illuſtris vir comes Alienus, & ſublimis viri Iudila & Vedulfus maiores domus regie perſpexiſſent, quos ſecum vnde egreſſus fuerat, ad beati Petri apoſtoli ſepta conuenerat. His ita actis, & rebus varia conſuſione turbatis, iterum nos ad iuſtitiam contulimus principalē, ſcientes diuinitate propitia regere Dominum, quæ ad Italiæ gubernacula ipſe prouiderat, cuius manſuetudini oia per relationis ſeriē (ſicut res poſcebat) ingeſſim⁹, intimantes etiā ſepe nominatū Papā poſt eadē, cui ſubiacerat cū ſuis, & voluntatem rursus haberet exeundi ad iudiciū, fuiſſe cōmonitū, ſed allegaſſe eū per directos episcopos mandatis canonibus ſibi cōceſſiſſe affectu purgationis ſuæ, culmē humiliat, quātis periculis penè fuiſſet oppreſſos. Dominū regē haberē q̄ vellet faciēdi, ſe interim iuſtitia renitētes, ſtatutis canonibus nō poſſe cōpelli. Ad hæc ſerenif. rex taliter (Deo aſpirante) reſpōdit, in ſynodali eſſe arbitrio in tanto negotio ſequenda præſcribere, cilia.



nec aliquid ad se præter reuerentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere, committens etiam potestati pontificum, vt siue propositum vellent audire negotium, siue nollent, quod magis putarent vtile delibarent: dumodo venerandi prouisione concilij pax in ciuitate Romana Christianis omnibus redderetur. Quæ cum iuste offerrentur. Dei mandata complentes, Italiam suam dedimus rectorem, agnoscentes nullum nobis laborem alium remansisse, nisi vt disside tesu humilitate propositi nostri ad concordiam hortaremur, quia vnum tantæ rei restabat vnde Deo parere, scilicet vt sancti principis voluntate inuita remus senatum amplissimum, quali oportuit legatione destinata, monentes & instruentes causas Dei ipsius iudicio committendas, qui valet corpus occidere, & animam mittere in gehennam, qui dicit: Mihi vindictam, & ego retribuam, apud quem conscientia nuda est, cui non absconduntur occulta. Cogitate prudentes viros oportere, quanta inconuenienter & præiudicialiter in huius negotij principio contigissent, & nos viâ per hanc, quam ipsi vocabant remissionem, peccatis non aperire, sed claudere, qui quod dicebatur maiori iudici seruamus, instruente eos: quia per vos illis Christus innotuit, non esse ouium, lupi insidias præuidere, sed pastoris, maxime quia in causa præfata multos, qui se dedignabantur cognoscere, & Deo satisfacere error inuoluerat. Et quia non poterant plura sub hac occasione ecclesie membra dispergi, sed magis per mansuetudinem sustineri, sicut boni nos operis Paulus magister instruxerat dicens saluandos esse purimos per patientiam, & doctrinam. Et quicumque putatur rei & grauibus peccatis inuoluti (quamuis nullus est qui delicto careat sicut Ioannes testatur apostolus: Si dicam quia peccatû non habeo, mendax sum) hos tamé magis passionibus iudicio diuino suspendi, maxime cum illa quæ præmissimus inter alia de autoritate sedis obstarent quia quod possessor eius quondam beatus Petrus meruit, in nobilitate possessionis accessit, & claritate veterem vobis dat, de Christi dote rectoribus clamantes, scriptum esse per prophetam ex persona Dei: Nunquid non valet manus mea ad consumendum eos qui errauerunt. Hæc eadem sepissimè (sicut oportuit) commomentes, vt ab ista intentione discederent, & factum nostrum quod Deus inspirauerat, iuxta mandatum principis non discerent, sed sequerentur (sicut decebat ecclesie filios) nec sub hac intermissione contenderent, & crescerent ecclesie detrimeta, quæ res poscebat cum festinatione succurri, & nobis huius celeritatis, & illis obediencie necessitas imminerebat, maxime cum omnem penam plebem cernam eius comunio ni indissociabiliter adhæsisse, cuius nos non modica cura stimularat, ne in aliquo laberetur errore. Quibus allegatis cum Dei nostri obestatione decernimus, harum necessitatum, vel religionum consideratione adstricti, & celesti inspiratione perpensis omnibus quæ in causa erant secretis, Symmachus Papa sedis apostolicæ præful ab huiusmodi propositionibus impeditus, quantum ad homines respicit, quia totum causis obstantibus superius designatis constat, arbitrio diuino fuisse dimissum, si immunis & liber, & Christianæ plebi sine aliqua de obiectis oblatione omnibus ecclesiis suis ad ius sedis suæ pertinentibus, tradit diuina mysteria, quia cum ob impugnatorum suorum impetitionem, propter superius designatas cau-

fas, obligari non potuisse cognouimus. Vnde secundum principalia præcepta, quæ nostræ hoc tribuunt potestati, ei quicquid ecclesiasticum intra sacram urbem Romam, vel foris iuris est, reformatum, totamque causam Dei iudicio referuantes vniuersos hortamur, vt sacram communionem (sicut res postulat) ab eo percipiant, & Dei, & animarum suarum meminerint, quia ipse & amator pacis est, & ipse pax est, qui monet: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, & in quacunque ciuitate pacem esse confirmandam adfirmans, beatos esse dicit pacificos. Hæc quicumque ex instructione nostra (quod non æstimamus) vel non admittit, vel retractari posse crediderit, videat quia in diuino iudicio contempus sui rationem est (sicut de Deo confidimus) redditurus. De clericis memorati Papæ, qui ab episcopo suo ante tempus aliquod contra regulas discesserunt, & schisma fecerunt, hoc fieri decreuimus, vt eos satisfaciens episcopo suo misericordia subsequatur, & officii ecclesiasticis se gaudeant restitui, quia Dominus & redemptor noster oues perditas ab errore lætatur inuentas, & super profugum filium paternam liberalitatem celestis mediator accommodat. Quisquis vero clericorum post hanc formam a nobis prolatam, quocumque sacrato Deo loco in ecclesia Romana missas celebrare præsumperit, præter conscientiam papæ Symmachi dum viuit, statutis canonicis velut schismaticus percellatur. Ita sufficiat nunc cum Dei notitia nos syncerè protulisse.

**ACTIO QVINTAE SYNODI ROMANA** ducentorum octodecim episcoporum sub Symmacho papa, tempore Theodorici regis indictione nona. *Canonis Con. Rom. 5. sub Symmacho.*

- 1 De confirmando libello ab Eunodio conscripto.
- 2 De insidiatoribus Symmachi papa, & oues pastorem suum non accusent.
- 3 De episcopis rebus expoliatis, aut a sede pulsis.
- 4 De accusatoribus.
- 5 De his qui prædicta transgressi fuerint.
- 6 Item de insidiatoribus pontificum, & de his qui eos manifestauerunt.

**O**st Consulatum Auieni cum in vnum annuente Domino ante confessionem beati Petri apostolorum principis resedissemus, sancta synodus dixit: Libellus qui synodali autoritate contra eos qui aduersus quartam nostram synodum, quæ habita est Roma palmarum mutire præsumperunt, ab Eunodio conscriptus est, coram omnibus deferatur, & in præsentia omnium legatur atque roboretur. Quo recitato, & ab omnibus consona voce roborato, sancta synodus dixit. Hæc futuris temporibus conseruentur, atque ab omnibus teneantur, & in omnibus seruentur. Hic libellus integerrimè synodaliter ab omnibus teneatur, atque inter quartæ & quintæ synodorum nostrarum actiones interponatur, & ita sicut harum synodorum decreta habeatur, quia synodali autoritate conscriptus est, & roboratus. Ad quæ ter beatissimus papa respondit: Iuxta vestram omnium fiat voluntatem, & vt iudicatis apostolica habeatur autoritate, & inter apostolica, quod dicitis, interponatur decreta, & sicut cætera apostolica ab omnibus teneantur decreta. Ad quæ omnes ter vna voce responderunt dicentes:

Vt fiat rogamus. Vt fiat rogamus. Vt fiat rogamus. Postquam acclamatum est ab omnibus episcopis & presbyteris: Illi qui papam Symmachum accusauerunt, & damnauerunt ei inferre tentauerunt, & illi qui eum iudicauerunt, aut contra nostram synodum garrere aut scribere præsumperunt, vt damnentur rogamus. Et paulopost omnes episcopi & presbyteri voce magna clamantes dixerunt: Exaudi Christe, Symmacho papæ vita. Dictum est octies. Cuius sedem & annos. Dictum est decies. Vt fiat rogamus. Dictum est duodecies. Quibus cessatis Symmachus episcopus ecclesie catholice urbis Romæ dixit: Quoniam fraternitas vestra singulari charitatis studio, pio ac vigilantia affectu, indefessis laboribus, ac spiritu viuacitudo venerandi patres, tutelam rerum ecclesiasticarum fouere, sedem apostolicam (quæ solida Petri cõfessione stabilita est) tueri viriliter, cui licet indigni, Domino sic disponente, præsumimus, ac paruitatem nostram iam dudum multis afflictionibus impulsam, virili protectione defendistis, oblocutoribus & susurrantibus resistendo, qui nouis semper insidiis aliquid aduersum nos & famam nostram moluntur, quos spiritus ille diuisionis continuis exagitat aculeis, quibus est pax inimica & discordia olacens, quibus est pax inimica & discordia placens, & quia vestra bonitas curam prouisionis nostræ suis exhortationibus incitauit, & patilem circa ecclesiam tranquillitatem Dei nostri contemplatione animi præster flagitamus, vt circa insidiatores & persecutores nostros mitius agatis. Et licet iuste damnentur, propter misericordiam tamen conseruentur, vt in nobis illa Domini declaretur sententia, qua præcipitur ita fratribus dimitti, sicut sibi a Domino cupiunt dimitti. De cætero vero ne vnquam talia non solum modo in apostolicæ sedis præfule a quoquam præsumantur, sed nec in villo Christianorum episcopo usurpentur. Non ergo necesse est super his noua cudere, sed vetera recitare atque firmare. Est enim a multis ante cessoribus nostris synodaliter decretum atque firmatum, vt oues quæ pastori suo commissæ fuerint, eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitauerit, præsumant, nec vllatenus pro quacumque re alia, nisi pro sua iniustitia accusare audeant, quoniam pastorum actus gladio oris non sunt feriendi, quanquam rite reprehendendi æstimentur.

3 Nec villos episcopos suis rebus expoliatos, vel a sedibus vi, aut dolo, aut quocumque ingenio pulsos, sicut & vos de nobis iudicastis, aut ad synodum tam prouincialem, quam generalè posse conuocare, aut in aliquo iudicare, antequam cuncta quæ eis ablata sunt legibus potestati eorum pacificè per omnia reintegrentur, decernimus. Prius ergo oportet omnia illis legibus reintegrari, & ecclesias quæ sibi sublatae sunt, cum omni priuilegio suo restitui, & postmodum non sub angusto temporis spacio, sed tantum temporis spacium eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum conuocentur, & ab omnibus quisque prouinciæ suæ episcopis audiatur. Nam nec conuocari ad causam, nec diuidi cari potest expoliatus, vel expulsus, quia non est priuilegium quo expoliari possit iam nudatus: Vnde & antiquitus decretum est: Omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos ante contestatam litem præceptor aut primas possessor restituar, Et alibi scriptum habetur: Ille qui violentiam pertulit, vniuersam statim quo fuerant recipiat: & quæ

possidet, securus teneat. Et alibi in synodalibus Patrum decretis, & regum edictis legitur statutum. Redinte grada sunt omnia expoliatis, vel eiectionis episcopo. præfentialiter ordinatiõe pontificum, & in eorum vnde abscesserunt potestatem funditus reuocanda, quacunq; conditione temporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorum, aut per quascumque iniustas causas res ecclesie, vel proprias, aut sublatias suas perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularè ad synodum uocationem eorum & reliqua. Est etiam in antiquis ecclesie statutis decretum, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Vnde & in euangelio scriptum est: Quod si aliquid defraudauit, reddo quadruplum. Et in legibus seculi cautum habetur: Qui res subripit alienam, illi cuius res direpta est, in decuplum quæ sublata sunt, restituat. Et in lege diuina legitur: Male dictus ois qui transfert terminos proximi sui. Et dicit omnis populus, Amen. Talia ergo non præsumantur absque vlla uisione, nec exerceantur absque sua donatione.

4 Accusatoribus vero inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis immorantur, aut suspecti sunt, ne credatur, ne irati nocere cupiant, ne læsi vlcisci se velint.

5 Quid ad hæc vobis charissimi fratres, videtur, prudentia vestra pro ecclesiasticis quiete vel idemitate vniuersi edicite, Vniuersa synodus dixit: Episcopa persecutione, & ecclesiarum abscessionem, vel vastationem, atque seruorum Dei infestationem fulti prædicta autoritate, & omnium sanctorum Patrum prohibitionem, vestraque cõsolatione comuni tractatu pariter in futurum robuste ac veraciter amputantes, sanctorumque Patrum statuta firmantes expressis sententiis sancimus, ne vnquam talia a quoquam nostris aut futuris temporibus præsumantur. Et silentio facto Symmachus episcopus ecclesie catholice urbis Romæ dixit: Quod si aliqui hæc transgressi fuerint, & talia præsumperint, quid super his vobis videtur, pari adunatione manifestate. Cumque surrexissent, & paulopost iterum confederissent, vna voce dixerunt: Si quis hæc quæ hodie in hac sancta synodo prohibita sunt, infringere præsumperit, aut voluntariè transgredi tentauerit, si clericus est, gradu proprio penitus careat: si vero monachus, aut laicus fuerit, communionem priuetur. Et si non emendauerit vitium, anathemate feriatur.

6 Secretas vero insidias, vel manifestas pontificibus a quibuscunque illatas, vel ea quæ huius sanctæ synodi sententia complectitur, si quis ad ecclesie pertulerit notitiam, potiat honoris: & hi qui aduersa eis moluntur, sicut a sanctis Patribus dudum statutum est, & hodie synodali & apostolica autoritate firmatur, penitus abiiciantur, & exilio suis omnibus sublaris perpetuo tradantur. Hæc vero quæ in hac sancta synodo statuta sunt, & ea quæ in libello, quem Euno dius nostra autoritate conscripsit, sicut in præsentia nostra relecta sunt, vt propriis manibus roborentur rogamus, atque in perpetuum conseruentur (sicut prædictum est) vestra apostolica autoritate firmetur. Symmachus ecclesie urbis Romæ catholice episcopus dixit. Acclama. vestras, synodique iudicij præsentia suscipiet gesta. A diecitque & dixit: Ea quæ ad suscipiendos veteris præsumptionis errores, vel infensæ potestatis præsumptionis morbos, quibus statim affligi solet ecclesie seruorumque ei deliberatione religioni cõgrua pacisq; constituit, perpetuam societatem firmitate, vt annuente Domino quæ custodem rerum constat esse bonarum synodalis ordinatio vigeat, atque ois qui sine personæ

Matt. 10.  
Rom. 12.  
Ez. 9. a  
ac De. 32.  
Heb. 3. d.  
Eccle. 39. c  
Ioh. 10. c

2. Ti. 4. d  
1. Ioh. 1. c

Esa. 50. a

Ioh. 14.  
Matt. 10.  
Ibid. 14

Matt. 6. b

2. q. 7. o.  
nes que  
pastor.  
Omnia ve  
roque se  
quuntur  
que ad il  
lud quod  
ad hanc  
bis & cha  
bentur in  
ult. decre.  
Eusebii pa  
pe & fil.  
infra dec.  
epistola 10  
ba. papa. 1

2. q. 2. In  
scripturis  
& in dec.  
1. mo. lib. 4.

3. q. 1. Redi  
tegrandi.

In dec. Iuo  
lib. 4.

Luc. 19. b

1. q. 2. In  
legibus.

Deu. 27. c

3. q. 5. de  
casato. ve



alicuius distinctione venire præsumpserit, imposita superius distinctione plectetur. Vniuersa synodus dixit: Ut fiat rogamus, Dicitur est decies: Ut scandala amputentur, & insidiarum atque detractioes erga episcopos vitentur, rogamus. Dicitur est duodecies. Et facta silentio vniuersi in sancta synodo congregati clamantes dixerunt: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dicitur est octies: Hic est pax cum Symmacho. Dicitur est nonies: Cuius sedem & annos. Dicitur est decies: Ut de præfenti fiat. Dicitur est duodecies. Et paulopost cum resedissent facta silentio vniuersa synodus dixit: Quisquis clericorum, aut monachorum, aut laicorum, tam maioris ordinis quam etiam inferioris post hanc formam à nobis prolatam, his decretis contraire præsumpserit, statutis canonicis vel schismaticus percellatur.

**SEXTA SYNODVS ROMANA SVB**

*Symmacho Papa, habita tempore Theodorici regis, sub die Cal. Octobris, de inuasoribus.*

*De inuasoribus, petitoribus vel largitoribus rerum ecclesiasticarum sine pontificalium & de eis qui admonitione sacerdotali non corriguntur.*

**S**ymmacho Papa, habita tempore Theodorici regis, sub die Cal. Octobris, de inuasoribus. De inuasoribus, petitoribus vel largitoribus rerum ecclesiasticarum sine pontificalium & de eis qui admonitione sacerdotali non corriguntur. Vm in vnum apud beatum Petrum apostolum sancta sexta synodus canonicè à beato Symmacho Romæ congregata resedisset, Symmachus prædictus episcopus ecclesie catholice vrbis Romæ eidem synodo præfidentis, dixit: Quoniam religiosus sancto spiritu congregante conuentus hortatur, ut quæcunque pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt, cura diligentiore tractemus. Nos enim & apostolicæ sedis moderate compellimur, & ecclesiasticarum rerum dispositione constingimur, sic canonum paternorum decreta librare, & retro præfulum antecessorumque nostrorum decreta metiri, ut quæ præfentium necessitas temporum restituentis ecclesie relaxanda exposcit, adhibita diligenti consideratione quantum fieri potest auxiliante Domino temperemus: quia nos (qui potissimi sacerdotis administram<sup>o</sup> officia) transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inuenti, quia meminimus quod timere debemus, qualiter comminetur Dominus negligentiam sacerdotum. Sanè reatu maiore delinquit, qui potiore honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccaminum sublimitas dignitatum. Ideo tacere non debemus, sed ea quæ necessaria fore agnouerimus viriliter corrigere & emendare satagamus, & ea quæ noxia sunt extirpare (prout Dominus dederit) non negligamus. Ab vniuersis episcopis & presbyteris acclamatum est: Exaudi Christe, Symmacho Papæ vita. Dicitur est sexies: Hæc confirmamus, & hæc docemus. Dicitur est octies: Doctrinæ vestræ gratias agimus ingentes. Dicitur est decies: Ista teneantur, & ista obseruentur rogamus. Dicitur est duodecies Dignus Papa, dignus doctor. Et facta silentio Symmachus episcopus dixit: Communis dolor & generalis est gemitus, quod intra ecclesiam nostris & retroactis temporibus de inuasionem rerum ecclesiasticarum, & vexationem sacerdotum cognouimus, quæ res non nos solos, sed omnes Domini tangit sacerdotes. Et licet hæc à prædecessoribus nostris iam prohibita sint, & tales præsumptores damnati, & à sanctis canonibus anathematizati, ne tamen denuò præsumantur, est etiam super his promenda sententia ut qui eorum casum non timent, timeant saltem co-

rum perpetuam damnationem: & quod sæpe præsumitur, sapius ut inhibeatur necesse est. Sancta synodus dixit: Hæc ne fiant denuò synodali conuentu vniuersa beatitudinis vestræ sententia eneruari conuenit, & ne in exemplum remaneat præsumendi funditus extirpari. Symmachus episcopus dixit: Modo quia Deus præsentiam vestram votiuam mihi concessit, necesse est rem fieri firmam, quam credo ecclesiasticis facultatibus conuenire, ut agnoscant omnes quos vanus furor & auaritia excitauit, talia absque vltione non posse præsumi. Sancta synodus dixit: Scimus prouisionem vestram necessariis studere, & in deo vestra est potestate sequenda disponere Symmachus episcopus catholice ecclesie vrbis Romæ dixit. Magna quidem venerando ac sacerdotali debetur cultura proposita, cui imminet de studio quæ recta sunt, non de necessitate disponere. Sed quoniam in aliquibus aliena postulantes, vitiorum mater auaritia, repudiatis honestatis repagulis totum putat expedit quodlibet, & ita dum prædæ inhiat, patientia supernæ pietatis abutitur, expectantibus correctione cælo moderante, iudiciis se existimant non teneri, cum clarum sit, quod apud certos in occasionem rapiendi procedit diuinæ moræ sententiæ. Sed nobis quos pastoralis cura & ecclesiastica astringit, pro dispensatione certa ratio reddenda substantiæ opus est ut sollicitudinem non solum ad præsentiam, sed etiam ad futura secula porrigamus, ne ad animarum nostrarum detrimenta contingat, si hi qui possunt statutis debere innocentiam præsumentes de libertate deliquerint, cum religiosa possunt & nostra & successoris nostri potestate fulciri legibus ecclesiasticis seruientes. Sancta synodus dixit: Scimus spiritu Dei cor vestrum esse lucensum, & instinctu Dei vos ita loqui. Quapropter omnibus summopere conuenit obseruare, ut oblationes fidelium à nemine præsumantur absque consensu & voluntate episcopi, in cuius dignoscuntur esse parochia, & potestate possideri, vel dominari tententur, quoniam nonnulli memores sui pro remissione peccaminum suorum, & pro æternæ vitæ mercedione de facultatibus suis tam rerum immobilium quam & mobilium, quædam verò per scripturas ecclesie tradiderunt, & Deo creatori suo perpetualiter habenda dederunt, quæ econtra à diuersis Deum minus timentibus, eatenus mortifera calliditate tenentur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam: Nec intueri corde possunt diem iudicij, dum nimis cupiditatis delectantur ardore. Vnde precamur ut antiquorum Patrum regulas, quæ modò propter incuriam quorundam quasi oblitæ habentur, renouentur: & tale iudicium super eis fiat, ut aut manifestè hæretici, quia ecclesiam Dei sciunt, & anathematizati, atque ab ecclesia Dei extorres habeantur, aut per satisfactionem ecclesie ad penitentiam, & demum iuxta regulas ecclesiasticas ad reconciliationem recipiantur. Symmachus episcopus ecclesie catholice vrbis Romæ dixit: His ergo rite perpensis, ne illi in ruinam incidant, & perpetuo damnentur excitio, & sancta ecclesia precioso Christi sanguine redempta restauretur, eique pie famulantes non opprimantur, sed releuentur, mansura cum Dei nostri consideratione vnà cum vestro iudicio sancimus, ut quicumque immemor aut memor interitus sui res ecclesie delegatas & Domino oblatas, absque proprii episcopi iussu possidens præsumpserit deinceps tenere quo-

cunque in loco, & veritate comperta res Dei seruis suis dissimulauerit, aut reuenerit reformare, liminibus ecclesie ab episcopo eiusdem loci prius arceatur. Indignè enim ad altare Dei properare permittitur, qui res ecclesiasticas audeat inuadere, aut iniuste, id est, si ne licentia episcopi possidere, aut iniqua vel iniusta defensione in eis perdurat. Necatores etiam pauperum iudicandi sunt præfixo tenore: & si non emendauerint vitium extirpandi. Debet tamen esse prouisio, ut vindictam admonitio manifesta præcedat, & res vrsurpatas iniuste qui abstulit, aut iniuste ablatas retinet, & equitate patrocinate legibus restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat. Neque quisquam per internas res Deum desensare nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnum terminosingulari dominatione concludit quod si præsumpserit, & ipsius offensam, & prædictæ damnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam huiusmodi frena districtiois imponimus, qui facultates ecclesie sub specie largitatis regie, vel cuiuscunque potestatis improba subreptione peruaserint. Sera namque de his rebus penitentia commouemur, cum iam transactis temporibus contra huiusmodi personas, canonum suffulti præsidio, se sacerdotes Domini erigere debuissent, ut non mansuetudo indulgentiæ ad similia perpetranda improborum audaciam adhuc quotidie prouocaret. Nunc tardè iniuriarum mole depressi, damnis quoque dominicis compellentibus excitamur. Quod si is cui res Dei competit, in aliis quam ubi res agitur maxime solet terroris commorari, sacerdotem loci ipsius ubi habitat episcopus, illi huiusmodi prauitate contentus neglectu personæ literis instructum reddat. Tunc antistes ipsius fratris anxietate comperta, aut peruasorem rerum dominicarum admonitione corripit, aut prætaxata canonica districtione condemnet. Vnde & in canonibus in Gangrensi ecclesia apostolica auctoritate conditis, de fructuum oblationibus quæ ministris ecclesie debentur, & de his quæ in usus pauperum conferuntur, scriptum habetur. Si quis oblationes ecclesie accipere, vel dare voluerit præter episcopi conscientiam, vel eius cui huiusmodi sunt officia commissæ, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit. Et iterum in eodem concilio, Si quis oblata Deo dederit vel acceperit præter episcopo. vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dar & qui accipit, anathema sit. Valde iniquum ergo & ingens sacrilegium est, ut quæcunque vel pro remedio peccatorum, vel salute vel requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesie contulerit, aut certè reliquerit, ab his quibus hæc maxime seruari conuenit, id est, Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à principibus & primis regionum in aliud transferri vel conuerti. Propterea qui hæc non præuiderit, & aliter quàm scriptum est, prædica ecclesie petierit, vel acceperit, aut possederit, vel iniuste defenderit, aut retinuerit, nisi citò se correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriat, sitque accipienti & danti & possidenti anathe. & instituta pœnæ contubernij asiduè. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstatolumini at, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit. Ab vniuersis episcopis & presbyteris acclamatum est: Ut hæc penitus abscondantur, rogamus. Di-

ctum est quinquies: Ut hæc amputentur, precamur. Dicitur est sexies: Ut res ecclesie quibus traditæ sunt intemerato iure seruentur, rogamus. Dicitur est septies: Ut secundum hoc quod prosequuti estis synodali conuentu per omnia fiant, vnanimiter deprecantes rogamus. Dicitur est octies: Ut in præsumptoribus vindicetur, rogamus. Dicitur est decies: Ut disciplina seruetur, rogamus. Dicitur est undecies: Quæ malè admissa sunt per vos, corrigantur. Dicitur est duodecies: Ut illicita facta amputentur, ita ut deinceps non fiat, rogamus. Dicitur est tredecies: Ut apostolica ordinatio illibata seruetur. Dicitur est quatuordecies: Dignus Papa, quod non licet, non fiat. Dicitur est quindecies: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dicitur est sexdecies: Ut canones custodiantur, rogamus. Dicitur est quindecies: Ut ordinatio apostolica seruetur. Dignus Papa, dignus doctor. Dicitur est nouemdecies: Hæc omnes vnanimiter confirmamus, & vnanimiter seruentur, rogamus. Dicitur est vigesies: Hæc tenenda, hæc seruanda sunt. Dicitur est vigesies: Per Dominum Petrum ut perpetuò seruentur, rogamus. Dicitur est vigesies: Qui hæc violari in se, iuxta prætaxatum modum inueniat. Dicitur est vigesies: Et facta silentio Symmachus episcopus ecclesie catholice vrbis Romæ dixit: Præfentis diffinitionis formam, quæ iuxta sanctorum Patrum est statuta sententia, in omnium ecclesiarum notitiam peruenire decernimus, ne cuiquam pro sua possit ignorantia licere, quod non licet. Et qui talia præsumpserint, sciant se prætaxato condemnatos esse modo. Similiter & hoc ad omnium ecclesiarum notitiam vestra cunctorum exhortatione & iudicio censemur peruenire, & ab omnibus firmiter teneri, quia episcoporum res ecclesie non dubitantur esse, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, peruasores rerum memoratarum prædictæ canonum districtiois feriantur vindicta, ut qui moribus propriis, ac nulla conscientie castigatione corriguntur, saltè ecclesiasticæ & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis. Generaliter verò quicumque res ecclesie commiscare, aut competere, aut peruadere periculosa sua infestatione præsumpserit, nisi se citissimè per ecclesie de qua agitur, satisfactione correxerit, perpetuo anathemate feriat. Similiter & hi qui res ecclesie iussu vel largitione principum, vel quorundam potentum, aut quadam inuasionem, aut tyrannicam potestate retinuerint, & filiis vel hæredibus suis (ut à quibusdā iam factū audiimus) quasi hæreditarias reliquerint, nisi citò res Dei admoniti à pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, ut potius custodes chartarum, quam defensores rerum creditarum (ut præceptum est) iudicemur. Sanandum est ergo hoc celerius, ne longè execrandis animis morbus inferpat ut si medicus cum viderit huius terreni corporis aliquem esse languorem, magni sui artis æstimat documentum, si citò quis illius interuentu desperat, euadat: vel cum postea vulnus aspexerit, adhibet fomenta vel cætera, quibus illud posset quod natum fuerat vulnus obduci ac si id manens sanari non poterit, ne corpus, reliquum sua tale corrumpat, ferro amputet quod nocebat, quo reliquum integrum seruet intactum. Prædicandum id ergo est quod velut puro sanoque nimium corpori vulnus obrepit, ne cum tardè abstrigitur, iam ipsis penè visceribus huius mali non haurienda sentina consistat. Ferro enim abscondenda sunt vulnera, quæ fometa non sentiunt. Similiter & illi extorres debent fieri

*Ibidem.*

*16. q. 1. Ferro.*

fieri ab ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino: Auferte malum à vobis. Vniuersa synodus surgens acclamauit: Vt ista fiant, rogamus. Dicitur est octies: Ista seruentur precamur. Dicitur est decies: Vt in perpetuum maneant, & vestra autoritate firmetur. Dicitur est duodecies: Exaudi Christe, Symmacho Papae vita. Dicitur est duo decies. Et facta silentio Symmachus episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae synodo praesidens dixit: In hoc cognoscimus omnes quia Deum diligamus, si mandata eius faciamus. Haec est enim charitas Dei, ut mandata eius custodiamus, & mandata eius grauius non sunt. Iustus est enim dominus, & omnia iudicia eius iusta sunt, atque omnes viae eius misericordia & veritas & iudicium. In manu Dei potestas terrae, cui execrabilis est omnis iniquitas. In manu Dei potestas hominis, & super faciem scribae imponet honorem suum. Perdit Deus memoriam superborum, & iniqua gerentium, & relinquit memoria humilium & bonorum hominum. Hoc autem pro certo habet omnis qui recte colit Deum: quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur: & si in tribulatione, liberabitur: si vero in correctione fuerit, ad misericordiam perueniet. Omne enim quod irreprehensibile est catholica defendit ecclesia. Non licet ergo Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata diuina praesumere, nec quicquam quod euangelicis prophetisque, & apostolicis regulis obuiat agere. Iniustum enim est iudicium, & definitio iniusta regio metu, vel iussu à iudicibus ordinata, non valet. Nec quicquam contra euangelicam, vel propheticam, aut apostolicam doctrinam, constitutionemque eorum, siue sanctorum Patrum actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus aut haereticis factum fuerit, omnino cassabitur. Noctua ergo sancti praedecessores mei damnare confidenter studuerunt, quorum & pusillitas mea (licet impar & minima) pro suscepto tamen diuina dignatione ministerio pedissequa cupit existere. Vix enim erit nobis qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem saluatoris nostri Iesu Christi quam Apostoli praedicauerunt, praedicare neglexerimus. Vix erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare nummularis iubemur, id est, Christianos populos imbueri & docere. Quid in ipsi Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum eius veritatem confundimus praedicare. Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto rationem iustus iudex Christus Deus noster districtam exegerit? Ideo nos oportet semper noxia rescare, & auxiliante Domino profutura erigere. Vnde obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consulendo prodesse quibus, possumus festinamus. Lingua nostra bonis fomentum sit, prauis aculeis, timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortando succendat, refugientibus, suadeat asperis blandiatur, desperatos consoletur, ut quia doctores dicimus, via salutis gradiantur. ostendamus. Similiter in custodia vigilantes, aduersus contra hostis insidias solliciti muniamus: & si quando ouem perditam de commissis gregibus error abduxerit, toto illam annisu ad caulas reuocare dominicas contedamus, ut de pastoris nomine quod habemus non supplicium, sed praemium consequamur. Quia ergo in omnibus diuinae gratiae adiutorio opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus, clementiam exoremus, quatenus ad haec nobis operan-

da, & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea nos via cum fructu boni operis, quam se pastor postulare esse testatus est, dirigat, ut sine quo nihil agere possumus, per ipsum omnia implere valeamus. Vniuersa synodus surgens acclamauit: Placent omnia. Vt perpetua stabilitate firmetur, rogamus. Dicitur est octies. Et adiecit: Exaudi Christe, Symmacho vita. Dicitur est octies: Vt haec intemerata seruentur. Dicitur est decies: Vt ista intemerato iure custodiantur, precamur. Dicitur est duodecies: Qui haec sponte violauerit, perpetuo anathemate feriat, rogamus. Dicitur est quindecies: Vt decreta nostra confirmes, precamur. Dicitur est decies & octies. Et facta silentio, Symmachus episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae dixit: Acclamationes vestras, synodique iudicium praesentia gesta suscipiant. Et adiecit: Ea quae ad sopitendos veterum praesumptionis errores, vel infensarum rebus ecclesiasticis egritudinis morbos, quibus vniuersalis afficiebatur ecclesia, deliberatio religioni congrua pacique constituit, firmitate perpetua societur, ut praesente Deo, quem custodem rerum constat esse bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnis qui sine personae alicuius distinctione venire praesumpserit, indita superius distinctione plectatur.

**CONCILIUM ILERDENSE OCTO**  
Episcoporum circa tempora Symmachi Papae, vel Hermisidiae habitum, & anno quintodecimo Theodorici regis, octavo Idus Augusti.

Ilerda in Hispania citeriori Ilergeti (ut Ptolom lib. 2. cap. 6.) vel Sardoum (ut Plinius lib. 3. cap. 3.) ciuitas iuxta scopum fluminis quae Leryda & Leyda vernaculis dicitur.

**TITVLI CAPITVLO RV M CONCILII**  
Ilerdensis.

- 1 De his qui altario ministrant, ut à sanguine hominis se abstineant.
- 2 De his qui abortiuum faciunt, vel natos suos extinguunt.
- 3 De monachis ut clerici ordinentur cum voluntate abbatis, & quae monasterio offeruntur, non auferantur, & de basilicis quas laici fecerint.
- 4 De incestis aut quamdiu in scelere sunt, inter catechumenos habeantur.
- 5 De his qui altario seruiunt, si subito in fragilitatem carnis inciderint.
- 6 De eo qui viduae penitenti, vel religiosae virgini stuprum intulerit.
- 7 De his qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.
- 8 Si clericus seruum vel discipulum de ecclesia traxerit, ut penitentiam agat.
- 9 De his qui rebaptisati sunt, quantum peniteant.
- 10 De his qui iubente episcopo remissa culpa ab ecclesia exire contemnunt.
- 11 De clericis qui in mutua eadem prorumpunt.
- 12 De his qui contra canones ordinati sunt, ut deponantur.
- 13 De catholicis qui filios suos haereticorum baptisum tradiderint.
- 14 De catholicis ut cum rebaptisatis non conuersentur.
- 15 Vt clerici cum extraneis mulieribus non habitent.
- 16 Cum sacerdos moritur, quid de rebus ecclesiae obseruetur.

Capitula Concilij Ilerdensis.

**D**e his clericis qui in obscursionis necessitate positi fuerint id statutum est ut qui altario ministrant, & Christi corpus & sanguinem tradunt, vel uasa sacra officio deputata cotrectant ut ab omni humano sanguine, etiam

hostili se abstineant. Quod si in hoc inciderint, duobus annis tam officio quam communionem corporis Domini priuentur, ita ut his duobus annis, vigiliis, ieiuniis, orationibus, & eleemosynis pro viribus quas dominus donauerit exsolvantur, & ita demum officio vel communioni reddantur: ea tamen ratione, ne ulterius ad officia potiora prouehantur. Quod si in definito tempore negligetiores circa salutem suam extiterint, protelandi ipsius penitentiae tempus in potestate maneat sacerdotis.

2 Hi vero qui male conceptos ex adulterio foetus, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potioribus aliquibus colliserint, introque sexu adulteris, post septem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen ut omni tempore vitae suae fletibus, & humilitati insistant. Si vero clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat, attamen in choro psallentium à tempore receptae communionis intersint. Ipsi autem veneficis in exitu tantum (si facinora sua omni tempore vitae suae defleuerint) communio tribuatur.

3 De monachis id obseruari placuit quod synodus Agathensis noscitur decreuisse, hoc tantummodo adiiciendo, ut cum pro ecclesia utilitate aliquos episcopus probauerit in clericatus officio promouendos, cum abbatis voluntate debeant ordinari. Ea vero quae in iure monasterij de facultatibus offeruntur, in nullo diocesana lege ab episcopis contingantur. Si autem ex laicis quisquam à se factam basilicam consecrari desiderat, nequaquam ea sub monasterij specie, ubi congregatio non colligitur, vel regula ab episcopo non constituitur, à diocesana lege audeat segregare.

4 De his qui se incestus pollutione commaculant placuit, ut quousque in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseuerant, usque ad Missam tantum catechumenorum in ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere vllum Christianorum (sicut Apostolus iussit) oportet.

5 Hi qui altario Dei deseruiunt, si subito in stenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente dignè penituerint, ita ut mortificato corpore cordis contritu sacrificium Deo offerant, maneat in potestate pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesia corpore segregare: ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoueri. Quod si iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & veluti fues in volutabris luti iacuerint, non solum dignitati officij careant, sed etiam sanctam communionem nisi in exitu non percipiant.

6 Qui penitenti viduae, vel virginis religiosae vim stupri intulerit, si se ab eo sequestrare noluerit, pariter à communionem Christianorum, & consortio segregentur. Si vero illa quae vim pertulit, ad sanctam religionem redierit, in illo solo sententia excommunicationis teneatur, quoad usque publice peniteat.

7 Qui sacramento se obligauerit, ut litigans cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat, pro periurio vno anno à communionem sanguinis & corporis Domini segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus & quantis poterit ieiuniis absoluat. Ad charitatem vero, quae operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.

8 Nullus clericorum seruum, aut discipulum suum

ad ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare praesumat. Quod si fecerit, donec dignè peniteat, à loco cui honorem non dedit, segregetur.

9 De his qui in praerogatione rebaptisati, sine aliqua necessitate, vel tormento delapsi sunt, placuit ut circa eos illa Nicenae synodi statuta seruentur, quae de praerogatoribus censita esse noscuntur: id est, ut septuaginta annis inter catechumenos orerent, & duobus inter catholicos & postea moderatione & clementia episcopi fidelibus in oblatione Eucharistiae communicent.

10 Qui iubente sacerdote pro quacunque culpa ecclesiam exire contempserit, pro noxa contumaciae tantum recipiatur ad veniam.

11 Si qui clerici in mutua eadem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, à pontifice districtius vindicetur.

12 Qui contra decreta canonum indiseretè clericos usque nunc ordinauerunt, eis Dominus, vel sancta & ecclesiastica charitas ignoscat. A modo vero si in tali ausu proruperint, decretum canonum quod circa eorum personas statutum est, id est, ut nullum ordinare iam audeant, obseruetur: vel qui deinceps ordinati fuerint, deponantur. Si vero qui tales haecenus ordinati sunt, nullo tempore promoueantur.

13 Catholicus qui filios suos in haeresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur.

14 Cum rebaptisatis fideles religiosi nec in cibo participant.

15 Familiaritatem extraneorum mulierum licet ex toto sancti Patres antiquis monitionibus praecipere ecclesiis euitandam, id nunc tamen nobis visum est, ut qui talis probabitur, si post primam & secundam commonitionem se emendare neglexerit, donec in vitio perseuerat, officij sui dignitate priuetur. Quod si se (Deo iuuante) correxit, sancto ministerio restituetur.

16 Licet de re huiusmodi quam constituere salubri ordinatione decernimus, prisca auctoritas canonum nequaquam siluerit, sed euidenti sanctione praecipere, ut cuiuscunque ecclesiae pontifice defuncto, non passim pro libitu suo in earum rerum direptionem, quas obiens dereliquit quisquam irruat, domumque subuertat: sed sacerdos qui ex equarum tempore est, ea omnia quae ad utilitatem & conseruationem pertinent, debeat diligenti circumspectione munire, tamen quia ipsa sanctio (quod peius est) à multis clericis nunc cognoscitur violari, ita ut non iubente sacerdote expectorato affectu, totaque disciplinae seruitate posthabita, immaniter quae in domo pontificali reperiuntur inuadunt, & abradunt, ideo nunc haec huius placiti constitutione inter nos censura placuit custodiri, ut defuncto antistite, vel etiam adhuc

in supremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officij, gradusve sit, quicquam de domo praesumat, vel quod de utilitate instrumenti domus esse agnoscitur, id est, mobilis & immobilis rei ecclesiasticae conetur inuadere, nihil furto, nihil domo suppressens, auferens, atque abscondens, sed is cui domus commissa est, subiunctis sibi cum consilio vno, vel duobus fidelissimis clericis, omnia usque ad tempus pontificis substituendi debeat conseruare, & his qui in domo inueniuntur clericis conseruatae alimoniam administrare. Substitutus autem antistes susceptae sedis commoda ordinabit, velut Deus imperabit, ut eis utrum

12. q. 2. Hec huius placiti.

11. q. 3. Qui in berte fac.

12. q. 2. Hec huius placiti.

cum his debeat, quos cognouerit disciplina, & charitati prædecessoris sui fideliter paruiffe. Quod si quisquam post hæc cuiuslibet ordinis (vt superius dictum est) quacunque clericus occasione de omni facultate quippiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegij prolixiori anathemate condemnetur, & vix quoque peregrina ei communicatio concedatur: quia durum est, vt hi quos constat in seruitio Domini cum primæ sedis antistite desudasse, ab his qui suarum rerum incubitatores, atque vagantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenus crucientur.

**DE QUATUOR CAPITVLIS ILERDEN-  
densis concilij ex Gratiani decreto, & similiter  
Iuonis desumpta.**

1 In diebus quadragesimæ nuptias celebrare non licet.

33.9.4. no oportet in a 6. in dec. Iuonis lib. 6.

**N**on oportet à septuagesimæ vsque in octauum Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem sancti Ioannis Baptistæ, & ab aduentu Domini vsque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

2 Non prohibetur à sacris ordinibus, qui à medicorum incisione claudus efficitur.

dist. 55. si quis in infirmitate. Et in dec. Iuo. lib. 2.

2.9.4. si quis presb.

Si quis in infirmitate positus clericus, medicorum incisione claudus efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non denegamus.

3 De purgatione clericorum si conuinci non potuerunt.

Si quis presbyter à plebe sibi commissa mala opinionione infamatus fuerit, & episcopus legitimis testibus approbare non potuerit, suspendatur presbyter vsque ad dignam satisfactionem, ne populus fidelium in eo scâdalu patiatur. Digna enim satisfactio est, si eis à quibus reus creditur, post rectam securitatē de imposito crimine innocens esse manifestetur.

Quod ita à nobis, & à maioribus constitutum esse docetur, si siue secundum canones, siue ad arbitrium episcopi, sibi collegas septem adiungat, & iuret in sacro coram posito Euangelio, quod eum sancta trinitas, & Christus filius Dei, qui illū fecit, & docuit, quod Euangelium continet, & sancti quatuor Euangelistæ qui illud scripserunt, sic adiuuent, quod ille prænominatam actionem ita non perpetrarit, sicut ei de illo oblatum est. Et in hac satisfactione purgatus, securè deinceps suum exerceat ministerium.

Quam satisfactionem nonnulli præcedentium Patrum, sanctum Leonem papam in basilica sancti Petri Apostoli, coram reuerendis. Cæsare Carolo, ac clero, & plebe ita fecisse commemorant, atq; ita mox venerandum principem contra eiusdem sancti Patris aduersarios dignæ ultionis vindictā exercuisse.

4 Ad baptizandi officium, & ad vestimenta altaris lauanda, sacerdos propria debet habere vasa.

De cons. d. 4. Ois pbs.

Omnis presbyter qui fontem lapideū habere nequiuert, vas conueniens solummodo ad baptizandi officium habeat, quod extra ecclesiam non deponatur. Similiter ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur vasa, in quibus nihil aliud fiat.

DE EX DECRETO IYONIS LIB. VII.

Vt duobus vel tribus testibus testimonium dicentibus sanguinei separentur.

Deu. 19. d. & 17. b. & Mat. 18. b. & 2. co. rin. 13. a

**V**T omnis controuersia quæ de ecclesiasticis rebus fit, secundum diuinā legem sub duobus vel tribus testibus terminetur, testis est

Dominus, cum dicit: Non vnus stet cõtra alium, sed in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.

DE VNO DECRETO ILERDEN-  
densis concilij, quorum primum desumptum est ex vetusto  
codice librorum quinque ca. 13. 4. lib. 2.

Episcopi, presbyteri, diaconi relicta, si maritū acceperit, in fine non communicet.

SECUNDVM, EX LIB. 9. LIB. 16. LIB. 17. LIB. 18. LIB. 19. LIB. 20. LIB. 21. LIB. 22. LIB. 23. LIB. 24. LIB. 25. LIB. 26. LIB. 27. LIB. 28. LIB. 29. LIB. 30. LIB. 31. LIB. 32. LIB. 33. LIB. 34. LIB. 35. LIB. 36. LIB. 37. LIB. 38. LIB. 39. LIB. 40. LIB. 41. LIB. 42. LIB. 43. LIB. 44. LIB. 45. LIB. 46. LIB. 47. LIB. 48. LIB. 49. LIB. 50. LIB. 51. LIB. 52. LIB. 53. LIB. 54. LIB. 55. LIB. 56. LIB. 57. LIB. 58. LIB. 59. LIB. 60. LIB. 61. LIB. 62. LIB. 63. LIB. 64. LIB. 65. LIB. 66. LIB. 67. LIB. 68. LIB. 69. LIB. 70. LIB. 71. LIB. 72. LIB. 73. LIB. 74. LIB. 75. LIB. 76. LIB. 77. LIB. 78. LIB. 79. LIB. 80. LIB. 81. LIB. 82. LIB. 83. LIB. 84. LIB. 85. LIB. 86. LIB. 87. LIB. 88. LIB. 89. LIB. 90. LIB. 91. LIB. 92. LIB. 93. LIB. 94. LIB. 95. LIB. 96. LIB. 97. LIB. 98. LIB. 99. LIB. 100.

Vt in Christianorum nuptiis non saluetur.

Quod nõ oporteat Christianos euntes ad nuptias plaudere, vel saltare, sed venerabiliter cœnare, vel prandere sicut Christianos decet.

DE CONCILIO VALENTINVM HISPANIAE sex episcoporum, circa tempora Symmachi Papæ, vel Hormisdæ habitum, & anno quintodecimo Theodorici regis.

Valentia Hispania ceterioris maritimæ ciuitas, authore Plinio libr. 3. cap. 3. tribus milibus passuum à maridistans, nunc vero miliari vnico remota: Archiepiscopus est atque metropolis regni eiusdem nominis, nobilitate non minus, quam rerum variarum vbertate ac cali amenitate insignis.

TITVLI CAPITVLORVM CONCILII VALENTINI HISPANIAE.

- 1 Vt Euangelium post Apostolum legatur.
- 2 Vt defuncto episcopo de rebus ipsius, vel ecclesie nullus quicquam presumat inuadere.
- 3 Vt propinqui morientis episcopi de rebus eius nihil usurpent sine metropolitani, & comprouincialium conscientia.
- 4 De exequiis morientis episcopi, & qualiter humetur.
- 5 De vagis & inobedientibus clericis.
- 6 Vt clericum alienum nullus ordinet, nec sit clericus, qui non spondeat locum, ubi sit delegatus.

CAPITVLA CONCILII VALENTINI HISPANIAE.



Nono decimo quinto Theodorici regis, sub die secundo nonas Decembris in nomine Domini nostri Iesu Christi Valentino in concilio cõgregati, dum ecclesiasticas regulas tractarem, antiquos canones relegentes, inter cætera hoc esse censuimus obseruandum, vt sacrosancta Euangelia ante munerum illationem in Missa catechumenorum, in ordine lectionum post legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri Iesu Christi, vel sermones sacerdotis, non solum fideles, sed etiam catechumeni, ac pœnitentes, & omnes qui ediuerso sunt, audire licitum habeant. Sic enim pontificum prædicatione audita, nonnullos attractos ad fidem euidenter scimus.

2 Hoc etiam placuit, vt episcopo ab hoc seculo iubente domino accersito, clerici ab omni omnino suuilectili, vel quacunque sunt in domo ecclesie, vel episcopi in libris, speciebus, utensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re rapaces manus abstineant, & nihil latronum more diripiant. Qui si nec canonum autoritate prohibiti fuerint, omnia quæ peruaserint, metropolitani vel omnium

omnium comprouincialium sacerdotum districtione coacti, in pristinum statum redintegrare cogantur, vt nihil antistiti, vel dispensatori futuro necessarium sub hac iusta constitutione deperat. Quod vt confidentius iustitia manente seruetur, secundum Regiensis synodi constituta, episcopo è corpore recedente, vicinior illi accedat episcopus, qui ex more exequiis celebratis, statim ecclesie ipsius curam districtissimè gerat, ne quid ante ordinationem futuri pontificis, remanenti clericorum subuersioni, vel direptioni iam liceat, ita vt directis hominibus inspector certior, & descriptio fidelissima (si fieri potest) intra octauas defuncti, sub diligentia præsentis episcopi peragatur, ac dehinc ad metropolitani notitiã habita ordinatè descriptio deferatur, vt eius electione talis persona ordinandæ domui ecclesiastica procuraretur, quæ vel consueta clericis stipendia dispenseret, & creditarum sibi rerum (si forsitan tarditas in episcopo ordinando successerit) metropolitanis congruis temporibus reddere posset rationem, vt sub hac salubri constitutione clerici stipendiis suis omnino contenti, labores non diripiât episcopi decedentis, & in vacuam ecclesie domum futurus pontifex non sine dolore succedat: sed magis de prædecessoris sui dimisso possit & ipse gaudere, & aliis ministrare.

3 Simili quoque modo parentibus, & propinquis decedentis episcopi, si intestatus obierit, denunciatur, vt sine metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum conscientia nihil de rebus defuncti occurrere pertentent, ne forte cum hæreditariis rebus etiam aliqua ad ecclesiam pertinentia vel permixta vsurpent, sed vsque ad ordinationem futuri expectent antistitis: aut certè (si longum fuerit) ad metropolitani (vt dictum est) ordinationem recurrent. Si quis autem contemptor diuini timoris contra hæc sancta synodica clericus quisque vel laicus venire improba mente tentauerit, & communione & confortio priuetur ecclesie: quia durum est, vt ad illam coueniat quam expoliare non metuit, nisi forte spiritu meliore correptus, dum à præsumptione cessauerit, recuperet indulgentiam. Si autem rationabiliter, modestèque vnusquisque repetit quod sibi iure debetur, ei absque aliqua animaduersione à metropolitanis, vel cui iniunxerit, aut res, aut ratio nõ negetur. Hoc etiam canone omnes sunt constringendi, qui tam in præteritum, quam in futurum res ecclesie vel episcopi vsurpantes diriperint.

4 Illud etiam prouido concilio decretum est, vt quia sæpe sanctorum antistitum per absentiam commendatoris episcopi exequiæ differuntur, ita vt veneranda pontificis membra, dum tardius funerantur, iniuriæ omnino subiaceant, episcopus qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet inuitatus occurrere, infirmum magis & adhuc in corpore positum, admonitus visitare non differat, vt aut de reuelatione confacerdotis amplius gaudeat, aut certè de ordinatione domus suæ fratrem admoneat, eiusque probabilem voluntatem in effectum transmittat, ac recedentem à seculo post oblatum in eius commendatione sacrificium Deo, mox sepultura tradat diligentissimè, & superius constituta canonicè non differat adimplere. Si autem antistes repentino obitu decesserint, & collimitanei sacerdotes (vt fieri solet) de longinquo minimè adesse potuerint, vno die tantum cum sua nocte exanimatum corpusculum sacerdotis ma-

neat, nec sine fratrum, ac religiosorum frequentia, vel psallentium excubatione seruatum, à presbyteris cum omni diligentia in loco conditum seorsum, non statim humetur, sed honorificè comendetur, donec sine mora inuitato vndecunque pontifice sacerdotis corpus ab ipso (vt condecet) solenniter tumuletur, vt & iniuriæ tollatur occasio, & mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus obseruetur.

5 Hoc etiam placuit, vt vagus atque instabilis clericus, siue etiam in diaconi ministerio, vel presbyteri officio cõstitutus, si episcopi à quo ordinatus est preceptis nõ obedierit, vt in delegata sibi ecclesie officium dependat assiduam, quousque in vitio permanserit, & communione & honore priuetur.

6 Vt nullus alienum clericum, secundum decreta canonum, sine cõsensu episcopi sui audeat ordinare sed nec vllum sanctorum sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitus non spondiderit, vt per hæc nullus à regula, vel disciplina ecclesiastica deuiare permittatur impune.

DE CONCILIO AVRELIANENSE  
primum trigintatium episcoporum, circa  
tempora Hormisdæ Papæ.

Aurelia, alias Aurelia, Gallia Celtica vrbs, multis nominibus & iurisprudentia potissimum celebris, olim Genabum, nunc Fulgo Orleans. Cuius frequens mentio habetur in commentariis Cæsaris.

TITVLI CAPITVLORVM AVRELIANENSIS SYNODI PRIMÆ.

- 1 Clodotei Francie regis epistola ad synodum.
- 2 Rescriptum episcoporum ad regem Francie Clodouicum.
- 3 De his qui pro qualibet culpa ad ecclesiam confugerint.
- 4 Si raptor cum rapta ad ecclesiam confugerit.
- 5 Si seruus à Domino de ecclesia excussus vel ductus iniuriam, aut cadem pertulerit.
- 6 Vt filij vel nepotes clericorum in episcopi sint potestate, & de laicis sine voluntate episcopi non ordinandis.
- 7 Qualiter ab episcopo facultas ecclesie dispensetur.
- 8 Eum qui episcopum proprio iure inuitat, non excommunicandum.
- 9 Nullus clericorum sine commendatitiis episcopi sui ad regem accedat.
- 10 Si nesciente Domino, sciens episcopus seruum alienum promouerit.
- 11 Si presbyter aut diaconus crimen capitale commiserit.
- 12 De clericis, qui purè ad fidem nostram conuersi fuerint ex hæreticis.
- 13 De pœnitentibus qui ad secula redierint.
- 14 De clericis pœnitentibus.
- 15 Si relicta presbyteri aut diaconi alij se coniunxerit.
- 16 De his quæ in altario offeruntur.
- 17 De his quæ à fidelibus parochianis in ecclesiis offeruntur.
- 18 Vt episcopus & pauperes & infirmos tueatur.
- 19 Vt basilica, in cuius territorio sunt, in eius episcopi maneant potestate.
- 20 De incastis, vt excommunicentur.
- 21 Vt abbates in potestate episcoporum sint, & de monachis vagis.
- 22 Vt monachi oratorio, vel xonis non utantur.
- 23 Si monachus uxorem duxerit.
- 24 Vt monachus sine permissu episcopi, vel abbatis cellulas non construat.



- 25 Si episcopus cuiquam terrulas praestiterit excolendas, sine prauidicio iuris ecclesiae tenebuntur.  
 26 Vt ante Pascha quadragesima teneatur.  
 27 Vt nullus ciuium festiuitates maiores in villa celebret.  
 28 Vt populus ante completam missam, & benedictione acceptam egredi non praesumat.  
 29 Vt letaniae ante ascensionem Domini celebrentur.  
 30 De clericis qui ad officium venire contemnunt.  
 31 De familiaritate extraneorum mulierum.  
 32 De religiosis secularibus qui diuinationibus attendunt.  
 33 Quod episcopus die Dominica ab ecclesia abesse non debet.

## CAPITULA CONCILII AVRELIANENSIS PRIMI.



Omnis sanctis & Apostolica sede dignissimis episcopis Clodoueus rex. Enunciante fama quid actum fuerit vel preceptum, omni exercitui nostro priusquam in patria Gothorum ingrederemur, beatitudini vestrae praeterire non potuit. In primo quoque de ministerio ecclesiarum omnium precepimus, vt nullus ad subripiendum in aliquo conaretur, neque de sanctimonialibus, neque de viduis, quae in religione domini deuota esse probarentur. Simili conditione & de clericis vel filiis supradictorum tam clericorum quam viduarum, qui cum illis in domo ipsorum consistere videbantur. Idem & de seruis ecclesiarum, quos de ecclesiis tractos per episcoporum sacramenta confiterit, praecipitur est obseruare, vt nullus ex ipsis aliquam violentiam, vel damnum patiat. Quod ita ad integrum est intelligendum, vt ex his supradictis, si aliquis vim captiuitatis pertulisset, siue in ecclesia, siue extra ecclesiam, omnino sine aliqua dilatione praecipimus esse reddendos. De ceteris quidem captiuis laicis, qui extra pacem sunt captiui, & fuerint approbati Apostoli, aut cui uolueritis arbitriue fieri est non negandum. Nam de his qui in pace nostra tam clerici quam laici subrepti fuerint, si veraciter agnoscitis, vestras epistolas de annulo vestro infra signatas, sic ad nos omnimodis dirigatis, & a parte nostra praecipuonem latam noueritis esse firmandum, sic tamen populus nolter petit, vt cuiusque epistolas vestras praestare fueritis dignati, cum sacramento per Deum, & benedictione vestra dicere non tardedis, rem istam quae poscitur veram esse, quia multorum varietates & falsitates inuentae sunt, vt comprehendantur, sicut scriptum est: Perit iustus cum impio: orate pro me Domini sancti, & Apostolica sede Papae dignissimi.

Gene. 8.c

2 Domino suo catholicae ecclesiae filio Clodoueo gloriosissimo regi. Omnes sacerdotes quos ad concilium venire iussistis, quia tanta ad religionis catholicae cultum gloriosae fidei cura vos excitat, vt sacerdotalis mentis affectu sacerdotes de rebus necessariis tractaturos in vnum colligi iusseritis, secundum vestrae voluntatis consultationem, & titulos quos dedistis, ea quae nobis visa sunt, definitione respondimus, ita vt si ea quae nos statuimus, etiam vestro recta esse iudicio comprobantur, tanti consensus regis, ac Domini maioris auctoritatem seruanda, tantorum firmata sententia sacerdotum.  
 3 Cum auctore Deo in Aurelianensi vrbe fuisset concilium summorum antistitum congregatum, com-

muni omnium collatione complacuit, vt hoc, quod verbis statuerunt, etiam scripturae testimonio ioborarent.

De homicidijs, adulteris, & furibus si ad ecclesiam confugerint, id constituimus obseruandum, quod ecclesiastici canones decreuerunt, & lex Romana constituit, vt ab ecclesiae atrijs, vel domo episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignare, nisi ad Euangelia datis sacramentis de morte, & debilitate, & omnium poenarum genere sint securi, ita vt ei cui reus fuerit criminofus, de satisfactione conueniat. Quod si quis sua sacramenta conuictus fuerit violasse, reus periurij, non solum a communione ecclesiae, vel omnium clericorum, verum etiam & a catholicorum consuetudine separetur. Quod si is cuius reus est, noluerit, intentione faciente componi, & ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesiae clericis non quaeratur.

4 De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, vt si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & foeminam ipsam violentiam pertulisse constituerit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis vel poenarum impunitate concessa, aut seruendi conditioni subiectus sit, aut redimendi libertatem habeat facultatem. Si vero quae rapitur patrem habere constitit, & puella raptori consenserit, potestate patris excusata reddatur, & raptor patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.

5 Seruus qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si domino pro admissa culpa sacramentum susceperit, statim ad seruitium Domini sui redire cogatur, & posteaquam dato sacramento Domino suo fuerit consignatus, si aliquid poenae pro eadem culpa, qua excusatur, probatus fuerit pertulisse, pro contemptu ecclesiae, & prauaricatione fidei a communione, & conuiuio catholicorum extraneus habeatur. Si vero seruus pro culpa sua ab ecclesia defensus, sacramenta Domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem a Domino liceat occupari.

6 De ordinationibus clericorum id obseruandum esse decreuimus, vt nullus secularium ad clericatus officium praesumat accedere, nisi aut cum regis iussione, aut cum iudicis voluntate, ita vt filij clericorum, id est, patrum, auorum, ac proauorum, quos supradicto ordine parentum constat obseruatione subiunctos, in episcoporum potestate & districtione consistant.

7 De obligationibus vel agris quos Dominus noster rex ecclesiae suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non adhibentibus, Deo sibi inspirante contulerit, ipsorum agrorum vel clericorum immunitate concessa, id esse iustissimum definimus, vt in reparationibus ecclesiarum, alimonij sacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptionibus captiuorum quicquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & clerici ad adiutorium ecclesiastici operis constringantur. Quod si aliquis sacerdotum, seu minoris officij ad hanc curam minus sollicitus fuerit, ac deuotus extiterit, publice a comprouincialibus episcopis confundatur. Quod si nec sub tali confusione correxerit, donec emendet errorem, communionem fratrum habeatur indignus, minores vero (vt dignum est) distringantur.

8 Si quis ab episcopo suo, vel de ecclesia, vel de proprio iure crediderit aliquid repetendum, si nihil con-

uicij aut criminationis obiecerit, eum pro sola contentione a communione ecclesiae non liceat submo-

ueri.  
 9 Abbatibus, presbyteris, omnique clero, vel in religionis professione uiuentibus, sine discussione, vel commendatione episcoporum, pro petendis beneficijs ad Dominos venire non liceat. Quod si quisquam praesumpserit, tamdiu loci sui honore & comunione priuetur, donec per poenitentiam plenam eius satisfactionem sacerdos accipiat.

10 Si seruus absente vel nesciente Domino suo, episcopo tamen sciente, quod seruus sit, diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, episcopus cum Domino duplici satisfactione compenset. Si vero episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibet, aut eum supplicauerit ordinari, simili rehibitioni teneatur obnoxius.

11 Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio & comunione pellatur.

12 De haereticis clericis, qui ad fidem catholicam plena fide ac voluntate venerint, & de basilicis quas in peruersitate sua Gotthi haecenus habuerunt, id censuimus obseruari, vt si clerici fideliter conuertantur, & fidem catholicam integre confiteantur, vel ita dignam vitam morum & actuum probitate custodiant, officio quo eos episcopus dignos esse censerit, cum imposita manus benedictione suscipiant, & ecclesias simili quo nostrae inuocari solent, placuit ordine consecrari.

13 De his qui suscepta poenitentia religionem suae professionis oblit, ad secularia relabuntur, placuit eos & a communione suspēdi, & ab omnium catholicorum conuiuio separari. Quod si post interdictum, cum eis quisquam praesumpserit manducare, & ipse communionem priuetur.

14 Si diaconus, vel presbyter pro reatu suo se ab altaris communionem sub poenitentis professione submouerit, sic quoque si alij defuerint, & causa certae necessitatis exoritur, postcentem baptismum liceat baptizare.

15 Si se cuiusque mulier duplici coniugio presbyteri, vel diaconi relicta coniunxerit, aut castigati separentur: aut certe si in criminum intentione persistint, pari excommunicatione plectantur.

16 Antiquos canones relegentes priora statuta credimus renouanda, vt de his quae in altario oblatione fidelium conferuntur, medietate episcopus sibi vendicat, & medietatem sibi dispensandam secundum gradus, clerus accipiat, tam de praedictis proprijs, quam de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus.

17 De his quae parochijs in terris, vineis, mancipijs atque pecunijs quicunque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta seruentur, vt omnia in episcopi potestate consistant. De his tamen quae in altario accesserint, tertia fideliter episcopis deferatur. Decimae autem secundum quosdam singulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos sequentes Romanos, singulis annis quartam partem, aut in quarto anno totam episcopi accipiant.

18 Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum & vestimentum, in quantum possibilitas habuerit, largiatur.

19 Omnes basilicae quae per diuersa loca constru-

tae sunt, vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam, vt in eius episcopi in cuius posita sunt territorio, potestate consistant.

20 Nec superstes frater thorum defuncti fratris ascendat, nec se quisquam amissa vxoris sorori audeat fociare. Quod qui fecerint, ecclesiastica districtione feriantur.

21 Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant. Et si quid extra regulam fecerint, ab episcopis corriganur. Qui semel in anno, in loco ubi episcopus elegerit, accepta uocatione conueniant. Monachi autem abbatibus omni obedientia & deuotione subiaceant. Quod si quis per contumaciam extiterit in deuotus, aut per aliqua loca vagari, aut peculiare aliquid habere praesumpserit, omnia quae acquisierit, ab abbatibus auferentur, secundum regulam monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerant peruagati, ubi inuenti fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur. Et reum se ille abbas futurum esse cognoscat, qui in huiusmodi personis non regulari animaduersione distinxerit, vel qui susceperit monachum alienum.

22 Monacho orarium in monasterio vel zonas habere non liceat.  
 23 Monachus in monasterio conuersus, si pellicis postea vel vxori fuerit fociatus, tanta prauaricationis reus, nunquam ecclesiastici gradus officium for-

24 Nullus monachus congregatione monasterij derelicta, ambitionis & vanitatis impulsu cellulam con-

struere, sine episcopi permissione, vel abbatis sui uoluntate praesumat.

25 Si episcopus humanitatis intuitu, mancipiola, vineas, vel terrulas clericis vel monachis praestiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spacia comprobentur, nullum ecclesiae prauidicium patiat: nec secularis legis praescriptio, quae ecclesiae aliquid impedit, opponatur.

26 Id sacerdotibus omnibus est decretum, vt ante Paschae solennitate non Quinquagesima, sed Quadragesima teneatur.

27 Vt nulli ciuium Paschae natalis Domini, vel Quadragesimae solennia in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

28 Cum ad celebrandas Missas in Dei nomine conuenitur, populus non ante discedat, quam Missae solennitas compleatur: & ubi episcopus non fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.

29 Rogationes, id est, letanias, ante ascensionem Domini placuit celebrari, ita vt praemissum triduanum ieiunium in Dominicae ascensionis solennitate soluiatur, per quod triduum serui & ancillae ab opere relaxentur, quo magis plebs uniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur.

30 Clerici vero qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium episcopi ecclesiastica suscipiat disciplinam.

31 De familiaritate extraneorum mulieribus tam episcopi, quam presbyteri, vel diaconi praeteritorum canonum statuta custodiant.

32 Si quis clericus, monachus, vel secularis diuinationem vel auguria crediderit obseruanda, vel sortes (quas mentiuntur esse sanctorum) quibuscunque putauerint intimandas, cum his qui eis crediderint, ab ecclesiae communionem pellantur.

*De conf. d. 33* Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesiæ cui proximus fuerit, die Dominico deesse non debet.

**CONCILIUM GERVNDENSE CIRCA tempora Hormisdæ Papæ, & anno septimo Theodorici regis, septimo Idus Iunii, Agapito viro claris. conf.**

*Gerunda Hispania Citerioris famosa ciuitas, Latinorum veterum ditiori subiactens, cuius populi Gerundenses Augustani cognominantur. Plin. lib. 3. cap. 3. Prolo lib. 2. ca. 6.*

**TITVLI CAPITVLORYM GERVNDENSIS concilij.**

- 1 *Vt vnaquaque provincia in officio ecclesiæ vnum ordinem teneat.*
- 2 *Vt letania post Pentecosten à quinta feria vsque in sabato celebrentur.*
- 3 *De secundis letaniis faciendis Calendis Nouembris.*
- 4 *Vt Pascha tantum & Pentecoste baptisimus detur, exceptis his qui in languore consistunt.*
- 5 *Vt vnus dies infans, si in discrimine est, baptisetur.*
- 6 *Vt coniugati, ab episcopo vsque ad subdiaconum non sine testimonio viuant.*
- 7 *Vt qui sine vxoribus ordinantur, extraneas in domo nō habeant.*
- 8 *Ne laici qui viduam aut dimissam acceperint, in clero admittantur.*
- 6 *De his qui publicè pœnitentiam non accipiunt, sed tantum viaticum, vt in clero promoueantur.*
- 10 *Vt omnibus diebus oris vespertinis & matutinis oratio Dominica dicatur.*

**CAPITVLA GERVNDENSIS concilij.**

*De conf. d. 2. Instit.*



**V**titutio Missarum, sicut in metropolitana ecclesia agitur, ita in Dei nomine in omni Tarraconensi provincia tam ipsius Missæ ordo, quam psallendovet ministrando cōsuetudo seruetur.

- 2 *Vt expleta solennitate Pentecostes in sequenti septimana à quinta feria in sabbatū, per hoc triduum abstinentia celebretur.*
- 3 *Item secunda letania facienda est Calendis Nouembris, ea tamen conditione seruata, vt si iisdem diebus Dominica intercesserit, in alia hebdomada, secundum prioris abstinentiæ obseruantiam, à quinta feria incipiatur, & in sabbati vespere Missa facta finiatur, quibus tamen diebus à carnibus & vino decreuimus abstinendum.*
- 4 *De catechumenis baptizandis id statutum est, vt in Paschæ solennitate, vel Pentecostes quanto maioris celebritas celebritatis maior est, tanto magis ad baptizandum veniant. Cæteris solennitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari, quibus quocunque tempore conuenit baptismum non negari.*
- 5 *De paruulis qui nuper è materno utero editi sunt placuit cōstitui, vt si infirmi (vt asfolet) fuerint, & lac maternum non appetunt, etiam eadem die qua nati sunt (si oblati fuerint) baptizentur.*
- 6 *De conuersatione vitæ id statuere placuit, à pontifice vsque ad subdiaconatum, post suscepti hono-*

ris officium, si quis ex coniugatis fuerit ordinatus, vt semper alterius fratris vtatur auxilio, cuius testimonio vita eius debeat clarior apparere.

7 *De his qui sine vxoribus ordinantur, & familias domus habent, habito secum pro vitæ conuersatione fratre in testimonium, non per quamcunque femini sexus personam eorum substantia gubernetur, aut per puerum, sed aut per amicum domum suam debeant ordinare, nisi matrem, aut sororem in domo habuerint, vt secundum priorum canonum statuta per earum personas eorū debeat contutari substantia.*

8 *Si quis de laicis post vxorem aliam cuiuscunque conditionis cognouerit mulierem, in clero nullatenus admittatur.*

9 *Is verò qui ægritudinis languore depressus pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & postmodum recoualescens caput pœnitentiæ in ecclesia publicè non subdidit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.*

10 *Item nobis semper placuit obseruari, vt omnibus diebus post matutinas & vespertas oratio Dominica à sacerdote proferatur.*

**CONCILIUM CÆSARAVGVSTANUM duodecim episcoporum.**

*Cæsaraugusta, in Tarraconensi prouincia, mediterranea ciuitas clarissima Mella teste lib. 2. cap. 4. Plinius verò lib. 3. cap. 3. coloniam immunem Hispania citerioris, amne ibero affusam testatur à Strabone lib. 3. Augusta Cæsarea dicta, vulgò caragora, regni peculiariter dicti Aragon metropolis, soli vbertate inter Hispania ciuitates comendata.*


**TITVLI CAPITVLORYM concilij Cæsaraugustani.**

- 1 *Vt feminae fideles à virorum alienorum caribus separentur.*
- 2 *Vt diebus Dominicis nullus ieiunet, nec diebus quadragesima ab ecclesia se absente.*
- 3 *Vt qui eucharistiam in ecclesia accipit, & ibi eam non consumit, anathematizetur.*
- 4 *Vt tribus hebdomadis, quæ sunt ante Epiphaniam, ab ecclesia nemo recedat.*
- 5 *Vt qui à suis episcopis communionem priuantur, ab aliis non recipiantur.*
- 6 *Vt clericus qui propter luxum monachus voluerit esse, excommunicetur.*
- 7 *Vt doctoris sibi nomen quis non imponat, cui concessum non est.*
- 8 *Vt ante quadraginta annos sanctimoniales virgines nō velentur.*

**CAPITVLA CONCILII Cæsaraugustani.**



**Q**uarto Nonas Octobris Cæsaraugustæ in secretario residentibus episcopis, Siradio, Delphino, Raticio, Ampelio, Augentio, Lucio, Italio, Splendinio, Valerio, Simposio, Caterio, & Italio, ab vniuersis dictum est, Recitentur sententiæ. Lucius episcopus legat. fideles à virorum



**V**m in voluntate Domini apud Toletanam urbem sanctorum episcoporum præsentia conuenisset, & de institutis sanctorum Patrum canonumque decretis commemoratio haberetur, nobis in vnum positus, placuit

vt si qua in antiquis canonibus minimè commemorata sunt, salubri tractatu ac diligenti consideratione instituatur. Si qua verò in anterioribus sunt neglecta, rediuuam ordinationis censuram obtineat, quatenus dum his (quæ in conciliis sunt decreta, sed abusione temporum hæctenus dimissa, & ad cultum fidei pertinent) studium religiosæ impendimus obseruationis, Dei misericordiæ facilius impetremus.

1 *De his quos voluntas parentum à primis infantis annis in clericatus officio, vel monachali posuit, pariter statuimus obseruandum, vt mox cum detolū vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo ecclesiæ sub episcopali præsentia à præposito sibi debeant erudiri. At vbi octauumdecimum ætatis suæ compleuerint annum, coram totius cleri plebique conspectu, voluntas eorum de expetendo coniugio ab episcopo perscrutetur: quibus si gratia castitatis (Deo inspirate) placuerit, & promissione castimonie suæ absque coniugali necessitate responderint seruatuos, hi tanquam appetitores arctissimæ viæ leuissimo Domini iugo subdantur, ac primo subdiaconatus ministerium probatione habita*

professionis suæ, à vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffense vicessimum & quintum annum ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium (si sciētes implere posse ab episcopo comprobentur) promoueri debent. Cauendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis immemores ad terrenas nuptias, aut abortiuos concubitus vltra recurrant. Quod si forte fecerint, vt sacrilegij rei, ab ecclesia habeatur extranei. His autem quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo sententiam auferre non possumus, ita vt cum proeclatæ ætatis, in coniugio positi, renunciaturos se pari consensu operibus carnis sponderint, ad sacros gradus aspirent.

2 *Similiter placuit custodire, ne quis ex eis qui tali educatione imbuitur, qualibet occasione cogente, propriam relinquens ecclesiam, ad aliā transire præsumat. Episcopus verò qui eum suscipere absque cōscientia proprii sacerdotis fortasse præsumperit, totius fraternitatis se reum esse nouerit, quia durū est, vt eum quem alius rurali sensu à squalore infantie exuit, alius suscipere, ac vendicare præsumat.*

3 *Illud verò præterea speciali ordinatione decreuimus, quod nec antiqua concilia in vniuersis canonibus sulerunt, vt nullus clericorum à gradu subdiaconatus & supra, in consortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam, sed si sunt ei huiusmodi seruitia, matri, vel sorori, vel alij propinquæ contradat: & quicquid suis manibus perfecerit, proprio Domino deferatur. Aut si propinquitatis memoria deest, alterius domus adhæretis habitaculum requiratur, dummodo nulla occasio introeundi domum clerici femine permittatur, vnde aut laqueum possit incurrere, aut noxialis fama innocenti fortasse possit inuri. Sanè deinceps post datam hanc admonitionem, quisquis earum consortio frui voluerit, nouerit se non solum à clericatus officio retrahi, vel ecclesiæ foribus expelli, sed etiam omnium*

virorum alienorum lectione, & caribus separentur, nec ad ipsas legentes alij studio vel docendi, vel discendi conueniant, quoniam & hoc Apostolus iubet. Ab vniuersis episcopis dictum est: Anathema futuros qui hanc concilij sententiam non obseruauerint.

*1. Cor. 14. 8. 1. Tim. 2. c.*

2 *Item legit: Ne quis ieiunet die Dominica causa temporis, aut persuasionis, aut superstitionis. Nec quadragesimæ diebus ab ecclesiis fideles desint. Nec habitent in latibulis cubiculorum, ac montium, qui in suspicionibus perseuerant, sed exemplum & præceptum custodiant sacerdotum. Et ad alienas villas agendorum conuentuum causa non cōueniant. Ab vniuersis episcopis dictum est: Anathema sit, qui hæc commiserit.*

3 *Item legit: Euchariistiæ gratiam si quis probatur acceptam non consumpsisse in ecclesia, Anathema sit in perpetuum. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet.*

4 *Item legit: Viceesimo & primo die, id est, à sexto decimo Calēdas Ianuarij vsque in diem Epiphaniæ, qui est octauo Idus Ianuarij, continuis diebus nulli liceat de ecclesia se absentare, nec latere in domib, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad ecclesiam. Quod qui non obseruauerit, de suspectis anathema sit in perpetuum. Ab vniuersis episcopis dictum est: Anathema sit.*

5 *Item lectum est: Vt hi qui per disciplinā, aut sententiam episcopi ab ecclesia fuerint separati, ab aliis episcopis non sint recipiendi. Quod si scientes episcopi fecerint, non subeant communionem. Ab vniuersis episcopis dictum est: Qui hoc commiserit, episcoporum non habeat communionem.*

6 *Item legit: Si quis clericus propter luxum, vanitatemque præsumptum, de officio suo spōte discesserit, ac velut obseruatorem legis, monachum videri se maluerit esse quàm clericum, ita de ecclesia repellendum, vt nisi rogando atque obsecrando plurimis temporibus satisfecerit, non recipiatur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Ita fiat.*

7 *Item lectum est: Ne quis doctoris nomen sibi imponat, præter has personas quibus concessum est, secundum quod scriptum est: Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet.*

8 *Item lectum est: Non velandas esse virgines, quæ se Deo vouerunt, nisi quadraginta annorum probata ætate, quam sacerdos comprobauerit. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet.*

**CONCILIUM TOLETANVM secundum, circa tempora Ioannis Papæ secundi, & anno quinto Amalrici regis habitum.**

**TITVLI CAPITVLORYM CONCILII Toletani secundi.**

*De his quos parentes ab infantia in clericatus officio macipauerunt, si postea voluntatem habeant nubendi.*

- 2 *De clerico qui ad aliam transit ecclesiam, & qui eum receperit.*
- 3 *Vt nullus à subdiaconatu & supra, extraneam habeat mulierem.*
- 4 *Vt quicquid de iure ecclesiæ clerici tenuerunt, post obitū eorum ad ecclesiam reuertatur.*
- 5 *De his qui se proximis suis copulant, vt à communionem Christi separentur.*

**CAPITVLA CONCILII TOLETANI secundi.**

*1. Cor. 7. 6*

*Hib. 5. a*

omnium catholicorum, clericorum, vel laicorum cōmunionem priuari, nulla prorsus vel colloquij consolatione relicta, quatenus malæ consuetudinis abrafa rubigo, in posteris radice sua veneno serpere non possit.

4 Si quis sanè clericorum agellos, vel vineolas, seu alia ædificia in terris ecclesiæ sibi fecisse probatur, sustentandæ vitæ suæ causa, vsque ad diem obitus sui possideat. Post suum verò de hac luce decessum, iuxta priorum canonum constitutiones, ius suum ecclesiæ sanctæ restituat, nec testamentario ac successorio iure cuiquam heredum, aut proheredum relinquat, nisi forsitan cui episcopus pio seruitiis ac præstatione ecclesiæ largiri voluerit.

5 Nam & hæc præcauenda salubriter sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, vsquequo affinitatis lineameta generis succensione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari, quoniam scriptum est: Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius. Nec sine denunciatione sit sententiæ: nam paulopost infert, & dicit: Anima quæ fecerit de abominationibus istis quippiam, peribit de medio populi sui. Si quis ergo huius decreti temerator extiterit, ac vetitum violare præsumperit, tanto grauiori sententia multandum se recognoscat, quanto eam propinquiorem, cui copulari se maluit, serie originis esse non ambigit: tantòq; annosioris excommunicationis tempore à Christi corpore & fraternitatis consortio sequestretur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagione pollutus. Huius institutionis regulam qui subscripsimus, irrefragabili autoritate nos spondemus seruaturus. Si quis aut tam nostrum, vel eorum qui nunc sanctæ synodo ex hac prouincia defuerunt, huic tam salubri ordinationi obuiare præsumperit, vel solerter adimplere neglexerit, conuictus, totius fraternæ charitatis aliquandiu habeatur extraneus. Sanè iuxta priorum canonum decreta concilium apud fratrem nostrum Montanum episcopum (si Dominus voluerit) futurum pronunciamus. Itaque statuimus, vt frater & coepiscopus noster Montanus, qui in metropoli est, ad cōprouinciales nostros Domini sacerdotes literas, de congreganda synodo adueniente tēpore, debeat destinare. Nunc ergo in nomine Domini finitis his quæ in consultationem venerunt, gratias agimus omnipotenti Deo, deinde Domino nostro glorioso Amalrico regi, diuinam clementiam postulantibus, vt inueneris annis regni eius, ea quæ ad cultum fidei proueniunt, peragendi nobis licentiam præstet.

**EXPOSITIO FIDEI SECUNDVM**  
reuelationem Gregorij episcopi Neocæsariensis, ex  
actis synodi Constantinopolitane  
quintæ excerpta.



Nus Deus pater verbi viuentis, sapientia subsistentis, & potentia, ac characteris sempiterni, perfectus perfecti genitor, pater filij vnigeniti. Vnus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, character & imago deitatis, verbum operatiuum, sapientia consistentia omnium comprehensua, & virtus totius creaturæ factiua, filius verus veri patris, inuisibilis inuisibilis, ineffabilis ineffabilis, & immortalis immortalis, & sempiternus sempiterni. Vnus spiritus sanctus ex deo

subsistentiam habens, & per filium existens (scilicet) hominibus imago. Filij perfecti perfecta vita viuentium, causa, sanctificatio, sanctificationis donatius, in quo apparet Deus pater, qui est super omnia in omnibus, & Deus filius, qui per omnia est. Trinitas perfecta, gloria, & æternitate, ac regno, & imperio non partita, id est, distributa, neque abalienata. Non ergo creatum quid, vel seruitium in Trinitate, neque aduentitium, tanquam prius non existens, & posterius adueniens. Non ergo defuit aliquando filius patri, neque filio spiritus, sed inconuertibilis & immutabilis semper ipsa Trinitas.

**SYNODVS QVINTÆ AM HIEROSOLYMITANA, EX ACTIS QVINTÆ SYNODI CONSTANTINOPOLITANA EXCERPTA.**



Ost consulatum Flauij Belisarij gloriosissimi, 13. Calend. Octobris indictione quintadecima, in colonia Eliam metropoli & Hierosolymis, præsentente sanctis. ac beatis. Patriarcha Petro in secreto venerabilis episcopatus suæ beatitudinis, & assistentibus sacerdotio suo sanctissimis episcopis trium Palaestinae, sub sanctis locis venerabilissimæ synodi existentibus, Elisæus diaconus & notarius ipsius sanctissimi Patriarchæ ad medium veniens, dixit: Pia dimissa est lex vestra beatitudini, quæ cum Deo dicenda, ad cautionem sanctissimarum ecclesiarum, & honesti cū Deo status est: redditaque est vobis sanctis. sancta epistola S. Mennæ Patriarchæ regis ciuitatis, quæ eandem habet materiam: quarum vtranque portarunt venerabilis. monachi vestrae venerabilis. eremi, qui in hanc Impetialem ciuitatem venerunt: & gratia ecclesiastici status, iussit vestra beatitudo me ad hanc venerabilem aduocare synodum, vt manifesta fiant eorum sancta, quæ sunt à potentissimo, & à Deo custodito Imperatore nostro, ac scripta à memorato S. Patriarcha vrbe regis. Quia igitur venerabilis synodus vestra beatitudini adhsit prætolater, atque in venerabili episcopatu vestro Deo dilectissimi archimandritæ, & sanctis. monachi adesse expetunt prædictorum intimationi, quid vestra beatitudini & venerabili synodo videtur? Sanctis. ac beatis. Patriarcha, & venerabilis synodus, dixit: Aduocentor Deo amantis. archimandritæ & monachi. Elisæus diaconus & notarius in medio stans, dixit: Iuxta iussum vestra beatitudinis, adsunt Deo amantissimi archimandritæ & monachi. Sanctis. ac beatis. Patriarcha, & venerabilis synodus, dixit. Secundum primū ordinem piissima lex potentis. ac à Deo custoditi Imperatoris nostri, manifestè legatur, & deputetur in gestis. Et lecta est ipsa diuina lex per venerabilem Elisæum diaconum & notarium. Et præfulget inter gesta, de verbo ad verbum sic habens, vt supra scriptum est. Sanctis. ac beatis. Patriarcha, & venerabilis synodus, dixit: Legantur & sanctæ literæ S. Patriarchæ Mennæ. Et accipiens illas memoratus venerabilis Elisæus diaconus & notarius, legit. Et inscriptæ sunt gestis, de verbo ad verbum sic habentes: Per omnia Deo amantis. ac sanctis. fratri & cōministro Petro, Mennas in Domino S

Recordantes solum venerabilium virorum, qui apud vos sunt, lætamur. Nam cum sine vultu interpellatione sit alloquutio per epistolas, est animus ver-

Mat. 18. b  
Cap. 1. 6  
effusum.

vertere ad ipsos: propter hoc ergo solum & nunc me motum esse ad scribendum, & ex ipso momento alloquendi vos, delectatus sum sicut in omnibus diuitiis. Nam sicut unguentum \* euacuatum, nominis tui sic odorem, nedum non presentis, sed longè existens, sentimus: in eminentia morum vestrorum, ad ipsum medium cordis posita, lætitia implemur, audientes virtutum vestrarum fertilissimam utilitatem: nam sermo de vestra charitate quotidie versatur inter vos cum multi quidem quæ à vobis reformata sunt, narrent: maximè verò communis frater, imò communis benefactor Deo amantissimus presbyter Eusebius, (veritatem dico, & non mentior) magnus generaliter & cōtinuus de vobis sermo est, maximè ab ipsius sanctitate, qui libenter narrat, quæ apud vos sunt, sicut fides recta, vita irreprehensibilis, mansuetudo magna, & simpliciter dicendo, omnis virtutum chorus vobis à Deo datus est, vt & Iacobi sedem accipere, & custos orthodoxæ fidei esse mereamini. Igitur & Seuerum tanquam blasphemum vestra sedes deiecit. Post hæc quia tua sanctitas præbuit nobis semina fructuum, fuimus vobis consentientiui contra Seuerum. Adsimilis huic fuit & Petrus, qui cum à cæteris iam depositus fuerit, eadem condemnatione & à nobis ille reprehensus est. Antimus quoque ac Zoaras in similem errorem incidisse deprehensi sunt, & vterque istorum æquali pœna iudicatus est. Communicauerunt nobis in his omnibus hi, qui de antiqua Roma venerunt, & quicumque congregati sunt in nostra venerabili synodo: studiumque vigilans ac prouidentia Deo amabilem, his omnibus contulerunt venerabiles monachi, qui ex vestra à Christo amata regione in regia vrbe conuenerunt. Ipsas itaque actiones actorum, in his omnibus formatas, vobis mittimus. Sitis igitur eiusdem sententiæ in iudicatis à nobis, & à vobis contra Seuerum rursus in approbatis à nobis, & ab aliis omnibus, & (vt ita dicatur) contra Petrum & Zoaram atque Antimum, sequi tardare nolite: Nam vestrum vti que fuit, indissimulanter & indifferenter aliis quidem principium liberationis hominum prauorum ibidem accommodare, in aliis vero (si fuerit datum ab aliis) sequi. Et ostendetur quidem vobis per partem rerum gestarum ordo atque status. Veruntamen volumus hæc à vobis fieri ipsis manifesta, & horum intimationem ad eos mittite, vestram & venerabilium episcoporum, qui subditi vobis sunt, intelligentiam circa gesta per literas, ipsis subiiciendas, significantes. Quæ autem à nobis missa sunt, manere apud vos sinite. Quæ vestra rectæ confessionis, & eorum qui malam opinionem sustinuerunt, & passi sunt, in perpetuum erunt symbolicum instrumentum. Rogo autem, talentū quod creditum est, nolite abscondere, sed participatione multiplicare, exerite, & tradite veritates vestras, ne quandoque videamini ipsum in terram fodere. Secundum me ergo properè facientes, orate pro fratre, supplicationes frequentantes, & dicentes: Da pacem Domine nobis. Omnia enim reddidisti nobis. Omnem in Christo fraternitatem, quæ cum sanctitate vestra est, plurimum salutamus. Et in Domino valens, ora pro nobis, frater Deo amantissime.


Sanctis. & beatis. Patriarcha, & venerabilis synodus, dixerunt: Si quæ in regia vrbe facta, & synodaliter sententiata sunt, quorum memoriam facit di-

uina ac piissima lex, & epistola memorati sancti Patriarchæ, & Elisæus venerabilis notarius habet præmanibus, edoceat. Elisæus notarius dixit: Certissimo vestram beatitudinem, & presentem venerabilem synodum, quod cum honorabili epistola lecti sancti Patriarchæ regis ciuitatis Mennæ, sunt & acta, quæ missa sunt à sua beatitudine, & quæ facta sunt in depositione Antimi, qui pridem fuit episcopus Trapezuntius, & in anathematismo Seueri, Petri, & Zoaræ, mihi ad manus sunt. Secundum ergo quod visum est vestra beatitudini & sanctæ synodo, horum intimationem facio. Sanctis. & beatis. Patriarcha, & venerabilis synodus dixerunt: Interim fiat manifesta per lectionem, quæ supra Antimum facta sunt, & nostris gestis inscripta, sicque per illa intinabimus, quæ sequuta sunt in anathematismo Seueri, Petri, & Zoaræ hæreticorum, saltem ipsa maximè non incognita nobis, ea constituite. Et accipiens Elisæus notarius & diaconus ea quæ contra Antimum facta sunt, percurrit. Et inscripta sunt nunc gestis, quæ de verbo ad verbum sic habent: Post consulatum Flauij Belisarij clarissimi, sexto Nonas Maias, indictione decimaquarta in Deo amantissima & Imperiali ciuitate &c.

Vide quintam synodum œcumenicam Constantinopolitane celebratam, cuius, vna ex actionibus recitatur in hac Hierosolymitana synodo, sed quia supernacaneum esset idem repetere, omittitur.

**CONCILIUM AVRELIANENSE**  
secundum circa tempus  
Vigilij Papa.

**AVRELIANENSIS CONCILII**  
secundi canones.



Vm ex præceptione gloriosissimorum regum in Aurelianensem urbem de obseruatione legis catholice tractaturi (Deo auxiliante) conuenimus: ibique quid de antiquis regulis, quid de nouis ambiguitatibus pro capto intelligentia (illuminante Domino) senserimus, expressimus sigillatim: descriptisque constitutionibus, atque (Deo propitio) in posterum quæ sint obseruanda, ex veterum canonum autoritate conscripsimus.

1 Id ergo est constitutum, vt nullus episcoporum (admonente metropolitano episcopo) nisi certa tardij causa detentus, ad concilium vel ordinationem confacerdotis venire penitus vlla excusatione detrahet.

2 Vt metropolitanus singulis annis comprouinciales suos ad concilium euocent.

3 Ne quis episcopus de quibuslibet causis, vel episcoporum ordinationibus, cæterorumque clericorum aliquid præsumat accipere: quia sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpi.

4 Si quis sacerdotium per pecuniæ nundinum ex crabili ambitione quæserit, abiiciatur vt reprobus, quia Apostolica sententia donum Dei esse præcipit pecuniæ trutina minimè comparandum.

5 Nullus episcopus ad sepeliendum episcopum venire cōstita occasione dissimulet, nec cuiuslibet corpusculum diutius inhumatum, negligentia interueniente

Mat. 10. 4

Mat. 8.



niente soluatur. Is verò episcopus, qui defunctū aduenerit sepelire, præter expensam necessariam nihil precij pro fatigatione deposcat.

6 Vt episcopus, qui ad sepeliendum episcopum uenerit, euocatis presbyteris in vnam domum ecclesie adeat descriptum, qui idoneis personis custodiendā sub integra diligentia derelinquat, vt res ecclesie vl lorum improbitate non pereant.

7 In ordinandis metropolitanis episcopis antiquā institutionis formulam renouamus, quam per incuriam omnimodis videmus amissam. Itaque metropolitanus episcopus à comprouincialibus clericis, vel populis electus, congregatis in vnum omnibus cōprouincialibus episcopis ordinetur, vt talis (Deo propitio) ad gradum huius dignitatis accedat, per quem regula ecclesie in melius aucta, plus floreat.

8 Si quis diaconus, in captiuitate redactus, vxori fuerit copulatus, reuersus, ab officio omnino ministerio reuocandus est. Cui sufficere debet, pro actus sui leuitate impleta pœnitentia, pro satisfactione cōmunio.

9 Nullus clericorum sine permissione episcopi cum secularibus habitare præsumat. Quod si fecerit, ab officij communione pellatur.

10 Nullus noueræ suæ, id est, vxori patris sui, vlla copulatione iungatur. Quod si præsumpserit, nouerit se anathematis supplicio feriendum.

11 Contracta matrimonia, accedente infirmitate, nulla voluntatis contrarietate soluantur. Quod si qui ex coniugibus fecerint, nouerint se communionem priuandos.

12 Ne quis in ecclesia votum suum cantando, bibendo, vel lasciuendo dissoluat: quia Deus talibus votis irritatur potius, quàm placatur.

13 Clerici qui officium suum implere despiciunt, aut vice sua ad ecclesiam venire detrectant, loci sui dignitate priuentur.

14 Oblationem defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse.

15 Presbyter, vel diaconus, si nec literas, vel baptizandi ordinem nesciat, nullatenus ordinetur.

16 Fœminæ quæ benedictionem diaconatus habentus contra interdicta canonum acceperint, si ad coniugium probantur iterum deuolutæ, à communionem pellantur. Quod si huiusmodi contubernium, admonitæ ab episcopo, cognito errore dissoluerint, in communionis gratiam acta pœnitentia reuertantur.

17 Placuit etiam, vt nulli postmodum fœminæ diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur.

18 Placuit, vt nullus Christianus Iudæam, neque Iudæus Christianam in matrimonio ducat vxorem, quia inter huiusmodi personas illicitas nuptias esse censemus. Qui si commoniti à consortio hoc se separare distulerint, à communionis gratia sunt sine dubio submouendi.

19 Catholici qui ab idolorum cultu se non custodiunt, nec ad integrum accepti baptismi gratiam reuertuntur, vel qui cibis idolorum cultibus immolatis, gustu illicitæ præsumptionis vtuntur, ab ecclesie cœtibus arceantur.

20 Similiter & hi, qui bestiarum moribus extincto, vel quolibet morbo, aut casu suffocato uescuntur.

21 Abbates qui episcoporum præcepta despiciunt, ad communionem nec penitus admittantur, nisi cōtumaciam humilitate suscepta deponant.

22 Sanè si qui post hanc diligentissimam sanctionem non obseruauerint, quæ sunt susperius comprehensa, reos se diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futuros esse cognoscant.

**CONCILIUM AVRELIANENSE**  
tertium, circa tempus Vigily papa, & tempore Childeberti regis.

**TITVLI CAPITVLO RVM**  
sequentis concilij.

1 Ne à metropolitano comprouinciales vocati ad synodum intra biennium celebrandum venire præmittantur.

2 Ne à subdiacono & supra quis se propriis vxoribus miscat.

3 De electione metropolitanorum, & de consensu populi.

4 De familiaritate & cohabitatione extraneorum mulierum cum clericis.

5 De oblatiis & collatis basilicis.

6 Qua atate presbyter vel diaconus ordinetur, & ne duarum vxorum vir, aut renupta maritus, aut penitentiam professæ, nec publice arrepticium promoueat.

7 De ordinatis clericis, ne nubant, & ne quis inuitus ordinetur.

8 De clerico conuicto de furto, aut falsitate, & de periuurio.

9 De his qui vxoribus defunctis, concubinas sibi crediderint sociandas.

10 De incestus coniunctionibus, vel si ante baptismum se coniunxerint, ignorantes, vel à quibus personis coniugalis copula sit obseruanda.

11 De clericis propter patrocimia secularium officium suum minus implentibus.

12 De agris ecclesie ab episcopo inutiliter distractis, & destructorum tricennaria repetitione.

13 De mancipiis Christianis, quæ Iudæorum seruitio detinentur.

14 Vt Missarum celebritas hora tertia inchoetur.

15 Vt episcopi in diœcesi aliena clericos non ordinent, nec altaria consecrare præsumant, nec sine commendatitio clericus vsquam pergat.

16 De raptu virginum sacrarum.

17 De eo quod id, quod clerici beneficio ecclesie perceperint à successore minime auferatur.

18 De clericis qui in oratoris ordinationem acceperint.

19 De clericis contumacibus.

20 De clericis iniuste oppressis à suis pontificibus.

21 De clericorum conspiratione per rebellionem in scripturis, aut aliis factam.

22 De sacerdotibus ecclesie res debitas occupantibus, & in suam potestatem redigētibz, & de reuocantibus defunctorum oblationes.

23 Ministris ecclesiarum non liceat ecclesie res sine episcopi consensu alienare.

24 Quid

24 Quod pœnitentia non sit iuuenibus temere credenda, nec senibus coniugatis sine consensu communi, nec his qui accepta pœnitentia ad militiam redierint secularem.

25 Ne seruus vel colonus ad honorem promoueat ante receptam ingenuitatem.

26 Vt clericus honoratus pecuniam non donet ad usuram.

27 Quod die Dominico operari non permittitur.

28 Vt ante Dominicam orationem expletam de ecclesia nullus discedat.


29 Vt Iudæis à die cœnæ Domini vsque ad secundam sabbati inter Christianos procedere non liceat.

30 De hæreticis vel Bonofaciis.

31 Vt clericus sine pontificis sui consensu, nullum ad iudicē trahat secularem, neque laicus clericum.

32 Quid de episcopis, qui suprascripta obseruare distulerint.

**CANONES AVRELIANENSIS**  
concilij tertij.



Um in Dei nomine in Aurelianensem urbem ad synodale concilium urbem ad synodale concilium venissemus, de his quæ per longum tempus, obseruatione cessante, fuerint intermissa, priorum canonum tenore seruato, præsentibus regulis vetera statuta seruanda, & noua pro causarum, vel temporum conditione addenda credidimus.

1 Primum, vt vnusquisque metropolitanus in provincia sua cum comprouincialibus suis singulis annis synodale debeat opportuno tempore habere cōcilium. Quod si illum infirmitas aut necessitas certa tenuerit, vt ad constitutum locum adesse non possit, ad suam ciuitatem suos euocet fratres, vt si intra biennium definitus, temporum tranquillitate concessa, admonitis comprouincialibus à metropolitano synodus indicta non fuerit, metropolitanus ipse pro euocationis tarditate anno integro Missas facere non præsumat. Quod si euocati nō corporali infirmitate detenti adesse suæ euocationi distulerint, simili sententiæ subiacent. Qui tamen & hanc aculationem sibi nouerint esse sublatam, si absentiam suam vigore fortis crediderint excusandam.

2 Vt nullus clericorū à subdiacono & supra, quos vxores in proposito suo accipere inhibetur, propriæ (si fortè iam habeat) miscatur vxori. Quod si fecerit, laica communione contentus, iuxta priorum canonū statuta ab officio deponatur. Quem si sciens episcopus suus in hac utilitate permixtionis viuente, ad officium postea admiserit, & ipse episcopus ad agenda pœnitentiam tribus mensibus sit à suo officio sequestratus.

3 De metropolitanorū verò ordinationibus id placuit, vt metropolitani à metropolitanis omnibus (si fieri potest) præsentibus cōprouincialibus ordinetur, ita vt ipsi metropolitano ordinandi priuilegium maneant, quem ordinationis consuetudo requiratur. Ipse tamen metropolitanus à comprouincialibus episcopis (sicut decreta sedis Apostolicæ continent) cum consensu cleri vel ciuium eligatur. De comprouincialibus verò ordinandis cum consensu metropoli-

tani, clerici, vel ciuium, iuxta priorum canonum statuta electio & voluntas requiratur.

4 Licet iam multa, quæ obseruari debeant, multis canonicis sententiis fuerint statuta, tamen quod agnoscitur sæpe transcendendi, conuenit replicari.

Ideoque statuimus, vt ne quis antistitum, clericorumve omnium licentiam habeat intra domum suā vllam absque propinquis mulieribus, quas priores canones eloquuntur, habere personam. Quibus etiam id specialiter inhibetur, vt si quis clericorum suspicionem aduersam, aut obloquutionem populi de muliere quacunque fortassis incurrerit, eam statim, si intra domum habet, abiciat. Si certè extranea, & sui iuris est, ita omnibus conditionibus studeat obuiare, vt infamia, quæ excitata est, abrogetur. Quilibet ille antistitum, vel clericorum, qui quod scriptum est vitare noluerit, pro inobedientia triennij excommunicatione mulctetur. Quod si de adulterij permixtione fuerit comprobatus, in re gradatione honorum, priorum canonum statuta seruentur, in quibus communionibus metropolitanus à comprouincialibus suis metropolitano cum reliquis comprouincialibus distringatur.

5 Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatæ fuerint basilicis ciuitatibus constitutis, ad potestatem Episcopi redigantur. Et in eius sit arbitrio, quid in repetitione basilicæ, aut obseruantium ibi substantiæ deputetur. De facultatibus verò parochiarum vel basilicarum in pagis ciuitatum constitutis, singulorum locorum consuetudo seruetur.

6 De clericorum præmittenda conversione, id omnimodis obseruetur, ne vllus ex laicis ante annualem conversionem vel atatem legitimam, id est, viginti quinque annorum diaconus, & triginta presbyter ordinetur, ita vt de ipsis quoque, qui ordinandi sunt, clericis, regulari custodiatur studio, ne aut duarum vxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam professus, aut senius corpore, aut qui publicè aliquando arreptus sit, ad suprascriptos ordines promoueat. Quod si sciens episcopus contra hæc statuta agendum esse crediderit, is quidem qui ordinatur, suscepto iuxta anteriores canones priuatur officio, sed ille pro ordinationis temeritate sex mensibus à celebrandis officiis sequestretur.

Quod si Missas intra statutum tempus facere præsumpserit, anno integro omnium fratrum charitate priuetur. De quorum promotionibus, si quis clericus aut ciuis testis extiterit, quorum testimonio creditur, frequenter pontificis ignorantia præuenitur, cum agnatum fuerit ordinationem illicitè celebratam, anno integro à communionem pellatur. Qui si in infirmitate deciderit, eis viaticum non negetur.

7 Clerici verò qui cum vxores non habuerint, benedictionem suscepta, coniugia crediderint eligenda, qui volentes absque vlla reclamatione in atate fuerint legitima ordinati, cum ipsis mulieribus quas acceperunt, excommunicationem percillantur.

Quod si inuitus vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, sed non à communionem pellatur. Episcopus autè qui inuitus aut reclamatem præsumpserit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus, d. 81. si Missas facere nō psumat. De adulteriis autè honorato rū clericorū id obseruādū est, vt si qs adulterasse aut

confessus fuerit vel conuictus, depositus ab officio, communionem concessa in monasterio toto vitæ suæ tempore tradatur.

8 Si quis clericus furtum aut falsitatem admiserit, quia capitalia etiam ipsa sunt crimina, communionem concessa, ab ordine degradetur. De periurio verò id censuimus obseruandum, vt si quis clericus in causis, quæ sub iureiurando finiendæ sunt, præbuerit iuramenta, & post rebus euidentibus detegitur peierasse, biennij tempore à communionem pellatur.

9 De his qui ex concubinis filios habent, & vxores legitimas post habuerint, aut defunctis vxoribus sibi concubinas publicè crediderint sociadas, id obseruandum esse censuimus, vt sicut eos qui iam sunt clerici per ignorantiam ordinati, non remouemus, ita statuimus ne vltius ordinentur.

10 De incestis coniunctionibus ita quæ sunt statuta seruentur, vt hi qui aut modò ad baptismum veniunt, aut quibus Patrum statuta sacerdotali prædicatione antea in notitia non venerunt, ita pro nouitate conuersionis ac fidei suæ credidimus consulendum, vt contracta hucusque huiusmodi coniugia non soluantur, sed in futurum quod de incestis coniunctionibus in anterioribus canonibus interdictum est, obseruetur, id est, ne quis sibi sub coniugij nomine sociare præsumat relictam patris, filiã vxoris, relictam fratris, sororem vxoris, consobrinam, aut sobrinam, relictam auunculi, vel patru. Quod si qui in hoc incesti adulterio potius quàm coniugio fuerint, sociatiq; diu se non sequestrauerint, à communionem ecclesiastica repellantur. Illud etiam adiciendum esse credidimus, vt in episcopi discussione consistant. De his qui in ciuitate sua ac territorio consistunt, & tali sunt ordine sociati, vtrum ignoranter ad illicita coniugia venerint, aut per contumaciam quæ sunt interdicta præsumpserint: quia sicut his qui per ignorantiam lapsi sunt, subuenitur: ita illis quibus prius Patrum statuta in notitiam venerunt, quiq; etiam contra sacerdotum interdicta in tali permixtione versantur, priorum canonum in omnibus statuta seruentur, vt non prius ad communionem recipiantur, quàm incesti adulterium (sicut scriptum est) separatione sanauerint: quia in lege Domini manifestè legitur: Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, cum priuigna, vel vxoris suæ sorore, & reliqua his similia. Quo fit, vt quos Deus maledixit, non nisi emendatos benedicere non possimus.

Deu. 27. e

11 Si qui clerici ministeria suscepta quacunque occasione agere sicut & reliqui detractant, & excusationem de patrocinij quorumcunque, ne officium impleant, prædunt, ac sacerdotes suos sub huiusmodi causa æstimant per inobedientiam contemnendos, inter reliquos clericos canonicos, ne à licentia alij vitentur, nullatenus habeantur, neque ex rebus ecclesiasticis cum canonibus stipendia aut munera vlla percipiant.

12 De agellis verò cæterisque facultatibus ecclesiasticis à sacerdotibus non alienandis, nec per contractus inutiles obligandis, priorum canonum statuta seruentur, vt nobis per nullos contractus res ecclesiasticas alienare, aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam quæ de rebus ecclesiasticis ab antecessoribus alienata, vel quibuscunque instrumentis inutiliter in dispendium ecclesiæ obligata no-

scuntur, & intra trecennaria tempora repetitio suppetit, quæ acta sunt, suffragante iustitia per publicum aut clericorum iudicium reuocentur. Quod si is qui rem ecclesiasticam tenet, admonitus iudicium declinarit, quousque aut ad discussionem veniat aut rem ecclesiasticam restituat, communionem priuetur.

13 De mancipiis Christianis, quæ in Iudæorum seruitio detinentur, si eis quod Christiana religio vetat à Dominis imponitur, aut si eos de ecclesia excusatos tollant pro culpa, quæ remissa est, & affligere, aut cedere fortasse præsumpserint, & ad ecclesiam iterato confugerint, nullatenus à sacerdote reddantur, nisi precium offeratur, ac detur, quod mancipia ipsa valere pronunciauerit iuxta taxationem. Christianis quoque omnibus interdiximus, ne Iudæorum coniugiis misceantur. Qui si fecerint, vsque ad sequestrationem, quisquis ille est, communionem pellatur. Item Christianis conuiuia interdiximus Iudæorum, in quibus si fortè fuisse probantur, annuali excommunicationi pro huiusmodi contumacia subiacebunt.

14 Die Missarum celebritate in præcipuis duntaxat solennitatibus, id obseruare debemus, vt hora tertia Missarum celebratio in Dei nomine inchoetur, quo facilius intra horas competentes ipso officio expedito, sacerdotes possint ad vespertina officia, id est, in vespertino tempore conuenire: quia sacerdotem vespertinis officiis ad ecclesiam talibus præcipue diebus nec decet deesse, nec conuenit.

15 Episcopus in dioceses alienas ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria accedere non debet. Quod si fecerit, remotis his, quos ordinauerat, altaris tamen consecratione manente, transgressor canonum anno à Missarum celebritate cessabit. De his verò clericis, qui sub qualibet occasione aut conditione in alienorum ciuitatibus vel territoriis crediderint immorandum, nec ad vllum clericatus honorem absque sui episcopi scripto atq; consensu habeant promoueri. Verum etiam presbytero, diacono vel subdiacono sine episcopi sui literis ambulanti, iuxta statuta priora, communionem nullus impendat.

16 De raptu virginum consecratarum, seu in proposito sub deuotione viuientium id statuimus, vt quicumque sacrata vel deuota, id est, religionem professæ vim inferre præsumpserit, à communionem ecclesiastica vsque ad exitum repellatur, viatico tantum ei infirmitatis periculo reseruat. Quod si quæ rapta dicitur, cum raptore habitare consenserit, & ipsa excommunicatione simili feriatur. Quæ & formam de penitentibus ac viduis in proposito manentibus definitam sub distinctione ecclesiastica conseruet. Quod si quis sacerdos sciens, huiusmodi personis communicauerit, anno integro pacem ecclesiasticam non habebit.

17 De munificentis verò sacerdotum id obseruandum, quod sicut si quid præfenti tempore à clericis decedentibus munificentij habetur, vel possidetur, deinceps à successoribus nullatenus auferatur: ita qui decessorum largitatibus gaudent, officia & ecclesiæ obedientiam, & affectum sacerdotibus præbeant. De quibus tamen munificentis, quæ præfenti tempore ab his (sicut dictum est) possidentur, si pro opportunitate episcopo placuerit, quod volue-

rit.

rit commutare, sine accedente dispendio in locis aliis commutetur. De munificentis verò præsentibus, quas vnusquisque clericus pro sua gratia eorū obsequiis existimat conferenda, sicut in arbitrio daturis est, vt tribuere quibus voluerit debeat, ita si inobedientia vel contumacia in aliquo accipiētes extiterit, culpa agnita, in arbitrio sit præfentis vtrum vel qualiter debeat reuocare.

18 De his verò clericorum personis, quæ de Ciuitatis ecclesiæ officio monasterij vel diocesis, vel basilicis in quibuscunque locis positis, id est, siue in territoriis, siue in ipsis ciuitatibus suscipiuntur ordinandæ, in potestate sit episcopi, si de eo quod antè de ecclesia habebant, eos aliquid, aut nihil exinde habere voluerit: quia vnicique facultas suscepti monasterij, diocesis, vel basilicæ debet plena ratione sufficere.

19 Si quis superbia elatus officium suum indignatione quacunque implere noluerit, iuxta statuta priora, à communionem retentus, & ab ordine depositus tandiu habeatur, quandiu (sicut scriptum est) penitentia supplicatione satisfecerit præfente pontifice. Tamen illis regulariter iuxta charitatem integram, & quæcunque illis stipendiorum iuxta consuetudinem debentur, pro qualitate temporis sunt ministranda. De quibus si querela procedat, officium agens recurrat ad synodum.

20 Si quis clericorum circa se distinctionem episcopi sui putat iniustam, iuxta antiquas constitutiones recurrat ad synodum.

21 Si qui clericorum (vt nuper in multis locis per superbiam, diabolo instigante, actum fuisse perpauit) rebelli authoritate se in vnum coniuratione intercedente collegerint, & aut sacramenta inter se data, aut chartulam conscriptam fuisse patuerit, nullis excusationibus hæc præsumptio præualeat, sed res detecta cum in synodum ventum fuerit, in præsumptores iuxta personarum & ordinum qualitatem à pontificibus, qui tunc in vnum collecti fuerint, vindicetur. Quia sicut charitas ex præceptis Dominicis corde, non chartulæ conscriptione est, vel coniurationibus exhibenda, ita quod supra sacras admittitur scripturas, authoritate & distinctione pontificali est reprimendum.

22 Si quis sacerdos res ecclesiæ debitas vel proprias horrenda cupiditate occupauerit, retinuerit, aut à potestate ex competitione perceperit, si eas non restituerit, nullis rebus excusetur. Sed & si agnito iure ecclesiastico non statim ecclesiæ vel sacerdoti reformauerit, vt ipsum ius agnoscere possit, & in iudicium electorum venire distulerit, tandiu à communionem ecclesiastica suspendatur, quamdiu restituitis rebus tam ecclesiam quàm sacerdotem reddat in demnem. Similis etiam de his qui oblationes defunctorum legaliter dimissas, quolibet ordine assignare tardauerint, vel detinere præsumpserint, distinctionis ecclesiasticæ iuxta priores canones forma seruetur. Cui etiam sententiæ subiacebit, quisquis ille quolibet ordine, quod pro deuotione sua ecclesiis dedit, reuocare præsumpserit.

23 Abbatibus, presbyteris, cæterisque ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio alienare, vel obligare, absque permissa & subscriptione episcopi sui nil liceat. Quod qui præsumpserit, degradetur communionem concessa. Et quod præsumptum

11. q. 2. Abbatib.

vel alienatum, vel temerè ordinatum est, ordinationi episcopi reuocetur.

24 De penitentium conuersione, vt ne quis benedictionem penitentia iuuenibus personis credere præsumat. Certè coniugatis nisi ex consensu paritatis iam plena, eam dare non audeat. Aut si quis penitentia benedictionem suscepta ab seculari habitum militiamque reuerti præsumpserit, excommunicationem plectatur, viatico concessa ad exitum.

25 Vt nullus seruilibus, colonariisque conditionibus obligatus, iuxta statuta sedis Apostolicæ, ad honores ecclesiasticos admittatur, nisi prius aut testamento, aut per tabulas eum legitimè consliterit absolutum. Quod si quis episcoporum, eius qui ordinatur conditionem sciens, transgredi per ordinationem indebitam fortasse voluerit, anni spacio Missas facere non præsumat.

26 Vt clericus à diaconatu & supra pecuniam non commode ad vfuras, ne de præfentis beneficiis quicquam amplius quàm datur, speret. Nec vt in exercendis negotiis turpis lupi cupiditate versetur, sicut publici negociatores, qui ad populares pensum obseruant, aut sub alieno nomine interdicta negotia audeat exercere. Quod si quis aduersus hæc statuta venire præsumpserit, communionem concessa ab ordine degradetur.

27 Quia persuasum est populis, die Dominico cum caballis, & bobus, & vehiculis itinerare non debere neque vllam rem ad victum preparare, vel ad notiorum domus vel hominis pertinentem nullatenus exercere (quæ res quia ad Iudæam magis quàm ad obseruantiam Christianam pertinere probatur) id statuimus die Dominico quod antè fieri licuit, licere. De opere tamen rurali, id est, agricultura, vel vinea, vel sectione, vel mensione, exculsione, vel exacto sepe censuimus abstinendum, quo facilius ad ecclesiam venientes orationis gratia vacent. Quod si inuentus fuerit quis in operibus superscriptis, quæ interdicta sunt se exercere, qualiter emendare debeat, non in laici distinctione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

28 De Missis nullus laicorum antè discedat, quàm Dominica dicatur oratio. Et si episcopus præfens fuerit, eius benedictio expectetur. Sacrificij verò matutina, Missarum, siue vespertinarum, ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum vfum, expetat. Quod qui fecerit, in sacerdotis potestate consistat, qualiter eius distinctione debeat castigari.

29 Quia Deo propitio sub catholicorum regum dominatione viuimus, Iudæi à die cœnæ Domini vsque in secundam sabbati in Pascha, hoc est, ipso quadratio procedere inter Christianos, neque catholicis populis se vllò loco, vel quacunque occasione miscere præsumant.

30 Iudex ciuitatis vel loci, si hæreticum, aut Bonofiacum, vel cuiuslibet alterius hæresis sacerdotem, vel quancunque personam de catholicis rebaptisasse cognouerit, quia reges nos constat habere catholicos, non statim rebaptizantes adstrinxerit, & ad regis fidem propterea distringendos adduxerit, annuali excommunicationi subdatur.

31 Clericus cuiuslibet gradus sine potestatis sui permissu nullum ad seculare iudicium præsumat attrahere. Neque laico inconsulto sacerdote clericum in seculare iudicium liceat exhibere.

11. q. 1. Clericus cu. Et in dec. epistola Marcelli

32 Quocirca hæc, quæ inspirante Deo, communi consensu placuerunt, si quis antistitum, vel eorum quos spiritus Dei esse voluerit successores, relicta obseruationis integritate, custodire & implere neglexerit, reum se diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futurum esse cognoscat. Quia & canones suos nec ignorare quenquam, nec dissimulare, id est, pretereire permittitur.

**SECUNDCONCILIVM ARVERNENSE CIRCA tempora Vigilij Papa.**

*Aruerni seu potius Auerni aut Aluerni, populi Gallia in Aquitania qui à Troianis oriundi audebant se appellare Romanorum fratres aduersus quos etiã varia bella gesserunt. De his Strabo libr. 4. Plinius lib. 4. cap. 19. Vulgo oppidum huius gentis Alebret dicitur.*

**CAPITVLA ARVERNENSIS Synodi.**



Pud ecclesiam Aruernam sub die sexto Iduum Nouembris, post consulatum Paulini iunioris, cum in Dei nomine congregante sancto spiritu, consentiente Domino gloriosissimo pioque rege Theodeberto in Aruernam urbem sancta synodus conuenisset, ibique flexis in terra genibus pro rege, pro eius regno, & longæuitate, & pro populo Dominum deprecemur, ut qui nobis congregationis tribuerat potestatem, regno eius Dominus noster felicitatem tribueret, imperium regeret, & in iustitia gubernaret, in ecclesia ex more confidimus. Inpectisque canonibus, id nobis rationabile visum est, ut quamuis ecclesiasticæ regulæ penè omnia comprehendant, quædam tamen vel adderentur noua, vel re peterentur antiqua.

*In dec. lino nis lib. 4.*

1 In primis placuit, ut quotiens secundum statuta Patrum sancta synodus congregatur, nullus episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat, quæ ea quæ ad emendationem vitæ, ad serenitatem regulæ, ad animæ remedium pertinent, finiatur.

2 Placuit etiam ut sacrum quis pontificij honorem non votis quærat, sed meritis: nec diuinum videatur munus comparare rebus, sed moribus: atque eminentissimæ dignitatis apicem omnium contendant electione, non paucorum fauore. Sit in eligendis sacerdotibus cura præcipua, quia irreprehensibiles esse conuenit, quos præesse necesse est corrigendis. Diligenter itaque quisque inspiciat prædium Domini gregis, ut sciat, quod meritum constituendi deceat esse pastoris. Episcopatum ergo desiderans, electione clericorum, vel ciuium, consensu etiam metropolitani eiusdem prouinciæ pontifex ordinetur. Non patrocina potentum adhibeat, non calliditate subdola, ad conscribendum decretum alius hortetur præmiis, alius timore compellat. Quod si quis fecerit, ecclesiæ cui indignus præesse cupit, communionem priuabitur.

3 Obseruandum ne pallis, vel ministeriis diuinis defensorum corpuscula obuoluantur, & ne à potentibus seculi clerici contra episcopos suos villo modo erigantur.

4 Qui reculam ecclesiæ petant à regibus, & horredæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à communionem

ecclesiæ, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur.

5 De opertorio Domini corporis, seu palla altaris; nunquam sacerdotis corpus, dum ad tumulum euehitur, obtegatur, quia sacro velamine visibus suis redito, dum honorantur corpora, altaria polluantur.

6 Si quis Iudaicæ prauitati, iugali societate coniungitur, & seu Christiana Iudæo, siue Iudæus Christianæ mulieri consortio misceatur carnali, quicumque horum tantum nefas admisisse dinoscitur, à Christianorum cætu, atque conuiuio, & à communione ecclesiæ, cuius sociatur hostibus, segregetur.

7 Ne ad nuptiarum ornatum ministeria diuina prestantur, ne dum improborum contactu, pompæque secularis luxuriæ polluantur, ad officium facti mysterij videantur indigna.

8 Ne Iudæi Christianis populis iudices præponantur.

9 Ne parochiam cuiuslibet episcopi alterius ciuitatis episcopus canonum temerato inuadat, & venæ cupiditatis facibus inflammatus, suis quoque modo non contentus, rapiat alienam.

10 Ne vllus episcopus alterius clericum contra voluntatem episcopi sui suscipere audeat, aut sacerdotio prærogare.

11 Si quis relictam fratris, sororem vxoris, priuignam, confobrinamve relictam, id est, patru, vel auunculi, carnalis cõtugij macula crediderit violandam, & ausu sacrilego auctoritatem diuinæ legis, ac iura naturæ prærupit, & cui charitatis, ac pietatis affectus solatia exhibere debuerat, suorum hostis, ac pudicitia expugnator, vim inferre tentauerit, Apostolicæ constitutionis sententia feriat: & quandiu in tanto versatur scelere, à Christiano cætu, atque conuiuio, & ecclesiæ communionem priuabitur.

12 Cum presbyteri, atque diaconi, sublimi dignitatis apice prærogentur, actibusque omnino seculi renuncient, & ad sacrum ministerium electi, repudient, & quisquis est presbyter, atque diaconus diuino munere benedictione percepta, vxoris suæ prius frater ilico efficiatur, & coniugis, attamen quosdam reperimus ardore libidinis inflammatos, abiectione mihi litia cingulo, vomitum pristinum & inhibita rursus coniugia, repetisse, atque incesti quodammodo crimine clarum decus sacerdotij violasse, quod nati etiam filij prodiderunt. Quod quisquis fecisse cognoscitur, omni in perpetuum (quam admissio iam crimine perdidit) dignitate priuabitur.

13 Si quis cuiuscunque ecclesiæ munuscula quælibet, qualibet sub sacramenti scriptura collata nefaria calliditate fraudauerit, inuasit retinere tentauerit atque suppresserit, & non statim, à sacerdote cõmonitus, collata reddiderit, ab ecclesiæ catholicæ communionem pellatur.

14 Si quis ex presbyteris, aut diaconis, qui neque in ciuitate, neque in parochiis, canonicus esse dinoscitur, sed in villulis habitans, in oratorio sancto deseruiens, celebret diuina mysteria: festiuitates præcipuas Domini natale, Pascha, Pentecosten, & si quæ principales sunt festiuitates reliquæ, nullatenus alibi, nisi cum episcopo suo in ciuitate teneat. Quicumque sunt etiam ciues natu maiores, pari modo in urbibus ad pontifices suos in prædiciis festiuitatibus veniant. Quod si qui improba temeritate contempserint, eisdem festiuitatibus, quibus in ciuitatibus adesse despiciunt, communionem pellantur.

15 Epi-

15 Episcopus, presbyter, atque diaconus, tam sancta conscientia resplendeant, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia, & testimonium in se diuinum implere contendant, quo Dominus ait: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes vestra bona opera, glorificet patrem vestrum qui in cælis est.

16 Igitur auctoritate canonica, aliqua mensura in ea constitutione sanximus, ut fugiatur ab his extraneorum mulierum culpanda libertas, & tantum cum auia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas compulerit, habitent. De quibus omnibus (ut priorum canonum series continet) nefas est, aliud quàm natura cõstituit, suspicari. In cubiculo etiam horum, atque celario, vel familiari quolibet seruitio, neque sanctimonialis vlla, neque extranea mulier, neque ancilla villo modo admittatur. Quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica communionis sine dubio iacturam subire. Quod si antistes culpam hanc in presbytero, aut diacono suo distringere canonico rigore noluerit, ipse seueritate sententiæ, vel seueritatis sententia feriat.

**CAPITVLM CONCILII ARVERNENSIS desumptum ex vetusto codice quinque librorum Partialium.**

**EX EODEM LIB. II. CAP. CIII.**  
ut presbyteri plebes suas admoneant, quod hospitales sint.

**P**lacuit, ut presbyteri suas plebes admoneant, ut hospitales sint, & nulli iter faciendi mansionem denegent. Et ut omnis occasio rapinæ tollatur nihil carius vendant transeuntibus, nisi quanto in mercato vendere possint. Quod si carius vendere voluerint, ad presbyterum transeuntes hoc referant & illius iussu cum humanitate eis vendant.

**ALIA QUATTOR CAPITVLA concilij Aruernensis, ex codice æque vetusto, sexdecim librorum Partialium, descripta.**

**EX LIB. I. CAP. XX.**

1 De possessione triginta annorum, ne repetatur.

Quicumque episcopus alterius episcopi dioccesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possiderit, admittenda non est contra eum actio reposita, sed hoc intra, extra verò nullo modo: ne dum diocesis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

**EX LIB. II. CAP. XXXVII.**

2 Ut in vita episcopi alius non superponatur.

Ut nullus viuente episcopo alius superponatur, aut superordinetur episcopus, nisi forsitan in eius locum, quem capitalis culpa deiecerit.

**EX LIB. II. CAP. XLIIII.**

3 De presbyteris qui de crimine fornicationis, siue aliquo capitali flagitio accusantur, & non habent collegas cum quibus se expurgare possint, aut si fortè lapsi fuerint, quomodo satisfaciant, in quorum iudicio neque ad dexteram, neque ad sinistram declinandum est, sed recta via gradiendum est. In concilio nanque Neocæsariensi scriptum est: Presbyter si vxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad penitentiam redigi.

**EX LIB. III. CAP. XIII.**

4 Quod licitum sit episcopis, cum concilio clericis de thesauro ecclesiæ suæ familiariter succurrere.

Licitum sit episcopis præsentibus presbyteris & diaconibus, de thesauro ecclesiæ, familiariter & pauperibus eiusdem ecclesiæ secundum canonicam institutionem, iuxta quod indigerint, erogare.

**SECUNDCONCILIVM AVRELIANENSE quartum, circa tempora Pelagij papa primi, & tempore Childeberti regis.**

**TITVLI CAPITVLOVM sequentis quarti concilij.**

- 1 De festiuitate paschali celebranda.
- 2 Ut quadragesima æqualiter teneatur.
- 3 Ut primores ciuitatis Pascha in ciuitate celebrent.
- 4 De eo quod in sacrificio Missæ est offerendum.
- 5 De ordinatione episcopi.
- 6 Quod clerici canonum statuta ab episcopis percipiant.
- 7 De oratoris, & clericis in illis seruire debentibus.
- 8 De penitentia lapsorum in hæresim.
- 9 De relictis, venditis, ac alienatis à sacerdote cuiuslibet ecclesiæ.
- 10 De indignis ad sacerdotium promotis, & qui indigni censentur.
- 11 De non distrahendis his quæ monasteriis vel ecclesiis sunt collata.
- 12 De eo, quod si episcopi discordes fuerint inter se de repetitione possessionis.
- 13 De iudicibus qui quemlibet clericum cuiuslibet ordinis publicis actionibus implicauerint.
- 14 Ut quæ episcopus ecclesiæ dederit, hæredes sui non auferant.
- 15 De his qui post baptismum demonibus offerunt, ad vomitum reuerfi.
- 16 Christianus in pecudes non iuret.
- 17 Clerici honorati cum coniugibus suis lectum communem non habeant.
- 18 Ecclesiæ præiudicium non patiat, ex alienatione bonorum per clericos.
- 19 Quod ecclesiæ collatum est, nec à collatore: nec ab illius hæredibus repeti non debet.
- 20 Quod iudex secularis clericum constringere non audeat aut discutere.
- 21 Ne de ecclesiarum septis fugitiuum quemcunque quis quacunque occasione abstrahat.
- 22 Nullus per potestatem suam competat alienam.
- 23 De mancipiis propter spem coniugij ad ecclesiam conscriptis.
- 24 De clerico aut laico, qui per potestatem regiam res ecclesiæ, contempto pontifice, petere, aut possidere præsumpsit.
- 25 De ecclesiis in domo potentum existentibus, & clericis eorum.
- 26 De incestis coniunctionibus.
- 27 De homicidio voluntarie facto.
- 28 De mulieribus in adulterio cum clericis deprehensis.
- 29 De mancipiis Christianis seruientibus Iudæis.
- 30 De Iudæis, qui aduenam vel Christianum ad Iudaicam superstitionem seduxerit, vel si sibi ancillam Christianam sociauerit.
- 31 De existentibus genere seruilibus personis, & eorum posteritate.



- 32 De facientibus in agro suo oratorium, ut clericis sufficientem ibidem facultatem provideant.
- 33 De agellis sacerdotum, ac aliis eorum facultatibus, ut firma ex maneant.
- 34 De substituendo antistite.
- 35 Si episcopus clerico aliena civitatis aliquid dederit possidendum, post eius obitum ad ecclesiam revertatur.
- 36 Ut synodus annis singulis celebretur.
- 37 Ut quae statuta sunt obseruentur.

CAPITULA SYNODI AVRELIANENSIS QUARTA.



Um in Aurelianensem urbem vnam nimitur in Christi nomine sancta adfuit congregatio sacerdotum, & de his quae ad sacrum propositum pertinent, vel quae secundum ecclesiasticam ordinationem regulari conveniunt disciplinae (Deo medio) tractata recepissent, placuit ut quae sunt definita, secundum antiquam consuetudinem inviolata monstrantur. Et quo firmitus statuta seruentur, cum consensu omnium docet adnotata subscriptio.

1 Placuit itaque, ut sanctum Pascha secundum laterculum Victoris, ab omnibus sacerdotibus vno tempore celebretur. Quae festiuitas annis singulis ab episcopo Epiphaniarum die in ecclesiis denuncietur. De qua solennitate quoties aliquid dubitatur, inquisita vel agnita per metropolitanos, a sede Apostolica sacra constitutio teneatur.

2 Hoc etiam decernimus obseruandum, ut quadragesima ab omnibus ecclesiis aequaliter teneatur. Neque quinquagesimam aut sexagesimam ante Pascha quilibet sacerdos praesumat indicere. Sed neque per sabbata absque infirmitate quisquam soluat quadragesimale ieiunium, nisi tantum die Dominico prandat. Quod fieri specialiter Patrum statuta sanxerunt. Si quis hanc regulam irruerit, tanquam transgressor disciplinae a sacerdotibus censetur.

3 Quisquis de prioribus civibus Pascha extra civitatem tenere voluerit, sciat sibi a cuncta synodo esse prohibendum. Sed principales festiuitates sub praesentia episcopi teneant, ubi sanctum decet tenere conventum. Tamen si aliquis certa necessitate adstringatur, ut hoc implere non possit, ab episcopo postulet commeatum. Quod si hoc postulare despexerit, & eundem locum idem in festiuitate praesentibus tenere voluerit, suspendatur.

4 Ut nullus in oblationibus sacri calicis, nisi quod ex fructu vineae speratur, & hoc sine aqua mixtum offerre praesumat, quia sacrilegium iudicatur aliud offerri, quam quod in mandatis sacratissimis saluatur, instituit.

5 Id etiam regulare esse perspeximus decernendum, ut episcopus in civitate in qua decreto eligitur ordinandus, in sua ecclesia, cui praesuturus est, constituatur. Sanè si subito necessitas temporis hoc implere non patitur, licet melius esset in sua ecclesia fieri, tamen aut sub praesentia metropolitani, aut certe cum eius autoritate intra prouinciam omnino a coprouincialibus ordinetur.

6 Parochiani clerici a pontificibus suis necessaria sibi statuta canonum legenda percipiant, ne ipsi vel populi, quae pro salute eorum decreta sunt, excusent

postmodum ignorasse.

7 Ut in oratoriis Domini clericorum nemo contra votum episcopi, ad quem territorij ipsius priuilegium noscitur pertinere, peregrinos clericos intromittat, nisi forsitan quos probatos ibidem districtio pontificis obseruare praecipit.

8 De his qui post baptismi sacramentum ad haereticum lapsi sunt (carne suadente) descendunt, & agnoscentes reatum ad unitatem fidei catholicae venire desiderant, in episcoporum potestate consistat, cum eos viderint dignam poenitentiam agere, quando vel qualiter communioni pristinae reformentur.

9 Ut episcopus qui de facultate propria ecclesiae nihil relinquit, de ecclesiae facultate, id est, si aliter quam canones eloquuntur obligauerit, vendiderit, aut distinxerit, ad ecclesiam reuocetur. Sanè si de seruis ecclesiae libertos fecerit numero competenti, in ingenuitate permaneant, ita ut ab officio ecclesiae non recedant.

10 Si quis episcoporum sciens aut bigamum, aut interuptam maritum, ad officium leuiticae dignitatis siue presbyterij, contra ius canonum promouere praesumpserit, sciat se vnus anni spacio ab omni officio sacerdotij esse suspensum. Qui si forte sententiae subiaceat contempserit, a communione eius usque in aliam synodum se fraternitas vniuersa suspendet: illi vero qui illicitè promoti sunt, degradentur.

11 Si quid abbatibus, aut sacris monasterijs, aut parochiis pro Dei contemplatione oblatum fuerit, in sua proprietate hoc abbates vel presbyteri minimè reuocabunt, nec alienari a cunctis fratribus debet quacunque occasione. Quibus si fuerit necessarium ut statuta conuellant, non aliter valeat, nisi fuerit sui episcopi subscriptione firmatum.

12 Si inter episcopos de rebus terrenis aut possessionibus sub repetitione, aut retentionis titulo nascatur contentio, impleto anni spacio pro studio caritatis, quae cunctis debet rebus temporalibus anteferi, per Epistolas fratrum affectuose admoniti, aut inter se, aut in praesentia iudicum negotium sanare festinent. Quod si distulerint, donec ipsa causatio abrogetur, a caritate fratrum qui distulerit habeatur extraneus: quia iniustum est, ut qui cunctis praesunt, inter se quacunque occasione dissentiant.

13 Si quis iudicum clericos de quolibet corpore venientes, atque altario mancipatos, vel quorum nomina in matricula ecclesiae tenentur inscripta, publicis actionibus, applicare praesumpserit, si a sacerdote admonitus emendare noluerit, agnoscat se pacem ecclesiae non habere. Similiter & ad vllam administrationem pontificis presbyteros atque diaconos ideo excusatos esse decreuimus, quia quod dlex seculi etiam paganis sacerdotibus & ministris ante praesentiam, iustum est ut eiga Christianos specialiter conseruetur.

14 Quacunque ecclesiis a pontificibus sub competenti ac iusto documento fuerint derelicta ab haeredibus legitimis, dignum est ut pro Dei contemplatione seruentur.

15 Si quis post acceptum baptismi sacramentum ad immolata daemones sumenda tanquam ad vomitum reuertitur, si commonitus a sacerdote se corrigere ex hac praeparatione noluerit, a communione catholica pro emundatione sacrilegij suspendatur.

16 Si

16 Si quis Christianus (ut est gentilium consuetudo) apud cuiuscunque ferè vel pecudis extra inuocatis insuper nominibus paganorum fortasse iurauerit, si se ab hac superstitione commonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet, a consortio fidelium vel ecclesiae communiione pellatur.

17 Ut sacerdotes siue diaconi cum coniugibus suis non habeant communem lectum nec cellulam, ne propter suspicionem carnalis consortij religio maculetur. Quod qui fecerint, iuxta priscos canones ab officio degradentur.

18 Ut quicumque clericus aliquid de iure ecclesiae suo verbo, seu per scripturam acceperit ad vten dum, & postmodum alienare quacunque occasione voluerit, non valebit quia secundum canonum instituta, proprietatem ecclesiae non violat in alios, quamlibet longa possessio. Sed in pontificis potestate consistat, qualiter pro conseruando iure ecclesiastico rem possessam inter clericos debeat communicare.

19 Quicumque pro deuotione sua oblationis studio aliquid in campellis, vel in vineolis etiam absque scriptura probatur ecclesiae contulisse, si postmodum ipse vel haeredes eius quacunque occasione auferre a iure hoc ecclesiae vel alienare voluerint, quoad usque a tali intentione discedant, aut peruersa restituant, aut certe a communione ecclesiastica suspendantur.

20 Ut nullus secularium personarum, praetermissa pontifice seu praeposito ecclesiae, quenquam clericorum pro sua potestate constringere & discutere audeat, vel damnare. Sed & clericus si pro causae petitione cuiuscunque fuerit ab ecclesiastico ordine commonitus, se ad audientiam spondeat affuturum & respondere nulla calliditate dissimulet, sed quacunque causatio quoties inter clericum & secularem vertitur, absque presbytero aut archidiacono, vel si quis esse praepositus ecclesiae dignoscitur, iudex publicus audire negotium non praesumat. Sanè si causam habentibus placuerit ire ad iudicium, forte ex voluntate communi, permittere praeposito ecclesiae, clerico licentia tribuatur.

21 Si quis necessitatis impulsu ad ecclesiam sepra confugerit, & sacerdote, vel praeposito ecclesiae praetermissa atque contempto, eum quisque de locis sacris vel altaris, seu vi, seu dolo abstrahere aut sollicitare forte praesumpserit, ut inimicus ecclesiae ab eius liminibus arceatur, quousque iuxta pontificis districtionem digna pro indicta poenitentia emendatio subsequatur, eo tamen qui abstractus est, prius ecclesiae restituito.

22 Ut nullus per imperium potestatis filiam competere audeat alienam, ne coniugium (quod contra parentum voluntatem iam copulatur) velut captiuitas iudicetur: sed si quid est prohibitum, abnuatur. Si quis perpetraverit, excommunicationis seueritas pro modo piaculi imponatur. Item seruo seculari sacerdotum praedas vel captiuitates exercere non liceat, quia iustum est, ut quorum domini redemptionis debent praestare suffragium, per seruorum suorum excessum disciplina ecclesiastica non maculetur.

23 Quacunque mancipia sub specie coniugij ad ecclesiam confugerint sepra, ut per hoc credant posse fieri coniugia, minimè eis licentia tribuatur, nec talis coniunctio a clericis defensetur, quia probatum est ut sine legitima traditione coniuncti, pro religio-

nis ordine, statuto tempore ab ecclesiae communiione suspendantur, ne in sanctis locis talis coitus miscetur. De qua re decernimus, ut parentibus aut propriis dominis (prout ratio poscit) personarum accepta fide restituti sub separatione promissioni reddantur. Postmodum tamen a parentibus atque dominis libertate concessa, si voluerint eos propria voluntate coniunganr.

24 Si quis clericus aut laicus sub potentum nomine atque patrocinio res ad ius ecclesiae pertinentes, contempto pontifice, petere, seu possidere praesumpserit, primum admoneatur quae abstulit ciuilitate reformare, aut certe iudicium sacerdotis seu iudicis operiri, ut possit sacra religio. Quod si in peruersionis pertinacia subsistit, tandiu ab ecclesiae liminibus arceatur, donec cum satisfactione iustissima peruersa aut occupata restituat.

25 Si quae parochiae in potentatum domibus constitutae sunt, ubi obseruantes clerici ab ecclesia ciuitatis admoniti secundum qualitates ordinis sui, fortasse quod ecclesiae debent, sub specie domini domini implere neglexerint, corrigantur secundum ecclesiasticam disciplinam. Et si ab agentibus potestatem vel ab ipsis rei dominis de agendo officio ecclesiae ab aliquo prohibentur, auctores nequitiae a sacris caerimonijs arceantur, donec subsequata emendatione in pace ecclesiastica sacris caerimonijs miscantur.

26 De incestis coniunctionibus id statuimus obseruandum, ut si quis post synodum Aurelianensem ante hoc triennium constitutam licitatori iura praesumpserit, circa eum secundum statuta Epaunensium canonum a sacerdotibus ecclesiae seueritas retineatur.

27 Quisquis homicidium voluntate commiserit, ita ut occidere audeat innocentem, si a principibus, aut parentibus quacunque re se reddiderit absolutum, modus poenitentiae distringendi in sacerdotis potestate consistat.

28 Si quae muleres fuerint prolapsae in adulterium cum clericis, districtione adhibita, mulieres ipsae, prout sacerdoti visum fuerit, districtioni subiaceant, & a ciuitatibus, ut sacerdos praecipit, propellantur.

29 Cum prioribus canonibus iam fuerit definitum ut de mancipijs Christianis, quae apud Iudaeos sunt, si ad ecclesiam confugerint, & redimi se postulauerint, etiam si ad quoscunque Christianos refugerint & seruire Iudaeis noluerint, taxato & oblato a fidelibus iusto precio ab eorum dominio liberentur, ibidem statuimus, ut tam iusta constitutio ab omnibus catholicis obseruetur.

30 Hoc etiam decernimus obseruandum, ut si quis cunque Iudaeus profelytum (qui aduena dicitur) Iudaeum facere praesumpserit, aut Christianum factum ad Iudaicam superstitionem adducere, vel si Iudaeus Christianam ancillam suam sibi crediderit sociandam, vel si de parentibus Christianis natum, Iudaeum sub promissione fecerit libertatis mancipiorum amissione mulctetur. Ille vero qui de Christianis natus Iudaeus factus est, si sub conditione fuerit manumissus, ut in ritu Iudaico permanens habeat libertatem, talis conditio non valebit quia iniustum est, ut ei libertas maneat, qui de Christianis parentibus veniens, Iudaicis vult cultibus adhærere.

31 De genere seruili id decreuimus obseruandum: ut descendens inde posteritas vbicunque, quamuis post longa spacia temporum, reperiat in loco, cui

Aurel. 3.  
ca. 10.  
Epaun. ca.  
30.

autores eius constat fuisse depositos studio sacerdotis, in ea que constituta est à deuotis conditione permaneat. Cui præcepto si quis secularium humanæ cupiditatis impulsu crediderit obuiandum, quousque se corrigat, ab ecclesia suspendatur.

32 Si quis in agro suo aut habet, aut postulat habere diœcesim, primū & terras ei disponat sufficienter, & clericos, qui ibidem sua officia impleant, vt factis locis reuerentia condigna tribuatur.

33 Quisquis agellum ecclesiæ in die viæ suæ, à quo cunque sacerdote, cui potestas est, acceperit possidendum, quæcunque ibi profecerint, alienandi nullam habeat potestatem, nec ibi parentes sui ex care aliquid existiment vindicandum.

34 De substituendo antistite, si fortassis mora extiterit, & voluntate decessoris antè fuerit res errata, quam successor accedit ecclesiæ, non impediatur successorem. Si quispiam clericorum aliquid de facultate illa præsumpserit, in potestate sit aduenientis episcopi, vtrum sua debeat voluntate adire, an reiice re decessori, nec ecclesiæ, in obiecto veniant tempora legibus constituta, dum non extitit persona, quæ de utilitate ecclesiæ cogitarit.

35 Si quis episcopus alterius ecclesiæ clerico de facultatibus suæ ecclesiæ aliquid sub titulo quocunque donauerit, post eius obitum, qui acceperit, ad ecclesiæ eius, de cuius facultate discesserat, reuertatur quia iniquum est, vt sub hac specie damnum ecclesiæ, quæ multis subuenit, patiatur.

36 Placuit præterea, vt cuncti metropolitani de cōprouincialibus suis in prouincia sua annis singulis synodum debeant congregare, vt dum in vnum se fraternitas iungit, semper & censura teneatur & charitas.

37 Quapropter (auxiliante Domino) quæ synodus sancta constituit, decernimus vt à cunctis fratribus hæc definitio sancta conseruetur. Quod si quisque salubriter perspicit instituta indecenter transgredi, quacunque occasione tentauerit, nouerit se Deo, & cunctæ fraternitati culpabilem esse futurum quia iustum est, per vnitatem antistitum, vt ecclesiastica fulgeat disciplina, & inconuulsa maneat constitutio sacerdotum.


DE SYNODVS TVRONICA SECVNDA  
circa tempora pelagij Papæ Primi.

TITVLI CAPITVLO RV M TVRONICA  
ca synodi secunda.

- 1 De conuentione synodi per singulos annos.
- 2 De pace sacerdotali.
- 3 De compositione corporis Domini super altario.
- 4 Ne laici in ecclesia clericis misceantur.
- 5 De pastu pauperum propriorum.
- 6 De epistolis dandis.
- 7 De remotione abbatum.
- 8 De his qui excommunicatis communicant.
- 9 Vt in Britannia sine consensu metropolitani, vel cōprouincialium, episcopi non ordinentur.
- 10 Vt nullus clericorum familiaritate extraneorum mulierum utatur.
- 11 Vt episcopus nullam ignauiam ad distringendum habeat sed etiam, si necesse fuerit, ab aliis adiuetur episcopis.
- 12 Vt nullam det episcopus occasionem ad detrahendum sibi.
- 13 Episcopus clericos & in domo ac alias habeat conuersa-

- tionis testes.
- 14 Ne episcopus mulieres prosequantur.
  - 15 Ne duo clerici in vno strato recumbant.
  - 16 Ne monachus coniugio copuletur.
  - 17 Ne sola mulier monasterium adeat.
  - 18 De obseruatione ieiuniorum.
  - 19 De obseruatione psallendi.
  - 20 Ne archipresbyteri coniugati sine testimonio clericorum dormiant.
  - 21 De virginibus & reliquis castitatem professis, vel viduis, quæ post mutatam vestem coniugio copulata sunt.
  - 22 De adulterinis, vel incestuosis coniunctionibus.
  - 23 De calendis Ianuarij, & cathedra sancti Petri.
  - 24 De hymnis recipiendis.
  - 25 De his qui per discordias regum, res ecclesiarum, aut sacerdotum competunt.
  - 26 De peruersoribus rerum ecclesiasticarum.
  - 27 De iudicibus qui pauperes opprimunt.
  - 28 Ne sacerdotium per pecuniam acquiratur.

SYNODI TVRONICAE SECVNDAE  
sequenti capitula.



Celestia disciplina debet esse suffragium, congregatio sacerdotum: nec aliud erit suæ sollicitudinis tam peculiare conscribere, quam quod ad fundamentum religionis proficere recognouerit, operari non

celler, vt cum pastoralis cautela propagatur in oculis custodia, paucorum veneranda decreta sint salutis publicæ documenta. Et quoniam quod omitti non decet, oportet implere, præsertim cum cuius ad animarum intellectualium (de quibus Deo cura est) forma processit, eius traditionis lex ad pontifices manauit, necesse est vigilantissimè prouidere, repulso corpore, vt quicquid ab antiquis Patribus statutum de tramite canonico, quarundam personarum temeritate cernitur imminutum, reuocandum est in statum pristinum, vt possint malè admissa corrigi, & non ad mittenda damnari. Magna est enim in ipsa seueritate pietas, per quam tollitur peccandi facultas. Nam vbi insana libertas generat vulnera, sacerdotalis districtio dat medelam. Quapropter (Christo auspice) in Turonica ciuitate concilio concordanti, iuxta conuenientiam gloriosissimi domini Chariberti regis annuentis coadunati pro pace & instructione ecclesiæ, opportunum credimus subter annexa decreta conscribere, & subscriptionibus propriis roborare, vt retundantur noxia, propagentur optata, ne taciturnitate silentij vitiosorum criminum nutrirı videretur licentia, non abscindi, & quæ opportuna erant pro qualitate temporis adici, non paterentur negligi, sed procurerentur impleri.

1 Placuit itaque sancto concilio, interposita virtute domini Martini, in sancta basilica conscripto, vt bis ad synodum annis singulis metropolitanus & cōprouinciales sui in locum quem deliberatio metropolitana elegerit (Deo propitiante) conueniant: aut si necessitas fuerit inenitabilis (sicut præcepit autoritas) vel semel in anno, sine cuiuslibet exculatione personæ, id est, regis, vel priuatae, sine cuiuscunque utilitatis obstaculo, præter infirmitatis certissimæ labore præuentum, nullius occasione velaminis habeat vnusquisque concursus: sed (sicut dictum est) neque per impedimentum ordinationis regis, neque

neque sub occasione utilitatis, aut causa propria debeat à concilio separari, A postolo predicante: Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius & reliqua. Non debet spirituali operi etiã regalis præferri præceptio, cum primū in ecclesia sit mandatum: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Vnde non debet præcepto Domini persona cuiuslibet hominis anteponi, neque debet terrena conditionis actio vel persona terrere, quos Christus spe crucis armavit. Si quis episcopus (vt superius dictum est) ad synodum venire distulerit, vsque ad maiorem synodum à fratribus & cōprouincialibus maneat excommunicatus, nec eum ex alia prouincia vllus episcopus interea communicare præsumat. Ipse enim suæ diuisionis præparat instrumenta, qui cum suis fratribus in membris ecclesiæ non concordat.

2 Item decernitur propter illud cœleste mandatum: Pacem meam do vobis, vt pontificalis affectus inter consecratos inuolabiliter conseruetur. Verum si pro peccatis (vt affolet) ex causa liuor emergerit, vt pendente certamine sibi inuicem reconciliari non possint, electis ab vtraque parte fratribus, id est presbyteris, præponderante dulcedine litis iacula finiant, & vota pacis acquirant. Nam qua fronte festuam de alterius oculo velit eruere, qui in suo trabem non respicit imminentem? Aut quid in aliis arguit, à quo vitij fons inundat? Si quis autem ab vtraque parte (vt dictum est) electis presbyteris, atque medianibus se fratribus, hoc est, suis membris, reconciliari neglexerit, cum ad synodum venerit, non solum reatum coram ea episcopus se cognoscat incutere, verum etiam congruam penitentiam intelligat vindictam subire. Opportunum namque est, illum animaduersione succumbere, qui intelligendo peccauit: & quod docere debuit, in sese neglexerit.

3 Vt corpus Domini in altari non in armario, sed sub crucis titulo componatur.

4 Vt laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos tam ad vigilias quam ad Missas stare penitus non præsumant: sed pars illa, quæ à cancellis versus altare diuiditur, choris tantum psallentium pateat clericorum. Ad orandum & communicandum laicis & fœminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorum.

5 Vt vnaquæque ciuitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires vt tam vicini presbyteri, quam ciues omnes sumi pauperem pascant quo fiet, vt ipsi pauperes per ciuitates alienas non fatigentur.

6 Vt nullus clericorum vel laicorum præter episcopum epistolia facere præsumat.

7 Vt episcopus nec abbatem, nec archipresbyterum sine omnium suorum cōpresbyterorum & abbatum concilio, de loco suo præsumat eiicere, neque per præmium alium ordinare, nisi facto concilio tam abbatum quam presbyterorum suorum. Quem autem negligentia eiicit, cum omnium presbyterorum concilio refutetur.

8 Quicumque episcopus illum quem alter episcopus excommunicatum habet, postquam fuerit de ipsius excommunicatione commonitus, communicare præsumpserit, vsque ad synodum excommunicatus habeatur.

9 Adiciamus etenim, ne quis Britannum, aut Ro-

manum in Armorico sine metropolitani, aut cōprouincialium voluntate, vel literis, episcopum ordinare præsumat. Quod si quis isti contraire tentauerit, sententiam in anterioribus canonibus obseruet, & etiam à charitate vsque ad maiorem synodum se cognoscat esse remotum. Quia meritò à charitate nostra, vel nostris ecclesiis segregantur, qui Patrum statuta contemnant.

10 De familiaritatibus mulierum licet crebrius sit in canonibus replicatum, attamen necesse est, vt sicut secta virgulta quæ malè pullulauerant, rursus fidei falce succidantur, etiam radicitus eruantur, nullus deinceps clericorum pro occasione necessitatis faciendæ vestis, aut causa ordinandæ domus extraneam mulierem in domo sua habere præsumat. Et cum iubeamur vinctum aut vestitum artificioso quærere, & manibus propriis laborare, quid opus est in domo serpentem includere pro veste, quæ multifor mem vestem non propterea deponit, vt nudetur, sed vt se gratiorem, dum remouetur, ostendat.

11 Nullus ergo clericorum, non episcopus, non presbyter, non diaconus, non subdiaconus, quasi sanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam confirmatione rerum in domo sua stabilire præsumat, quæ & ipsa extranea est (dū non est mater, aut soror, aut filia) quæ etiam pronior propinquabit ad culpam, dū dignoscitur subiecta dominatui. Si quis episcopus, aut presbyter, seu diaconus, aut subdiaconus de hac re statuta Patrum vel nostra temerare præsumpserit, excommunicetur.

12 Si quis episcopus ad distringendum eos, qui in hac facilitate perdurant, negligens apparuerit, sicut in ipsa sancta basilica est publicè recitatum ex consensu communi, atque totius populi sententiam prædecessorum canonum se incurere omnino cognoscat: sic tamen, vt tam metropolitanus suis cōprouincialibus, quam cōprouinciales metropolitanis suo si resistere, aut contemnere episcopum clerici sui præsumpserint, dent omnino solatium. Et quia dixit sancta scriptura, Frater fratrem adiuuans exaltabitur: quicquid pro causa dei fratri suo solatiū cōmonitò dare distulerit, vsque ad synodum remoueatur. Nā si episcopus se contemni sentiens, fratres suos in solatio suo non commonuerit, ipse sciat, qualiter reddat Domino rationem.

13 Episcopus coniugem vt sororem habeat, & ita sancta gubernatione gubernet domum omnem, tam ecclesiasticam quam propriam, vt nulla de eo suspicio quaqua ratione conseruat. Et licet (Deo propitio) clericorum suorum testimonio viuat, quia cum illo tam in cella, quam vbicunque fuerit, secum habitent, eumque sequantur & presbyteri, & diaconi, vel deinceps clericorum turba iuniorum (Deo adiutore) conuersantur, sic tamen propter zelotè Deum nostrum tam longè absint, mansionis propinquitate diuisi, vt nec hi, qui ad spem recuperandam clericorum seruitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.

14 Episcopus episcopam non habentem, nulla sequatur turba mulierum, licet saluetur vir per mulierem fidelem, sicut & mulier per virum fidelem (vt Apostolus ait) Nam vbi talis custodia necessaria non est, quid est necesse, vt miseria prosequatur, vnde fama conseruat? Habeant ministri ecclesiæ, vtique clerici, qui episcopo seruiunt, & eum custodire debent licentiam extraneas mulieres de frequentia cohabitatio-

Pror. 18. c

1. Cor. 7. c

tationis eiicere.

15 Et ne occasio famam laceret honestatis, quia aliqui laici, dum diuersa perpetrant adulteria, hoc quod de se sciunt, in aliis suspicantur (sicut ait Seneca) pessimum in eo vitium esse, qui in id quo insanit, ceteros putat furere. Vt ergo ipsis putandi, aut certe æstimandi locus amputetur, nullus sacerdotum, ac monachorum colligere alium in lecto suo præsumat. Nec liceat monachis cellas habere communes, vbi aut bini maneant, aut peculiare reponi possint: sed schola labore communi construatur, vbi omnes iaceant, aut abbate, aut præposito imminente, vt dum duo vel tres vicissim & legant, & excubent, alij conloquuntur: vt non solum sit custodia corporum, sed & surgat pro lectione assidua profectus animarum.

16 Si qui in monasterio conuersi sunt, aut conuerti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi, nec (quod absit) vllus eorum coniugem ducere, aut extranearum mulierum familiaritatem habere. Nam (sicut supra dictum est) si vxorem duxerit, excommunicetur, & de vxoris malè sociatæ confortio, etiam iudicis auxilio separetur. Quod si iudex ad hoc solatium dare noluerit, excommunicetur qui infelix monachus tali coniunctione cædatus si per cuiuscunque patrociniū se conatus fuerit defendere, & is qui in hac pertinacitate perdurat, & ille qui eum exceperit ad defendendum, ab ecclesia segregentur, donec reuertatur ad septa monasterij, & indictam ab abbate, quamdiu præceptum ei fuerit, agat penitentiam, & post satisfactionem reuertatur ad gratiam.

17 Vt mulier intra septa monasterij nullatenus introire permittatur. Si abbas in hac parte, aut præpositus negligens apparuerit, qui eam viderit, & non statim ei eiecit, excommunicetur.

18 De ieiuniis verò antiqua à monachis instituta conferuentur, vt de Pascha vsque ad quinquagesimam, exceptis rogationibus, omni die fratris prædium præparetur. Post quinquagesimam tota hebdomada exactè ieiunet. Postea vsque ad Calendas Augusti ter in septimana ieiunent, secunda, quarta, & sexta die, exceptis his qui aliqua infirmitate cõfrecti sunt. In Augusto, quia quotidie Missæ sanctorum sunt, prandium habeant. In Septembri toto, & Nouembri (sicut prius dictum est) ter in septimana. De Decembri vsque ad natalem Domini omni die ieiunent, Et quia inter natalem Domini & Epiphaniã omni die festiuitates sunt, itemque prandebunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam gentiliū consuetudinem Patres nostri statuerunt priuatas in Calendis Ianuarij fieri letanias, vt in ecclesia psallatur, & hora octaua in ipsis Calendis circuncisionis Missa Deo propitio celebretur. Post Epiphaniã verò vsque ad quadragesimam ter in septimana ieiunent.

19 Itemque pro reuerentia domini Martini, vel cultu ac virtute id statuimus obseruandum, vt tam in ipsa basilica sancta quam in ecclesiis nostris, iste psallendi ordo seruetur. Vt in diebus æstiuis ad matutinum sex antiphonarum binis psalmis explicentur. Toto Augusto manicationes fiant, quia festiuitates sunt & Missæ. Septembri septem antiphonarum explicentur binis psalmis, Octobri, octo ternis psalmis. Nouembri nouem ternis psalmis. Decembri, decem ternis psalmis. Ianuario & Februario itidem vsque ad Pascha. Sed vt possibilitas habet, qui facit ampli-

us pro se, & qui minus (vt potuerit) superest, vt vel duodecim psalmi expediantur ad matutinum, quia Patrum statuta præceperunt, vt ad sextam sex psalmi dicantur, cum alleluia, & ad duodecimam duodecim, itemque cum alleluia, quod etiam (angelo ostendente) didicerunt. Si ad duodecimã duodecim psalmi, cur ad matutinum non itemque vel duodecim psalmos ad matutinum dixerit, ieiunet vsque ad vesperam, panem cum aqua manducet, & non illi sit altera in illa die vlla refectio. Et qui hoc facere contempserit, vna hebdomada panem cum aqua manducet, & ieiunet omni die vsque ad vesperam.

20 Arcipresbyteri verò vicani, & diaconi, & subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspicionem tenentur à populo, quod cum coniugibus suis maneant. Pro qua re hoc placuit obseruare, vt quotiescunque archipresbyter seu in vico manserit, seu ad villam suam ambulauerit, vnus lectorum canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet: & in cella, vbi ille iacet, lectum habeat pro testimonio. Septem tamen inter subdiaconos & lectores, vel laicos habeat concessus, qui vicissim septimanas cum illo facere omnino preuentur: & qui distulerit, fustigetur. Et si in hoc presbyter negligens inuentus fuerit, quod non hoc sic implere contendat, triginta diebus cõmunionem priuetur, donec penitentiam agat, & sic reuertatur ad gratiam. Reliqui presbyteri, & diaconi, ac subdiaconi vicani, hoc studeant, vt mancipioli sua ibi maneant, vbi vxores suæ, illi tamen segregatim solitarij in cella iaceant, & orent, & dormiant. Nam qui vxores non habent, in parte de mancipioliis suis habeant cellulas segregatim, vbi & ipsi quidem orent segregati, & dormiant. Nam si inuentus fuerit presbyter cum sua presbytera, aut diaconus cum sua diaconissa, aut subdiaconus cum sua subdiaconissa, annum integrum excommunicatus habeatur: & depositus ab omni officio clericali, inter laicos se obseruare cognoscat. Quo tamen permisso inter lectores, in psallentium choro colligatur. Illi verò archipresbyteri, qui talem cautelam super iuniores suos habere noluerint, & non eos habuerint studio distringendi, ab episcopo suo in ciuitate retrudantur in cella, ibique mense integro panem cum aqua manducet, penitentiam agant pro sibi credito clero, quia nulli clericorum, iuxta sententiam canonum, cum coniuge sua manere permittitur. Et quia heresis presbyterorum à quodam presbytero primū surrexit, etiam quod nullus potuit æstimare, quod auderet ille, qui corpus Domini consecrat, talia perpetrare, nisi tempore nouissimo pro peccatis nostris ista surrexerunt. Si illi diaconi omnium sententia episcoporum damnati sunt, & hæretici reputati, ac si tales diaconi illi subiaceant maledictioni, quos Patrum statuta pro hac causa damnarunt, quid illi infelices presbyteri, qui tali sunt peccato subiecti, vt alios trahant in præceps secum, qui eos tali ordine viuere cernunt? Et qui deberent esse forma præcepti, ipsi inueniuntur in vna peccati. Rectius est, vt caput morbidum, si curari non potest, amputetur, quam grex pro eodem inficiatur. Talis ergo sacerdos & pastor non debet à populo venerari, sed renui, qui non formam disciplinæ, sed vitij docet, dum seipsum non corrigit.

21 Et quia in sententia Papæ Innocentij ad Victri cum episcopum Rothomagensis lata legitur scri-

ptum de virginibus, quæ Christo spiritualiter nupserrunt, & velari à sacerdote meruerunt, si postea nupserrunt, quod dicitur etiam ad agendam penitentiam mereantur accedere, quia sic dicit: Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque (viuente viro) alteri nupserrit, habeatur adultera: quanto magis & illa damnanda est, quæ antè immortali sponso se cõiunxerat, & postea ad humanas nuptias transmigravit: Et hæc adiecit: Hæc verò quæ necdum sacro velamine teætæ sunt, tamen in proposito virginali semper se manere simulauerant, licet velatæ non sint, si postea nupserrint, his agenda aliquanto tempore penitentia est: quia sponsio earum à Deo tenebatur. Nam si inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui: quanto magis ista pollicitatio quam cum Deo pepigerunt, solui sine vindicta non potest? Post hoc de viduis adiūxit: Nam si Paulus apostolus, quæ à proposito viduitatis discesserunt, dixit eas habere damnationem, vbi ait, Quia primam fidem irritam fecerunt, &c. quis sacerdotum contra decreta talia, quæ à sede apostolica processerunt, agere præsumat: vel quis (quod peius est) contra sententiam, quam vas electionis Paulus apostolus (spiritu sancto ministrante) promulgauit, aliud conscribere vlla ratione præsumat: cum dicit ipse per spiritum sanctum: Qui prædicauerit præter id, quod prædicauit, anathema sit. Et quorū autoritas valere possit, nisi quos sedes apostolica semper aut intromiserit, aut apocryphos fecit. Et Patres nostri hoc semper custodierunt, quod eorum præcepit autoritas. Nos ergo hoc sequamur, vel quod apostolus Paulus, vel Papa Innocentius statuit, ita duntaxat, vt nullus sacratam Deo virginem, neque si in honore Christi vestem mutauit, tam viduam quam puellam aut rapere, aut competere, aut sibi coniugem sociare præsumat, quia etiam & lex Romana constituit, vt quicumque sacratam Deo virginem, vel viduam fortasse rapuerit, si postea eius deuictione conuenerit, capitis sententia feriat. Item, si quis, non dicam rapere, sed attentare matrimonij iungen di causa, sacratas virgines vel viduas ausus fuerit, capitis sententia feriat. Cum etiam in Chronicis habeatur de virginibus gentiliū tempore, quæ se de Vestæ sacrauerant, postmissis proposito, & corrupta virginali gratia, legali sententia viuas in terra fuisse defossas. Si sana colentes tali sunt sententia condemnatæ, quanto magis quæ in honorem redemptoris sui se veste mutauerint, & perseverare noluerint, grauem debent expectare sententiam, sicut in Arelateni synodo habetur insertum. De puellis quæ se vouerunt Deo, & præclari nominis decore floruerunt, si post viginti quinque præsertim annos ætatis ad terrenas nuptias spontè transferint, id custodiendum esse de cœuimus, vt cum his quibus se alligauerunt cõmunionem priuentur, ita vt eis postulanti bus penitentia non negetur, cuius penitentia cõmunionem multo tempore differatur, cum etiam id in antiquis Mileuitanis canonibus fuerit statutum. Item placuit, vt quicumque episcoporum necessitate periclitantis pudicitia virginalis (cū vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigitibus parentibus, aut his ad quorū curam pertinet) velauerit virginem, seu velauit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obsit concilium quod de isto annorum numero cõstitutum est. Nos

verò quos lex perimi iubet (si cupiunt audire præconem) volumus (si conuertantur) vt viuant. Nam tunc perimendi sunt oris gladio, & à cõmunionem priuandi, si relicta sibi decreta seniorum obseruare noluerint, & pastorem suum audire despexerint, & se separare nouerint. Qui ergo in hac perrinacia perdurare voluerint, & plus in volutabro malæ conuersionis permanere, quam se de vetito coniugio separare, perenni excommunicatione damnentur. Et quicumque episcoporum, aut presbyterorum, vel diaconorum, aut subdiaconorum, ab omnibus episcopis excommunicatus habeatur, & excludatur ab excusationis adinventionem, quam modò aliqua discedere meditantur, quod propterea se veste mutauerint, ne eas inferiores personæ maculent, cum non solum domini gloriosæ memoriæ Childebertus & Clotharius reges constitutionem legum, & de hac re custodierint, & seruauerint (quam nunc Dominus Charibertus rex successor eorum, præcepto suo roborauit) vt nullus vllam nec puellam, nec viduam absque parentum voluntate tradere, aut accipere præsumat. Quicumque enim timet violentiam, & vult habere maritum, refugiat ad ecclesiam, donec propinqui possint eam principis imperio, aut sacerdotis, vel ecclesie beneficio liberare, & defendere, ac condigno sociare marito. Nam quæ se veste mutauerit absque dolo, in eo proposito quod disposuit, perseverare procuret. Illud verò quo aliqui dicunt, vidua quæ benedicta non fuit, quare non debet maritum accipere, cum omnes sciant, quod nunquam in canonicis libris legitur benedictio vidualis, quia solum propositum illi sufficere debet, sicut in Epauensibus canonibus à Papa Auito, vel omnibus episcopis conscriptum est. Viduarum consecrationem (quas diaconas vocant) ab omni religione nostra penitus abrogamus. Et expressius decretum est in synodo Arelateni, professas viduas si in continentia persistierint, cum raptoribus esse damnandas. In Prophetis legitur, quia de alienigenis contra interdicta Dei Hebræi fortiti fuissent vxores, populum Dei à gentibus superatum. Post prædicante Propheta, quia dimiserunt filios, & separauerunt se ab illicitis coniugiis, statim victoriam fuisse sequutam. Quicumque ergo de laicis ingenuus cum talibus excommunicatis participare præsumperit, excommunicatum se esse cognoscat.

22 De incestis verò coniunctionibus censuimus, statuta canonum vetera non irumpi. Satis enim facimus, si in hac parte statuta prisca seruemus. Sed præterea fuit iterare necessarium, quia dicunt plures, quasi illud per prædecessorum negligentiam sacerdotum illis non fuisset apertum. Sed reuera mentuntur, cum sciamus tales ac tantos viros nullatenus huic negligentia subiacuisse: sed hoc quod scripturæ sanctæ testantur, assidue prædicasse. Propterea placuit etiam de voluminibus librorum pauca perstringere, & canonibus inserere, vt scripta lectio de aliis libris in vnum recitetur ad populum. Sic enim dominus loquutus est: Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. Ego Dominus: Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, vt reuelat turpitudinem eius. Ego Dominus: Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non discooperies mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies, turpitudinem enim patris tui est.

ca. 21. eiusdem concilii

Leu. 18. d. b. e.

ca. 13. 27. q. 1. h. e. v.

1. 7. m. 5. b.

Galat. 1. d.

In 2. syno

ca. 33.

ca. 16. e.

in 1. e. con.

ca. 12. 17.

q. 1. q. 2. q. 3.

Christi.

prum



est. Turpitudinem sororis tuæ ex patre, siue ex matre, quæ domi vel foris genita est, non reuelabis. Turpitudinē filii filij tui, vel neptis ex filia, non reuelabis: quia turpitudō tua est. Turpitudinem filia vxoris patris tui quā peperit patri tuo, & soror tua, non reuelabis. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies, quia caro est patris tui. Turpitudinem sororis matris tuæ non reuelabis, eo quod sit caro matris tuæ. Turpitudinem patris tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, qui tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui est, nec discooperies ignominiam eius. Turpitudinem vxoris fratris tui, non reuelabis, quia turpitudō fratris tui est. Turpitudinem sororis tuæ, & filia eius, non reuelabis. Filiam filia eius, & filia filia illius non sumes, vt reuelas ignominiam eius, quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius. Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis commixtione maculaberis. Maledictus homo, qui facit sculptile & cōflatile abominationem Domino opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito, & respondebit omnis populus, & dicet, Amen. Maledictus, qui non honorat patrem suum & matrem, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus, qui transfer terminos proximi sui, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus est, qui errare facit cæcum in itinere, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus, qui peruerit iudicium aduenæ, pupilli, ac viduæ, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus, qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimentum lectuli eius, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus, qui dormit cum sorore sua filia patris sui, siue matris suæ, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus, qui dormit cum focru sua, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus, qui clam percusserit proximum suum, & dicet omnis populus, Amen. Itemque ait sacra sententia legum, quæ in hac explanatione omni homini tam docto quam indocto aperta est, vt quisquis aut sororem, aut filiam, aut certè gradu consobrinam, aut fratris vxorem sceleratis sibi nuptiis iunxerit, huic pœnæ subiaceat, & de tali consortio separetur, & reliqua. Item alia: Quacunque mulier sororis suæ maritum post mortem illius acceperit, vel si quis ex viris mortua vxore sororem eius aliis nuptiis sibi coniunxerit, nouerit tali consortio se esse notabilem. In synodo Aurelianensi, quam inuictissimus rex Clodouæus fieri supplicauit, sit decretum est, ne superstes frater thorum defuncti fratris ascendant, neue sibi quisquam amicæ vxoris sororem audeat sociare, quod si fecerint, ecclesiastica districtione feriantur. In Epauensibus canonibus à Papa Auito vel reliquis episcopis constitutum est: Incestus coniunctionibus nihil prorsus veniæ referuamus, nisi cum adulterium separatione sanauerit. Incestos vero nec villo coniugij nomine prædicandos (præter illos quos dinumerare funestum est) hos esse censuimus. Vt si quis relictam fratris, quæ penè prius soror extiterat, carnali coniunctione violauerit. Si quis in super germanam vxoris suæ acceperit, si quis noueram duxerit, si quis consobrinæ sobrinæque se sociat, ab ecclesia segregetur. Quod vt à præfenti tempore prohibemus, ita ea quæ sunt antè instituta, nõ soluimus, ne quis relictæ auunculi misceatur, aut patris, aut priuignæ concubitu polluat. Sanè quibus

De. 27. c. d.

Ca. 10. c. 3. dem. c. 3.

Ca. 30. c. Epau.

coniunctio illicita interdicitur, habebunt in eundi melioris coniugij facultatem. In canonibus etiam Aruernensibus à beatissimis Patribus sic habetur insertum: Si quis relictam fratris, sororem vxoris, priuignam, consobrinamue relictam, id est, patris, vel auunculi, carnalis contagij macula crediderit violandam, & ausu sacrilego autoritatem diuinæ legis ac iura naturæ præruerit, & cui charitatis ac pij affectus solatia exhibere debuerat, suorum hostis, ac pudicitie expugnator vim inferre tentauerit, apostolica constitutionis sententia feriat. Et qua in diu in tanto versatur scelere, à Christiano cœtu, atque conuiuio, & ecclesiæ communionem priuabitur. Nos hoc, quod Patres nostri statuerunt, in omnibus roboramus, quia præcepto Domini, & Apostolo prædicantem docemur, vt à nobis filij nostri seueritate potius corrigantur, quàm ignaua tepeditate ad perpetranda grauiora laxentur, vbi ait: Quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præfens autem spiritu, iam iudicauit, vt præfens, cum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu cū virtute Domini nostri Iesu, tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Ergo quia dixit apostolus, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, non nos præsumptuos existimet homo, si sequentes Apostolum, quenquam ab ecclesia segregamus, donec reminiscatur, & reuertatur ad vitam, quam per Dominum nostrum Iesum Christum, & baptismum meruit habere perpetuam, ne iam peccato faciente, aut diabolo persuadente perdat & baptismi gratiam, & vitam æternam.

23 Enimuero quoniam cognouimus nonnullos inueniri sesquipedas erroris antiqui, qui Calédas Ianuarij colunt, cum Ianus homo gentilis fuerit rex quidem, sed Deus esse non potuit. Quisquis ergo vnum Deum patrem regnantem cum filio, & spiritu sancto credit, certè hic non potest integer Christianus dici, quia aliqua de gentilitate custodit. Sunt etiam qui in festiuitate cathedræ domini Petri apostolici cibos mortuis offerunt, & post Missas redeuntes ad domos proprias, ad gentiliū reuertuntur errores, & post corpus Domini, sacratas dæmoni ecas accipiunt. Contestamur illam solitudinem tam pastores quam presbyteros gerere, vt quemcunque in hac fatuitate persistere viderint, vel nescio ad petras aut arbores, aut ad fontes designata loca gentiliū perpetrare, quæ ad ecclesiæ rationem non pertinent nos ab ecclesiæ sancta autoritate repellant, nec participare sancto altario permittant, qui gentiliū obseruationes custodiunt. Quid enim dæmonibus cū Christo commune, cum magis sumenda iudicium delicta videatur addere, quàm purgare.

24 Et licet Ambrosianos habeamus hymnos in canone, tamen quoniam reliquorum sunt aliqui, qui digni sunt forma, cantare volumus libenter, & amplecti eos præter ea, quorum actorum nomina non fuerint in limine prænotata quoniam quæ fidem cōstituerunt, dicendi rationi non obstant.

25 Illud quoque (uanquam priori canonica sit autoritate

Ca. 10. c. 3.

1. Cor. 4.

1. Cor. 13. d.

1. Cor. 4.

Heecap. legitur in parisijs. m. l. ca. 1.

toritate præfixum) quod dū intra se sæuiunt nostri, ac malorum hominum stimulo cōcitantur, & alter alterius res rapida cupiditate peruadit, ne ista caduca adione, qua inter se aguntur, ecclesiastica rura contingere, aut contaminare præsumant, inuolabiliter obseruandum censemus, vt quicumque tam ecclesiæ quam episcopi res proprias (quæ & ipsæ ecclesiæ noscuntur esse, quos pontifex actoribus ecclesiæ dignoscitur assignasse) vel abbatum aut monasteriorum siue presbyterorum quacumque temeritate peruadare, competere, vel confiscare præsumperit, tunc referuato correctionis hoc loco adhuc presbyter eiusdem correctionis, cuius interest, peruaforem conuenit admonere: & si restitutionem distulerit, adhuc quasi filius ab omnibus fratribus ad reddendū missis epistolis compellatur. Qui si pertinaciter in peruafore persistit, & se tollere post tertiam cōmōtionem de re illa aut ecclesiæ aut propria noluerit conuenit omnes omnino vna conuiuentia simul cū nostris abbatibus ac presbyteris vel clero, qui stipendiis ex ipso alimento pascuntur: quia arma nobis nõ sunt alia (auxiliante Christo) circumsepto clericali choro, necatori pauperum, qui res peruadit ecclesiæ Psalms 108. dicatur, vt veniat super eum illa maledictio, quæ super Iudam venit (qui dum loculos faceret, subtrahebat pauperum alimenta) vt non solū excommunicatus, sed etiam anathema moriatur, & cœlesti gladio feriatur, qui in despectu Dei, & ecclesiæ, & pontificum in hac peruafore præsumit assurgere. Illud etiam annecti placuit, vt qui de fratribus ad dandum solatiū venire pro certa infirmitatis necessitate non potuerit, abbates & presbyteros in vice sua transmittat. Qui si præter certam infirmitatis excusationem commonitus, aut venire, aut transmittere noluerit, remotum se à fratrum charitate esse cognoscat.

26 Placet itaque, ac omnibus nobis conuenit obseruare, vt quia nonnulli memores sui per quilibet scripturas pro captu animi de facultatibus suis ecclesiis contulisse probantur, quod diuersis Deum minus timentibus eatenus mortifera calliditate teneatur, vt aliorum oblatio illi pertineat ad ruinam, nec intueri corde possunt diem iudicij, dum nimia cupiditatis delectantur ardore. Quicumque ergo imemor interitus sui, res ecclesiis (vt supra diximus) delegatas iniuste possidens præsumperit retinere, & veritate comperta res Dei seruis suis dissimulauerit reformare, ab omnibus ecclesiis segregatus, à sancta communionem habeatur extraneus: nec aliud mereatur habere remedium, nisi cū culpam propriam rerum emendatione purgauerit. Indignè enim ad altare Domini propinquare permittitur, qui res ecclesiasticas & audeat rapere, & iniuste possidere, ac in iniqua defensione perdurat. Necatores enim pauperum iudicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse prouisio, vt vindictam admonitio manifestè præcedat, vt res usurpata si iniuste quis tulerit, adhibita æquitate restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, postea prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat, neque quisquā per interregna res Dei nitatur defensare, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione cōcludit.

27 Vt iudices aut potentes, qui pauperes opprimunt, si commoniti à pontifice suo, se non emendauerint, excommunicentur.

28 Cauta enim est in salute prouisio ad effugiendā culpam delicti, aditum delinquendi repellere. Nullus episcoporum de ordinationibus clericorum præmia præsumat exigere, quia non sacrilegium, sed & hæreticū est (sicut in dogmatibus ecclesiasticis habetur insertum) ad ordinandum clericum, per ambitionem ad imaginem Simonis magis pecuniam offerre sacerdoti quia dicitur: Gratis accepistis, gratis date. Et cum talis sit, qui gratiam Dei à sacerdote æstimat precio comparari, qualis ille qui vendit, vterque vsque ad synodum ab ecclesia segregetur.

CONCILIUM PARIENSE PRIMUM Circa tempora Pelagij Papa primi.

Parisi, Gallia celtica vrbs notissima, & literatorum, & literarij nomine florētissima, quæ nunc Lutetia dicitur vulgo Paris.

TITVLI CANONVM PARIENSIS concilij primi.

- 1 Nemo res ecclesiarum aut peruadat, aut competat aut retineat.
- 2 Nemo res episcopi proprias aut competere, aut confiscare præsumat.
- 3 Ne episcopus alterius episcopi res competat.
- 4 De illicitis & incestis coniunctionibus.
- 5 De sanctimonialium raptarum indecenti copula.
- 6 Nullus familiam alterius agere competat, aut rapiat.
- 7 Nemo excommunicatus ab alijs colligatur.
- 8 De ordinatione episcoporum.
- 9 De famulatu & ministerio seruorum degenerum.

CANONES EIVSDEM CONCILII



Admonet pontifices temporum qualitas, & improba necessitatis præcauenda conditio, vt non solum rerum præsentium, sed & futurorum quoque utilitas congrua prouisione tractetur, quatenus quos custodia ordinatio, ac pro amore diuino solitudinis cura constringit, & præuidisse sequentia & opportunè eis vigilasse probetur. Et quia sibi sacerdotes in hoc maximè consulunt, si importunorum voluntatibus obuiasse noscuntur, coniuncti in vnum Christo opitulante Parisius pro utilitati ecclesiarum, vnde non leuiter rationem sumus quandoque redditori, in quantum diuina pietas virtutem dare dignata est, tentauimus salubri consideratione prospicere, ne dum periculosa abusione ordinatio superna negligitur, in nobis aliorum crimina vindicentur.

1 Itaque placet, ac omnibus nobis conuenit obseruare, vt quia nonnulli memores sui, per quilibet scripturas pro captu animi, de facultatibus suis ecclesiis aliquid contulisse probantur, quod à diuersis Deum minus timentibus, eatenus mortifera calliditate teneatur, vt aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam, nec intueri corde possunt diem iudicij, dum nimia cupiditatis delectantur ardore. Quicumque ergo imemor interitus sui res ecclesiæ (vt supra diximus) delegatas iniuste possidens præsumperit retinere, & veritate comperta, res Dei seruis suis dissimulauerit reformare, ab omnibus ecclesiis segregatus, à sancta communionem habeatur extraneus: nec aliud mereatur

Heec constitutio in synonica synodo. 2. ca. 26. habet.

reatur habere remedium, nisi culpam propriam re-  
rum emendatione purgauerit. Indignè enim ad alta  
re Domini properare permittitur, qui res ecclesiasti-  
cas & audeat rapere, & iniuste possidere, ac in ini-  
qua defensione perdurat. Necatores enim pauperum  
iudicandi sunt, qui eorum taliter subtraxerint. Sacro-  
dotalis tamen debet esse prouiso, vt vindictam ad-  
monitio manifesta præcedat, vt si res vsurpatis iniu-  
ste quis tulit, adhibita æquitate restituat. Quod si ne-  
glexerit, & necessitas compulerit, postea prædonem  
sacerdotalis districtio maturata percussat, neq; quif-  
quam per interregna res Dei defendere nitatur, quia  
Dei potentia cunctorum regnorum terminum sin-  
gulari dominatione concludit. Quod si præsumpserit,  
& ipsius offensam & prædictæ damnationis peri-  
culum sustinebit. Competitoribus etiam huiusmo-  
di frenum districtio imponim<sup>9</sup>, qui facultates ec-  
clesiæ sub specie largitatis regiæ improba surreptio-  
ne petuaserint. Sera namque de his rebus pœnitenti-  
ne commouemur, cum iam antea temporibus  
contra huiusmodi personas canonum suffulti præsi-  
dio, se sacerdotes domini erigere debuissent, ne mā-  
suetudo indulgentiæ ad similia perpetanda impro-  
borum audaciā adhuc quotidie prouocaret: sed nūc  
tardè iniuriarum mole depressi, damnis quoque do-  
minicis compellentibus excitamur. Quod si is qui  
res Dei competit, in aliis quàm vbi res agitur maxi-  
mè solet territoriis commorari, sacerdotem loci illi  
us vbi habitat episcopus, illi huiusmodi prauaræ cō-  
temptus neglecta persona literis mox reddat instru-  
ctum, tunc antistes ipsius fratris anxietate comper-  
ta aut peruasorè admonitione corrigat, aut canoni-  
ca districtio condemnet. Accidit autem vt tempo-  
ribus discordiæ supra promissionem bonæ memo-  
riæ Clodouæ regis ecclesiarum aliqui competissent  
ipsasque res inuafatas improuisa morte collapsi, pro-  
priis hæredibus reliquissent, placet & hos quoque,  
nisi res Dei admoniti à pontifice agnita veritate red-  
diderint, similiter à sanctæ communionis participa-  
tione suspendi: quoniam res Dei, quæ antecessores  
eorum immatura morte credendi sunt peremisse, non  
debent filij vterius possidere. Iniquum esse cense-  
mus, vt potius custodes chartarum per quas aliquid  
ecclesiis à fidelibus personis legitur derelictum, quā  
defensores rerum creditarum (vt præceptum est) iu-  
dicemur.

2 Et quia episcoporum res propria ecclesiarum res  
esse noscuntur, si in eorum facultatibus simili fuerit fa-  
cultate grassatum, peruersores rerum memoratarum  
canonum districtio feriatur, vt dū vindicta cor-  
rigit, qui moribus propriis ac nulla conscientia ca-  
stigatione corripitur, saltem regulæ obtundatur acu-  
latis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res cō-  
fiscare, aut competere aut persuadere periculosa infe-  
statione præsumperit.

3 Et quia exempla boni operis à pontificibus de-  
bent primum Christo opitulante procedere, nullus  
episcopus res competat alienas, aut si competitas, aut  
à se, aut ab antecessore suo fortè quis possedit, domi-  
no proprietatis possessionem propriam absque præ-  
iudicio liberalitatis regiæ integra reformatione re-  
stituatur, vt quia Deus dona reprobatur iniquorum, non  
ad iudicium suum ecclesiæ res exteris derelinquat.

4 Conuenit etiam vniuersis fratribus, vt non so-  
lum presentium rerum actus, sed & animarum quo-  
que debeant præparare remedia. Nullus ergo illiciti-

ta coniugia contra præceptum domini fortiter præ-  
sumat, id est fratris relictam, nec nouercam suam, re-  
lictamque patrii, vel sororem vxoris suæ sibi aude-  
at sociare, neque auunculi quoque, quæ relicta est  
nuri suæ, vel materteræ coniugio potiat. Pari eti-  
am conditione à coniugio amixæ, priuignæ, ac filia  
priuignæ coniunctionibus præcipimus abstinere.

5 Sacrarum etiam virginum, neque per raptum, ne-  
que per competitiones aliquas quisquam coniugia  
fortiatur. Similiter de earum coniunctionibus absti-  
nendum (& hi qui eas rapere, aut competere voluer-  
int, à communionem sunt remouendi) quæ vestium  
commutatione tam viduæ quàm puellæ religionem  
pœnitentiam, aut virginitatem publica declaratio-  
ne fuerint professæ. Quod si contra dicta quis vene-  
rit & sacerdotem suum audire neglexerit, & in præ-  
senti à communionem catholicæ ecclesiæ habeatur  
extraneus, & perpetuo anathemate feriatur.

6 Et quia vtilium rerum cæpit causa tractari, hoc  
vniuersitas præcauere quoque debet, tam sacerdo-  
tes, quàm principes, omnisque populus, vt nullus res  
alienas competere à regis audeat potestate. Nullus  
viduam, neque filiam alterius extra voluntatem pa-  
rentum aut rapere præsumat, aut regis beneficio æ-  
stimet postulandam. Quod si fecerit similiter ab ec-  
clesiæ communionem remotus, anathematis damna-  
tione plectatur.

7 Et quia vniuersis sacerdotibus ita conuenit, vt  
si quis de eis pro contemptu canonum, aut peruasio-  
ne rerum ecclesiasticarum à communionem ecclesiæ  
aliquem fortasse suspenderit, à nullo penitus episco-  
po recipi præsumatur. Quod si factum fuerit, is qui  
eum contra indicta receperit, & à fratrum suorum  
erit concordia separatus, & æterni iudicis in futurum  
(vt confidimus) iracundiā sustinebit.

8 Et quia in aliquibus rebus consuetudo prisca ne-  
gligitur, ac decreta canonum violatur, placuit vt iux-  
ta antiquam consuetudinem canonum decreta ser-  
uentur. Nullus ciuibus inuitis ordinetur episcopus,  
nisi quem populi & clericorum electio plenissima  
quæ fuerit voluntate, non principis imperio, neque  
per quamlibet conditionem contra metropolitanus volun-  
tatem episcoporum comprouincialium ingeratur.  
Quod si per ordinationem regiam honoris istius cul-  
men peruadere aliquis nimia temeritate præsumpe-  
rit, à comprouincialibus loci ipsius episcopus recipi  
nullatenus mereatur, quem indebitè assumptum ag-  
noscent. Si quis de comprouincialibus recipere e-  
um contra indicta præsumperit, sit à fratribus om-  
nibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate  
remotus. Nam de actis ordinationibus pontificum  
ita conuenit, vt coniuncti metropolitanus cum suis  
comprouincialibus episcopis, vel quos vicinos epi-  
scopos eligere voluerit, in loco vbi conuenerit, iux-  
ta antiqua statuta canonum, omnia communi consi-  
lio & sententia deceantur.

9 De degeneribus seruis qui sepulchris defunctorum  
pro qualitate ipsius ministerij deputantur, hoc  
placuit obseruari, vt sub quâ ab actoribus fuerint cō-  
ditione dimissi, & siue hæredibus, siue pro defensionem  
fuerint deputati, voluntas defuncti circa eos in om-  
nibus debeat conseruari. Quod si ecclesiæ eos de-  
fisci functionibus in omni parte defenderit, tam illi  
quàm posteri eorum ecclesiæ defensione in omni-  
bus potiantur, & occursum impendant. Et quia hu-  
ic definitioni cuncti fratrum interesse minimè po-  
tuerunt

tuerunt, hoc omnis congregatio sacerdotum Chri-  
sto ppitiante decreuit, vt constitutio præsens à quâ-  
tis oblata fuerit, subscriptionibus tamen eorum de-  
beat probari, quatenus in hoc, quod ab vniuersis ob-  
seruandum est, vniuersitas debeat consentire.

CONCILIUM AVRELIANENSE  
Quintum, circa tempora Pelagij Papa primi.

TITULI CAPITULORVM AVRELIANENSIS CONCILII QUINTI.

- 1 Dogmata Eurychetis vel Nestorij damnanda.
- 2 Neminem à sacerdote de leuibus causis damnandum.
- 3 De extraneorum mulierum familiaritate.
- 4 Si post acceptam benedictionem incontinens inuenitur.
- 5 Nullum clericum alienum recipere, vel promouere sine epistola pontificis sui præsumat.
- 6 Seruum alienum clericum non ordinandum.
- 7 De manumissis.
- 8 Pontifice mortuo nullus in ciuitatem, aut per parochias ordinare clericos, aut altaria audeat consecrare.
- 9 Nullus ex laicis ante annuam conuersationem episcopus ordinetur.
- 10 Nulli episcopatum precio liceat comparare.
- 11 Nullus inuitis ordinetur episcopus.
- 12 Nullus viuente episcopo, præter culpabilem, alius superior dinetur.
- 13 Qui facultates ecclesiæ substraxerit, alienauerit, vel retinuerit, puniatur.
- 14 Episcopus, vel quicumque res ecclesiæ cuiuscunque regni, vel loci non occupet.
- 15 De eo quod ex xenodochois collatum fuerit.
- 16 Qui ecclesiæ oblata auferre præsumperit.
- 17 Ecclesiæ causa qualiter, & per quos finiantur.
- 18 Vocati comprouinciales à metropolitano, ad concilium venire teneantur.
- 19 De oblatione puellarum in monasteriis.
- 20 In carcerati Dominicis diebus ab ecclesiæ prapositionibus visitentur.
- 21 De solitudine infirmorum, vel sustentatione.
- 22 De annua euacuatione concilij.
- 23 De his qui ad ecclesiam confugerunt.

Capitula Aurelianensis concilij quinti.



D diuinam gratiam referendum, est cū  
uota principum concordant animis sa-  
cerdotum, vt dum sit pontificale conci-  
lium, normam viuendi teneat recapitu-  
latio antiqua canonum, vt locus & tem-  
pus, quia est in quibuscunque titulis veteribus adhe-  
rens noua constitutio sanctionum. Igitur clementis  
simus princeps, triumphorum titulis inuictissimus,  
dominus Childebertus, cum pro amore sacræ fidei  
studio religionis in Aurelianensium urbem congre-  
gasset in vnum dominos sacerdotes, cupiens ex ore  
Patrum audire quod sacrum est, & quod pro eccle-  
siastico ordine autoritate promoueretur pastorali,  
& quod aduenientibus sit norma, & præsentibus sit  
disciplina, atque conueniens à præfenti tempore in  
posterum custodiri (præstante Deo) signanter est ti-  
tulis prænotatum.

1. Primum itaque nefariam sectam, quam autor ma-  
le sibi conscius, & à viuo sanctæ fidei catholicæ fon-

te discedens, sacrilegus quondam condidit Euty-  
ches, vel si qua à veneficio similiter impio sunt pro-  
lata Nestorio, quas etiam sectas sedes apostolica san-  
cta condemnat, similiter & nos eisdem cum suis au-  
toribus & sectatoribus execrantes, præsentis consti-  
tutionis vigore anathematizamus, atque damnamus  
apostolicum fidei ordinem in Christi nomine præ-  
dicantes.

2 Nullus sacerdotum quenquam rectæ fidei homi-  
nem pro paruis & leuibus causis à communionem sus-  
pendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres  
ab ecclesia arceri iusserunt committentes.

3 Vt nullus episcoporum, presbyterorum, & dia-  
conorum, extraneorum mulierum intra domum præ-  
sumat habere solatiū, quibus etiam pro vilitate sua  
aliqua familiariter regenda committat. Quod etiam  
de propinquis sceminis indicentes, similiter prohibe-  
mus ne sub concessa sibi licentia parentali, ex earum  
sequipedis memoratorum vita vel opinio polluat  
Quod si episcopus nunc vetitis vt sub quadam præ-  
sumptione voluerit, anno vno à metropolitano vel  
à comprouincialibus suis, ab officio suspendatur.  
Clerici verò à propriis episcopis, modo qui scriptus  
est, corrigantur.

4 Si quis clericus post acceptam benedictionem  
cuiuscunque loci vel ordinis ad coniugalem thorum, iam  
sibi illicitum, denuò redire præsumperit, vsque in  
diem vitæ ab honore accepti ordinis (sicut habent  
antiquorum Patrum canones) ab officio deponatur  
ei tantummodo communionem concessa.

5 Vt nullus clericum seu lectorem alienum sine sui  
concessione episcopi, vel promouere, vel sibi quib-  
libet conditionibus audeat vendicare. Quod si quis  
hanc constitutionem fuerit quacunque præsumptio-  
ne transgressus, memoratas personas ab his, cum  
quo sunt, debitas seu ecclesiastico iuri seu proprio  
reuocatas, quia illicita vacatione discesserant, & ab  
honore vel officio suscepto, iuxta arbitrium sui pon-  
tificis suspendantur. Episcopus verò qui ordinauerit,  
sex mensibus Missas facere non præsumat.

6 Vt seruum qui libertatem à dominis propriis  
non acceperit, aut etiam iam libertum, nullus episco-  
porum absque eius voluntate tantum cuius seruus est  
& eum absoluisse dignoscitur, clericum audeat ordi-  
nare. Quod si quisquam fecerit, is qui ordinatus est,  
à Domino reuocetur: & ille collator ordinis, si sci-  
ens fecisse probatur, sex mensibus Missas tantum fa-  
cere non præsumat. Si verò secularium seruus esse  
cognoscitur, qui ordinatus est, benedictionem serua-  
ta, honestum in ordine domino suo impendat obse-  
quium. Quod si secularis dominus amplius eum vo-  
luerit inclinare, vt sacro ordini inferre iniuriam vi-  
deatur, duos seruos (sicut antiqui canones habent)  
episcopus, qui eum ordinauit, domino seculari resti-  
tuat, & episcopus eum quem ordinauit, ad ecclesiam  
suam reuocandi habeat potestatem.

7 Et quia plurimorum suggestionem comperimus,  
eos qui in ecclesiis iuxta consuetudinem à seruitio  
fuerint absoluti, pro libito quorumcunque ite-  
rum ad seruitium reuocari, impium esse tracta-  
uimus, vt quod in ecclesia Dei consideratione  
à vinculo seruitutis absoluitur, irritum habeatur.  
Ideo pietatis causa communi consilio placuit ob-  
seruandū, vt quæcunque mancipia ab ingenuis do-  
minis seruitute laxantur, in eā libertate maneat, quæ

tunc à dominis perceperūt. Huiusmodi quoq; libertas, si à quocunque pulsata fuerit, cum iustitia ab ecclesiis defendatur, præter eas culpas, pro quibus leges collatas seruis reuocare iusserunt libertates.

8 Ut in ciuitate, vbi pontifex iure humanæ conditionis obierit, nullus episcopus ante substitutionem depurati per ordinē successoris, aut in ciuitate, aut per parochias ordinare clericos, aut altaria audeat consecrare, vel quicquā de reb<sup>9</sup> ecclesiæ præter humanitatē psumat auferre. Quod si quisquā temerario ausu statuta trāscēderit, cōuentus ab instituto pōtifice, verecūdiæ suæ cōsulens, sine dilatione oblata restituatur. Si verò siue volūtatis arbitrio, vel quorūcūque precibus actus, quamcunque personam promouere, aut contra interdictum ire præsumperit, anno integro Missas facere non præsumat.

9 Nullus ex laicis absque annua conuersatione pmissa episcop. ordinetur, ita vt intra anni ipsius spacium, à doctis & probatis viris, disciplinis & regulis spiritualibus pleni<sup>9</sup> instruat. Quod si hoc quisquā episcoporum transcendere quacunque conditione præsumperit, anno integro ab officio, vel charitate fratrum habeatur extraneus.

10 Vt nullum episcopatum per præmia aut comparatione liceat adipisci, sed voluntate regis iuxta electionem cleri ac plebis (sicut in antiquis canonibus continetur scriptum) consensu cleri ac plebis, à metropolitano, vel quem vice sua permiserit, cum comprovincialibus pontifex consecratur. Quod si quis hanc regulam huius sanctæ constitutionis per comptionem excefferit, eum qui per præmia ordinatus fuerit, statuimus remouendum.

11 Item (iuxta quod antiqui canones decreuerūt) nullus inuitus detur episcopus, sed nec per oppressionem potentium personarum, ad consensum faciendum ciues aut cleri (quod dici nefas est) inclinatur. Quod si factum fuerit, ipse episcopum, qui magis per violentiam, quàm per decretum legitimum ordinatur, ab indēpto pontificatus honore in perpetuum deponatur.

12 Nulli viuenti episcopo alius superponatur, aut superordinetur episcopus, nisi forsitan in eius loco, quem culpa capitalis deiecerit.

13 Ne cui liceat res vel facultates ecclesiæ, aut monasteriis, vel xenodochiis pro quacūq; elemosyna cum iustitiā delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Quod si quisquis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum sententiis constrictus, ab ecclesiæ liminibus excludatur, quamdiu ab ipso ea quæ sunt oblata, vel retenta, reddantur.

14 Vt nullus episcoporum, aut cuiuslibet ordinis clericus, vel alia quacunque persona, quibuslibet cōditionibus, seu in vno regno, seu in alio positus, alterius cuiuscūque ecclesiæ res aut petat, aut præsumat accipere. Quod si fecerit, tamdiu habeatur à communionē altaris, vel omnium fratrum, ac filiorum charitate suspensus, donec ipsi ecclesiæ \* cuius directo ordine res est ablata, restituatur.

\* forte res est ablata, directo ordine restituitur.

15 De xenodochiis verò, quod piissimus rex Childbertus & coniugalis sua Vltrotho regina in Lugdunensi vrbe (inspirante Domino) condiderunt (institutionis ordinem vel exscriptionem petentib<sup>9</sup> ipsi, manuum nostrarum subscriptione firmauimus) Visum est nobis pro Dei contemplatione, iunctis nobis in vnū, permanens auctoritate decernere, vt quicquid præfato xenodochio, aut per supradictorum

regum oblationem, aut per quorum cūque fidelium elemosynam collatum aut conferendum est, in quibuscunque rebus atque corporibus nihil exinde ad se quolibet tempore antistes ecclesiæ Lugdunensis reuocet, aut ad ius ecclesiæ transferat, vt succedentes sibi per temporum ordinem sacerdotes, non solum de facultate xenodochij ipsius, aut de consuetudine vel institutione nihil minuant: sed dent operā, qualiter res & ipsius stabilitas in nullam partem detrimentum, aut diminutionem aliquam patiatur, prouidentes ad intuitum retributionis æternæ, vt præpositis semper strenui ac Deum timentes decedentibus substituatur, & cura ægrotantium, ac numerus vel exceptio peregrinorum secundum indictam institutionem inuiolabili semper instabilitate permaneat. Quod si quis quolibet tempore contra constitutionem nostram venire tentauerit, aut aliquid de consuetudine vel facultate xenodochij ipsius abstulerit, vt xenodochium (quod auertat Deus) esse desinat, vt necator pauperum, irreuocabili anathemate feriat.

16 Quisquis etiam aut maiorum aut mediocrium personarū, quodcunque muneris vel facultatis sacerdotibus, aut ecclesiis, aut quibuslibet locis sanctorū studio mercedis cum iustitiā pro Dei contemplatione contulerit, & hæc ipsa, quæ à parentibus donata noscitur, postmodū quis auferre p̄sumperit, superiori sententia, vt necator pauperū cōmunionē priuetur.

17 Placuit etiam, vt si quæcūque persona contra episcopum, vel autores ecclesiæ se proprium crediderit habere negotium, prius ad eam recurrat charitatis studio, vt familiari aditione communitus, sanare ea debeat, quæ in querimoniā deducuntur. Quæ rem si differre voluerit, tunc demum ad metropolitanam audientiam veniatur. De qua re, cum literas suas metropolitanus ad comprovincialem episcopum dederit, & causa ipsa inter vtrosque quacunque occasione amicis mediis non fuerit definita, vt ipsi metropolitano necessarium sit in eodem negotio iterare scriptum, & secundo admonitus aut mittere, aut venire distulerit, tunc à charitate metropolitani sui nouerit se esse suspensum, donec ad præsentiam eius ueniens causæ ipsius de qua petitur, reddiderit rationem. Quod si patuerit, episcopum ipsum contra iustitiam fatigatū, is qui eū iniusta interpellatione pulsauit, anni spacio à cōmunionē ecclesiastica suspēdat. Si verò metropolitano à quocunque comprovinciali episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, & eum audire distulerit, ad proximam synodū, quæ constituetur, negotiū suum in concilium licentiam habeat exerendi: & quicquid pro iustitiā cōprovincialibus suis statutū fuerit, studeat obseruare.

12 Etiam hoc decreto decreuimus, vt si quis de p̄uincialibus episcopis à metropolitano suo ad conciliū intra suā prouinciam fuerit euocatus, & præter euidētem infirmitatem ad conciliū venire distulerit, atq; de synodali conuentu, antequā cuncta conueniant, sine comite concilij ipsi<sup>9</sup> discedere fortasse præsumperit, sicut est præcedentib<sup>9</sup> regulis statutū, sex mensibus à Missarum officio suspendatur. Quod si quem à concilio quæcūq; necessitas illata abstulerit, à metropolitano suo veniam postulans, ad Missarum faciendarum gratiam reuocetur.

19 Quæcūq; etiā puellæ seu propria volūtate monasterium expetunt seu à parentibus offerunt, annum in ipsa veste qua intrauerint, permaneant. In his

his verò monasteriis, vbi non perpetuò tenentur incluse, triennium in ea qua intrauerint veste permaneant, & postmodum secundum statuta monasterij ipsius in loco, quo elegerint permanere, vestimenta religionis accipiant, Quæ si deinceps sacra relinquere loca, propositum sanctum seculi ambitione transcendierint, illæ quæ in domibus propriis tam puellæ quàm viduæ, commutatis vestibus conuertuntur, cū his quibus coniugio copulantur, ecclesiæ communionē priuentur. Sanè si culpam sequestratione sanauerint, ad communionis gratiam reuocentur.

20 Id etiam miseratione tua condiximus custodiri, vt qui pro quibuscunque culpis in carceribus deputantur, ab archidiacono, seu à præposito ecclesiæ diebus singulis Dominicis requirantur, vt necessitas victorum secundum præceptum diuinum misericorditer subleuet, atq; à pontifice, instituta fidelis & diligenti persona, quæ necessaria prouideat, cōpetens victus de dono ecclesiæ tribuatur.


21 Et licet (propitio Deo) omnium Domini sacerdotum, vel quorumcunque hæc cura posset esse fidelium, vt egentibus necessaria debent ministrari, specialiter tamen debilibus, id pietatis causa conuenit, vt vnusquisque episcoporum incolis, quos infirmitatem incurrisse, tam territorij sui, quàm ciuitatis agnouerint, de domo ecclesiæ iuxta possibilitatem victui & vestitui necessaria subministrat, vt non eis de firmiter cordiæ cura, quos per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia.

22 His quoque (Deo propitio) constitutis, (quod præcipue in omnibus Patrum conciliis habetur scriptum) congrua diffinitione sancimus, vt intra anni circulū vnusquisque metropolitanus episcopus, iunctis in vnum locum cōprovincialibus suis, intra prouinciam suam studeat habere cōcilium, vt aut si qua accesserint, charitatis emendentur studio, aut si pax regalis, vel disciplina in cunctis (Deo adiuuante) permanserit, autore bonorum omnium Deo de charitate, & præsentia gratulentur. Hæc ergo (Deo propitio) constanter & vnanimiter definita seruantes, etiam præteritorum statuta canonum, his decernimus vt (Christo autore) deinceps inconuulsa vniuersa seruentur, vt manente concorditer, que diuina in spiratione salubriter in præsentem tēpore definita sunt, amodo & habeant vigorem, & custodiant charitatē.

23 De seruis verò pro qualibet causa id ad ecclesiæ septa confugerint, id statuimus obseruandum, vt si quid in antiquis constitutionibus tenetur scriptū, pro concessa culpa, datis à Domino sacramētis, quis ille fuerit, egrediatur, de venia iam securus. E nimvero si immemor fidei, dominus transcendisse conuincitur, quod iurauit, vt is qui veniam acceptat, postmodum pro ea culpa, qualicūque supplicio cruciatus, dominus ille qui immemor fuit datæ fidei suspensus sit ab omnium cōmunionē. Iterū, si seruus pro venia datis sacramētis à domino, iam securus exire noluerit, ne sub tali contumacia requirens locum fugæ omnino fortasse depereat, egredi notentem à Domino, eum liceat occupare, vt nullam quasi prope tentationem serui quibuslibet modis molestiam, aut calumniam patiatur ecclesiæ, fidem tamē dominus quam pro concessa venia dedit, nulla temeritate transcendat. Quod si gentilis dominus fuerit, aut alterius sectæ, qui à conuentu ecclesiæ probatur extraneus, is qui seruum repetit, personam requirat bonæ fidei Christianum, vt ipse in

persona domini pro seruo præstet sacramētū, quia ipsi possunt seruare quod sacrum est, qui post transgressionem ecclesiæ metuunt disciplinam.

CONCILIUM PARIENSE SECUNDUM.



Um in vrbe Parisiensem ad institutionem domini regis gloriosissimi Childberti venissemus, & in vnum positi, quæ ad ecclesiasticum ordinem, vel fidei catholicæ auctoritatem pertinent, Christo adiuuante, quæ erant necessaria tractaremus, & ex hoc magis pro ordinanda ecclesia memorata vrbe, & eius nos dignatio iugiter admoneret, vt eundem sacerdotem (sicut descendum est) manifesta siquidem culpa deiecerat, qualiter reparare Dominici gregis pastor prouidus debuisset, pontificalis conuentio declararet. Ob hoc in domo ecclesiæ vnanimiter residentes gesta in quo quondam discussio Saphoraci episcopi habita fuerat, nobis postulauimus recenseri, quam per ordinem relegentes, cum venissemus ad locum, vbi eius confessio de crimine tenebatur, quam presentibus sanctis ac venerabilibus viris episcopis Medouecho, Leubeno, vel Leubachario abbate, Hilculpho presbytero, Aeterno archidiacono, necnon & Astricio diacono professus fuerat memoratus quondam episcopus Saphoracus, ipsos denuò interrogantes, supra scripti professionem nobis denuò ore proprio retulerunt, quod etiam facinus necnon & episcopus Ardarius à memorati Saphoraci ore se etiam veridica assertione audisse perdocuit. Et quia tāti ac tales viri, quos interfuisse discussioni veridica docet scripta relatio, quæque reuera dicta vel agnita sunt, gestis teneatur scriptorum sanctorum antistitum & laudabilium virorum, quos studiosissimè iudicasse ostendit conscripta discussio, & tāta eorum discussione vnanimiter præbente assensum, placere nobis, quod eum in monasterio duxerunt, presentibus etiam decretis vnanimiter profiteamur, & quia sine dubio culpas eius esse capitales, canonum auctoritate monstratur, vtique confessione propriæ linguæ deiectioni ipse se fecit obnoxium. Igitur tam aperta confessione secundum sententiam canonū, quæ de huiusmodi transgressionem in Aurelianensi synodo nuper habita sunt decreta, à metropolitano, cui redigēdi actio vel ordinatio de comprovincialibus eius ecclesiæ manet, in memorata vrbe scripta seruentur, ac regulariter peragantur, vt disciplinæ modus maneat, & qui tanto ordini præsumunt, adiuuante Christo bonæ vitæ auctoritate viuentes, quem secundum ordinem sacrum positis ordinare prouideant, vt nec falsa obiectio culpæ maculet innocentes: & illi qui inuenti & comprobati in culpa fuerint, in nulla restrictione habeantur immunes.

CONCILIUM HISPALENSE PRIMUM, circa tempora Pelagij Papa secundi.

Hispalis Bætica Hispanie vrbs clarissima, quæ vniuersa Hispanie nomē dedit (vt quidam volunt) Romana Colonia, à qua (ex Plinio lib. 3. cap. 1.) Ispalensis conuentus, vnus ex septem Hispanie dictus, Huius meminit Pompo. Mela lib. 2. cap. 4. Strabo lib. 3. Ptolom. lib. 2. Fulgo Senilla dicitur.



TITVLI CAPITVLORVM HISPALENSIS CONCILII PRIMII.

- 1 De disponendis ecclesie rebus post episcopi excessum.
- 2 De mancipiis ecclesie ab episcopo proximis suis collatis.
- 3 De clericis cum quibus mulieres cohabitant.

CAPITVLA CONCILII HISPALENSIS PRIMII.

**D**omino sancto, & reuerenter a nobis honorando, charissimo fratri Pergasio episcopo, Leander, Ioannes, Agapius, Stephanus, Basilius, Velatus, Finitio, & Petrus episcopi, qui vna in vrbe Spalensi affuimus, sanctitatem tuam charitatis studio salutates, precamur Dominum, qui nos de salute mutua, vel visione lætificare dignetur, te lætū multo conferuer in tēpore.

Interea confidentibus nobis in ecclesia Hispanensi sancta Hierusalem, breuem mancipiorum ecclesie, quæ liberasse visus fuerat decessor tuus sanctæ recordationis Gaudentius episcopus, vestri nobis diaconi obtulerunt, & non solum quæ liberauerat, ibidem relegimus: sed etiam quæ proximis suis de familiis ecclesie donauerat, in eodem breui inuenimus annotata. Qua de re canonum instituta consulimus, si talis libertas, aut transactio potuisset esse stabilis. Comperimus autem in canone, vt episcopus qui res proprias, excepto filiis & nepotibus, alteri, & non ecclesie suæ dimiserit, quicquid de ecclesie rebus aut donauit, aut vendidit, aut quoquo modo ab ecclesia transulerit, irritum haberetur. Et ideo si res præcessoris tui Gaudentij episcopi ecclesia vestra non possidet, liberi qui ab eo facti sunt, non sunt legitime absoluti. Caterum si res illius in compensationem ecclesie vestre deseruiunt, illi prorsus maneat liberi. Nam (vt dictum est) si præstitum de rebus suis non fecit, tale damnum utique ferre non debuit. Propterea ergo de vno consensu omnes significamus, magis humanius quam seuerius cogitantes vt hi quos constat tali conditione fuisse liberatos, in iure ecclesie maneat vt idonei, & peculium suum non aliis personis, sed tantum filiis suis derelinquant. Ipsi quoque filiis, & nepotibus cum peculii ipsorum quasi idoneis in iure ecclesie permanentibus, in extraneam eis non liceat personam quippiam transmittere. Si qui eorum sine hærede decesserint, peculium eorum sanctæ proficiat ecclesie.

Ea verò mancipia, quæ memoratus de iure ecclesie sublata, suis proximis contulit, si similia de proprio suo ecclesie ipsi non compensauit, ecclesia vestra absque aliqua oppositione recipiat. Hanc formam non solum vestra, hoc est, Astigitana seruabit ecclesia, sed & omnes qui per omnem Beticam provinciam tali conditione, vel fortè de iure ecclesie commearunt, pari sententiæ subiacebunt. Durum est enim atque irreligiosum, vt episcopus qui ecclesiasticis stipendiis viuit, & proprietatem suam lucris ecclesie minime confert, aliorum oblationes à iure ecclesiastico priuet.

Inter cætera verò cognoscite à nobis hoc definitum, pro abolendis maculis clericorum, quia quidam episcoporum, non obseruantes nuper editum concilij Toletani decretum, minus solliciti in subiectis existunt: placuit proinde, vt si presbyter, diaconi, vel

clerici consortia extraneorum sceminarum, vel aillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem à se minus remouerint, seculi iudices easdem mulieres cum voluntate, & permisso episcopi comprehensas, in suis lucris vsurpent, vt vitium hoc, dum sacerdos inhibere non præualeat, potestas iudicialis coerceat: dato tamen ab eisdem iudicibus sacramento episcopo, vt eas clericis nulla arte restituat. Quod si restituerit, ipsi iudices sententiâ excommunicationis feriantur. Mulieribus verò illis, iuxta priores canones à sacerdote distractis, precii earum indigentibus dispensetur. Quæ statuta manu nostra subscripsimus.

CONCILIVM TOLETANVM TERTIVM SUB PELAGIO PAPA SECVNDO.

TITVLI CAPITVLORVM EIVSDEM CONCILII.

- 1 Vt conciliorum statuta, & præsulorum Romanorum decreta custodiantur.
- 2 Vt in omnibus ecclesiis die Dominica symbolū recitetur.
- 3 Vt ne quis extra necessitatem rem ecclesie alienet.
- 4 Vt liceat episcopo, vnam ex parochiis basilicam monasterium facere.
- 5 Vt sacerdotes, & leuita, cum vxoribus suis non viuant.
- 6 Vt seruus ecclesie ab episcopo manu missus, à patrimonio ecclesie nunquam recedat, & vt liberti aliorum ab episcopo defendantur.
- 7 Vt ad mensam episcopi scriptura diuina legantur.
- 8 Vt clerici de familia fiscali à principe non donentur.
- 9 Vt ecclesie Arrianorum ad catholicum episcopum, in cuius diocesim sunt, permaneant.
- 10 Vt viduis pro castitate violentiam nullus inferat, & vt mulier inuita virum non ducat.
- 11 Vt pœnitens pœnitentiam agat.
- 12 De his qui pœnitentiam poscunt, si vir est, prius tondatur: si femina, prius habitum mutet.
- 13 Vt clerici qui seculares iudices appetunt, excommunicentur.
- 14 De Iudæis.
- 15 Vt serui fiscali qui ecclesiam construunt, eisdem dotem faciant.
- 16 Vt episcopi, cum iudicibus idola destruant, & domini idolatriam seruis prohibeant.
- 17 Vt episcopi, cum iudicibus, necatores filiorum acriore disciplina corripiant.
- 18 Vt semel in anno synodus fiat, & iudices, & auctores fiscali presentes sint.
- 19 Vt ecclesia cum rebus eius ad episcopi ordinationem pertineat.
- 20 Vt episcopus angarius, vel indictiones in diocesi non imponat.
- 21 Vt non liceat iudicibus, clericos, vel seruos ecclesie in suis angariis occupare.
- 22 Vt religiosorum corpora psallendo tantum deducantur.
- 23 Vt in sanctorum natalitiis ballimatiæ prohibeantur.

DECRETVM CONCILII.

**D**OST damnationem hæresis Arrianæ, & fidei sanctæ catholicæ expositionem, hoc sanctum præcepit concilium, vt quia à nonnullis vel hæresis, vel gentilitatis necessitate per Hispaniarum ecclesias canonicus prætermisus est ordo, dum &

licentia abundaret transgrediendi, & disciplina optio negaretur, dum omnis excessus hæresis probaretur patrociniis, & abundantia mali temporis procul esset distinctio disciplina. At nunc pace ecclesie Christi misericordia reparata, quod præcessor canonum autoritas prohibet, sit resurgente disciplina inhibita, & agatur omne quod præcepit fieri. Per maneat in suo vigore Conciliorum omnium constituta, simul & synodica sanctorum præsulorum Romanorum epistolæ. Nullus deinceps ad promerendos honores ecclesiasticos contra canonum statuta aspiret indignus. Nihil ex hoc fiat, quod sancti Patres spiritu Dei pleni, sanxerunt debere non fieri. Et qui præsumpserit, seueritate priorum canonum distringatur.

2 Pro reuerentia, & exaltatione sanctissimæ atque intemeratissimæ Christi fidei, propter corroborandas & fulciendas hominum inualidas mentes, quæ frequenter partim ignorantia vitio (quo naturaliter ab ipsis viræ auspiciis nascimur obtenebrati) à via veritatis aberrare solent, partim educationis infelici corruptela deprauata, nonnunquam quod recta ratio monet, & naturalis docet instinctus, & sequi veritatis puritas exhortatur, non sine graui animæ dispensatio despiciantur. Hinc vbi anima rationalis, nobile Dei plasma, & egregium artificium sanctissimæ trinitatis habes in te vestigia ad sui creatoris amorem per veram intelligentiam deberet eleuari, ignorantia tenebris obuoluta, ad hæresis prauitatem deflecta, sui creatoris verum cultum deserit, diis alienis in feruens. His igitur incommodis occurrentibus causa, vt erroris nubes longè repellantur, & veritatis, ac vnicæ fidei splendor illuceat, hominumque mentibus puritatis, & viæ infallibili pulchritudo inferatur, per quam totus animæ affectus in Deum suum eleuetur & illius rapta desiderio prudenti indagine oculorum acies ad lumen veritatis inextinguibile (quod Deus est) prorsus se conuertat, sine cuius obtentu nihil aliud agit mens, quam cæcutire, quàm aberrare, quàm à felicitatis scopo dimoueri, consultu piissimæ & gloriosissimi Reccaredi regis constituit synodus, vt per omnes ecclesias Hispaniæ, & Galliciæ, secundum formam Orientalium ecclesiarum, concilij Constantinopolitani, hoc est, centum quinquaginta episcoporum symbolum fidei recitetur, & priusquam Dominica dicatur oratio, voce clara predicetur, quod fides vera manifesta sit, & testimoniū habeat, & ad Christi corpus, & sanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificata accedant.

Hæc sancta synodus nulli episcoporum licentiam tribuit res alienare ecclesie, quoniã & antiquioribus canonibus hoc prohibetur. Si quid verò quod vtilitatem non grauet ecclesie, pro suffragio monachorum, vel ecclesie ad suam parochiam pertinentium dederint, firmum maneat. Peregrinorum, vel clericorum, & egenorum necessitati, saluo iure ecclesie, præstare permittuntur pro tempore, quæ potuerint.

4 Si episcopus vnam de parochianis ecclesiis suis monasterium dicare voluerit, vt in ea monachorum regulariter congregatio viuat, hoc de consensu concilij sui habeat licentiã faciendi. Qui etiam, si de rebus ecclesie pro eorum substantia aliquid, quod detrimētum ecclesie non exhibeat, eisdem loco donauerit, sit stabile. Rei enim bonæ statuendæ sanctum concilium dat consensum.

5 Compertū est à sancto concilio, episcopos presbyteros, & diaconos venientes ex hæresi, carnali ad

huc desiderio vxoribus copulari. Ne ergo de cætero hoc fiat, præcipitur, quod & prioribus canonibus continetur, vt non liceat eis viuere libidinosa societate, sed maneat inter eos coniugali lege, cōmunem vtilitatem habeant, & non sub vno conclaui maneant. Vel certè, si suffragatur virtus, in alia dōmo suam vxorem faciat habitare, vt castitas apud Deū, & apud homines habeat testimoniū bonū. Si qui verò post hanc conuentionem obscœnè cū vxore elegerit viuere, vt nec lector habeatur. Qui verò semp sub canone ecclesiastico iacuerint, si contra veterū imperata in suis cellulis mulierū, quæ infamiæ suspiciōne possunt generare consortiū habuerint, illi canonicè quidem distringantur, mulieres verò ab episcopis uidentur, & precium ipsum pauperibus erogetur.

De libertis autem hoc præcepit sancta synodus vt si qui presbyteri, vel diaconi ab episcopis facti sunt secundū modū quo canones antiqui dāt licentiã, sint liberi, & tamen à patrociniis ecclesie tam clerici, quàm ab eis progeniti non recedant. Ab aliis quoque libertati traditi, & ecclesiis commendati, patrociniis episcopi colligantur, & ne cuiquam donentur à principe hoc episcopus postulet.

Pro reuerentia Dei & sacerdotum id vniuersa & sancta constituit synodus, vt quia solent crebro mensis ociofæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali cōuiuio lectio scripturarum diuinarum misceatur. Per hoc enim & animæ edificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur.

Iubente autem atque consentiente domino Reccaredo rege id præcepit sacerdotale conciliū, vt clericos ex familia fiscali nullus audeat à principe donatos expetere, sed tradito capitis sui tributo ecclesie Dei, cui sunt alligati, vsque dum viuunt, regulariter administrent.

Decreto huius concilij hoc statuitur, vt ecclesie quæ fuerunt in hæresi Arriana, nunc autem sunt catholicæ, ad eos episcopos cum suis rebus pertineant ad quos parochiæ ipsæ, in quibus ipsæ ecclesie fundata sunt, pertinere videntur.

De cōsulto castitatis, quod maximè hortamento cōcilij proficere debeat annuente glorioso Domino nostro Reccaredo rege, hoc sanctum affirmat conciliū, vt viduæ, quibus placuerit, teneat castitatē Et nulla vidua ad nuptias iterandas vi venire cogatur. Quod si priusquã pœniteantur cōtinentiã, nubere elegerint, illis nubat, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habetur nec extra voluntatem parentum, vel suam maritos cogantur accipere. Si quis verò propositum castitatis viduæ vel virginis impederit, à sancta communionē, & à liminibus ecclesie habeatur extraneus.

Quoniam comperimus, per quasdam Hispaniarum ecclesias, non secundū canonē, sed sceleratissimè pro suis peccatis homines agere pœnitentiã, vt quoties peccare libuerit, totiens à presbyteris se reconciliari expostulent: & ideo pro coercentia sã execrabili præsumptione, id à sancto concilio iubetur, vt secundū formam canonū antiquorū detur pœnitentiã, hoc est, vt prius eum, quæ sui pœnitent facti, à cōmunionē suspensum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impositionē crebro recurrere. Expleto autē satisfactionis tempore, sicuti sacerdotalis contemplatio præbauerit, eum communioni restituat. Hi verò qui ad propria vitia vel infra pœnitentiæ tempus, vel post reconciliationem relabuntur, secundum priorum

Cap. 3. co. 2. Toletani.

12. q. 2. de libertis autem.

d. 4. 4. pro reuerentia.

32. q. 2. Hoc stat confirmatum.

canonum seueritatem damnentur.

12 Quicumque ab episcopo, vel presbytero sanus, vel infirmus pœnitentiam postulat, id ante omnia episcopus seruet, & presbyter, vt si vir est, siue sanus siue infirmus, prius eum tondeat, aut in cinere & cilicio habitum mutare faciat, & sic pœnitentiam ei tradat. Si verò mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam, nisi prius aut velata fuerit, aut mutauerit habitum. Sæpius enim laicis, cum fœminis tribuendo desidio se pœnitentiam, ad lamentanda rursus facinora post acceptam pœnitentiam, relabuntur.

11. q. 1. Ino  
lira præsum  
ptio.

13 Inoleta præsumptio vsque aded illicitis ausibus aditum patefecit, vt clerici conclericos suos, relicto pontifice suo, ad iudicia publica pertrahant. Proinde statuimus, vt hoc de cætero non præsumatur, si quis hoc præsumpserit facere, & causam perdat, & communione efficiatur extraneus.

14 Conuentus noster hoc canonibus inferendum præcepit, vt iudæis non liceat Christianas habere uxores, vel concubinas, neque mancipium Christianum in vsu proprios comparare: sed & filios, qui ex tali coniugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum. Nulla officia publica eis iniungantur, per que eis occasio tribuatur, Christianis pœnam inferre. Si qui verò Christiani ab eis Iudaismi ritu sunt maculati, vel etiam circuncisi, non reddito precio, ad libertatem & religionem redeant Christianam.

d. 54. Nul  
la officia.

15 Si qui ex seruis fiscalibus fortasse ecclesias construxerint, easque de sua paupertate dotauerint, has procurer episcopus prece sua autoritate regia confirmari.

16 Quoniam penè per omne Hispaniam, siue Galliciam idololatriæ sacrilegium inoleuit, hoc cū consensu gloriosissimi principis sancta synodus ordinavit, vt omnis sacerdos in loco suo, vnà cū iudice territorij, sacrilegium memoratum studiose perquirat, & exterminare inuentum non differat. Omnes verò qui ad talem errorem concurrunt, sine discrimine, qua poterint animaduersione, coerceant. Quod si neglexerint, sciant se vtrique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui verò domini extirpare hoc malum de possessione sua neglexerint, & familiæ prohibere noluerint, ab episcopo & ipsi à communione pellantur.

17 Cū multæ quærelæ ad aures sancti concilij deferentur, inter cætera tantæ crudelitatis opus est nunciatum, quantum confidentiū aures sacerdotum non possent sustinere, vt in quibusdam Hispaniæ partibus filios suos parentes interimant, fornicationis auidi, pietatis alieni: quibus si tædium est, filios numerosos alere, prius seipos debent castigare à fornicatione. Nam dū causa propagandæ prolis sortiuntur coniugia, parricidio & fornicationi tenentur obnoxij, qui filios necando proprios docent, se non pro filiis sed pro libidine uxores duxisse. Proinde tantum nefas ad cognitionem gloriosissimi Domini nostri Reccaredi regis perlatum est, cuius gloria digna est iudicibus earundem partium imperare, vt amouendū tantū facinus diligenter cum sacerdote procurerent, & adhibita seueritate prohibeant. Ergo & sacerdotes locorum eorundem, in quibus sceleris huius immanitas peragitur, sancta synodus præcipiendo conuenit, vt idem scelus cum iudice curiosius quærant, & sine capitali vindicta acriori disciplina prohibeant.

18 Præcepit hæc sancta & vniuersalis synodus, vt stante priorum autoritate canonum, quæ bis in anno

præcepit congregari concilia consulta itineris longitudine, & paupertate ecclesiarum Hispaniæ, semel in anno in loco quem metropolitanus elegerit, episcopi congregentur: iudices verò locorum, aut actores fiscalium patrimoniorum, ex decreto Domini nostri Reccaredi regis simul cum sacerdotum concilio, aut naturali tempore die Calendarum Nouembrii in vnum conueniant, vt discant, quam pietate, & humaniter cum populis agere debeant, nec iniustis vestigalibus, & immoderatis exactionibus ipsos premant, sed potius per miserationem compatientes à grauaminibus defendant, vt bonos populi tuores facere decet, nec in angariis, aut in operationibus superfluis, siue priuarum onerent, siue fiscales grauent. Sint etenim prospectores episcopi secundum regis admonitionem qualiter iudices cū populis agant, vt ipsos præmonitos corrigant, aut insolentias eorum principum auribus innotescant. Quod si correptos emendare nequiverint, & ab ecclesia, & à communione suspendant. A sacerdote verò & senioribus deliberetur, quid per prouincias in suo detrimento præstare debeant iudices, si ad concilium non uenerint, Concilium verò non soluatur, nisi prius locum elegerint, quo succedente tempore iterum ad concilium conueniant, vt iam non necesse habeat metropolitanus episcopus pro congregando concilio literas destinare, si in priore concilio tempus omnibus denunciatur, & locus.

19 Sic quidam contra canonum autoritatem ecclesias, quas ædificauerint, postulant consecrari, vt dotem, quam eidem ecclesiæ contulerunt, censeant, ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & taliter in præterito corrigatur, vt & in futuro, ne fiat, prohibeatur, sed omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

20 Multorum querela hanc constitutionem exegit, quia cognouimus episcopos per parochias suas non sacerdotaliter agere, sed crudeliter desequi. Et dum scriptum sit, Forma estote gregi: non vt dominantes in clero, exactiones diocesis suæ, vel damna infligat ideoque censemus, excepto quod veterum constitutiones à parochiis habere iubent episcopos, vt alia quæ illis hucusque præsumpta sunt, denegentur, hoc est, neque in angariis presbyteri, aut diacones, neque in aliquibus fatigentur indictionibus, ne videamur in ecclesia Dei exactores potius, quam Dei pontifices nominari. Hi verò clerici tam locales, quàm diocesani, qui se ab episcopo grauari cognouerint, querelas suas ad metropolitanum deferre non differant & metropolitanus non moretur eiusmodi præsumptiones coercere.

21 Ecclesiarum seruos, & episcoporum, vel omnium clericorum à iudicibus, vel actoribus publicis in diuersis angariis fatigari dolemus. Propter quod omnium concilium à pietate gloriosissimi Domini nostri poposcit, vt tales deinceps ausus inhibeat, sed serui scripturarum officiorum in coram vobis, vel ecclesiæ laborer. Si qui verò iudicium, aut actorum clericum, aut seruum clericum, vel ecclesiæ in publicis, ac priuatis ne goriis occupare voluerit, à communione ecclesiastica (cui impedimentum facit) efficiatur extraneus.

22 Qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cū psalmis tantummodo, & psallentiū vocibus debere ad sepulchra deferri. Nam funebre carmen, & vulgo defunctis cantari solet, vel in pectoribus se, aut proximi

proximos, aut familias cedere omnino prohibemus. Sufficiat autem, quod in spe resurrectionis Christianorum, corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apostolus sanctus lugere defunctos, dicens: De dormientibus autem nolo vos contristari, sicut & ceteri, qui spem non habent. Et Dominus non fleuit Laxarum mortuum sed ad vitæ eius ploravit ærumnas resuscitandum. Si enim potest hoc episcopus omnes Christianos prohibere, agere non moretur, à religiosis tamen omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim Christianorum per omnem mundum humani oportet corpora defunctorum.

11. q. 1. e

11. q. 1. e

De consuetudine  
3. Irreligiosa  
sua consuetudine.

23 Irreligiosa consuetudo est, quam vulgus per sanctorum solennitates agere consuevit. Populi qui debent officia diuina attendere, saltationibus turpibus inuigilant cantica non solum mala canentes, sed & religiosorum officijs perstreptantes. Hoc etenim vt ab omni Hispania depellatur, sacerdotum, & iudicum à concilio sancto curæ committitur.

CONCILIUM MATISCONENSE  
primum, circa tempora Pelagij Papa Secundi.

Matisonensis civitatis nec Strabo nec Ptolomæus nec Plinius nec Mela expresse meminerunt. Antoni tamen in itinere suo videtur Matisonam Gallie Cisalpinæ civitatem constituisse non longe à Ticino distantem.

Canones Matisonensis Concilij primi.



Rimo in loco nobis visum est, vt in nomine Domini non tam noua quàm prisca Patrum instituta sancientes, id ipsum quod constituemus titulis deficientibus in canonibus, legitur insertum. Ideoque definitum est, vt episcopi, vel presbyteri, atque diaconi ita sanctæ conscientie luce resplendeant, vt effugiant improbitatem actuum, maledicorum obloquia, ac testimonium in se diuinum implere contendant. Vnde ait Dominus Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra opera bona, & magnificent patrem vestrum, qui est in cælis. Igitur autoritate canonica, atque mansura in æuum constitutione sancimus, vt effugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas, & tantum cum auia, matre, sorore, vel nepte, si necesse fuerit, habitent.

Mat. 5. b

2 Vt nullus episcopus, presbyter, diaconus, clericus, vel quicumque secularis in monasterijs puellarum nisi probata vitæ, & ætatis prouectæ præter utilitatem, aut pro quacunque reparatione monasterij in quacunque earum necessitate habitare, aut secretas collocaiones habere præsumant, nec intra salutatorium aut oratorium ingredi permittantur, præcipue iudæi, non pro quorumcunque negotiorum occasione puellis intra monasterium Deo dicatis aliquid secretius colloqui, aut familiaritatem, vel moras ibidem habere præsumant.

3 Vt nulla mulier in cubiculo episcopi absque duobus presbyteris, aut certè diaconibus ingredi permittatur.

4 Vt qui oblationes fidelium defunctorum, quæ ecclesiis cõferuntur, retinent, veluti retentores ecclesiæ, & necatores egentium ab ecclesiæ liminibus arceantur.

5 Vt nullus clericus sagum, aut vestimenta, aut calciamenta secularia, nisi quod religionem deceat, inducere præsumat. Quod si hanc diffinitionem cleri

cus aut cum indecenti veste, aut cum armis inuentus fuerit, à seniore ita coerceatur, vt triginta dierum inclusione detentus, aqua tantum, & modico pane diebus singulis sustentetur.

6 Vt archiepiscopus sine pallio Missas dicere non præsumat.

7 Vt nullus clericus de qualibet causa extra discussionem episcopi sui à seculari iudice iniuriam patiat, aut custodiæ deputetur. Quod si quicumque iudex cuiuscunque clericum absque causa criminali, id est, homicidio, furto, aut maleficio hoc facere fortasse præsumpserit, quoad episcopo loci illius visum fuerit, ab ecclesiæ liminibus arceatur.

8 Vt nullus clericus ad iudicem secularem quemcunque alium fratrem de clericis accusare, vt ad causam dicendam trahere, quocunque loco præsumat, sed omne negotium clericorum, aut in episcopi sui, aut in presbyteri, aut archidiaconi præsentia finiatur. Quod si quicumque clericus hoc implere distulerit, si iunior fuerit, vna minus de quadraginta ictibus accipiat, si certè honoratior triginta dierum inclusione mulsetur.

9 Vt à feria sancti Martini vsque ad natalem Domini secunda, quarta, & sexta sabbati ieiunetur, & sacrificiū debito, quæ admodum quadragesimali ordine celebretur. In quibus diebus canones legendos esse speciali diffinitione sancimus, vt nullus se fateatur per ignorantiam deliquisse.

10 Vt presbyteri, diaconi, vel de quolibet ordine cleri, ita episcopo suo obedientiæ deuotione subiacent, vt non alibi dies feriatos, nisi in obsequio illius liceat tenere, aut celebrare. Quod si quis per quacunque contumaciam, aut per cuiuscunque patrociniū hoc facere distulerit, ab officio segregetur.

11 Episcopi, presbyteri, vel vniuersi honoratiores clerici cum sublime dignitatis apice sublimantur, actibus omnino renuncient seculi: & sacro electi ministerio, repudient carnale consortium, ac permutationis pristinae contubernio permurent grauitatis affectu & quisquis ille est, diuini muneris benedictione percepta, uxori suæ pius frater ilico efficiatur ex coniuge. Eos verò quos reperimus ardore libidinis inflammatos, abiecto religionis cingulo ad vomitum pristinum inhibita rursus coniugia repetisse, atque incesti quodammodo crimine clarum decus sacerdotij violasse, quod nati etiam filij prodiderunt, qui fecisse cognoscitur, omni in perpetuum, quam admisso iam crimine perdidit, dignitate priuabitur.

12 De puellis verò quæ se Deo vouerint, & præclare decoris ad terrenas nuptias transferint, id constitutum esse decreuimus, vt si qua puella voluntariè, aut parentibus suis rogantibus religionem professæ, vel benedictionem fuerit consequuta, & postea ad coniugium, aut ad volutabrum seculi (quod potius stuprum est, quam coniugium iudicandum) transgredi præsumpserit, vsque ad exitum cū ipso, qui se huiusmodi consortio maculauit, comunione priuetur. Quod si pœnitentia ducti se sequestrauerint, quamdiu episcopo loci illius visum à communionis gratia suspendatur, ita tamen vt propter infirmitatem, aut subitaneum transitum vitæ, illis (miserationis intuitu) communio tunc non negetur.

13 Nec iudæi Christianis populis iudices deputentur, aut telonarij esse permittantur, per quod illis (quod Deus auertat) Christiani videantur esse subiecti.

14 Vt Iudæis à cœna Domini vsque ad primâ diem post Pascha, secundum edictum bonæ recordationis domini Childeberti regis per plateas aut forum, quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur, & vt reuerentiam cunctis sacerdotibus domini, vel clericis impendant, nec ante sacerdotes cœcessum nisi ordinati, habere præsumant. Qui hoc facere fortasse præsumpserit, à iudicibus locorū (pro vt persona fuerit) distringatur.

15 Vt nullus Christianus Iudæorum conuiuuiis participare præsumat. Quod si facere quicumque (quod nefas est dici) clericus aut secularis præsumpserit, ab omnium Christianorum consortio se nouerit compescendum, quisquis eorum impietatibus fuerit inquinatus.

16 Et licet quod de Christianis, qui aut captiuitatis incurfu, aut quibuscunque fraudibus Iudæorum seruitio implicantur, debeat obseruari, non solū canonicis, sed & legū beneficio iam pridem fuerit constitutum: tamen quia nunc ita quorundam querela exorta est, quosdam Iudæos per ciuitates, aut municipia consistentes, in tantam insolentiam & proteruiam prorupisse, vt nec reclamantibus Christianis liceat, vel precio de eorum posse seruitute absolui. Id circo præfenti concilio Deo autore sancimus, quod qui Iudæo deinceps debeat deseruire, datis pro quo libet bono mancipio duodecim solidis, ipsum mancipium quicumque Christianus, seu ad ingenuitatem seu ad seruitium licentiâ habeat redimendi quia nefas est, quos Christus Dominus sanguinis sui effusio ne redemit, persecutorum vinculis permaneant irriti. Quod si acquiescere his quæ statuimus quicumque Iudæus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipium ipsum cū Christianis vbicunque voluerit habitare.

17 Id etiam pari conuenientia placuit (quia in vniuerso populo multi peccati inuoluti esse dicuntur, qui ambitione inflati sunt, & periuriis irretiti) vt si quis conuictus fuerit alios ad falsum testimoniū vel periurium attraxisse, aut quacunque corruptione sollicitasse, ipsi, quidem vsque ad exitum non communicent. Hi verò qui ei in periurio consensisse probatur, pōt ab omni testimonio prohibendi, & secundum legem infamia notabuntur.

18 De his verò qui innocentes, aut coram principe, aut iudicibus accusare conuicti fuerint, si clericus honoratior fuerit, ab officij sui ordine degradetur: si verò secularis communionem priuetur.

*Huius s. Cap. 12.* 19 Et licet priori titulo legatur definitū, quid de puellis, quæ se diuinis cultibus, aut parentum, aut sua voluntate dicauerint, debeat obseruari, tamen quia monacha nomine Agnes, quæ de monasterio reuocata, dicitur (instigante diabolo) agellos, vel quascunque res ad se pertinentes, aliquibus potentibus velle dare, dummodo per eorū patrociniū se posset intra monasterij sui septa subtrahere, & voluptatibus seculi clādestina vel singulari habitatione vacare: ideo præstantiori constitutione sancimus, vt tam illa, quam quæcunque alia monacha, quæ sub hac argumentatione federelicto habitu ad illecebras seculi, aut res suas pro tam nequam liberationis causa quibuscunque dare censuerit, tam illa quæ hoc dare voluerit, quam illi quicumque hoc acceperint, ne (quod Deus auertat) ambitionis instinctu religionis videatur regula vitari, tamdiu sint à communionis gratia sequestrari, quamdiu res ipsas, eis à quibus has

acceperant, digna pœnitentia aut satisfactione restituant.

CONCILIUM MATISCONENSE  
secundum.



Ynodus habita in ciuitate Matisconensi anno 24. regni gloriosissimi Guntranni regis, residentibus Prisco, Euantio, Prætextato, Berthechrano, Arthemio, Sulpitio, metropolitani episcopis, cum omnibus confacerdotibus eorum, Priscus episcopus & patriarcha dixit: Gratias agimus Domino Deo nostro, fratres & confacerdotes mei, qui nos in hac die congregas alterna nos fecit sospitate gaudere. Ceteri episcopi metropolitani responderunt: Gaudemus frater charissimè, quod omnes episcopi, qui in regno gloriosi domini Guntranni regis episcopali honore funguntur, in vno se conspiciunt coadunati concilio. Propterea indefinenter omnes nos orare oportet, vt Dei omnipotentis maiestas & regis nostri incolumitatem solita pietate conseruet, & nos omnes, qui mebra sumus vno sub nostro capite Christo coadunati illa nos operari concedat, quæ serenitati ac maiestati eius vitæ complacent. Vniuersi episcopi dixerunt Gratulamur & nos, Patres sanctissimi, qui per intervalla temporum separati, hodie noscimus, post tot temporum curricula fraterna dilectione corporaliter iungi: ideoque petimus, vt quæ tractanda sunt, vobis præcipientibus celeriter pertractentur, ne nos sæua hyems & procellosa tempestas à sedibus propriis, quia longæ sunt, longitudine sua arceant. Metropolitani omnes dixerunt: Deo auxiliante communi deliberatione singula, quæ necessaria sunt, à nobis diffinientur. Hoc vniuersæ fraternitati vestræ suademus, vt ea quæ spiritu sancto dictante per ora omnium nostrum terminata fuerint, per omnes ecclesias innotescant, vt vnusquisque quin obseruare debeat, sine aliqua excusatione condiscat. Quoniam nos indiuidua trinitas, quemadmodum spiritu, corpore quoque in vno copulauit conuentu, debemus sapienti consilio omnibus subuenire, ne forte taciturnitas nostra, & nobis prædicium diuinitatis afferat, & subiectos in tentationem inducat.

1 Videmus enim populum Christianum temerario more diem Dominicam contemptum tradere, & sicut in priuatis diebus operibus continuis indulgere, propterea per hanc synodalem nostram epistolam decernimus, vt vnusquisque nostrum in sacrosanctis ecclesiis admoneat sibi subditam plebem. Et si quidem admonitioni consensum præbuerint, suis pderunt vtilitatibus: sin autè, subiacebunt pœnis à nobis diuinitus definitis. Omnes itaq; Christiani, qui nō incassum hoc nomine fruimini, nostræ admonitioni autè accommodate: scientes quoniam nostræ est auctoritatis, vtilitati nostræ prospicere, & à malis operibus coercere. Custodite diem Dominicam, quæ nos de nudò peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus vestrum litium fomitibus vacet, nullus causarum actiones exerceat, nemo sibi talem necessitatem exhibeat, quæ iugum ceruicibus iumentorum imponere cogat. Estote omnes in hymnis & laudibus Dei animo corporeq; intenti. Si quis vestrū proximam habet ecclesiam, properet ad eandem, & ibi Dominico die semetipsum precibus lacrymisq; afficiat. Sint oculi

Gene. 1.

manusque vestræ toto illo die ad Deum expansæ: ipse est enim dies requietionis perpetuus, ipse nobis per septimæ diei vmbra insinuatus noscitur in lege & prophetis. Iustum igitur est, vt hanc diem vniuersim celebremus, per quam facti sumus quod nō fuimus. Fuimus enim ante serui peccati, sed per eam facti sumus filij iustitiæ. Exhibeamus Domino liberam seruitutem, cuius nos nouimus pietate de ergastulis liberatos erroris: non quia hoc Dominus noster à nobis expetit, vt corporali abstinentia diē Dominicam celebremus, sed quærit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis actibus, ad cœlum vsque misericorditer prouehat. Si quis itaque vestrum hanc salubrem exhortationem parui penderit, aut cōtemptui tradiderit, sciat se pro qualitate merito principaliter à Deo puniri, & deinceps sacerdotali quoque iræ implacabiliter subiaceat. Si causidicus fuerit, irreparabiliter causam mittet: si rusticus aut seruus, grauioribus fustium ictibus verberabitur: si clericus, aut monachus, mensibus sex à consortio suspendetur fratrum. Hæc nanque omnia, & placabile erga nos Dei animum reddunt, & plagas morborū, vel sterilitatem amouent, atque repellunt. Noctem quoque ipsam, quæ nos supernæ, & luci inaccessibili reddit, spiritualibus exigamus excubiis, nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant, qui nomine duntaxat Christiani esse noscuntur: sed oremus & vigilemus operibus sacris, vt digni habeamur in regno cohæredes fieri saluatoris.

2 Pascha itaque nostrum, in quo summus sacerdos & pontifex pro nostris delictis nullam habens obnoxiationem peccat, immolatus est, debemus omnes festiuissimè colere & sedulæ obseruationis sinceritate in omnibus venerari, vt illis sanctissimis sex diebus, nullus seruire opus audeat facere: sed omnes simul coadunati hymnis Paschalibus indulgentes, perseuerationis nostræ præsentiam quotidianis sacrificiis ostendamus, laudantes creatorem, ac regeneratorem nostrum vespere, & mane, & meridie.

3 Relatione quorundam fratrum nostrorum comperimus, Christianos non obseruantes legitimum diē baptismi, penè per singulos dies, ac natales martyrum filios suos baptizare, ita vt vix duo vel tres reperiantur in sancto Pascha, qui per aquam & spiritum sanctum regenerentur: idcirco censemus, vt ex hoc tempore, nullus eorum permittatur talia perpetrare, præter illos quos infirmitas nimia, aut dies extremus compellit filios suos baptismum percipere. Ideoque præsentibus admonitionibus à suis erroribus, vel ignorantia reuocati, omnes omnino à die quadragesimo cum infantibus suis ad ecclesiam obseruare præcipimus, vt impositionem manus certis diebus adepti, & sacri olei liquore peruncti, legitimi diei festiuitate fruantur, & sacro baptisinate regenerentur, quo possint & honoribus (si vita comes fuerit) sacerdotibus fungi, & singularis celebrationis solennitate frui.

4 Residentibus nobis in sancto concilio, cognouimus quosdam Christianos relicto fratrum cœtu, à mandato Dei aliquibus locis deuiasse, ita vt nullus eorum legitimo obsequundationis parere velit officio deitatis, dum sacris altaribus illam admovent hostiam, propterea decreuimus, vt omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur tam panis quam vini, vt per has im-

molationes & peccatorum suorum fastibus careant, & cum Abel, vel ceteris iustè offerentibus promereantur esse confortes. Omnes autem qui diffinitiones nostras per inobedienciâ euacuare contendunt, anathemate percellantur.

5 Omnes igitur reliquas fidei sanctæ catholicæ causas, quas temporis longitudine cognouimus deterioratas fuisse, oportet nos ad statum pristinum reuocare, ne nobis simus aduersarij dum ea quæ cognoscimus ad nostri ordinis qualitatem pertinere, aut non corrigimus, aut (quod nefas est) silentio præterimus. Leges nanque diuinæ consulentes, sacerdotibus ac ministris ecclesiarum, pro hæreditaria portione, omni populo præceperunt, decimas fructuum suorum locis sacris præstare, vt nullo labore impediti, per res illegitimas spiritualibus possint vacare ministeriis, quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodiuit intemeratas. Nunc autem paulatim præuaricatores legum penè Christiani omnes ostenduntur, dum ea quæ diuinitus sancita sunt, adimplere negligunt. Vnde statuimus, ac decernimus, vt mos antiquus à fidelibus reparetur, & decimas ecclesiasticis famulantibus ceremoniis popularis omnis inferat, quibus sacerdotes aut in pauperū vsum, aut captiuorum redemptionem prorogatis, suis orationibus pacè populo ac salutem impetrent. Si quis autem contumax nostris statutis saluberrimis fuerit, à membris ecclesiæ omni tempore separetur.

6 Item, decernimus, vt nullus presbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, sacrificia contrectare, aut Missas priuatis, festisque diebus concelebrare præsumat. Iniustum est enim, vt spirituali alimento corporale præponatur: sed si quis hoc attentare curauerit, dignitatem amittat honoris. Iam enim de tali causa & in concilio Aphricanis definitum est. *Quæ Tempore definitionem nostro quoque dignum duximus so - Bonifacii* ciare decreto, & ad locum, vt sacramenta altaris nō *papa. 8. Et* nisi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno in *Carth.* die anniuersario, quo cœna Domini celebratur. *3. cap. 29.* Quæcunque reliquæ sacrificiorum post peractam Missam in sacrario superlederint, quarta vel sexta feria innocentes ab illo, cuius interest ad ecclesiam adducantur, & indicto eis ieiunio easdem reliquias cōspersas vno percipiant.

7 Quæ dum postea vniuerso cœtui secundum consuetudinem recitata innotescerent, Prætextatus, & Pappulus viri beatissimi dixerunt: Decernat itaque & de miseris libertis vestræ auctoritatis vigor insignis, qui ideo plus à iudicibus affliguntur, quia sacris sunt commendati ecclesiis, vt si quas quispiam dixerit contra eos actiones habere, non audeat eos magistratui contradere, sed episcopi tantum iudicio, in cuius iudicio principaliter constant, quæ sunt iustitiæ & veritatis. Indignum est enim, vt hi qui in sacrosancta ecclesia iure noscuntur legitimo manumissi, aut per epistolam, aut per testamētum, aut per longinquitatem temporis libertatis iure fruuntur, ne à quolibet iniustissimè inquierentur. Vniuersa sacerdotalis congregatio dixit: Iustum est, vt contra calumniatorum omnium versutias defendantur, qui patrociniū immortalis ecclesiæ concupiscunt. Et quicumque à nobis de libertis latum decretum superbia auferre præuaricari tentauerit, irreparabili damnationis suæ sententia feriatur. Sed si placuerit episcopo secum ordinarium iudicem, aut quemlibet alium



alium secularem in audientiam eorum accersiri, cū libuerit, fiat, vt nullus alius audeat causas pertractare libertorū nisi episcopus, cuius interest, aut is cui idem audiendum tradiderit.

8 Item, Christianæ religionis negotia pertractantes comperimus, quosdam pseudochristianos de sacrosanctis ecclesiis suæ religionis oblitos fugitiuos subtrahere, ideoque vim illatam nequaquam inultā relinquentes, censemus pro Dei timore, vt quicunque culpa compellente, aut potentum importuna nō sustinens, suæ gremium matris ecclesiæ petierit, vsque ad præsentiam sacerdotis in eodem loco inconcussè permaneat, nulli permittentes quolibet dignitatis gradu functo fugitiuo etiam in locis sacris violentiam inferre. Sic enim mundani principes suis legibus censuerunt, vt quicunque ad eorum statuas fugerit, illæsus habeatur: quanto magis hi permanere debent indemni, qui patrocinia immortalis regni & cælestis adepti sunt? Si tamen aliquo facto tenentur obnoxij, qui ad ecclesiam sunt à fuga versi, quoniam iam sacerdoti culpæ eorum innotescant, etiam ipsi consultum ferat, qualiter Dei habitaculum per subtractionem non violetur illorum.

9 Licet reuerendissimi canones atque sacratissimæ leges de episcopali audientia in ipso penè Christianitatis principio sententia in protulerint, tamen quoniam eadem postposita, humana in sacerdotes Dei grassatur temeritas, ira vt de atrijs venerabilium ecclesiarum violenter abstractos, ergastulis publicis adducant, censem, vt episcopum nullus secularium fascibus præditus, iure suo contumaciter ac perperam agens, de sancta ecclesia, cui præest, trahere audeat. Sed si aliquid contentionis aduersus episcopū potentior persona habuerit, pergat ad metropolitanum episcopum, & ei causas alleget, & ipsius sit potestatis honorabiliter episcopum, de quo agitur, euo care, vt in eius præsentia accusatori respondeat, & oppositas sibi actiones extricet. Quod si talis fuerit immanitas causæ, vt eam solus metropolitanus definire non valeat, aduocet secum vnum vel duos coepiscopos. Quod si & ipsis dubietas fuerit, conciliabulo definito, diem vel tēpus instituant, in quo vniuersi ritè collecti, fratris sui & coepiscopi causas discutiant, & pro merito aut iustificent, aut culpent. Nefas est enim, vt illius manibus episcopus aut iussione de ecclesia trahatur, pro quo semper Deū exorat, & cui inuocato nomine Domini ad salutem nem corporis animæque eucharistiam sæpe porrexit. Hoc enim decretum à nobis præfixum, qui fuerit audacter transgressus, tam ipse quam omnes qui ei consenserint, vsque ad generale concilium, anathemate de ecclesia separentur.

10 Quod de episcopis censuimus, vim obtineat & in clero, vt neque presbyter, neque diaconus, neque subdiaconus de ecclesiis trahantur, aut iniuriam aliquam inscio episcopo eorum patiatur: sed quicquid quis aduersus eos habuerit, in notitiā episcopi proprii perducatur: & ipse causam, iustitia præeunte, discutiens, animo clericos accusantis satisficiat.

Mat. 25. d  
\*In multis  
in locis.

11 Sectatores hospitalitatis nos esse non solum Dominus Iesus admonet, cum se dicit in hospitem receptum fuisse: sed etiam eius \* Apostolus, omnibus penè præceptis. Propterea, beatissimi fratres, vnumquemque nostrum oportet non solum semetipsum ad hoc opus aptare, sed etiam omnium fidelium mentes, vt possint apud Deū misericordiae operibus pro

nostris peccatis intercedere, & nos ei per veram hospitalitatem reconciliari. Si quis ergo nostrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis suæ ipse prius comprobarit opere, indignationē diuinæ proculdubio incurret maiestatis. Prædicetur hoc nostræ mediocritatis statutum in auribus omnium Christianorum.

12 Quid autem scriptura diuina de viduis & pupillis præcipiat, nobis clam non est: ideoque quoniam prouisioni nostræ, Deo authore, causæ principaliter viduarum & pupillarum sunt commissa, peruenit ad nos, quod à iudicibus crudelius proleuisimis causis veluti defensore carentes irremediabiliter affligantur. Ob quam causam decernimus, vt iudices non prius viduas & pupillos conueniant, nisi episcopo nunciarint, cuius sub velamine degunt. Quod si episcopus præsens non fuerit, archidiaconus & presbyter pariter sedentes, communi deliberatione causis eorum terminos figant, ita iuste ac rectè, vt deinceps de talibus antedictæ personæ non conquassentur. Quod si is qui iudex est aut imperitor, eis aut iniuriam aliquam iniecerit, aut definitionem tanti concilij transgressus fuerit, à communione suspendatur. Quibus igitur magnarum rerum causæ commissa sunt, nec minimarum dignum est causas paruipendere personarum. Solent enim & minima paulatim despecta, in malum magnum trahere.

13 Propterea tractatis omnibus, quæ diuini vel humani iuris fuerunt, & ad finem vsque perductis, putauimus congruum esse, de canibus etiam vel accipitribus aliqua statuere. Volumus igitur, quod episcopalis domus, quæ ad hoc (Deo fauente) instituta est, vt sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat, ne forte hi qui in ea miseriarum tuarum leuamen habere cōfidunt, dū infestorum canum moribus laniantur, detrimentū versa vice suorū sustineant corporum. Custodienda est igitur episcopalis habitatio hyemis, non latratibus: operibus bonis, non moribus venenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, monstrum est & de decoris nota, canes ibi vel accipitres habitare.

14 Ex interpellatione quorundam cognouimus, quod calcatis canonibus & legibus, hi qui lateri regis adherent, vel aliqui qui potentia seculari instantur, res alienas competere, & nullis exerts actionibus, aut conjunctionibus prærogatis, non solum miseris de agris, sed etiam de domibus propriis exulare. Idcirco in remedium consulentes, decernimus, vt deinceps huius mali licentiam quispiam non habeat, sed secundum canonum atque legum tenorem causarum suarū actionem proponant, vt nullus miserorum rebus suis per vim aut assentationem quolibet defraudetur. Illi autem qui contra dispositum non solum nostrum, sed etiam antiquorum Patrum & regum venire tentauerint, percellosi anathematis ultione plectantur.

15 Et quia ordinatione sacerdotū (annuente Deo) congruit de omnibus disponere, & causis singulis honestum terminum dare, vt per hos reuerendissimos canones, & præteritorum canonum viros, ac florida germina maturis fructibus enitescant, statuimus, vt si quis quempiam clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, vsque ad inferiorem gradum honoris veneranter (sicut condecet Christianum) illi colla subdat, prout is officia & obsequia fidelissima Christianitatis iure promeruit. Et si quidē ille

ille secularis equo vehitur, clericusque similiter, secularis galerum de capite auferat, & clerico synce-  
ræ salutationis munus adhibeat. Si verò clericus pedes graditur, & secularis vehitur equo, ilico ad terram desuat, & debitum honorem prædicto clerico synceræ charitatis exhibeat, vt Deus, qui vera charitas est, in vtrisque latetur, & dilectione sua vtrumque ascescat. Qui verò horum, quæ spiritu sancto dictante sancita sunt, transgredi voluerit, ab ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quamdiu episcopus illius ecclesiæ voluerit, suspendatur.

16 Illud quoque rectum nobis visum est disponere, vt quæ vxor subdiaconi, vel exorcistæ, vel acolythi fuerat, mortuo illo, secundo se non audeat sociare matrimonio. Quod si fecerit, separetur, & in cœnobii puellarum Dei tradatur, & ibidem vsque ad exitum vitæ suæ permaneat.

17 Comperimus multos necdum marcidatis mortuorū membris sepulchra referare, & mortuos suos superimponere, & aliorum (quod nefas est) pro mortuis suis religiosa loca vsurpare sine voluntate (scilicet) Domini sepulchrorum, ideoque statuimus, vt nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legem superimposita corpora de eisdem tumulis reiactentur.

18 Incestam copulationē, in qua nec \* coniunx nec nuptias rectè appellare leges sanxerunt, catholica omnino detestatur atque abominatur ecclesia, & grauioribus pœnis eos afficere promittunt, qui natiuitatis suæ gradus libidinoso ardore contemnentes, in merda (quod nefas est) vt fues teterrimi conuoluuntur.

19 Cognouimus etiam quosdam clericorum \* infrunitos ad forales reorum sententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorū accessus hunc canonem protulimus, definientes, vt ad locum examinationis reorum nullus clericorum accedat, neque intersit atrio fauciolo, vbi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est. Si tamen ex nunc aliquis eorum definita contemnens illuc accesserit, aut interfuerit, defraudatus honesti honori stola, gregebus examinatorum societur, quos diuinis prætulit ministeriis.

20 Vniuersa fraternitatis deliberatione ac definitione complacuit, vt antiquorum Patrum iuribus in omnibus custoditis, ad synodum post triennij tempus omnes conueniant, vt de alterna principaliter sospitate exhilarati, causarum exurgentium tam diuinæ religionis quam humanæ necessitatis discutiāt & omnibus iustum æquūque finem imponant, & hoc adimplere sollicitudinis sit metropolitani Lugdunensis episcopi, vnā cum dispositione magnifici principis nostri, prius definientes locum mediterraneum, ad quem omnes episcopi sine labore alacres congregentur. Et si aliquis eorum cōtumax fuerit, aut excusationem falsæ necessitatis, quare nō intersit, inuenerit, & postea publicatum fuerit, quod inepta erat eius excusatio, volumus vt vsque ad concilium vniuersale à communione & charitate fraterna maneat alienus.

CONCILIUM LATERANENSE  
primum tempore Gregorij papa primi.

Lateranense Palatium Romanum est à Laterano patricio Romano, qui consul designatus iussu Neronis interfectus est. Eius autem ades amplissima data fuerunt Pontifici maximo à Constantino Imper. Vnde Lateranensis basilica D. 16-  
annis vocata est.

DECRETUM LATERANENSIS  
concilij de quiete, & libertate, atque exemptione nigrorum monachorum, in quo  
B. Gregorius Papa præsedet.  
Gregorius Papa exorsus est.



Vam sit necessarium monachorum quieti prospicere, & de eorum perpetua securitate tractare, ante actū nos officium, quod in regimine officij exhibuimus, nos informat. Et quia in plurimis monasteriis multā à præsulibus præiudicia & grauamina monachos pertulisse cognoscimus, oportet vt nostræ fraternitatis prouisio de futura quiete & eorum salubri disponat ordinatione, quatenus conuersantes in illis, in Dei seruitio gratia ipsius suffragante mente libera perseuerent. Sed ne ex ea, quæ magis emendanda est consuetudine, quisque monachis quicquam molestia præsumat inferre, necesse est vt ea quæ inferius enumeranda curauimus, studio fraternitatis episcoporum debeant custodiri, vt ex eis non possit ulterius inferendæ inquietudinis occasio reperiri. Interdicimus igitur in nomine Domini Iesu Christi, & auctoritate B. Petri principis Apostolorum prohibemus, cuius vice huic ecclesiæ Romanæ præsidem, vt nullus episcoporum, aut secularium vltra præsumat de redditibus vel rebus, vel curtis monasteriorum, vel de cellulis, vel de villulis, quæ ad ea pertinent, quocunque modo, vel qualibet occasione minuere, vel dolos, vel immisiones, aut violentias aliquas facere sed si qua causa fortè inter terram venientem ad partem suarum ecclesiarum, & monasteriorum euenierit, & pacificè non potuerit ordinari apud electos abbates, & alios Patres timentes Deum, sine voluntaria dilatione, medijs sacrosanctis Euangelis finiat. Defuncto verò abbate cuiusquam congreganis, non extraneus, nisi de eadem congregatione, quem sibi propria voluntate concurs fratrum societas elegerit, & qui electus fuerit, sine dolo vel venalitate aliqua ordinetur. Quod si aptam inter se personam inuenire nequeunt, solerter sibi de alijs monasteriis similiter eligant ordinandum, nisi fortè ex rantis (quod absit) criminibus, quæ sacri canones punire monstrant, prohibeantur. Partim autem custodiendum est, vt inuito abbate ad ordinanda alia monasteria, aut ad ordines sacros vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant: sed si abundantes fuerint, qui ad celebrandas Dei laudes, vel utilitates loci sufficiunt complendas, de his quæ super fuerint, offerat abbas coram Deo, quos dignè potuerit inuenire. Quisquis autem ex monasterio ad ecclesiasticum ordinem peruenierit, ulterius illic nec potestatem aliquam, nec licentiam habeat habitandi. Descriptionesque rerum, aut cultarum, seu computorum, aut rationum monasterij ab episcopo fieri om-

omnino negam us: sed si res exigit, aliquando abbas loci illius cum aliis abbatibus rerum inueterarum descriptiones faciat, & eorum consilio siue iudicio finiantur. Solus autem abbas aut visitator loci illius suorum officialium recipiat computum, aut rationem. Absente quoque abbate, episcopus in describendis peruidendis rebus monasterij acquisitis vel datis nulla occasione se permisceat. Misissetiam publicas ab eo in cœnobio fieri omnino prohibemus, ne in seruatorum Dei recessibus, & in eorum receptaculis nulla popularis occasio præbeatur conuictibus, vel mulierum fiat introitus: quia non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare episcopus, seu quacunque alia dignitate præditus, aut potestate, vel quamlibet potestate imperandi, nec aliquam ordinationem, quamuis lenissimam faciendi, nisi ab abbate loci fuerit rogatus, quatenus monachi semper maneant in abbatum suorum potestate. Nullusque monachorum sine testimonio, vel consensu abbatis sui in ecclesia aliqua locum teneat, vel ad aliquem promoveatur honorem. Hanc ergo scriptorum nostrorum paginam omnino in futuro tempore ab omnibus episcopis, & quibuscunque aliis firmato statuimus, illibatamque seruari. Et sanctæ ecclesiæ, iuuante Domino, suo termino siue iure contentæ. Et monasteria ecclesiasticis conditionibus seu angariis, aut etiam procurationibus, vel quibuslibet subsidiis obsequisque secularibus nullo modo subiaceant. Et prædicta autoritate nostra ne in huiusmodi episcopis, aut aliis precariis, seu exactioibus ab eis, seu eorum subditis quouis modo exigendis & extorquendis obtèperando obediunt, districtissimè prohibemus. Nullis præterea canonicis curis deseruiant: sed remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus, diuinum opus cum summa deuotione animi perficiant. Vniuersi episcopi responderunt: Libertati monasteriorum congaudemus: & quæ nunc de his statuit beatitudo uestra, firmamus.

**CONCILIUM ROMANVM SVB**  
Gregorio primo tempore Mauritiij, Tiberij &  
Theodosij Augustorum.

**TITVLII CANONVM ROMANI**  
Con. sub Gregorio.

- 1 De officio diaconorum. Apostolicæ sedis.
- 2 Qui vel quales ad cubile pontificis deseruiant.
- 3 Si quis ecclesiasticorum titulos ponere siue in rustico siue in suburbano prædio præsumpserit.
- 4 De non velando pheretro Romani pontificis.
- 5 Ut nihil pro ordinatione vel pallio carius vel pastello detur aut accipiatur.
- 6 Si quis de seruis ecclesiæ ad Dei seruitium conuerti desiderat.



Egnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo temporibus piissimi ac sanctissimi Domini Mauritiij, Tiberij, ac Theodosij Augustorum eiusdem Domini Mauritiij anno 13. Indi. 14 quinta die mensis Iulij Gregorius papa coram sacratissimo B. Petri Apostoli corpore, cum episcopis omnibus Romana Ecclesiæ, & presbyteris residens, assistentibus diaconibus, & cuncto clero dixit: In

sancta hac Romana ecclesia, cui diuina dispensatio præfesse me voluit, dudum consuetudo valde reprehensibilis exorta est, vt quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inseruiant, quos ad prædicationis officium, & elemosynarum studium vacare congruebat. Vnde fit plerumque vt ad sacrum ministerium, dum blanda vox queritur, quæi congrua vita negligatur. Et cantor minister Deum moribus stimulet, cum populum vocibus delectat. Quæ de re præfenti decreto constituto, vt in sede sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque Euangelicæ lectionis officium inter Missarum solennia exoluant: psalmos vero ante reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas exegerit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema sit: Et responderunt omnes, Anathema sit.

2 Verecundus mos tempore indiscretionis inoleuit, vt huius sedis pontificibus, ad secreta cubiculi seruitia laici pueri ac secularis obsequantur: & cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis, nesciant, quam (vt dictum est) seculares pueri sciunt. De qua re præfenti decreto constituto: vt quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi, ministerio cubiculi pontificalis obsequantur: vt is qui in loco regiminis est habeat tales, qui ex visione sedula exemplum profectus sumant.

3 Consuetudo noua in hac ecclesia, & valde reprehensibilis erupit: vt cum rectores eius patrimonij urbana vel rustica prædia iuri illius competere posse suspicantur fiscali more titulos imprimant, atque hoc quod competere pauperibus existimant, non in iudicio sed manibus defendant. Et cum per prædicatores suos veritas dicat, nihil per contentionem: etiam ipsum litigiosæ contentionis malum transcenditur, & res quælibet cum existimatur ecclesiæ posse competere, per vim tenetur. Proinde præfenti decreto constituto, vt si quis ecclesiasticorum vnquam titulos ponere siue in rustico, siue in urbano prædio sua sponte præsumpserit, anathema sit. Et responderunt omnes anathema sit. Is autem qui præfenti ecclesiæ, hoc vel ipse fieri præcipit, vel sine sua præceptio ne factum digna punire animaduersione neglexerit anathema sit: Et responderunt omnes, Anathema sit.

4 Sicut indignos nos pro beati Apostoli Petri reuerentia mens fidelium veneratur: ita nostram imitatem decet semetipsam semper agnoscere, & impense sibi venerationis honorem declinare. Ex amore quippe fidelium huius sedis rectoribus mos vltra meritum erupit: vt cum eorum corpora deferuntur: hædalmaticis contegant, & eas denique dalmaticas pro sanctitatis reuerentia, sibimet partiendas populus scindat. Et cum assint multa à sacris corporibus Apostolorum martyrumque velamina à peccatorum corpore sumitur, quod pro magna reuerentia seruetur. De qua re præfenti decreto constituto, vt feretrum quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere sedis huius presbyteros ac diaconos censemus. Si quis vero ex eorum ordine hoc curate neglexerit anathema sit: Responderunt omnes, Anathema sit.

5 Antiquam patrum regulam sequens, nihil vnquam

de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea quam noua per ambitionem simulatio inuenit appellatione pastelli. Quia enim ordinando episcopo pontifex manum imponit. Euangelij vero lectionem minister legit, confirmationis vero huius epistolam notarius excipit: sicut pontificem manum non decet quam imponit, vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem vel calamum venundare. Pro ordinatione ergo, vel vsu pallij, seu chartis, atque pastello, eundem qui ordinandus est, vel ordinatur, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus si quid aliquid commodi appellatione exigere, vel petere forte præsumpserit, in districto omnipotentis Dei examine reatui tubiacebit. Is autem qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, vel petitus post acceptas chartas, & pallium, offerre aliquid cuiuslibet ex clero gratiæ tantummodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpam maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit.

6 Multos ex ecclesiastica familia, seu seculari militia nouimus ad omnipotentis Dei seruitium festinare vt ab humana seruitute liberi in diuino seruitio valeant familiariter in monasteriis conuersari. Quos si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiasticis iuris Dominum, occasionem præbemus. Si verò festinantes ad omnipotentis Dei seruitium incaute retinemus, illi inuenimur negare quædam, qui dedit omnia. Vnde necesse est vt quisquis ex iuris ecclesiastici seruitute vel secularis militia, ad Dei seruitium conuerti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus. Et si mores illius, atque conuersatio bono desiderio illius testimonium ferunt, absque vlla retractione seruire in monasterio omnipotenti Deo permittatur, vt à seruitio humano liber recedat, qui diuino amore districtiorem subire appetit seruitutem. Si autem & in monastico habitu secundum patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conuersatus, post præfixa sacris canonibus tempora, licenter iam ad quodlibet ecclesiasticum officium prouehatur, si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in testamento veteri morte mulctantur.

Gregorius gratia Dei episcopus his decretis subscripsit, & confirmauerunt episcopi & presbyteri numero 58.


Gregorius sanctissimus Apostolicus, ante corpus beatissimi Petri in synodo residens dixit: Hinc maxime nimium dolens & ingemiscens dico quia aliquot ex Christianis in occidentis partibus constitutos audio tenere contra catholicam fidem, & patrum statuta agere: ita vt consecratas fœminas ducere præsumant mulieres, & propinquas coniugio fortiantur. Quod opportunum est spiritali amputare mucrone, atque si vestra placet sanctitati, radicibus euellere: ne seges boni agricolæ iniquorum mixta horrentibus fructibus sordescat. Sanctissimi episcopi seu venerabiles presbyteri responderunt: Verè cognoscimus gratia sancti spiritus cor Apostolatus nostri succensum, vt tantæ miseræ squallorem, à fidelium mentibus detergat. Post hanc omnium consonam responsionem, Gregorius Apostolicus papa ante corpus memoratum venerabile, Christi Apostolorum principis, in ferendo sententiam dixit.

- 1 Si quis presbyteram in coniugium duxerit: anathema sit.
- 2 Si quis presbyter vel diaconus vxorem duxerit, anathema sit.
- 3 Si quis monacham, quam Dei ancillam appellat, in coniugium duxerit, anathema sit.
- 4 Si quis commatrem spiritalem duxerit in coniugium, anathema sit.
- 5 Si quis fratris vxorem duxerit in coniugium, anathema sit.
- 6 Si quis neptem duxerit in coniugium, anathema sit.
- 7 Si quis nouercam aut nurum suam duxerit in coniugium, anathema sit.
- 8 Si quis consobrinam duxerit in coniugium, anathema sit.
- 9 Si quis de propria cognatione, in qua cognatas habuit, duxerit vxorem, anathema sit.
- 10 Si quis virginem rapuerit vel furatus fuerit eam, cum sibi consentientibus, anathema sit.
- 11 Si quis virginem, quam sibi non desponsauerit, rapuerit, vel furatus fuerit in vxorem, vnâ cum sibi fauentibus anathema sit.
- 12 Si quis hariolos, aruspices vel incantatores obseruauerit, aut phylateriis vsus fuerit, anathema sit.
- 13 Si quis in quamlibet parte præcepta ante emissa Apostolicæ ecclesiæ de cameris & locis diuersis temerauerit, & non in omnibus obseruauerit, anathema sit.
- 14 Si quis homicidium fecerit agat pœnitentiam decem annis.
- 15 Si quis in scelere permanserit, anathema sit.
- 16 Si quis ex clericis laxauerit coronam, anathema sit.
- 17 Et responderunt omnes per singula capitula tercio, anathema sit.

**CONCILIUM ANTISIODORENSE**  
circa tempora Deus dedit Papa.

Antisiodorum ciuitas est Gallia Lugdunensis iuxta Sequanam sita quæ à Ptolomæo Antricum etiam dicitur. Eius meminit Antoninus in itinerario cateri. Plinius. Strabo & Mela de ea tacent.

**CANONES ANTISIODORENSIS**  
concilij.



On licet Calendis Ianuarij vecolo aut ceruolo facere vel strenas diabolicas obseruare: sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus.

2 Vt omnes presbyteri ante Epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio quadragesimæ nuncient, & in ipsa Epiphania ad populum indicent.

3 Non licet compensas in domibus propriis, nec vigiliis in festiuitates sanctorum facere, nec inter sentes, aut arbores sacriuas, vel ad fontes vota exolvere: sed quicumque votum habuerit, in ecclesia vigilet: & matricolæ ipsum votum, aut pauperibus reddat, nec subtilia, aut pedes, aut hominè lineo fieri penitus præsumat.

4 Non licet ad sortilegos vel auguria respicere, nec ad characteres, nec ad sortes, quas sanctorum vocant,

cant, vel quas de ligno, aut de pane faciunt aspicere: sed quæcunque homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat.

5 Omnino & inter supradictas condiciones, vigiliis, quas in honore Domini obseruat, omnibus prohibemus.

6 Vt à media quadragesimæ presbyteri chrisma pe tant, & si quis infirmitate detentus venire nõ potuerit, ad archidiaconum suum, vel archisubdiaconum transmittat & chrisma & linteum imponant, sicut reliquæ sanctorum deportari solent.

7 Vt omnes presbyteri ad synodum in ciuitatē veniant, & Calendis Nouembribus omnes abbates ad concilium veniant.

8 Non licet in altario in sacrificio diuino mellitū (quod mulsum appellatur) nec vllum aliud poculum extra vinum cum aqua mixtum offerre: quia ad grāde reatum & peccatum pertinet presbytero illi, quicunque aliud poculum extra vinum in consecratione sanguinis Christi offerre præsumpserit.

9 Non licet in ecclesia choros secularium, vel puel larum cantica exercere, nec cõiuuiam in ecclesia præparare, quia scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur.

10 Non licet super vno altario in vna die duas Missas dicere, nec in altario vbi episcopus Missas dixerit, presbyter in illa die Missas dicat.

11 Non licet in vigilia Paschæ ante horam secundā noctis vigiliam expedire: quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere, nec in natali Domini, nec in reliquis solennitatibus.

12 Non licet mortuis, nec eucharistiam, nec osculū tradi, nec velo, vel pallis corpora eorum inuolui.

13 Non licet diacono velo vel palla scapulas suas inuolui.

14 Non licet in baptisterio corpora sepelire.

15 Non licet mortuum super mortuum mitti.

16 Non licet die Dominico boues iungere, vel alia opera exercere.

17 Quicunque se propria voluntate in aquā iactauerit, aut collo ligato se suspendarit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione voluntariæ se morti tradiderit, istorum oblata non recipiantur.

18 Non licet absque Paschæ solennitate villo tempore baptizare, nisi illos quibus mors vicina est, quos grauatarios dicunt. Quod si quis in alio pago, con tumacia faciēte, post interdictum hoc infantes suos ad baptismum detulerit in ecclesias nostras, non recipiantur. Et quicunq; presbyter ipsos extra nostrū præceptum recipere præsumpserit, tribus mensibus à communione ecclesiæ sequestratus sit.

19 Non licet presbytero, aut diacono, aut subdiacono post acceptū cibum, vel poculum Missas tractare aut in ecclesia, dum Missa dicuntur, stare.

20 Quod si presbyter (quod nefas est dicere) aut diaconus, aut subdiaconus post acceptam benedictionem infantes procreauerit, aut adulterium commiserit, & archipresbyter hoc episcopo, aut archidiacono non intumauerit, integro anno nõ communicet.

21 Non licet presbytero in vno lecto post acceptā benedictionem cum presbytero dormire, nec in peccato miscere, nec diacono, nec subdiacono.

22 Non licet relictæ presbyteri, nec relictæ diaconi, nec subdiaconi post eius mortem maritum acci-

pere.

23 Si monachus in monasterio adulterium commiserit, at peculiare habere præsumpserit, aut furtum fecerit, & hoc abbas per se non emendauerit, aut episcopo, aut archidiacono non intumauerit, ad penitentiam agendum in alio monasterio retrudatur.

24 Non licet abbati, nec monacho ad nuptias ambulare,

25 Non licet abbati filios de baptismo habere, nec monachis commatres habere.

26 Quod si quis abbas mulierē in monasterio ingredi permiserit, aut festiuitates aliquas ibi spectare præceperit, tribus mensibus in monasterio retrudatur, pane & aqua contentus.

27 Non licet, vt aliquis suam nouercam accipiat uxorem.

28 Non licet, vt filiam vxoris suæ quis accipiat.

29 Non licet, vt relictam fratris sui, quis in matrimonio ducat.

30 Non licet, duas sorores, si vna mortua fuerit, alteram in coniugium accipere.

31 Non licet consobrinam, hoc est, quæ de duobus fratribus, aut de duabus sororibus procreantur, in coniugium accipere, nec qui de ipsis nati fuerint in coniugio socientur.

32 Non licet, vt nepos auunculi uxorem accipiat.

33 Non licet presbytero, nec diacono ad trepaliū, vbi rei torquentur, stare.

34 Non licet presbytero in iudicio illo sedere, vnde homo ad mortem tradatur.

35 Non licet presbytero, aut diacono, vel cuiquam clericorum de qualibet causa con clericum suum ad iudicem secularem trahere.

36 Non licet mulieri, nuda manu eucharistiam sumere.

37 Non licet mulieri, manum suam ad pallas Dominicas mittere.

38 Non licet excommunicato communicare, nec cum eo cibum sumere.

39 Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo excommunicato absque voluntate ipsius, qui eum excommunicauit, sciens receperit, aut cum illo panem manducauerit, vel colloquium habere decreuerit, simili sententiæ subiacebit.

40 Non licet presbytero, inter epulas cantare, nec saltare.

41 Non licet presbytero, nec diacono, quenquam inscribere, sed in vice sua, si causam habuerit, aut fratrem, aut quemcunque secularem roget.

42 Vt vnaquæque mulier, quando cõmunicat, Dominicalem suam habeat. Quod si quem non habuerit, vsque in alium diem Dominicum non communicet.

43 Quicunque iudex, aut secularis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero, aut de iunioribus absque audientia episcopi aut archidiaconi, vel archipresbyteri iniuriam inferre præsumpserit, anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus.

44 Si quis ex secularibus institutionem aut communitatem archipresbyteri sui contumacia faciēte audire distulerit, tam diu à liminibus sanctæ ecclesiæ habeatur extraneus, quam diu tam salubrem institutionem adimplere studuerit, in super & multā, quam gloriosissimus rex Dominus præcepto suo instituit, sustineat.

45 Si

45 Si quis hanc diffinitionem, quam ex autoritate canonica communi consensu & conuentione cõscriptimus, ac instituimus, tam ad clerum quàm ad populum commonendum, vel ad id quod scriptum est conseruandum, negligens inuentus fuerit, & hoc obseruare distulerit, aut eos qui ipsum audire neglexerint, cælauerit, aut suppresserit, & in notitiam episcopi non deposuerit, anno à consortio fratrum, vel ab omnium Christianorum communione habeatur extraneus.

CONCILIUM SPALENSE SECUNDUM, sub die iduum nouembrium, tempore Sisebuti regis.

TITVLI CAPITVLO RV M concilij spalenfis secundi.

- 1 De Theodulphi Malacitana ecclesia querimonis aduersus reliquos episcopos pro quibusdam parochiis.
- 2 De querimonis Fulgentij & Honorij episcoporum pro quibusdam parochiis.
- 3 De desertoribus clericis, vt episcopis suis restituantur.
- 4 De bigamis ad presbyterium, vel diaconatum non promouendis.
- 5 Ne presbyteri diaconum, vel presbyterum ordinare præsumant.
- 6 De presbyteris, vel diaconibus ab vno episcopo non deponendis.
- 7 De his prohibentur chorepiscopis presbyteris in ecclesiasticis sacramentis agere.
- 8 De superbis ecclesiæ libertis, vt ad seruitium reuocentur.
- 9 De æconomis, ne ex laicis constituantur.
- 10 De monasteriis non consuellendis.
- 11 De monasteriis virginum, vt à monachis tueantur.
- 12 De quodam Acephalorum episcoporum
- 13 De duabus in Christo naturis, vt vna persona.

CAPITVLA CONCILII spalenfis secundi.



N nomine Domini & saluatoris nostri Iesu Christi Isidorus, Bisinnus, Rufinus, Fulgentius, Cambra, Fidentius, Theodulphus, & Honorius episcopi, qui pariter in vrbe Spalensi pro aliquibus ecclesiasticis negociis coadunati sumus. Confidentibus ergo nobis in secretario sacrosanctæ Hierusalem Spalensis ecclesiæ cum illustribus viris Sifibuto rectore rerum publicarum, atque Sualanæ actore rerum fiscalium, stante religiosissimorum clericorum cõtu.

1 Prima actione Theodulphi Malacitanæ antistitis ecclesiæ ad nos oblata precatio est, afferentis antiquam eiusdem vrbs parochiam militaris quodam hostilitatis discrimine fuisse decisam, & ex parte aliqua ab ecclesiis Astigitanæ, Elibertanæ, atque Agrubenfis vrbiū esse retentam. Pro qua re placuit, vt omnis parochia, quæ ab antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam suam quisquis comprobaret, eius priuilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem his quos barbarica serueritas captiua necessitate transuexit, postliminio reuertentibus redditur antiqua possessio, nõ aliter est ecclesia receptura parochiam, quàm antè tenuit cõ-

rebus suis, siue ab aliis ecclesiis possideatur, siue in cuiuslibet possessionem transfusa sit. Non enim erit obicienda præscriptio temporis, vbi necessitas interest hostilitatis.

2 Inter memoratos fratres nostros Fulgentiū Astigitanum, & Honorium Cordubensem episcopos diffusio agitata est propter parochiam basilicæ cuiusdam, quam horum alter Celticensis, alter Reginensis asseruit. Et quia inter vtraque partes hæcenus limitis actio vindicata est (cui quamuis vetusta retentio nullum juris præiudicium afferret) idcirco ne in dubium vltra inter eos nostra denotaretur sententiâ prolatis canonibus synodalia decreta perlecta sunt, quorum autoritas præmonet, ita oportere inhiberi cupiditatem, vt ne quis terminos alienos vsurpet. Ob hoc placuit inter alternas partes inspectionis viros mittendos, ita vt si in diocesi possidentis sitam basilicam veteribus signis limes præuisus monstrauerit, ecclesiæ, cuius est ius retentionis, sit æternum dominium. Quod & si limes legitimus eandem basilicam non recludit, & tamen longi temporis probatur obiecta præscriptio, appellatio repetentis episcopi non valebit, quia illi trigonalis obiectio silentium imponit. Hoc enim & secularium principum edicta præcipiunt, & præsulum Romanorum decreuit autoritas. Sin verò infra metas trigonalis temporis extra alienos terminos basilicæ iniusta retentio reperitur, repetentis episcopi iuri sine mora restituetur.

3 Tertia definitione ad nos oblata precatio est, à reuerendissimo fratre nostro Cambra Italiensi episcopo, pro quodam clerico passando, qui de ecclesiæ suæ cultu, in qua dicatus ab exordiis infantia fuerat, ad ecclesiam Cordubensem se contulit, quem eligimus, vt si nihil proponeretur de eo, sine dilationis obiectu proprio reformetur episcopo. Scribitur enim in lege mundiali de colonis agrorum, vt vbi esse quisque iam cœpit, ibi perduret. Non aliter & de clericis, qui in agro ecclesiæ operantur, canonum decreta præcipitur, nisi vt ibi permaneant, vbi esse cœperunt. Idcirco placuit, vt si quis clericus, in ministerio ecclesiæ propriæ destitutus, ad aliam transitum fecerit, compellente ad quam fugerit sacerdote, ad ecclesiam quam prius incoluerat, remittatur. Quiverò eum susceperit, nec statim, sine villo nisi excepto, nisi ad propriam ecclesiam remittendum elegerit, quam diu eum restituat, communionem se priuatum agnoscat. Desertorem autem clericum cingulo honoris atque ordinationis suæ exutum, aliquo tempore monasterio religari conuenit, sic quæ postea in ministerio ecclesiastici ordinis reuocari. Nam nõ poterit in talibus peruagationibus aboleri licentia, nisi fuerit in eis propter correptionem disciplinæ subsequuta censura.

4 Quarta actione nunciatum est nobis, apud Astigitanam ecclesiam quoddam nuper ordinationis illicitas extitisse, ita vt quidam viduarum mariti leuitarum ministerio sacrentur. Quos quidem conuenit à gradu suscepto in irritum deuocari, nec vltra prouehi ad diaconij ministerium, qui contra diuina atque ecclesiastica iura instituti reperiuntur.

5 Quinto iudicio ad agnitionem nostri examinis Agabrensis diaconi relatu deductum est, de quibusdam ipsius ecclesiæ clericis, quorum dum vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum ministerium sacrentur, episcopus eorum, oculorum dolore detentus, fertur

Matt. 21. b

al. grabararios.

scribitur. ad captiui. et post. hinc. x. si.



fertur manum suam super eos tantū posuisse, & presbyter quidam illis contra ecclesiasticum ordinē benedictionem dedisse, qui licet propter tantam presumptionis audaciā poterat, accusatus iudicio presentis damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione praeuentus: sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari non potest, hi qui supersunt, & ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiae elogium perceperunt, ne sibi licentiam talis vltra vsurpatio faciat, decreuimus vt à gradu sacerdotalis, vel leuitici ordinis, quē peruersē adepti sunt, depositi, & quo iudicio abiiciantur. Tales enim merito iudicati sunt remouēdi, quia prauē inuenti sunt constituti.

\*deicere

6 Sexta actione comperimus, Fragitanum Cordubensis ecclesiae presbyterum à pontifice suo iniuste olim deiectum, & innocentem exilio condemnatum, quem rursus ordini suo restituentes, id denuo aduersus presumptionē nouam decreuimus, vt iuxta praeceptorum Patrum decretum synodali sententia nullus nostrum sine concilij examine, & deiciendum quemlibet presbyterum, vel diaconum audeat. Nam multi sunt, qui indiscussos potestate tyrannica, non auctoritate canonica, damnant. Et sicut nonnullos gratia fauoris sublimant, ita quosdam odio, inuidiaque permoti humiliant, & ad leuem opinionis aurā condemnant, quorum crimen non approbant. Episcopum enim sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Si enim hi qui in seculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in seruitutis nexum & reuoluuntur, nisi publicè apud praetores tribunali foro fuerint accusati, quanto & magis hi qui diuinis altaribus consecrati, honore ecclesiastico decorantur, qui profectò nec ab vno damnari, nec vno iudicante, poterūt honoris sui priuilegiis exui, sed praesentati synodali iudicio, quod canon de illis praecerit, definiri.

\*non resoluuntur  
\*minis

7 Septimo examine relatum est nobis, venerandissimum quondam Agapium Cordubensis vrbis episcopum frequenter chorepiscopos, vel presbyteros destinasse (qui tamen iuxta canones vnum sunt) qui absente pontifice altaria eligerēt, basilicas consecraret (quod quidē nō est mirū, id praecipisse virū, ecclesiasticę disciplinę ignarū) & statim à seculari militia in sacerdotale ministerium delegatū. Ergo ne vltra talis à nobis licentia vsurpetur, communi sententia statuedum oportuit, scientes, quia sicut presbytero vel chorepiscopo illicita consecratio est altaris, ita & constitutio. In diuinis enim literis, praecipiente Domino, solus Aaron in tabernaculo erexit altare, solus ipse vnxit, quia summus vtiq; sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo: Moyse & Aaron in sacerdotibus eius. Ideoque id quod tantū facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typū Moyse & Aaron tenuerunt, presbyteri, qui filiorū Aaron gestant figuram, arripere non praesumant. Nam quāuis cum episcopis plurima illis mysteriorum communis sit dispensatio, quaedam tamen auctoritate veteris legis, quaedam nouellis & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, sicut presbyterorum, & diaconorum, ac virginum consecratio, sicut constitutio altaris, benedictio, vel vnctio. Siquidem nec benedicere eis liceat ecclesiam, vel altaria consecrare, nec per impositiones manus fidelibus baptizandis, vel conuersis ex haeresi, spiritum sanctum tradere,

\*psalm. 98

nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare, sed nec publicè quidem in Missa quenuquam poenitentem reconciliare, nec formatas cuiuslibet epistolas mittere. Haec omnia illicita esse presbyteris, vel chorepiscopis, quia pontificatus apicem non habent, quem solis debere episcopis, auctoritate canonum praecipitur, vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi pontificis demonstraretur. Sed neque coram episcopo licere eis in baptisterium introire, nec praesente antistite infantem tingere, aut signare, nec poenitentē sine praeccepto episcopi sui reconciliare, nec eo praesente sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere, vel benedicere, aut salutare, nec plebem vtiq; exhortari, quae omnia eis à sede Apostolica prohibita esse noscuntur. 8 Octaua discussio agitata est de quodam Helisæo ex familia Agabris ecclesiae, quia ab episcopo suo traditus libertati, de libertate confestim ad contumaciae morbum transiuit, sicque per superbiam nō solum eiusdem episcopi veneficis artibus salutem laedere voluit, sed etiam patronam ecclesiam libertatis immemor praedamnauit. A duersus quem in gratum actio canonum, ac legum auctoritas iuste dirigitur, scilicet vt immerita libertatis damno multatus, ad seruitutis nexum reuocetur. Talium enim status, qui contra episcopum suum, vel patronam ecclesiam nituntur, decidi potius, quā conseruare conuenit. Vt quorum libertas perniciofa est, sit salutaris seruitus: & qui superbire nouerint, adepta libertate praediti, discant obedire subiecti.

9 Nona actione didicimus, quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos laicos habere in rebus diuinis constitutos oeconomicos. Proinde pariter tractantes eligimus, vt vnusquisque nostrum secundum Chalcedonensium Patrum decreta, ex proprio clero oeconomicum sibi constituat. Indecorum est enim, laicum vicarium esse episcopi, & seculares in ecclesia iudicare. In vno enim eodemque officio non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moyse: Non arabis in boue, simul & asino, id est, homines diuersae professionis in officio vno non sociabis. Vnde & oportet, nos & diuinis libris & sanctorum Patrum obedire praecceptis, constituentes vt hi qui in administrationibus ecclesiae pontificibus sociantur, discrepare non debeant, aut nec professione, nec habitu. Nam cohaerere & coniungi non possunt, quibus & studia & vora diuersa sunt. Si quis autem episcopus posthac ecclesiasticam rem, aut per laicalem procuracionem administrandam elegerit, aut sine testimonio oeconomici gubernandam crediderit, verè & contemptor canonum, & fraudator ecclesiasticarum rerum non solum Christo de rebus pauperum iudicabitur reus, sed etiam concilio manebit obnoxius.

10 Decima actione poscentibus monasteriorum Patribus pari sententia statuimus, vt cenobia nuper condita in prouincia Betica, sicut & illa quae sunt antiqua, immobili & inconcussa stabilitate permaneat solidata. Si quis autem (quod absit) nostrum, vel nobis succedentium sacerdotum quodlibet monasterium aut vi cupiditatis expoliandam, aut simulatione aliqua fraudis conuellendum, aut dissolendum tentauerit, anathema affectus maneat, & à regno Dei extraneus: nec proficiat illi bonū fidei vel operis

operis ad salutem, qui tanta & salutaris vitae destruxerit tramitem. Super hoc etiam vniuersi Beticae prouinciae episcopi congregati, eundem sacrilegum, ceterisque sui euerforem à communionē suspēdant, & conuulsum monasterium cum rebus suis restarent: & quod impiè vnus subuerterit, omnes reforment.

11 Vndecima actione communi consensu decreuimus, vt monasteria virginum in prouincia Betica, monachorum administratione ac praesidio gubernentur. Tunc enim salubria Christo dicatis virginibus prouidemus, quando eis Patres spirituales eligimus: quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiā doctrinis edificari possint, ea tamen circa monachos cautela seruata, vt remoti ab earum familiaritate, nec vsque ad vestibulum habeant accedendi familiaritatis permittunt. Sed neque abbati, vel ei qui praeficitur, extra eam quae praestit, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem morum non pertineat, licebit, neque cum ea sola quae praestit, frequenter eis loqui oportet, sed sub testimonio duarum, vel trium sororum: ita vt rara sit accessio, & breuis omnino locutio. Absit enim vt monachos (quod etiam dictu nefas est) Christi virginibus familiares esse velimus: sed iuxta quod iussa regularum vel canonum admonent, longè discretos atque seiunctos eos tantum earundem gubernaculis deputamus, constituentes vt vnus monachorum probatissimus eligatur, cuius curae sit, praedixi earum rusticis, vel vrbis intendere, fabricas extruere: & si quid aliud esse, ad necessitatem monasterij prouideret: vt Christi famulae, pro animae suae tantum utilitate sollicitae, solis diuinis cultibus, operibusque sanctis inserviant. Sanè is qui ab abbate reponitur, iudicio sui episcopi comprobetur. Vestes autem illae iisdem cenobiis faciāt, à quibus tuitionem expectant, & ab iisdem denuo (vt praedictum est) laborum fructus, & procuracionis suffragium recepturae. Si qui autem monachorum hanc ordinationem aut contempserint, aut qualibet inertie dissolutione neglexerint, sciant quod eorum temeritas atque superbia, excommunicationis sit plendenda censura.

12 Duodecima actione ingressus est ad nos quidam ex haeresi Acephalorum, natione Syrus (vt asserit ipse) episcopus, duarum in Christo naturarū proprietatem abnegans, & deitatem passibilem asserens. Cuius dum nostris sensibus tanti erroris confusio patuisset, prolatis illi de incarnatione Domini Iesu Christi testimoniis, sanctorumque Patrum sententiis recitatis, omni eum deinde exhortatione ad veram fidei & rectitudinem sacerdotali modestia inuitauimus. Qui salutaribus monitis pertinaciter per multos diuturnosque confictus renitens, tandem gratia diuina edoctus, cunctis corā astātibus haeresim propriam abdicauit, duasque naturas, & vnā personā in vno eodemque Domino nostro Iesu Christo confessus est, credens impassibilem naturam deitatis, atque in sola humanitate suscepisse infirmitates passionis, & crucis. Conuersus itaque, atque receptus, suscepta fidei & confessionē cum ad stipulatione protulit, atque ab omnibus suis erroribus purgatus apparuit. Tali pro merito gaudentes Christo gratias egimus, quod eundem post prauitatem haeresis ad rectitudinem fidei diuina gratia promouisset, quē optamus, vt permanens in Christi fide, purè ac deuotissime conseruetur.

\*certitudinem.

\*professio

13 Tertiadecima prosecutione breuiter narrandum putauimus, ad refutationem eorundem haereticorum, qui duas naturas Christi post vnionem delirantes confidunt, & passibilem in eo diuinitatis substantiam asserunt. Contra quorum blasphemias oportet, nos in vna persona Christi geminam naturam proprietatem ostendere, passionemque eius in sola humanitatis susceptione manifestare, vt si forte aliqui stultorum huius sententiae errore decepti sunt, dum ista legerint, respiciant, rectaeque fidei veritatem firmiter teneant. Nam proculdubio multi sunt, qui secundum Apostoli vocem, prurientes auribus, à veritate auditum auertunt, ad fabulas autem conuertuntur. Ergo sicut immaculata fides, & sancta Dei ecclesia docet, confitemur Dominum nostrum Iesum Christum intemporaliter ex patre Deum natum, temporaliter ex vtero gloriosae virginis Mariae hominem editum, & ob hoc, in vna existente persona, duas naturas habentem: Deitatis, qua ante secula genitus est: & humanitatis, in qua diebus vltimis editus est, in illa secundum formam Dei, in ista secundum formam serui consistens: in illa patri manens aequalis, in ista sine peccato similis nostrae conditioni, in illa inuolabilis, ista passibilis, illa ex qua mori non potuit, in ista in qua mortem suscepit. Cuius geminae naturae distinctio primū ex literis legis, deinde ex Prophetis, & Euangelicis atque Apostolicis depromenda est paginis, vt ea quae asserimus, non argumentis, sed exemplis scripturarum firmemus. Lex in vna eademque persona saluatoris nostri sic demonstrat vtramque naturam. Diuinam, Domino loquente ad Moysen: Ecce (inquit) mitto angelum meum, qui praecedat te. Obserua eum, & audi vocem eius, quia est nomen meum in illo. Humanam, loquente eodem Domino ad Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes: id est, in carne Christi, qua de Abraham stirpe descendit. Prophetia in psalmis sub vna eademque Christi persona sic ostendit vtramque naturam. Diuinam, secundum illud: Ex vtero ante luciferum genui te. Humanam, secundum hoc: Et homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Diuinam, secundum illud: Eructauit cor meum verbum bonum. Humanam, secundum hoc: Speciosus forma patris filius hominum. Prophetia in prouerbis in vna eademque Christi persona, sic declarat vtramque naturam. Diuinam, secundum illud: Ante colles genui me. Humanam, secundum hoc: Dominus creauit me in initio viarum suarum. Diuinam, secundum illud: Necdum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Humanam, secundum hoc: Sapientia edificauit sibi domum, corporis vtiq; sui templum, in quo filius Dei inhabitaret, dum verbum est caro factum. Prophetia in Esaia sub vna eademque Christi persona sic demonstrat vtramque naturam. Deitatis, secundum illud: Nunquid qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Humanitatis, secundum hoc: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium. Diuinitatis, secundum illud: Rorate caeli desuper, & nubes pluāt iustum. Humanitatis, secundum hoc: Aperiat terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul. Item alibi, humanitatis, secundum hoc: Paruulus natus est nobis. Diuinitatis, secundum illud: Filius datus est nobis. Paruulus enim Christus ad susceptam humanitatis naturam pertinet, quia homo est factus: filius autem datus ad diuinitatem, Ii quia

2. Tim. 4.6

Exo. 23.6

Gene. 22.6

Psalm. 109.

Psalm. 86.

Psalm. 44.

Pro. 8.6.

Ibidem.

Prou. 9.6.

Ioan. 1.6.

Esa. 66.6.

Esa. 7.6.

Esa. 45.6.

Esa. 9.6.

quia Dei filius. Et ut ostenderet in vtraque natura vnam esse personam, paruuli nati, & filij dati, adiecit. Vocabitur nomen eius magni concilij Angelus, Deus fortis, pater futuri seculi: In Euangelio quoque in vno, eodemque Christo. Diuinæ naturæ significatio: Ego & pater vnum sumus. Humanæ naturæ insinuatio: Pater maior me est. Diuinæ naturæ significatio: Ego sum via, veritas, & vita. Humanæ naturæ insinuatio: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Diuinæ naturæ significatio: Omnia per ipsum facta sunt. Humanæ naturæ insinuatio: Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me patris. Paulus quoque; Apostolus in vno eodemque Christo naturam diuinitatis exprimit, cum dicit: Primogenitus omnis creaturæ. Ipse est ante omnes, & omnia in illo constant. Humanitatis declarat naturam, cum dicit: Ipse est caput corporis ecclesiæ. Et alibi: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semet ipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Per hoc enim quod dicit, Qui cum in forma Dei esset, naturam in eo diuinæ maiestatis ostendit: per hoc autem quod adiecit, Formam serui accipiens, naturam humanitatis significat. Et iterum: Cum esset (inquit) diues, pauper factus est, ut illius inopia nos diuites effemus. Vbi enim dixit, Cum esset diues, diuinæ naturæ gloria panditur: & vbi adiecit, Pauper factus est, humanæ infirmitatis subiectio demonstratur, atque seruilis habitus assumptio. Item in ipso initio Apostolici symboli gemina sic ostenditur in vno eodemque Christo naturæ distinctio. Deitatis ex patre, dum dicit: Credo in vnum Deum patrem omnipotentem, & in Christum Iesum filium eius, vnicum Dominum nostrum. Humanitatis ex matre, dum adiecit: Natum de spiritu sancto ex vtero Mariæ virginis. Ecce ex vtroque testamento duæ naturæ in Christo, diuinitatis vna, humanitatis altera. Quæ quidem gemina vnam fecit personam: quia vnus idemque mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Iam vero de passione eiusdem saluatoris nostri, & Domini Iesu Christi, quam in sola humanitate, non in deitate sustinuit, sicut superius, legis & prophetarum autoritas, Euangeliorum quoque & Apostolorum prædicatio adhibenda est. Lex de passione corporis Christi sic dicit: Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vix pallium suum. Quid hic pallium, quid stola, nisi caro Christi passionis sanguine decorata? Hæc enim sola contumelias crucis sustinuit, diuinæ verò naturæ maiestas nihil iniuriæ sensit. Prophetia quoque in psalmis passionem Christi in carne sola sic asserit: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Vbi non deitatis, sed tantum crucifixi corporis iniuria intelligitur. Ibi enim membrorum significatio sola caro clavis suspensa in ligno atque suffixa pronuntiatur. Sicut & in Hieremia legitur: Venite, mittamus lignum in panem eius: id est, crucem in corpore eius. Neque enim diuinitas ligno suspendi potuit, sed sola humanitas in cruce suffixa pepedit. Cuius etiam caro, tolerantiam mortis perpessa, sic ostenditur alibi, dum dicitur: Caro mea requiescet in spe, vti que, quia sola in Christo materia carnis, mortis fragilitate defuncta, spem resurrectionis suæ expectabat, & sine corruptione recepturam, dum adiecit: Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Salomon autem in canticis cantico-

rum passionem carnis Christi sic prædicans, dicit: Manus (inquit) meæ distillauerunt myrrham, & digiti mei guttam. Vbi specialiter ostenditur, in manibus, ac digitis solam carnem Christi infixam stipite, sicut in psalmo 118. legitur: Confige clavis timoris tui carnes meas. Esaias autem Christum sola humanitate, quæ apparuit, passionis iniuriam suscepisse, ita prædixit: Homo (inquit) in plaga existens, & sciens ferre infirmitates, verè languores nostros ipse portauit. Quis ipse, nisi vti que homo? Nam pati, & deficere, in illo natura Dei non potuit, sed homo portauit in eo passionem & mortem, in quo & ipsa mors habet conditionem. Nam & cum eundem diceret venire de EDOM, tinctis vestibus de Bosra, adiecit: Quare rubrum est vestimentum tuum, & indumentum tuum tanquam calcantium in torculari? Quid hic per indumentum & vestimentum rubrum voluit ostendere, nisi solam Christi carnis passionem crucis infectam cruore? Vnde & in ipsa passione chlamyde coccinea Christus induitur, ut imago sanguinis tantum in carne demonstraretur. Esaias quoque corpus suum obtulisse Christum in passione, sic loquitur: Non sum (inquit) contumax, neque contradico. Corpus meum dedi percipientibus. Non dixit, diuinitatem, quæ passionem nescit perferre. Et iterum: Posui scapulas meas ad flagella, maxillas ad palmas. Quod & ipsum & ad carnis patientiam, non ad deitatis refertur iniuriam. Et Zacharias: Videbunt (inquit) in quem confixerunt. Quem alium, nisi indubitanter hominem quem Iudæi crucifixerunt, & in carne iudicantem videbunt? Ecce pronuntiata est passio corporis Christi ex lege, & prophetis. Cuius quidem fidei veritas est tam efficax, ut eam nec tyranni sua potuerint crudelitate confundere, nec hæreticorum subdola circunuentio pessundare, nec hypocritarum diminuere fallax simulatio. Transeamus inde ad Euangelia. Ibi quæramus Christum filium Dei in sola carne portasse valetudines passionis & iniuriam crucis, loquente ipso discipulis: Ecce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquæ flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. Quod totum in Christo secundum hominem dictum, non ad substantiam deitatis, sed ad naturam pertinet carnis. Quod etiam in sequentibus docetur: Iudæis dicentibus Christo, Quod signum ostendis, quia hæc facis? Et dixit Iesus: Soluite hoc templum, & post triduum suscitabo illud. Hoc autem dixit de templo corporis sui. Nam & in passione sua dum corripiens proditorem, diceret, Iuda, osculo filium hominis tradis: quem tradere proditor significat, nisi hominem, quem & comprehenderunt? Nō deitatem, quam cæcari perfidia agnoscere non potuerunt. Beatus autem Apostolus Paulus Christum in homine solum pertulisse crucem, sic asserit: Vt homo (inquit) humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Qui proinde dixit, vt homo, vt nuncupatione hominis distinctio naturæ insinuaretur passibilis. Quod confirmans, aliàs ait: An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Nam et si crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei. Passus est ergo Christus, & mortuus, sed ex infir-

mitate. Viuit autem impassibilis, & immortalis, sed ex sua virtute: quæ tanta est, vt in se nec passionem recipiat, nec mortem amittat. Petrus quoque Apostolus, princeps Apostolorum, Christi supplicium sic prædicat in solo corpore consummatum: Qui peccata (inquit) nostra pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati sumus, & paulopost: Christo igitur passus in carne. Ergo si Christus in carne passus est, non secundum Deum, sed secundum hominem crucifixus est. Ecce perpatuit de filio Dei, quod passus est, quod mortuus est, corporis hoc tantum fuisse, non deitatis. Aliena sunt enim ista à Deo, testante Propheta de illo: Deus sempiternus, Dominus creans fines terræ non laborabit, neque deficiet. Et in psalmo: Tu autem idem ipse es, & anni tui nō deficient. Omnes enim in Christo infirmitates humanitas solas portauit. Caro enim habuit vagitus infantie, non diuinitas. Caro est pannis inuoluta, non deitas. Caro habuit alimenta, caro portauit ætatum commercia. Nam & quod fatigatus est, quod defuruit, quod dormiuit, quod fleuit, quod passioni proximus tristis fuit, quod postremò ipsam passionem, & mortis conditionem sustinuit, totum hoc ad infirmitatem pertinet humanitatis, non ad incomprehensibilem substantiam deitatis. Vnus est enim Christus, Deus & homo, caro & verbum. Sed vnde Deus, inde habet immortalitatem: vnde homo, inde pertulit passionem: & vnde caro, inde mortuus: & vnde verbum, inde æternus. Neque enim potest esse deitate passibilis, qui est virtute paternæ gloriæ naturæ æqualis. Vnde & patri derogatur, dum natura deitatis in filio passibilis creditur. Nam si vna patris & filij substantia est, vti que sicut pater, ita & filius immortalis est. Et si ego & pater vnum sumus, sicut in patre non est mors, ita nec in Dei filio mors. Et si verum est, omnia quæ habet pater, mea sunt: ergo immortalitas patris cum filio communis est. Nam quod ait Apostolus de infidelium ignorantia. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent: non quasi Dominus gloriæ sit crucifixus, vt natura deitatis videatur esse passibilis: sed quia vnus in vtraque natura est Christus, secundum assumpti hominis formam, Dominus gloriæ dicitur passus, sicut e contrario est illud: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis. Dum de cælo non descendisset, nisi tantum Dei filius, nondum idem factus filius hominis. Propter personæ ergo vnitatem & ad hominem referuntur in Christo, quæ Dei propria sunt: & diuinitati ascribuntur, quæ hominis sunt. Et ideo dum pati ac mori dicitur, non est deitatis, sed carnis proprium, sic tamen propter vnitatem personæ, ipse Deus & natus ex virgine, & passus, & mortuus prædicatur: sed infirmitate carnis nostræ, non virtute diuinitatis suæ. Quod verò idem Apostolus ait: Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: sic dicitur Dei filius mortuus, sicut dicitur de martyribus passis, ac mortuis, quorum tamen non sunt animæ occisæ in corporis passione, ore veritatis testante: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Vbi agnosci oportet, si animæ martyrum corpore perempto suppliciiis extinguere nō possunt: Deus qui conditor est animarum, quomodo per crucem

carnis pari potuit exitium mortis? Quod etiam alibi apertius declaratur, eodem filio Dei loquente: Postestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem iterum sumendi eam. Quod si ipsa deitas mortua extitit, quæro, quis animam ipsius resumpsit? Stultum est ergo, crucis passionem diuinæ applicare naturæ, sed tantum creabili, & humanæ. Sola enim caro crucis exitium sensit, sola caro lanceam pertulit, sola sanguine & aqua manauit. Ipsa sola mortua, ipsa sola in sepulchro posita. Ipsa sola tertia die resuscitata, quæ etiam glorificata cælos adiit, in qua & venturus est, iudicare in gloria patris, iudicaturus de viuis ac mortuis. Prolatis ergo noui ac veteris Testamenti testimoniis, in quibus duæ naturæ Christi patefactæ sunt, in vna subsistentes persona, in quibus & passio eius apparuit, in homine solo expleta, deinde oppertuit sententias subnecti sanctorum Patrum, qui in sacris literis ingenti gloria resulerunt, vt etiam eorum traditione perpareat, quia Dominus noster Iesus Christus ex duabus naturis & vna persona subsistit, & quia mortem & passionem in sola carne suscepit. Sanctus ergo Hilarius in explanatione epistolæ ad Timotheum sic loquitur: Nam & cum dicit scriptura, Homo Christus: & cum dicit, Christus mortuus est: & cum dicit, Verbum caro factum est: non est spoliandus per fraudulentiam legentis expositionibus suis sermo. Nam vbi homo Christus est, præcedit mediator Dei, atque hominum, vt ex vtroque Deo & homine vnus subsistat, sitque inter hominem & Deum medius confessione in se vtriusque naturæ. Vbi verò Christus mortuus est, subiicitur, qui resurrexit, qui est in dextera Dei. In morte eius carnis nostræ infirmitas est, in resurrectione virtus eius, in confesso Dei dignitas. Sanctus quoque Ambrosius in expositione Euangelij secundum Lucam sic asserit: Nō enim suam, sed nostram carnem Christus ascendit: nec mors illa diuinitatis, sed quasi hominis fuit. Et paulopost: Etenim Christus omnia, & in Christo omnia, licet in singulis Christus operetur, Caro tamen moritur, vt resurgat. Item in eodem libro exponens inter alia dicit: Tristis est anima mea turbata est valde. Non ergo suscipiens, sed suscepta turbatur. Anima enim obnoxia passionibus, diuinitas libera. Etenim spiritus promptus, caro autem infirma. Tristis autem nō ipse est, sed anima. Non est tristis sapientia, non diuina substantia, sed anima. Suscepit corpus meum, non me fecellit, vt aliud esset, & aliud videretur. Sanctus Athanasius in tractatu quæ scripsit de Christi natiuitate, sic dicit: In hoc sit ergo, fratres charissimi, fides nostra, in hoc tota salus, & vita consistat, vt credamus, Deum Dei filium primum ante omnia secula, à Deo patre inuisibiliter genitum, deinde à Maria virgine secundum hominem natum, secundum hunc hominem passum, mortuum, sepultum, resurrexisse ab inferis, ascendisse in cælum, Item idem in expositione fidei: Verbum (inquit) nascitur de Maria virgine, accipiens corpus animale: sed neque sermo comprehensus est carne, sed in carne, & supra carnem: & sicut Deus dicitur, ita Dei virtus, Dei veritas. Passus autem humana carne, sed sermo Dei impassibilis est. In passione quidem moritur homo, vt viuificaret protoplastum, qui ceciderat per inobedientiam. Sanctus Gregorius scribens ad Celidonium dicit: Naturæ enim duæ in Christo, Deus & homo. Non

Greg. Nazianzen<sup>o</sup> epistola. I. Idem in sermone de filio.

autem duo filij, nec dii duo. Item idem in sermone de filio: Vno autem (inquit) capitulo monco, ut altiora quidem ascribas diuinitati, & illi naturæ quæ passionibus & corpore probatur esse superior, humiliora autem naturæ humanæ attribuas, quæ ex parte infirmitatis nostræ assumpta est. Item ipse in quarto libro contra Eunomium: Et ne aliquis in corruptibili naturæ deitatis crucem passionis applicet, per alia manifestius talem emendat errorem, mediatorum ipsum Dei, & hominum, & Deum ipsum nominans, ut cum duo denuò dicantur, congruum intelligatur circa vtrumque. Circa deitatem quidem impassibilitas, circa humanitatem autem dispensatio passionis. Sanctus quoque Basilius in quarto libro contra Eunomium ita scribit: Quid est, dominus creauit me, & ante omnes colles genuit me? Vbi intelligendum est hoc quod genuit, de Dei filio: hoc autem quod dicit, Creauit, de ea parte qua in forma serui est, ut vtramque naturam in vna persona ostenderet. Sanctus Cyrillus in prima ad Successum epistola dicit: Ergo quantum quidem ad intellectum pertinet, & ad fidem, tantundem oculis animæ, quemadmodum incarnatus est vnigenitus, duas naturas esse dicimus, vnum autem filium, & Christum & Dominum, Deum verbum incarnatū, & hominem factum confitemur. Item in secunda ad eundem Successum epistola sic ait: Cum vnus (inquit) sit, & solus filius Christus, idem ipse Deus, & homo, sicut in deitate perfectus, ita & in humanitate perfectus. Non autem ipsum vnigenitum filium Dei, secundum quod intelligitur & est filius Dei passum esse in sua natura dicimus. Oportet enim necessariò vtramque seruari vni, & vero filio, & non pati secundum deitatem, & dici, passum esse eundem secundum humanitatem. Ipsius enim passus est caro. Item in expositione Leuitici inter alia: Totum in his iterum circumspecte saluatoris nostri mysterium, & emundationem, quæ per sanctum baptisma fit. Duas enim auiculas sumi iubetur, viuas & mundas, ut intelligas per volatilia, cœlestem hominem, simul & Deum in duabus naturis, quantum pertinet ad rationem, diuidendum, vnicuique conuenientem, Item sanctus Augustinus: Neque enim illa susceptione alterum eorum in alterum conuersum atque mutatum est. Nec diuinitas quippe in creaturam mutata est, ut desisteret esse diuinitas: nec creatura in diuinitatem, ut desisteret esse creatura. Nam si substantia hominis (quod absit credere) in diuinitatem conuersa est, augmentauit aliquid deitatis. Sed absit, ut augmentum recipiat ineffabilis & incomprehensibilis plenitudo. Manet ergo vtramque filij Dei natura, & vna persona. Rursus ipse aduersus Maximum. Si ergo attendas distinctiones naturarum, filius Dei de cœlo descendit, & filius hominis crucifixus est in terra. Idem in sequentibus: Oportebat Christum pati & resurgere à mortuis dicentibus. Vbi resurgit, nisi in eo quod potuit cadere? Vbi resurrexit, nisi in eo vbi mortuus? Quare mortem in verbo, nunquam esse potuit. Quare mortem in anima, nunquam ibi fuit. Quare mortem in carne, planè ibi fuit. Et ideo ibi fuit, quia mors vera fuit. Et paulopost: Quid miraris? Certè vita est Christus, quare mortua est vita: Nec anima mortua est, nec verbum mortuum est. Caro tantum mortua est. Quare: ut in ea mors moreretur. Idem in expositio-

ne Ioannis Euangelistæ: Quid ergo est, per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Idem ipse Iesus Christus, sed in forma serui. Beatus quoque Leo Apostolicæ sedis antistes in sua epistola, quam scripsit ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum, sic ait: Salua ergo proprietate vtriusque naturæ, & in vnam coeunte personam, suscepta est à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas. Et ad resoluendum conditionis nostræ debitum, inuiolabilis natura est vnita naturæ passibili, ut quod nostris remediis congruebat, vnus atque idem mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus & mori posset ex vno, & mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis, perfectæque natura verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Et paulopost: Qui manens in forma Dei, fecit hominem: idem in forma serui, factus est homo. Tenet enim sine defectu proprietatem suam vtramque natura. Et sicut forma serui Dei formam non ademit, ita forma Dei formam serui non minuit. Item paulopost: Agit enim vtramque forma, cum alterius communionem, quod proprium est, verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Vnum horum coruscet miraculis, aliud succumbit iniuriis. Et sicut verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit. Sanctus quoque Fulgentius in libro quem de incarnatione Domini nostri Iesu Christi scripsit, inter alia sic intulit: Dico itaque vobis iuxta sanctorum Patrum traditionem, Dominum nostrum Iesum Christum in duabus naturis inconfusus, id est, diuinitatis & humanitatis vnam personam, siue substantiam cōfiteri. Idem post alia: Si quis ergo in Domino nostro Iesu Christo aut duas naturas, aut vnam noluerit, siue dubitauerit credere, aut prædicare personam, vel si quis noluerit cōfiteri eundem Deum atque hominem, id est, verbum incarnatum de Maria virgine, pro nostra salute veraciter natum, tantum à catholica fide deprehenditur ac demonstratur extraneus, ut sacramento redemptionis humanæ resistat ingratus. Et paulopost: Verbum caro factum vnus & plenus est Christus, vnus ex vtramque & in vtramque, id est, in humana, diuinæque natura: in quo sic vtriusque naturæ prorsus vnio gloriosa perfitur, ut siue diuinitati Christi humanitatem quis demat, siue humanitati diuinitatem detrahat, Christum sacrilega infidelitate, & blasphemæ prædicatione dissoluat. Item paulopost: Christus pro nobis carne est passus, qui de Deo patre natus solus est impassibilis Deus. Ipsum itaque Christum filium Dei, pro nobis mortem carne gustasse, salua immortalitate diuinitatis eius, veraciter credimus. Item post hoc: Quia non est alter Deus, alter homo, sed idem vnus est Christus, Deus & homo, profectò idem Deus Christus, qui & mortem suam carne suscepit: & idem homo Christus est, qui mortem suam diuinitate destruxit. Idem quippe Christus Dei filius qui diuinitate mori non potuit, carne mortuus est, quam mortalem Deus immortalis accepit, & ideo Christus Dei filius carne mortuus resurrexit, quia immortalitatem suæ diuinitatis carne mortuus non amisit. Hinc est, quod etiam post resurrectionem suam, sicut in cicatricibus veris, & in vera comestione pi-

scis & mellis, soliditatem in se veræ carnis edocuit, ita clausis foribus ingrediens, veram in se virtutem sempiternæ diuinitatis ostendit, ut agnosceretur, & naturalis fuisse Christi morietis infirmitas, & idem resurgenti naturalis inesse maiestatis. Hæc quidem, quæ tam diuinæ scripturæ, quam etiam sanctorum Patrum eloquia docuerunt, decretis nostris breuiter inserta protulimus, demonstrantes geminam carnis & deitatis naturam in vna Domini & Saluatoris nostri persona: passum quoque eundem in ea natura quæ corporis est, non passum in ea natura quæ deitatis est. His ergo cōcordi sententia in tribus secretariis definitis pro confirmatione sui, propriam subscriptionem subiecimus.

CONCILIUM TOLETANVM  
quartum, circa tempora Honorij  
Pape primi.

TITVLI CAPITVLO RV M  
concilij Toletani quarti.

- 1 De oratione & fidei confessione, quæ in sancta Dei ecclesia predicatur.
- 2 Nulla penè res magis discipline mores ab ecclesia Christi depulsi, quam inordinata diuersitas officij.
- 3 De formulæ, secundum quam debeat sancta synodus in Dei nomine fieri.
- 4 In solemnitate Paschali, qualiter solet in Hispaniis varietas existere.
- 5 De baptisimi sacramento.
- 6 Conspicimus, quod per nonnullas ecclesias in die sexta feria passionis domini clausis basilicari foribus non celebretur officium.
- 7 Quidam in die eiusdem Dominica passionis ad horam nonam ieiunium soluunt.
- 8 Lucerna & cereus infra vigiliis apud quasdam ecclesias non benedicuntur: & cur à nobis benedicantur, inquirunt.
- 9 Nonnulli sacerdotum per Hispanias reperiuntur, qui Dominicam orationem, quam saluator noster docuit, et præcepit, non quotidie, sed tantum die Dominico dicunt.
- 10 Quod sacerdotes Hispaniæ diebus quadragesimæ alleluia decantent.
- 11 Quod in quibusdam Hispaniarum ecclesiis laudes post Apostolum decantent.
- 12 De hymnis etiam canendis.
- 13 De hymno quoque trium puerorum, in quo vniuersa cœli terræque creatura Deum collaudat.
- 14 Quod in sine psalmorum, non sicut à quibusdam, Gloria patri, sed Honor & gloria patri dicatur.
- 15 Sunt quidam, qui in sine responsiorum gloriam non dicunt.
- 16 De Apocalypsis libro, ut teneatur, & quando legatur.
- 17 Quod quidam sacerdotes non ritè post dictam orationem Dominicam statim communicant, & postea benedictionem in populo dant.
- 18 Quod perniciose consuetudo nequaquam est retinenda.
- 19 Quod in veteri lege ab anno vigesimo quinto Leuitæ ordinari mandantur.
- 20 Quod sacerdotes Dei irreprehensibiles esse debent.
- 21 Quod apud Deum conscientiam puram, & apud homines famam optimam nos habere oporteat.

- 22 Quemadmodum antistites ita presbyteri, & Leuitæ, sicut nomine, ita & meritis vitam teneant, & testimonium vitæ.
- 23 Quod prona sit omnis ætas ab adolescentia in malum.
- 24 Quod maxime in sacerdotibus Dei vitanda est errorum ignorantia.
- 25 De presbyteris parochianis dum ordinantur, quod libellus officialem à sacerdote suo accipere debent.
- 26 Quando presbyteri aut diaconi in parochias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere.
- 27 Si episcopus, presbyter, diaconus, aut subdiaconus à gradu suo deieci fuerint, & in secunda synodo innocentes inueniantur, qualiter recipi debeant.
- 28 Si episcopus, presbyter, seu diaconus, vel ex ordine clericorum, magos, aruspices, aruolos, augures, vel sortilegos consulere fuerint deprehensi, quid de eis agendum sit.
- 29 Confratrum hostium sacerdotes præter eos qui à regia potestate licentiam acceperint, in synodo mundandi sunt.
- 30 Quod sæpe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios sacerdotibus sua negotia committunt.
- 31 Ut episcopi in protegendis populis ac defendendis, impostam à Deo sibi curam non ambigant.
- 32 Quod auaritia radix cunctorum malorum aliquorum sacerdotum mentes obtineat.
- 33 Quicumque episcopus alterius episcopi diocesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possiderit, ut teneat eam.
- 34 Ut sicut diocesim alienam tricenalis possessio tollit, ita territorij conuentum non amittit.
- 35 Quod episcopos per cunctas dioceses, parochiasque, suas ire oporteat, per singulos annos.
- 36 Quicumque episcopi suffragio cuiuslibet aliquid de ecclesiasticis utilitatibus prouiderint, quid agendum sit.
- 37 Præbendum à sacerdotibus vitæ solatium indigentibus, & maxime his quibus restituenda vicissitudo est.
- 38 Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, ut presbyteris se præferant.
- 39 Si non licet episcopis, nec presbyteris, oraria duo indui, quanto magis nec diaconis qui ministri eorum sunt.
- 40 Ut omnes clerici, vel lectores, sicut leuitæ, & sacerdotes detonso superius capite, inferius solam circuli coronam relinquant.
- 41 Ut extraneæ femina cum clericis non habitent.
- 42 De clericis, qui non habentes legitimum coniugium, extranearum mulierum, vel ancillarum suarum interdita sibi consortia appetunt.
- 43 De clericis, qui sine consultu episcopi sui uxorem duxerint.
- 44 De clericis, qui in quacunque seditione arma volentes sumpserunt.
- 45 Si quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus.
- 46 De præcepto Domini nostri Sisenandi regis.
- 47 De eligendis æconomis.
- 48 De professione monachi, ut quicquid fuerit alligatum teneat.
- 49 De clericis, qui monachorum propositum appetunt.
- 50 Quale ius episcopi in monasteriis habere debeant.
- 51 De monachis, qui egredientes de monasterio, non solum ad seculum reuertuntur, sed etiam uxores accipiunt.
- 52 De religiosis propria regionis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur.
- 53 De eis qui in discrimine constituti, penitentiam accipiunt.



- 54 De secularibus, qui accipientes penitentiam se toro-  
derant, & rursus prauaricantes laici effecti sunt.
- 55 Quod duo sunt genera viduarum, seculares & sancti-  
moniales.
- 56 De Iudæis, ne vi ad credendum cogantur.
- 57 De cupiditate episcopi, presbyteri, vel diaconi, siue cleri-  
corum, qui contra fidem Christianam Iudæis suffragium  
prestant.
- 58 De prauaricatione eorum, qui dudum ad Christianam fi-  
dem promoti sunt.
- 59 De Iudæorum filijs, vel filiabus, ne parentum ultra in-  
uoluantur erroribus.
- 60 De Iudæis baptizatis, si postea prauaricati fuerint in  
Christo.
- 61 De malorum consortijs, quod etiam bonos corrumpunt.
- 62 De Iudæis, qui Christianas mulieres in coniugio ha-  
bent.
- 63 Non potest erga homines esse fidelis, qui extiterit impius  
in Deum.
- 64 Præcipiente Domino, atque excellentissimo Sisenando re-  
ge, ut Iudæi, aut qui ex Iudæis sunt, officia publica nul-  
latenus appetant.
- 65 Ut Christianos seruos non liceat Iudæis habere.
- 66 De his qui de rebus suis pauperibus Christi nullatenus  
distribuant.
- 67 De episcopis, qui mancipium iuris ecclesiæ nõ retento ec-  
clesiastico patrocínio manumitti desiderant.
- 68 Ut sacerdotes, qui aut res suas ecclesiæ relinquunt, aut ni-  
hil habentes aliqua prædia ecclesiis suis conquirunt, si  
voluerint, possunt de ecclesiæ famulis aliquos libertos fa-  
cere.
- 69 De libertis ecclesiæ, quia nunquam moritur eorum pa-  
trona, a patrocínio eiusdem nunquam discedent.
- 70 De libertis ecclesiæ, qui à patrocínio eiusdem disce-  
dunt.
- 71 De libertis, qui à quibuscumque manumissi sunt, atque  
ecclesiæ patrocínio commendati existunt.
- 72 Ut qui libertatem à Dominis suis ita percipiunt, ut nul-  
lum in eis obsequium patronus detinet, suscipiantur ad  
clerum.
- 73 De famulis ecclesiæ constituere presbyteros, vel diaconos,  
per parochias licet.
- 74 De ecclesiastici ordinis institutis, vel decretis, quæ ad  
quorundam pertinent disciplinam.

CAPITVLÆ CONCILII  
Toletani quarti.



¶ Anno tertio, regnante Domino nostro gloriosissimo principe Sisenando, die Nonarum Decembris, dum studio amoris Christi, ac diligentia religiosissimi Sisenandi regis Hispaniæ atque Galli-  
tiæ sacerdotes apud Toletanam urbem in nomine Domini conuenissemus, ut eius imperijs atque ius-  
sis communiti à nobis ageretur de quibusdam ec-  
clesiæ disciplinis tractatus, primùm gratias saluato-  
ri nostro Deo omnipotenti egimus, post hæc antefa-  
cto ministro excellentissimo & glorioso regi, cuius  
tanta erga Deum deuotio extat, ut non solum in re-  
bus humanis, sed etiã in causis diuinis sollicitus ma-  
near. Hic quippe, dum in basilica beatissimæ & sanctæ  
martyris Leocadiæ omnium nostrum pariter iam  
cætus adesset, pro merito fidei suæ, cum magnifi-  
centissimis & nobilissimis viris ingressus, primùm

coram sacerdotibus Dei humi prostratus, cum la-  
chrymis & gemitibus pro se interueniendum Do-  
mino postulauit. Deinde religiosa prosecutione syn-  
odum exhortatus est, ut paternorum decretorum  
memores ad confirmanda in nobis iura ecclesiasti-  
ca studium præberemus, & illa corrigere, quæ dum  
per negligentiam in usum venerunt, contra ecclē-  
siasticos mores licentiam sibi de usurpatione fece-  
runt. Talibus ergo eius monitis congaudentes, ne-  
cessarium extitit, iuxta eius, nostrumque votum tra-  
ctare, quæ competunt, siue in sacramentis diuinis,  
quæ diuerso atque illicito modo in Hispaniarum ec-  
clesiis celebrantur, seu quæ in moribus prauè usur-  
pata noscuntur. Et quoniam generale concilium a-  
gimus, oportet primùm nostræ vocis sermonem de  
cælo esse, ut post professionem fidei sequentia ope-  
ris nostri vota quasi super fundamentum firmissi-  
mum disponantur.

1 Secundum enim diuinas scripturas, & doctri-  
nam, quam à sanctis Patribus accepimus, patrem &  
filium, & spiritum sanctum vnus deitatis, atque sub-  
stantiæ confitemur, in personarum diuersitate Tri-  
nitatem credentes, in diuinitate vnitatem prædi-  
cantes, nec personas confundimus, nec substantiam  
separamus. Patrem à nullo factum, vel genitum di-  
cimus, filium à patre non factum, sed genitum, asse-  
rimus. Spiritum verò sanctum, nec creatum, nec ge-  
nitum, sed procedentem ex patre & filio profite-  
mur. Ipsum autem Dominum Iesum Christum Dei  
filium, & creatorem omnium ex substantia patris  
ante secula genitum, descendisse vltimo tempore  
pro redemptione mundi à patre, qui nunquam de-  
finit esse cum patre. Incarnatus est enim ex spiritu  
sancto, & gloriosa sancta Dei genitrice virgine Ma-  
ria, & natus ex ipsa, solus idem Dominus Iesus Chri-  
stus, vnus in sancta Trinitate, anima, & carne per-  
fectus, sine peccato suscipiens hominem, manens  
quod erat, assumens quod non erat, equalis patri se-  
cundum diuinitatem, minor patre secundum hu-  
manitatem, habens in vna persona duarum natura-  
rum proprietatem. Naturæ enim in illo duæ, Deus  
& homo. Non autem duo filij, & Dei duo, sed idem  
vna persona in vtraque natura perferens passionem  
& mortem pro nostra salute, non in virtute diuini-  
tatis, sed in infirmitate humanitatis. Descendit ad  
inferos, ut sanctos, qui ibi tenebantur, erueret, & de-  
uictio mortis imperio resurrexit. Assumptus deinde  
in cælis, venturus est in futurum ad iudicium viu-  
orum & mortuorum. Cuius morte & sanguine mun-  
dati, remissionem peccatorum consequuti sumus,  
resuscitandi ab eo in die nouissima, in ea qua nunc  
viuimus carne, & in ea qua resurrexit idem Domi-  
nus forma percepturi ab ipso, alij pro iustitiæ me-  
ritis vitam æternam, alij pro peccatis supplicij æter-  
ni sententiam. Hæc est ecclesiæ catholicæ fides.  
Hanc confessionem seruamus, atque tenemus. Quæ  
quisquis firmissimè custodierit, perpetuam salutem  
habebit.

2 Post rectæ fidei confessionem, quæ in sancta Dei  
ecclesiæ prædicatur, placuit omnes sacerdotes, qui ca-  
tholicæ fidei vnitatem cõplectimur, ut nihil ultra diuer-  
sum, aut dissonum in ecclesiasticis sacramentis agamus  
ne quælibet nostra diuersitas apud ignotos seu car-  
nales schismaticis errorem videatur ostendere, &  
multis extet in scandalum varietas ecclesiarum.

Vnus

Vnus ergo ordo orandi atque psallendi à nobis per  
omnem Hispaniam, atque Gallitiam conseruetur,  
vnus modus in Missarum solennitatibus, vnus in vesper-  
tinis officiis, nec diuersa sit vltra in nobis ecclesia-  
stica consuetudo, quia in vna fide continemur, & re-  
gno. Hoc enim & antiqui canones decreuerunt, ut  
vnaquæque provincia & psallendi & ministrandi pa-  
rem consuetudinem teneat.

3 Nulla penè res disciplinæ mores ab ecclesia  
Christi magis depulit, quàm sacerdotum negligē-  
tia, qui contemptis canonibus ad corrigendos ec-  
clesiasticos mores synodum facere negligunt. Ob  
hoc à nobis vniuersaliter definitum est, ut quia iux-  
ta Patrum antiqua decreta bis in anno difficultas  
temporis fieri concilium non finit, saltem vel se-  
mel à nobis celebretur: ita tamen, ut si fidei causa  
est, aut quælibet alia ecclesiæ communis, genera-  
listotius Hispaniæ, & Gallitiæ synodus conuoce-  
tur. Si verò nec de fide, nec de communi ecclesiæ  
utilitate tractabitur, speciale erit concilium, prout  
vniuersiusque provinciæ metropolitanus elegerit  
peragendum esse. Omnes autem, qui causas ad-  
uersus episcopos, ac iudices, ac potentes, aut con-  
tra quoslibet alios habere noluntur, ad idem con-  
cilium concurrant: & quæcunque examine syno-  
dali à quibuslibet prauè usurpata inueniuntur, regij  
executoris instantia iustissimè his quibus iura sunt,  
reformerentur, ita ut pro compellendis iudicibus, vel  
secularibus viris ad synodum metropolitani studio  
quidam executor à principe postuletur. Quintade-  
cima autem Calendarum Ianuariarum congregan-  
da est in vnaquaque provinciæ synodus, propter  
vernale tempus, quando herbis terra vestitur, &  
pabula germinum inueniuntur. Hora itaque diei  
prima ante solis ortum eiiciantur omnes ab ecclē-  
sia: obferatque foribus cunctis, ad vnã ianuam,  
per quam sacerdotes ingredi oportet, hostiarij steter.  
Et conuenientes omnes episcopi, pariter introeant,  
& secundum ordinationis suæ tempora resideant.  
Post ingressum omnium episcoporum, atque con-  
fessum vocentur deinde presbyteri, quos causa pro-  
bauerit introire. Nullus se interingerat diacono-  
rum. Post hos ingrediantur diacones probabiles,  
quos ordo poposcerit interesse. Et corona facta de  
sedibus episcoporum, presbyteri à tergo eorum re-  
sideant, diaconi in conspectu eorum stent. Deinde  
ingrediantur laici, qui electioni concilij interesse  
meruerint. Ingrediantur quoque & notarii, quos ad  
recitandum, vel excipiendum ordo requirit. Et ob-  
ferentur ianuæ, sedentibusque in diuturno silentio  
sacerdotibus, & cor tantum habentibus ad Deum,  
dicat archidiaconus: Orate. Statimque omnes in  
terram prosternentur, & orantibus diutius tacitè  
cum fletibus atque gemitibus, tunc vnus ex episco-  
pis senioribus surgens, orationem palam ad Domi-  
num fundat, cunctis adhuc in terra iacentibus.  
Finita autem oratione & responso ab omnibus,  
Amen. Rursus Archidiaconus dicat: Erigite vos.  
Et confestim omnes surgant, & cum timore omni,  
& disciplina, tam episcopi quàm presbyteri sedeant.  
Sicque omnibus in suis locis & in silentio confiden-  
tibus, diaconus alba indutus, codicem canonum in  
medio proferens, capitula de concilijs agendis pro-  
nunciet. Finitisque titulis metropolitanus episco-  
pus concilium alloquatur, dicens: Ecce, sanctissi-

mi sacerdotes, recitatae sunt ex canonibus prisco-  
rum Patrum sententiæ de concilio celebrando.

Si qua ergo quempiam vestrum actio commouet,  
coram suis fratribus proponat. Tunc si aliquis quæ-  
cunque querelam, quæ contra canonem agit, in au-  
dientiam sacerdotalem protulerit, non prius ad a-  
liud transeat capitulum, nisi primùm quæ propo-  
sita est actio, terminetur. Nam & si presbyter ali-  
quis, aut diaconus, vel clericus, siue laicus, de his  
qui foris steterint, concilium pro qualibet re credi-  
derit appellandum, ecclesiæ metropolitanæ archi-  
diacono causam suam intimet, & ille concilio de-  
nunciet. Et tunc illi & introeundi & proponendi li-  
centia cõcedatur. Nullus autem episcoporum à cœ-  
tu communi secedat, antequam hora generalis se-  
cessionis adueniat: concilium quoque nullus sol-  
uere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita ut  
quæcunque deliberatione communi finiuntur, epi-  
scoporum singulorum manibus subscribantur.

Tunc enim Deus suorum sacerdotum concilio in-  
teresse credendus est, si tumultu omni abiecto so-  
llicitè atque tranquillè ecclesiastica negocia termi-  
nentur.

4 Solet in Hispaniis de solennitate Paschali varie-  
tas existere prædicationis. Diuersa enim obseruan-  
tia laterculorum Paschalis festiuitatis interdum er-  
rorem parturit. Proinde placuit, ut ante tres men-  
ses Epiphaniarum metropolitani sacerdotes literis  
se inuicem inquirant, ut communi scientia docti,  
diem resurrectionis Christi comprouincialibus suis  
insinuent, & vno tempore celebrandum annun-  
cient.

5 De baptismi autem sacramento, propter quod  
in Hispaniis quidam sacerdotes trinam, simplã qui-  
dam merfionem faciunt, à nonnullis schisma esse  
conspicitur, & vnitatis fidei scindi videtur. Nam dum  
partes diuersæ in baptizandis aliquo contrario mo-  
do agunt, ab aliis non baptizatos esse contendunt.  
Proinde quid à nobis in sacramento diuersitate fa-  
ciendum sit, Apostolicæ sedis informemur præcep-  
tis, non nostram, sed paternam institutionem se-  
quentes. Beatæ ergo memoriæ Gregorius, Roma-  
næ ecclesiæ pontifex, qui non solum partes Italiæ il-  
lustrauit, sed & longè existentes ecclesias sua do-  
ctrina perdocuit, efflagitante sanctissimo Leandro  
episcopo de hac Hispaniæ diuersitate, quid potius  
esset sequendum, inter cætera rescribens ei, sic ait:  
De trina verò merfione baptismatis, nihil respon-  
deri verius potest, quàm ipsi sensistis, quia in vna fi-  
de, nihil officit sanctæ ecclesiæ consuetudo diuersa.  
Nos autem, quod tertio mergimus, triduanæ sepul-  
turæ sacramenta signamus: ut dum tertio infans ab  
aquis educitur, resurrectio triduanæ temporis expri-  
matur. Quod si quis fortè, etiam pro summa Tri-  
nitatis veneratione, existimet fieri, neque ad hoc ali-  
quid obsistit baptizandum semel in aquis mergere:  
quia dum in tribus subsistentiis vna substantia est,  
reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in  
baptismate in aquam vel ter vel semel mergere, quã-  
do & in tribus merfionibus personarum Trinitas,  
& in vna potest diuinitatis singularitas designari.  
Sed si nunc vsque ab hæreticis infans in baptisma-  
te tertio mergitur, faciendum apud vos esse  
non censeo, ne dum merfiones numerant, diuini-  
tatem diuidant: dumque quod faciebant, faciunt,

Lib. I. Regi-  
stri episto-  
la 41.

De conf. d.  
4. De tri-  
na merfio-  
ne.

morem vestrum se fecisse gloriantur. Quapropter quia de utroque sacramento, quod fit in sancto baptismo, à tanto viro reddita est ratio, quod utrumque rectum, utrumque irreprehensibile in sancta Dei ecclesia habeatur, propter vitandum autem schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vsu, simplam teneamus baptismi meritionem, ne videantur apud nos qui tertio mergunt, hæreticorum approbare assertionem, dum sequuntur & morem. Et ne forte cuiquam sit dubium huius simpli mysterium sacramenti, videat in eo mortem & resurrectionem Christi significari. Nam in aquis mersio, quasi ad infernum descensio est: & rursus ab aquis emersio, resurrectio est. Item videat in eo unitatem diuinitatis, & trinitatem personarum ostendi. Unitatem, dum semel mergimus: trinitatem, dum in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizamur. Panditur huius singularis baptismi mysterium etiam scripturarum sanctarum exemplis, Paulo Apostolo attestante: Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari.

1. Cor. 10. a

Exod. 3. d  
14. f

Iosue. 3. d

Ibidem. 4

Mar. 16. d

Mare quippe rubrum significat baptismum, Christi sanguine consecratum, per quod populus Dei sub columna ignis & nubis semel transit: ubi tamen tota erat Trinitas, præcedente populû columna ignis & nubis. In igne quippe significatur pater, in columna filius, in nube spiritus sanctus. Iordanis quoque fluuenta cum arca populus Dei semel trãsit, per quod significatur simpla mersio baptismatis, cuius sacramento ecclesia abluitur, & de seculi huius laboribus per baptismum quasi per Iordanem ad terram cælestis repromissionis ingreditur.

6 Comperimus, quòd per nonnullas ecclesias in die sextæ feriæ passionis Domini clausis basilicarû foribus non celebratur officium, nec passio Domini populis prædicatur, dum idem saluator noster Apostolis suis præcepit dicens: Passionem, & mortem & resurrectionem meam omnibus prædicate. Ideòq; oportet eodem die mysterium crucis, quod ipse Dominus cunctis annunciandum voluit prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum prætolari, ut pœnitentiæ compunctione mundati, venerabile festum Dominicæ resurrectionis remissis iniquitatibus suscipere mereamur, corporisque eius & sanguinis sacramentum mundi à peccato sumamus.

7 Quidam in die eiusdem passionis Dominicæ ab hora nona ieiunium soluunt, conuiuuii adhibentur: & dum sol ipse eadem die tenebris palliatus lumen subduxerit, ipsaque elementa turbata, mœstiam totius mundi ostenderint, illi ieiunium tanti diei poluunt, epulisque inferuiunt. Et quia totum eundem diem vniuersalis ecclesia propter passionem Domini in mœrore & abstinentia peragit, quicumque in eo ieiunium, præter paruulos, senes, & lægidos ante peractas indulgentiæ preces soluerit, à Paschali gaudio depellatur, nec in eo sacramentum corporis & sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis eius per abstinentiam non honorauit.

8 Lucerna & cereus infra vigilias apud quasdam ecclesias, non benedicuntur: & à nobis cur benedicuntur, inquirunt. Propter gloriosum enim noctis ipsius sacramentum hæc solemniter benedicimus, ut sacræ resurrectionis Christi mysterium, quod tem-

pore huius noctis votiue aduenit, benedictione sanctificati luminis suscipiamus. Et quia hæc observatio per multarum loca terrarum, regionisque Hispaniæ, in ecclesiis commendatur, dignum est propter unitatem pacis, ut in Gallitanis ecclesiis conferuetur. Nulli autem impune erit, qui hæc contempserit, sed Patrum regulis subiacebit.

9 Nonnulli sacerdotum in Hispaniis reperiuntur, qui Dominicam orationem, quam saluator noster docuit, & præcepit, non quotidie, sed tantum die Dominica dicunt. Et quia sine intermissione, ut oremus, Apostolus docuit, qualiter autem oremus Christus præcepit, dicens: Cum autem oratis, dicite: Pater noster, qui es in cælis. Quomodo ergo quotidie non dicitur, quod sine intermissione dici iubetur? Nam in tantum quotidie hæc oratio dicenda est, ut etiam ipso titulo vtatur: nam vocatur oratio quotidiana: sic eam sancti Patres nuncupauerunt, quod etiam apud doctores, quorum illustris doctrina est, inuenitur. Sanctus quoque Cyprianus dicit: Itaque in oratione Dominica panem nostrum, id est, Christo manemus, & viuimus, à sanctificatione & corpore eius non recedamus. Sanctus Hilarius dicit: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quid enim tam vult Deus, quàm ut quotidie Christus habitet in nobis, qui est panis vitæ, & panis è cælo. Et quia quotidiana oratio est, quotidie quoque, ut detur, oratur. Sanctus Augustinus dicit: De quotidianis autem, breuibus, leuibûsque peccatis, sine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum est enim dicere: Pater noster, qui es in cælis, qui iam patri tali regenerati sunt ex aqua, & spiritu sancto. Delet ergo hæc quotidiana oratio minima & quotidiana peccata, delet & illa à quibus vita fidelium etiam sceleratè gesta, pœnitendo in melius discedit, mutata. Ergo sicut Christus præcepit, sicut Apostolus monuit, & quemadmodum doctores ecclesiastici instituerunt, quia quotidie, vel cogitatione, vel verbo delinquimus, quotidie hæc orationem effundere in conspectu Dei debemus. Quisquis ergo sacerdotum, vel subiacentium clericorum hanc orationem Dominicam quotidie aut in publico, aut in priuato officio præterierit, propter superbiam iudicatus, ordinis sui honore priuetur.

10 Item cognouimus quosdam Hispaniæ sacerdotes, qui in Quadragesimæ diebus alleluia decantant, præter in vltima hebdomada Paschæ, quod deinceps fieri interdiximus, statuentes ut in omnibus prædictis quadragesimæ diebus (quia tempus non est gaudij, sed mœroris) alleluia non decantetur. Tunc enim opus est fletibus ac ieiuniis insistere, corpus cilicio & cinere induere, animum mœroribus deicere, gaudium in tristitiam vertere, quousque veniet tempus resurrectionis Christi, quando oporteat iam alleluia in lætitia canere, & mœrorem in gaudium commutare. Hoc enim ecclesiæ vniuersalis consensus in cunctis terrarum partibus roborauit, quod & à nobis omnibus, ut conferuetur per Hispanias, Gallitiisque prouincias, oportebit. In temporibus verò reliquis, id est, Calendis Ianuariis, quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omnino alleluia non decantabitur. In quibus etiam præter piscem, & olus, sicut &

& in illis quadraginta diebus cæteris carnibus abstinetur, & à quibusdam etiam nec vinum bibitur. Si quis ergo episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ex ordine clericorum fuerit repertus, qui arbitrium suum huic constitutioni æstimet præferendum, ordinis sui officio carere cogatur, & communionem eiusdem Paschæ priuetur.

11 In quibusdam quoque Hispaniarum ecclesiis laudes post Apostolû decantantur, priusquam euangelium prædicetur, dum canones præcipiant, post Apostolum non laudes, sed euangelium annunciari. Præsumptio est enim, ut antepangantur ea, quæ sequi debeant. Nam laudes ideo euangelium sequuntur, propter gloriam Christi, quæ per idem euangelium prædicatur. Circa omnes igitur sacerdotes hic ordo deinceps retineatur, excommunicationis pœnam suscepturi, qui hunc ordinem perturbauerint.

De cons. d.

1. de hym.

Matt. 26. c

Ephes. 5. d

In firmo

de mœro

Damaso

In Enchir.

vidin apud

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

Laurin.

12 De hymnis etiam canendis & Saluatoris & Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Mattheo euangelista attestante: Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuerti. Et Paulus apostolus ad Ephesios scripsit, dicens: Implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus. Et quia à nonnullis hymni humano studio in laudem Dei, atque Apostolorum, & martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum canonum, vel apostolica traditione non existunt. Respuant ergo & illum hymnum, ab hominibus compositum, quæ quotidie publico priuatoque officio in fine omnium psalmodum dicimus, Gloria & honor patri, & filio, & spiritui sancto in secula seculorum. Amen. Nam & ille hymnus, quem nato in carne Christo, angeli cecinerunt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, reliquaque quæ ibi sequuntur, ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesiis canendi sunt, quia in sanctorum scripturarum libris non inueniuntur. Componuntur Missæ, siue preces, vel orationes, siue commendationes, seu manus impositiones, ex quibus si nulla decantentur in ecclesia, vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Timotheum Apostolus, dicens: Obsecro ergo primum omni fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in sublimitate sunt. Sicut ergo orationes, ita & hymnos in laudem Dei compositos, nullus nostrum vterius improbet, sed pari modo in Gallitia, Hispaniæque celebrent, excommunicatione plectendi, qui hymnos reicere fuerint ausi.

1. Tim. 2. d

13 Hymnû quoque triû puertorum, in quo vniuersa cæli terræque creatura Deum collaudat, & quem ecclesia catholica, per totum orbem diffusa celebrat, quidam sacerdotes in Missa dominicorum dierum & in solennitatibus martyrum canere negligunt. Proinde sanctum concilium instituit, ut per omnes Hispaniæ ecclesias, vel Gallitiæ in omnium Missarum solennitate idem in publico decantetur: communionem amissuri, qui antiquam huius hymni consuetudinem, nostramque definitionem excesserint.

14 In fine psalmodum, non sicut à quibusdam hucusque Gloria patri, sed Gloria & honor patri dica-

tur, David propheta dicente: Afferte Domino gloriam, & honorem & Ioannes euangelista in Apocalypsi audiuit vocem cælestis exercitus dicentem: Honor & gloria Deo nostro sedenti in throno. Ac per hæc duo sic oportet in terris dici, sicut in cælis resonant. Vniuersis ergo ecclesiasticis hanc observationem damus, quam quisquis præterierit, communionis iacturam habebit.

15 Sunt quidam, qui in fine responsiorum, Gloria non dicunt, propter quod interdum inconuenienter resonat. Sed hæc est discretio, ut in lætis sequatur Gloria, in tristioribus repetatur principium.

16 Apocalypsim librum multorum conciliorum auctoritas, & synodica sanctorum præsulum Romanorum decreta Ioannis euangelistæ esse præscribunt, & inter diuinos libros recipiendum constituerunt. Et quia plurimi sunt, qui eius auctoritatem non recipiunt, cumque in ecclesia Dei prædicare contemnant, si quis eum deinceps aut non receperit, aut à Pascha vsque ad Pentecosten Missarum tempore in ecclesia non prædicauerit, excommunicationis sententiam habebit.

17 Nonnulli sacerdotes post dictâ orationem Dominicam statim communicant, & postea benedictionem in populo dant, quod deinceps interdiximus: sed post orationem Dominicam benedictio in populo sequatur, & tunc demum corporis, & sanguinis Domini sacramentum sumatur, eo videlicet ordine, ut sacerdotes & leuitæ ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus.

18 Perniciosa consuetudo nequaquam est recipienda, quæ maiorum statuta præteriens, omnem ecclesiæ ordinem perturbauit, dum alij per ambitum sacerdotia appetunt, alij oblatiis muneribus pontificatum assumunt. Nonnulli etiam sceleribus implicati, vel seculari militiæ dediti, indigni ad honorem summi ac sacri ordinis peruenerunt. De quorum scilicet causa atque remotione oportuerat quædam statuere. Sed ne perturbatio quamplurima ecclesiæ oriretur, præteritis omisis, deinceps qui non promouentur, ad sacerdotium, ex regulis canonum necessario credimus inferendum. Id est, qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiæ nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi sunt, qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hæresi baptisati, aut rebaptisati esse noscuntur, qui semetipsos abscederant, aut naturaliter defectu membrorum, aut decisione, aliquid minus habere noscuntur, qui secundæ vxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa cõiugia frequentauerunt, qui viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas aut fornicarias habuerunt, qui seruili conditioni obnoxij sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti, vel laici sunt, qui seculari militiæ sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscij literarum sunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt. Qui per gradus ecclesiasticos non accesserunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moluntur, qui à decessoribus in sacerdotium eliguntur, sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquirit. Quicumque ergo deinceps ad ordinem sacerdotij postulat, & in his quæ prædicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, & examinatus, probabilis

d. 51. Qui  
in aliquo  
crimine.

bilis vita atque doctrina extiterit, tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta cum omnium clericorum, vel ciuim voluntate ab vniuersis comprouincialibus episcopis, aut certè à tribus, in sacerdotem die Dominica consecrabitur, conuenienti cæteris, qui absentes sunt, literis suis, & magis autoritate, vel præsentia eius, qui est in metropoli constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecratus est, vbi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in ciuitate metropoli, & comprouincialibus ibidem conuenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta verita canonum, ad gradum sacerdotij indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

*d. 77. In veteri lege Num. 8. d.*  
19 In veteri lege ab anno vigesimo quinto leuita in tabernaculo seruire mandantur, cuius autoritatè in canonibus & sancti Patres sequuti sunt. Nos & diuina legis, & conciliorum præcepti immemores, in fantes, & pueros leuitas facimus ante legitimam ætatem, & ante experientiam vitæ. Ideoque ne vltimus fiat à nobis, & diuina legis, & canonum admoneatur sententiis. Sed viginti quinque annorum ætatis leuita consecrentur, & triginta presbyteri ordinentur, ita vt secundum præceptum apostolicum probentur primùm, & sic ministrent, nullum crimen habentes.

*I. Tim. 3. c.*  
20 Quicumque in sacerdotio Dei positi sunt, irreprehensibiles esse debent, Paulo attestante: Oportet episcopum irreprehensibilem esse. Inoffensos ergo & immaculatos decet Dei existere sacerdotes, nec vllius eos fornicationis contagio pollui, sed castè viuentes, mundos semetipsos celebrandis exhibeant sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus: vt mundi corpore, purgati mente possimus ad sacrificium Christi digni accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari.

*Rom. 12. d. Cor. 2. Corinth. 8. d.*  
21 Quamuis conscientiam puram apud Deum nos habere oporteat, tamen & apud homines famam optimam custodire conuenit, vt iuxta præceptum apostolicum, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus vitæ sanctæ testimoniū habeamus. Quidam enim hucusque sacerdotum non modicum scandalum creauerunt, dum in conuersatione vitæ non bonæ famæ existunt. Vt ergo excludatur deinceps omnis nefandæ suspicionis occasio, & ne detur vltra secularibus locus obrectandi, oportet episcopos testimonium probabiliū personarum conuersationis, & vitæ in conclauis suo habere, vt & Deo placeant per conuersationem bonam, & ecclesiæ per optimam famam.

22 Similiter placuit, vt quemadmodum antistites, ita presbyteri, atque leuita, quos fortè infirmitas, atque ætatis grauitas in conclauis suo manere non sinit vt & iidem in cellulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam sicut nomine, ita meritis teneant.

*12. q. 1. 0. mnis etas. Gene. 6. a. Prom. 13. c.*  
23 Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum. Nihil enim incertius, quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit, vt si qui in clero puberes aut adolescentes existunt, omnes in vno conclauis atrij commorentur, vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputato probatissimo seniore, quem & magistrum disciplinæ, & testem vitæ habeant. Quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela foueantur, vt & vita eorum à criminibus intacta sit, & res ab iniu-

ria improborum. Qui autem his præceptis resultrauerint, monasteriis deputentur, vt vagantes animi, & superbi feueriori regula distringantur.

*d. 38. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
24 Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus apostolus, dicens ad Timotheum: Intende lectioni, & exhortationi: doctrinæ quoque, & semper permanere in his. Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas, & canones meditentur, vt omne opus eorum in prædicatione diuina, & doctrina consistat, atque adificet cunctos, tam fidei sciētia, quam operum disciplina.

*d. 38. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
25 Quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem à suo sacerdote accipiant, vt ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant, ne ignorantiam, etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant, ita vt quando vel ad letanias, vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent, vel baptisent.

*d. 38. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
26 Quando presbyteri, aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos primum professionem episcopo suo facere, vt castè & purè viuant sub Dei timore, vt dum eos talis professio obligauerit, vitæ sanctæ disciplinam retineant.

*11. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
27 Episcopus, presbyter, aut diaconus si à gradu suo iniuste deiectus in sancta synodo innocens reperitur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu episcoporum. Si episcopus est, orarium, annulum, & baculum. Si presbyter, orarium, & planetam. Si diaconus, orarium, & albam. Si subdiaconus, paranam, & calicem. Sic & reliqui gradus ea in reparationem sui recipiant, quæ, cum ordinarentur, perceperant.

*26. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
28 Si quis episcopus, aut presbyter, siue diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum magos, aut aruspices, aut ariolos, aut certè augures, vel sortilegos, vel eos qui profitentur artem magicam, aut aliquem eorum sublimia exercentem, consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus, monasterij censuram excipiat: ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat.

29 Confinitimi hostium sacerdotes, præter eos qui à regia potestate sublimi licentiam acceperunt, quod libet mandatum ad gentem extraneam occultè accipere, vel dirigere non præsumant. Qui autem deprehenditur, aut conuincitur, denunciatus principi, apud concilium condigna animaduersione multabitur.

*11. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
30 Sæpe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt. Et quia sacerdotes à Christo ad ministeriū salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri iudices, vbi iureiurando supplicij indulgentia promittitur, non vbi discriminis sententia præparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud ecclesiam perdat proprium gradum.

31 Episcopi in protegendis populis, ac defendendis impositam à Deo sibi curam non ambigant. Ideoque dum conspiciunt iudices, ac potentes pauperum oppressores existere, & prius eos sacerdotali admonitione redarguant: & si contempserint emendari, eorum insolentiam regis auribus intiment, vt quos sacerdotalis admonitio non fleuit ad iustitiam

am, regalis potestas ab improbitate coerceat. Si quis autem episcoporum id neglexerit, concilio erit reus.

*1. Tim. 6. b.*  
32 Avaritia radix est cunctorum malorum, cuius sitis etiam sacerdotum mentes obtinet. Multi enim fidelium in honorem Christi, & martyrum in parochiis episcoporum basilicas construunt, oblationes sanctas tribuunt, sacerdotes hæc auferunt, atque in usus suos conuertunt. Inde est, quod cultores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt. Inde labentium basilicarum ruinæ non reparantur, quia avaricia sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re constitutum est à præsentis concilio, episcopos ita dioceses suas regere, vt nihil ex earum iure præsumant auferre: sed iuxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quam de decimis, tributis, ac frugibus tertiam consequantur. Quod si amplius quippiam ab eis præsumptum extiterit, per concilium restituetur, appellantibus aut ipsis conditoribus aut certè propinquis eorum, si iam illi à seculo decesserunt, nouerint ergo conditores basilicarum in rebus quas eisdem ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere, sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesia, ita dos eius ad ordinationem episcopi pertineat.

*16. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
33 Quicumque episcopus alterius episcopi diocesis, per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, quia secundum ius legis eius videtur esse diocesis, admittenda non est contra eum actio reuocandi. Sed hoc intra vnam parochiam, extra vero nullo modo, ne dum diocesis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

*16. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
34 Sicut diocesis alienam tricenalis possessio tollit, ita territorij conuentum non adimit. Ideoque basilicæ quæ nouæ conditæ fuerint, ad eum proculdubio episcopum pertinebunt, cuius conuentus esse constitit.

*16. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
35 Episcopum per cunctas dioceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet, vt exquirat, quouaque basilica in reparationem sui indigeat. Quod si ipse aut langore detentus, aut aliis occupationibus implicatus, id explere nequiverit, presbyteros probabiles, aut diacones mittat, qui & redditus basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam inquirant.

*11. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
36 Quicumque episcopi suffragio cuiuslibet aliquid ecclesiasticæ utilitatis prouiderint, & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exoluere oportebit, ita vt id ad concilium prouinciale deferatur, vt eorum conuenticia confirmetur quia sicut Paulus ait, Dignus est operarius mercede sua.

*16. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
37 Præbendum est à sacerdotibus vitæ solatium indigentibus, & maximè his quibus restituenda uicissitudo est. Quicumque ergo fidelium de facultatibus suis ecclesiæ aliquid deuotione propria contulerint, si fortè ipsi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia suffragio vitæ pro temporis usu percipiant. Si enim clericis, seu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet necessitatem sustinentibus pro solo religionis intuitu in usum res ecclesiasticæ largiuntur, quanto magis consulendum est, quibus retributio iusta debetur?

*16. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d.*  
38 Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, vt sese presbyteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo vt sublimiores sibi

presbyteros agnoscant, tam hi quam illi in vtroque choro consistant.

*d. 25. r. n. orarium.*  
39 Si oraria duo nec episcopo induere quidem licet, nec presbytero, vti que multo minus diacono, qui minister eorum est. Vnum ergo orarium, oportet leuita gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est prædicat. Dexteram autem oportet habere liberam, vt expeditius ad ministerium sacerdotalis discurrat. Caueant ergo amodo leuita gemino vti orario, sed vno tantum, & puro, nec vllis coloribus aut auro ornato.

40 Omnes clerici, vel lectores, sicut leuita, & sacerdotes detonso superius capite toto, inferius solum circuli coronam relinquunt. Non sicut hucusque in Gallitiæ partibus facere lectores videntur, cuiusmodi ut laici comis in solo capitis apice modicum circumdant. Ritus enim iste in Hispaniis hucusque hæreticorum fuit. Vnde oportet, vt pro amputando ab ecclesiis scandalo hoc signum dedecoris auferatur, & sit vna tonsura, vel habitus sicut totius Hispaniæ est usus. Qui autem hoc non custodierit, fidei catholicæ reus erit.

41 Cum clericis extraneæ scemina nullatenus habitent, nisi tantum mater, & soror, filia, amita, in quibus personis nihil sceleris æstimari naturæ scædus permittit. Id enim & constitutio antiquorum Patrum decreuit.

*d. 81. Qui dam cleri.*  
42 Quidam clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum, vel ancillarum suarum interdicta sibi confortia appetunt. Ideoque coniunctæ taliter cum clericis sunt, ab episcopo auferantur, & veniuntur, illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos sua libidine infecerunt.

43 Clerici qui sine consultu episcopi sui uxores duxerint, aut viduam, aut repudiatam, vel meretricem in coniugium acceperint, separari eos à proprio episcopo oportebit.

*23. q. 8. Clerici.*  
44 Clerici qui in quacunque seditione arma volentes sumpserint, aut sumpserunt, reperti amissio ordinis sui gradu, in monasterium contradantur pœnitentiæ.

45 Si quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legis publicis sanguine vindicatur, oportet canonicis in tali scelere proditum à clericatus ordine submoueri, & pœnitentiæ triennio deputari.

46 Præcipiente domino nostro, atque excellentissimo Sisenando rege, id constituit sanctum concilium, vt omnes ingenui clerici pro officio religionis, ab omni publica indictione atque labore habeantur immunes, vt liberi Deo seruiant, nullaque præpediti necessitate ab ecclesiasticis officiis retrahantur.

*Chalced. con. ca. 26.*  
47 Eos quos æconomos Græci vocant, hoc est, qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant, si sancta synodus Chalcedonensis instituit, omnes episcopos de proprio clero, ad regendas ecclesiastice habere oportet: qui autem deinceps contempserit, obnoxius eiusdem magni concilij erit.

*20. q. 1. Monachii.*  
48 Monachum aut paterna deuotio, aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit, alligatum, tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad seculum interdicimus regressus.

*19. q. 1. Clerici qui*  
49 Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eius ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus

am, regalis potestas ab improbitate coerceat. Si quis autem episcoporum id neglexerit, concilio erit reus. 1. Tim. 6. b. 32 Avaritia radix est cunctorum malorum, cuius sitis etiam sacerdotum mentes obtinet. Multi enim fidelium in honorem Christi, & martyrum in parochiis episcoporum basilicas construunt, oblationes sanctas tribuunt, sacerdotes hæc auferunt, atque in usus suos conuertunt. Inde est, quod cultores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt. Inde labentium basilicarum ruinæ non reparantur, quia avaricia sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re constitutum est à præsentis concilio, episcopos ita dioceses suas regere, vt nihil ex earum iure præsumant auferre: sed iuxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quam de decimis, tributis, ac frugibus tertiam consequantur. Quod si amplius quippiam ab eis præsumptum extiterit, per concilium restituetur, appellantibus aut ipsis conditoribus aut certè propinquis eorum, si iam illi à seculo decesserunt, nouerint ergo conditores basilicarum in rebus quas eisdem ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere, sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesia, ita dos eius ad ordinationem episcopi pertineat. 16. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d. 33 Quicumque episcopus alterius episcopi diocesis, per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, quia secundum ius legis eius videtur esse diocesis, admittenda non est contra eum actio reuocandi. Sed hoc intra vnam parochiam, extra vero nullo modo, ne dum diocesis defenditur, prouinciarum termini confundantur. 16. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d. 34 Sicut diocesis alienam tricenalis possessio tollit, ita territorij conuentum non adimit. Ideoque basilicæ quæ nouæ conditæ fuerint, ad eum proculdubio episcopum pertinebunt, cuius conuentus esse constitit. 16. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d. 35 Episcopum per cunctas dioceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet, vt exquirat, quouaque basilica in reparationem sui indigeat. Quod si ipse aut langore detentus, aut aliis occupationibus implicatus, id explere nequiverit, presbyteros probabiles, aut diacones mittat, qui & redditus basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam inquirant. 11. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d. 36 Quicumque episcopi suffragio cuiuslibet aliquid ecclesiasticæ utilitatis prouiderint, & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exoluere oportebit, ita vt id ad concilium prouinciale deferatur, vt eorum conuenticia confirmetur quia sicut Paulus ait, Dignus est operarius mercede sua. 16. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d. 37 Præbendum est à sacerdotibus vitæ solatium indigentibus, & maximè his quibus restituenda uicissitudo est. Quicumque ergo fidelium de facultatibus suis ecclesiæ aliquid deuotione propria contulerint, si fortè ipsi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia suffragio vitæ pro temporis usu percipiant. Si enim clericis, seu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet necessitatem sustinentibus pro solo religionis intuitu in usum res ecclesiasticæ largiuntur, quanto magis consulendum est, quibus retributio iusta debetur? 16. q. 1. r. c. 1. Tim. 4. d. 38 Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, vt sese presbyteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo vt sublimiores sibi presbyteros agnoscant, tam hi quam illi in vtroque choro consistant. d. 25. r. n. orarium. 39 Si oraria duo nec episcopo induere quidem licet, nec presbytero, vti que multo minus diacono, qui minister eorum est. Vnum ergo orarium, oportet leuita gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est prædicat. Dexteram autem oportet habere liberam, vt expeditius ad ministerium sacerdotalis discurrat. Caueant ergo amodo leuita gemino vti orario, sed vno tantum, & puro, nec vllis coloribus aut auro ornato. 40 Omnes clerici, vel lectores, sicut leuita, & sacerdotes detonso superius capite toto, inferius solum circuli coronam relinquunt. Non sicut hucusque in Gallitiæ partibus facere lectores videntur, cuiusmodi ut laici comis in solo capitis apice modicum circumdant. Ritus enim iste in Hispaniis hucusque hæreticorum fuit. Vnde oportet, vt pro amputando ab ecclesiis scandalo hoc signum dedecoris auferatur, & sit vna tonsura, vel habitus sicut totius Hispaniæ est usus. Qui autem hoc non custodierit, fidei catholicæ reus erit. 41 Cum clericis extraneæ scemina nullatenus habitent, nisi tantum mater, & soror, filia, amita, in quibus personis nihil sceleris æstimari naturæ scædus permittit. Id enim & constitutio antiquorum Patrum decreuit. d. 81. Qui dam cleri. 42 Quidam clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum, vel ancillarum suarum interdicta sibi confortia appetunt. Ideoque coniunctæ taliter cum clericis sunt, ab episcopo auferantur, & veniuntur, illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos sua libidine infecerunt. 43 Clerici qui sine consultu episcopi sui uxores duxerint, aut viduam, aut repudiatam, vel meretricem in coniugium acceperint, separari eos à proprio episcopo oportebit. 23. q. 8. Clerici. 44 Clerici qui in quacunque seditione arma volentes sumpserint, aut sumpserunt, reperti amissio ordinis sui gradu, in monasterium contradantur pœnitentiæ. 45 Si quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legis publicis sanguine vindicatur, oportet canonicis in tali scelere proditum à clericatus ordine submoueri, & pœnitentiæ triennio deputari. 46 Præcipiente domino nostro, atque excellentissimo Sisenando rege, id constituit sanctum concilium, vt omnes ingenui clerici pro officio religionis, ab omni publica indictione atque labore habeantur immunes, vt liberi Deo seruiant, nullaque præpediti necessitate ab ecclesiasticis officiis retrahantur. Chalced. con. ca. 26. 47 Eos quos æconomos Græci vocant, hoc est, qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant, si sancta synodus Chalcedonensis instituit, omnes episcopos de proprio clero, ad regendas ecclesiastice habere oportet: qui autem deinceps contempserit, obnoxius eiusdem magni concilij erit. 20. q. 1. Monachii. 48 Monachum aut paterna deuotio, aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit, alligatum, tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad seculum interdicimus regressus. 19. q. 1. Clerici qui 49 Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eius ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus



sus, nec interdicti propositum eorum qui ad contem-  
platis desiderium transire nituntur.  
50 Nunciatum est presentis concilio, quod mona-  
chi episcopali imperio seruili operi mancipentur, &  
iura monasteriorum contra instituta canonum illi-  
cita presumptione usurpentur, ita ut pœne ex cœno-  
bio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad i-  
gnomiam, seruitutemque perueniat. Quapropter  
monemus eos qui ecclesiis præsunt, ut ultra talia nō  
præsument. Sed hoc tantum sibi in monasterio ven-  
dicent sacerdotes, quos præcipiunt canones, id est,  
monachos ad conuersationem sanctam præmone-  
re, abbates, aliaque officia instituire, atque extra re-  
gulam facta corrigere. Quod si aliquid in mona-  
chos canonibus interdictum præsumpserint, aut u-  
surpare quippiam de monasterij rebus tentauerint,  
non deerit ab illis sententia excommunicationis,  
qui se deinceps nequaquam sustulerint ab illicitis.  
51 Nonnulli monachorum egredientes à mona-  
sterio, non solum ad seculum reuertuntur, sed etiam  
& uxores accipiunt. Igitur reuocati in eodem mo-  
nasterio à quo exierant, pœnitentiæ deputentur: ibi  
que defleant crimina sua, unde decesserunt.  
52 Religiosi propriæ regionis qui nec inter cleri-  
cos nec inter monachos habentur, siue hi qui per di-  
uersa loca vagi feruntur, ab episcopis in quorum  
conuentu commorari noscuntur, licentia eorū coer-  
ceatur, ut aut in clero, aut in monasterio deputer-  
tur, præter eos qui ab episcopo suo, aut propter etat-  
em, aut propter languorem fuerint absoluti.  
53 Hi qui in discrimine constituti pœnitentiam ac-  
cipiunt, nulla manifesta scelera confitentes, sed tan-  
tum se peccatores esse prædicantes, huiusmodi si re-  
ualuerint, possunt etiam per morum probitatem ad  
gradus ecclesiasticos peruenire. Qui uero ita pœni-  
tentiam accipiunt, ut aliquod mortale peccatum se  
perpetrasse publicè fateantur, ad clerum, vel hono-  
res ecclesiasticos peruenire nullatenus poterunt,  
quia se confessione propria notauerunt.  
54 Quicumque ex secularibus accipientes pœni-  
tentiam totonderunt se, & rursus præuaricantes lai-  
ci effecti sunt, comprehensi ab episcopo suo, ad pœni-  
tentiam, ex qua recesserunt, renouentur. Quod si  
aliqui per pœnitentiam irreuocabiles sunt, nec ad-  
moniti reuertuntur, ut uerè apostatæ coram eccle-  
sia anathematis sententia condemnentur. Non aliter  
& hi qui à parentibus detonsi fuerunt, aut sponte  
sua amissis parentibus seiplos religioni deuouerunt  
& postea habitum secularem sumpserunt, ut iidem  
à sacerdote comprehensi ad cultum religionis acta  
prius pœnitentia, reuocentur. Quod si conuerti nō  
possunt, uelut apostatæ anathematis sententiæ subii-  
ciantur. Quæ forma seruabitur etiam in uiduis, vir-  
ginibusque sacris, ac pœnitentibus sceminis, quæ san-  
ctimoniale habitum induerunt, & postea aut ue-  
stem mutauerunt, aut ad nuptias transierunt.  
55 Duo sunt genera uiduarum, seculares & sancti-  
moniales. Seculares uiduæ sunt, quæ adhuc dispo-  
nentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt  
Sanctimoniales sunt, quæ iam mutato habitu secu-  
lari, sub religioso cultu in conspectu sacerdotis, &  
ecclesiæ apparuerunt. Hæ si ad nuptias transierint  
iuxta Apostolum, non sine damnatione erunt, quia  
se primum Deo uouentes, postea castitatis proposi-  
tum abiecerunt.  
56 De Iudæis autem præcepit sancta synodus, ne-

mini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim  
uult Deus miseretur, & quem uult indurat. Non e-  
nim tales inuiti saluandi sunt, sed uolentes, ut in-  
tra sit forma iustitiæ. Sicut enim homo propria ar-  
bitrij uoluntate serpenti obediens perit: sic uocante  
se gratia Dei propriæ mentis conuersione homo  
quisque credendo soluatur. Ergo non uis, sed libera  
arbitrij uoluntate ut conuertantur suadendi sunt,  
non potius impellendi. Qui autem iam pridem ad  
Christianitatem venire coacti sunt, sicut factum est  
temporibus religiosissimi principis Sisenandi, quia  
iam constat, eos sacramentis diuinis sociatos, & bap-  
tismi gratiam suscepisse, & chrismate unctos esse, &  
corporis Domini & sanguinis extitisse participes,  
oportet ut fidem etiam, quam uis uel necessitate sus-  
ceperunt, tenere cogantur, ne nomen domini blas-  
phemetur, & fides quam susceperunt uilis ac contem-  
ptibilis habeatur.  
57 Tanta est quorundam cupiditas, ut quidam  
eam appetentes iuxta quod ait Apostolus, etiam à fi-  
de errauerunt. Multi quippe hucusque ex sacerdo-  
tibus atque laicis accipientes à Iudæis munera, per-  
fidiam eorum suo patrocínio fouent, qui non imme-  
ritò ex corpore Antichristi esse noscuntur, quia con-  
tra Christum faciunt. Quicumque ergo deinceps e-  
piscopus, siue clericus, siue secularis illis contra fi-  
dem Christianam suffragium, uel munere, uel fauore  
præstiterit, uerè ut profanus & sacrilegus anathe-  
ma affectus, ab ecclesia catholica, & regno Dei ha-  
beatur extraneus. Quia dignus est, ut à corpore  
Christi separetur, qui inimicis Christi patronus ef-  
ficatur.  
58 Plerique qui ex Iudæis dudum ad Christianam  
fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Chri-  
stum, non solum Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur,  
sed etiam abominandas circuncisiones exerce-  
re præsumperunt. De quibus consulto piissimi ac  
religiosissimi domini nostri Sisenandi regis, hoc lã-  
ctum decreuit concilium, ut huiusmodi transgresso-  
res, pontificali autoritate correcti, ad cultum Chri-  
stiani dogmatis reuocentur: ut quos uoluntas pro-  
pria non emendat, animaduersio sacerdotalis coer-  
ceat. Eos autem quos circunciderunt si filij eorum  
sunt, à parentum consortio separentur: si serui, pro  
iniuria corporis sui libertati tradantur.  
59 Iudæorum filios uel filias baptisatos, ne paren-  
tum ultra inuoluantur erroribus, ab eorum consor-  
tio separari decernimus, deputandos aut monasteri-  
is, aut Christianis uiris, aut mulieribus Deum timen-  
tibus, ut sub eorum conuersatione cultum fidei dis-  
cant, atque in melius instituti tam in moribus, quàm  
in fide proficiant.  
60 Iudæi baptisati, si postea præuaricantes in Chri-  
stum qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eor-  
um fideles filios excludi non oportebit, quia scri-  
ptum est: Filius non portabit patris iniquitatem.  
61 Sæpe malorum consortia etiam bonos eorum  
punit, quanto magis eos qui ad uitia proni sunt? Nul-  
la ergo communio ultra sit Hebræis, ad fidem Chri-  
stianam translati, cum his qui adhuc in ueteri ritu  
consistunt, ne fortè eorum participio subuertantur.  
Quicumque ergo amodo ex his qui baptisati sunt, in  
fidelium consortia non uitaerint, & hi Christianis  
donentur, & illi publicis cædibus deputerentur.  
62 Iudæi qui Christianas mulieres in coniugio ha-  
bent, admoneantur ab episcopo ciuitatis ipsius, ut si

18. q. 2. hoc  
canon sibi.

1. Tim. 5. b

cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur.  
Quod si admoniti noluerint, separentur: quia non  
potest infidelis in eius permanere coniunctione, quæ  
iam in Christianam translata est fidem, filij autem  
qui ex talibus nati existunt, fidem atque conditio-  
nem matris sequantur. Similiter & hi qui procreati  
sunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus uiris,  
Christianam religionem sequantur, non Iudaicam  
superstitionem.  
63 Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo  
extiterit infidelis. Iudæi ergo, qui dudum Christiani  
effecti sunt, & nunc Christi fidem præuaricati sunt,  
ad testimonium dicendū admitti non debent, quam-  
uis esse se Christianos annuncient, quia sicut in fide  
Christi suspecti sunt, ira in testimonio humano du-  
bij habentur. Infirmari ergo oportet eorum testi-  
monium, qui in fide falsi docentur. Nec eis est cre-  
dendum, qui ueritatis à se fidem abiecerunt.  
64 Præcipiente domino atque excellentissimo Si-  
senando rege, constituit id sanctum concilium, ut Iu-  
dæi, aut hi qui ex Iudæis sunt, officia publica nullate-  
nus appetant, quia sub hac occasione Christianis in-  
iuriam faciunt. Ideoque iudices prouinciarum cum  
sacerdotibus eorum subreptiones fraudulenter reli-  
ctas suspendant, & officia publica eos agere non per-  
mittant. Si quis autem iudicium hoc permiserit, uel  
ut in sacrilegum excommunicatio proferatur: & is  
qui subrepsit, publicis cædibus deputeretur.  
65 Ex decreto gloriosissimi principis hoc sanctū  
elegit concilium, ut Iudæis non Christianis seruos,  
nec Christiana mancipia emere, nec cuiusquam cō-  
sequi largitatem. Nefas enim est, ut membra Chri-  
sti seruiant Antichristi ministris. Quod si deinceps  
seruos Christianos, uel ancillas Iudæi habere præ-  
sumperint, sublatis ab eorum dominatu, libertatem  
à principe consequantur.  
66 Et si illi qui nulla ex rebus suis pauperib⁹ Chri-  
sti distribuunt, æterni iudicis uoce in futuro condē-  
nabuntur, quanto magis hi qui auferunt pauperibus  
quæ non dederunt? Quapropter episcopi, qui nihil  
ex proprio suo ecclesiæ Christi compensauerunt,  
hanc diuinam sententiam metuunt, & libertos ex fa-  
miliis ecclesiæ ad condemnationem suam facere  
non præsumant. Impium est enim, ut qui res suas ec-  
clesiæ Christi non contulerit, damnum inferat, &  
ius ecclesiæ alienare contendat. Tales ergo libertos  
successor episcopus absq; aliqua oppositione ad ius  
ecclesiæ reuocabit, quia eos non æquitas, sed impro-  
bitas absoluit.  
67 Episcopus qui mancipium iuris ecclesiæ, non  
retento ecclesiastico patrocínio, manumitti desi-  
derat, duo meriti eiusdem, & peculij coram concilio  
ecclesiæ, cui præminet, per commutationem subscri-  
bitibus sacerdotibus offerat, ut rata & iusta inueni-  
atur diffinitio commutantis. Tunc enim liberam  
manumissionem sine patrocínio ecclesiæ cōcedere  
poterit: quia eum quem libertati tradere disponitur,  
iam iuri proprio acquisiuit. Huiusmodi autem liber-  
to aduersus ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi,  
uel testificandi denegetur licentia. Quod si præsum-  
pserit, placet ut stante commutatione in seruitutem  
propriam reuocetur, cui nocere conatur.  
68 Consensus totius concilij definiunt, ut sacer-  
dotes qui aut res suas ecclesiæ relinquunt, aut nihil  
habentes aliqua tamen prædia, aut familias ecclesi-  
is suis conquirunt, licebit illis aliquos de familiis eius-

2. q. 7. non  
post.

12. q. 4. Co  
stunt san-  
ctum.

12. q. 2. Et  
si illi qui.

12. q. 2. E.  
piscopi qui.

1. q. 4. b.  
de baptis-  
m. 2. q. 1. b.  
de malis

28. q. 1. b.  
de qui ha-  
bitis.

dem ecclesiæ manumittere, iuxta rei collatæ modū  
quem antiqui canones decreuerunt, ita ut cum pecu-  
lio, & posteritate sua ingenui sub patrocínio eccle-  
siæ maneat, utilitates inunctas sibi, iuxta quod po-  
tuerint, prosequentes.  
69 Liberti ecclesiæ (quia nunquam moritur eorū  
patrona) à patrocínio eiusdem nunquam discedant,  
nec posteritas quidem eorum, sicut priores canones  
decreuerunt. Ac ne fortè libertas eorum in futura  
prole non pateat, ipsaque posteritas naturali inge-  
nuitate obtinens, sese ab ecclesiæ patrocínio nō sub-  
trahat, necesse est ut tam hi liberti, quàm ab eis pro-  
geniti professionem episcopo suo faciant, per quam  
ex familia ecclesiæ libertos effectos se esse fateantur  
eiusque patrocínio non relinquant, sed iuxta uirtu-  
tem suam obsequium ei uel obedientiam præbeant.  
70 Liberti ecclesiæ qui à patrocínio eius discedē-  
tes, quibuslibet personis adhæserunt, si admoniti re-  
dire contempserint, manumissio eorum irrita sit,  
quia per obedientiæ contemptum ingrati actione  
tenentur.  
71 Liberti ecclesiæ qui à quibuscunque manumis-  
si sunt, & ecclesiæ patrocínio commendati existunt  
sicut, & regulæ antiquorum Patrum constituerunt,  
sacerdotali defensione, à cuiuslibet insolentia prote-  
gantur, siue in statu libertatis eorum, siue in peculio  
quod habere noscuntur.  
72 Quicumque libertatem à dominis suis ita per-  
cipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus re-  
tentent, isti si sine crimine capitali sunt, ad clericatus  
ordinem liberi suscipiantur, quia directa manumis-  
sione absoluti noscuntur. Qui uero retento obsequio  
manumissi sunt, pro eo qd adhuc patroni seruitu-  
te tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad ecclesiasti-  
cum ordinem promouendi, ne quando uoluerint eo-  
rum domini fiant ex clericis serui.  
73 De familiis ecclesiæ constituere presbyteros,  
& diacones per parochias liceat, quos tamen uitæ re-  
ctitudo, & probitas morum commendat: ea tamen  
ratione, ut antea manumissi libertatem status sui per-  
cipiant, & denuò ad ecclesiasticos honores succe-  
dant. Est enim irreligiosum, obligatos existere ser-  
uituti, qui sacri ordinis suscipiunt dignitatem. Quic-  
quid autem talibus aut per libertatem concessum,  
aut successione extiterit datum, aut à quolibet quo-  
quo modo collatum, non licebit eis quippiam inde  
in extraneas personas transmittere, sed omnia ad  
ius eius ecclesiæ, à qua manumissi sunt, post eorum  
obitum pertineant. His quoque, sicut & cæteris ec-  
clesiæ libertis accusandi, uel testificandi aduersus ec-  
clesiam aditus intercluditur: ad quod si aspirauerint  
non solum libertatis beneficio careant, sed etiam ho-  
noris gradu, quem non dignitate naturæ, sed tempo-  
ris necessitate promeruerunt.  
74 Post instituta quædam ecclesiastici ordinis, uel  
decreta, quæ ad quorundam pertinent disciplinam,  
postrema nobis cunctis sacerdotibus sententia est,  
pro robore nostrorum regum, & stabilitate gentis  
Gothorum pontificale uultum sub Deo iudice fer-  
re decretum. Multarum quippe gentiū (ut fama est)  
tanta extat perfidia animorum, ut fidem sacramen-  
to promissam regibus suis obseruare contempnant,  
& ore simulent iuramenti professionem, dum reti-  
neant mente perfidiæ impietatem. Iurant enim regi-  
bus suis, & fidem quam pollicentur præuaricantur:  
nec metuunt uolumen illud iudicij Dei, per qd indu-  
citur

12. q. 2. Lib  
berti eccle-  
siæ quia.

1. b. 1. Liberti  
ecclesiæ  
qui à pa.

d. 8. 7. Lib.  
eccle. qui à  
quibuscu.

d. 54. Qui  
cunque lib.

A patro-  
no seruitu-  
ti.

Hier. 7.  
27.

citur maledictio, multaue pœnarum comminatio super eos qui iurant in nomine Dei mendaciter. Quæ ergo spes talibus populis contra hostes laborantibus erit? Quæ fides vltra cum aliis gentibus in pace credenda? Quod fœdus non violandum? Quæ in hostibus iurata sponſio stabilis permanebit, quando nec ipsis propriis regibus iuratum fidem conseruant? Quis enim adeo furiosus est, qui caput suum manu sua propria defecerit? Illi (vt notum est) immemores salutis suæ, propria manu seipſos interimunt in semetipſos, suosque reges proprias conuertendo vires. Et cum Dominus dicat, Nolite tangere Christos meos: & Dauid, Quis (inquit) extēdet manum suam in Christum Domini, & innocēs erit: Illis nec vitare metus est periculum, nec regibus inferre exitium. Hospitibus quippe fides pacti datur, nec violatur. Quod si in bello fides vigeat, quanto magis in cæteris seruanda est? Sacrilegium quippe est, si violatur à gentibus regum suorum promissa fides: quia non solum in eos fit pacti transgressio, sed & in Deum, in cuius nomine pollicetur ipsa promissio. Inde est, quod multa regna terrarum cœlestis iracundia ita permutauit, vt pro impietate fidei, & morum alterum ab altero solueretur. Vnde & nos cauere oportet, casum huiusmodi gentium, ne similiter plaga feriamur præcipiti, & pœna puniamur crudeli. Si enim Deus angelis in se præuaricantibus non pepercit, qui per inobedientiam cœlesti habitaculum perdidit, vnde & per Esaiam dicit, Incubriatus est gladius meus in cœlo: quanto magis nos nostræ salutis interitum timere debemus, ne per infidelitatem eodem sæuiente Dei gladio pereamus? Quod si diuinam iracundiam vitare volumus, & seueritatem ad eius clementiam prouocare cupimus, seruemus erga Deum religionis cultum atque timorem, custodiamus erga principes nostros pollicitam fidem atque sponſionem. Non sit in nobis, vt in quibusdam gentibus infidelitatis subtilitas impia, non subdole mentis perfidia, non periurij nefas, & coniurationum nefanda molimina. Nullus apud nos sub præsumptione regnum arripiat, nullus excitet mutuas seditiones ciuium, nemo meditetur interitus regum: sed defuncto in pace principe, primates totius gentis cū sacerdotibus successorem regni concilio communi constituent, vt dum vnitatis concordia à nobis retinetur, nullum patrię gentisque dissidium per vim atque ambitum moliantur.

Quod si hæc admonitio mentes nostras non corrigit, & ad salutem communem cor nostrum nequaquam perducit, audi sententiam nostram. Quicumque ergo ex nobis, vel totius Hispaniæ populis, qualibet coniuratione, vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gotthorum statu, vel conseruatione regiæ salutis pollicitus est, temerauerit, aut regem necesse attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium vsurpauerit, anathema sit in conspectu Dei patris, & angelorum: atque ab ecclesia catholica, quam periurio profanauerit, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Christianorum alienus, cum omnibus impietatis suæ sociis quia oportet vt vna pœna teneat obnoxios, quos similis error inuenerit implicatos. Quod iterum secundo replicamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis, qualibet tractatu, vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro patriæ gentisque Gotthorum statu, vel conser-

uatione regiæ salutis pollicitus est, violauerit, aut regem necesse attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium vsurpauerit, anathema sit in conspectu Christi, & Apostolorum eius sit: atque ab ecclesia catholica, quam periurio profanauerit, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Christianorum alienus, & damnatus in futuro iudicio Dei habeatur cum participibus suis quia dignum est, vt qui talibus sociantur, ipsi etiam damnationis eorum participatione obnoxij teneantur. Hoc etiam tertio acclamamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis, qualibet meditatione, vel studio sacramentum fidei suæ quod pro patriæ salute, gentisque Gotthorum statu, vel incolumitate regiæ potestatis pollicitus est, violauerit, aut regem necesse attrectauerit, aut potestate regni exuerit, aut præsumptione tyrannica regni fastigium vsurpauerit, anathema sit in conspectu spiritus sancti, & martyrum Christi: atque ab ecclesia catholica, quam periurio profanauerit, extraneus efficiatur, & ab omni communione Christianorum alienus: nec partem habeat istorum, sed cum diabolo & angelis eius æternis suppliciis condemnetur, vna cum eis qui eandem coniuurationem nituntur: vt par pœna perditionis constingat, quos in perniciem praua societas copulat. Et ideo si placet omnibus, qui adestis, hoc tertio reiteratam vestræ vocis consensu firmate. Ab vniuerso clero, vel populo dictum est: Qui contra hanc nostram definitionem præsumperint, anathema maranatha, hoc est, perditio in aduentu Domini sint, & cum Iuda Scarioth partem habeant ipsi, & socij eorū. Amen. Quapropter nos ipsi, & sacerdotes omnes sanctam ecclesiam Christi ac populum admonemus, vt hæc tremenda & totiens reiterata sententia nullum ex nobis præſenti atque æterno condemnet iudicio, sed fidem promissam erga gloriosissimum Dominum nostrum Sisenandum regem custodientes, ac sincera illi deuotione famulantes, non solum diuinæ pietatis in nobis clementiæ puocem, sed etiã gratiã antefati principis percipere mereamur. Te quoque præſentem regem, ac futuros atarū sequentium principes humanitate debita deposcimus, vt moderati & mites erga subiectos existentes, cū iustitia & pietate populos à Deo vobis creditos regatis, bonamque vicissitudinem, qui vos nobis constituit, largitori Christo rependant, regnantes in humilitate cordis cum studio bonæ actionis. Nec quisquam vestrum solus in causa captiuum, aut reū sententia feriat, sed consensu publico cum rectoribus ex iudicio manifesto delinquentium culpa pateſcat, seruata à vobis in offensis mansuetudine, vt non seueritate magis in illis quàm indulgentia polleatis, vt dū omnia hæc (autore Deo) pio à vobis moderamine conseruentur, & reges in populis, & populi in regibus, & Deus in vtriusque letetur. Sanè de futuris regibus hanc sententiam promulgamus, vt si quis ex eis contra reuerentiam legum superba dominatione, & fastu regio in flagitijs, & facinore, siue cupiditate crudelissimam potestatem in populis exercuerit, anathematis sententia à Christo Domino condemnetur, & habeat à Deo separationem, atque iudiciū, propter quod præsumperit praua agere, & in perniciem regnum deduce re. De Simithilanæ verò, qui propria scelera metues seipsum regno priuauit, & potestatis falcibus exuit, id cum gentis consensu decreuimus, vt neque cum

vel

vel uxorem eius propter mala quæ commiserunt, neque filios eorum vnitati nostræ vnquam confociemus, nec eas ad honores, à quibus ob iniquitatem deiecti sunt, aliquando promoueamus. Quique etiam, sicut in fastigio regni habentur extranei, ita à possessione rerum, quas de miserorum sumptibus auxerant, maneat alieni, præter id quod pietate piissimi principi nostri fuerint consecuti. Non aliter & Geillanem memorati Simithilanæ & sanguine, & scelere fratrem, qui nec in germanitatis fide stabilis extitit, nec fidem glorioso domino nostro pollicitam conseruauit, hunc ergo cum coniuge sua, sicut & antè factum est, à societate gentis atque consortio nostro placuit separari, nec in amissis facultatibus, in quibus per iniquitatem creuerant reduces fieri, præter id quod consecuti fuerint pietate clementissimi principis, cuius gratia bonos donorum premiis ditat, & malos à beneficentia sua non separat. Gloria autem & honor omnipotenti Deo nostro, in cuius nomine congregati sumus. Post hæc pax & salus & diuturnitas piissimo & amatori Christi Domino nostro Sisenando regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferum conuocauit. Corroborat ergo Christi gratia regnum illius, gentesque Gotthorum in fide catholica annis & meritis. Protegat illum vsque ad vltimam senectutem summi Dei gratia, & post præſentis regni gloriam ad æternum regnum tranſeat, vt sine fine regnet, qui in seculo feliciter imperat, ipſo præſtante, qui est rex regū, & dominus dominorum, cum patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen. Definitis itaque his quæ superius comprehensa sunt, annuente religiosissimo placuit, deinde nulla re impediante à quolibet nostrum, ea quæ constituta sunt temerari, sed cuncta salubri consilio conseruari. Et quia profectibus ecclesiæ & animæ nostræ conueniunt, etiam propria subscriptione (vt permaneant) roboramus. Ego Isidorus in Christi nomine Spalensis ecclesiæ metropolitanus episcopus hæc constituens subscripsi. Similiter & alij episcopi subscripserunt, numero septuaginta.

CONCILIUM TOLETANUM QVIN-  
tum, circa tempora Honorij  
Papæ primi.

TITVLI CAPITVLRORVM CONCILII  
Toletani quinti.

- 1 De institutione nouarum lataniarum.
- 2 De custodia salutis regum, & defensione probris præſentium principum.
- 3 De reprobatione personarum, quæ prohibentur adipisci regnum.
- 4 De his qui sibi blandiuntur spe, rege superſtite.
- 5 De his qui principes maledicere præsumunt.
- 6 Vt regum fideles à successoribus regum rerum iure non fraudentur pro seruitutis mercede.
- 7 Quod in celebritate cunctorum conciliorum, synodus Toletana temporibus Sisenandi habita, per prolationem vocis clara, ob custodiam sui cunctis debeat innotescere.
- 8 De indulgentia principum noxijs seruata.
- 9 De fauore principum concilij acclamatione concessa.

CAPITVLA CONCILII TOLETANI  
Quinti, habiti anno primo Chintillani.



Pud urbem Toletanam diuersis ex prouincijs Hispaniæ sacerdotes domini, qui in vno pacis osculo in basilica sancta & martyris Leocadiæ confestim, gratiarum actiones omnipotenti Deo perſoluimus, propter suam misericordiam magnam, cui nutu in hanc conuenimus concordiam, & gloriosi principis nostri Chintillani regis initia, ob cuius salutis & felicitatis constantiam supernam imploramus clementiam, qui se in medio nostri cœtus ingressus cum optimatibus, & senioribus palatij sui, supplex se omnium orationibus commendauit, suosque fideles ita facere sancta exhortatione coegit, atque hanc institutionem, quam ex præcepto eius, & decreto nostro sancim, diuina inspiratione permisit: Scilicet, vt in cuncto regno à Deo sibi concessa, specialis, & propria hæc religiosa omni tempore teneatur obseruantia, vt à die Iduum Decembrium lætania triduo vbique annua successione peragatur & indulgentia delictorū lachrymis impetretur. Quod si dies dominica intercesserit in sequenti hebdomada celebreretur, vt quoniam deficiente charitate, eo vsque protelatur malitia, vt noua exerceantur facinora, noua quoque hæc ipsa surgat consuetudo, quæ possit ante omnipotentis oculos nostra esse purgatio.

Summa autem nobis vigilantia, & grandi religionis cura prouidendum est, vt mala, quæ aſs iduè prohibita perpetrantur, circumspecta disciplina ecclesiastica extirpentur. Non enim est in casum scriptum: Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Quamobrem quoniam præponderante onere delictorum, experientia penè semper, ac sæpe fieri dicimus, quod magno pere vitare debemus, quod etiam custoditur, cum hoc quod diuinis sacramentis spondimus, temeritate non violamus, ideo frequenter compeſcendum, quod crebrò inuenitur transgressum. Sed ne succedentes præcedentibus, ac deinde sequentes inuideant anterioribus, & cuncta quæ quæ pacata permaneant, hæc in Concilio communiter considerata defertur sententia, vt seruetis quæcunque in vniuersali & magna synodo prouisa conscriptaque circa principum salutem & vtilitatem sunt. Hæc quoque adiecta custodiantur, videlicet vt omni benignitate, omnique firmitate circa omnem posteritatem principis nostri Chintillani regis teneatur dilectio, & præbeatur rationale defensionis ad miniculum, ne res iuste prouise, aut etiam parentum digna prouisione procuratæ, ad iuris proprietatem pertinentes, iniuste, fraudulenter à quoquam causa illicitè exquisita, lædendi eos præbeatur, nec quocunque modo quibuslibet rebus, sprete dilectione moleſtentur. Hæc enim licentia efficit & principes in subiectis suspectos, & subiectos in bonis principum cupidos. Quocirca, ne & præmissa contemnantur, & vt cupiditas radix omnium malorum auferatur, contestamur omnes præſentes & absentes, vel etiam futuris temporibus consequentes, coram Deo & angelis eius, quod si quisquam nostræ contestationis temerator extiterit, atque contemptor & quacūque argumentatione odioſe eos moleſtare, aut in aliquo fuerit conatus lædere, sit anathema in Christianorum omnium cœtu, atque superno condemnetur iudicio: sit exprobrabilis omnibus catholicis, & abominabilis sanctis angelis, in ministerio Dei constitutis: sit in hoc seculo perditus, & in futuro condemnatus,

Prou. 19. d

1. Tim. 6. b

natus, qui tam recte prouisioni noluit præbere consensum.

3 Inexpertus & nouus morbus nouam decet inuenire medelam. Quapropter quoniam sunt incōsideratæ quorundā mentes, & se minimè capiētes, quos nec origo ornat, nec virtus decorat, qui passim putant, licenterque ad regalia maiestatis peruenire fastigia. Huius rei causa, nostra omnium cum inuocatione diuina profertur sententia, vt si quis talia meditatus fuerit, quem nec electio omnium præficit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, sit consortio catholicorum priuatus, & diuino anathemate condemnatus.

4 Ergo quia & religioni inimicum, & hominibus constat esse perniciosum, futura illicitè cogitare, & casus principum exquirere, ac sibi in posterum prouidere, cum scriptum sit. Non est vestrum nosse momenta vel tempora, quæ pater posuit in sua potestate: hoc decreto censemus, vt quisquis inuentus fuerit talia perquisisse, & uiuente principe in alium artēdisse pro futura regni spe, aut alios in se propter id attraxisse, à conuentu catholicorum, cum excommunicationis sententia expellatur.

5 Sed & hoc pro pestilentiosis hominū moribus salubri deliberatione cēsemus, ne quis in principē male dicta cōgerat. Scriptū est enim à legislatore principē populi tui ne maledixeris. Quod si quis fecerit, excommunicatione ecclesiastica plectatur. Nam si maledici regnum Dei non possidebunt, quanto magis talis ab ecclesia necessariò pellitur, qui diuinæ violator sententiæ inuenitur.

6 Similiter prouidentia pro fidelibus regum nostra datur sententia, vt qui quisquis superstes principum extiterit, iuste in rebus profligatis, aut largitate principis acquisitis, nullam debeat habere iacturam. Nam si licenter & iniuste perturbentur fidelium mentes, nemo optabit proprium ac fidele præbere obsequium, dum cuncta nutant in incertum, & in futuro discriminis formidant causam, sed salutis & rebus eorum principalis pietas debet præbere suffragia. Exemplis enim cæteri prouocantur ad fidem, cum fideles non fraudantur mercede.

7 Propter malarum mentium facilitatem & memorix obliuionem hoc sacratissima statuit synodus vt in omni Concilio episcoporum Hispaniæ vniuersalis Concilij decretum, quod propter principū nostrorum est salutem constitutum, peractis omnibus in synodo publica voce debet pronūtiari, quatenus sepe replicatum auribus, vel assiduitate iniquorum mens territa corrigatur, quæ ad præuaricandum & obliuione & facilitate perducitur.

8 In his omnibus quæ præmissimus, potestatem indulgentiæ in culpis delinquentium principi reseruamus, vt iuxta bonitatis suæ & pietatis moderamen, vbi emendationem prospexerit mentium, veniam tribuat culpæ.

9 His verò omnibus finem & robur subscriptione nostra facientes, gloriam & laudem omnipotenti domino Deo, in quantum mortaliū valitudo finit, reddimus. Post hæc gratias excellentissimo, & gloriosissimo principi nostro Chintillano regi peragimus, cuius ardor fidei, & studium bonæ intentionis, & vnanimitatis concordiam nobis tribuit & charitatis. Donet ei Dominus de inimicis triumphum, & de beatitudine gaudium: custodiat eum protectione asidua, & munit bonæ voluntatis suæ, circumspectio


ne tutissima, cuius regnum manet in secula seculorum. Ego Eugēnius Toleranæ ecclesiæ prouincie Carthaginensis metropolitanus episcopus, his omnibus decretis annuens, subscripsi. Similiter & alij episcopi subscripserunt, numero viginti.

CONCILIUM TOLETANUM SEXTUM, circa tempora Honorij Papa primi.

TITVLI CAPITVLORVVM CONCILII Toletani sexti.

- 1 De plenitudine fidei catholica.
- 2 De obseruatione letaniarum.
- 3 De custodia fidei Iudæorum,
- 4 De damnatione clericorum per pecuniā ecclesiasticos gradus assequendum.
- 5 De stipendiis clericorum, ne à iure alienentur ecclesiariū.
- 6 De viris & fæminis sacris propositum transgredientibus sacrum.
- 7 De pœnitentibus transgressoribus.
- 8 Quod quibusdam pœnitentibus pristina tradantur coniugia.
- 9 De professionibus & obedientia libertorum ecclesiæ.
- 10 De progenie libertorum ecclesiæ, ne eis vel pro nutritio eruditionis ab ecclesia liceat euagari.
- 11 Ne sine accusatore legitimo quisquam condemnetur.
- 12 De confugientibus ad hostes.
- 13 De honore primatum ecclesiæ.
- 14 De remuneratione collata fidelibus regum.
- 15 Vt res ecclesiæ à quibuslibet iniuste collata, in earum iure firma stabilitate permaneant.
- 16 De incolumitate, & adhibenda dilectione regia proli.
- 17 De his qui rege superstite, aut sibi, aut aliis assuturum prouident regnum, & de personis, quæ prohibentur ad regnum accedere.
- 18 De custodia vite principum, & defensione præcedentium regum à sequentibus adhibenda.
- 19 De gratiarum actionibus in confirmatione Concilij, Deo & principi datis.

CAPITVLA CONCILII TOLETANI Sexti.



Onuenientibus nobis Hispaniarum Gallitiæque pontificibus summis, cum orthodoxi & gloriosi Chintillani regis salutaribus hortamentis absque impedimento, in prætorio Toletano, in ecclesia sanctæ Leocadiæ martyris sedibus collatis, sub die sexta Idus Ianuarij, anno prædicti principis & triūphatoris Christi secundo, statuimus subter inserta capitula.

1 Cum primū omnipotenti Deo pro corona fratrum ita numerosæ gratiæ in nobis fuissent peractæ, nihil melius, nihilque salubrius omnium incedit animo, quàm more synodi vniuersalis post solennia pfunctæ orationis, quod mente interius ruminabamus, lingua narraremus, & quod corde credebamus ore ructaremus, superna fauente sententia, quæ ait: Eructauit cor meum verbum bonum. Et iuxta prophetam: Verbum fecit Dominus abbreviatum super terram. Quamobrem ex abundantia nostri cordis sit confessio vocis, vt fidem quam omnium mens in trinsecus gestat, in confessione interpres lingua foris effundat. Ita que credimus, & profitemur sacra-

tissimam, omnipotentissimam trinitatem, patrem, & filium, & spiritum sanctum vnum Deū solū non solitarium, vnius essentiæ, virtutis, potestatis, maiestatis, vniūque naturæ, discretam inseparabiliter personis, indiscretam essentialiter substantia deitatis, creatricem omnium creaturarum, patrem ingenitū, increatum, fontem & originem totius diuinitatis, filium à patre intemporaliter ante omnem creaturam sine initio genitum non creatum: nam nec pater vnquam sine filio, nec filius exiit sine patre, sed tamē filius Deus de patre Deo, non pater Deus de filio Deo, ille autem filius patris, & Deus de patre, per omnia coequalis patri, Deus verus de Deo vero, spiritum verò sanctum, neque genitum, neque creatum, sed de patre filioque procedentem vtriusque esse spiritum, ac per hoc substantialiter vnus sunt, qui & vnus ab vtroque procedit. In hac autem trinitate tanta est vnitas substantiæ, vt pluralitate careat, & equalitatem teneat: nec minor in singulis, quàm in omnibus: nec maior in omnibus, quàm in singulis personis manet. Ex his igitur tribus diuinitatis personis solū filium fatemur ad redemptionem humani generis, propter culpæ debitam, quæ per inobedientiam Adæ originaliter, & nostro libero arbitrio contraximus, resoluenda à secreto patris arcanoque prodiisse, & humanitatem sine peccato de sancta semper virgine Maria assumpsisse, vt idē fili⁹ Dei patris esset filius hominis, Deus pfect⁹, & homo pfect⁹ vt homo & Deus esset vnus Christus, naturis in duabus vna persona, ne quatenitas trinitati accederet, si in Christo geminata persona esset. Ergo à patre & spiritu sancto separabilis creditur persona, ab hominē autem assumpta natura, idem cum eodem hominē vnus extat persona, cum patre & spiritu sancto, natura, ac (si cut diximus) ex duabus naturis, & vna persona, vn⁹ est Dominus noster Iesus Christus, in forma diuinitatis æqualis patri, in forma serui minor patre. Hæc est enim vox eius in Psalmo: De ventre matris meæ Deus meus es tu. Natus itaq; à Deo sine matre, nat⁹ à virgine sine patre, solū verbū caro factū est, & habitauit in nobis. Et cū tota cooperata sit trinitas formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tamen filius suscepit humanitatem in singularitate personæ non in vnitate diuinæ naturæ, id est, in eo quod propriū est filij, nō quod commune est trinitati. Nam si vnā nati hominis, Dei alteram confecisset personam, tota trinitas corpus assumpsisset, quoniam constat naturam trinitatis esse, non tamen personam. Hic ergo Dominus noster Iesus Christus missus à patre, suscipiēs quod non erat, nec amittens quod erat, inuolabilis de suo, mortalis de nostro, venit in hunc mundum peccatores saluos facere, & credentes iustificare, faciensque mirabilia, traditus est propter delicta nostra, mortuus est propter expiationem nostram, resurrexit propter iustificationem nostram, huius liuore sanati, huius morte Deo patri reconciliati, huius resurrectione sumus resuscitati. Quem etiam veterum in fine expectamus seculorum cum resurrectione omnium, æquissimo suo iudicio redditurum iustis præmia, & impiis pœnas. Ecclesiam quoque catholicam credimus, sine macula & ruga, corpus eius esse, regnumque habituram cum capite suo omnipotente Christo Iesu postquam hoc corruptibile induerit incorruptionem, & mortale immortalita-

tem, vt sit Deus omnia in omnibus. Hac fide corda purificantur, hæreses extirpantur, in hac omnis ecclesia collata iam cœlesti regno deinceps in seculo præsentis gloriatur, & nō alia fide est salus, nec enim nomen aliud est sub cœlo datum hominib. in quo oporteat nos saluos fieri.

2 Religiosissimi principis nostri deuotionem, & nostrorum cōsacerdotum primo anno regni sui cōstitutionem cum magna reuerentia & veneratione suscipientes, quàm constat iam in omni regno suo annua vice celebrari, quàm placuit etiam nostra assentione firmari, proinde vniuersalis autoritate censemus Concilij, vt hi dies letaniarum, quæ in synodo præmissa sunt instituti, eodem in tempore, quo iusti sunt, excoli annuo recurso omni obseruatione habeantur celeberrimi, vt pro illis quibus nunc vsq; simul sumus implicati delictis, sit nostra expiatio ante oculos Dei omnipotentis.

3 Inflexibilis Iudæorum perfidia deflexa tandem videtur pietate & potentia superna. Hinc enim liquet, quod in spiramine summi Dei excellentissim⁹ & Christianissimus princeps ardore fidei inflammatus, cum regni sui sacerdotibus præuaricationes & superstitiones eorum eradicare elegit funditus, nec finit degere in regno suo cum, qui non est catholicus, ob cui⁹ feruorem fidei gratias omnipotenti Domino cœlorū agimus, eo quod ei tam illustrem creauerit animam, & sua repleuerit sapientia, ipse quoque donet ei & in præsentis seculo longæuam vitam, & in futuro gloriam æternam. Illud autem prouida nobis cura, & valde est decernendum vigilanti solertia ne eius fidei calor, & noster labor quandoque in posteris tepefactus liquecat. Quocirca consonam cum eo corde & ore promulgamus Deo placituram sententiam, simul etiam cum suorum optimatum illustriumque virorum consensu & deliberatione sancimus, vt quisquis succedentium temporum regni sortitus fuerit apicem, non antè conferat regnam sedem, quàm inter reliqua conditionum sacramenta pollicitus fuerit, hanc se catholicam nō permissurum eos violare fidem, sed & nullaten⁹ eorum perfidiæ fauens, vel quolibet neglectu aut cupiditate illeceus, tendentibus ad præcepta infidelitatis aditū præbeat præuaricationis, sed quod magno opere nostro est tempore conquisitum, debeat illibatum perseverare in futurum. Nam in cassum bonum agitur, si non eius prouidetur perseverantia. Ergo postquam ordine præmissa ad gubernacula accesserit regni, si ipse temerator huius extiterit promissi, sit anathema maranatha in cōspectu sempiterni Dei & pabulum efficiatur ignis æterni, similique cum eo damnatione perculis, quicumque sacerdotum, vel quilibet Christianorum eius implicati fuerint errori. Nos etenim ita præsentia decernimus, vt præterita, quæ in vniuersali synodo de Iudæis conscripta sunt, confirmemus, quoniam ea quæ necessaria pro eorum saluatione scribi potuerunt, in eadem esse cautum scimus. Quapropter quæ tunc decreta sunt valitura esse censemus.

4 Sæpe pullulantia prauitatis germina, licet sepius tamē crebris cōspiciuntur denudvigere radicibus iustitiæ acriore vigore radicit⁹ amputare sancim⁹. Proinde de quicumque Simonis imitator, simoniacæ quoque hæresis extiterit sectator, vt ecclesiasticorū ordinū

Acto. I. a  
Exo. 22. d.  
Acto.  
23. b.  
I. Cor. 6. b

Cor. 13. f  
For. in fide.  
Acto. 4. c

Sub synodo decemnica. cano. 22.



gradus non dignitate morum obtineat, sed munerum impensione conquirat, & per oblata munera capiat, quibus hunc nec rationis ordo, nec dignitas morum vlla commendat, talis inuentus sacrorum ordinum apices penitus adipisci nullo modo permittatur: sed etsi adeptus fuerit, communione priuatus, cum ordinatoribus suis propriorum bonorum amissione damnetur.

12. q. 2. 5a  
fit ut pro.

5 Saepe fit ut proprietati originis obsistat longinquitas temporis. Quapropter prouidentes decernimus, ut si quis clericorum stipendium de rebus ecclesie cuiusquam episcopi percipit largitate, sub precaria nomine debeat professionem scribere, nec retentionem diuturnam praedictum afferat ecclesiae, & quaecumque in usu perceperit, debeat utiliter laborare, ut nec res diuini iuris videantur aliqua occasione negligi, & subsidium ab ecclesia, cui deseruiunt, percipere possint clerici. Quod si quis eorum contempserit facere, ipse se stipendia suo videbitur priuare.

20. q. 3.  
Procliuus  
aut cursus

6 Procliuus cursus est ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorum. Quamobrem quisquis virorum, vel mulierum habitum semel induerit spontanea religiosum, aut si vir deditus ecclesiae choro, vel femina fuerit, aut fuerit delegata puellarum monasterio: in utroque sexu prauaricator, ad propositum inuitu reuerti cogatur, ut vir detondeatur, & puella ad monasterium regrediat. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere voluerint, sacerdotali sententia ita à Christianorum cœtu habeantur extorres, ut nec locus eis vllus sit comunione. Vidua quoque, sicut vniuersalis synodus iam statuit, professionis vel habitus sui desertrices, superiori sententia condentur

Supra, in concilio toletano. 4. ca. 53.

7 Quamuis priora nunquam siluerint de tanto facinore Concilia, ratio tamen deposcit, ut ea quae frequentius prauaricatione iterantur, frequenti sententia condemnentur. Et ideo quoniam tanta existit peruersitas hominum, ut hi quos sub religioso habitu poenitentiae professio pro venia peccatorum ad manum sacerdotis deducit, vel abduxit, iterum rediuiua malitia ad vitam pristinae sordes reuocet. Huius rei causa sancta synodus decernit, ut si qui ingenuorum virtuosus sexus sub nomine poenitentis in habitu religioso sunt conuersati, post haec autem comam nutrientes, vel vestimenta secularia sumentes, ad id quod reliquerant, redierunt: ab episcopo ciuitatis, in cuius territorio sunt conuersi, comprehensi, tursus legibus poenitentiae in monasteriis subdantur inuiti. Quod si fieri propter alicuius potestatis vigorem difficile fuerit, tunc sicut prescorum canonum statuerunt decreta, quousque ad dimissum ordinem reuertantur, excommunicati, & anathemate condemnati habeantur. Similiter & hi, qui post excommunicationem, vel interdictum cum ipsis communicauerint. Sacerdos autem ad quem pertinere noscuntur, si eos quolibet munere, vel fauore, aut negligentia admonere noluerit, ut aut reuertentes suscipiat, aut contemnentes de ecclesia reiiciat, simili sententia plectatur, quousque emendationis eorum, vel damnationis ab eo sententia promulgetur.

33. q. 2.  
Antiqui  
et sancti.  
In epistola  
ad Rusticum  
cum nar-

8 Antiqui & sanctissimi est patris sententia papae Leonis, ut is qui in aetate adolescentiae positus, dum mortis formidat casum, peruenerit ad poenitentiae medium, si coniugatus & forte fuerit incontinens, ne postea adulterij incurrat lapsum, redeat ad pristinum coniugium, quousque possit adipisci temporis

maturitate continentiae statum. Quod nos sicut de bonis viris, ita de feminis aequo modo censemus, non quidem hoc generaliter, & canonicè praecipuum, sed constat à nobis pro humana fragilitate indulgentiam: ea duntaxat ratione, ut si is qui poenitentiae non est legibus deditus, antè ab hac vita decesserit, quam ex consensu alter ad continentiam eat, vnde fuerit regressus, superstiti non liceat denuo ad uxoris transire amplexus. Si autem illius vita extiterit superstes, qui non accepit benedictionem poenitentis, nubat, si se continere non potest, & alterius consortio fruatur uxoris. Quod de utroque sexu pari modo à nobis, manifestum est decretum esse, ita videlicet, ut in his omnibus sacerdotis ordinatio expectetur, ut iuxta quod aetatem aptam prospexerit poenitentiae, absolutionis vel districtiois tribuat legem.

9 Longinquitate saepe fit temporis, ut non pateat conditio originis. Vnde iam decretum est in anteriori vniuersali Concilij canone, ut professionem suam liberti ecclesiae debeant facere, qui profiteantur se & de familiis ecclesiae, & ecclesiae obsequium nunquam relicturos. Vnde his quoque nos adiciimus, ut quoties cursum vitae sacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit, mox cum successor eius aduenierit, omnes liberti ecclesiae, vel ab eis progeniti, chartulas suas in conspectu omnium debeant, ipsi qui substituitur, pontifici publicare, & professiones suas in conspectu ecclesiae renouare, quatenus status sui vigorem & illi obtineant, & obedientiam eorum ecclesiae non careat. Si autem aut scripturas libertatis suae intra annum ordinationis noui sui pontificis manifestare contempserint, aut professiones renouare noluerint, vacuae & inanes chartulae ipsae remaneant, & illi origini suae redditi, sint perpetuo serui.

10 Etenim decet, ut si quorum parentes titulum libertatis de familiis ecclesiae perceperunt, intra ecclesiam, cui obsequium debent, causa eruditionis enutrientur. Contemptus quippe est patronorum, si ipsi neglectis, aliis, ad educandum detur progenies manumissorum. Itaque censemus, ut sine status sui praedictio, ab episcopo habeatur in doctrinae obsequio, quatenus & illi debitum reddant famulatum, & nullum patiantur suae ingenuitatis detrimentum. Eos vero qui aliter quam sententia nostra decreuerint, agere tentauerint, inuitos iubemus ab episcopis ad hoc ipsum reduci. Quod si forte parentes eorum eos pontificibus suis dare contempserint, & alios si bi patronos adoptauerint, ingratorum feriantur lege libertorum.

11 Dignum est, ut vita innocentis nulla maculetur pernicie accusatoris. Ideo quisquis à quolibet criminatur, non antè accusatus supplicio detur, quam accusator praesentetur, atque legum & canonum sententia exquiratur. Quod si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur nisi ubi pro capite regiae maiestatis causa versatur.

12 Prauarum audacia mentium saepe aut malitia cogitationum, aut causa culparum refugium appetit hostium. Vnde quisquis patrator culparum extiterit talium, virtutem petens defendere aduersariorum, & patriae vel genti suae detrimenta intulerit rerum in potestatem regis, ac gentis suae reductus, excommunicatus, & retrusus, longinquioris poenitentiae legibus subdatur. Quod si ipse mali sui prius reminiscens, ad ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum, &

& reuerentia loci in eos pietas referretur comitante iustitia.

13 Qui primatu dignitatis, atque reuerentiae, vel gratiae ob meritum in palatio honorabiles habentur his à iunioribus modestus honor per omnia defertur. Qui etià minores à senioribus & dilectionis amplectantur affectu, & utilitatis imbuantur exemplo.

14 Praemio fraudare fideles non solum inhumanum, sed etiam existit iniustum. Ideoque cum fidei meritum tam in rebus diuinis, quam in humanis habeatur ingratum, dignum videtur, ut sacerdotali sententia consulamus fidelibus regis. Proinde ut antimo serenissimi principis nostri decreuit Concilium sanctum, omnes fideles qui obsequio & synce ro seruitio voluntatibus vel iussis paruierint principis, totaque intentione salutis eius custodiam habuerint, à regni successoribus, nec à dignitate, nec à rebus pristinis causa repellantur iniusta: sed nunc ita pro vniuersisque utilitate principis moderentur discretione, sicut eos perspexerit necessarios esse patriae. Et sic illis impertiatur benignitas, ut in ceteris magnae monstratur gratiae potestas, quatenus ita omnia in rebus iuste conquisitis lucentur, ut posteris relinquantur, vel quibus voluntas eorum decreuerit, conferendi spontaneo fruatur arbitrio. Ceterum si infidelis quisquam in capite regio, aut inutilis in rebus commissis praesente domino nostro piissimo Chintillano rege extiterit, in clementia eius maneat potestatis ac nutu constitutenda huiusmodi moderatio. Nefas est enim in dubium deducere eius potestatem, cui omnium gubernatio superno constat delegata iudicio. Quod si post eius discessum quispiam repperit fuerit, eius vitae fuisse infidelis, quicquid largitatem ipsius in rebus habuit conquisitis, careat, confiscatum & fidelibus largiendum.

Ca. 6. com.  
Tol. 5.

15 Quia his qui principibus dignè deseruiunt, atque deferentibus fidele illis obsequium, constat nos optimum ministrasse suffragium, dum iuste à principibus acquisita, in eorum iure persistere sancimus in diuulsa, aequum est maxime, ut rebus ecclesiarum Dei adhibeatur à nobis prouidentia oportuna, adeo ut quaecumque res ecclesiis Dei à principibus iuste concessae sunt, vel fuerint, vel cuiuscumque alterius personae quolibet titulo, illis non iniuste collatae sunt, vel extiterint: ita in earum iure persistere firma stabilitate iubemus, ut euelli quoquo casu vel tempore nullatenus possint. Opportunum est enim, ut sicut fidelia hominum seruitia non existere: censumvis ingratia, ita ecclesiis collata, quae propriae sunt pauperum alimenta, earum in iure pro mercede offerentium maneant inconuulsa.

Ca. 4. com.  
Tol. 5.

16 Sicut insolentia malorum regum, odiosa & execrabilis semper existit subiectis, ita bonorum prouida utilitas amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat, aut quis Christianus toleranter videat regiam solem, aut posteritatem expoliari rebus, aut priuari dignitatibus? Quod ne fiat, generalis haec praematur de principis filiis sententia, & de praesentis excellentissimi Chintillani regis posteritate dentur aperta decreta à nobis, ut ea quae synodus praeterito anno in hac ecclesia habita constituit, circa omnem posteritatem eius vniuersitas regni sui conseruet, hoc est, ut prebeatur filiis eius dilectio benigna & firma, & tribuantur, vbi loci oportunitas exhibuerit, defensionis adminicula iusta, ne de rebus iuste profligatis, aut parentum

dignitate procuratis, vel largitate principum, vel alicuius impensis, aut etiam proprietate debitis fraudentur quibuslibet insidiis calliditatis, neque à quoquam laedendi eos praebantur argumenta machinationis quia dignum est, ut cuius regimine habemus securitatem eius posteritati decreto Concilij impertiam quietem. Denique tanta erga nos nostri principis extant beneficia, ut longum sit ligillatim ea promere lingua. Ipse enim autore Deo nobis pacem, ipse quasi captiuam reduxit charitatem, ipse ope quieti, ipse sumus largitione ditati, ipse medicamine bonitatis suae & reis pepercit, & reos sublimauit. Cui si dignis voluerimus respondere beneficiis, non tantis extamus copiis virtutis, quibus tanta voto sufficiamus voluntatis.

Ca. 4. com.  
Tol. 5.

17 Quoniam in Concilio anteriori, quo anno primo gloriosi principis nostri habitum est, de huiusmodi re fuerit promulgata sententia, tamen placet iterare quod conuenit custodiri. Itaque regis vita constante, nullus sibi aliquo opere vel deliberatione, seu cuiuscumque dignitatis laicus, seu gradus episcopi, aut presbyteri, aut diaconi consecratus, ceterisque clericatus officiis deditus, futurum regem prouideat contra viuentis regis utilitatem, & proculdubio voluntatem nullo blandimento vel suasionem pro eadem spe aut alios in se trahat, aut in ipse alium acquiescat. Iniquum enim & valde execrabile Christianis debet haberi, futuri temporis illicitis prospicere, & vitam suam ignaros ventura disponere. Quod si quisquam iam talia iniqua deliberatione cum quocumque est meditatus, hoc sibi nouerit esse sacerdotali moderatione concessum, si venerabiliter poscit, ut hoc sine mora praesentis principis auribus studeat publicare. Si autem retineat, & deliberationis suae machinamenta noluerit dicere, pessimo plectatur anathemate. Rege vero defuncto nullus tyrannica praesumptione regnum assumat, nullus sub religionis habitu detonsus, aut turpiter decalatus, aut seruilem originem trahens, vel extraneae gentis homo, nisi genere & moribus dignus, promoueatur ad apicem regni. Temerario autem huius praecipionis sanctissimae perpetuo anathemate damnetur.

Ca. 3. com.  
Tol. 5.

18 Iam quidem in antecedenti vniuersali synodo salutis nostrorum principum constat esse consultum sed liber iterare bene sancita, & digna autoritate munire salubriter ordinata. Ideoque testamur coram Deo, & omni ordine angelorum, coram prophetarum, atque apostolorum, vel omni martyrum choro, coram omni ecclesia catholica, & Christianorum cœtu, ut nemo intendat in interitum regis, nemo vitam principis atrectet, nemo regni cum gubernaculis priuet, nemo tyrannica praesumptione apicem regni sibi vsurpet, nemo quolibet machinamento in eius aduersitate sibi coniuuratorum manum associet. Quod si quicquam horum quisquam nostrorum temerare praesumpserit, anathemate diuino percussus, absque vlllo remedij loco habeatur condemnatus aeterno iudicio. Is autem qui eius sedem fuerit assequutus, si vult tanto expiari piaculo, quasi proprii patris eius vliscatur interitum, in cuius defensionis auxilium vniuersi regni Gothorum consentiat fortitudo. Si autem desidia causa, & minori zelo tam funestum noluerint vindicare scelus, sint omnes ex nostra sententia opprobrium ceteris gentibus.

19 His omnibus ritè dispositis, & diurna collatione deliberatis, benedictionem, gloriam, & honorem inuisibili omnium auctori repèdimus luminum patri, & in his conseruandis eius imploramus opem suffragij, vt constitutionibus nostris robur tribuat, seu virtutem fragilitatemque humanam huic dispositioni reddat efficacem & salubrem, vt non iudicet prauaricatricem. Nos ergo omnia suprascripta omni auctoritate priscorum canonum subscriptione nostra firmamus, & gratias agimus Christianissimo & gloriosissimo Chintillano principi nostro, cuius studio aduocati, & instantia collecti sumus, cuius voluntas probata, ordinatio extitit religiosa. Donet ei Dominus optimo principi diurnum in seculo præsenti triumphum, & in parte iustorum perpetuum regnum, fœlicibusque annis fœlix ipse in longa fœlicitate fruatur, & diuinæ dexteræ protectione vbi que muniatur. Ego Silua, etsi indignus ecclesiæ episcopus Narbonensis his constitutionibus à nobis æditis subscripsi. Similiter & alij episcopi subscripserunt numero quinquaginta duo, subscripserunt vicem agentes aliorum episcoporum.

† Ego Euenus ecclesiæ tolerans episcopus subscripsi.

**SECONCILIVM BRACARENSE PRIMUM,** circa tempora Honorij Papa primi, & anno tertio Ariamiri regis. calendis Maij.

Bracarum oppidum Augusta conuentus vnus è septem ceterioris Hispaniæ vulgo Braga dicta. Plinius li. 3. cap. 3. Antonius eiusdem meminit. Volaterranus tamè Bracharam seu Bracaram Metropolitim Portugallia constituit cuius archiepiscopus Metropolitanus seu primas Regni Lusitania appellatur.



Nno tertio Ariamiri regis, calendis Maij, cum Gallitiæ prouinciæ episcopi Lucretius, Andreas, Martinus, Cotus, Hildericus, Lucentius, Timotheus, Maliosus, ex præcepto præfati gloriosissimi Ariamiri regis in metropolitana eiusdem prouinciæ Bracarensi ecclesia conuenissent, confidentibus simul episcopis, præsentibus quoque presbyteris, assistantibusque ministris, vel vniuerso clero, Lucretius memoratæ metropolitanæ ecclesiæ episcopus dixit: Diu est, sanctissimi fratres, quod secundum instituta venerabilium canonum, & decreta catholicæ & apostolicæ disciplinæ desiderabamus, sacerdotalem inter nos fieri debere conuentum: quia non solum ecclesiasticis regulis & ordinibus oportet, sed stabilem etiam semper efficit charitatis fraternæ concordiam, dum congregati simul in nomine Domini sacerdotes, ea inter se salutifera collatione requirunt, quæ secundum doctrinam apostolicam vnitatem spiritus in vinculo pacis obtineant. Nunc ergo quoniam opratum nobis huius congregationis diem gloriosissimus, atque piissimus filius noster, aspirante sibi Domino regali præcepto concessit, vt simul positi consideremus, prius (si placet) de statu fidei catholicæ perquiramus. Tunc deinde sanctorum patrum instituta recensitis canonibus innotescant. Postremò quædam etiam, quæ ad obsequium Dei vel officium pertinent clericale, diligentius pertractentur, vt si qua fortasse vel per igno-

rantia desidiã, vel per longinqui temporis incuriam, aut varia inter nos habentur dubia, ad vnam (sicut decet) rationis ac veritati formulam reuocentur. Omnes episcopi dixerunt: Prosequutio tuæ beatitudinis iusta est, ea nanque de causa conuenimus, vt aliqua nobis ecclesiasticæ constructionis utilitas commoderetur. Lucretius episcopus dixit: Prius de statutis (sicut superius dictum est) conferamus. Nam licet iam olim Priscillianæ hæresis contagio in Hispaniarum prouinciis detecta sit, & damnata, ne quis tamen per ignorantiam aut aliquibus (vt afolet) scripturis deceptus apocryphis, aliqua adhuc ipsius erroris pestilentia sit infectus, manifestius ignaris hominibus declaretur, quia ipsi in extremitate, & in vltimis huius prouinciæ finibus constituti, aut exigua aut penè nullâ rectæ eruditionis notitiã cõtingerunt. Credo autè vestræ beatitudinis fraternitatem nosse, quia eo tẽpore quo in his regionibus nefandissimæ Priscillianæ sectæ venena serpebat, beatissimus papa vrbis Romæ Leo, qui quadragesimus ferè apostoli Petri successor extitit, per Turibium notarium sedis suæ, ad synodum Gallitiæ contra impiam Priscillianæ hæresis sectam scripta sua direxit. Cuius etiam præcepto Tarraconensibus & Carthaginensibus episcopis, Lusitani quoque & Betici factò inter se Concilio regulam fidei contra Priscillianam hæresim, cum aliquibus capitulis conscribentes, ad Baleonium tunc huius Bracarensis ecclesiæ præsulè, direxerunt. Vnde quia & ipsum præscriptæ fidei exemplar cum suis capitulis præ manibus hic habemus, pro instructione ignorantium (si vestræ placet reuerentiæ) recitatur: Omnes episcopi dixerunt: Valde necessaria horum capitulorum est lectio, vt dum simplicioribus quibusque pristina sanctorum Patrum instituta panduntur, abominata iam olim à sede beatissimi Petri apostoli, & damnata Priscillianæ hæresis fragmenta cognoscantur. Lectum est exemplar fidei, cum capitulis suis, quæ ne prolixitatem facerent, his gestis minime sunt inserta. Post lectionem capitulorum omnes episcopi dixerunt: Licet lectio necessariè recensita sit, tamen euidentius & simplicius ea quæ sunt execrabilia, ita positis etiam capitulis modo declarentur, vt qui minus est eruditus, intelligat, & sic anathematis sententia explosa, iam Priscillianæ erroris fragmenta damnentur, vt quisquis clericus vel monachus, siue laicus tale aliquid sentire adhuc, vel defendere fuerit deprehensus, tanquam verè putridum membrum catholicæ ecclesiæ continuè de corpore abscindatur, ne aut societatis, siue prauitatis eius macula, à rectè credentibus de permixtione talium aliquid orthodoxis reputeretur opprobrium. Proposita contra Priscillianam hæresim capitula, & relecta continent hæc.

1 Si quis patrem & filium & spiritum sanctum nõ confiteretur tres personas, vnus substantiæ, & virtutis, ac potestatis, sicut catholica & apostolica ecclesia docet, sed vnam tantum ac solitariam dicit esse personam, ita vt ipse sit pater qui filius, ipse etiam sit paraclerus spiritus, sicut Sabellius & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

2 Si quis extra sanctam trinitatem alia (nescio quæ) diuinitatis nomina introducit, dicit quòd ipsa diuinitas sit trinitas, sicut Gnostici, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

3 Si quis dicit filium Dei Dominum nostrum, antequam ex virgine nasceretur, non fuisse, sicut Paulus Sa-

Samofatenus, & Forinus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

4 Si quis natalem Christi secundum carnem non verè honorat, sed honorare simulat se, ieiunans in eodem die, & in dominico, quia Christum in hominis vera natura esse credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

5 Si quis animas humanas, vel angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

6 Si quis animas humanas dicit prius in cœlesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

7 Si quis dicit, diabolum non fuisse prius angelum bonum, à Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam eius, sed dicit eum ex tenebris emerisise, nec aliquem sui habere autorem, sed ipsum esse principium absque substantia mali, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

8 Si quis credit, quòd aliquantas immundas creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempestates, & siccitates ipse diabolus sua auctoritate facit, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

9 Si quis animas & corpora humana fatali signo credit adstringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

10 Si quis duodecim signa, id est, sidera, quæ mathematici obseruare solent, per singula animæ vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus patriarcharum ascripta dicunt, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

11 Si quis coniugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

12 Si quis plasmationem humani corporis, diabolus dicit figmentum esse, & conceptiones in vteris matrum, operibus dicit demonum figurari, propter quòd resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

13 Si quis dicit creationem vniuersæ carnis, non opificium esse Dei, sed malorum angelorum, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

14 Si quis immundos putat cibos carniū, quas Deus in vtu hominum dedit, & non propter afflictionem sui corporis, sed quasi immunditiam putans, ita abstineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus præguster, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

15 Si qui clericorum vel monachorum, præter matrem, aut germanam, vel etiam quæ proxima consanguinitate iunguntur, alias aliquas quasi adoptiuas sceminas secum retinent, & cum ipsis habitant, sicut Priscillianus secta docuit, anathema sit.

16 Si quis quinta feria paschali, quæ vocatur cœna Domini, hora legitima post nonam, ieiunus in ecclesiis missas non tenet, sed secundum sectam Priscillianæ, festiuitatem ipsius ab hora tertia per missas defunctorum, soluto ieiunio, colit, anathema sit.

17 Si quis scripturas, quas Priscillianus secundum suum deprauauit errorem, vel tractatus Dictinij (quos ipse Dictinius, antequam conuerteretur, scripsit sub nomine patriarcharum, prophetarum & Apostolorum, & suo errori consona confinxit) legit, & impia eorum figmenta sequitur aut defendit anathema sit.

18 Propositis his capitulis & relectis, Lucretius episcopus dixit: Quoniam etiã ea quæ à catholicis abominata sunt & damnata, manifestius & apertius etiam ignorantibus declarata sunt: necessarium post hoc arbitror, si vestræ fraternitati videtur, vt instituta nobis sanctorum Patrum, recensitis antiquis canonibus, innotescant: quæ & si non omnia, certè vel pauca, quæ ad instructionem clericalis disciplinæ pertinent, relegantur. Omnes episcopi dixerunt: Placet hoc edictum. Et congrua res est, vt quibus fortasse & per incuriam abolita sunt ecclesiastica constituta audiant sanctorum canonum regulam, & obseruent relectis ex codice coram Concilio tam generalium synodorum canonibus, quàm localium. Post quorum lectionem Lucretius episcopus dixit: Ecce ex ipsa canonum lectione agnoscat sancta fraternitas vestra, non solum in generalibus Conciliis, sed & in localibus, congregatos simul sacerdotes, vno consensu ea quæ ecclesiastico conueniebant ordini, statuisse: & secundum quod vniuscuiusque rei expetebat ratio, perspexisse, sequentes sententiam doctrinæ apostolicæ, dicentis: Probate quæ bona sunt, & tenete. Si ergo placet charitati vestræ, quia sunt aliqua ecclesiasticæ institutionis obsequia, quæ in huius præsertim extremitate prouinciæ, non per contentionem, quod absit, sed magis (sicut præfati sumus) fiunt per incuriam aut per ignorantiam, constituamus quædam inter nos capitula, vt quæ non vno modo tenentur à nobis, ad vnam omnino formulam reuocentur. Omnes episcopi dixerunt: Necessarium & valde vrile arbitramur, vt ea quæ apud vnumquemque nostrum varia & inordinata consuetudine retinentur, vnita inter nos per Dei gratiam & concordiam celebrètur officio. Et idcirco, si quid illud est magnum vel paruum, quo variati videmur, ad vnam (sicut dictum est) formulam præfixis rationabiliter capitulis reuocetur. præcipuè cum & de certis quibusdam causis instructionem apud nos sedis Apostolicæ habeamus, quæ ad interrogationes suas quondam venerandæ memoriæ præcessoris tui Profuturi prudentia, ab ipsa beatissimi Petri accepit cathedra. Lucretius episcopus dixit: Rectè fraternitas vestra auctoritatem sedis Apostolicæ recordata est, quæ licet eodem tempore innotuerit, quo directæ est, tamen pro firmitate testimonij & instructione multorum, si vestræ vnanimiati complacet, quia præ manibus est, coram omnibus legatur. Omnes episcopi dixerunt: Iustum est, vt quia mentio ipsius auctoritatis est habita, quæ est eius doctrina, à circumstantibus audiatur. Relecta est auctoritas sedis Apostolicæ, ad quendam Profuturum directæ episcopum, quæ propter prolixitatem his gestis minimè est inserta. Post cuius lectionem Lucretius episcopus dixit: Manifestius patet apostolicam nobis opitulari doctrinam: & ideo, sicut fraternitas vestra prædixit, si quid per ignorantiam apud quosdam variatur, ad vnam formulam concordie regula præscriptis inter nos capitulis adstringatur. Proposita sunt capitula, quæ continent hæc.

19 Placuit omnibus communi consensu, vt vnus d. 12. Plac. atque psallendi ordo in matutinis vel vespertinis officijs tengatur, & non diuersæ ac priuatæ monasteriorum consuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permixtæ.

20 Item placuit, vt per solennium dierum vigiliis vel missas, omnes easdem, & non diuersas lectiones

in ecclesia legant.

Ruth. 2. 4

21 Itē placuit, vt non aliter episcopi, & aliter presbyteri populum, sed vno modo saluent, dicentes, Dominus sit vobiscum: sicut in libro Ruth legitur. Et vt respodeatur à populo, Et cum spiritu tuo: sicut & ab ipsis apostolis traditum, omnis retinet Oriens & non sicut Priscilliana hæresis permutauit.

22 Item placuit, vt eodem ordine missæ celebrentur ab omnibus, quo Profuturus quōdam huius metropolitane ecclesiæ episcopus, ab ipsa apostolica sedis autoritate suscepit scriptum.

23 / Item placuit, vt nullus eum baptisandi ordinē prætermittat, quem & antea tenuit metropolitana Bracarensis ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubietate, prædictus Profuturus episcopus scriptum, & sibi directum, à sede beatissimi Petri apostoli suscepit.

24 Item placuit, vt conseruato metropolitani primatu, cæteri episcoporum secundum suæ ordinationis tempus, alius alio sedendi deferat locum.

25 Item placuit, vt de reb<sup>9</sup> ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones, id est, vna episcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminariis ecclesiæ. De quarta parte siue archipresbyter, siue archidiaconus illam administrans, episcopo faciat rationem.

26 Item placuit, vt nullus episcopus clericum alterius ordinare præsumat, sicut & antiqui canones vterunt, nisi fortè signata ipsius episcopi scripta susceperit.

27 Item placuit, quia aliquanti huius prouinciæ ecclesiæ diacones, absconsis infra tunicam vtuntur orariis, ita vt nihil differre à subdiacono videantur, vt de cætero superposito scapula (sicut decet) vtantur oratio.

d. 23. Non liceat cuil.

28 Item placuit, vt nō liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec aliis, nisi his qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati.

29 Item placuit, vt lectores in ecclesia, in habitu seculari ornato nos psallant, neque gradus gentili ritu dimittant.

30 Item placuit vt veteris testamenti nihil poetice compositum in ecclesia psallatur, sicut & sancti præcipiunt canones.

31 Item placuit, vt ingredi sacrarium ad communicandum non liceat laicis viris vel mulieribus, nisi tantum clericis, sicut & antiquis canonibus institutum est.

32 Item placuit, vt quicumque in clero cibo carniū non vtuntur, pro amputanda suspitione Priscilliane hæresis, vel olera cocta cum carnibus tamen prægestare cogantur. Quod si contempserint, secundum quod de talibus sancti patres antiquitus statuerunt, necesse est pro suspitione hæresis huius, hos excommunicatos, ab officio omnimodè remoueri.

33 Item placuit, vt qui pro hæresi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, sicut & antiqua canonum continent statuta. Quæ si quis spernit voluntariè, seipsum alienum à communione facit.

23. q. 5. pla cui vt hi qui.

34 Item placuit, vt hi qui aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut suspendium, aut quolibet modo violentiæ sibi ipsis inferunt mortem nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam vsur-

pant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur.

35 Item placuit, vt cathecumenis, sine redemptione baptisimi defuncti, simili modo nō oblationis sanctæ commemoratio, neque psallendi impendatur officium: nam & hoc per ignorantiam vsurpatum est.

36 Item placuit, vt corpora defunctorum, nullo modo intra basilicam sanctorum sepeliantur, sed si necesse est, deforis circa murum basilicæ vsque ad eum non abhorret, Nam si firmissimum hoc priuilegium vsque nunc retinet ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorum cuiuslibet defuncti corpus sit, humatum, quanto magis hoc venerabilium martyrum debet reuerentia obtinere?

37 Item placuit, vt si quis presbyter, post hoc interdictum ausus fuerit chryisma benedicere, aut ecclesiam, aut altarium consecrare, à suo officio deponatur: nam & antiqui canones hoc vetuerunt.

38 Item placuit, vt ex laico ad gradum sacerdotij antè nemo veniat, nisi prius anno integro in officio lectorum vel diaconatus, disciplinam ecclesiasticam discat: & sic per singulos gradus eruditus, ad sacerdotium veniat. Nam satis reprehensibile est, vt qui nondum didicit, iam docere præsumat, dum & antiquis hoc Patrum institutionibus interdictum sit.

39 Item placuit, vt si quid ex collatione fidelium, aut per festiuitates martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud vnum clericorum fideliter colligatur, & constituto tempore, aut semel, aut bis in anno, inter omnes clericos diuidatur. Nam non modicæ ex ipsa inæqualitate discordiæ generantur, si vnusquisque in sua septimana, & oblatum fuerit, sibi dependat,

40 Item placuit, vt præcepta antiquorum canonū, quæ modò in Concilio recitata sunt, nullus audeat præterire. Si quis autem quasi contumax transgreditur ista, necesse est, vt de suo degradetur officio. Relectis capitulis, Lucretius episcopus dixit: Quia opitulante Domino, nobis ea quæ ad firmitatem catholicæ & orthodoxæ fidei, vel quæ ad officium ordinis ecclesiastici pertinebant, vnanimi (sicut oportebat) collatione decreuimus: restat nunc, vt ex omnibus his, quæ Dei gratia salubriter instituta sunt, propriam vnusquisque nostrum studeat docere atq; informare diocesim. Si quis autem ex nobis in parochiis suis, post agnita huius Concilij instituta, aut clericum, aut monachum sanæ huic doctrinæ resistentem inuenerit, aut in aliquo adhuc Priscillianæ sectæ errore latitare perfererit, & non continuè illum excommunicatum & anathematizatum, de ecclesia eiecit foras, ita vt cum huiusmodi homine nec cibum aliquis fidelium sumere, nec communicare præsumat: nouerit se is qui talem receperit, fraternè esse excommunicationi obnoxium, & diuinæ proculdubio sententiæ reum. Omnes episcopi dixerunt Quæcunque à nobis vnito per Dei gratiam consensu decreta sunt, peruigili necesse est sollicitudine obseruentur. Quæ vt stabilem placitæ constitutionis obtineat firmitatem, propria vnusquisque his gestis manu subscribat.

CON-

CONCILIUM BRACARENSE SECUNDUM.



Egnante Domino nostro Iesu Christo, corrente æra 610. anno secundo regis Ariamiri, die 18. Calendarum Ianuariarum, cum Gallitiæ prouinciæ episcopi tam ex Bracarensi, quam ex Lucensibus synodo cum suis metropolitans, præcepto præfati gloriosissimi regis, simul in metropolitana Bracarensi ecclesia conuenissent, id est, Martinus, Nitigis, Remisol, Andreas, Eucenius, Adoriens, Vectimer, Sardinarius, Viator, Auila, Polemus, Mailoc, confidètibz his simul episcopis, atque vniuerso clero præfati, Martinus Bracarensis ecclesiæ episcopus dixit: Inspiratione hoc Dei credimus prouenisse, sanctissimi patres, vt per ordinationem gloriosissimi filij nostri regis, ex vtroque Concilio conueniremur, sed etiam ea, quæ ad ordinationem & disciplinam ecclesiasticam pertinent, pariter colloquamur. Scriptum est enim in euangelio, dicente Domino: Vbi cunq; fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, ibi ero in medio eorum. Nitigis Lucensibus ecclesiæ episcopus, dixit: Nec aliud potest credi, nisi ea quæ ad utilitatem nostrarum pertinent animarum, diuina inspiratione & inchoari & perfici oportere. Et ideo vnanimè omnes, atque id ipsum in Domino sentientes, quæcunque ad instructionem nostram pertinent, in medium prolata desideramus agnoscere. Martinus episcopus dixit: Arbitramur vestram beatitudinem recordari, quia cum primùm in ecclesia Bracarensi episcoporum Concilium congregatum est, post multa quæ ad concordiam rectæ fidei fuerant roborata, aliqua etiam quæ regularum sanctorum canonum continent discretionem, firmavimus. Quorum utilitas vt possit euidentius in memoria reuocari, ipsa (si vobis placet) epistola vestra in præfata relegatur. Omnes episcopi dixerunt: Oportet omnimodè, vt in omnium auribus, qui hic assistunt, recitetur. Recitatis ergo capitulis superioris Concilij, quæ ne prolixitatem facerent, his gestis nimè sunt inserta, Martinus episcopus dixit: Hæc ergo quæ modò sunt recitata, quæ nobis tunc aut varia, aut dubia, aut inordinata sunt visa, auxiliante Deo directa sunt, vt suam inuiolabiliter obtineat firmitatem. Quæ autem tunc in memoriam non venerunt, aut onerosum fuit, in illo primo Concilio multa simul ingerere, necessariū videtur, modò ad notitiam sanctæ charitatis deferri, eo specialiter prospectu, vt spiritali ventilata examine purgentur. Sancti enim Patres præcessores nostri, aut generales synodos vndique colligi, pro vnitatem rectæ fidei fecerunt, sicut in Nicæa contra Arrium trecenti decem & octo, & in Constantinopoli centum quinquaginta contra Macedoniam, & in Epheso contra Nestorium ducenti, & in Chalcedona contra Eutychem sexcenti triginta: aut certè speciales synodos per suas vnusquisque prouincias, pro refecandis contentionibus, vel emendandis aliquorum negligentis, collegerunt: & prout exentus culparum, aut qualiscunque excessus exegit, per singulas quasque diuinas canonum sententias, mediante inter eos Dei spiritu conscripserunt, quas oportet nos relegere & tenere. Et quia opitulante Christi gratia, de vnitatem & rectitudine fidei in hac prouincia nihil est dubium, illud

Mat. 18. c

Id est fur te nyste auie vst.

nobis modò specialius est agendum, vt si quid fortasse extra apostolicam disciplinam per ignorantiam, aut per negligentiam reprehensibile inuenitur in nobis, recurrentes ad testimonia sanctorum scripturarum, vel antiquorum canonum instituta, adhibito communi consensu, omnia quæ displicuerint, rationabili iudicio corrigamus. Et primùm (si placet) relectis B. Petri apostoli præceptis, quæ pro regula sacerdotum in sua epistola euidenter adscriptæ, quicquid nō eodem tenore, sicut princeps apostolorum edocuit, agi videtur à nobis, sine vlla cunctatione ad emendationem deducere festinemus, ne fortè dum aliis prædicamus, ipsi reprobi effecti, diuino illo condemnemur eloquio, dicente: Tu verò odisti disciplinam, & proiecasti sermones meos post te. Omnes episcopi dixerunt: Cupimus memoriam apostoli Petri epistolam ad locum afferri, & ipsum, vbi sacerdos docet, audire. Tunc allato libro hæc ex eadem epistola recitata sunt: Seniores, obsecro cōsenior, pascite, qui in vobis est, gregem Dei: prouidentis non coactè, sed spontaneè, secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque vt dominantes in clero, sed forma facti gregis, & ex animo, vt cum apparuerit princeps pastorum percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam. His relictis, omnes episcopi dixerunt: Cognitis his, quæ ex epistola beati Petri apostoli sunt recitata, desideramus, auxiliante Dei gratia, diuinis obedire præceptis, & apostolicæ epistolæ quæ nobis recitata est, in his omnibus formulam imitari, ne fortè in aliquibus inordinatè ambulantes, diuino (quod absit) iudicio condemnemur, sed sanctorum Patrum vestigia subsequentes, in ipsorum requie mereamur esse participes, & immarcescibilem illam gloriæ coronam, quæ repromissa est, cum ipsis percipere mereamur. Ob hoc ergo tuam simul omnes deposcimus charitatè, vt has omnes causas, singulis capitulis breuiter comprehensas vel qualiter corrigi debeant, his gestis subter annexas. Quæ cum studiosius relecta, & in notitiam omnium nostrum euidenter fuerint perducta, propria vnusquisque manu pro eorum emendatione & confirmatione subscribat, vt non solum nobis, sed etiam successoribus nostris, hæc ad perfectionem episcopalis officij decreta proficiant.

1. Cor. 9. d. 2 Psal. 49.

1. Pet. 5. 4

Placuit omnibus episcopis atque conuenit, vt per singulas ecclesias episcopi, & dioceses ambulantes, primùm discutiant clericos, quomodo ordinem baptisimi teneant, uel missarum, & qualiter quæcunque officia in ecclesia peragant. Et si rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant: sin autem minime, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui canones iubent, vt ante dies viginti baptisimi, ad purgationem exorcismi concurrant catechumeni. In quibus viginti diebus omnes catechumeni symbolum, quod est, Credo in Deum patrem omnipotentem, specialiter doceantur. Postquam ergo in suos clericos discusserint vel docuerint episcopi, alia die conuocata plebe ipsius ecclesiæ, doceant illos, vt errores fugiant idolorum, vel diuersa crimina, id est, homicidium, adulterium periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera: & quod nolunt sibi fieri, alteri non faciant: & vt credant resurrectionem omnium hominum, & diem iudicij, in quo vnusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea episcopus de ecclesia illa proficiatur ad aliam.

10 q. 1. pla cui omni-bus episco.

In dec. 1. no. lib. 1. Ante 20. dies & in decr. de cō. d. 4. Ante dies. 20.



10. q. 3. 2 Placuit, vt nullus episcoporum, per suas dioceses ambulans, præter honorẽ cathedræ suæ, id est, solidos suos, aliquid aliud per ecclesias tollat. Neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat, sed illa tertia pars pro luminaribus ecclesiæ vel recuperatione seruetur, & per singulos annos episcopus in de ratio fiat. Nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumẽ & sacra tecta abstulit ecclesiæ. Similiter & parochiales clerici, seruii more in aliquibus operibus episcopis seruire non cogantur, quia scriptum est, Neque vt dominantes in clero.

1 Pet. 5. a  
1. q. 1. Plac.  
vt de ord.  
Matth. 10.  
3 Placuit, vt de ordinatione clericorum episcopi munera nulla accipiant, sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo precio gratia Dei, & impositio manuum venundetur, quia antiqua definitio Patrum, ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicẽs: Anathema sit danti & accipienti: propterea quia aliquanti multis sceleribus obnoxij sancto indigni ministrant altari, non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusio ne munera obrinent. Oportet ergo, non per gratiam munerũ, sed per diligentem prius discussionẽ, deinde per multorũ testimoniũ, clericos ordinare.

4 Placuit, vt modicum balsami, quod benedictum pro baptisimi sacramẽto p ecclesias datur, quia à singulis tremisses pro ipso exigi solent, nihil vterius exigatur: ne fortẽ, quod pro salute animarum per inuocationem sancti spiritus consecratur: sicut Simon magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes damnabiliter venundemur.

Act. 8. c. d  
1. q. 2. Pla.  
vt quoties  
5 Placuit, vt quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi inuocantur, non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant: sed si ipse quidam aliquid ex suo voto obrulerit, non respiciatur. Si verò aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigeretur ab illo. Attamen vnusquisque episcoporum meminerit, vt non prius dedicerit ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non leuis culpa est ista temeritas, si sine luminariis, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem seruituri sunt, tanquam domus priuata consecratur ecclesiæ.

de con. d. 1  
Si quis basilicam.  
6 Placuit, si quis basilicam non pro deuotione fidei, sed pro quæstu cupiditatis ædificat, vt quicquid ibi de oblatione populi colligitur, medium cum clericis diuidat: eo quòd basilicam in terra sua quæstus causa condiderit, quod in aliquibus locis vsque modo dicitur fieri. Hoc ergo de cætero obseruari debet, vt nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat: nec basilicam, quæ non pro sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria conditione est condita, audeat consecrare.

1. q. 1. Pla.  
vt vnus  
quisque e-  
piscopus.  
7 Placuit, vt vnusquisque episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat, vt hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntariè pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis. Si verò per necessitatẽ paupertatis aliquid non habent quod offerant, nullum illi pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptisimo retrahunt: qui si fortẽ, dum differuntur, sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, à baptismi gratia se retraxerunt.

8 Placuit, vt si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli apostoli, duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quòd si non potuerit datis testimoniis approbare quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

9 Placuit, vt postquã omnia in Concilio sacerdotum fuerint ordinata, illud omnimodis obseruetur, superuenturum ipsius anni pascha, quota calendarũ die, vel quota luna debeat suscipi, à metropolitano episcopo nunciatur. Quod cæteri episcopi vel clerici reliquus breuiculo subnotantes, vnusquisque in sua ecclesia, adueniente natalis Domini die, astante populo post lectionem euangelicam nuncient. In cuius principio conuenientes in vnum vicinæ ecclesiæ, per triduum cum psalmis, per sanctorum basilicas ambulantes, celebrent litanias. Tertio autem die, celebratis hora nona siue decima missis, demisso populo, præcipiant quadragesimæ ieiuniis seruire, & mediante quadragesima, ex viginti diebus baptisandos infantes, ad exorcismi purgationẽ offerre.

10 Placuit, vt quia per stultitiam præsumpti nuper erroris, aut certè ex veteris Priscillianæ adhuc hæresis scetore corrupto, cognouimus quosdam presbyteros in huius presumptionis audacia retineri, vt missas mortuorũ, etiam post acceptũ merũ vel oblationem, ausi sunt consecrare: ideoque hoc præfixæ euidenti sententiæ admonitione seruetur, vt si quis presbyter post hoc edictum nostrũ amplius in hac vesania fuerit deprehensus, hoc est, non ieiunus, sed quocuuque cibo præsumpro, oblationem consecrauerit in altari, continuo ab officio suo priuatus, à proprio deponatur episcopo. His ita gestis, placuit omnibus, pro confirmanda horum obseruantia vnumquenque propria manu subscribere, eo placitorum facto, vt si quis eorum capitulorum terminum transgressus, ad inordinatas consuetudines reuertitur, totius Concilij excommunicatione correptus, verissimam sibi de sui ordinis inclinatione nouerit imminere sententiam.

Post conciliũ Bracarense 2 interseruntur 85. canones collecti à Sancto viro Martino Bracarensi episcopo. ex orient. alibus conciliis, quorum 56. concernunt ecclesiasticos. Reliqui vero seculares. Sed quia iam in aliis conciliis continentur, breuiter gratia omittantur à nobis. Hoc obiter dixerim propter Gratiani decretorum collectorem, qui subinde hos canones tribuit Martino Papæ, cum tribuendi essent collectioni Martini Bracarensis, vt patet in 54. locis, vbi vnum loco alterius citat.

CONCILIUM TOLETANVM SEPTIMUM, Tringinta octo Episcoporum circa tempora Theodori papæ, vel Martini primi.

TITVLI CAPITVLO RV M CONCILII Toletani septimi.

- 1 De refugijs atque perfidis clericis siue laicis.
- 2 De languoris euentu ministrantium clericorum.
- 3 De exequijs morientis episcopi.
- 4 De exactiõne ecclesiarum Gallitiæ prouinciæ.
- 5 De reclusis inhonestis, siue vagis.
- 6 De conuicijs episcopis in urbe regia commorandis.

ANNO



Anno sexto Chindasundi regis, quinto Calendas Nouembris. Cum in nomine sanctæ Trinitatis, pro quibusdam disciplinis ecclesiasticis, tam nostra deuotione, quàm studio serenissimi & amatoris Christi Chindasundi regis nostri, apud Toletanam urbem conuentus adesset, competenter visum est, mutua collatione decernere, quod sollicitè conseruandum, & præsentibus & futuris commodis, nimum (vt confidimus) prodesse constabit: magisque semper est magnopere prouidendum, quicquid vel ecclesiasticis moribus, vel publicæ vtilitati (sine qua quieti non viuimus) opportunum esse perpenditur. Nam licet & antè constitutiones canonum extent, quæ ad omnem possunt correctionem sufficere, si quis eas dignetur libenter attendere, tanto tamen luminis claritas amplius emicat, quanto fuerit studiosius sæpissimè contrectata. Non parum proficit ad emendationem multorum, si dum ea quæ constituta sunt, per fraternam collationem ad memoriam reducuntur: & illa etiam adiiciantur, quæ aut deesse videntur, aut omnino constituenda cõpetenter existimantur: Quis enim nesciat, quanta sint hætenus per tyrannos & refugas, transferendo se in externas partes, illicitè perpetrata, & quàm nefanda eorum superbia iugiter frequentata, quæ & patriæ diminutionem afferrent, & exercitui Gotthorum indefinẽtem laborem imponerent? Quòd si quidem laicorũ insania fuisset factum, tolerandum à nobis forsitan aliquoties videretur. Illud tamen est vehementius stupendum, quia (quod pius est) tanta ex religionis proposito in hac interdum præsumptione præcipites efferuntur, vt ad non leuem confusionem nostram pertineat, si res vllatenus inulta remaneat, quæ & mundana lege, & ecclesiastica conuenit instanter disciplina corrigere. Ideoque placuit nunc concordia definire, vt quisquis in ordine clericatus à maximo gradu vsq; minimum constitutus, in alienæ gentis regionem se quacunque occasione transfuderit, vt exinde superbiẽdo vel reditum suum, vel quodlibet aliud videatur expetere, siue etiã quo gẽti Gotthorum, vel patriæ, vel regno specialiter sub hac occasione possit nocere, vel fieri dispoferit, vel aliquatenus fecerit: sed & quicumque talibus conscius reperitur, eis que vel cõsiliu vel opem administrare cognoscitur, qualiter aut ad gentem alienam fugam appetent, aut in malis, quæ cœperant, perdurarent, seu quancunque læsionem genti Gotthorũ, vel patriæ, aut principi post fugam inferrent, atque in eadem prauitate perseuerarent: quisquis hoc fecisse dignoscitur, iste ita indubitanter omni honoris sui gradu priuetur, vt locum eius, in quo ministraverat, alter continuo perpetim regendum accipiat. Ipse verò transgressor sub pœnitentiã constitutus, si reminiscens mali, quod fecerat, vsque in diem mortis suæ rectissimè pœnituerit, in solo tantum sine cõmunio ei dãda est, ita vt antequàm tempus finis eius adueniat, si quisquam sacerdotum, etiam ordinante principe, ei communicare consenserit, particeps criminis illius effectus, anathema fiat in perpetuum, ac simili cum eo, cui communicauerit, sententia condemnatur: quoniam potestati principis nullus sacerdotum in hoc præbere debet assensum, vnde vel per iurium videatur incurrere, vel (quod absit) si quicumque catholice præuaricator princeps surrexerit, sacerdos nullatenus fauore principis vel terrore, à re-

ctæ credulitatis lumine ad tenebras cogatur reuertri. Sic enim nec super annexa capitula, vel imperiis principum vel terroribus oportebit vnquam cœtuare, quia nouimus omnes penè Hispaniæ sacerdotes, omnesque seniores vel iudices, ac cæteros homines officij palatini iurasse: atque ita nunc legibus decretum fuisse, vt nullus refuga vel perfidus, qui contra gentem Gotthorum, vel patriam, seu regem agere, aut in alterius gentis societatem se transfudere reperitur, integritate rerum suarum nullatenus reformetur: nisi forsitan princeps humanitatis aliquid personis talibus impartiri voluerit, qui tamen non amplius quàm vigesimam partem rerum ei, qui perfidus extitit, de rebus, vnde rex elegerit, tribuendi potestatem habeat. Sed quia plerisque clericos inconstantis leuitatis interdum prauitatis præsumptio ita eleuat, vt prætermisã ordinis sui gravitate, ac polliciti sacramenti immemores, constante principe, cui fidem seruari promiserant, in alterius electionem temeraria leuitate consentiant, abrogari decet hanc omnino licentiam, & à nostro confortio penitus extirpari: ita vt si quicumque laicorum quandoque intra fines patriæ Gotthorum superbiẽs regni apicem sumere fortasse tentauerit, eique clericorum quilibet adiutorium vel fauorem præstiterit, atque hunc qui superbire videtur, ad eandem regni ambitionem præualete delicto peruenire contigerit, ex eo quidem die vel tempore eundem episcopum, vel cuiuslibet ordinis clericum, excommunicatum manere perpetim oportebit, qui tali se sceleri implicauit. Tamen si propter improbitatẽ principis, cui iniquè consensit, non potuerit instantia sacerdotum à cõmunionem suspendi, saltem si superstitem eum post eiusdem regis obitum tempus inuenit, superiori anathematis correptioni subiaceat: & quicumque illi, præterquam in vltimo vitæ suæ fine (si tamen eum legitimè pœnitere probauerit) cõmunionis gratiam consenserit impendendam: nobis interim ratio persuasit, synodali super hoc constitutione decernere, vt quicumque etiam laicorum in aduersitatem gentis, aut patriæ, potestatis ue regni, in externas partes se conferendo, vel talibus opem præbendo, noxius fuerit vltra repertus, non solum (vt dictum est) omnium rerum suarum proprietate priuetur, sed & perpetua excommunicatione damnetur: & nunquam illi, nisi in vltimo mortis sue tempore, cõmunio tribuatur, excepto, si cõmunionis eius remedium, vel eorum quos supra taxauimus, imploratione sacerdotum apud principem fuerit impetratum. Nam si in derogationem aut contumeliam principis reperiat aliquis nequiter loqui, aut in necem regis seu direptionem intendere, vel consensum præbere, nos quidem huiuscemodi excommunicatione dignum censemus. Vtrum tamen sit illi quandoque communicandum, pietati principis decernendum relinquimus, cuius proculdubio potestatis est, subiectorum culpas, misericordiæ iudicijque sententia temperare. Contestamur autem clementissimos principes, & per ineffabile diuini nominis sacramentum obtestantes, vnanimiter obsecramus, ne quando absque iusta (vbi necesse fuerit) imploratione sacerdotali, excommunicationis huius sententiam à perfidis clericis vel laicis, ad externas partes se transferebantibus, vel cõsensum præbentibus, quacunque temeritate suspendant. Nam hoc magis vtilitatibus videtur fore cõsultum, si constitutionis

\*vtilitatis desur fore consulti.

tutionis nostræ forma seruetur. Execrandum anathema fiat, & velut præuicator catholicæ fidei semper apud Deum reus existat, quicumque regum deinceps canonis huius censuram in quocumque crediderit vel permiserit violandam.

7. q. 1. Nihil contra ordinis statutum temeritatis ausu præsumatur, neque illa quæ summa ueneratione censeantur, vel minimo præsumptionis tactu soluantur, cum ad hoc tantum fieri iussa sunt, ne interrupta noscantur, vel languoris prouentu robore salutis priuetur natura. Non ergo fragilitati solum consultiur humanæ, sed etiam sacro honori mysteriorum Dei prouida cauetur sollicitudine. Censuimus ergo conuenire, ut cum à sacerdotibus missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis acciderit quilibet euentus, quo cœptum nequeat consecratio, nis expleri mysterium, sit liberum episcopo vel presbytero alteri, consecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit, quam ut incipientis, aut subsequens completa benedictio sacerdotis: quia nec perfectæ uideri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Dum enim simul omnes unum in Christo, nihil contrarium personarum diuersitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas fidei repræsentat. Quod etiam consulum cuncti ordinis clerici indiuiduum esse sibi non ambigant, sed (ut præmissum est) præcedentibus libenter alij pro complemento succedant. Ne tamen, quod naturæ languoris causa consultiur, in præsumptionis perniciem conuertatur, nullus post cibum porumque quamlibet minimum sumptum, missas facere, nullas absque patentis prouentu molestiæ minister vel sacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præsumperit, excommunicationis sententiam sustinebit.

3 Ea quæ competunt honestati, cõtingit sæpe quorundam desidia non impleri. Proinde quia notum est, quæ dignitas in exequiis morientis episcopi ex canonibus cõseruetur, traditioni moris antiqui hoc tantum adiicimus, ut si quis sacerdotum secundum statuta Concilij Valentini, ad humanam decedentis episcopi membra venire commonitus, pigra uoluntate distulerit, appellantis clericis obeuntis episcopi, apud synodum siue apud metropolitano episcopum, tempore anni unius nec faciendi missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem siue ceteri clerici, quibus maior honoris locus apud eandem ecclesiam fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exequiis, aut iam mortui, aut continuo morituri antistitis, ad commoendum episcopum tardi inueniatur, aut per quamcunque molestiam animi id negligere comprobentur, totius anni spacio ad pœnitentiam in monasteriis deputentur.

4 Inter cætera denique, quæ communi consensu nos conferre competenter oportuit, querimonias etiam parochianorum presbyterorum Gallitiæ prouinciæ solertissimè discernere decuit, quas contra pontificum suorum rapacitates necessitas (ut compertimus) tandem compulsi in publicum examen deferri. Hi enim pontifices (ut euidentis inquisitio patrefecit) indiscreto moderamine, parochianas ecclesias prægrauantes, dum in exactionibus superflui frequenter existunt, penè usque ad exinanitionem extremæ uirtutis, quasdam basilicas perduxisse proba-

tur. Ne ergo fiat de cætero, quod constat hæcenus inordinatè præsumptum, nõ amplius quam duos solidos unusquisque episcoporum præfata prouinciæ per singulas dioceses, vel singulas ecclesias, iuxta synodum Bracarensem, annua illatione sibi experat inferri, monasteriorum tamè basilicis ab hac solutionis pensione seiunctis. Cum uero episcopus diocesim uisitat, nulli præ multitudinem onerosus existat, nec unquam \* quinariū numerum euectionis excedat, aut amplius quam una die per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. Quicumque uero pontificum eorundem aliter quam decernimus, agendum præsumperit: correptioni proculdubio canonum subiacebit, tanquam constitutorum synodaliū transgressor, & præcorum Patrum edictorum corruptor.

5 Quosdam paternarum ignaros vel oblitos traditionum, in tantam conspiciamus corruisse desidia, ut eorum execrando usu penè oblita pateant, quæ exiter legitime cõstituta. Dum enim indocti docere appetunt, quid aliud quam quia ignorantia errore vexentur, ostendunt? Et quia gressu præpostero iunirentes, præsumptionem doctrinæ docendi studio anteponunt: patet quod non summa humilitatis gratiam perunt, sed actioni deprauationis inseruiunt. Ex hoc ergo iustæ seueritatis talia decernentes, opportuno amputare iudicio iubemus eos, quos in cellulis propriis reclusa sanctæ uitæ ambitio tenet: quosque eiusdem sancti propositi & merita iuuant, & probitas ornat, hos & Dei auxilio, & nostro fauore tutos existere: illos uero quos in tali proposito ignauia impulsi, non prudentia cognitio deputauit, quosque nulla uitæ dignitas ornat, sed (quod est deterius) & ignorantia fœdat, & morum execratio turbat, decernimus, ab his abiici cellulis atque locis, in quibus aut feruntur vagi, aut tenentur inclusi: atque ab episcopis siue rectoribus monasteriorum, ex quorum congregatione fuerint, vel in quorum uicinitate consistunt, in monasteriis omnimodo deputentur, ut illic sancti ordinis meditantibus doctrinam, primum possint discere, quæ sunt à patribus instituta, ut postea valeant docere, quæ sunt sancta meditatione percepta: atque tunc demum si doctrinæ & sancti operis fructu extiterint fœcundati, ad summam uirtutis properent, exercitio sanctæ intentionis imbuti. Demum ceptum autem quicumque ad hoc sanctum propositum venire disposuerint, non aliter iterum dabitur assequi: ne hoc antea poterunt adipisci, nisi prius in monasteriis instituti, & secundum sanctas monasteriorum regulas plenius eruditi, & dignitatem honestæ uitæ, & notitiam potuerint sanctæ promereri doctrinæ. Illos autem quos tantum extremæ uelania occuparit, ut incertis locis vagi, ac morum deprauationibus inhonesti, nullam prorsus nec stabilitatem sedis, nec honestatem mentis habere extiterint cogniti, quicumque ex sacerdotibus vel ministris vagantes repererint: aut si fuerint propè, cœnobiorum patribus corrigendos assignent: aut si difficile est, pro sola honestate uigoris sui potestati erudiendos inclinent.

6 Id etiam placuit, ut pro reuerentia principis, ac regis sedis honore, vel metropolitani ciuitatis ipsius, & consolatione conuicini Tolerantæ urbis episcopi, qui eiusdem pontificis admonitionem acceperint, singulis per annum mensibus in eadem urbe debeant commorari, mensiuus ac vindemialibus feriis

riis relaxatis. Nos autem immortalis Deo, & glorioso Chindasundo principi, ob cuius uotum in hanc urbem sancta deuotione conuenimus, gratias unanimitè offerentes, optabili annisu deposcimus, ut sanctæ ecclesiæ catholicæ fidei semper ac pacis cumuletur affectus, & memorato principi cum prosperitate præsentis regni, futuri etiam largiantur præmia gaudij, ipso præstante, qui in Trinitate unus Deus uiuit & gloriatur in secula seculorum. Horontius in Christi nomine sanctæ Emeritensis ecclesiæ metropolitani episcopus, hæc constituta definiens subscripsi: similiter & alij episcopi subscripserunt, numero triginta octo.

**DECRETUM SYNODICUM MARTINI**  
papa primi contra Theodorum & Cyrum quondam episcopos ac socios eorum hæreticos, damnans eos, quod unam naturam & unam uoluntatem atque operationem in filio Dei assererent, quæ transcribens misit per orthodoxos uiros in Orientem atque Occidentem.

Canon. 1.

Si quis non confitetur, secundum sanctos patres, proprie, & uerè, patrem, & filium, & spiritum sanctum, Trinitatem in unitate, unitatem in Trinitate, hoc est unum Deum in tribus subsistentiis consubstantialibus & æqualis gloriæ unam eandemque triū deitatem naturam, substantiam, uirtutem, dominationem, regnum, potestatem, uoluntatem, operationem hæritatem inconditam sine initio infinitam immutabilem creatricem omnium prouidam & protectricem sit condemnatus.

Canon. 2.

Si quis non confitetur, secundum sanctos patres proprie, & uerè, ipsum sanctam, & consubstantialis, & adorandam Trinitatis Deum uerbum descendente de cælis & incarnatum de spiritu sancto, & Maria uirgine, & hominem factum est &c. sit condemnatus.

Canon. 3.

Si quis non confitetur proprie, & uerè Dei genitricem sanctam semper uirginem immaculatam Mariam, in ultimis seculorum absque semine concepisse ex spiritu sancto, & incorruptibiliter enixam esse & indissolubili permanente, & ante, & post partum eiusdem uirginitate, sit condemnatus.

Canon. 4.

Si quis non confitetur proprie, & uerè ipsius, & uisionis Domini nostri & Dei nostri Iesu Christi, duas natiuitates existere, unam ante secula ex Deo patre incorporaliter, & sempiternaliter, alteram autem de uirgine Maria carnaliter in ultimis seculorum, & eundem Dominum, & Deum Iesum Christum consubstantialem Deo patri secundum deitatem, & consubstantialem uirgini secundum humanitatem, ac eundem passibilem carne, impassibilem deitate &c. sit condemnatus.

Canon. 5.

Si quis non confitetur proprie, & uerè unam naturam Dei uerbi incarnatam, ex hoc quod incarnata dicitur nostra substantia perfecte in ipso Christo Deo, & indimute absque tantummodo peccato significata, sit condemnatus.

Canon. 6.

Si quis non confitetur proprie, & uerè ex duabus naturis, deitate, & humanitate, secundum substantiam unitis, inconfuse, & indiuisè, eundem & unum

Christum esse, sit condemnatus.

Canon. 7.

Si quis non confitetur proprie, & uerè substantialem differentiam naturarum post ineffabilem unionem, ex quibus unus & solus extitit Christus in eo saluatam, sit condemnatus.

Canon. 8.

Si quis non confitetur proprie, & uerè secundum compositionem, id est, secundum subsistentiam naturarum unionem, ex quibus unus, & solus extitit Christus, inconfuse, & indiuisè in eo cognitum, sit condemnatus.

Canon. 9.

Si quis non confitetur proprie, & uerè naturales proprietates deitatis Christi, & humanitatis, indimute in eo, & sine defectione saluatas in affirmationem ueracem, eundem ipsum Deum perfectum & hominem perfectum secundum naturam existere, sit condemnatus.

Canon. 10.

Si quis non confitetur proprie, & uerè, duas eiusdem, & unius Christi Dei uoluntates similiter & operationes coherentè unitas, diuinam, & humanam, ex hoc quod in utraque eius natura uoluntarium efficaciamque secundum naturam eundem existere nostræ salutis, sit condemnatus.

Canon. 11.

Si quis confitetur, secundum sceleratos hæreticos deitatis, & humanitatis Christi unam naturam, aut unam uoluntatem, aut unam operationem, in peremptionem quidem sanctorum patrum confessio-nis, abnegationem autem eiusdem Saluatoris nostri dispensationis, sit condemnatus.

Canon. 12.

Si quis secundum sceleratos hæreticos, in Christo Deo unitis substantialiter saluatis, & à sanctis patribus nostris pie prædicatis duabus uoluntatibus, & duabus operationibus, diuinam & humanam subterfugit simul confiteri, asserens contra sanctorum doctrinam & unam uoluntatem, & unam operationem, sit condemnatus.

Canon. 13.

Si quis secundum sceleratos hæreticos cum una uoluntate & una operatione, quæ ab eisdem hæreticis in Christo Deo impie confunduntur, & duas uoluntates, & duas operationes diuinam & humanam simul abnegat & simul respuit, sit condemnatus.

Canon. 14.

Si quis secundum hæreticos, Dei uirilem operationem, unam insipienter suscipit, & non duplicem cam confitetur, hoc est, diuinam & humanam, sit condemnatus.

Canon. 15.

Si quis secundum hæreticos in peremptionem in Christo Deo secundum unionem, saluatis essentialiter, & à sanctis patribus pie prædicatis duabus uoluntatibus, & duabus operationibus, diuinam, & humanam dissensiones & diuisiones insipienter in mysterio dispensationis eius innectit, & propterea Euangelicas, & Apostolicas de eodem Saluatore uoces nõ uni, & eidem personæ essentialiter tribuit, id est Christo Iesu, sit condemnatus.

Canon. 16.

Si quis non confitetur secundum sanctos patres, proprie, & uerè omnia quæ tradita sunt, & prædicata sanctæ & Apostolicæ Dei ecclesiæ ab ipsis sanctis pa-

tribus, & probabilibus & vniuersalibus, quinque cō filiis vsque ad vnum apicem verbo, & mente, sit cō demnatus.

Canon. 17.

Si quis secundum sanctos patres consonanter no biscum eadem credens, non respuit, & anathematizat anima, & ore omnes, quos respuit & anathematizat nefandissimos hæreticos, cum omnibus impiis eorum scriptis, vsque ad vnum apicem, sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, hoc est, sanctæ & vniuersales quinque synodi, & ipsi omnes consonanter probabiles ecclesiæ patres. Dicimus autem Sabellium, Arrium, Eunomium, Macedoniū, Apollinarem, Polemonem, Euthycem, Dioscorum, Timotheum, Elurum, Seuerum, Theodosium, Cholutum, Themistium, Paulum Samosatenum, Chodorū Theodorum, Nestorium, Periam, Origenem, Didymum, Euagriū, & compendiose alios omnes hæreticos, qui à catholica ecclesia reprobi atque abiecti sunt, quorum dogmata diabolica operationis sunt genimina, & eos, qui similia cum his vsque ad finem sine pœnitentia sapuerunt, aut sapiunt, vel sapient: cum quibus merito, vtpote eadem dogmatizantes & docentes (sicut ostensum est) Theodorum quondam episcopum Pharanitanum, & Cyrum Alexandrinum, & Sergium Constantinopolitanum, & eius successores Pyrrhū, & Paulum, & omnia impia eorum scripta anathematizamus, & eos qui nobiscum consonanter non respuunt, & anathematizant prædictos hæreticos eorumque scripta.

Et subscripserunt Martinus papa, ac ceteri episcopi numero 105.

Expliciunt canones Martini papæ.

CONCILIUM TOLETANVM  
octauum, celebratum sexto  
Calendas Ianuarij.

TITULI CAPITVLORVM  
eiusdem Concilij,

- 1 De catholica fidei plenitudine.
- 2 De incauto iuramento.
- 3 De his qui sacrosanctos ordines muneribus assequuntur & fautoribus eorum.
- 4 De incontinentibus episcopis.
- 5 De incontinentibus presbyteris, ac diaconibus, & feminis qua talibus coniunguntur.
- 6 De incontinentibus subdiaconibus.
- 7 De his qui post assumptam ecclesiasticarum dignitatum officia, ad coniugia redeunt.
- 8 De non ordinandis his, qui psalmorum, canticorum, seu hymnorum ignari sunt.
- 9 De his qui prætextu incommodæ ægritudinis, quadragesima ieiunium solvunt.
- 10 De his qui aut per auctoritatem, aut per vim ordinati sunt.
- 11 De confirmatione vniuersalium decretorum.
- 12 De iudæis.

CAPITVLVS CONCILII  
Toletani octau.



Nno quinto orthodoxi atque gloriosi, & veræ clementiæ dignitate præcipui Reccefunthi regis, cum omnes nos diuinæ ordinatio voluntatis, eiusdem principis serenissimo iussu, in basilica san-

ctorum Apostolorū ad sacrum synodi coegisset congregari conuentum, dies tandē lætitiæ appetitu diuinitissimo præoptatus, & gratus adfuit, & iucundus, tanto nostri pectoris audiore voto susceptus, quanto ad remedium salutis extiterat anhelantium præcordiis exquisitus. Cūque ex more vnusquisque nostri ordinis sedes debitas occupasset, & euentum rei tranquillæ intentionis expectatio sustineret, adest serenissimus princeps, pia religione plenissimus, & summo laudum titulo gloriosus, qui se nostro cœtui redens accliuem, vt hunc omnipotenti Domino precibus commendarem, astans, dulcissimus (vt filios) nos cohortatus est verbis, grates deferens Deo virtutum, quod suæ iussione implentes decretum, in vnum fuisset adunati Concilium. Sed cum tam humilem cognouissemus eius animi voluntatem, & tam sublimis gloriæ celsitudinem videremus accliuem, tanta sumus inde gloria exultationis succenssi, vt grates illi debitas, & honorem læti redderemus & cernui. Sed quantum extulerat principem humilitatis ordo sublimis, tantum ad exercitiā summæ virtutis, instruebant exempla sacratissimi principis formam nostræ religionis. Tum relatis Deo laudibus de vnitatis alterna prouentu, magna nos cum tranquillitatis gratia alloquutus est, dicens: Etsi summus author rerum, me diuinæ memoriæ Domini genitoris mei temporibus, regni sede subuexit, atque ipsius gloriæ deferens participem fecit: nunc tamen cum ipse requiem æternarum adeptus est mansionum, ea quæ in me totius regiminis trās fusa iura reliquit, ex tota diuina mihi potentia subiugauit. Vnde quia regendorum membrorum causa, salus est capitis, & felicitas populorum, non nisi mansuetudo est principum: votiue decreui vobis coram positus, & votorum meorum deliberationes sanctione patula referare, & studiorum apta decreta sincera exhibitione deferre. At verò quia anhelum pectus sese in promissionum compita diffundit, ne pigritia fessum retardationis oneribus sese submittat, longam prosecutionem compendio breuitatis astrinxi: & quod productionibus loquularum in concione diffundere potui, totum in tomi huius complicamento prorsus almæ vestræ sanctitudini offerre decreui: id magno precatu deliberationis exhortans, vt quæcunque illic tenentur ascripta, valido attendatis intuitu, sagaci perferutemini studio, & quæcunque extiterint placita Deo, vestri oris ad nos sacro referantur oraculo. Accepto deinde oblato nobis tomo, agentes Domino gratias, acclamauimus: Gloria in excelsis Deo & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Post huius exultationis beatæ gaudium, & cœlestis gloriæ hymnum, eidem sacro principi benediximus: referatōque tomo hæc inibi contexta reperimus.

Relecta tomi pagina, vel finita, cum glorificassemus Deum, de fidei principalis auditu, & de bonæ voluntatis eius affectu, ad peragendarum causarum cæterarum negotium statim vertimus animum, si mûlque sumus exorsi initium. Tūc primæ narrationis exortu veræ fidei nobis tractatus occurrit, incipientes de illa primitus loqui, vt inde soliditatis auspiciem exordium, vnde sacra sumplimus natiuitatis initium, quatenus assertionum sanctarum fortipremissa sententia, quicquid in posterum sublequenter aduenerit de actis negotiorum, fortius sustinere valeat seriem decretorum. Vnius ergo sacræ fidei veram professionem, veramque regulam tene-

re, nos tota virtute animi & profitemur, & acclamamus, cunctisque percipiendam ac retinendam plena deliberatione incessanter prædicamus, sicut à sanctis Apostolis ostensa docetur, sicut à sequentibus Patribus orthodoxis disserta probatur, sicut etiam à sanctis illis synodalibus gestis, verè sanctæque confirmata dignoscitur, in quibus Arrii vel Eutychetis insanissimus error deprehenditur, & radicitus extirpatur, sicut denique in sacris missarum solennitatibus concordi voce profitemur, ac dicimus.

Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, hominon patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, homo factus, & passus sub Pontio Pilato, ac sepultus, & tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris, inde venturus iudicare in gloria viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus & in spiritum sanctum viuificantem, ex patre & filio procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificandum. Qui locutus est per prophetas. Et vnam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confitemur vnum baptismum in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi, Amen. Huius fidei sanctæ regula idcirco nunc tractatus non recipit aperturam, quia & à sacris doctoribus abundè constat exposita, & imminentium causarum negocia nos ad alia trahunt peragenda.

2 Secundæ disputationis occursum affuit negotium tam facile quàm & graue, in quo de refugis atque perfidis disputatione commota, vtrumne possit eorundem temperari sententia damnatorum, magno satis conatu est exquisitum. Sed cum illarum series conditionum, ad quas, decursis non longè temporibus, pro eorum penuria hostilitatis vastitas nos iurare coegerat, nostris esset auditibus recensita, tantam reperimus obligationis illic inesse censuram, vt macularum suarum nodositas nō tantum videretur prohibitionem dedisse transgressionum, quantum conclusis viscera pietatum. Aderat enim, quod inuoluerat pavor agebat, & ne sancti nominis prophanatio fieret, & ne miserationis operatio interiret, quia ex Dei nominis prophanatione non aberat quod terrebat, & prohibitionem pietatis aderat quod tædebat. Dum quoque alterno periculorum obiectu sibi prolata sententiæ compugnarent, periclitabamur accipites in bifido partium dissidentium calle, quo direptionis tramite iudicium properaret. Sed cū gressibus disputationis nostræ esset difficultatis congressio, & de via obiecisset properandi, tandem relicto discrimine, cum fragore singultuum & imbribus lachrymarum, ad Deum, qui pietatis fons est, verba simul & corda conuertimus, orantes: Aspira sanctæ spiritus, & ducito nos in portum voluntatis tuæ, sedatis fluctibus ignorantia nostræ. Ecce enim periculorum syrtes in littore cursus nostri proueniunt, atque hincinde obuiantibus naufragiorū obicibus, quo disputationis nostræ vela pandamus, attentionis consideratione non cernimus. Sed aspira rursus

tu sanctæ spiritus, & dato nobis, te donante, nosse quod iubeas, ac te iubente implere posse quod iusseris, vt perlustrando illumines quod nescimus, & adiuuando perficias quod implere pauemus. Simus ergo in te requiescentes, & erroneorum fluctuum paucioribus abiectis, commercia nos iube disponere pacis, incohemus illa quæ & in gloriam tuam omnipotentia conferantur, & humanæ salutis, te annuente, donentur. Temporibus non procul excursis, cum quorundam refugarum tumultuosa seditio frequenter vastationes terris inferret, & scandala populis cum excidiis irrogaret, ad eò vt captiuorum turmas ducerent, & desolationes ecclesiarum facerent, quæ tali concussæ sunt peste, vt quilibet conatus nequeat reparare: exactum est vi potius necessitatis extorta, quàm deliberatione iudicij, vt cōtra eosdem, eisdemque similes, cum omni ferè populo acerrima iuramenta daremus. Vnde iurasse nos per attestacionem diuini nominis, conditio iuramenti demonstrat & ne resolui queat, sacra scripturæ autoritas instat. Scriptum nanque in Exodo est: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim insonem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Dei sui frustra. Item in Leuitico: Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui, ego Dominus. At verò, quia illata pressurarum acerbitas, resolui possit ac debeat, tam vinculorum & lamentorum horum asperitas insinuat, quàm eiusdem autoritatis dominicæ præcepta commendant. Et enim iuxta veterem translationem, ita quosdam per Esaiam graui exprobratione Dominus increpat & arguit, dicens: Vx filiis desertionis, dicit Dominus: fecistis concilium non per me, & sponsonem non per spiritum meum, addere peccatum super peccatum. Item in Hieremia: Iniquitates nostræ declinauerunt hæc, & peccata nostra amouerunt bona à nobis, quia inuenti sunt in populo meo impij, & loquentes vana, statuerunt ad dispergendos viros, & comprehenderunt. Vt laqueus venantis plenus volatilibus, sic domus eorum plene dolo. Et per Michæam: Vx mihi anima mea, quia perit reuerens à terra: & qui corrigit, inter homines non est. Omnes in sanguine iudicantur, vnusquisque proximum suum tribulat, omnes in malum suas manus præparat. Ad beneficentiam certè, quæ diuinis oculis tanto est gratior, quanto & inuenitur esse præstantior, sic nos Esaias instruit, dicens: Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Paulus etiam vaticinationis: Pietas ad omnia utilis est. Et Iacobus: Iudicium sine misericordia illi fiet, qui non fecerit misericordiam. Superexcellit autem misericordia iudicium. Ioannes item: Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Et per semetipsum veritas: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos odiunt. Et iterum: Dimittite, & dimittetur vobis. Si autem non dimiseritis, nec pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra. Ecce sunt dominicæ iussione hincinde astipulata firmissima cautione præcepta, ac proinde, quia sunt diuini oris professione taxata, manebunt per omnia æterna lege præfixa. Quid ergo? Nunquid aut iuramenta iustitiæ aut misericordiæ pacem sibi contraire narrabimus, dum scriptum sit: Misericordia & veritas obuiauerrunt sibi, iustitia & pax se cōplexæ sunt? At quia con-

Exo. 20. b  
Leuit 19. c  
Esai. 30. a  
Hier. 5. f  
Mich. 7. a  
Esai. 58. b  
1. Tim 4. c  
Iacob. 2. c  
1. Ioan. 3. c  
Luc. 6. d  
Ibidem. f  
Matt. 6. b  
psal. 84.

Oratio.



ideo vnus partis assertionem narrabimus non im- plendam, ne alterius assertio partis, iactura patiatur instantiam? Et quia iuramenti custodia vltionem no- temperat pauescendam, idcirco impietatis atrocitas mortem pariet execrandam? Absit. Etenim si publi- cis sacramentorum gestis (quod Deus auerrat) a qui- buslibet illicita vel non bona extitisset conditio alli- gata, que aut iugulare animam patris, aut agere com- pelleret stuprum sacratissime virginis: nunquid tol- lerabilius esset, stultę promissionis reiicere vota, qua per inutilium promissionum custodiam, exhortendā criminū implere mensuram? Quod si ita esset, quo- modo crederetur vnus observantia iusionis fons pietatis, cum emitteret tribulos vltionis? Aut que nā illa esset sacra observatio legis, qua sacrilegia com- mitteret prauitatis? vel cuius mensurę æquitas vide- retur, vt ex vnus præcepti cautela, necis exoriretur immanitas truculenta? At nunc non ita contendi- mus, vt contentionum diuortii concitatis, nos ipsos contentionis certaminibus misceamus. Est vera pax in vtroq; quod dicimus, quia sic spiritus sanctus iter nostrum ac cursum temperat, vt in nullo deuius nos casus à dispositione secludat. Vnde plena iam voce, pleniori fide, plenissimāque intentione prædicimus atque in tota sanctę ecclesię vniuersitate prædica- mus, pariter & optamus, nulla prophanatione solus & summę diuinitatis nomen existere assumendum, nullo periurij sacrilegiō indebitę prophanandum, nullo vsquam contractu fallacię contingendum. Nā si attestante veritate, propter prophanationem peri- urij euitandam, prohibetur omnino iurare, cum di- citur: Sit sermo vester, est est, non non: quod autem plus his est, à malo est: quomodo impunitum erit, no- men tantę glorię voluntarię prophanasse, dum in eo taxata fides dignoscitur interisse? Vel quatenus pacis fœdera inter gentiū dissidia ligabuntur, si non iuramenti pacta sanctiori integritate seruentur? Et- enim omne quod in pacis fœdera venit, tunc soli- dius subsistit, cum iuramenti hoc interpositio robo- rat. Sed & omne quod animos amicorum conciliat tunc fidelius durat, cum ea sacramenti vincula ligat. Omne etiam quod testibus astipulatur, tunc verius constat, cum id adiectio iurationis affirmat. Quod si & testis deficiat, innocentis fidem solam iurifi- randi taxatio manifestat. Hinc vt mentibus huma- nis diuina voluntas panderet, quod volebat, ne labās fragilitas pro incerto teneret, quod inuolatę veri- tatis promissio exprimebat, per Esaiam loquitur, di- cens: Ego Dominus, & non est alius. In memetipso iuravi. Si ergo tantę institutionis limites sunt votiuā iuramenta seruanda, quis alienus à veritate, hæc ad- struat execrabilius violanda: Stabunt ergo sacre au- thoritatis viuifica iussa, nec vana prophanatione e- runt aliquatenus temeranda. Verum ne iuramenta quę data sunt, videantur in nos ita penitus misera- tionum conclusisse præcordia, vt nullam de pietatis affectu animę viscera concipiant indulgentiam pa- ritura: sic stabilis contractibus iuramento sinum mi- sericordię aperimus, atque ita cunctis Deo placita deuotione misereri censemus, vt nos nec iuramenti teneat cautio reos, nec inhumanitas faciat execran- dos. Occurrere certę miserorum ruinis debet subdi- dio vnusquisque quo valet, & ex releuatione alienę vindictę, à se Dei amouere vindictam. Libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Vn- de Iob ante passionis suę experientiam impendens

22. q. 4. Si publicis.

Matt. 5. f

22. q. 1. Omne qd.

Isa. 45. d

Iob. 29. e

patientibus passionis suę patientiam memorabat, suarumque virtutum catalogum texens, inter cete- ra sic connectit: Benedictio perituri super meuenie- bat, & cor viduę consolatus sum. Et paulopost: Fle- bam quondā super eo qui afflictus erat, & cōpatieba- tur anima mea pauperi. Hinc & Salomon: Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad inter- ritum, liberare ne cesses. Quibus sanctę auuthorita- tis instructi decretis, nec sanctum nomen prophana- nasse nos constat, quod nullatenus prophanandum ius nostrę prædicationis insignuat. Et indulgentiavi- sceribus adapertis, licet oris sui professione damna- ti difficile mereantur absolui, iuxta quod scriptum est: Sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum lo- cutum est aduersum te. Iterum, Ex ore tuo condem- naberis, & ex ore tuo iustificaberis: tamen pietatis intuitu, & parcendi viam pandimus, & misericor- diam prorogamus. Huius sanę promissionis incau- tã crudam cruentamque temperare sententiam, illa quàm maximę compellimur causa, quod hæc duo mala, licet sint omnino cautissimę præcauenda, ta- men si periculi necessitas, ex his vnum tentate com- pulerit, id debemus resolueri, quod minori nexu no- scitur obligari. Quid autem ex his leuius, quidve sit grauius, pietatis acumine inuestigemus. Etenim dū periurare compellimur, creatorem quidem offendi- mus, sed nos tantummodo maculamus. Cum verò noxia promissa complemus, & Dei iussa superbē cō- temnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illis enim duplici culparum telo percutebamur, hic tripliciter iu- gulamur. Restat ergo vt hæc nostra pergat sentētia, qua misericordię patuerit via. Quę ita Domino probatur accepta, vt plus eam cupiat, quàm sacrifi- cia veneranda, dicente ipso: Misericordiam volo, & non sacrificium. Hac indulgentiã concessa licentia, miserationis ipsius opus in gloriosi principis pote- state redigimus, vt quia Deus illi miserendi aditum patefecit, remedia pietatis ipse quoque non dene- get. Quę ita principali discretionē moderata persi- stant, vt & illis sit aliquatenus misericordia contri- buta, & nusquam gens aut patria per eosdem, aut pe- riculum quodcunque perferat, aut iacturam. Hæc miserationis obtentu temperasse sufficiat. Ceterum quęcunque iuramenta pro regię potestatis salute, & confutatione gentis & patrię, vel hæcenus sunt exacta, vel deinceps extiterint exigenda, omni cu- stodia, omni que vigilantia indissolubiliter decerni- mus obseruanda, à membrorum truncatione, mor- tis que sententia religione penitus absoluta. Sed ne prauarum mentium versuta nequitia nosmetipsos ad periurij quandoque deuocet culpam, nec à sanctę fidei regula hanc asserat venire sententiam, tam diuina autoritatis oracula, quàm præcedentiū Pa- trum asserta, huic narrationi curauimus innectēda. Etenim incommutabilis eadēque semper existens Dei natura, parcens, sua sæpe in sacris literis legitur mutasse promissã, & pro misericordiã tēperasse sen- tentiam. Vnde quamlibet sit impassibilis, atque im- mutabilis, eiusdemque deitatis, licet sint dicta fir- missima, crebrō tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitentia, quę sacris extant mysteriis ad opera- turare nanque Dea est, à seipso nullatenus ordinata conuelleri: pœnitere verò, eadē ordinata cum vo- luerit, immutare. Sic enim per Hieremiam dicit: Re- pentē loquar aduersum gentem & aduersum regnū, vt

Ex ec. 33. c

4. Ca. 10.

Matt. 14. a

Mar. 6. b c

Indic. 11.

16.

Cap. 12.

22. q. 4.

No semp.

1003

22. q. 4. fir-

communi.

Hier. 18. b

vt

vt eradicem, & destruam, & disperdam illud: si pœ- nitentiam egerit gens illa super malo suo, quod lo- quutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, vt facerem ei. Et per Eze- chielem: Si dixerō iusto viro, quod vita viuatur, & con- uersus à iustitia sua, fecerit iniquitatem, omnes iusti- tię eius obliuioni tradentur, & in iniquitate quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixerō impio morte morieris, & egerit pœnitentiã à peccato suo, vita viuet, & non morietur. Si ergo nostra conuersio sic diuinam mutat sententiam, cur miserorum tanrę lachrymę vel pressurę, tam crudam non temperent ex miseratione vindictam? Hinc etiã Israelitico po- pulo sæpe vltio promissa suspēditur, & Ninuitarum perditio, diuinę sententię permutatione sedatur. At verò illustrium laudum titulo præclarus author Ambrosius, in libro de Officiis primo, \* huiusce rei causa sic loquitur: Est etiam contra officium non- nunquam, soluere promissum & sacramentum cus- todire: vt Herodes, qui iurauit, quoniam quicquid petitura esset, daret filię Herodiadis: & necem Ioan- nis præstitit, ne promissum denegaret. Nā de Iephte quid dicam, qui immolauit filiã, quę sibi victori primum occurrerat, quo votum impleteret, quod spo- ponderat, vt quicquid sibi primum occurrisset, offer- ret Deo? Melius fuerat nihil tale promittere, quàm promissum soluere parricidio. Item in libro tertio: Purum ergo ac syncerum oportet esse affectum, vt vnusquisque simplicem sermone proferat, vas suum in sanctitate possideat, nec fratrem circumscri- ptione verborum seducat. Nihil promittat inhonestum. At si promiserit, tolerabilius est promissum nō facere, quàm facere quod turpe sit. Sæpe plerique cō- stringunt se iurandi sacramento, & cum ipsi cog- nouerint promittendum non fuisse, sacramento tamen contemplatione faciunt, quod sponderint. Sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici præ- mium turpiter promissit, crudeliter soluit. Turpe est, quod regnum pro saltatione promittitur: crudele, quod mors prophetę pro iurandi religione da- tur. Quāto tolerabilius tale fuisset periurium sacra- mento? Et post pauca de Iephte disputans: Mirabilis, inquit, necessitas, quę soluitur parricidio. Melius est nō vouere, quàm vouere id, quod sibi is cui pro- mittitur, nolit exolui. Et post paululum: Non semper igitur promissã soluenda omnia sunt. Denique ipse Deus, sicut scriptura indicat, frequēter mutat suam sententiam. Vir quoque sanctissimus Augustinus, ve- stigationis acumine cautus, inueniendi arte præci- pius, asserendi copia profluus, eloquentię flore ven-ustus, sapientię fructu fœcundus, hæc in suis narrat affatibus: Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non est si- ne culpa, cum aut iocamur, aut pro misericordiã mē- timur. Illud primum in iocando, ideo non est perniciosum, quia non fallit. Nouit enim ille, cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem minus est ideo, quia retinet nonnullam beneuolentiam. Idem ipse: Nō auferat (inquit) veritas misericordiam, nec misericordia impediatur veritatem. Si enim pro veri- tate, aut quasi rigida veritate oblitus fueris miseri- cordiam, non ambulabis in via Domini, in qua mise- ricordia & veritas obuauerunt sibi. Beatus etiam pa- pa Gregorius, & vitę meritis honorandus, atque in- ethicis assertionibus penē cunctis merito præferen- dus, sic in libris infert Moralibus: Quia ergo Bee-

moth iste tam inexplicabilibus nodis ligat, vt plerū- que mens in dubium adducta, vnde se à culpa solue- re nititur, inde in culpa arctius intringatur, rectē di- citur: Nerui testiculorum eius perplexi sunt. Argu- menta nanque machinationum illius, quo magis re- laxantur, vt relinquunt, eo magis implicantur, vt te- neant. Est tamen, quod ad destruendas eius versutias vtiliter fiat. Vt cum mens inter minora & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine pecca- to aditus euadendi patet, minora semper eligantur: quia & qui murorum ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior murus inue- nitur. Nostri quoque seculi doctor egregius ecclesię catholicę nouissimum decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinę comparatione non infimus, at- que & quod maius est, iam seculorum finitorum do- ctissimus, cum reuerentia nominandus Isidorus, in libro Sententiarum secundo, hæc pro tali narrat ne- gocio: Non est conseruandum sacramentum, quod malē & incautē promittitur, velut si quispiam adul- terę perpetuam cum ea permanendi fidem pollicea- tur. Tolerabilius est enim non implere sacramentū, quàm permanere in stupri flagitio. Similiter in sy- nonymis: In malis promissis rescinde fidem, in tur- pi voto muta decretum. Quod incautē vouisti, non facias. Impia est promissio, quę scelere adimpletur. Hæc de sacris paginis autoribusque præcipuis bre- uissimē sufficiat prælibasse. Nam plurima colligere poterit, qui hæc attentius legendo quæserit. Cete- rum quibus hæc nequaquam sufficiunt, vel hinc su- mant cum rubore silentium, quia optat vas electio- nis anathema esse à Christo pro fratribus suis, quàm perdurare crudelibus in delictis. 3 Tertio ratiocinationis alloquio doluimus con- tra priora monita Patrum, vota perniciosissima po- steriorum. Nam quanto frequentius illi noxia vetue- runt, tanto studiosius isti perpetrare vitia non qui- escunt. Sicque per contrarium, quod penitus occum- bere debuit, insultare non desinit: & res, quę tor- tificis (vt ferunt fabulę) truncata virefcit. Deniq; quod non sine magno dolore dicendum est, reperiantur quāplurimi negocio muneris perituri, mercari vel- le gratiam spiritus sancti, dum vile præmiū donant, vt pōtificialis ordinis sublime culmen accipiant, ob- liti verborum Petri, qui dixit ad Simonem: Pecunia tuę tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri. Proinde quia & vfitatum est tantum malum, & maiorum frequen- ter constat mucrone succisum, nos quoque huic vul- neri canceroso ignitum (quod superest) adhuc iniu- cimus ferrum, decernentes omnino, vt quicunque deinceps propter accipiendam sacerdotij dignita- tem, quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se nouerit anathematis oppro- brio condemnatum, atque à participatione Christi corporis, & sanguinis alienum, ex quo illum constat execrabile Christo perpetrasse flagitium, Quod si aliquis extiterit, qui accuset, ille qui hunc ordi- nem munerum fuerat acceptione lucratus, & susce- pto honoris gradu priuetur, & in monasterio sub- perenni pœnitentia relegatur. Illi verò qui hac cau- sa munerum acceptatores extiterint, si clerici fue- rint, honoris amissione mulctentur: si verò laici, an- themate perpetuo condemnentur. 4 Quanta congressionis euentu obuius sese no- bis

Iob 40.

22. q. 4. Ne est ob.

Idē lib. 2.

Acto. 8. d

bis intulit pontificalis culminis lapsus, quæ antè fere, quàm disponere compulsi ex ordine sumus. Nam dum secundum carnis assumptæ mysteriū, ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere Christus, meritò in membris eius intentio episcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimioribus celsitudine ordinis regunt, & disponunt subiectas multitudines plebium. Vnde quanto ipsi sequetium fiunt ductores, tanto meritorum lumine debent præfulgere. Quapropter omnes episcopi inter cetera virtutum ornamenta, nitore carnis debent propensius enitere, vt ex hoc audientes munditiam appetant, ex quo doctores immunditia non deturpat: aded vt si deinceps episcopi detecti fuerint, execrabilibus flagitiis cum quibuslibet fœminis pollui, ac familiari peculiaritate versari, nouerint se irrevocabili sententia Patrum vlcisci, id est, & loci & ordinis dignitate priuari.

5 Quintæ actionis impulsu peruenit ad totius concilij sacrum auditum, quosdam sacerdotes & ministros, obliuiscetes maiorum ac veterum constitutorum, aut vxorum, aut quarumcunque fœminarū immunda societate, & execrabili cōtagione turpari, & pessima cordis obstinatione, tam sacris literis, quàm Patrum regulis obuiantes, nec leui quidem respiramine contemplant, quod scriptum est: Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, dicit Dominus: & illud Apostolicum, Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, id est, fornicationem & immunditiam, concupiscentiam malam & auaritiam: quibus quanto est pertinacior vis in malis, tanto austerioribus cōuenit obuiare decretis. Propter quod \* flagitiis detectis, specialiter hoc à sancto Concilio definitur, vt omnes episcopi id ipsum in suis quære sollicitè curent. Et cum hoc verisimè reperire poterint, omnes placita cautione taliter distringant, vt nunquam vltius tam abominanda committant. Mulieres verò seu liberæ sint, seu ancillæ, tam turpiter sociatæ, ita omnimodè separentur, aut certè vendantur, vt vltius ad consocios sui criminis reuertendi omnem habeant aditum denegatum. Illiverò, si omnino coerceri nequiverint, vsque ad exitum vitæ suæ monasteriis deputati, disciplinis monasticis maneant omnino subiecti.

6 Sextæ discussionis obiectu, quorundam malè sibi consciarum patuit denotatum elogium. Nam reatum est nobis, quosdam subdiaconos, postquam ad sacri ordinis peruenerint gradum, non solum carnis immunditia fordidari, cum scriptum sit: Mundamini qui fertis vasa Domini: sed etiā (quod dictu quoque nefas est) nouis vxoribus copulari, asserentes hoc ideo sibi licere, quia benedictionem à pontifice se nesciunt percepisse. Proinde omni excusationum discisso velamine, id præcipimus obseruari, cum iidem subdiaconos ordinantur, cum vasis ministerij benedictio eis ab episcopo detur, sicut in quibusdam ecclesiis vetustas tradit antiqua, & sacra dignoscitur consuetudo subitare, prolata omni penitus ab illis sorte mulierum, ac familiaritate remota. Quòd si hoc vulnere deinceps fuerint fauciat, mox erunt sub pœnitentiæ oneribus vsque ad extremum vitæ monasteriis religandi.

7 Septimæ assertionis accessu adiit cœtum nostrū tam inuerecunda progressio, quàm ignobilis ac detestanda præsumptio. Quosdam enim aut euentu necessitatum, aut metu periculorū, ab episcopis sut-

plisse nouimus ecclesiasticarum officia dignitatum. Et quoniam cum illis hæc imponerentur, id sibi fieri noluisse testati sunt, idcirco hæc aspernere, atque ad pristina pertentat coniugia, morèsq; redire, tam nequiter cœlestia iura soluentes, quàm promptè seculi extant illecebris inhiantes. Qua de re nosse nos conuenit, quod episcopalis eminentiæ culminis auctoritas, non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quæ ceteris sacerdotibus exercenda prohibuit: scilicet templorum Dei sacrationem, christiatis benedictionem, sacrorūque ordinum institutionem, quæ tam diuinaliter ordinata persistit, quæ excellentissimè conferuntur: quia & tanto ab eis singulariter impenduntur, quanto eidem summo culmini peragenda seruantur. Quo modo ergo quòd in se recipit, à se reicere poterit, cum hæc à nullo altero conferri, quàm à solis pontificibus nouit, quibus nec ligata solui, nec soluta potuerunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum veritas ait: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlo. Nequaquam aliquando poterit prophaniari, quod diuina iussione, simulque Apostolica traditionis auctoritate sacrum noscitur extitisse. Verum sicut sanctum chrisma collatū, & altaris honor euelli non queunt, ita quoque sacrum decus honorum, quod his compar habetur & socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit omnimodè inconuulsum. Ad extirpandum verò radicitus huius callidæ machinationis inutile argumētum, id sibi rationabiliter dari nouerint in obiectu, quòd sacrosancti baptismatis inappreciable donum est: semper & sæpe non solum nolentibus, verum etiam (quod maius est) nescientibus impartitur, sed hoc à nullo penitus prophaniari permittitur. Quòd etsi hic opponitur, necdum rationis capacem existere, qui hoc probatur accipere: hinc omnimodo cognoscant, quia si maiores impudè non deserunt, quod paruuli vel nesciendo, vel nolendo percipiunt, quanto magis non conuenit violari, quòd pro mortis aut pœnarum euadenda pernicio, occulta Dei dispensatione dignoscitur obuuisse? Recedant ergo talium desideriorum sine verecundia impudorati fautores: & licet inuitti perceperint, quòd non merebantur habere, libenter tamen ob cœlesti retineant præmium, quòd nolendo, propter terrenæ consecuti sunt necessitatis euentum, vt tam inuitti appetant bona diligere, quàm sponte videntur desideres impugnare. Quòd si quis post hoc perennis dispositionis edictum, non synceriter sacris inhæserit cultibus, & abiiciens à se gratiā quæ accepit, relabitur ad coniugium, morèsq; seculi attemptauerit, vel eum redire ad hoc constiterit: mox omni ecclesiastici ordinis dignitate priuetur, & vt a postata à sanctæ ecclesiæ liminibus, & societate fidelium habeatur prorsus exclusus, monasterij claustris, donec vixerit, sub pœnitentiā retrudendus.

8 Octauæ disceptationis affatu reperimus quosdam diuinis officiis mancipatos, tanta nescientiæ locordia plenos, ita literarum & disciplinæ ignaros, vt nec in illis probentur instructi competenter ordinibus, qui quotidianos versantur in vltis. Proinde sollicitè constituitur atque decernitur, vt nullius cuiuscunque dignitatis ecclesiasticæ deinceps percipiant gradum, qui non totum psalterium, vel canticorum vsualium & hymnorum, siue baptizadi perfectè nouerint supplementum. Illi sane qui iam ho-

nore dignitatum funguntur, huiusce tamen ignorantia cæcitate vexantur, aut sponte sumant intentione necessariam perdiscendi, aut à maioribus ad lectio-nis exercitia cogantur inuitti. Absurdum siquidem est, eos qui ceteros simpliciores & laicos habent docere, quibus & disciplinæ & vitæ debent esse veluti quoddam speculum, ad alicuius ordinis vel dignitatis promoueri statum, qui legem Dei ignorant, nec literarum saltem mediocritate sunt insigniti. Nullus igitur ad sacra Dei mysteria tractanda veniat indoctus, aut ignorantia tenebris cæcutiens: sed solus is accedat, quem morum innocentia & literarū splendor reddunt illustrem: aliter ordinaturis & ordinandis imminete in posterum Dei & eius ecclesiæ vindicta.

9 Nonæ intentionis admonitu detecta est ingluuius horrenda voracium, quæ dum freno parsimonie non astringitur, religioni contrariè monstratur. Dicente enim scriptura: Qui spernit minima, paulatim decidit: illi tanta edacitatis improbitate grassantur, vt cœlestia & penè summa contemnere videantur. Etenim cum quadragesimæ dies, anni totius decimæ deputentur, quæ & in oblatione ieiunij Domino consecrantur, quibus etiam saluberrimè conditio humani generis expiatur, dum à quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur, & ex quatuor elementis formatus, propter transgressionem decalogi quaterdecies conuenienter affligitur: illis qui ausu temerario hæc omnia contemnunt, nec voracitatis ingluuiem frenant, & (quod peius est) paschalia festa illicitorum esum perceptione prophanant: ex hoc aded acerrimè interdicitur, vt quisquis sine inuitabili necessitate atque fragilitate, & euidenti languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus quadragesimæ esum carniū præsumperit attentare, nō solum reus erit resurrectionis dominicæ, verum etiam alienus ab eiusdem diei sancta communione: & hoc illi cumuletur ad pœnam, vt ipsius anni tempore ab omni esu carniū abstineat gulam, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam. Illi verò quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non antè prohibita violare præsumant, quàm à sacerdote permillum percipiant.

10 Decimæ colluctationis assensu molestis actibus quos sagax indagatio pietati obuiare detexit, & non tam bene regendi licetia, quàm se mansuetudo impugnasse probauit, satis (vt opinamur) & lege gloriosè principis, & decreto sanctæ synodi huius contradictum esse conspeximus. Ita enim sanctus spiritus per vtrasque definitiones mortalium corda perflauit, vt vitali statu verborum, in posterum omnè exureret malè concupiscentium rabiem animorum. Actum nanque est definitionibus ipsis, vt quia pietatis diuinæ incomprehensibilis natura se conditioni mortalium in unitatem personæ coniunxit mysterio redemptionis humanæ, nos quoque membra carnis huius & perfidiæ malum, & concupiscentiam, quæ radix malorum est omnium, & auaritiam, quæ inuenitur seruitus idolorum, pari simul igne ac mutrone, totoque artificio radicitus euellamus ac descemus. Ab hinc ergo deinceps, ita erunt in regni gloriam præficiendi rectores, vt aut in vrbe regia, aut in loco ubi princeps decesserit, cum pontificum maiorūque palatij omnimodo eligantur assensu, non fo-nifecus cœtu aut conspiratione paucorum, aut ru-

sticarum plebium seditioso tumultu. Erunt catholice fidei assertores, eamque & hanc, quæ imminet Iudæorum perfidiam, & cunctatum hæresum iniuriā defendentes: erunt actibus iudices, & vita modesti: erunt in prouisionibus rerum parci, plusquam extenti, vt nulla vi aut factione, scripturarum vel definitionum qualiumcunque cōtractus à subditis vel exigant, vel exigendos intendant: erunt in conquisitis obligationis gratissimæ rebus, non prospectantes proprii iura commodi, sed consulentes patriæ atque genti. De rebus congregatis ab eis, illas tantum sibi vendicent partes, quas dictauerit auctoritas principalis. Verum quæcunque inordinata reliquerint, hæreditabunt successores proprii eorum, & ante regnū iustissimè conquisita, aut filij, aut hæredes capiant iure proximitatis. De affinium successione vel munere, quamuis inordinatè relicta sint, aut primò raturū filiis, aut hæredibus sequenter proficiant vel propinquis, atque ita in eorum cunctis actibus, moribus ac rebus præfata legis auctoritas erit valitura, vt & perenniter maneat inconuulsa, & non prius apicem regni quisque percipiat, quam se illa per omnia supplementum iurifurandi taxatione definiat. Cui etiam legi vel decreto episcopalem non solum in futuro, sed etiam in præsentem reuerentiam apponentes, decernimus vt quicumque detractor, & non potius venerator decreti eiusdem atque legis esse maluerit, siue religiosus ille sit, siue laicus, nō solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum & sui ordinis dignitate priuetur.

11 Vndecimæ occasionis articulo decretorum vniuersalium perenne dedimus firmamentum, scientes quòd multimoda semper Deus oppositione iudiciorum ærumnas releuat oppressorum. Et sicut malis exigentibus hominum, permittit exerceri pœnas vltionum: ita cum voluerit, graue dines releuat presurarum. Hinc & decreta præcedentium Patrum, ad contentionis iurgium radicitus euellendum, ritè synodalem fieri censuere conuentum, vt illic de diuersitate iudiciorum præteritæ lites habeant terminū, ubi sanctus spiritus vniuersalem coadunauerit cœtum. Ab hoc ergo spiritu sancto successi, ne quilibet in posterum aut impudè valeant committi, aut generalia statuta conuelli, plena decernimus vniuersitate connexi, vt quæcunque pro fidei causis, ecclesiasticisque negociis, aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, aut in futuris etiam decretis vel sint vel fuerint definitiones conscriptæ vniuersali auctoritate, nullus deinceps cōtradicere audeat, nullus euertere præsumat, nullus non implere contendat. Nam si quis ex religione contra hæc inobediens, aut susurrans, aut certè lacerator, aut inuidus, ac non potius eorundem fautor exiterit gratia, & honoris sui & cōmunionis sacra luceat amissionis multatus. Cum verò aut quilibet sancta synodus agitur, aut pacifice inter pontifices quippiam definitur, si pauciores per nescientiam vel contentionem forte dissentiant, aut commoniti plurimorum sententiæ cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confusio-nis abscedant, aut excommunicationis annuæ sententiam luant.

12 Duodecimæ quæstionis propositione, quæ est finalis & vltima sacratissimi principis obsecratione piissima, pro Iudæorum, abominabili ac nefanda perfidia, execranda nostro cœtui percepta causa. Quam idcirco in fine sententiarum

cenſuimus eſſe ponendam, quoniam eandem gentē, delicti ſui meritō retroductam, per diuinā ſanctiōnis oracula à capite poſitam, deſlemus nunc eſſe in cauda. Sed quia Chriſtus, vt pro nobis, ita quoque pro illis mortuus eſt, iuxta quod ipſe ait: Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierant, domus Iſrael: neceſſarium duximus, ſummam pro eis impendere curam, pro quibus ſuam Chriſtus ponere non dedignatus eſt animam. Ideoque principali clementia deuotiſſimè approbante, (quæ ob hoc ſui regni apicem à Deo ſolidari præoptat, ſi catholicæ fidei pereuntium turmas acquirat, indignum reputans orthodoxæ fidei principem ſacrilegis imperare, & infidelium ſocietate pollui) nihil aliud pro his ex noſtra ſententia definitur, quã vt decreta Concilij Toletani, quod diuæ memoriæ Siſenandi regis aggregatum eſt tempore, à nobis ac poſteris omnimoda ſuppleantur intentione. Qui autem ab euſdem ſynodiuoluerit ſententia diſſentire, vt verè ſacrilegum nouerit ſe condemnari. Diuinæ Trinitatis inſeparabile nomen, ſicut inſpiratione mirabili noſtrorum tractatum primordia illuminauit, ita conſummatione ſublimi eundem iam perficiendo concludat, vt in illo ſit noſtrum explicuiſſe, à quo nobis fuit inchoaſſe. Damus ergo gloriam & honorē eidem ſanctæ & indiuiſibili Trinitati, quæ nobis & hæc dicere contulit, & in ſe dicta compleuit: quæ reformauit extremitate ſeculorum remedia pietatum, & reſoluit ligamina vinculoſum. Sit gratiarum actio, ſalus & benedictio exercituum Domino, ſuper ſereniſſimo Recceſiuntho principe glorioſo. Gratiarum actio & reuerētia plenitudo, à nobis omnibus in commune ipſi clementiſſimo principi, bonorum gratifico largitori, cuius votorum inſtantia benigna Deus attulit completentia: cuius diſpoſitio piſſima preſſurarū remouit exitia: cuius temporibus confert iuſtitia vigorē, & exuberat miſericordia opulenta: cui Dominus poſt præſentis aut temporis, diuturnam cum ſanctis omnibus tribuat in remuneratione coronam. Nos autem omnes hanc decretorum noſtrorum ſeriem ex recte fidei, vel pietatis ac iuſtitie fonte manantem, coram Deo & angelis eius, orthodoxis omnibus & nunc & in futuro impenſiſſimè commendamus, obſecrates enixius, vt hanc & reuerenter adimpleant, & ab æmulis benignè defendant. Contemnētibus autem eam diuinæ ſeueritatis ultio pauenda proueniat, obſeruantibus autem miſericordia profluens, pax perpetua, & gloria ſempiterna contingat. Huius quoque ſententia fortitudine vel vigore, decreti noſtri ſerie, quam in ſereniſſimi Domini noſtri Recceſiunthi regis edidimus nomine, pro rebus à diuæ memoriæ patre ſuo quolibet titulo conquiſitis, decernimus omnino conſtare. Legem denique quam pro execranda principum horrendaque cupiditate idem clementiſſimus edidit princeps, ſimili robore firmamus, atque vt futuris retro temporibus modis omnibus obſeruetur, pari ſententia definimus. Quæ etiam ne ta citurnitate temporum, vel obliuiosa vetuſtate deſerantur, huic noſtræ conſtitutioni decreuimus vtraque innectenda, & ita ſanctorum memoriæ cōmendanda, vt à cūctis regulis ſuperius ordinatis, nequaquam maneant ſegregata. Cætera quoque decretorum noſtrorum iudicia, quæ ab hac ſancta ſynodo noſcuntur eſſe conſecta, ſi quis conuellere forſitan decreuerit, aut temerè implere neglexerit, vel infringere quandoque voluerit, per iudicium omnipoten-

Matt. 15. c

ca. 56. 57.

58. 59. 60.

62. conc.

Tolet. 4.

tis Dei, anathema ſit. Soli autem Deo noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

*Interfuerunt huic ſancto Concilio, qui & ſubſcripſerunt, pontifices numero quinquaginta duo.*

**CONCILIUM TOLETANVM**  
nonum, habitū anno ſeptimo Recceſiunthi regis, calend. Nouemb. ab episcopis ſexdecim, & circa tempora Martini papæ primi.

**TITVLI CAPITVLOVM**  
eiſdem Concilij.

- 1 *Vt de rebus eccleſiæ nihil episcopi auferant, & qualiter proximi fundatoris, eccleſiæ ſolicitudinem gerant.*
- 2 *Vt fundatores eccleſiarum quoadſque vixerint, earum habeant curam, ipſique illic miniſtros eligant ſeruituros.*
- 3 *Si de rebus eccleſiæ pro præſtatione aliquid dari dicatur, cauſa præſtati cognoſcatur.*
- 4 *Quod de conquiſitis rebus, inter eccleſiam & ſacerdotis hæredes, æqualis diuiſio fiat.*
- 5 *Si episcopus monaſterium facit, vel parochianam eccleſiam ditat, quartam partem de rebus eccleſiæ conferat.*
- 6 *Vt episcopus tertiam partem eccleſiaſticarum rerum ſibi debitam, cui elegerit, conferat.*
- 7 *Ne extra conſtitutum ordinem morientis ſacerdotis hæredes rem eius adire præſumant.*
- 8 *Vt in ſcripturis, quas ſacerdotes vel miniſtri inuſſe fecerint, poſt mortem eorum habeant annorum numerum computatum.*
- 9 *Quantum commodum ſibi episcopus tollat de eccleſiâ, cuius tumulauerit ſacerdotem.*
- 10 *De damnatione filiorum, qui ex ſacerdotibus & miniſtris geniti probantur.*
- 11 *Quod ſeruilibus clericis dare debeant episcopi libertatem.*
- 12 *Quod poſt mortem ſacerdotis, in libertate ſeruis collata, annorum tempus debet computari.*
- 13 *Vt ex libertis eccleſiæ & perſonis ingenuis geniti, ab obſequiis eccleſiæ non recedant.*
- 14 *Quod ſi liberti eccleſiæ ad eam reuerti noluerint, omnium eorum recula iuri applicetur eccleſiæ.*
- 15 *De obſequio & diſciplina libertorum eccleſiæ.*
- 16 *Quod liberti eccleſiæ, nihil de rebus ſuis in alienum liceat transferre.*
- 17 *Vt baptizati Iudæi, cum episcopis celebrent dies feſtus.*

**CAPITVLA EIVSDEM**  
Concilij.



Vm canonicæ definitionis edito in Toletana vrbe pro peragendo Concilio poſt diem calendarum Nouembrii, anno ſeptimo Recceſiunthi principis glorioſi, in baſilica ſanctæ Mariæ ſemper virginis, in vnum fuiſſe ſemus Domino fauente collecti, id cōmuni definitione decreuimus, vt capitula quæ in priſcis canonibus nimè habebantur inſerta, pari promulgarēt ſententia & antiquis iūgerētur regulis, perenni iugitate maſura & omni reuerentia cōſeruanda. Sed quia nequaquam rectè ſubditos iudicat, qui non ſeipſum prius iuſtitię

ccn-

cenſura caſtigat: aptum nobis & expedibile viſum eſt, antè noſtris exceſſibus imponere modum, & ſic errata corrigere ſubditorum. Tunc nanque melius iudiciorum exordia dicuntur, cum vita iudicum antè diſponitur, eo quod potius iudicij forma compleatur, cum negotiorum principiis æquitas iudicantiū antefertur. Ideo exordium æquitatis inchoari à iudicibus debet, vt perfecta iuris cauſatio limitè aperius formet.

1 Omnis itaque rei eccleſiaſticæ quantitatis, ſicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum ritè præparat fraudatori. Et ideo nullus ſacerdotum vel miniſtrorum, ex rebus eccleſiæ, quæ in quibuſcunque locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel iuri ſuo aut cathedrę propriæ vnitate connectat. Deuotio enim vnuiuscuſque, ſicut gratanter votum cōtulit Deo, ita definiuit, quod plenitudo votorum, conſeruare tur in loco: in quo, velut ſi collata tenentur, manet gratia offerentis: ita ſi fruſtrantur, imminet pernicies defraudantis. Verum vt huius rei potior ſoliditas habeatur, condignis filiis vel nepotibus, honeſtioribusque propinquis eius, qui conſtruxit vel ditauit eccleſiam, licitum ſit, hanc bonæ intentionis habere ſolertiam, vt ſi ſacerdotem ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus præiuderint defraudare, aut commonitionis honeſtæ conuentione cōpeſcant, aut talia episcopo vel iudici corrigenda denuncient. Quod ſi talia episcopus agere tenter, metropolitano eius hæc inſinuare procurent. Si autem metropolitano talia gerat, regis hæc auribus intimare non diſſentant. Ipſis tamen hæredibus, in eiſdem rebus non liceat, quaſi iuris proprij poteſtatem præferre, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quamcunque præſumere: ſed hoc ſolum in ſalutarem ſolicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut vt in multam partem aut aliquam ſalutaris merces aſſumat. Si quis verò deinceps hæc monita temerare voluerit, & malè rapta cum confuſione reſtituet, & excommunicationis annuæ ſententiam ſuſtinebit.

2 Cum ſæpe ſit ſolitum, etiam illa quæ non debentur, prece ſupplicationis & vi quodammodo extorqueri doloris: quanto magis & ſine obſtaculo concedi debent, exquisita ſimul & ordine iuris, & dolore compaſſionis. Quia ergo fieri plerunque cognoſcitur, vt eccleſiæ parochiales vel ſacra monaſteria, ita quorundam episcoporum vel inſolentia, vel incuria horrendam decidant in ruinam, vt grauior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quam inſtruendo gaudij extiterat labor: ideo pia compaſſione decernimus, vt quandiu earundem fundatores eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro eiſdem locis curam permittantur habere ſolicitam, & ſolicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eiſdem baſilicis iidem ipſi offerant episcopo ordinandos. Quod ſi tales forſitan non inueniantur ab eis, tunc quos episcopus loci probauerit Deo placitos, ſacris cultibus inſtituat, cum eorum conuentione ſeruituros. Quod ſi ſuperſtitibus eiſdem fundatoribus, rectores ibidem præſumpſerit episcopus ordinare: & ordinationem ſuam irritam nouerit eſſe, & ad verècundiam ſuam, alios in eorum loco, quos iidem ipſi fundatores cōdignos elegerint, ordinari. 3 Si ſacerdos vel miniſter de rebus eccleſiæ quipiam alicui ſub præſtationis obtentu concedat, in-

ſtrumenti cauſam præſtiti euidenter exponat, vt hoc aut iuſtè conſecta tranſactio innotefcat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat: aliter verò pro huius negocij cauſa, deinceps ſcriptura non valeat.

4 Sacerdotes, vel quicumque illi ſunt, quibus eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, quæcunque ad miniſtrationis ſuæ tēpore emerint, ſi de rebus propriis vel vile vel carum habuerint, ad eccleſiæ nomē cui præſunt, chartarum inſtrumenta conſicere procurent. Non enim conuenit, vt eccleſia, quem ſuſcipit externum, efficiat in alieno diuitem, & in ſuo retineat fraudatorem. Hi verò qui ſuarum rerum noſcuntur habere compendium, ex omni re, quam poſt ordinationis ſuæ diem viſi ſunt acquiſiſſe, ſiue nulla, ſiue aliqua ſint inſtrumenta conſecta, compenſata tam iuris ſui, quam eccleſiaſticarum rerum habitu dine, ſi ſe vtriuſque rei quantitas exæquauerit, inter eccleſiam & decedentis hæredes, æquo iure conquiſitio pertinebit. Si autem quælibet pars maiori cumulo ſui iuris execrerit, maiorem portionem etiam in diuiſione percipiet. Quicumque verò de prædictis ſacerdotibus vel miniſtris, pro ſui vtilitate atque amicitia, vel præſtatione, aut quocunque modo, aut per ſcripturam ſeriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus eccleſiaſticis non poterit numerari: ſed quod exinde voluerint facere, in ipſorum voluntatis arbitrio ſubiacebit. Quod ſi hoc poſt eorum mortem ordinatum fortaſſe remanſerit, eccleſia hoc ſibi, cui præfuit vel miniſter extiterit, in perpetuum vindicabit.

5 Bonæ rei dare conſultum, & præſentis habetur vita ſubſidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. Quisquis itaque episcoporum in parochia ſua monaſterium conſtruere fortè voluerit, & hoc ex rebus eccleſiæ, cui præſidet, ditare decreuerit: non amplius ibidem quam quinquageſimam partem dare debet, vt (hac temperamenti æquitate ſeruata) & cui tribuit, competens ſubſidium conferat: & cui tollit, damna graua non inſingat. Ad eccleſiam verò, quæ monaſticis non informabitur regulis, aut quam pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius quam centeſimam partem census eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela ſeruata, vt vnã tantummodo quæ placuerit, ex his duabus remuneratione aſſumat.

6 Cum præteritis ſanctionibus notiſſimum habeatur, quæ de rebus parochialium eccleſiarum pars episcopo conferatur: oportunè tamen duximus decernendum, vt ſi episcopus tertiam partem, quam de rebus earundem ſanctione ſibi debitam nouit, aut ipſi eccleſiæ, cuius res eſſe patebit, aut alteri eccleſiæ quæ elegit, conferre decreuerit, & licitum maneat, & ir- reuocabile robur eius ſententia ferat.

7 Propinqui morientis episcopi, nihil de rebus eius abſque metropolitani cognitione, uſurpare præſumant. Quod ſi is qui receſſerit, metropolitano fuerit, ſucceſſoris eius ſententiã aut cōcilium ſuſtinebunt, ne paſſim hæreditatis adeundæ danda licetia, de rebus eccleſiæ aut nõ retineatur ratio plena, aut fraus inueniatur illata. Quod ſi præbyteri aut diaconi fuerint quos obſiſſe contiterit, non ſine agnitione ſui episcopi rem eius hæredibus adire licebit. Quisquis ſanè poſt hæc tranſgreſſor inuentus extiterit, pro his quæ non expectato ordine adierit, inuafionis damno legis ſententia ſubiacebit.

12. q. 4. Sacerdotes.

12. q. 3. Quicumque de ſac.

12. q. 2. Bona rei d.

12. q. 3. Episcopi ſi tertiam.

16. q. 7. Determin.



16.9.3. Si *sacerdotes* 8 Si sacerdos vel minister, dum gubernacula ecclesiarum administrare videretur, contra Patrum sanctissimas sanctiones, de rebus ecclesiarum definisse aliquid dignoscitur: non ex die, quo talia scribendo decreuit, sed ex quo talia moriendo definita reliquit, supputationis ordo substabit. Nunquam enim ad triennium temporis pertinere poterit potestas, irritè hoc iudicantis: quia status contractuum, initia non sumpsit ab origine æquitatis.

9 Plerique dum rapinis inhiant, quod non debet, aut miserationis opus condignè nō implent, aut in debita ipsi miserationi damna permiscunt. Ideoque ne amplius misericordiarum opus execrabile labatur in scelus, id communi decreto sancimus, ut cum pontificem mori contigerit, episcopus qui ad humanum corpus aduenit, descriptis thesauris atque ornamentis omnibus, si locuples decedens ecclesia fuerit, non amplius quam libram auri in rebus quibus ei placuerit, exceptis ornamentis ecclesiarum, cum gratia offerentium auferre pertentent. Si verò minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi licentur vsurper. Nam & hæc vsurpare ipsa ratio nulla permetteret, nisi eius qui conuenit, sacerdotis iniuriarum contemplatione antiquitas hoc vsurpata seruasset. Porro breue descriptarum rerum, sub fidei ratione hic qui descriptis, dirigere metropolitano curabit. Metropolitanus autem ex eadem morientis ecclesia, nihil prorsus auferre præsumat, sed solà quæ ad eum pertinet, curam salutarem impendat.

15.9.8. Cui *multa.* 10 Cum multæ super incontinentia ordinis clericorum hætenus emanauerint sententiarum Patrum, & nullatenus ipsorum reformari quierit correctio morum, vsque adeo sententia iudicantium protraxerit commissa culpam, ut non tantum ferretur ultio in auctores scelerum, verum & in progeniem damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo vsque ad subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio, in honore constituti filios procreauerint: illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur: proles autem aliena pollutione nata, non solum hæreditatem parentum nunquam accipiet, sed etiam in seruitutem eius ecclesiarum, de cuius sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt.

d.54. Qui *ex fami.* 11 Qui ex familiis ecclesiarum, seruituri deuocantur in clerum, ab episcopis suis libertatis, necesse est ut percipiant donum: & si honestæ vitæ claruerint meritis tunc demum maioribus fungantur officiis. Quos verò flagitij sordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua seruitus conditionis rediget in catenam.

12 Si sacerdos libertatem seruis ecclesiarum conferre voluerit, non à die consecrationis scripturæ, tempus annorum computatum tenebit, sed ex eo, cum cum qui scripturam confecit, verius obiisse constiterit.

13 Excessibus libertorum ecclesiarum, plerumque patronam videmus ecclesiam conuexari, & bicipiti coacti sumus tædio condolare: vno, dum per superbiam reluctantis, auctor contemnitur libertatis: altero, dum libertas superbientis, in conditionem relabi cogitur seruitutis. Ideo cum iam præteritis Patrum regulis multa super hoc diuersarum constitutionis emanauerint sanctiones, tamen quoddam ad plenitudinem rei aptum conspeximus adhuc innectere complementum. Igitur sicut legum reuerenda sanctio censuit, ita seruari totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena commixtio maculet, quod generositas

propria decorauit. Vnde cunctis ecclesiarum libertis, tam viris quam fœminis, eorumque propagini, interdicitur iudicio generali, ne deinceps causa connubij aut Romanis ingenuis copulentur, aut Gothis. Quod si hoc factum quandoque paruerit, permixtione tali genita proles, nunquam merebitur ius debita dignitatis: nec ecclesiarum vnquam carebit obsequiis, cuius beneficio donum meruisse noscitur libertatis.

14 Si contingat quemcunque de libertis ecclesiarum, eorumque profapia, contra primævas modernarumque Patrum regulas, aut Gothis, aut Romanis ingenuis copulari, tam illis, quam eorum stirpi non licebit ab ecclesiarum patrocinio euagari, sed ad debita obsequia reuerti cogendi sunt: aut si redire noluerint, quæcunque aut parentes eorum, vel ipsi ab ecclesia sunt adepti, vel in eius patrocinio visi sunt conquisisse, insistente pontifice, in ditionem propriam reducantur ecclesiarum.

15 Ecclesiarum liberti eorumque progenies, eidem basilicæ, de qua libertatis gratiam meruerunt, obsequia prompta sinceraque parant: qui sicut hoc in obsequio pro possibilitate sui, quod vtilis ingenui dabant: ita quoque in emendatione culpatorum, quod inuultiles ingenui sustinebunt.

16 Libertis ecclesiarum, eorumque propagini, ex omnibus quæ de iure ecclesiarum noscuntur habere, nihil licebit in extraneum Dominum transactione quacunque deducere: sed si ex his quælibet vendere fortasse voluerint, sacerdoti eiusdem ecclesiarum offerant conuenienter emenda, earumque precia rerum, ut eis placuerit, aut dispensent, aut habeant. Nam & in Dominum partis alterius, rei suæ censum nullo modo transire permittimus. Suis ergo filiis vel propinquis, eiusdem ecclesiarum vel seruitio, vel patrocinio subiugatis, quæcunque vendere vel donare voluerint, aditus omnino patebit.

17 Baptizati Iudæi quocunque loco certo tempore conuersentur. Festis tamen præcipuis, noui testamenti serie consecratis, ac diebus illis, quos olim sanctione veteris legis sibi met censebant esse solennes, in ciuitatibus publicisque conuentibus cum summis Dei sacerdotibus celebrare præcipimus, ut eorum conuersationem & fidem & pontifex approbet, & veritas seruet. Huius verò temerator edicti, prout episcopus permiserit, aut flagris, aut abstinentiarum subiacebit. Expletis omnibus quæ ad honestatis regulam in collationem venere fraternam, grates exoluimus immortalis Domino soli, cuius dispositione mirabili, ad hunc sanctæ cõgregationis cœrum meruimus adunari, ut communis visio prosperitatem nostram ostenderet, & pari diffinitione concordiam assignaret: obsecrantes eius misericordiam largam, ut serenissimo Domino & amabili Christo Recessuntho principi glorioso, ita præsentis vitæ felicitatem impendat, ut angelicæ beatitudinis gloriam post longæua tēpora concedat: atque ita nos eiusdem felicitatis lætos efficiat, ut in terrarum remuneranda vestra cognouit, nouerit se anno venturo die Calendarum Nouembriū, causa peragendi Concilij in hac vrbe, fauente Domino, congregati, ut simili discipulatu, aut quæ prospexerim cõgrua, decernam, aut solius pacis conuentu lætemur. Consummatum est hoc sanctum Concilium, die octauo Calendarum Nouem-

Nouembrium, anno feliciter septimo regni serenissimi atque clementissimi Domini nostri Reccessunthi regis.

CONCILIUM TOLETANUM  
decimum, anno octauo Reccessunthi regis.

TITULI CAPITULORUM  
Concilij Toletani decimi.

- 1 De celebritate annunciationis dominicæ.
- 2 De his qui aduersus principem coniuuauerunt.
- 3 De episcopis qui monasteriis vel ecclesiis consanguineos suos, vel sibi fauentes, præficiunt.
- 4 De professione & habitu viduarum sanctimonialium.
- 5 De sanctimonialibus fœminis quæ propositum abiicerunt.
- 6 De his qui in parua ætate coram parentibus religionis habitum tenuerint, vel vsque ad quatum annum liceat parentibus filios tradere religioni.

CAPITULA EIVSDEM  
Concilij.



Ratulationem nobis spiritualē contulit diuina gratia, quando tribuit inter nos & salutari disciplinæ frequentiam, & conuenire ad pacificorum studia præoptata. Congregatis ergo nobis, & in concordia animi, & in conuentu loci referentes gratias inuisibili Deo, & glorioso rerum Domino Reccessuntho regi, cuius sanctissimo voto reuera paternitatis sanctæ traditione, ad sacrum quiuimus adunari conuentum, has subter annexas regulas, concordie definitione prolatas, æterna statuimus manere lege præfixas.

1 De celebritate festiuitatis diuinæ matris, cum nihil fidei sinceritas per diuersitatem aduersum incurrat, & vnitatem catholicæ regulæ varietas nulla decerpatur: est tamen quod nisi temporum vnitatem seruetur, & dissidium indiscissæ vnitatis parturiant, & sacramentorum vnitatem constare non valeat. Hinc est enim, quod paschale festum, nisi vno die celebre mus & tempore, ne Iudaicum decidamus errorem. Hinc aduentum sancti spiritus, post resurrectionem Domini, nisi expectemus tempore definito dierum numerum, non possumus implere eiusdem spiritus dono: quoniam si caret plenitudinis numero, carere potest & mysterij sacramentum. Hinc natiuitatis dominicæ sacrum, quo euidenter de vtero virginali verbum prodiit caro factum, absque dubio seruat temporis & cursum, & representat speciale Dei monumentum. Si ergo natiuitatis & mortis huius incarnati verbi dies, absque immutatione ita certus habeatur, ut absque diuersitate in toto orbe terrarum ab omni ecclesia concorditer celebretur: cur non festiuitas gloriosæ matris eius, eadem obseruantia vno simul vbique die, simili que habeatur honore? Inuenitur etenim in multis Hispaniæ partibus, huius sanctæ virginis festum non in vno die per omnes annorum circulos agi. Quod enim transducit homines diuersitas temporum, dum varietatem celebritatis non habere probantur: Qua de re quoniam quæ die inue-

nitur angelus virgini verbi conceptum, & annunciasse verbis, & indidisse miraculis, eadem die festiuitas non potest celebrari condignè, quod interdum quadragesima, vel paschale festum videatur incumbere, in quibus nihil de sanctorum solennitatibus, sicut ex antiquitate regulari cautum est, conuenit celebrari: cum secundum ipsam incarnationem verbi non conueniat tunc celebritatibus prædicari, quando constat id ipsum verbum post mortem carnis, gloria resurrectionis attolli: ideo speciali constitutione sancitur, ut ante octauum diem, quo natus est Dominus, genitricis quoque eius dies habeatur celeberrimus & præclarus. Ex pari enim honore constat, ut sicut natiuitatem filij sequentiū dierum insequitur dignitas ita festiuitatem matris tot dierum sequatur sacra solennitas. Nam quod festum matris est, nisi in carnatio verbi? Cuius festum ita debet esse solenne, sicut est & eiusdem natiuitatis verbi. Quod tamen nec sine exemplo decentis moris, qui per diuersas mundi partes dignoscitur obseruari, videtur institui. In multis itaque ecclesiis, à nobis & spacio remotis & terris, hic mos agnoscitur retineri. Proinde ut de cætero quicquid est dubium, sit remotum, solennitas dominicæ matris die decimoquinto calendarum Ianuariū omnimodo celebretur: & natiuitas filij eius saluatoris nostri, die octauo calendarum earundem, sicut mos est, solennis in omnibus habeatur.

2 Frequentium molestiarum nocens impulsus, cõtemni quidem magnitudine decentis poterit grauitatis: sed quia honesta sollicitudo cohibere properat, quod frequentata vilitatio vitare non curat, ideo cum & quorundam paternorum sanctionibus decretorum & institutionibus sit legalibus cautum, ne contra salutem principum, gentisque, aut patriæ quisquam meditari conetur aduersum: hoc vnum specialiter nunc depromitur obseruandum, ut si quis religiosorum ab episcopo vsque ad extremum ordinis clericorum siue monachorum, generalia iuramenta in salutem regiam, gentisque, aut patriæ data, reperiatur violasse voluntate prophana: mox propria dignitate priuatus, & loco & honore habeatur exclusus, eo miserationis obtentu tantummodo reseruato, ut an locum, an honorem, an vtraque possideat, cõcedendi ius licentiamque principalis potestas obtineat.

3 Reuerentiæ totius auditu percipiatur, quia res adeo dura, non frustra cogitur hac duriori extirpari censura. Agnouimus enim quosdam pontifices precepti principis Apostolorum (qui ait: Pascite qui in vobis est, gregem non coactè, sed spontaneè: neque vi dominantes in clero, sed forma facti gregis) ita esse immemores, ut quibusdam monasteriis parochialibusque ecclesiis, aut suæ consanguinitatis personas, aut sui fauoris participes, iniquum sæpe statuant in prælatum, ita illis providentes commoda inhonestæ ut aut eisdem deferantur, quæ proprio episcopo dari iustus ordo depoposcerit, aut quæ rapere deputati exactoris violentia poterit. Proinde decenter omnibus placet, & in præsentem tale rescindere factum, & non esse de cætero faciendum. Nam quisquis pontificum deinceps, aut sanguine propinquis, aut fauore personis quibuscunque sibi deuinctis, talia commendare lucra tentauerit: ad suum nefandæ præsumptionis excidium, & quod iustum fuerit, deuocetur in iritum: & qui ordinauit, annuæ excommunicationi subiaceat: quæ verò ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulit, reddantur in duplum.

4 Bene per spiritum Domini possumus cum sancto Apostolo dicere, non ignorare nos astutiam satana, quia impellimur zelo domus Dei & ardore cremari. Videmus enim ad tanta fraudum studia conualescentem excreuisse perniciem, vt & primaeva Patrum constituto ad quibusdam aestimetur illudi, & noua iudicium putetur intentio pelli. Nam inueniuntur nonnullae viduae, diuersis excusationibus se adeo contegentes, vt blandiantur sibi, non se Patrum plena religionis alligatas institutione teneri. Vnde antiquis inconcussis permanentibus regulis, hoc adiicitur nouae oraculo sanctionis, vt vidua quae sanctae religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti vel ministro ad quem aut ipsa venerit, aut ad quem se venire contigerit, scriptis professionem faciat, a se aut signo, aut subscriptione notatam, continentem se & religionis propositum velle, & hoc perenniter inuolante seruare. Tunc accepta a sacerdote vel ministro apta religionis huius veste, seu leuulo quietescens, siue quocunque in loco consistens, incunctanter ea utatur. Nec diuersi coloris, aut diuersae partis eadem sit notabilis vestis, sed religiosa, & non suspecta, quae careat varietatibus colorum, & diuersitatibus specierum: adeo vt absque vlla suspitione transgressionis, maneat vsui tantum apta sanctae religionis, & suo sexui competens ad testimoniū prohibitatis. Vt autem deinceps nil deuocetur in dubium pallio purpureo vel nigri coloris, caput contegat ab initio susceptae religionis, vt dum illic tulerit signū probabilis sanctitatis, vbi nullius falli poterit visio intuentis, nunquam ausus attentet detestandae praesumptionis.

5 Omnibus feminis quae iam in praeteritum religionis veste praebantur induta fuisse, nihil excusationis valeat in oppositionem quaelibet obiectio, quamuis diuersis ac callidis adumbrare se velint fallaciae argumentis, sed ad sacratissimam sanctionem disciplina factior eas teneat religatas atque subnexas. Commoneantur sane sacerdotis auctoritate, vt redeant sponte. Quae si redire noluerint, impulsu sacerdotis ad religionis cultum reducantur, & in monasteriis redactae, excommunicationis condignae sententia feriantur. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quae quamlibet a sacerdote sanctimoniae vestem non accepissent, ipsae tamen aut indutae sunt, aut in illo diu habitu consenserunt, qui religionis esse cultus ab intuentibus crederetur, si coram ecclesia vel sacerdote, aut etiam competentibus testibus, quandoque indutae certis indiciis aut testimoniis approbantur: omnes tamen haec, seu venientes ad primam religionem, seu post transgressum resumentes iteratam conuersionem, sicut praemissum est, & pallio capita contegant, & conscriptam roboratamque professionis faciant scripturam, per quam ulterius non sinantur relabi ad praeruaricationis audaciam. Quae verò ex omnibus his fuerint repta, animum aut vestem in transgressionem dedisse, excommunicationis sententiam ferant: & rursus mutato habitu, in monasteriis (donec diem ultimum claudant) sub erumnis arduae poenitentiae maneant religatae.

6 De his qui in parua aetate coram parentibus religionis habitum tenuerunt, quoniam vsque huc dissolutae operationis effectus, interdum mutare fecit honestum constitutionis edictum, dum incondite resoluti putantur, quod indissolubili sanctionis aucto-

ritate tenetur: ideo quicquid obuium ex incerto occurrit, euidenter abiici debet, vt de caetero nihil superfit, quod in dubium nuret. Id eoque si in qualibet minori aetate vel religionis tonsuram, vel religioni debitam vestem in vtroque sexu filiis, aut vnus, aut ambo parentes dederint, certè aut nolentibus, vel nescientibus sese susceptam, & non mox, visam in filiis, abdicauerint: sed vel coram se, vel coram ecclesia, palamque in conuentu eisdem filios talia habere permiserint: ad secularem reuerti habitum, ipsis filiis quandoque penitus non licebit: sed conuicti, quod tonsuram aut religionem vestem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum habitumque reuocentur, & sub strenua districtione huiusmodi obseruantiae inseruire cogantur. Parentibus sane filios suos religioni contradere, non amplius quam vsque ad decimum aetatis eorum annum licentia poterit esse. Postea verò an cum voluntate parentum, an sua deuotionis sit solitarium votum, erit filiis licitum, religionis assumere cultum. Quisquis autem vel abolitione tonsurae, vel secularis vestis assumptione detectus fuerit attigisse transgressionem, & excommunicationis censuram accipiat, & religioni semper inhareat. Opitulante miseratione diuina & gloriosissimi Recesuntini principis inhærente voluntate religiosa, his testibus decentissimè allegatis in pace connexis, ex totis praecordiorum visceribus, damus gloriam & honorem soliterno & immortalis Deo, patri & filio & spiritui sancto, cuius dono collatum nobis agnoscimus, pro eius ecclesiae statueret gerere curam, & posse sacri regiminis competentia disponere iura, a quo petimus & optamus, vt porrecta in longitudine felicium dierum sacratissimi principis vita, & omni gloriarum decore perpetim faciat pollere salute. Nobis quoque attribuat, susceptum ecclesiae suae regimen cum aequitate disponere, ac sollicitudine gubernare, & in pace tenere, vt post huius mundi suscepta pericula peruenire possimus ad caelestia regna. Amen.

Eugenius, indignus Toletanae sedis metropolitanus Episcopus, haec nostrarum definitionum statuta subscripsi. Similiter & alij episcopi subscripserunt numero viginti vnus.

SECONCILIVM CABILONENSE.

Cabellinum in Gallia Celtica Heduarum ciuitas inter Du bidem & Ararim fluuios situm, de quo Ptolomaeus lib. 2. Strabo autem lib. 4. & Plinius lib. 3. cap. 4. Cabellinam nominat vulgo Chalon sur Saone.

TITVLI CAPITVLORYM CABILONENSIS CONCILII.

- 1 Vt omnes vna conspiratione & conniunte animo sentiant.
- 2 Canonum statuta ab omnibus intemerata seruentur.
- 3 De clericorum cum extraneis mulieribus familiaritate fugienda.
- 4 Ne duo in ciuitate vna, vno quoque tempore, ordinentur aut habeantur episcopi.
- 5 Seculares commissionem seu regimen parochiarum non habeant

2. q. 1. Vi-  
dua quae  
sancta reli-  
gionis.

\* religio-  
nis  
professioni

27. q. 1. O-  
mnes fe-  
mina ve-  
nientes.

- habeant, nec rerum earum.
- 6 Nullus ante audientiam res quorumlibet inuadere aut auferre praesumat.
  - 7 Res defuncti presbyteri aut abbatis, intacta ad tempus permaneant.
  - 8 De poenitentia peccatorum, quae est medulla animae.
  - 9 Ne mancipia Christiana alienis vendantur.
  - 10 De electione episcopi post alicuius mortem.
  - 11 Ne coram iudicibus publicis ecclesiastici compareant.
  - 12 Ne duo abbates vni monasterio praeficiantur.
  - 13 Vt nullus alterius clericum, illo inuito, retinere praesumat.
  - 14 Ne his qui curam habent oratoriorum per villas potentium existentium, vis inferatur, aut impedimentum, quo minus illis intendant.
  - 15 Ne ecclesiastici patrociniis principum utantur, vbi vitari potest.
  - 16 Nullus promoveatur ad sacros ordines pecunia, vel praemio: contraveniens digna poena puniatur, honore adepti priuatus.
  - 17 Quod ecclesiasticorum locorum emunitas omnino tueatur & defensetur.
  - 18 Die dominico nulla ruralia opera fiant, sed dies ille celebris habeatur.
  - 19 Ne turpia, aut obscena, vel ludicra cantica in ecclesiis, vel circa eas cantentur.

CAPITVLA CABILONENSIS Concilij.

**R**iscis quidem canonibus miscetur instituit, vt metropolitani cum eorum comprouincialibus, per singulos annos debeant in synodali coniungi (Deo propitiante) Concilio: sed nunc tam ex communi omnium voluntate, quam ex euocatione vel ordinatione domini Clodouei regis, pro zelo religionis vel orthodoxae fidei dilectione, in Cabilonensi vrbe in ecclesia sancti Vincentij pariter conglobati, ipsius sancti martyris intercessionem poscentes, vt longauitatem supradicti principis suo suffragio mereremur: inspirationeque diuina interueniente, de canonibus significaretur: quod si fuisset aliquid praetermissum, vel per ignorantiam vitiatum, in pristinum statum (sicut dudum fuerat a sanctis Patribus statutum) debeat, auxiliante Domino Christo, reformari. Itaque omnes, inspirante Domino & coniuente, vno animo definimus, vt fidei norma, sicut in Nicæno Concilio pia est professione firmata, vel a sanctis Patribus tradita, atque ab ipsis exposita, vel in postmodum a sancto etiam Chalcedonensi Concilio firmata, in omnibus & ab omnibus conseruetur.

- 2 Canonum verò statuta, ab omnibus intemerata seruentur.
- 3 Licet iam prioribus canonibus fuerit statutum, placuit tamen renouare, vt si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex sacerdotali catalogo, praeter personas quae in ipsis canonibus continentur, cum qualicumque extranea muliere familiaritatem habere praesumpserit, quae decoris vel alterius possit adferre suspicionem, iuxta statuta canonum ab ordine degraletur.
- 4 Vt duo in vna ciuitate penitus vno tempore nec ordinentur, nec habeantur episcopi, nec res ecclesiae sua diuisione debeant partiri.

5 Seculares verò qui necdum sunt ad clericatum conuersi, res parochiarum, vel ipsas parochias minime ad regendum debeant habere commissas.

6 Vt nullus ante audientiam res quorumlibet inuadere aut auferre praesumat: quod qui fecerit, vt necator pauperum habeatur.

7 Vt defuncto presbytero vel abbate, nihil ab episcopo auferatur vel archidiacono, vel a quocunque de rebus parochiae, vel xenodochij, vel monasterij, aliquid debeat minuere. Quod qui fecerit, iuxta statuta canonum debet coerceri.

8 De poenitentia verò peccatorum, quae est medulla animae, vt ilem omnibus hominibus esse censemus: & vt poenitentibus a sacerdotibus (facta confessione) indicatur poenitentia, vniuersitas sacerdotum non scitur consentire.

9 Pietatis est maximae & religionis intuitus, vt captiuitatis vinculum omnino a Christicolis redimatur. Vnde sancta synodus noscitur censuisse, vt nullus mancipium extra fines vel terminos, qui ad regnum Clodouei regis pertinent, penitus debeat vendare, ne (quod absit) per tale commercium aut captiuitatis vinculo, vel (quod peius est) Iudaicae seruituti mancipia Christiana teneantur implicita.

10 Si quis episcopus de quacunque ciuitate fuerit defunctus, non ab alio, nisi a comprouincialibus, clero, & ciuibus suis, alterius habeatur electio: sin aliter huius ordinatio irrita habeatur.

11 Peruenit ad sanctam synodum, quod iudices publici, contra veteranam consuetudinem, per omnes parochias vel monasteria, quas Moses episcopus circuire consuevit, ipsi illicita praesumptione videantur discurrere: etiam & clericos vel abbates, vt coram eis compareant, inuitos atque districtos ante se faciant exhiberi. Quod omnimodis religioni non conuenit, nec canonum permittit auctoritas. Vnde omnes vnanimiter censuimus, sententiates vt deinceps ista debeant emendare. Et si praesumptione vel potestate, qua pollent, excepta inuitatione abbatis aut archipresbyteri, in ipsa monasteria vel parochias aliquid fortasse praesumpserint, a communionem omnium sacerdotum eos conuenit sequestrari.

12 Vt duo abbates in vno monasterio esse non debeant, ne sub obtentu potestatis, simultas inter monachos & scandalum generetur. Veruntamen si quilibet abbas sibi elegerit successorem, ipse qui sic eligitur, de facultatibus ipsius monasterij ad regendum nullam habeat potestatem.

13 Vt nullus alterius clericum retinere praesumat, sicut prius est canonibus institutum, nec ad sacrum ordinem, sine voluntate sui episcopi, penitus promouere.

14 De oratoriis quae per villas fiunt, nonnulli ex fratribus & episcopis nostris residentes in sancta synodo, querimonias detulerunt, quod oratoriorum per villas potentum iam longo constructorum tempore & facultatum ibidem collatarum, ipsi quorum villae sunt, episcopi administrationi contradicant, ita vt nec ipsos clericos, qui ad ipsa oratoria deseruiunt, ab archidiacono coerceri permittunt. Quod conuenit emendari, ita duntaxat vt in potestate sit episcopi, & de ordinatione clericorum, & de facultate ibidem collata, qualiter ad ipsa oratoria & officium diuinum possit impleri, & sacra libamina consecrari. Quod si quis contradixerit, iuxta prius canones communionem priuetur.

15 Vt abbates vel monachi, aut agentes monasteriorum, patrocini seculari penitus non utantur, nec ad principis presentiam sine episcopi sui permisso ambulare audeant. Quod si fecerint, a suis episcopis excommunicentur.

16 Vt nullus episcopus, neque presbyter, vel abbas, seu diaconus, per primum ad sacrum ordinem penitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quae praemii comparare praesumpserit, omnino priuetur.

17 Et quia multa per praesumptionem proueniunt, quae Deo minus placita, & sacris canonibus videntur esse contraria, quae a sacerdotibus necesse est coerceri, ita sancta synodus instituit, ut nullus secularium nec in ecclesia, nec infra atrium ipsius ecclesiae, quaecumque scandalum aut similitates penitus excitare praesumat, nec arma trahere, aut quemcumque ad vulnerandum vel interficiendum penitus appetere. Quod si quis fortasse praesumpserit, ab episcopo loci illius, ubi factum fuerit, ipse iuxta statuta canonum com munione priuetur.

18 Licet generaliter ab omnibus catholicis & Deum timentibus, de die Dominico, quae est prima sabbati, conuenit obseruare, sicut superius in canonibus est statutum: non aliquid noui condentes, sed vetera renouantes, institimus, ut in ipso die Dominico ruralia opera, id est, arare, messes metere, exactus facere, vel quicquid ad ruris culturam pertinet, nullus penitus praesumat. Quod qui inuentus fuerit faciens, sub disciplina distractionis omnimodis corrigatur.

19 Multa quidem eueniunt, quae dum leuiter corriguntur, saepius ad maiora conscendunt. Valde enim omnibus noscitur esse in decorum, quod per dedicationes basilicarum, aut festiuitates martyrum, ad ipsa solennia confluentes, chorus foemineus turpia quidem & obscena cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut clericos psallentes audire. Vnde conuenit, ut sacerdotes loci, talia a septis basilicarum vel porticibus ipsarum ac etiam ab ipsis atrijs, vetare debeant & arcere. Et si voluntarie noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut disciplinae aculeum sustinere.

**DE CONCILIO TOLETANO**  
vndecimum, habitum anno quarto Vvambani regis, septimo idus Nouembrii, circa tempora Vitaliani Papae.

**TITULI CAPITULORVM**  
eiusdem Concilij,

- 1 Ne tumultu Concilium agatur.
- 2 Non debere metropolitanum a confinitimorum instructione cessare.
- 3 Vt in vna provincia diuersitas officiorum non teneatur.
- 4 De discordia sacerdotum.
- 5 De compescendis excessibus sacerdotum.
- 6 Non debere sacerdos, quauislibet in ecclesia familiaris tractationes membrorum facere, nec aliquid quod morte plebendum est, iudicare.
- 7 Quae debeat discretio ecclesiarum esse rectoribus, ne per inconditam disciplinam subeant homicidij notam.
- 8 Ne quicquam praemij pro diuinis sacramentis accipiat.
- 9 Quid custodiri debeat, si per praemium quis episcopus

- pus fiat: vel qua sententia feriat, qui post honorem acceptum, per pecuniam ordinatus fuisse detegitur.
- 10 Vt omnes pontifices, rectoresque ecclesiarum, tempore quo ordinandi sunt, sub cautione promittant, quod iussu me vinere debeant.
  - 11 De elucidatione antiqui canonis, quo praecipitur, ut si quis acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.
  - 12 Ne in confinio mortis, poenitens a reconciliatione diuine suspendatur, & ut oblatio eius poenitentis, qui nec tamen reconciliatus de hac vita exierit, ab ecclesia receptetur.
  - 13 De sacerdotibus qui vexati cadere videntur.
  - 14 Vt hi qui Domino canunt atque sacrificant, post se semper habeant adiutoria constituta.
  - 15 De institutione certi temporis, quo Concilium agatur.
  - 16 De relatione gratiarum pro consummatione Concilij.

**CAPITULA EIVSDEM**  
Concilij.



Nomine sanctae Trinitatis collectis in vnum Charthaginensium provinciae sacerdotibus in Toletana vrbem, in beatae matris Domini Mariae virginis sede, anno quarto excellentissimi ac religiosi Vvambani principis, sub die

septimo idus Nouembrii, res votiua gaudij, & dies nimium optatae gratulationis occurrit, in quo nobis datum est conspiceret pariter & desistere, quid lacrymarum de praeteritis Domino deberemus. Erasmus enim hucusque pro labentis seculi colluione instabiles: quia anno saepe series temporum, subtrahente luce Conciliorum, non tam vitia auxerat, quam matrem omnium errorum ignorantiam ociosis metibus ingererat. Haec tenus enim florentem Dominivineam deuastauerunt apri frendentes: sponsam Christi, quam sui preciosissimi sanguinis effusione conciliauit, conspurcare & polluere conata est haereticorum subdola machinatio, & inconfutibilem Domini vestem diuidere, vnitatem fidei scindere, charitatis tollere fomenta, cum suo proprio pertinaciter sensui volens inhaerere, sacrae scripturae puritatem suae prauitatis intelligentia prophanet. Praeterea sacrosanctam ecclesiam Dei vulnerat etiam custodes eius, qui cum deberent ob dignitatis excellentiam ceteros per suam virtutis imitationem prouocare ad charitatis & vnitatis obseruantiam, tanquam sal infatuatum, potius scandali, quam aedificationis dant materiam. Hinc cernentibus quomodo Babylonicae confusionis olivula succensa nunc tempora auerteret Conciliorum, nunc sacerdotes Domini de resolutis moribus irretiret: purpuratae enim meretricis conuentus non aderat disciplina, nec erat qui errantium corrigeret partes, cum sermo diuinus haberetur exolus. Et quia non erat adunandorum pontificum vlla praecipua, crescebat immanis vita deteriorum. Cum tandem diuina clementia, operis manuum suarum perditioni condolens, praua in directam reducens, suum sanctum Sabaoth nouis propagationibus ac plantis nouellis foecundare volens, negligentiae surrogans diligentiam, pro ignorantia disciplinam immittens, pro socordia

Luce. 13.  
h. d.

tiam, pro schismate vnitatem inducens, pro zizania verae pacis vinculum largiens, pro caducis caelestium desideria infundens, pro turpibus honesta sectari stigmulas, a terrenis & infimis ad sublimia erigeus nos, in hac lacrymarum valle potius morientes quam viuentes, in hoc vasto periculorum mari vagantes sine remige, sine clauo huc illucque tempestatum fluctibus per abrupta collisos, in continua malorum acie confligentes, vbi nos circumstant mille discrimina, vbi versutissimus insidiatur hostis, mille nocendi artibus instructus: ex alto caeli domicilio respiciens, & tempore aetatis nostrae se occursum praebuit & salutem, praeparans nostris seculis religiosi principis mentem deuotam pariter & instructam. Cuius prouida sollicitudinis voto & lux Conciliorum renouata resplenduit, & alterna charitas se mutuo in corrigendis, vel instruendis moribus excitauit, dum & aggregandi nobis hortatu principis gloriosi facultas data est, & opportuna corrigendis praeparata est disciplina, ut qui decursis longae ante temporibus, post decem & octo scilicet labentium annorum excursu, in vnum meruimus aggregari conuentum, mereri possumus spirituali gratia sanitatem. Nec enim numerus iste alienus est a salute. Sic quippe mulier illa in euangelio, ter senis annorum excursibus curua, quae figuram totius humani generis gestabat sub sacramento huius numeri, saluti pristinae redonatur. Nos ergo per tot annos curuo nostri ordinis persistente statu, in eo quod nulla nos Conciliorum definitio iungeret, nullus etiam conuentus ecclesiasticus ordinis adunaret, tandem diuinae voluntatis imperio, & religiosi principis iussu, euocati in Toletanam urbem conuenimus. Qui cum in ecclesia beatae Mariae virginis debitis in sedibus locaremur, inter caetera quae subterius discreto capitulorum ordine sunt digesta, non aliunde primum cepimus habere sermonem, nisi de sanctae fidei puritate: ut quia in initandis ad beatam vitam hominibus haec prima semper est via salutis, praevia quoque nostris fieret praecipua. Vnde sacrae instructionis arcana sanctorum, Niceni scilicet, Constantinopolitani, Ephesini atque Chalcedonensis, Conciliorum monita amplectentes per quae & radicatus haereticorum falsa conciliabula destruantur, & fidei catholicae norma declaratur, hoc communi alternoque animorum iudicio de finimus, ut hanc ipsam fidei nostrae regulam verbis simplicibus niteremur alternatim nobis singulariterque referre: ita ut quicquid per triduum de huiusmodi quaestionibus unicuique nostrum lectionis memoria ministraret, & prout animis vel memoriae occurreret, omni sobrietatis compendio simplici notaretur stylo: relatio tamen ipsius sacramenti, pura & euidentis, & a capite primum inciperet, & sic ad membra reliqua perueniret, nullas obcuritatis in se lineas habens, nullas etiam inusitatae loquutionis regulas continens: sed puritas sola esset clara sermonum quae posset euidentem exprimere sensum, quo exercitiores nos magis ad intelligendum, verborum redderet simplex collatio, quam relata condensae lectionis instructio. Quia & reuera tantae rei mysterium ita sacerdotes Dei conuenit nosse, ut non superficiei verborum refferantur incogniti, sed sensu sanctae intelligentiae reperiantur instructi, ut in differendo praecipue huius sanctae Trinitatis arcano, plus euidentia, quam eloquentia, eos efficiat saporatos. Sic enim ex diuini muneris dono est actum, ut iux-

ta votum definitionis alternae, promissio monstraretur in opere. Vnde quod primo die praesidentis metropolitani lingua profudit, die tertia omnium nostrum vox sigillatim collatae repetiit. Iste est ergo tenor fidei nostrae, qui & a capite copiose profudit, & a membris probatus gloriose emicuit.

Confitemur & credimus, sanctam atque ineffabilem Trinitatem, patrem & filium & spiritum sanctum vnum Deum naturaliter esse, vnius substantiae, vnius naturae, vnius quoque maiestatis atque virtutis.

Et patrem quidem non genitum, non creatum, sed ingentum profitemur. Ipse enim a nullo originem ducit, ex quo & filius natiuitatem, & spiritus sanctus processione accepit. Fons ergo & origo totius diuinitatis, ipse est. Ipse quoque pater, essentia quidem ineffabilis, substantiae suae filium ineffabiliter genuit nec tamen aliud, quam quod ipse est, genuit, Deus Deum, lux lucem. Ab ipso ergo est omnis paternitas in caelo & in terra. Filium quoque de substantia patris sine initio ante secula natum, nec tamen factum esse fatemur: quia nec pater sine filio, nec filius sine patre aliquando extitit. Et tamen non ut filius de patre, ita pater de filio, quia non pater a filio, sed filius a patre generationem accepit. Filius ergo Deus de patre, pater autem Deus, sed non de filio. Ille autem filius patris, & Deus de patre: aequalis tamen per omnia filius Deo patri, quia nec nasci cepit aliquando nec desit. Hic etiam vnius cum patre substantiae creditur, propter quod & homouisioni patri dicitur, hoc est, eiusdem cum patre substantiae: quod enim Graece vnus, obuia verò substantia dicitur: quod vtrumque coniuictum sonat, vna substantia. Nec enim de nihilo, neque de alia aliqua substantia, sed de patris vtero, id est, de substantia eius, idem filius genitus vel natus esse credendus est. Semper enim quoque est & filius, quoniam si pater semper fuit, semper habuit filium, cuius pater esset, & ob hoc filium de patre natum sine initio confitemur. Nec enim eundem filium Dei, pro eo quod de patre sit genitus, defecte naturae portiuicula nominamus: sed perfectum patrem, perfectum filium, sine imminutione, sine defensione genuisse asserimus: quia solius diuinitatis est, inaequalem filium non habere. Hinc etiam filius Dei natura est filius, non adoptione, quae Deus pater nec voluntate, nec necessitate genuisse credendus est: quia nec vlla in Deo necessitas cadit, nec voluntas sapientiam praevinit. Spiritum quoque sanctum qui est tertia in Trinitate persona, vnum atque equalem cum Deo patre & filio credimus esse Deum, vnius substantiae, vnius quoque esse naturae: non tamen genitum vel creatum, sed ab vtrisque procedentem, amborum esse spiritum. Hic etiam spiritus sanctus, nec ingentus, nec genitus creditur: ne aut si ingentum dixerimus, duos patres dicamus: aut si genitum, duos filios praedicare monstratur: qui tamen nec patris tantum, nec filij tantum, sed simul patris & filij & spiritus dicitur. Nec enim de patre procedit in filium, vel de filio procedit ad sanctificandam creaturam: sed simul ab vtrisque processisse monstratur, quia charitas siue sanctitas amborum esse agnoscitur. Hic ergo spiritus sanctus missus ab vtrisque creditur, sed minor patre & filio non habetur, sicut filius propter assumptam carnem, minorem se patre & spiritu sancto esse testatur. Haec est sanctae Trinitatis relata narratio, quae non triplex, sed Trinitas & dici & credi debet. Nec recte dici potest, ut in vno

Ephes. 3. c.

1. Joh. 1. 4.



Deo sit Trinitas, sed vnus Deus Trinitas. In relati-  
uis verò personarum nominibus pater ad filium, fili-  
us ad patrem, spiritus sanctus ad utrosque refertur,  
quæ cum relatiuè tres personæ dicantur, vna tamen  
naturalis substantia creditur. Nec sicut tres perso-  
nas, ita tres substantias prædicamus: sed vnã sub-  
stantiam, tres autem personas. Quod enim pater est  
non ad se, sed ad filium est: & quod filius est, non ad  
se, sed ad patrem est. Similiter & spiritus sanctus nõ  
ad se, sed ad patrem & filiũ relatiuè refertur, in eo q̄  
spiritus patris & filij prædicatur. Item cum dicimus,  
Deus non ad aliquid dicitur, sicut pater ad filiũ, vel  
filius ad patrem, vel spiritus sanctus ad patrem & fi-  
liũ: sed ad se specialiter Deus dicitur. Nam si de sin-  
gulis personis interrogemur, Deum necesse est fatea-  
mur. Deus ergo pater, Deus filius, Deus spiritus san-  
ctus singulariter dicitur: nec tamen tres dij, sed vnus  
est Deus. Item & pater omnipotens, & filius omni-  
potens, & spiritus sanctus omnipotens singulariter  
dicitur: nec tamen tres omnipotentes, sed vnus om-  
nipotens, sicut & vnum lumen, vnumque principi-  
um prædicatur. Singulariter ergo vnãqueque p̄sona  
vnus Deus confitetur, & creditur vna illis & indiui-  
sa atque æqualis deitas, maiestas, siue potestas. Nec  
minoratur in singulis, nec augetur in tribus: quia nec  
minus aliquid habet, cum vnãqueque persona De-  
us singulariter dicitur: nec amplius, cum totæ tres  
personæ vnus Deus enunciantur. Hæc ergo sancta  
Trinitas, quæ vnus & verus est Deus, nec recedit à  
numero, nec capitur numero. In relatione enim per-  
sonarum numerus cernitur, in diuinitatis verò sub-  
stantia, quid enumeratum sit, non comprehenditur.  
Ergo hoc solo numerum insinuant, quod ad inuicẽ  
sunt, & in hoc numero carent, quod in se sunt. Nam  
ita sanctæ huic Trinitati vnum naturale conuenit  
nomen, vt tribus personis non possit esse plurale.

*Psal. 146.* Ob hoc ergo credimus illud in sacris literis dictum:  
Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, &  
sapientiæ eius non est numerus. Nec quia tres has  
personas esse diximus vnum Deum, eundem esse pa-  
trem, quem filium: vel eum esse filium, qui est pater:  
aut eum qui est spiritus sanctus, vel patrem & filium  
dicere poterimus. Non enim ipse est pater, qui filius  
nec ipse filius, qui spiritus sanctus: nec spiritus san-  
ctus, ipse qui est vel pater vel filius: cum tamen ipsum  
sit pater, quod filius: ipsum filius, quod pater: ipsum  
pater & filius, quod est & spiritus sanctus, id est, na-  
tura vnus Deus. Cum enim dicimus, non ipsum esse  
patrem quod filium, & ipsum filiũ quod patrem, ip-  
sum spiritum sanctum quod patrem & filium, ad na-  
turam, quæ Deus est, vel substantiam pertinere mon-  
stramus, quia substantia vnum sunt. Personas enim  
distinguiamus, non Deitatem separamus. Trinitatem  
igitur in personarum distinctione agnoscimus, vni-  
tatem propter naturam vel substantiam profitemur.  
Tria ergo ista vnum sunt, natura scilicet, non perso-  
na: nec tamen istæ tres personæ æstimandæ sunt se-  
parabiles, cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nul-  
la sine alia vel extitisse, vel quippiam operata esse ali-  
quãdo creditur. Inseparabiles enim inueniuntur, &  
in eo quod sunt, & in eo quod faciunt: quia inter ge-  
nerantem patrem, & generatum filium, vel proced-  
entem spiritum sanctum, nullum fuisse credimus  
temporis interuallum, quo aut genitor genitum ali-  
quando præcederet, aut genitus genitori deesset, aut  
procedens spiritus patre vel filio posterior appare-

ret. Ob hoc ergo inseparabilis & incõfusa hæc Tri-  
nitas à nobis & creditur, & prædicatur. Tres igitur  
personæ istæ dicuntur, iuxta quod maiores defini-  
unt, vt agnoscantur. Nam si attendamus illud, quod  
scriptura sancta dicit de sapientia, splendor est lucis  
æternæ: sicut splendorem luci videmus inseparabili-  
ter in hære, sic confitemur filium à patre separari  
non posse. Tres ergo illas vnus atque inseparabilis  
naturæ personas, sicut non confundimus, ita separa-  
biles nullatenus prædicamus: quandoquidem hoc  
nobis dignata est ipsa Trinitas euidenter ostendere,  
vt etiam in omnibus, quibus voluit singularim per-  
sonas agnoscere, vnã sine altera non permittat intel-  
ligi. Nec enim pater absque filio cognoscitur, nec si-  
ne patre filius inuenitur. Relatio quippe ipsa voca-  
buli personalis, personas separari vetat. Quæ etiam  
non simul nominat, simul insinuat. Nemo enim au-  
dire potest vnumquodque istorum nominũ, in quo  
non intelligere cogatur & alterum. Cum ergo hæc  
tria sint vnum, & vnum tria, est tamen vnicique p̄-  
sonæ manens sua proprietates. Pater enim æternita-  
tem habet sine natiuitate, filius æternitatem cum na-  
tiuitate, spiritus verò sanctus processionem sine na-  
tiuitate. De his tribus personis solam filij personam  
pro liberatione humani generis, hominem verum si-  
ne peccato de sancta & immaculata Maria virgine  
credimus assumpsisse, de qua nouo ordine, nouaque  
natiuitate est genitus. Nouo ordine, quia inuisibilis  
diuinitate est genitus, quia intacta virginitas, & vi-  
rilem coitum nesciuit, & fecundata per spiritum  
sanctum, carnis materiam ministravit. Qui partus  
virginis nec ratione colligitur, nec exemplo mon-  
stratur. Quod si ratione colligitur, non erit mirabi-  
le: si exemplo, non erit singulare. Nec tamen spiritus  
sanctus pater esse credendus est filij, pro eo q̄ Maria  
eodem spiritu sancto obumbrante cõcepit, ne duos  
patres filij videamur asserere, quod vtique nefas est  
dici. In quo mirabili conceptu, ædificante sibi sapi-  
entia domum, verbum caro factum est, & habitauit  
in nobis. Nec tamen verbum ipsum ita in carnem  
cõuersum atque mutatum est, vt desisteret Deus ef-  
se, qui homo esse voluisset: sed ita verbum caro factum  
est, vt non tantum ibi sit verbum Dei & hominis ca-  
ro, sed etiam rationalis hominis anima: atque hoc to-  
tum, & Deus dicatur propter Deum, & homo pro-  
pter hominem. In quo Dei filio duas credimus esse  
naturas, vnã diuinitatis, alteram humanitatis: quas  
ita in se vnã Christi persona vniuit, vt nec diuinitas  
ab humanitate, nec humanitas à diuinitate possit a-  
liquando seiungi. Vnde perfectus Deus, perfectus &  
homo, in vnitæ personæ vnus est Christus. Nec ta-  
men quia duas in filio diximus esse naturas, duas cau-  
sabimur in eo esse personas, ne trinitati (quod absit)  
accedere videatur quaternitas. Deus enim verbum,  
non accepit personam hominis, sed naturam: & in  
æternum persona diuinitatis, temporalem accepit  
substantiam carnis. Item vnus substantiæ credimus  
esse Deum patrem, & filium, & spiritum sanctum:  
non tamen dicimus, vt huius Trinitatis vnitatem Ma-  
ria virgo genuerit, sed tantummodo filium, qui solus  
naturam nostram in vnitæ personæ suæ assumpsit.  
Incarnationem quoque huius filij Dei, rota Trinitas  
operata esse credenda est, quia inseparabilia sunt o-  
pera trinitatis. Solus tamen filius formam serui acce-  
pit, in singularitate personæ, non in vnitæ diuini-  
natura

naturæ, in id quod propriũ est filij, nõ quod cõmune  
trinitati, quæ forma illi ad vnitæ personæ coaptata  
est, id est, vt filius dei, & filius hominis, vnus sit Chri-  
stus. Itẽ idẽ Christus in his duabus naturis & tribus  
extat substantis: verbi, quod ad solius Dei essenti-  
am referendum est: corpõris & animæ, quod ad ve-  
rum hominem pertinet. Habet ergo in se geminam  
substantiam, diuinitatis suæ, & humanitatis nostræ:  
Hic tamen per hoc quod de Deo patre sine initio  
prodiit natus tantum: (nam neque factus, neque præ-  
destinatus accipitur) per hoc tamen quod de Maria  
virgine natus est, & factus & prædestinatus esse cre-  
dendus est. Ambæ tamen in illo generationes mira-  
biles: quia & de patre ante secula sine matre est geni-  
tus, & in fine seculorum de matre sine patre est gene-  
ratus: qui tamen secundum quod Deus est, creauit  
Mariam: secundum quod homo creatus est ex Ma-  
ria. Ipse pater Mariæ matris, & filius. Itẽ, per hoc q̄  
Deus est, æqualis est patri, per hoc quod homo,  
minor est patre. Item, & maior, & minor seipso cre-  
dendus est. In forma enim Dei, etiam ipse filius seip-  
so maior est, propter humanitatem assumptam, quia  
Diuinitas maior est: in forma autem serui, seipso mi-  
nor est, id est, humanitate, quæ minor Diuinitate ac-  
cipitur. Nam sicut per assumptam carnem, non tan-  
tum patre, sed seipso minor accipitur: ita secundum  
diuinitatem, quæ est æqualis patri, & ipse, & pater,  
maior est homine, quem sola filij persona assumpsit.  
Item, in eo quod quæritur, vtum possit filius sic æ-  
qualis, & minor esse spiritu sancto, sicut patri nunc  
æqualis, nunc minor patre creditur esse, responde-  
mus: secundum formam Dei, æqualis est & patri, &  
spiritui sancto: secundum formam serui, minor est  
& patre, & spiritu sancto: quia nec spiritus sanctus,  
nec Deus pater, sed sola filij persona suscepit carnẽ,  
per quam minor esse creditur illis personis duabus.  
Item, hic filius, à Deo patre & spiritu sancto separa-  
biliter discretus creditur esse, persona: ab homine  
autem assumptam, natura. Item, cum homine, vnus ex-  
tat persona: cum patre vero, & spiritu sancto, natura  
Diuinitatis suæ siue substantia. Missus tamen filius,  
non solum à patre, sed & à spiritu sancto missus esse  
credendus est, in eo quod per Prophetam dicitur:  
Et nunc Dominus misit me & spiritus eius. A seip-  
so quoque missus accipitur, pro eo quod inseparabi-  
lis non solum voluntas, sed operatio totius Trinitatis  
agnoscitur. Hic enim qui ante secula vnigenitus  
est vocatus, temporaliter primogenitus factus est.  
Vnigenitus, propter Diuinitatis substantiam: primo  
genitus, propter assumptam carnis naturam: in qua  
suscepta hominis forma, iuxta Euangelicam verita-  
tem, sine peccato natus sine peccato mortuus credi-  
tur: qui solus pro nobis peccatum factus est, id est,  
sacrificium pro peccatis nostris: tamen passionem  
ipsam (salua Diuinitate sua) pro delictis nostris susti-  
nuit, mortique adiudicatus & cruci, veram carnis  
mortem accepit: tertio quoque die virtute propria  
suscitatus, à sepulchro surrexit. Hoc ergo exemplo  
capitis nostri, confitemur vera fide resurrectionem  
carnis omnium mortuorum: nec in aere, vel quali-  
bet alia carne (vt quidam delirant) resurrecturos nos  
credimus, sed in ista quæ viuimus, consistimus, & mo-  
uemur. Peracto huius sanctæ resurrectionis exem-  
plo, idem Dominus noster atque saluator, paternam  
ascendendo sedem repetiit, de qua nunquam per  
Diuinitatem discessit. Illic ad dexteram patris se-

dens, expectatur in fine seculorum iudex omnium  
viuorum & mortuorum, inde cum sanctis omnibus  
veniet ad fetendum iudicium, reddere vnicique  
mercedis propriæ debitum, prout quisque gessit in  
corpore positus, siue bonum, siue malum. Ecclesiam  
sanæ catholicam pretio sui sanguinis comparatam,  
cum eo credimus in perpetuum regnaturam: intra  
cuius gremium constituti, vnum baptismum cre-  
dimus, & confitemur remissionem omnium pec-  
catorum: sub qua fide, & resurrectionem mortuorũ  
veraciter credimus, & futuri seculi gaudia expecta-  
mus. Hoc tantum orandum est nobis, & petendum,  
vt cum peracto finitoque iudicio, tradiderit filius re-  
gnum Deo & patri, participes efficiat nos regni sui,  
vt per hanc fidem, qua illi in hæsimus, cum illo sine  
fine regnemus. Hæc est confessionis nostræ fides ex-  
posita, per quam omnium hæreticorum dogma pe-  
rimitur, per quam omnium fidelium corda mundan-  
tur, per quam & ad Deum gloriose acceditur, cuius  
sacro sancto sapore sub triduo ieiunio cõtinua re-  
lationũ collatione orantes, ad ea quæ subnexa sunt,  
sequenti die decernenda transibimus.

1. In loco benedictionis confidentes Domini sa-  
cerdotes, nullis debent aut indiscretis vocibus per-  
strepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare: nul-  
lis etiam vanis fabulis vel risibus agi, & (quod dete-  
rius est) obstinatis disceptationibus tumultuosas vo-  
ces effundere. Si quis enim (vt Apostolus ait) putat  
se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed  
seducens cor suum, huius vana est religio. Cultum e-  
nim suum iustitia perdit, quando silentium perit, &  
iudicium obstrepentium turba confundit, dicente  
Propheta: Erit cultus iustitiæ, silentium. Debet ergo  
quicquid aut consultationibus confidentium agitatur  
aut ab accusantium parte præponitur, sic mitissima  
verborum relatione proferri, vt nec contentiosus vo-  
cibus sensus audientium turbent, nec iudicium vigo-  
rem de tumultu eneruent. Quicumque ergo in con-  
uentu Concilij hæc, quæ præmissa sunt, violanda cre-  
diderit, & contra hæc interdicta aut tumultu aut  
contumeliis, vel risibus Concilium conturbauerit:  
iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur. Eius de-  
risorem, & exhibit cum eo iurgium: cum omni dede-  
core, de concessione abstractus, à communi cõtatu  
secedat, & trium dierum excommunicationis sen-  
tentiam perferat.

2. Quantum quis præcelsi culminis obtinet locũ,  
tantum necesse est præcedat ceteros gratia merito-  
rum, vt in eo quod præsidet singulis, singulariter or-  
netur eminentia sanctitatis, habens semper & in o-  
re gladium veritatis, & in opere efficientiam lumi-  
nis, vt iuxta Paulum, potens sit exhortari in doctri-  
na sana, & contradicentes reuincere. Nos proinde  
nostri ordinis gradum, vel suscepti regiminis modũ  
magnopere cogitare debemus ut qui officium præ-  
dicationis suscepimus, nullis curis à Diuina lectio-  
ne priuemur. Nam quorundam mentes Pontificum  
ita torporis ocio à lectionis gratia secluduntur, vt  
quid doctrinæ gregibus subditis exhibeat, non in-  
ueniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit  
maioribus, vt quos sub regiminis cura tuentur, fame  
verbi Dei perire non sinant. Sicut metropolitanis in  
confinibus, ceterosque ecclesiasticis ordinibus  
deditos: sic confinitimis, in commissio sibi religio-  
rum numero vigilandum est, qualiter nescientia ta-  
lium Diuinæ legis eruditionibus imbuatur, ita vt in  
desinen

1 Cor. 15.

5. 9. 4. In loco bene-  
dictio.

Iaco. 1. d

Esa. 32. d

Prou. 22. b

Tit. 1.

desinenti sollicitudine praelatus quisq; subditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoscat, aut nescientiam sine arrogancia instruat. Placuit ergo de talibus, iuxta instituta Toletani Concilij, hoc specialiter definire, ut aut sponte sumant intentionem necessarium perdiscendi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti.

*Co. 8. ca. 8*  
*d. 12. de his qui contra Iaco. 1. a*  
3 De his qui contra Apostoli voluntatem, circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto Concilio, ut metropolitana sedis autoritate coacti, vniuscuiusque provincie ciues, rectoresque ecclesiarum, vnum eundemque in psallendo teneant modum, quem in metropolitana sede cognouerint institutum, nec aliqua diuersitate cuiuscunque ordinis vel officij, à metropolitana se patiantur sede disungi. Si enim iustum est, ut inde vnusquisque sumat regulas magisterij, vnde honoris consecrationem accipit: ut iuxta maiorum decreta, sedes quæ vnicuique sacerdotalis mater est dignitatis, sit ecclesiasticæ magistræ rationis. Abbatibus sanè indultis officiis, quæ iuxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt, cætera officia publica, id est, vesperas, matutinum, siue missam, aliter quàm in principali ecclesia, celebrare non liceat. Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mēsis communionem priuatus, apud metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus, quatenus apud illum & præterita transgressionis culpam lachrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. Sub ista ergo regula disciplina, non solum metropolitanus totius suæ provincie pontifex vel sacerdotes astringat, sed etiam ceteri episcopi subiectos sibi ecclesiarum rectores, obtemperare his institutionibus cogant.

*1. Ioa. 3. b*  
*Ibidem. c*  
*phes. 4. f*  
4 Sicut omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo est: ita omnis qui odit proximum, ex diabolo est. Dilectione enim sola discernitur quis, ex quo genitus approbetur, dicente Ioanne: In hoc manifestati sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non facit iustitiam, nõ est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annunciatio quam ab initio audistis, ut diligamus alterutrum. Et post paululum: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui à fraterna societate diuiditur. Nam & si manus non moueat ad occidendum, pro eo tamen quod immitis est ad ignoscendum, iam à Deo homicida tenetur. Viuit ille, & iste iam interfectus esse conuincitur. Cum ergo his præceptis beatus apostolus Paulus consona prædicatione concordet, dicens: Non occidat sol super iracundiam vestram: & Nolite locum dare diabolo: relatæ sunt nobis quorundam sacerdotum personæ, in tantam obstinationis efferbuisse discordiam, ut non solum illos ab ira occasus solis non reuocet, sed nec annofa quidem transactio temporum, ad bonum charitatis reclinet: quippe in quorum cordibus sol iustitiæ Christus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix possit. Horum ergo & similium discordantium fratrum oblationes iuxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas esse censuimus. De personis tamen discordantium, id speciali definitione præcipimus, ut ante quàm eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat: sed geminato tempore

per pœnitentiam compensabunt, quod discordie fuerunt. Quod si vnus eorum, alio contemne, ad satisfactionem charitatis cucurrerit: ex eo tempore ut pacificus intra ecclesiam reputetur, ex quo ad concordiam festinasse conuincitur, sententia tamen superiori seruata, ut tempus quod in ira expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persoluat.

5 Nullis vita præsulum perturbari debet excessibus motionum, quia valde indignum est, ut qui throni Dei vocantur, leui motione turbentur: & qui debent esse iter iustitiæ, ipsi efficiantur seminarium litis atque rapinæ. Quomodo ergo huiusmodi, iuxta Apostolum, irreprehensibiles erunt, qui non solum reprehensibilia faciunt, sed mortifera potius & execranda committunt? Relati enim nobis sunt quidam ex sacerdotibus, quod omni grauitate sacerdotalis ordinis prætermissa, audientiam iudicum furore præueniant, & excessu solius inhonestæ motionis, iudicia audire refugiunt, pro quibus eos oportuerat æquitatis iudicia sustinere. Dum enim de honoris sui culmine blandiuntur, patientiam habere refugiunt & qui inconcussa debuerant veritatis conseruare statum, subito religionis mutant propositum, & præcipiti furore iudicium antecedunt. Sicque in quo decuerat eos iudicij sustinere conuentum, peruersione agunt, vnde de præsumptionibus confundantur. Qui tamen aut damno pariter & excommunicatione plectendi sunt, aut omisis compositionibus rerum, sola satisfactione pœnitentiæ curabuntur. Illi enim illi qui rei propriæ facultate suffulti sunt, aut qui rem suam iam antea in nomine ecclesiæ, cui præ sunt, transfudisse noscuntur: si aut per se, aut per subditos, seu per quoslibet aliena diripiunt, vel præsumptionis seu cædis quippiam agunt, tam in rebus fiscalibus, quàm etiam in quorumlibet dominio constitutis: & peruasa vel præsumpta de rebus propriis, iuxta legem excellentissimi principis faciant, & pro excessu religioni contrario, quod inhonestè ante iudicium perpetraverunt, duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi sunt. Illi autem qui & huiusmodi excessibus seruiunt, & nihil proprietatis habere videntur, magna discretionis arte medendi sunt, quo nec ausus illicitos ecclesiarum facultatibus redimant, nec ipsi penitus extorres à pœna persistant. Nec enim iustum est, ut pro prauis actibus sacerdotum, ecclesiæ quibus præminent, sustineant damnum: & pro excessibus talibus satisfactio ab ecclesiis exigatur, cum ecclesia cultores suos non ad litem sed honestatem informet. De talibus ergo placuit definire, qui nullis habitis rebus propriis, aut in quocunque peruafores extiterint, aut quibuslibet personis cædes, vel quocunque præsumptionis intulerint, nulla eos incuruatione status sui seruituti hominum debere addici: sed iuxta quod præsumptuos quisquis ille extiterit, ita & pœnitentiæ legibus subiacebit, id est, si in decem solidorum summam præsumptor esse conuincitur, viginti dierum pœnitentiæ satisfactio purgetur: ita ut siue minoris siue maioris summæ excessum peregerit, similiter geminata hoc semper satisfactione pœnitentiæ recompenfer. Seruos autem ecclesiarum qui huiusmodi excessus operati esse noscuntur, ad leges seculares audientes remittimus. Et hæc quidem de generali excessu dicta sufficiant. Cæterum specialitatis ordinem prosequentes decernimus: Si quis episcoporum magni cuiuscunque vxorem, filiam, neptem, seu quolibet il-

li gradu altero pertingentem, quacunque fraude vel subtilitate, adulterina pollutione cœdauerit, & honoris proprii gradum amittat, & sub exilij relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat, qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adiuuandus est. Hanc sanè & illi sententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint aut primatibus palatij, generosisque personis, seu nobilioribus quibuscunque mulieribus aut puellis aliquid per necem, aut per quamcunque irrogatam iniuriam visi fuerint intulisse. Vnde eos iuxta legum secularium instituta, aut rationem recipere, aut traditionem de his fieri, vel proscriptionem oporteat.

*23. q. 8. h. 6. quibus*  
6 His à quibus Domini sacramenta tractanda sunt iudiciū sanguinis agitare non licet. Et ideo magno preter talibus excessibus prohibendum est, ne indiscreta præsumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententia propria iudicare præsumant aut truncationes quibuslibet personis aut per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quod si quisquam horum immemor præceptorum, aut in ecclesiæ suæ familiis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit: & concessi ordinis honore priuetur, & loco subperpetuo quoque damnationis teneatur religatus et gastulo. Cui tamen communitio exeunti ex hac vita non neganda est, propter Domini misericordiam, qui non vult peccatoris mortem, sed ut conuertatur & viuat.

*22. q. 18. g. 33. c.*  
7 Cum iuxta antiquæ institutionis edictum, plus erga corrigendos agere debeat beneuolentia, quàm seueritas: plus cohortatio, quàm commotio: pl' charitas, quàm potestas: relatū est nobis, quod quidam ex fratibus, plus liuore odij, quàm correctionis studio subditos insequentes, dum se simulant spirituales eis adhibere correctionem, indiscretam subito afferunt mortem, cum inauditos à se proiciunt, & illicitis eos iudiciis sub pœnitentiā puniunt. Non ergo de cætero peruersis voluntatibus sit liberum, simulare quod fingunt: sed quotiescunque quilibet ex subditis corrigendus est, aut publica debet à sacerdote disciplina curari: aut si aliter rectoribus placet, duorum vel trium fratrum spiritualium testimonio peculiariter adhibito, & modus criminis agnoscat, & modus pœnitentiæ irrogetur: ita tamè ut si exilio vel retrusione dignū eum esse cognouerit, aut quid aliud peculiare decreuerit, mod' pœnitentiæ quam coram tribus fratribus sacerdos transgressori indixerit, speciali debeat eius, qui sententiam protulit, manus propriæ subscriptione notari. Sicque fiet, ut nec transgressores, sine testimonio excidia vitæ suæ incurrant: nec rectores, accusatos se de quorumlibet interemptionibus erubescant.

*14. q. 1. c. 8. quibus*  
*Mat. 10. a*  
8 Quicquid inuisibilis gratiæ consolatione tribuitur, nunquam quæstu vel quibuslibet præmiis vendi dari penitus debet, dicente Domino: Quod gratis accepistis, gratis date. Et ideo, quicunque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptisandis consignandisque fidelibus, aut collatione christiatis, vel promotionibus graduum, precia quælibet vel præmia, nisi voluntariè oblata, pro huiusmodi ambitione susceperit: equidem si sciente loci episcopo, tale quicquam à subditis perpetratur, idem episcopus duobus mensibus excommunicationi subiacet, pro eo quod & sciens mala contexit, & correctionem necessariam non adhibuit. Sin autem suorum quisquam, eodem nesciente, pro supradictis

quocunque capitulis accipiendum esse sibi crediderit, si presbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur: si diaconus, quatuor: subdiaconus verò, vel clericus his cupiditatibus seruiens, & competentis pœna, & debita excommunicatione plectendus est.

9 Multa super hoc capitulo Patrum sententiæ manauerunt, scilicet ne impreciablem sancti Spiritus gratiam, donis vel muneribus quis existimet comparandam. Sed (quod non sine graui dolore dicendum est) quanto hæc frequenti decretorum est præceptio ne prohibita, tanto à nobis fraudibus cognoscitur iterata, dum hi qui tali precio mercari nituntur gratiam spiritus sancti, aut ordinationis suæ tempora præueniunt munere, aut post acceptum honorem, promissis suis conferunt apparitoribus turpislucris mercedem. Et ideo, ut horum & similium argumentorū deinceps amputetur occasio, hæc sancta synodus definit, ut cum quisque pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, sacramenti exactione astringatur, quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cuiuscunque præmij collationem vel aliquando dedisset, vel aliquando in futurum dare procurat. Sicque aut mundus ab hoc contagio, prælationis consecrationem accipiat, aut publicato hoc scelere manifestè denudatus coram ecclesia, & ad honorem, quem mercari voluit, non accedat. Illos autem quos deinceps post prælationem per præmium ordinatos fuisse patuerit, sub definitis pœnitentiæ legibus, ut verè simoniacos, ab ecclesia separandos esse censemus, id est, ut duorum annorum spatio exilio relegati, & digna satisfactione, vel excommunicationis sententia coerciti, honoris gradum quem præmiis emerant, lachrymis cõquiterent & reparare intendant. Vnde si digna eos satisfactio pœnitentiæ commendauerit, peracto indictæ pœnitentiæ tempore, non tantum communioni, sed & loco, & totius ordinis officiis, à quibus separati fuerant, restaurandi sunt.

10 Quancquam omnes qui sacris micipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur astricti, expeditibile tamen est, ut promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica probat disciplina. Solet enim plus timere, quod singulariter pollicetur, quàm quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto Concilio, ut vnusquisque qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus, non antè honoris consecrationem accipiat, quàm placita sibi annotatione promittat, ut fidem catholicam sincera cordis deuotione custodians, iustè & piè viuere debeat, & ut in nullis operibus suis, canonicis regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem atque obsequij reuerentiam præminentem sibi vnusquisque dependat, iuxta illud beati papæ Leonis edictum: Qui se scit quibus esse præpositum, non molestè ferat, aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat. Pœna tamen iuxta ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium inferenda, & ab his qui transgressores fuerint, persoluenda est.

11 Cum nihil in diuino canone debeat esse confusum, nihil dubium, nihil etiam indiscretum, in collatione nostri cœtus relectus est canon Toletani Concilij primi, in quo præceptum est, ut si quis acceptam à sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacri legus propellatur: nec adiecta est ibi discretio voluntatis,

ratum, cum & infidelis infideliter hæc talia agat, & fidelis fidenter accipiat, quod naturalis illum necessitas deglutire non sinit. Solet enim humanæ naturæ infirmitas, in ipso mortis exitu prægrauata, tanto sic citatis pondere deprimi, ut nullis ciborum illationibus refici, sed vix tandè illati delectetur poculi gratia sustentari. Quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum suis votis sacræ communionis ex petentes viaticum, collatam sibi à sacerdote eucharistiam reiecerunt. Non quod infidelitate hæc agerent, sed quod propter Domini calicis haustum, traditam sibi non possent eucharistiam deglutire. Non ergo huiusmodi à corpore ecclesiæ separandi sunt, qui talia non infidelitate, sed necessitate fecerunt, præsertim hi de quibus nihil fidei sinistra sentitur. Placuit ergo definire, quod nec fidei officiat, nec infideli inultum existat. Quicumque ergo fidelis inuitabili qualibet infirmitate coactus, eucharistiam per ceptam reiecerit, in nullo ecclesiasticæ damnationi subiaceat. Similiter nec illos cuiusquam punitiois censura redarguet, qui talia aut tempore infantia faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, qui quod fecerint, ignorare videntur. Iam verò quicumque aut de fidelium, vel infidelium numero, corpus Domini absque inuitabili (ut dictum est) infirmitate proiecerit, si fidelis est, perpetua communionem priuetur: si infidelis, & verberibus subdatur, & perpetuo exilio relegatur. Quod si horum quilibet huiusmodi excessus digna pœnitentiæ satisfactione defleuerit, post quinquennium licet illum communioni pristina reformari.

12 Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutine reconciliationis gratia differendus est. Sed si præcincto mortis vrgeatur periculo, pœnitentia per manus impositionem accepta, statim ei recôciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus æger abscedat, quam donum reconciliationis accipiat: sicque superstitibus quodammodo doloris videatur esse perpetui, si præcisum ab ecclesiæ membris eum, qui utiq; reconciliationem non meruerit, raptum à præcincto mortis natura subduxerit. Vnde iuxta papæ Leonis edictum, his qui in tempore necessitatis, & in periculo vrgentis instantia præsidium pœnitentiæ ex more recôciliationis implorant, nec satisfactio interdicens est, nec reconciliatio deneganda: quia in misericordia Dei, nec mensuras possumus ponere nec tempora definire. De his autem qui accepta pœnitentia, antequam reconcilientur, ab hac vita recesserint, quanquam diuersitas præceptorum de hoc capitulo habeatur: illorum tamen nobis sententia placuit, qui multiplici numero de huiusmodi humanius decreuerunt, ut & memoria talium in ecclesiis commendetur, & oblatio pro eorum delicto à presbyteris recipiatur.

13 Bene siquidem maiorum regulis definitum est, ut dæmonii aliisque passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat. Cui præcepto consensu rationis adhibito, id communiter definimus, ut nullus de his qui aut in terram arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursum efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscusi se diuinis ingerant sacramentis: exceptis illis qui variis corporum incommoditatibus dediti, in eiusmodi passionibus in terram approbantur elisi. Qui tamen & ipsi tamdiu erunt ab officij sui & ordine & loco suspensi, quousque vnus anni spacio

per discretionem episcopi, inueniantur ab incursum dæmonum alieni.

14 Et illud diuini oraculi momentis singuli præcauentes quo scribitur. Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem: summopere verendum nobis est & cauendum, ne horis illis atque temporibus quibus Domino psallitur vel sacrificatur, vnicuique diuinis singulariter officiis insistenti, perniciofa passio vel corporis qualibet valetudo occurrat, quæ aut corpus subitò subruat, aut mentem alienatione vel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessarium duximus instituire, ut vbi temporis vel loci siue cleri copia suffragatur, habeat quisquis ille canens Deo atque sacrificans, post se vicini solaminis adiutorem: ut si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedet, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat, qui eius vicem exequatur intrepidus.

15 Peractis omnibus quæ ad correctionem nostri ordinis, in hoc Concilio promulgata sunt: placuit definire, ut paternis institutionibus obsequentes, omni anno ad peragendam celebritatem Concilij in metropolitana sede, tempore quo principis vel metropolitani electio definierit, deuotis semper animorum studiis conferamur, nec quibuslibet requisitis occasionibus absentemur, sed in præparato die, quo iudicium fuerit, adunatis in metropolitana sede omnibus prouinciæ pontificibus, Concilium Deo præfule celebretur. Quisquis autem episcoporum, excepta inuitabili causa vel necessitate, de peragendo Concilio se absentauerit, vnus anni erit excommunicatione plectendus. Quod si deinceps absque celebratione Concilij anni vnus metas transierit, omnium in commune pontificum Carthaginis prouinciæ superioris censura sententiam obnoxius retinebit, id est, si nulla eum impediens principis potestate, vel infirmitate, aut inuitabili causa, sed solius propriæ voluntatis libitu, sese ad celebrandum Concilium non collegerit.

16 His ergo constitutionibus nostris quas necessariò gerendas credidimus, finalem manus nostræ subscriptionem adiecimus, immortalis Deo nostro & domino gloriam & honorem reddentes, qui nos de conuentu alterna visionis laetis effecit, qui os nostrum in confessione laudis suæ aperuit, qui etiam decreta huius nostri Concilij honesto fine compleuit. Post hæc religioso domino nostro & amabili principi nostro Vvambano regi, gratiarum actiones persoluimus, cuius ordinatione, collecti, cuius & studio aggregati sumus. Qui ecclesiasticæ disciplinæ his nostris seculis nonus reparator occurrens, omnes Conciliorum ordines non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit, ut ad alternam morum correctionem annuo tempore alacriter concurrentes, iuxta prophetæ vaticinium, quod in nobis defraetum est, alligaretur: & quod abiectum est, reducarur. Det ergo eidem principi Dominus, pro huius sacræ sollicitudinis voto, & cursum præsentis vitæ in pace transire, & post diuturna tempora ad se in pace, remissis iniquitatibus, peruenire: qualiter & ille felicia tempora ducat, & felix cum omnibus, quibus principatur, ad Christum sine confusione perueniat: ut quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronam futuri regni capiat, ex hoc in regione viuorum regnans cum Christo in secula seculorum. Amen.

Conci

CONCILIUM BRACARENSE TERTIUM, habitum anno quarto Vvambani Regis, circa tempora Vitaliani papæ quarti.



Mat. 18. c.

Eccecenter satis per diuinum spiritum in Bracarensi vrbe collecti, & de his quæ intra ecclesiam peruersa actione geruntur, tractaturi conuenimus ut adiuuante nos illo qui dicit: Vbiunque duo vel tres collecti fuerint in nomine meo, ibi ero in medio eorum: pari animo parique deuotionis studio exurgentes, malè habitos extirpemus errores. Etenim dum nos in vnum synodalis actio aggregasset, debitis in sedibus collocati, primùm de sanctæ fidei sacramento cœpimus habere sermonem, scilicet ne aut vanitate disputantium, aut nescientia simplicium, erroris quippiam in hoc sacramento fidei teneretur. Vnde cum omnes nos in vera fide, ut per speculum perustrarem illafos, in eo quia nullum nostrum schismatici erroris fatigauerat turbo, sed vera nos & simplex in hoc sacramento apostolica ostendit idoneos prædicatio, grates omnipotenti peregrinus Deo, quod hanc nostræ fidei regulam, ipsis verbis atque sententiis commemoranter reueximus, quibus eam in conuentu Niceni Concilij declaratam esse scimus.

Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum hominibus patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit. Et incarnatus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Homo factus, passus est sub Pontio Pilato: sepultus, tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Dei patris, iterum venturus iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus & in spiritum sanctum, dominum, viuificantem, ex patre & filio procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificandum. Qui locutus est per prophetas. Et vnâ sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confitemur vnum baptismum in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi.

Amen.

Post huius sanctæ fidei sacramentum, relatus est in concione omnium nostrum error manifestus patris & diuersus; qui tanta debet disciplinæ arte retundi, quanta & peruersitate comprobatur infundi. Quidam enim in sacrificijs Domini relati sunt lac pro vino offerre, eucharistiam quoque vino madidam pro complemento communionis credunt populis porrigendam. Et quod peius his omnibus est, quidam sacerdotum in vasis Domini epulas sibi apponunt, & manducare in eis præsumunt. Quidam etiam ex sacerdotibus relati sunt, quod ecclesiasticæ consuetudinis ordine prætermisso, missam sine orariis audeant dicere, & quod in solennitatibus martyrum reliquias suo collo imponant, & in sellulis, non ab aliis se portandos, nisi ab albis indultis diaconibus, credant. Illud quoque quod plerique sacerdotum absque testimonio cum feminis commorantur: &

quidam illorum, honoratos fratres suos verberibus indiscretis subiiciant: nec non & illud, quod quidam Simonis cupiditate arrepti, quos ordinaturi sunt, sub cautione dimittant, qualiter postquam ordinati fuerint, pecuniâ ab illis promissam accipiant. Illud quoque quod familiam ecclesiæ in propriis laboribus quassant, damnum in rebus dominicis facientes. Quæ omnia ne confusè videantur esse prolata, discretis titulorum ordinibus, credimus subnectenda.

Act 8. c.

TITVLI CAPITVLRVM CONCILII Bracarenfis tertij.

- 1 Ut repulsis omnibus opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permixtum, in sacrificio offerantur.
- 2 Ne vasa domino sacrata, humanis vsibus seruiant.
- 3 Ne sacerdos sine orario missam audeat celebrare.
- 4 Ne sacerdotes siue quicumque ex clero, sine testimonio cui quibuslibet feminis habitent.
- 5 De damnata præsumptione quorundam episcoporum, qui in festiuitatibus martyrum ad ecclesiam procedentes, appensis collo reliquiis, ab abbatibus diaconibus in sellulis veltantur.
- 6 De honestate honoratorum, & disciplina.
- 7 Ne promissione munerum, honoris gratia venundetur.
- 8 Ne rectores ecclesiæ prius propria, quam ecclesiastica iura laborare intendant.

CAPITVLA EIVSDEM CONCILII



Vm omne crimen atque peccatum oblati Deo sacrificijs deleatur, quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificij oblatione erratur? Audiuimus enim quosdam schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines & apostolicas institutiones, lac pro vino in diuinis sacrificijs dedicare, alios quoque intinctam eucharistiam populis, pro complemento communionis porrigere, quosdam etiam expressum vinum in sacramento dominici calicis offerre. Quod quàm sit euangelicæ atque apostolicæ doctrinæ contrarium, & cõsuetudini ecclesiasticæ aduersum, non difficile ab ipso fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis, verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, non illis lac, sed panem tantum & calicem sub hoc sacramento cognoscimus commendata. Ait enim euangelica veritas: Accipit Iesus panem, & calicem, & benedicens dedit discipulis suis. Cesset ergo lac in sacrificio offerri, quia manifestum & euidentem exemplum euangelicæ veritatis illuxit, quod præter panem & vinum, aliud offerri non sinit. Illud verò quod pro complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam populis nec hoc prolatum testimonium ex euangelio recipit, vbi apostolis corpus suum & sanguinem commendauit. Seorsum enim panis, & seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Christum præbuisse non legimus excepto illo tantum discipulo, quem intincta buccella magistri proditorum ostenderet, non quæ sacramenti huius institutionem monstraret. Nā quod de expresso botro, id est, de vuarum granis populis communicatur, valde

De cõ. d. 1. cum omne crim. Et in decre. Iuo. lib. 1.

Mat. 26. c.

Ioan. 13. c.



valde est omnino confusum. Calix enim dominicus iuxta quod quidam doctor edisserit, vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinè Christi. Ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in què credit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini, sic miscetur in calice domini, vt commixtio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando Botrus solus offertur, in quo vini tantum efficientia demonstratur, sacramentum nostræ salutis negligitur, quod per aquam significatur. Non enim potest calix domini esse aqua sola, aut vinum solū, nisi vtrunque sibi miscatur. Et ideo, quia iam ex eo plurima, & multiplex maiorum manauit sententia, quorum pietas in Deum religiosa, sacramentorum horum efficientias copiosas disseruit, & institutiones verissimas declarauit, omnis talis error atque præsumptio cessare iam de cætero debet, ne peruersorum inordinata compago, statum veritatis eneruet. Et ideo nulli deinceps licitum sit, aliud in sacrificiis diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam Conciliorum, panem tantum, & calicè vino & aqua permixtum. De cætero aliter, quàm præceptum est, faciens, tam diu à sacrificando cessabit, quandiu legitima pœnitentiæ satisfactione correptus, ad gradus sui officium redeat, quod amisit.

2. Omni cura, omnique studio prouidendum est, ne hi qui locum videntur obtinere regiminis, contumeliam videantur inferre cœlestibus sacramentis. Etenim quod & auditui terribile, & visui execrabile iudicatur, relatum est nobis, quod quidam sacerdotum sacrilega temeritate præcipites, vasa domini in proprios vsus assumant, epulasque sibi in eis comedendas apponant. Quod malum & obstupescentes demeritas sibi epulum præparat, vbi sanctum spiritum cognoscitur aduocasse: & ibi esum carniū crapulatus assumat, vbi diuina visus est celebrasse mysteria: & in quibus tantum sibi offerri sacramenta pro expiatione delictorum præcepit, in his expleat voluntatem ludibrii sui. Et ideo huius de cætero præsumptionis persona, quæ sciendo diuina vasa vel ministeria, aut in vsus suos transtulerit, aut comedere in his vel poculum sibi sumendum elegerit, gradus sui vel officij periculum sustinebit, ita tamen vt si de secularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur: si verò religiosus, ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis sententia, & illi obnoxij tenebuntur, qui ecclesiastica ornamenta, vela, vel alia quælibet indumenta, atque etiam vtenilia, sciendo in vsus suos transtulerint, vel alius donanda vel vendenda crediderint.

3. Quoniam antiqua & ecclesiastica nouerimus institutione præfixum vt omnis sacerdos, cum ordinatur, oratio vtroque humero ambiatur, scilicet vt qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera & aduersa, virtutem semper ornamento vtroque circumseptus appareat humero. Qua ratione tempore sacrificij non assumit, quod se in sacramento accepisse non dubitat: Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat & in oblatione vel perceptione suæ salutis, scilicet vt cum sacerdos ad solennia mis-

farum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus aut sacramentum corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quàm oratio vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, ita vt de vno eodèque oratio ceruicem pariter & vtrūque humerum præmens, signum in suo pectore præparet crucis. Si quis autem aliter egerit, ex communicationi debitæ subiaceat.

4. Quamquam antiqua canonum institutio, de huiusmodi præsumptione absolutas & multiplices disciplinas atque institutiones ediderit, nostamen breuitatis causa omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus autoritate tenendum, vt nullus sacerdotum, siue quisque de clerico, absque honesto & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet fœminis secretè se sumat adiungere. Et non solū cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis ne licentia fororum, vel propinquarum mulierum quisque solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Huius ergo præceptionis transgressor, sex mēsi<sup>9</sup> se nouerit pœnitentię legib<sup>9</sup> subiaccere.

5. Bona siquidem res est, diuina sacerdotibus contrectare mysteria. Sed cauendum valde est, ne hoc quisque ad vsū prauitatis suæ intorqueat, vnde soli Deo de bona conscientia placere debuerat. Scriptum est enim: Væ his, qui faciunt opus Domini fraudulenter & desidiōse. Vt enim quorūdam episcoporum detestanda præsumptio nostro se cœtui intulit dirimenda, agnouimus quosdam de episcopis, quod in solennitatibus martyrum ad ecclesiam progressuri, reliquias collo suo imponant, vt maioris fastus apud homines gloria intumescant, & quasi ipsi sunt reliquiarum arca, Leuitæ albas induti, in sellulis eos deportent. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie, simulata vanitas sola præualeat, si modum suum vniuersiūque ordinis reuerentia non agnoscat. Et ideo antiqua in hac parte, & solennis consuetudo seruabitur, vt in festis quibusque diebus arcam domini cum reliquiis, non episcopi, sed leuitæ in humeris gestent, quibus & in veteri lege onus idem impositum nouimus esse præceptum. Quod si & episcopus reliquias per se deportare elegerit, nō ipse à diaconibus in sellula vehatur, sed potius pedestri eo vnà cum populis progressione procedente ad conuenticula sanctarum ecclesiarum, sanctæ Dei reliquiæ per eundem episcopum portabuntur. Iam verò qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit, quandiu in officio fuerit, à sacrificando cessabit.

6. Cū beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinā, nouimus quosdā ex fratribus tantis cœdibus in honoratos efferuere, quātas poterant latrocinium promereri personæ. Et ideo qui gradus iam ecclesiasticos inuenerunt, id est, presbyteri, abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiaccere: non est dignum, vt passim vnusquisque prælatus honorabiliora membra sua, prout voluerit & ei placuerit, verberibus subiiciat & dolori nedum incautè subdita percuteat membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud quod quidā sapiens dixit: Leuiter castigatus, reuerentiā exhibet castigati, asperitatis autē nimia increpatio, nec increpa-

tionem recipit, nec salutem. Et ideo si quis aliter quàm dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentia perceptæ, potestatis elarus, malitia animi tantum crediderit verberandos, iuxta modum verberum quæ intulerit, ex communicationem pariter & exilij sententiam sustinebit.

7. Quia non expedit, vt donum sancti spiritus pecuniis comparetur, quamquam ex hoc antiquorū canonum disciplinæ maneat diuersa, tamen quia necesse est, vt frequentius retundatur, quod sine intermissione præsumitur, ideo nouellæ huius institutionis formulam instituentes, decernimus vt quicumque pro conferendo cuiquam sacerdotij gradu, aut munus quodcunque, aut promissiones muneris, antequàm ordinetur acceperit, vel etiam postquàm ordinatus fuerit, in aliquo se pro hoc ipso præsumperit munerari, siue qui dederit, siue ille qui acceperit, iuxta sententiam Chalcedonenis Concilij, gradus sui periculum sustinebit.

8. Non decet rectores ecclesiæ in suis strenuos, & in ecclesiasticis rebus esse remissos. Nam quorundam fertur opinio, quod quidam sacerdotum familias ecclesiæ in suis laboribus quassent, rei proprię profectum augentes, dominicis verò dispendium nutriendes vnde quicumque sub hoc neglectu res diuinas laborare distulerit, placito speciali distringendus est qualiter si de rebus seu augmentis ecclesiæ, quæstum laboribus suis propriè auxit, & ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem vel perditionem induxit, quicquid in rebus ecclesiæ minuit, illi restituat, ex cuius rebus atque suffragiis suos cōiuctus fuerit ampliaste labores. Quod si aliquid pro vtilitatibus ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendij vel perditionis quippiam pertulerit si hoc comprobari potuerit, totū illi à rebus ecclesiæ eiusdem reformabitur, pro cuius vtilitatibus id expendisse probatur. Gratias itaque omnipotenti Deo peragimus: post hæc sit pax, salus, & diurnitas piissimo & amatori Christi domino Vvambano regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferū conuocauit, diuinam postulantem clementiā, vt gloria Christi regnum eius corroboret vsque ad vltimā senectutem, præstante ipso, qui cum patre & spiritu sancto viuut & gloriatur in trinitate Deus, in secula seculorum. Amen.

CONCILIUM ANGLICANUM EX  
historia ecclesiastica Bedæ, libro 4. cap. 5  
ubi sic legitur.

Angli a (quam & Britannia) insula est insignis in Oceano ab omni continente diuisa satis superque nota, Cuius descriptionem & situm pete ex Plinio lib. 4. 16. Strabo lib. 4. Pomponio Mela lib. 3. cap. 3.



Nno dominicæ incarnationis 670. anno tertio regni Egfredi regis, Theodorus episcopus cogit Concilium episcoporum, vnà cum eis qui canonica Patrum statuta diligenter, & magistris ecclesiæ pluribus parere nollent. Quibus pariter congregatis, diligenter ea quæ vnitare pacis ecclesiasticæ congruerent, eo qui pontificem decebat animo, cepit obseruanda docere. Cuius synodica actionis huiusmodi textus est: In-

nomine domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, regnante in perpetuum ac gubernante suam ecclesiam eodem domino nostro Iesu Christo, placuit conuenire nos iuxta morem canonum venerabilium, tractaturos de necessariis ecclesiæ negociis. Conuenimus autem die 14. mensis Septembris, in dictione prima, in loco qui dicitur Herutrod. Ego quidè Theodorus, quamuis indignus, ab apostolica sede destinatus, Doruennensis ecclesiæ episcopus, & confacerdos ac frater noster reuerendissimus Bisi Orientalium Anglorum episcopus. Quibus etiam frater & confacerdos noster Vilfrid Nordamhumborum gentis episcopus, per proprias legatarias affuit. Affuerunt fratres & confacerdotes nostri. Puta episcopus Castellæ Cantuariorum, Profestue, Eleutherius episcopus Occidentalium Saxonum, Vinfrid episcopus provincie Merciorum. Cumque in vnum conuenientes, iuxta ordinem quique suum resedisse mus: Rogo, inquam, dilectissimi fratres, per timorè & amorem redemptoris nostri, vt in communi omnes pro nostra fide tractemus, vt quæcunque decreta ac definita sunt à sanctis ac probabilibus Patribus incorruptè ab omnibus nobis seruentur. Hæc & alia quamplura, quæ ad charitatem pertinebant, vnitatemque ecclesiæ conseruandam, profectus sum. Cumque explestem prolocutionem, interrogauimus quæque eorum per ordinem, si consentirent ea quæ à Patribus canonicè sunt antiquitus decreta, cūstodire. Ad quod omnes confacerdotes nostri respondentes, dixerunt: Optimè omnibus placet, quæcunque definerunt sanctorum canones Patrū, nos quoque omnes alacri animo libentissimè seruare. Quibus statim protuli eundem librum canonum, & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaueram, quæ maximè nobis necessaria sciebam, illis coram ostendi. Et vt hæc diligentius ab omnibus susciperentur, rogauimus.

1. Vt sanctum diem Paschæ in communi omnes seruemus, dominica post decimam quartam lunam primi mensis.

2. Vt nullus episcoporum parochiam alterius inuadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis.

3. Vt quæque monasteria Deo consecrata, nulli episcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quicquam de eorum rebus violenter abstrahere.

4. Vt ipsi monachi non migrent de loco ad locum hoc est, de monasterio ad monasterium, nisi per missionem proprii abbatis: sed in ea permancant obedientia, quam tempore suę conuersionis promiserunt.

5. Vt nullus clericorum relinquens proprium episcopum, passim quolibet discurrat: neque alicubi veniens, absque commendatitiis literis sui præsulis suscipiatur. Quod si semel susceptus est, & noluerit inuitatus redire: & susceptor, & is qui susceptus est, ex communicationi subiacebit.

6. Vt episcopi atque clerici peregrini, contenti sint hospitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat vllum officium sacerdotale absque permissu episcopi in cuius parochia esse cognoscitur, agere.

7. Vt bis in anno synodus congregetur. Sed quia diuersa impediunt, placuit omnibus in communi, vt calèdis Augusti, in loco qui appellatur Clofac, hoc semel in anno congregetur.

8. Vt nullus episcoporum se præferat alteri per ambitionem

tionem, sed omnes cognoscant tempus & ordinem consecrationis suæ.

9 Capitulum in communi tractatum est, ut plures episcopi, crescente numero fidelium, augerentur. Sed de hac re ad præfens filemus.

*Pro conu-  
giis.  
Matt. 5.  
c. 19.*

10 Ut nulli liceat nisi legitimum habere connubium. Nullus incæstum faciat: nullus coniugem propriam, nisi ut sanctum Euangelium docet, fornicationis causa relinquat. Quod si quisque propriam expulerit coniugem, legitimo sibi matrimonio coniunctam, si Christianus esse rectè voluerit, nulli alteri copuletur: sed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur coniugi.

His itaque capitulis in communi tractatis ac definitis, ut nullum deinceps ab aliquo nostrum oriatur contentions scandalum, aut alia pro aliis diuulgentur: placuit, ut quæcunque definita sunt, vnusquisque nostrum manus propriæ subscriptione confirmet. Quisquisigitur contra hanc sententiam, iuxta decreta canonum, nostra etiam consensione ac subscriptione manus nostræ confirmatam, quoquo modo uiuere vel venire, eamque infringere tentauerit, nouerit se ab omni officio sacerdotali & nostra societate separatum. Diuina nos gratia, in vnitæ sanctæ ecclesiæ suæ viuente, custodiat incolumes.

*SYNODVS ANGLICANA ALIA  
Breuiter adnotata, ex ecclesiastica Historia Anglorum, secundum Bedam, lib. 4. cap. 17.*



**H**is temporibus audiens Theodorus fidei ecclesiæ Constantinopolitanæ hæresim Eutychem multum esse turbatam, & ecclesias Anglorum, quibus præerat, ab huiusmodi labe immunes perdurare desiderans, collecto venerabilium sacerdotum, doctorumque plurimorum cœtu, cuius esset fidei singuli, sedulus inquirebat, omniumque vnanimem in fide catholica reperit consensum. Et hunc synodalibus literis, ad instructionem memoriamque sequentium, commendare curauit. Quarum videlicet literarum istud exordium est: In nomine domini nostri Iesu Christi saluatoris, imperantibus dominis piissimis nostris Egfrido rege Humbronensium anno 10. regni eius, sub die 15. calend. Octobris, indictione 8. & Egilredo Mercinensium anno 6. regni eius, & Aliduulfo rege Estranglorum, anno 17. regni eius, & Lothario rege Cantuariorum, regni eius anno 4. præsidente ipso Theodoro gratia Dei archiepiscopo Britanniarum insulæ & ciuitatis Doruuenis, vnâ mecum sedentibus ceteris Episcopis Britanniarum insulæ viris venerabilibus, propositis sacrosanctis Euangelii, in loco qui Saxonico vocabulo Herdtfeld nominatur, pariter tractantes fidem rectam & orthodoxam exposuimus, sicut Dominus noster Iesus incarnatus tradidit discipulis suis, qui principaliter viderunt & audierunt sermones eius, atque sanctorum Patrum tradidit symbolum, & generaliter omnes sanctæ & vniuersales synodi, & omnis probabilium catholicæ Ecclesiæ doctorum chorus. Hos itaque sequi nos piè atque orthodoxè iuxta inspiratam diuinitus doctrinam eorum professi, credimus consonanter & confitemur secundum sanctos Patres, propriè & veraciter patrem & filium & spiritum sanctum trinitatè, & in vnitæ consubstantialem, & vnita-

tem in trinitate, hoc est, vnum Deum in tribus subsistentiis vel personis consubstantialibus æqualis gloriæ & honoris. Et post multa huiusmodi, quæ ad rectæ fidei confessionem pertinebāt, hoc quoque sancta synodus suis literis addidit: Suscepimus sanctas & vniuersales quinque synodos beatorum & Deo acceptabilium Patrum, id est, qui in Nicæa congregati fuerunt, 318. contra Arrium impiissimum & eiusdem dogmata. Et in Constantinopoli. 150. contra vefaniam Macedonij & Eudoxij, & eorum dogmata. Et in Epheso primo ducentorum contra nequissimum Nestorium & eiusdem dogmata. Et in Chalcedone sexcentorum & 30. contra Eutychem & Nestorium, & eorum dogmata. Et iterum in Constantinopoli quinto congregati sunt Concilio in tempore Iustiniiani iunioris contra Theodorum & Theodoritum, & eorum dogmata contra Cyrillum. Et paulò post: Et synodum quæ facta est in vrbe Roma in tempore Martini papæ beatissimi, indictione 8. imperante Constantino piissimo anno 9. Suscepimus & glorificamus Dominum nostrum Iesum Christum sicut isti glorificauerunt, nihil addentes vel subtrahentes. Et anathematizamus corde & ore, quos anathematizauerunt: & quos susceperunt, suscipimus, glorificantes Deum patrem sine initio & filium eius vnigenitum ex patre generatum ante secula, & spiritum sanctum procedentem ex patre & filio inenarrabiliter, sicut prædicauerunt hi quos memorauimus supradicti sancti Apostoli & prophetæ & doctores. Et nos omnes subscribimus, qui cum Theodoro archiepiscopo fidem catholicam exposuimus. Et cap. 18. Intererat huic synodo, pariterque catholice fidei decreta firmabat vir venerabilis Ioannes archiepiscopus ecclesiæ sancti apostoli Petri, & abbas monasterij beati Martini, qui nuper venerat à Roma per iussione papæ Agathonis, duce reuerendissimo abbate cognomine Benedicto, cuius supra meminimus. Cùm autem idem Benedictus construxisset monasterium Britanniarum in honore beatissimi apostolorum principis, iuxta ostium fluminis Muri, venit Romam cum cooperatore ac socio eiusdem operis Colfrido qui post ipsum eiusdem monasterij abbas fuit, (quod & antè sæpius facere consueuerat) atque honorificè à beatæ memoriæ papa Agathone susceptus est, petiitque & accepit ab eo monimētū libertatis monasterij quod fecerat epistola priuilegij ex autoritate apostolica firmatum, iuxta quod Egfridum regem voluisse ac licentiam dedisse nouerat.

Quo concedente & possessionem terræ largiente, ipsum monasterium fecerat, accepit & præfatum Ioannem abbatem in Britanniam perducendum, quatenus in monasterio suo cursum canendi annum, sicut ad sanctum Petrum Romæ agebatur, edoceret. Egitque abbas Ioannes, ut iussione accepit pontificis, & ordinem videlicet & ritum canendi ac legendi, viua voce præfati monasterij cantores edocēdo, ac ea quæ totius anni circulus in celebratione dierum festorum poscebat, etiā literis mandando: quæ hæcenus in eodem monasterio seruata, & à multis iam sunt circūquaque transcripta. Nō solùm autē idem Ioannes ipsius monasterij fratres docebat, verum de omnibus penè eiusdem prouinciæ monasteriis ad audiendum eum, qui cantando erant periti, confluēbant. Sed & ipsum per loca, in quibus doceret, multi inuitare curabant. Ipse autē, excepto cantandi vel legendi munere, & aliud in mandatis ab

ab apostolico papa acceperat, ut cuius esset fidei Anglorum ecclesiæ, diligenter edisceret, Romamque rediens referret. Nam & synodum beati papæ Martini cum episcoporum consensu non multo antè Romam celebratam, contra eos maxime qui in Christo operationem & voluntatem prædicabant, secum veniens attulit, atque in præfato religiosissimi abbatis Benedicti monasterio scribendam commendauit. Tales namque eo tempore Constantinopolitanam ecclesiam multum turbauerāt, sed Domino donante proditi iam & vincti sunt. Vnde volens Agatho papa, sicut in aliis prouinciis, ita etiā in Britania, qualis esset status ecclesiæ discere, hoc negotium reuerendissimo abbati Ioanni in Britanniam destinato iniunxit. Quamobrem collecta pro hoc in Britania synodo, quam diximus, inuenta est in omnibus fides inuoluta catholica, datūque illi exemplar Romam perferendum.

*CONCILIVM TOLETANVM 12.  
circa tempora Agathonis papæ, vel Leonis papæ  
secundi habitū anno 1. Eringij regis 5.  
idus Ianuarij.*



**V**m ex gloriosissimo prædicti principis iussu in vnum fuissimus aggregati conuentum, & in basilica sanctorum Apostolorum debitis in sedibus locaremur, affuit coram nobis idem clementissimus princeps humanitatis gratia plenus, & claro pietatis cultu perspicuus, qui nostro se cœtui recliuem exhibens ac deuotum, in primis omnium sacerdotum se commisit precibus adiuuandū. Deinde grates multiplices omnipotenti domino egit de conuentu concilij totius, ut suæ gloriolæ iussione, cum in vnum adessent, inpleuerint votum & alternæ visionis inuouationem fecerint gaudiorum. Deinde adiciens sic omne concilium est allocutus: Non dubium est (sanctissimi patres) quod optima conciliorum adiutoria ruenti mūdo subueniāt, si officiosis, quæ corrigenda sunt, studiis peragantur. Et ideo quibus plagis prouentu dierum succedentium pereamus, paternitati vestræ non reor esse incognitum. Ob id quia certum apud vos gerimus, quod pro contemptu diuinorum præceptorum terra perniciem sustineat pressurarum, dicente Domino per Prophetam: Propter hoc lugebit terra & infirmabitur omnis qui habitat in ea: ideo oportet, ut quia os Saluatoris nostri & Domini oracula esse probamini, per vos saluationis obtineat lucrum, per quos regenerationis percepit sacramentum, ut diligentia dignationis vestræ ab omni mundata contagione, & ab infirmitatis peste sit libera, & bonorum omnium prouentibus sit gratiosa. Iam nūc quicquid me adhuc dicere opportuna ratio sinit, quicquid etiam narrandum auribus vestris conuenit, aut memoriæ titulorum intercapedo subducit, aut fastidium proluxæ orationis intercipit, ecce in breui complexa vel exarata deuotionis meæ negocia in huius tomo complicationis agnoscenda perlegite, perlecta discutite, discussa elimatis, ac discretistitularum sententiis definite, ut pura & placens Deo vestrarum definitionum valitura discretio, & regni nostri primordia decorerit exhortatione iustitiæ, & terrores plebium digna cohibeat seueritate censura. Scriptum est enim: Iustitia eleuat gentem, miseros facit populos

peccatum. Tunc suscepto à glorioso principe hoc tomo pro tam salubri inuitamento, & copiosas grates retulimus domino Iesu Christo, & item benediximus principi glorioso. Post egressum ergo eiusdem serenissimi principis, hæc in iam dicto tomo scripta reperimus.

*TITVLI CAPITVLOVM EIVSDEM  
Concilij.*

- 1 De agnita & confirmata pralatione fastigij principalis in nomine sanctæ Trinitatis
- 2 De his qui pœnitentiam consentientes accipiunt.
- 3 De culpatorum receptione vel communionem apud ecclesiam.
- 4 Ut in locis, vbi episcopus non fuerit, nunquam episcopus ordinetur.
- 5 De quorundam consuetudine sacerdotum sædisima, qui oblati Deo sacrificiis, non communicant.
- 6 De concessa Toletano pontifici generalis synodi potestate, ut episcopus alterius prouinciæ conuentioni, principum in vrbe regia ordinetur.
- 7 De recepto testimonio personarum, quæ per legem quæ de promotione exercitus facta est, testificandi licentiam perdididerunt.
- 8 De his qui uxores suas diuortio intercedente, relinquunt.
- 9 De confirmatione legum, quæ in Iudeorum nequitia promulgata sunt, earundemque legum præfixo ordine titulorum, qui in eodem canone annumerantur.
- 10 De his qui ad ecclesiam confugium faciunt.
- 11 De cultoribus idolorum.
- 12 De indicto temporis constituti quo debeat concilium celebrari.
- 13 Conclusio definitionum, in qua & Deo gratia referuntur, & pro principe exoratur.

*DECRETA EIVSDEM CONCILII*



**R**imo die synodalis exordij confidentibus episcopis atque senioribus palatii vniuersis, habita est primò de sancta Trinitate collatio, non quæ nouello exactionis stylo definita patesceret, sed quæ verbis simplicioribus, sese pigris sensibus patefacta, monstraret, vbi præmissa semper lectio præcederet, quod sequens expositio aperiret. Credentes pariter & doctes de eadem sanctæ fidei puritate, quicquid Euangelica & apostolica traditio sanxit, quicquid sancta synodus Nicæna constituit, quicquid Constantinopolitana patrum aggregata collectio promulgauit, quicquid Ephesini cœtus definitio docuit, sicut multorum catholicorum Patrum documēto expositū, traditūque nobis accepimus, sicut etiam in missarum solenniis patulis confessionū vocibus proclamamus.

Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentē factorē cæli & terræ, visibilibus & inuisibilibus conditorem. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumē ex lumine, Deum verū ex Deo vero natū, nō factum, homouision patri hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quæ omnia facta sunt quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos & propter nostrā salutē descendit, & in carnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, homo factus est, passus sub Pontio Pilato, & sepultus, tertia die resurrexit.

Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris: iterum venturus in gloria, iudicare vivos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus in spiritum sanctum, Dominum & uiuificantem, ex patre & filio procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificandum, qui locutus est per prophetas. Vnam catholicam & apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi, Amen.

1 Post pacifica ergo huius sanctæ fidei collationum studia, illa se primū nostris sensibus saluatoris cognitio cognoscendam inuexit, quæ tanto corda omnium ardore charitatis adstrinxit, quanto se per eandem ipsa cognitio in conuentu generalis Concilij preno scendam exiliuit. Etenim sub qua pace vel ordine serenissimus Eringius princeps regni cōscenderit culmen, regnandique per sacrosanctam vnctionem suscepit potestatem, ostensa nobis scripturarum euidentia docet, in quibus & præceptio, & Vvambæ principis pœnitentiæ susceptio nascitur, & translatus regni honor in huius nostri principis nomine deriuatur. Idem Vvamba dum inuitabili necessitudinis teneretur euentu, suscepto religionis debito cultu, & venerabili tonsuræ sacræ signaculo, mox per scripturam definitionis suæ hunc in clytum dominum nostrum Eringium post se prælegit regnaturum, & sacerdotali benedictione vngendum.

Vidimus enim & pariter patulo alternæ visionis intuitu prælucente perspeximus huius præmissi ordinis scripturas, id est, notitiam manu seniorum palatij roboratam, coram quibus antecedens princeps & religionis cultum, & tonsuræ sacræ adeptus est venerabile signum. Scripturam quoque definitionis ab eodem edictam, vbi gloriosum dominum nostrum Eringium, post se fieri regem exoptat. Aliam quoque informationem iam dicti viri, in nomine honorabilis & sanctissimi fratris nostri Iuliani Toletanæ sedis episcopi, vbi eum separauit pariter & instruxit, vt cum omni diligentia iam dictum dominum nostrum Eringium in regno vngere deberet, & omni diligentia vnctionis ipsius celebritas fieret. In qua scriptura & subscriptio nobis eiusdem Vvambæ principis claruit, & omnis euidentia confirmationis earundem scripturarum sese manifestè monstrauit. Quibus omnibus approbatis atque perlectis dignum sanè nostro cœtui visum est, vt prædictis definitionibus scripturarum, nostrorum omnium confirmatio apponatur, vt qui ante tempora in occultis iudiciis præscitus est regnaturus, nunc manifesto in tempore generaliter omnium sacerdotum habeatur definitionibus consecratus. Et ideo soluta manus populi ab omni vinculo iuramenti, quæ prædicto viro Vvambæ, dum regnum adhuc teneret, alligata est, hunc solum qui permansit serenissimum Eringium principem obsecutura, gratæ seruitutis famulatu sequatur & libera, quem & diuinum iudicium in regno prælegit, & decessor princeps successorem sibi instituit, & quod superest, quem totius populi amabilitas exquisiuit vnde his præcognitis atque præscriptis seruiendum est Deo cœli, & prædicto principi nostro Eringio regi, eique pia deuotione obsequendum, & promptissima voluntate agendum & enitendum quicquid eius saluti proficiat, quicquid gentis suæ vtilitatibus & patriæ consuluerit. Vnde non erit iam deinceps ab anathematis sententia alie

nus, aut diuinæ animaduersionis ultione securus, quis contra salutem eius deinceps aut erexerit vocem, aut commouerit eadem, aut quamcunque exquisierit lædendi ultionem.

2 Plerunque hi quibus miseratio domini etiam uolentibus subuenit, beneficiis Dei videntur esse ingrati, & abuti gratia largitoris, qua bene vsi, poterant cōsequi absolutionem facinoris. Impugnāt sæpe quod honorare debuerunt: & prophanis quæstionibus indultæ gratiæ munus à se reiciunt, quod summis votis amplecti debuerunt. Etenim multos sæpe adspeximus in salute positos, vltimum desiderantes pœnitentiæ fructum: & rursus nimietate ægritudinis ita loquendi & sentiendi naturale perdidisse officium, vt nulla illis cura salutis suæ videretur inesse, nullo etiam pristina deuotionis noscerentur desiderio anhelare: quorum tamen casibus fraternitas condolens ita talium necessitates in fide suscepti sua, vt vltimū illis tribuatur viaticum, scilicet ne sine fructu pœnitentiæ videantur transire è seculo. Quod si forsitan respiciente Domino, saluti pristina reformentur, agunt cautionibus vanis & oppositionibus execrandis, qualiter à se tonsuræ venerabile signum expellant, atque habitum religionis abiiciant, imprudentissimè afferentes, ideo se nullis regulis ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri, quia pœnitentiā nec ipsi petierunt, nec consentientes acceperunt, quorum impudentia diuinæ bonitatis, quæ eos ad tam venerabile ac fecundum fructus vocauit sacramentum, turpiter immemor, & obstinata procacitas non aliquando diceret talia, si qualiter ad vitam per sacrosancti lauacri gratiam veniret, meminisset. Etenim paruulorum infantium vita, originali peccato obnoxia, quæ nulli propter ætatem discernendi vel expetendi sensui aptior iudicetur, nisi ex sponsione fidelium baptismi accipiant sacramentum, nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id appetere possunt. Vnde sicut baptismus, quod nescientibus paruulis, sine vlla contentione in fide tantum proximorum accipitur: ita pœnitentiæ donum, quod nescientibus illabitur, aliisque, impugnantibus violationis hi qui illud acceperint, obseruabunt. Si quis autem quolibet modo pœnitentiam accipiens, hoc violauerit synodale institutum, vt verè transgressor, paternis regulis ferietur. Nec enim ista statuentes, sacerdotes quoque vt passim & licenter donum pœnitentiæ non pœnitentibus, audeat prorogare, absoluimus: sed hos qui qualibet sorte pœnitentiam susceperint, ne ulterius ad militare cingulum redeant, religamus. Sacerdotes tamen qui non consentiendo, neque pœnitentiæ ausu temerario pœnitentiam dederint, neque se exhortatu eius qui pœnitentiam accipit, vel manuū indicis, vel quibuslibet aliis euidentibus significationibus inuitatum fuisse probauerit, vnus anni excommunicationis sententiæ subiacebit.

3 Vidimus quosdam & fleuimus, ex numero culpatorum receptos in gratiam principum, extorres extitisse à collegio sacerdotum: quod denotabile malū illa res agit, quia licentia principalis, in quo se solui licentius curat, ibi alios alligat: & quos in suam communionem videtur suscipere, à communionem & pace ecclesiæ videtur separare: vt qui cum illo cōuefcuntur, sacerdotum communionem sola priuentione. Et ideo quia remissio talium, qui contra legem, gentem vel patriam agunt, per definitiones canonum antiquorum potestate solum regia puni-

tur, cui & peccasse noscitur, ab eis nulla se deinceps abstinebit sacerdotum communio: sed quos regia potestas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes mentis suæ effecerit, hos etiam sacerdotum & populorum conuentus suscipere in ecclesiam cōmunionem debet, vt quod principalis pietas habet acceptum, non à sacerdotibus Dei debeat esse extraneum.

4 Maiorum institutionibus ausu temerario contraire, & sanctorum Patrum decreta conuellere, & superiorum suorum effrenata libidine contra sanctissimam Apostoli doctrinam sanctionibus reniti: quid aliud est, quàm vinculum societatis Christi abrumperet, & vsurpatæ præsumptionis licentia statum ecclesiæ dissipare? Prosequente igitur venerabili & sanctissimo viro fratre nostro Stephano Emeritensis sedis episcopo, res nobis nouellæ præsumptionis vsurpatione sese intulit pertractanda, tanto communi nostro iudicio conuellenda, quanto & prauitatis ausu nascitur perpetrata.

Dixit enim violentia principali se impulsus fuisse, vt in monasterio villulæ, in qua venerabile corp⁹ sanctissimi Pineuij confessoris debito quiescit honore, nouam episcopalis honoris ordinationem efficeret. Et ideo ex indiscreto & facillimo assensu iniustus Vvambæ principis iurisdictionibus parens, nouam & iniustam illic pontificalis sedis prælectionem in duxit, ubi canonica constitutio id fieri omnimoda ratione refellit. Prædictus idem vir prostratus humi, medicamine nostri præcepti & sibi dari veniam petit, & quid potissimum fieri oporteat de persona eius, qui illic ordinatus fuerat, nostri oris sententia decerni poposcit. Sed quia veraciter, imò communiter noueram prædictum consilio leuitatis agentem, non solum præcepisse, vt in prædicto loco aliquis episcopus fieret, sed etiam ita cum consuetis obstinationibus desinisset, vt in suburbio Toletano in Ecclesia Prætoris sanctorum Petri & Pauli episcopum ordinaret, necnon & in aliis vicis vel villulis similiter faceret: ideo pro tam insolenti huiusmodi extirpationis licentia, quid de hac re habent instituta canonum, in medium proferri præcipimus. Tunc hæc in ordine constituta, perlecta sunt: in primis ex epistola Pauli Tito discipulo, vt episcopos per ciuitates constituere debeat, præcipientis. Item ex Concilio Nicæno titulo octauo, vbi inter cætera præcipitur, vt in ciuitate vna non videantur duo episcopi esse. Item, ex Concilio Laodiceno, titulo quinquagesimo septimo, vbi dicit: Non oportet in vicis & in villulis episcopos ordinari, &c. Item ex Concilio Aphricæ secundo, titulo quinto, vbi Felix episcopus Selemselitanus dixit: Etiam si hoc placuit, sanctitati vestræ insinuo, vt diceceses quæ nunquam habuerunt episcopos, non habeant: & dicecesis quæ aliquando habuit, habeat proprium episcopum. Secundum autem hanc prosecutionem sanctitatis vestræ, æstimate quid fieri debeat. Genedius episcopus dixit: Si placet insinuatio fratris & coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab vniuersis episcopis dictum est, Placet. Itē ex Concilio Aphricæ tertio, titulo quadragesimo secundo, vbi dicit, vt non accipiat alterum episcopum plebs, quæ in dicecesi semper subiaceat. Epignius enim episcopus inter cætera sic dixit: Hoc dico non debere rectorem accipere eam plebem, quæ in dicecesi semper subiaceat, nec vnquam proprium episcopum habuit. Quapropter si vniuerso sanctissi-

mo cœtui placet hoc quod præfatus sum, confirmetur. Aurelius episcopus dixit: Fratris & sacerdotis nostri prosecutioni non obisto, sed hoc me fecit se, & facturum esse profiteor. Item ex Concilio Sardinensi capitulo sexto, vbi inter cætera præcipitur, Licentia passim danda non est. Si enim subito aut vicius aliquis, aut modica ciuitas, cui satis est vnus presbyter, voluerit sibi episcopum ordinari, ad hoc vt vilescat nomen episcopi & autoritas, non debent illi ex alia prouincia inuitati, facere episcopum, in quibus antea non fuit. Item de sententia eorum qui huiusmodi ordinationes faciunt, vel de his qui contra hæc instituta canonum ordinantur, ex Concilio Tauritano, titulo secundo, vbi dicit: Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetuam disciplinam, quod circa Octauum, Vrsionem, Remigium ac Triserium episcopos synodus sancta decreuit, qui in vsurpationem quandam de ordinatione sacerdotum ad inuidiam vocabantur: quod ita his videtur indultū, vt de cætero hac autoritate commoniti nihil vsurpare conentur, si quidem se ab hac causali excusatione defenderint, qua dicerent se non esse prius conuentos. Proinde iudicauit synodus, vt si quis ex hoc fecerit contra instituta maiorum, sciat is qui ordinatus fuerit, sacerdotis se honore priuandum: & ille qui ordinauerit autoritatem se in ordinationibus vel in Conciliis minimè retenturum. Non solum autem circa memoratum episcopum hæc sententia præualebit, sed & circa omnes simili errore deceptos, qui ordinationes huiusmodi perpetrarunt. Hic ergo fortissimis regulis effectum pij operis opposentes, in communi definitione elegimus, vt in loco villulæ supradictæ deinceps sedes episcopalis non remaneat, neque episcopus illic vltra constituendus existat. Hic tamen Conuuldu, qui contra maiorum decreta illic videtur institutus fuisse episcopus, nullis canonum erit ad condemnationem suis sententiis vliscendus: quia non ambitione, sed principis impulsione cōstitit ordinatus. Et ideo hoc illi remedium humilitatis concedimus vt in sedem aliam decedentis cuiuslibet episcopi transferatur: & prædictus locus sub monastica deinceps institutione mansurus, non episcopali vltra priuilegio fretus, sed sub regimine abbatis (sicut hucusque fuit) erit nobis omnibus mancipandus. Iam verò de cætero generale ponentes edictum, Si quis contra hæc canonum interdicta venire conatus fuerit, vt in locis illis se episcopum eligat fieri, vbi episcopus nunquam fuit, anathema sit in conspectu Dei omnipotentis. Et insuper tam ordinator quàm ordinatus, gradum sui ordinis perdat: quia non solum antiquorum Patrum decreta, sed & apostolica ausus est conuellere instituta.

5 Relatum nobis est, quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sanctæ gratiam sumere, quot sacrificia in vna die videntur offerre: sed in vno die, si plurima per se Deo offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus à communionem suspendunt, & in sola tantum extrema sacrificij oblatione cōmunionem sanctæ gratiam sumunt, quasi non sit toties illis vero & singulari sacrificio participandum, quot corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi immolatio facta constiterit. Nam ecce Apostolus dicit: Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Certum est, quod hi qui sacrificantes non edunt, rei sunt Dominici sa-

de cor. d. 2  
Relatum  
nobis est

1. Cor. 10. 8



cramenti. Quicumque ergo sacerdotum deinceps, diuino altario sacrificium oblaturus accesserit, & se à communionione suspenderit, ab ipsa qua se indecenter priuauit, gratia cõmunionis anno vno repulsum se nouerit. Nam quale erit illud sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse cognoscitur? Ergo modis omnibus est tenendum, vt quotiescunque sacrificans corpus & sanguinem Iesu Christi Domini nostri in altario immolat, toties perceptionis corporis & sanguinis Christi se participem præbeat.

6 Illud quoque collatione mutua decernendū nobis occurrit, quòd in quibusdam ciuitatibus decedentibus episcopis propriis, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima creatur officiorum diuinorum offensio, dum tractu terrarum commentium impeditur celebritas nunciatorum, quo aut non queat regis aurius decedentis præfulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi libera principis electio præstolari.

Nascitur sæpe & nostro ordini de relatione talium diffcultas, & regis potestati dum consultum nostrum pro subrogandis pontificibus sustinet, iniuriõsa necessitas. Vnde placuit omnibus pontificibus Hispaniæ atque Gallitiæ, saluo priuilegio nuius cuiusque prouinciæ, vt licitum maneat deinceps Toletano pontifici, quoscuque regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani pontificis iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet prouinciis & in præcedentium sedibus præficere præfules, & decedentibus episcopis eligere successores: sic tamen vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis sue tempus infra trium mensium spatium proprii metropolitani præsentiam visurus accedat, qualiter eius autoritate vel disciplina instructus, condignè susceptus se dis gubernacula teneat. Quòd si per desidiam aut neglectum quilibet constituti temporis meras excesserit, quibus nequeat metropolitani sui obtutibus præsentari, excommunicatum se per omnia nouerit, excepto si regia iussione imperitum se esse probauerit. Hæc quoque definitionis formulam, sicut de episcopis, ita de cæteris Ecclesiarum rectoribus placuit obseruandam.

7 Omnis disciplina sic subiectos debet arguere, vt spem veniæ non videatur auferre, nec funditus curuationis indicere iugum, sed temperantiæ semper adhibere consultum. Et ideo quia legem illam à Domino Vvambano principe edictam, quæ de prodicione est annotata, huius principis nostri domini Eringij māsuetudo temperare disposuit, ideo annuente nobis glorioso & religiosissimo Eringio principe nostro, necessariè hoc sanctum Concilium definiuit, vt hi qui per superiorem legem testificandi dignitatem perdidierint, recepto testimonio pristinae dignitatis, causas exequi possint debitæ actionis, æqualiter nobilitatis solidæ titulū reportantes, & que de præteritis legitime testificari voluerint, licentiæ obtineant votum, & iudicibus nullis prohibentibus arceantur hoc videlicet adiiciētes, vt si quid in præteritis testificari voluerint, si pro sola huius rei infamiatione reiecti sunt, testimonio suo nuper conquirant, quod in præteritis conquirere potuerant: tantū si illo tempore quo in præteritis ad testimonium dicendum vocati sunt, & supradictæ legis institutionibus reprobati, & aliam criminis notam eos tunc non habuisse potuerit ad triennium tunc abfuisse, cum ad testimonium fuerant prolati, hi qui eos reproba-

uerant, manifestè conuicerint.

8 Præceptū Domini est, vt excepta causa fornicationis, vxor à viro dimitti non debeat. Et ideo quicumque citra culpam criminis supradicti, vxorem suam quacunque occasione dimiserit, quia quod Deus iuxit, ille separare disposuit: tandiu ab ecclesiastica cõmunionione priuatus, & à cæteris omnium Christianorū maneat alienatus, quam diu societatem relictæ coniugis synceriter amplectatur & foueat. Ita tamen, vt qui iam admoniti à sacerdote semel, bis, terque, vt corrigerentur, ad thorum suæ coniugis noluerint redire, ipsi se suis meritis & à palatina dignitatis officio separabunt, & insuper generosæ dignitatis testimonium, quam diu in culpa fuerint, amissuri sunt, qui carnem suam disfidij iugulo tradiderunt.

9 De Iudæorum autem execranda perfidia, discretis titulorum sententiis editas nouiter à glorioso principe leges, vigilanti sensuum intentione perlegimus, districtio etiam grauitatis pondere, earum instituta probauimus. Proinde quæ debita rationis iudicio editæ, synodali dignatione probatæ sunt, irruocebili deinceps iudiciorum ordine, pro eorum excessibus tenebuntur, id est, leges quæ de commemoratio ne priscarum cæremoniarum & Iudæorū transgressionibus promulgatæ sunt, atque de nouella confirmatione earum. Item, de blasphematoribus sanctæ Trinitatis. Item ne Iudæi aut se aut filios suos vel famulos à baptismi gratia subtrahant. Item, ne Iudæi more suo celebrent Pascha, vel carnis circūcisiones exercent, ac ne Christianum quẽquam à fide Christi dimoueant. Item, ne Iudæi sabbata cætera que se stituitates ritus sui celebrare præsumant. Item, vt omnis Iudæus diebus Dominicis & in prænotatis diebus ab opere cesset. Itẽ, ne Iudæi more suo diiudicent escas. Itẽ, ne Iudæi ex pp̄iuitate sui sanguinis cõnubia ducant, & vt sine benedictione sacerdotis nubere nõ audeant. Item, ne Iudæi religioni nostræ insultantes sectam illam suam defendere audeant: nec à fide refugientes, alibi se transtducant. Et, ne quilibet refugientes eos suscipiat. Item, ne Christianus à Iudæis quodcunque muneris contra fidem Christi accipiat. Item, ne Iudæi libros legere audeant, quos Christiana fides repudiat. Item, ne Iudæis mancipia deseruiant, vel adhæreant Christiana. Itẽ, si Iudæus se Christianum esse testetur, & ob hoc non velit à se reicere mancipium Christianū. Item professio Iudæorum, quomodo vnusquisque ad fidem veniens, indiculū professionis suæ conscribere debeat. Item, cõditiones Iudæorū quas iurare debeant hi, qui ex eis ad fidem venientes, p̄fessiones suas dederint. Itẽ, de Christianis mancipiis Iudæorum, quæ se non prodiderint Christiana, siue de publicatoribus eorū. Item, ne Iudæi à quolibet potestate accepta extra regiam ordinationem Christianā quẽque impetere, plectere vel distringere audeant. Item, vt si Iudæorū serui, necdū adhuc cõuersi, ad Christi gratiã conuolauerint, libertati donentur. Item, ne Iudæi administratorio vsu in ordinem villicorum atque actorū, Christianā familiam redigere audeant, & de damnis eorū qui talia ordinanda iniunxerint. Item, Iudæus ex aliis prouinciis vel territoriis ad regis nostri ditionem pertinentibus veniens, episcopo loci vel sacerdoti se præsentare non differat, vt sciat quid eum in toto obseruare cõueniat. Item, vt concursus Iudæorum diebus institutis ad episcopum fieri debeat. Item, vt quicumque

Iudæū secum assequentem habuerit, expetente sacerdote, eum apud se retinere non audeat. Item, vt cura omnis distringedi Iudæos solis sacerdotibus debeat. Item, de damnis sacerdotum vel iudicū, qui Iudæis instituta legum adimplere distulerint. Item, ne iudices quicumque de perfidorum excessibus, extra sacerdotum conuentionem, iudicare præsumant. Item vt episcopi tunc immunes habeantur à damnis, cum eorum presbyteros ad ea quæ ipsi non correxerint, miserint corrigenda. Item, de seruata principibus miserendi potestate in his, qui conuersi ad fidem Christi veraciter fuerint. Itẽ, vt episcopi omnes Iudæis ad se pertinentes, libellum de suis editum erroribus tradant, & vt professiones eorum vel conditiones in scriiniis ecclesiæ condant. Quarum omnium legum promulgatio grauida, sicut synodali iudicio comprobata, ita generali omnium nostrorum definitione, in eorum erit deinceps excessus exercenda.

10 Pro his qui quolibet metu vel terrore ecclesiã appetunt, consentiente pariter gloriosissimo domino nostro Eringio rege, hoc sanctum Concilium definiuit, vt nullus audeat confugientes ad ecclesiã vel residentes, inde vi abstrahere, aut quodcunque nobilitatis vel damni seu spolij residentibus in loco sancto inferre: sed esse potius his ipsis, qui ecclesiã petunt, per omnia licitum, in triginta passus ab ecclesiã ianuis progredi. In quibus triginta passibus vnusquisque ecclesiæ in toto circuitu reuerentia defendatur: sic tamen vt hi qui ad eam confugiunt, in extraneis vel longè separatis ab ecclesiã domibus, nullo modo abscedant: sed in hoc triginta passuum numero abique domorum extraneorum receptaculo progredientes, aditum obtinebunt, vt ad requisitam naturæ vsus debitis exeant locis. Et nullo teneatur euentu necessitudinis, qui dominicis se defendendos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum tentauerit violare, & ecclesiasticæ excommunicationi subiaceat, & seueritatis regis feriatur sententia. Ipsos tamen qui ad ecclesiã confugiũ fecerint, si iuxta priscorum canonũ instituta hi qui eos repetunt, sacramenta reddiderint: & sacerdos ecclesiæ ipsius, ab ecclesiã non abstraxerit foribus, aut fugat alium si euenerit, sacerdoti quærenda est, aut damnorum sententia secundum electionem principis, huiusmodi sacerdotibus irroganda.

11 Præcepta domini sunt dicentis: Non facies tibi sculptile, neque omnẽ similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra, nec adorabis ea, neque coles. Item, qui immolat diis, occidetur, præterquam Domino soli. Item, Vir aut mulier, qui faciunt malum ante conspectum Domini Dei sui, & transgrediuntur pactum illius, vt vadant, & seruiant diis alienis, & adorent eos, vel Solem & Lunam & omnem militiam cæli, quæ non præcepi, & hoc tibi fuerit nunciatum, audiensque inquisieris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta est in Israel: educes virum ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt ad portas ciuitatis, & lapidibus obruentur. Præcepta Domini hæc non in vltione, sed in terrore delinquentium apponentes, non mortis sententiã promulgamus, sed cultores idolorum, veneratores lapidum, accensores facularum, & excultores fontium admonemus, vt agnoscant quòd ipsi spontaneæ se morti subiciunt, qui diabolo sacrificare videntur. Mortis enim nomine diabolus appellatur, sicut de eo

scriptũ est: Et erat illi nomen, mors. Ac proinde omne sacrilegium idololatriæ, vel quicquid illud est cõtra sanctam fidem, in quo insipientes homines capti uati, diabolicis culturis inseruiunt, sacerdotis vel iudicis instantia inuentum, vt sacrilegia eradantur, & exterminata truncentur. Eos verò qui ad talem errorem accurrunt, & verberibus coercent, & onustos ferro, dominis suis tradant: si tamen domini eorum per iurifurandi attestatationem promittant, se eos tã sollicitè custodire, vt vltra eis non liceat tale nefascõmittere. Quòd si domini eorum nolint huiusmodi reos in fide sua suscipere, tunc ab eis à quibus coerciti sunt, regiis aspectibus præsententur, vt princeps autoritatem ac liberam de talibus dominandi potestatem obtineat. Domini tamen eorum, qui nuncios sibi talium seruatorum errores vlcisci noluerint, & excommunicationis sententiam perferant, & iura serui illius, quem coercere noluerint, se amisisse cognoscant. Quòd si ingenuorum personæ his erroribus fuerint implicatæ, & perpetua excommunicationis sententiã feriantur, & arctiori exilio vlciscantur.

12 Placuit huic sancto Concilio, vt iuxta priorum episcoporum singularum prouinciarum canonum instituta, annis singulis in vnaquaque prouincia Calendis Nouembris Concilium celebraturi conueniant. Quisquis autem in prædictis Calendis Nouembris pro celebratione synodi venire distulerit, excommunicationi debita subiacebit.

13 Præmissis his omnibus synodalibus gestis, quæ honesto decretorum sine compleuimus, perpetuum his robor per manuum nostrarum subscriptionem annectimus, dantes pro his gloriã & honorem immortali Deo & Domino nostro, quo inspirante, & determinationis nostræ sententiã viguit, & probitas causarũ honesto se sine compleuit. Vnde sanctæ Trinitatis poscimus inerrabile nomen, & gloriosam ineffabilis potentis maiestatem, vt det amatori Christi serenissimo domino nostro atque amatissimo Eringio principi, cuius iussu ad hunc meruimus aduocari aduentu, imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obrinere de iustitia præmium, de pietate trophæum, quo & hic inuictus victor hostium semper appareat, & post diuturnam huius seculi curricula, ad regnum æternum cum suis omnibus coronandus perueniat, præstante Deo & saluatore Iesu Christo Domino nostro, qui cum patre & spiritu sancto in Trinitate viuunt & regnant Deus in secula seculorum, Amen.

CONCILIVM TOLETANVM  
Decimum tertium, actum  
Anno quarto Eringij regis.



Libatæ charitatis instinctu alternis visionum obtutibus redditi, & in vnum cætum factore Deo pariter aggregati in Ecclesia videlicet sanctorum apostolorum Petri & Pauli, anno regni quarto serenissimi Eringij Principis, sub die secundo Nonas Nouembris, ara 721. cum vnusquisque nostrum debitis locaretur in sedibus, affuit idem princeps, pleno fidei ardore subnixus, & humilitatis gratia decoratus, qui synodo deliberationis suæ vota commendans, & vt pro se Deum instantissimè deprecaretur exposulās, hoc præsertim est allocutus sufficenti exhortatione

Concilium, vt Ecclesiastica disciplina quæ congruunt, & corrigendis moribus quæ conueniunt, tractatus nostri euidencia sancirentur. Deinde religiosi votis suæ clementiæ, quibus subueniendum miseris definiuit, synodali conuentu confirmanda commisit, offerens videlicet sacris pontificibus tomum, obsecrans pariter & contestans, vt quicquid illic venustioris esset calami respiratione congestum, synodalis potentie conderetur ordine titulorum. Tunc nos pro suscepto à principe tomo gloriâ dedimus Deo, & eidem principi benediximus glorioso. Idem tamen princeps, postquam votorum suorum actione peregit, à conuentu Concilij gratus exiuit. Tunc post presentie principalis abscessum, hoc in tomi ipsius allegatione reperimus exaratum.

In nomine Domini Flauius Eringius rex sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus: Ecce sanctissimi religiosa pietate excolendi pontifices & diuini cultus instantissimi sectatores, coram cæteris vestri reuerentia humilis deuotusque prosternor, recliuis assisto, promptus astipulor, primum de conuentu vestri aggregatione patri luminum gratiarum copiam soluens, deinde votorum meorum studia vestris iudiciis dirimenda committens. Nec enim fas est, quenquam etiam si nondum sit opus sine collegio agere, cum multa permisit Deus bona cum consilio bonorum egisse. Vnde vt breui exhortatione per orem, vota mea quibus remedia pietatum exercere delector, sensibus paternitatis vestre agnoscenda in nouo. Quæ tamen ne obliuione quadam memoriam fugiant, & relationi propriæ curarum intercapedo subducatur, in huius tomi complicatione accipite annotata. Illud primum volenti mihi miseris parcere, conuenit intimare, quod diuulsam per tyrannidem nostri corporis partem, in societatis nostræ gremium conamur reducere. Etenim retroactis diuæ memoriæ præcessoris nostri Vuambæ regis temporibus, quæ in prophanatoribus patriæ, qui cum Paulo quodam tyrannidem assumpserunt, illata est sententia uisionum, qui per iudicij vniuersalis edictum amiserunt testimonium, rebusque propriis caruerunt: quæ cuncta vestre sanctitudini nota sunt, quos tamen & in collegio societatis nostræ recipere, & rebus quibus fas fuerit, deuouimus deuestire. Nam & de accusatis modum volumus ponere iustissimæ perquisitionis, quo siue de religiosis, siue de laicis quisquam accusationis cuiusquam studio fuerit propulsatus, non occultis fraudibus vel violentiis comprimatur, nec clam ad professionem violenter arceatur, sed in cõmuni omnium examine iudicetur, quo secundum publicæ professionis suæ tenorem, aut offensibilis debitas damnationis pœnas excipiat, aut innocens ex iudicio omnium comprobatus clarescat. Nam quid iam de tributorum fiscalium exactionibus referam quorum redhibitiones tantis debitorum cumulis increuerunt, vt exigi penitus iubeantur, & status subruatur funditus populorum, & fragmine collisionis eorum vltimum terræ sentiat propriæ prolapsionis excidium? Vnde talibus non solum priuatis, sed etiam fiscalibus seruis remedia pietatis præoptans nostra gloria affluenter impendere, vt omnes tributorum exactiones, quæ apud illos de retroactis temporibus adiacent, vsque ad primum annum mansuetudo nostra illis remittendas laxauit, & stylo propriæ autoritatis sacrosancto cœtui vestro relegendas elegit. Illud quoque adiiciens loquar, quod votis nostris

horribile & animis execrabile est semper. Ignobilitatis conditio libertorum vel seruorum adæquata, gentis nostræ statum degenerat. Ob quam rem hoc nostræ gloriæ animis placet, vt exceptis fiscalibus, seruis vel libertis, abrafa deinceps huius malæ presumptionis licentia, nullus qui ex seruitute quorumlibet seruus sit vel libertus, ad palatina officia transeat. Quod si fecerit, illic seruiturum proculdubio recludendum se nouerit, quo aut conditionis propriæ originem sumpsit, aut libertatis titulum reportauit. His votorum meorum insinuationibus allegatis, queso vt fortia paternitatis vestre adiutoria prærogetis. Luce enim clarius constat, quod aggregatio sacrosancta pontificum, quicquid censuerit obseruandum, per sancti spiritus donum, omnino est ad æternitatem præfixum. Et ideo vniuersitatem paternitatis vestre sublimiumque virorum nobilitatem, qui ex aula regalis officio, in hac sancta synodo nobiscum sessuri, prælecti sunt, obtestor pariter & coniuro, atque per ineffabile illud sacramentum conuenio, vt quisquis in medio vestri se iudicandum vel retractandum inuenerit, tam quæ per nos dicta, quam etiam cetera, quæ vestris auditibus se ingesserint audienda, communi vigore iustitiæ & temperamento misericordiam dirimere procuretis, quo cum omni reuerentia Patrum præcedentium regulis subditi, totius vniuersitatis vestre sententia non aliunde, quam ex veritatis fonte procedat. Sicque & his quæ præmissa sunt solidum deliberationis stylum promptissimè apponatis, & reliqua adhuc quæ necessaria sunt, in peragendis Ecclesiasticæ regulæ disciplinis & dirimenda tractetis, & dirempta religiosioribus diligenter conscribatis, qualiter dum doctrinam dispergitis salutarem in populis, Christum Dominum in cumulando iustitiæ fructu capiatis, vt vobis prædicantibus & implentibus, & quæ diuinis oculis complacant, & quæ nobis proficiant, semper agere valeamus. Sit vrisque patentibus in hoc seculo de lucro animarum ineffabile gaudium, & in futuro de peruentione æternitatis præmium inconuulsam. Datum sub die quinto nonas Nouembris, anno feliciter quarto regni gloriæ nostræ in Dei nomine Toletæ. Perlecto ergo coram cunctis tomi necessariæ institutionis exorsu, prius de fide sanctæ Trinitatis sermocinationis nostræ cœpit esse principium, profrentes pariter & credentes ea, quæ de hac sancta Trinitate & euangelia tradunt, & Apostolorum sanctiones instituit, sicut Nicæna synodus hoc pietatis sacramentum exposuit, sicut Constantinopolitana definitio sanxit, vel primi Ephesini cœtus atque Chalcedonenis euidentis doctrina constituit, iuxta quod etiam sacrosancti symboli elucubrata professio claret, quæ in missarum solennitatibus patula cunctorum acclamatur fidelium voce.

**DE FIDES CONCILII TOLETANI**  
Tredecimi, ex Symbolis Nicæno & Constantinopolitano potissimum concinnata.

**C**redimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibiliū omnium & inuisibiliū conditorē. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filiū Dei vnigenitū, ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo lumine ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum,

atum, homouision patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de spiritu sancto ex Mariavirgine. Homo factus, passus est sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris, iterum venturus in gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus in spiritum sanctum, Dominum & viuificantem, ex patre & filio procedentem, cum patre adorandum & glorificandum: qui locutus est per prophetas. Vnam catholicam atque Apostolicam ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam futuri seculi, Amen.

Post huius sanctæ fidei dispositam scripturam, quasi super solidissimam petram, cæterorum sequentium construximus fabricam, vt firmitate inconuulsibili durent, quæ super fundamentum veræ fidei fuerint perennè constructa. Vnde & has omnium in commune sententias, quas principis hortatu conuendatas accepimus, communi voto edidimus, has etiam æterno reuerentiæ vigore obseruandas fore censemus.

**DE CONCILII ROMANVM, SVB**  
Gregorio papa tertio vel iuniore celebratum.



In nomine Domini saluatoris Dei nostri Iesu Christi, imperante Domino piissimo Augusto Leone, à Deo coronato magno & pacifico Imperatore anno sexto, post consulatum verò eius anno decimosexto: sed & Constantino Imperatore eius filio, anno secundo, mense Aprilii, in dictione quarta, præsidete sanctissimo Gregorio Apostolico papa in basilica beati Petri Apostolorum principis, ante confessionem, confidentibus etiam sanctissimis episcopis Agnello Ferentinati, &c. Gregorius sanctissimus ac beatissimus papa ante corpus beatissimi Petri in synodo residens, dixit:

Cum simus dominicæ plebis superna misericordie rectores, studiosius nos conuenit Dei præsidium pro eorum sæpe rogitare salute, ne de creditis frustratissime (quod absit) animabus infidiis antiqui hostis, ante pastorem omnium (nisi succedat præueniendo de offensis correctio) districtam cogamur soluere rationem: dumque perpendo, vel ad animam reduco, quanta circumspectione nos oporteat, inuigilando contra sui cuiusque sceleris nequitiam, obuiare, & (si quando insilierit ad perturbandas fidelium mentes) adiutorio superno ictui eius resistere, valde concutior atque nimis tabesco, ne serpentina calliditate (quod absit) leuiore quosque decipiat: Deo vero fauente, sollicitudine nimia, animæ quore mente, diuino iuuamine freti, pro salute omnium stude debemus, vt in conspectu vultu, non de fraude cuiusquam perculli, assistere æterno iudici mereamur, & vocem audire inquietem: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituiam: intra in gaudium Domini tui, Hinc nanque est, quod ingemiscens dico, quia populi Christiani aliquos per prouinciam Italiam commorantes, audio temerè contra catholicam fidem & Patrum statuta patrare, ita vt Deo sacratas fœminas ducere præ-

sumant mulieres, & propinquas in coniugio societ. Quod opportunum est spiritali amputari mucrone, atque si vestra placet sanctitati, radicitus euelli, ne seges boni agricolæ, zizaniorum mixta horrentibus frutetis fordescat. Sanctissimi episcopi seu venerabiles responderunt: Verè cognoscimus gratia sancti spiritus cor Apostolatus vestri succensum, & vt radicitus tantæ miseræ squalores à fidelium mentibus detergantur, & quasi vulnus corpori infixum, aditu talis miseræ obserato, saluari antidoto curetur, sicut benè præuisum est, interdictione anathematis, ne denuo hoc quispiam Romanus, Longobardus, vel cuiuscunque sit gentis, sacri que baptismatis vnda lotus, attenter, vt non tati piaculi mole oppressus, præcipationem incidat, aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat, atque radicitus euellatur. Post hanc omnium consonam responsionem, Gregorius Apostolicus papa ante corpus memoratum venerabilis Christi Apostolorum principis, inserendo sententiam dixit.

*Hic erant septemdecim anathematis qui eisdem verbis habentur in Concilio Romano sub Gregorio primo: vt in hac eadem sessione paulo superius inuenies. Quare hos breuitati consulentes omisimus.*

**DE SYNODVS FRANCIÆ SVB ZACHARIA**  
papa, in sessione Apostolica à sancto Bonifacio Francorum episcopis sub Carlomanno duce habita, anno incarnationis Domini septingentesimo quadragesimo secundo.

*Concilium hoc, quidam volunt, celebratum in hac Francia prope Lutetiam, sed quod coactum fuerit à Bonifacio Germanorum episcopo ad reformandum Germaniam clericum, probabilis est, in ea Germania parte, qua Franconia vocatur, habitum fuisse.*



In nomine Domini nostri Iesu Christi, ego Carlomannus dux & princeps Francorum, anno ab incarnatione Christi 742. vndecimo videlicet calendis Martij, cum consilio seruorum Dei & optimatum meorum, episcopos qui in regno meo sunt, cum presbyteris ad Concilium & synodum pro timore Christi congregaui: id est, Bonifacium archiepiscopum, & Burcardum, & Reginfridum, & Gunthariū, & Vitalbaldum, & Dadanum, & Edanum, ac reliquos episcopos cum presbyteris eorum, vt mihi consilium darent, quomodo lex Dei & ecclesiastica religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum principum dissipata corrui: & qualiter populus Christianus ad salutem animæ peruenire posset, & per falsos sacerdotes deceptus non pereat. Et per consilium sacerdotum & optimatum meorum, ordinauimus per ciuitates episcopos, & constituimus super eos archiepiscopum Bonifacium, qui est missus sancti Petri. Statuimusque per annos singulos synodum congregare, vt nobis presentibus canonum decreta & ecclesiæ iura restaurentur, & religio Christiana emendetur: & fraudatas pecunias ecclesiarum, ecclesiis restituiamus & reddidimus: falsos verò presbyteros, & adulteros vel fornicatores diaconos & clericos, de peculis ecclesiarum abstulimus, & degradauimus, & ad pœnitentiam coegimus. Seruis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum

ercitum & in hostem pergere, omnino prohibemus. Nisi illi tantummodo, qui propter diuinum ministerium, missarum scilicet solennia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi sunt, id est, vnum vel duos episcopos cum capellanis presbyteris princeps secum habeat. Et vnusquisque praefectus vnum presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare & indicare poenitentiam possit. Necnon & illas venationes & syluaticas vagationes cum canibus, omnibus seruis Dei interdiximus. Similiter accipitres & falcones non habeant. Decreuimus quoque iuxta sanctorum Canones, vt vnusquisque presbyter in parochia habitans, episcopo illi subiectus sit in cuius parochia habitat, & semper in quadagesima rationem & ordinem ministerij sui, siue de baptismo, seu de fide catholica, siue de precibus & ordine missarum, episcopo reddat & ostendat. Et quandoque iure canonico episcopus circumit parochiam ad populos confirmandos, presbyter semper paratus sit ad suscipiendum episcopum cum collectione & adiutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in cena Domini semper nouum chrisma ab episcopo quarat, & episcopo testis assistet, castitatis & vite & fidei & doctrine illius. Statuimus etiam, vt secundum cautelam omnes vndeunque superuenientes ignotos episcopos vel presbyteros, ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admittamus. Decreuimus quoque, vt secundum canones vnusquisque episcopus in sua parochia sollicitudinem habeat, adiuuante Graphione, qui defensor ecclesiae est, vt populus Dei paganas non faciat, sed vt omnes spurcitas gentilitatis abiciat & respuat, siue prophana sacrificia mortuorum, siue sortilegas vel diuinos, siue philacteria & auguria, siue incantationes, siue hostias immolatiuas, quas stulti homines iuxta ecclesias ritu pagano faciunt, sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum Domini, suos sanctos ad iracundiam prouocantes. Siue illos sacrilegos ignes, quos Nestri vocant, siue omnes quaecunque sunt paganorum obseruationes, diligenter prohibeant. Statuimus similiter, vt (post hanc synodum quae fuit vndecimo calendis Maias) quisquis seruorum Dei vel ancillarum Christi, in crimen fornicationis lapsus fuerit, vt in carcere poenitentiam faciat in pane & aqua. Et si ordinatus presbyter sit, duos annos in carcere poenitentiam faciat, & in carcere permaneat. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum ceciderit, post tertiam verberationem, in carcerem missus, vertentem annum ibi poenitentiam agat. Similiter & Nonnanes velata vel sanctimonialia, eadem poenitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis earum. Decreuimus quoque, vt presbyteri vel diaconi non sagis, laicorum more, sed casulis vtantur ritu seruorum Dei. Et nullus in domo sua mulierem habitare permittat. Et vt monachi & ancillae Dei monasteriales, iuxta regulam sancti Benedicti, cenobia vel xenodochia sua ordinare, gubernare, & viuere studeant, & vitam propriam degere secundum praedicti Patris ordinationem, non negligant.

**SYNODVS ARELATENSIS**  
(sorte tertia) sub Imperatore  
Carolo Magno.

Prologus in hanc Arelatensem Synodum.



**D**um anno quadagesimo sexto inclyti & orthodoxi Domini & principis nostri Caroli Imperatoris, sub die sexto idus Maias, aera 800. si, vnauinitatis nostrae conuentus in Arelatensi vrbe, in basilica sancti Stephani martyris primi, adgregatus confisteret, atque vnusquisque nostrorum ex more secundum ordinationis suae tempus in locis debitis resideret, rerum omnium Domino prius deuotissima gratiarum iura persoluimus, pro eo quod nos & altera visio nis contuitu solari permisit, & altera pacis osculo confouendos statuit, diffusis cordibus simulque & vocibus precum murmura effundentes, vt sicut nos alternorum osculorum impensione latifcos efficit, ita serenissimum ac religiosissimum praedictum Dominum nostrum Carolum Imperatorem, cuius iussu fraternitatis nostrae coetus est adunatus, fidei suae conseruatione stabiliat, praerogatione iustitiamuniat, pacem ei locupletem reddat, impensione misericordiae fulciat, virum fortitudine roborat, commissa sibi regni gubernacula discreto moderamine tenere concedat, vt commissos sibi populos benigneregat, aequè disponat, & iure pietatis modifcet. His deuotione promptissima actis coepit vnionis nostrae numerositas de rebus spiritalibus mutua collatione inter se ora defundere, atque euentum rei expectatione mansuetissima praestolari. Igitur cum haec attentius agerentur, sic in eisdem venerabiles missi gloriosissimi ac piissimi Domini nostri Ioannes Arelatensis ecclesiae archiepiscopus, necnon & Nibridius Narbonensis sedis archiepiscopus surgentes, steterunt in medio Concilij, & dixerunt: Sanctissimi & venerandissimi sacerdotes, gloriosissimus enim ac serenissimus Dominus noster feruentissimi amoris Christi igne succensus, & sanctae actionis ope perfunctus, vt pote verus Christi discipulus & imitator, ecclesiae Dei statum vigili instantia roborare disponit, sanctis Dei basilicis sese munificè exhibet, maligna contra se obseruatione agentibus animi liberalitate gratissima ac piae miserationis instantia ignoscere consuevit, vt quae in diuersis sanctae vitae studiis sese exercendo praepolleret, atque omnibus Dei sacerdotibus obsecrans, & obtestans, vt ecclesias quas regendas susceperunt, pia praedicatione instituant, moribus sanctis exornent, & vitae exemplis aedificent. Quocirca quoniam pro tot tantisque beneficiis, quae multi moda deuotione ecclesiae Dei, vel gentibus prorogare studet, quid illi vnauinitas nostra condignè respondeat, inuenire non praualeret: id salutaris prouidentia (quae semper est vtilis: simul semper est vtile, quod veram pertinet ad salutem) decreuit atque instituit, vt tam per omnes ciuitates vel loca, in quibus sedes episcoporum esse nascitur, quod etiam per eorundem episcoporum dioeceses cunctis diebus, quibus idem Dominus noster in hac vita superstes extiterit, pro eo, vel pro cunctis eius filiis vel filiabus, sacrificiorum Deo libamina dedicentur, pia orationum vota soluantur, ac cum gratiarum actione superno nomini commendentur, vt desideria in eis bona quotidie multiplicentur, aduersantium conamina virtutis diuinae dextera confringantur, indulgentia & gratia eis à sua misericordia conferatur, vt suae potentiae defensione protecti, antiqui hostis decipulam euadant, & charitatis munere ac vitae longauitate pollentes, adire mereantur post transitum

rum fidereas mansiones. Qui cum sequenti die in eadem ecclesia sancti ac beatissimi Stephani martyris debitis in sedibus locaremur, inter caetera quae subterius discreto capitulorum ordine sunt digesta, non aliunde primum coepimus habere sermonem, quam de nostrae fidei puritate. Et quia initiandis ad beatam vitam hominibus haec prima semper est via salutis, praeterea quoque nostris & institutis, pariter & praecipis, quae per veram credulitatem in omni terrarum orbe diffusa expanditur, nostrae collationis eloquiis praedicetur, praedicata veraciter teneatur, retenta in penetralibus nostri pectoris illibata seruetur.

**CAPITVLA EIVSDEM**  
Concilij.

1 Secundum diuinas enim scripturas & doctrinam, quam à sanctis Patribus accepimus, patrem & filium & spiritum sanctum, vnus deitatis atque substantiae confitemur, in personarum diuersitate trinitate credentes, in diuinitate vnitatem praedicantes. Nec personas confundimus, nec substantiam separamus: patrem à nullo factum vel genitum dicimus, filium à patre non factum, sed genitum adserimus: spiritum verò sanctum nec creatum nec genitum, sed procedentem ex patre & filio, profitemur. Ipsum autem Dominum Iesum Christum, Dei filium & creatorem omnium, ex substantia patris ante secula genitum, descendisse vltimo tempore pro redemptione mundi à patre, qui nunquam desinit esse cum patre. Incarnatus est etiam ex spiritu sancto, & sancta gloriosa dei genitrice Maria, & natus ex ipsa solus idem Dominus Iesus Christus, vnus de sancta Trinitate, animam & carnem perfectum sine peccato suscipiens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat, aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem, habens in vna persona duarum naturarum proprietatem. Naturae enim in illo duae, Deus & homo. Non enim duo filij, & dii duo, sed idem vna persona in vtraque natura, perferens passionem & mortem pro nostra salute, non in virtute diuinitatis, sed in infirmitate humanitatis. Descendit ad inferos, vt sanctos qui ibidem tenebantur, erueret: deuiçòq; mortis imperio, resurrexit assumptus deinde in caelos, venturus est in finem ad iudicium viuorum & mortuorum, cuius morte & sanguine mundati, peccatorum remissionem consecuti sumus, resuscitandi ab eo in die nouissimo, in ea qua nunc viuimus carne, & in ea qua surrexit idem Dominus, forma, percepturi ab ipso alij pro iustitiae meritis vitam aeternam, alij pro peccatis supplicij aeterni sententiam. Haec est catholicae ecclesiae fides, hanc confessionem seruamus, atque tenemus. Quae quisquis firmissime custodierit, perpetuam salutem habebit. Sanctae etenim fidei mysterium oris nostri confessione pandentes, ad capitula, quae ob disciplinam ecclesiasticam, morisque male errantium componendos necessaria sunt, vnauinitatis nostrae articulum flectere, & quae opportuna sunt, discretis capitulis diffinire oportet.

2 Vt pro excellentissimo atque gloriosissimo Domino nostro Carolo rege, seu liberis eius, omnes episcopi, presbyteri, seu abbates, & monachi in vnu collecti, in quantum extremitas nostra preualet, Psalmodiam, missarum solennia, atque litaniarum officia omnipotenti Deo deuotissime exoluere decreuimus.

3 De baptismo & mysterio sanctae fidei, vnusquisque archiepiscopus suos suffraganeos diligenter studioseque admoneat, quatenus per studium sacrae lectionis imbuti, & de mysterio sanctae fidei, & de sacramento baptismatis vnusquisque illorum, in propria parochia perfecte studioseque presbyteros & vniuersum populum docere & instruere non negligat: quia ignorantia, mater est cunctorum errorum: & maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populo susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas admonet Paulus Apostolus, dicens ad Timotheum: Attende lectioni & exhortationi doctrinae. Sciatur igitur sacerdotes scripturas sanctas & canones, vt omne opus eorum in praedicatione & doctrina consistat, atque aedificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina.

4 Vt laici presbyteros, absque iudicio proprii episcopi, non eiiciant de ecclesiis, nec alios immittere praesumant: quia quando presbyteri ab episcopis in parochiis ordinantur, necesse est vt ab ipsis episcopis diligenter instructi, ecclesias sibi deputatas accipiant, ne per ignorantiam (quod absit) etiam in ipsis diuinis sacramentis, offendat: quia à sanctis Patribus institutum est, vt quando ad Concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium vel baptismum celebrent.

5 Vt laici omnino à presbyteris non audeant munera exigere, propter commendationem ecclesiae: quia propter cupiditatem plerumque à laicis talibus presbyteris ecclesiae dantur, qui ad peragendum sacerdotale officium sunt indigni.

6 Prouidendum necesse est vnicique episcopo, qualiter canonici viuere debeant, necnon & monachi, vt secundum ordinem canonicum vel regulare viuere studeant, vt ait Apostolus: Vnusquisque in qua uocatione vocatus est, in ea permaneat.

7 Vt in monasteria puellarum non nisi probatae vitae & aetatis prouecta viri, ad quascunque earum necessitates vel ministraciones permittantur intrare: ad faciendas verò missas, qui ingressi fuerint, statim exacto ministerio, regredi festinabunt. Alias autem nec clericus, nec monachus iuuenis ad puellarum congregationem habebit accessum, nisi aut paterna aut germana necessitudo probetur admittere.

8 Vt non amplius suscipiatur in monasterio canonicorum, atque monachorum, seu etiam puellarum nisi quantum ratio permittit, & in eodem monasterio absque necessarium rerum penuria degere possint.

9 De decimis, vt vnusquisque de propriis laboribus decimas & primitias Deo offerat, sicut scriptum est. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino Deo tuo.

De praedicatione.

10 Prouidimus enim pro aedificatione omnium ecclesiarum, & pro utilitate totius populi, vt non solum in ciuitatibus, sed etiam in omnibus parochiis, vt presbyteri ad populum verbum faciant, & vt bene viuere studeant, & populo sibi commisso praedicare non negligant.

11 De incestis coniunctionibus, sicut à sanctis Patribus institutum est, nihil prorsus veniae reseruamus, nisi cum adulterij separatione sanauerint. Incestos verò nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos esse censemus: Si quis relictam fratris, quae penè prius soror extiterat, carnali con-

1. Tim. 4. id

1. Cor. 7. d

Magunt. con. sepore Arnulphi. ca. 22. Exo. 22. d



li coniunctione violauerit: si quis fratris germanam, uxorem acceperit: si quis nouercam duxerit, si quis cōsobrinæ suæ se societ, si quis relicta vel filiæ auunculi miscetur, aut patris filiæ vel priuignæ suæ concubitu polluat, vel si quid est huiusmodi, quod & hic adnotare longum est & innecti, barathrum negligentem quemlibet immergit.

*Magunt. con. tēpore Arnulphi. ca. 24. Heb. 12. d.* 12 De pacis bono atque concordia, vt ab omnibus omnino indistrupta teneatur inter episcopos & comites, inter clericos & monachos, & omnem populum Christianum, vt beatus Apostolus Paulus docuit, dicens: Sectamini castitatem & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Et idcirco quicquid illud est, quod ad veræ pacis studium & charitatis perfectionem prouocat, toris viribus nostris sectandum est: quicquid nos ab illa disiungit, vt venenum mortiferum à nobis cauendum est.

13 Vt comites, iudices, seu reliquis populus, obediētes sint episcopo, & inuicem consentiant ad iustitias faciendas, & munera pro iudicio nō recipiāt, nec falsos testes, ne per hoc peruertāt iudicia iustorum, quia scriptum est: Iustitia eleuat gentem, iniustitia verò miseros facit populos. Et Psalmista: Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.

*Prou. 14. d. Psal. 105.* 14 Vt vnusquisque tēpore famis aut cuiuslibet necessitatis, ad se pertinentes pro viribus suis gubernare studeat, quia scriptum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et iterum: Date, & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis.

*Luc. 6. f.* 15 Vt pondera vel mensuræ vbique æqualia sint & iusta, sicut scriptum est: Æquus modius & æquus sextarius: Et iterum. Pondus & pondus, mensura & mensura: vtrunque abominabile est apud Deum.

*Leui. 19. g. Pro. 20. b.* 16 Ne in Dominicis diebus publica mercatura, neque causationes, disceptationesque exercentur, & penitus à rurali & seruili opere cessetur, his solummodo peractis, quæ ad Dei cultum & seruitium pertinere noscuntur.

17 Vt vnusquisque episcopus semel in anno circūcat parochiam suam, nouerit sibi curam populorum & pauperum in protegendis ac defendendis impostam. Ideo quæ dum conspiciunt iudices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant: & si contempserint emendare errorem insolentia, regis auribus intimetur, vt quos sacerdotalis admonitio non fleuit ad iustitiā, regalis potestas ab improbitate coerceat.

18 Vt presbyteri sub sigillo custodiant chrismā, & nulli sub pretextu medicinæ vel cuiuslibet rei donare præsumant: genus enim sacramenti est. Et non ab aliis, nisi à sacerdotibus, contingi debet. Quod si fecerint, honore priuentur.

19 Vt parentes filios suos, & patrini eos, quos de fonte lauacri suscipiunt, erudire sum mopere studeāt illi, quia eos genuerunt, & eis à Domino dati sunt: isti, quia pro eis fidei uisores existunt.

20 Vt ecclesiæ antiquitas constitutæ nec decimis, nec alia vlla possessione priuentur.

21 Vt de sepeliendis in basilicis mortuis, illa constitutio seruetur, quæ ab antiquis Patribus constituta est.

*Mat. 21. b.* 22 Vt placita publica & secularia, neque in atris basilicarum, neque in ipsis basilicis fiant, dicente Domino: Domus mea, domus orationis vocabitur.

23 Nec comites nec vicarij, seu iudices vel centenarij, sub mala occasione vel ingeniores pauperum emant, vel per vim tollant, aut quolibet argumento subripiant: sed si cui aliquid possessionum emendum aut vendendum sit, id in publico coram comite, & iudicibus, & nobilibus ciuitatis facere debet.

24 Vt vnusquisque episcopus in sua parochia presbyteros vel diacones diligenter inquirat, & fugiuos omnes clericos ad loca sua redire iubeat, & propriis episcopis aut rectoribus quærentibus reddat.

25 Vt si quis beneficium de rebus ecclesiæ habet, ad recta eiusdem ecclesiæ restauranda, vel ad ipsas ecclesias ædificandas omnino adiuuet.

26 Vt qui publico crimine conuicti sunt, reipublice indigentur, & publicam penitentiam agant secundum canones. Hæc igitur sub breuitate, quæ emendatione digna perspeximus, quàm breuissimè adnotauimus, & Domino Imperatori presentanda decreuimus, poscentes eius clementiam, vt si quid hic minus est, eius prudentia suppleatur: si quid secus quàm se ratio habet, eius iudicio emendetur: si quid rationabiliter taxatum est, eius adiutorio, diuina optulante clementia, perficiatur.

SYNODVS TVRONENSIS, TEM.  
pore Caroli magni.  
Præfatio.



Vantū piissimi Imperatoris nostri excellens animus, diuinæ sapientiæ fulgore sit irradiatus ad gubernandum presentium rerum statum, ipsius Imperij sibi à Deo dati liquido testantur negocia: quæ quanta sint industria administrata, quantaque prudentia ordinata, qui sapiens ac intelligens est, facile perspicere potest: & eo præcipuè, quod hic toto animo inuestigat, inuestigando quæ ad pietatem & veram religionem pertinent, quorum fructus hominem in bono beatitudinis collocat. His igitur intentus, pios ac religiosos Dei sacerdotes, ecclesiæ gubernacula in regno sibi, diuina largitate collato tenentes, saluberrimis exhortationibus admonuit, vt operam darent, & actibus eminerent, quibus & se bene operando, & sibi commissos, verbis & exemplis instruendo regerent. Diffinitum itaque de locis & tempore, quando & vbi coadunari fuerit opus: & quod à tantò principe nobis iniunctum est, ad statuta loca cōuenimus: si quidem vrbe Turonis congregati episcopi, abbates, & venerabilis clerus, pro paruitate nostra, pauca quæ ad tantum opus pertinere animaduertimus, & quæ secundum canonicam regulam emendatione indigent, distinctè per capitula adnotauimus, serenissimo Imperatori nostro ostendenda.

CAPITVLA EIVSDEM  
Concilij.

1 Primo omnium admonuimus generaliter cunctos, qui nostro conuentui interfuere, vt obediētes sint Domino excellentissimo Imperatori nostro, & fidè quam ei promissam habent, inuolabiliter conseruare studeant. Orationes quoque assiduas intentè fundere pro eius stabilitate ac incolumitate, omnes se velle secundum nostram admonitionem vnanimiter professi sunt, vt misericordia diuina logiori uo illius mansuetudinem conseruare dignetur.

2 Vt omnes episcopi studiose operam diuinæ dent lectio-

lectio: sanctum Euangelium & epistolas beati Pauli Apostoli, non solum crebrò lectitent, sed etiam quantum possint, memoriæ studeant commendare, sanctorumque Patrum opuscula super eadem exposita, deuotè frequentēt. Similiter & de cæteris libris canonicis faciant.

3 Nulli episcopo liceat, canones, aut librum pastorem à beato Gregorio papa editum, si fieri potest, ignorare: in quibus se debet vnusquisque, quasi in quodam speculo, assiduè considerare.

4 Sollicitè studeat vnusquisque episcopus gregem sibi commissum sacra prædicatione, quid agere, quid ue vitare debeat, informare. Et ipse episcopus vita, habitu, forma, & conuersatione sancta, suis sit subiectis exemplum, vt iuxta Dominicam vocem, videat opera eius bona, & glorificet patrem Deum, qui in cælis est.

5 Episcopum non oportere nimium profusis incubere conuiujs, sed parco & moderato contentus sit cibo, ne videatur Domini abuti sententia, dicentis: Attendite, ne grauentur corda uestra in crapula & ebrietate: & quandiu conuiuatur, potius sacra lectio ante mensam eius recitetur, quam ociosa à susurrantibus resonent verba.

6 Peregrini & pauperes, cōuiuæ sint episcoporum: cum quibus non solum corporali, sed & spiritali reficiantur alimento.

7 Ab omnibus, quæcunque ad aurium & ad oculorum pertinent illecebras, vnde vigor animi emolliri posse credatur, (quod de aliquibus generibus musicorum, aliisque nonnullis rebus sentiri potest) Dei sacerdotes abstinere debent: quia per aurium oculorumque illecebras, vitiorum turba ad animam ingredi solet. Histionum quoque turpium, & obscenorum insolentias iocorum, & ipsi animo effugere, ceterisque sacerdotibus effugienda prædicare debent.

8 Sacerdotibus nō expedit, secularibus & turpibus quibuslibet interesse iocis, venationes quoque ferarum vel auium minimè sectentur.

9 Presbyteri quoque & diacones, in omnibus bonorum operum exhibitionibus sui episcopi vestigia sectentur: & in bonorum morum probitate, quæ episcopo sunt obseruanda, eadem & sibi obseruanda esse cognoscant.

10 Episcopi quidem maximam curam & sollicitudinem circa pauperes habeant, & res ecclesiasticas ecclesis collatas, cauta circumspectione dispēsant, quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri sectatores: illisquæ ita vtantur, non vt propriis, sed vt sibi ad dispensandum commissis.

11 Licitum sit episcopis, presentibus presbyteris & diaconibus, de thesauro ecclesiæ, familiæ & pauperibus eiusdem ecclesiæ, secundum canonicam institutionem, iuxta quod indiguerint, erogare.

12 Presbyterum ordinari non debere ante legitimū tempus, hoc est, trigésimum ætatis annum: sed priusquam ad cōsecrationem presbyteratus accedat, maneat in episcopio discendi gratia officium suum tādū, donec possint & mores & actus eius animaduerti. Et tunc, si dignus fuerit, ad sacerdotium promoteatur.

13 Vt vnusquisque episcoporum parochiam suam diligenter perscrutari nitatur, ne aliquis presbyter ab alterius parochia in suam commigrans, officium celebrare præsumat, sine literis commendatitiis: sicut olim multis in locis actum esse, repertum est.

14 De titulo minori ad maiore migrare, nulli presbytero licitum sit: sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est. Quod si inuentus fuerit cōtra statuta id facere, eadem feriatur sententia qua episcopus, si de minore ad maiorem transmigrauerit sedem.

15 Quicumque presbyter per precium ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur, quoniam & ille contra ecclesiasticam regulam disciplinam agere dinoscitur, qui alium presbyterum legitime ad prædictam ecclesiam ordinatum, per pecuniam quod vitium locis multatè diffusum, summo studio emendandum est. Item illis, que interdiciendū videtur clericis siue laicis, ne quis cuiuslibet presbytero præsumat dare ecclesiam sine licentia & consensu episcopi sui.

16 Vt decimæ, quæ singulis dabuntur ecclesiis, per consulta episcoporum, à presbyteris ad vsum ecclesiæ & pauperum summa diligentia dispēsentur.

17 Visum est vnanimi tati nostræ, vt quilibet episcopus habeat homilias, continentes necessarias admonitiones, quibus subiecti erudiantur: id est, de fide catholica, prout capere possint: de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum: de resurrectione quoque futura, & vltimo iudicio: & quibus operibus possit promereri beata vita, quibus uel excludi. Et vt eadem homilias quisque apertè transferre studeat in Rusticam Romanam linguam, aut Theotiscam, quo facilius cuncti possint intelligere, quæ dicuntur.

18 Episcoporum sit magna sollicitudo, presbyteris suis tradere baptismi sacramentum, & quid in eodè renunciandum, quidve credendum sit. Renunciatur ergo diabolo & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius. Opera eius intelliguntur & sunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his similia, quæ nimirum diabolico instinctu prius cogitatione mentis concipiuntur, quàm opere perpetrentur. Pompæ verò eiusdem sunt, superbia, iactantia, elatio, vana gloria, fastus, & alia quamplurima, quæ ex his oriri videntur.

19 Presbyteri omnino admonendi sunt, vt cum sacra missarum solennia peregerint atque communicauerint, pueris aut aliis quibuslibet personis adstantibus, corpus Domini indiscretè non tribuant. Qui si fortè maioribus peccatis fuerint irretiti, magis sibi damnationem quàm remedium sumere nascuntur, iuxta sententiam Apostoli dicentis: Quicumque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet aute se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

20 Item presbyteris iniungendum est, ne sacrum chrisma foras cum clauē dimittant, vbi à quolibet attingi possit. Nam criminosos eodem chrismate vinctos aut potatos, nequaquam vllò examine deprehēdi posse, à multis putetur.

21 Seruandum presbyteris firmiter statuimus, ne tabernas ingrediantur comedendi bibendive causa. Quod si post hæc statuta facere præsumperint, canonica decernimus sententia feriendos.

22 Episcopis & presbyteris diligenti cautela pertractandum est, qualiter hominibus sua sibi delicta cōfitentibus, tempus abstinendi ascribant, vt iuxta modum peccati penitentibus abstinētia indicetur: quoniam variè ab aliquibus sacerdotibus & indiscretè hæc iudicia proferuntur. Ideo necessarium videbatur nobis, vt cum omnes episcopi ad sacrum palatiū congreg-

cōgregati fuerint, ab eis edoceri, cuius antiquorum liber pœnitentialis potissimum sit sequendus.

23 Canonici & clerici ciuitatum, qui in episcopis conuersantur, considerauimus, vt in claustris habitantes simul omnes in vno dormitorio dormiant, simulq; in vno reficiatur refectorio, quo facilius possint ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita & conuersatione sua admoneri & doceri. Viſū & vestimentum iuxta facultatem episcopi accipiant, ne paupertatis occasione compulsi, per diuersa vagari, ac turpibus se implicare negociis cogantur: dimissioque ecclesiastico officio, incipiant indiscipline viuere, & propriis deseruire voluptatibus.

24 Simili modo & abbates monasteriorum, in quibus canonica vita antiquitus fuit, vel nunc videtur esse, sollicitè suis prouideant canonicis, vt habeant claustra & dormitoria, in quibus simul dormiant, simulque reficiantur. Horas canonicas custodiant, victum & vestimenta, iuxta quod poterit abbas, habeant, quo facilius ad Dei seruitium possint constringi. Sintq; abbates sibi subditis bene viuendo duces & prauij, viamque demonstrent, qua rectè gradiendo, ad meliorem vitam peruenire valeant.

25 Monasteria monachorum, in quibus olim regula B. Benedicti patris conseruabatur, sed nunc fortè qualicumque negligentia subrepente, remissius ac dissolutius custoditur, vel certè penitus abolita negligitur, bonum videtur, vt ad pristinum reuertantur statum, & abbates eorundem in eodem habitu ac vita, qua ipsa regula præcipit eos incedere, viuere studeant: quoniam aliqua sunt monasteria, in quibus iam pauci sunt monachi, qui prædicti patris regulam, suis abbatibus promissam, habeant: quippe cum ipsi abbates magis canonicè quàm monachicè inter suos conuersari videntur.

26 Porro in monasteriis puellarum multa inueniri possunt, quæ emendatione indigent. Nam quædam abbatissarum negligentius quàm oporteat, viuere dicuntur, & ob hoc earum vita & conuersatio à multis diffamatur: sed & talium adus subditam familiam imitari velle, credendum est. Victus etiam & vestimenta, aliisque nonnulla necessaria, quæ iure ab abbatissis præparari debuerant, abstracta sibi cadè conuerſatur familia.

27 Vt iuuenes viduæ citò nequaquam velentur, vsque dum probetur illarum religio, & bona ab eis nota sit conuersatio, ne forte de eisdem dici possit ab Apostolo: Quæ autem in delitiis sunt, viuentes mortuæ sunt.

1. Tim. 5. a

Carth. 3. c. 4. et d. 27  
Placuit vt ante et. 1. q. 1. placuit vt.

28 Virginibus quoque sacrum velamen accipiendum decreta Patrum interdicit ante viginti quinque annos, nisi forte aliqua cogente necessitate, pro qua licitum est hæc statuta mutare, vt in canonicis, si requiratur, inueniri poterit.

29 Presbyteris, diaconibus, cæterisque clericis, infra claustra monasteriorum puellarum non sit concessum habitare. Neque enim intrent monasteria, nisi tempore, quo missarum solennia celebranda sunt, vel alia quolibet ecclesiastica officia peragenda: quibus peractis statim egrediantur, ne ibi postea aliquam moram faciant. Similiter & aliis hominibus, eadem monasteria importune frequentare cupientibus, omnino aditus præcludatur.

30 Abbatissæ absque sui episcopi licentia, foras monasterium egrediendi non habeant potestatem, nisi cum ad piissimum Imperatorem nostrum proficisci

voluerint, sed tantum in suis permaneant monasteriis, ibique & seipsas custodire, sibi que commissas seruare, quanta poterunt vigilantia, decerent.

31 Vt in monasteriis canonicorum, monachorum, seu puellarum, maior hominum numerus non admittatur, quàm facultas monasterij possit sustinere.

32 Omnes homines, & maxime Christiani, studeant inter se pacem, vnanimitatem, & cōcordiam habere, odium verò & discordiam longe à se propellere, neque pro terreno & caduco quæstu quis, inuidie stimulis agitatus, felicitati fratris inuideat: sed potius bona, quæ sibi optat, eadem & proximis æqualiter cupiat.

33 Comitibus, iudicibus, reliquoque populo expedit, vt suis sint episcopis consentientes & obediētes propter Dei amorem, sui que gradus honorē, & semper ab eis vtile quærant consilium, illorumque salubria non spernent monita, sed intēta cordis aure audiant. Similiter verò & episcopi prædictas personas humiliter suscipiant, honorificèque erga eos in omnibus agant, & sic sese mutuis studeant subleuare cōsolationibus.

34 Summopere admonendi sunt comites & iudices, ne viles & indignas personas coram se permittant ad testimonium accedere: quoniam multi sunt, qui peierare pro nihilo ducunt, intantū vt pro vniuersi dicit fatietate, aut pro quolibet paruo precio ad iuramentum concludi possint, animasque suas periurio perdere minime formident. Quamobrem tales nequaquam ad quodlibet testimoniū admittendi sunt. Et hoc notandum, quòd non solum qui peierat, sed etiam qui periuris consentiunt, simili plectendi sunt damnatione.

35 Nullus Christianus pro quolibet placito vel iudicio, à qualibet persona munera exigere aut accipere debet: quoniam id diuina scriptura multis in locis magna interdicit autoritate, teste scriptura, quæ ait: Munera excæcant oculos sapientium, & subuertunt verba iustorum.

36 Omnibus communiter intimeretur, vt vnusquisque omni tempore suam familiam, & ad se pertinentes inopes, alere ac vegetare studeat: quoniam impiū est & Deo odibile, eos qui diuitiis affluunt, nihilque opibus abundant, non adiuuare miseros & indigentes.

37 Sciendum est, quòd exceptis diebus Dominicis & illis solennitatibus, quibus & vniuersalis ecclesia, ob recordationem Dominicæ resurrectionis, solet stando orare, fixis in terram genibus suppliciter Dei clementiam nobis profuturam, nostrorumque criminum indulgentiam desposcendum est, cuius rei in Euangelio ipse Dominus nobis dedit exemplum. Sed & Stephanum martyrem, & Apostolum Paulum eandem fecisse, liber Actuum Apostolorum testis est. Ex quibus intelligi datur, oportere Christianum humiliter ad terram prosterni, ne forte illi dicatur: Quid superbis terra & cinis?

38 Sacerdotes debent fideles admonere, vt quando ad ecclesiam conueniunt, sine strepitu ac tumultu eam ingrediantur: in qua etiam, quamdiu orationis causa morantur, nequaquam inanes inter se proferant confabulationes. Sed & tempore, quo missarum solennia celebrantur, non solum ab ociosis & inutilibus verbis, verum etiam & à perniciosis cogitationibus funditus abstinendum est.

39 Placita quidem secularia in ecclesiis, vel in atrijs eccle-

ecclesiarum, à comitibus vicariisque vsque modò multis in locis habita, ne vltra fiant, interdendum est, cum autoritate Domini, qui expulsus de templo negociatoribus, adseruit debere domum Dei, domū esse orationis.

40 Itēque interdicitur, ne mercata & placita vsquam fiant die Dominica, qua oportet omnes Christianos à seruili opere, in laude Dei & gratiarum actione vsque ad vesperam perseuerare.

41 Incestuosi, parricidæ, homicidæ multi apud nos, heu prohi dolor, reperiuntur: sed aliqui ex illis, sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, quos oportet per secularis potentie disciplinā, à tam praua consuetudine coerceri, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reuocari. Quorum aliquos iam excommunicauimus: sed illi hoc paruipendentes, in eisdem perdurarunt criminibus. Quamobrem vestra decernat māsuetudo, quid de talibus deinceps agendum sit.

42 Admoneant sacerdotes fideles populos, vt nouerint, magicas artes incantationeque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre non animalibus languentibus, claudicantibusve, vel etiam moribundis quicquam mederi, non ligaturas olisium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse, sed hæc esse laqueos & insidias anti-qui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.

43 Omnes homines admonemus, ne per singula verba, quasi ad confirmationem suæ assertionis, nomen Domini in vanum adsumant. Quod ipse Dominus interdicit faciendum, vbi ait: Ne adsumas nomen Dei tui in vanum. In vanum etenim nomē Dei adsumitur, quando aliquis ad singula verba, quibus vult vt sibi ab alto credatur, Deum omnipotentem, testem rei de qua ait, inuocat: eumque sibi ita esse adiutorem, sicut ea vera sunt, quæ loquitur. Nam & ipse Dominus in Euangelio hoc modo prohibens omne genus iuramenti: Nolite, inquit, omnino iurare, neque per cælum, neque per terram, neque per caput tuum &c.

44 Propter diuersas occasiones res pauperū multis in locis valde attenuatæ sunt, eorum scilicet dicimus, qui liberi esse noscuntur, & sub potestate potentiorum sunt constituti, quorum si negocia & causas clementia piissimi principis nostri diligenter inuestigari iusserit, reperiuntur quamplurimi, diuersis occasionibus ad vltimam paupertatem iam redigi.

45 Quod mensuræ & pondera iusta vbique habenda sint, testis est Salomon, qui dicit, quòd statera dolosa abominatio sit apud Deum, & pondus æquum voluntas eius. Et Dominus in Euangelio: In qua mensura, inquit, mensi fueritis, remetietur vobis. Quod licet de manu tua ibi dictum intelligi possit, tamen non absurdè & de hac re dictum, accipi valet.

46 Nonas ac decimas, quas qui res ecclesiasticas tenent, soluere rectoribus ecclesiarum ordinati sunt ad luminaria & stipendia clericorum multis in locis abstractas esse vidimus. Quod sæpe iam missis vestris in publicis indicauimus placitis. Sed inde haudenus aut paruim aut nullum consecuti sumus effectum. Similiter & de restauratione rectorum nobis necessitas incumbit indicare, quia non tantum domus monasteriorum, sed & ipsæ ecclesiæ propter rectorum inopiam, ruinas minantur.

47 Ieiunia quando generaliter pro aliqua necessitate indicuntur, diligenter ab omnibus custodienda sunt & obseruanda. Nec se aliquis improbitate gula patiat corrupti, vt de communi consortio sequestratus, effectum ieiunij, quem cum cæteris abstinento consequi debuit, ingluuie ventris victus, turpiter amittat.

48 Ebrietatem & crapulam fideles sectari non debere, Dominus in Euangelio author est, qui suis auditoribus ita præcipiens: Attendite, inquit, ne granetur corda vestra in crapula & ebrietate: quæ vitia modò apud homines, nullius momenti esse putantur. Sed quanta mala de illis generari soleant, facile non possunt comprehendere. Generatur enim de illis quique noxiores corporum morbi, vt physici testantur. Ad statum quoque mentis euertendum, quatum nocet ebrietas, facile deprehendi poterit: quippe cum penè omnium malorum, quæ ab hominibus raptim perpetrantur, causa sit & origo ebrietas.

49 Admonendi sunt Domini subditorum, vt circa suos piè & misericorditer agant, nec eos qualibet iniusta occasione condemnent: non vi opprimant, non illorum substantias iniuste tollant: nec ipsa debita, quæ à subditis reddenda sunt, impie ac crudeliter exigantur.

50 Vt si non frequētius, vel ter laici homines in animum communicent, nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur.

51 Diligenter tractare & inquirere partes cœpimus in conuentu nostro, sicut pia serenissimi principis nostri nobis iniūxit admonitio, de illis hominibus, qui ex hæredati esse dicuntur. Si aliquis esset, qui nostris temporibus voluisset dicere, se à quolibet nostrum illis priuari rebus, quas pater eius, aut mater, aut frater, vel aliquis propinquorum ad ecclesias dei dedissent, & in eius nomine iterum precaria à rectoribus ecclesiarum acciperetur: sed in eodem conuentu nostro neminem reperimus, qui de hac re aduersus nos conuenerit voluisset. Nam pene nullus est, qui res suas ad ecclesias donet, nisi de rebus ecclesiasticis, aut tantum quantum donauit, aut duplum, aut triplum usufructuario accipiat: & quibus ille tunc, vel quantis filiis aut propinquis, à rectoribus impetrauerit, post discessum eius eadem conditione, qua ille tenebat, posteris eius sibi vendicent. Hic vsus, & hæc ratio apud nos vsque modò de talibus tenebatur. Nā & nobis visum est, prædictis hæredibus hanc dare optionem, vt si voluissent traditiones parentum suorum cōsequi, de qua illi iam erant per legem exclusi, rectoribus ecclesiarum se commendarent, & hæreditatem illam in beneficium, vnde se adiuuare ac sustentare possent, acciperent. Hæc nos in conuentu nostro ita ventilauius: sed quomodo deinceps piissimo principi nostro de his agendum placebit, nos fideles eius famuli, libenti animo ad nutū & voluntatem eius parati sumus.

SYNODVS CABILONENSIS  
(forte secunda) habita sub Imperatore Carolo Magno.  
Præfatio.



Vxiliatē Domino nostro Iesu Christo, & imperante serenissimo atque inclito Augusto Carolo, conuenimus episcopi & abbates totius Galliarum Lugdunensis in urbem Cabilonensem, & de qui-

quibusdam rebus, in quibus nobis emendatio necessaria videbatur, quædam capitula quæ subter inferta sunt, eidem Domino Imperatori præsentanda, & ad eius sacratissimum iudiciû referenda adnotauimus, quatenus eius prudenti examine, ea quæ rationabiliter decreuimus, cõfirmetur: sicubi minus egimus, illius sapientia suppleatur.

CAPITULA SYNODI  
Cabilonensis.

**1** Decreuimus iuxta sanctorû canonum constitutione, & cæterarû scripturarû sanctarû doctrinâ, vt episcopi assidue sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in ecclesia doctrine fulgore splendeat, & verborum Dei alimentis animas sibi subditas satiare non cessent, & cum David quod *Psal. 118.* tidie dicant: Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua, ita videlicet, vt illas scripturas notissimas habeant, quæ catholica appellatur, & earum sensum per Patrum tractatus inquirant. Canones quoque intelligant, & librum B. Gregorij papæ de cura pastoralis: & secundum formam ibidem cõstitutam & viuant, & prædicent.

**2** Vt ea quæ legendo perscrutantur, opere cõpleant, iuxta illud: Cæpit Iesus facere & docere. Et illud, Et memoriam tenentibus vt faciât ea. Et illud: Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt ea. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt. Et, Quia nõ auditores legis, sed factores eius iustificabuntur. Et, Regnum Dei non in sermone, sed in opere. Et sint subditis norma viuendi, ita videlicet, vt & verbis & exemplis populo ad æternam patriam pergenti ducatum præbeant, vt vita eorum & doctrina nequaquam discordent: sed quæ dicunt, faciant: & quæ faciunt, docere studeant. Et prædicatione assidua plebem admonéant, & falce iustitiæ a credentium mentibus vitiorum spinas eradicent, & verbi Dei semine agros mentis eorum ad fecunditatem perducant.

**3** Oportet etiam, vt sicut Dominus Imperator Carolus, vir singularis mansuetudinis, fortitudinis, prudentiæ, iustitiæ & temperantiæ, præcepit, scholas cõstituant, in quibus & literaria solertia disciplinæ, & sacræ scripturæ documenta discantur, & tales ibi erudiantur, quibus merito dicatur à Domino, Vos estis sal terræ, & qui condimentum plebibus esse valeant, & quorum doctrina non solum diuersis hæresibus, verum etiam Antichristi monitis & ipsi Antichristo resistatur, vt merito de illis in laude ecclesiæ dicatur: Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

**4** Opportunum ducimus, vt humilitatem atque religionem & in vultu, & in opere, & in habitu, & in sermone demonstrent, vt bene agentes & habitu & vultu demulceant: malè agentibus verò ipso suo visu terribiles sint, iuxta illud, quod in tabernaculo dei, bouum & leonum effigies expressæ memorantur. Et Dominus in Euangelio & astutiam serpentis, & simplicitatem columbæ habendam percenset.

**5** Vt iuxta Apostoli vocem, sacerdotes irreprehensibiles sint, & moribus ornati. Et nequaquam turpibus lucris deseruiant, iuxta illud quod ait scriptura: Nemo militans Deo, implicat se negociis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit, & à turpibus lucris & vsuris non solum ipsi abstineant, verum etiã ple-

bes sibi subditas abstinere instituant.

**6** Imputatur quibusdam fratribus, eo quod auaritiæ causa hominibus persuadent, vt abrenuntiantes seculo, res suas ecclesiæ conferant: quod penitus ab omnium mentibus eradicandum est. Animarum etenim salutem inquirere sacerdos, non lucra terrena, debet: quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, neque circumueniendi. Oblatio namque spontanea esse debet, iuxta illud quod ait scriptura: Voluntariè sacrificabo tibi. Et illud: Omnis populus mente deuota obtulerunt donaria Domino. Ecclesia verò sancta non solum fideles spoliare non debet, quin potius inopibus opem ferre, vt debiles, pauperes, viduæ, orphani, & cæteri necessitatem patientes, à sancta ecclesia, vtputa à pia matre & omnium gubernatrice, subsidium accipiât: quia res ecclesiæ, quibus episcopi non vt propriis, sed vt cõmendatitiis vt debent, precia sunt peccatorum, patrimonialia pauperum, stipendia fratrum in communi viuentium.

**7** Constituit sanè sacer iste conuentus, vt episcopi siue abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiã & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines illectos circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione non solum acceperunt, sed potius subriperunt, pœnitentiæ canonicæ siue regulari, vtputa turpis lucri sectatores, subiaceant. Hic verò qui vanis promissionibus illecti, vel quibuslibet machinationibus persuasi, mentis inopes effecti, rerum suarum Domini esse nescientes, comam deposuerunt, in eo quod cœperunt, perseverare cogantur. Res namque quæ ab illectis & negligentibus datæ, ab auaris & cupidis non solum acceptæ, sed raptae nascuntur, hæredibus reddantur, qui dementia parentum & auaritia inceptorum, ex hæredati esse noscuntur. Si verò nescientibus episcopis aut abbatibus ministri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse conuincuntur, episcopi & abbates desidia, illi verò rapacitate & auaritia iudicentur. Hoc verò quod quisque Deo iustè & rationabiliter de rebus suis offerit, ecclesia tenere debet.

**8** Oportet etiam, vt si quãdo sacerdotes fruges vel quosdam redditus terræ congregant, & protelant: nõ ideo hoc faciant, vt carius vendant, & thesauros cõgregent, sed vt pauperibus tempore necessitatis subueniant.

**9** Ab omnibus oculorum auriumque illecebris sacerdotes abstinere debent, & canum, accipitum, falconum, vel cæterarum huiusmodi rerum curam parvipendere, & histrionum siue scurronum, & turpium seu obscenorum iocorum insolentiam nõ solum ipsi respuant, verum etiam fidelibus respuenda percenseant.

**10** Vt sobrietatem sacerdotes teneant, & hanc habendam fidelibus prædicent: quia non potest liberè prædicare, qui se mero vsque ad alienationem mentis ingurgitat. Hoc & de comestationibus & de cæteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus, seruandum est.

**11** Vt episcopus ad forum, neque vbi publicè negociã iudiciaria exercentur, non pergat, suæ causæ suffragatur: nisi fortè vt aut pauperibus oppressis succurrat: aut viduis & orphanis tuitionem cõferat, aut de verbo Dei iudices admoneat, vt iuxta Domini præceptum, iuxta iudicent iudicia. Hoc & de abbatis, & de presbyteris, & diaconibus, & maxime monachis

nachis obseruandum est. Si verò eorum qui in clero sunt, propria causa agenda est, cum licentia episcopi & aduocato peragat, & suæ causæ cum iustitia suffragetur.

**12** Vt neque presbyteri, neque diaconi, neque monachi villici fiant.

**13** Dictum est interea de quibusdã fratribus, quòd eos quos ordinaturi sunt, iurare cogant, quòd digni sunt, & contra canones non sint facturi, & obediens sint episcopo, qui eos ordinar, & ecclesiæ in qua ordinantur: quòd iuramentû, quia periculosum est, omnes vnà inhibendum statuimus.

**14** Cauendum sanè est, ne cum episcopi parochias suas peragant, quandam damnosam erga subditos seu erga socios tyrannidem exercent, nec (quod absit) cum charitate, sed cum quadam iudiciaria inuestigacione stipendia ab eis exigat. Obseruandum etiam modis omnibus, vt si quando eis pergrandæ parochiæ necessitas incumbit in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei: in lucris animarum potius, quàm in depradandis & spoliandis hominibus & scandalizandis fratribus, operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum à fratribus aut subditis aliquid accipiendum est, hoc summopere obseruare debent, ne quem scandalizent aut grauent. Tanta ergo in hac re discretio tenenda est, vt & verbi Dei prædicator, vbi proprii desunt, & item fratres illius potentia non grauentur, exemplo Apostoli Pauli, qui ne quem grauaret, arte & manibus victû quærebatur.

**15** Dictum est etiam, quòd in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parochianos quandam exercent dominationem, & ab eis census exigant, quòd magis ad tyrannidem, quàm ad reuerentiæ ordinem, pertinet. Si enim episcopi, iuxta Petri Apostoli sententiam, non debent dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo: multo minus isti hoc facere debent, sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram. Et quòd eis ab episcopis iniungitur, hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem & auaritiã præsumentes.

**16** Quidam fratres dixerunt, consuetudinis antiquæ fuisse in eorum ecclesiis, vt balsamo emendo ad chrisma faciendum, siue pro luminaribus ecclesiæ concinnandis, binos vel quaternos denarios presbyteri darent. Vnde omnes vno consensu statuimus, vt sicut pro dedicandis basilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendum est: ita etiam pro balsamo siue luminaribus emendis, nihil presbyteri chrisma accepturi dent. Episcopi itaque de facultatibus ecclesiæ balsamum emant. Luminaria singuli in ecclesiis suis concinnanda provideant.

**17** Inuentum est, quòd in quibusdam locis presbyteri duodenos vel quaterdenos denarios episcopis in censum annis singulis darent. Quòd penitus abolendum omnes decreuimus.

**18** Dictum est nobis, quòd in quibusdam locis episcopi & comites ab incestuosis, & ab his qui decimas non dant, vades accipiant, & à presbyteris pro quibusdam negligentis, & inter se pecuniam diuidant: quòd penitus abolendum decreuimus, ne for-

tè auaritiæ locus detur. Et cõstituimus, vt incestuosi iuxta canonicam sententiam pœnitentiã mulctentur. Qui verò decimas post crebras admonitiões & prædicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Iuramento verò eos constringi nolumus propter periculum periurij.

**19** Quæsti sunt præterea quidam fratres, quòd essent aliqui episcopi & abbates, qui decimas non sinerent dari ecclesiis, vbi illi coloni missas audiunt. Proinde decreuit sacer iste conuentus, vt episcopi & abbates de agris & vineis, quæ ad suum vel fratrum stipendium habent, decimas ad ecclesias dari faciât: familia verò ibi det decimas suas, vbi infantes eorû baptizantur, & vbi per totum anni circulum missas audiunt.

**20** Si inter omnes fideles pax & concordia habenda est, dicente Apostolo: Sequimini pacem & sanctimoniam, sine qua nemovidebit Deum: multo magis inter episcopos & comites esse debet, qui post imperialis apicis dignitatem, populum Dei regunt. Ita enim inter se concordare debent, vt alterutrum sibi, ad Dei seruitium peragendum, & ministerium suum explendum, non solum non noceat, quin potius adminiculo sint.

**21** Comitibus verò & iudicibus hoc summopere obseruandum est, vt iustè iudicent, & nequaquam in iudicio munera seu personas accipiât, dicente Domino: Non accipies personam nec munera: quia munera excæcant oculos sapientium, & mutant verba iustorum. Sed & ministros, quos vicarios & centenarios vocant, iustos habere debent: ne fortè eorum auaritia aut rapacitate populus grauetur, & amissis facultatibus, in paupertatem redigatur. Testes verò probatissimi & pauci de pluribus esse debent tales, de quorum fide non dubitetur. Multum autem prauorum testium cupiditate & falsitate læditur respublica.

**22** De abbatibus verò & monachis idcirco hic pauca scribimus, quia penè omnia monasteria regularia, in his regionibus constituta, secundum regulam sancti Benedicti se viuere fatentur: quæ beati Benedicti documenta per omnia demonstrant, qualiter eis viuendum sit. Inquiratur ergo diligenter, vbi secundum ipsum ordinem viuatur, & vbi ab ipso ordine digressum est, & iuxta eiusdem beati viri institutionem viuere certent, qui se, vt ita viuerent, cum at testatione professi sunt.

**23** Decreuimus etiam secundum institutionem, presbyterorum, diaconorum, & cæterorum graduû inferiorum ordinationes, statutis temporibus fieri debere.

**24** De episcopis verò, presbyteris, & diaconibus, & monachis interfectis, quæredum à Domino imperatore est, cui illius homicidij precium exolendum sit.

**25** Pœnitentiã agere iuxta antiquam canonum cõstitutionem, in plerisque locis ab viu recessit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo seruatur, vt à Domino Imperatore impetretur adiutorium, qualiter si quis publicè peccat, publica mulctetur pœnitentiã: & secundum ordinem canonum, pro merito suo excommunicetur, & reconcilietur.

**26** Perlatum ad nos est, quòd inter hæredes, ecclesiæ in rebus propriis constitutæ, diuidantur, & tanta per eandem diuisionem simultas oriatur, vt vnus

Nn altaris



altaris quatuor partes fiant, & singulae partes singulos habeant presbyteros: quod sine discordia & similitate nullo modo geri potest. Vnde nobis visum est, quod huiusmodi ecclesiae inter haereditas diuidi non debeant, & si in contentione uenerint, & simulatas inter eos surrexerint, per quas sacerdos suo ibi officio canonicè fungi non possit, praecipatur ab episcopo ciuitatis, ut nullo modo ibi missarum solennia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant, & pari voto atque consilio ecclesia illa sacerdotem canonicè habeat, qui liberè ibi suum ministerium peragere possit.

27 Dicitur nobis est, quod quidam de plebe bis & ter ab episcopis, ignorantibus eisdem episcopis, confirmantur. Vnde nobis visum est, eandem confirmationem, sicut nec baptismum, iterari minimè debere.

28 Interrogauerunt nos quidam de affinitate propinquitatum, & in quibus gradibus matrimonia iungenda sint. Quibus nos ad canones currere praecipimus, & quod in eis continetur, hoc ab eis in negotio, sicut & in ceteris, obseruari debere.

29 Sanè quae in proprio viro, haec nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum regula custodienda est. Quia ergo constat, eos duos esse in carne vna, communis illis utrinque parentela esse credenda est, sicut scriptum est: Erunt duo in carne vna.

*Ephes. 5. g  
Gene. 2. d*

30 Dicitur nobis est, quod quidam legitime seruorum matrimonia, potestatiua quadam praesumptione dirimant, non admittentes illud Euangelicum:

*Matth. 19. a*

Quod Deus coniunxit, homo non separet. Vnde nobis visum est, ut coniugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant: sed in vno coniugio permanentes, dominis suis seruiant. Et hoc in illis obseruandum est, ubi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum.

31 Dicitur etiam nobis est, quasdam feminas defidiose, quasdam verò fraudulenter, ut à viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Vnde nos dignum duximus, ut si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo ad confirmandum tenuerit, propter fallaciam suam vel fraudem, quamdiu uiuat, agat poenitentiam, à viro tamen suo non separetur.

*Nota ab  
hoc ca. v. f.  
que ad 38  
auricularem  
fuisse  
confessione  
tempore Ca-  
roli magni*

32 Sed & hoc emendatione egere perspeximus, quod quidam dum confitentur peccata sua sacerdotibus, non plene id faciunt. Quia ergo constat, hominem ex duabus esse substantiis, anima videlicet & corpore, & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur: solerti indagazione debent inquiri ipsa peccata, ut ex utrisque plena sit confessio: scilicet ut ea confiteantur, quae per corpus gesta sunt: & ea, quibus in sola cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor, ut de octo principalibus vitiis, sine quibus in hac vita difficile uiuitur, confessionem faciat: quia aut cogitatione, aut (quod est grauius) opere eorum instinctu peccauit. Odium etenim, inuidia, superbia, vel cetera huiusmodi animae pestes, tanto periculo laedunt, quanto subtilius serpunt.

33 Quia quidam solum modo Deo confiteri debere dicunt peccata, quidam verò sacerdotibus confitenda esse percipiunt, quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam sit ecclesiam, ita duntaxat ut & Deo, qui remissor est peccatorum, confiteamur

peccata nostra, & cum Dauid dicamus: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi: Dixi, confitebor aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et secundum institutionem Apostoli, confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem, ut saluemur. Confessio itaque quae Deo fit, purgat peccata: ea verò quae sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis & sanitatis author & largitor, plerumque hanc praebet suae potentiae inuisibili administratione, plerumque medicorum operatione.

34 Quia igitur Apostolo teste, Non est personarum acceptio apud Deum, & in omnibus iudiciis cauenda est: multo magis in hoc poenitentiae iudicio praecaueri debet, ut nullus sacerdotum vnquam aut gratia, aut odio alicuius personae secus iudicet, quam quod in canonibus sacris inuenerit, aut quod illi secundum sacrarum scripturarum auctoritatem & ecclesiasticam consuetudinem, rectius visum fuerit. Si ergo medici, qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter personae cuiuslibet acceptionem, his quos sanare cupiunt, cauterio, aut ferro, aut duris aliis quibuslibet rebus parcunt: multo magis id ipsum his obseruandum est, qui non corporum, sed animarum medici existunt. Neque enim pensanda est poenitentiae quantitate temporis, sed ardore mentis & mortificatione corporis. Cor autem contritum & humiliatum Deus non spernit.

35 Multi (quod sine dolore dicendum non est) in poenitentia non tam peccati remissionem, quam temporis constituti expectant expletionem. Et si carni & vini usus eis interdictus est, mutata non voluntate, sed eiusdem cibi aut potus perceptione, instanti deliciis suis indulgent, ut deliciosus, his interdictis, aliorum ciborum vel potionum appetitu viuere cognoscantur. Spiritualis autem abstinencia est, quae in poenitentibus vigere potissimum debet, & quorundam ciborum ac potionum perceptiones & desiderium fugere debet: ille, inquam, ille magis parsimoniam seruire censendus est, qui sibi non solum quarundam rerum perceptiones, sed delectationes corporis penitus interdicit.

36 Sed nec hoc praetereundum putauimus, quod quidam ex industria peccantes, propter elemosynarum largitionem, quandam sibi promittunt impunitatem. Elemosyna enim extinguit peccata, iuxta illud: Ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna extinguit peccata. Sed ea quae aut necessitate, aut casu, aut qualibet sunt fragilitate: ea verò quae ex industria, aut cuiuslibet libidinis explendae causa idcirco fiunt, ut elemosynis redimantur, nequaquam eis redimi possunt: quia qui hoc perperat, videtur Deum mercede conducere, ut eis impune peccare liceat. Non ergo quis idcirco peccare debet, ut elemosynam faciat: sed ideo elemosynam facere debet, quia peccauit. Mentem enim & corpus, quae libido traxit ad culpam, afflictio & contritio debet reducere ad veniam.

37 Cum igitur omnia concilia canonum, qui recipiuntur, sint à sacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea sit eis viuenda & praedicanda: necessarium duximus, ut ea quae ad fidem pertinent, & ubi de extirpandis vitiis & plantandis virtutibus scribitur,

ut, hoc ab eis crebrò legatur, & benè intelligatur, & in populo praedicetur.

38 Modus autem poenitentiae peccata sua confitentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem (sicut superius dictum est) imponi debet, repudiatis ac penitus eliminatis libellis, quos poenitentiales vocant, quorum sunt certi errores, incerti authores. De quibus rectè dici potest: Mortificabant animas quae non moriuntur, & viuificabant animas quae non uiuebant. Qui dum pro peccatis grauibus leues quosdam & inuitatos imponunt poenitentiae modos, consuunt puluillos, secundum propheticum sermonem, sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersae aetatis ad capiendas animas.

39 Visum praeterea nobis est, ut in omnibus missarum solennitatibus pro defunctorum spiritibus loco competenti Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus & pro quibuslibet necessitatibus Dominus deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animarum fidelium preces Domino in missarum solennitatibus fundantur. Antiquitus hunc morem igitur sancta ecclesia tenet, ut & in missarum solennitatibus & in aliis precibus Domino spiritus quiescentium commendat, dicente beato Augustino: Non sunt praetermittendae supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana & catholica societate defunctis, etià tacitis nominibus eorum, quos sub generali commemoratione suscepit ecclesia: ut quibus ad ista defunt parentes, aut filij, aut quicumque cognati, vel amici, ab vna eis exhibeatur matre communi.

40 Dicitur nobis est, presbyteros propter suam negligentiam canonicè degradatos, seculariter gradu amisso viuere, & poenitentiae agenda bonum negligere: vnde statuimus, ut gradu amisso, agenda poenitentiae gratia in monasterio aut canonico aut regulari mittantur. Si verò hoc fieri causa qualibet prohibuerit, ubi cunque sint, poenitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu, seculariter viuere voluerint, & poenitentiam agere neglexerint, ab ecclesiae communionem separentur.

41 Presbyter proprio loco dimisso, ad aliud migras, nequaquam recipiatur, nisi suae migrationis causam dixerit, & se innocenter vixisse in parochia, in qua ordinatus est, sub testibus probauerit, literis etiam, in quibus sunt nomina episcopi & ciuitatum, plumbo impressa. Quibus cognitis & talibus inuentis, quibus fides adhiberi possit, recipiatur.

42 Inuentum est, quod multi arbitrij sui temeritate, & (quod grauius est) ducti cupiditate presbyteris quibuslibet absque consensu suorum episcoporum ecclesias dant, vel auferunt. Vnde oportet, ut canonica regula seruata, nullus absque consensu episcopi sui cuiuslibet presbytero ecclesiam det. Quae si iuste ademptus fuerit, hanc non nisi graui culpa sua, & coram episcopo canonica seueritate amittat.

43 Sunt in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt episcopos esse, & multos negligentes, absque licentia dominorum suorum siue magistrorum, presbyteros & diaconos ordinant: quorum ordinationem, quia plerumque in Simoniacam incidit haeresin, & multis erroribus subiacet, modis omnibus irritam fieri debet.

re, omnes vno consensu decreuimus.

44 Superius scripsimus presbyteros, villicos esse non debere, & nunc eos in tabernis bibere, cancellarios publicos esse, nundinas insolenter peragrare, Romam siue Turonum absque licentia episcopi sui adire, penitus decreuimus inhibendum.

45 Nam & à quibusdam, qui Romam, Turonum, & alia quaedam loca sub praetextu orationis incòsulte peragrare, plurimum erratur. Sunt presbyteri, & diacones, & ceteri in clero constituti, qui negligenter viuentes, in eo purgari se à peccatis putant, & ministerio suo fungi debere, si praefata loca attingant. Sunt nihilominus laici qui putant, se impune aut peccare, aut peccasse, quia haec loca orarum frequentant. Sunt quidam potentum, qui acquirendi census gratia, sub praetextu Romani siue Turonici itineris, multa acquirunt, multos pauperum opprimunt: & quod sola cupiditate faciunt, orationum siue sanctorum locorum visitationis causa se facere videri affectant. Sunt pauperes qui vel ideo id faciunt, ut maiorem habeant materiam mendicandi. De quorum numero sunt illi, qui circunquaque vagantes, illud se pergere mentiuntur, vel quia tantum sunt vecordes, ut putent, se sanctorum locorum sola visione à peccatis purgari, non attendentes quod ait beatus Hieronymus: Non Hierosolymam vidisse, sed Hierosolymis benè vixisse, laudandum est. De quibus omnibus Domini Imperatoris, qualiter sint emendanda, sententia expectetur. Qui verò peccata sua sacerdotibus, in quorum sunt parochiis, confessi sunt, & ab auricularis.

*Confessio  
auricularis.*

46 In perceptione corporis & sanguinis Domini, magna discretio adhibenda est. Cauendum est enim ne si nimium in longum differatur, ad perniciem animae pertineat, dicente Domino: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Si verò indiscretè accipitur, timendum est illud, quod ait Apostolus:

*1. Cor. 11. g*

Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Iuxta eiusdem ergo Apostoli documentum, probare se debet homo, & sic de pane illo manducare, & de calice bibere, ut videlicet abstinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamque suam, praeparet se ad percipiendum tantum sacramentum exemplo David, qui nisi

*1. Cor. 11. g*

se fassus fuisset abstinuisse ab opere coniugali ab heri & nudius tertius, panes propositionis nequaquam à sacerdote accepisset.

47 In cena Domini à quibusdam perceptio eucharistiae negligitur. Quae quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his quibus pro grauibus criminibus inhibita est, percipienda sit, ecclesiasticus usus demonstrat, cum etiam poenitentes eadem die ad percipiendum corporis & sanguinis dominici sacramenta, se reconciliant.

48 Secundum beati Iacobi Apostoli documentum, Iacobi. 5. b cui etiam decreta Patrum consonant, infirmis oleo, quod ab episcopis benedicatur, à presbyteris vngi debet. Sic enim ait: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salua-

bit infirmū, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Non est itaque paruipendenda huiuscemodi medicina, quæ animæ corporisque medetur languoribus.

49 In quibus locis & quo apparatu missarum solennia, exceptis basilicis, celebrari debeant, & vtrum celebrari debeant, quia in Concilio Laodicensi ita scribitur, quod nõ oporteat in domibus oblationes celebrari ab episcopis vel à presbyteris.

50 Diei interea Domini obseruatio & ueneratio plurimum negligitur. Vnde oportet, vt authentica constitutione illius uenerandæ diei obseruatio, iuxta imperium Domini imperatoris, statuatur.

51 Quia ergo constat, in ecclesia diuersarum conditionum homines esse, vt scilicet nobiles & ignobiles, serui, coloni, inquilini, & cætera huiuscemodi nomina: oportet vt quicumque prælati sunt, clerici, siue laici, clementer erga eos agant, & misericorditer eos tractent, siue in exigendis ab eis operibus, siue in accipiendis tributis & quibusdã debitis: sciant quoque eos fratres suos esse, & vnum secum habere patrem, cui clamât: Pater noster qui es in cælis: vnã matrem sanctam ecclesiam, quæ eos intemerato sacri fontis vtero gignit. Disciplina igitur eis misericordissima & gubernatio opportuna adhibenda est: disciplina, ne indisciplinatè viuendo, authorem suum offendant: gubernatio, ne in quotidianis vitæ commentibus prælatorum adminiculo destituti, fatiscant.

52 Monasteriis sanè puellaribus tales præferri debent fœminæ, & abbatissæ creari, quæ & se & subditum gregem cum magna religione & sanctitate custodire norint, & his quibus præsumt, prodesse non desinant. Sed & se & illas ita obseruent, vt pote vasa sancta in ministerio Domini præparata. Talem enim se debet abbatissa exhibere subditis in habitu, in veste, in omni conuictu, vt eis ad cælestia regna pergētibus ducatum præbeat. Sciat etiam, se pro his, quas in regimine accepit, in conspectu Domini rationem reddituram.

53 Libuit nanque huic sacro conuentui, quasdam admonitiunculas breuiter eis sanctimonialibus scribere, quæ se canonicas vocant: quoniam hæc quæ sub monasticæ regulæ norma degunt, totius vitæ suæ ordinem in eadem, quam profitentur, regula scriptum habent.

54 Abbatissa diligentem habeat curam de congregatione sibi commissa, & prouideat in lectione, & in officio, & in psalmodiarum modulatione, vt ipsæ sanctimoniales strenuè sint, & in omnibus operibus bonis illa eis ducatur præbeat, vt pote pro animabus earum rationem in conspectu Domini redditura, & stipendia sanctimonialibus præbeat necessaria, ne fortè propter indigentiam cibi aut potus, peccare compellantur.

55 Abbatissa cum uiris, clericis, siue laicis, horis incompetentibus non loquatur: sed quicquid cum masculis, clericis siue laicis de rebus necessariis peragere debet, à prima hora vsq; ad vespertinam peragat. Et hoc non cum singulis, sed coram pluribus.

56 A vespera vsque ad primam, neque abbatissa, neque alia sanctimonialium cum quibuslibet masculis vllum colloquium habeant, nisi fortè talis fuerit occasio, quam euitare non possint: & si necessitas incubuerit, id coram testibus facere debebunt.

57 Abbatissa quæ in ciuitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam episcopi sui, aut qui eius vicem obtinet, nisi forte aut Imperialis iussio eam cogat, aut prolixitas itineris id facere minimè permittat. Et si quando foras pergat, de sanctimonialibus quas secum ducit, curâ & vigilantiam habeat.

58 Habeat etiam abbatissa studium, aut in edificando ea, quæ ad sanctimonialium necessitatem pertinent, aut in restaurando.

59 Sanctimoniales in monasterio constitutz, habeant studium in legendo, & in cantando, in psalmodiarum celebratione siue oratione. Et horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, cõpletoriam pariter celebrēt. Et omnes excepta, quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant. Et omnibus diebus ad collationem veniant.

60 Nõ debere presbyteros amplius in monasterio puellari immorari, nisi donec missarum solennia celebrent, aut aliquid ibi de Dei seruitio & suo ministerio expleant.

61 Non debere sanctimoniales in propriis mansionibus cum aliquibus masculis, clericis siue laicis, cõsanguineis siue extraneis, bibere siue comedere: sed si quãdo id agendum est, in adiutorio agatur: & ubi adiutorium deest, non fiat. Et cum nullo masculino colloquium habere liceat, nisi in adiutorio, & ibi coram testibus.

62 Sanctimoniales nisi fortè abbatissa pro aliqua sua necessitate incumbente illas mittente, nequaquam de monasterio egrediantur. Hæc verò quæ famulos aut famulas non habent, ad exercenda negocia ad portam monasterij perueniant, & ibi coram testibus negocia sua exercent.

63 Nullus vassus abbatissæ, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus claustra ancillarum Dei ingrediatur, nisi fortè quando necessitas operandi incumbit.

64 Portaria non eligatur, nisi quæ ætate matura sit, & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit.

65 Quicquid in his capitulis minus fuerit, ab episcopo suo abbatissa perquirat. Et ita illi in omnibus obediens sit, secundum canonicam constitutionem sicuti iustum & rectum est.

66 Interea omnis iste conuentus gratissima deliberatione decreuit, vt ab omnibus indefinenter orationes fiant, pro vita & incolumitate, pro salute animæ & corporis Domini Imperatoris, pro statu regni, pro remissione peccatorum, & cælestis regni collatione, ita duntaxat vt semper magis ac magis per incrementa temporum talis crescat obseruatio. Dixit etiam, se scripturarum sanctarum monita & canonum instituta diligētè indagatiōe perquirere, & indefessa atque infatigabili obseruatione auxiliante Domino, velle perficere.

67 Hæc itaque pauca de pluribus, quæ necessaria perspeximus, cum magna breuitate, Domini Imperatoris prudenti iudicio presentanda, adnotauimus. Cæterum quid generaliter in omnibus & ab omnibus sequendum sit, quid vitandum, qualiterve intra sanctam ecclesiam sit viuendū, qui plenius nosse desiderat, sanctarum scripturarum præsertim percurrere non desistat.

Concilium

## CONCILIUM MAGVNTICVM

primum, celebratum anno salutis

D. CCC. XIII.

quinto Idus Iunij.

Maguntia Gallie Belgicæ urbs iuxta Rhenū fluiuium sita vulgo dicitur Magunze. Eius non meminerunt saltem expressè Strabo, Ptolomæus nec Plinius.

Præfatio episcoporum in synodum, quam Maguntia in monasterio S. Albani celebrarunt.



**I**N nomine patris & filij & spiritus sancti. Gloriosissimo & Christianissimo Imperatori Carolo Augusto, veræ religionis auctori, ac defensori sanctæ Dei ecclesiæ, vnã cum prole sua, ciuibusque fidelibus vita & salus, honor & benedictio cum victoria sine fine mansura. Almsicæ reuerentiæ vestræ patefacimus nos humilissimi famuli ac missi vestri, Hildebaldus scilicet sacri palatii archiepiscopus, Ricolfus & Arno archiepiscopi seu Bernharius, vnã cum reliquis coepiscopis ac abbatibus & cætero clero, quia venimus secundum iussuionem vestram in ciuitatem Maguntiam: ibique pariter adunati primitus cum litaniis triduanum celebrauimus ieiunium, diuinam suppliciter postulantes clementiam, quatenus sancta gratia sua conuentum & actionem ipsius synodi sibi acceptabilem facere dignaretur, & Christiano populo proficientem ad salutem & vitam perpetuam, nobisque ad æternum honorem & gloriam. Tum verò consedentes in claustro basilicæ sancti Albani Christi martyris, consona voce gratias egimus Deo omnipotenti, quia sanctæ ecclesiæ suæ piū ac deuotum in seruitio suo concessit habere rectorem, qui suis temporibus sacræ sapientiæ fontem aperiens, oues Christi indefinenter sanctis alimentis reficit, ac diuinis instruit disciplinis, Christianum populum indefesso labore amplificare conatur, hilariterque Christi honorat ecclesiæ, ac de fauce diri draconis multorum animas studeat eripere, & ad sinum sanctæ matris ecclesiæ reuocare, atque ad gaudia paradisi & ad regna cælestia omnes cõmunitè inuitare, sanctaque sapientia sua deuotissimo studio cæteros reges terræ transcendens. Incipientes igitur in nomine Domini, communi sensu & voluntate tractate pariter de statu veræ religionis, ac de utilitate & profectu Christianæ plebis, conuenit nobis, de nostro communi collegio clericorum seu laicorum tres facere turmas, sicut & fecimus. In prima autem turma confederunt episcopi cum quibusdam notariis, legentes atque tractantes sanctum Euangelium, necnon epistolæ & Actus Apostolorum, canones quoque ac diuersa sanctorum Patrum opuscula, pastoralémque librum Gregorij, cum cæteris sacris dogmatibus, diligenti studio perquirentes, quibus modis statum ecclesiæ Dei & Christianæ plebis profectum sana doctrina & exemplis iustitiæ incõuulsum, largiente gratia Dei, perficere & conseruare potuissent. In alia verò turma confederunt abbates ac probati monachi, regulam sancti Benedicti legentes atque tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam

in meliorem statum atque augmentum cum gratia Dei perducere potuissent. In tertia denique turma sederunt comites & iudices, in mundanis legibus decertantes, vulgi iustitias perquirentes, omniumque aduenientium causas diligenter examinantes, modis quibus poterant iustitias terminantes. In his itaque omnibus primò decreuimus, vnicique personæ vel sexui congruum honorem impendere, secundum dictum beati Petri primi pastoris ecclesiæ, ubi ait: Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Hæc est enim gratia in Christo Iesù Domino nostro. Hinc Paulus ad Timotheum scripsit, dicens: Attende tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Seniores ne increpaueris, sed obsecra vt patrem iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuençulas vt sorores in omni castitate. Insuper etiam congruum nobis esse videbatur, vt sacerdotes ecclesiæ Dei, iure legitimo & inuulso honorarentur: de quibus Dominus ait, Qui vos audit, me audit: & qui vos recipit, me recipit. Qui autem me recipit, recipit eum qui me misit. Et Apostolus ad Hebræos: Obedite, inquit, præpositis vestris, & subiaceat eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Nam de reuerentiâ ecclesiarum dicit Dominus: Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis gentibus. De his tamen omnibus valde indigemus vestro adiutorio atque sana doctrina, quæ & nos iugiter admonet, atque clementer erudiat, quatenus ea quæ paupertate firmentur: si tamen vestra pietas ita dignum esse iudicauerit: & quicquid in eis emendatione dignum reperitur, vestra magnifica imperialis dignitas iubeat emendare: vt ita emendata, nobis omnibus & cunctæ Christianæ plebi ac posteris nostris proficiant ad vitam & salutem & ad gloriam sempiternam, nobisque inde merces, honor, laus, benedictio & beatitudo permaneat in omnes æternitates seculi, Amen.

TITVLI STATVTVRV CON-  
cily Maguntiaci.

- 1 De fide catholica firmiter tenenda.
- 2 De spe habenda in Deum.
- 3 De charitate.
- 4 De sacramentis ecclesiæ.
- 5 De pace & concordia.
- 6 De orphanis & exhereditatis subueniendo.
- 7 Vt res pauperum vel minus potentum, mala occasione non emanent.
- 8 De potestate episcoporum pro rebus ecclesiasticis, ac de cõuenientia Episcoporum cum laicis.
- 9 De vita canonicorum.
- 10 Item de vita clericorum.
- 11 De vita monachorum.
- 12 Ne monachi placita secularia facere audeant.
- 13 De sacris virginibus.
- 14 De negotio seculari.
- 15 De imitatione Apostolica.
- 16 De eo quid sit relinquere mundum.
- 17 De armis dimittendis.

No 3 11

- 18 De fictis virtutibus & veris vitiis discernendis.  
 19 Vt in monasteria nimis homines non mittantur.  
 20 De locis monasteriorum vel adificiis prouidendis.  
 21 Vt episcopi fiant qualiter canonici viuunt, qui cum abbatibus sunt.  
 22 De clericis vagis.  
 23 De clericis iniuste confuratis.  
 24 De clericis aduentibus Imperatorem.  
 25 Vt predicatio sancta assidue in ecclesia fiat.  
 26 Presbyteri tantum ad missarum solennia introitum habeant in monasteria puellarum.  
 27 Vt presbyteri chrisma diligenter custodiant.  
 28 Vt presbyteri assidue utantur orariis.  
 29 Ne laici presbyteros eiciant de ecclesiis.  
 30 Ne laici a presbyteris munera exigant.  
 31 De fugitiuis clericis.  
 32 Quid sit litania.  
 33 De litania maiore.  
 34 De quatuor temporibus obseruandis.  
 35 De indicto ieiunio.  
 36 De festiuitatibus.  
 37 De Dominicis diebus.  
 38 De Decimis.  
 39 Vt ecclesia pacem habeant.  
 40 De pace ecclesiarum.  
 41 Vt antiqua ecclesia honorem habeant.  
 42 De beneficiis ecclesiasticis.  
 43 Ne presbyter solus missam cantet.  
 44 De oblatione & pace in ecclesia faciendâ.  
 45 De symbolo & oratione Dominica.  
 46 Vt malum ebrietatis vitetur omnino.  
 47 De spiritualibus filiis.  
 48 Vt canticum luxuriosum circa ecclesias non deferatur.  
 49 De subintroductis mulieribus.  
 50 De prapostis vel aduocatis siue vicedominis.  
 51 Vt nec corpora sanctorum transferantur de loco ad locum.  
 52 Qui mortui in ecclesia sepeliantur.  
 53 De incestuosis.  
 54 Ne in quarta generatione coniugium copuletur.  
 55 Ne proprius filius de baptismo suscipiatur.  
 56 De damnatis nuptiis.

## STATVTA CONCILII

Magvntiaci.

Caput primum.



Nitium enim actionis nostræ, de fide esse decreuimus, quæ bonorum omnium est fundamentum. Et quia sine fide (vt dicit Apostolus) impossibile est placere Deo, fides tamen indiget opere, quia fides sine operibus mortua est. Ideo beatus Gregorius: Ille, inquit, verè credit, qui exercet operando quod credit. Quapropter de fide vera omnes omnino Christianos alterutrum inter se iugiter admonere & docere oportet. Maximè tamen Domini sacerdotes in eo certamine laborare decet, vt firmiter ab omnibus teneatur.

2 Spes verò in Deum, firmiter à cunctis Christianis tenenda est. Vnde Psalmista commemorat: Sperate in eo omnis congregatio populi, & reliqua.

Hebr. 11.

Psal. 61.  
Psal. 36.

Et iterum: Spera in Domino, & fac bonitatem. Et iterum: Sperantes autem in Domino misericordia circumdabit. Et Apostolus: Spe enim salui facti sumus.

3 Charitas Deus est, vt ait Apostolus: Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Item Paulus Apostolus: finis, inquit, præcepti est, charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Charitatem ergo qui habet, omnia bona habet. Quia ideo commemorauimus, quia volumus vt firmiter ab omnibus æquè catholicis conferuetur. Augustinus quoque in sermone de laude charitatis, dicit: Si ergo non vacat omnes paginas perscrutari, omnium scripturarum secreta penetrare, tene charitatem, vbi pendunt omnia: ibi tenebis, quod ibi didicisti. Ille itaque tenet, & quod patet, & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus.

4 Sacramenta itaque baptismatis volumus, vt sicut sancta vestra fuit admonitio, ita concorditer atque vniformiter in singulis parochiis secundum Romanum ordinem inter nos celebrentur iugiter atque conferuentur, id est, scrutinium ad ordinem baptismatis, sicut in decretis Leonis papæ sub duobus capitulis, capite vndecimo. Hæc duo tempora, id est, Pascha & Pentecoste, ad baptizandum Romano pontifice legitima præfixa sunt. Item capite duodecimo, Non interdicta licentia, quia in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subuenitur. Et Syricus: Si in qualibet necessitate opus fuerit sacri vnda baptismatis, omnivoluntate ce leritate succurri.

5 Vt pax & concordia sit, atque vnanimitas in populo Christiano, qui vnum Deum patrem habemus in cælis, & vnam matrem ecclesiam, vnam fidem, vnum baptisma: ideo in vna pace & vnanimitate concorditer viuere debemus, si ad vnam & veram hereditatem regni cælestis cupimus peruenire: quia non est dissensionis Deus, sed pacis: vt ipse ait, Beati patris, quoniam filij Dei vocabuntur.

6 Propter istius itaque pacis concordiam conseruandam, placuit nobis de orphanis & pauperibus, qui debite vel indebite dicuntur amississe hereditatem paterni vel materni iuris, ad se legibus pertinentem, si alicubi inuēti fuerint, quos patres vel matres propter traditiones illorum exheredes fecerunt, aliorum scilicet suasionibus aut petitionibus, vel aliquo ingenio, omnino volumus atque decreuimus emendari, quantum ad nos vel ad nostram pertinet potestatem, iuxta voluntatem Dei, & vestram sanctam admonitionem & considerationem. Quod si forte extra officium nostrum alicubi inuentum fuerit, admonere vestram clementiam audeamus, vt emendetur.

7 Propter prouisiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis, vt nec episcopi, nec abbates, nec comites, nec vicarij, nec iudices, nullique omnino sub mala occasione, vel malo ingenio, res pauperum vel minus potentum, nec emere, nec vi tollere audeat. Sed si quis ex eis aliquid cõparare voluerit, in publico placito coram idoneis testibus, & cum ratione hoc faciat. Vbicunque autem aliter inuentum fuerit factum, hoc omnino emendetur per iusionem vestram.

8 Vt episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas prouiderè, regerè, gubernare, atque dispensare secundum canonum auctoritatem, volumus: & vt laici in eorum ministerio obediant episcopis ad regendas ecclesias Dei, viduas & orphanos defendendos, & vt obedientes sint eis, ad eorum Christianitatem seruandam. Et episcopi consentientes sint comitibus & iudicibus ad iustitias faciendas, & vt nullatenus per aliquorum mendacium vel falsum testimonium, neque per periurium, aut per præmium lex iusta in aliquo deprauetur.

9 In omnibus igitur quantum humana permittit fragilitas, decreuimus, vt canonici clerici canonicè viuunt, obseruantes diuinæ scripturæ doctrinam & documenta sanctorum Patrum, & nihil sine licentia episcopi sui vel magistrorum eorum compositi agere præsumant in vnoquoque episcopatu, & vt simul manducent & dormiant, vbi his facultas id faciendi suppetit, vel qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, & in suo claustro maneat, & singulis diebus manè primò ad lectionem veniant, & audiant quod eis imperetur. Ad mensam verò similiter lectionem audiant, & obedientiam secundum canones suis magistris exhibeant.

10 Discretionem igitur esse volumus atque decreuimus inter eos qui dicuntur seculum reliquisse, & adhuc seculum sectantur. Placuit igitur sancto Concilio, vt ita discernantur, sicut in regula clericorum dictum est. His igitur lege Patrum cauetur, vt vulgari vita seclusi, à mundi voluptatibus sece abstinere, non spectaculis, non pompis intersint, conuiuia inhonestæ & turpia fugiant. Tamen Hieronymus in epistola ad Nepotianum, dicit: Omnium Christianorum domos quasi proprias amare debemus, vt consolatores nos in mœroribus suis potius, quam conuiuias in prosperis nouerint. Item Isidorus: Clerici tamen conuiuia priuata, non tantum pudica, sed & sobria colant. Vt furis nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cuiusquam studium non appetant. Amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant. Secularia officia negotiaque abiciant, honorum gradus per ambitionem non subeant, pro beneficiis dei medicinæ munera non accipiant, dolos & coniurationes caueant: odium, æmulationem, obrectationem, atque inuidiam fugiant. Non vagis oculis, non infreni lingua, aut petulanti, tumidoque gestu incendunt: sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendant. Obscœnitatem etiam verborum, sicut & operum, penitus execientur. Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant: contubernia sceminarum nullatenus appetant: castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuò conseruare studeant, senioribus quoque debitam præbeant obedientiam, neque vilo iactantiæ studio se attollant. Postremò, in doctrina & lectionibus, psalmis & hymnis & canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim debent esse, qui diuinis cultibus se mancipandos student exhibere, scilicet vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

11 Abbates autem cõsumimus ita cum monachis suis pleniter viuere, sicut ipsi qui in presenti Synodo aderant, palam nobis omnibus promiserunt, id est, secundum doctrinam regulæ sancti Benedicti, quantum humana permittit fragilitas.

12 Ac deinde decreuimus, sicut sancta regula dicit,

vt monasterium, vbi fieri possit, per decanos ordinetur: quia illi præpositi sæpe in elationem incidunt & in laqueum diaboli. Hoc tamen omnino volumus, vt monachi ad secularia placita nullatenus veniant, neque ipse abbas sine consensu episcopi sui, & cum necessitas exigat, tunc per iusionem & consilium episcopi illuc vadat, nequaquam tamen contentiones aut lites aliquas ibi mouere præsumat: sed quicquid quærendum, vel etiam respondendum sit, per aduocatos suos hoc faciat. Abbates & monachi vsque ad interrogationem silentium habeant: & cum interrogantur, cum humilitate & reuerentia respondeant: alias querelas omnino deuitent. In eorum claustro permaneant, nullusque ex eis foras vadat, nisi per necessitatem ab abbate mittatur in obedientiam. Nec foras manducent, neque bibant sine permissione abbatis, nec ad conuiuia secularia vadant.

13 Abbatissas autem cum sanctis monialibus omnino rectè & iustè viuere censemus: quæ verò professionem sanctæ regulæ Benedicti fecerunt, regulariter viuunt. Sin autem canonicè viuunt, pleniter & sub diligenti cura custodiam habeant, & in claustris suis permaneant, neque foras exitum habeant: sed & ipsæ abbatissæ in monasteriis sedent, nec foras vadant sine licentia & consilio episcopi sui.

14 Ministri autem altaris Domini vel monachi, nobis placuit vt à negociis secularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negocia secularia: de his tamen pauca perstrinximus, ad quæ pertinet omnis libido, non solum in immunditia carnis, sed etiam in omni concupiscentia carnali, quicquid plus iusto appetit homo: turpe lucrum: munera iniusta accipere, vel etiam dare: pro aliquo seculari quæstu precio aliquem conducere: contentiones & lites vel rixas amare: in placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum: conductores aut procuratores esse secularium rerum, turpis verbi vel facti ioculatorem esse, vel iocum seculare diligere, aleas amare, ornamentum inconueniens proposito suo quærere, in delitiis viuere velle, gulam & ebrietatem sequi, pondera iniusta vel mensuras habere, negocium iniustum exercere. Non tamen iustum negocium est contradicendum propter necessitates diuersas, quia legimus sanctos Apostolos negociasse, & in regula sancti Benedicti præcipitur præuidere, per quorum manus negocium monasterij transeat. Canes verò & aues sequi ad venandum, in omnibus quibuslibet causis, superfluum esse. Ecce talia & his similia ministris altaris Domini, necnon & monachis omnino contradicimus, de quibus dicit Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se negociis secularibus.

15 Apostolus dicit: Imitatores mei estote, & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Non eos obseruantes, qui sunt inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cælis est, sicut Hieronymus in epistola ad Galatas ait: Æmulantur autem benè, qui cum videant, vel audiant esse in aliquibus gratias, dona, virtutesque, ipsi tales esse desiderant, & fidem, vitam, &

Nn 4 quæ



que industriam eorum, quæ per illa meruerunt, nuntur imitari, vt possint ea quoque quæ bona æmulatione digna sunt consequi: magis quærentes spiritualia quàm carnalia, vt perseveranti gradu ad finem boni operis peruenire possint. Augustinus in primo libro de agone Christianorum, hanc sententiam interpretans, dicit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quare intelligendum est, etiam ipsum Apostolum in semetipso triumphasse de potestatibus huius mundi, sicut de Domino dixerat, cuius se imitorem esse profiteretur. Imitemur ergo & nos illum, sicut hortatur, & castigemus corpus nostrum, & in servitutem redigamus, si mundum volumus vincere. Aliquando quidē suo exemplo Christianos fieri imitatores iubet, dicendo: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Aliquando quidem de se respiciēs ad Deum, ad ipsius nos imitationem hortatur, dicens: Estote ergo imitatores Dei sicut filij charissimi. Iam verò demonstrans, quia nihil hanc imitationem pariat, quàm si ita viuat aliquis, vt bonum eius in commune proficiat, atque vniuersis vtiliora prouideat, adiunxit: Ambulate in charitate.

*Ibidem.* Ideo cum dixisset, Imitatores Dei estote: continuò de charitate differuit, quia hæc præcipue virtus Deo homines proximos faciat.

*I. Cor. 7.* 16 Seculum autem relinquere est, sicut Gregorius dicit, seculi voluptatibus cōtraire. Hinc Paulus admonet, dicens: Qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Et Gregorius in libro Pastorum: Vt videlicet sic vobis suppetant, & exterius seruiant, quatenus à supernæ dilectionis studio animum non reflectant.

17 Nos autem qui relinquimus seculum, id modis omnibus obseruare volumus, vt arma spiritualia habeamus, secularia dimittamus. Laicis vero qui apud nos sunt, arma portare non præiudicemus: quia antiquus mos est, & ad nos vsque peruenit.

*Matth. 7.* 18 Dominus dicit in Euangelio: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos investmentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Hinc Hieronymus in Commentario Matthæi dicit: De omnibus quidem intelligi potest, qui aliud habitu ac sermone promittunt, aliud opere demonstrant. Item in alio loco: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum. Nec his quidem accommodanda fides est, qui cum pollutè integritate fidei, turpiter viuunt, & doctrinæ integritatem operibus destruunt. Vtrunque enim Dei seruis necessarium est, vt opus sermone, & sermo operibus comprobetur. Et Beda in tractatu in Euangelium Lucæ dicit: Ipse enim finis est, vt nihil duplici animo faciamus: Si veram, inquit, & non fictam vis habere iustitiam, quæ verbis ostentas, factis compensare curato. Et Apostolus: Dilectio sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono.

*Ibidem.* 19 Vt plus non mittatur in monasteria canonicorum, vel monachorum, aut puellarum, quàm sufferri possit.

*Roma. 12.* 20 Deinde dignum ac necessarium est, vt missi per quæque loca directi simul cum episcopis vniuersiusque diocesis, perspiciant loca monasteriorum canonicorum pariter & monachorum, similiterque puellarum: si in apto & congruo loco sint posita, vbi commodum necessarium possit acquiri, quod ad vtilitatem pertinet monasterij, sicut in sancta regu-

la dicitur: Monasterium autem ita debet constitui, vt omnia necessaria infra monasterium exercean- tur, vt non sit necessitas monachis, vel clericis, vel puellis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monasteriorum supradicti missi & cum eis episcopi, per diuersa loca præuideant, si apta sint & congruenter sanctæ professioni composita: vel si claustrum fir- mum habeant, in quo saluari possint animæ in eis commorantium sub disciplina canonica vel regulari. Vbi autem aliter inuētum fuerit, hoc omnimodis episcopus loci ipsius faciat emendari, ita vt condignam professioni eorum custodiam habeant canonici vel monachi atque Nonnanes, ne detur eis occasio malefaciendi, quod absit.

21 Præcipimus vt vnusquisque episcopus sciat per singula monasteria, quantos quisque abbas canonicos in monasterio suo habeat, & hoc omnino am- pariter prouideat, vt si monachi fieri voluerint, regulariter viuant: sin autem, canonicè viuant om- nino.

22 De clericis vagis seu de acephalis, id est, de his qui sunt sine capite, neque in seruitio Domini nostri, neque sub episcopo, neque sub abbate, sed sine canonica vel regulari vita degentes, vt in libro Officiorum secundum capitulum & tertium de eis dicit. Hos neque inter laicos aut secularium officiorum studia, neque inter clericos religio tenet diuina, sed solinagos atque oberrantes sola turpis vita complectitur & vaga, quique dum nullum metuunt explendæ voluptatis suæ licentiam sectantur, quasi animalia bruta libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signum religionis, nō religionis officium, hippocentauris similes, nec equi, nec homines. Tales omnino vbicunque inuenti fuerint, præcipimus vt episcopi sine vlla mora eos sub custodia constrin- gant canonica, & nullatenus eos amplius ira errabundos & vagos secundum desideria voluptatum suarum viuere permittant. Sin autem episcopis suis canonicè obedire noluerint, excommunicentur, vsque ad iudicium archiepiscopi regionis illius. Et si ille eos corrigere non valuerit, tunc omnino sub vinculis constringantur vsque ad synodum, vt ibi eis indicetur, vtrum ad iudicium Domini nostri, aut ad istam magnam synodum afferantur sub custodia pu- blica.

23 De clericis verò hoc statuimus, vt hi qui hæc- tenus inuenti sunt, siue in canonico, siue in monachi- co ordine tonsurati sine eorum voluntate, si liberi sunt, vt ita permaneant: & deinceps cauendū vt nul- lus tondeatur sine legitima ætate & spontanea volū- tate, vel cum licentia Domini sui.

24 De clericis aduentibus Imperatorem, hoc placet omnibus modis obseruare, quod de eis in sacris canonibus constitutum est.

25 De officio prædicationis si fortè episcopus non fuerit in domo sua, aut infirmus est, aut aliqua causa exigente non valuerit, nunquam tamen desit diebus Dominicis aut festiuitatibus, qui verbum Dei prædicet, & iuxta quod intelligere vulgus potest.

26 Vt presbyteris per monasteria puellarum oppor- tuno tempore liceat, missarum solennia celebrare, & iterum ad proprias ecclesias redire.

27 Presbyteri sub sigillo custodiant chrisma, & nulli

nulli sub prætextu medicinæ vel maleficij, donare inde præsumant. Quod si fecerint, honore priuentur.

28 Presbyteri sine intermissione vtantur oratiis propter differentiam sacerdotij dignitatis.

29 Vt laici presbyteros non eiiciant de ecclesiis, neque constituant sine consensu episcoporum suorum.

30 Vt laici omnino munera iniusta non exigant à presbyteris propter commendationem ecclesiæ cui quam presbytero.

31 Vt vnusquisque episcopus in sua parochia dili- genter presbyteros vel clericos inquirat, vnde sint: & si aliquem fugitium inuenerit, ad suum episco- pum redire faciat.

32 Litaniam autem Græco nomine appellantur, quæ Latine dicuntur rogationes. Inter *λυτανίας* autem & *εὐχαριστίας* hoc differt, quod exomologeses pro sola peccatorum confessione agantur: Litaniam verò, quæ indicantur propter rogandum Deum, & impetran- dum in aliquo misericordiam eius. Sed iam nunc v- trunque vocabulum sub vna dignatione habetur.

33 Placuit nobis, vt litania maior obseruanda sit à cunctis Christianis, diebus tribus, sicut legendo re- perimus. Et sicut sancti Patres nostri instituerunt, non equitando, nec preciosis vestibus induti, sed di- scalceati, cinere & cilicio induti, nisi infirmitas im- pedierit.

34 Constituiamus vt quatuor tempora anni ab om- nibus cum ieiunio obseruentur, id est, mense Martio hebdomada prima. Et feria quarta & sexta & sabba- to veniant omnes ad ecclesiam hora nona cum lita- niis ad missarum solennia. Similiter in mense Iunio, hebdomada secunda, feria quarta & sexta & sabba- to ieiunetur vsque ad horam nonam, & à carne ab omnibus abstineatur. Similiter in mense Septembrio, hebdomada tertia, & in mense Decembrio, hebdo- mada quæ fuerit plena ante vigiliam natalis Domi- ni, sicut est in Romana ecclesia traditum.

35 Si quis indictum ieiunium superbiendo contē- pserit, & obseruare cum cæteris Christianis nolue- rit, in Gangrensi concilio præcipitur, vt anathemati setur, nisi emendare se studeat.

36 Festos dies in anno celebrare sancimus, hoc est diem dominicam Paschæ, cum omni honore & sobrietate venerari. Similiter feriam secundam, terti- am, & quartam. A feria quinta ante missam, licentia sit arandi, vel seminandi, & hortum & vineam exco- lendi, & sepem circumcludendi. Ab alio verò opere cessare decreuimus. Post missam autem ab opere va- care: diem Ascensionis domini pleniter celebrare. Item Pentecosten similiter, vt in Pascha. In natali apo- stolorum Petri & Pauli diem vnum, natiuitatem sancti Ioannis Baptiste, assumptionem sanctæ Mariæ dedicationem sancti Michaelis, natiuitatem sancti Remigij, sancti Martini, sancti Andree. In natali do- mini, dies quatuor, Octauas domini, Epiphaniam domini, Purificationem sanctæ Mariæ. Et illas festi- uitates martyrum vel confessorum obseruare decre- uimus, quorum in vnaquaque parochia, sancta cor- pora requiescunt. Similiter etiam dedicationem tē- pli.

37 Omnes dies dominicos cum omni veneratio- ne decreuimus obseruari, & à seruilis opere abstinere, & vt mercatus in eis minimè sit, nec placitum, v- bi aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur.

38 Admonemus atque præcipimus, vt decima de

omnibus dari non negligatur, quia Deus ipse sibi da- ri constituit. Quia timendum est, vt quisquis Deo de- bitum suum abstrahit, ne fortè Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

39 Reum confugientem ad ecclesiam, nemo ab- strahere audeat, nec inde donare ad pœnam vel ad mortem, vt honor Dei & sanctorum eius conseruetur: sed rectores ecclesiarum, pacem & vitam ac mē- bra eius obtinere studeant, tamen legitimè compo- nat, quod inique fecit.

40 Præcipimus vt in ecclesiis, aut in domibus ec- clesiarum, vel atrijs, placita secularia fiant.

41 Ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec aliis, possessionibus priuentur, ita vt nouis ora- torijs tribuatur.

42 Quicumque beneficium ecclesiasticum habent ad recta ecclesiæ restauranda, vel ipsas ecclesias emendandas, omnino adiuuent, & nouam decimam reddant.

43 Nullus presbyter, vt nobis videtur, solus mis- sam cantare valeat rectè. Quomodo enim dicet, Do- minus vobiscum, vel Sursum corda admonere ha- bere, & alia multa his similia, cum alius nemo cum eo sit?

44 Oblationem quoque & pacem in Ecclesia fa- cere: iugiter admoneatur populus Christianus: quia ipsa oblatio, sibi & suis magnum remedium est ani- marum: & in ipsa pace, vera vnanimitas & concor- dia demonstratur.

45 Symbolum quod est signaculum fidei, & ora- tionem dominicam discere, semper admoneant sa- cerdotes populum Christianum. Volumusque vt di- sciplinam condignam habeant, qui hæc discere negli- gunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emē- dentur. Propterea dignum est, vt filios suos donent ad scholam, siue ad monasteria, siue foras presbyte- ris, vt fidem catholicam rectè discant, & orationem dominicam, vt domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat.

46 Magnum malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulant, modis omnibus præcipimus cauere: & qui hoc cauere noluerit, excommunicandum eum esse decreuimus, vsque ad emendationem congruā.

47 Deinde præcipimus, vt vnusquisque compater vel proximi, spirituales filios suos catholicè in- struant.

48 Canticum turpe atque luxuriosum circa eccle- sias agere omnino contradicimus, quod vbique vi- tandum est.

49 Omnibus igitur clericis fœminas secum in domibus suis habere vltra licentiam canonum, fir- miter sit contradictum.

50 Omnibus igitur episcopis, abbatibus cuncto clero omnino præcipimus, vicedominos, præposi- tos, aduocatos siue defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non periueros, nō falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omni- bus iustitiam diligentes. De iudicibus autem vel cē- tenariis atque tribunis seu vicariis, dignum esse cen- semus, vt si mali reperti fuerint, de ministerio suo ab- iiciantur.

51 Deinceps verò corpora sanctorum de loco ad locum nullus præsumat transferre, sine cōsilio prin- cipis vel episcopi, & sanctæ synodi licentia.

52 Nullus mortuus infra ecclesiam sepeliatur, nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, aut fide- les

les laici.

53 Vt episcopi incestuosos pariter inuestigari studeant, omnino precipimus. Et si pœnitere noluerint de ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam reuertantur.

54 Contradicimus quoque, vt in quarta generatione nullus amplius coniugio copuletur: & si post interdictum factum, inuentum fuerit, separetur.

55 Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolum, nec commatrem ducat vxorem, nec illam, cuius filium aut filiam ad confirmationem duxerit. Vbi autem factum fuerit, separentur.

56 Si quis vxorem viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cū patre & filio, tales copulationes anathematizari & disiungi precipimus, nec vnquam amplius cōiugio copulari, sed magna distinctione feriri.

## CONCLUSIO.

Facta est autem hæc synodus in ciuitate Maguntia in claustro basilicæ sancti Albani martyris, anno domini 813, & Imperij domini Caroli Imperatoris anno 13, in dictione quinta, quinto Idas Iunij, vbi sederunt episcopi triginta, abbates verò viginti quinq;

SYNODVS RHEMENSIS CIRCA  
tempora Leonis Papæ I II.

Rhemensis ciuitas est in Gallia Belgica non procul à Matrona fluuio distans cuius meminit Plinius lib 4. cap. 17. & Ptolomæus lib. 2. cap. 8. vel 9. Vulgo Reims dicitur.

## Concilij Rhemensis capitula.



Ic est ordo capitulorum breuiter adnotatus, quæ anno dominicæ incarnationis 813, notata sunt in conuentu metropolitane sedis Rhemensis ecclesiæ à domino Carolo piissimo Imperatore more præcorum Imperatorum congregato, ordinâte Vulfario eiusdem sanctæ sedis archiepiscopo, & cæteris quamplurimis Patribus & fratribus in eodẽ conuentu diuina largiente clementia residentibus.

Primo omnium, mediante mense Maio, Deo inspirante, ab eisdem venerabilibus Patribus institutum est secundum consuetudinem ieiunium triduanum, quatenus ipso miserante, ea quæ ad laudem & gloriam sui sancti nominis, & ad mercedem præfati gloriosissimi principis nostri, seu correctionem totius Christianitatis Imperij, in eo consideranda vel statuenda erant, eo cooperante, secundum suam magnam misericordiam & piissimam voluntatem ordinari mererentur.

1 Est de fidei ratione, vt vnusquisque iuxta intellectum suæ capacitatis, domino largiente, disceret & intelligeret, atque operibus plenè obseruaret.

Matt. 6. b

2 Vt orationem, quam dominus noster Iesus Christus discipulos suos orare docuit, disceret, & sensu benè intelligeret, quia illam ignorare nulli Christiano licet.

3 Vt quicumque ad gradus ecclesiasticos condignè ascendere voluerit, vnusquisque intelligeret, qualiter secundum possibilitatem intellectus sui, in

eo gradu vbi cōstitutus est, Deo militare, & seipsum valeret custodire.

4 Vt ea quæ scripta sunt superius, vnusquisque secundum à Deo sibi collatum gradum operibus perficere valeret. Et præsentibus cunctis lectæ sunt epistolæ Pauli, qualiter subdiaconi ministerium est, eundem Apostolum legere, vt officium sibi commissum implere rectius potuisset.

5 Lectum est euangelium, vt diaconi etiam instruerentur, qualiter Christo, cuius funguntur officio, condignè valeret ministrare.

6 Missarum ibi discussa est ratio, vt presbyteri minus antea scientes, intelligerent, qualiter missarum solennia deinceps dignius celebrare deberent.

7 Baptisteryj & catechumenorum ventilata est ratio, vt sacerdotes plenius intelligerent, qualiter condignis ordinibus efficerent Christianum.

8 Lecti sunt sancti canones, vt quisque canonicus legem vitamque suam minimè ignoraret, quod omnimodis non expedit, sicut in Decretali legitur Innocentij.

9 Lecta est regula sancti Benedicti, vt ad memoriam reduceretur abbatibus minus scientibus, si qui fortè adfuerint, qualiter & se & suos secundum eandem regulam custodire valerent atque gubernarēt.

10 Lectæ sunt sententiæ libri Pastoralis sancti Gregorij, vt pastores ecclesiæ intelligerent, quomodo ipsi uiuerent, qualiter sibi subiectos deberent admoneri: quoniam teste eodem B. Gregorio, aliter admonendi sunt prælati, aliter subditi.

11 Diuersorum ibi sententiæ relatæ sunt Patrum, vt audientes in omnibus quæ supra inserta leguntur tam prælati quàm subditi, in Dei laudibus roborati, de his quæ audierant, fructum boni operis contenderent reddere.

12 Omnibus his actis, ventilata est ratio pœnitentiæ, vt sacerdotes certius intelligerent, quomodo confessiones recipere, & pœnitentiam secundum canonicam institutionem pœnitentibus deberent indicare.

13 Ventilata est ratio octo principalium vitiorum, vt vnusquisque diuersitatem illorum sciret, & ab aliis domino auxiliante se intelligerent custodire, & aliis prædicare.

14 Vt episcopi diligentius operam dent, lectionique diuinæ incumbant, id est, canonicis libris & opusculis Patrum, & verbum Dei omnibus prædicet.

15 Vt episcopi sermones & homilias sanctorum Patrum, prout omnes intelligere possint, secundum proprietatem linguæ prædicare studeant.

16 Vt episcopi & presbyteri examinent, qualiter contentibus peccata diiudicent, & tempus pœnitentiæ constituant.

17 Vt episcopi & abbates ante se ioca turpia facere non permittant, sed pauperes & indigentes secum ad mensam habeant, & lectio diuina ibi personet, & sumant cibum cum benedictione & laude domini, secundum Apostolum, siue manducant, siue bibant, omnia in laudem Dei faciant.

18 Episcopi & Dei ministri non debent comestationibus & vinolentiis nimis incumbere, sed considerent sententiam domini dicentis: Attendite ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Moderatè enim cibum & necessarium potum sumant, vt iuxta Apostolum, sobrij sint, parati ad seruitium domini.

19 Vt

19 Vt episcopi & iudices iudicia discernant, quia sunt quædam iudicanda modò, quædam Dei iudicio reseruanda. Scriptum est enim: Noli ante tempus iudicare, quoad usque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicique à Deo. Et illius memores sint: In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis.

20 Vt presbyteris de minore titulo ad maiorem nō liceat transmigrare.

21 Vt quicumque presbyter per precium gradum & Ecclesiam acquisierit, ab episcopo deponatur.

22 Vt à sacerdotibus omnis suspicio mulierum funditus eradicetur, cum quibus etiam nulla habitatio eis conceditur, præter illam quæ in Nicæna synodo permittitur, id est, matrem aut sororem, vel eas tantum personas, à quibus omnes suspensiones effugiāt.

23 Vt in visu & vestitu vel conuersatione abbatū, qui monachos habere cernuntur, Dei volūtas & domini Imperatoris impleatur.

24 Vt præpositi & vicedomini, secundum regulam vel canones constituantur.

25 Vt monachi & canonici pleniter consilium habeant, qualiter Deo militare, animasque eorum melius valeant custodire, ne propter aliquam necessitatem, occasionem quærant vagandi, & inter ipsos propter hoc locus tentandi detur occasio.

26 Vt monachi & canonici tabernas ad edendum vel bibendum non ingrediantur, sicut in Conciliis Laodicensi & Aphricano legitur esse interdictum.

27 Vt in ciuitatibus & monasteriis non maior numerus seruientium Deo mittatur, quàm possibilitas eis ministrandi fuerit.

28 Vt cupiditatis & auaritiæ malum nullatenus stetetur, sicut Carthaginense interdicit Concilium.

29 Vt monachi ad placita secularia nullatenus vadant.

30 Vt nemo sacerdotum vel monachorum negociis illicitis se implicet, quo modo scriptum est: Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.

31 Vt discretio seruanda sit inter pœnitentes, qui publicè & absconfe pœnitere debent.

32 Vt turpia lucra & vsuras minimè exerceant: sicut ipsum habet Concilium.

33 De monasteriis puellarum considerandum est, & Imperatoris misericordia imploranda, vt victum & necessaria à sibi prælatis consequi possint sanctionales, & vita illarum & castitas, secundum fragilitatem sexus, diligenter prouisa tueatur.

34 Vt viduæ non sint in deliciis, sed (secundum Apostolum) sub potestate episcopi viuāt, sicuti decet.

35 Vt diebus dominicis secundum domini præceptum, nulla opera seruilia quilibet perficiat nec, ad placita conueniat, nec etiam donationes in publico facere præsumat, neque mercata exerceat.

36 Vt quicumque per cupiditatem & malum ingenium aliorum res sibi acquisierint, & pro ipsis rebus ecclesiæ illis in præcaria reddiderint, & postmodum datoribus displicuerit, pars ecclesiæ quod suū est habeat: & illi quæ sua sunt, absque vllius contradictione recipiant. Post hæc verò hi, qui hoc malum perpetrati sunt, secundum modum culpæ pœnitentiæ agant, & deinceps res aliorum cupidè & procaciter recipere non præsumant, nisi tantum quantum pro sola eleemosyna eas Deo dare voluerint, vel etiam ipsas, quas donant in nomine suo & filiorum suo

rum in precarious suscipere voluerint.

37 Vt si quilibet hominum res ecclesiæ per mendacia, & alias mala ingenia, in precarious sibi acquirere & habere voluerit, & post factas precarious, eadem mendacia ad aures eiusdem rectoris ecclesiæ delata fuerint, ipsa ecclesiæ res suas, quæ ei mendaciter abstractæ fuerint, pleniter absque vllius contradictione omnimodis recipit. Ille verò qui res suas per eadem mendacia propter cupiditatem ipsius præcarie eidem ecclesiæ tradidit, simili modo in suam recipiat dominationem.

38 Vt decimæ pleniter dentur.

39 Vt nullus homo munera pro placito requirat, aut accipere præsumat.

40 Vt pro domino Imperatore suaque nobilissima prole, orationes & oblationes super has, quæ hactenus pro ipsis Deo omnipotenti oblatae sunt, augeantur, vt eos suis temporibus in præsentis seculo cum omni felicitate custodiat, & in futuro cum sanctis angelis suis pia miseratione gaudentes efficiat.

41 Vt dominus Imperator, secundum statutum bonæ memoriæ domini Pippini, misericordiam faciat ne solidi, qui in lege habentur, per quadraginta denarios discurrant: quoniam propter eos multa penuria, multaque falsa testimonia reperiuntur.

42 Vt in sua eleemosina firmiter statuatur, ne quilibet suum peragentibus seruitium vllatenus prohibere audeat mansionem, neque aliis quibus necessitas incumbit.

43 Vt per eius magnificū & cunctū imperium, suis & futuris temporibus firmetur capitulum, siue ab anno 1030, à quo adhuc testes haberi possint seu etiam ab illo, à quo felicissimum regnum eius sumpsit exordium, qualiter omnes lites & iurgia in sua misericordia terminum habere possent: quoniam pro talibus multa periuria, multæque dissensiones oriuntur in populo.

44 Vt de falsis testibus, eius simili modo piissimū firmetur capitulum, qualiter & hoc quod ille Bononiæ statuit, firmissimum habeatur: & adhuc quarantur, quatenus in sua piissima misericordia, si qua necessaria sunt, augeantur: ne propter eorum falsa testimonia iniquaque periuria, tot damna, totque iniustitiæ orientur.

CONCILIUM APUD THEODONIS  
villam habitum, tempore Caroli Magni.

Theodonis villam aiunt oppidum esse ducatus Lutzië burgensis vulgo Dietenhomen appellatum bello Gallico nuper Anno 1542. & 1553. aliquanto celebrius apud exteros redditum, De hoc Geographia scriptores approbati tacent. Crediderim esse theonvillam vulgò dicta fortissimum & mirrissimum oppidum.



N Concilio apud Theodonis villam vbi interfuerunt 32. episcopi, Aistulfus Maguntienis archiepiscopus cum suis suffraganeis, Hadabaldus Coloniensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, Hetto Treuirensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, Ebbro Rhemensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, eis, cum nunciis reliquorum episcoporum Gallie & Germanie, ob nimiam præsumptionem quorundam

tyrannorum, in sacerdotes Domini bacchantium: & propter factum, quod in Vasconia nouiter accidit, de episcopo Ioanne inhonestè & inaudite mordidato, id est, (violenter & latrocinanter occiso) decretum est ut communi consensu & humili deuotione supplicarent auribus principis, si suæ pietati placeret, ut calumnia in Christi sacerdotes peracta, iuxta synodalia determinaretur pleniter statuta.

Hoc idem episcoporum iudicio placeret, si ex toto secundum potestatem ipsorum posset definitur: id est ut canonica feriantur sententia, hi videlicet, qui timorè Domini postponentes, in ministros suos grassare præsumunt. Quod si verò pietati illius, iuxta capitula regum præcedentium, ubi eorum prouisio misericorditer in offensis pecuniæ quantitatem interposuit, pro leuigatione scilicet pœnitentiæ, placuit ut præfata res per pecuniam ab Imperatoribus & à sibi succedentibus ad defensionem concessam & per pœnitentiam determinentur episcoporum iudicio, si pietas illius conlaudare voluerit, sic definitur eis placuit.

Si quis subdiaconem calumniatus fuerit, vulnerauerit vel debilitauerit, & conualuerit, s. quadragesimas sine subditis annis pœniteat, & 300. solidos cum sua compositione & episcopalibus bannis componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas quadragesimas cum sequentibus annis pœniteat, & 400. solidos cum tripla sua compositione & episcopalibus bannis episcopo componat.

Si diaconum calumniatus fuerit, & conualuerit, sex quadragesimas sine subditis annis pœniteat, & quadringentos solidos cum compositione sua & episcopalibus bannis componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas sex quadragesimas cum sequentibus annis pœniteat, & sexcentos solidos cum tripla sua compositione & episcopalibus bannis episcopo componat.

Si quis presbyterum calumniatus fuerit & spassauerit, septem quadragesimas sine subditis annis pœniteat, & 600. solidos cum triplici sua compositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, 12. annorum pœnitentia secundum canones ei imponatur, & 900. solidos cum triplici compositione sua & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat.

Si quis episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo deonestauerit, 10. quadragesimas sine subditis annis pœniteat, & presbyteri non occisi triplicem compositionem componat. Si autem casu & non spontè occiderit, cum prouincialium episcoporum consilio homicida pœniteat. Si quis autem spontè eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis diebus vitæ suæ. Cingulum militare deponat, absque spe coniugij in perpetuo maneat. Aistulfus Maguntiensis archiepiscopus dixit: Si principibus placuerit, aliisque fidelibus suis, rogemus ut conlaudetur & subscribatur. Et conlaudatum est, & subscriptum est, tam à principe, quam à cæteris omnibus.

**CAPITVLVM ECCLESIASTICVM APUD THEODONIS VILLAM À CAROLO MAGNO & LUDONICO & PRIMIS GALLIAE CONLAUDATVM & SUBSCRIPTVM.**



**D**lacuit nobis & fidelibus nostris, ut sicut ab episcopis & reliquis sacerdotibus ac Deo seruis, alio anno Tributaria admoniti fuimus & rogati, ut episcopi & eorum ministri, quos Deus suo, non humano iudicio, reseruauit, iuxta sanctorum canonum sanctorumque Patrum ac capitularium præcedentium regum coram positorum statuta, ut Dei sacerdotes eorumque cooperatores, quorum intercessionibus & supplicationibus sancta Dei ecclesia consistere videtur, intacti permancant: constituimus, ut si quis subdiaconum calumniatus fuerit, & conualuerit, pœnitentia canonica pœniteat, & 300. solidos episcopo componat. Et si mortuus fuerit, iuxta id quod canones præcipiunt, pœniteat, & 400. solidos episcopo componat. Si diaconum calumniatus fuerit, & conualuerit, pœniteat secundum canones, & 400. solidos componat. Si non conualuerit, iuxta præcepta synodalia pœniteat, & 600. solidos episcopo componat. Si presbyter malè tractatus fuerit & spassauerit, secundum eius episcopi sententiam pœniteat, in cuius territorij potestate esse dinoscitur. Si autem mortuus fuerit, ut synodus diiudicauerit, pœniteat, & 900. solidos episcopo componat. Et si quis episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo deonestauerit, pœniteat secundum canonum statuta. Et presbyteri non occisi triplicem compositionem cum iustitiis, quæ in superiori capitulo scriptæ & confirmatæ esse videntur componat. Si quis per industriam episcopum occiderit, iuxta id quod apud Tributariam à viginti duobus episcopis decretum est, & quod ibi à nobis & à primatibus totius Germaniæ benigna collaudatione conlaudatum est & subscriptum pœniteat. Et hoc de nostro adiecit: Ut si quis in his supradictis sanctorum canonum, nostrique decreti sanctionibus, episcopis inobediens & contumax extiterit, primùm canonica sententia feriat: deinde in nostro regno beneficium non habeat, & alodiseus in bannum mittatur. Et si annum & diem in nostro banno permanerit, ad filicum nostrum redigatur: & captus, in exiliū relegatur: & ibi tam diu custodiatur & constringatur, donec coactus Deo & sanctè satisfaciatur, quod prius gratis facere noluerat. Et si omnibus vobis ista placuerint, dicite. Et tertio ab omnibus conclamatum est, Placet. Et imperatores & penè omnes Galliæ principes subscripserunt, singuli singulas facientes cruces. Et ecclesiasticus ordo Deo & principibus laudes referentes, hymnum, Te Deum laudamus, decantauerunt. Et sic soluta est Synodus.

**CONCILIVM AQVISGRANI CELEBRATVM CIRCA ANNUM DOMINI DCCCXVI TEMPORE LUDONICI IMPERATORIS PRIMI.**

*Aquisgranum vulgo Ach. Germania vrbs nobilissima à Grano Neronis fratre condita, à quo simulque ab aquis feruentibus in ea repertis nomen sortita, ab infidelibus subuersa, à Carolo magno postea restaurata. frumenti & herbarum fullonibus accommodarum, cotium, & Thermarum commo-ditate percelebris, hoc potissimū nomine insignis quod Romæ Rex in ea primam imperij coronam eamque ferream ab Archiepiscopo Colonienf. postea verò, Mediolani argenteam Roma auream accipiat: Sanctorum reliquias è Constantinopoli*

*li mandato Caroli magni allatis, tum eiusdem principis funere & sepultura præcipue nobilis. Huius autem filius Ludouicus Pius, hanc Synodum celebravit.*

Concilium hoc Aquisgranense primum, propter eius prolixitatem statueram omittere omnino, postea tamen dum obseruarem pleraque vitia in eo contineri visum est utcumque contrahere cum magna ex parte ad verbum sit integras paginas mutuatum ex Hieronymo Augustino, Gregorio in pastorali, Prospero aquitano in lib: de vita actiua & contemp. platiua, & Isidoro in libris de officiis & de summo bono qui libri passim habentur apud studiosos, ad vos direximus curiosum & studiosum lectorem, ne volumen in immensum cresceret. Citat præterea canones multorum conciliorum, qui in hoc volumine continentur, quos superuacaneum fuisset iterum describere: Quocirca origines tantum indicabimus. Postremo piam canonicorum institutionem describit, videlicet à 114. ad finem vsque: Et quia hæc institutio plurimum videtur conducere ministris ecclesiæ, eorumque reformationi, canones ipsos integros adnexuimus.



**V**m in nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis Christianissimus ac gloriosissimus imperator Ludouicus superno munere victor Augustus anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi 816. indictione decima anno siquidè imperij sui tertio, Aquisgrani palatij generalem sanctumque conuocasset conuentum & cœpisset secundum ardentissimum erga diuinum cultum sibi cœlitus inspiratam voluntatem, multa congrua & necessaria de emendatione sanctæ dei ecclesiæ, illius videlicet amore, qui eam suo sancto & precioso redemit sanguine, eique se adfuerunt vsque ad consummationem pollicitus est sæculi, solerter & incuriosè pertractare, eoque inter cætera peruentum est, ut eundem sanctum & venerabilem, deo annuente, aggregatum conuentum consuleret, imò consulendo admoneret, super quibusdam ecclesiarum præpositis, qui partim ignorantia, partim desidia subditorum curam paruipendebant, & hospitalitatem min⁹ iusto diligebant, quid facto opus esset. Adiunxit etiam monendo, ut quia canonicorum vita sparsim in sacris canonibus, & in sanctorum patrum dictis erat indita, propter simplices quosque minusque capaces, aliquam ex eisdem sacris canonibus, & sanctorum patrum dictis institutionis formam pari voto parique consensu exciperent, per quam patenter prælatorum & subditorum vita monstraretur: quatenus omnes qui canonica censentur professione per viam propositi sui inoffenso gradu incederent & in Christi militia deuoti vnanimis, atque concordibus existerent. Sed ut id nuntio diuino fieret, dum in commune humiliter exorandum præmonuit, ut feruorum suorum exorabilibus pulsatus precibus, eius admonitionem secundum suam voluntatem fieri, suaque gratia eam præcedere ac subsequi dignaretur. Ad quam etiam admonitionem sacer conuentus intimo gaudio repletur expansionis in cælum manibus creatori omnium gratias agens benedixit, quippe qui talem pium, tamque benignum ecclesiæ suæ sanctæ principem cunctisque eius necessitatibus sapientissimum, ac deuotissimum prætulit procuratorem.

Suscipientes ergo libentissimè hilariterque eius saluberrimam multis, deo miserante, profuturam admonitionem, licet plerique auxiliante Christo, deuotè ac religiosè cum sibi subiectis canonicam feruentè institutionem, & in plerisque locis idem ordo plenissimè seruetur, omnium tamen id animis sedit, ut secundum eiusdem principis admonitionem, vnà diuino freti auxilio, & eiusdem piissimi principis nõ modico adiuti iuuamine eius videlicet liberalissima largitione, copiam librorum præ manibus habentes ex canonica autoritate, & sanctorum patrum dictis, veluti ex diuersis pratis quosdam flosculos carpentes, hanc institutionis formam exciperent, & canonicis obseruandam conferrent, ut quorum forte laborem, ob tarditatem ingenij, vel inopiam librorum sparsim digesta difficilè comprehendi possent, solerti studio in eodem opere breuiter congesta, valde p facile ab his reperiri possent, per quam (ut præmissum est) & prælati recto tramite incedere, & subditis normam viuendi, absque ignorantia obstaculo salubriter nosset præbere. Vigilanti ergo studio eandem institutionis formam colligere studuerunt, in qua plenissimè continetur, qualiter, & prælati viuere, & subiectos regere, eisque ecclesiasticos sumptus administrare, & in dei seruitio cōstringere, proteruos quosque & negligentes debeant corripere. Cum igitur huius institutionis formam, coram memorato glorioso principe prolata, sacer conuentus laudibus extulisset, & ecclesiastica autoritate fulciri, laudeque dignam ac sanctæ ecclesiæ vtilissimam atque proficuum voce prædicaret, nihilque in ea reprehensionis ab his, qui sanum sapiunt, reperiri posse profiteretur, ab eodem victoriosissimo principe, & ab omnibus, qui aderant, Deo gratias, acclamatum est. Nec immeritò: quippe qui & occulta sua dispensatione, & gratissima inspiratione præfatum principem ut id fieri moneret compulit, & ut ad effectum produceret, miserando adiuuit. Proinde omnium sententia statutum est ab omnibus, qui in canonica professione Domino militant, hanc institutionis formam tot ecclesiasticorum virorum vigilanti studio congestam, dignisque præconiis laudatam, iuxta virium possibilitatem modis omnibus obseruandam, quatenus hanc siue aliarum scripturarum sanctarum documenta sedula meditatione perlegentes, & prælati, & subditi vocatione, qua vocati sunt, ope diuinæ adminiculati infatigabiliter ambulent, & pro tam piissimo principe qui ob lucrum animarum hoc sacrum & venerabile concilium, ad hanc formam cōgerendam & statuendam salutiferis admonitionibus excitauit, modernis futurisque temporibus dei immensam clementiam iugiter exorent. Nam & in altero libello, idem sacer conuentus eodem religiosissimo Augusto monente, quandam institutionis formulam ex sanctorum Patrum dictis studiose excerpit, & in vnum breuiter, satisque congruenter congestit, & sanctorum patrum dictis de gentibus tenendam percensuit. In qua continetur quales eis abbatissæ præferendæ sint, qualiter eisdem sanctorum patrum dictis infra claustra monasterij viuendum, quid à prælatis stipendiorum dandum, quibus documentis, & virtutum instrumentis exornandæ sunt, quatenus hac formula viuendi inspecta, & Deo sibi adiutorium præbente, humiliter suscepta, & efficaciter impleta cum bonorum operum lampadibus ingredi mereantur.



reantur.

De tonsuris. Ca. 1.

Tonsura ecclesiastica vsus à Nazaræis (ni fallor) ex ortus est &c.

Isidorus de ecclesiasticis officiis lib. 2. ca. 4.

De ostiariis. ca. 2.

Ostiarij sunt, qui in veteri testamento ianitores templi vocabantur &c.

De lectoribus. ca. 3.

Lectorum ordo formam & initium à prophetis accepit &c.

De exorcistis. ca. 4.

In nomine & ministerio ecclesiæ decet esse exorcistas secundum officia &c.

De Acolythis. ca. 5.

Acolythi græcè, latinè cerofertarij, dicuntur, à deportandis cereis &c.

Isidorus Aethimologiarum lib. 7. ca. 12.

De subdiaconibus ca. 6.

Subdiaconi, qui apud græcos hypodiaconi vocantur, in Esdra inueniuntur. &c.

Isid. ubi sup. de officiis. ca. 10. 1. Esd. 2. c. & 8. c.

De diaconibus ca. 7.

Diaconorum ordo à tribu Leui accepit exordiū &c.

De presbyteris. ca. 8.

Presbyterorum ordo exordium sumpsit (vt dictum est) à filiis Aaron &c.

De sacerdotibus. ca. 9.

Veniamus ergo nunc ad sacratissimos ordines & singulariter demonstramus, quod est sacerdotij fundamentum, vel quo auctore pontificalis adoleuit in saculo. Initium quidem sacerdotij Aaron fuit &c.

Ca. 10.

Huius rei gratia reliqui te creta, vt ea quæ decerant, corrigentes &c.

Ex B. Hieronymi super epistolam ad Titum commentariis.

Ca. 11.

Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Opus non dignitate: laborem non delicias. &c. Circa eiusdem doctoris epistolæ ad Oceanum. finem, quæ incipit: Nunquã fili Oceane.

De pastoribus. ca. 12.

Qui pastorum nomina audire volunt, & pastorum officium implere nolūt, quid ad eos per prophetam dicatur, sicut lectum audiuius, recenseamus &c.

Ex lib. B. Augustini episcopi ad pastores habetur autem hic liber, in eius operibus, tomo. 10.

De pastoribus animarum, quales in ecclesia eligi debent.

Ca. 13.

Cum rerum necessitas exposcit, pensandum valdè est, ad culmè quisque regiminis qualiter veniat &c. Gregorius in lib. Pastoralis. 1. In proæmio.

Vt indigni & imperiti ad pastorale magisterium accedere non presumant. ca. 14.

Sunt plerique pastorum, qui dum metiri se nesciunt, quæ non didicerunt, docere concupiscunt &c.

De indignis prepositis. ca. 15.

Non sunt promouendi ad regimen ecclesiæ, qui adhuc vitiis subiacent. &c.

Isidorus lib. 3. de summo bono ca. 34.

De indoctis prepositis. ca. 16.

Sicut iniqui & peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur, ita indocti & imperiti à talis officio retrahuntur &c.

De his, qui in regimine prodesse possunt, sed id idem officium

per quietem propriam refugiunt. ca. 17.

Sicut nonnulli, qui eximia virtutum dona percipiunt &c.

Gregorius Pastoral. lib. 1. ca. 5.

De prepositis ecclesiæ. ca. 18.

Vir ecclesiasticus, & crucifigi mundo per iustificationem propriæ carnis debet, &c.

Isidorus lib. 3. de summo bono ca. 33.

Quando sacerdotes sancti contemplatiua vita fieri participes possint. ca. 19.

Qui diligenter de vita contemplatiua considerat &c.

Ex Proff. ro.

De doctrina & exemplis prepositorum ca. 20.

Tam doctrina, quam vita clarere debet ecclesiasticus doctor. &c.

Isidorus lib. 3. de summo bono ca. 36.

De humilitate prepositorum ca. 21.

Sit rector discretus in silentio, humilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat.

Gregorius pastoralis lib. 2. ca. 4.

De humilitate prepositorum ca. 22.

Qui proficitur ad regimen taliter erga disciplinam subditorum præstare se debet &c.

Isid. lib. 3. de summo bono ca. 42.

De doctrina discretionis ca. 23.

Non omnibus vna eademque doctrina est adhibenda &c.

Ibi. ca. 43.

Qualiter pralati subiectos doceant, atque semetipsos decora circumspectione provideant. ca. 24.

Gregorius Pastoral. lib. 2. ca. 4.

Quia igitur qualis esse debeat pastor &c.

De doctorum silentio. ca. 25.

Pro malo merito plebis, aufertur doctrina prædicationis &c.

Isidorus lib. 3. de summo bono ca. 44.

Quod nihil proficit sacerdoti, etiam si bene viuat, si male viuente, tacendo, non arguat ca. 26.

Quod verò dicit Apostolus, vt nos formam debeamus exhibere fidelibus &c.

Proffer de vita act. & contemp. lib. 1. ca. 20.

De pastoribus non recte gradientibus ca. 27.

Sunt nonnulli, qui solerti cura spiritualia præcepta perscrutantur &c.

2 The. 3. b. Ibi. lib. 1.

De negligentia sacerdotis, qui doctrina sua agendo contra

ria, personam non potest implere doctorum. ca. 28.

Recolite ergo, quanta, & qualia, me audiente atque probante &c.

Ex Proff. ro.

De his qui bene docent, & male viuunt ca. 29.

Interdum doctoris vitio etiam ipsa verax doctrina vilescit &c.

Isidorus lib. 3. de summo bono ca. 37.

De exemplis prauorum sacerdotum ca. 30.

Sæpe p quos iustitia docetur, per ipsos peccati moribus irrepit &c.

Ibi. ca. 38.

De prepositis carnalibus ca. 31.

Prouidentia plerunque diuini consilij ordinantur prepositi mundana & extrema sectantes &c.

Ibi. ca. 39.

Luctuosa descriptio carnaliter viuente, sum sacerdotum.

Ca. 32.

Sed nos præsentibus delectati dum in hac vita comoda nostra &c.

Proffer de vita act. & contemp. lib. 1. ca. 21.

De iracundis doctoribus ca. 33.

Iracundi doctores per rabiem furoris &c.

Isidorus lib. 3. de summo bono ca. 40.

De zelo pastoralis officij erga subditos ca. 34.

Omnis spiritualis zelus doctoris animum frangit, &c.

Græc.

Gregorius lib. 1. super Ez. ecb. homel. 12. circa finem. Quod sacerdotes nihil proprium habeant, & ecclesiæ facultates tanquam communes, vt pote Deo rationem reddituri suscipiant. ca. 35.

Expedi facultates ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore contemni.

De disciplina sacerdotum in his qui delinquent ca. 36

Sacerdotes pro populorum iniquitate damnentur, si eos aut ignorant non erudiant &c.

Isid. lib. 3. de summo bono ca. 46.

De collata Episcopo potestate ligandi atque soluendi ca. 37.

Prædicatores sancti qui districtum dei iudicium merentur &c.

Gregorius homil. 26. super euangelium Iohannis 20. cum se ro esset.

De episcopis qui pro ordinatione sacerdotij munera libenter accipiunt. ca. 38.

Nonnulli episcoporum donum acceptum spiritus &c.

Gregorius homil. 4. super Euangel. Matt. 10. Misit Dominus Iesus

De subintroductis mulieribus ca. 39.

Interdixit per omnia magna synodus &c.

Distinct. 32. Interdicit per omnia Et in decret. Iuonis lib. 3.

De clericis vsuras accipientibus ca. 40.

Quoniam multi sub regulæ constituti &c.

Nica. con. ca. 17. & 14. q. 4. Quoniam multi clerici.

De priuilegijs presbyterorum ca. 41.

Peruenit ad sanctum magnumque concilium &c.

Nicani concilij cap. 18. & distinct. 93. Peruenit ad sanctum.

De excommunicatis, quomodo tractandi sint, & quomodo concilia quotannis celebranda ca. 42.

De his quis communionem priuantur &c.

Nica. con. ca. 5. Et 11. q. 3. Seruetur ista sententia.

Quod non oporteat demigrare ca. 43.

Propter multam perturbationem &c.

Nica. con. ca. 15. Et 7. q. 1. Non oportet episcopum.

Non transmigrandum de ciuitate in ciuitatem ca. 44.

De his qui transmigrant de ciuitate in ciuitatem, episcopis aut clericis placuit, vt canones qui de hac re à sanctis patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem.

De his qui in ecclesiis, in quibus producendi sunt, minime perdurant ca. 45.

Quicumque temerè ac periculose &c.

Nica. con. ca. 16. & 7. q. 1. Si quis vero sine.

De flecendo genu ca. 46.

Quoniam sunt quidam in die dominico genu flectentes &c.

De damnatis & ministrare tentantibus. ca. 47.

Si quis damnatus à synodo &c.

Antiocheni con. ca. 4. Et 11. q. 4. Si quis episcopus damnatus.

De clericis damnatis ca. 48.

Et illud petendum, vt statuere dignetur, vt si quis cui iussit honoris clericus &c.

De peregrinorum susceptione ca. 49.

Nullus peregrinorum sine pacificis id est, commendatitijs, suscipiatur epistolis.

Quod non liceat clericis in duarum ciuitatum ecclesijs ministrare ca. 50.

Non licere clericum in duarum ciuitatum conscribi simul ecclesijs &c.

Chal. con. ca. 10. & 21. q. 1. Clericum in duarum.

Quod non oportet peregrinos clericos sine commendatitijs literis ministrare ca. 51.

Peregrinos & clericos, & lectores in alia ciuitate p. Chal. con. ter commendatitijs literas sui episcopi, nusquam penitus ministrare debere. ca. 13.

Quod non sine literis sacro ministerio subditi proficiantur ca. 52.

Quod non oporteat sacerdotem vel clericum sine literis proficiendi canonicis.

De clericis à communionem summotis, ab alio non recipiendis episcopo ca. 53.

Osius episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placeat, vt siue diaconus &c.

Sardicensis con. ca. 16. Et in decret. Iuo. lib. 5.

Si quis excommunicatus, ante audientiam communicare presumpserit, ipse in se damnationem protulit ca. 54.

Item placuit vniuerso concilio, &c.

De sollicitandis clericis alienis ca. 55.

Ianuarius episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctitas vestra &c.

Si qui clerici ab episcopis suis promoti contempserint, nec illic maneat unde recedere noluerunt ca. 56.

Item placuit vt quicumque clerici &c.

De his qui semel legerint in ecclesia, non eos posse promoueri. cap. 57.

Item placuit vt quicumque in ecclesia vel semel legerint &c.

Vt nullus alienum clericum, sollicitare, vel temere presummat, sui episcopi non preueniente consensu ca. 58.

Alienum clericum, inuito episcopo &c.

Leo in epistola. 82. ad Anastasium Tessel. ca. 9. Et 19. q. 2.

Alienum clericum.

Vt in ecclesijs conuiuia minime celebrentur ca. 59.

Vt nulli episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur &c.

Quod nullus ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat ca. 60.

Quod non oporteat sacro ministerio deditos &c.

Laodicen con. ca. 14. Et distinct. 44. Non oportet clericum.

De auaricia ca. 61.

Aurelius episcopus dixit: Auaricia cupiditas, &c.

Quod vsuram non solum clerici exigere non debet, sed nec laici Christiani ca. 62.

Nec hoc quoque prætereundum esse duximus &c.

Leo in epistola. 1. ad vniuersos episcopos per Campaniam, Pisciensem & Tusciam ca. 3. Et 14. p. 4. Nec hoc prætereundum.

De his qui esum carniū in clero, constituti diffugiunt. ca. 63.

Hi qui in clero sunt, si presbyteri & diaconi &c.

De numero certo diaconorum ca. 64.

Diaconi septem debent esse &c.

Neocæsariensis con. ca. 14. Et dist. 93. diaconi septem.

De his qui abominantur eos, qui carnis vescuntur. ca. 65.

Si quis carnes edentem &c.

Gangrensis con. ca. 2. Et dist. 30. Si quis carnes.

De his quæ in vsus pauperum conferuntur ca. 66.

Si quis dederit vel acceperit oblata &c.

De his qui pro virginitate superbiunt ca. 67.

Si quis ex his, qui virginitatem &c.

Gang. con. ca. 10. Et dist. 30. Si quis propter deum.

De his, qui, dominico die ieiunant tanquam nihil præteris differente ca. 68.

Si quis propter continentiam &c.

Gang. con. ca. 18. Et dist. 30. Si quis tanquam hoc.

De his qui ecclesiastica ieiunia absque necessitate dissolunt ca. 69.

Si quis eorum, qui incontinentiæ student &c.

Gang. con. ca. 19. Dist. 30. Si quis eorum qui in.

De

*De his qui se à perceptione sacrae communionis auertunt ca.70.*  
**Antio. co. 2.** Omnes qui ingrediuntur ecclesiam Dei &c.  
*De his qui ab alia parochia prater conscientiam episcopo- rum suorum, in aliis commorantur ca.71.*  
 Si quis presbyter aut diaconus &c.  
*Antioch. con. ca. 3. 7. q. 1. Si quis presbyter vel dia. De clericis & laicis excommunicatis ca.72.*  
 Si quis à proprio episcopo communionem &c.  
*Antioch. con. ca. 6. 11. q. 3. Si quis à proprio episcopo. Et in de- cret. Iuo. lib. 5.*  
*De episcopis & clericis aduentibus imperatorem ca. 73.*  
 Si quis episcopus aut presbyter.  
*Antioch. conc. ca. 11. 23. q. 8. Si quis episcopus aut presbyter vel omnis.*  
*De damnatis episcopis, aut clericis aduentibus imperato- rem ca.74.*  
 Si quis à proprio episcopo presbyter &c.  
*Antioch. con. ca. 12. 11. q. 5. Si quis à proprio episcopo. Vt hi qui sacrario seruiunt, usuras non exigant ca.75.*  
**Laod. con. ca. 35.** Quod non oporteat sacerdotes &c.  
*Laodic. con. ca. 5. dist. 46. Non licet facerari. De his qui debeant in ambone, id est, in pulpito psallere ca.76.*  
 Quod non oporteat amplius &c.  
*De honore quem presbyteris diaconi, & diaconis hi, qui ip- sis sunt inferiores, debeant exhibere ca.77.*  
 Quod non oporteat diaconum coram &c.  
*Laod. con. ca. 20. Dist. 93. Non oportet. Quod subdiaconi non debeant benedicere, vel benedicta tri- buere ca.78.*  
 Quod non oporteat subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.  
*Laod. con. ca. 25. d. 93. Non oportet subdiaconos. De exorcistis, qui non sunt ab episcopis ordinati ca.79.*  
 Quod hi qui non sunt ab episcopis ordinati &c.  
*Laod. con. ca. 26. d. 69. Non oportet exor. In ecclesia prandia fieri non debere ca.80.*  
 Quod non oporteat in domiciliis diuinis &c.  
*Laod. con. ca. 28. d. 42. Non oportet in basilicis. Quod prater episcopum clericis proficisci non debeat ca.81.*  
**Ibi. ca. 42.** Quod non oporteat sacerdotem &c.  
*Vt ad sacrarium mulieres non introeant ca.82.*  
**Ibi. ca. 44.** Quod non oporteat ingredi mulieres aliquas ad al- tare.  
*Non licere clericis publicis spectaculis interesse ca.83.*  
 Quod non oporteat sacerdotes &c.  
*Laod. con. ca. 54. de cons. d. 5. Non oportet ministros. Oblationes in domibus offerri non debere ca.84.*  
 Quod non oporteat in domibus &c.  
*Laod. con. ca. 55. d. 44. Non oportet ministros vel clericos. De clericis & monachis non manentibus in suo proposito ca.85.*  
 Qui semel in clero deputati sunt &c.  
*Laod. con. ca. 58. Chalced. con. ca. 7. 20. q. 3. Eos qui semel. Quod non oporteat clericos, habentes aduersus inuicem ne- gotia proprium episcopum relinquere & ad secularia iudi- cia euocari ca.86.*  
 Si quis clericus aduersus clericum &c.  
*Chalced. con. ca. 9. 11. q. 1. Si clericus aduersus clericum. Quod minime clericos transigrare conueniat ca.87.*  
 Clericos in ecclesia ministrantes &c.  
*Chalced. con. ca. 20. dist. 71. Clericos in singulis. Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi, res ad eum pertinentes, diripere ca.88.*  
**Chal. con. ca. 22.** Non licere clericis, post obitum sui episcopi &c.

*Si quis clericorum pauper promotus in ordine postea ha- buerit aliquid ecclesiae potestati subiiciat ca.89.*  
 Item placuit vt episcopi, presbyteri, diaconi vel qui- cunque clerici &c.  
*Vt clerici tabernas non ingrediantur ca.90.*  
 Vt clerici edendi, vel bibendi causa &c.  
*Afric. con. ca. 7. d. 44. Cleri. Et in Carthag. 3. ca. 27. Vt alienus clericus minime suscipiatur ab alio ca.91.*  
 Epigonius episcopus dixit: In multis conciliis hoc statutum est, &c.  
*Vt clericus nec suo, nec alieno nomine sanus exerceat. Ca.92.*  
 Illud etiam duximus promouendum &c.  
*In decret. epistola I. Leonis papa ad episcopos Campaniae, Pi- sceni & Tusciae ca.4.*  
*Vt clerici nullas negotiationes inhonestas aut turpia lucra sectentur ca.93.*  
 Consequenter fuit, vt illa quoque &c.  
*De vita clericorum ca.94.*  
 Petis à me, Nepotiane charissime, &c.  
*Ex epistola Hieronymi ad Nepotianum. De institutione clericorum ca.95.*  
 Obsecro te charissime &c.  
*Ex epistola Hieronymi ad Paulinum presbyterum. De viuendi forma ca.96.*  
 Dico autem, si clericatus titillat &c.  
*Quid distet inter monachum & clericum. ca.97.*  
 Monachum autem perfectum esse &c.  
*Ex epistola Hieronymi ad Heliodorum post ipsius medium. Ca.98. De vita clericorum.*  
 Deprecatus es vt tibi breuiter &c.  
*De clericis ca.99.*  
 Itaque omnes, qui in ecclesiastici &c.  
*Isidorus de officiis lib. 2. ca. 1. De regulis clericorum ca.100.*  
 His igitur lege parum &c.  
*Isido. de offic. lib. 2. ca. 2. De generibus clericorum ca.101.*  
 Duo sunt genera clericorum &c.  
*Isido. de offic. lib. 2. ca. 3. Quales oporteat esse clericos ca.102.*  
 Clericus admonendus est &c.  
*De subiectis bonis sub pastorali regimine ca.103.*  
 Admonendi sunt subditi &c.  
*Gregorius pastorali lib. 2. ca. 5. De subditis ca.104.*  
 Propter peccatum primi hominis &c.  
*Isido. de summo bono lib. 3. ca. 47. De inuidis & proteruis subditis ca.105.*  
 Plerumque subditi sub pastorali regimine &c.  
*Gregorius pastorali lib. 3. ca. 9. Quod secundum sermonem prophetæ, culpa sua pereunt, qui sacerdotum increpationes peruersa voluntate contem- nunt ca.106.*  
 Ad hæc quæ prædicta sunt, ego sic inquam: &c.  
*Prosper de vita actiua & contempl. lib. 1. ca. 22. Cum quo damno anima sua, ab ecclesiis, quæ pauperes pe- scit, accipiunt illi qui de suo sibi sufficiunt ca.107.*  
 Nec illi, qui sua possidentes &c.  
*Qui sint, qui etiam cum prospectu anima sua opibus sub- stententur ecclesiae ca.108.*  
 Itaque sacerdos cui dispensationis cura est &c.  
*Prosper de vita actiua & contempl. iua lib. 2. ca. 17. Quid facere debeant clerici, quorum infirmitas non potest sua contemnere ca.109.*  
 Illi autem qui tam infirmi sunt &c.

12. q. 2. ubi  
 licet de  
 Car. em.  
 ca.  
 Africani  
 con. ca. 21.  
 In epistola  
 decret. I.  
 Gela. 1. p. 6.  
 ca. 17.  
 Ex Hier.  
 ad Rufi.  
 Ex Hier.  
 ad Orca.  
 Ex Greg.  
 papa.  
 Pro

*Prosper de vita actiua & contempl. lib. 2. ca. 13. Quæ sint vera gaudia, vel vera diuitia, & quid impe- dimenti adferant bona presentia amatoribus futurorum. Ca. 110.*  
 Heu quam subtiliter &c.  
*Prosper de vita act. & contemp. lib. 2. ca. 14.*  
 Qualiter intelligatur quod dicit Apostolus: Qui in sacra- rio operantur, quæ de sacrario sunt, edunt. Ca. 111.  
 De talibus dicere videtur Apostolus.  
*De vita & moribus clericorum Ca. 112.*  
 Propter quod volui, & rogavi hesternum die &c.  
*De vita & moribus clericorum Ca. 113.*  
 Charitati vestrae hodie, &c.  
**EX CONCILIO AQVISGRANEN- si sub Ludouico Pio Imperatore. I.**  
 Quæ Præcepta specialiter Monachis Quæ generaliter cæteris conueni- ant Christianis. Cap. 114.  
**P**ropter quorundam simpliciū ver- ba, qui religiosi & eruditus viris se admonentibus, ac redarguentibus plerūque obicere solent, solos mo- nachos scripturam sanctarū præcepta obseruare debere: operæ præ- cium duximus, quædam Euangelica atque Apostoli- ca quam breuissimè ad medium deducere præcep- ta, vt hæc huiuscemodi imperiti homines audientes hisque aurem cordis accommodantes, intelligant, quæ sibi, quæ monachis conueniat obseruare præcepta. Qui enim mente & corpore vult contemnere sæcu- lum, & pauper sequi Christum, audiat ipsum dicen- tem in Euangelio: Si vis perfectus esse, vade: vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & veni, sequere me. Et iterum: Omnis qui reliquerit domum, aut fra- tres, aut patrem aut matrem, aut agros propter me: centuplum accipiet & vitam æternam possidebit. Ad discipulos autem: Vos, inquit, qui reliquistis omnia & sequuti estis me, sedebitis super sedes 12. iudican- tes 12. tribus Israel. Hæc & huiusmodi præceptis so- lis specialiter congruunt monachis: & quanto singu- laria tanto & præcipua. Dicit etiã idem saluator ge- neraliter omnibus. Omnis qui venit ad me & non odit patrem suum, & matrè, & uxorem, & filios, & sorores, adhuc autem & animã suam, non potest me- us discipulus. Et iterum: Qui amat filium suum aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non acci- pit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Et iterum: Qui non renunciauerit omnibus quæ pos- sident non potest me esse discipulus. Et iterum: Om- nia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Et iterum: Attendite ne iustitiam ves- tram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis. Item: Atren- dite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapu- la, & ebrietate, & curis huius vitæ. Item: Dico autè vobis, non resistere malo, sed si quis percusserit te in dextram maxillam tuam præbe illi & alteram. Et, dilige inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt & orate pro persequentibus & calumnian-

tibus vos. Item: Omnis qui irascitur fratri suo reus *Ibidem. e* erit iudicio. Qui dixerit, Racha, reus erit concilio. *Ibidem. e* Qui dixerit, fatue, reus erit gehenne ignis. Item: No- lite iurare neque per cælum neque per terram: sit autem sermo vester, Est est, non non. Item: Omne *Matt. 12. c* verbum otiosum quod locuti fuerint homines red- dent rationem de eo in die iudicij. Item: Estote mi- *Luca. 6. c* sericordes, sicut & pater vester misericors est. Item: Si peccauerit in te frater tuus, dimitte ei septies. Et *Matt. 18. d* non solum septies sed vsque septuagies septies. Item *Ibidem. e.* Si non remiseritis hominibus de cordibus vestris, *Ibid. 6. b* nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata ve- stra. Item: Quærite primum regnum dei, & iustiti- *Ibidem. c* am eius & hæc omnia adicientur vobis. Et cuidam *Matt. 19. e* diuiti: Si vis (inquit) ad vitam ingredi serua mandata *Matt. 15. c* Idem: Non homicidium facies, non adulterabis, nõ furtum facies, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui, Honora Patrem & matrem: Et cuidam legis doctõri interroganti quod *Ibidem. a* esset maximum mandatum in lege, ait: Diliges do- *Mat. 22. d* minum deum tuum ex toto corde tuo & ex tota ani- ma tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est hu- *Rom. 13.* ic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Pau- lus quoque Apostolus ait: Qui diligit proximum, le- gem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, Non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui. Et post pauca: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Item idem: Patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui red- dat, sed semper quod bonum est, sectamini in inui- cem & in omnes. Hæc est enim voluntas dei. Om- nia autem probate, Quod bonum est tenete. Ab om- ni specie mala abstinete vos. Item idem: Mortifi- cate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscen- tiam malam & auaritiam. Item idem: Nunc aurem deponite & vos iram, indignationem, malitiam, Blas- phemiam. Et turpis sermo de ore vestro non procedat. Item idem ipse: Induite vos viscera misericordiae benigni- tatem, humilitatem, modestiam, patientiam, suppor- tantes inuicem. \* Item idem: Si confluxeritis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite. Item idem: Esto- te inuicem benigni, misericordes, donantes inuicè, sicut & deus donauit vobis. Item idem: Omnis ama- ritudò, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphe- mia tollatur à vobis cum omni malicia. Item idem: Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia, non nominetur in vobis, sic vt decet sanctos, aut turpitu- do, aut stultiloquium, aut scurrilitas. Item idem: An- nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt? No- lite errare, deus non irridetur. Quia neque fornica- rij neque Idolis seruientes, neque adulteri neq; mol- les, neque masculorum concubitores, neq; fures, ne- que auari, neque ebriosi neq; maledici, neque rapa- ces regnũ dei possidebunt. Item idè: Omnis fornica- tor, aut immũdus, aut avarus nõ habet hereditatẽ in regno Christi dei. Item idem imitatores mei estote sicut & ego Christi. Item idem Pacem sequimini cũ omnibus & sanctimoniam sine qua nemo videbit de- um. Item idem ad Timoth. Discedat (inquit) omnis ab iniquitate qui nominat nomen domini. Aposto- lus quoque Iohannes ait: Nolite diligere mundum, *1. Ioh. 2. b* neque

\* Nolite  
 mentiri in  
 uicem.  
 Coloss. 3. b  
 Ibidem. a  
 Ephe. 4. g  
 Ibidem. d  
 Ephe. 5. a  
 1. Cor. 6. b  
 Ephes. 5. b  
 1. Cor. 11. a  
 Heb. 12. d  
 2. Tim. 2. c  
 1. Ioh. 2. b

*Ibidem a* neque ea que in mundo sunt. Quia si quis diligit mundum non est charitas patris in eo. Item idem: Qui dicit se in Christo manere, debet, quomodo ille ambulavit, & ipse ambulare. Item idem ipse: Omnis qui odit fratrem suum homicida est, & omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Iacobus apostolus ait: Quicumque voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus dei constituitur. Multa quidem & innumerata legalia, prophetica, & Euangelica atque Apostolica poterant proferri documenta, quibus in fatigabiliter atque inexcusabiliter deuotio famulari debet Christiana, sed propter eos, quos supra memorauimus, hæc pauca breuiter adnumerare studuimus, qui insipienter asserunt solos monachos arctam, scilicet, debere viam, cum utique Dominus arctam & angustam viam dicat esse, quæ ducit ad vitam, & nemo nisi per eam in vitam ingredi possit æternam. Non solum igitur monachis & clericis, verum etiam omnibus qui Christiano censentur vocabulo, per hanc arctam & angustam intrandum est viam. Quid enim arctius, quam id quod præcipitur, Diligite inimicos vestros, Et, nolite resistere malo: &, Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio: &, Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est in corde suo: Et cætera talia. Hæc quippe arctæ, sed saluberrima sunt: & quanto arctiora tanto potiora & eminentiora. Oportet itaque omnes, qui iuxta Apostolum in Christo baptizati sumus, Christumque induimus, in nouitate vitæ ambulare, semperque ante oculos ponere pactum, quod cum Domino in baptisate fecimus, ubi abrenunciauimus Sathanæ, & omnibus pompis eius. Quod pactum tunc irritum fit, cum in fide quis permanendo, vitiiis, aut (a fide exorbitando) Idolorum cultibus aut hæresum erroribus implicatur. Quia ergo (sicut scriptum est) corpore, quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimat terrena in habitatio sensum multa cogitantem, & fragilitas humana post baptismi gratiam peccatorum sordidatur illecebris, eademque peccata baptismatis iteratione nequaquam deleri possunt: necesse est ut penitentia laments, & eleemosinarum largitionibus, & cæteris bonorum operum executionibus quam celerime deleri procurentur. Et quia vnus est pater noster & magister, & dominus, vna fides, vnum baptisma, vna mater sancta ecclesia, instanter & vigilanter ab omnibus certandum est, quanquam diuersorum donorum modis curratur, qualiter vna ad sanctam & supernam Hierusalem matrem nostram tendamus, quo sine fine cum domino viuere mereamur. Illud quoque sciendum, quia quanto quisque se in præsentis seculo pro Christi amore se abiectiorem fecerit, tanto magis in futuro feliciorem remunerationem percipiet.

*Quod canonica institutio euangelica apostolica auctoritate supra ceteris supereminet in institutionibus*

*Ca. 115.*

*Titulus ca. seq.*

**Q**uia euidenti auctoritate liquet, canonicam institutionem præstare cæteris institutionibus: debent, necesse est, qui huius professionis censentur nomine procurare, qualiter in semetipsis eandem institutionem vita & moribus exornent, potius quam dehonestent: quoniam qui tantæ institutionis auctoritate pollent, & se aliis imitabiles præstare debent, verendum est, ne si (quod absit) à proposito exorbitauerint, regno dei indigni fiant. Quanquam enim

canonicis, quia in sacris canonibus, illis prohibitum non legitur, liceat linum induere, carnibus vesci, dare & accipere, proprias res & ecclesiæ cum humilitate & iustitia habere, quod monachis, qui secundum regularem institutionem arctior rem ducunt vitam penitus inhihibitum est: tamen in cauendis vitiiis & amplectendis virtutibus, eorum & monachorum distare non debet vita. Monachi namque, qui Euangelicæ præceptum sequentes, abstractis atque renunciatis patrimoniis, sua Christo dedere, merito de facultatibus ecclesiæ subsidium accipiunt temporale, ut quia tanto mentis desiderio cælestia appetunt, sic in hac peregrinationis via sumptibus dominicis sustententur, quatenus ad ea, quæ contempserunt, minime redire qualibet necessitatis causa compellantur. Et quia nihil sibi proprium reliquerunt, manifestum est, illis copiosioribus ecclesiæ sumptibus, quam canonicis, qui suis & ecclesiæ licite vtuntur rebus, indigere. Vnus quisque enim (ut ait Apostolus) proprium donum habet à deo.

*Quid sint ecclesiæ res*

*Ca. 116.*

**R**es ecclesiæ, sicut à sanctis patribus traditur, & in superioribus capitulis continetur, vota sunt fidelium, precia peccatorum, & patrocinia pauperum. Fideles namque fidei ardore, & Christi amore succensi, ob animarum suarum remedium, & cælestis patriæ desiderium suis propriis facultatibus sanctam locupletem fecerunt ecclesiam, ut his & milites Christi exornarentur, pauperes recrearentur & captiui, per temporum opportunitate redimerentur. Quapropter vigilanti ac solerti cura prouidendum est his, qui eius facultatibus administrant, ne eas in suos solummodo vsus conuertant, sed magis iuxta possibilitatem rerum Christo famulantium, imo eorum in quibus Christus pascitur & vestitur curam gerere penitus non negligant. Sed & sententia B. Hieronymi non solum prælatis, sed etiam cæteris, qui rebus vtuntur ecclesiæ, vigilanter perpendenda est, qui ita in commentario Matt. Euangelistæ ait. Omnes igitur, qui stipendiis templi, & his que conferuntur ad vsus ecclesiæ abutuntur in aliis rebus, quibus suam explet voluntatem, similes sunt scribarum & sacerdotum mendacium, & saluatoris sanguinem. Ergo res ecclesiæ pauperibus & militibus Christi stipendiariæ debent intelligi. Vnde totis nisibus prælatis satagendum est, ut sanctorum Patrum dictis & exemplis obsequentes, de rebus commissis ut premisum est, & subditos gubernent, & pauperes foueant cunctisque vtilitatibus ac necessitatibus ecclesiæ fideliter administrando consulant, quatenus de fidelis administratione ab ipso, cuius ministri esse noscuntur, ineffabiliter remunerari mereantur.

*Quod diligenter munienda sint claustra canonicorum.*

*Ca. 117.*

**P**ræpositorum officij est, ut subditorum mentes, sanctarum scripturarum lectionibus assidue muniat, ne lupus inuisibilis aditum inueniat, qui ouile domini ingredi, & aliquam ouium subripere valeat. Et quanquam ab his hoc instantissime spiritaliter fieri oporteat, necesse est tamen ut claustra, quo clero sibi commissio canonicè viuendum est, firmiter vndique circumdant munitioibus, ut nulli omnino intrandi aut excundi, nisi per portam, pateat aditus.

ditus. Sint etiam interius dormitoria, refectoria, cellaria, & cæteræ habitationes, vltibus fratrum in vna societate viuentiū necessaria. Qui vero hæc, quæ præmissa sunt, iuxta quod possibilitas suppetit, agere renuerit, impar minus idoneus ad cætera ecclesiastica officia peragenda habendus est. Et quanquam diuina vltione sit dignus, synodali tamen sententia est feriendus.

*Vt in congregandis Canonicis modus discretionis sit tenendus. Ca. 118.*

**C**auendum summopere præpositis ecclesiarum est, ut in ecclesiis sibi commissis non plures admittant clericos, quam ratio sinit, & facultas ecclesiæ suppetit, ne si indiscrete & extraordinarie plures aggregauerint, nec ipsos gubernare, nec cæteris ecclesiæ necessitatibus, ut oportet, valeat administrari. Sunt namque nonnulli vanam gloriam ab hominibus captantes, qui numerosam clericorum congregationem volunt habere, cui nec animæ nec corporis curant solatia exhibere: hi namque taliter aggregati, dum à prælatis necessaria stipendia non accipiunt, neque canonicum seruant ordinem, nec diuinis officiis insistant, claustra societatemque cæterorum relinquunt, efficiuntur vagi, & lasciu, gula & ebrietati, & cæteris suis voluptatibus dediti, qui quid sibi libitum est, licitum faciunt. Proinde præpositis solerter prouidendum est, ut in hoc negotio modum discretionis teneant, scilicet, ut nec plures, quam oportet, & possibilitas ecclesiæ suppetit in congregatione admittant: nec eos quos rationabiliter gubernare possint, causa auaritiæ abiciant.

*De his, qui in congregatione sibi commissæ solummodo ex familia ecclesiæ clericos aggregant. Ca. 119.*

**S**unt nonnulli, qui tantum ex familia ecclesiastica clericos sibi commissis congregant ecclesiis. Et hoc ideo facere videntur, ut si quando eis aliquod incommodum fecerint, aut stipendia opportuna subtraxerint, nihil querimoniam contra se obicere præsumant, timentes scilicet, ne aut seuerissimis verbis afficiantur, aut humanæ seruituti denuo crudeliter addicantur. Hoc autem non ideo dicitur ut familia ecclesiæ probabilis vitæ in congregatione non sint admittendi, præsertim cum apud deum non sit personarum acceptio, sed potius ut propter, quam in tulimus, occasionem nullus prælatorum seclusis nobilibus viles tantum in sua congregatione admittant personas.

*Quod clerici in congregatione canonica constituti ecclesiastica accipere debeant stipendia.*

*Ca. 120.*

**Q**uia sanctorum patrum supra notata sententia docent clericos non diuitiarum sectatores esse nec res ecclesiarum in officio se accipere debere: non ab re putauimus nonnulla ex epla libri Prosperi ad medium exempli causa deducere, in quibus ita legitur: Qui ecclesiæ seruiunt, & ea, quibus opus non habent, aut libenter accipiunt, aut exigunt, nimis carnaliter sapiunt. Item ibi: Satis quippe indignum est, si fidelis & operosa deuotio clericorum propter stipendium sæculare præmia sempiterna contemnent. Item ibi: Si propter hoc non vult sua quicquid relinquere, ut habeat unde viuat: ut quid accipit unde rationem reddat? Ut quid peccatis alienis sua multiplicat: His igitur & cæterorum sanctorum pa-

trum dictis diligenter animaduertis, studeant, necesse est, clerici, in accipiendis ecclesiasticis sumptibus suum vitare periculum. Proinde qui & suas, & ecclesiæ habent facultates, & vtilitatem Ecclesiæ aut interius aut exterius conferunt, accipiant in congregatione cibum & potum, & partes eleemosinarum, & his contenti sint, ne plus accipientes pauperes grauari videantur, perpendentes sententiam Prosperi, quæ dicitur: Qui sua possident, & dari sibi aliquid volunt sine grandi peccato suo, unde pauper viuaturus erat, non accipiunt. Hi vero, qui nec suis rebus abundant, nec ecclesiæ habent possessiones, & magnam vtilitatem ecclesiæ conferunt, accipiant in canonica congregatione victum & vestitum & eleemosinarum partes, quia de talibus ita in libro Prosperi scribitur: Clericos, quos voluntas aut natiuitas pauperes fecit, in congregatione viuere, necessaria vitæ accipiant: quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuendi necessitas. Porro si tales fuerint, qui nec suas nec ecclesiæ habere possessiones, horum necessitatibus, prouidentissima gubernatione de facultatibus ecclesiæ debent subuenire prælati attendentes illud Prosperi. \* Qui habet (inquit) aliquid ecclesiæ, cum omnibus nihil habentibus commune debet. Sed & illorum curam nihilominus gerere debent, quos aut infirmitas aut senectus aggrauat, quos etiam constat olim in vtilitatibus ecclesiæ defudasse.

*Vt in congregatione canonica equaliter cibus & potus accipiantur.*

*Ca. 121.*

**S**olet in canonicorum congregationibus irratio-nabiliter atque indiscrete fieri, ut nonnulli clerici qui & diuitiis affluunt, & aut parum aut nihil vtilitatis ecclesiæ conferunt, maiorem cæteris diuinum strenue peragentibus officium, annonam accipere, cum hoc ita fieri debere, nusquam, nec in auctoritate scripturarum nec in traditionibus sanctorum Patrum, possit quoquo modo sancitum reperiri. Sed quia huiusmodi factum nulla auctoritate fulcitur, sed magis gula, imo auaritiæ causa constat esse inolitum, restat, ut falce iustitiæ refecetur, & equitatis censura ab eisdem locis, in quibus fit prorsus abdicetur. Et nempe rationale iustumque coram Deo & hominibus, ut in vnaquaque canonica congregatione à minimo vsque ad maximum, cibum & potum omnes æqualiter accipiant, hi etiam videlicet, qui propter aliquam vtilitatem, in numero canonicorum fuerint admisi. Quanquam plerique subditorum à prælatis rebus quibuslibet aliis plus cæteris merito soleant honorari, in hac tamen societate, seclusa personarum acceptione, vna debet cibi & potus æqualitas esse.

*De mensura cibi & potus.*

*Ca. 122.*

**I**llud congruentissime & rationabiliter tenendum esse censuimus, ut in singulis locis, in quibus socialiter canonicè domino militatur, panem & pulmentum, & eleemosinarum partes æqualiter canonici accipiant.

Et quanquam decentissimum foret, ut similiter æque potum acciperent, non tamen id æqualiter in omnibus locis, nec ecclesiarum diuersissimæ facultates, nec terrarum qualitates nec euentuum sinunt fieri posse varietates. Vnde necessarium duximus, ut in hoc negotio modum discretionis



tenendū describere mus. Quapropter communi vo-  
to, communique consensu sacro conuentui statuere  
placuit, vt omnibus locis, maioribus scilicet, & mi-  
noribus, accipiant singuli canonici per singulos di-  
es 4. libras panis. In locis vero, vbi maiores faculta-  
tes sūt ecclesie, verbi gratia, tria, aut quatuor, aut cer-  
te octo, & eo amplius millia mansi, si eadē regio vi-  
ni ferax fuerit, accipiant per singulos dies 5. libras vi-  
ni, si tamen sterilitas impedimento non fuerit tēporis.  
Si vero vinifera plene non fuerit, tres libras vini  
& tres ceruicia, & si penitus vinifera non fuerit, ac-  
cipiant libram vini & 5. libras ceruicia. In mediocri-  
bus enim locis, mille aut mille quingentos, vel certē  
duo millia mansos habentibus, si regio (vt pramissū  
est) vinifera fuerit 4. libras vini. Et si plene vini fe-  
rax non fuerit, duas libras vini & tres potus ex diuer-  
sis materiis confecti. Quod si etiam vinifera minime  
fuerit quatuor libras memorati potus, & libram vi-  
ni accipiant. Porro in minoribus locis ducentos, aut  
trecentos mansos habentibus accipiant duas libras vi-  
ni. Quod & si eadem regio (vt iam dictum est) vineis  
caruerit, tribuantur eis tres libræ ceruicia, & si fa-  
cultas suppetit, libra vini. Licet in nonnullis prouin-  
ciis copia desit vini, satagendum est tamen prælatis,  
vt ex circumiacentibus viniferis prouinciis vinū ha-  
beant. Quoniam quanquam in plerisque regionibus  
vinea non sunt, abundat tamen Sancta Dei Ecclesia  
Domino attribuentē, aliarum rerum copiis, è quib⁹  
industria prælatorum ex aliis prouinciis vinum ad-  
pisci, sibi que & subditis iuxta facultatem conferre  
possunt. In locis igitur vbi permodicę sunt res eccle-  
sia, aut forte quorundam abstracta valde attenuatę  
pauci numero, magni tamen constituentur officio,  
quibus saltem pramissa minor mensura sine difficul-  
tate dari possit. Diebus vero festis, sicut moris est Ec-  
clesie, iuxta quod melius prælatis possunt, fratribus  
cibum, potumque ministrent. In his itaque locis vbi  
forte nonnulli prælatis, piorum prælatorum imitan-  
tes exemplum, magis subditis dare soliti sunt: nulla-  
tenus, bonum, quod faciunt, omittant: sed, & sicut ob  
æternam retributionem magis subditis supereroga-  
re libuerit, hilariter, quod poterit, tribuat. Sin autem  
nullatenus mensuram prædictam, absque ineuirabi-  
li causa eius subtrahat. Quando igitur tempus steri-  
litas vini extiterit, sicut crebro peccatis præpedi-  
tibus euenire solet, & prælatis: quantum debent, dare  
vinum, canonicis nequiverint, id quod dederint, sic  
discretē temperate distribuunt, vt omnes commu-  
niter contententur. Non autem id murmurantes, sed  
magis gratiarum actione, quod dari potest, acci-  
pant, & socialiter in sancto proposito perseuerent.  
Idcirco prospicere sibi debent canonici, vt vinum  
aut quemlibet alium potum, in Eleemosina datum,  
in communi recondant cellario, quatenus imminē-  
te huiusmodi sterilitatis tempore, suis eo suffragen-  
tur communiter necessitatibus. Non tamen eis pro-  
pter hoc à prælatis potus debitus penitus subtraha-  
tur, si est, vnde detur. Qui vero & suis, & Ecclesie ab-  
undant rebus, instate sterilitatis tempore, eis, quos  
pauperes pascit Ecclesie suis facultatibus, cum cha-  
ritate, & humilitate suffragari procurent, vt iuxta A-  
postolum, frater fratrem adiuuet, & ambo conso-  
lentur. Non tamen ob id se superbiendo extollant,  
quia (sicut in lib. Proserpi legitur) non se debent hu-  
iusmodi inani iactantia præferre iis, quos nihil ha-  
bentes pascit ac vestit Ecclesia. Illud interea semper

caueant prælatis, ne id, quod dare debent, aut possunt  
qualibet dissimulatione aut tenacitate subditis sub-  
trahant, ne paupertatis occasione compulsi, per diuer-  
sa vagari, aut turpibus se implicare negotiis cogantur  
& relicto ecclesiastico officio incipiant indisci-  
plinatē viuere, & propriis voluptatibus deseruire.  
Et prælatis, qui eis necessaria largiendo à Domino re-  
munerari poterant, districte & seuerē iudicentur.  
Dent quippe eis pulmentum, iuxta quod vires suppe-  
runt, & loca eis congrua attribuant, in quibus nutri-  
mina fiant, vnde necessaria pulmenta habeant, excep-  
tis his, quæ de ecclesie villis vel oblationibus fideli-  
um accipiunt. Habeant itaque iidem Canonici hor-  
tos olerum, vnde cum ceteris additamentis aliquod  
pulmentum, quotidie in refectorio sibi vicissim mi-  
nistrent. Propter diuersitates namque & inæqualita-  
tes mensurarum, quæ apud plerisque non \* a quæ se  
cundum Domini legem, sed secundum vniuscuius-  
que prouinciæ vsum habentur, mensuram cibi & po-  
tus ponderis ratione canonicis dandam esse censui-  
mus. Et hoc ideo, quia cum huiusmodi mensuræ di-  
uersissimæ & inæquales soleant haberi, publicum  
tamen pondus prouinciis ciuitatibus metallisque in-  
ditum, nihil diuersitatis, aut inæqualitatis pati debet  
quatenus sicut idem pondus æquum permanet, ita  
etiam eadem mensura eque illis tribuatur. Nouerint  
tamen generaliter omnes, libram non amplius, quā  
duodecim vnciis constare debere.

Quod à prælatis gemina passio sit subditis impendenda.  
Ca. 123.

Solenter prælatis satagendum est, vt eos, quibus  
spræsum, verbis & exemplis ad bene viuendum:  
fixoque corde tenendum, ne eos quasi proprios  
sed vt Domini sui gregem, tractare meminerint, iux-  
ta illud, quod Petro dicitur. Si diligis me, pascue oues  
meas. Meas (inquit) non ruas. Et hoc ideo dicimus,  
quia sunt nonnulli, qui oues Christi, nō amore Chri-  
sti, sed suæ vel gloriæ, vel dominationis, vel quæstus  
gratia pascunt. Sed & hoc diligenter pendere de-  
bet, quod eadem passio gregis dominici non vnifor-  
mi, sed multimoda est sollicitudine gerenda: scilicet  
quia & terrena subsidia diligenter illis præbere, &  
exempla virtutis simul cum verbo prædicationis de-  
bent sollicitè impendere. Quapropter studeat vnus  
quisque prælatus, vt familiæ Christi annonam spiri-  
tualem, carnalemque fideliter subministret, vt effici  
mereatur ille Euangelicus seruus, de quo dicitur: fi-  
delis seruus & prudens, quem constituit dominus su-  
per familiam suam, vt det illis in tempore tritici mē-  
suram. Ergo sicut subditi necessaria corporis tribu-  
unt, ita nihilominus studere debent, vt iidem religio-  
sissime ordinem canonicum seruent, & prælatis su-  
is, ac magistris honorem debitum humiliter impen-  
dant: vt horis canonicis diuinum officium deuotif-  
simè expleant, intus forisque non solum habitu & a-  
ctu, sed etiam ipso incessu ir reprehensibiles existant:  
vt nō otio vacent, nō vaniloquio inseruiant, nō detrac-  
tionib⁹ & ceteris vitiorū illecebris incubant, sed po-  
tius aut orationi, aut lectioni, aut quibuslibet Ecclē-  
officiis, se occupent: vt quotidie ad collationē veniant,  
vbi & hanc institutionē, & aliarum scripturarum san-  
ctarum lectiones perlegant, & pro admissis veniam  
postulent, & sententiā pro qualitate admissi suscipiant,  
vbi etiā de communi profectu, & vtilitate Ecclesie  
pertractent, & omnes in dormitorio, nisi quem in-  
firmas aut senectus id facere prohibuerit, dormiant.  
Item

Item in refectorio quotidie vna reficiantur, nisi for-  
te quem necessitas abesse compulerit, & hoc non si-  
ne licentia magistri fiat. Illis quoque comedenti-  
bus & silentium religiose tenentibus, continua-  
tim legatur lectio, & ab eis intentissime audiatur,  
& vicissim in refectorio, & cæteris communi-  
bus necessitatibus sibi fraternitatis officio seruiant,  
& nullus foras, nisi per licentiam, egrediat. E-  
gressus quoque nullum de se detractioni locum det  
sed magis imitabilem se cunctis exhibeat. Hanc igitur  
geminam passionem prælatis sibi commissis ouibus  
impendere instanter procurent, vt pote pro ani-  
mabus eorum, Domino rationem reddituri, quate-  
nus eas pastori omnium Christo, videlicet summo  
pontifici, secum in tremendi examinis die illas præ-  
sentantes, non cum reprobis, & diuina vltione feri-  
endis damnentur, sed potius cum electis pastoribus  
perpetua felicitate à Domino remunerentur.

vt Canonici sicut in cæteris, ita etiam in cultu vestium mo-  
dum teneant discretionis. Ca. 124.

Quætere potius deum cultu cordis, quam cor-  
poris euidentibus scripturæ sanctæ pater iudiciis.  
Proinde canonicis totis viribus elaboran-  
dum est, vt & indumenta virtutum habeant interius  
& per immoderatum cultum caueant dehonestare  
religionis dignitatem exterius. Quantum etiam à su-  
perfluo & immoderato cultu vestium se compesce-  
re debeant, multis sanctorum Patrum documentis  
perdoceri potest. Dicit enim B. Hieronymus in epi-  
stola ad Eustachium: Sunt quidam mei ordinis, qui  
bus omnis cura est de vestibus, si bene oleant, si pes  
laxa pelle non folleat, crines calamistræ vestigio ro-  
tantur, digiti de annulis radiant, & ne plantas humi-  
dior via spargat, vix imprimunt summa vestigia. Ta-  
les (inquit) cū videris, sponso magis existimato, quā  
clericos. Et B. Gregorius: Nemo (inquit) existimet  
in fluxu atque studio vestium peccatum deesse, quia  
si hoc culpa non esset, nullo modo Iohannem Do-  
minus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si cult⁹  
vestium culpa non esset, nequaquam Petrus Aposto-  
lus per epistolam scæminas à preciosarum vestium ap-  
petitu compesceret, dicens: Non in veste preciosa.  
Pensandum nobis summopere est de cultu vestium,  
quæ culpam, hoc etiā viros appetere, à quo curauit  
pastor Ecclesie, & scæminas prohibere. Quapropter  
oportet canonicos sanctarū scripturarū autoritate  
parere, sanctorumque Patrum documenta vigilanter  
pendere, vt humilitatem, quam corde gestant a-  
ctu, habitu, incessu, ipsa etiam equitatione religiosif-  
simè demonstrant, plusque velint sancta cōuersatione,  
eximisque moribus, quam ornatu vestium fulge-  
re. Si enim more coniugatorum in se ornandis nito-  
te vestium, phaleris equorum, cæterisque humanæ  
vanitatis rebus abusi, fuerint, scilicet vt se similibus  
vti debere contendant, in quo eorum cōuersatio à  
laicorum distare videbitur? Decet porro talis sit  
vester cultus, qui occasione vanitatis careat, & nihil  
nouitatis, nil superfluitatis redoleat nihilque repre-  
hensionis aut detractionis habeat.

Non enim specialiter præsumi debet ab aliquo, quod  
non generaliter teneatur ab omnibus, id est, nec pl⁹  
iusto cultior vestis, nec insolita aut deformis: quia i  
vtrouque illorum aut electionis, aut certe simulatio-  
nis noxa patefecit. Inter vtrumque enim virt⁹ discre-  
tionis moderatissimè tenenda est. Quæ plenissimè  
in vita B. Augustini in laudem illius prolata ita legi-

tur: Vestis eius & calceamenta, vel lectualia, ex mo-  
derato & contempri habitu erant, nec nitidi nimitū,  
nec abiecta plurimum, quibus plerique vel iactare se  
insolenter homines solent, vel abiicere, ex vtroque  
nō quæ Iesu Chri. sed quæ sua sunt, quærētes. At iste  
(vt dixi) medium tenebat, neque ad dexteram, ne-  
que ad sinistram declinans.

vt Canonici cucullas monachorum non induant Ca. 125.  
Reprehensibilem & ecclesiastica emendatione  
dignū, apud plerisque canonicos inoleuisse cō-  
perimus vsum, eo quod contra morem ecclesia-  
sticum cucullas, quibus solis monachis vtendum est  
induant, cum vtrique illorum habitum penitus vsur-  
pare non debeant, à quorum proposito quodammo-  
do distant: quia sicut & indecens est, vt arma milita-  
ria more laicorum gestent: ita nimirum inhonestum  
est & valde indecorum, vt alterius propositi indumē-  
ta sibi imponant. Habitus namque singulorum ordi-  
num idcirco in Ecclesia ab inuicem discreti sunt, vt  
his visis, cuius propositi sit gestans, vel in qua profes-  
sione domino militet, liquido cognoscatur. Nam &  
Domini lege vir muliebrem, & mulier virilem pro-  
hibetur induere vestem, scilicet, vt vterq; sexus sibi  
conuenienti veste incedat. Sicut enim turpe est virū  
vestem muliebrem, & mulierem vestem virilem in-  
duere: ita valde indecorum est canonicum vestē mo-  
nachicam induere, nisi tamen cum veste etiam pro-  
positum voluerit assumere. Et quia huiusmodi vsum  
nulla autoritate approbatur, sed potius ab his, qui  
sanum sapiunt, merito reprehenditur & repudiatur  
oportet, vt, abhinc ne fiat penitus inhibendum sit.

Qua autoritate hora canonice celebrentur, quas scire ac re-  
ligiose obseruare canonicos oportet. Ex Isidoro Ca. 126.

Oram tertiam & sextam & nonā, Daniel &  
Htres pueri supplicationibus deuouerunt, scili-  
cet vt ab ortu diei in tēpus supplicationistres  
horæ porrectæ, Trinitatis nobis reuerentiam decla-  
rarēt, pariter à tertia ad sextam, atque inde ad nonā  
per paria lucis interualla ratis dimensionibus termi-  
nata, Trinitas ter die rogata, id est, deprecata, colere-  
tur. Illud etiā occurrit ad probationem venerabilis  
trinitatis, quod spiritus sanct⁹ hora tertia, hoc est, suo  
loco, & numero, & tempore descendit ad terras im-  
pleturus gratiam, quam Christus promisit. Nam &  
sexta hora Christus passus, in nonam patibuli crucia-  
menta porrexit. Tali enim sacramento legitimis ad-  
preem temporibus, per ternas horas Trinitatis pe-  
fectio aut laudatur celebritatibus, aut precibus impe-  
tratur: & si copuletur diurna celebritas, per quater-  
narium vsque in vespertinum officium hoc est, qua-  
ternis significatur: quia mundus quadrifario diuisus  
in Trinitate saluatur. Siquidem & in nocte stationes  
& vigiliæ militares, in quatuor partes diuisa, ternis  
horarum spatiis secernuntur, vt & in ipsis nocturnis  
mundialibusque officiis, Trinitatis mysterium vene-  
retur.

De vespertinis Ca. 127. Ex  
Isidoro.

Vespertinum diurni finis officium, diurnæ  
& alternæ lucis occasus est, cuius ex veteri te-  
stamento solēnis celebratio est. Deniq; hoc tē-  
pore veterū sacrificia offerri, adoleriq; altario aroma-  
ta & thura, mos erat. Testis hymnic⁹ ille, regio ac  
sacerdotali pfunctus officio, dicens: Dirigatur oratio  
mea sicut incensū in conspectu tuo, eleuatio manuū  
mearū sacrificiū vespertinū. In nouo quoq; testamēto  
Oo 3 co tē.

Rom. 15. 8

Chim epi-  
st. in istis  
et Audi  
fili

1 Pet. 3. 4  
1 Tim. 2. 2  
1 Tim. 2. 2  
1 Tim. 2. 2

Mat. 24.  
Luc. 11.

Isid. de. of.  
li. 1. ca. 19.  
Dan 6. d

Acto. 2. 6

Isid. de. of.  
li. 1. ca. 20

Exo. 29. 8

Psal. 140.

eo tempore Dominus & saluator noster, cœnantibus apostolis mysterium sui corporis & sanguinis initio tradidit, ut tempus ipsum sacrificij vesperum ostenderet sæculi. Proinde in honore ac memoria tantorum sacramentorum, his temporibus adesse nos decet Dei conspectibus, & personare in eius cultibus orationum nostrarum illi sacrificium offerentes, atque in eius laudibus pariter exultantes. Vesperum autem nominatur à sydere, quod vesper vocatur, & decidente sole exoritur. De quo Propheta dicit: & vesperum super filios hominum conlurgere facit.

*De completorio. Ex Isidoro. Ca. 128.*

**D**E completis autem celebrandis, id etiam in patrum inuenitur exemplis, David propheta dicit: Si ascendero in lectum strati mei, si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitacionem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Quis non stupeat tantam in Dei amore animi deuotionem, ut somnum sibi, sine quo vtiq; corpora humana deficiunt, penitus interdixerit, donec locum ac templum Domino fabricandum in peccatore suo rex & propheta reperiret? Quæ res nos habet fortiter admonere, ut si ipsi locus Domini esse volumus, & tabernaculum eius aut templum cupimus haberi: in quantum possumus exempla sanctorum imitemur, ne de nobis dicatur, quod legitur: Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

*De matutinis Ca. 129.*

**D**E matutarum antiquitate & autoritate, testis est idem David propheta, dicens: In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Et alibi: præuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua. Cæsarianus autem dicit: matutarum solemnitatibus officio nouo adhuc tempore instituto, primitus in Bethleem monasterio, ubi dominus noster Iesus Christus pro redemptione salutis ex virgine nasci dignatus est, sicque ex illa per vniuersum mundum eiusdem celebrationis inualuit consuetudo. Diluculo autem proinde oratur, quod resurrectio Christi celebretur, matutina autem luce radiante, Dominus & saluator noster ab inferis resurrexit, quando cœpit oriri fidelibus lux, quæ moriente Christo occiderat peccatoribus. Siquidem & eo tempore cunctis spes futuræ resurrectionis creditur, cum iusti & omnes ab hac temporaria morte, quasi à somno somni resurgentes, euigilabunt.

*De vigiliarum antiquitate. Ca. 130.*

**A**ntiqua & est vigiliarum deuotio, familiare bonum omnibus sanctis. Esaias denique propheta exclamat ad dominum, dicens. De nocte vigilat spiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua sunt super terram. Item David & regio & propheta sanctificatus vnguento ita canit: media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitię tuę. Hoc nanque tempore uisitor angelus transiens, primogenita Ægyptiorum percussit. Vnde & nos vigilare oportet ne periculo Ægyptiorum admisceamur. Iisdem etiam horis venturum se esse, in Euangelio saluator afferuit, vnde & ad vigilandum auditores suos exultans, dicit: Beati serui illi, quos, cum venerit, dominus inuenerit vigilantes. Et si vespertina (inquit) hora venerit, & si media nocte, & si in galli cantu, & inuenerit eos vigilantes beati sunt serui illi. Itaque & vos estote parati, quia nescitis qua

hora filius hominis venturus est. Siquidem nec verbis solum docuit vigilias, sed etiam confirmavit exempla. Nam testatur Euangelium, quia erat Iesus pernoctans in oratione Dei. Paulus quoque & Silas in custodia publica circa medium noctis orantes, hymnum, audientibus cunctis, vincti dixisse memorantur: ubi repente terræ motu facta, & concussis carceris fundamentis, & ianua sponte aperta, & omnium vincula sunt soluta. Vnde oportet his horis psallendi orandique frequentiam nos in sanctis habere officiis, sinemque nostrum, vel si aduenerit sub tali actu, expectare securi. Est autem quoddam genus hereticorum, superfluas existimantium sacras vigilias, & spiritali opere infructuosas, dicentes iure temerari diuino, qui nocte fecit ad requiem, sicut die ad laborem. Qui hæretici græco sermone, Nyctazontes, hoc est somniculosi vocantur.

*Ut horas canonicas Canonici religiose obseruent*

*Ca. 131.*

**S**tudeant summo opere Canonici prædictas horas vigilantissima cura custodire, & in his diuinum officium humiliter ac deuote persolvere. Mox enim, ut datum fuerit signum, festinato omnes ad ecclesiam conueniant. Quam non pompaticè, aut inhonestè, vel incompositè, sed cum reuerentiâ, & Dei timore ingrediantur. Nec cum baculis in choro exceptis debilibus: sed religiosissime illis standum, & psallendum est. Sunt etenim quidam clericorum, qui in sæcularibus negotiis & disceptationibus pene totum infatigabiliter deducunt diem, & mox in ecclesiam ad diuinum officium peragendum intrauerint, ita fatigari videntur, ut nec orationi vacare, nec ad psallendum stare queant: sed potius sedentes non diuinis sed vanis solent instare loquelis, & sæcularia verba, & (quod dictu nefas est) turpia, & obscœna inuicè proferunt. Oportet namq; ut ab his, qui id faciunt, & ab illis qui eos forte imitari volunt, iste execrabilis vsus radicitus euellatur, quia secundum Domini sententiam, Domus eius, domus orationis vocanda est. Omnes igitur ab otiosis sermocinationibus auditum pariter castigent, & linguam: in Ecclesia cum timore & ueneratione stantes, aut orent, aut cantent, aut audiant. Verba igitur turpia ac liuida & sæcularia, nec ipsi proferant, nec alios proferre sinant: quinimo laudes deo in commune persoluentes, pro suis, populorumque, quorum oblationibus viuunt, delictis Dominum exorent. Debent quoque iuxta Apostolum, primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones ab omnibus, hominibus, pro regibus & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, ut quietam ac tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim (inquit Apostolus) est, & acceptum coram saluatore nostro Deo. Caueant etiam ne pro requie sibi in locis diuino cultui mancipatis concessa, otio torpeant: sed magis in persoluendis diuinis laudibus promptiores ad deuotiones existant, ut per hæc quietem bene operantes, ad eam, quæ sine caret peruenire valeant. Qui vero has horas frequentare, & in his (ut dignum est) cœleste neglexerit officium persolvere, digna inuentione corripiatur, ut & ipse emendetur, & cæteri timorem habentes huiusmodi negligentiam caueant. Sed quoniam aliud est ex toto amittere, aliud pigre occurrere, qui segniter aut tarde ad matutinum, aut aliud quodlibet diuinum obsequium peragendum occurrerit, dignum est, ut non

non cum in aliis in choro, sed omnium vltimus (ut certe erubescere discat) in loco huiusmodi negligentiis à prælati constituto, stet: foris vero nullatenus remanere præsumat, nec otio & fabulis vacet, & à Dei laudibus penitus alienus existat. Custodes præterea ecclesiæ, harum horarum distinctiones benorint, ut scilicet signa certis temporibus pulsent. Luminaria vero cum omni diligentia concinnanda provideant, sitque eorum studij, ut nihil de sibi commissis rebus ecclesiæ pereat.

*Quod cantantibus & psallentibus domino, angelorum ad sint præsidia.*

*Ca. 132.*

**P**sallentium in ecclesia domino mens, concordare debet cum voce, ut impleatur illud Apostoli: psallam spiritu psallam & mente: quoniam quauis ubiq; dominum per potentiam presentiam & essentiam diuinitatis noverimus esse, præcipue tamen eum, cum diuino assistimus per gratiam nobis credimus adesse. De qua re venerabilis Beda presbyter in expositione Euangelij Luca, ita dicit: Non latet, angelos crebro electis inuisibili adesse presentia, ut eos vel ab hostis callidi defendant insidiis, vel maiori cœlestis desiderij gratia sustollant, Apostolo attestante, qui ait: Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatè capient salutis? Maxime tamè angelici nobis spiritus adesse credendi sunt cum diuinis specialiter mancipamur obsequiis, id est cum ecclesiam ingressi, vel lectionibus sacris autem accommodamus, vel psalmodiæ operam damus, vel orationi incumbimus, vel etiam missarum solemnia celebramus. Vnde ait Propheta: In conspectu angelorum psallam tibi. Nec dubitari licet, ubi corporis & sanguinis dominici geruntur mysteria, supernorum ciuium adesse conuentus. Vnde studendum solerter est, ut cum ecclesiam, vel ad diuinam laudis debita soluenda vel ad agenda missarum solemnia, intramus, semper angelicæ presentiam memores, cum timore, & ueneratione competenti cœleste compleamur officium & ne si (quod absit) id negligenter, aut inhonestè, vel tepidè expleuerimus, & ad persiciendum pigri aduenerimus in sententiam, qua dicitur, Maledictus homo, qui opus Dei fecerit negligenter, miserabiliter labamur. Ergo solerti industria nobis obseruandam est, ne quid in Ecclesia Dei ineptum, ne quid peruersum, ne quid indecens, aut cogitatione, aut actibus, aut verbis peptremus, quatenus & conspectu Domini digni efficiamur, & Dominus ad nos veniens, non quod condemnet in nobis, sed potius, quod remuneret, inueniat.

*Quales ad legendum & cantandum in ecclesia constituti sunt*

*Ca. 133.*

**T**ales ad legendum, cantandum & psallendum in ecclesia, qui non superbe, sed humiliter debitas Domino laudes persoluant: & suauitate lectionis, ac melodiæ & doctos permulceant & minus doctos erudiant, plusque velint in lectione vel cantu populi edificationem, quam popularem vanissimam adulationem. Qui vero hæc doctè peragere nequeunt, erudiantur prius à magistris, & instructi hæc adimplere studeant, ut audientes edificent.

*Qui sit modus correptionis.*

*Ca. 134.*

**Q**uanquam contemptores canonicarum institutionum, episcopali præcipue iudicio plectendi sunt, qua pœna (ut ait B. Augustinus) in Ec-

clesia nulla maior esse potest: demonstrandum tamè est, qualem cæteri prælati, qui illis dignitate inferiores esse noscuntur, in locis sibi commissis, ubi canonicè viuunt, erga subiectos quosque delinquentes, & ea quæ propriè ad eorum propositum pertinent, obseruare nolentes, adhibere debeant correptionis modum. Sed quia omnis ætas, vel vnus cuiusque intelligentiæ capacitas, proprias debet habere mensuras, & iuxta modum culparum, mensura extendenda est correptionis: Et hæc omnia iure pendunt in prælatorum iudicio, quo & discretissimè temperanda sunt, necesse est, ut iidem prælati, circa delinquentes medici peritissimi imitentur factum scilicet, ut adhibita magnæ discretionis cura, quod cuique congruat, quodue conueniat, adhibeant. Hoc summo pe-re perpendentes, ut iuxta quantitatem vulnere, exhibeant fomenta curationum, quatenus nec alteri subtrahant, quod iuuat. Omisissis igitur his, quorum ætati delinquenti parcendum non est, sed potius (iuxta Salomonem) eorum latera, ne induriscant, virgis assidue tundenda sunt: qualiter erga cæteros delinquentes, iuxta auctoritatem diuinam & sanctorum Patrum exempla traditionesque id fieri oporteat, strictim breuiterque ostendatur. Si quis frater in congregatione canonica constitutus, horas canonicas frequentare neglexerit, ecclesiamque non religiose, sed pompaticè vel incompositè intrauerit, & opus dei negligenter executus fuerit, ad collationem venire distulerit, obedientiam à magistris sibi iniunctam agere recusauerit, in legendo vel cantando, vel in cæteris Ecclesiasticis disciplinis iuxta vires studij non exhibuerit: ad missam non necessitate, sed vitio tardè occurrerit: è claustris sine licentia exierit: per licentiam vero egressus, extra constitutum siue placitum moras fecerit: in plateas ire, aut in biuiis residere tentauerit: in dormitorio aliquid indecens aut inhonestum verbis, aut actibus perpetraverit: aliquid nisi in dormitorio cum cæteris absque causa in euitabili dormire præsumpserit: fratribus charitatis officio obedienter seruire neglexerit: discordiam, quam (dicente scriptura) Dei anima detestatur, inter fratres seminauerit, & huic institutioni contumax, aut superbus, aut murmurans, seu in aliquo contrariis extiterit, cæteraque huiusmodi agere tentauerit: hic primo secundum Domini præceptum non solùm semel, aut secundo, aut tertio, quinimo crebrius admonetur: Et si his admonitionibus non cesserit, publica obiurgatione corripiatur. Quod si & his renisus fuerit, cæteris sibi alimentis interdictis, pane tantum, vsque ad dignam satisfactionem, utatur, & aqua. Si verò nec sic se correxerit separetur à mensa, & à societate fratrum in choro psallentium remoueat, & seorsum in loco, huiusmodi negligenter à prælati constituto, stare cogatur, ut saltem rubore sequestrationis emendetur.

Deinde si his modis correptus, incorrigibilis extiterit, & ætas permiserit, quia (iuxta Salomonem) stultus verbis non corrigitur, congrua ei verberum adhibeatur castigatio, quibus utpote filius verberetur: quatenus (secundum B. Gregorij sententiam) qui iubentis verba non audiunt, verberibus admonentur: ut ad bona desideria pœnæ trahant, quos pœnia non inuitant.

Cæterum si talis fuerit, quem aut ætas, aut qualitas personæ verberari non fuerit publica obiurgatione, & ieiuniorum continua afflictione, & sequestrationis

rubore huiusmodi corripiatur, vsque dū digna pœnitentiæ satisfactione veniam consequatur. Si vero uterque, & qui flagellatur, & quæ flagellari ætas, aut qualitas personæ prohibent, adhuc incorrigibiles extiterint, sit locus intra claustra canonicorum, sicut multis in locis noscitur esse, quod ad tempus retrudatur & secundum modum culpæ castigetur: vt iuxta Apostolum, traditi Sathanæ in interitum carnis, spiritus saluus sit in die domini. *Quod si etiam tot saluberrimis admonitionibus, & castigationibus necdū paruerint: fiat eis ab omni congregatione cōmunis oratio, vt à domino sanentur. Postremo si inemendabiles & incorrigibiles apparuerint, ne per plures eorum dira serpent contagia, necesse est vt à cæterorū societate (vt pote oues morbidæ) secreti, ante præsentiam deducantur episcopi, vt ab eo canonica auctoritate publicè damnentur. Si vero quis in collegio canonicorū culpam criminalem admiserit, huic nulla est danda dilatio, quin aut sponte pœnitentiam pro admisso crimine gerat, aut si id agere resultauerit, coram episcopo deducatur, vt ab eo publica mulctetur pœnitētia. Meminisse enim oportet rectores, quia columba est in diuinis scripturis ecclesia appellata, quæ non vnguibus lacerat, sed alis piè percutit. Vnde etiam illis summoperè obseruandum est, vt (si cut præmissum est iuxta modum culparum, & personarum, atque ætatū), omnino ipsa temperata sit correctio, vt nec vitium desidæ inolescat, nec correctio mansuetudinis modum excedat: ne (vt ait B. Maximus) aut solutior leuitas conuiuentiam præbeat peccanti, aut immoderata seueritas à lapsu non reuocet delinquentē. Sed & hoc illis nihilominus cauendum est, ne errata delinquentium, alicuius rei liuore feriant: sed potius (vt ait B. Augustinus) sint criminum persecutores, & hominum liberatores. Oderint vitia, diligant homines. Oderint, quod instinctu diaboli ingestum est: diligant, quod dei bonitate creatum est. Teneant in manu baculum & virgam: baculum videlicet, quo aliorum virium imbecillitates spiritualiter sustineant: virgam verò qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriant. Delinquentibus interea, & excommunicatis fratribus nequaquam debet cæteri fratres fauere, aut eos suis adulationib⁹ decipere, aut eorū errata defendere, sed potius opē ferre, vt æquitatis censura districtè corrigantur.*

*Vt erga pueros, qui nutriuntur, vel erudiuntur in congregatione canonica, instantissima sit adhibenda custodia. Ca. 135.*

**S**olenter rectores ecclesiarum vigilare oportet, vt pueri & adolescentes, qui in congregatione sibi commissa nutriuntur, vel erudiuntur: ita iugibus ecclesiasticis disciplinis corrigantur, vt eorum lasciuia ætas & ad peccandum valde procliuus, nullū possit reperire locum, quo in peccati facinus proruat. Quapropter in huiuscemodi custodiendis, & spiritualiter erudiendis, talis à prælati constitutus est vitæ probabilis frater, qui eorum curam summa gerat industria, eosque ita arctissime constringat, qualiter ecclesiasticis doctrinis imbuti, & armis spiritualibus induti, & Ecclesiæ vtilitatibus decenter parere & ad gradus ecclesiasticos quādoque dignè possint promoueri. Libuit præterea ob ædificationem congruam, & instructionem negotij de quo agitur, quādam sanctorum Patrum sententiam huic operi inferere, quæ ita se habet: Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum. Nihil incertius, quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit, vt si quis

in clero puer est, aut adolescentes existūt, omnes in vno conclauis atrijs commorentur: vt lubricæ ætatis annos, non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori, quem & magistrum doctrinæ, & testem vitæ habeant &c. His ita præmissis oportet, vt probatissimo seniori, pueri ad custodiendum, licet ab alio erudiantur, deputentur. Frater vero, cui hæc cura committitur, si eorum curam parui perdidit, & aliud, quam oportet, docuerit, aut eis in aliquo cuiuslibet læsionis maculam ingesserit, seuerissime correptus, ab officio amouetur, & fratri alij id committatur, qui eos & innocentis vitæ exemplis informet, & ad opus bonum peragendum excitet.

*Vt omnes Canonici ad completorium veniant. Ca. 136.*

**E**xpletis, religiosissimo obsequio horis competētibus, diurnis officiis, ab omnibus canonicis, dato signo, deuotissimè ad celebrandum completorium veniendū est. Quo completo, oportet vt nō epulis, non potationibus, vanisque inseruiant volutis: sed his penitus postpositis, humiliter & honestè dormitorium perant. Et nequaquam duo in vno, sed singuli in singulis lectis quiescant. Lucerna quoque in eodem dormitorio mortis tempore iugiter ardeat. Nihil denique inhonestum aut indecens in dormitorio geratur ab aliquo, nec quispiam aliquem in quietate præsumat, nec ad verba inutilia & otiosa prorumpere cogat. Huius vero capituli contemptio, specialiter à Prælati & magistris seuerissimè corrigatur.

*De cantoribus. Ca. 137.*

**S**tudendum summoperè cātoribus est, me donum sibi diuinitus collatum vitiis fœdent: sed potius illud humilitate, castitate & sobrietate, & cæteris sanctarum virtutum ornamentis exornent: quorum melodia animos populi circumstantis, ad memoriā, amoremque cœlestium, non solum sublimitate verborum, sed etiam suavitate sonorum, quæ dicuntur, erigat. Cantorem autem, sicut traditum est à sanctis patrib⁹, & voce, & ante præclarum, illustremque esse oportet, ita vt per oblectamenta dulcedinis, animos incitet audientium. Cantores itaque non propter donum sibi collatum, se cæteris superbiendo præferant, sed humiliter socios exhibeant. Et prouidentum est illis quando temperatè quando ve submitte diuinum agatur officium: scilicet vt secundum numerum clericorum, & officij qualitatem, cantū pretendant, & voces moderentur cæterorum. Sonum etiam vocalium literarum bene atque ornate perscrutant. His vero, qui huius artis minus capaces sunt, donec erudiantur melius conuenit, vt sileant, quam cantare volendo, quod nesciunt, aliorum voces dissonare compellant. Psalmi namque in ecclesia non cursim & & excelsis, atque inordinatis, seu intemperatis vocibus, sed planè & dilucidè & cum cōpunctione cordis recitentur: vt & recitantium mens, illorum dulcedine pascatur, & audientium aures illorum pronunciatione demulceantur: quoniam quauis cantilenæ sonus in aliis officiis excelsa soleat quædi voce in recitandis tamen psalmis huiuscemodi vitanda est vox. Constituantur præterea seniores fratres, probabilioris scilicet vitæ, qui tempore statuto vicissim in cantorum schola sint: ne hi qui discere debent, aut ocio vacent, aut inanibus & superuacuis fabulis instent. Si vero cantores superbi extiterint, & artem, quam diuinitus adiuti didicerint, aliis

insinuare renuerint, grauiter ac seuerè iudicentur, vt emendati atque correcti, talentum sibi à Deo collatum aliis erogare procurent. Huiusmodi autē correctionis modus, erga eos, qui quarumlibet artium disciplinis eruditi sunt, & de talento sibi diuinitus collato, magis se aliis superbiendo præferre, quam id cum charitate insinuare gestiunt, à prælati obnixè tenendus est.

*Quales vice prælatorum in congregatione canonica fungi debeant. Cap. 138.*

**O**portet ecclesiæ prælatos vt de congregatione sibi commissa tales eligant boni testimonij fratres, in quibus onera regiminis secure possint partiri. Quibus etiam talem conferant potestatem, vt vice illorum fungentes, & inobedientes canonica censura corripere, & obediētes hortando ad meliora valeant prouocare. Non enim constituendi sunt personaliter, aut eo ordine, quo in collegio fratrum admissi sunt, sed secundum vitæ meritum, & spiritualium donorū prerogatiuam: qui & in congregatione assidui sint, & fratrum curam per uigilio studio gerant: & sicut alios præcedunt magisterio, ita nimirum innocentis vitæ informant exemplo, vt iuxta Apostolum, exemplo sint cæteris in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate &c. Qui etiam si prioratus sui causa intumescere cœperint, & curam fratrum nihili penderint: si crebro admoniti, incorrigibiles extiterint, à monasterio propellantur, alique in loco illorum, qui id strenue peragere possint, substituantur.

*De præpositis. Cap. 139.*

**Q**uamuis omnes qui præsumt, præpositi ritè dicantur: vsus tamē obtinuit eos vocari præpositos, qui quandam prioratus curam sub aliis prælati gerunt. Hi tamen qui iuxta hunc morem præpositi vocantur, tales & tam strenui à prælati sunt constituendi, qui & vitæ probabilis sint, & ea, quæ sibi iniuncta sunt, fideliter humiliterque expleant. Et pro eo, quod aliis prælati sunt, nequaquam paruipendant canonica instituta, sed quāto plus implicentur in fratrum curis, tanto magis studeant cœlestibus obtemperare monitis. Debent igitur cunctę congregationi præpositi, esse vtilis, & de ministerio sibi commisso fideliter prodesse. Ea vero, quę fratribus dare debent, cum charitate tempore opportuno incunctanter præbeant, quatenus à Domino de fidei administratione gradum bonum acquirant. Erga huiuscemodi verò delinquentes, & obediētiā sibi commissam bene non administrantes, modus superius comprehensus, tenendus est.

*Qualis sit cellerarius constituendus. Cap. 140.*

**D**ebet procurare prælatus, vt fratribus cellerarium non vinolentum vel violentum, non superbium, non tardum, non prodigum, sed moribus honestum, ac Deum timentem constituat: qui & stipendia fratrum fideliter seruet, & diligentia cura administret, & in administrando nullatenus fratres contristet. Cui etiam pistrinum fratrum committendum est, vt illud ita vigilantissima cura custodiat, ne ministri ibidem deputati, annonam fratrum aut furtim furripiendo, aut alio quolibet modo negligenter viuendo dissipent. Hi vero famuli eligantur de fidelissima ecclesiæ familia: & his officiis diligenter erudiantur, vt scilicet & pistoria arte, & fidei puritate necessitatibus fratrum opportunissimè valeant suffragari. Eadem quoq; forma de cocis ser-

uanda est. Inutiles denique aut inobedientes cellerarij, secundum superius comprehensam sententiā iudicentur.

*Cui committi stipendia pauperum debeant. Cap. 141.*

**E**vangelicis atque Apostolicis instrumitur documentis, in colligendis hospitibus ante omnia dari debere operam, vt merito de nobis à Domino dicatur: Hospes fui & collegistis me, &c. *Mat. 25. b* Proinde oportet, vt prælati ecclesiæ, præcedentium Patrum exempla sectantes aliquod præparent receptaculum, vbi pauperes colligantur, & de rebus ecclesiæ tantum ibidem deputent, vnde sumptus necessarios iuxta possibilitatem rerum, habere valeant, exceptis decimis, quæ de ecclesiæ villis ibidem conferuntur.

Sed & canonici tam de frugibus, quam etiam de omnibus eleemosynarum oblationibus, in vsus pauperum decimas libentissimè ad ipsum conferant hospitale. Et boni testimonij frater constituatur, qui hospites & peregrinos aduentantes, vt pote Christum in membris suis suscipiat, eisque necessaria libenter pro viribus administret. Qui etiam ea, quæ in vsus pauperum cedere debent, nequaquam in suos vsus reflectat, ne cum Iuda loculos Domini furante, sententiam damnationis excipiat. Sed & prælatorum debet vigilare industria, ne eum cui hospitale committitur, pauperum res pauperibus deputatas, in aliquo minuere, aut his quasi beneficiario munere cōcessis sinant uti: quod à prælati quibusdam curam pauperum paruipendentibus, fieri comperimus. Clerici nanque, si aliis temporibus nequeunt, saltè quadragesimæ tempore pedes pauperum in competentilauent hospitali, iuxta illud Evangelicum: Si ego Dominus & magister vester laui vobis pedes: quanto magis vos debetis alter alterius lauare pedes? &c. Quapropter expedit vt in competenti loco hospitale sit pauperum, vbi perfacilis ad illud veniendi conuentus fieri possit fratrum. Quod si is, cui hospitale commissum est, curam pauperum neglexerit, eorūque res in suos vsus retorserit: quanquam diuina vltione dignus sit, seuerius tamen quam cæteri delinquentes, à præpositis iudicandus, & à ministerio remouendus est. Nec immerito: Quippe qui & precia peccatorum, & alimenta pauperum, & thesaurum cœlo recondendum, suis (quod fas non fuit) aptauit vlibus.

*De infirmorum ac senum fratrum cura. Cap. 142.*

**Q**uamuis canonicis proprias licitum sit habere mansiones, debet tamen à prælato māsio infirmorum & senum intra claustra canonicorum fieri, vt qui suam fortè non habent, in eadem suam possint aptissimè tolerare imbecillitatem, quatenus ibidem & subsidiis ecclesiasticis quibus indigent, & fratrum adminiculis misericorditer sustententur. Erga quos oportet, vt ceteri fratres magnam exhibeant charitatem: scilicet vt eis compatiendo subueniant, & assiduis visitationibus, & scripturarum sanctorū consolationibus, necnon & propriarum rerum facultatibus adminicula necessaria præbeant, vt impleatur in eis illud Evangelicum: in-firmus fui, & visitastis me. *Mat. 25. d*

*Qualiter porta canonicorum custodiatur. Cap. 143.*

**E**ligatur necesse est à prælato ex congregatione sibi commissa frater probabilis vitæ, cuius officij sit, portam canonicorum, cum summa obediētia, & humilitate competētī tempore claudere

1. Cor. 5. b

Cant. 6. e

Ioan. 13. b

Gene. 8. d.



dere ac referare, vt nulli per eam, nisi per licentiam, aditus pateat intrandi aut exeundi. Cui etiam obseruandum est, ne quibus cordi est, plus otis vacare, quam diuinis obsequiis incubare, foras euagandi locum præbeat, & eorum nugarum (quod nefas est) particeps fiat. Debet præterea aduenientes quosque cum charitate suscipere, & priora aduentum eorum, causamque nuntiare. Expleto namque vespertino, & completorio officio, obseruatisque portis, clauces earum idem portarius ei, qui vicem prælati tenet, ferat vt nulli horis incompetentibus intrandi aut exeundi maneat facultas. Quas etiam ab eodem in crastinum tempore accipiat constituto. Si vero inobediens atque proteruus idem repertus fuerit portarius, sicut de aliis ministris negligentibus superius dictum est iudicetur.

*Vt claustra canonicorum diligenter custodiantur. Cap. 144.*

**O**portet claustra canonicorum ita diligenter custodiri vt grex dominicus fraterna concorditer fruatur pace. Et si quemlibet prælati, aut qui eius vice fungitur, aut forte quilibet alius spiritualis frater, intra claustra quippiam in honeste agentem, aut extra in biuiis, aut in plateis, otio vanisque confabulationibus vacantem repererit: primo secreta admonitione eum corripiat, & post si necesse fuerit, coram fratribus idem negligens acrius iudicetur, vt deinceps emendatus in melius proficiat, sceminis namque non solum in mansionibus & claustris canonicorum prandendum, aut requiescendum non est: quin potius nec ea intrandi, excepto in ecclesia, ultra tribuenda facultas, quia valde hoc à sanctis patribus legitur inhibuit. Qui vero secus, quàm præmissum est, agere tentauerit, ita seueriter à prælati & magistris corrigatur, vt cæteris, ne quid tale agere pertentet, exemplo correptionis sibi inflictæ, terrorem, incutiat.

*Epilogus breuiter digestus. Cap. 145.*

**Q**uanquam à sanctis patribus in superioribus huius libelli partibus, satis sit dilucidatum, qualiter clerici viuere debeant, adeo, vt qui hæc, quæ superius comprehensa sunt, sedula meditatione perlegerit, perspicue in his reperire valeat, qualis eius debeat esse fidei deuotio, actuum morumque exornatio, ac diuinorum cultuum executio: propter plerisque tamen simplices, minusque capaces, hæc strictim breuiterque replicare per necessarium duximus: vt qui hæc aut legere, aut forte ab aliis lecta plenè intelligere nequiverint, vtantur hac defloratiuncula, vt pote calatho diuersorum florum vernantium nectare referto, & discant, quid illis agendum quidve vitandum sit. Legalibus interiora institutis, & Euangelicis saluberrimis monemur præceptis, vt Dominum Deum nostrum totis præcordiis diligamus, & proximum tanquam nos ipsos, &c. Si igitur ab omnibus fidelibus, his salutiferis præceptis, totis nisibus est fauendum, quanto magis ab iis qui diuinis cultibus mancipati sunt, & aliis exemplo virtutum cõdimentum esse debent? Proinde oportet primo omnium, vt Dominum Deum diligant ex toto corde, tota anima, tota virtute, & proximos tanquam seipos: & nosse quia in his duobus præceptis tota lex pendet & propheta. Non occidant, non fratrem suum oderint: quia, vt ait Apostolus, qui fratrem suum oderit homicida est. Non adulterent, nõ faciunt furum, non concupiscant rem alienam, non falsum te-

stimonium dicant, & quod sibi nolunt fieri alteri nõ faciant. Non sint superbia tumidi, non detractionibus assueti, non ebrietati seruietes, nõ luxuria enervati, non iracundia turbidi, non quibuslibet aliis vitiis substrati, non vaniloqui, non inuidi, non somnolenti, non pigri, non murmuratores, nõ susurratores, non vinolenti, non multum edaces. Fraudes & dolositates caueant, vsuris nequaquam inseruiant, non iurent, ne forte periurent: malum pro malo non reddant. Cum in se aliquid boni viderint Deo, & malum cum viderint, sibi deputent. Discordiam fugiant, & quos discordantes inuenierint, ad charitatis concordiam reuocent, & iuxta Psalmistæ vocem, declinent à malo, & faciant bonum. Attendant & Apostolum prohibentem: Non (inquit) in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitis, non in contentione & æmulatione, sed induimini Iesum Christum. Animaduertant etiam quod ab iis vitiis ab Apostolo prohibitis, omnium vitiõrum seges emergat: & quod horum morborum mater, superbia sit. Oportet etiam vt animam corpusque suum ab omni inquinamento carnis & spiritus custodiât, vt iuxta Apostolum integer spiritus eorum, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Sobriè & iuste & piè viuant, secularia negotia prorsus abiiciant, quia iuxta Apostolum: Nemo militans Deo, implicat se negociis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Ieiunium ament, hospites colligant, pauperes recreent, nudos vestiât, infirmos visitent, mortuos sepeliant, in tribulatione positos opem ferant, dolentem consolentur, amori Christi nihil præponant, charitatem non derelinquant: pacem, si fieri potest cum omnibus hominibus habeant, diem iudicij timeant, vitam æternam spiritualiter concupiscant, spem suam Deo committant, proprio episcopo in omnibus secundum canonicam institutionem obtemperent: magistros suos non temerè reprehendat: postremo in doctrinis spiritualibus operam dent: lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, & cæterorum bonorum operum exercitio iugiter incumbant: in dormitorio, nisi quæ infirmitas detinuerit, omnes dormiant: in refectorio pariter reficiantur, quotidie ad collationem veniant: mox vt signum datum fuerit, ad ecclesiam festinato veniant: & horas canonicas non negligenter, sed cõ omni religione pariter celebrent, ecclesiam nõ pòpaticè sed reuerenter ingrediantur, in choro non cõ baculis stent: vaniloquiis nequaquam insistant, sed cum omni deuotione ac veneratione diuinæ seruitutis opus peragant, scientes angelorum præsentiam semper illic adesse, è claustris non nisi per licentiam egrediantur: egressi irreprehensibiliter viuant, vt ab his qui foris sunt bonum testimonium habeant, & religionem ac propositum suum actibus illicitis nequaquam maculent, sed potius omnes quibus se iunxerint, sale sapientiæ & bonorum operum exemplis condiant, contubernia sceminarum nullatenus appetant, non vanis oculis, aut petulanti, tumidoque gestu, ac dissolutis renibus incedant: non spectaculis, non pompis secularibus intersint, non alex, nõ quibuslibet venationibus inseruiant. Apostoli quoque instructi documento, quo ait: Non in veste preciosa, nequaquam preciosis delectentur vestibus. Caueant summopere ne extra claustra moras faciant, nisi vt sibi à priore constitutum fuerit, & opportunitas temporis dictauerit. Intra claustra positi nõ otio

vacet, sed aut diuinis officiis, aut propriis vtilitatibus, aut certè magistrorum iussionibus pareant, ne otio torpentes ab Apostolo audiant: Qui non vult operari, nec manducet. Seniores spiritualiter iuniores diligant: Iuniores senioribus obsequium dignè exhibeant: doctiores minus doctis nequaquam se præferant, sed magis eos cum charitate ædificent: neque si qui nobilitate generis, aut virtutum donis pollent cæteris se tumide superextollant. Omnes in congregatione vicissim sibi charitatis officio seruiant: quibus etiam in refectorio comedentibus, & religioso silentium tenentibus, continuatim legatur lectio. Delinquentes zelo rectitudinis pariter arguant, & castigant, pueros & adolescentes negligentes verborum disciplinis corripiant: singuli, iuxta capacitatem suam diuersarum artium erudiantur disciplinis vt nullus in collegio canonico inutilis appareat, nec vota fidelium otiosius comedat: tales quippe esse, imò taliter conuersari decet omnes qui diuinis officiis se manciparunt. Quapropter studeat hæc breuiter collecta, sedula meditatione perlegere & memoriæ commendare: & adiuuante diuina gratia iuxta vires adimplere, quo facilius & liberius maiora à sanctis patribus ædita exequi valeant. Vocatione ergo qua vocati sunt, nec ad dextram, nec ad sinistram declinantes ambulent, quatenus diuinis iussionibus obtemperantes, ad Christum, in cuius sorte esse noscuntur, qui via, veritas, & vita est, eo opitulante peruenire mereantur. Amen.

*SYNODVS TICINENSIS, HABITA sub Ludouico Imperatore primo.*

*Ticinum vrbs in Gallia Cisalpina Italie Insubrica, diuini Augustini corpore insignis magnisque summorum principum nostra memoria bellis celebrior reddita, sic à fluuio Ticino adiacent: dicta Vulgo Papiæ dicitur, de qua Ptolom. libr. 3. cap. 1. Plinius lib. 3. cap. 16. Strabo lib. 5. meminere.*

*Capitula quæ gloriosus Imperator Ludouicus suis episcopus de statu sui regni considerare præcepit.*

**D**E conuersatione episcoporum, presbyterorum, & cæterorum clericorum, de doctrina & prædicatione in populo, de conscriptione librorum, de restauratione ecclesiarum, de ordinatione plebium & xenodochiorum, de monasteriis virorum seu sceminarum, quæ secundum regulam sancti Benedicti, vel ea quæ secundum canonicam autoritatem disposita esse debent, quicquid in præfatis ordinibus extra ordinem est, aut per negligentiam præpositorum, aut per desidiam subditorum, vehementer cupio scire: & secundum Deivoluntatem, vestrumque sanctum conciliū sic emendare desidero, vt in conspectu Dei nec ego reprobus sim, neque vos & populus in commissis iræ suæ indignationis incurrat. Quomodo autem istud rationabiliter quæsitum & inuentum perficiatur, vobis hoc ad tractandum, ac nobis renunciandum committimus. De minoribus quoque causis, quæ generaliter omnes, specialiter aliquos tangunt, & indigent emendatione: volumus vt posthac illas quæratis, & ad nostram notitiam reducatis. Sicut est de comitibus & eorum ministris, si iustitias negligunt, aut ip-

fas vendunt: si sunt rapaces, aut ecclesiarum, viduarum orphanorum, aut pauperum oppressores: si ad prædicationem veniunt, si debitum honorem aut obedientiam sacerdotibus suis impendunt: si aliquas nouitates aut argumenta, quæ ad detrimentum populi pertinent, agere præsumunt, sicut est in acquirendis proprietatibus, aut irrationabiles preces ad adiutoria facienda siue in reliquis causis, quæ ad peccatum nostrum pertinere possunt ac populi nostri.

*RESCRIPTVM CONSULTATIO nis siue exhortationis episcoporum ad dominum Ludouicum Imperatorem.*

**D**omino gloriosissimo regi Ludouico, pax & vita, salus & victoria ministraret à Deo patre & Domino nostro Iesu Christo. Nos quidem in Dei nomine Angilbertus archiepiscopus & Andreas patriarcha, vna cum Ioseph archicapellano, cum ad hanc synodum, in vrbe regia Ticino congregatam, venissemus: replicauimus eis piam vestram exhortationem, qua viua voce ad nos vsi fuistis, flagrantis spiritus sancti munere, & ultra quàm huius ætatis teneritudo capere potuisse videretur, totius modestiæ & grauitatis atque sapientiæ sapore conditam protulimus, etiam & coram eis relegi fecimus commonitorium, à vestra nobis magnificentia traditum. Quibus auditis, omnes vnanimiter pro vestra indole omnipotenti Deo deuotissimè gratias egerunt, quia populo suo tam piissimum, quàmque sanctissimum principem dedit, qui cuncta ordinabiliter & rationabiliter disponere cupit. Et quoniam religiosa sollicitudo vestra, primum de conuersatione episcoporum, presbyterorum, & cæterorum clericorum quærere studuit: nos quoque, quo regulariter melius fieri potuit, eundem ordinem seruamus. Et episcopum quidem ita conuersari debere pronunciamus, vt eius vita, rectè viuendi sit norma. Presbyteros verò & clericos ita viuere oportet, vt subdita plebi exemplo suæ conuersationis proficiant.

Et quidam coepiscoporum nostrorum, qui bonæ conuersationis sibi conscij sunt, palam fateri recusabant, ne sui ipsorum laudatores viderentur. Qui verò negligentiam suam recognoscunt, more humani ingenij seipos accusare verebantur. Iuxta commonitionem tamen vestram, diligentius perscrutantes quosdam, quales desideratis, qualisque populi Dei pastores & rectores esse decet inuenimus. Quorundam verò negligentiam vel erga clericorum suorum custodiam vel erga plebium sollicitudinem reperimus. Quibus vt aliquantum emendandi spatium tribuatis, humiliter petimus. Qui si citò delicta nõ correxerint, seueriori sententiæ subiacebunt.

Cæterum si quilibet laicorum vel clericorum contra episcopum vel alicuius ordinis clericum aliquid queritur: nouerint, nos paratos & legitimam præbere audientiam, & si quid perperam gessisse probati fuerint, debita animaduersione puniri.

Doctrina verò & prædicatione in populum, partim episcoporum & reliquorum sacerdotum, partim vero populi negligentia, nõ sicut necessarium est, procuratur: & sacerdotum quidem incuria nullatenus est excusanda. Quidam verò laici, & maximè potentes nobiles, quos studiosius ad prædicationem venire oportebat, iuxta domos suas basilicas habent, in quibus diuinum audientes officium, ad maiores eccle-

clesias, vbi prædicationē audire possint, conueniāt: & quantū dono omnipotentis Dei, diuitiis & honoribus cæteros antecedunt, tanto ad audiendum præcepta conditoris sui alacrius festinent. Quidam autem comites & vasi domestici, presbyteros & clericos nostros cæteros (quod nec episcopis facere licet) absque nostra licentia recipiunt. Insuper etiam vbiunque ordinatos, & quosdam, de quibus dubiū est, vtrum consecrati sunt, in parochiis nostris absq; nostra examinatione missas celebrare faciūt. Quod ne vltius fiat, omnimodis est inhibendum. Quare in ordinandis plebium rationibus, ciuium instituta feruentur, & pestiferæ ambitionis vitium radicitus extirpetur: & neque ob quorundam propinquitatē, neque pro alicuius familiaritatis gratia, neque quod maximè detestandum, propter pecuniarū acceptiōnem, indignus quilibet ordinetur. Et primū quidē ipsius loci presbyteri vel ceteri clerici, idoneum sibi rectorem eligant: deinde populi, qui ad eandem plebem aspiciunt, sequatur assensus. Si autem in ipsa plebe talis inueniri non poterit, qui illud opus competenter peragere possit: tunc episcopus de suis, quē idoneum iudicauerit, inibi constituat.

Sanè remouenda quorundam laicorum procacitas, qui hoc solo obtentu, quod ad electionis consortium admittuntur, archipresbyteris suis dominari præsumunt: & quos tanquam patres venerari debuerunt, velut subditos contēnunt. Hi igitur intra proprii iuris terminos sunt redigendi, & si extraordinariam dominationem in ecclesiis exercere præsumperint, regia sunt disciplina coercēdi. Ipsi verò, qui ad gubernandas plebes legitime proeecti sunt, nullatenus à suis episcopis repellantur, nisi aut alicuius criminis reatum inciderint, aut easdem plebes malè tractauerint. Tollenda est enim praua omnino consuetudo, quæ in quibusdā locis oriri cæpit: quia nonnulli archipresbyteri vel aliorum titularum custodes, fruges vel aliarum ecclesiarum redditus, ad proprias domos abducunt. Quidam verò aliorum possessiones conducunt, vt in eis quæ ab ecclesiis suis malè subtraxerunt, recondant. Nonnulli autem laicorum intantum eorum nequitia se complices faciunt, vt quæ huiusmodi transgressores ab ecclesia subripuerunt, ipsi in suis domibus abscondunt. Tales ergo primū à suis episcopis corripiantur. Quod si se citius corrigere noluerint, tanquam qui ecclesiasticas res sacrilega temeritate tractauerunt, synodali sententia feriuntur. Laici verò qui post hanc denūciationē socios se huius expilationis præbuerint, tanquā furti reos, iudicialia coarctabit autoritas.

De restauratione ecclesiarum, illud capitulum sufficit, quod genitor vester (huius etiam infra mentio fit in synodo Maguntina) constituit: sed vt feruetur, vestra indiget admonitione.

Similiter & de xenodochiis, sicut in eodem capitulari continetur, obseruandum est.

De monasteriis autem virorum seu sceminarum, quæ secundum regulam sancti Benedicti, vel secundum canonicam autoritatem disposita esse debent quia inspiratio omnipotentis Dei (credimus) cor vestri moderaminis incitauit, ipsi gratias referimus. Nam quod iam maxima ex parte ordinē suum amiserint, omnibus est manifestum. Quæ vt ad pristinum statum reducantur, in Domini ac genitoris vestri, ac vestra gloriosa dispositione consistit.

Ea quidem monasteria, quæ adhuc statum suum

retinent, vnumquemque episcoporum in cuius parochia constituta sunt, providere oportet, vtrum ordinem suum teneat. Quod si aliter inuenierit, vnā cum rectore monasterij corrigere debet. Quod si rectoris monasterij principaliter culpa fuerit, & se subseq; subditos ad episcopi sui admonitionem corrigere dissimulauerit, synodica debet autoritate percelli.

Quidam autem episcopi & rectores monasteriorum, res ecclesiarum suarum subtractas, & aliis personis largitas esse, queruntur: & ideo ecclesiasticas utilitates nequaquam se implere posse dicunt. Quæ vt restituantur, vestram regiam maiestatem imploramus. Quia si hi, qui eas pro animarum suarum remedio ecclesiis contulerunt, præmium merentur: sine dubio damnatione digni sunt, qui eas subtrahere moliantur.

In sacris canonibus præfixum est, vt decimæ iuxta episcopi dispositionem distribuuntur. Quidam autem laici, qui vel in propriis vel in beneficiis suis habent basilicas, contempta episcopi dispositione, nō ad ecclesias, vbi baptismū & prædicationem, & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant: sed vel propriis basilicis, vel suis clericis pro suo libitu tribuunt. Quod omnimodis diuinæ legi & sacris canonibus constat esse contrarium. Vnde vestram potestatem, vt eos corrigatis, expetimus. Sacra docet autoritas, vt publicè peccantes, publicè pœnitentiæ subiiciantur.

Inueniuntur autem quidam, qui incesta matrimonia cōtraxerunt, & vel proximis suis, vel Deo sacratas mulieribus copulati sunt. Quidam etiam publicè possunt pœnitentiæ subiugari: petimus vt comitum vestrorum auxilio fulciantur.

Quosdam ministros comitum, propter frequentia placita, pauperiorem populum nimis affligere cōperimus. Vnde maiestatem vestram obsecramus, vt Capitulare aut vestri, de hac re obseruari præcipiat.

De comitibus verò, de quorum vita & actibus à nobis quærere voluit sublimitas vestra, quosdam tales esse scimus, quales Dei ministris & vestrae reipublicæ prouisores esse decet. Nonnulli autem, vt se subseq; ministros corrigant, vestra admonitione indigent. Quibus tamen vt aliquantulum emendandi spatium tribuatis, exposcimus. Qui si se citius corrigere noluerint, regia sunt autoritate reprimendi.

Statuimus etiam, ne episcopi, quando pro confirmando populum, parochias circumeunt, archipresbyteros suos grauent, vt huiusmodi dispensa contenti sint: Panes centum, fristringas 4, vini sestaria 50, pullos 7, oua 50, agnum vnum, porcellum vnum, annonam ad caballos modios sex, scenicorbos 3, mel, oleum, cera, quod sufficit.

Petimus etiam, vt emunitates progenitorum vestrorum ita conseruari præcipiat, sicut à glorioso genitore vestro in \* constitutum est.

Per singulas parochias eas festiuitates populū obseruare studeat, quas pro prius eorum episcopus venerari prædicauerit: ita vt neque illas negligat, quas sacerdotes colere monuerint: neque inani superstitione eas celebrare præsumat, quæ nequaquam sunt obseruandæ. Si verò aliqui inuenti fuerint, qui sacerdotibus obtemperare noluerint, per ministros reipublicæ distringantur: & satisfactiōne pœnitentiæ, quæ presbyteri imposuerint, subire cogantur.

In

In nomine Dei omnipotentis, anno incarnationis Dominicæ indictione decimatercia, mense Februario, die mensis eiusdem quarto: cum Dominus magnificētissimus Ludouicus Augustus apud Ticinensem ciuitatem in augustali aula resideret, tractatus de statu sanctæ matris ecclesiæ & pace, diuina dispositione commissi sibi imperij ac generali totius populi salute, præsentibus optimatibus suis, dixit: Crebrò vestram fidelitatem retroactis temporibus commouimus, vt secundum normam Christianæ religionis viuere vnusquisque nostrorum fidelium satageret, & suos à rapina compesceret. Attamen quia hætenus diligenter est actum, amodo omnino conamine omnes studere volumus, quò penitus à nostro regno rapina eliminetur, & pauperum voces vsque nunc Domini Sabaoth aures pulsantes querimoniis incipient suo creatori laudes rependere pro vbiq; pace & quiete concessa nobis à gentibus.

Statuimus autem, vt ecclesiæ Dei per totius regni nostri fundatæ terminos, sub nostra emunitatis tuitione securæ cum rebus & familiis permaneant, seu prædecessorum nostrorum piissimorum videlicet Augustorum temporibus fecisse probantur, earumque rectores propriis vtantur priuilegiis, & monachi per sua cœnobia regularem teneant ordinem. Similiter & clerus omnis proprio fungatur ministerio nemine molestante nostri terroris formidine.

Sancimus nihilominus, vt singuli cōuentus & exactores reipublicæ in suis ministeriis legalem procurrente populo facere iustitiam, pupillos & viduas protegant per loca solita restarent palatia: quibus cum iter dictauerit nos legatosque nostros valeant recipere, ne grauetur ecclesiæ: quando etiam episcopos, abbates, vel comites, seu fidelium nostrorum quempiam in propria villa morari contigerit, cum in suis maneant domibus, ne sub obtentu hospitij vicinos opprimant, vel eorum bona diripiant.

Denique quia Christi custodiente clementia, neminem iniuste priuauimus, sed neque priuari absq; legali sanctione aliquem nostrorum fidelium voluimus beneficio: iubemus, ne quis suum deprauerit vllo modo, sed instauret securiter: ne qui dirigendi sunt à nobis vndique, si deprauata reperirent, legaliter emendare compellant, & eos deinceps perfrui prohibeant.

Porrò cum ad nostrum quislibet nostrorum fidelium properat obsequium, tam eundo quàm redeundo gradiatur pacificè, & in generalis utilitas cum scaritis veniat in statutis, iuxta \* maneat, episcopus & comes, per quorum transeunt terminum, diligenter provideant, ne molestentur incolæ, aut eorū domus per vim patiantur inuadere, vel propria diripere absque \* precio. Sed neque indignè per soluta loca, teetum, focum, aquam & paleam hospitibus denegare, aut \* suam carius, quàm vicinis, audeant vendere.

Igitur qui hætenus in regno nostro irrefrenatè vixisse, nulli est ambiguum, sancimus vnumquemque suorum hominum sollicitudinem gerere, ne solitam rapinam patrare præsumant. Quæ pro re si quis arctatus, suum seniore dimiserit, penitus interdictus, ne recipiatur ab altero, quatenus nisi corrigivulerit, à nostri regni penitus excludatur finibus.

Hæc olim sæpe inculcata, & augustali nostra sanctione promulgata, quia ex parte in aliquibus videtur neglecta hætenus, acriori vlcisci debuerant exa-

mine. Attamen nostra mansuetudine, vt corrigantur, quantulumcunque largimur spatium, quo quiq; neglecta emendare valeant, destinaturi post modicum legatos strenuos, emendata inquirere. Qui vero negligens repertus fuerit, propriis honoribus nostro priuabitur iudicio.

*SYNODI AQVENSIS SEV AQVIS-  
granensis sub rege Pipino Ludouici filio  
habita, libri tres.*

*Tituli capitulorum primi libri Aquisgranensis  
Concilij sub Pipino. Caput primum.*



Vod Deus nullum peccatum inultū dimittit.

2 Cur Deus quædā peccata in hoc seculo iudicat, quædam in futuro iudicanda reseruat.

3 Contra eos qui dicunt, nullū esse discrimen, si rebus Deo oblati in suis vtantur necessitatibus.

4 Quòd omnia terrarum regna & omnia bona terræ, Domini sint, & ex suis sibi sua offerantur.

5 Qualiter Dauid rex de ædificanda domo Domini, Salomonem filium suum instruxerit.

6 De impensis quas Dauid ad domum Domini cōstruendam præparauit.

7 De diuersis donariis, quæ in templo Domini cōsecrauit.

8 Quòd iuxta verba Dauid, peregrini sumus & aduenæ in hac peregrinatione.

9 Quòd nemo quicquam offerre valeat, nisi quod de manu Dei accepit.

10 Quòd nemo de iniuste acquisitis Deo gratum quid offerre valet.

11 Qualiter origo & religio Deo offerendarum rerum, inchoauerit.

12 Qualiter Apostoli post resurrectionem Christi, tam in Oriente quàm in Occidente, ecclesias fundauerint.

13 Quòd memorata origo & religio, primum sine altari ab Abel cœperit iusto.

14 Quòd Noe & altare Domino ædificauerit, & hoc locausta super illud obtulerit.

15 Quid benedictionis Noe pro eo quod altare domino ædificauit, & de super holocausta obtulit, consecutus sit.

16 Quid promissionis, quidve benedictionis Abraham pro eo quod Deo credidit, eiq; diuersa altaria crexit, consequi meruerit.

17 Quòd facta Abraham non imitantur hi, qui ea, vnde Deo in altaribus suis famulandum est, auferunt.

18 Quòd Abraham propheta, Melchisedech sacerdoti Dei altissimi decimas dedit ex omnibus.

19 Quòd fides & deuotio Abraham circa diuinum cultum, intantum excreuerit, aut ad filium suum Domino immolandum, paratus fuerit.

20 Quòd imitatores Abraham, id est, amatores & exaltatores ac ditatores siue etiam veneratores diuini cultus, à Domino & in præsentem seculo tueri & exaltari, & etiam in futuro mercede æterna mereantur donari.

21 Qualiter Isaac altare Deo ædificauerit, tabernaculumque extenderit.

- 22 Quòd in Iacob cultus sanctæ religionis ampli' augmentatus sit.
- 23 Quòd Iacob non solum altaria erexerit, oleum defuper fuderit, victimasque obrulerit: sed & de omnibus, quæ Deus illi dedisset, decimas & hostias se daturum promiserit.
- 24 Quòd Christiana religio ad instar Iacob, domos in honorem Dei ædificat, ac altaria erigit, eisque oleum superfudit, ac sacrosancto chrismate ea perungit.
- 25 Quòd post internecionem Amalech, Moses altare Domino ædificauerit.
- 26 Quòd post altaria à Mose Domino ædificata, & c. quæ ei à Domino indicta sunt, peracta, religio diuini cultus excreuerit.
- 27 De diuersis donariis, quæ Dominus ad construendum sanctuarium & tabernaculū suum, dari præcepit.
- 28 Quam expiationem princeps in lege pro reatu suo Domino offerre præcipitur.
- 29 Qualiter ignis in altari nutrirī iubetur.
- 30 Quid ad sanctuarium Domini pauentibus promittatur.
- 31 Quid autem ad sanctuarium Domini non pauentibus Dominus comminetur.
- 32 De domibus & agris & hominibus Domino sanctificandis, & quòd ea quæ Domino sanctificantur, ad ius pertineant sacerdotum.
- 33 Quid cōclusio libri Leuitici innuat. Ab hinc ex libri Numeri & Deuteronomi.
- 34 De omnibus primitiis, & de his quæ ad sanctuarium Domini offeruntur, quòd ad ius pertineant sacerdotum, necnon & de erectione & dedicatione tabernaculi & altaris, & de his quæ in eadem dedicatione à principibus Domino oblata sunt.
- 35 Quòd non sit Dominus in ministris suis detrahendus.
- 39 De partibus prædæ, quam filij Israel ceperant, sacerdotibus & Leuitis, & tabernaculo Domini exhibitis. Et quòd Dominus in tabernaculo suo propriū ærarium habere uoluerit.
- 37 Quòd vrbes Dominus & suburbana earum Leuitis dari præcepit.
- 38 De votis Deo reddendis.

PRÆFATIO IN CONCILIUM  
apud Aquisgran. celebratum.

**N**elyto, cœlestique gratia regio munere insigniter sublimato Domino Pippino regi nobilissimo, & per immensum à Deo conseruando, cœtus venerabilium præfulum & sequentis ordinis religiosorum sacerdotū apud Aquisgran. iussu salutifero & ordine prouidentissimo piissimi & orthodoxi genitoris vestri Domini nostri Ludouici Cæsaris eximij, ob honorem & decorem sanctæ Dei ecclesiæ procurandum, & quasdam dignitates ecclesiasticas magna ex parte conlapsas atque fuscatas, ad pristinum statum nitotemque, Domino opem ferente, reuocandas, synodaliter congregatus, æternæ beatitudinis optans sclicitatem. Nos igitur fidelissimi oratores vestri, salutisq; vestræ amatores deuotissimi, misimus celsitudini vestræ per venerabiles fratres Aldricum videlicet Cenomanicæ vr̄bis & Herchinradum Parisiorum coepiscopos vestros, quandam schedulam,

quædā ex autoritate ministerij nostri salutaria monita cōtinentem: cui quia de negotiis, vnde vestram magnitudinem admonuimus, testimonia sanctarum scripturarum, vitantes illius prolixitatem, adnectere nequiuimus. Vtile necessariumque iudicauimus, vt in hoc opusculo ea breuiter adnotarem, vestraq; prudentissimæ solertia legēda mitteremus: vt si forte quispiam obiicere voluerit, hæc quæ vobis scripsimus, non ex autoritate diuina constare, sed potius arbitrario cordis nostri, imò cupiditate & quadam adinventionem commentata esse: his lectis atque perpensis, euidenter agnoscat, nos quæ Dei sunt, & ad vestram saluationem, hæc & in æternum & ad regni vobis commisi stabilimentum, se autem ea quæ mundi sunt, eiusque amatores diligunt, & Dei voluntati queque contraria existunt, & ad animarum interitum pertinent, absque dubio loqui.

1 Sunt enim nonnulli, qui propterea hæc tam temerè loquuntur, & in barathrum cupiditarum suarum miserabiliter labuntur, eo quòd diuinorum præceptorum trāsgressores, sanctæque Dei ecclesiæ dehonores atque expoliatores, non continuò puniantur, non animaduertentes, neque animaduertente volentes, quòd Deus nullum peccatum inultum dimissurus sit. Tribus itaque modis peccata mortalium vindicantur: duobus in hac vita, tertio in futura vita. De duobus ita Apostolus inquit: Si nosmet ipsos iudicauerimus, à Domino non iudicabimur. Hæc est vindicta, quam in spirante Deo omnis peccator pro suis admisis penitendo, in seipso vindicat. Quòd autem profecurus idem Apostolus infert: Cum iudicamur autē, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur: hæc est vindicta, quam omnipotens Deus misericorditer peccatori irrogat iuxta illud: Deus quem amat, corripit: flagellat autē omnem filium quem recipit. Tertia autem extat valde pertimescenda atque terribilis, quæ non in hoc, sed in futuro, iustissimo Dei iudicio, fiet seculo, quādo iustus iudex diciturus est: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

2 Si enim (vt verbis B. Augustini vtamur) omnipotens Deus omnia mala mortalium in hoc seculo iudicasset, nequaquam homines malè agentes, diem futuri iudicij pertimescerent. Rursus, si nulla mortalium mala in hoc seculo iudicasset, non putaretur res curare humanas. Idcirco quædam iudicat in hoc seculo, vt videatur eius piissima prouidentia & misericordia gratuita rebus consulere humanis: idcirco quædam non iudicat, sed futuro referuat iudicio, vt homines de futuro terreantur examine.

3 Sunt etiam quidam dignitatem ecclesiasticā nō curantes, imò suam cupiditatem expleere volentes, sibi que in Deo oblati sacratisque rebus auferendis impunitatem inaniter promittentes, qui contra salutem suam hæc temerario, imò perniciosissimo solēt dicere ausu: Quid mali, quidve discriminis est, si rebus ecclesiasticis in nostris pro libitu nostro vimur necessitatibus? Quid curæ est Deo sanctisque eius, ob quorum amorem & honorem Deo dicuntur oblata, cum vtique in eorundem sanctorum vsus nihil ex his cedat? Et vbi Deus hæc, quæ ecclesiarum rectoribus opponunt, iussit sibi offerri præsertim cum omnia quæ in terris sunt, sua sint, & ille ea ad vsus hominum creauerit? Quorum argumentationi insansissimæ, diuinæque iniuriæ plenissimæ, prout Dominus

minus annuerit, ex vtriusque testamenti paginis & sanctorum Patrum dictis eximiis, tentabimus respondere.

4 Primum quidem, quòd omnia terræ regna, & omnia bona terræ, Domini sunt, & ex suis sua sibi offeruntur, ex verbis David sanctissimi & prophetarum eximij. Post autem, quòd Deus sua, siue ante legem, siue in lege, & ad sanctuarium & ad templum sanctum suum iusserit offerri, conabimur demonstrare.

5 Legitur itaque in libro Paralipomenon: Dixit quoque David Salomoni filio suo: Viriliter age, & confortare, & fac & c. Locutusque est David rex ad omnem ecclesiam. Salomonem filium meum vnum elegit Deus adhuc puerum & tenerum, opus autem grande est. Neque enim homini præparetur habitatio, sed Deo.

6 Ego autem totis viribus meis præparavi impensas domus Domini Dei mei, & c.

7 Et super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum & argentū do in templum Dei mei, exceptis his quæ parauit in ædem sanctam sanctorum, tria millia auri de auro Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimi ad deaurandos parietes templi, & c.

8 Peregrini enim sumus coram te & aduenæ, sicut omnes patres nostri: dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora, Domine Deus noster.

Omnis hæc copia quam parauimus, vt ædificaretur domus nomini tuo sancto, de manu tua est, & tua sunt omnia & c. Ecce quibus documentis tanti regis, Deo videlicet pleni, de quo Dominus ait: Inueni David filium Iesæ, virum secundum cor meum: & de quo in Psalmo canitur, Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: liquidò demonstratur, quòd omnia quæ in cœlis & in terris, Domini sunt.

9 Et quòd nemo Deo quicquam offerre valet, nisi ea quæ de manu eius accipit: & quòd Dominus de his, quæ dedit, sibi preciosa quæque, suoque nomini sancto sacratis locis offerri non abnuit, imò oblati delectatur, & oblata auferri non patitur. Nam his & aliis diuinarum scripturarum testimoniis luce clarius extat manifestum, quòd ea quæ Dominus sibi offerri iussit, ad cultum sanctuarij templique sui, & ad vsum sacerdotum Leuitarumque omnino cedere voluit. Et sicut in votis sponte offerentium latatur, ita in non offerentium etiam quoquo modo tantum transgressoribus periculum interminatur mortis, sicut in sequentibus demonstrabitur.

10 Nemo porrò putet, ea quæ iniuste acquisiuit, de manu Dei se accepisse, aut quicquam ex his Deo gratum offerre posse, cum scriptum sit: Qui offert Deo ex rapina pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Qui ergo ordinatè vult aliquid Deo offerre, primò se ipsum offerat, videlicet (iuxta Apostolum) hostiam viuam, sanctam, Deo placentem. Deinde ex his quæ iuste acquisiuit, id est, quæ de manu Domini Dei accepit, sibi profuturum felicitatis fœnus Domino accommodet.

11 Aggrediamur igitur tandem seriem veteris testamenti, & rimando inspiciamus, & inspiciendo rimemur, qualiter origo & religio Deo offerendarum rerum inchoauerit, & qualiter vsque ad seculum nostrum, per mediatorem Dei & hominum, Dominū videlicet Iesum Christum redemptorem nostrum,

& per eius Apostolos, nominis sancti sui prædicatores strenuos, suæque fidei rudimenta in omnem terram propagantes, eorumque successores, dilatata & incrementata fuerit.

12 Per beatum videlicet Petrum Apostolorū principem in Occidentis, per beatum verò Ioannē Apostolum & Euangelistam in Orientis, id est, in Asia partibus, per beatum etiam Paulum in tota generaliter mundi latitudine fundata, & ex oblationibus fidelium constat ditata atque honorata. Qualiter autem ceteri coapostoli illorum, in regionibus sibi à Christo domino ad prædicandum commissis, ecclesiam Christi fundauerint, & fidelium donis constare fecerint, gesta illorum, quæ in promptu habentur euidenter testatur: quæ hic ponere, magnè esset prolixitatis.

13 Memorata igitur origo & religio, primum cœpit sine altari ab Abel iusto, de quo in libro Gene-  
feos ita legitur: Abel quoque obtulit de primogeni-  
tis gregis sui & de adipibus eorum. Et respexit do-  
minus ad Abel & ad munera eius, ad Cain verò & ad munera eius non respexit. Quibus verbis non inconuenienter accipi possunt in persona Abel hi, qui sua sponte, id est, ea quæ de manu Dei acceperunt, Deo creatori suo gratanter offerunt: in persona verò Cain hi, qui malo & inuido animo ex malè acquisitis quicquam Deo offerre gratum putant. Quapropter necesse est, vt sanctum Abel imitetur, & Cain prorsus detestetur.

14 Noe quoque ingentis cataclysmi periculo, Domino se protegente, liberatus, eoque iubente de arca egressus, non extra altare, sed iam super altare, ob liberationē sui, holocausta Deo obtulit, sicut in eodem libro Geneleos legitur: *Ædificauit autem Noe altare domino, & tollens de cunctis pecudibus & volucribus mundis obtulit holocausta super altare. Odoratūque est dominus odorem suauitatis.*

15 Perpendenda sunt hæc verba, quibus dicitur: Odoratūque est dominus odorem suauitatis. Manifestum quippe est, & offerentis animum, & eadem holocausta, Deo vsquequaque grata extitisse: quoniā nec in offerente, nec in his quæ oblata sunt, quicquā deo odibile ac detestabile creditur extitisse, & propter donum suæ oblationis, continuò benedictionē à Domino eundem Noe percepisse. Benedixit, inquit, Deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & cætera quæ sequuntur. Si enim oblationem Noe Dominus in odorem suauitatis odoratus est: proculdubio oblationem oblatarum rerum & detestatur, & detestatus est. Et si pro sua oblatione benedictionē à Deo idem Noe promeruit, patet profectò, quòd qui Deo oblata sibi subripit, aut aliis distribuit, pro benedictione maledictionem incurrit.

16 Abraham autem, cuius non natura, sed gratia filij sumus, & in cuius semine, id est, in Christo benedicimur, qui credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, & qui Domino imperante, egressus est de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui & venit in terram quam Deus ei demonstrauit, cui & Dominus dixit: Faciam te in gentem magnam, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus: benedicam benedictibus tibi, & maledicam maledictibus tibi, atque in te benedicetur vniuersæ cognationes terræ. Cui etiam rursus apprensus, dixit: Semi-



Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit altare Domino, qui apparuerat ei: Et ipse (vt in libro Geneseos legitur) idem transgreditur ad montem, qui erat contra orientem Bethel, & tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai. Ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. Item post pauca in eodem libro: Dixit Dominus ad Abraham, postquam diuisus est Loth ab eo: Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidentem: omnem terram quam vides, tibi dabo & semini tuo in sempiternum, faciámque semen tuum sicut puluerem terræ. Si quis potest hominum numerare puluerem, & semen quoque tuum numerare poterit Surge & perambula terram in longitudine & latitudine sua, quod tibi daturus sum eã. Mouens igitur Abraham tabernaculum suum, venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quod est in Hebron. Ædificauit quoque ibi altare Domino. Perpendendum quippe est, quantæ fidei, quantæ deuotionis vir iste sanctus fuerit, qui pro eo quod Deo credidit, eique altaria erexit, cultumque eius uenerando dilexit, & à Deo benedici, semenque suum propagari ac multiplicari, eique amplissima regna terræ dari, & de hostibus suis triumphum sibi præberi: necnon & in suo semine, quod est Christus, gētes quæ nos sumus, benedici, & alia quæ enumerare longum est, beneficia promeruit nancisci.

17 Quod si Abraham, pro eo quod Dei altaria erexit, cultumque eius ueneratus est, tot à Deo meritorum prærogatiuis donatur: dubium non est, quin altarium sanctorum euerfores, & sacrarum rerum, quibus in eisdem altaribus Deo famulandum est, surreptores, damnentur. Reuerso igitur eodem Abraham à cæde regum, quas, Deo secum pugnante, superauerat, & egresso sibi obuiam rege Sodomorum, ita Moses in eodem sequitur libro: At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelsio, qui creauit cælum & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt: Et dedit ei decimas ex omnibus.

18 Quod Melchisedech sacerdos Dei altissimi, typum gesserit Christi, catholica sentit ecclesia. Quod ei Abraham decimas ex omnibus dedit, ipsius Abraham ingentia commendantur præconia. Quem imitantur, qui sacerdotibus Christi, ob illius amorem & honorem, decimas dant: & ab illius merito sequantur, qui Deo oblatas decimas auferunt.

19 Videamus itaque sequentia, quibus fides deuotio Abraham quodam admirabili modo incrementatur: qui ad eum erga diuinum cultum timoremque Dei, flagrans excreuit, & excrecendo flagrauit, vt iubente Deo, non solum iam altare in honorem Dei construxerit, sed etiam in eo vnigenitum filium suum immolare paratus fuerit. Et quod ne filium immolaret, angelus ei inhiuit, arietem tamen in holocaustum Deo pro filio obrulit, & propterea audire meruit, sicut in præfato libro legitur: Vocauit autem angelus Domini Abraham secundò de cælo, dicens: Per memetipsum iuravi, dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli: & cætera quæ sequuntur. Perspicuum quippe est & valde mirandum, quia quanto fer-

uentior circa Dei cultum mens Abraham fuit, tanto amplius vberiusque diuina beneficia, & præsentia & futura, sibi polliceri audiuit.

20 Vnde datur intelligi, quod amatores & exaltatores, siue etiam ueneratores diuini cultus, à Domino & in præsentem seculo tueri & exaltari, & in futuro mercede æterna merentur donari: & qui fecus agunt aut egerint, infernalibus claustris mancipari. Deus itaque, sicut iam supra dictum est, si ea quæ dedit, sibi suisque sacratis locis iubet offerri, & ea quidam auferre non pertimescant: quid facerent, rogo, si Deus illis aut semetipsos, aut filios eorum sibi in holocaustum iuberet offerri? Certè credendum est, quod sicut in auferendis sacratis rebus, Deo inobedientes existunt, ita nihilominus in semetipsis offerendis aut filiis suis, inobedientes existerent.

21 Audiamus etiam quid Isaac patriarcha fecerit, de quo ita in memorato habetur libro: Ascendit autem ex illo loco in Bersabee, vbi apparuit ei Deus in ipsa nocte, dicens: Ego sum Deus Abraham patris tui: noli metuere, quia tecum sum, & benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham. Itaque ædificauit altare, & inuocato nomine Domini, extendit tabernaculum. Attende quod Isaac Deus apparere, & ne metuere debeat, admonere, eique benedicere, ac semen suum se multiplicaturum polliceri dignatus est: eique Isaac altare ædificauerit, tabernaculumque extenderit. Et perpende quod pro Dei beneficiis, quibus (largiente eius clemētia) immeriti & ingrati vbertim in hac mortalitate vtimur, potius debeamus diuinum cultum, ad instar Isaac & cæterorum sanctorum patriarcharum, in altaribus erigendis & oblationibus, aliisque muneribus offerendis, honorare, quam his abstractis, nostri quoque libitu vtentes quodammodo dehonore.

22 Videamus præterea, quomodo religio de qua agitur, in Iacob patriarcha amplius exuberavit, de quo ita in eodē lib. legitur: Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Aram & c. Et erecto ibi altari, inuocauit super illum fortissimum Deum Israel. Item paulo post: Interea locutus est Deus Iacob, Surge & ascende Bethel, & habita ibi: facque altare Deo qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum. Iacob verò, conuocata omni domo sua, ait: Abiicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mudamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite, & ascendam in Bethel, vt faciam vbi altare deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & fuit socius itineris mei. Et infra: Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in terra Canaan, cognomento Bethel, ipse & omnis populus cum eo. Ædificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci, domus Dei. Ibi enim apparuit ei Deus, cum fugeret fratrem suum. Item infra: Apparuit autem iterum Deus Iacob, postquam reuersus est de Mesopotamia Syria, benedixitque ei dicens: Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum, & cætera: vsque, Et recessit ab eo. Ille verò erexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus, libans super eum libamina, & effundens oleum, vocansque nomen loci illius Bethel. Item post multa: Profectus est Israel cum omnibus, quæ habebat, & venit ad puteum iuramenti. Et mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, audiuit per visionem, & cætera: vsque, Et ego adducam te inde reuertentem.

23 Ecce quomodo maior iam in Iacob diuini cultus amplificatio facta est, qui non solum altaria erexit, oleum desuper fudit, victimas obtulit, & Deo, si prospere ad propria illi redire fecisset, de omnibus quæ illi dedisset, decimas & hostias se illi daturum promisit, locumque, vbi in somnis scalam pertingentem vsque ad cælos, angelosque per eam descendentes & ascendentes, & Dominum innixum scalæ vidit, terribilem & verè domum Dei ac portam cæli esse dixit.

24 Vnde hodie quoque Christiana religio, exemplum sumens ex antiqua patrum traditione, domos in honorem Dei ædificauit ac dedicat, & altaria erigit, eisque oleum superfundit, ac sacrosancto christmate perungit ea, & de factis dictisque eiusdem Iacob, melodiam Christo canit, & à fidelibus oblationibus & vota & preciosarum diuersarumque rerum ad decorem & honorem diuini cultus, sacerdotum, cæterorumque ministrorum Christi vsus, pauperumque receptionem ac recreationem suscipit donaria. Qui autem huiuscemodi doctrinam ad iniuriam Dei omnipotentis, templorumque sanctorum suorum dehonorationem & humiliationem, sacerdotumque Dei vituperationem, auferre præsumit, cuius sit discriminis & damnationis, vt perpendat, salubriter admonemus. Quoniam sicut verbis eiusdem patriarchæ Iacob aperte demonstratur, cuncta Deo dicata templa, & terribilia sunt, & Dei habitacula, & verè domus Dei sunt, & portæ cæli. Paueat ergo ad instar Iacob humana præsumptio, ne quoquo modo de tam terribilibus & sacratis locis violandis sibi proueniat damnatio.

25 Liberato quoque populo Israelitico, de Aegypria seruitute, quid Dominus per famulum suum Moysen, sicut in libro Exodi legitur, præceperit, videamus. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam, in filiis Israel, tam de hominibus quam de iumentis, mea sunt enim omnia. Si quærat aliquis, quid sit sanctificare, & ex hoc loco & aliis diuinarum scripturarum locis diligenter animaduertat, quod nomen sanctificationis, dominicæ sit oblationis atque consecrationis. Sequitur in eodem libro: Cumque introduxerit te Dominus in terram Chanaan, sicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit eam tibi separabis omne quod aperit vuluam, Domino: & quod primitiuum est in pecoribus tuis, quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino. Notandumque quod supra dixit, sanctificare Domino: hic modo dicit, consecrare Domino. Sequitur in eodem libro: Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue. Delebo enim memoriam Amalech sub cælo. Ædificauit Moyses altare, & vocauit nomen eius, & cætera: vsque, in generationem. Perpende quod famulus Dei Moyses, ob gratiarum actionem, sui que ac populi Dei liberationem, hostiumque suorum internecionem, altare Domino erexit. Et si Moyses per hæc quæ promissa sunt, Domino altare erexit: cauendum illis est, qui altaria Domini obruendo dehonorent, & dehonore obruunt, ne quando se aduersus hostes suos propriunt, seipsos eisdem triumphum exhibeant. Sequitur in eodem: Dixit præterea Dominus ad Moysen: Altare de terra facietis mi-

hi, & offeretis super illud holocausta, & pacifica vestra, oues vestras & boues: in omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi. Nota, quod altare Domino erigentibus, & holocausta immolantibus aduentus Dei & benedictio promittatur. Potest & huic loco apparari illud Euangelicum, quo dicitur: Si quis diliget me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Felix porrò & valde felix illa mens, quæ tanto habitatore lætatur. Quapropter nouerint his, quæ paulò supra memorata sunt, contraria agentes, & aduentu & benedictione Dei se indignos vsquequaque fore. Sequitur in eodem post multa: Primitias frugum terræ tuæ, deferes in domum Domini Dei tui. Et infra: Quod si audieris vocem Domini Dei tui, & feceris ea quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te, præcedetque te angelus meus. Item infra: Si serueritis Domino Deo vestro, benedicam panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. Vide, quæso, quot quantæve pro primitiis frugum terræ Deo oblati, & aliis que cominus iunguntur, beneficia offerentibus pollicentur, & quanta non deferentibus pœna & maledictio interminetur, sicut in subsequētib; multis in locis per facile inueniri potest. Sequitur in eodem: Scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domini: & mane consurgens, ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Misitque iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntque victimas pacificas Domino, & cætera: vsque, crimus obediētes. Quod si quærat aliquis, quid mercedis, quidve remunerationis pro altari ædificato, & oblati holocaustis & victimis, filij Israel nacti sunt, audiat sequentia: Ascenderuntque Moyses, & cætera: vsque, Et viderunt Deum Israel. Quæ merces, quæ remuneratio cultum Dei uenerantibus potest esse maior, quam Deum suum videre, specie videlicet qua se videri voluit, & loqui & esse cum Deo suo?

26 Hactenus de altaribus Deo erectis & ædificatis, & quibusdam oleo perunctis, de holocaustis, & victimis & hostiis pacificis Deo oblati, & primitiis frugum terræ offerendis, & cæteris, quæ enumerare longum est, paucis collectum est: nunc autem subtiliter perpendendum est, qualiter religio diuini cultus ad maiora & eminentiora, Domino iubente, succrescat. Sequitur enim in eodem libro: Dixit autem Dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, & cætera: vsque, doceas filios Israel. Et infra: Ingressusque Moyses medium nebulæ & cætera: vsque, & quadraginta noctibus.

27 Loquutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, vt tollant mihi primitias ab omni homine, & cætera: vsque, Et omnium vaforum in cultum eius. Qualiter verò eiusdem sanctuarij & tabernaculi, omniumque ad cultum & honorem eius pertinentium constructio, Domino præcipiente, celebrata sit, quæve sanctificata preciosa sacerdotum indumenta, necnon & Leuitarum, & cætera ad vsus eorum pertinentia, & diuersarum rerum, non aliarum nisi preciosarum, ingentia ac multiplicia

dona, Domino oblata & sanctificata seu sacrata sint, quia hic longum est commemorare, si quis plenius ea nosse vult, sequentia legat: & inquirendo inueniet quod ea que Deo offeruntur & sanctificantur, in ius sacerdotum cedere iubeantur, & non sit externorum officij, ad ea accedere, aut quicquam ex his aliquid contingere aut auferre. Et qui hoc facere tentaerit, mors ei à Domino comminetur, sicut habes in libro Levitici: Si quis externorum accesserit, morte moriatur. Plenum sanè sacramenti est, quod non ali bi, nisi in monte, & lex datur, & sanctuarium Domini fieri præcipitur. Quid autem & lex & sanctuarium, & arca & tabulæ, quæ ibi fieri iubentur, significant: sanctorum Patrum explanationibus, legere & nosse volentibus copiosissime panditur.

Leuit. 4.

ibidem.e

Leuit. 5.d

28 Sequitur in libro Levitico: Si peccauerit princeps, & cætera: vsque, offeret hostiam Domino. Et infra: Rogabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Obserua, quod quilibet reatus principis, non nisi oblatione facta, & oratione solvatur sacerdotis. Item in eodem: Anima si præuaricans cæremonias per errorem in his, quæ Domino sunt sanctificata, peccauerit: offeret pro delicto suo hostiam. Et infra: Ipsumque quod intulit damni, refarciet, & quintam partem apponet supra, tradens sacerdoti: qui rogabit pro eo, & dimittetur ei. Si anima cæremonias Domini, præuaricans per errorem in his quæ Domino sanctificata sunt, peccauerit, expiatione holocausti & oratione indiget sacerdotum: quid putas de anima illa, quæ non per errorem, sed scienter & per cupiditatem & perniciosam præsumptionem, in his quæ Domino sanctificata sunt, peccat, promittitque sibi impunitatem, & iactanter dicit, si ea quæ Domino sanctificata, abstulerit hisque ad suum libitum, vsus fuerit, se nullo modo peccare?

Leuit. 6.b

Leuit. 10.a

Leuit. 26.a

29 Item in eodem: Ignis autem in altari semper ardebit, & cætera: vsque: qui nunquam deficiet de altari. Multum ergo hæc verba legis ponderanda & per timentenda sunt his, qui vnde ignis perpetuus, id est luminaria in basilicis Deo dicatis, concinnari ex fidelium oblationibus debent, auferre præsumunt.

Quoniã si filij Aaron Nadab & Abiu, pro eo quod per suam negligentiam, ignis qui iubetur in altari esse perpetuus, extinctus est, & propterea ignem alienum coram Domino offerre præsumperunt: ob id igne egresso à Domino, deuorati sunt merito, quod non sine magno animi mœore profecimus: horribili morte deuorandi sunt hi, qui ignem Domini in basilicis sibi dedicatis & consecratis, audacter extinguunt. Et si queritur, quando illum extinguant: manifestum est, quod quando illud auferunt, vnde idem ignis Domino nutrir debet, tunc illum extinguunt.

30 Quod verò basilicæ Deo dicatæ & consecratæ, loca sint diuina, sint etiam Dei habitacula, & omnibus in Christiana religione consistentibus pauenda & veneranda: & in superioribus iam dictum est, & hic non abs re, repetendum est, quia sequitur in eodem libro: Ego enim sum Dominus Deus vester, custodite, & cætera: vsque. Ego Dominus: his verbis aperte demonstratur, quod ad sanctuarium Domini potius sit pauendum, quam quod illud dehonoriandum sit & expoliandum. Quid autem pauentibus ad sanctuarium Domini, & præcepta eius seruantibus

Dominus promittat, sequens sermo demonstrat, ita inquiens: Si in præceptis meis, &c: vsque, incederetis erecti.

31 Quod autem sanctuarium Domini non pauentibus, sed potius id contemnentibus & dehonorentibus, & non facientibus, quæ ab illo constituta sunt, Dominus comminetur, sequentia manifestant, quæ ita se habent: Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia præcepta mea, si spreueritis leges meas, & iudicia contempseritis, vt non faciatis ea quæ à me constituta sunt, vt ad irritum perducatis pactum meum, ego quoque hæc faciam vobis: Visitabo vos quoque velociter in egestate & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras: frustra feretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subiciemini his, qui oderunt vos, fugietis nemine persequente, & cætera, quæ latius stylus legalis exequitur. Euidens nanque est, quod ille populus carnalis, pro eo quod legem Dei non custodiuit, & legis authorem, Dominum videlicet nostrum Iesum Christum, sibi à patriarchis & prophetis promissum, non solum non recipit, quinimò cruci addixit, hæc quæ à Domino sibi comminata sunt, perpeffus sit. Licet enim eadem populo carnalia & terrena, si ea quæ à Domino constituta sunt, obseruauerint, promittantur: & si ea obseruare contempserint, auferri comminetur: tu tamen ô Christiane, per Christi gratiam spiritalis effectus, cui non terrena & caduca, sed cœlestia & perpetuò mansura promittuntur: nisi ad sanctuarium Dei pauidus fueris, illudque venerationi & honori habueris, & sua offerre non omiseris: ea quæ idem populus carnalis perpeffus est corpore temporaliter: anima verò in æternis cruciatibus æternaliter, te passurum nullo modo dubites.

32 Item in eodem: Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit Domino, considerabit eam sacerdos, vtrum bona an mala sit: & iuxta precium quod ab eo fuerit constitutum, vendabitur. Sin autem ille qui vouerat, voluerit redimere eam: dabit quintam partem æstimationis supra, & habebit domum. Quod si agrum possessionis suæ vouerit, & consecrauerit Domino, iuxta mensuram sementis æstimabitur precium. Et infra: Si voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem æstimatæ pecuniæ, & possidebit eum. Sin autem noluerit redimere, sed alteri cui libet fuerit vendatus, vltra eum, qui vouerat, redimere non poterit: quia cum iubilei venerit dies, sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata, ad ius pertinet sacerdotum. Considera prudens auditor & diligens lector, qualiter augeatur cultus diuinus. Superius nanque preciosa quæque in pecudibus, in auro & argento & gemmis & serico, & cæteris diuersis speciebus, sibi suoque sancto tabernaculo iussu ferat offerri: hic autem iam inchoantur & domus & agri Domino consecrari, & ea quæ Domino consecrantur, ad ius pertinent sacerdotum. Item in eodem: Omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non veniet: nec redimi poterit, quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino. Vide etiam in hoc loco, quid de homine sibi consecrato, Dominus præcipiat: & perpende, quod homines consecrari præ-

præcipiantur Domino. Item paulò post in eodem: Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. Et infra, Bouis & ouis & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non eligitur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutat, & quod mutatum est, & pro quo mutatum est: sanctificabitur Domino, & non redimetur.

Hæc sunt præcepta, quæ mandauit Dominus Mosi ad filios Israel in monte Sinai: Obserua quod & paulò superius de omnibus decimis terræ, tam de frugibus quàm de pomis arborum: hic autem, de decimis pecorum Domino offerendis, præcepta dantur. Sed & hoc nihilominus vigilanter obserua, quid conclusio libri Levitici contineat, quæ ita se habet: Hæc sunt (inquit) præcepta, quæ mandauit Dominus Mosi ad filios Israel in monte Sinai. Videtur itaque paruitati nostræ eadem conclusio, præcedentiũ diuinorum præceptorum quasi quoddam firmitatis esse signaculũ. Et si parua magnis comparari possunt, sicut quidam aut regum aut imperatorũ, vt sua statuta vigorem perpetuum obtineant, suo sigillo ea subter firmant: ita & Dominus sua præcepta, à se constituta & promulgata, vera & inuolanda esse demonstrat.

Num. 5. b

Num. 7. a

Num. 8. c

Num. 14. b

34 Sequitur in libro Numerorum: Locutus est Dominus ad Mosem, dicens: Loquere filiis Israel, Omnes primitiæ quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem pertinent: & quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. Attende diligenter lector, quod & omnes primitiæ, & quicquid ad sanctuarium Domini à singulis aut offertur, aut oblatum est, sacerdotis sint, & ad ius eius pertinent. Item in eodem: Factum est autem in die qua compleuit Moses tabernaculum, & erexit illud, vixitque & sanctificauit, cum omnibus vasis suis, altare similiter & vasa eius, obrulerunt principes Israel & capita familiarum, qui erant per singulas tribus præfecti eorum, qui numerati fuerant, munera coram Domino. Quid autem in dedicatione altaris, præcipiente Domino, principes obrulerunt, sequentia ipsius libri demonstrant. Item in eodem: Locutus est Dominus ad Mosem, dicens: Mea sunt omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus, quàm ex iumentis: ex die quo percussus omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificauit eos mihi, & tui Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel, tradidique eos dono Aaron & filiis eius de medio populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi sint accedere ad sanctuarium. In his Domini verbis, duo nobis videntur præcipuè, necessariòque consideranda. Vnum, quod idcirco Dominus iubet Leuitas sibi in tabernaculo pro Israel seruire, vt orerent pro eis. Ad quorum exemplum constituti esse videntur sacerdotes Christi in ecclesia, vt contenti oblationibus fidelium, orent ad Dominum pro eis. Alterum quidem, quo dicitur, ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium, dat conuenienter posse intelligi eandem accessionem, aliquam circa sanctuarium temerariam præsumptionem, aut quamlibet subreptionem.

35 Item in eodem: Vsquequo detrahet mihi popu-

lus iste? Quousque non credet mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis: feriam igitur eos pestilentia, atque consumam. Et post pauca: Viuo ego, dicit Dominus, implebitur gloria Domini in vniuersa terra: attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum. Hæc verba congruunt his, qui in ministris Domini Domino detrahunt, iuxta illud quod Dominus discipulis suis ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Congruunt etiã & ea quæ sequuntur, his qui errata sua corrigere promittunt: & quod promittunt, adimplere negligunt. Vnde verendum est, ne sicut ille populus carnalis propter detractiones & tentationes, & pro eo quod imperio Domini inobediens extitit, in terram reprobationis minimè intrauit, sed potius in eremi vastitate occubuit: ita populus Christi nomine insignitus, imperiis Domini inobediens factus, à terra viuentium sit secretus. Item in eodem ait Moses ad populum Israel: Cur transgrediemini verbum Domini, quod vobis non cedit in prosperum. Nolite ascendere. Non enim est Dominus vobiscum, ne corruiatis coram inimicis vestris. His verbis detrendi sunt hi, qui cum Dominum secum non habeant, iure aduersus inimicos suos se arma conuertere posse putant. Prius enim enitendũ & diligenter procurandum est, vt Christiani Dominum secum habeant, quatenus postea securius fidentiũque, imò fortius hostes suos superare praualeant. Item in eodem: Dixitque Dominus ad Mosem & Aaron: Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cùmque iacerent in terra, dixit Moses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens citò ad populum, vt roges pro eis: iam enim egressa est ira à Domino, & plaga defecit. Quod cùm fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos & viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. His verbis declaratur, quantum Dei sacerdotum deprecatio valeat apud Altissimum. Pater quippe, quod hi per quorum orationem furor Domini placari, & à populo plaga Dei potest cessare, nequaquam sint vituperandi & detrahendi, sed potius propter eum, cuius ministerium gerunt, honorandi & venerandi. Item in eodem: Locutus est Dominus ad Aaron: Omnia quæ sanctificantur à filiis Israel, tradidi tibi & filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna. Et infra: Omnis oblatio & sacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in sancta sanctorum, tuum erit & filiorum tuorum. Item infra: Primitias autem quas vouerint, & obtulerint filij Israel, tibi dedi & filiis ac filiabus tuis iure perpetuo. Item infra: Omnem medullam olei & vini ac frumenti, quicquid offerunt filij Israel Domino, dedi tibi vniuersas primitias frugum, quas gignit humus, & deportantur Domino, cedent in vñus tuos. Item infra: Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum erit: quicquid primum erumpet è vulua cunctæ carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit. Item non post multa: Omnes primitias

ibidem. d

Luc. 10. e

ibid. g

Num. 16. g

Num. 18. b

sanctuarij quas offerunt filij Israel Domino, tibi dedi ac filiis & filiabus tuis, pactum salis est sempiternum coram domino tibi ac filiis tuis. Hæc verba Domini contra illos agunt, qui ea quæ Domino aut offeruntur aut oblata sunt, ad sacerdotes Christi non pertinere contendant. Verum si ea diligenter considerauerint, se non mediocriter errare, imò contra Deum agere, reperiunt.

36 In præcedentibus satis abundeque dictum est de diuersis sacrificiis, & diuersorum munerum speciebus, siue de his quæ Dominus sibi offerri iussit, siue de his quæ populus sponte obtulit ad tabernaculum Domini, quod typum gerebat futuræ ecclesiæ Christi: nunc autem, quia iubente Domino, populus Israeliticus contemptum Dei in Madianitis vitus est, ita vt ne vnus quidem ex his in bello occubuerit, quid pro gatiarum actione suâque liberatione Deo pro se pugnantem & vincentem, suoque sacerdoti donariorum ad suum sanctum contulerint tabernaculum, videamus. Dixit (inquit) Dominus ad Moysen: Tolle summam eorum, quæ capta sunt ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos, & omnes principes vulgi, diuidesque ea ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, & egressi sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem, & separabis partem Domino ab his, qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnâ animam de quingentis, tam ex hominibus quam ex bobus & asinis & ouibus, & dabis ea Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt. Quod ita ad iussum Domini Moyses fecerit, sequentia demonstrant. Ecce pars, quæ Domino ad vsus sacerdotum de his quæ capta sunt, oblata est: videamus etiam, quid in partem Leuitarum de eadem præda, iubente Domino, cesserit. Sequitur autem: De media verò parte, quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ouium trecentis triginta & septem millibus quingentis, & de bobus triginta sex millibus, & de asinis triginta millibus quingentis, & de hominibus sexdecim millibus, tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo Domini, sicut præceperat Dominus. Ecce pars Leuitarum, videamus etiam partem Domini, quam populus ob suam liberationem, de præda quam ceperat, ei sponte obtulit: & perpendamus, quòd Dominus in tabernaculo sancto suo thesaurum siue ararium (vtrumque legimus) habere voluerit, & opponamus eis qui aurum & argentum, & cæteras species preciosas Deo sacratas, in thesauris sanctæ Dei ecclesiæ reprehendendo asserunt frustra inesse. Hi ergo viderint, quid sequitur: Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, tribuni & centuriones dixerunt: Nos serui tui recensuimus numerum pugnantium, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis Domini singuli, quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia, ac murenulas, vt deprecereis pro nobis Dominum. Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum in diuersis speciebus pondus sanctuarij, sexdecim millia septingentos quinquaginta siclos à tribunis & centurionibus. Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat: & susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij in monumentum filiorum Israel coram Domino. Si populus carnalis de præda hostium suorum,

quam cepit, donaria grata Deo obtulit, & his datis, vt pro se oraretur, postulauit, Deumque sibi placabilem fecit: cauendum omnino, imò expauescendum illis est, qui precioso Christi sanguine sunt redempti, ne ab aliis fidelibus Deo oblata & consecrata, imò sanctificata, contra fas auferunt, & in suos illicitos vsus retorquent. Ne fortè sicut memoratus populus de donariis quæ Deo contulit, eumque sibi propitium fecit, ita e contrario (quod absit) illi de aliorum Deo ecclesiæque sanctæ suæ oblati rebus, cum sibi iratum faciant, suumque immensum furorem in se prouocent, & (quod plurimum pertimescendum est) iusto iudicio in prædam hostium suorum, non solum visibilibus, verum etiam inuisibilibus, incurrant.

37 Quòd ergo Dominus ad sanctuarium suum inter cæteras species, quas dinumerare longum est, domos & agros & seruos sibi offerri præceperit, in superioribus iam dictum est: nunc maiora & copiosiora, quæ in tabernaculo sancto suo famulantibus Dominus dari iubet, intueamur. Hæc quoque locutus est Dominus ad Moysen, in campestribus Moab super Iordanem contra Hiericho: Præcipe filiis Israel, vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum, vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis. Et infra: Ipsæ autem vrbes quæ dabuntur ex possessionibus filiorum Israel, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores: singuli iuxta mensuram hereditatis suæ dabunt oppida Leuitis. Quod ita Iosue in terra re-promissionis fecerit textus libri illius liquidò depromit. Perspicuum sanè satis est, & nosse volentibus apertissimum, quòd Deus idcirco populo suo de hereditate possessionum suarum domos & agros & mancipia, etiam quod maius est, ciuitates & suburbana sanctuario suo famulantibus dari præceperit, vt ministri sanctuarij sui instantius honestiusque atque inexcusabiliter factum suum cultum exercere, suumque famularum potuissent liberius explere. Quibus liquidò colligi potest, quòd quisquis quæ alij fideles de hereditate possessionum suarum, ob remedium animarum suarum, Deo ad honorem & decorem ecclesiæ suæ, eiusque ministrorum vsus, contulerit: aut abstulerit, aut auferre præsumit, proculdubio aliorum data in suarum animarum conuertit pericula. Sequitur enim in eodem: Hæc sunt mandata atque iudicia, quæ præcepit Dominus per manum Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab super Iordanem contra Hiericho. Non est prætereundum, nec negligenter considerandum, quid clausula vel conclusio libri huius, id est, Numerorum, cõrincat. Sequitur in libro Deuteronomij, in quo inter cætera multa mandata, quæ Moyses locutus est ad filios Israel, ita legitur: En (inquit) propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, si non obaudieritis mandatis Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis. Notandum diligenter est, quòd obediens diuinis præceptis, benedictionem: inobedientes verò, maledictionem mereantur. Luce enim clarius constat, quòd surreptores ecclesiasticarum rerum, iniuriam & inobedientiam Deo irrogent, suorumque præ-

RESYNODI HVIYS AQVÆGRAN-  
nensis liber secundus.

TITVLI CAPITVLRVM  
eiusdem libri.

Ex libro Iosue.

1 De Hierichuntina urbis subuersione, & populi Dei propter furtum Achan peremptione, & ipsius Achan iusto Dei iudicio horribili interuentione.  
2 Quòd punito iusto Dei iudicio Achan, populus Israeliticus continuo de hostibus suis triumphare meruerit, & pro eodem triumpho, Iosue altare Domino Deo Israel adificauerit.  
3 De Gabaonitis, quos Iosue tabernaculo Domini mancipauit.

Ex libro Iudicum.

Quòd tempore iudicum cultus diuinus propter peccata populi neglectus, & à quibusdam iudicibus Deo placetibus erectus, & ob id persæpe de hostium dominio populus Dei sit liberatus.

Ex libro Regum.

4 Quid benedictionis Anna pro eo quòd filium suum domino obtulit, promeruit.  
5 Quomodo peccatum, quo in Deum peccatur, sit accipiendum.  
6 Quòd ruina Heli sacerdotis, filiorumque eius, non solum sacerdotibus cultum Dei negligentibus, verum etiam patribus & filiis, debitam sibi reuerentiam non exhibentibus, sit pertimescendum.  
7 Quòd sepe culpa sacerdotum, populi: & populi culpa, ruina extiterit sacerdotum.  
8 Quid captoribus arcæ Dei, Deique populi caesoribus pro-  
9 uenerit  
10 Quomodo tempore Samuelis cultus diuinus per negligentiam ministrorum collapsus, & per eius studium, Domino se adiuuante, fuerit erectus, & populus ab idolorum cultura ad diuinum cultum reuocatus.  
11 Quòd obedientia, secundum verba eiusdem Samuelis, præferatur victimis & holocaustis.  
12 De reprobatione Saul regis, & electione atque unctione David regis.  
13 Quanta in veneratione idem David arcam Dei habuerit, & cum quanto honore eam in medio tabernaculi posuerit, ibique coram domino holocausta & pacifica obtulerit.  
14 Quòd in numeratione populi, idem David Domino peccauerit: & monente Gad propheta, altare Domino construxerit, & oblati holocaustis & pacificis, non solum reatus sui obliterationem, verum etiam diuinam repropitiationem, ac populi nancisci meruerit liberationem.  
15 Quòd David voluerit adificare domum Domino, & cur eam adificare non posset, per Nathan prophetam instructus est, iubente Domino.  
16 Qualiter Salomon filius David, domum Domini adificauerit & cum ingenti gloria dedicauerit, & suis atque paternis donariis sublimauerit.  
17 Quòd eadem domus adificata à Salomone, typum gesserit sanctæ Dei ecclesiæ: & quòd multa bona eiusdem domus honoratores adepti, multa quoque eius debentores sint aduersa perpepsi.



- 18 Quod eadem sacrata domus, ab externis gentibus & regibus sit venerata, & multiplicibus donis honorata.
- 19 Quod idem templum Dei, propter peccata sacerdotum & regum totiusque populi, à Chaldaeis primum fuerit destructum & dirutum.
- 20 De abiectioe & humilitione & cum feris habitatione Nabuchodonosor regis, quam propter sacrilegium quod circa templum Dei commisit, & elationem qua contra Deum tumuit, perpeti promeruit.
- 21 De recognitione eiusdem Nabuchodonosor, & Dei in sempiternum uiuentis laudatione & glorificatione.
- 22 De Balthasar, qui pro eo quod Deo sacrata uasa, sibi adferri iussit, ut in eis ipse & optimates eius, uxores & concubinae biberent, eadem nocte regno & uita caruit.
- 23 De septuagesimo captiuitatis Israelitici populi anno peracto, populo Dei ad propria reuerso, & ab eis ciuitate & templo constructo.
- 24 De eodem templo consecrato, propter peccata sacerdotum & regum totiusque populi, ab Antiocho phanissimo rege Grecorum rapto, & idolorum sordibus polluto, & de sacratis rebus, quas ab eodem abstulit templo.
- 25 Quod idem templum, expugnatu Antiochi ducibus, Iudas Machabaeus purificauerit, & diuersis muneribus ditauerit, Deoque consecrauerit.
- 26 De horrenda & inuisibili plaga quam Antiochus pro eo quod templum Domini cepit & polluit, & uasa sancta inde abstulit, tormentaque diuersa populo Dei inflixit, perpeffus est.
- 27 Quae Menelaum, pro eo quod Antiochi regis ad capiendum & expoliandum templum Domini, ductor & consiliator extitit, poena consecuta sit.
- 28 Quid Heliodorus comitesque eius, ararium (id est, templum Domini) pecuniis Deo oblati & ab aliis depositis, expoliare tentantes, perpeffis sint.
- 29 Quod in locis Deo dicatis, uere sit Dei uirtus, eorumque uisitor & adiutor sit Deus, & uenientes ad eis male faciendum, percutiat ac perdat.
- 30 Quod Deo oblata, qua utique sanctificata uocantur secundum uerba Iudith, ab his quorum officij non est, nullo modo auferri aut contingi fas sit.
- 31 Quod Ozias rex, pro eo quod sacerdotale ministerium sibi indebitè usurpauit, lepra mulctari meruit.

## PRAEFATIO.



Ræfens opusculum, quod hactenus ex libris Moisaicæ legis de religione oblatarum Deo siue offerendarum rerum, quantum Dominus donare dignatus est, breuiter congestimus, & ab hinc tam de veteri, quam etiam de nouo testamento & sanctorum Patrum documentis congerere, adiuuante Christi gratia copimus, ob uilitatem legere uolentium, & fastidiosis tædium auferendum, in tribus libellis distinguendum iudicauimus. Exactus sit ergo primus, & exordium à libro Iesu Nauæ, sumat secundus.

I. Dixit autem Iosue ad omnem Israel: Vociferamini, tradidit enim uobis Dominus ciuitatem. Sitque ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea

sunt, Domino. Et infra: Vos autem caute, ne de his quæ præcepta sunt, quippiam contingatis, & sitis præuacationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint, atque turbentur. Quicquid autem auri aut argenti fuerit, & ualorum æneorum ac ferri, Domino consecrabitur, repositum in thesauris eius. Nulli quippe dubium est, quin de Hiericho ciuitate subuertenda hæc dicantur. Quapropter obserua diligens lector, & curiose auditor, quod duo in his uerbis quæ præmissa sunt, iubeantur. Alterum uidelicet, quo cauendum omnino præcipitur, ne de his quæ Domino consecrata sunt, quippiam contingatur alterum, quo iubetur, quicquid auri vel argenti, ac ferri omniumque ualorum æneorum fuerit Domino consecrari & in thesauris eius recondi. Vitandumque tibi est, ne contingendo ea quæ Domino consecrata sunt, sis præuacationis reus, & alij propter te sub peccato sint atque turbentur: & sagaciter intende, qualiter thesauri Domini, eo iubete, incremententur. Sed & hoc diligenter obserua, ne tuo æstu uel cupiditate, ea quæ in thesauris Domini consecrata sunt, auferantur. Quod autem sicut Iosue, domino imperante, facienda præceperat, postea sint completa, sequentia testantur. Urbem autem, & omnia quæ in ea erant, succenderunt, absque argento & auro, & uasis æneis ac ferro, quæ in ararium Domini consecrarunt. Qui autem ausu quodam temerario illecti, de his quæ à Domino consecrata sunt, palam atque occultè surripere posse arbitratur, exemplo Achan deterreatur, qui æstu auaritiæ succensus, de his quæ Domino consecranda erant, furtim sibi surripuit, pallium scilicet coccineum ualde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum: & ne deprehenderetur, in tabernaculo sub suffossa humo, concisus liberis ac domesticis suis, occuluit, quæ utique Domino consecrata erant. Ob cuius immane facinus, quædam pars populi Israelitici coram hostibus suis cæsa extitit, & Iosue, consulto Domino, hæc audiuit: Surge, curiares pronus in terra: peccauit Israel, & præuacatus est pactum meum, tuleruntque de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter uasa sua, nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Non ero ultra uobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Nota quod unius illicitum factum, totus Israeliticus populus fecisse narretur: & quod propter unius facinus, in populum Dei, Domini ingens comminatio fiat, uidelicet ut nec Deum secum habere, nec coram inimicis suis stare posset, donec ille interiret, qui huiusmodi scelere contaminatus erat. Qualiter uero ipse Achan à Iosue, applicato sibi Israel, per tribus suas, solertissimè examinatus ac deprehensus, siue reatum suum confessus fuerit, qualiter etiam lapidum grandine occubuerit, & omnia quæ illius erant, igne consumpta sint, sequentia pandunt. Veruntamen ualde pauenda sunt hæc, & omnibus fide Christi insignitis cauenda, ne propter aliorum illicitum, imò sacrilegum factum, nec secum (quod absit) Dominum habeant, nec coram inimicis suis stare præualeant. Parratores autem tam inanis, imò sacrilegij facti, magnopere cauere oportet, ne propter suam cupiditatem, quam erga res Deo sacratas aut exercent, aut exercere cupiunt, sibi ad instar Achan, mortem

æternam, aliiisque Dei offensam, & coram hostibus suis adquirent miserabilem ruinam.

2 Quanto itaque iusto Dei iudicio eodem Achan continuo (præcipiente Dornino) populus Israeliticus de hostibus suis triumphare, quia Dominum iam secum habebat, promeruit, sicut sequentia libri eiusdem Iosue manifestant: & ob id ædificatum est altare Domino Deo Israel. Habes igitur ita in eodem libro: Tunc ædificauit Iosue altare Domino Deo Israel in monte, sicut præceperat Moses famulus Domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi: Altare de lapidibus impolitum, quos ferrum non tetigit, & obtulit super illud holocausta Domino immolauitque pacificas uictimas.

3 Quia igitur sunt plerique diuersissimis modis argumentantes, & callidè percontantes, unde usus de mancipiis Deo suoque tabernaculo (quod typum gessit sanctæ ecclesiæ) delegandis inoleuerit: si præcedentia, in quibus satis abundè de hominibus sanctuario Domini mancipandis & mancipatis illis tractatum est, non sufficiunt: attendant, qualiter Iosue Gabaonitas tabernaculo Domini seruituros delegauerit. Ait enim illis, sicut in eodem libro legitur: Non deficiet de stirpe uestra ligna cædens, aquasque comportans in domum Dei mei. Et infra: Decreuitque in illo die, eos esse in ministerio cuncti populi & altaris Domini, cedentes ligna aquasque comportantes, usque in præsens tempus in loco què Dominus elegerit. Hi nanque Gabaonitæ, eorumque posteritas, quod in tabernaculo Domini secundum constitutionem Iosue deseruerint, necnon in templo quod postea à Salomone Domino ædificatum & dedicatum est, habes planissimè in libro Regum. Quod uero sacerdotibus cum populo in captiuitate ductis, & in eadem captiuitate per septuaginta annos detentis, memorati Gabaonitæ, eorundem sacerdotum obsequio fuerint mancipati, habes in libro Esdræ, ubi seorsim sacerdotes, seorsim uero numerantur Leuitæ, ad extremum numerantur Nathinæi, numerantur etiam & filij seruorum Salomonis. Nathinæi Hebraicè, Latinè quoque donati uel donaticij appellantur. Hi sunt profecto accipiendi memorati Gabaonitæ, quos Iosue tabernaculo Domini seruituros donauit. Porro quos uocat in eodem libro Esdræ, filios seruorum Salomonis, hi sunt absque dubio intelligendi, quos Salomon ob honorem diuini cultus, templo Domini delegauit.

4 Tempore igitur Iudicum manifestum est, populum Israeliticum à cultu diuino recessisse, & ab offerendis Deo sacrificiis & hostiis pacificis, & cæteris quæ in lege præcepta sunt, diuersarum specierum muneribus, toruisse, & ad ritum gentium deflectisse. Quoniam ut in libro Iudicum legitur: In diebus illis non erat rex in Israel, sed quisque quod sibi rectum uidebatur, hoc faciebat. Et ideo ob meritum scelerum suorum, earundem gentium dominio subiugatum, & diuersis tribulationibus & angustiis afflictum fuisse: Qui sæpe reatum suum agnoscentes, & luctuosos poenitentia gemitibus descentes per sacrificia Deo oblata, à quibus diu vacauerant, de inimicis suis exitere uictores, sicut legimus de Gedeon & Manue. Hæc idcirco protulimus, ut magnopere perpendatur, quanti sit discriminis, cultum diuinum, Deoque sacrificia debita aut negligi aut dehonoriari, & quanti sit solatij contra hostes uisibiles & inuisibiles, magnique muniminis, ea ritè

& honestè exhiberi. Veremurque nimium, ne hoc quod dicitur, Faciebat unusquisque quod sibi rectum uidebatur: possit quoquo modo illis aptari, qui res ecclesiæ aut dant, aut accipiunt, & in suos usus contra fas retorquent, & hoc sibi rectum iustumque uideri putant.

5 Legimus itaque in libro Samuelis primo, quod pro eo quod Anna filium suum Samuelem adduxit in domum Domini, quæ erat in Silo, cumque cum holocaustis per officium Heli sacerdotis obtulit Domino, ita ut cunctis diebus uitæ suæ seruiret Domino, idcirco benedictionem meruerit à Domino. Nota prudens lector, quod tabernaculum Domini uocetur hic domus Domini, sicut habes in eodem libro: Et adduxit eum, id est, Samuelem, in domum Domini in Silo. At si fortè quis quærat, quàm benedictionem eadem Anna consecuta sit, uideat sequentia. Ascendit itaque Anna cum viro suo Helchana, ut immolaret hostiam solemnem, & benedixit Heli Helchanae & uxori eius, dixitque: Reddet Dominus tibi semen de muliere hac pro scænoie, quod comodasti Domino, & abierunt in locum suum. Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit & peperit tres filios & duas filias, & magnificatus est puer Samuel apud Dominum. Si pro filio & hostiis Deo oblati Anna benedici, & spiritum prophetiæ & sobolem meruit adipisci: cauendum illis est, qui hostias ab aliis Deo oblatas auferunt, ut non solum maledictionem, sed etiam extinctionem filiorum suorum incurrant, sicuti quosdam incurrisse non ambigimus.

6 Quod autem sequitur in eodem libro nimium est terribile. Si (inquit) peccauerit uir in uirum, placari ei potest Deus: si autè in Deum peccauerit uir, quis orabit pro eo? Inter cætera nanque peccata, quibus in Deum peccatur, non minimum peccatum extat illud, quo cultus Dei contemnitur aut minuitur uel dehonoriatur, & idcirco tam ingens peccatum modis omnibus est cauendum. Quicumque ergo ea, quæ diuino nomini consecrata sunt, auferit, in Deum se peccare nullo modo dubitet. Sed & hoc ualde est terribile, quod dominus loquens ad Heli sacerdotem, ita inter cætera inquit: Quicumque glorificauerit me in cælis est: specialiter tamen glorificatur Deus in cultu suo, & in his quæ ei consecrantur, & sanctificantur. Contemnitur autem ab his, qui in tantam uesaniam prorumpunt, ut illi consecrata, auferre non formident. Quibus ualde pertimescendum est illud quod sequitur: Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Magna porro ignobilitas est, aliquam deo in suis sacratis rebus iniuriam inferre, & à uoluntate & seruitio illius se disiungere, & hostis sui uoluntati & obsequio mancipare.

7 Ruina quoque Heli sacerdotis filiorumque eius, quæ in eodem libro Samuelis sequitur facta: non solum patribus, sed etiam filiis est pertimescenda: quapropter patribus studendum est, ut filios suos indigne atque illicitè agentes, congrua inuentione corripiant: filiis autem prouidendum est, ne circa ea quæ Domino aut consecrata sunt, aut consecrantur, illicitum quid gerat. Illicitum dicimus factum, quado ea quæ illis fas non est, à cultu diuino abstrahunt, & sine dubio fu-

rorem Domini in se concitant. Timendumque valde est, ne tandem in auferendis rebus Deo oblatis, tale gignatur peccatum, quod non expietur nec victimis nec muneribus: sicuti pro iniquitate Heli filiorumque eius, à Domino dictum esse legimus.

*1. Reg. 3. e* Vnde in eodem libro per Samuelem prophetam de Heli Dominus loquitur: In die illo sulcabo aduersus Heli omnia quæ locutus sum super domum eius incipiam & complebo. Prædixi enim ei, quod iudicaturus essem domum eius in æternum propter iniquitatem eius, eo quod nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit filios. Idcirco iuravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsque in æternum. Attendendum & pertimescendum valde est, quale sit facinus vel flagitium, quod nec victimis nec muneribus expiari possit: & agnoscendum liquidò est, quod tam terribilis diuina interminatio, quæ non modo victimis, verum etiam quibuslibet muneribus expiari interdicitur, ex duobus contemptibus nasci, nullo modo dubitatur. Vno quidè, quo paterna disciplina erga filios delinquentes, & Deum in suis actibus ad iracundiam prouocantes, & quodam vano carnalis affectus amore segnior remissiorque efficitur, & filiorum admissa, in semetipsum redundate comprobantur. Altero, quo erga cultum Dei, Deoque diuersa consecrata ac sanctificata donaria, temerario ausu delinquitur: & idem delictum non solum in prælatis, verum etiam in subiectis diuina ultione per sæpe vindicatur. Hæc de Heli filiisque eius transgredientibus præceptum Domini, dicta sint. Cæterum obseruandum est, & summopere vigilantè que cauendum, ne factum Heli filiorumque eius, filij sanctæ Dei ecclesiæ imitentur, ne fortè (quod absit) per eorum imitationem, & ipsi animatum suarum periculationem incurrant, & per eos totus populus deueniat ad temporalem & æternam damnationem. Captio denique arcæ Dei, in qua erant tabulæ testamenti, & cætera quæ diuino præcepto inesse memorantur, propter peccata memorati Heli sacerdotis, filiorumque eius, accidisse minime dubitatur.

*Heb. 9. a*

8 Populi quoque Dei tam flebilis interemptio, nõ solum propter sacerdotum, verum etiam propter sua innumera delicta, quibus cultum Dei nihil ducebant accidisse manifestum est. Sæpe quippe accidisse legimus, culpam sacerdotum, ruinam extitisse populi: & rursus populi culpam, ruinam extitisse sacerdotum, sicut apertè liquet, culpam Heli filiorumque eius, populi extitisse ruinam: & rursus culpam populi, captiuitatem extitisse sanctorum prophetarum, Ezechielis videlicet, Danielis & Hieremiæ, & aliorum multorum seruatorum Dei, secundum legis præceptum Deo sincerè ac religiosè seruire volentium, sicut in eorundem prophetarum libris facilimè animaduerti potest. Capturam porrò arcæ Dei, quæ typum gessit capitis nostri Christi, corporisque eius, sanctæ videlicet ecclesiæ: populi que ruinam, propter Heli sacerdotis negligentiam, filiorumque eius transgressionem peruenisse: nulli qui sanum sapit, dubium est.

9 Veruntamen quod eiusdem arcæ Dei captoribus, Deique populi cæforibus prouenerit, manifestum est. Si ergo ab alienigenis propter peccata sacerdotis suorumque filiorum præcepta Dei transgredientium, facta est arcæ diuini testamenti captio, & po-

puli Dei flebilis collapsio: cauendum omnibus qui Christi nomine censentur, summopere est, ne spreto sacerdotum Christi ministerio, & cultu eius parumpenso, propter suam cupiditatem & illicitam præsumptionem, arcam Dei, quæ utique cum capite suo Christo vnã cõstat esse personam, eandem arcam in hostium suorum (quod Deus longè faciat) corruere faciant deprædationem.

10 Qualiter denique Dei electus propheta Samuel, in cultibus sacris & in altaribus erigendis, & in holocaustis offerendis, & in populis ab idolorum cultura ad diuinum cultum reuocandis, Deo placuerit, ipsius libri historia legentibus apertè demonstrat. Vnde colligi datur, quod quamquam cultus diuinus impugnatores non solum indigenas, verum etiam externos habeat: nunquam tamen Domino gubernante, perpetuam desolationem & dehonorationem habebit: quoniam adest & aderit cultus sui fautoribus & administratoribus ille, qui dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi.

11 Quantum autem inobedientia præferatur victimis & holocaustis, eiusdem Samuelis propheta verbis apertè demonstrat. Nunquid vult (inquit) Dominus holocausta aut victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quàm victima, & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi, repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Iussit enim Dominus sibi subque tabernaculo diuersa donaria, & non alia nisi preciosa offerri, & ea penitus non est passus auferri. Ergo offerentes, Domino obedientes: auferentes verò, proculdubio extant ei inobedientes atque repugnantes. Cauendumque est illis, ne propter suam inobedientiam, imò cupiditatem, peccatum & scelus, quod ipse Samuel cõmemorat, incurrant.

12 Abiectione itaque atque reprobato propter inobedientiam Saul rege, David electione diuina à Samuele (Domino præcipiente) yngitur in regè. Qui quæta fuerit fortitudinis, quantæque erga cultum diuinum amplificandum & exaltandum deuotionis, iam & in præcedentibus commemoratum est, & hic succinctim commemorandum.

13 Inter cætera quippe circa diuinum cultum religiosa facta sua, quantæque venerationi arcam Dei habuerit, intueamur. Habes siquidem in secundo eiusdem Samuelis libro: Cumque trascendissent (inquit) qui portabant arcam Domini sex passus, immolabant bouem & arietem, & David percutiebat in organis armigatis, & saltabat totis viribus ante Dominum. Porrò David accinctus erat ephod lineo. Et David & omnis domus Israel ducebant arcam testamenti Domini in iubilo & clangore buccinæ. Et infra: Et introduxerunt arcam Domini, & posuerunt eam in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat David ei. Et obtulit David holocausta coram Domino, & pacifica. Cumque compleisset offerens holocaustum & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum.

14 Eundem porrò David in numeratione populi Domini peccasse, iramque illius in populo sibi subiecto expertum fuisse, perspicuum est. Qui cum vidisset angelum cædentem populum, memor transgressionis & fragilitatis suæ, dixit ad Dominum: Ego sum

sum qui peccaui, ego iniquè egi: isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur (ob secro) manus tua contra me, & contra domum patris mei. Et monente Gad propheta, emit aream ab Areuna Iebusæo. Et constructo ibi altari Domino, & oblatis holocaustis & pacificis, & reatus sui obliterationem, & diuinam repropitiationem, ac populi promeruit nancisci liberationem, sicut ibi legitur: Et repropitiatu est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel. Hæc idcirco posuimus, vt animaduertatur, quantum apud diuinam maiestatem valeat & veneratio diuini cultus, & erectio sacrorum altarum, & holocaustorum & pacificorum, & cæterorum quæ Domino offeruntur, oblatio, & quantum Deo displiceat eorum oblatio.

*1. Reg. 7. a* 15 Feruentissima nanque eiusdem David erga templum Domini, eiusque cultum, in tantum excreuit deuotio, vt diceret ad Nathan prophetam: Vides ne quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium? & cætera quæ sequuntur. Voluit enim, sicut sequentia docent, ardētissimè ac deuotissimè domum Deo israel miræ magnitudinis & admirandæ pulchritudinis, ædificare: sed quia ab eadem ædificatione à Domino est prohibitus, & vt filius eius, qui egredere de vtero eius (Domino sibi reuelante ac pollicente) eandem domum foret edificaturus, didicit, omnes expensas eiusdem ædificandæ domus, quas dinumerare longum est, præparauit: necnon & donaria innumera in diuersissimis ac preciosissimis speciebus læto & alacri animo sanctificauit, & in thesauris illius recondenda cõsecrauit, sicuti in Regnorum, præcipueque in Paralipomenon libris habetur.

16 Qualiter autem Salomon filius David, potentissimus ac ditissimus regum, domum Domino ex impensis paternis & copiosissimis sumptibus suis edificauerit, & cum ingenti gloria dedicauerit, & ea quæ pater suus siue ipse Domino obrulerat, & in thesauris eius recondenda sanctificauerat, & quid à Domino sibi apparente ac pollicente audiuit: hic per singula commemorandum, subcisium duximus, præsertim cum legentibus omnia memoratis libris in promptu habeantur.

17 Quod verò eadem domus typum gesserit sanctæ Dei Ecclesiæ, nullus sanus sapiens ignorat. Quisquis enim ex asse nosse cupit, quibus muneribus cæteri reges eandem honorauerint, & exaltauerint atque amplificauerint domum, & eius cultui deditum exhibuerint famulatum, & quibus præconiis veneratores & amatores eius à Domino sint laudati, & de hostium suorum insidiis tuti ac libertati: dehonoroatores verò eiusdem templi, & diuinorum præceptorum transgressores, quantum à Domino sint reprobati, & ab hostibus suis trucidati, seriem eorundem librorum diligenter legat: & profectò reperiet, quod nulli Dominicæ domus dehonotori, & eorū quæ Domino oblata sunt, surreptori impunè cesserit. Hæc de Israeliticis iustis regibus, diuini templi honoratoribus, & diuersa donaria Domino offerentibus: necnon & de iniustis secus agentibus, & eiusdem sacratissimi templi dehonotoribus, & à cultu diuino seipsum populumque Dei alienantibus, & ad idolagantium conuertentibus, breuiter congersisse sufficit.

18 Idem igitur Deo sacratum templum, ab externis gentibus constat esse veneratum, & multiplici-

bus donis honoratum, sicut habes de Hirã rege Tyræ, & de Seleuco rege Asiæ, de quo in secundo lib. Machab. ita legitur: Igitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè custodirentur, propter Oniæ pontificis pietatem & animos odio habentes mala, fiebat vt ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & idè plurimum maximis muneribus illustrarent: ita vt Seleucus Asiæ rex, de redditibus suis præstaret omnes sumptus, in ministerium sacrificiorum pertinentes. Obserua diligens lector, quantum memoratum venerabile templum, non solum à principibus & regibus diuinam legem tenentibus, sed etiam à diuersis nationum regibus, eandem Dei legem ignorantibus, propter amorem & honorem Dei maximis muneribus sit illustratum & honoratum. Nam & idem templum ad adorandum Dominum & diuersis muneribus honorandum, multos gentium adiuisset, aduentus illius Aethiopsis, quem à Philippo legimus baptisatum, necnon & reginæ Saba, euidentissimè adstruunt.

19 Propter peccata quoque sacerdotum & regum totiusque populi, idem templum quod in magna gloria à Salomone, Domino fuerat conditum, & per quadringentos & triginta annos manserat illæsum, imò valde gloriosum, à Chaldæis fuit incensum atque dirutum: & Hierosolymorum vrbs destructa, populuf que in Babylonicam captiuitatem deductus, & vasa domus Domini, & quæcunque in thesauris domus Domini Domino fuerant consecrata & sanctificata in Babylonem sunt deportata. Non tamen eadè vasa Domino sacrata, Nabuchodonosor rex prophanus in suos præsumpsit retorquere vsus: sed ea in locis præcipuis, in delubris videlicet deorum suorum, quæ apud illū magnæ habebantur venerationi & religioni, seruanda deposuit. Sciendum verò est, quod pro eo quod templum Domini incendit, vasa Domini in Babylonem transtulit, populo Dei captiuitatē inflixit, ei vilo modo impunè non celsit. Quoniam & propter hoc factum, & pro eo quod gloriam & potestatem & honorem regni sui non Deo, sed sibi tribuit, cœlicam vocem audiuit, quæ ita facta est: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum transiit à te, & ab hominibus te eiicient, & cum bestiis ferisque erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur ex celsis in regno hominum, & cuiusque voluerit, det illud. Eadem hora sermo cõpletus est super Nabuchodonosor, & cuncta quæ dicta ei fuerant prouenerunt sicut sequentia testantur.

20 Sed quia propter sacrilegium, quod circa templum Domini patrauerat, & suam magnam elationem, qua contra Dominum superbiendo tumuerat, & Danielis prophetæ consilium, suæ saluti commodum, audire contempserat, quibus ei orsus est: Quæ obrem Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum, fortè ignoscet Deus delictis tuis: tantam promeruit obiectionem, vt etiam cum bestiis & feris esset habitatio eius, & fœnum vt bos comederet, videamus quid post transactum obiectionis suæ tempus, idem Nabuchodonosor humiliatus dixerit.

21 Igitur post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus reditus est mihi, & altissimo benedixi, & viuentem in sempiternū laudaui & glorificaui, quia potestas eius potestas

*2. Reg. 5. 3. Reg. 5. b 2. Mac. 3. a*

*Acto. 8. e 3. Reg. 10. a 2. Par. 9. a*

*Dani. 4. f*

*Ibidem. c*

*Ibidem. g.*

potestas sempiterna, & regnū eius in generationem & generationē. Et omnes habitatores terrę apud eū in nihilum reputati sunt iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cęli, quā in habitatoribus terrę: & non est qui resistat manui eius, & dicat ei, Quare fecisti? In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei decoremque perueni, & figura mea reuersa est ad me, & optimates mei & magistratus mei requisierunt me: & in regno meo restitutus sum, & magnificentia mea amplior reddita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico Regem cęli, quia omnia opera eius vera, & viæ ei⁹ iudicia, & gradientes in superbia potens est humiliare. Calicem præterea furoris Domini, qui secundum vaticiniū Hieremię propheta propinatus est gentibus, aduersantibus videlicet Israelitico populo, & a testamento Dei procul secretis, eundem Nabuchodonosor in memorata abiectioe plerique bibisse arbitrantur. Vnde legitur in Hieremia propheta: Et post eos bibit Sefach. Sefach enim Nabuchodonosor fuisse, doctores nostri intelligunt. Quod si Nabuchodonosor tanti sacrilegij, tantęque arrogantię, tantę etiam impietatis rex, propter suam humilem recognitionem, ad honorem decoremque regni sui peruenire, suoque regno restitui, & magnificentiam (Domino tribuente) ampliorē sibi addi promeruit: liquet profectō, & indubitanter accipi potest, quod hi qui res Deo sacratas in suis audacter abutuntur vñibus, si ad rēpū sibi prospexerint, & dignā Deo recognitionē illicitorum factorum suorū humiliter fecerint, veniam delictorum suorū possint promereri, & non solum in hoc seculo temporaliter à Domino exaltari, verū etiam in futuro æternaliter remunerari. Si autem hoc facere præproperē detrectauerint, verendum est illis, ne ad instar Nabuchodonosor, cum feris bestiis, id est, cum immundis spiritibus (de quibus Psalmographus ait, Ne tradas Domine bestiis animas confitentium tibi) sit eorum sine fine habitatio.

22 Porro Balthassar, qui filius Nabuchodonosor fuisse describitur, vino deditus in tantam prorumpere ausus est superbiam, suęque salutis inimicam, imō sacrilegam præsumptionem, vt in cōiuiuo suo, Deo sacrata vasa ad libitum saui iuberet adferri, vt biberet in eis ipse & optimates eius, vxores & concubinae eius, & collaudaret deos suos: & ob id ad suum interitum, articulum scribentis prospexit in pariete, & eadem nocte Medis & Persis sese obsidentibus, regno cum vita caruit, sicut verba Danielis propheta de eo & aduersus eum testantur, quę ita habent: O Rex, Deus altissimus regnum & magnificentiam gloriam & honorem dedi Nabuchodonosor patri tuo, & propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguę tremebant & metuebant eum. Quos volebat, interficiebar: & quos volebat, percutiebar. Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam: depositus est de folio regni sui, & gloria ei⁹ ablata est. Et infra: Tu quoque filius eius Balthassar, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia, sed aduersus dominatorem cęli elatus est, & vasa domus eius allata sunt coram te, & tu & optimates tui, & vxores tuę & concubinae tuę vinū in eis bibistis: deos quoque argenteos & aureos & creos & ferreos, ligneosque & lapideos, qui non vident, neque audiunt, ne-

que sentiunt, laudasti: porrō Deum qui habet statum tuum in manu sua & omnes vias tuas, non glorificasti: idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc quod exaratum est. Et paulo post: Eadē nocte interfectus est Balthassar rex Chaldeus, & Darius Medus successit in regnum. Si Balthassar pro eo quod vasa Domini sibi adferri iussit, vt in eis biberet, quę vtique postea ad impetium Cyri regis Persarum, templo Domini sunt restituta, & regno priuari, & morte meruit mulctari: quid putas de illis erit, qui non solum sancta vasa, ve rueriam alias Deo sanctificatas res suis applicant vñibus? Quapropter obseruandum est illis, ne (quod absit) ad instar Balthassar, & præsentis & futurę vitę subeant mortem.

23 Septuagesimo itaque captiuitatis Israelitici populi anno peracto, orantibus Daniele & aliis prophetis, idem populus, sicut Dominus per Hieremiam prophetam prædixerat, permittente eodem Cyro rege Persarum, ad propria est reuersus, & omnia vasa templi Domini quę Nabuchodonosor asportauerat, ad idem templum sunt relata, & ab his idem templum & ciuitas ad pristinum sunt restaurata statum, adiuuantibus illis & hortantibus, vt idem templum & ciuitatem restaurarent, Aggæo & Zacharia prophetis eximii: & præfuerunt eidem operi Zorobabel de regio, & Iesus de sacerdotali semine.

24 Hoc igitur templum stabile permanit per trecentos quadraginta sex annos. Quod rursus propter peccata sacerdotum & regum atque populi, Antiochus prophanissimus & impurissimus Rex Græcorum, fraude capta Hierusalem, sordibus idolorū polluit, auferens inde altare Domini aureum, mensam propositionis, candelabrum luminis, & cetera vasa templi aurea, quę inuenire potuit: & alia plura in eodem templo polluendo & expoliando, populumque Dei atrociter affligendo & interficiendo patrauit, sicut in secundo Machabæorum libro legitur. Non tamen prætereundū est, quod de eodem Antiocho in eodem libro legitur. Sequitur enim ibi: Nec ista eidem sufficiunt Antiocho. Ausus est intrare templū vniuersa terra sanctius, Menelao ductore, qui legum & patrię fuit proditor, & scelestis manibus sumens sancta vasa, quę ab aliis regibus & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci, & gloriam, contrectabat indignē. Ita alienatus mente Antiochus non considerabat, quod propter peccata habitantium ciuitatem modicum Dominus fuerat iratus, propter quod & accidit circa locum despectio. Alioquin nisi contigisset, eos multis peccatis esse inuolutos, sicut Heliodorus, qui missus est à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam hic statim adueniens flagellatus, repulsus vtique fuisset ab audacia, Verū non propter locum gentem, sed propter gentem Dominus locū elegit. Ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorū, postea autem fiet socius & bonorum. Et qui derelictus est in ira Dei omnipotentis, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur.

25 Qualiter nanque Iudas Machabæus idem templum purificauerit & ditauerit, Deoque consecrauerit, habes in eodem libro.

26 Quid verò idem prophanissimus rex Antiochus pro contuminatione eiusdem sacratissimi templi, sacrorumque vasorum asportatione, & ceteris malis, quę siue erga memoratum templum, siue erga populum Dei exercuit, perpeffus sit, videmus. Qui

Qui vniuersa cōspicit dominus Deus Israel, percussit eum insanabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. Et post pauca isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris impetare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram, in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in seipso contestans, ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentis in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur: & qui paulo ante sidera cęli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Et infra: Et cum nec ipse fœtorem suum iam ferre posset, ita ait: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Et post pauca: Templum etiam sanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis iam ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus, de redditib⁹ suis se præstatum pollicitus est. Iterum non post multa: Igitur homicida & blasphem⁹, pessimē percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregrē in montibus miserabili obitu vita functus est. Horrida planē, cunctisque mortalibus est pertimescenda mors tam terribilis scelestissimi regis Antiochi, qui pro eo quod ausus est templum intrare & contaminare, & vasa Deo sacrata inde auferre, atque scelestis manibus sancta vasa, quę ab aliis regibus ad ornatum loci, & gloriam Deo fuerant oclata, indignē contrectare, & in suos nefandissimos vsus conuertere, iusto Dei iudicio tā horribili morte meruit occumbere. In cuius interitu sagaciter animaduertendum, quod Deus omnipotens inuasionem vel oblationem sibi oblatarum rerum rerum, inultam nec dimittit, nec dimisit, nec dimissurus sit. Quædam tamen, vt in superioribus iam dictum est, in præsentī vlscitur seculo, quædam verò vlscenda in futuro reseruat seculo.

27 Quę igitur pœna Menelaum ductorem & hortatorem memoratiregis Antiochi, ad expoliandum templum Domini, & vasa Deo sacrata auferenda, qui vtique proditor legum & patrię scribitur extitisse, digna congruaque sit pœna subsequuta, sequentia pandunt, quę ita se habent: Anno autem quadragesimo nono cognouit Iudas Antiochum Eupatoris venire cum multitudine aduersus Iudæam, & cū eo Lysiam procuratorem & præpositum negociorū Et post pauca. Commiscuit autem se illis & Menelaus, & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum non pro patrię salute, sed sperans se cōstitui in principatum. Sed Rex regum luscitauit animos Antiochi in peccatorē: & suggerente Lysia, hunc esse causam omnium malorū, iussit (vt eis est consuetudo) cōprehensum in eodem loco necari. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestū vndique habens cineris. Hęc prospectum habebat in præceps. Inde in cinerem eiici iussit sacrilegū, omnibus eum propellentibus ad interitum: & tali lege; præuaricatorum legis contigit mori, nec terrę dari Menelaum. Et quidem satis iustē nam quia multa circa aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus, ipse in cinere damnatus est. Notandum, quod Menelaus ideo sacrilegus dicitur, pro eo quod Antiocho ductor extitit, & vt sacra vasa templi auferret, consilium dedit. Nam pro eo quod circa aram Domini in multis deliquerat, tam exitiabili

morte perierat. Cuius exemplo deterrendi sunt non solum hi qui circa aram Dei ad seruiendum Domino, eique ministrandum, verum etiā hi qui aliis propter suam explendam cupiditatē, in auferendis Deo sacratis rebus consilium dant, & exhortatores fiunt & facientibus impunitatem promittunt, vt se modis omnibus cōpescant, ne tam mortis atrocissimē Menelai (quod absit) participes existant.

28 Qui autem ærarium Domini, id est, templum eius, pecuniis aut Deo oblati, aut ab aliis depositis, expoliandum impunē posse & debere arbitrantur, perpendant, quid Heliodorus, siue comites, eique parentes, Hierosolymam aduenientes, vt ærariū Domini pecuniis expoliarent, ab equo cęlesti, eiusque terribili fœtore, necnon & cęlicolis iuuenibus duobus perpensus sit, de quo ita habes in eodem libro Machabæorum secundo: Cum venisset Heliodorus Hierosolymam, & benignē à summo sacerdote in ciuitate esset exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei gratia adesset, aperuit. Interrogabat autem, si verē hæc ita essent. Tunc summus sacerdos ostendit, deposita esse hæc ad victualia viduarum ac pupillorū. Et infra: Decipi verò eos, qui credidissent loco & templo, quod per vniuersum mundū honoratur pro sui veneratione & sanctitate, omnino impossibile esse. Et infra: Heliodorus autem quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium præsens, sed spiritus omnipotentis magnam fecit suę ostensionis euidenciam, ita vt omnes qui ausi fuerant ei parere, ruentes Dei virtute, in dissolutionem & formidinem cōuerterentur. Apparuit enim illis quidam equ⁹, terribilem habens fœtorem, optimus operimentis adornatus. Isque cū impetu Heliodoro priores calces elisit. Qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes, virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu, qui circunsterent eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. Subitō autem Heliodorus cōcidit in terram, eumque multa caligine confusum, rapuerunt, atque in sella gestatoria positiueiecerunt. Et is qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur, nullo sibi auxilium ferente, manifesta cognita Dei virtute. Et ille quidem per diuinam virtutem iacebat mut⁹. Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificauit locum suum: & templum, quod paulo antē timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Deo gaudio & lætitia impletum. Tum verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam, vt inuocaret altissimum, & vitam donaret ei, qui in supremo spiritu erat constitutus. Considerans autem summus sacerdos, ne fortē rex suspicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorū consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. Cumque summus sacerdos exoraret, iidem iuuenes eidem vestibus amicti, adstantes Heliodoro, dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age, nam propter eum tibi Dominus vitam donauit: Tu autem ab eo flagellatus, nuncia omnibus magnalia Dei, & potestatem. Et his dictis, nō cōparuerūt. Heliodor⁹ autē hostia Deo oblata, & votis magnis, pmisit ei: qui viuere illi concessit. Et Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad Regem. Testabatur autem omnibus ea, quę sub oculis viderat, opera magni Dei. Cū autem Rex interrogasset, quis est aptus adhuc semel mitti Hieroso-



rosolymam, ait: Si quem habes hostem, aut regni in-  
fidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies,  
si tamen euaserit, eo quod in loco verè sit Dei quæ-  
dam virtus. Nam ipse, qui habet in cælis habitatio-  
nem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes  
ad malefaciendum, percutit ac perdit.

29 De his itaque quæ erga Heliodorum, Domino  
in sue æratio suam iniuriam, suamque dehonora-  
tionem vlciscente, gesta sunt, multa posuimus: quoniam  
ea ad eorum audaciam & pestiferam præsumptio-  
nem reprimendum, qui loca Deo dicata expoliare  
non metuunt, valde necessaria præuidimus. Quibus  
scire, & summopere discere conuenit, quod in locis  
Deo dicatis verè virtus Dei sit, eorumque visitator  
& adiutor Deus sit, & venientes ad malefaciendum  
percutit ac perdit.

30 Quod vero Deo oblata, quæ utique sancta vo-  
cantur, ab his quibus officium non est, auferri, imò  
contingi fas non sit, verba Iudith loquentis ad Ho-  
lophernem, patenter innuunt, quæ ita inquit: Deni-  
que hoc ordinant, ut interficiant pecora sua, & fan-  
guinem eorū bibant, & sancta Domini Dei sui, quæ  
præcepit non cōtingi, in frumento, vino & oleo hæc  
cogitauerunt impendere: & volunt consumere, quæ  
nec manibus debebant contingere. Ergo quoniam  
hæc faciunt, certum est quod in perditionem dabun-  
tur. At si fortè quispiam quærat, ex qua autoritate  
Iudith hæc verba protulerit, legat diligenter Leuiti-  
cum, & ceteros veteris testamenti libros in quibus  
Domino consecrata, ab exteris contingi prohiben-  
tur: & manifestè inueniet, vnde eadem verba sum-  
pserit.

31 Ozias interea rex, pro eo quod officium sacer-  
dotale, quod solummodo ad ius pertinebat sacerdo-  
tum, arripere præsumpsit, ilicò lepra mulctatus est,  
& terramotus tam illicitum, tamque sacrilegum e-  
ius factum subsecutus est, qui etiam vsque ad diem  
mortis suæ leprosus permanfit. Hanc igitur lepram,  
quam Ozias propter suam temerariam præsumptio-  
nem, & alterius officij illicitam arreptionem, in cor-  
pore vsque ad diem obitus sui sustinuit, cauere oportet  
eos qui ea quæ ad suum ministerium non perti-  
nent, auferre non pertimescunt, ne fortè (quod ab-  
sit) in anima eadem lepram miserabiliter sustineat.  
Plura quidem de sanctorum prophetarum dictis &  
Hagiographorum libris testimonia, huic opusculo  
subnectenda fuerant, quæ euidenter negocium, de  
quo legitur, multifariè adstruunt: sed ob prolixita-  
tem vitandam, prætermittenda nobis visa sunt: quæ  
tamen de veteri testamento, breuitatis studio posui-  
mus, sufficienti vestræ magnitudini fore suppliciter  
flagitamus. Sed quia iuxta Apostolum, ea quæ carna-  
li populo in figura contingebant, & scripta sunt pro-  
pter correctionem nostram, in quos fines seculorum  
deuenerunt: nos qui iam per Christi gratiam spiri-  
tuales effecti sumus, debemus ea spiritali ratione  
discutere: & qualiter illud templum Iudaicum, typū  
gesserit ecclesiæ catholicæ, & conditor illius Salo-  
mon, qui interpretatur pacificus, personam redem-  
ptoris nostri Christi, veri & summi regis pacifici de-  
signauerit, in sequenti opusculo ex sanctorum Pa-  
trum eloquiis demonstrare.

CONCILII AQVÆGRANENSIS  
sub Pipino, Ludouici pij filio, habiti,  
Liber Tertius.

TITVLI CAPITVLORVM LIBRI  
tertij presentis Concilij.

- 1 Quod Salomon edificator Iudaici templi, redemptoris no-  
stri: & templum quod edificauit, typum gesserit catholi-  
cæ Ecclesiæ.
- 2 Quod idem rex noster pacificus Christus, ecclesiā in hoc  
seculo, quod per septem dies euoluitur, construat: & in  
futuro, id est, in octauo die, eam dedicaturus sit.
- 3 Quod due sint confusiones, vna in presenti, altera in fu-  
turo seculo: vna, quæ per penitentiam remedium capit:  
altera, quæ æternam penam flebiliter incurrit.
- 4 Qualiter ecclesiā Christi ab exordio natiuitatis sue cape-  
rit crescere, dilatari, ac propagari, & fidelium oblationi-  
bus munerari.
- 5 Quod caput nostrum Christus, oblata fidelium suscepisse  
non ambigitur.
- 6 Quod qui aliquid de ecclesiā furatur, Iuda perditio com-  
paretur.
- 7 Quod idcirco Dominus & redemptor noster loculos ha-  
bere voluerit, eo quod ecclesiā ipsius loculos habiturus  
esset.
- 8 Quod iuxta beati Hieronymi documentum, qui stipe tē-  
pli, & his quæ conferuntur in usus ecclesiæ abutuntur  
in alijs rebus, quibus expleant voluntatem suam, similes  
sunt scribarum & sacerdotum, redimentium mendacijs  
& sanguinem Saluatoris.
- 9 De vnguento quo mulier corpus Domini unxit.
- 10 De vidua, duas in gazophylacium stipes mittente, &  
quid sit gazophylacium.
- 11 Quid respectio Domini in gazophylacium significet.
- 12 Quod Dominus & redemptor noster, dehonorationem  
templi sui fieri non velit, factum eius demonstrat, quan-  
do flagello adhibito, vendentes & ementes de templo  
eiecit.
- 13 Quod expositio B. Hieronymi valde sit terribilis, quam  
dixit de expulsiōe eiusdem templi, quam Dominus  
& redemptor noster mirabiliter fecit.
- 14 Quod licet Ecclesiā Christi propter peccata nostra di-  
uersis temporibus, diuersisque modis sit expugnata, ni-  
quam tamen à Christo sit deserta.
- 15 Quid B. Hieronymus de his qui possessiunculas ecclesiæ,  
& ea quæ in Dei donaria collata sunt, vertunt in lu-  
crum suum, in expositione Sophoniæ propheta dicat.
- 16 Qui idem in expositione eiusdem propheta sentiat de his  
qui de rapinis & nudatione miserorum offerunt sacri-  
ficia, & elemosynis ex iniquitate putant se redimere  
peccata.
- 17 Quid idem doctor in expositione Esaiæ propheta de his  
qui plebem sibi subiectam atterunt & rapina paupe-  
rum in domibus eorum est, quando ecclesiæ opibus abu-  
tuntur in delicijs: & publicas stipes, quæ ad sustentationem  
pauperum datæ sunt, vel sibi referuant, vel fili-  
is distribuunt.
- 18 Quid significet, quod Dominus & redemptor noster tē-  
plum Hierosolymitanum statuit temporibus adierit, si-  
bique docuerit, signa multa fecerit, & cetera quæ sacra  
testantur Euangelia.
- 19 Quomodo Ecclesiā Christi, post eius passionem & resur-  
rectionem, & ad cælos ascensionem, per Apostolos robo-  
rata & propagata atque fidelium oblationibus sit di-  
tata & exornata.

- 20 Quod ad predicationem B. Petri, per Apostolos ecclesiā  
in Christum cepit credere, & crescere ac multiplicari,  
& in exordio sui inchoauerit vota fidelium suscipere.
- 21 Quod Ananias, suaque uxor, pro eo quod de proprijs re-  
bus quas Deo vouerant, aliquid abstraxerunt, vel de-  
fraudauerunt, horribili morte mulctati sunt.
- 22 Quod Herodes parricida & sceleratissimus rex (ut ca-  
tera eius mala omittantur) pro eo quod sacerdotes Do-  
mini interemit, eorumque ministerium, & ea quæ ad  
cultum domus Domini consecrata erant, surripuit, cre-  
datur meruisse & ab angelo percuti, & a vermibus de-  
passi.
- 23 Quod Ecclesiā Christi per successores Apostolorum, sub  
Orthodoxis Imperatoribus & regibus ac principibus,  
ceterisque fidelibus, sua vota Deo offerentibus, in alta a-  
sit, ditata, ac sublimata.
- 24 Quod multa sanctorum Patrum, Latinorū atque Gra-  
corum documenta prætermittuntur, quæ res Deo dicatas  
atque sacratas impune auferri non posse testantur.
- 25 Quod aperte canones sacri auferendarum rerum eccle-  
siasticarum inhibeant audaciam.
- 26 De duobus capitulis Gangrensis Concilij, quibus Deo o-  
blata, accipi & dari prohibentur.
- 27 In calce huius operis, fit ad Dominum regem allocutio  
sacerdotum humilis atque fidelis.

PRÆFATIO.

**I**n fine præcedentis libelli nos promisi-  
sse meminimus, quod in huius exordio  
prout Deus posse dedisset, ex sanctorū  
Patrum oraculis breuiter ostendere-  
mus, quod templum Domini, quod à  
Salomone ædificatum & dedicatum  
Domino est, figura fuerit catholicæ ecclesiæ per vni-  
uersum orbem diffusa: & conditor illius Salomon  
rex, personæ gesserit Christi, quod quidem nos, Do-  
mino fauente, adimplere conamur. Salua quippe su-  
per hac re ceterorum sanctorum & eximiorum Pa-  
trum expositione, quorum dicta in subsequenti-  
bus ponenda sunt, quid venerabilis & modernis tempo-  
ribus doctor admirabilis Beda presbyter, de sæpe  
memorato templo in expositione Euangelij Ioan-  
nis sentiat, videamus.

Capitula libri Tertij Aquægranensis  
Concilij.

**A**it enim inter cetera: Salomon, rex  
qui interpretatur pacificus, ipsum re-  
demptorem nostrū typicè designat.  
De quo Esaias ait: Multiplicabitur e-  
ius imperium, & pacis non erit finis.  
Templum quod ædificauit, catholi-  
ca eius Ecclesiā est: quam de vniuersis per orbem  
credentibus, quam de viujs lapidibus, in vnam suæ  
fidei & charitatis compagem aggregat. Hæc idem  
Beda dixit.

2 Ceterum sciendum est, quod rex noster paci-  
ficus Christus, qui per crucem passionis suæ pa-  
cificauit omnia quæ in cælis & quæ in terris sunt,  
& qui est vera pax nostra, faciens vtraque vnum, ean-  
dem Ecclesiā suam per septē annos, id est, per sep-  
tem dies, quibus omne seculū euoluitur in hac mor-  
talitate, ædificat: quam octauo anno, id est, resurre-  
ctionis tempore dedicaturus est, quando scilicet mor-

tale nostrum induerit immortalitatem, quando ele-  
ctis suis diciturus est: Venite benedicti patris mei, p-  
cipite regnū quod vobis paratum est ab origine mū-  
di: quia esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, &  
dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me:  
nudus, & operuistis me: Infirmus & in carcere, & ve-  
nistis ad me. Hanc pro certo benedictionem auditu-  
ri sunt, qui in membris Christi, sua largiti sunt Chri-  
sto. Quid ergo putas audituri sunt hi qui aliorū lar-  
gita, & ad honorem Ecclesiæ decoremque, & ad v-  
lus ministrorum Christi, pauperumque refectionem  
ac recreationem collata, auferre non erubescunt?  
Quia ergo valde terribile est, quod audituri: sūt caueat  
dum sibi viuere conceditur, ne pro tam felici bene-  
dictione percipiant maledictionem, & illam æternam  
confusionem, de qua Dauid propheta se libera-  
randum, Dominum deprecabatur, dicens: In te Do-  
mine speraui, non confundar in æternum, &c.

3 Confusiones nanque duas esse legimus. Vnam  
temporalem, per quam omnis peccator, penitendo  
Domino peccasse confunditur, alteram, æternalem,  
& sine fine mansuram, quam hi qui à sinistris erunt,  
audituri sunt, quibus dicitur: Ire maledicti in ignem  
æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius  
Qui hanc maledictionem & æternam confusionem  
non pertimescit, nimij ferrei pectoris existit. Quam  
obrem filijs Ecclesiæ vigilanter satagendum est, ut  
eandem benedictionem à Christo audire, & ab ami-  
cis, id est, pauperibus Christi, in æterna tabernacula  
recipi, & æternæ beatitudinis felicitate valeat sine fi-  
ne perfrui.

4 Qualiter porrò ecclesiā Christi ab exordio nati-  
uitatis suæ cepit crescere, dilatari ac propagari,  
& fidelium oblationibus munerari, in ipso capite no-  
stro Christo intueamur.

5 Idem nanque caput nostrum, Dominus ac redē-  
ptor noster Iesus Christus, qui cum sit cæli & terræ  
creator, omniumque bonorum largitor, oblationes  
tamen fidelium suscepisse non ambigitur, vnde erāt  
nummi, quos miser Iudas, & non miserabilis, furaba-  
tur: & idcirco non qualiscunque fur, sed fur sacrile-  
gus dicitur, qui aded nummos dilexit, ut pro num-  
mis Dominum & magistrum suū proderet. De quo  
B. Augustinus in homilia quadragesimæ octauæ Euā-  
gelij Ioannis ita dicit: Ecce inter sanctos est Iudas,  
ecce fur est Iudas: & ne contemnas, fur sacrilegus,  
non qualiscunque fur: fur loculorum, sed Domini-  
corum: loculorum, sed sacrorum. Si crimina discer-  
nuntur in foro qualiscunque furti & peculatus (pe-  
culatus enim dicitur, furtum de re publica) & non  
sic iudicatur furtum rei priuatæ, quomodo publicæ:  
quāto vehementius iudicandus est sacrilegus fur,  
non vndecunque tollens, sed de ecclesiā tollens.

6 Qui aliquid de ecclesiā furatur, Iudæ perditio cō-  
paratur. Nota quod aliquid de ecclesiā tollere, furtū  
esse B. Augustinus asseueret: & patratorem tanti fur-  
ti, sacrilegum appeller, necnon & Iudæ perditio æ-  
quiparet.

7 Et post pauca: Quare, inquit, loculos habuit, cui  
angeli ministrauerunt, nisi quod Ecclesiā eius locu-  
los suos habitura erat? Ecce quib⁹ tanti doctoris do-  
cumentis instruemur, quia quod in cap. præcessit, in  
corpore eius quod est Ecclesiā, videtur impletum.  
Porrò Christum & Ecclesiā vnam personam esse  
non, nescimus: & ideo quæ Ecclesiæ sunt, Chri-  
sti sunt: & quæ Ecclesiæ offeruntur, Christo offerun-  
tur:

Iud. 11. e

2. Pa. 26. d

1. Cor. 10.

1. Cor. 15.  
Matt. 25. e

Psal. 30.  
70.

Matt. 25.

tur: & quæ ab Ecclesia eius tolluntur, proculdubio Christo tolluntur. Esto, erat futurum ut Ecclesia Christi nummos haberet: si nummos, utique & prædia & mancipia, & diuersarum specierum innumera ornamenta: & quod illicitum sit, ea quæ conferuntur Ecclesie, auferri, B. Hieronymi scribentis in expositione Matth. euangelistæ, verba ita testatur.

Hic. super  
Matth. 28.  
ca.

8 Omnes (inquit) qui stipe tēpli, & his que conferuntur in vsus Ecclesie, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem: similes sunt scribarum & sacerdotum, redimentium mendacium & sanguinem saluatoris. Subtiliter planè, sagaciterque pertractanda sunt ac perpendenda verba tanti doctoris: & cunctis fidelibus cauendum est, ne in his rebus quæ Ecclesie collatæ sunt, auferendis, similes efficiantur pharisæis & pseudosacerdotibus, mendacium sanguinemque Christi redimentibus.

Ibi. 26. ca.

9 Scribit etiam idem B. Hieronymus in expositione Euangelij Matthæi, ita: Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Quod vos putatis perditionem esse vnguenti, officium sepulturæ est. Nec mirum, si mihi bonum odorè fidei suæ dederit, cum ego pro ea fusurus sim sanguinem meum. Multi sanè sunt hodie, qui Christiano censentur nomine, qui ad instar Iudæ, dicere solent super his quæ aut Domino consecrata sunt, aut consecrantur, aut consecrari decernuntur, Vt quid perditio hæc: putantes perditionem esse, quæ Ecclesie ministrisque eius ac pauperibus, ob amorem Dei, sunt commodata. Animaduerti nanque non inconuenienter potest, quod sicut vnguentum Mariæ Christus ad officium suæ suscepit sepulturæ, ita nimirum vota fidelium suscipiat ad officium sanctæ suæ Ecclesie.

Mar. 12. d  
Luc. 21. a

10 Legimus itaque secundum Marcum, Dominum Iesum Christum contra gazophylacium sedisse, & quomodo turba iactaret æs in gazophylacium aspexisse, & viduam duos nummos in gazophylacium mittentem Deo, laudasse: eo quod omnes ex eo quod illis abundabat miserunt, illa autem de penuria sua miserit totum victum suum. Quid gazophylacium sit, Beda exponente didicim⁹. Scribit enim in expositione eiusdem Marci, ita: Quia sermone Græco *φωδάρριον* seruari dicitur, & gaza lingua Persica diuitiæ vocatur, gazophylacium locus appellari solet, quo diuitiæ seruantur: quo nomine & aream, in qua donaria populi congregabantur ad vsus templi necessarios, & porticus in quibus seruabantur, appellant. Habes etiam exemplum de porticibus in Euangelio: Hæc (inquit) verba loquutus est Dominus in gazophylacio, docens in templo. Habes de arca in lib. Reg. Et tulit Ioida pontifex gazophylacium vnum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud iuxta altare, ad dextram ingredientium domum Domini: mittebantque in eo sacerdotes, qui custodiebant ostium, omnem pecuniam quæ deferrebat in templum Domini. Hæc de gazophylacio Beda dixit.

Beda in  
Mar. lib. 3  
ca. 12.

Iohan. 8. c  
4. Re. 12. b

11 Ceterum superius diximus, Dominum nostrum Iesum Christum nummos habituram, & vnguentum Mariæ, quæ typum gestauit Ecclesie. Hic autem vota offerentium respexisse, & viduam duo minuta id est, omnia quæ habebat, in gazophylacium mittentem laudasse: respectumque Domini in gazophylacium, & quo animo quis quid mitteret, ineffabili discretione (vt nobis videtur) significabat, iam Ec-

clesiam suam, quæ est corpus eius, à fidelibus multiplices oblationes accepturam, & si tunc respiciendo vota offerentium certo examine discreuit atque approbavit, dubitandum non est, quin factum ea de Ecclesia sua auferre violentium vituperet.

12 Quod Dominus & redemptor noster, violationem ac dehonorationem templi sui fieri nullatenus patitur, monstrat factum eius valde admirabile, eo quod flagello adhibito, vendentes & ementes eiecit de templo, ita dicens: Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum.

13 Hæc illum, iuxta historiam fecisse, non ambigimus, sed super hac re, vt oportet, expositionem B. Hieronymi legamus: & expositionem quam describit, pariter expauescamus, & Domino adiuvante caueamus. Quotidie, inquit, Dominus ingreditur templum patris, & eicit omnes tam episcopos & presbyteros & diaconos, quam laicos & vniuersam turbam de Ecclesia sua, & vnius criminis habet vendentes pariter & ementes. Item idem in eodem post pauca: Non sit in domo peccatoris nostri negociatio, non vendentium ementiumque commercia, non donorum cupiditas, ne ingrediatur Iesus iratus & rigidus & non aliter mundet templum suum nisi flagello adhibito, vt de spelunca latronum & de domo negotiationis domum faciat orationis. Terribilia valde sunt, quæ à tanto doctore dicuntur: & idcirco omnibus ordinibus in religione Christiana consistentibus præcauendum est, ne quippiam illicitum in templo Dei agendo, à Iesu irato foras eiciamur: & templum suum, quod propter auaritiam nostram factum est spelunca latronum, faciat orationis domum.

14 Quoniam licet Ecclesia Christi propter multa peccata, diuersis temporibus, diuersisque modis, à multis sæpe sit expugnata, quæ gratulabunda canit: Sæpe expugnauerunt me à iuuetute mea, etenim non potuerunt mihi hic tamen qui eam summo precio sanguine redemit, nunquam deserturus est, ita ei pollicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

15 Scribit etiam idem B. Hieronymus in expositione Sophonix prophetæ: Væ prouocatrix & redempta ciuitas, columba. Non audiuit vocem, & non ex cepit disciplinam. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes, iudices eius lupi vespere, non relinquunt in manè. Illustris & redempta ciuitas, iuxta superiora, perspicue Ecclesia intelligitur, quæ vocatur columba, propter simplicitatem multitudinis in ea credentium, hæc non audiuit vocem Domini, neque suscipere voluit disciplinam: hæc confusa est, quia voluit appropinquare Domino Deo suo: frustra enim quis vocem Domini sui audire se dicit, & confidere in Domino, quando operibus fidem destruit. Huius principes sicut leones rugientes. Non ambigimus de rugitu leonum, quando viderimus principes eius ita in subiectos populos detonare, & voce tyrannica rabidisque conuiciis plebem contere, vt non pastorem inter gregem, sed leonem inter ouiculas putes fremdere. Iudices quoque eius quasi lupi rabidi, occidentes vesperè, & nil relinquentes in manè, non aspicientes ad ortum solis, sed morantes semper in tenebris: & possessiunculas Ecclesie & ea quæ in Dei donaria conferuntur, vertentes in lucrum suum, vt non habeant pauperes quod manè comedant qui quasi in nocte, & nullo vidente, omnia populan-

tur: & cum luporum more cuncta rapiant, ne paruos quidem cibos indigentibus derelinquunt.

Hier. 6. e

16 Item idem in Hieremiam prophetam: Vt quid mihi thus de Saba afferis, & calamum suauolentem de terra longinqua? Holocausto mata autem vestra non sunt accepta, & victimæ vestrae non placuerunt mihi. Hoc autem proprie conuenit his qui de rapinis & nudatione miserorum offerunt sacrificia, & elemosynis ex iniquitate se putant redimere peccata, dicente Scriptura: Redemptio viri, propriæ diuitiæ, quæ non de iniquitate, sed de labore & iustitia congregantur. Item in Hieremia propheta: Hæc dicit Dominus, Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediat, quasi ignis indignatio mea & succendatur & non sit qui extinguat. Proprie autem sermo fit ad domum regiam, vt emendet errorem penitentie, vt clementiam Domini consequatur. Iudicate (inquit) manè iudicium, non in tenebris iniquitatis, sed in luce iustitiæ, & eruite vi oppressum de manu calumniatoris, vt non accipiat personam in iudicio: sed diuitibus pauperes opprimentibus, magis apud vos Dei imperium valeat, quam potentia persequentis. Et si (inquit) hoc feceritis, nequaquam succendetur in vobis ignis furoris mei, nec inueniet materiam quæ consumat.

Hieron. super  
Hierem.  
lib. 2. ca. 6  
prou. 13. b  
Hier. 21. d

Hieron. super  
Hierem.  
lib. 2. ca. 6  
4. ca. 21.

4. ca. 3. c

17 Item in Esaia propheta: Vos Domini depasti estis vineam meam, rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum? Manifestè ad principes dicitur Iudeorum. Sed & ad nostros principes referri potest, qui atterunt subiectam plebem: & rapina pauperum in domibus eorum est, quando replent thesauros suos, & Ecclesie opibus abutuntur in delicias: publicasque stipes, quæ ad sustentationem pauperum datae sunt, vel sibi referunt, vel suis distribuunt. Cum ergo multa eximiorum doctorum nostrorum exempla proferri potuissent, propter tardum tamen legentium, pauca plata atque congesta sunt.

18 Quod autem Dominus Iesus Christus templum Hierosolymitanum futuris temporibus adierit, ibique docuerit, signa multa fecerit, illudque venerandum atque honorandum docuerit, sacra testantur Euangelia: qui factis dictisque suis atque exemplis manifestè demonstrauit, Ecclesiam suam (quæ utique templum illius existit, vnde ait Apostolus: Templum Dei sanctum est, quod estis vos) à fidelibus suis fore sanctæ religionis voto frequentandam ac venerandam & nihil in ea, vel de ea, nisi quod ad cultum honoræque eius pertinet agendum.

4. ca. 3. d

19 Quomodo igitur Ecclesia Christi post eius passionem, resurrectionem, & ad cælos ascensionem, & spiritus sancti super Apostolos missionem, paulatim creuerit, & per Apostolos roborata & propagata, atque fidelium oblationibus ditata & exornata fuerit, & actus eorundem Apostolorum, & eorum gesta quæ vnusquisque in prouinciis ad prædicandum à Christo sibi commissis gessit, plenissimè ad stipulantur.

4. ca. 3. e

20 Sed quia in præcedentibus de hac re satis dictum est, superest, nunc, vt de actibus eorundem Apostolorum, pauca succinctè commemoremus. Petrus verò ad illos: Penitentiam agite, & baptiseris vnusquisque vestrum in nomine Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Et post pauca: Qui ergo susceperunt sermones eius, baptisati sunt. Et appositè sunt in illa die anime

circiter tria millia. Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum & communicatione, fractione panis & orationibus. Fiebat autem omni animæ timor. Multa quoque prodigia & signa per Apostolos fiebant in Hierusalem, & metus erat magnus in vniuersis. Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout vnicuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ante omnem plebem. Dominus autem augebat, qui salui fierent, quotidie in ipsum. Et post pauca: Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia: & virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis: neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessiones agrorum ac domorum erant inter illos, adferebant precia eorum quæ venebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. Ioseph autem qui cognominatus erat Barnabas ab Apostolis, quod est interpretatum, filius consolationis, Leuites, Cyprius genere cum haberet agrum, vendidit illum, & attulit precium, & posuit ante pedes Apostolorum. Ecce habes, quomodo per prædicationem B. Petri post Apostolos Ecclesia in Christum cœpit credere, & crescere, ac multiplicari.

Ibid. 4. d

21 Ecce etiam habes initium & originem in Deo offerendis rebus, & indubitanter crede, quod in primordio nascentis Ecclesie cœpit eadem Ecclesia vota fidelium suscipere. Quorum exemplo laudandi sunt votorum ac donorum suorum vltronei oblatores. Facto verò Ananiæ & Saphiræ deterrendi sunt hi, qui aut suorum, aut aliorum votorum existunt ablatores, vel defraudatores. Ipse quoque Ananias cum Saphira vxore sua, agrum proprium vendidit: & eius precium, sicut & ceteri fideles faciebant, ante pedes Apostolorum posuerunt: sed quia de eodem precio, conscia eadem vxore sua, quiddam dedit, quiddam verò retinendo occultit, vterque Apostolica autoritate percussus est. Pro qua re, sicut in eisdem Actibus Apostolorum legitur, factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnibus qui audierunt hæc. Si enim de propriis suis rebus, quas ad integrum Deo vouerant, pro eo quod inde aliquid abstraxerunt, vel fraudati sunt, tam horribili morte mulctati sunt: quid putandum est de his, qui ea quæ alij obtulerunt Deo auferre præsumunt? Hi proculdubio secundum verba B. Petri apostoli, non hominibus, sed Deo menti ri conuincuntur.

Ibidem. 5.

22 Herodes verò parricida & sceleratissimus rex de quo & in eisdem Actibus apostolorum legitur, & plenius in lib. Egesippi inuenitur: quo regnante, natus est Christus, cuius etiam scruissimus ingentem paruulorum cateruam pro Christo trucidauit gladius, quo quosdam sacerdotes necauit, eorumque ministerium sibi subripuit: & quæ Deo oblata erant, sicut in Egesippi li. legitur, in suos vsus conuertit: vt cætera eius mala omittam⁹ pro tam temerario, (vt ita dixerim) crudeli facto creditur, quod meruerit & ab angelo percuti, & à vermibus depasci, & infelicè misere-

Ibid. 12.

miseramque vitam digna morte finire.

23 Qualiter denique Ecclesia Christi per successores Apostolorum, pastores videlicet eiusdem Ecclesie sub orthodoxis Imperatoribus, & ut de multis vnum ponamus, Constantino, nec non regibus aliis ac principibus, ceterisque fidelibus sua vota Deo offerentibus, eamque Ecclesiam diuersis donariis incrementantibus, atque ad alta sublimantibus exercuerit, hic enumerare & prolixum est & laboriosum & huic opusculo incapabile. Gesta tamen singulorum manifestant eorum studium, & Imperatorum ac regum, principumque erga cultum diuinum amplificandum, & ceterorum Christianorum frequentissimam deuotionem, qualiter memoratam Ecclesiam usque in presentem tempus honorando exaltauerint, & exaltando honorauerint, atque multifariis donariis diuitem effecerint.

24 Multa siquidem sanctorum Patrum, qui non solum Latine, verum etiam Græcè scripserunt, documenta proferri poterunt, quæ ob prolixitatem vitandam omittuntur, qui res Deo dicatas atque sacratas nullatenus impune auferri posse testantur.

25 Sacri quoque canones toto orbe venerandi, & sancto spiritu inspirante digesti, imò calamum sanctorum Patrum, qui eos de ordine & statu sanctæ Dei Ecclesie conscripserunt, regente, cum in multis locis auferendarum rerum Ecclesiasticarum temerariam inhibeant præsumptionem, & tantæ rei temeratores, per eam quæ à Christo illis collata est, percellant potestatem: liber de multis, breuitatis gratia, duo huic subnectere opusculo: & non solum hæc duo, verum etiam vnum illorum, ad eorum audaciam qui hæc quæ præmissa sunt, fecerunt aut faciunt, aut facere præsumunt, vel facientibus impunitatem promittunt, reprimendam, satis abundeque sufficere potest.

26 Quorum alterum sub duobus capitulis, videlicet septimo & octauo in Concilio Gangrensi ita legitur: Si quis oblationes Ecclesie extra Ecclesiam accipere vel dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius cui huiusmodi officia commissa sunt nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.

Ibid. ca. 8.

In Romana Syno. 3. ca. 3.

Item: Si quis dederit vel acceperit oblata præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandum misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accepit, anathema sit. Alterum etiam in decretis Symmachi papæ, quod licet quibusdam aliter videatur, negotio tamen de quo agitur, & ecclesiasticè & canonicè euidenter ad stipulatur, quod ita se habet: Iniquum est enim, & sacrilegium instar, quæ vel pro salute vel requie animarum suarum vnusquisque venerabili Ecclesie pauperum causa contulerit, aut certè reliquerit, ab his à quibus maximè conuenienter seruari, auferri, & in aliud transferri. Arbitramur interea, quod his, de quibus, & contra quos agitur, hæc quæ paucis congesta sunt, possint sufficere. Quod si hæc parua eis non sufficiunt, neque si maiora, quæ utiq; vberiori & prolixiori opere indigent, & per facile in diuinis oraculis inueniri possunt, eis sufficient.

27 Te quoque nobilissime & gloriosissime, totoque orbe famosissime, optime Rex, humiles ac fidelissimi oratores vestri, vestraque salutis amatores certis simi ac deuotissimi, suppliciter exoramus, & flexis poplitibus vestra excellentiā flagitamus, ut hoc opusculum, quod propter amorem communis redemptoris nostri Iesu Christi, vestraque animæ saluatione, & regni vobis commissi tuitionem, atque in longinquum felicem

eius protelationem, vestrorumque hostium superandorum discessimus, vestraque celsitudinis obtutibus sit gratum atque acceptum, vobisque proliquo ac populo vobis subiecto, Domino opem ferente, profuturum: quod non ex cœnoso fonte iactantia, vel cuiuslibet præsumptionis elatione emanasse, sed potius ex verissimæ & sincerissimæque fidei integritate & sacerdotali curam animæ vestra incomparabiliter gerente auctoritate, collectum atque conscriptum esse. Monemusque salubriter magnitudinem culminis vestri, ut hæc perpendatis, qualiter progenitores vestri & ditando & exaltando sanctam Dei ecclesiam, regnum hoc longè lateque dilatauerint, gloriosumque cunctis in circuitu nationibus terribile, atque Domino se protegente insuperabile fecerunt. Quapropter fideliter & humiliter vestram hortando persuademus, & persuadendo hortamur à Deo sublimatâ potestatem, ut qui & ecclesias Christi dehonoraerunt & humiliauerunt, rebusque propriis expoliauerunt, nullatenus imitatores, sed magis progenitorum vestrorum, qui eam ditatam atque exaltatam, & diuersis muneribus exornatam, ad vos transmiserunt, existatis sectatores, ut iure cum illis & cum ceteris fidelibus Deo sincere ac deuotè sua offerentibus saluari, & hæredes perpetuæ felicitatis mereamini effici. Sancta & indiuidua Trinitas, te bone Rex, ad profectum & exaltationem atque defensionem sanctæ suæ Ecclesie per immensum conseruet, & post huius vitæ lachrymabilem conuallem, sanctorum regum consortem efficiat. Amen.

CONCILII VORMACIENSIS GESTA. Professio episcoporum apud Vormaciensem civitatem decimo septimo Calendarum Iunij, in Synodali conuentu consistentium.

Vormaciensis civitas, est in Gallia Belgica Rheno cõiugua ducatus Lutzeburgensis, vulgo Vuormes appellata. De qua tamen Geographæ per celebres silent.



Confitemur & credimus sanctam atque ineffabilem Trinitatem, patrem, & filium, & spiritum sanctum, vnum Deum naturaliter esse, vnus substantiæ, vnus maiestatis atque virtutis. Et patrem quidem non genitum, non factum, sed ingenitum profitemur. Fons ergo & origo ipse est totius Trinitatis. Pater namque ineffabili substantia filium genuit, nec tamen aliud quàm quod ipse est, genuit, Deus Deum, lux lucem. Filium quoque de substantia patris sine initio ante secula natum, nec tamen factum, fatemur. Igitur non sicut filius à patre, ita pater à filio, sed filius à patre generationem accepit. Filius ergo Deus de patre: pater autem Deus, sed non de filio. Si enim pater fuit, semper habuit filium, cui pater esset, & ob hoc filium de patre natum sine initio confitemur. Spiritum enim sanctum, qui est tertius in Trinitate persona, vnum atque æqualem cum Deo patre & filio credimus esse Deum, vnus substantiæ, vnus quoque naturæ: nec tamen genitum vel creatum, sed à patre filioque procedentem, amborum esse Spiritum. Nec enim procedit de patre in filium, nec à filio tantum procedit ad sanctificandam creaturam, sed ab utrisque procedere monstratur, quia charitas siue sanctitas amborum esse agno

gnoscitur. Et nec patris tantum, nec filij tantum, sed simul patris & filij Spiritus sanctus dicitur. In reatiuis verò personarum nominibus, pater ad filium, filius ad patrem, Spiritus sanctus ad utrosque refertur. Quæ cum reatiua tres personæ dicantur, vna tamè natura vel substantia creditur: nec sicut tres personas, ita tres substantias prædicamus, sed vnam substantiam, tres autem personas. Quod enim pater est non ad se, sed ad filium: & quod filius est, non ad se, sed ad patrem est. Similiter Spiritus sanctus non ad se, sed ad patrem & filium reatiuè refertur, in eo quod spiritus patris & filij prædicatur. In hac ergo sancta Trinitate tres personas, vnum Deum confitemur. Ergo non ipsum qui est pater, dicimus esse filium vel Spiritum sanctum: nec ipsum filium, patrem vel Spiritum sanctum: nec Spiritum sanctum, patrem vel filium dicere valeamus: sed quod pater est, hoc esse filium, hoc esse Spiritum sanctum, sine vlla ambiguitate pronunciamus. Personas enim distinguimus, non naturam Deitatis separamus. Tres ergo illas vnus atque inseparabilis naturæ personas, si cut non confundimus, ita separabiles nullatenus prædicamus: cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia vel extitisse, vel quippiam operasse aliquando creditur. Inseparabiles enim inueniuntur, & in eo quod sunt, & in eo quod faciunt. Habet enim pater æternitatem sine natiuitate, filius æternitatem cum natiuitate, Spiritus verò sanctus æternitatem processionis à patre & filio sine natiuitate. De his ergo tribus personis, sola filij persona hominem verum sine peccato, pro liberatione humani generis, ex Maria virgine, nouo ordine, nouaque natiuitate assumpsit. Nouo ordine, quia inuisibilis diuinitate, visibilis monstratur in carne. Noua autem natiuitate est genitus, quia & incorrupta virginitas, virilem coitum nesciuit: & fecunda per spiritum sanctum charitas, materiam ministravit. Dei enim filius, non personam hominis accepit, sed naturam. Naturam quippe nostram inuitatem suæ personæ assumpsit: & idcirco filius Dei, & filius hominis, vnus est Christus. In eo namque quod filius est Dei, æqualis est patri: & in eo quod est filius hominis, minor est patre. Qui etiam ex quo homo est, pro delictis nostris passionem sustinuit, mortique addictus est crucis, veram carnis mortem accepit. Tertia quoque die virtute propria suscitatus, de sepulchro surrexit. Hoc ergo exemplo capitis nostri, in hac carne qua nunc sumus & mouemur, resurrecturos nos credimus.

Idem autem Dominus & saluator peracto resurrectionis suæ triumpho, paternam sedem repetiit, à qua nunquam per diuinitatem discessit.

Inde in finem seculorum venturus, iudicabit viuos & mortuos: reddetque singulis, prout quisque suggerit in corpore, siue bonum siue malum Ecclesiam sanè catholicam precio sui sanguinis redemptam, cum eo credimus in perpetuum regnaturam. Credimus & confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum omnium. Hanc ergo fidem professionis nostræ inuiolatam nos retinere, & ab ea nunquam deuiare promittimus: hancque, qui saluus esse cupit, sine vlla ambiguitate retinere ducat.

TITVLI CAPITVLRVM VORMACIENSIS CONCILII.

- 1 Quibus temporibus debeat sacramentum baptismi exhiberi.
- 2 Ut præter Episcopum nullus chrismata consiciat.
- 3 De consecranda Ecclesia.
- 4 Quid in sacrificio offerri debeat.
- 5 De baptismi sacramento.
- 6 Ut Ecclesia cum rebus suis ad episcopi ordinationem pertineat.
- 7 De oblationibus fidelium, seu de redditu Ecclesie, quot portiones fieri debeant.
- 8 De his quæ prohibentur presbyteris in ecclesiasticis sacramentis.
- 9 De episcopis, ceterisque sacris ministris, ut ab vxoribus abstineant.
- 10 De inculpatis, qualiter expurgari debeant.
- 11 De sacerdotibus in fornicationem lapsis.
- 12 De sacerdotibus quibus crimè fornicationis impingitur.
- 13 Ut episcopus pro leuibus & paruis causis neminem excommunicet.
- 14 De clericis, si excommunicati pro leuibus causis, aut innocentes fuerint.
- 15 Si in monasteriis aliquid furatum fuerit, qualiter ipsi fratres se inde expurgare debeant.
- 16 Ut nulli episcopo liceat à Synodo, vel ante peractam Synodum discedere.
- 17 Ut episcopi, presbyteri, diaconi, canes ad venandum & accipitres habere non debeant.
- 18 De clericis qui sine episcopi sui proficiuntur.
- 19 De vagis & inobedientibus clericis.
- 20 De feminis sacro velamine consecratis.
- 21 De viduis, quæ sacrum velamen capiti imposuerunt.
- 22 De paruulis à parvibus intra septa monasterij traditis.
- 23 De professione monachorum.
- 24 Ut nullus secularium, Ecclesiam aut clericum fatigare presumat.
- 25 Sub quam cautâ consideratione erga pœnitentes sacerdotes existat.
- 26 De his qui sacerdotem sponte occiderint.
- 27 De eo qui meditatione odij propter auaritiam paganum occiderit.
- 28 De eo qui insaniens aliquem occiderit.
- 29 De eo qui arborem incidit, & dum operi necessario insisteret, aliquis subtus ipsam arborem deueniens supprimitur.
- 30 De patricidis & fratricidis.
- 31 De leprosis fidelibus si participationem Dominici corporis & sanguinis percipere debeant.
- 32 In quota generatione sibi fideles copulantur.
- 33 De his qui cum duabus sororibus fuerint fornicati, vel cum his quas sacra scriptura prohibet.
- 34 De eo qui cum matre spiritali, vel cum ea quam de sacro fonte baptismatis suscepit, aut cum illa quam ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit unctus, fornicationem perpetraverit.
- 35 De mulieribus quæ conceptos utero infantes voluntariè excutiunt, vel quæ dormiendo filios suffocare videntur.
- 36 De eo qui viduam in matrimonium suscepit & cum filia ipsius, quam ex priori marito habuit, concubuerit: vel quæ patri filioque se sub sternunt, seu de his qui cum duabus sororibus concubuerint.
- 37 Qui pro diuersis erratibus pœnitentiam subierint, si à propriis vxoribus separari debeant.
- 38 De his qui seruos suos, iudicibus non iudicantibus, necant.



- 39 De domina, quæ zeli causa ancillam suam occiderit.
- 40 Si episcopus seruum alterius in clericum fecerit.
- 41 De his qui per odium ad pacem non reuertuntur.
- 42 Ne sine accusatione legitima condemnetur quispiam.
- 43 De refugis ac perfidis laicis.
- 44 De adulteris.
- 45 Ut curam rerum ecclesiasticarum tantum episcopus habeat.
- 46 De eadem re, ex Concilio Antiocheno.
- 47 Bona ecclesia quor partibus diuidenda. Ex decretali Gelasii, cap. 29.
- 48 Ut episcopalis perceptione papæ, noua basilica dedecentur.
- 46 De constituendis presbyteris.
- 50 De mansis uniuscuiusque ecclesiæ.
- 51 De presbyteris uniuscuiusque ecclesiæ.
- 52 De villis, nouis ecclesiis in eis nouiter constitutis.
- 53 De ecclesiis destructis, vel de nouis, & de decimis.
- 54 De ecclesiarum honore.
- 55 Ut ecclesiæ cum rebus suis ad Episcopi ordinationem pertineant.
- 56 De ordinatione presbyterorum.
- 57 Ut nullus laicus presbyterum in ecclesia mittere, vel eicere presumat, nisi per consensum Episcopi.
- 58 De honore pro ecclesiis dando.
- 59 De decimis dispensandis.
- 60 De petendo chrismate.
- 61 De non querendo clericis iudicio seculari. Ex Carthaginensi Concilio.
- 62 De episcopis aut presbyteris vagis, in parochia aliena non admittendis. Ex Concilio Carthaginensi.
- 63 De concubitu vago & incestuoso. Ex concilio Carthage.
- 64 De carne a bestiis lesa, aut per se mortua, non edenda: item de apibus hominem necantibus, necandis. Ex Concilio Carthaginensi.
- 65 Animalia quæ quibus comedi quomodo licita. Ex Concilio Carthaginensi.
- 66 Si quis presbyter contra Episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit.
- 67 Ut nullus Episcopus, presbyter & diaconus, cõductor sit
- 68 Lectoribus necessario vel uxores ducenda, vel continentia profitenda.
- 69 De fenore clericis inhibito
- 70 De infantibus baptisandis, quoties disbitatur, vtrum fuerint baptisati.
- 71 De clericis, qui intra annum causam suam non procurant.
- 72 De epistola S. Iacobi apostoli, in qua pro infirmis precipit orare.
- 73 De diaconissis mulieribus. Ex Concilio Chalcedonensi, cap. 15.
- 74 De coniuratione, vel conspiratione. Ex eodem, cap. 18.
- 75 Quod non liceat clericis post mortem Episcopi sui, res ad eum pertinentes diripere. Ex eodem, cap. 22.
- 76 Quod non oporteat ordinationes Episcoporum diu differre. Ex eod. cap. 25.
- 77 De his qui rapiunt puellas. Ex eod. cap. 27.
- 78 Quota generatione coniugia copulari debeant.
- 79 De honore pro Ecclesiis dando.
- 80 De his qui suspenduntur in patibulis.

Capitula Vormaciensis Concilij.



Antrosancti autem baptismi sacramentum, non nisi in Paschali festiuitate, & Pentecoste, vnusquisque fidelium noverit esse præbendum: exceptis his, qui bus mortis vrgente periculo, ne in æter-

num pereant, talibus oportet remediis subueniri.

2 Chrisma cõficere nullus præter Episcopum præsumat: nam illi soli hæc dignitas concessa est.

3 Placuit, quoties ab aliquo fidelium ad consecranda ecclesias Episcopus inuitatur, non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requiratur: sed si ipse qui dem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur.

Attamē vnusquisq; Episcopus meminerit, vt nõ prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non leuis est ista temeritas, si sine luminariis, vel sine substantiali sustentatione eorum qui ibidem seruituri sunt, tanquam domus priuata consecretur ecclesia.

4 Cum igitur magister veritatis, verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, panem tantum & calicem sub hoc sacramento præbuisse cognoscimus. Ideoque præter panem & vinum cum aqua mixtum, aliud offeri non debet. Calix enim Dominicus, vino & aqua permixtus debet offerri. Quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. Ergo quando in calice vnus aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs est ei in quem creditur, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini sic miscetur in calice Domini, vt commixtio illa nõ possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrunque sibi misceatur.

5 Cum quidam sacerdotes in quibusdam partibus terræ trinam, quidam simplam mersionem faciunt, à nonnullis schisma esse conspicitur, & vnitas fidei scindi videtur. Nam dum partes diuersæ, & quasi cõtrario modo agunt, alij alios non baptisatos esse contendunt. Proinde quod nobis in sacramento diuersitate finiendum sit, & Apostolicæ sedis informemur præceptis, non nostram, sed paternam institutionem sequentes. Beatæ igitur memoriæ sanctus Gregorius, Romanæ ecclesiæ pontifex, efflagitante sanctissimo Leandro episcopo, de hac diuersitate quid potius esset sequendum, inter cætera rescribens, sic ait: De trina verò mersione baptismatis nihil responderi verius potest, quàm ipsi sensistis: quia in vna fide non officit sanctæ ecclesiæ consuetudo diuersa. Nos autem quod tertio mergimus triduanæ sepulturæ sacramenta signamus: vt dum tertio ab aquis infans educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimitur. Quod si quis forte etiam pro summa veneratione Trinitatis æstimet fieri, neque ad hoc aliquid obstitit, baptisandum semel in aquis mergere: quia dum in tribus personis vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus poterit, infantem in baptisate vel ter, vel semel mergere: quando & in tribus mersionibus personarum Trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Quod si nunc hucusque ab hæreticis infans in baptisate tertio mergebatur finiendū apud vos esse non censeo, ne dum mersiones numerant, diuinitatem diuidant: dumque quod faciebant, morem vestrum se vicisse gloriantur.

Quapropter quia de vtroque sacramento, quod sit in sancto baptismo, à tanto viro reddita est ratio, vtrumq; rectū, vtrūque irreprehensibile in sancta Dei ecclesia habeatur. Et ne fortè cuiquam sit dubiū hu-

ius simpli mysterium sacramenti, videat in eo mortem & resurrectionem Christi significari. Nã in aquis mersio, quasi in infernū descensio est: & rursum ab aquis emersio, resurrectio est. Itē videat in eo vnitatem diuinitatis, & Trinitatem personarum ostendi: vnitatem, dum semel mergimus: Trinitatē, dū in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptisamus. Panditur huius singularis baptismatis mysteriū etiā sacrarum scripturarum exēplis, Paulo apostolo attestante: Nolo vos ignorare fratres, quoniã patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptisati sunt, in nube & mari. Mare quippe rubrū, significat baptismum Christi sanguine cõsecratū, per quod populus Dei semel trãsit. Ibi tamen erat tota Trinitas, præcedens populum in columna ignis & nubis. In igne quippe significatur pater, in columna filius, in nube spiritus sanctus. Iordanis quippe fluua cum arca populus Dei semel trãsit, per quod significatur simpla mersio baptismatis. Cuius sacramento ecclesia abluitur, & de seculi huius laboribus per baptismum, quasi per Iordanem ad terram cœlestis repromissionis ingreditur.

6 Multi cõtra canonū cõstituta ecclesiæ quas ædificauerat, & ab Episcopo postulauerant consecrari, dotem quã eidē ecclesiæ contulerint, ad Episcopi ordinationem putant non pertinere: quod factū & in præterito displicet, & in futuro prohibetur. Ergo omnia secundum constitutionem antiquam & iura ecclesiarum, ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineat.

7 De redditu verò ecclesiæ, & de oblatione fidelium, quatuor fiant portiones: quarum vnã sibi retineat Episcopus, alteram clericis pro officiorum suorū sedulitate distribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis nouerit referendam.

8 Igitur presbyteris quamuis cū episcopis plurima mysteriorum communis sit dispensatio, quædam tamen autoritate veteris legis, quædam nouellis & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerit. Consecratio ergo virginum, & benedictio vel vnctio altaris, à presbyteris minimè fiat. Similiter non liceat eis ecclesias consecrare, nec per impositionem manus paraclitum spiritum tradere, nec chrisma cõficere, nec chrismate baptisatorum frontem signare: sed nec publicè quidem in Missa quenquam per pœnitentiam reconciliare. Hæc enim omnia illicita esse presbyteris cognoscuntur, quia pontificatus apicem non habent: quæ tamen omnia auctoritate canonum conceduntur.

9 Placuit, vt Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, abstineant se à coniugibus, & non generent filios: Quod si hoc decretum violauerint, ab honore clericatus pellantur.

10 Si Episcopus, aut presbytero causa criminalis, hoc est, homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, pro singulis missam celebrare, & secretam publicè dicere & communicare debet, & de singulis sibi imputatis innocentem reddere. Quod si non fecerit, quinquennio à luminibus ecclesiæ extraneus habeatur, sicut antiqui canones instituerunt. Sacerdotes igitur si in fornicationis laqueum ceciderint, aut criminis manifestus, siue ostensus fuerit, sacerdotij non possunt habere honorem, secundum canonum institutionis autoritatem.

12 Sacerdotes qui in crimine fornicationis fuerint accusati, & crimen illis non fuerit comprobatum, aut ipsi non manifestauerint: quid aliud agendum est, nisi quod in nono Cæsariensis S. Concilij capitulo le-

gitur ac demonstratur? Tamen si ipsi iuramento se voluerint purificare, licentiam habeant. Similiter & diaconi, si fuerint accusati, peragant.

13 Vt nullus sacerdotum quenquam rectæ fidei hominem, pro paruis & leuibus causis à communione suspendat, præter eas culpas pro quibus antiqui Patres arceri iusserunt aliquid committentes.

14 Episcopi verò si sacerdotali moderatione postposita, si innocentes aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumperint, & ad gratiam festinantes recipere fortassis noluerint, à vicinis Episcopis cuiuslibet prouinciæ communio illis vsque ad tempus synodi non negetur.

15 Sæpè contingit, vt in monasteriis furta perpetrètur: & qui hæc committant, ignorentur. Idcirco statuiimus, vt quando ipsi fratres de talibus se expurgare debeant, missa ab abbate celebretur, vel ab aliquo cui ipse abbas præceperit, præsentibus fratribus: & sic in vltima missæ celebratione, pro expurgatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant.

16 Si quis autem episcoporum synodo neglexerit adesse, aut eorum fratrum, antequam Conciliū dissoluatur, crediderit deserendum: alienatum se à fratrum communione cognoscat: nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

17 Episcopi, presbyteris, atq; diaconibus, canes ad venandum & accipitres non liceat habere. Quod si quis harum personarum hac fuerit voluptate detentus, Episcopus tribus mensibus se à communione suspendat, presbyter duobus mensibus, diaconus vno mensibus ab omni officio & communione abstineat.

18 Presbytero, aut diacono, vel clerico, sine antistitis sui epistola ambulati, communionem in officio celebrando nullus impendat.

19 Placuit autē, vt si in monasterio diaconi vel presbyteri officio aliquis constitutus existat, si Episcopi à quo ordinatus est, præceptis non obedierit, vt in delegata sibi ecclesia officium dependat assiduum, quousque in vitio permanerit, & communione & honore priuetur.

20 Femina verò quæ sacro velamine sunt cõsecrata, si fuerint (quod nolimus) fornicata, velamen deponere non præsumant: sed pœnitentiæ iugo summissæ, summo opere drcertare festinent, vt ad indulgentiæ & remissionis valeant gratiam subuenire.

21 Vidua quidem quæ sacrum capiti velamen imposuerit, & inter cæteras velatas feminas in ecclesia orauerit, & oblationem cum illis obtulerit: si professa est in eodem habitu permanere, spondens nunquam religionis deponere velamen, à religionis obseruantia discedere non præsumat. Quod si præsumperit, à luminibus sanctæ Ecclesiæ segregetur, donec ad emendationis remedia confugiat.

22 Si pater vel mater, filium filiamque intra septa monasterij in infantia annis sub regulari tradiderit disciplina, non liceat eis, postquam ad pubertatis puenierit annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc ergo omnino deuitandum est: quia nefas est, vt oblatiis à parentibus Deo filiis, voluptatum frenaxentur. Igitur (vt prædiximus) non liceat ei susceperit habitum vnquam deserere: sed conuicti, quod tonsuram aut religiosam vestem aliquando habuerint, in religionis cultu habituque, velint nolint, permanere cogantur.

23 Monachum ergo aut paterna deuotio, aut pro fessio facit. Quicquid horu fuerit, alligatum tenebit Proinde huic ad mundum reuerti intercludim<sup>9</sup> aditum, & omnes ad seculum interdiximus regressus.

24 Si quis vero secularium per calumniam Ecclesi am aut clericum fatigare tentauerit, & victus fuerit: ab ecclesiæ liminibus, & à catholicorū communione, nisi dignè pœnituerit, arceatur.

25 Pœnitentibus, secundum differentiam peccatorū, sacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernantur. Debet itaque sacerdos in pœnitentia danda singulorū causas singulatim considerare, originem quoq; modumque culpam, & affectus gemitusque delinquentium diligenter examinare, manifesteque cognoscere: temporum etiam & personarum, locorum quoq; & ætatum qualitates inspicere, vt etiam pro consideratione locorum, ætatum vel temporū, seu pro qualitate delictorum atque gemituum vniuscuiusq; delinquentis, à sacris regulis oculos non reflectat.

25 Qui sacerdotem mortivoluntate tradiderit, carnem non comedat, nec vinū bibere præsumat: & ieiunet vsque ad vesperam, exceptis festis diebus atq; Dominicis. Arma non sumat: & vbicunque ire maluerit, nullo vehiculo deducatur, sed propriis pedibus proficiscatur. Ecclesiam per quinquennij temp<sup>9</sup> non ingrediatur: sed cum sacrarum orationum officia aut missarum solennia celebrantur, ante fores basilicæ perseueret, orans ac deprecans Dominū, vt tāto crimine abluatur. Post expletū verò quinquennij temp<sup>9</sup>, ingrediatur ecclesiā: nondū verò communicet, sed inter audientes tantūmodo stet, vel dū facultas conceditur, sedeat. Et cū decimus anni cursus fuerit finitus, cōmunicandi ei licentiā concedatur, & equitandi tribuatur medela, maneatq; in reliquis obseruationib<sup>9</sup>: & tres dies per hebdomadam ieiunet, vt pfecti<sup>9</sup> ad culmen purificationis puenire mereatur.

27 Qui odij meditatione, vel propter auaritiam, paganū occiderit, quia non leui vitio committitur, vt homicidam conuenit pœnitere: quandoquidem nec exteris gentibus, nisi oblatā pacem respuerint, bellū est populo antiquo penitus inferre præceptum.

28 Si quis infans aliquid occiderit, si ad sanam mentem peruenerit, lenior ei pœnitentia imponenda est, quā eis qui sana mēte tale quid cōmiserint. Cui quamuis pœnitentia sit iniungenda, quia ipsa in firmitas causa peccati, licet fortassis occulta, cōtigisse creditur: tantum tamen lenior, quā ei qui sanus aliquem occiderit, quantū inter insanum & sanū, irrationabile & rationabile, constat esse discriminis.

29 Sæpe contingit, vt dū quis operi necessario infestens, arborem incidat, aliquis subitus ipsam veniens deprimatur: & idcirco, si voluntate vel negligentia incidentis arborem factum est, vt homicida, pœnitentiæ debet omnino submitti. Quod si non voto, non in opera illius, non deniq; scientia cōtigisset, sed dū ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus occurrēs, sub arbore improuisus deuenit, & sub ipsa, nemine valente penit<sup>9</sup> adiuuare, suppressus est: incisor arboris, homicidæ pculdubio non est comparandus.

30 Statuimus, vt patricidæ aut fratricidæ, per vnus anni curriculum, ante fores basilicæ orantes Domini clementiam, perseuerent. Completo autē anni curriculo, introducantur in ecclesiam: tamen inter audientes, vsque dum vnus anni spaciū finiatur, stent, cum ad Missarum solennia vel alia sacra audire offi-

cia venerint: & his ita peractis, si pœnitentiæ fructus in eis conspicitur, corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi participes fiant, vt desperantiæ nō idurentur caligine. Carnem non manducant omnibus diebus vitæ illorū, & ieiunet ad horam nonam diei quotidie, exceptis festis diebus atque Dominicis. Abstineant autem à vino, medone, atq; ceruisa mellita tres dies per hebdomadā. Et arma gerere nō audeant, vel sumere, nisi contra paganos. Et vbicunque ire maluerint, nullo vehiculo deducantur, sed pedestri more proficisci studeant. Tempus autem huius pœnitentiæ, in Epif. ponim<sup>9</sup> arbitrio, vt secundū conuersationē illorū, aut extendere, vel minuere valeant. Ab vxoribus, si habuerint, non separentur. Si autē non habuerint, & se continere non velint, legitimas accipiant in coniugio feminas, ne fornicationis voraginem incidere videantur. Et si finis vitæ illorum venerit, antequam duorum prædictorū annorum finiantur curricula, viaticum illis non negetur.

31 Leprosis autē, si fideles Christiani fuerint, Domini corporis & sanguinis participatio tribuatur: cū sanis autē, eis conuiuia celebrare non permittatur. 32 In copulatione fidelium, generationis numerū non diffinimus: sed id statuimus, vt nulli Christiano liceat de propria consanguinitate siue cognatione vxorem accipere, vsquedum generatio recordatur, aut cognoscitur, aut in memoria retinetur.

33 Si quis cum duabus sororibus fuerit fornicatus aut cum his personis, de quibus sacra scriptura prohibet, si dignam pœnitentiam & castitatis continentiam sustinere non valuerit, liceat ei legitimam in coniugio vxorem accipere. Similiter & mulieri, quæ tali fuerit scelere lapsa fornicationis, liceat, sed hoc de laicis viris ac mulieribus solummodo statuimus.

34 Si quis cum commatre spiritali fuerit fornicatus, vsque ad dignam pœnitentiam anathematis percutiatur iustis. Similiter & illum anathematizare pronunciamus, qui cum ea quam de fonte baptismatis susceperit, aut cum illa quam ante Episcopum tenuerit cum sacro chrismate fuerit peruncta, fornicationis perpetraverit scelus: legitimam autem si habuerit, non dimittat vxorem.

35 Mulieres igitur quæ ante temporis plenitudinē conceptos vtero infantes voluntate excutunt, vt homicidæ proculdubio iudicandæ sunt. Illæ verò quæ dormiēdo filios suffocare videntur, leniter de his iudicare oportet: quia nolentes, & non consentiēdo ad hunc deuoluræ sunt casum.

36 Si vir viduam in coniugiū duxerit, quæ est priori marito filiam habuit & cū eadē filia postmodū concubuerit, coniugium modis omnibus dissoluitur: & vir ille pœnitentiæ subiaceat sanctionibus, ita vt per triennij temp<sup>9</sup> a sacro corpore Domini nostri Iesu Christi suspendatur, & sanguine. Carnē nō manducet, abstinere a vino, & singulis diebus ieiuniū celebrare festinet, exceptis festis dieb<sup>9</sup>, atq; Dominicis. Orationib<sup>9</sup> omni insistere sollicitudine, integriterg; perficere, sūm opere studeat. Similiter autē de mulieribus, quæ clanculo patri se in concubitu subternunt & filio, obseruandū est. Taliter quidē & de his sanctis, qui duabus se sororibus pollutos cognoscunt.

37 Illi scilicet qui pro diuersis fuerint summissi, legitimo nullatenus matrimonio separentur, ne in fornicationis voragine demergantur: & dum ad alta subleuari sperantur, corruiant in cœno.

Dent. 10.

d 50. sa-  
pe contin-  
git di. quis

35. q. 1. in  
copulatio-  
ne.

Canon. off.  
Episcopi.  
m. 1. 39

12. mo. 6.

14. q. 1.  
de cur.  
ca. 1.

15. q. 1. 7

de con. d. 1.  
de officio.

23. q. 8. 3. a.

38 Si quis seruum proprium sine conscientia iudicum, qui tale quid commiserit, quod morte sit dignum, occiderit, excommunicatione vel pœnitentiæ biennij reatum sanguinis emundabit. 39 Si qua femina furore zeli accensa, flagris verberauit ancillā suā, ita vt intra tertium diē animā cū cruciatu effundat, eo q̄ incertū sit, voluntate an casu acciderit: si voluntate, septē annos: si casu, quinq; annorum tempore legitimam peragar pœnitentiam. 40 Si seruus, absente vel nesciente domino suo, episcopo autē sciētēq; seruus sit, diaconus aut presbyter fuerit ordinat<sup>9</sup>, ipse & in clericat<sup>9</sup> officio permaneat, episcopus tamē eū domino duplici satisfactione persoluat. Si verò episcopus eum seruum esse nescierit, & ita eum ad sacros ordines promouit, qui testimoniu de illo perhibebant, aut eū postulabāt ordinari, simili recōpensationi teneantur obnoxij. 41 Placuit enim, vt quicumque odio aut longa inter se lite disenserit, & ad pacem reuocari diuina intentione nequiverint, à ciuitatis primitus sacerdotibus arguantur. Qui si inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de Ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellantur. 42 Dignum est, vt vita innocentis non maculetur perniciæ accusantium. Quisquis igitur à quolibet criminatur, nō ante accusatus supplicio deputetur, quā accusator præsentetur, atque legum & canonum sententia exquiratur: vt si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem nō indicetur. 43 Nobis igitur ratio persuadet Synodalis decernere, vt quicumque laicorū in aduersitate proprię gētis, aut patrię vel regię potestatis, ad externas partes se conferendo, noxius fuerit vltra repertus, nō solū omni rerū suarū proprietate priuetur: sed & ppetua excommunicatione damnato, nunquam illi, præterquam in vltimo mortis suæ, communiō tribuatur. 44 Si cuius vxor adulterium fecerit, aut vir in alienam vxorem irruerit, septem annis pœnitentiā agat. 45 Omnium negociorum ecclesiasticorum curā episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante, dispēset, nec ei liceat ex his omnino contigere, aut parentibus ppris, quæ Dei sunt, condonare. Quod si pauperes sunt, tanquam pauperibus suum ministret, nec eorum occasione Ecclesiæ negotia deprædetur. 46 Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, ad dispensandum erga omnes qui indigent. Summa quoque reuerentia & timore Dei participet & ipse quibus indiget, si tamen indiget, tam suis, quā fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis vltibus profuturis. Et ita in nullo, qualibet occasione, fraudentur iuxta Apostolum sic dicentem: Habentes victum & tegumentum, his contenti sumus. 47 Quatuor autē tā de redditibus, quā de oblatione fidelium, prout cuiuslibet Ecclesiæ facultas admittit, (sicut dudū rationabiliter decretū est) cōuenit fieri portiones: quarū sit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperū, quarta est fabricis applicanda. 48 Basilicas nouiter institutas (nō petitis ex more præceptionib<sup>9</sup>) dedicare nemo audeat, nec ambient sibi vendicare clericos potestatis alienæ. 49 Statutū est, vt sine autoritate vel consensu episcopi, presbyteri in quibuslibet Ecclesiis nec cōstituatur, nec expellatur. Et si laici clericos probabilis vitæ & doctrinæ episc. cōsecrandos suis in ecclesiis cōstituēdos obtulerint, nulla qualibet occasione reiciant. 50 Sancitum est, vt vniciquē Ecclesiæ vnus man-

lus integer absque alio seruitio attribuat. Et presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, nō de domibus, neque de artriis vel hortis iuxta ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod seruitium faciant, præter ecclesiasticum. Et si amplius aliquid habuerint, inde senioribus suis debitum seruitium impendant. 51 Statutum est, postquam hoc impletum fuerit, vt vnaquaque ecclesia suum presbyterum habeat, vbi id fieri facultas prouidente episcopo permiserit. 52 Sancitum est de villis, nouis ecclesiis in eis nouiter constitutis, vt decimæ de illis villis, ad eandem ecclesiam conferantur. 53 De ecclesiis sanè destructis, vel de nouis, & de decimis, siue de claustris canonicorum, qualiter cōstitui & ordinari à nobis placuerit, aliis capitulis subter annotauimus. 54 Sed & de ecclesiarum honore, quomodo Deo adiuuante, quantū in nobis est, vigeat, similiter in subter annotatis capitulis insertum esse dinoscitur. 55 Multi cōtra canonū cōstituta, ecclesias quas cōdicarunt, & ab Epif. postulauerūt cōsecrari, dotē quā eidē ecclesiæ contulerint, ad Epif. ordinationē putāt non pertinere: quod factum est in præterito displicet, & in futuro prohibetur. Ergo omnia secundum constitutionem & potestatem pertineant. 56 Vt presbyteri nō ordinentur, priusquā examinētur, vt ex cōmunicationes passī & sine causa nō fiāt. 57 Vt nullus laicus presbyterū in Ecclesia mittere vel eicere præsumat, nisi per consensum Episcopi. 58 Vt episcopi præuideant, quem honorem presbyteri pro ecclesiis senioribus tribuant. 59 Vt decimæ in potestate Episcopi fiāt, qualiter à presbyteris dispensentur. 60 In synodo Vasensi, in qua sederunt Episcopi octodecim, cap. secundo: Per singula territoria presbyteri ab episcopis, non prout libitū fuerit, vicinioribus, sed à suis propriis per annos singulos chrismate petant appropinquante solennitate paschali: nec quemcunque ecclesiasticū, sed si qua necessitas aut presbyterorū vel diaconorū occupatio est, p subdiaconū: quia inhonorū est, inferioribus sūma cōmitti. Optimū est autē, vt ipse suscipiat, qui eo tradēdovirus est: & sicut reliquiā sanctorū deportari solēt, ita deportet. 61 Cleric<sup>9</sup> nequaquā psumat apud secularē iudicē, Epif. nō pmittēte, pulsare: sed si pulsatus fuerit respōsum nō proponat, nec audeat criminale negociū in iudicio seculari pponere, si quis verò seculariū per calumniam ecclesiam aut clericum fatigare tentauerit, & victus fuerit, ab ecclesiæ liminibus & catholicorum cōmunionē, nisi dignè pœnituerit arceatur. 62 De Episc. & presbyteris vagantibus, qui parochias nō habent, nec scimus ordinationem eorū qualiter fuit, placuit iuxta instituta sanctorū Patrū, vt in alterius parochia ministrare, nec vllā ordinationem facere debeat sine iussione Epif. in cuius parochia est, Et si hoc facere præsumperit, ab officio suspendatur. Interim quod ad synodum exinde venerit, & ibidem secundum canonicam institutionem accipiat sententiā, nisi tantum pro causa itineris. Et si vllus clericus aut laicus talem Episcopum aut presbyterū defensauerit, sine cōmœatu Episcopi cuius parochia est, excommunicetur, vsque ad emendationem. 63 Si quis cum matre & filia in adulterio manserit, nesciente matre, quod cum filia mansisset: similiter

citum e. B.

forte ad  
Episcopi.

35. q. 2. c.  
3. si quis

& filia nescia, quod cum matre mansisset : & postea illè vir, si acceperit mulierem, dimittat eam, & vñ que in diem mortis suæ non habeat vxorem. Et illa mulier, quam reliquerit, accipiat virum : & illa mater & filia, cum quibus in adulterio mansit, ambabus nescientibus, quod cum matre & filia mansisset, habeant viros. Nam in notitiâ illarum si venerit hoc scelus, dimittant maritos, & agant pœnitentiam : & illum mariti, & illi posteriores, accipiant mulieres. Si militer & de duabus sororibus, qui cum vna in adulterio mansit, & aliâ in publico accepit, nō habeat mulierē vsq; ad mortē. Et illæ duæ sorores nescientes, accipiant viros : & si in notitiâ eis venerit, forma superior seruetur. Si quis cū nouerca sua dormierit, nec ille nec illa possunt ad coniugium peruenire. Si quis cum filiastra sua dormierit, similis sententia potest stare. Qui cum duabus sororibus dormierit, & vna ex illis antea ei vxor fuerit, nullam vxorem postea habeat, nec illa soror habeat virum.

64 Animal vulneratum à bestiis, & gustatum, licitum est manducare, si homo prius illud animal viuū occiderit : si verò mortuum fuerit prius, deiiciatur caro eius. Si apes occidunt hominem, occidi debent festinanter : mel tamen manducetur.

65 Animalia quæ à lupis, seu à canibus lacerantur non sunt comedenda, nisi porcis & canibus : nec ceruus, nec capra, si mortui inueniuntur. Porci autē qui sanguinem hominis gustantes tetigerunt, māducantur sed qui cadauer mortuum lacerantes manducauerint, carnes eorū manducare nō licet, vsq; dū macerentur post annum. Pisces autem licet manducare quia alterius naturæ sunt. Aues verò & alia animalia, si in retibus strangulantur, nō sunt comedenda.

Carthag. 66 Ab vniuersis Episcopis dictum est : Si quis presbyter à proposito suo correptus fuerit, debet utique apud vicinos Episcopos cōqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo Episcopo recōciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus, se secernēdum ab Episcopi sui cōmunionē duxerit, ac separatim cum aliquibus faciens sacrificium, Deo obtulerit, anathema sit, & locum amittat. Et si querimoniam iustam aduersus Episcopum non habuerit, inquirendum erit.

Ibi. con. 3. 67 Item placuit, vt Episcopi, presbyteri & diacones, non sint conductores aut procuratores, neque vllō turpi negotio & inhonesto victū querant, quia respicere debēt, scriptum esse : Nullus militans Deo implicat se negociis secularibus.

2. Tim. 2. Car. 3. ca. 19. 68 Placuit, vt lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

Ibi. ca. 16. Ibi. ca. 4. 69 Itē placuit, vt clericus, si cōmodauerit pecuniā pecuniā accipiat : si speciem, eandem speciem, quantā dederit, accipiat. Et ante viginti quinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lectores populum non saluent.

Ib. 5. ca. 6. 70 Item placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptisatos esse sine dubitatione testentur, nec ipsi sunt per ætatē de traditis sibi sacramentis idonei respōdere, absque scrupulo eos esse baptisandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorū fratres nostri consuluerunt, quia multos tales à barbaris redimunt.

Ib. 3. ca. 12. 71 Rursus constitutū est, vt quoties clerici conuicti & confessi in aliquo crimine, vel propter eorum

quorū verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ oprobriū aut insolētē insultationē hereticorū atq; gētiliū, si fortē causē suę adesse voluerit, & innocētiam suā asserere, intra annū ex cōmunicatiōis hoc faciāt. Si verò intra annum causam suam purgare contempserint nulla eorum vox penitus postea audiat.

72 Sanè quoniā de hoc, sicuti de ceteris, consulere voluit dilectio tua, adiecit filius meus Celestin⁹ diaconus in epistola sua, sic esse à tua dilectione positū illud q̄ in B. Apostoli Iacobi epistola est conscriptū. Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngētes eū oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & suscitabit illum Dominus. Et si in peccatis fuerit, dimittuntur ei. Quod non est dubium, de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo christiatis perungi possunt : quod ab Episcopo confectū, non solum sacerdotibus, sed omnibus Christianis licet in sua aut suorum necessitate ad vngendū. Cæterum illud superfluum videmus adiectum, vt de Episcopo ambigatur, quod presbytero licere non dubiū est : quia Episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Cæterū si Episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquos à se visitandos, & benedicere & tangere christmate, sine cūctatione potest, cuius est ipsum christma cōficere nā pœnitentibus istud fundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo vnum genus putatur concedi?

73 Diaconissam non ordinandam ante annū quadragesimum, & hoc cum summo libramine. Si verò suscipiens manus impositionem, & aliquantum temporis in ministerio permanens, semetipsam tradat nuptiis, gratiæ Dei contumeliā faciens, anathematizetur huiusmodi, cum eo qui eidem copulatur.

74 Coniurationis vel conspirationis crimen & ab exteris legibus est omnino prohibitū : multo magis hoc in Dei Ecclesia, ne fiat admonere conuenit. Si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis aut clericis, gradu proprio penitus abiiciantur.

75 Non licere clericis post obitum sui Episcopi, res ad eum pertinentes diripere : sicut antiquis quoque canonibus constitutum est. Quod si hoc facere tentauerint, graduum suorum periculo subiacebūt.

76 Quoniā quidā metropolitanorū, quantū cōperimus, negligētius cōmissos sibi greges & ordinationes Episcopo. facere differūt, placuit sanctæ synodo in tres mēses ordinationes celebrari, nisi fortē necessitas excusabilis pparet tēpus dilationis extēdi. Quod si hoc minimē fecerit, correptioni ecclesiasticæ subiacebit. Verūtāmē redditus ecclesiæ viduatæ, penes æconomum eiusdem ecclesiæ integri referentur.

77 Eos qui rapiūt mulieres sub nomine simul habitandi, cooperantes aut cōnuentes raptoribus, decreuit sancta synodus, vt si quidem clerici sunt, decendant gradu proprio : si verò laici, anathematizentur.

78 Cōtradiciamus quoq; vt in quarta generatione null⁹ ampli⁹ cōiugio copuletur. Vbi autē post interdictū factū inuentū fuerit, separetur. Sanè eadē quæ in viri, hæc nimirū in vxoris parētela de lege nuptiarū regula custodiēda est. Quoniā cōstat, eos duos esse in carne vna, ideo cōmunis illis vtrinq; parētela esse credēda est, sicut scriptū est : Erūt duo in carne vna. 79 Vt Episcopi incestuosos punire & inuestigare studeant, omnino decreuimus. Qui si pœnitere noluerint,

luerint, de Ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam reuertantur. Quod si sacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, oportet eos per secularis potentis disciplinam à tam praua consuetudine coerceri.

80 Quæsitum est ab aliquibus fratribus, de his qui in patibulis suspenduntur pro sceleribus, post confessionem Deo peractam : vtrum cadauera illorum ad ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerende, & Missæ celebrande, an non. Quibus respōdimus : Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & dignè pœnitentibus cōmunio in fine secundum canonicum missum danda est, cur non etiam qui pro suis peccatis pœnam extremā persolunt? Scriptum est enim : Non vindicat Deus bis in idipsum. Nā Dominus ait : In quocunque die cōuersus fuerit peccator, peccata eius non reputabuntur ei. Et iterum : Nolo mortem peccatoris, sed vt cōuertatur & viuat. Salutem ergo hominis adimit, quis quis mortis tempore pœnitentiam denegarit. Et desperat de misericordia Dei, qui eam ad subueniendū morienti sufficere vel in momento nō credit posse. Latro ergo perdidisset in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum vnus horā pœnitentia nō iuuisset. Nam cum esset in pœna, pœnituit : & per vnus sermonis professionem, habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum cōuersio in vltimis positorem, mēte potius est æstimanda, quàm tempore, Propheta hoc aliter asserente : Cum cōuersus ingemueris, tunc saluus eris.

SYNODI EPISCOPORVM CENTVM  
tredecim Romæ in basilica Constantiana sub

Nicolao primo habitæ, decreta.

**N**icolaus Episcopus seruus Dei, omnibus Episcopis catholicis, cunctoque clero & populo salutem charissimam & benedictionem Apostolicam. Vigilantia vniuersalis regiminis assiduum sollicitudinē omnibus debentes, saluti quoque vestrae prouidentes, quæ in Romana synodo nuper celebrata, coram nobis Episcopis, nobis licet immeritis præsentibus, sunt canonicè constituta, vobis notificare curamus, quia ad salutem vestram executores eorum vos esse oportemus, & Apost. autoritate iubendo mandamus.

1 Primò nanque inspectore Deo est statutum, vt electio Romani pontificis in potestate Cardinaliū episcoporum sit, ita vt si quis Apostolicæ sedis sine præmissa concordia & à canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum & laicorum consensu in thronisatur, non Papa Apostolicus, sed apostaticus habeatur.

2 Vt moriente Romano pontifice, vel cuiuscunq; ciuitatis, nullus præsumat facultates eorum inuadere, sed successoribus eorum referentur integra.

3 Vt nullus missam audiat presbyteri, quem scit cōcubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierē. Vnde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulum sub ex cōmunicatione statuit, dicens : Quicūque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorū, post constitutū beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papæ Leonis, de castitate clericorū, cōcubinam palā duxerit, vel ductam non reliquerit : ex parte omnipotentis Dei, autoritate beatorum apostolorum Petri & Pauli, præcipimus, & omnino cōtradiciamus, vt Missam non cantet, neque Euangelium

vel Epistolam ad Missam legat, neq; in presbyterio ad diuina officia cum iis qui præfatæ constitutioni obediētes fuerint, maneat, neque partem ab Ecclesia suscipiat, quousque à nobis sententia super huiusmodi, Deo concedente, procedat.

4 Et præcipientes statuimus, vt ij prædictorum ordinum, qui eidem prædecessori nostro obediētes castitatem seruauerunt, iuxta ecclesias quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul māducant & dormiant, & quicquid eis ab ecclesiis venit communiter habeant, Et rogantes monemus, vt ad Apostolicam, communem scilicet, vitam summo opere peruenire studeant.

5 Deinde, vt decimæ & primitiæ seu oblationes viuorum & mortuorum Ecclesiis Dei fideliter reddantur à laicis, & vt in dispositione Episcoporum sint. Quas qui retinuerint, à sanctæ Ecclesiæ cōmunionē separentur.

6 Vt per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbyter obtineat ecclesiam, nec gratis nec precio.

7 Vt nullus habitum monachi suscipiat, spem aut promissionem habens vt abbas fiat.

8 Nec aliquis presbyter duas ecclesias simul obtineat.

9 Vt per simoniacam hæresim nemo ordinetur vel promoueat ad quodlibet ecclesiasticū officiū.

10 Vt cuiuslibet ordinis clericos laici non iudicent nec de ecclesiis eiiciant.

11 Vt de consanguinitate sua nullus vxorem ducat vsque ad generationem septimam, vel quousque parentela cognosci poterit.

12 Vt laicus vxorem simul & concubinam habens non communicet Ecclesiæ.

13 Vt nullus laicus ad quemlibet gradum ecclesiasticum repente promoueat, nisi post mutatum habitum secularem, diuturna cōuersatione inter clericos fuerit comprobatus.

Vos ergo hæc & alia S. Patrum statuta fideliter & Christiana reuerentia obseruate, si vultis de sanctæ Romanæ ecclesiæ & Apostolicæ sedis pace & cōmunionē atque benedictione gaudere.

Cuius supra.

Dominus papa Nicolaus, synodo in basilica Constantiana præsidens, dixit : Erga simoniacos nullā misericordiam in dignitate seruanda habendā esse decernimus : sed iuxta canonū sanctiones & decreta S. Patrum, eos omnino dānamus, ac deponendos esse, Apostolica autoritate sancimus. De iis autem qui nō p pecuniam, sed gratis sunt à simoniacis ordinati : quia quæstio à longo tempore est diutius ventitata, omnem nodum dubietatis abfoluimus, ita vt super hoc capitulo neminem deinceps ambigere permittamus. Quia igitur vsque adeo hæc venenata perniciēs hæc hactenus inoleuit, vt vix qualibet ecclesia valeat reperiri, quæ hoc morbo non sit aliqua ex parte corrupta : eos qui vsque modo gratis sunt à Simoniacis consecrati, non tam censura iustitię, quàm intuitu in acceptis ordinibus manere pmittimus : nisi fortē alia culpa ex vita eorū contra canones eis existat. Tanta quippe talium multitudo est, vt dum rigorem canonici vigoris super eos seruare non possumus : necesse sit, vt dispensatione ad piā condensationem studium nostros animos ad præsens inclinemus. Ita tamen autoritate S. Apostolorum Petri & Pauli omnimodis interdiciamus, ne aliquando aliquis successorum nostrorum, ex hac nostra per-

Canon hic sanctis diligentijsi. me ob seruandus est ser hoc nostro saculo i quo multi seculares irruunt temere & impudenter manibus, vt aiunt, illotis in sacerdotia ecclesiastica.



missione regulam sibi vel alicui assumat, vel præfingat: quia hoc non auctoritas antiquorum Patrum iubendo aut concedendo promulgauit, sed temporis nimia necessitas permittendū à nobis extorsit. De cætero autem si quis hinc in posterum ab eo quem Simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit: & consecrator, & consecratus, non disparem dationis sententiā subeat: sed vterque depositus pœnitentiam agat, & priuatus à propria dignitate persi stat. Nihilominus auctoritate Apostolica decernimus, quod in aliis conuentibus nostris decreuimus, vt si quis pecunia vel gratia humana, vel populari seu militari tumultu, sine concordia & canonica electione ac benedictione Cardinalium Episcoporum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum, fuerit Apostolicæ sedi inthronifatus: nō Papa vel Apostolicus, sed apostaticus habeatur: liceatque cardinalibus Episcopis, cum religiosis, & Deum timentibus clericis & laicis, inuaforem etiam cū anathemate & humano auxilio & studio à sede Apostolica repellere, & quem dignum iudicauerint præponere. Quod si hoc intra urbem perficere nequiverint, nostra auctoritate Apostolica extra urbem congregati in loco qui eis placuerit, eligant, quem digniorem & vtiliorem Apostolicæ sedi perspexerint concessa ei auctoritate regendi & disponendi res & vtilitatem sanctæ Romanæ ecclesiæ, secundum quod ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quasi iam omnino inthronifatus sit.

*Iusurandum, quod in eadem synodo fecit Berengerius, vulgò Berengarius.*

† ab Berengarius.

**E**got Berengerius, indignus diaconus ecclesiæ S. Mauricij Andegauensis, cognoscens veram catholicam & apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præcipue eam de qua hætenus infamatus sum, quæ astruere conatur, panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum & non verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse: nec posse sensuualiter, nisi in solo sacramento, manibus sacerdotum tractari, vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedi, & ore & corde pfitentor de sacramentis Dominicæ mensæ eam fidem tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta Synodus auctoritate Euangelica & apostolica tenendam tradidit, mihi que firmauit: sci licet panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem nō solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinē Domini nostri Iesu Christi esse: & sensuualiter non solum sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri: iurans per sanctam & homouision Trinitatem, & per hæc sacrosancta Christi Euangelia. Eos verò qui contra hanc fidem venerint, cū dogmatibus & sectatoribus suis æterno anathemate dignas esse pronuncio. Quod si ego ipse aliquando aliquid contra hæc sentire ac prædicare præsumpsero, subiaceam canonum seueritati. Lecto & perlecto spontè subscripsi.

*SYNODVS COLONIENSIS habita sub Carolo tertio Imperatore, cognomento Craßi.*



**A**nno incarnationis Domini nostri Iesu Christi 887. in ecclesia B. Petri Apostolorum principis, indictione tertia, Calendis Aprilis, conuenerunt in vrbe Agrippinensi vnà cum consensu gloriosissimi Imperatoris Caroli, & Moguntinæ sedis Luidberti Archiepiscopi, Villiberti humilis eiusdem præfate vrbs Archiepiscopus, Franco Tungrensis sedis Episcopus, Odibaldus Traiectensis sedis Episcopus, Vulfelinus Miragarna Furdensis ecclesiæ Episcopus, Druogo Mimidonensis ecclesiæ Episcopus, cum consensu venerabilis Rimberti Episcopi: præsentibus etiam bonæ deuotionis abbatibus, Neuolongo Indensis monasterij abbate, Andulfo Vuerdinensis monasterij, Folcario Aquigrani palatij abbate, cum præfatarum sedium presbyteris & diaconibus, & laicis quibusdam religiosis, celebrata synodo, ea quæ subiecta sunt, diuini amoris instinctu de negociis ecclesiasticis promulgauerunt.

**1** Quod clerus Mimidonensis ecclesiæ presbyterum nomine Druogonem vocatum, Episcopum vnanimi consensu ad episcopalem promoueri ordinè petierunt: quorum petitioni effectum præbentes, ad pastorale eum promouimus officium.

**2** Quod Franco venerabilis Tungrensis sedis Episcopus, cura pastoralis permotus, & diuini amoris zelo succensus, suggessit sanctam Dei Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam, à schismaticis & raptoribus, qui neque Deum præ oculis habent, neque vllius verentur occursum, neque diuina humana ve lege à malo coercentur, sed ad omne malum præcipites feruntur, grauiter vexari. Cuius suggestio ni valde condolentes, illiusque zelo secundum canonicæ institutionis decreta compatibles, decreuimus, eos qui tā pertinaci stimulo irretiti sunt, vt ea mala sanctæ matri Ecclesiæ inferrent, aut statuto tempore pia consideratione illorum salutis consulentes, videlicet in festiuitate S. Ioannis, octauo Calendas Iulij, in foro Iulij, quando iterum Deo annuente, synodus celebranda erit, pœnitentiæ & emendationi secundum præfatarum statuta Patrum se submittar: aut si instigante diabolo, cuius instinctu ad tam nefandum peruenerunt flagitium, hoc contempserint perpetuo & irreuocabili eos anathemate feriendos esse denunciamus. Eos verò qui crebra admonitione & diuturna conuenti sunt, vt resipiscerent, & ad pœnitentiæ remedia confugerent, more tamen carnum ad vomitum rapacitatis absq; Dei respectu reuersi sunt statuimus, sine dilatione gladio anathematis esse puniendos.

**3** Hæc ita statuimus, quoniam necesse est non transgredi terminos Patrum, sed assentum præbere diffinitioni eorū. In decretis namque Anacleti Pape, capite secundo legimus, quod omnis oppressus liberū sacerdotum (si voluerit) appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. Ex Concilio Toletano quarto, capite 31. Episcopi in protegendis populis ac defendendis impositam sibi à Deo curam non ambigant. Ideoque dum conspiciunt iudices ac potètes pauperum oppressores existere, sacerdotali eos commonitione redarguant. Item ex Concilio Toletano primo: Si quis de potentibus clericū aut quemlibet pauperiorem, aut religiosum expoliauerit & mandauerit eum ad se venire Episcopus vt audiatur, & contempserit mox inuicem scripta

pta percurrant per omnes prouinciæ Episcopos, & quosunque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipse, donec audiat, & reddat aliena. Talium enim scelerum patratibus, sicut in capitularibus gloriosissimorum Imperatorum Caroli & Ludouici continetur, nisi post puram & publicam pœnitentiam, & per ecclesiæ satisfactionem, & per impositionem manus episcoporum, nec viuis nec mortuis communicare debemus.

**4** Vt nullus laicus, quamuis religiosus, præsumat aliquid de rebus Deo dicatis, vel ecclesiæ facultatibus: id est, nec dandi basilicas, nec auferendi sine consensu episcopi habeat potestatem: neque ex dote ecclesiæ, id est, ex vno manso, & quatuor mancipiis cesus exigatur, sed iuxta Concilium Aurelianense. i. cap. 19. Omnes basilicæ quæ per diuersa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam, vt in eius ordinatione & potestate persistant, in cuius territorio posita sunt. Si quis verò contra hæc venire præsumpserit, anathemate feriatur.


**5** Omnibus constat manifestum fore, nos nil temeritatis neque nouitatis in hac synodo, vbi in Iesu nomine, qui est salus omnium, congregati sumus, statuisse, sed causa vestra salutis diuino admoniti instinctu feruentes, imo pastorali cura præmoniti, vobismetipsis consulentes secundum diuinam institutionis normam, & iuxta nobis à Deo datam sapientiam, piè & iuste viuere vnumquemque admonemus quatenus Deo reddentes quæ Dei sunt, & vos nobis (prout oportet) auxilium ferentes, nosque vobis secundum Apostolum spiritualia feminantes, ad vitam pariter perueniamus æternam.

**6** De incestis autem coniunctionibus, vnde multimodis fines regionis nostræ circumquaque, instigante diabolo, polluuntur, secundum Agathense Concilium, cap. 61. nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanauerint. Ex Concilio Ilerdensi, cap. 4. De his qui se in casti pollutione commaculant, placuit, quousque in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseuerent, vsque ad missam tantum catechumenorum in ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere vlli Christianorum, sicut Apostolus iussit oportet. Quod si conuenti fuerint, & ad pœnitentiæ remedia conuolauerint, seque sacramento constrinxerint, vltèrius tam nefanda & prorsus abominanda pollutione nō esse polluendos. Hi tamen, si iterum ad recidua malitia, & vitæ pristinæ sordes relapsi fuerint, ab episcopo ciuitatis comprehensi, sicut in Concilio Toletano, cap. 7. reperitur, in cuius territorio sunt, rursus legibus pœnitentiæ in monasteriis subdantur inuiti. Quibus si facere per aliquam potestatis vigorem difficile fuerit, tunc sicuti præfatarum canonum statuerunt decreta, quousque iterum resipuerint, excommunicati, & anathemate condemnati habeantur: sed & hi qui post excommunicationem vel interdictum, cum eis communicauerint. De virginibus autem sacratis in Concilio Elibertano, ca. 13. scriptum est: Si mæchauerint virgines, quæ se Deo dedicauerunt, si pactum perdidierint virginitatis, atque eidem seruerint libidini, non intelligentes quid amiserint, placuit, nec in sine dandam eis esse communionem. Quod si semel peruasæ ad infirmi corporis vitia lapsæ, toto tempore vitæ suæ eiusmodi feminæ egerint pœnitentiam, vt abstineant se à coitu, placuit;

cas in finem communionem accipere debere. Ex concilio Chalcedonensi, cap. 16. Virginem quæ se Domino Deo consecrauit, non licere nuptialia iura contrahere. Quod si hoc inuenta fuerit perpetrans, excommunicetur. Confitenti autem decreuimus, vt habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus misericordiam humanitatemque largiri.

*CONCILIVM MOGVNTIÆ cense secundum, tempore Arnulphi Imperatoris.*

*Prælocutio synodi Moguntiacensis.*



**R**atres, nosse & animaduertere sanctitatis vestrae prudentiam oportet quia omnipotentis Dei nutu omnia prouidentis, & secundum interni consilij sui iudicium cuncta dispensantis, hic congregati sumus. Cuius conuentus causam perpendere, & diligenti solitudine considerare debemus. Omnipotens namque Deus occulto dispensationis suæ examine rectores pariterque pastores ecclesiæ suæ præfecit, quam sibi suo sanguine acquisiuit, mundans eam lauacro aquæ in verbo: quæ quot malis oppressa, quod ventis tribulationum illisa, plus iam in nostris tribulationibus videmus, quàm in codicibus legimus. Tamen quia causa illius, nostrique insuper officij cura conuenimus, tractare & considerare nos concedet, qua ex causa, cuiusve peccato talia nobis acciderunt, qualia hætenus passi sumus, & quotidie sine cessatione patimur. Cuius considerationis vim recolentes, nos peccasse, nosque reos esse secundum prophetam exemplū profiteamur. Non enim tanta vis tribulationum, neque tot tempestatum impetus Ecclesiam Dei impeterent, si iuxta alterius prophetæ dictum, ascenderemus ex aduerso, & opponeremus nos murum pro domo Israel, vt staremus in prælio in die Domini. Ideoque, charissimi & reuerendissimi fratres, ascendat vnusquisque nostrum tribunal cordis sui, & quid his agendum, qualiterve consulendum sit, diuina instigante gratia, communi consensu & concordia charitatis affectu decernamus, & secundum diuinæ institutionis normam perscrutemur. Mirum quippe non est (quia omnes in communi peccauimus) talia nobis contigisse. Sed quia nos, qui cæteris ferre ducatum debuimus, nostri officij curam postponentes ad exteriora dilapsi sumus, specialiter nos hæc causa petit, reosque fore notat, quorum inertia nobis per abrupta gradientibus, omnis grex, diuinitus nobis commissus, præcipitio patuit. Qua de re humiliter ac deuotè præueniamus faciem eius in confessione, mundantes nos, secundum Apostolicum dictum, ab omni inquinamento carnis & spiritus. Patet namque, quia iuxta veridicæ rationis assertionem, cæcus cæco ducatum præstans, ambo in foueam cadunt. Quoniam enim animo, quæve fronte, diuinam pietatē pro peccatis populi nobis commissi exorare poterim, quos funibus peccatorum constat fore irretitos? Ecce labentibus tot annorum curriculis, nunquam nec generali, nec etiam prouinciali synodo coadunati sumus, vt aliquid dignum necessariumve ecclesiæ, cui annuente Deo præsumus, mutuis collationum sermonibus cōferremus. Sed quia nūc auxiliante Domino, & imperante serenissimo seniore nostro Arnul-

*David. 4. c. Ez. ec. 13. a*

*1. Cor. 7. a Matr. 15. b*

*1. Cor. 9. b*

*2. in dec.*

*34. a.*

*63.*

*† locus obferui.*

*in 1. de.*

*cre. 22.*

*9. 6. om.*

*ni app.*

*Com. 7. h.*

*4. ca. 31.*

*\* Ca. 11.*

*4. ca. 17.*

mulpho rege convenimus, diuinam simpliciter imploremus misericordiam, quatenus ea proueniente & subsequente, conuentum & actionem istius synodi sibi acceptabilem facere dignetur, & Christiano proficiente populo ad salutem & vitam perpetuam, nobisque ad aeternam remunerationis felicitatem & gloriam. His vero breuiter praehabitis, ponamus ante oculos adhuc peccatorum nostrorum vulnera, & congrua eis quaeramus medicamina. Lugeamus ergo secundum Prophetam, & quaeramus capiti nostro aquam, & oculis nostris fontem lachrymarum, ut plangamus interfectos filiae populi nostri. Quis enim sicis oculorum luminibus valeat enumerare mala gentis nostrae & sanctorum? Videte & considerate, quam praecleara & nobilia seruatorum dei aedificia destructa & incensa sint, & funditus ad nihilum redacta. Altaria defossa, & penitus conculcata: ornamenta Ecclesiarum Dei valde preciosa & mirifica, direpta & igni exusta. Episcopi & sacerdotes, & ceteri ordinis ecclesiae viri, gladio truncati, & diuersis poenarum generibus morti addicti. Omnis aetas vtriusque sexus, gladio & igne, diuerso mortui genere contumpti. Quid ergo amplius his dici possit? Omnia desiderabilia & preciosa nobis ablata sunt, veluti olim sub comminatione & euerfione Iudaici templi illis dictum est: Ecce ego tollam a vobis desiderabilia oculorum vestrorum, super quo pauet anima vestra. Multi ergo nostrum, quibus hoc malum contigit, nobilium aedificio templorum, gregique sibi commisso metuebant, quae omnia, ut oculis intuentium patent, ablata sunt, & penitus subuersa. Cuius subuersionis periculum incolae monasteriorum vtriusque sexus metuentes, huc illucque vagantur incerti, penitusque omni solatio destituti, quid agendum, quove declinandum, errabundi cum periculo suae professionis, & sine pastore, ignorat. Sed his interea malis amaricati, & penes vsque ad mortem afflicti, aliud e vicino malum nos coangustat & opprimit. Quod quanto vicinius, tanto grauius, nobisque qui pastores dicimur, periculosius. Ecce enim e latere turba raptorum & schismaticorum sauit, qui pauperes & humiles Christi opprimunt & interimunt, neque Dei respectum habentes, neque vllam hominis personam verentes. Ab his nanque si deesset paganorum sauitia, redigeretur in solitudinem terra: quia nec sexui, nec aetati, nec paupertati parcere sciunt: sed omnes quos possunt, absque Dei respectu & misericordia despoliant, & crudeliter, sui immemores, aut igni, aut gladio, aut quocumque mortis genere interimunt, hocque nihili putant & paripendunt. Nec etiam poenitentiae colla submittere volunt. Quibus omnibus circumsepti malis, illius Apostoli non immemores sumus sententiae, qua ait: Foris pugnae, intus timores. Vnde quia Dei prouidentia hoc spaciū nobis concessum est, quo mutuis fruere asperitibus, & alternis releuaremur collationibus, quid de his & ceteris rebus emendatione dignis agendum sit, decernere studeamus.

TITVLI CAPITVLRVM  
Concilij Moguntiacensis.

Tituli duorum priorum & duorum posteriorum capitulum desiderantur.

- 3 Quid sit propriū ministerium Regis.
- 4 Vt Ecclesia cum rebus ipsius ad ordinationem Episcopi

- 5 *pertineant, praecipitur.*  
Ne presbyteri sine consensu Episcoporum per Ecclesias constituantur, vel ab eis reiciantur.
- 6 Vt nullus ecclesiasticas res inuadere praesumat.
- 7 De varia vexatione sacerdotum.
- 8 Titulus octauus desideratur.
- 9 Vbi missarum solennia peragi liceat.
- 10 De mulieribus, in domo clericorum simul cum clericis non debere habitare.
- 11 Ne inuadantur praedia.
- 12 Quot testibus clerici conuinci debeant.
- 13 De decimis ab antiquis ecclesiis non subtrahendis, & ut antiquae ecclesiae honorem suum habeant.
- 14 Quod nullus episcopus alterius parochianum praesumat retinere, aut ordinare.
- 15 Item de eodem.
- 16 De his qui sacerdotem sponte occiderint.
- 17 De decimis dandis.
- 18 De quodam Altmanno, qui sibi commatrem spirituale in coniugium habet sociatam.
- 19 De presbyteris qui uxores acceperunt, vel fornicati sunt.
- 20 De praecariis iniuste & irrationabiliter factis, easque cum vi & sine nostrae voluntatis consensu habere volunt, sicut in Rhemensis Concilio statutum est, cap. 37.
- 21 De his qui in ecclesiis, seu atris ecclesiae rixas mouerint, & mutuo inter se configunt. Ex Concilio Moguntiacensi tempore Caroli, cap. 40.
- 22 De his qui decimas suas dare nolunt, & iniuste subtrahunt, ita ut quinquae aut eo amplius aratra habuerint, iuxta estimationem vnius aratri persoluant: & qui hereditatem ecclesiae nostrae sibi vendicant, & de seruis, qui decimas dominis consentientibus, dare nolunt.
- 23 De viris & feminis, si adulterij reatu, siue alicuius flagitij crimine accusati fuerint, qualiter expurgari debeant.
- 24 De pace seruanda.

CAPITVLA IN MOGVNTIACENSIS  
Concilio facta, Arnulphi regis  
anno primo.



Inno incarnationis Domini nostri Iesu Christi 888, anno etiam primo regni Domini Arnulphi gloriosissimi regis, haec capitula apud Moguntiam ciuitatem, a Luitberto eiusdem ciuitatis Archiepiscopo, necnon & a Vuilliberto sacre sedis Colonienfis, seu etiam Ratbodo Treuerensis ecclesiae venerabilibus Archiepiscopis, cum suis Suffraganeis, ceteraque non modica multitudine abbatum scilicet & aliorum sacerdotum, tenenda, obseruanda, ac firmiter habenda, constituta sunt.

- 1 Statuimus, ut oratio ab omnibus nobis tam pro glorioso rege Arnulpho, seu etiam & pro gloriosa coniuge sua, necnon & pro statu totius Christianitatis, prout nos debitores esse cognoscimus, in ecclesiis nostris assidue celebretur.
- 2 Vt annuncietur glorioso regi nostro Domino Arnulpho, quid sit rex, quidve vocari debeat. Rex, a recte regendo vocatur. Si enim pie & iuste & misericorditer regit, merito rex appellatur: si his caruerit, non rex, sed tyrannus est. Antiqui autem omnes reges tyrannos vocabant. Sed postea pie & iuste & misericorditer regentes, regis nomen adepti: impie vero, iniuste, crudeliterque principantibus, non regis,

gis, sed tyrannicum, aptum est nomen. Quia rex a regendo dicitur, primo ei studendum est, ut semetipsum, suamque domum, Christi adiuuante gratia, ab operibus nequam emaculet, bonisque operibus exuberare faciat, ut ab ea ceteri bonum exemplum semper capiant. Ipse etiam salutiferis Christi praecipis fideliter atque obedienter obsecundet, & recte agendo eos quibus temporaliter imperat, in pace & concordia atque charitate, ceterorumque bonorum operum exhibitione, quantum sibi diuinitus datur, consistere faciat, & dictis atque exemplis ad opus pietatis & iustitiae & misericordiae solerter excitet: attendens, quod pro his Deo ratione redditurus sit, quatenus ita agendo sanctorum regum, qui Deo sincere seruiendo placuerunt, post hanc peregrinationem consors efficiatur. De rege autem qualis esse debeat, ita in Deuteronomio legitur: Cum ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitauerisque in illa, & dixeris, Constitutam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, eum constitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Et post pauca: Non habebit uxores plurimas, quae illiciant animum eius, neque argenti & auri immensa pondera. Postquam sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis in volumine, accipiens exemplar a sacerdotibus Leuiticae tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitae suae, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quae in lege praecipita sunt. Nec extollatur in superbiam super fratres suos neque declinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel. Attende, quod timor Dei, & custodia praceptorum eius, & humilitas, quae non patitur eum extolli super fratres suos, & iustitiae rectitudo non solum regem, sed & filios eius longo faciet regnare tempore. Ut ergo princeps extollentiam cauere debeat, Ecclesiasticus admonens ait: Principem te constituerunt, noli extolli sed esto in illis, quasi vnus ex illis. In Proverbiis: Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in aeternum firmabitur. Item, Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Isidorus: Qui recte utitur potestate regni, ita praestare se omnibus debet, ut quanto magis honoris celsitudine claret, tanto semetipsum mente humiliet: proponens sibi exemplum humilitatis Dauid, qui de suis meritis non tumuit, sed humiliter se se deiciens, dicit: Vilis incedam, & vilis apparebo ante Deum, qui elegit me. Fulgentius in libro de Veritate praedestinationis & gratiae: Clementissimus quoque Imperator non ideo est vas misericordiae praeparatum in gloria, quia apicem terreni principatus accepit: sed si Imperiali culmine recta fide viuat, & vera cordis humilitate praeditus, culmen regiae dignitatis sanctae religioni subiiciat: si magis in timore Deo seruire, quam in timore dominari populo delectetur: si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas potestatem: si se magis diligendum, quam metuendum cunctis exhibeat: si subiectis salubriter consulat: si iustitiam sic teneat, ut misericordiam non derelinquat: si praeter omnibus ita se sanctae matris Ecclesiae meminerit filium, ut eius paci atque tranquillitati per vniuersum mundum, prodesse suum faciat principatum. Magis enim Christianum regitur ac propagatur Imperium, dum ecclesiastico statui per

omnem terram consulitur, quam cum in parte quacunque terrarum pro temporali securitate pugnatur. 3 Regale ministerium specialiter est, populū Dei gubernare, & regere cum aequitate & iustitia, & ut pacem & concordiam habeat, studere. Ipse enim primo debet defensor esse ecclesiarum & seruatorum Dei, viduarum, orphanorum, ceterorumque pauperum, necnon & omnium indigentium. Ipsi enim terror & studium huiusmodi, in quantum possibile est, esse debet primo, ut nulla iniustitia fiat. Deinde, si euenerit, ut nullo modo eam subsistere permittat, nec spem delirescendi, siue audaciam male agendi cuiquam relinquat. Sed sciant omnes, quoniam si ad ipsius notitiam peruenerit quippiam mali, quod admiserint, nequaquam incorrectum aut inultum remanebit: sed iuxta facti qualitatem, erit & modus iustae correptionis. Quapropter in throno regiminis positus est ad iudicia recta peragenda, ut ipse per se prouideat & perquirat, ne in iudicio aliquis a veritate & aequitate declinet. Scire etiam debet, quod iuxta ministerium sibi commissum administrat, non hominum, sed Dei causa existit: cui per ministerium quod suscepit, in die tremendi examinis rationem redditurus est. Et ideo oportet, ut ipse qui iudex est iudicum, causas pauperum ad se ingredi faciat, & diligenter inquiret, ne forte illi qui ab eo constituti sunt, & vices eius agere debent in populo, iniuste aut negligenter pauperes oppressiones pati permittant. Plura igitur sunt ex autoritate sanctarum scripturarum de ministerio regis quae scribere poterimus: sed ne onerosa glorioso Principi nostro haec admonitio nostra existat, haec per pauca scripra sufficiant. 4 Multi contra canonum constituta, sic ecclesias Tolet. con. 3. ca. 19. quas aedificauerint, postulant consecrari, ut dotem Et in dec. quam eidem ecclesiae contulerint, conscant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & 10. q. 1. Sic in praeteritum displicet, & in futurum prohibetur. quidam. Sed & omnia, secundum constitutionem antiquam, ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant. 5 Quicumque presbyter per precium ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur: quoniam contra ecclesiasticam regulam disciplinam agere dinoscitur, & qui alium presbyterum legitime ad ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vindicauerit. Quod vitium late diffusum, summo studio emendandum est. Itemque interdicendum videtur clericis siue laicis, ne quis cuiuslibet presbytero praesumat dare ecclesiam sine licentia & consensu episcopi sui. 6 Ne cui liceat, res vel facultates ecclesiis aut monasteriis, vel xenodochiis pro quacunque elemosyna cum iustitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Quod quis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum sententiis constructus, ab ecclesiae liminibus excludatur, donec ab ipso, quae sunt ablata vel retenta, reddantur. Ex eodem Concilio, cap. eodem: Si quis quolibet tempore cuiuslibet potestatis aut ordinis persona contra institutionem S. Concilij venire tentauerit, aut aliquid de consuetudine vel facultate xenodochiorum vel ecclesiarum abstulerit (quod Deus auertat) ut necator pauperum irreuocabili anathemate feriatur. 7 Relatum est sanctae synodo, quod a malis Christianis plurimae vexationes sacerdotibus Christi, seu ceteris clericis inferioris gradus saepissime inferantur. Vnde visum est S. Concilio, ne in antea talia existant,



stant, iaculo spiritali eos percutere: vt si quis clerico aliquam iniuriam seu calumniam ingesserit, à liminibus sanctæ ecclesiæ arceatur, vsque ad condignam satisfactionem.

Locus ob-  
seruatus.

8 Ad aures sanctæ synodi \* Arn Vuirziburgensis ecclesiæ se reclamauit, quòd quidam scelesti quendam honorabilem presbyterum suum comprehendissent, ei que nares abscidissent, & capillos capitis incidissent, necnon & sauis verberibus cruciatum, femiuuium reliquerant. Vnde tanto scelere inaudito peracto, sancta synodus visceribus misericordiæ erga eundem commota, statuit communi consensu, vt iidem temerarij, Deique contemptores, qui tale scelus ausi sunt perpetrare, anathematis vinculo cõstringantur, quousque à proprio Episcopo post dignam pœnitentiam absoluti, sanctæ matri Ecclesiæ sociari mereantur: nullusque cum eis in aliquo communer, nisi in hoc, vt eos dignam satisfactionem peragere hortetur. Si quis autem post hanc sententiam à nobis prolatam, sciens cum eis communicauerit, vno eodemque mucrone cum ipsis sciat se à nobis esse percussum.

De cons. d.  
1. Missarum.

9 Missarum solennia non vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus. Concedimus etiam, vt sibi (quod nostris exigentibus culpis per plurimum est factum à Nortmannis, seu alio qualicumque modo) ecclesiæ fuerint incensæ, in capellis Missas interim liceat celebrare, donec ipsæ ecclesiæ restaurari queant. In itinere verò positis, si ecclesia defuerit, vbi sub diuo, seu in tentoriis, si tabula altaris consecrata, cæteraque ministeria sacra ad id officium pertinentia adsunt, missarum solennia celebrari permittimus.

10 Vt clericis interdicator, mulieres in domo sua habere, omnimodis decernimus. Quamuis etiam sacri canones, quasdam personas feminarum simul cū clericis in vna domo habitare permittat: tamē (quod multum dolendum est) sæpè audiuius, per illa consensionem plurima scelera esse commissa, ita vt quidam sacerdotum cum propriis sororibus concumbentes, filios ex eis generassent. Et idcirco cõstituit hæc sancta Synodus, vt nullus presbyter vllam feminam secum in domo propria permittat, quatenus occasio malæ suspicionis vel facti iniqui penitus auferratur.

1. Cor. 5. b

11 Attendendum est omnibus, & fideliter custodiendum, & illius vsurpationis contumelia depellenda, ne prædica vsibus secretorum cœlestiū dicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debitam vltionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos iure promenda est, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilij perpetua deportatione feriatur: quoniam iuxta Apostolum, oportet huiusmodi hominem tradere satanæ, vt spiritus saluus fiat in die Domini.

Rom. conc.  
sub Sylue  
stro papa.  
Et in dec.  
2. q. 7. Nul-  
lus laicus.

12 Presbyter non aduersus Episcopum, non diaconus aduersus presbyterum, non subdiaconus aduersus diaconum, nõ acolytus aduersus subdiaconum, non exorcista aduersus acolytum, non lector aduersus exorcistam, non ostiarius aduersus lectorem, det accusationem aliquam. Et non condemnabitur presul, nisi in septuaginta duobus, neq; presul summus à quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: Non est discipulus supra magistrum. Presbyter autem in cardine constitutus, nõ nisi in quadraginta quatuor

testibus damnabitur. Diaconus cardinarius constitutus vrbis Romæ, non nisi in viginti sex condemnabitur. Subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, ostiarius, non nisi, sicut scriptum est, in septem testibus cõdemnabitur. Testes autem sine aliqua sint infamia, vxores & filios habentes.

13 Ecclesiæ antiquitus constituta, nec decimis, nec aliis possessionibus priuentur, ita vt nouis oratorijs tribuantur.

14 Nullus Episcopus alterius parochianum presumat retinere aut ordinare, absque eius voluntate, vel iudicare: quia sicut eius irrita erit ordinatio, ita & iudicatio: quoniam censemus alterius nullum iudicis, nisi sui, sententia teneri. Nam qui eum ordinare nõ potuit, nec iudicare vllatenus potest.

15 Si quis Episcopus iudicauerit, vel ordinauerit alterius parochianum, sine consensu & voluntate sui Episcopi: oportet non sine increpatione in communi Concilio admitti, ita vt ecclesiasticum vltra non soluat canonem.

19 Qui sacerdotem morti voluntariè tradidit, carnem non comedit, nec vinum bibere presumat omnibus diebus vitæ suæ. Ieiunet autem vsque ad vesperam, exceptis diebus festis atque Dominicis. Arma non sumat, & vbicumque ire maluerit, nullo vehiculo deducatur, sed propriis pedibus proficiscatur. Ecclesiam per quinquennij tempus non ingrediatur: sed cum sacrarum orationum officia, aut missarum solennia celebrantur, ante fores basilicæ perseueret, orans ac deprecans Dominum, vt tanto crimine abluatur. Post expletum verò quinquennij tempus ingrediatur ecclesiam, nõ tamen communicet, sed inter audientes tantummodo stet: vel dum facultas cõceditur, sedeat. Dum autem duodecimi anni cursus fuerit finitus, communicandi ei tribuatur medela. Maneat tamen in reliquis obseruationibus tres dies per hebdomadã, vt ad perfectionis purificatus mereatur venire culmen.

17 Admonemus atque præcipimus, vt decima omnino Deo dari non negligatur, quam Dominus ipse dari sibi constituit. Timendum est enim, vt quisquis Deo debitum suum abstrahit, Deus propter peccatum suum auferat ei necessaria sua. Qui verò decimas post crebras admonitiones & prædicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur.

18 Perlatum est ad nos, quòd quidam Altmannus nomine, sibi commatrem spiritualem, ex parochia Arnonis Episcopi scelesti, coniugio associasset. Sed postea per sacramenta ab ea separatus, modò iterum eam sibi impia copulatione habet sociatam. Quem, quia tale scelus perpetratum haberi audiuius, secundum cõstitutionem S. Gregorij papæ, gladio spiritali percutimus, eumque anathematis vinculo innotamus.

19 Presbyter si vxorem acceperit, ab ordine depõnatur. Si verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. Item in Concilio Carthaginensi, cap. 35. scriptum est: Aurelius Episcopus dixit: Audiuius, fratres charissimi, præterea de quorũdam clericorum, quamuis lectorum, erga vxores proprias incontinentia referatur, placuit, quod & in diuersis Conciliis firmatum est, vt subdiaconi, quia sacra mysteria contrectant, & diaconi, & presbyteri, sed & Episcopi secundum priorum statuta, etiam ab vxoribus se abstineant, vt tanquam non habentes esse videantur. Quod

Nonsu-  
com. al.  
Et in dec.  
D. 2. q. 1. p.

Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueatur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, nisi maturiori ætate.

Rhemensis  
con. tẽpore  
Caroli. ca.  
37.

20 Si quilibet hominum res ecclesiæ per mēdacia & mala ingenia in precariam sibi acquirere voluerit, & post factas precarias, eadem mendacia ad aures eiusdem ecclesiæ rectoris delata fuerint, ipsa ecclesia res suas, quæ & mendaciter abstractæ fuerunt, pleniter absque vllius contradictione omnimodis recipiat. Ille verò qui res suas per eadem mendacia propter cupiditatem ipsius precariæ, eidem ecclesiæ tradidit, simili modo in suam recipiat iurisdictionem.

777. r. c.  
p. 1. c. 39.  
li. ca. 39.

21 Præcipimus, vt ecclesiis, siue atriis ecclesiarum, vel domibus, placita secularia minimè fiant: quanto minus rixæ & contentiones? Item cap. 39. De honore ecclesiarum, & his qui ad ecclesias confugiunt, & quòd ecclesia cum magna reuerentia ad eunda sit, sicut in capitulari Dominico continetur, & in Moguntiacensi, & Turonensi ac Arelateni tẽpore gloriosi Imperatoris Caroli conuentibus decretum est.

Arel. cõc.  
tẽpore Ca-  
roli. ca. 9.  
li. ca. 2. d.

22 Scriptum est, vt vnusquisque de propriis laboribus suis decimas & primitias Deo offerat, sicut scriptum est: Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino Deo tuo. Vbi nec liber, nec seruus excipitur, quia omnes vnus sumus in Christo, apud quem nulla habetur personarum acceptio. Item in Concilio Arelateni, cap. 20. Vt ecclesiæ antiquitus constituta, nec decimis, nec vlla alia possessione priuentur.

23 Nam multi sunt, qui secundum humanas leges, diuina spernentes iudicia testes ac coniuratores sibi producere volunt. Quos minimè admittentes, sicut vnus confitemur Deum, vnã fidem, vnus baptisma, ita etiam vna per totum mundum Ecclesia vniformiter pari lege & simili religione excolenda est. Itaque decernimus, vt iuxta diuinæ legis sanctionem, & secundum ipsius sedem ciuitatis, in qua ratio ventilantur, vnaquæque gens, & cuncta adiacens parochia subiaceat, ita vt autoritate Episcopi, aut iudicij examine, aut sacramenti protestatione se expurget. Et non minus quàm quatuordecim annos ætatis habeat, qui ad testimonium admittendus est secundum censuram canonicæ institutionis, sicut in Africano Concilio, cap. 98. scriptum est: Testes ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiã quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimoniũ autem, infra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.

Arel. cõc.  
tẽpore Ca-  
roli. ca. 12.

24 Decreuimus etiam, vt pacis bonum, & concordia, ab omnibus indirupte teneatur. Quia si inter omnes fideles, vt in capitularibus Domini Caroli legitur, pax & concordia habenda est, dicente Apostolo: Pacem sequimini, & sanctitatem, sine qua nemo videbit Deum: multo magis inter episcopos & comites esse debet, qui post Imperialis apicis dignitatem, populum Dei regunt. Ita enim inter se concordare debent, vt alterutrum sibi ad Dei seruitium peragendum, & ministerium suum explendum, non solum non noceant, quin potius ad miniculo sint. Comitibus quippe & iudicibus, reliquique populo expedit vt \* in Turonensi Concilio legimus, temporibus præfati principis acto, vt suis sint Episcopis consentientes & obediens propter Dei amorẽ: & semper ab eis vtile quærant consilium, illorũque salubria non spernant monita, sed intenta cordis aure au-

24. 33.

diant. Similiter verò & Episcopi prædictas personas similiter suscipiant, honorificèque erga eos in omnibus agant, & sic sese mutuis studeant subleuare consolationibus.

25 De monasteriis clericorum, monachorum, atque puellarum, quæ clericis siue laicis beneficij iure donata sunt, placuit, vt tales eis præficiant prouisores & præpositos, sicut in Cabilonensi Concilio scriptum est, qui & præesse nouerint & prouiderent, & qui ad episcopum recurrant, & secundum eius ordinationem ad conuentum synodi occurrant, & commissum sibi gregem canonicè, & cum magna religione custodiant, quasi rationem de animabus eorum reddaturi.


26 De viduis præcipimus, vt nequaquam citò uelentur: sed in potestate earum maneat, consentiente episcopo, vtrum nubant, an professionem castitatis assumant, vsquedum probetur earum conuersatio: ne fortè de eisdem dici possit, quod ab Apostolo dicitur: Quæ autè in deliciis sunt, viuentes mortuæ sunt. Si autem propositum castitatis assumpserint, aut monasterij claustris regulariter cõstringantur, aut domi manentes, castitatem suæ professionis integerrimè custodiant. Quòd si à proposito deuiauerint, canonicæ institutionis censura corrigantur. Quod & de virginibus, si mœchatae fuerint, statuimus, sicut in Concilio Elibertano, cap. 13. scriptum est: Virgines quæ se Deo dedicauerunt, si pactum prodiderunt virginitatis, atque eidem libidini seruierint, non intelligentes quid amiserint: placuit, nec in fine dandã eis esse communionem. Quod si semel persuasæ, ad infirmi corporis vitia lapsæ, toto tempore vitæ suæ eiusmodi feminæ egerint pœnitentiam, vt abstineant se à coitu, placuit eas in fine communionem accipere debere.

1. Tim. 5. 4

27. 9. 1.  
Virgines  
quæ se.

### CONCILII TRIBVRIENSIS acta & decreta.

Triburiensis ciuitas est Magna Germania sita ultra Rhenũ prope Maguntiam qua Germanica lingua, hodie Tribur dicitur. Cuius tamen nec Plinius nec Ptolomæus nec Strabo nec Anton. meminerunt.



Celebratum est sub Imperatore Arnulpho, à viginti duobus Episcopis Germanorum, Triburiæ Conciliũ, anno incarnationis Domini 895, tam sancta sanè intentione & diligentia, ad refecandum omnem palmitem inutilem, ad extirpandam cuiuslibet hærescos radicem, ad tollendam schismatis occasionem, ad corrigenda clericorum vitia, ad præcauenda populorum scandala, breuiter ad reformandos mores & status non modò clericorum, sed & laicorũ, vt Gratianus postea pleraque eius capitula, diligenti studio recitauerit in volumine Decretorum.

### TITVLI CAPITVLRVM Concilij Triburiensis.

- 1 Communis oratio pro concordia tam clerici quàm populi.
- 2 De quodam presbytero exccato, & de excommunicationis interrogatio synodalis.



- 3 *Responsio regis, & de excommunicatis sententia vniuersalis.*
- 4 *De iniuria & contumelia, quod absit, presbyterorum.*
- 5 *Quali penitentia subiaceat, qui presbyterum uoluntarie morti tradiderit.*
- 6 *De eo qui euaginato gladio, atrium ecclesie intrauerit.*
- 7 *De haec qui res ecclesie siue interiores, siue exteriores, rapiunt.*
- 8 *De his qui contemnunt bannum ab Episcopis impostum.*
- 9 *De eo, si Episcopus ecclesiasticum, & Comes seculare placitum una die condixerint.*
- 10 *Vt Episcopus non deponatur, nisi à duodecim Episcopis, presbyter à sex, diaconus à tribus.*
- 11 *Si quis clericus homicidium fecerit, ab ordine cessare debet.*
- 12 *Vt præter Pascha & Pentecosten, baptisma non celebretur, excepta necessitate periclitantium.*
- 13 *De decimis.*
- 14 *De decimis antiquarum, & nouiter consecratarum ecclesiarum.*
- 15 *De sepultura mortuorum.*
- 16 *Vt sepulturam morientium nemo vendat.*
- 17 *Vt nullus laicus in ecclesia sepeliatur.*
- 18 *De uasculis, quibus mysteria sacra conficiuntur.*
- 19 *Ne in calice aut uinum solum, aut aqua sola offeratur.*
- 20 *De iniuria clericorum.*
- 21 *De querimonia inter presbyterum & laicum.*
- 22 *De eo, si quis liber aliquo crimine infamatur.*
- 23 *De his qui uelatas Deo consecratas, in coniugium duxerint.*
- 24 *De uirgine ante duodecim annos uelata, non consentite patrono, sub cuius erat patrocinio.*
- 25 *De uidiis uelatis.*
- 26 *De monachis regulariter exeuntibus, siue fuga regularis discipline elapsis.*
- 27 *De clericis, qui semel in clero deputati sunt.*
- 28 *Vt nullus Episcopus alterius ministrum ecclesiasticum sollicitet.*
- 29 *Vt nullum seruum ante perfectam libertatem Episcopus ordinare præsumat.*
- 30 *De eo, si quis ab Apostolico falsam detulerit epistolam.*
- 31 *De furibus & latronibus.*
- 32 *De ecclesia à compluribus coheredibus obfessa.*
- 33 *De claudis & aliqua parte corporis minutis, si sacro ordini possint adiungi.*
- 34 *De eo, si quis in hoste contra paganos interficit captiuos Christianos.*
- 35 *Vt nullus comes, nullusque iudex diebus festis vel Dominicis, seu ieiuniorum aut quadragesima, placitum habere præsumat, & ut nullus penitens illo ueniat.*
- 36 *De eo, si duo fratres simul arborem succiderint, & cadente arbore, unus eorum interfectus fuerit.*
- 37 *De muliere, cuius infans aliquo casu propter negligentiam eius moritur.*
- 38 *Si quis liber libertatem duxerit, ulterius habere debet.*
- 39 *Si quis alienigenam in matrimonium duxerit, habere debet.*
- 40 *De eo, quod quidam uxorem alterius, uiuente eo cõstravit: & insuper iuramento confirmauit, eo moriente coniugem eam accipere.*
- 41 *De eo, si quis duxerit uxorem, & concubere non ualens cum ea, frater eius clam uolauerit illam.*
- 42 *Si quis de uno in alium transmigrat Episcopatum, &*

- consanguineam suam polluerit, uel aliquod crimen commiserit.*
- 43 *Si quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo nesciente, filius eius uel frater inscius uolauerit illam.*
- 44 *Si quis cum aliqua fornicatus fuerit, & frater eius ignarus duxerit illam uxorem.*
- 45 *Si quis cum duabus sororibus fuerit pollutus.*
- 46 *Si cuius uxor constuprata fuerit, & propterea maritus perdere illam machinauerit.*
- 47 *Si quis spiritualem habet compatrem, cuius uxor comater non est, eo defuncto, eius uiduam licet ei ducere uxorem.*
- 48 *De eo, si quis suam spiritalis comatris filiam duxerit uxorem.*
- 49 *De his qui in adulterio filios genuerunt, ut omnino separentur.*
- 50 *De eo, si quis aliquem per illusionem à recta fide subuerterit uel perdididerit, ut dupliciter puniatur.*
- 51 *De eo, si quis uxore alterius, uiuente eo, fornicatus fuerit.*
- 52 *De homicidiis non sponte commissis.*
- 53 *De eo, si quis filium suum non sponte, sed casu contingente occiderit.*
- 54 *De his qui uoluntarie homicidium fecerunt.*
- 55 *De penitentià quadraginta dierum.*
- 56 *Post quadraginta dies penitentia primi anni.*
- 57 *Penitentia secundi & tertij anni.*
- 58 *Penitentia quarti, quinti, sexti & septimi anni.*

CAPITULA CONCILII  
Triburiensis.

Ost ingressum sancti & Synodalis colloquij, è cœlis diuinum implorabant auxilium, ut Deus omnipotens, qui, David canente, inhabitare facit unanimes in domo, & dabit uirtutem & fortitudinem plebi suæ, in domo sua, in sancta uidelicet Ecclesia, clero & populum unanimes dignaretur cohibere, uirtutem & fortitudinem dare, ut in nullo diffiderent: quatenus rationabilia meditates, & dictis concordarent, & factis.

2 Cum hæc pro unitate tam cleri quàm populi tracterentur, quidam presbyter uenit medius, à quodam laico excaecatus, eiusdem criminis, propter quod cecus fuerat effectus, liberrimus, ut testatur episcopus: in cuius sancta synodo post excaecationem coram positus, securus est factus. Quapropter idem Episcopus præcepit, ut ueniret laicus, & de tam nefando scelere satisfactionem procuraret agere. Qui nequam consensit, sed communem Episcoporum Synodum appellauit. Perpendentes Episcopi lamentationem Hieremias impleri, aurum obscurari, lapides sanctuarij ab hostibus destrui, & iterum in membris suis Christum crucifigi, suspirantes & comparsibiliter ingemiscetes, vicariis pro se & sancto clero transmisissis, proclamantes, & pium Ecclesiarum defensorem appellantes, & cõsiliu postulant, quid statuerit dignaretur pro talibus & similibus, qui pro diuersis erratibus & certis criminibus sunt incorrigibiles, & iusto anathemate mucrone Apostolici sermonis abscinduntur, quo ait: Tradite huiusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini. Et iterum: Cum huiusmodi nec cibum sumere. Sed tamen, indurante diabolo, quamuis excõ-

municentur, ad pœnitendum non emoluntur, sed sicut scriptum est: Impius cum in profundum peccatorum uenerit, contemnit: profundum peccatorum intuentes, & in desperationem prouentes. Et erit nouissimus error peior priore. Mittentes etiã ei contra eos scripta instituta canonica, in canonibus sanctorum Apostolorum, cap. II. Quod cum excommunicatis non sit orandum. In Nicæno magno Concilio, cap. 5. Qui suo peccauerunt euidenter Episcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æstimentur. In Antiocheno S. Concilio, cap. 2. Vt si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, seu quilibet ex clero, communicare deprehensus fuerit cum excommunicatis, etiam iste cõmuniõne priuetur, tanquam qui regulam confundat Ecclesie. In Epistola Calixti Papæ: Vt nemo cum eis in oratione, aut cibo, uel potu, aut osculo communicet, nec eis Auedicat.

3 Nos igitur quibus regni cura, & sollicitudo Ecclesiarum Christi cõmissa est, aliter regnum & imperium iure ecclesiastico regere & gubernare non possumus, nisi hos qui Ecclesiam Christi, non habent (ut Apostolus ait) maculam, neque rugam, conturbant, zelo fidei persequamur, de quo rex Dauid restatur: Nonne qui oderunt te Deus, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Et cum Euangelium legeretur, audiuius: Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et alibi: Qui percutit malos in eo quod mali sunt, minister Domini est. Idcirco non potentiam ostendentes, sed iustitiã exhibentes, præcipimus, & autoritate nostra iniungimus omnibus regni nostri Comitibus, postquam ab Episcopis anathemate excommunicationis percelluntur, & tamen ad pœnitendum non inclinantur, ut ab ipsis comprehendantur, & ante nos perferantur: ut qui diuina iudicia non uerentur, humana sententia feriantur. Vnde per quendam sapientem dictum est: Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Si enim tam rebelles extiterint, ut comprehendentibus repugnare studuerint, & in tali temeritate interfecti fuerint, iudicio Episcoporum interfecto nullam imponatur penitentia: & præcepto nostro, ueregeldi nulla ab eis extorqueatur compositio. Constringanturque proximi & eorum cognati cum iuramento, ne in illis eos uindictent, sed pacem ad eos & concordiam feruent.

4 Si quis presbyter, quod absit, quia sacerdos altissimi Dei est, vulneratus, uel quibuslibet iniuriis & contumeliis dehonestatus, euaserit, & superuixerit, tota compositio persoluatur presbytero. Si autem articulo mortis præuentus obierit, precium ueregeldi tripartita partiatur diuisione. Id est, altari cui ordinatus fuerat, pars una: Episcopo, in cuius diocesi erat, altera: tertia pariteribus, de quibus ortus fuerat. Si uero in atrio ecclesie aliquid ex istis presbytero factum fuerit supradicto modo, presbytero & pro presbytero soluatur. Sed quia, ut Hilarius Papa omnibus Episcopis per diuersas prouincias in epistola sua scribit, iniuria sacerdotum & Ecclesiarum, sacrilegium est: sacrilegium in atrio factum, altari & Domino eiusdem loci persoluatur. Sacerdotes enim non sunt lacerandi, sed potius coronandi: quia de his Ecclesiasticus liber loquitur, dicens: In tota anima tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica, &

ministros eius non derelinquas, & honorifica sacerdotem. Et Isidorus: His enim, sicut & Episcopis, dispensatio mysteriorum Dei commissa est, præsumunt enim Ecclesie Christi, & in confessione diuini corporis & sanguinis, confortes sunt Episcopis. Similiter & in doctrina populorum, & in officio prædicandi.

5 Si quis sacerdotem, non coactus, sed propria uoluntate seductus, morti tradiderit, secundum sententiam Apostolicorum & nostrorum moderni temporis sacerdotum, quinque annis plenissima castigationi penitentia subternatur, ita ut carnem non manducet, nec uinum bibat: ieiunet autem usque ad uesperam, exceptis Dominicis & diebus festis. Arma non portet: & ubicunque eat, pedibus incedat: ecclesiam non intret, sed ante fores stet, orans Dominum puro corde, ut abluatur tanto crimine. Expleto uero quinquennio, introducente Episcopo, egrediat ecclesiam, nondum tamen comunicas, sed intra audientes stans. Et aliud quinquenium indulgentius introeat indultum. Quo uero expleto, cū decimi anni cursus fuerit finitus, gratia comunicandi, & licentia concedatur ei equitandi. Maneat autem in reliquijs obseruationibus tres dies per hebdomadam, ut purificationis mereatur culmen.

6 Si quis temerarius atrium ecclesie euaginato gladio præsumptuose intrauerit, sacrilegium facit. Et idcirco sacrilegium in atrio Domini factum, sacrilegij more altari & Domino persoluatur. Dominus dicit in Euangelio: Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Id est, qui seipsum uice talionis per peccatum in præsentis uicij desiderant, gladio ipsius peccati in anima moriuntur. Quanto magis is qui secundum atrium, quod Dominus sibi præceteris segregauit locis, suæ sanctæ Ecclesie ad honorem, polluit, & temerarius irruperit, gladio peccati & iniquitatis suæ mortuus iacuerit? Quapropter opus est penitentia, ut resurgat ad uitã, qui gustauit mortem.

7 Quicumque timorem Domini postponentes, & ecclesiastica iudicia non uerentes, res ecclesie rapiunt uel auferunt, ut in Epistola Anacleti Papæ legitur, sacrilegium faciunt. Papa dixit: Ergo qui Christi pecunias & ecclesie rapit, auferit, uel fraudat, homicida est, atque homicida ante conspectum iudicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam uel res ecclesie abstulerit, sacrilegium facit. Vnde tanta autoritate Apostolicæ sententiæ suffultis, sancimus & unanimes iudicamus, ut res ecclesie tripliciter componantur, insuper uero bannus episcopalis exquiratur. Qui uero exteriores ecclesie res rapiunt uel fraudant, Comite agente coerceantur, ut res ablata legitime restituantur & componantur. Si uero non procurauerint, uel non emendauerint, ab Episcopo canonicè constringantur, ut res restituantur.

8 Nemo contemnat, neque transgrediantur bannu ab Episcopis superpositum. Sciat & abhorreat in Epistola beati Clementis dictum, contra se scriptu: Si uobis Episcopis non obediunt omnes tam maioris quàm & inferioris ordinis, atque reliqui populi, tribus & linguarum: non solum infames, sed etiam extorres à regno Dei & consortio fidelium, à limitibus sanctæ Dei Ecclesie alieni erunt. Et audiant ipsum Dominum in Euangelio dicentem: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Quapro-

propter nos Euangelicam & Apostolicam confidentes auctoritatem, non quæstum pecuniarum, sed lucrum quærentes animarum, statuimus & confirmamus, ut si quis post hanc huius S. Concilij diffinitionem, inuentus fuerit corrupisse bannum ab Episcopis impositum, 40 dierum castigatione corripiatur, tantum in pane, sale, & aqua.

9 Cum autem Episcopus Ecclesiâ à Domino Deo sibi commissam regens, Episcopatum circumeundo perrexerit, & placitum canonicè constitutum decreuerit, populûmque sibi creditum illò inuitauerit: atque Comes eadem die, sciens placitum ab Episcopo cõditum, vel nesciens, placitum cum populo suum condixerit, & per bannum illuc venire præceperit: placitum Comitibus omnes postponat: & Comes ipse, idemque populus, post Episcopûm festinè pergant, scientes se non illic seditiosa contentione decertare, sed pro fide catholica inuigilare: non cumulû pecuniarum, sed lucrum congregare animarum. Vnde in eadem B. Clementis epistola: Vestrum, qui legatione Domini fungimini, est docere populos: eorû verò est, vobis obedire ut Deo. Et in epistola Alexandri Papæ, successoris Euaristi: Si quis autè legatione vestram impedit, non vnus, sed multorum profectû auertit: & sicut multis nocet, ita à multis est arguendus: & quia Dei causam impedit, & statum Ecclesiæ conturbat, ideo à liminibus eius arceatur. Quapropter nullus Comes, nullusque iudex, nullus omnino in clericatu vel seculari habitu constitutus, legationem Episcoporum impediatur, vel conturbare præsumat. Ut autem vnanimitas & concordia sit inter episcopos & Comites, placuit, ut si quis episcopus domi residens, conuentum populi esse voluerit, & Comes nihilominus in ipsa eademque die placitû esse dixerit, effectum obtineat, qui prior indicauerat, salua tamen dignitate & potestate episcopi.

10 Statutum est in hac sancta & vniuersali Synodo, ut nullus episcopus deponatur nisi à duodecim episcopis, presbyter à sex, diaconus à tribus. In Concilio Carthaginensi, cap. 12. Felix episcopus dixit: Si quis episcopus in reatum aliquem incurrerit, & non potest plurimos congregare episcopos: ne in crimine remaneat, à duodecim episcopis audiatur. Et presbyter à sex, cum proprio suo episcopo: & diaconus à tribus episcopis audiatur. Et in eodem Concilio, ca. 20. Ut presbyter à sex, diaconus à tribus discutiatur episcopis. Reliquorum clericorum causas, etiam solus episcopus loci cognoscat & definat.

11 Si quis clericus, quamuis nimium coactus, homicidiû fecerit, siue sit presbyter, siue diaconus, deponatur. Legimus in canonibus Apostolorum, quòd Episcopus presbyter & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur. Quanto magis is qui hoc immane scelus fecerit, ab ordine cessare debet? Qui enim Christû sequi desiderat, debet, sicut ipse ambulauit, & ipse ambulare.

1. Petr. 2. Qui cum malediceretur, non remaledicebat: cum percuteretur, non repercutiebat: cum pro nobis pateretur, nõ comminabatur. Et ipse in Euangelio suo præcepit: Si quis te percusserit in vnâ maxillam, præbe illi & alteram. Non enim debemus occidere, cum Dominus dicat: Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Nec malum pro malo reddere, sed sicut Apostolus Romanis scribens

ait: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Si quis clericorum præfens erit, vbi homicidiû fuerit, & neque consensu, neque consultu, neque in aliquo homicidij reatu pollutus esse conuincitur, nihil ei obstat, quin consecratus in gradu permaneat: non consecratus, si aliàs dignus sit, promorus accedat.

12 Sacrosanctum baptismi mysterium, sciunt omnes in Christo regenerati, non nisi præfixis & legitimis in anno celebrari temporibus: cum hoc sibi priuilegium, ut in epistola Syricij Papæ legitur, cap. 2. & apud nos, & apud omnes ecclesias, specialiter cû Pentecoste sua Dominicus Pascha defendit: in quo (ut legitur in episto. Leonis Papæ, cap. 9.) orta est & virtus muneris, & species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quòd ipse Dominus Iesus Christus, postquam resurrexit à mortuis, discipulis suis formam & potestatem tradidit baptizandi, dicens: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. De quo vtiq; ante passionem potuisset eos instruere, nisi propriè voluisset demonstrare, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sanè huic obseruantia etiam Pentecostes, ex aduentu sancti Spiritus, sacra solennitas, quæ de Paschalis festi pendet articulo. Nam cum ad alios dies alia festa pertineat, hæc semper ad eum diem recurrit, qui resurrectione Domini est insignis, porrigens quodammodo manum auxiliantis gratia, & eos inuitans, quos à die Paschæ aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit, ut desiderij sui effectum dono sancti Spiritus consequantur. Ipse enim vnigenitus Dei, qui in Pascha resurrexit, in fide credentium & in virtute operum, nullam inter se & Spiritum sanctum voluit esse distantiam, quia nulla est diuersitas in natura. Vnde vtrique sit proprium, non dissimile esse festum, vbi vnum est sacramentum. Sicut tunc, ita & nunc, in remissionem peccatorum baptismi celebratur sacramentum: qui idem Spiritus sanctus, cuius hic celebramus aduentum, est remissio omnium peccatorum. Trina namque in baptisate immersio, trina imitatur sepulturam. Et ab aquis eleuatio, instar est resurgentis de sepulchro. Periculo quocumque modo preoccupatis & desperatis, omni tempore subueniendum, & baptismi sacramentum est tribuendum: quia necessitas vix habet legem. Si enim valida infirmitate occupati & desperati, ad Ecclesiam prouehi non possint, loco mundo perfecto baptismi celebretur, & procuratore presbyteri cautè obseruetur & collocetur. Vsq; ad octauum namque diem, ipsa regeneratio sacra ab omni Christiano populo celebrabitur, quia resurrectio Domini octo diebus colitur.

13 De decimis Augustinus doctor mirabilis, sub breui ratiuncula satis videtur dilucidasse, cum ait: Decimæ ex debito requiruntur. Quid si diceret de nempe: Meus es ô homo, mea est terra quam colis, mea semina quæ spargis, mea animalia quæ fatigas, meus est solis ardor: & cum omnia mea sint, tu qui minus accommodas, solam decimam merebaris, sed seruo tibi nouem. Da mihi decimam. Si non dederis decimam, auferam nouem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo nouem. Si ergo quærit aliquis, cur decimæ dantur, sciat quòd ideo dandæ sunt, ut hac deuotione Deus placatus, largius præstet quæ necessaria sunt: & ut ministri ecclesiæ exinde releuati, libe-

riores

riores fiant ad spiritalis seruitij expletionem: & vt munus populi ex hinc in quotidiana oblatione Domino immoletur: necnon secundum statuta canonum, in sustentationem pauperum & restoratione ecclesiarum proficiant. Quatuor enim fieri partes, iuxta canones iudicamus, de decimis & oblationibus fidelium: vt vna sit Episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta restorationi ecclesiarum seruetur: sicut in epistola Gelasij papæ, ca. 27. legitur. 14 Placuit huic S. Concilio, vt secundum sanctiones canonum, decimæ, sicut & aliud possessiones, antiquis conferentur ecclesiis, sicut in Chalcedonensi S. Concilio statutum est, cap. 17. Si quis autem in affinitate antiquæ ecclesiæ noua iura excoluerit, decima exinde debita, antiquæ reddatur ecclesiæ. Si verò in qualibet sylua, vel deserto loco, vltra miliaria quatuor aut quinque, vel eo amplius, aliquod dirutû collaborauerit, & illic cõsentiète episcopo ecclesiam construxerit, & consecratam perpetrauerit, prospiciat presbyterum ad seruitium Dei idoneum & studiosum, & tunc demum nouam decimam nouæ reddat ecclesiæ: salua tamen potestate Episcopi.

15 Restat propter instantem, quæ tunc maxima occurrat, necessitatem, vbiunque facultas rerum, & opportunitas temporum suppetat, sepulturam morientium apud ecclesiam, vbi sedes est Episcopi, celebrari. Si autem hoc propter itineris longinquitatē aut adiacentem alicuius inopportunitatis difficultatem, impossibile videatur, expectet cum terra sepulchra suæ, quo canonicorum aut monachorum, siue sanctimonialium congregatio sancta communiter degat, vt eorum orationibus iudici suo commendatus occurrat: & remissionem delictorum, quam meritis nõ obtinet, illorum intercessionibus percipiat. Quòd si & hoc ineptum & difficile æstimetur: vbi decimam persoluat viuus, sepeliatur mortuus.

16 Abhorrendus, & Christianis omnibus deuitandus mos iniquus subrepsit, sepulturam mortuis debitam, sub precio vendere, & gratiam Dei venalem facere: cum hoc nusquam sub Euangelica gratia meminimus nos inuenisse, vel legisse. In Ecclesiastico namque lib. scriptum est: Mortuo non prohibeas gratiam, sciens, quia omnes moriemur. Et item: Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertuntur. Quid terra terram vendis? memento quoniam terra es, & in terram ibis: & quoniam mors tibi futura est, appropiat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis est terra: sed vt Psalmista commemorat, Domini est terra, & qui habitant in ea. Si terram vendis, in uisione alienæ rei reus teneberis. Gratis accepisti à Deo gratis da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare. Nisi forte proximi & amici defuncti, propter nomen Domini, & redemptionem animæ viri, gratis aliquid donare velint.

27 Secundum statuta S. Patrum, & experimeta miraculorum, prohibemus & præcipimus, vt deinceps nullus laicus in ecclesia sepeliatur. Quidam mirabilis doctor nostræ diffinitioni cõsentiens, inquit: Nemo enim in ecclesia sepeliatur, nisi fortè talis sit persona sacerdotis, aut cuiuslibet iusti hominis, qui per vitæ meritum, talem viuendo suo corpori defuncto locum acquisiuit. Corpora antiquitus in ecclesia sepulta nequaquam proiciantur, sed pauimèto desuper facta, nullo tumulorum vestigio apparente, ecclesiæ

reuerentia conferuetur. Vbi verò hoc præ multitudine cadauerum difficile sit facere, locus ille cœmeterium & polyandriû habeatur, ablato inde altari, & constituto vbi religiose sacrificium Deo valeat offerri. B. Gregorius in miraculis Patrum, memoria dignum & huic rei congruum refert miraculû in Genuensi vrbe contigisse. Ibi namq; quidam Valentius nomine, Mediolanensis ecclesiæ defensor, defunctus est, cuius corpus in ecclesia B. martyris Syri sepultû est. Nocte autem media in eadem ecclesia facte sunt voces, ac si quis violenter ex ea repelleretur, atq; traheretur foras. Ad quas nimirum voces cucurrere custodes, & videre duos quosdam teterrimos spiritus, qui eiusdem Valentij pedes cum ligatura constrinxerant, & ea ab ecclesia clamantem animam vociferantem foras trahebant. Qui videlicet exterriti, ad sua strata reuersi sunt. Mane autem facto, aperientes sepulchrum, vbi idem Valentius positus fuerat, eius corpus non inuenerunt. Cùmq; extra ecclesiam quærerent, vbi proiectum esset, inuenerunt hoc in sepulchro alio positû, ligatis adhuc pedibus, sicut de ecclesia fuerat abiectû. Ex qua re colligendum est, quia hi quos peccata grauia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciunt, restat vt etiam de sua presumptione iudicentur, quatenus eos sacra loca non liberet, sed etiã culpa temeritatis accuset. Quid igitur sacra loca sepultis profunt, quãdo hi qui indigni sunt, ab eisdem sacris locis diuinitus proiciuntur? Sancta Synodus dixit: Mira res, & multis expauescenda. Ideoque per futura tēpotû curricula ab omnibus obseruanda.

18 Vasa quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices sunt & patenæ. De quibus Bonifacius martyr & episcopus interrogat, si liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere, respondit: Quòdam sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc econtrà lignei sacerdotis aureis vtuntur calicibus. Zepherinus 16. Romanus Episcopus, patenis vitreis Missas celebrari constituit. Tum deinde Vrbanus 18 Papa omnia ministeria sacra fecit argentea. In hoc enim, sicut & in reliquis cultibus, magis & magis per incrementa temporum decus succreuit ecclesiarum. Nostris diebus, qui serui patris familias sumus, ne decus matris ecclesiæ imminuatur, sed magis cumuletur & amplificetur, statuimus, vt deinceps nullus sacerdos sacrum mysteriû corporis & sanguinis Iesu Christi Domini nostri, in ligneis vasculis villo modo conficere præsumat, ne vnde placari debet, inde irascatur Deus.

19 Alexander successor Euaristi, dixit: Non debet enim, vt à Patribus accepimus, & ipsa ratio docet, in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrunque permixtum: quia vtrunque ex latere eius profluxit. Vt videlicet per hoc indicet populos, qui secundum Ioannem aquæ sunt, à Christo, cuius sanguis in calice est, diuidi non debere. Cuius rei veritatem in hac sancta Synodo confitemur, credimus & confirmamus, ne vllus sine commixtione vini & aquæ mysteria sacra conficiat, sed vt duæ partes sint vini: quia maior est maiestas sanguinis Christi, quàm fragilitas populi: tertia aquæ, per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ.

20 Si quis irreuerens, timorè Domini postponens, in seruos eius sãuire præsumperit, quos ipse præceperis peculiari singularitate sibi segregauit, & coronæ suæ similitudinem, tradente Apostolorû principe, gestare fecit, & seruos suos dici & esse voluit, for-

1. Petr. 2. Rr tẽmque

De cõf. d. 1  
Vasum  
quibus.

Joan. 19.  
Act. 17.

1. Petr. 2.

*Num. 18.* *Deut. 18.* tēque illorum se constituit, sicut de eis scripū est, loquente ipso Domino: Ego hāreditas eorum, Dominus hāreditas mea est: si quis (vt diximus) vllum eorum, quocunque ordine cōsecratum, casis vulneribus, vel quibuscunq; iniuriis angustiauerit, iubeat eum Dominus Episcopus per bannum à se impostum ante se venire, & aduocet cognitorem & adiutorem Comitem, & constringat proteruum episcopus auctoritate canonica: vt eidem clerico, cui contra diuinas & humanas leges contumelias ingessit, iustam & debitam persoluat cōpositionem: & Comite agente, persoluat bannum regibus debitum. Si verò agente proteruia venire contempserit, iustitiāque consentire detrectauerit, agantur super eum omnia quæ supra scripta sunt in 2. & 3. cap. nisi iterum veniat, & iustitiā concordet.

*2. q. 4. si qm. s. pres.* *Matt. 5.* 21 Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum, aliquam habeat querimoniam controuersiam, episcopo regente sine personarum acceptione finiatur, & laicus præiuramento, si necesse sit constringatur: presbyter verò, vice præiuramenti, per sanctam consecrationem interrogetur: quia sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Manus enim per quam corpus & sanguis Christi conficitur, iuramento pollueretur? absit, cum Dominus in Euāgelio discipulis suis, quorum vicem nos indigni in sancta gerimus ecclesia, dicat: Nolite omnino iurare: sit autem sermo vester, est est, non non, quod autē his abundantius est, à malo est. Non dixit, quod amplius est, malum est: sed à malo, id est, à malo homine, de cuius incredulitate cogimur iurare. Vt enim in quadā homilia B. Bedæ presbyteri legimus: Si fortē nos incautius iurasse contigerit, quod scilicet obseruatum, peiorem vergat in exitum, liberē illud mutandum nouerimus salubriori consilio.

*Heb. 4.* *Gene. 18.* 22 Si quis fidelis libertate notabilis aliquo crimine aut infamia deputatur, vratur iure, iuramento se excusare. Si verò tanto tali que crimine publicatur, vt criminofus à populo suspicetur, & propterea superiuret, aut confiteatur & pœniteat, aut episcopo vel suo misso discutiente, per ignem candenti ferro cautē examinetur. Deus omnipotēs, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius (vt in epistola Euaristi Papæ scriptum legimus) quo nos à dubijs & incognitis sententiam proferre compererit, mala Sodomæ noluit audita iudicare, priusquam manifestē agnosceret quæ dicebantur. Vnde ipse ait: Descendā & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam. Quo exēplo moniti, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites simus, aut temerē indiligentēque indiscussa quæuis quoquo modo iudicemus: sed exemplo Domini descendamus, videamus, & iusto examine criminofos diligenter perscrutemur, sicut ipse Sodomam: Vt videamus, vtrum clamorem populi cōpleuerint, necne. Nam mala audita nullum moueāt, sed antē audita diligenter inquirat.

23 Si quis sacro velamine consecratam in coniugiū duxerit, & post dicatum Deo propositū incesta fœdera sacrilegāque miscuerit, vt in constitutis Gelasij Papæ, cap. 20. legitur, protinus æquum est à sacra cōmunionē detruā, & nisi per publicam probatāque pœnitentiā omnino non recipi. Si tamen pœnituerint, transeuntibus de seculo viaticum non negetur. In Chalcedonensi Concilio, cap. 17. Hoc perpetrantes, excommunicentur: consententibus, auctoritate

Episcopi, misericordia largiatur. In epistola Papæ Syritij, cap. 6. Velatæ Deo cōsecratæ, si abiecto proposito sanctitatis, clanculum sacrilega se contagione miscuerint, vel de illicitis complexibus publicè & liberè filios procreauerint, has impudicas detestabilesque personas, à monasteriorum cœtu & ecclesiarum conuentibus eliminandas esse, iudicatum est, quatenus retrusæ ergastulis, tantum facinus continua lamentatione defleant. Vnde verbo Domini, & canonica auctoritate in hac sancta Synodo præcipimus, vt omnino separentur, & iuramento colligentur, vltius sub vno non cohabitare tecto, nec familiarī frui colloquio, excepto in ecclesia & i publico: aut pariter vllam habere communionem, vnde suspicio illecebrosi desiderij, aut scandalum libidinofacti, iustē possit oriri. Si quæ etiam inter se diuidenda sunt, diuidant, & vterque sua prouideat.

24 Quæcunque virgo sub patrocinio ante annos 12. non coacta, sed propriavoluntate, sacrum velamē sibi imposuerit annūque & diem, nullo repetente, velata permanserit: ab eodem S. habitu vltius non recedat, sed sponsa vero regi Christo, immaculato agno, vltius incorrupta & immaculata deseruiat. Si verò idem patronus post annum & diem, sanctū propositum corrumpere, & velatam studuerit repetere, atque Christo sponsam suam rapere: secundum præstituta canonum præiudicamus, vt vires non obtineat, sed Christo regi suam sponsam relinquat. Si quis de virginibus velatis curiosus & diligētius inuestigare perstiterit, insinat cap. 16. Carthaginensis S. Concilij, & 93. Aphricani. In Carthaginensi cap. 16. continetur, vt ante vigesimum quintum annū virgines non consecrentur: in Aphricano, 93. Vt quicūque episcoporum, aliqua vrgente necessitate, vel periculo mortis angustante, aut exigentibus parētibus aut his ad quorum curam pertinet, velauerit, seu velauit, ante vigesimum quintum annum atatis, virginem, non ei oblit Cōcilium, quod de isto annorum numero constitutum est, quin velata & consecrata permaneat.

25 Viduas autem velare pontificum nullus attēdet, prout constitutum est in decretis Papæ Gelasij, cap. 13. quod nec auctoritas diuina, nec canonum forma præstituit. Quæ si propria voluntate continentiam professā est, vt in eiusdem Gelasij capite 21. legitur, eius intentio pro se reddat rationem Deo. Quia sicut secundum Apostolum, si se continere non poterat, nullatenus nubere vetatur: sic secum habita deliberatione, promissam fidem pudicitia Deo debet custodire. Qua auctoritate paternæ suffulti sententiæ, in hoc sacro conuentu sancimus, & liberē iudicamus: quod si sponte velamen, quamuis non consecratum, sibi imposuerit, & in ecclesia inter velatas oblationem Deo obrulerit, velit nolit, sanctimoniam habitum vltius habere debet: licet sacramento confirmare velit, eo tenore & ratione velamen sibi imponere, vt iterum possit deponere.

26 Si quis monachus pro lucro animæ vel animarum à suo monasterio exire, & aliud proposuerit intrare, consententibus Episcopo, Abbate & fratribus, consentimus & concordamus: quia id fecisse multos sanctos legimus. Si verò fuga regularis disciplinæ elapsus, propositum sanctitatis calcauerit, omnimodis coercendus, & ab hominibus detestandus, atque omni onere est grauandus: vt saltem rubore verecundia confusus, & onere paupertatis affli-

afflictus, redeat, quæ relicta singularitatis professione inimicus tenebat. Si autem tam irreuerēs & pertinax est, vt ad monasterium redire, & propositum monachi reluctauerit obseruare, impleantur super eum constituta, quæ de eo scripta sunt in sancto canone in Concilio Chalcedonensi, cap. 4. Papæ Syritij 6. Leonis 26. quatenus retrusus ergastulo, decoqui possit pœnitentis igne purgatorio.

27 In Synodo Chalcedonensi, cap. 7. statutum est, vt clerici qui semel in aliquo deputati sunt, neque ad militiam, neque ad aliam veniant dignitatem mūdānam: & hoc tentantes, & pœnitentiā non agentes, quo minus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegere, anathematizari. Nos autem eandē sequentes canonicam auctoritatē, statuimus, vt clericus ecclesiasticè nutritus, in ecclesia coram populo vel legens vel cantans, si postmodum relicto clericatus habitu, à castris Dominicis, quibus adscriptus est, profugus & apostata elabatur, & ad seculum egreditur: ab episcopo canonicè coerceatur, vt ad sinum matris Ecclesiæ reuertatur. Quod si in hac indisciplinatione perdurat, vt comam nutriat: cōstringatur, vt iterum detondeatur, & postea nec vxorem accipiat, nec sacrum ordinem attingat. Si verò huic huius S. Concilij reluctauerit definitioni, secundum præstitutam Chalcedonensis capituli constitutionē anathematizetur. S. Isidorus tales hippocentauris dicit esse similes, qui nec equi, nec homines, atq; quasi bruta animalia, libertate ac desiderio suo feruntur.

28 In Nicæno S. & vniuersali Concilio cōtinetur: Propter multam perturbationem & seditiones quæ sunt, placuit, consuetudinem omnimodis amputari, ita vt de ciuitate ad ciuitatem, non Episcopus, nō presbyter, non diaconus, transferatur, & cætera. In Chalcedonensi, cap. 20. Clericos in ecclesia ministrantes, in alterius ciuitatis ecclesiam, statutos fieri non oportet. Si quis Episcopus post hanc definitionem susceperit clericum ad alium pertinentem, suscipiens & susceptus communionē priuentur, donec is qui migrauerat, ad propriam fuerit regressus ecclesiam. Item in Synodo Sardicensi, capite 18. Vt nulli liceat Episcopo, alterius Episcopi ministrum ecclesiasticum sollicitare, & in suis parochijs ordinare. In Aphricano, capite 21. Vt clericum alienum nullus sibi priuet Episcopus, præter eius arbitrium cuius fuerit clericus, & cætera. Item in decretis Papæ Leonis: Alienum clericum, inuito Episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi fortē ex placito charitatis id inter dantem accipientēque conuenerit. Quibus constitutis sanctorum canonū operam dantes, & vestigijs Patrum inhaerentes, hoc secundum præfixos sanctos canones statuimus, & iustum esse decernimus.

29 Secundum decreta S. Patrum iudicamus, & nos id acturos profitemur, vt nullū seruū Episcopus ordinare præsumat, antequam perfecta dicitur ingenuitate: quia non debet vilis persona fungī sacerdotij dignitate. Leo Papa in epistola sua, capite 1. Debet enim esse ab alijs securus, qui diuinæ militiæ fuerit aggregandus, vt à castris Dominicis, quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatibus vinculis abstrahatur. Gregorius in decretis suis, capite 7. Multos ex ecclesiastica familia nouimus, ad omnipotentis Dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi, in diuino seruitio valeant conuersari. Si verò

festinantes ad omnipotentis Dei seruitium incautē retinemus, illi inuenimur quædam negare qui dedit omnia. Vnde necesse est, vt ab humano seruitio liber recedat, qui diuini obsequij districtam subire appetit seruitutem. Sancta Synodus dixit: Præfinita Patrum statuta, inuiolabilem habeant firmitatem.

30 In memoriam B. Perri Apostoli, honoremus sanctam Romanam & Apostolicam sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra ecclesiasticæ rationis. Quare seruāda est cum mansuetudine humilitas, vt licet vix ferendum, ab illa sancta sede imponatur iugum, cōferamus, & pia deuotione toleremus. Si verò, quod non decet, quilibet siue sit presbyter, siue diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab Apostolico detulisse epistolam, vel aliud quid, quod inde non conuenit, salua fide & integra circa Apostolicum humilitate, penes Episcopum sit potestas, vtrū eum in carcerem, aut in aliam detrudat custodiam: vsquequo per Epistolam, aut per idoneos suæ partis legatos, Apostolicam interpellat sublimitatem, vt potissimū sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine lex Romana statuat diffinire, vt & is corrigatur, & cæteris modus imponatur.

31 Tranquillitatem sanctæ Dei ecclesiæ inquieta-ri, & pacem fraternam infestari testantur fures & latrones, qui ambulant inter nos ouina pelle obumbrati, sed lupina mente recedunt alienati, res ecclesiarū sua mente adducti rapientes, & gregem Domini cum spoliando lacerantes. De quibus saluator in Euangelio commemorat: Qui non intrat per ostium in Ioan. 10. ouile ouium, ille fur est & latro. Atq; subiungit: Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Vbi quamuis hæreticos, qui fidem furantur ecclesiæ, designet: tamen insecutione furum & latronum, turbatam monstrat pacem ecclesiarum. De talibus Apostolus ad Philippenses: Videte canes, videte malos operarios. Canes vocauit, quod non habent verecundiam: malos operarios, quia nulla faciunt quæ pictari conueniunt. Et Dominus per prophetam Esaiam: Esa. 61. Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam. Vnde nos quæ Dominus diligit, diligentes, & quæ odit, odio habentes, statuimus & iudicamus, vt si quis post hæc Euangelica & Apostolica atque Prophetica verba, & diffinitionem pacatissimæ Synodi, inuentus fuerit furtum aut rapinam exercere, & in ipso diabolico actu mortem meretur incurere: nullus pro eo præsumat orare, aut eleemosynam dare. Et eleemosyna pro eo data, nec in memoriam clericorum nec pauperū veniat, sed execrabilis sordescat. B. Augustinus de talibus horribilem profert sententiam, dicens: Nemo te post mortem tuam fideliter redimit, quia tu te redimere noluisti. Si autē ille fur vel latro vulneratus elabatur, & expectatione mortis desperatus putatur, atque reconciliari se mysterijs sacrosanctis, habitu corporis & voluntate pietatis deprecatur, Deoq; & sacerdoti, comite vita, emendationem morum & actuum confitetur, communionis gratiā non negamus tribuendā. In Nicæno magno Concilio statutū legimus: Si quis egreditur de corpore, vltimo & necessario viatico minimē priuetur, & c. Item de vltima pœnitentiā, in epistola Innocentij papæ, cap. 21. Tribuitur ergo cum pœnitentiā extrema cōmunio, vt homines huiusmodi vel in supremis suis, permittente Saluatore nostro, à perpe-



ruo liberentur exitio. Item de eodem Carthaginen-  
si 7. & Cælestini 15. ubi ait: Quid rogo, aliud est, vlti-  
mam pœnitentiam negare periclitanti, quàm mortē  
addere morienti?

2. Tim. 2.

32 Quæcunque ecclesia à compluribus cohæredi-  
bus sit obfessa, concordia vnanimitate vndique pro-  
cureretur, ne propter aliquas disceptationes seruitium  
Dei minuatur, & cura populi irreligiosè agatur. Si  
verò contingat pro ea participes dissidere, &  
sub vno presbytero nolle eam procurare, & propterea  
iurgia & contentiones tam inter ipsos, quàm inter cle-  
ricos incipiant frequentare: quia iuxta Apostolum,  
seruos Dei nō oportet litigare: Episcopus tollat in-  
de reliquias, & sub magna cura honorificè collo-  
cet eas: atque eiusdem ecclesiæ claudat ostia, & sub si-  
gillo consignet ea, vt sacrum ministerium nullus ce-  
lebrer in ea, antequam concordia vnanimitate vnum  
omnes eligant presbyterum, qui idoneus sit sacro-  
sanctum locum procurare, & populo Dei vtiliter  
præesse. Hanc autem habeant auctoritatem Episco-  
pi, vt in nullis ecclesiis nec constituantur presbyte-  
ri, nec expellantur, illis inconsultis & non consenti-  
entibus. In epistola B. Papæ Clementis legitur: Atten-  
dendum summopere est omnibus presbyteris & re-  
liquis clericis, vt nihil abique Episcopi proprii licen-  
tia agant: non vtique Missas sine eius iussu, quisquam  
presbyterorum in sua parochia agat. Similiter & re-  
liqui populi, maiores scilicet & minores, per eius li-  
centiam, quicquid agendum est, agant. Animæ verò  
eorum ei creditæ sunt: ideo omnia eius cōsilio age-  
re debent, & eo inconsulto nihil.

33 In Nicæno sancto & vniuersali Concilio statu-  
tum est, cap. 1. Vt si quis à medicis per languorem de-  
fectus est, aut à barbaris abscisus, hic in clero perman-  
eat. In epistola Innocentij Papæ, cap. 28. Qui igitur  
volens cuiuslibet partem digiti sibi abscidit, hunc ad  
clerum canones non admittunt. Cui verò casu aliquo  
contingit, hunc canones præcipiunt & clericum fieri:  
& si in clero fuerit repertus, nō abiici. Item in de-  
cretis Gelasij Papæ, cap. 16. Vt nemo literas nesciēs,  
vel aliqua parte corporis imminutus, promoueatur  
ad clerum. Hanc auctoritatem S. Patrū confitemur,  
& confirmamus, sequimurque: ita vt si quis à medi-  
cis per languorem defectus est, vel per aliquam infir-  
mitatē claudus effectus est, inueniatur aliās dignus,  
permaneat clericus, & sacro ordini aptus.

Matt. 24.  
Sap. 5.

34 Vndique bella consurgunt, hostes sauiunt. Ini-  
mica gens paganorum insequitur populū Christiano-  
rum. Impletum est enim quod Evangelica testa-  
tur historia: Surgat gens contra gentem, & regnum  
aduersus regnum, &c. Et alibi scriptum est: Pugna-  
bit orbis terrarum pro eo cōtra infensatos. Quapro-  
pter zelo diuinæ æmulationis accensus Christiano-  
rum exercitus, procedunt ad bellum, confidentes in  
eum qui dixit: Vos ad certamen acceditis, ego præ-  
rior pro vobis. Fit conuentus Christianorum & pa-  
ganorum, fortiter dimicant isti pro fide, illi contra  
fidem. Vnde fortissimo confortante Domino, sicut  
Matathias pater Machabæorum ait: Non in multi-  
tudine exercitus fit victoria belli, sed de cœlo venit  
fortitudo. Sæpe fit victoria Christianorum, victa est  
pars paganorum. Quare vnā cum interfectis paga-  
nis perempti fuerunt Christiani, captiui à Barbaris,  
quia in impetu belli nequeunt distinguere. Idcirco ius-  
tum decernentes, statuimus cum interfectoribus  
misericordius agendum, ita vt quadraginta diebus

Mach. 3.

pœnitentiæ indulgentius transactis, penes episcopū  
sit auctoritas & potestas, vt perpendat culpam, agat  
indulgentiam.

35 Secundum S. statuta Patrum, in hoc sancto præ-  
iudicamus Concilio, vt nullus Comes, nullusque om-  
nino secularis, diebus Dominicis, vel sanctorū in-  
festis, seu quadragesimæ aut ieiuniorum, placitum  
habere, sed nec populum illo præsumat coercere.

Quia inde irascitur Deus, cum tantū suo sancto ser-  
uitio debet populus desudare, inueniatur lites & cō-  
tentiones frequentare. Diebus verò Dominicis &  
sanctorum festis, vigiliis & orationibus insistendū,  
& ad Missas cuiuslibet Christiano cum oblationibus  
est currendum, & tantummodo Deo vacandū. Die-  
bus quadragesimæ & ieiuniorum, summa deuotione  
ieiunandum, & omni intentione est orandum: atque  
vnicuique pro facultatibus suis eleemosynæ tribuē-  
dæ, & nullæ lites vel contentiones habendæ. Arguit  
enim eos qui cōtentiones & lites tempore ieiunio-  
rum, & qui à debitoribus debita exigunt, Dominus  
per Prophetam, dicens: Ecce in diebus ieiuniorum  
vestrorum inuenitur voluntas vestra, & omnes de-  
bitores vestros repetitis: ecce ad lites & contentio-  
nes ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Ideo nobis,  
qui gregis Dei curam accepimus pastorem, sum-  
mopere curandum & prohibendū est, ne nostra desi-  
dia agente, præfatis diebus vllus placitum habere, &  
populum nobis commissum à seruitio Dei nostri au-  
deat impedire. Præterea sancimus & præcipimus, vt  
nullus Comes aliquē pœnitentem ad placitū ire cō-  
pellat, nec ipse veniat: ne fortè, dum ieiunare & ora-  
re, atq; pro salute suæ animæ debet inuigilare, vanilo-  
quiis & contentionibus cogatur laborare.

36 Si contingat duos fratres simul arborem succi-  
dere, siue in sylua, siue quocunque loco, & cadente  
arbore, alter alteri, Fuge vel caue, dixerit, & ipse stas,  
siue fugiēs, subtus ipsam arborem deuenierit, & mor-  
tuus fuerit: superstes frater innocēs de morte defun-  
cti diiudicetur. Quia non voluntate, non incuria il-  
lius, non denique cōsensu, nec vllō suo mortem in-  
currit reatu: sed dum ambo insisterent operi neces-  
sario, incautus & insperatus casu arboris depressus  
est, nemine penitus adiuuare valente. Hanc eandem  
statuimus diffinitionem de cæteris similibus, siue co-  
gnatis, siue nulla proximitate coniunctis. Istam dif-  
finitionē tenuere Patres nostri Apostolici viri: ideo  
eorum exempla sequētes, per futura tempora inui-  
labilem eam custodimus, & posteris nostris sequen-  
dam transmittimus: quia graue peccatum est, & nos-  
tro ministerio contrarium, innocentem opprimere  
& securum crimine, scienter criminofum habere.

Quidam de sapientibus ait: Premit insontes debita  
sceleri noxia pœna, iustusque tulit crimen iniqui.

37 Si quæ mulier, vt sæpe contingit, infantem pro-  
prium prope ignem collocauerit, & alius qui calda-  
rium super ipsum ignem pependerit, & aquam infu-  
derit, atque aqua ipsa per ignem feruens egreditur,  
& infanti superfunditur, & propterea mortuus agi-  
tur, mater infantis, propter negligentiam, iudicio sa-  
cerdotum pœniteat, & homo qui caldarium pepen-  
dit, securus permaneat. Simili modo de cæteris simi-  
libus, quæ sæpe diuersè solēt euenire, & iudicamus,  
& esse volumus.

38 In decretis Papæ Leonis, cap. 18. scriptum est: Nō  
omnis mulier viro iuncta, vxor est viri, quia nec om-  
nis filius hæres est patris. Nuptiarum autem for-  
dera,

dera, inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales.  
Itaque aliud concubina, aliud vxor: sicut aliud ancil-  
la, aliud libera. Igitur si quis filiam suam viro habenti  
concubinam, in matrimonium dederit, non ita acci-  
piendum est, quasi eam coniugato dederit, nisi for-  
tè illa mulier & ingenua sit facta, & dotata legitime,  
& in publicis nuptiis honestata videatur. Vnde pa-  
ternam sequentes auctoritatem, sub præfenti huius  
S. Catalogo Cōcilij, statuimus & liberè iudicamus,  
vt quisquis liber libertam, hoc est, ex ancilla per ma-  
numissionem & regalem largitionem liberam factā  
legitimè in matrimonium duxerit, vltierius habere  
debebit, tanquam vnā ex nobili genere progeni-  
tam, excepta fornicationis causa: & quam diu illa vi-  
uat, nullam accipiat. Est igitur, vt ex decretis Papæ  
Leonis prædiximus, ingenua facta, & dotata legitime,  
& in publicis honestata nuptiis: & propterea iā  
non est concubina, sed vxor legibus acquisita. Hæc  
eadem lex, pro qualitate sexus, sit fœminis & viris li-  
bertas.

39 Quicumque alienigenam, hoc est, alienæ gentis  
fœminam (verbi gratia, Francus mulierem Baiori-  
cam) vtrorumque consulto propinquorum legitime  
vel sua, vel mulieris lege acquisitam, in coniugiū du-  
xerit: velit nolit, tenenda erit: nec vltra ab eo separan-  
da, excepta fornicationis causa. Quamuis enim, vt  
Apostolus ait, vnus Dominus, vna fides, vnum bapti-  
sma, vtrique communis sit nationi, legem tamen ha-  
bent diuersam, & quantum ad seculum, interdū lon-  
gè disiunctam. Quare si vnus è duobus, vnā carnē  
in duas diuidere, & copulam nuptialē machinetur  
disingere, dicendo, non secundum suæ gentis legē  
iura matrimonij contraxisse, & idcirco separari pos-  
se: canonica institutione diffinimus, & nostro om-  
niumque orthodoxorum iudicio statuimus, vt quod  
legis imperfectum sit, perficiatur, & ius matrimonij  
nequaquam resolualetur. Synodus Romana ait, quod  
non admittenda sit vxor post baptismum, quæ habita  
est & ante baptismum. In baptismo soluantur cri-  
mina, non tamen legitima coniugia. Cum enim in  
baptismo transmigrat de vita in vitam, & nō mutat  
vxorem legitimam: quomodo mutat eam, qui non  
mutat vitam, sed transit de gente ad gentem? Igitur  
quia iam suffugium non habent separandi, impleant  
dictum Apostoli, vt vnanimis vnum sentientes per-  
maneat in Christo Iesu Domino nostro. Nos autē  
cognita referimus, quia quendam Francum & mu-  
lierem Saxoniam talia egisse cognouimus. Si quis  
post hæc, huius S. Concilij institutionem paruipen-  
dens, aliam duxerit, cuiuscunque gentis sit, canoni-  
cè arceatur, vt priori cum pœnitentia copuletur.

40 Audiuius rem execrabilem, & catholicis om-  
nibus detestandam, quendam nefario fornicationis  
opere alicuius vxorem, viuente eo, commaculasse: &  
in augmentum iniquitatis, iuramento confirmasse,  
si eius legitimum superuixissent ambo maritum, vt  
ille fornicator illam adulteram adulterio pollutam,  
sibi associaret toro & legitimo matrimonio: si hoc  
iure dici matrimonium potest, per quod oriuntur,  
quæ Apostolus enumerat mala, quæ sunt, fornicatio  
immunditia, luxuria, &c. ad vltimum verò veneficia  
& homicidia: quia pro tam illicito amore, alij vene-  
no, alij gladio, vel aliis diuersis perempti sunt male-  
ficiis. Idcirco acutissimo ferro, & totius generis ar-  
tificio refecanda, per quæ cœlestia regna sunt occlu-  
denda. Quoniam, vt idem Apostolus ait, qui talia

agunt, regnum Dei non consequentur. Tale igitur  
connubium anathematizamus, & Christianis omni-  
bus obseramus. Non licet ergo, nec Christianæ reli-  
gioni oportet, vt vllus ea vtatur in matrimonio, cum  
qua prius pollutus est adulterio.

41 Si quis legitimam duxerit vxorem, & impediē-  
te quacunque domestica infirmitate, vxorium opus  
non valens implere cum illa: frater verò eius, suadē-  
te diabolo, ad amatum ab ipsa, clanculum eam humi-  
liauerit, & violatam reddiderit: omnimodo separen-  
tur, & à neutro vltierius eadem mulier contingatur.  
Igitur coniugium, quod erat legitimum, fraterna cō-  
maculatione est pollutum: & quod erat licitum, illi-  
citurum est factum, vt Hieronymus ait: Mulier duorū  
fratrum non ascendat torum: si autem ascendit, adul-  
teriū perpetrabit. Quia verò humana fragilitas pro-  
cliuis est ad labendum, aliquo modo muniatur ad stā-  
dum. Idcirco Episcopus, considerata mentis eorum  
imbecillitate, post pœnitentiam sua institutione pe-  
ractam, si se continere non possint, legitimo conso-  
letur matrimonio: ne, dum sperantur ad alta subleua-  
ri, corruant in cœnum.

42 Si quis de vno in alium omnino transmigrat e-  
piscopatum, et si (quod absit) contingat, cum filiam  
sotis suæ, amittæ aut materteræ, auunculi vel patru-  
i polluerit, aut aliquod crimen cōmittere: Episcopus,  
in cuius tūc diocesi commoratur, & tali scelere cri-  
minatur, habeat ius & potestatem, secundum cano-  
nicam auctoritatem, & nostram synodalem institu-  
tionem, flagitiosum coercere, & ad pœnitendum e-  
mollire: per quos enim melius rei veritas ventilatur  
& emendatur, quàm per hos, inter quos habitat, &  
criminofus apparet?

43 Si quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo ne-  
sciente, filius eius vel frater eiusdem rei inscius, cum  
eadem se polluerit, & postquam se pollutum esse co-  
gnouerit, confessus fuerit, & hoc se nescire cum iu-  
ramento confirmauerit: quia hoc pœnituit & confes-  
sus fuit, post peractam congruam pœnitentiam, legi-  
timo vtatur matrimonio, ne iterum mordente cru-  
delissima libidinis bestia saucietur, & voraginē for-  
nicationis incidere videatur. Nam vt Hieronymus  
ait, Ferreas mentes domat libido. Mulier verò quæ  
tantum nefas commiserat, vltierius pœniteat, atque  
continens & innupta permaneat.

44 Si quis cum aliqua crimen fornicationis fece-  
rit, & frater eius, eiusdem sceleris ignarus, duxerit  
illam vxorem, frater qui prior per fornicationem  
polluerat illam, quia non indicauit fratri vxorem du-  
centi, prædura arceatur pœnitentia, & condigna ca-  
stigatione. Qua peracta, si continens esse non pos-  
sit, indulgentia subleuetur, ne libidini prosternatur,  
quatenus legitimo consoletur matrimonio. De mu-  
liere verò sancimus, sicut de ea in Neocæsariensi  
sancto Concilio diffinitum legimus, capitulo secun-  
do. Mulier si duobus fratribus nupserit, abiiciatur  
vsque ad mortem. Veruntamen in exitu propter  
misericordiam fructum pœnitentiæ consequatur, si  
promiserit, quod facta incolumis, huius conti-  
nctionis vincula dissoluat. Quod si defecerit mu-  
lier aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœ-  
nitentia in vita permanenti. Episcopus verò pote-  
statem habeat secundum conuersationem ipsius, aut  
adiicere negligenti, aut minuire pœnitenti. Ta-  
men vltierius continens, & à viro disiuncta perma-  
neat.

45 Simili modo secundum sanctos canones diffinimus & iudicamus de eo, qui cum duabus fororibus fuerit pollutus, & vsque in exitum vitæ pœnitens & continens permaneat. Soror autem quæ posterior libidinis perforata aculeis, scienter se cum eodem commaculauerit, vsque in finem vitæ pœnitens & continens perduret. Si autem improuise contingit, condigna stringatur castigatione: & si velit, legitima vtatur viri coniunctione.

46 Si cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus capitali sententia delere illam machinauerit: ipsa verò vrgente mortis periculo, ad Episcopum confugerit, & auxilium quaesierit, operosiori, si potest, Episcopus labore defudet, ne occidatur. Si verò non potest, nullo modo liceat ei, requirenti eam redere viro ad occidendum, quæ se ei obtulit ad defendendum: sed solerti cura transmittet eam ad locum, quem ipsa delegerit, vt secunda viuere possit. Si verò interdum maritus eam inuenerit & reperierit, secundum seculum potestatem habeat, quid agere ei velit. Sed audiat sanctum Augustinum, dicentem: Cum enim vir à virtute nomen accipit, & mulier à molli-tia, id est, fragilitate: quare contra crudelissimam libidinis bestiam, vult vnusquisque vxorem suam esse victricem, cum ipse ad primum libidinis ictum victus cadat? Nam quicquid contra fidem catholicam mulieribus non licet, nec viris licet. Si autem eadem mulier timore perterrita, à loco vbi eam Episcopus destinauit, aufugerit, & vir eius ab Episcopo semel aut bis aut sapius reperierit, si vitam ei obtinere possit, perquirat, & reddat: sin autem omnino non reddat. Maritus verò, quandiu ipsa viuat, nullo modo alteram ducat.

47 Qui spiritualem habet compatrem, cuius filium de lauacro sacri fontis accepit, & eius vxor commater non est: liceat ei, defuncto compatre suo, eius viduam ducere in vxorem, si nullam habent consanguinitatis propinquitatem. Quid enim nunquid non possunt coniungi, quos nulla proximitas carnalis, vel in id generatio læcernit spiritualis?

48 Illud etiam nec canonica institutione diffinimus, nec introductione aliqua refutamur: sed propter eos qui diuersè de eo sentiunt, hoc loco aliquid commemoramus. Si quis suæ spiritualis commatris filiam, fortuito, & ita contingente rerum casu, in coniugium duxerit, consilio maturiori seruato habeat, atque honestè legitimo coniugio operam det.

49 De his qui in adulterio iuncti, per incentiua libidinis malæ filium vel filiam genuerunt, canonicè præiudicamus: vt quando ab Episcopo iusta diuisione separantur, eo tenore seiungantur, ne vltra spe reuer-sionis deludantur. Quare, si quid inter se proprietatis aut pecuniæ communi donatione tradiderunt, vt quæ communi seruent infanti: de reliqua verò proprietate & pecunia nullam vltius habeant communionem, sed vterque sua prouideat, & vt velit faciat. Et vt hoc verius credatur, atque firmitus obseruetur, verbo Domini præcipimus, & canonica atque synodali impositione iniungimus, quatenus iuramento colligentur, deinceps & vltra sub vno non cohabitare recto: nec familiari frui colloquio excepto in ecclesia, & in publico: nec vllam habere communionem in proprietate, aut mancipiis, vel pecunia, siue vllis rebus, vnde suspicio luxuriosi facti, aut scandalum libidinosi desiderij iuste possit oriri.

50 Si quis verò, siue sit vir, siue mulier, aliquem à

recta credulitate & catholica fide illusione diabolica auerterit: expedit ei, vt Evangelicus intonat sermo, vt suspèdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quia qui scandali-zauerit alios, vt Deum offendant, ac de vera fide & salute recedant: multo melius esset ei, vt propriis vitæ suæ vitiis & immunditia pollutus puniretur, quàm pro suis & aliorum peccatis in infernum demergeretur. Et si quempiam veneno vel herbis, aut diuersi generis maleficiis perdidit, velut pessimus homicida, duplici mulctetur pœnitentia.

51 Illud verò communi decreto secundum canonum instituta diffinimus & præiudicamus, vt si quis cum vxore alterius, viuente eo, fornicatus fuerit, mori-ente marito, synodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne vltius, ei coniungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nolumus enim, nec Christianæ religioni oportet, vt vllus ducat in coniugium, quam prius polluit per adulterium.

52 Placuit nobis de homicidiis non sponte commissis, hic inferere, quod in Ancyrano S. Concilio, cap. 22, legitur, vbi dicitur: De homicidiis non sponte commissis, prior quidem diffinitio post septennem pœnitentiam perfectionem consequi præcepit. Secunda verò, quinquennij tempus explere. Modus autem huius pœnitentiæ, in episcoporum sit arbitrio, vt secundum conuersationem pœnitentium, possint & extendere tardantibus, & minuere studiose festinantibus.

53 Si quis filium suum (quod absit) non spontè, sed casu cõtingente occiderit, secundum homicidia non spontè commissis pœniteat, vt sequenti subinfertur capitulo.

54 De his qui voluntarie homicidium fecerint, Ancyrano S. Concilio, cap. 21, legitur, vt pœnitentiæ quidem iugiter se submittant: perfectionem verò, id est, communionis Christi gratiam, circa vitæ exitum cõsequantur. Instituta canonica & S. Patrum decreta, nostro & omnium orthodoxorum iudicio, inuiolabilem habeant firmitatem. Nobis autem, qui pastores ouium Christi sumus, pro moderni tẽporis qualitate, & hominum fragilitate, bonum & vtile videtur, vt his qui voluntarie homicidium fecerint, auctoritate Synodali & iudicio generali modum castigationis imponamus, & certum ac definitum pœnitentiæ tempus præmonstramus: ne prolixum tempus pœnitentiæ, generet fastidium negligentibus: sed cursim excitatis, accrescat opus salutis.

55 Si quis sponte homicidium fecerit, quadraginta diebus ab ingressu ecclesiæ arceatur. Et nihil manducet illis 40. diebus, præter solū panem & salem, neque bibat nisi puram aquam. Nudis pedibus incedat. Lineis non induatur vestibus, nisi tantum femoralibus. Secularia arma non portet. Nullo vehiculo vtatur. Ad nullam feminam, nec ad propriam vxorem, his diebus misceatur. Nullam cõmunionem illis 40. diebus cum aliis Christianis, nec cum alio habeat pœnitente, in cibo vel potu aut vllis rebus. Si verò sint aliqui vitæ suæ insidiatore, vt præ illis non possit digne pœnitere, interim differatur ei eadè pœnitentiæ, donec ab episcopo proprio pax ei ab illis sit facta. Si enim aliqua corporali infirmitate detentus sit, vt non possit rite ieiunare, adhibeatur ei misericordia, quousque conualescat, & tunc demum pœniteat. Si verò longo tempore eadè sit occupatus infirmitate, ad episcopum pertinebit, vt prudenter pertractet, quomodo

modo infirmum peccatorem curare disponat: quia, vt Gregorius Pastoralium commemorat libro, Occultiora sunt vulnera mentium, quàm corporum: & ars est artium, regimen animarum.

56 Post illos quadraginta dies, vnum annum integrum ab introitu ecclesiæ suspendatur. Et abstineat se à carne & caseo, à vino & medone ac mellita ceruicia, nisi Dominicis & diebus festis, qui per illum Episcopatum publicè celebrantur apud cunctum populum: & nisi vel in hoste, aut in aliquo magno sit itinere, vel longè aut diu ad Dominicam cursum, vel si infirmitate detentus sit: tunc licitum sit ei, tertiam feriam, & quintam, atque sabbatum, redimere vno denario, vel precio denarij, siue tres pauperes pro nomine Domini pascendo: ita duntaxat, vt vel carne, vel vino, vel medone, id est, de tribus vna re vtatur, non omnibus vescatur. Postquam autem de itinere domum reuertatur, aut de infirmitate liberetur, prædictas ferias non redimat, sed statuto modo pœniteat. Completo verò vnus eiusdemque anni curriculo, ita castigatus ritè & ordinabiliter more pœnitentium, introducatur in ecclesiam.

57 Secundum verò & tertium annum, simili modo pœniteat: excepto, quod prædictas tres ferias redimere ius habeat, vbi cunquè est, siue in domo, siue in itinere. Cætera per omnia obseruet, vt in primo anno faciebat.

58 Quartum enim annum & quintum, sextum & septimum, isto modo obseruet. Ieiunet autem his singulis tres quadragesimas: vnam, ante pascha Domini, à caseo & pinguibus piscibus, à vino & medone & mellita ceruicia: alteram, ante natiuitatem sancti Ioannis Baptistæ. Si verò defunt quadraginta dies ante natiuitatem, impleantur post natiuitatem. Tertiam quadragesimam ante natiuitatem Domini saluatoris ieiunet, & abstineat se à carne & cæteris rebus prædictis. Et in his quatuor annis, tertia feria & quinta ac sabbato, manducet & bibat, quodcunquè libeat. Et secundam atque quartam feriam denario, aut prædicto denarij precio, redimere ius habeat. Sextam verò feriam cautè obseruet. His septem annis ritè expletis, reconcilietur, & more pœnitentiæ sacris altaribus & sanctæ communioni restituatur, atque perfectionem consequatur.

CONCILIUM SALEGVNSTAD-  
diense, habitum sub Benedicto papa octauo,  
& Imperatore Henrico secundo.

salegunstadiense oppidulum seu Castellum est adiacens  
flumini Mogano in diœcesi Moguntina inter Asiburgum  
& Fræfordum, vulgo Selgenstat dictum. Hoc Geographa  
insignes omisere.

**I**N Dei nomine. Ego Aribo Moguntinæ sedis Archiepiscopus, quamuis indignus, cum cæteris confratribus nostris & coepiscopis, Burchardo Vuormaciensi, Vucrenhario Argentino, Brunone Augustensi, Eberhardo Babenhergensi, Meginhardo Vuircenbergen-si, synodum in Salegunstadi condiximus anno Domini incarnationis 1023, indictione 5. secundo Idus Augusti. Anno autem Domini Henrici secundi regni 21. imperij verò sexto: quatenus cum communi fratrum prædictorum consilio atque consultu, multimoda diuinorum officiorum atque synodali

legum cõponeretur dissentio & disparitas nostrarum singularium consuetudinum, honesta confessione redigeretur in vnum. Ideoque propter illas lamentabiles dissensiones, communi decreto Concilij hæc capitula sancita sunt.

TITVLI CAPITVLOVVM  
Salegunstadiensis Concilij.

- 1 De abstinentia carnis & sanguinis in subscriptis temporibus.
- 2 De custodiendo ieiunio quatuor temporum.
- 3 Quibus tẽporibus legitima connubia prohibenda sint.
- 4 Vt presbyter qui post galli cantum bibat, nisi necessitas cogat, sequenti die Missam celebrare non audeat.
- 5 Vt presbyter non amplius quàm tres Missas in die celebret.
- 6 Vt nemo corporale, ad extinguendum incendiū in ignem proiciat.
- 7 De hoc, si duo inculpati fuerint in adulterio, & vnus negat, alter profitetur, quid inde faciendum sit.
- 8 Vt nemo gladium in ecclesiam portet.
- 9 Ne mala colloquia in ecclesia, aut in atrio ecclesiæ fiant.
- 10 De Euangelio, In principio erat verbum, & Missis peculiaribus, ne fiant non suis temporibus.
- 11 De computatione consanguinitatis.
- 12 Edificia laicorum in atrio ecclesiæ non ponantur.
- 13 Vt nullus laicus presbytero ecclesiam suam commendet sine licentia Episcopi sui.
- 14 Si duo de adulterio accusati fuerint, quid inde faciendum sit.
- 15 Vt bannitum ieiunium ab omnibus diligentissimè obseruetur.
- 16 De illis qui Romam ituri sunt.
- 17 Vt carrina non diuidatur pœnitenti.
- 18 De illis qui pœnitentiam à sacerdotibus accipere nolunt.
- 19 Vt omnis pœnitens, dum carrinam suam ieiunat, de loco ad locum non migret.
- 20 Vt nullus presbyter quenquam pœnitentem in ecclesiam introducat.

CAPITVLA CONCILII  
Salegunstadiensis.

1 Vt quatuordecim dies omnes Christiani ante festiuitatem sancti Ioannis Baptistæ in abstinentia sint carnis & sanguinis, nisi infirmitate impediante, aut alicuius festi solennitate, quæ in illo Episcopo celebris habetur, intercedente. Et ante natiuitatem Domini similiter, & in vigilia Epiphaniæ, & in omnium vigiliis Apostolorum, & in vigilia Assumptionis sanctæ Mariæ, & in vigilia sancti Laurentij, nec non etiam in vigilia omnium Sanctorum: adicietes prædictis vigiliis vnam horam refectionis, excepta infirmitate: & nisi aliquis sit, qui proprio voto maiori abstinentia vti velit.

2 De incerto autem ieiunio quatuor temporum, hanc certitudinem statuimus, vt si Calendæ Martij in quarta feria siue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem Calendæ Martij in quintâ feriam aut sextam aut sabbatū distēdū-

tur, in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo, si Calendæ Iunij in quartam feriam aut antea euenerint, in subsequente hebdomada ieiunium celebretur. Et si in quinam feriam aut sextam aut sabbatum contigerit, ieiunium in tertiam hebdomadam referuetur. Et hoc sciendum est, quod si quando ieiunium mensis Iunij in vigilia Pentecostes secundum prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes: & tunc propter solennitatem spiritus sancti, diacones dalmaticis induantur, & Alleluia cantetur, & Flectamus genua non dicatur. Eodem modo de Septembris ieiunio constitutum est, ut si Calendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea, ieiunium in tertia hebdomada celebretur: & si in quinta aut sexta aut sabbato contigerint, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decembri illud obseruandum erit, ut proximo sabbato ante vigiliam natalis Domini celebretur ieiunium: quia si vigilia in sabbato euenerit, simul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit.

3 De legitimis autem coniugiis ita visum est, quod nullus Christianus uxorem ducere debeat ab Aduentu Domini usque in octauas Epiphaniæ, & à septuagesima usque in octauas Paschæ: nec in supra notatis 14. diebus ante festiuitatem S. Ioannis Baptistæ, neque in prædictis ieiuniorum diebus, siue in omnium solennium dierum præcedentibus noctibus.

4 Decretum est etiam in eodem Concilio, ut presbyter aliquis qui post gallicantum astiuis noctibus biberit, proximo die Missam non celebret: hyemalibus similiter, nisi necessitas cogat.

5 Item decretum est, ut vnusquisque presbyter in die non amplius quam tres Missas celebrare præsumat.

6 Conquestum est etiam in S. Concilio, de quibusdam stultissimis presbyteris, ut quando incendium videant, corporale Dominico corpori consecratum, ad extinguendum incendium temeraria præsumptione in ignem proiciant. Ideoq; decretum est sub anathematis interdictione, ne vltius fiat.

7 Interrogatum est, si duo in adulterio inculpati fierent, & vnus profiteretur, & alter negaret, quid inde agendum esset. Decretum est etiam à S. Concilio ut ille qui negauerit, probabili iudicio se expurget: & qui professus fuerit, dignè pœnitentiam agat.

8 Decretum est etiam in eodem Concilio, ut nemo gladium in ecclesiam portet, regali tantum excepto.

9 Statuit etiã S. Synodus, ut mala consuetudo, quæ apud omnes penè iam inoleuit, omnino perhibeatur hoc est, quod colloquia sua in atrio alicuius ecclesiæ constituunt habenda, & tunc ea in ipsa maxima exercent ecclesia, vbi orationes & diuina tantum fieri æquum est officia.

10 Quidam etiam laicorum, & maximè matronæ, habent in consuetudine, ut per singulos dies audiât Euangelium. In principio erat verbum: & Missas peculiare, hoc est, de S. Trinitate, aut de S. Michael: & ideo sancitum est in eodem Concilio, ut hoc vltimus non fiat, nisi suo tempore: & nisi aliquis fidelium audire velit pro reuerentia S. Trinitatis, non pro aliqua diuinatione: & si voluerint vt sibi Missæ cantentur, de eodem die audiant Missas, vel pro salute viuorum, aut pro defunctis.

11 Quidam etiam generationem consanguinitatis

ita volunt numerare, vt frater & soror sint primi. Hoc autem statuit S. Synodus, sicut etiam ab antiquis Patribus decretum est, vt ita non esset: sed vt nepos & neptis, id est, filius fratris, ac filia sororis, primi habeantur.

12 Statutum est etiam, vt ædificia laicorum, quæ ecclesiis adiuncta sunt, auferantur: & nulla in atrio ecclesiæ ponantur, nisi tantum presbyterorum.

13 Item decretum est, vt nullus laicorum alicui presbytero suam commendet ecclesiam, præter consentum episcopi: sed eum prius mittat suo episcopo, vel eius vicario, vt probetur, si scientia, ætate & moribus talis sit, vt sibi populus Dei commendetur.

14 Statuit quoque S. Synodus, si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & orēt sibi cōcedi, vt alterum illorum vel vtrosque diuino purget iudicio, si vnum in hoc deciderit, vt ambo rei habeantur.

15 Decretum est etiam, vt omnes bannitum ieiunium in quocunq; episcopio celebratur, diligentissimè obseruent: & si quis illarum octo interdictionum rerum aliquam redimere voluerit, vnum pauperem, prout sua facultas erit, eadem die reficiat.

16 Decreuit quoque S. Synodus, vt nullus Romanam eat, nisi cum licentia sui Episcopi, vel eius vicarij.

17 Et illud sub anathemate præceptum est, vt nullus presbyterorum cuiquam pœnitenti carrinam diuidere præsumat, si infirmitas non interuenierit.

18 Quia multi tanta mentis suæ falluntur stultitia, vt in aliquo capitali crimine inculpati, pœnitentiam à sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maxime consili, vt Romam euntibus A postolicus omnia sibi dimittat peccata: S. visum est Concilio, vt talis indulgentia illis non proficit, sed prius iuxta modum delicti, pœnitentiam sibi datam à suis sacerdotibus adimpleant: & tunc Romam ire si velint, ab episcopo proprio licentiam, & literas ad Apostolicum de iisdem rebus deferendas accipiant.

19 Decretum est etiam in eodem Concilio, vt omnis pœnitens, dum carrinam suam ieiunat, de loco in locum non migret: sed ibi permaneat, vbi suam acceperit pœnitentiam, vt proprius sacerdos sibi præbeat testimonium: si autem ibi propter hostiles insidias ieiunare non poterit, suus sacerdos eum contra trum suorum alicui, vbi pacificè possit ieiunare, diligentissimè commendat.

20 In eodem quoque Concilio decretum est, vt nullus presbyterorum quenquam, nisi iussu Episcopi, in ecclesiam introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat.

CONCILIUM OXONIENSE AN-  
glicanum aditum per Stephanum  
Archiepiscopum.

TITULI CAPITULORVM  
eiusdem Concilij.

- 1 De excommunicatis.
- 2 De festis, in quibus prohibitis alijs operibus, cōceduntur opera agriculturæ, & carrucarum.
- 3 De festis in quibus post missam opera rusticana conceduntur, sed non ante.
- 4 De vigilijs statutis ad vigilandum.
- 5 De ieiunijs quatuor temporum in totius anni temporibus.

6 Quod

- 6 Quod presbyteri parochiales frequenter prædicent & infirmis visitent.
- 7 De ornamentis ecclesiæ.
- 8 Ne quis beneficium suum resignans aliquid sibi de eodem retineat.
- 9 Ne vna ecclesia diuidatur in plures.
- 10 De vicariorum residentia.
- 11 Quod exilia beneficia non conferantur nisi volentibus residere in eisdem.
- 12 Quæ portio debeat vicario residenti assignari.
- 13 In quibus ecclesijs requiritur pluralitas presbyterorum parochialium.
- 14 Quod episcopus recipiat iuramentum à presentato vt euitetur symonia.
- 15 Vt in singulis Archidiaconatibus speciales confessores deputentur.
- 16 Quod decani rurales de causis matrimonialibus se non intromittant.
- 17 Ne quis latrones in domibus vel in seruitio teneat.
- 18 Ne Archidiaconi grauent ecclesias vel rectores in visitatione, & qualiter se habebunt.
- 19 Ne beneficia spiritualiter tradantur ad firmam.
- 20 Quod Archidiaconi in visitatione sua examinent sacerdotes & de canone missæ, & sacramento altaris.
- 21 Quod oleum & eucharistia custodiantur sub sera & similitur christma.
- 22 Quod Archidiaconi habeant penes se in scriptis omnia ornamenta ecclesiæ.
- 23 Quod Archidiaconi videant in visitationibus, ne possessionibus, vel iure suo defraudentur ecclesiæ.
- 24 Quod Archidiaconi vel decani nouas exactiones ecclesijs non imponant.
- 25 Quod ordinarij non ferant sententias excommunicationis nisi in aliquem nisi præmissa monitione, nisi in certis casibus.
- 26 Ne quid erigatur pro sepultura, vel aliquo sacramento conferendo.
- 27 Quod iudices non impediunt bonum pacis inter partes vbi causa recipiat compositionem ad suggestionem partem.
- 28 Quod iudex non iudicat aliquem ad purgationem, ad suggestionem partem tantum, vt sit iudex & actor.
- 29 De habitu clericorum.
- 30 Ne clerici comam nutriant.
- 31 Quod clerici non teneant publice concubinas.
- 32 Qualis pœna est infligenda concubinis clericorum.
- 33 Quod clerici vel prælati non vendant vel impignorent ecclesiam suam consanguineis eorum.
- 34 Quod fructus ecclesiæ in laico fundo non reponantur, nec de eis ædificia fiant.
- 35 Quod religiosi possessionati quolibet anno admoneantur vt reddant computum.
- 36 Quod religiosi nihil recipiant pro ingressu alicuius inter eos, nisi pro vestitura duntaxat.
- 37 Quando & qualiter ecclesiæ possunt dimitti ad firmam.
- 38 Quod nulli aliquid in ecclesia ratione beneficij assignetur.
- 39 Pœna aduocatorum, qui matrimonium protrahunt malitiosè.
- 40 De ordinatione religiosorum, & qui possunt recipi in monachos.
- 41 De familiaribus monialium, & de silentio religiosorum & de licentia exeuandi.
- 42 Ne monachi vel moniales per se comedant.
- 43 Quod moniales simul in monasterio habitent, & de confessione earum.

CAPITULA CONCILII  
Oxonienfis.



Vthoritate Dei patris, & beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, & præsentis Concilij, excommunicamus omnes illos, qui malitiosè ecclesias suo iure priuare præsumunt, aut per malitiam, & contra iustitiam libertates earundem infringere vel perturbare contendunt.

Item omnes illos excommunicationis sententia innodamus, qui pacem & tranquillitatem Domini Regis & regni iniuriosè perturbare præsumunt, & qui iura Domini regis detinere contendunt.

Adiicimus autem omnes illos simili sententia inuolutos, qui scienter & prudenter falsum perhibent testimonium, vel perhiberi procurant, vel etiam tales testes scienter producunt vel subornant in causa matrimoniali, vbi scilicet agitur contra misericordiam, vel etiam vbi agitur ad alicuius exheredationem.

Aduocatos quoque excommunicamus omnes, qui in causis matrimonialibus malitiosè oppositiones opponunt, vel opponi procurant, ne matrimonia vera debitum sortiantur effectum, vel vt contra iustitiam processus causæ diutius suspendatur.

Item excommunicamus omnes illos, qui gratia lucri, odij, vel fauoris, vel aliter malitiosè crimen imponunt, vel opponunt alicui, cum infamatus non sit apud bonos & graues, vt sic saltem ei purgatio indicetur, vel alio modo grauetur.

Præterea omnes illos sententia excommunicationis innodamus, qui vacante ecclesia malitiosè opponunt vel procurant opponi patronatus quæstionem vt sit vnde patronatum illius ecclesiæ collatione saltem illa vice defraudent.

Excommunicamus etiam omnes illos, qui gratia lucri odij vel fauoris, vel alias malitiosè contemnunt exequi domini Regis mandatum contra excommunicatos, qui clauis Ecclesiæ contemnunt.

Statuimus etiam auctoritate præsentis Concilij, vt prælati singuli elemosynarios honestos habeant: & vt ipsi prælati sint iuxta Apostolum, hospitales: & vt horis competentibus ad pauperes audiendos & iustitiam exhibendam, in publico præsentiam suam exhibere procurent: & id personis propriis, confessionibus audiendis interdum intersint, & pœnitentiis iniungendis ipsi etiam per confessores discretos ciuitatis proprias obeant, & in ecclesijs suis cathedralibus residere procurent: vt aliquibus maioribus festis, & saltem in aliqua parte pro se, prout animæ suæ saluti magis viderint expedire. Et quia iuxta scri-  
pturæ testimonium, vota nostra tenemur reddere Domino Deo nostro: salubriter decernimus aduertendum, vt Episcopi formam suæ professionis in sua consecratione prolatam, bis in anno coram se legi faciant diligenter, vt tanto melius professionis suæ recordentur, quanto sæpius eorum fuerit auribus inculcata.

Ad hæc statuimus, ne prælatus aliquis cum ecclesiam contulerit aut præbendam, fructus eiusdem ecclesiæ

Psal. 117  
60. b. 65. c  
75. d. 115. e



clesia siue præbendæ nondum collectos, sibi præsumat aliquatenus vsurpare, vel in institutione, vel in possessione, vel charta super hoc faciendâ aliquid audeat extorquere, nec ab officariis suis archidiaconis vel decanis sustineat extorqueri.

Cum secundum Apostolum, avaritiæ (quæ est idolorum seruitus) Episcopos, aut alios Dei ministros seruire non conueniat, ad tantam pestem radicatus euellendam statuimus, ut si aliquis ad ecclesiam aliquam nullo contradicente præsentetur, Episcopus præsentatum ipsum, dum tamen idoneus sit, nequaquam admittit differat ultra duos menses: alioquin quicquid ex eadem ecclesia post factam præsentationem fuerit fortè perceptum, illi, cum institutus fuerit, restituitur: quatenus fructus ille ad Episcopum peruenit, & id in Archiepiscopis, si per eos steterit, obseruetur, nisi causam rationabilem coram suo superiore duxerit assignandam, cum super hoc fuerit requisitus ab eo, quare eum non admiserit infra tempus in hoc Concilio diffinitum.

Hoc autem non immeritò duximus adiungendū ut si duo ad vnam eandemque ecclesiam fuerint præsentati, neutri eorum pendente lite, custodia committatur. Si autem ad Episcopum ius conferendi talem ecclesiam autoritate Concilij deuoluatur, cū contentio sit inter duos patronos, quorum vterque suum clericum præsentauerit, tamen ex collatione Episcopi, nulli patronorum qui postea euicerit ius patronatus, præiudicium debeat generari.

Statuimus, ut Episcopus neutri eorum qui præsentati fuerint, ecclesiam illam cõterat illa vice, nisi de vtriusque patroni consensu: ne saltem qualecunque præiudicium alteri patronorum videatur generari, si fortè postmodum ius patronatus euicerit.

Ad excusandos affectus laborantiū in vinea Domini Sabaoth, ut verè retributionis recipere mereamur denarium post laborem: decreuimus, ne opus Dei fiat ab aliquibus negligenter præsertim cum in generali Concilio sit præceptum, ut diuinum officium, nocturnum pariter & diurnum, secundum quod Deus dederit, studiose celebretur & deuotè: vniuersa quoque ecclesiastica sacramenta, & præcipuè baptismatis & altaris, deuotissimè, prout Deus inspirauerit, celebrentur: verba quoque canonis, præsertim in consecratione corporis Christi, plenè & integre proferantur.

Presbyter autem postquam Dominicum corpus supererit in altari, si in eodem die Missarum solennia ipsum celebrare oporteat iteratò, vinum calici infusum, vel digitis superfusum sumere non præsumat.

Ad hæc duximus statuendum, districtius inhibentes, ne sacerdos quispiam Missarum solennia celebret bis in die, excepto die Natiuitatis & Resurrectionis Dominicæ: vel in obsequiis defunctorum, videlicet cum corpus alicuius in ecclesia eodem die fuerit tumulandum: & tunc prior Missa de die, posterior verò pro defuncto celebretur. Cæterum præsentati decreto sancimus, ne clerici beneficiati, aut in sacris ordinibus constituti, villarum procuraciones admittant: videlicet ut non sint senescalli aut baluitalium administrationum, occasione quarum laicis in reddendis reciniis obligentur, si & iurisdictiones exerceant seculares, præsertim illas, quibus iudicium sanguinis est annexum. Et his duximus adiungendum, ne iudicium sanguinis in locis sacris tractetur, scilicet in ecclesia, vel cœmeterio. Autoritate gene-

ralis Concilij districtius inhibemus, ne quis clericus beneficiatus, vel in sacris ordinibus constitutus literas pro pœna sanguinis infligenda scribere vel dictare præsumat: vel ubi iudicium sanguinis tractatur, aut exercetur, intersit. Nouerint enim, protectione ecclesiastica se indignos, cū per eos in ecclesia Dei per talia præsumpta scandalum generetur.

2 Statuimus, quòd festa subscripta sub omni ueneratione seruentur: videlicet omnes dies Dominici, quinque dies Natalicij, Circuncisio, Epiphania Domini, omnia festa beatæ Mariæ: præter festum Conceptionis, cuius celebrationi non imponitur necessitas: Conuersio sancti Pauli, Cathedra sancti Petri, festa omnium Apostolorum, festum sancti Gregorij, dies Parasceues: feria 2. 3. & 4. in hebdomada Paschali: dies Ascensionis Domini. feria 2. 3. & 4. in hebdomada Pentecostes festum S. Augustini in Maio, duo festa S. Crucis, translatio S. Thomæ martyris, vtrunque festum S. Ioannis Baptistæ, festum S. Margarethæ, S. Mariæ Magdalenæ, S. Petri ad vincula, S. Laurentij, S. Michaelis, omnium Sanctorum, S. Martini, S. Edmundi confessoris, & S. Edmundi regis & martyris, S. Catharinæ, S. Clementis, S. Nicolai, Dedicationis cuiuslibet ecclesiæ in sua parochia: quodlibet festum illius sancti, in cuius honore fundata est ecclesia.

Volumus etiam, ut alia festa à rectoribus ecclesiarum & capellanis in obsequio diuino & laude deuotissimè celebrentur, minoribus operibus seruilibus secundum consuetudinem loci illis diebus interdictis. Festum Sanctorum Fabiani & Sebastiani, S. Agnetis, S. Vincentij, S. Blasij, S. Agathæ, S. Felicis, S. Georgij, S. Ioannis ante portam Latinam, S. Dunstani, S. Albani, S. Emedridæ. Inuentionis S. Crucis, S. Stephani, S. Hieronymi, S. Fidis, dedicatio S. Michaelis in monte Tumba, S. Dionysij, festum Animarum, S. Cecilie, S. Lucie, S. Leonardi.

3 Octaua B. Epiphaniæ, S. Ioannis & Pauli, Translatio S. Benedicti, Translatio S. Martini.

4 Vigilia Natiuitatis Domini, Pascha, Pentecostes, Litaniam maiorem, tres dies Rogationum, vigilia S. Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri & Pauli, S. Laurentij, Assumptionis B. Mariæ, S. Bartholomæi, S. Matthæi, Apostolorum Simonis & Iudæ, omnium Sanctorum, S. Andree, S. Thomæ apostoli.

5 In Martio prima hebdomada ieiunandum est feria 4. 6. & sabbato. In Iunio in secunda, quod dupliciter obseruatur à pluribus: in prima hebdomada post Litanias, aut in hebdomada Pentecostes: in Septembri per tres dies, in proxima septimana integra ante Natalem Domini.

6 Presbyterorum parochialium ecclesiarum animos ad ea quæ magis nostris temporibus expediunt exercenda studiose excitare volentes, eis præsentis Concilij diffinitione districtè duximus iniungendum, ut plebes sibi commissas pabulo verbi Dei, secundum quod eis fuerit inspiratum, informare procurent, ne canes muti meritò iudicentur, cum salubri latratu à caulis Dominicis luporum spiritualium morsus non repellunt. Illud Euangelicum memoria liter recolentes, quòd in nouissimo examine visitatores infirmorum regno remunerabuntur æterno: quoties fuerint accersiti, celeriter accedant & hilari ter ad ægros.

7 Ad exemplum Salomonis, qui omnia vasa domus Domini, ex auro purissimo fabricata, diuino cultui

cultui mancipauit: statuimus, ut qualibet ecclesia calicem habeat argenteum cum aliis vasis decentibus, & sindonem mundam & candidam, & amplitudinis congruentis: vetera verò corporalia, quæ non fuerint idonea, loco reliquiarum reponantur, vel in præsentia Archidiaconi comburantur. Prouideant etiam Archidiaconi, ut linteamina & alia ornamenta altaris, sint sicut decet honesta: libros habeat etiam ecclesia idoneos ad legendum & psallendum.

Ad minus duplicia ornamenta sacerdotalia: & ut honor debitus diuinis officiis impendatur: præcipimus, ut qui altari ministrant, suppeliis induantur.

8 Ne lepra Gieztica (quod absit) per avaritiæ cultum latenter irrumpens, ministros Ecclesiæ collocet extra castra regni æterni: districtius inhibemus, ne quis ecclesiæ suæ renunciens, recipiat ab eo qui sibi substituit, vicariam: cum vehementer posset præsumi, quòd talia fiant per pactiõnem etiam turpem. Quòd si ab aliquo fuerit acceptatum, ut ille vicaria & alius personatu priuarentur. Illud autem absurdum reputamus omnino, ut aliqua existente persona vnus ecclesiæ, alius de consensu ipsius personæ aliquid conferat in eadem ecclesia, nomine personatus, nisi persona prior ecclesiam totam prius duxerit resignandam.

9 Quia iuxta canonicas sanctiones, inter carnale & spirituale matrimonium optima est comparatio, & cum inter duos sponfos diuini naturalis ratio minimè patiat: & inhonestum est plurimum, quòd Ecclesia Dei, quæ debet esse vna, multorum amplexibus frequenter ancilletur: sacro etiam approbante Concilio, districtius inhibemus, ne de nouo aliqua ecclesia pluribus rectoribus, quorum vterque sit persona, committatur agenda. In ecclesiis autem ubi nunc plures personæ existunt, statuimus ut singulis decedentibus, accrescat viuentibus portio decedentium, donec ad vnum solū illius ecclesiæ perueniat personatus: nec de cætero plures vicarij in eadem instituantur: illis ecclesiis hoc statuto duntaxat exceptis, quæ ex antiquis diuisæ fuerunt.

10 Cum hostis antiquus, scilicet leo rugiens, faciat & querat prædam animarum: sollicitus est cauendum, ne talibus cura gregis Dominici committatur qui negligunt aut ignorant custodire sibi commissam, ut deceret intendere vigilanter. Statuimus igitur, ut nullus Episcoporum ad vicariam quenquam admittat, nisi velit in ecclesia, in qua vicaria ei conceditur personaliter ministrare: aut talis existat, qui infra breue tempus super hoc limitatum, valeat & velit in presbiterum ordinari. Quòd si admissus fuerit fortè quis, & noluerit in presbyterum ordinari vicariæ beneficio spoliatur.

11 Ad hoc, quia inhonestum est nimis, ut ecclesiæ propter minores redditus pastoribus maneant desolata: præsentati decreto statuimus, ut ecclesiæ quæ in redditibus ultra quinque marcas non habent, non nisi personis talibus conferantur, qui resideant in eisdem, & in propria persona ministrent: quòd si tales admissi, residere noluerint à nunc, & administrare, cum non nisi laborantibus panis Dominicus sit, ecclesiis ipsis præmissa monitione debita, per diocesanum Episcopum spoliatur.

12 Quoniam autem multoties, sicut temporalium rerum luxus quosdam in non modicum scandalum populi ab officio sibi commissio segregat & abducit,

sic & earundem inopia in vituperium ordinis nostri quosdam compellit infeliciter mendicare: prouidendum est nobis, ut in vtroque talium habita moderatione, ipsarum ecclesiarum regimini cõsuletur. Statuimus igitur, ut vicario perpetuo ad minus redditus quinque marcarum assignetur, qui saltem pro quinque marcis dari possit ad firmam: nisi fortè in illis partibus Vuallie sit, in quibus propter tenuitatem ecclesiarum, minori stipendio vicarij sunt contenti. Prouideat quoque diocesanus Episcopus pensata ecclesiæ facultate, vtrum vicarij onera ecclesiæ subire debeat, an persona: an ad ea vterque debeat conferre. Prouiso tamen, quòd archidiaconus loci siue ab illis, siue ab altero illorum debeat procurari, vna tantum procuracione sit contentus.

13 Ad instar patris Euangelici, plures operarios in vineam suam mittentis, ut quod vnus non valet explere sollicitudo, seu adimplere, perficiat plurimorum præsentialiter diffinimus, ut in singulis parochialibus ecclesiis, quarum parochia est diffusa, duo sint vel tres presbyteri, pensata pariter magnitudine parochiæ, & ecclesiæ facultate: ne fortè, quòd absit, ægrotante vno presbytero, aut alio debilitato, parochianis infirmantibus, aut diuinis volentibus interesse officiis, officia debita subtrahantur, vel negentur sacramenta ecclesiastica.

14 Præsentati quoque statuto diffinimus, ut Episcopus ab eo qui sibi præsentatus fuerit, recipiat iuramentum, quòd propter præsentationem illam nec promiserit, nec dederit aliquid præsentanti, nec aliquid propter hoc pactum inierit: si ei super hoc meritò videatur esse suspectus, cum talia manifestè canonicis obuiant institutis.

15 Quoniam nonnunquam ob defectum confessorum, vel quia decani rurales & personæ erubescant fortè confiteri suo prælato, certum imminet periculum animarum, volentes huic morbo mederi, statuimus, ut certi confessores prudentes & discreti, per singulos archidiaconatus ab Episcopo loci constituantur, ut decanorum ruralium, presbyterorum & personarum. In cathedralibus ecclesiis, ubi sunt canonici seculares, confiteantur ipsi canonici Episcopo vel Decano, vel certis personis ad hoc per Episcopum, Decanum & Capitulum constitutis.

16 Quoniam in causis matrimonialibus est magna discretio necessaria, vnde periculum est eas à simplicioribus tractari personis: statuimus, ut decani rurales nullam causam matrimonialem de cætero audire præsumant, sed earum examinatio non nisi viris discretis committatur: quibus absidentibus, si cõmodè fieri potest, postmodum pronuncietur.

17 Prohibemus sub interminatione anathematis, ne quis latrones ad latrocinium faciendum in seruitio suo retineat, nec eos in terris suis scienter habitare permittat.

18 Ut singula ecclesiastica officia in ecclesia ritè procedant secundum canonicas sanctiones, statuimus, ne Archidiaconi nimium graues existant ecclesiis suis subditis: districtius inhibentes, ne statutum in Concilio generali in numero connectorum excedant, cum visitationis nomine debitam sibi recipiunt procuracionem: nec ad talem procuracionem venientes, extraneos, vel secum veniant, inuitare, præsumant, sed si pro honore Archidiaconi, ecclesiarum rectores aliquos velint inuitare, hoc nullatenus prohibemus. Sed ipsi Archidiaconi nullum inui

inuitent, ne fortè quæ per suum aduentum ecclesias non grauent, grauent saltem per inuitatos.

Vnde, vt subtrahatur eis necessitas inuitandi, prohibemus, ne Archidiaconi tempore visitationis suæ, apud ecclesiam quam visitant, Capitulum teneant vel celebrent: nisi fortè in burgo, vel in ciuitate sit ecclesia constituta. Ad hoc Archidiaconis districtius inhibemus, ne aliquo modo procurationem recipiant sine causa rationabili, nisi illo die, quo personaliter visitant ecclesiam procurantem. Ne redemptionem pro visitatione extorquere præsumant.

19 Vt omnis cupiditas, & auaritiæ cultus expellatur ab Ecclesiæ Dei ministris, præsentia præteritis duximus annexenda: statuentes, vt Archidiaconatus vel Decanatus vel aliud officium, quæ in spiritibus merè consistunt, nulli dentur ad firmam. Si vero certus redditus huic officio sit annexus, ille de superioris licentia dare poterit ad firmam, sicut inferius de aliis officiis statuimus. Si quis autem contra statutum venire præsumperit Archidiaconus vel Decanus, si super hoc canonicè fuerit conuictus per Episcopum suum à tali officio suspendatur per annum, & alius interim constituatur, qui discretè gerat vices illius.

*philip. 2. c.* 20 Vt autem archidiaconi secundum Apostolum, non quæ sua sunt querant, sed quæ Iesu Christi: in sua visitatione prouideant, vt Canon Missæ emendatur, si sint in eo defectus: & quòd sacerdotes ritè proferre nouerint saltem verba Canonis & baptismatis & quòd in hac parte sanum habeant intellectum: & etiam laici, si fortè debeant baptizare in casu necessitatis, vt saltem sciant hoc facere in aliquo idiomate congruo seu vulgari.

21 Prouideant utique Archidiaconi, quòd diligenter iuxta formam Concilij generalis, eucharistia, chrisma & oleum sanctum, salua sub clauibus recondantur, fidelis custodia deputata.

22 Habeant & Archidiaconi redacta in scriptis omnia ornamenta & utensilia ecclesiarum: vestes quoque & libros singulis annis suo conspectui faciant præsentari, vt sic videant, quæ fuerint addita per diligentiam personarum, vel quo tempore intermedio per malitiam & negligentiam deperierint.

23 Item prouideant Archidiaconi de possessionibus ecclesiarum, vt eas singulis annis possint prospicere, ne ecclesiæ suo iure defraudentur.

24 Præterea Archidiaconis, Decanis, & eorum officialibus districtius inhibemus, ne in subditos suos exactiones vel tallias per se vel per suos exercere præsumant.

25 Ad hæc ecclesiastici ordinis utilitate pensata pariter & honore, decreuimus, ne Archidiaconi vel eorum officiales sententias excommunicationis, suspensionis vel interdicti in aliquem audeant promulgare, vbi excessus non est manifestus, nisi admonitione canonica præcedente. Si quis autem contra præmissam, excommunicationis sententiam tulerit in quencunque, pœnæ subiaceat in Lateranensi Concilio promulgata. Pro suspensione verò vel interdicto superioris arbitrio puniatur: quod & superiores prælati obseruent.

26 Firmiter inhibemus, ne pro aliqua pecunia de negetur sepultura, vel baptismus, vel aliquod ecclesiasticum sacramentum, vel etiam matrimonium contrahendum impediatur. Quoniam si quid pia deuotione fidelium consueuerit erogari, super hoc post-

modū volumus per ordinarium loci ecclesiæ iustitiā exhiberi, sicut in generali Concilio expressius & diffusius est statutum: absurdum esse iudicantes, quòd de cætero pro chrismate vel oleo aliquid exigatur, cum toties hoc prohibitum esse reperitur.

27 Cæterum districtius duximus inhibendum, ne Archidiaconi vel decani bonum pacis impedire faciant: & si aliquando discordantes adinuicem uoluerint concordare, licentia petita, liceat patribus aliter per compositionem discedere quancumque uoluerint, si tamen causa compositionem admittat: nec propter hoc aliquam pœnam eis infligant, nisi eis constiterit de iniustitia actoris vel rei. Sed nec aliquem ad suggestionem præconum suorum ad purgationem compellant, nisi apud bonos & graues fuerit primò infamatus.

28 Nec in causa sua præsumant pariter esse iudices & actores, videlicet cum dubium venerit, utrū quid ab eis exigere debeat.

29 Vt clericali ordinis honor debitus seruetur, autoritate præsentis Concilij decernimus, vt tam Archidiaconi quàm Decani, & omnes alij in personis & dignitatibus constituti, & omnes Decani rurales & presbyteri decenter incedant in habitu clericali, & cappis clausis utantur. Idemque obseruent officiales Episcoporum & Archidiaconorum, dum fuerint in consistorio.

30 Et nec ipsi, nec alij clerici comam nutriant: sed honestè tonsi & coronati incedant, nisi fortè iusta causa exegerit habitum transformare. A crapula quoque & ebrietate & aliis, quibus honestas eorum deformatur, omnino clerici se abstineant vigilanter: ad quæ omnia studiose obseruanda, secundum formam Concilij generalis à superioribus suis compellantur.

31 Addentes, ne clerici beneficiati, vel in sacris ordinibus constituti, in hospitiiis suis tenere publicè concubinas præsumant, nec alibi cum scandalo accessum habeant ad easdem.

32 Et si fortè concubiniæ eorum, monitione postea proposita, ab eis non recesserint, ab ecclesiis Dei quas infamare præsumunt, expellantur, nec admittantur ad ecclesiastica sacramenta: & si nec sic duxerint abstinentium, excommunicationis mucrone percillantur, & tunc demum contra eos inuocetur brachium seculare: ipsos autem clericos per subtractionem officij & beneficij, canonica admonitione præmissa, volumus coerceri. Item licet legitima testamenta clericorum beneficiatorum decedentium volumus firmiter obseruari: nolumus tamen, quòd concubinis suis aliquid relinquunt in testamento suo: quod si fecerint, illud arbitrio Episcopi conuertatur in usum ecclesiæ, in qua rexit defunctus.

33 Ecclesiarum indemnitatibus consulere cupientes, præsentis Concilij autoritate duximus statuendum, vt nullus Abbas, nullus Prior, nullus Decanus vel Archidiaconus, vel alius habens personatum vel dignitatem: sed nec clericus inferior, pensiones vel redditus dignitatis, vel consanguineis vel amicis quibuscunque vendere præsumat, vel impignorare seu infeudare de nouo, vel quolibet modo alienare præsumat, nisi forma canonis obseruata. Si quis autem contra hoc venire præsumperit, quod in hac parte præsumptum fuerit, viribus careat: & præsumptor personatu vel ecclesiâ, quam sic læsit, per suum superiores spolietur: nisi quòd abalienauerit, infra tempus

pus à suo superiore sibi præfixum, sine damno ecclesiæ suis sumptibus duxerit reuocandum. Is quoque qui sic ecclesiastica bona de cætero receperit, & ad monitus præsumperit ea retinere, excommunicationis sententia percussatur, donec ea restituerit, nullatenus absolendus. Idem autem maiores prælati obseruent omnino.

34 Quia sunt plerique, quod non sine lachrymis dicimus, & singultu, qui omnipotentis indignationem & iram in die iræ ad perpetuam damnationem sibi cumulantes, non solum filiis & nepotibus, verum etiam concubinis suis, turpiter inuadant patrimonium Iesu Christi: ad quorum usum, quòd dicto seruitio reputatur, in feudo laicali de bonis ecclesiæ domos construunt, in quibus ecclesiasticos prouentus & bona ecclesiæ vrbibus pauperum deputata, congregare præsumunt: salubri prouisione decernimus ne clerici beneficiati fructus ecclesiæ in laico feudo reponant, & vt melius abstineant à præmissis, de cætero domos aut pensiones laicales ad opus concubinarum vel filiorum suorum non emant: nec etiam domos ad opus earum construunt in feudo laicali, sed nec etiam pecuniam ministrant ad huiusmodi emenda ad opus earum: vti sic eis subtrahatur occasio maligna. Si quis autem super hoc habeatur suspectus, iusta ratione, nisi ad arbitrium superioris se purgauerit, ipsius arbitrio puniatur. Item vt melius gerantur omnia, si exterior administratio claustralium responderit ritè quieti: statuimus, vt tam obediencialis rerum monasterij, quàm prælati maiores, quatenus vel bis ad minus in anno, coram superioribus iuxta monasterij consuetudinem, reddant de receptis & expensis rationem. Ad hoc enim prælatos illos ex ista constitutione volumus obligari, qui possessiones habent à monachis vel canonicis separatas.

35 Ad hæc quoniam sexum muliebrem contra veritatem hostis antiqui minus fortem, multiplici remedio necesse est communiri: decernimus, vt moniales & cæteræ mulieres diuino cultui dedicatæ, vel uel peplum sericum non habeant, nec in velo acus argenteas vel aureas audeant deportare: nec ipsæ, vel monachi vel canonici regulares, zonas sericas, aut vel argenti ornamenta habentes, nec de cætero burneta, vel aliquo panno irregulari utantur. Meritantur etiam iuxta diminutionem corporum, vestem suam, ita quòd longitudinem corporum non excedat, sed pede decenter superducto, sufficiat eis, cum Ioseph indutus legatur veste talari. Et sola monialis consecrata deferat annulum, & vno solo sit cõtenta. Si qua autem contra hanc nostram prohibitionem venire præsumperit, & comonita se non correxerit, regulari subiaceat disciplina.

36 Præterea statuimus, præsentis Concilio approbante, vt de cætero pro receptione alicuius in domum religionis, pecuniam aut quicquid aliud extorquere non præsumant: adeò vt si præ paupertate domus debeat vestire seipsum, prætextu vestium ultra iustum precium earum, ab eo nihil penitus recipiantur.

37 Nunc ergo videamus Euangelicæ legis sectatores: cum non nisi in vinea laboranti, retributionis denarius sit porrigendus: nec nisi qui altari deseruit, de altari viuere debeat. statuimus, vt ecclesiæ certis personis deputatæ, nulli dentur ad firmam, nisi fortè iusta causa fuerit, & à suo Episcopo approbata: & vt i-

ta de eius consensu alicui personæ honestæ & ordinatæ detur ad firmam, de qua verisimiliter præsumi debeat, quòd fructus ecclesiæ in bonos vsus conuertat.

38 Item, vt versutiis & calliditatibus aliquorum obuiemus, qui in fraudem generalis constitutionis, nouas quasdam aduentiones fingere moluntur: statuimus, vt non liceat alicui aliquem assignare in ecclesia quicquam nomine beneficij, quia hoc ei liceat obtinere cum alio beneficio, cui animarum cura fuerit annexa.

39 Quoniam per aduocatos multoties legitima matrimonia protrahuntur, statuimus, vt sententia lata pro matrimonio, aduocatus qui contra id fecerit, hoc ipso per annum aduocatione priuatus existat, nisi iudex cum in ipsa sententia, propter iustum errorem, vel probabilem ignorantiam expresse habeat excusatum.

40 Quia nonnunquam serpens antiquus, qui iugiter sedet in insidiis, vt interficiat innocentes & sanctos viros, quando eos inuenit solitarios, & absque conuersatione, vel consolatione mutua conuersantes, tanto facilius interdum eos suis insultibus obruit & confundit: prouida deliberatione decernimus vt tam monachi, quàm canonici regulares, & moniales, in vno dormitorio pariter dormiant & quiescant, singulis personis singulis lectis assignatis.

Et in vno refectorio simul edant: nec per se cuiuslibet, sed communiter omnibus victualia præparentur: nec singulis eorum denarij pro vestibus tribuantur, sed talia per certas personas ad hæc deputatas, puta camerarios vel camemarias, diligenter expendantur: qui, vt quilibet indigerit, & facultas domus sustinuerit, eis indumenta ministrent. Et cum eis noua tradita sunt, vetera ab eis recipiantur, quæ in vsu pauperum vel alias necessitatis, de consilio Abbatis, vel Priorissæ, vel Abbatissæ, vel Prioris, conuertantur. Camerario autem vel camemariæ non liceat aliquid recipere alioquin camerarius ab officio deponatur, & monachus seu canonicus vel monialis anno illo nouis careat indumentis. Monachus non recipiatur minor 18 annis, nisi euidentis utilitas seu necessitas aliud inducat.

41 Inhibemus etiam, ne moniales intra septa domorum suarum, præter necessarios seruientes, nec ad cohabitandum mulieres seculares recipiant, nisi Episcopi diocesani accedat assensus. Item tam à monachis, quàm canonicis regularibus & monialibus silentium imponimus obseruari, in temporibus & locis constitutis. Nec viris aut mulieribus religiosis absque superioris licentia egredi liceat septa domus nec sine certa & honesta causa egrediendi eis licentia concedatur: ita tamen, quòd nulli claustralium causa orationis aut visitandi parentes pateat aditus exeundi: nisi talis fortè fuerit, de quo nihil sinisterum possit quis aut debeat merito suspicari, qui semper habeat collegam: & quoties aliter licentia exeundi indulgeatur, certus dies eidem præfigatur, in quo redeat. Hoc quoque volumus obseruari, vt vbicumque propter excessum alicuius viderit Episcopus vel Abbas vel Prior conuentualis, non habens Abbatem, expedire vt quis ad tempus alibi moretur, ad aliam domum religionis eiusdem in eodem Episcopatu transferatur: vel si necesse fuerit, etiam ad alium Episcopatum dirigatur, & per diocesenum compellatur admitti, qui ibi in omnibus regulari subiaceat discipline

sciplinæ: ita ut si ex mora ipsius ecclesia, in qua moratur, grauata videatur, vice versa mittat aliquem de suis, qui interim moram faciet in monasterio delinquentis: nec prius rediens ipse qui deliquit, in domo sua recipiatur, quam plenè pœnituerit de commissis & per suum Superiorem reuocetur.

42 Omnem singularitatem interdiciamus in refectorio, ut cibus aliter vni quàm alteri præparetur. Sed qui præest, videat ut scilicet interdum alia præparentur, de quibus aliorum debilitas vel infirmitas prout viderit expedire, valeat releuari. Omnia etiã vidualia religiosi apponenda, sine subtractione eis apponantur, tam in conuentu quàm alibi, vbi reficiuntur de omnibus appositis. Totum residuum sine diminutione aliqua cedat in eleemosynam indigentibus, fideliter erogandam: ita quod nec Abbas, nec Prior, nec eleemosynarius hoc possit dispensare. Et quicumque istud statutum de indimutis adinuicem implere vel obseruare noluerit, si sacerdos fuerit, à celebratione diuinorum: si minoris ordinis à communionem corporis Christi: si monialis sit, vsque ad plenam satisfactionem suspendatur. Itè prohibemus, ne moniales aliqua singulariter in refectorio comedant carnes, in quibus diebus non solent communiter carnes comedere.

43 Ad hæc per nullam societatem vel considerationem admittantur monachi in alterius monasterio ad moram faciendam, nisi cum literis Episcopi sui, vel Abbatis, vel Prioris conuentualis, non habentis Abbatem: idem inter canonicos regulares & moniales volumus obseruari. Prouideant etiam Episcopi, quod moniales in omnibus necessariis competenter sustentari possunt de bonis monasterij, ne sustineant vltra numerum aliquam admitti: nec etiam suscipiatur aliqua, quousque redacta fuerint ad numerum illum. Etiam hoc firmiter statuimus auctoritate Concilij generalis. Si autem contigerit, aliquam de cætero contra hanc formam admitti, tam Abbatis quàm Prioris deponatur. Idè de magistris & prioribus moniales custodientibus, si contra hanc formam contingat aliquam admitti, duximus statuendum. Confiteatur etiam moniales sacerdotibus ab Episcopo sibi deputatis: clerici autem vel laici frequenter non habeant accessum ad claustra monialium,

sine causa rationabili.

44 Quoniam non licet viris religiosi aliquid proprium possidere, qui se & sua pariter in ipso religionis ingressu Domino dedicarunt: præsentia auctoritate diffinimus ut nulla persona in regulari ordine constituta, condere testamentum præsumat, cum nihil habeat suum temporale, quod transferre valeat in dominium alienum. Item nec monachus nec canonicus ecclesiam vel monasterium, vel quodlibet prædium ecclesiam suam audeat retinere ad firmam. Districte etiam inhiemus ne alicui monacho vel canonico regulari, qui non sit obedientialis, custodia monasterij committatur, ita quod ex longa ipsius mora vel conuersatione scandalum oriatur: quod si præsumptum fuerit per superiorem emendetur. Itè viri religiosi non recipiant ecclesiam ad firmam, in qua sibi quid iuris vendicant saltem post mortem personarum. Quod si fecerint arbitrio superioris puniatur.

45 Quoniam inter alia vitia impetus gula viros religiosos præcipue non mediocriter infestat decernimus ut nec monachi nec canonici regulares nisi statutis locis & horis potationi aut comestationi vacare præsumant. Si quis vero sitiuerit impetrata licentia refectorium regulariter intret, ut sic necessitati subueniat non ut consulat voluptati. Ab hac generalitate eximimus infirmos, & eos qui fuerint in obsequio prælatorum.

46 Ad hæc statuimus ut cum ratione debilitatis vel alia iusta ratione monachi seorsum in misericordia morentur, semper habeant secum ad minus alios seniores, qui aliorum leuitatem debita correctione compescant, & qui postmodum in capitulo testificentur, qualiter, in misericordia fuerint conuersati. Idem volumus inter canonicos regulares & moniales obseruari. Ut autem omnia sine bono concludantur Lateranense Conc. sub sanctæ recordationis papæ Innocentio celebratum in præsentatione decimarum, & aliis capitulis præcipimus obseruari & in synodis episcopalibus constitutiones illius concilij, vna cum istis, prout eis videbitur expedire, volumus obseruari. Excommunicationes etiam in hoc conpromulgatæ singulis annis in Episcopaliibus synodis, & 4. in anno in parochialibus ecclesiis solemniter iterentur.

## FINIS PRIMAE SECTIONIS, secundæ Classis.

## SECTIO SECVNDA CLAS- sis secundæ,

### COLLECTANEA CONCILIA PARTICVLARIA, quæ non extant continens, ex Burchardo, Iuone & Gratiano collecta.

#### INDEX EORVM QUAE HAC SECTIONE CONTINENTVR.

Quomodo sit initianda Synodus.

Formula visitationis.

Interrogationes faciendæ in visitatione.

Canones Concilij Remensis.

Canones Concilij Rhotomagensis.

Canones Concilij apud Confluentiam.

Canones Concilij Bellouacensis.

Canones Concilij Eparnensis.

Canones Concilij apud S. Medardum.

Canones Concilij Nauetensis.

Canones Concilij Syluaneensis.

Canones Concilij apud Vermeriam.

Canones Concilij Meldensis.

Canones Concilij Auernensis.

Canones Concilij apud Compendium.

Canones Concilij Varensis.

QUOMODO INITIANDA SIT SYNODUS. Ex Burchardo.



Ora conuenienti, quado episcopo, vel eius vicario visum fuerit, omnes expellantur de ecclesia, obleratis foribus cunctis, ad vnam ianuam per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarij stent & sella ponatur in medio, & super eam sacra reliquia, & plenarij, cum stola ponantur. Deinde conuenientes presbyteri omnes intrent, & secundum ordinationis suæ tempus resideant. Post hos ingrediantur diaconi probabiles, quos ordo poposcit interesse. Exinde introducantur laici bonæ conuersationis. Tunc ingrediarur episcopus si voluerit, vel si necessitas exegerit, & si non aderit episcopus, eius vicarius eadem faciat.

Synodum ingrediens ipse, vel eius vicarius, primum salutet clericum & populum & versus in orientem mediocri voce dicat.

Deus humilium visitator, qui nos fraternae dilectione consolatoris præstende societati nostræ gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas tuum in nobis sentiamus adiumentum. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Tunc procedens diaconus cum subdiacono, & cum thuribulo, & cum cerofariis duobus legit euangelium.

Cum esset sero die illo vna sabbatorum, & fores essent clausæ.

Deinde dicat pontifex vel eius vicarius.

Sancta maria, & omnes sancti, & electi dei, intercedite pro nobis peccatoribus ad dominum deum nostrum, ut mereamur ab eo adiuuari, & protegi, & sa-

nari. Qui viuit & regnat in sæcula.

Post modum duabus vicibus dicat.

Deus in adiutorium meum intende Domine ad adiuuandum me festina.

Tunc tertio iterum dicat.

Deus in adiutorium meum intende.

Clero respondente.

Domine ad adiuuandum me festina, cum gloria patri, & Kyrie eleison, & pater noster cum precibus istis.

Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.

Adiuua nos Deus salutaris noster.

Esto nobis domine turris fortitudinis.

Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

Oremus.

Exaudi nos Deus salutaris noster, & dies nostros in tua pace dispone, ut à cunctis perturbationibus liberati tranquilla tibi seruitute famulemur. Per dominum nostrum Iesum Christum. Deinde pro vniuersis ordinibus, necnon pro statu Papa, & antistitis eiusdem sedis, dicant istos Psalmos.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

Deus in nomine tuo saluum me fac.

Miserere mei Deus, miserere mei.

Deus misereatur nostri.

Et pater noster, cum precibus.

Sacerdotes tui induantur iustitia.

Memento congregationis tuæ.

Saluos fac nos domine Deus noster.

Vt confiteamur nomini sancto tuo.

Adiutorium nostrum in nomine domini.

Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens sempiternæ Deus, cuius spiritus totum corpus Ecclesie sanctificatur & regitur, exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes, ut gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dominum.

Deinde dicat.

Deus omnium fidelium pastor & rector, & famulum tuum quem pastorem Ecclesie tuæ præesse voluisti propicius respice, da ei quæsumus verbo & exemplo quibus præsit proficere, ut ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

His expletis septem Psalmos pœnitentiæ decantent cum Kyrie eleison. Et Pater noster cum precibus istis.

Ego dixi, domine miserere mei.

Conuertere domine vsquequo.

Fiat



Fiat misericordia tua domine super nos.

Domine exaudi orationem meam:

Dominus vobiscum.

Oremus.

**D**ies nostros quæsumus domine placatus intē de, pariterque nos, & à peccatis absolue propitius, & à cunctis eripe benignus aduersis. Per dominum &c.

*Post hæc verò egrediantur omnes, exceptis presbyteris, & cæteris idoneis clericis factoque silentio, pontifex, vel eius vicarius dicat hanc orationem.*

Dominus vobiscum.

Oremus.

**A**desto nobis quæsumus domine sancte spiritus peccati quidē immanitate detētis, sed in nomine tuo specialiter aggregatis, veni ad nos, & dignare illabi cordibus nostris, doce nos quid agam⁹, quo gradiamur ostende, quid efficiamus operare, esto salus, & suggestor, & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cū Deo patre, & eius filio nomen possides gloriosum: non nos patiaris perturbatores iustitiæ esse, qui summæ veritatis diligis æquitatem, vt in sinistrum nos non ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corruptat, sed iūge nos tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, vt simus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctistenea mus cum moderamine pietatis iustitiam, vt & hic à te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis, cōsequamur p̄mia sempiterna. Per.

*Tunc Diaconus codicem canonū in medium proferens capitula de Conciliis agendis pronunciet, id est, ex Concilio Tolitano. Finitisque titulis, & cunctis in ordine sedentibus hæc admonitio ab Episcopo, vel si voluerit, à Diacono legatur.*

**E**cce sanctissimi fratres præmissis Deo precibus fraternitatem vestram cum pia exhortatione conuenio, & per diuinum nomen obtestor, vt ea quæ à nobis de Deo, & sacris ordinibus, vel nostris moribus vobis fuerint dicta, cum summa reuerentia perficere intendatis. Quod si forsitan aliquis nostrum aliter quàm dicta fuerint, senserit sine aliquo scrupulo contentionis, in nostrum omnium copulatione ea ipse de quibus dubitauerit conferenda reducat: qualiter Deo mediante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde vos simili obtestatione cōiuro, vt nullus vestrum in iudicando, aut personam accipiat, aut quolibet fauore, aut munere pulsatus à veritate discedat. Sed cū tanta pietate quicquid cœtui se iudicandum intulerit retractatē, vt nec discordans contentio ad subuersionē iustitiæ inter nos locum inueniat, nec iterum in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis, vel sollicitando tepescat.

*Post hanc exhortationem quisquis clericorum velit conferat querelam. Et admonendi sunt vt nullus ad synodum veniat non ieiunus, vel à cœtu communi secedat, antequam generalis secessio adueniat. Et sic quoque synodus primi diei soluat.*

Secunda die, quando Episcopus, vel eius vicarius synodum ingreditur, in loco suo stans dicat.

Dominus vobiscum

Oremus.

**D**eus qui nobis in famulis tuis præsentia tuæ digna manifestas, mitte super nos spiritum charitatis, vt in aduentu fratrum conseruorumque nostrorū, gratia nobis tuæ largitatis augeatur. Per.

*Postea legatur euangelium ita vt in priori die.*

Designauit dominus, & alios septuaginta duos.

*Deinde dicat Episcopus, vel eius vicarius, preces sicut in priori die.*

Sancta Maria, & omnes sancti, & sic cætera.

*Tunc omnes prostrati decantent Psalmos istos pro regno stri, & aliorum sui regni primatum sospitate.*

Domine quid multiplicati sunt qui tribul.

Exaudiat te dominus in die tribulati.

Deus auribus nostris audiuius.

Cum Kyrie eleison, & pater noster, cū precibus istis

Domine saluum fac regem.

Esto ei domine turris fortitudinis.

Saluum fac populum tuum domine.

Fiat pax in virtute tua.

Exurge domine adiuua nos.

Domine exaudi orationem meam.

Domine Deus virtutum conuerte nos.

Dominus vobiscum.

Oremus.

**D**eus regnorum omnium, & Christiani maximè protector imperij, da seruo tuo regi nostro triumphum virtutis tuæ scienter excolere, vt qui tua constitutione est princeps, tuo semper munere sit potens. Per.

Oremus.

**P**ratende domine famulis tuis dexteram cœlestis auxilij, vt toto corde perquirant, & quæ dignè postulant, consequi mereantur. Per.

*Deinde pro infirmis, & pro salute totius ecclesie istos Psalmos decantent.*

Beatus qui intelligit.

Dominus refugium.

Domine Deus salutis meæ.

Cum Kyrie eleison & Pater noster, cum precibus istis.

Castigans castigauit eos dominus.

Nihil proficiat inimicus in eis.

Exurge domine adiuua nos.

Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

Oremus.

**D**eus infirmitatis humanæ singulare præsidium, dauxilij tui super infirmos famulos, & famulas tuas ostende virtutem, vt ope misericordiæ tuæ adiuti, ecclesie tuæ sanctæ representari mereantur. Per dominum &c.

*Postea legatur à Diacono Homelia Gregorij, incipiente versu isto.*

Messis quidem multa, vsque patres esse minimè recognoscunt.

*Tunc si clerici querelam non habent conferendam, laici intromittantur: illis etiam audientibus, lectio Nicæni Concilij recitetur.*

Iudices, non nisi ieiuni leges & iudicia discernant.

*Quisquis ex laicis habeat querelam proferat. Et synodus secunda diei sic soluat.*

Tertia die cū Episcopus, aut eius vicarius, vt in cæteris diebus synodum ingreditur, dicat.

Dominus vobiscum.

Oremus.

**P**rototege domine quæsumus nos famulos tuos subsidiis mentis & corporis, & spiritualibus enutrients alimentis, propitius redde securos ab hostibus vniuersis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

*Et post hoc legatur Euangelium.*

Circuibat Iesus ciuitates & castella.

*Deinde pro fidelibus defunctis istos Psalmos decantent.*

Verba mea auribus percipe domine.

Dominus

Domine ne in furore tuo minorem.

Ad te domine leuavi animam meam.

Cū Kyrie eleison, & Pater noster, cū precibus istis.

Requiem æternam dona eis domine.

In memoria æterna erunt iusti.

A porta inferi. Dominus vobiscum. Oremus.

**I**nueniant quæsumus domine animæ famulorū famularumque tuarum, omnium in Christo quietis lucis æternæ consortium: qui in hac luce positi tuum consecuti sunt sacramentum. Per dominum nostrum.

*Post hæc pro irreligiosis istos Psalmos decantent.*

Ad te domine clamabo.

Benedicam dominum.

Deus venerunt gentes.

Cū Kyrie eleison, & Pater noster, cū precibus istis.

Fiat pax in virtute tua.

Ostende nobis domine misericordiam tuam.

Deus tu conuersus viuificabis nos.

Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

Oremus.

**D**eus qui infideles deseris, & iustè in deuotis irasceris, populum tuum quæsumus ad te conuerte propitius, vt qui te per duritiam irreligiosæ mentis temper offendunt: ad sancta officia promerenda, tuæ miserationis gratia inspirante conuertas. Per dominum nostrum.

*Si quæ sint quæstiones vel quærelæ conferantur, Et sic synodus tertia diei soluat.*

Quarta verò die Episcopus synodum ingrediens sic procedat vt primū portentur ante eum candelabra cum cæreis incensis, quæ sequatur Subdiaconus portans Euangelium, duæ cruces hinc & inde. Deinde Diaconus. Postremū Episcopus Episcopalis indutus vestimentis, & cappa, ingrediatur, Et ingressus in sede sua stans dicat.

Dominus vobiscum.

Oremus.

**N**ostrorum tibi domine curuantes genua cordium, quæsumus vt bonum quod in nobis à te requiretur exaquamur, scilicet, vt prompta tecum sollicitudine gradientes, discretionis arduæ subtile iudicium faciam⁹, ac misericordiam diligentes clareamus, studiis tibi placitæ actionis Per dominum nostrum Iesum Christum.

**R**espiciens Iesus discipulos suos dixit Simoni Petro. Si peccauerit.

*Hæc visitationis formula adita est, vt peculiariter exercetur in archiepiscopatu Coloniaensi, tamen quia mutatis nō nullis, cuius episcopatus potest accommodari, ideo huic loco inserendam esse diximus.*

**FORMULA AD QUAM VISITATIO intra Diocesim Coloniaensem exigetur.**

**C**hristus Iesus pastor ille bonus, qui venit quærere & saluū facere quæ perierat, circuibat omnes ciuitates & castella, docens in Synagogis eorū prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnē infirmitatē. Vidēs enim turbas, misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Quæ Christi actio, quid aliud est, quàm nostra (qui pastorum munus in ecclesia gerimus) instructio, & viuæ quædam admonitio? nempe vt eisdem

vestigiis incedentes requiramus gregem nostrum, quem hac corruptissimā tempestate partim hæresum ac schismatum agminatim in Ecclesiam Dei irrepentium contagione miserè dissipatum, partim sceleratissima scelerum, ac malorum morum luce contaminatum ac conspurcatum cernimus. Atq; ad eò nobis requirendi imminet necessitas, vt si in hoc officio diutius torpentes fuerimus, Dominus sanguinè ouium alioqui periturarum de manib⁹ nostris sit ex acturus. Sed quid attinet in formulam gerendæ visitationis multis præfari? cuius nedū utilitas, sed & necessitas præter quæ seipsam ostendit, in Prouincialis nostri Conci. Canonibus satis superque demonstrata est.

**I**n præsentiarum ergo de ordine tantū rei gerendæ dispiciemus. Quod nō parū referre visū sit in omni re, præsertim magna ac graui decetē ordinē sequi. Quod autem ad præsens negotiū attinet: Ordinem in duobus potissimum consistere putamus. Primum, quo progressu loca singula Diocesis nostræ, in quibus Ecclesiæ ac domus Deo dicatæ, sunt constitutæ, visitare oporteat. Deinde quis ordo cum ad singula loca deuentum erit, in ipsa visitationis gestione tenendus sit.

*De ordine & progressu locali.*

**V**isitacionem nostram iam dudum ipsi ab Ecclesia nostra metropoliana Coloniaensi sumus. Quam intra ciuitatem Colonia per visitatores nostros contineri oportebit, nec ante extra hanc Metropolim nostram progredi, quam visitatio ibidem vndique peracta fuerit, quod fieri oportere, non tantū Canones præscribunt, sed & ratio ipsa docet, quæ à principali vrbe, atque ad eò in omni re à capite ordiri æquū iustumque censet. Quamuis nec id ipsum scripturæ exemplo vacet. Quod Christus voluerit Euangelij prædicationem ab Hierusalem incipere. Deinde in omnem Iudæam & Samariam, denique vsque ad vltimum terræ propagari.

**I**ntra ciuitatem nostram Coloniaensem, in primis inuisenda & reformanda est ecclesia nostra Metropolitana, quod facere (vt iam dixim⁹) ipsi cœpimus, ac Deo dante perficiemus. Visitatores autem per nos delegati, in primis de loco idoneo conueniant, vbi habita consultatione dispicient ante omnia vt officio nostro (quod partim vicarius noster in pontificalibus, vnus ex visitatoribus delectis, partim Officialis, partim Vicarij nostri in spiritualibus gerūt) iuxta censuram Canonum Concilij nostri Prouincialis satis fiat. Quo etiam vocandi erūt, qui functionibus hisce subministrant, quatenus videbitur opus. Et in primis Procuratores fiscales. Dein adibunt Ecclesias collegiatas. Subinde ad monasteria transibūt viroꝝ & mulierū. Post hæc ad parochias ibitur, proximū loca hospitalia occupabūt. Postremò, vniuersitatis ac Academiæ nostræ ciui. cōuocatio, & visita. quoq; haud præmittenda, modo tamen ei, nostra ope vi debitor opus ad studia subleuanda, Pædagogia quoq; omnia rā apud collegiatas, quæ parochiales Ecclesiæ constituta, inuisenda. Et quoniā scolis coherent Bibliothecæ, nec harum perulustratio negligenda erit.

**P**ostquam peracta fuerit in nostra ciuitate Coloniaensi visitatio, ad oppida & vicus dioceseos nostræ eo ordine, quæ locorū sit⁹ aptiorē demonstrauerit, aut visitatorū conditio cōmodiorē reputauerit, perducenda, sic vt à vicinioribus sensim ad magis distantia

ss distantia

disita, ac remotiora loca properetur.

**E** Thic idem quem in ciuitate nostra Coloniē. obseruandum præscripsimus ordo, quadante nus fieri potest, seruandus est. Nimirum vt in oppidis insignioribus, vbi ecclesię collegiatę, monasteria, parochiæ & reliquæ piæ domus reperientur, eodem progressu Visitatores nostri incedant. Porro si commodè omnia oppida adiri possint, præsertim populo, tū id vt fiat, nō inutillē sanē fore arbitramur.

**Q**uod ad vicus attinet & modica oppidula, quæ omnia commodè adiri non poterunt, hic modus seruandus est nempe vt visitatio per singulos archipresbyteros distribuatur. sic vt visitatores accersitis in archipresbyteralibus sedibus, archipresbyteris, qui parochiarum ipsius subiectarum exactam notitiam habent, eidem vt indicibus vtantur, præsertim in hoc, nō sufficiat vt parochi ei sedi subiecti, cū presbyteris & clericis, concomitantibus aliquot parochianis potioribus, ad ipsam archipresbyteri sedē omnes euocentur. An vero referat, vt quidam sigillatim inuisentur. In hoc enim habenda discretio est, secundum populi vt multitudinem vel paucitatē. Deinde habenda etiā ratio necessitatis, quod vicus quis piā, aut ob vnā, aut ob aliā causā plētis visitationis re medio magis etiā q̄ oppidū aliq̄ op̄ habere possit.

Cæterū, si nulla sit præcipua ratio quæ exigat Visitatorū in singulis oppidulis, aut vicis p̄sentia, post præactā visitationē in vna sede archipresbyteri. ad aliā viciniorē vti locus & res postulauerit, transeundum erit.

*De quibusdam initio curandis, quæ vtrunque progressum expeditiorem reddent.*

**I**n primis dabimus Visitatoribus nostris præscriptam mandati formam, sigillo nostro publico cōmunitā ac authenticam, qua omnib⁹ suæ missionis ac functionis certā fidē facere possint. Quod est ante omnia necessarium, non tam ad conciliandam ipsis vbique auctoritatem, sed & ad retinendum ecclesiasticę regulę vigorem, quæ factę missionis indubitanum testimonium requirit.

**D**einde conuocabimus Clerum ciuitatis nostrę Colonię. ad locum Visitatoribus nostris opportunū, vbi ipsi visitatores post nostri delegatorij mādati ostensionem, totius Cleri animos ad visitationem, quā statim aggredientur, præparabunt, vt singuli ad Visitatorum aduentū parati sint, ad recipiendos eos nomine nostro, Ipsiq; vt Dei ministris, in ecclesię nostrę causa omnium maxima, auscultandum ac parendum. Postulabunt quoque Visitatores nostri cleri consilium, quo res tāto maturius ac expeditius procedat, quanto fuerit plurium consilio & assensu comprobata.

**Q**uod ad collegiatas ecclesias ac monasteria attinet, Visitatores nostri, nullis ex civili magistratu opus habent, qui ipsis adsint, sed in parochiis, hospitalibus, scholis ac bibliothecis visitandis, cum ibi magna ex parte res populi ac plebis tractanda veniat, proindeq; populis, multa reformatione egens, hic potissimum aduocandus sit. Videbimur operę pretium facturi, si ex Senatu ciuitatis nostrę, quosdā bene Christianos & integros viros, deligi ac Visitatoribus adiungi curemus. Qui visitationi aderunt, non ostentādę virtutis aut potestatis causa, sed tantū ad cōfirmandā fidem & ad multitudinē populi, attractam interdum prauis institutionibus, ac dissentientem cōpescendam, ne officio visitatio-

nis per improbos illudatur.

**P**roinde vt eandem ob causam in traditionem illustris ducis Cluē. vnus aut alter Ducalis Consiliarius, vir pari fidei ac morum integritate, auctoritateque pollens. Visitatoribus nostris nō aliter tamē quā p̄diximus, adiūgatur: vt referre admodum putamus, ita, vt fiat curę nobis erit.

**P**raterea sub visitationem edictum publicum, quā late se nostrę diocesis ditio porrigit, ponemus. Et vt in eandem sententia per ducē Cluē intra pomeria suarum ditionum publicetur curabimus. Quo subiectis omnibus, vt aduenturos Visitatores ob functionem Dei quam gerunt reuerter recipiant, vt omnes malę voluntatis præsumptos forsan repertos (qui visitationis p̄gressu ausi fuerint, aut facto, aut verbis impedire, seu incesse) cōprimant: vt denique Visitatores ingredientes, egredientesque securē deducant omnem iniuriam propulsuri. Idque sub grauissimarum pœnarum non tantum ecclesiasticarum, sed & etiam ciuiliū incurfu vt factiosi ea quā metuunt magis pœna comprimantur.

**D**enique Visitatores priusquam ab vno ad aliud locum progrediantur, aliquot ante diebus aduentum Clero & plebi eius loci significabunt, maxime verō vbi ad Archipresbyterales sedes eundū est. Archipresbyteris aduentus denūtiandus maturē est, quo ipsi Parochos sub sua sede cōstitutos ad diem præstitutū commodē euocare possint.

**E**runtque omnes admonendi, quō se ad visitatorum aduentum expeditos ad rem, quæ pro manibus est agenda, reddant. Vbi autē ad Parochias ibitur, sub aduentum, vt qui volent Sacramentum Confirmationis recipere, ad illud se præparent, vt qui grauatę conscientię remedium adhiberi velint, aut consilio opushabeant in re quacūque perplexa, conscientię tranquillitatem perturbante, ij vt die designanda cum bona fiducia adueniant, seque audacter Visitatoribus præsentent. Denique hortabuntur populum, vt mane eius diei quo ipse populus visitandus est, ab omni seruili opere cessetur, quo omnes ad Ecclesiam accedant ad capiendum cibum qui non perit, hoc est ad percipiendum ea quę ad suarum animarum salutem pertinebunt.

**V**bi ad locum ventum erit. In ecclesiis Collegiatis, ac Monasteriis conuocabuntur omnes ad domum Capitularē. In Parochiis vero Parochus & Clerici ad Sacristiam, si tamen ad conueniendum ea domus idonea fuerit, populus vero, in mediō templi, interrogandus, audiendus & instruendus est, in eum qui sequitur modum.

**Q**uoniam visitatores Christi legatione funguntur, non quę sua, sed quę Iesu Christi sunt quaesituri, ac cum Paulo dicturi, Non enim quaerimus quæ vestra sunt, sed vos. Dignum iudicamus vt initio ipsius gratia & misericordia implore- tur, cuius opus geritur sine quo alioqui nihil facere poterimus. Quamobrem principio, Missæ sacrum, pro ratione loci, aut decantetur aut legatur. Idque deuote magis quā externo apparatu, quo popul⁹ tantum ad pietatem accendatur.

**S**ecundo: Cum Visitatoris officium sit instare prædicationi, exhortationi & doctrinæ, vt referat fructum qui non perit, post finitum sacrum per Vicarium nostrum in pontificalibus, aut si is defessus fuerit per alium ex Visitatoribus sermo commo-

commonitorius habeatur, ex ipsissimis sacris literis syncerissimē, omisissis tropis ac allegoriis, præsertim non admodum apris, depromptus, rei, personis ac locis accommodus. Qui ad populum habend⁹, cautissima circumspectione moderandus est secundum orium palatum, hoc est animorum affectus, opiniones, & vitia, quæ licebit statim post aduentum a Parocho aut Archipresbytero expiscari, vbi populus à contagione damnatę doctrinæ, adhuc integer est tantum corruptis moribus inquinatus, ibi consultus in recensendis præceptis dominicis, coarguendis (in spiritu tamē lenitatis) peccatis præsertim iis qui bus populus ille potissimū seruit, incitatione ad pœnitentiā, & breui explicatione fidei catholicę, cum decenti cohortatione, vt in synceritate fidei, doctrina Christi & ecclesię, ac obseruatione præceptorum Dei perseueret. Et in primis, vt suis, tam ecclesiasticis, quā Ciuilibus præpositis, Rectoribus & Potestatibus debitum honorem & obedientiam præstet. Vbi vero Visitatores compererint parochiam aliqua hæresum contagione infectam, ibi primas partes fidei nostrę explicatio obtinebit. Vbi vero ad eos articulos ventum erit, à quibus videbitur praua corruptione discessum (Nam quotquot sunt hæreses vnico Apostolorum simbolo retunduntur) vbi diutius im morandum est, & quid ille articulus credendum proponat diligenter explicandum, & tum quasi per occasionem & obiter hæresis suborta per paucos scripturæ locos, non remotius petitos, qui nulla detorta interpretatione eludi possint retūdenda, astruenda veritas est, & coarguendus error. Deniq; populus per concordē ecclesię diffinitionem, quę ex aliquo Oecumenico Concilio petenda est confirmandus. Deinde coarguenda scelera sunt, & via mandatorū Dei indicanda. Et hic præcipuē ille locus erudita pietate ac docta breuitate tractandus. Nempe idcirco à Deo per spiritum sanctum fidem nobis donari, vt per fidem mandata diuina adimplere possimus. Atque aded necessarium esse vt fidem charitatis opera comitentur, vt præter hæc fides non viua, sed mortua dicatur, factaque cohortatione ad pœnitentiā & fructus pœnitentię dignos, sermo ea cohortatione qua prior, finiendus est.


Postremo ad Deum publicè porrigēda oratio est, & commonendus Clerus ac populus, vt idem apud Deum oret, in hanc, vel similem sententiam.

**O**mnipotens sempiternus Deus qui etsi corda nostri omnium ad exemplum tamen nostrū descendere ac videre voluisti, an popul⁹ sceleratus clamorē qui ad te peruenerat opere compleuisset. Qui filium tuum vnigenitum in terras ad requirendum & seruandum quod perierat, misisti. Et per eundem, omnes qui gregis pascendi curā susceperunt & opere & verbo vt idem sedulo agerent ad moneri fecisti. Te suppliciter exoramus vt nobis indignis famulis tuis pro tua ineffabili pietate gratiam diuini luminis tui clementer infundas, labia aperias linguam dirigas, omnesque actus & cunctas operationes nostras tua virtute instruas, & confirmes, vt visitationis munere ad quod in nomine tuo accincti sumus, spiritu tuo cooperante, & beata Maria virgine genitrice filij tui, ac omnibus sanctis tuis intercedentibus ad Catholicę fidei robur & exaltationem charitatis augmentum, ac profectum hæresum ac vitiorum eradicationem tui Cleri, & populi repurgationem & salutem, ecclesiarū tranquillitatē & cōser-

uationē, ac demū ad tui solius nominis laudē & gloriam sempiternam, rectē perfungivaleamus, per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitāte eiusdem spiritus sancti Deus, per omnia secula, seculorum.

**P**ost hæc ad peculiāres visitationis actus progrediendum est. Idque certo quodam ordine Et quanquam in hoc varient, nedū qui de visitando scripserunt, sed & ij quorum consiliis in hac re vsi sumus, quibusdā existimantibus. Ab inquisitione vitiorum ordiendum. Deinde pœnitentiā populo indicendam Postremo faciendam reformationē, & dandam populo benedictionem. Quibusdam vero sentientibus, exteriorem templorum ac aliorum suorum locorum faciem contemplandam ac repurgandam, ac deinde ad reliqua ex ordine transeundū. Quanquā autē vterq; ordo Christiana. & à Cano. scriptu. ac regulis minimē dissentiens sit, tamē p̄ ratione temporum & morū præsentium, ita nobis agendum videtur.

**P**rimum vt singulis hominum ordinibus, sigillatim ac gradatim Canones Cōcilij nostri p̄uincialis, quemadmodum illi quemque secundum suę vocationis, conditionem respiciunt, diligēter ac disertē relegātur, ac vbi opus erit dilucid⁹ exponantur, vtq; deinde diligēs fiat inquisitio, nō quilibet ad eorundē Canonum regulam professionem & vitā suā hætenus instituerit, & instituere pergat? Nā statim ab inquisitione criminū incipere, tale nobis videtur vt videantur multi hinc auertēdi. Nec id nouæ reformationis conscribendę gratia, vt fiat necessariū putamus, cū iam cōpertum sit in omnibus iis esse peccatū, de quibus consilium nostrū prospicere opus putauit. Adde quōd hic agendi modus scripturis atq; aded instituto Christi ac sanctorū Apostolorū admodū consentaneus nobis apparet. Nā siue veteris testamenti Reformatores (quales post discessio- nem Israel ab Iuda vsque in tēpus captiuitatis Babylonice Iosaphat, Ezechias, & Iosias, post captiuitatē vero Iesus, Zorobabel, Esdras & Nehemias fuere, siue Christum & Apostolos eius spectemus) semper hic ordo seruatus cōperietur, vt à doctrina, vel veteris, vel nouæ legis inciperetur. Sic enim secundi Paralipomenon, capite decimo septimo legimus: Tertiō autem anno regni sui Iosaphat misit de principibus suis Benail & Abdiam & Zachariam & Nathanael & Michęam, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas & sacerdotes, docebantque populum in Iuda, habentes librum legis domini, & circū ibant cunctas vrbes Iuda atque erudiebant populum Breuiter vbique ferē reperias librum legis principio lectum, post librum lectum ad inquisitionem processum, & factam secundum legem separationem, quę admodum 2. Esdrę cap. vltimo videre est. Neque id absque magna ratione. Lex est enim quæ ostēdit peccatum, sicut Paulus ait, Per legem cognitio peccati. Aded vt frustra de peccatis inquiratur, nisi per legē arguatur, qui est gladius biceps pertingēs vsq; ad diuisionē animę & spiritus. Itidē Christi⁹ cū circuiret omnes Ciuitates & Castella, primū docuit in synagogis eorū p̄dicās Euāgeliū regni, deīde curauit omnē languorē. Et vt cętera sileam⁹, Actū 16. legim⁹: Cū præserēt Paul⁹ Syllas & Timo. (diuini illi Visitatores) Ciuita. tradebāt eis custodire dogma, quę erāt decreta ab Apосто. & senioribus qui erant Hieroso.



**Q**uamobrem Visitatores quoque nostri primū tradent Decreta synodi nostri prouincialis, quæ nihil aliud quàm legem domini & dogmata Apostolica continent, hoc enim agentes, auctoritatem sibi conciliabunt, & ab omni suspicione longe erunt alii qui nihil proponunt, vel exigent quàm quod est synodica sententia per patres unanimiter conclusum.

**Q**uo facto Visitatores auctoritate dei iubeant, ut singuli de seipſis, totoque eius ecclesie quæ visitatur statu, interrogati sincere depositis omnibus humanis affectibus, amore, odio spe, seu timore sola veritate innixi euidenter quæ corrigenda videbuntur, referant. Nulli tamē crimen imponant, quod probari non possit, ne eiusdem criminis reatu ac pœna, cuius proximum falso deferre cōuicti fuerint, se inuoluant. Atque subinde inquirendum, Num sciant aut credant aliquid in ea quæ visitatur Ecclesia reformationis vel correctionis tā in capite, quàm in membris indigere.

**E**t quo hæc inquisitio omni conuentionis de decore vacet, per Visitatores, non solū ex Clero (cum de eius vita & doctrina) sed & ex populo (cum de ipsius fide & cōuersatione inquiretur) quidam qui ad veritatem dicendam magis apti videbuntur deligendi, ac sigillatim & secreto super singulis articulis, ac aliis de quibus operæpretium videbitur in modum qui infra sequitur, interrogandi sunt.

**A**tque hic iterum nobis talis agendi ordo conuenientissimus apparet, ut secuti præceptū domini, primum de his inquisitionē instituiamus. Primò, quæ nam repurgationem animorum face-re videbuntur, Mundemusque prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat, & id quod de foris est mundum. Nam ipsi homines Christiani in vnitare fidei per vinculum charitatis congregati, reuera sunt ecclesia visitanda. Et templum illud quod peculiariter spiritui sancto dedicatum esse debet.

Secundò, Deinde ut de exter:oribus ritibus, aliis rebus, vel ad conseruandam, vel ad dissipandam tranquillitatem facientibus quærat.

Tertiò, Denique ut & domum Dei, hoc est templorum ac aliarum sanctarū ædium exteriorem quoque faciem contemplemur. Illa enim oportet face-re, hoc verò non omittere.

*Generale.*

**V**bi reperientur beneficiorum Ecclesiasticorū Collatores, Electores, patroni laici, & Archidiaconi, iis generatim prælegantur, & inculcentur. 1. 2. 3. 4. & 5. articuli sub titulo, de Impositione manuum. Speciatim autem collatoribus, articulo 6. Electoribus. 7. 8. & 9. Patronis. 11. 14. & 15. Archidiaconis. 12. & 13. Super quo tamen necesse erit cum ipsis latius agere & inquirere, emendareque vitiosa, quoad fieri potest. Sin Archidiaconi resistant, ad nos referre. Præterea ipsis proponetur articulo. 26. sub titulo de Metrop. Cathedr. & Colle. Eccl. Itidem inculcabuntur omnes articuli, sub penult. titulo, De iurisdictione Ecclesiastica contenti. Similiter, 18. cum cæteris articulis sequentibus, sub titulo, De visitatione ac Synodis Episcopalis. Archidiaconalibusque comprehensi.

*Alind.*

**Q**uamquam ad visitationis executionem duo requirantur: Instructio scilicet & Coertio, Doctrina & virga disciplinæ, quæ pari gradu ince-

dere oporteat. Quia tamen hæc visitatio nostra noua & rara est, populisque tam delicatas habet aures, ut omnis seueræ increpationis, priusquam ad penitentiam cordis conuersus fuerit, sit impatiens. Propterea hortamur Visitatores nostros, ut Paulinam sententiam, & exemplum potissimum spectent, nepe, ut sint patientes ad omnes, conſolentur pusillanimes, suscipiant infirmos. Post, non omittant corripere etiam inquietos. Expedientius enim est, ut Visitatores nostri nunc omnium primum, potius videantur in charitate & spiritu mansuetudinis ac lenitatis quàm in virga venisse. Quare præcipua eorum cura erit, ut contristent quidem eos ad quos mittuntur, sed secundum Deum ad penitentiam & salutem. Coertio tamen (ut diximus) moderata, maxime in contumaces nequaquam omittenda est, aut ad nos referendum.

*De visitatione eorum qui nostro officio funguntur.*

**V**icarius noster in pontificalibus suis ipsius Visitator erit. Respiciunt officium eius Canones sub titulo, De impositione manuum, à. 16. vsq; ad. 30. Quare super singulis articulis se concernentibus cum collegis suis maturè consultabit, ut omnia quæ illis continentur, ad suum effectum deducatur.

**S**ed interim hic duo erunt per Visitatores agenda. Primum conferetur cum Scholastico ecclesie nostræ ut ille suis Commissariis (quos & huic reidoneos esse volumus) Vicario nostro adiungendos, mandatum faciat his decretis parendis. Deinde ut deligantur vnus aut duo Theologi, qui his rebus vacare possint, relaturi à nobis sui laboris mercedem, quorū conscientiam in re tanta onerare cogemur.

**O**fficiali nostro proponentur articuli sub titulo, de impositione manuum, à. 30. cum sequent. vsque ad articulum. 35. Deinde omnes qui sunt sub titulo, De iurisdictione Ecclesie contenti. Admoneaturque ut eosdem articulos tam ipse seruet, quàm p alios sibi subiectos obseruari faciat. Præterea aduocabuntur Fiscales, quoniam sunt aliquot articuli, qui illorum officium peculiariter concernunt. Dehortandi ab omni auaritia, ac cohortandi, ut vigilantissimè prospiciant, ne alicubi à nostris decretis praua prauaricatione discedatur. Quibus si quid deerit, nos supplebimus, de quo ad nos referatur. Deinde interrogabitur Officialis, an reformationi iurisdictionis ecclesiasticæ per nos promulgatæ, per omnia pareatur. Admoneaturque ut si alicubi cessetur, id suppleatur.

**V**icariis nostris in spiritualibus proponendus est articulus 35, sub titulo, De impositione manuum. Et diligenter commonendi, ut in omni permutatione beneficiorum, De statu & qualitate personarum, de conditione beneficiorum permutandorum & quis adfectus compermutantes moueat ad permutandum, & quæ conditiones intercesserunt, an sit permutatio reuera fucus, an vera permutatio, an velint in cōpermutandis beneficiis residere, aut illis per alios saltem satisfacere, an potius pecunia principaliter quærat, vel iam data, aut per extinctionem data, atque adeò, an quæstus tantum aut luxus causa permutatio fiat inquirent. Idque antequam recipiant iuramentum. Alioqui rei essent criminis, in quod cōsentendo saltem facientibus incurrunt.

**C**um extra quadragesimā & aduentū domini Vicarius noster in Pontificalibus, paucis diebus cōcionetur. Nos vero ex animo cupiamus perpetuum

petuū verbi concionatorē, virū doctum & integrū, tam necessario muniti, in ecclesia nostra Metropolitana præficere. Idcirco Visitatores, post maturam mutuo habitam deliberationem, ad nos referent. Quo pacto per vnionem, aut suppressionem alicuius beneficii ecclesiastici, cuius redditus talem virum alere possint voto nostro satisfieri queat. Quod non tam pium, quàm necessarium putamus, Nam hic futurus erit dux gregis, quo instruente ac arguente, Clerus ac populus tandē sanctis decretis affluet.

*DE VISITATIONE ECCLESiarum collegiarum tam extra, quàm intra Coloniæ constitutarum, quæ ad instar eius, quam nos in Metropolitana nostra cæpim⁹ pagetur.*

**P**ost Missæ sacrum, Concionemque in domo capitulari habendam, atque alia solemnia per Visitatores, omnes articuli, sub titulis De officio priuato ac publico clericorum. Itē sub titulo de Metropolitanis, cathedralibus & collegiatis ecclesiis, & in his ministratibus. Primum toti collegio integrè ac disertè prælegentur. Deinde viris illis integris ex collegio, ut prædictum est, ad inquisitionem faciendam deligendis, Summaria tantum articulorū distinctè reperentur. Sic tamen ut articuli illi qui tantum Ecclesias intra Coloniæ constitutas concernunt, extra Coloniæ omittantur. Fiatque diligēs ad singulos articulos (quæ factum respiciunt) inuestigatio. Quanam in parte aduersus vnum vel alterum peccetur, atque ibi apponenda manus, vbi lapsus compertus fuerit.

Referatur ad nos de correctione Breuiariorum & Missalium.

**I**tem contendant Visitatores inspicere statuta Ecclesiarum, & quæ minus iusta, ac sancta erunt, resecare. Quod si capitula reclamauerint, vel in toto, vel ex parte, ad nos referetur. Præterea, contendant modum imponere annis carentiæ, vbi reclamatum fuerit, ad nos referent reclamationis causas.

**D**e obseruatione capitulorum, iuxta articulos diligenter inquirent, maxime vero, num sint in capitulis dissidia & contentiones. Nū prælati omnium voto audiant, Nū fauore, aut odio, aut alio deprauato affectu quorundam priuatorum res gerantur, & an expectetur omniū sententia, aut etiā cōtēnatur, quantumuis causa eccle. vtilitatē respiciat.

**I**tem in fundationibus piis quarum prætextu quotidianæ distributiones percipiuntur, satisfiat. Et hæc fundationes exhiberi debent, & per nostros visitatores inspicere, ut sicubi negligentia suppletionem opus fuerit, suppleatur.

*De Decanis*

**A**n te omnia Visitatores se de conditione & moribus Decanorū certiores reddi curabunt. Nā si hi cæci fuerint, cōsequitur, ut grex quibus ductum præstant in præcipitium cum ipsis ruant. Quare inquirent potissimū, an bonū exēplū frequentando Ecclesiam, & bene viuendo cæteris præbeant. An Ecclesie laudabilia statuta faciant obseruari. An ea quæ inordinatè & vitiose fiunt, feruenter reprehendant. An citra personarum acceptionem excessus puniant. An negligentes in monendo Ecclesie personas, tam quod ad diuinum officium, quàm quod ad vitam & mores attinet, sint.

**H**is visitatores summo serio demandabunt, ut quàm diligentissimè respiciant, quo decretis Concilij in omnibus & per omnia pareatur, ut que cum necesse erit, & consilium & auxilium capituli aduocent. Quod si ipsos audire noluerint, ut tū ad nos referant.

**Q**uod si inter visitandum commissarij nostri Prælatis repererint, hos castigabunt, & ad obedientiam reducent. Si reduci nolint, eos nostro nomine ab officio & beneficio suspendent, donec nobis suspensionis relaxationem obtinere mereantur. Decani (quibus cura animarum commissa est) interrogandi, cui administrationem sacramentorum commiserint. Ab aliis quoque inquirendum, quemadmodum ille officio suo satisfaciatur, imò exhibenda persona est. Quæ respicere poterit quid correctione egeat, tamque clerum, quàm quod ad familiam attinet, non discutiendo personas.

*De Præpositis.*

**N**ec inter prætereundi erunt Præpositi (quod ad dignitatis gradum attinet Decanis ex more prælati) Nam vbique ferè. hi dissolutam vitam gerunt, ignorantes, aut dissimulantes ad quod munus sint vocati, cuius admonebuntur.

**N**am ut de ecclesie redditibus luxurientur, non sunt instituti, sed ut ecclesie suo sumptu ac opera defendant. Et ut excuset eos coram hominibus, mos aliquis non satis legitimus à frequentanda ecclesia, præsertim cum per ecclesie negotia minime retrahuntur: admonendi tamen sunt, ut cogitent suam desidiam non ita comprobari Deo, sed iustum esse ut officium gerant, propter quod datur beneficium, utque Dei milites, non seculi esse meminerint.

Inspicienda eorum iuramenta.

Inspiciendæ separationes, & num illis pareatur. Ad habitum quoque & tonsuram clericales reuocandi.

*De Scholasticis.*

**Q**uærendum de Schola: Qualisnam illa habeatur. Qui sint magistri puerorum. An eruditi facti, an ab omni insynceræ doctrinæ suspitione longè alieni.

**A**n fieri possit ut iuniores Clerici, qui rudimenta non satis callent ad scholas hæc relegari possint, videndum seu saltem ut lectiones aliquot priuatæ per illos instituerentur, quas semotis pueris horis quibusdā delectis audirent. Quod ad Scholasticum maioris ecclesie attinet, nos videbimus. Quamquam de scholæ theologiæ statu ad nos referri velimus.

*De magistro fabricæ.*

**Q**uærendum ut sit fabricæ prouisum. Si minus prouisum sit, ex cōmunibus redditibus per præbendam (ut vocant) currentem prouideatur, ut facta tecta teneantur.

*De custode.*

**A**n Custos (quem alibi Thesaurarium, alibi Sacristam appellant) vasa atque alia ecclesie ornamenta diligenter faciat conseruari. Et de ablutione palliarum, quemadmodum habet articulus vltimus, de Metrop. & Cathe. ac Collegi. Eccles. ac infra latius dicemus. Satis superque in Concilio prouisum est, de ipsorū vita & conuersatione.



*De vicariis.*

**S**imiliter, cogendi illi interim sunt, vt fundationes suarum vicariarum exhibeant. Quibus relictis, vbi in officio cessare comperti fuerint, adigendi, vt illi satisfaciant.

*De reliquis ministris quos Campanarios ac virgiferos vocamus.*

**H** post hanc suo officio personaliter perfungen- tur, nisi vel ætate, vel morbo impediatur, aut idoneos deligent arbitrio Decani & Capituli admittendos, aut reiciendos.

*De collegiis Canonissarum secularium.*

**C**ollegia Canonissarum, quæ seculares vocari delectantur, ad instar, collegiorum quæ viro- rum sunt, suos ritus habent. Proinde multa sub præcedenti titulo, quæ ibidem, quemadmodum in virorum Collegiis ad censuram Concilij reuocanda sunt.

**M**aximè autem videndum, vt vita illa licen- tiosa sub Canonum regulas trahatur. Quod fiet si in spiritu lenitatis ex scripturis, sui offi- cij, imò saltem vitæ Christianæ admoneantur. Nam nisi per verbum ad pietatem trahantur, minæ hic proderunt parum.

*De monasteriorum visitatione*

**P**eractis Missa ac Concione qua ad Christianam & mutuam charitatem, mundi contemptum & vororum suorum obseruationem, ad pacem denique & tranquillitatem commouebuntur, in do- mo capitulari habenda per visitatores. In primis Abbatibus ac aliis monasteriorum prælatibus seorsum paulisper receptis, Duodecim priores articuli sub titulo de vita & conuersatione monastica recensentur, diligentique cohortatione illi monendi sunt vt hisce decretis tam innouiter recipiendis monachis ac velandis quam in reliquis omnibus sese attemperent, pecuniam pro receptione ne extorqueant, vtque in iis ad quæ ipsi corrigenda non suffecerint, implorēt nostram autoritatem.

*Vbi visitatores nostri, Abbates ipsos repugnantes repererint, ad nos distincte referant.*

**E**t præsertim nostro nomine in eo erunt, vt vt sumptuosi illi præpositi abrogentur. Quod si in ipsorum potestate non fuerit, saltem ad nos referent post visitationem, quid facto opus sit.

**V**bi hæc cum prælatibus acta fuerint, Regula ordi- nis, simul cū formula visitationis si habeatur, petenda est atque relegendæ, sic tamen vt instruantur regulam & doctrinam Christi solam esse quæ ducit ad vitam, regulas verò monasticas expeditiorem tantum semitam indicare, qua facilius viam domini inambulare pergamus. Confidente ite- rum toto conuentu, cum prælatibus præmittenda est illa generalis adiuratio de non occultanda, sed synce- rē dicenda veritate. Deinde semotis arbitris.

*Interrogetur Abbas, aut eius loco moderator Conuentus.*

**Q**uando proximè visitatio obserua, an sit, & di- ligenter, Regulam ac monasterij statuta obseruari procuret, an pax inter fratres, cōuersos de uotos ac familiares effloreat, Dissidij si quid fortasse fuerit, origo perquiratur & emendetur.

*Interrogetur Prior.*

**D**e obseruatione diuini officij. De obedientia paupertate, continentia, silentio, Communi mensa, Mutua reuerentia, Mutuo colloquio. Hospitum accessu.

*Interrogentur fratres sigillatim.*

- 1 De vita & conuersatione Prælatorum.
- 2 An visitatio proxima rite obseruata sit.
- 3 An Prælati quæ ad obseruationem religionis & ordinis pertinent, diligenter persequantur.
- 4 An vitia fideliter corrigant citra acceptionem personarum.
- 5 An honeste cum laicis conuersentur.
- 6 An bonum exemplum suis subditis præbeant.
- 7 An in obseruandis, ordinis regula, ac statutis sint feruentes.
- 8 An desides sint, An eadem ad Christianam pietatem moderentur.
- 9 An fratres ad studia sacrarum literarum sedulo inuident.
- 10 An pacem tranquillitatem & concordiam inter omnes sibi subiectos seruent ac nutriant.
- 11 Item de clausura & ingressu monasteriorum.
- 12 De victu quotidiano.
- 13 Deinde, an Conuentus certum numerum habeat, an illi suppetat victus.
- 14 Deinde de officiis ad officia transeundū est. Et videndum, an qui illis præfecti sunt, veluti Camera- rij, Sacristæ, Cellarij, procuratores, & id genus alij, suis singulis officiis grauius incumbant.
- 15 De moribus, habitu & conditionibus fratrum cōuersorum diligenter quoque querendum est.
- 16 Post inquisitionem, si qui notati fuerint, illi euocentur. Qui si errata sponte confessi fuerint, ad disciplinam Abbatis, iuxta regulæ formam remittendi sunt, sic tamen, vt Abbati mandetur, ne Christianæ lenitatis modū excedat, quod habita ratione per sonæ, censuram potius mitigari quàm exasperari cō- uenerit in haud præfractis.
- 17 Quod si neget delictum infamatus, adhibeantur testes, admonitis prius omnibus, ne fraudi sit testibus veritatem dixisse.

Legantur deinde articuli. 14. 15. 16. 17. sub titulo de vita & conuersatione monastica.

Postremo declarata vitæ monasticæ prima insti- tutione, adhortentur omnes, vt viam quam ample- xi sint, ad vitam æternam expeditiorem in charitate de conscientia bona & fide non ficta inambulent, & pro ecclesia Dei sedulo orent cuius eleemosynis sustentantur.

Item cum fratribus mendicantibus eadem via in- cedendum est, ipsis tamen peculiariter articuli à sex- to vsque ad 15. sub titulo, Qui admittendi, legendi & persuadendi sunt.

*De visitatione monialium.*

**Q**uæ est forma monasteria virorum visitan- di, eadem rectè obseruatur in visitatione monialium, nisi quod hic interim quædam addi possint.

Præsertim vt queratur, Quibus affectibus & qua forma ad electionem Abbatissarum ac aliarum quibus monasteriorum moderatio commissa est, proce- datur. An in eligendo seruetur regula, cessetque om- nis impressio ac corruptio.

Admoneantur, ne non professas virgunculas, quæ nondum de voluntate sua statuere possunt, ad pro- fessionem mellitis verbis alliciant.

Prohibendus omnis suspectus ingressus & egres- sus.

Omnis suspecta conuersatio prohibenda, Et pri- uata diuerticula penitus tollenda.

De

De exercitationibus & operibus extraordinariis querendum est. Et in primis dehortandum omne otium. Deinde cohortandæ potissimū, vt assidue sint in reuoluendis sacris scripturis & piis opusculis, quæ poterint, quæ poterint ipsis facile comparari, & cohortanda lectrix, vt omnē operā adhibeat, quo sorores suas in Christi verbo à se doctiores sēp dimittat.

Quod si & corporales exercitationes amplective sint, curandū vt tales sint, ne mentē Deo dicatā euer- tant, atq; à Christo in mundū retrahant, qualia sunt quædā artificiola in texendis sudariolis ac camisiis quæ magis præmissa oportuit. Nā diabolus alioqui mille artifex iuandus non est ad irritandū simplices conscientias, sed modis omnibus abigendus.

De victu quoque diligenter querendum.

Et si vt interdum fieri solet, fatuis superstitionibus teneantur, illæ cautè animis earum eximendæ sunt, inflammandæ ad verum Dei cultum & viam charitatem. Qua sine, ea monasteria non Dei, sed eius quem prohibeat Deus, domus sunt. Ante omnia verò diligenter examinabitur is qui monialibus à cōfessionibus est. Qualem hunc esse oporteat declarat articulus 8. sub titulo de vita & cōuersatione monast. instruendusque est in omnibus fermè articulis qui pa- rochum concernunt, præsertim qui penitentia sacra- mentum respiciunt. Qui si vel leuiculus vel vitæ minus inculpatæ vel ineruditus, breuiter ad munus cui præfectus est, inidoneus fuerit, repellatur, & ali- usidoneus in locū suū surrogetur, ad nos referatur.

*De visitatione domorum militum Teuthonicorum S. Ioannis & Antonitarum.*

**H**ic multa reformatione opus est quam articu- lus. 13. sub titulo de vita & conuers. monast. breuiter comprehendit vbi ad visitationem ventum erit cætera occurrent.

*De visitatione Parochialium ecclesiarum.*

**H**ic opus hic labor est, hic multa sollicitudo ad- hibenda. Ars enim artiū ac scientia scientia- rum cura animarum optimo iure dicitur.

Quemadmodum aduentus visitatorum prænun- ciandus sit aliquot antè diebus, &c. quæ ad conuo- cationem Cleri & plebis pertinet, deinde qualis ha- benda post Missam ad populum concio supra dixi- mus. At reliqua ordine infra scripto procedatur.

*De visitatione Clerici qui in Parochiis est.*

**C**um ad parochiam acceditur, priori die ad sa- cristiam Parochus cum presbyteris ac cleri- cis eius loci conuocabuntur.

**Q**uibus accitis & congregatis post concionē in primis diligenter & exerte totus titulus de officio priuato ac publico, vitæque ac mo- ribus clericorum generatim prælegatur, & sicubi vi- sum fuerit, lati⁹ explicetur. Nā hic respicit omnium clericorum ac sacerdotum vitam & conuersationem.

**P**ostea Parochus seorsum prælegendus est ti- tulus de parochiis ac eorum vicariis, aliisque verbi ministris. Item titulus, Qui admittendi, vsque ad articulum sextum. Idem titulus De vi- ta & moribus Parochorum vice speculi, in quo suos erratus contemplantur. Deinde totus tit. de dissemi- natione verbi. Præterea, integer titulus de admini- stratione sacramentorum.

Postremò, totus titulus de constitutionibus ac cō- suetudinibus ecclesiasticis. In his enim tribus proxi- mis titulis Parochorum officium dilucidè explica- tur.

Quo facto ex ordine clericorum dabuntur ali- quot viri graues. His summaria prædictorum titulo- rum distinctè relegentur, ac super singulis interro- gentur, num omnes clerici illius parochiæ secundū eorundem articulo- rum normam sua studia & vitam instituerint.

**D**einde, num Parochus ad eum modum vi- uat, verbum Dei disseminet, sacramenta ad- ministrat, ac ritus ecclesiasticos populo de- clarat ac obseruet, vti articuli ex ordine præscribunt, & præsertim an populum in priuatis confessionibus, & subinde ex suggesto symbolum fidei, orationem dominicam, salutationem angelicam, decem præ- cepta, & sacramenta ecclesiæ edoceat.

Examinandus quoque super formis sacramenta- libus, & ritu sacramenta ministrandi.

Item de lectione precum horariarum.

**Q**uod si hic vel in clericorum & parochi vitæ cor- ruptio, vel in officio cessatio comperitur, so- lerti cura defectus supplicetur, & excessus cor- rigantur, idque in spiritu lenitatis: non omittenda ta- men interim virga disciplinæ in publicè criminosos & proteruos, qui scandalo sunt domui Israel, & pro- pter quos blasphematur doctrina Christi, sic vt tales è medio tollantur, aut suspendantur, donec resipue- rint aliis in eorum locum suffectis. Idem putamus necessarium vbi parochi omnium literarum inexper- ti, & præsertim tam ignari vt summā religionis nos- træ minimè callere reperti fuerint, qui ad scholas re- mittantur.

Potissimum autem visitatores nostri interroga- tionibus illis quæ 10. 11. 12. 13. 14. 15. ac 16. articulis sub titulo de visitatione ac synodis Episcopalis, Ar- chidiaconibusque continentur, insistent.

Vbi visum fuerit visitatoribus nostris & præ tem- poris penuria integrum, poterint semel parochū ex suggesto ad populū audire concionantē. Nā ex vna concione satis superque percipient, quid crepet fi- delia.

**I**n sedibus Archipresbyteralibus, Archipresbyte- ris, præter articulos istos omnes, qui ipsos vt pa- rochos, imò parochorum & presbyterorum pa- tres respiciunt, proponendi sunt articuli 19. & cæteri sub titulo de visitatione. & synod. &c. vsque in finē quoniam illi obseruationem synodorum ruralium respiciunt, ad quos articulos deinceps suas synodos exigent.

Præterea Archipresbyter iseu Decani isti rurales scire debent se vocatos in partem sollicitudinis Epi- scopalis, propter ea debent esse vigiles, & diligenter respicere, vt intra limites suorum Decanatum per omnes parochos, presbyteros ac clericos, secundū formam ecclesiasticam ac Concilij nostri prouincia- lis doceatur ac viuatur. Quod si compererint alicuius parochi doctrinam & verbi prædicationem de hæresi aut nouatione suspectam, aut vitam probro- sam, eundem ad se aduocabunt, & præcedente cor- reptione fraterna monebunt, vt à tali vel doctrinæ, vel vitæ impuritate desistant, ac rectam viam carho- licæ fidei, pietatis ac charitatis inambulent. Quod si hic pernicax esse malit, præsertim quod ad impurita- tem doctrinæ attinet, debet hoc ipsum Decanus ruralis ad visitatores nostros, aut nos scripto referre vt apponamus securim ad radicem.

Præterea simul omnibus proponuntur articuli 6. 7. 8. 9. & 10. sub titulo de iurisdictione ecclesiastica

cōtentiosa, vt sciant quam pœnā expectare debeant delinquentes, vtque testamenta suorum confratrum approbari atque exequi procurent. Vt si quos sciant testamenta suppressisse, aut minime executos fuisse, illos reuelēt. Item instruantur super votis solennib⁹ & non solennibus, super impedimentis contrahendi & contracti matrimonij. Interrogādi quoque de iure patronatus ecclesiæ quo pacto sint in ecclesia instituti sacerdotes, de iure patroni quod sibi in ecclesia vendicat, De foundationibus vicariorum, aut officiorū perpetuorū, nū supprimantur, nū diuinus cultus iuxta piam voluntatem volūtatem peragatur.

Item quærendum de damnata illa dispensatione, quam percipimus in usu esse sacerdotibus ruralibus fornicariis, qui sibi mutuo permittunt sacra mysteria celebrare etiam non confessis, donec iterū conueniant, & suam, si ita dici mereatur, absolutio- nem rursus mutuo impartiunt. Quem morem vt execrabilem damnamus. His inculcandum est, Deū nō impune irideri & quod tanta mysteria celebrēt & corde & manibus pollutis in iudicium, & condemnationem. Quod spe veniæ peccant, id quod nō procul est à peccato in spiritum sanctum. Item quod Paulus ad Ephē. ait: Hoc scitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immūds aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Nolite effici participes eorum, & cætera eiusmodi quæ tales præuaricatores ad pœnitentiam commouere possint.

Si qui reperiantur clerici aut sacerdotes qui exorcistarum officium assumunt, diligenter examinandi sunt & instruendi, vt vel desistant à superstitione, vel officium rectè gerant.

*De oratoris in parochia constitutis.*

Quærat de fundatore, ad quos spectet pœnitentia, institutio ac confirmatio rectoris, cuius autoritate Oratorium erectus sit, de conditione rectoris de officio cui astringitur, illi secundum formam foundationis satisfaciatur, ac id gen⁹ similibus.

Diligenter quoque prospiciendum est, vbi imagines positæ sunt, ad quas supersticiosius concurritur, vt populus doceatur, de vera ac sincera imaginum veneratione, ne superstitionis reus fiat. Quod si tantus est abusus, ad sublationem etiam contra scandalum tū procedendum erit.

*De visitatione populi.*

Post Missam & concionem ad modum superscriptum habendam, quum viri aliquot honestissimi delecti fuerint.

*Interrogabuntur absque exactione iuramenti.*

Nam omnes parochiani rectè instituti sint in articulis fidei, decem præceptis, oratione dominica ac cæteris prædictis populi Christiani rudimentis, nū omnes diebus dominicis ad parochiam conueniant audituri Missam parochialem & prædicationē Euangelij Dei. Num exeant ante finitum sacrum & sermonem quod fieri non oportet. Num fabulentur in ecclesiis vel cæmeteriis sub sacro, An semel in anno saltem confiteantur & sacro sanctam Eucharistiam percipiant.

Interrogabuntur de vita, moribus ac conuersatione laicorum, de crimine ac vitiis publicis quibus potissimum plebs est infecta, vt pro qualitate morbi salubris medicina adhiberi possit, idque per salu-

bria monita, nunc leuia, nunc aspera, iuxta datam Visitationibus nostris à Deo prudentiam.

Et præsertim rogabuntur, num quempiam in parochia hæreticum, schismaticum, aut ea de re suspectum. Item, an cōuētula in domum aliquam, an prædium, agrum, aut alium locum fieri sciant, An taliū receptores, fautores, defensores ac ministros, maxime Anabaptistarum & Sacramentariorū nouerint. Num sint qui nouam religionem introducere satagent.

Num sint in parochia publicè criminosi, velur blasphemii, incesti, adulteri, homicidæ, sacrilegi, coniuratores seu conspiratores, vsurarij, ebriosi, solennes ferias non seruantes, ecclesiæ laudabiles ritus, veluti ieiunia indicta & id genus alias pias ceremonias contēnētes, decimas denegātes, seu similia crimina, quæ ecclesiastici aut mixti fori sunt cōmittentes.

Qua inquisitione facta, Visitatores facillè intelligent, quæ publicè concionando & priuatim admonendo, reprehendere, corrigere & reformare debeant, accommodaturi sermonem, personis, rebus, tēpori, & loco, dispensaturique sermonem, secundum captum auditorum & diligentissimè expensuri, qua via correctioni rectius consulatur.

Quod si quos in hæc enormia crimina sæpius relapsos compererint hos publicam pœnitentiam subire compellant. Nam hoc est vnicum remedium, quo ecclesia sordibus istis expurgabitur. Poterunt isti integriores viri ex laicis dilecti de moribus & vita parochi ac clericorum interrogari, præsertim de auaritia & luxu, & quæ illis vitiis adhærent, & præsertim an alexu lusu perditu, an in tabernis desideant, an ebriosi, maledici, contentiosi, pugnaces seu percussores sint.

Item de officio eorum, an illo rectè fungantur, an res ecclesiæ spirituales & corporales seu exteriores rectè administrant.

Tamen hic visitatores cum quid sinistrum de clericis ex laicorum delatione intellexerint, non statim excandescant, sed in spiritu lenitatis clericos delatos instruant, res incognitas nemini imputantes. Nec facillè credentes. Nam ipsorum credulitas probabilis erit, & ex veris signis colligenda: gaudere enim non debem⁹ in infamia subditorum. Proindeque Visitatores nostri non dicant ad promiscuum populum. Vt si quisaliquid de rectore aut clericis sciat, id vt dicat, cum laicorum accusatio in clericos non facile audienda sit, multominus incitanda, sed tantum vt diximus, cum aliquib⁹ delectis bonis, prudentibus, honestis & fide dignis viris de parochia de his inquirere debent. Chartulas autē quas passim leues laici aduersus suos parochos clanculū offerre ac porrigere solent, non facillè recipient.

Quod si offerantur, inquirent an delatus de eius cõmodi crimine publicè diffamatus sit. Quod si delator affirmare non ausit, imponant ipsi silentium. Sin affirmat, quærat vnde nam id sciat. Quod si dicat se audiuisse, quærat à quibus & quot propter enim dicta paucorum non debet quisquam infamatus reputari. Quærat etiam à quibus audiuit. Num à maleuolis, maledicis, aut vilib⁹. Nam eo casu ad inquisitionem procedant. Quod si clericum infamatum de crimine reperiant, accito illo narrabunt, quid de ipso fama prædicet, & acri modestia obiurgabunt eum, tamen se ipsi in præsentiarū partituros, nec se canonicæ disciplinæ seueritate erga eum vsuros,

vsuros, tantum videat ne posthac talia committat, quibus in eandem suspensionem veniat. In corruptione enim, sicut sæpè diximus, potissimum adhibenda est benignitas. Quod si infamia tanta fuerit, vt meritò ob enormitatem criminis inquirendū videatur. Tum id visitatoribus nostris etiam solenniter fieri licebit. Præmittit tamen præfatiunculam quādam, qua officij sibi commissi necessitatem declarabunt, in hūc vel similem modum: Deus omnipotens qui est scrutator cordium & renum, & ante cuius oculos omnia aperta ac nuda sunt, vt nos à precipitandæ sententiæ prolatione cōpesceret, non antea voluit contra Gomorrhæos sententiam damnationis ferre quàm cognosceret de his quæ publicit⁹ per illos scelestissimè committebantur. Vnde (ait) descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Quod Christus in parabola de villico confirmat. Is enim licet esset diffamatus apud Dominum quasi dissipasset bona illius, tamen non est damnatus in auditu, sed accessit eo, Dominus dixit: Quid audio de te? redde rationem villicationis tuæ. Hæc Dei & Christi monita, insequentes, licet pleraque à pluribus fide dignis & idoneis personis de te mala referantur, quæ etsi urgente conscientia & officij cōmissi necessitate, non poterimus nec debemus dissimulare: Ea tamen vera esse cum hætenus nobis comprobatum non fuerit, & proinde necdum nos ad te condemnandū promouerint, aduersus te canonicè inquiremus.

Actum articulis confectis super diffamatione criminum solenniter inquirent, in qua solenni inquisitione licebit Visitatoribus cū oportunum esse viderint exigere iuramentum de respondenda veritate.

Post hæc de victu & sustentatione Parochorū diligenter inquiretur. Idque secundum decreta sub titulo de victu Parochorum posita.

Maximè autem videbunt Visitatores, non expediat vt vel duæ Ecclesiæ Parochiales vniantur, aut vicariæ seu officia aliqua Ecclesiæ Parochiali incorporentur.

Item diligenter de Decanis interrogabunt. Et quo pacto ille sint parochialib⁹ ecclesiis detractæ. Quod si iniuste factum comperietur, studeat modis omnibus vt ecclesiæ in pristinum statum reuocentur aut ad nos referant.

Vbi parochiæ sunt incorporatæ vel collegiis vel monasteriis. Si compererint portionem vicario perpetuo relictam nimis exilem esse, eandem ex collegij vel monasterij redditibus augebunt ac tantum assignabunt, vt rector iura episcopalia soluere & congruam sustentationem habere possit, aut ad nos referant.

Item à prouisoribus ecclesiæ inquirent, an ecclesiæ redditus iuxta foundationem ac aliàs debitè dispēsent. Num damnum fiat in diuini cultus rectoris ac aliorum ministrorum præiudicium ac detrimentum ac in fraudem piarum voluntatum.

Item de solutione decimarum, de oblationibus ac cæteris interrogandi quæ videbuntur opportuna.

Et in primis inculcandus articulus vltimus sub titulo de victu Parochorum, & ad oblationes aliàs faciendas ex scripturis (quæ victum pastori suppeditari iubent) cohortandi sunt.

Articulus quoque postremus sub titulo de constitutionibus & consuetudinibus ecclesiasticis, qui de

fraternitatibus est, commemorabitur, & fraternitates ad normam illius articuli post hac exigentur.

*De visitatione hospitalium.*

Magistris hospitalium omnes articuli sub titulo de hospitalibus diligenter proponentur declarabunturque cum feruenti admonitione, vt post hac illis obsequantur.

Quærat, qui sint patroni, qui prouisoires hospitalis, an hospitalarius ibi à patronis institutus sit à quo, & an ab Ecclesiastico prælato confirmatus, an res & bona hospitalis incuria hospitalarij deterior reddantur aut intereant. An luxu ipsius aut aliàs minus rectè dilapidentur, distrahantur, subtrahanturque, An infirmis quod ipsis ex institutione hospitalis debetur, præstetur.

De lectis, fulcimentis ac aliis huc pertinentibus etiam perquiretur. An magister hospitalis erga infirmos ac debiles mitis sit ac misericors, an potius durus ac seuerus.

De ecclesiastico rectore hospitalis diligenter quærendum quis ille sit, an ritè præsit docendo & sacramenta egenis ministrando.

Speciatim quoque de prouisione hospitalium quæ ad ecclesias collegiatas pertinent videndum, quomodo pauperes procurentur, à quibus instituuntur. Qui sint prouisoires, an reddatur calculus, & cui.

*De visitatione templorum & aliarum sacrarum adium, quod ad exteriorem faciem attinet.*

In primis locus vbi venerabile sacramentū corporis & sanguinis dominici, ac sacrum chrisma conseruatur ac reponitur inspicendum est, qui debet esse nitidus, purus, ornatus & obseruatus, an sacramenta illa suis debitis temporibus renouentur. Quærendum, an lumen ante hunc locum perpetuo ardeat, quod secundū Canones fieri oportet ad designandum quod ibi corpus eius reconditum sit, qui est candor lucis.

Deinde baptisterium inuisendum, in quo regentur infantes an mundum & clausum retineatur. Nec est prætermittendus reliquiarum locus. Altaria insuper & capellas inspicat, & per totam ecclesiam seu templum oculis discurrat, visurus num omnia munda & nitida seruentur.

Deinde iuxta articulum vltimum sub titulo de metrop. Cathed. & colleg. ecclesiis videndum est de ablu- tione corporalium, aliarumque palliarum.

Et in primis de Sacrista seu Custode inquirendum est. Num officio suo rectè præsit, num redditus illi qui huic officio deputati sunt ad reformationem ornamentorum, aut pecunia illa quæ à nouitiis Canonicis pro ornamentis exigitur rectè & vtiliter expendatur, An singulis annis legalis calculus & computus fiat. An habeat inuentarium de omnibus capsulis ac thecis reliquiarum ac aliis ornamentis receptis, An paratus sit inuentariū tradere, & de omnibus reddere rationem.

Item Visitatores faciant ad se adferri ornamenta, eademque explicari quo negligentia ministrorum deprehendatur, inspicenda Missalia, Gradualia, Antiphonalia, ac cæteri libri ex quibus succinitur, num integri seruentur.

Quærdum an res & bona ecclesiæ indebitè alienentur an hypothecentur, an ad tempus, aut perpetuò locentur, & quorum consensu id fiat, an dilapidentur seu dissipentur, an mobilia distrahantur. Postremo eundem est ad ædes seu domos virorum ecclesia-

clesiasticorum. Et curandum vt domus ruinam minantes erigantur, vt quæ prolabantur in statum deteriorum, restaurentur ac reformentur. Quod in primis vt fiat in domibus parochialibus, quas dotales dicimus, curandum est.

Videndum etiam vt supplex ad perpetuum vsu Parochi, seu alterius ecclesiæ ministri, destinata, salua substantia manente vsui seruiat præsentis Rectoris & successoris tradatur eadem lege custodienda.

Vtile fore putamus vt in singulis ecclesiis duo libri conficiantur sigillandi, aut per notarium signandi. In quorum altero scribantur. In primis bona immobilia ipsius ecclesiæ, per vocabula, confines, quantitatem ac mensuram pro ratione loci vbi fit visitatio. Subinde bona mobilia in altero scribantur, decimæ ac reliqui census ad quos soluendos Parochiani obligantur, & annotentur non soluentes, quod multum fecerit pro conseruatione rerum & bonorum ecclesiasticorum.

*Generale.*

**V**bi solæ Archipresbyterales sedes inuisuntur ibi quæ oculis subiici non possunt ea per archipresbyteros ex Visitorum nostrorum mandato deinceps agentur, qui & de omnibus ipsis Visitoribus referent, vt vel ipsi prospiciant vbi reformatione opus est, vel per eos ad nos relatio fiat.

*In discessu quid agendum.*

**S**i ecclesiam aut parochiam inuenerint, vbi nec doctrinæ insinceritas, nec morum turpitudine dominantur publicitus. Inter valedicendū ex suggesto, aut alioqui in conspectu concion. Deo gratias agat, ac exhortentur cæterū, vt de virtute in virtutem procedat. Nam hoc ipsum alacritatē, & calcar ad virtutem addet hominibus bonæ volūtatis. Nam & ethnicus poeta dixit: Virtus laudata crescit.

Si multa correctione digna competerint ad pœnitentiam omnes cohortentur, & ad fructū pœnitentiæ dignos. Paulus vbiq; copiosam subministrat materiam neque incommodum argumentum ex cap. 5. ad Ephe. desumi poterit. Erratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate, probantes quid sit beneplacitū Deo, & nolite communicare operibus infructuosus tenebrarū. Et cætera quæ sequuntur.

*De scholis, Typographis ac Bibliothecis visitandis.*

**S**cholæ ac Bibliothecæ diligenter visitandæ sunt iuxta Decretorum sub titu. de scholis Typographis ac Bibliothecis, tenorem.

Academix nostræ Colonien. restaurationē ex animo cupimus, sed quoniam res ad multos pertinet, & vt sunt in vniuersitate multa capita, ita multi sensus, libenter audiemus ab eis quo pacto ipsi putent, publicis studiis subueniendum, faciemus nos deinde quod principem decebit.

Cætera scholæ tam apud Collegiatas quàm parochiales ecclesiis diligenter repurgandæ sunt, lectioes in bonis literis; in sacris quoque præscribendæ sunt, didascalici quod ad eruditionem & vitā attinet diligenter examinandi, simul & eorum libri inspiciendi, qui si suspecti ac nothi fuerint, abiiciantur.

Vbi de stipendio satis prouisum non erit, ad modum in Concilio præscripto provideatur.

Cætera, Visitatores pro ipsorum circumspectione & prudentia à Deo data disponent.

**SCIENTERROGATIONES 88 FACIENDA**  
*in visitatione desumptæ ex Burchardo lib. 1. que huic loco inserta sunt, vt extam multis, possit visitator, eas qua ad rem suam erunt accommoda.*

**E**st in hac parochia homicida, qui hominem aut spontanea voluntate, aut cupiditatis, aut rapacitatis causa, aut casu, aut nolens, aut coactus, aut pro vindicta parentum, aut in bello, aut iussu Domini, aut proprium seruum occiderit?

*Interrogatio 2.*

Est aliquis parricida, aut fratricida, qui patrem, matrem, sororem, fratrem, auunculum aut aliquem parentum interfecerit?

*Interrogatio 3.*

Est aliquis qui presbyterum, aut diaconum, aut aliquem clericorum occiderit, vel aliquo membro detruncauerit?

*Interrogatio 4.*

Est aliquis vel aliqua, qui infantem propriū oppreserit, vel vestimentorum pondere suffocauerit, & si hoc factum est ante baptismum, aut post baptismum aut si infans infirmatus per negligentiam parentis absque baptismo obierit?

*Interrogatio 5.*

Est aliquis vel aliqua qui alterius partum excusserit, vel si ipsa fœmina propria voluntate suum partū vel conceptum excusserit, & abortiuum fecerit?

*Interrogatio 6.*

Est aliqua fœmina qui in fornicatione concipiens, timens ne manifestaretur, infantem proprium aut in aquam proiecerit, aut in terra occultauerit quod morth dicunt?

*Interrogatio 7.*

Est aliquis qui vxorem suam absque lege, aut certa probatione interfecerit?

*Interrogatio 8.*

Est aliqua fœmina quæ virum suum, vel aliquem hominem per herbas venenatas, vel mortiferas potiones interfecerit, vel alium hoc facere docuerit?

*Interrogatio 9.*

Est aliquis vel aliqua qui hoc fecerit vel alium facere docuerit, vt vir non possit generare, aut fœmina concipere?

*Interrogatio 10.*

Est aliquis qui proprium seruum extra iudicem occiderit, & aliqua fœmina qui ancillam propriam necauerit, furore zeli inflammata?

*Interrogatio 11.*

Est aliquis qui diabolo impellente semetipsum occiderit?

*Interrogatio 12.*

Est aliquis qui in bello publico homines vulnerauerit, & nescit si de illo vulnere aliquis perierit? Est si alicui imputatur, quod hominem occiderit, & ipse hoc denegauerit?

*Interrogatio 13.*

Est aliquis qui in consilio fuerit vt homo interficeretur & non fuit in facto, & tamen per eius consiliū & exhortationem interfectus est?

*Interrogatio 14.*

Est aliquis qui truncationes manuum, pedum, linguæ & testiculorum fecerit, & oculos alterius eruerit?

*Interrogatio 15.*

Est aliquis coniugatus, qui cum alterius vxore adulterium

ulterium perpetravit, vel vxor cum alterius viro?

*Interrogatio 16.*

Est aliquis vxorem habens qui concubinam simul habuerit ancillam propriam, aut aliam fœminam?

*Interrogatio 17.*

Est aliquis qui vxorem legitimum dimiserit & alteri se coniunxerit, & aliam in coniugium acceperit?

*Interrogatio 18.*

Est aliqua mulier quæ virum proprium dimiserit & alteri se coniunxerit?

*Interrogatio 19.*

Sunt aliqui interueniente repudio, qui ab iniuicem sunt separati, & sic manent?

*Interrogatio 20.*

Est aliquis qui absque consensu vxoris derelicto legitimo coniugio in monasterium intrauerit?

*Interrogatio 21.*

Est aliquis qui suam coniugem quamuis culpabilem sine episcopi iudicio reliquerit?

*Interrogatio 22.*

Est aliqua mulier quæ conscio viro suo fornicata fuerit?

*Interrogatio 23.*

Est aliquis vxore carens qui cum alterius coniuge fornicatus fuerit: aut si qua mulier non habens virū cum alterius marito?

*Interrogatio 24.*

Est aliquis non habens vxorem, qui cum fœmina quæ virum non habet fornicatus fuerit?

*Interrogatio 25.*

Est aliqua laica virgo quæ mœchata fuerit cum adulescente?

*Interrogatio 26.*

Est aliquis qui desponsatam puellam non duxerit & fidem sponsaliorum fregerit?

*Interrogatio 27.*

Est aliquis qui alterius sponsam rapuerit, & sibi sociauerit?

*Interrogatio 28.*

Est aliquis qui quancunque fœminam virginem aut viduam per raprum traxerit & sociauerit sibi in matrimonium: est si aliqui sunt qui in hoc consentientes & adunantes fuerint?

*Interrogatio 29.*

Est aliquis qui cum Iudæa vel si Iudæus, vel paganus cum aliqua Christiana mœchatus fuerit?

*Interrogatio 30.*

Est aliquis qui sanctimoniam, vel viduam Deo sacratam rapuerit & in coniugium sumpserit, vel ipsi consentientibus cum eis fornicatus fuerit?

*Interrogatio 31.*

Est aliquis qui viuente marito, coniugem illius adulterasse accusatur, & eo in proximo defuncto eandē sumpsisse dignoscitur?

*Interrogatio 32.*

Est aliqua mulier quæ dicat quod vir eius nō possit cum ea coire, & ob hanc causam disidium querit, & alium virum velit accipere?

*Interrogatio 33.*

Est aliquis qui cum cōmatre spiritali mœchatus fuerit, vel eam in matrimonium acceperit: similiterque cum filiola quam ex sacro fonte susceperit, aut ante episcopum tenuit?

*Interrogatio 34.*

Est aliquis qui propinquam & consanguineam suam in matrimonium accepit, aut cum ea fornicatus est?

*Interrogatio 35.*  
Est aliquis qui irrationabiliter, id est, cōtra naturam cum masculis & mutis miscetur animalibus.

*Interrogatio 36.*

Est aliqua mulier quæ lenocinium fecerit?

*Interrogatio 37.*

Est aliquis qui in sua domo consentit cum propriis ancillis, vel genitariis suis adulteria penetrari?

*Interrogatio 38.*

Interrogandum si aliquis fur, aut sacrilegus sit in eadem plebe, qui ecclesias Dei infregerit, vel aliquid de ecclesia furatus sit aut publice rapuerit, vel latenter furripuerit, aut si aliquid rapax & raptor & damnator ecclesiæ Dei est?

*Interrogatio 39.*

Interrogandum si aliquis periurus sit, aut si sciens & pro cupiditate terrena peierauerit: & si nesciens, aut si coactus iussu senioris aut pro membris aut pro vita redimenda: aut si aliquis scienter non solum peierauerit, sed etiam alios in periurium duxerit?

*Interrogatio 40.*

Interrogandum si aliquis scienter contra aliquem falsum testimonium protulerit, & quale damnum aliquis per hanc testificationem habuerit?

*Interrogatio 41.*

Interrogandum si aliquis hominem liberum aut seruum alterius, aut peregrinum, aut aduentitium furatus fuerit, aut eum blandientem seduxerit & vendiderit, & extra patriam in captiuitatem duxerit, aut si aliquis Iudæo vel pagano Christianum mæcipium vendiderit, aut si ipsi Iudæi Christiana mæcipia in suo seruitio habeant, vel vendant?

*Interrogatio 42.*

Interrogandum si aliquis sit magus, ariolus aut incantator, diuinus aut sortilegus: vel si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides faciat, aut ibi candelam seu quodlibet munus deferat veluti ibi quoddam numen sit quod bonum, aut malum possit inferre?

*Interrogatio 43.*

Perscrutandum si aliquis subulcus, vel bubulcus siue venator vel cæteri huiusmodi diabolica carmina dicat super panem, aut super herbas aut super quædam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abscondat, aut in biuio, aut in triuio proiciat, vt sua animalia liberet à peste & clade & alterius perdat?

*Interrogatio 44.*

Perquirendum si aliqua fœmina sit quæ per quædam maleficia, & incantationes mentes hominum se immutare posse dicat, id est vt de odio in amorem, aut de amore in odium conuertat, aut bona hominum, aut damnet aut furripiat? Est si aliqua est quæ se dicat cum dæmonum turba in similitudinem mulierū transformata certis noctibus æquitare super quædam bestias, & in eorum consortio annumeratam esse?

*Interrogatio 45.*

Interrogandum si aliquis sanguinem morticinum aut dilaceratum à bestia comederit?

*Interrogatio 46.*

Est aliquis qui iurauit quod Deo contrarium est vt fratri nunquam reconcilietur, quod est peccatum vsque ad mortem?

*Interrogatio 47.*

Est aliquis qui bibit de liquore in quo mustela, vel mus siue aliquod immundum animal necatum est?

*Interro-*





Interrogatio 48.

Est aliquis qui ieiunium quadragesimale, vel quatuor temporum siue letanie maioris, vel rogationum, siue indictum ab episcopo ieiunium pro quacunque plaga non obseruauerit?

Interrogatio 49.

Est aliquis qui bibit aut manducauit aut portauit super se quo existimauerat se Dei iudicium peruertere posse.

Interrogatio 50.

Est aliquis qui in Calendas Ianuarij aliquid fecerat quod a paganis inuentum est, & dies obseruauit, & lunam & menses, & horum effectiua potetia aliquid sperauerat in melius aut in deterius posse conuerti?

Interrogatio 51.

Est aliquis quodcunque opus inchoans, qui aliquid dixerat, aut quacunque magica arte aliud fecit, nisi ut Apostolus docet omnia & in nomine Domini facienda? Neque enim demones in nostrum adiutoriū debemus inuocare, sed Deum in collectione similiter herbarum medicinalium, symbolum & orationē dominicam dicere oportet & nihil aliud?

Interrogatio 52.

Quærendum etiam si mulieres in lanificiis suis, vel in ordiendis telis aliud dicant, aut obseruent nisi ut supra dictum est, omnia in nomine Domini?

Interrogatio 53.

Est aliquis qui oblationes, id est eleemosynam paratum defunctorum iniuste retineat?

Interrogatio 54.

Est aliquis qui supra mortuum nocturnis horis carmina diabolica cantaret & biberet, & manducaret ibi, quasi de eius morte gratularetur, & si alibi mortui in vigiliis nocturnis nisi in ecclesia custodiatur?

Interrogatio 55.

Est aliquis qui non communicet vel tribus temporibus in anno, id est in Pascha, Pētecoste, & natali domini nisi pro mortiferis criminibus, & episcopi vel sacerdotum iudicio, à communione fuerit remotus?

Interrogatio 56.

Est aliquis qui in die Dominica vel in præcipuis festiuitatibus, quicquam operis faciat: & si ad matutinas & ad missam, & ad uesperas, his diebus impretermisse omnes occurrant?

Interrogatio 57.

Est aliquis excommunicatus qui pro nihilo duxerit excommunicationem: & si aliquis cum excommunicato communicauerit?

Interrogatio 58.

Est aliquis qui modum pœnitentiæ sibi iniunctum nō custodierit?

Interrogatio 59.

Est aliquis qui patrem aut matrem inhonorauerit, aut percusserit, aut maledixerit?

Interrogatio 60.

Est aliquis qui vomitum post acceptam eucharistiā per ebrietatem fecerit?

Interrogatio 61.

Est aliquis qui suam decimationem Deo & sanctis eius retraxerit?

Interrogatio 62.

Est aliquis tam peruerus & Deo alienus ut saltem dominica die ad ecclesiam non uenerit?

Interrogatio 63.

Si porcarij & alij pastores Dominica die ad ecclesiam non ueniant & missas non audiunt similiter in aliis

festiuitatibus?

Interrogatio 64.

Est aliquis qui ad confessionem non ueniret, uel una vice in anno, id est in capite quadragesimæ, & pœnitentiam pro peccatis suis non suscipere?

Interrogatio 65.

Est aliquis qui ebrietatem assiduam sectetur Apostolo dicente, neque enim ebriosis regnum Dei possidebunt?

Interrogatio 66.

Est aliquis qui contempto suo presbytero in alia parochiam iret ad ecclesiam, & ibi communicaret, & suam decimam daret?

Interrogatio 67.

Inquirendum de mendicis, qui per parochiam discunt: & unusquisque pauperem de familia sua pascat?

Interrogatio 68.

Interrogandum si in unaquaque plebe decani sint per villas constituti uiri ueraces, & Dominum timentes, qui ceteros admoneant, ut ad ecclesiam pergant, ad matutinas ad missam & ad uesperam, & nihil operis in diebus festis faciant & si horum quisquam transgressus fuerit, statim presbytero annuncient, similiter de luxuria & omni opere prauo?

Interrogatio 69.

Est aliquis qui bannum episcopi, aut presbyteri sui, & excommunicationem paruipendit?

Interrogatio 70.

Perquirendum si parochiani presbytero suo debitum honorem impendant, aut si est aliquis qui eum uerbo uel facto inhonoraret, & eius monita sperneret?

Interrogatio 71.

Est aliquis qui peregrino, aut uiaiori hospitium contradixerit?

Interrogatio 72.

Inquirendum est quas festiuitates colant?

Interrogatio 73.

Interrogandum si patrini filioliis suis symbolum & orationem Dominicam insinuent aut insinuare faciant?

Interrogatio 74.

Perquirendum si 4. aut 5. uel plures interfecerint hominem?

Interrogatio 75.

Est aliquis qui contradicitur episcopo aut eius ministris, nec coloni aut serui pro commissis criminibus uirgis nudi cedantur?

Interrogatio 76.

Interrogandum si aliquis peregrinum, qui de sua patria propter paganorum infestationem, uel persecutionem fugit, hac de causa quia in domo eius manet, & diebus aut annis loco mercenarij illi seruiuit pro proprio seruo uelit habere, & uendere, aut dare alicui præsumat?

Interrogatio 77.

Est aliquis qui iniusta mensura suam annonam, aut uinum uendat, quum Dominus dicat æquus sit tibi modius, & æquus sextarius?

Interrogatio 78.

Denunciandum etiam quam magnum piaculum sit usuras exigere, & de alieno fœnore uelle ditescere, & quod sacri canones tales ab ecclesia ciuici præcipiant?

Interrogatio 79.

Est aliquis qui propter cupiditatem Iudæum uel paganum interfecerit?

Interro-

Interrogatio 80.

Est aliquis insanians qui aliquem hominem occiderit?

Interrogatio 81.

Est aliquis qui arborem succideret, & dum opere necessario insisteret aliquis subtrus arborem deueniens improuise opprimeretur?

Interrogatio 82.

Est aliquis qui coniurationes & conspirationes sectaretur?

Interrogatio 83.

Est aliquis qui ecclesiam aut clericum fatigare præsumpsit?

Interrogatio 84.

Inquirendū de refugis, & perfidis clericis & laicis?

Interrogatio 85.

Percontandum de confratris & fraternitatum societatibus qualiter in parochia agantur?

Interrogatio 86.

Interrogandum si cantica turpia & risum mouentia, aliquis circa ecclesiam cantare præsumat?

Interrogatio 87.

Perquirendum si aliquis ecclesiam intrans fabulis vacare consueuit, & non diligenter auscultat diuina eloquia, etsi antequam missa finiatur, de ecclesia exierit?

Interrogatio 88.

Interrogandum si oblationem, id est panem & uinum uiri & femine ad missas offerant, etsi non uiri coniuges offerant, pro se suisque omnibus ut in canone continetur?

33 CANONES CONCILII Remensis.

Remi ciuitas est metropolis Campanie in Gallia, qua cum alijs rebus commendatur tum uel maxime hoc nomine quod in ea duo concilia celebrata sint eodem sermone tempore, Benedicto septimo dignitatem pontificiam tenente.



Erueit ad notitiam nostram, quod quidam presbyteri intantum paruipendant diuina mysteria, ut laico, aut femine sacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis, & quibus prohibetur ne sacrum ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis sancta sanctorum committuntur. Quod quam sit horribile, quam detestabile omnium religiosorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia synodus, ne talis temeraria præsumptio ulterius fiat, sed omnimodis presbyter per semetipsum communicet. Quod si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit.

Sunt in quibusdam locis scoti & alij erronei, qui se dicunt episcopos esse, & multos negligentes absque licentia dominorum siue magistrorum, presbyteros & diaconos ordinant. Quorum ordinatione, quia plerumque in symoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subiacet, modis omnibus irritam fieri debere, omnes uero consensu decreuimus.

Authoritas ecclesiastica patenter admonet insuper & maiestas regia canonicæ religioni assensum præbet ut quemcunque ad sacros ordines & familiam propriam promouere ecclesia queq; delegerit, in præsentia sacerdotum canonicorum simul & nobilium

laicorum, eius cui subiectus subscriptione & manu missione sub libertatis testamento solenniter roboratur: idcirco ego Burchardus Deo annuente Vuormaciensis ecclesiæ episcopus, quendam ecclesiæ nostræ famulum, nomine Eberhardum, sacris ordinibus oblatum, ad altaris cornu, nobilium uirorum in præsentia, per hoc autoritatis testamentum statuo, ita ut ab hodierno die & tempore bene ingenuus, atque ab omni seruitutis vinculo securus permaneat, tanquam si ab ingenuis fuisset parentibus procreatus uel natus: eandem pergat partem, quamcunque uolens canonicè elegerit, ita ut deinceps, neque nobis neque successoribus nostris, ullum debeat noxiæ conditionis seruitium, sed omnibus diebus uitæ suæ sub certa plenissimaque ingenuitate, sicut alij qui sunt eiudem ingenuitatis titulum, bene semper ingenuus atque securus existat. Suum uero peculiare quod habet, aut quod abhinc assequi poterit, faciat inde secundum canonicam autoritatē libere quicquid uoluerit. Et ut hæc ingenuitatis pagina inuiolabilem obtineat firmitatem, manu propria illam roborauimus.

Ut nullus presbyter absque amictu, alba, & stola, Bur. lib. 2. & fanone, & casula uillatenus præsumat missam celebrare: & sacra uestimenta mundissima sint, & in nitido loco infra ecclesiam collocentur, nec unquam presbyter his indutus extra ecclesiam exeat: quia hoc lex diuina prohibet.

Ut omnis presbyter omnibus parochianis suis Bur. lib. 2. symbolum & orationem Dominicam, aut ipse insinuet, aut alijs insinuandum iniungat, & quom ad confessionem tempore quadragesimali ueniunt, hæc ab vnoquoque memoriter sibi decantari faciat, nec ante sanctam communionem alicui tradat, nisi hæc ex corde pronuntiare nouerit. Siquidem sine horum scientia nullus saluus esse poterit. In uero enim fides & credulitas, & fides Christiana continetur: in alio quid orare & petere à Deo debeamus, exprimitur. Quod sine fide nemo possit esse saluus, Dominus ostendit, quum dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Nullus autem credere potest quod nescit, nec audivit, ait enim Paulus: Quomodo credent eum quem non audierunt. Nec sola fides in corde sufficit nisi uerbis enuncietur: ut idem Apostolus testis est: Corde enim, inquit, creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Nullus autem de stoliditate sensus, uel tenuitate ingenij causetur: quia hæc tam parua sunt, ut nemo tam hebes, & barbarus sit, qui hoc discere & uerbis communibus pronuntiare non possit: tam magna, ut qui horum scientiam pleniter capere potuerit, sufficere sibi credatur ad salutem perpetuam. Illud etiam obseruandum, ut nullus suscipiat infantem in baptismo à sacro fonte, antequam idem symbolum & orationem Dominicam coram presbytero decantet: & tunc presbyter omnibus parochianis annunciet, quod debitores sint suis filioliis, quum ad intelligibilem ætatem uenerint hæc eadem insinuare.

Ancillas uel libertas à cellario uel secreto ministro Bur. lib. 2. rio, & ab eadem mansione in qua clericus manet placuit remoueri. cap. 114.

Ut nullus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico Bur. lib. 2. quicquam supra sacra uel supra sancta Euangelia iuraret, sed simpliciter cum puritate & ueritate dicat, est cap. 188. est, non non, sed si est aliquid quod eis à laicis obicitur, ad episcopum, in cuius territorio est, deferatur:

ratur: & iuxta id quod illi qui eiusdem sunt ordinis diudicauerint, aut corrigatur, aut expurgetur.

*Bur. lib. 3. cap. 44.* Vnusquisque presbyter ecclesia vna ad quam ordinatus est, contentus sit, & nullus in duabus ecclesiis ministrare præsumat.

*Ibid. c. 45.* Sicut in vnaquaque ecclesia presbyter debet esse, ita ipsa ecclesia quæ sponsa, vel vxor eius dicitur, non potest diuidi inter plures presbyteros, sed vnum tantummodo habebit sacerdotem, qui eam caste & synceriter regat. Vnde interdiximus, vt nullus præsumat ecclesiam inter duos vel plures diuidere: quia ecclesia Christi vxor & sponsa debet esse non scortum, sicut Calixtus papa testatur. Si quis iam translatus est ab vna ecclesia in aliam, nihil habeat commune cum priore siue sub ecclesia constitutis martyribus, siue in paræciis, siue in xenodochiis aut eorum negociis. Eos vero qui aucti fuerint post ordinationem huius magnæ & vniuersalis synodi agere quæ prohibita sunt: statuit sancta synodus cadere de proprio gradu. Aliud est transferri, atque aliud propria temeritate transire, illud Apostolica autoritate fieri licet: hoc vero omnibus modis prohibetur. Sicut autem duabus ecclesiis vnus præponi non debet ita nec vna ecclesia inter plures diuidi valet.

Statutum est vt vnaqueque ecclesia suum presbyterum habeat, vbi id fieri facultas prouidente episcopo permiserit.

*Bur. lib. 3. ca. 96.* Vt calix Domini cum patena, si non ex auro omnimodis ex argento. Nec causentur presbyteri avaritia suadete de paupertate vel impossibilitate, cum quarta pars ex omnibus quæ ad ecclesiam pertinent, in fabricis ipsius ecclesiæ sint impendenda. Admonendus est etiam populus vt aliquid in donariis Domini offerat, sicut antiquus ille populus sub Mose in tabernaculo Domini fecisse legitur. Si quis autem tam pauper est, saltem vel stanneum calicem habeat. De ære autem ex aurichalco non fiat calix, quia ob vini virtutem æruginem parit quæ vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo calice aut vitreo præsumat cantare.

*Bur. lib. 3. cap. 97.* Obseruandum est vt mensa Christi, id est altare vbi corpus dominicum cõsecratur, vbi sanguis eius hauritur, vbi sanctorum reliquiæ reconduntur, vbi vota, & preces populi in conspectu Dei à sacerdote offeruntur, cum omniveneratione honoretur, & multis dissimilibus & pallis diligentissime cooperiatur, nihilque super eo ponatur, nisi capite cum sanctorum reliquiis & quatuor Euangelia. Expleta missa calix cum patena, & sacramentorum liber, cum vestibus sacerdotalibus in mundo loco sub scra recondantur.

Corporale super quod sacra oblatio immolatur, ex mundissimo & purissimo linteo sit, nec in eo alterius generis materia præciosior aut vilior misceatur, & nunquam super altare remaneat, nisi in tempore missæ, sed aut in sacramentorum libro ponatur, aut cum calice & patena in mundissimo loco recondatur: vel quâdo abluatur à sacerdote, diacono, vel subdiacono, primo in ecclesia in loco & vase ad hæc præparato abluatur, eo quod ex dominico sanguine infectum sit. Post hæc à lauandario in nitido loco paretur.

*Bur. lib. 3. cap. 104.* Vt nullus presbyter præsumat calicem, vel patenam, vel pallium altaris, vel vestimentum sacerdotale, aut librum ecclesiasticum tabernario, vel negociatori, aut cuilibet laico vel fœminæ in vadium da-

re, nisi iustissima necessitate urgente: quia tanta est sanctitas sacri ministerij, vt salua mysterij altioris intelligentia, etiam per prophetam Dominus prohibuerit, ne cum sanctis vestimentis sacerdos procedat ad populû, sed illa intra sancta dimittat, à colloquio diuino rediens. Et cui in tabernas ad bibendum à sacris canonibus ingredi prohibetur, sanctificata sacro ministerio nec ad cõtingendum immundis: quantum in vadium exhibere debet. Sicut Stephanus sanctus papa & martyr sanctum Hylarium in suis decretalibus docuit.

Vt nullus presbyter ad introitum ecclesiæ xenia donet.

Vt presbyteri per plebes suas fœminis prædicent, vt linteamina in altaria præparent.

Inuestigandum si nihil patrimonij habeat presbyter quâdo prouectus est ad ordinem ecclesiasticum, postea si emerit prædia, cuius iuris sint, quoniam ecclesiæ ad quam de nihil habente promotus est esse debent, iuxta canonicam auctoritatem.

Inquirendum si quis aliquis presbyterorum derelictis ecclesiæ, vel oblationibus ac votis fidelium alio nomine res comparauerit, & ibi structuras fecerit, vel quæ ad ecclesiam pertinent, ibidem collocauerit & mulierum frequentationem inibi fieri permiserit, vel quod turpius tales mulieres ibidem habuerit, quæ lanificium suum exercent, & curam domus agant, & in eadem presbyter frequenter veniens manserit, & contra decreta canonum hoc malum agat: quia sicut nec suo ita nec alieno nomine presbyter fœm exercere debet, multominus fraudem de facultatibus ecclesiasticis quoniam hoc sacrilegium est, & par crimen iudæ furis qui sacras oblationes asportabat, & furabatur.

Si laici capellas proprias habuerint, à ratione & auctoritate alienum habetur, vt ipsi decimas accipiant & inde canes aut genitias suas pascant, sed potius presbyteri ecclesiarum eas accipiant, & inde restorationem ecclesiarum, & luminaria, & hospitium, ac pauperum receptionem exhibeant, & pro sancta ecclesia, ac pro statu regni Dei misericordiam studiose implorent.

Episcopo liceat in campo, si necesse sit, confirmari.

Fœmina non det pœnitentiã, nec corporale cum oblatione, nec calicem super altare ponat, nec inter ordinaros stet in ecclesia, nec sedeat inter sacerdotes in conuiuio.

Qui vxorem suam velare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.

Vt episcopi & iudices iudicia discernant, quia sunt quædam iudicia mundi, quædam iudicia Dei referenda, Scriptum est enim: Nolite iudicare ante tempus, quoad vsque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit concilia cordium, & tunc laus erit vnicique à Deo. Et illius memores sint: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini & vos.

Vt episcopi sermones, & homelias sanctorum Patrum, prout omnes intelligere possint, secundum proprietatem communis linguæ prædicare studeant.

Canon ille de recitanda memoriter oratione dominica & symbolo non videbitur admodum rigidus ei qui legerit cano. 9. Concilij. 4. Toletani & legerit id quod ait Cyprianus in orationis Dominicæ expositione aliter, inquit, orare quàm Christus docuit,

cuit, non solum ignorantia est sed culpa, vide epist. 89. ad Hylarium, oratio Dominica (ait) omnibus necessaria est, vt sciatur & dicatur. Hæc auctoritates non sunt intelligendæ ad amulum, vt exigant exactum ordinem à simplicibus hæbetibus: satis est eos ratione crassa Minerua posse reddere, de his quæ in illa oratione indicantur petenda & in symbolo proponuntur credenda iuxta simplicium & rudium captum, qui plura præstare nequeunt.

## SECANONES CONCILII

Rhotomagensis.

Rhotomagus civitas metropolis ducatus Normandia imperio præter ceteras insignis, vulgo Rhoan.

Ex codice antiquissimo excerptum, quod sequitur, videtur afferre aliquid lucis huic Rhotomagensi synodo.

Guillermo Normannorum duce, qui postea Anglia rex electus est, præsentem Maurilius Archiepiscopus Rhotomagensis, cum comprovincialibus Baiocensi, Abrincensi, Luxouienensi, Ebromcensi, Sagensi, Constantiensi. De castitate & ceteris patrum institutis seruandis, pastorum incuria neglectis.

Anno 1055.

*Bur. lib. 1. cap. 123.* Tatuimus secundum canonicam cautelam, omnes vndeunque superuenientes ignotos episcopos vel presbyteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium nonmittere.

Vt viri veraces & Deum timentes in civitatibus & publicis vicis, decani constituantur. Canon 9.

*Bur. lib. 2. cap. 219.* Vt populus admoneatur vt in dominicis & festis diebus omnes ad vespas, & nocturnas vigilias, & ad missam omnimodis occurrant, & vt decani in civitatibus & in vicis publicis viri veraces, & Deum timentes constituantur, qui desideres, & negligentes commoneant, vt ad Dei seruitium absque occasione properent, & vt ipsi decani sacramento astringantur, vt nulla interueniente causa, scilicet aut amoris, aut timoris, aut propinquitatis, muneris negligentes & transgressores reticeant, quin sacerdotibus proprias eorum culpas manifestent. Sacerdotum autem erit ita eorum vitia, zelo & amore diuino, cum debita disciplina corrigere, sicut ipsi nolunt pro aliorum erratibus sententiam iustæ damnationis suscipere. Et vt dies festi à vespera vsque ad vespas absque opere serui cum debito honore celebrentur.

Vt nullus munus aliquod à presbytero propter ecclesiam requirat.

*Bur. lib. 3. cap. 114.* Sancitum est atque omnimodis prohibitum, vt si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico aut laico munera dare aut dedisse aut aliquam pecuniã tribuere, vt alterius presbyteri ecclesiam surripiat, aut ecclesiam vacantem precio redimat, pro hac cupiditate seu rapinã, seu præsumptione turpis lucri deiciatur à clero & alienus existat à regula.

Vt vidua velum sibi imponere non debeant inconsulto episcopo suo, & ne presbyteri eis imponere præsumant, quod episcopi non licet.

*Bur. lib. 8. cap. 33.* Statutum est viduas non debere velare. Simul & hoc statutum est, vt si quispiam presbyterorum deinceps huius constitutionis normæ contumaciter transgressor extiterit, scilicet vt aliquas viduas velare præsumat, quia hoc & episcopis non licet, gradus

sui periculum incurrat. Similiter & de puellis virginibus à presbyteris non velandis statutum est, vt si quis hoc facere tentauerit, tanquam transgressor canonum damnetur.

Vt Episcopus monasteria monachorum & sanctimonialium frequenter visitet.

*Bur. lib. 8. cap. 66.* Vt episcopus monasteria monachorum, & sanctimonialium frequenter introeat, & cum grauibus & religiosis personis, & in eorum vel in earum conventu residens, eorum vitam & conuersationem diligenter discutiatur, & si quid reprehensibile inuenierit, corrigere sataget. Sanctimonialium etiam pudicitiam subtiliter inuestiget. Et si qua inuenitur, quæ neglecto proposito castitatis, clerico aut laico misceatur, & in priuata custodia retradatur, vbi quod male commisit, dignè pœniteat: interdicitur etiam ex auctoritate sanctorum canonum, vt nullus laicus aut clericus in earum claustris & secretis habitationibus accessum habeat, neque presbyteri, nisi tantum ad missam, expleta missa ad ecclesias suas redeant. Omnibus preterea publicè & priuatim denuntietur.

Si quis ariolos aruspices, vel incantatores obseruauerit, aut phylacterijs vsus fuerit, anathema sit. Cum episcopus pro certis sceleribus aliquem excommunicare dispositum clerum & plebem ita debet alloqui.

Nouerit charitas vestra, fratres mei, quod quidam vir nomine N. diabolo suadete post ponens Christianam promissionem, quam in baptismo professus est, per apostasiam conuersus post satanam, cui abrenunciavit, & omnibus operibus eius, vineam Christi, id est, ecclesiam eius deuastare, & deprædare non pertimet.

*Bur. lib. 11. cap. 2.* cit, pauperes Christi quos precio suo sanguine suo redemit, violenter opprimens, & interficiens, & bona eorum diripiens. Vnde, quia filius huius nostræ ecclesiæ (cui Deo auctore præsidemus) debuerat esse: quia in ea per aquam & spiritum sanctum renatus est, & inter adoptiuos filios Dei adnumeratus, quamuis modò filius diaboli sit imitando diabolum, solliciti ne per negligentiam pastorem aliqua de ouibus nobis creditis periret, pro qua in tremèdo iudicio ante pastorem Dominum Iesum Christum rationem reddere compelleremur iuxta quod nobis terribiliter comminatur, dicens: Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem suum de manu tua requiram. Misimus ad eum presbyterum nostrum, & literas commonitorias semel & iterum atque tertio inuitantes cum canonicè ad emendationem, & satisfactionem, & penitentiam, corripientes eum paterno affectu. Sed ipse pro dolor diabolo cor eius indurante, monita eius salutaria spreuit, & in incæpta malitia perseuerans ecclesiæ Dei quam læsit, superbiæ spiritu inflatus, satisfacere indignatur. De talibus itaque transgressoribus, & sanctæ religionis pacisq; quam Christus discipulis dedit, atque reliquit, violatoribus, præcepta Dominica & Apostolica habemus quibus informamur, quid de huiusmodi præuaricatoribus agere nos oporteat. Ait enim Dominus in Euangelio: Si peccauerit in te frater tuus corripe eum. Fratres, in vnum quoniam peccat, qui in ecclesiam sanctam peccat. Si enim sancta ecclesia vnum corpus est, cuius corporis caput est Christus, singuli autem sumus alter alterius membra: & si compatitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, procul dubio in nos peccat qui membra nostra lædit. Iubet ergo Dominus,

nus, ut frater, id est, Christianus in nos peccans, primo secreto corripitur, deinde cum testibus redarguatur: nouissime in conuentu ecclesie publice conueniatur. Quod si has tres commotiones, & pias correptiones contemnit, & satisfacere despicit, post hæc sit tibi, inquit, sicut ethnicus, & publicanus, id est gentilis atque paganus, ut non iam pro Christiano, sed pro pagano habeatur. Et in alio loco, membrum quod à sua compage resoluitur, & à iunctura charitatis dissociatur, & omne corpus scandalizat Dominus & abscindi, & proiici iubet, dicens: Si oculus tuus te scandalizat, vel pes vel manus, erue, & proiice abs te. Et Apostolus: Auferte, inquit malum à vobis. Et iterum: Si quis frater nominatur, & est fornicator, aut adulter, aut homicida, aut rapax, cum huiusmodi, nec cibum sumere licet. Et Ioannes dilectus præ cæteris Christi discipulis, talem nefarium hominem salutare prohibebat, dicens: Nec aue ei dixeritis neque in domum receperitis. Qui enim ei aue dicit, communicat operibus eius malignis. Dominica igitur præcepta adimplentes membrum putridum & insanabile, quod medicinam non recipit ferro excommunicationis à corpore ecclesie abscindamus, ne tam pestifero morbo reliqua membra corporis veluti veneno inficiantur.

*Prima excommunicatio ex eodem concilio est apud Burchard. cap. sequenti.*

*Bur. lib. 11 cap. 42.* Sunt aliqui qui culpæ exigentibus ab Episcopo proprio excommunicantur, & ab aliis ecclesiasticis, vel laicis præsumptione, in communionem accipiuntur, quod omnino sanctum concilium Nicænum, simul & Chalcedonense, necnon & Antiochenum, atque Sardicense fieri prohibent.

*De illis qui aliquem iram percusserint. Ex concilio Rhotomagensi. Cap. 9.*

*Bur. lib. 19 cap. 119.* Si quis alium per iram percusserit, & sanguinem effuderit, si laicus est 20. dies pœniteat: clericus 30. Illi autem qui gradum habent, amplius pelli debent. Diaconus sex menses. Presbyter unum annum. Episcopus duos annos & sex menses.

*De bubulcis qui suas incantationes exerceverint.*

*Bur. lib. 10 cap. 18.* Perscrutandum si aliquis subulcus, vel bubulcus, siue venator, vel cæteri huiusmodi, dicat diabolica carmina super panem, aut super herbas, aut super quædam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abscondat, aut in biuio, aut in triuio proiciat, ut sua animalia liberet à peste, & clade, & alterius perdat. Quæ omnia idololatriam esse nulli fideli dubium est: & ideo summopere exterminanda.

*De his qui apud hæreticos baptizantur.*

*Bur. lib. 4 cap. 39.* Baptisma, unum est, sed in ecclesia catholica, cuius nos membra effecti sumus, ubi una fides est, ubi in nomine patris, & filij & spiritus sancti datur. Et ideo qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sancte Trinitatis confessione baptizant, & veniunt ad nos, recipiantur quidam quasi baptizati, ne sancte Trinitatis inuocatio vel confessio annulletur, sed doceantur integre, & instruantur sensu sancte Trinitatis, & mysteria, quod in sancta ecclesia tenetur: & si consentiant credere, vel acquiescunt confiteri, purgata fidei integritate, firmentur manus impositione. Si vero paruuli hebetes, qui doctrinam non capiunt, respondeant pro illis, qui eos offerunt iuxta morem baptizandi, & ita interrogentur, ut sciant quid respondere debeant, & sic manus impositionem accipiant.

*De episcopo qui principalem cathedram suæ ecclesie negligit.*

*Bur. lib. 11 cap. 81.* Ut non liceat episcopo principalem cathedram suæ parochie negligere, & aliam ecclesiam in sua diocesi magis frequentare.

*Ut in circuitione Episcopi omnes, qui sunt in parochia, singularum matrum, exceptis infirmis ad synodum eius venire debeant.*

*Bur. lib. 11 cap. 90.* Cum episcopus suam diocesim circuit, archidiaconus vel archipresbyter eum præire debet, uno aut duobus diebus per parochias, quas visitaturus est. Et plebe conuocata annunciare debet proprii pastoris aduentum. Et ut omnes exceptis infirmis ad eius synodum die denominata imprætermisere occurrant, & omnimodis ex autoritate sanctorum canonum præcipere, & minaciter denunciare debet. Quod si quis absque graui necessitate defuerit, proculdubio à communione Christiana sic repellendus, deinde ascitis secum presbyteris, qui in illo loco seruitium debent exhibere episcopo, quicquid de minoribus & leuioribus causis corrigere potest, emendare fatagat, ut pontifex veniens nequaquam in facilioribus negotiis fatigetur, aut sibi immorari amplius necesse sit ibi, quam expensa sufficiat. Ait enim Dominus ad Moysen de huiusmodi cooperatores: Ut tecum, inquit, sustentent onus populi, & non tu solus graueris. Et beatus Ioannes Baptista aduentum Domini præcurrit prædicando, dicens: Pœnitentiam agite, & c. Et idem: Parate viam Domino. Siquidem episcopus vicem Christi agere videtur & ideo cum gaudio, timore, & summa reuerentia à plebibus sibi subiectis suspiciendus est: ut illis cum laude dicatur quod Apostolus discipulis dicit: Testimonium, inquit, vobis perhibeo quod ita suscepistis me sicut angelum Dei sicut Dominum Iesum.

*Quod in primis prædicandum sit qualiter credere debeant.*

*Bur. lib. 11 cap. 19.* In primis prædicandum est omnibus generaliter, ut credant patrem, & filium, & spiritum sanctum unum Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit, & unam esse deitatem & substantiam, & maiestatem in tribus personis patris, & filij, & spiritus sancti.

*De eadem re.*

Item prædicandum est quomodo filius Dei incarnatus est de spiritu sancto & Maria virgine, pro salute generis humani passus, sepultus, tertia die resurrexit, & cælum ascendit, in fine mundi veniens iudicare omnes homines secundum opera propria, quomodo impij cum diabolo in ignem æternum mittentur, iusti cum Christo in vita æterna erunt.

*De eadem re.*

Item prædicandum est, quod omnes homines in propria carne resurgent.

*Ut presbyteri plebes admovent ut bubulcos, atque porcarios in principalibus festis ad missam venire permittant.*

*Bur. lib. 11 cap. 71.* Admonere debent sacerdotes plebes subditas sibi, ut bubulcos atque porcarios, aut alios pastores, vel aratores qui in agris assidue commorantur, vel in syluis, & ideo velut more pecudum viuunt, in dominicis & in aliis festis diebus, saltem vel ad missam faciant, vel permittant venire. Nam & hos Christus precioso sanguine suo redemit. Quod si neglexerint pro animabus eorum absque dubio rationem se reddituros sciant. Siquidem Dominus veniens in hunc mundum non elegit oratores atque nobiliores quous-

que sed piscatores atque idiotas sibi discipulos ascieuit ut ostenderet in facto quod ipse verbis in Euangelio affirmat dicens: Quod hæc minibus est altum abominabile est apud deum & salua altiore intelligentia natiuitas nostri redemptoris primo omnium pastoribus ab angelo nunciatur. *Ut cuncta que Deo offeruntur consecrata habeantur.* Oes decimæ terræ, siue de frugibus siue de pomis arborum Domini sunt & illi sanctificatur. Boues, & oues, & capræ, quæ sub pastoris virga trahuntur, quicquid decimum venerit sanctificabitur Domino. Non eligitur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutat, & quod mutatum est, sanctificabitur Domino & non redimetur. Sed quia modo multi inueniuntur decimas dare nolentes, statuimus ut secundum Domini nostri præceptum, admonerentur semel & secundo & tertio. Si non emendauerint, anathematis vinculo cõstringantur, & ad satisfactionem, & ad emendationem congruam.

*Ut in oblatione corporis & sanguinis Domini incensum imponi debeat.*

*Bur. lib. 3 cap. 130.* Ut tempore quo Euangelium legitur, finitque offerretorio, super oblationem incensum, in mortem videlicet redemptoris nostri deponatur, decreuimus.

*Canon Concilij apud Confluentiam.*

*Hæc ciuitas lingua natia Cobels vocata, latine vero Confluentia à concursu trium fluminum in Rhenum eo in loco confluentium. De tempore & occasione huius Concilij nihil mihi hætenus compertum est.*

*De ecclesiis monachorum.*

*Bur. lib. 24 cap. 227.* Hoc quoque statutum est, quatenus ecclesie quorundam monachorum in singulis parochiis sitæ, episcoporum, ut decet, diuinitus subdatur regimini, eisque debita obsequia in exercendis ecclesiasticæ curæ negotiis solite exhibeant, ipsi proculdubio monachi episcopis suis in omnibus obediant.

*De illis, qui dum suæ proprietatis loca alicubi dare voluerint, decimam nusquam tradere se posse cognoscant.*

*Bur. lib. 24 cap. 241.* Si quis vero laicus vel clericus, seu vtriusque sexus persona proprietatis suæ loca, vel res alicubi donare delegerit, decimationem prouentum priori ecclesie legitime signatam, inde abstrahere nullam habeat potestatem. Quod si facere tentauerit, talis traditio irrita prorsus dicatur, & ipse ad emendationem ecclesiastica coerceatur censura.

*De eo qui Christianum mancipium seduxerit, & sic vendiderit.*

*Bur. lib. 24 cap. 249.* Item interrogatum est, quid de eo faciendum sit, qui Christianum hominem seduxerit, & sic vendiderit. Responditque est ab omnibus, homicidij reatum ipsum hominem sibi contrahere.

*Quod infra sextam generationem coniugia non fiant.*

*Bur. lib. 24 cap. 30.* Anno Dominicæ incarnationis, 1422 apud Confluentiam iussu venerabilium principum Caroli videlicet & Henrici regum venerabilissimorum congregati sunt episcopi numero 8. Hermanus Agrippinensis archiepiscopus, Herigerus Moguntienis archiepiscopus, Thiedo Vuiceburgensis Episcopus, Lintharius Mindauensis episcopus, Doto Osueburgensis episcopus, Richuimus Vormaciensis episcopus, Richuimus Strazburgensis episcopus, Vnuano Padebrunensis episcopus cum abbatibus aliisque sacri ordinis viris quamplurimis cap. 1. qui ipso cooperante & sententias eorum confirmante Domino nostro Iesu Christo in synodali residentibus conuentu, multa utilia ac sancte Dei ecclesie profutura saluberrimo tractantes consilio, inter cætera quæ statuerunt, hoc maxime necessarium, & instati prohdolor,

tempore per abusionem frequentissimum cognationis incestum summa cautela vitandum firmauerunt. Hoc est, ne ullus Christianus infra sextam generationem nuptias copulare præsumat.

*Canon Concilij Bellouacensis.*

*Bellouacum ex commentariis Casaris satis innotescit vulgo Beaulues. De tempore & occasione huius Concilij nihil hætenus ex historiis collegi.*

*De precariis viduarum ecclesiarum ut non valeant.*

*li. 3. c. 166.* Ut precariæ & commutationes, tempore viduarum ecclesiarum factæ, ab his, qui loca episcoporum occupauerunt rescindantur, & cum autoritate ecclesiastica, vel ciuili, si faciendæ sunt fiant.

*De eadem re.*

*li. 3. c. 167.* Precariæ à nemine de rebus ecclesiasticis fieri præsumantur, nisi quantum de qualitate conuenienti, datur ex proprio, duplum accipiantur ex rebus ecclesie, in suo tantum qui dederit nomine, si res proprias & ecclesiasticas vsu fructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis tripulum fructuario vsu, in suo tantum quis nomine sumat, quia sic eas quemque tractare, ut alienarum rerum dispendiatorem conuenit, non propriarum rerum largitorem.

*De eadem re.*

*li. 3. c. 168.* A nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus Deo & sanctis eius dicatis, quum ratio & vsus obtineat, neminem cui non vult, contra utilitatem & orationem, præstitum de proprio facere beneficium.

*De eadem re.*

*li. 3. c. 169.* Ut precariæ, de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem & autoritatem renouentur.

*De commutationibus rerum ecclesiasticarum.*

*li. 3. c. 170.* Ut commutationes rerum ecclesiasticarum valde caueantur, & subtilissime si aliquo modo fieri debent, inspiciantur. Quæ autem inconsultæ factæ sunt, iuxta decretum canonicum Hylarij papæ, quas illicite decessor episcopus admiserit, vel ab aliis illicite commissæ sunt, ab eo qui successor emendentur.

*De chrismatibus pannis.*

*li. 4. c. 94.* Si quis voluerit chrismatibus panem iterum linere, & super alium baptizatum mittere non est absurdum.

*Canon Concilij Epampensis.*

*De illis qui excommunicati moriuntur.*

*lib. 11. c. 51.* Si aliquis excommunicatus fuerit mortuus, qui iam sit confessus, & testimonium habet bonum, & non poterat venire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum moras in domo, aut in via, faciant pro eo parates eius oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

*Canon Concilij apud S. Medardum.*

*De Dominica die, qualiter sit veneranda.*

Statuimus quoque secundum quod in lege Dominus mandauit, ut opera seruilia diebus Dominicis non agantur, sicut genitor meus in suis synodalibus edictis mandauit, quod nec viri ruralia exerceant, nec in vinea colenda, nec in campis arando, vel metendo, vel facinum secando, vel sepem ponendo, nec in syluis stirpando, vel arbores cedere, vel in pratis laborare, nec domos struere, nec in horto laborare, nec placita conueniant, nec mercatus fiat, nec venationes exerceantur.

*De eadem re.*

Tria carraria opera licet fieri in Dominica die, id est, hostilitia carra, victualia, vel angaria, & si forte necesse sit corpus cuiuslibet duci ad sepulchrum.

*De eadem re.*

Fœminæ opera textilia non faciant in die Dominica non capulent vestitus, non consuunt, vel lanam



carpant, nō licet lixiuum facere, aut vestimenta laua re, nec verueces tondere, vt omnimodis honor & requies die Dominica persoluatur: sed ad missarum solēnia vndiq; cōueniant, & laudent Deum pro omnibus bonis quæ nobis in illa die conferre dignatus est.

*De eadem re.*

*Bur. lib. 2. cap. 85.* Omnes dies Dominicas, cum omni veneratione obseruare decreuimus, & ab illicito opere abstinere & vt mercatus in eis minime sit, nec placitū vbi aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur, nec sacramenta iurentur nisi ad pacem.

*De eadem re.*

*Bur. lib. 2. cap. 87.* Vt nullus episcoporum vel presbyterorū vel clericorum die dominico propositum cuiusque causæ negotium audeat vendicare, nisi hoc tātum, vt Deo statuta solēnnia peragantur.

*Vt nullus ex ordinatis se proclamet in synodo nisi scriptis.*

*Bur. lib. 2. cap. 197.* Hincmarus archiepiscopus Remorū suis accusatoribus dixit: Quæ est petitio vestra, fratres? Misericordiam (inquiunt) petimus nobis à vestra paternitate impendi, de ministracione ordinū ecclesiasticorum, ad quos à Domino Ebone quondā prouecti, à vestra autoritate suspensi sumus. Hincmarus episcopus dixit: Habetis libellū reclamationis aut postulationis, sicut ecclesiastica se habet traditio? Illi autē respōderunt se præ manibus nullū habere libellū.

Hincmarus episcopus dixit: Legū ecclesiasticarū autoritas talis est, vt causis gestorū semper scripturā requirat: adeo vt qui ad sacrum fontē accedit, suum dare nomē præcipiantur: qui ad summū sacerdotiū prouehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem à suis ordinatoribus literas accipere iubetur. Qui etiā ab ecclesiastica societate, quolibet excessu discinditur libellari scriptione aut recipitur aut deicitur. Sed qui accusatur, vel excōmunicatur, seu reconciliatur, per scripturā accusari vel reconciliari iubetur. Et sic in ceteris huiusmodi intantū scriptura deponitur, vt sicut beatus Gregorius in cōmonitorio ad Ioannē defensorem ex Romanis legibus sumens scribit. Sententia, quæ sine scriptura profertur, nec nomen sententiæ habere mereatur. Quapropter fratres, & filij oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem, reclamationem vestrā libelli serie allegare, eamq; manibus vestris roboratā, synodo sacræ porrigere, vt conuenienter & canonicè vobis valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum cōscribētes eique sua nomina subscribētes, porrexiūt Hincmaro episcopo, qui tūc vna cum Veuilone Samiēsi archiepiscopo, & cū Amalrico Turonensi æque archiepiscopo sub præsentia gloriosi regis Caroli, qui synodo præsidebat.

*De regalibus præceptis super precaria.*

*Bur. lib. 3. cap. 175.* Præcepta regalia super precariis ecclesiasticis fieri nec ratio fuit, nec autoritas quolibet modo permittit. Quoniā præcepta in iure ecclesiastico, firmare indignū iudicatur necesse est vt maiestas regia nō nisi ab ecclesiastico rectore petatur. Idem autem custos ecclesiæ solertissime caueat, ne sui ordinis & ecclesiastica cōmunionis forte immemor, cōtra auctoritatem præceptū regium pro quacūque assentatione fieri petat. Quæ & si fecerit, nō audiatur. Si autē & obtinuerit, regia discretiōe, & episcopali iudicio idem rescindatur, & petitor iniustus pro principis iniusta suggestione digne corripiatur.

*De illis qui Christi pecunias auferunt vel rapiunt.*

*Bur. lib. 11. cap. 21.* Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiā rapere vel dare voluerit, præter cōscientiā episcopi, vel eius cui huiusmodi officia cōmissa sunt, anathema sit.

*Quo tempore iurare liceat.*

Decreuit sancta synodus vt à septuagesima vsque ad octauas paschæ, & ab aduētū Domini vsque post cōsecratos dies, nec non & in ieiuniis quatuor temporum, & in letania maiore, & in diebus rogationū, & in diebus Dominicis nisi de cōcordia & pacificacione, nullus super sacra iurare præsumat.

*Canon Concilij Auetensis.*

*In alterius paræcia (nisi eo vocate) nulli aliquid agere licet.*

Nullus presbyter aut diaconus alterius plebanum (nisi in itinere fuerit, vel placitum habuerit) ad missam recipere audeat.

*Qui ordinandi sunt, feria quarta ad examinationē cōueniāt.*

Quādo episcopus ordinationem facere disponit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere voluerint: feria quarta ante ipsam ordinationem vocandi sunt ad ciuitatem vna cum presbyteris, qui eos representare debent: & tunc episcopus à latere suo eligere debet sacerdotes, & alios prudentes viros gnaros diuinę legis, exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus: qui ordinandorū vitā, genus, patriā, atq; institutionem, locū vbi educati sunt, si bene literati, si instructi in lege dei ante omnia diligēter inuestigēt. si fidem catholicā firmiter teneant, & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem quibus cura cōmittitur, cauere debent ne aut fauoris gratia, aut cuiuscunque muneris cupiditate illecti à vero deuiant, vt indignū & minus idoneū ad sacros gradus suscipiēdos episcopi manibus applicent. Quod si aliter fecerint, & ille qui indigne accesserit, ab altari remouebitur: & illi qui donum sancti spiritus vendere conati sunt, corā deo iam cōdemnati ecclesiastica dignitate carebūt. Igitur per tres cōtinuos dies diligēter examinētur, & sic labbato qui probati sunt episcopo represententur. *Corripiedus est eps qui cōmuniis occupatur.*

Nullus presbyterorum quando ad anniuersarium diem 30. aut 7. aut 3. alicuius defuncti, aut quacunq; vocatione ad collectā cōuenit, se inebriare vllatenus præsumat, nec precatus amore sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precacione ingurgitare, nec plausus aut risus incōditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat, aut turpia loca vel vrsō, vel tornatrici bus ante se fieri patiatur: nec laruas dæmonū ante se fieri cōsentiat, quia hoc diabolicum est, & sacris canonibus prohibitum.

*De eodem.*

Quādo cōueniunt presbyteri ad aliquod cōmuniū, aliquis prior illorum versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat, & tunc secundum ordinem se deant, alter alteri honorem præbentes, & per vicem cibum & potum benedicat: & aliquis de illorū clericis aliquid de sc̄ta scriptura legat. Post refectionem similiter hymnū dicat ad exemplū Dñi sicut in cœna fecisse legitur, & se cōtineat oēs presbyteri maxime in talibus locis, vt non vituperetur ministerium eorum.

*De eodem.*

Quando presbyteri per Calendas simul conueniunt post peractum diuinum ministerium ad necessariam collectionem: non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prædiū ibi ad tabulas recedant: ne per talia inhonesta cōuiuia se inuicē grauet, quia indecens est & onerosum: sepe etiā tarde ad ecclesiam redeunt, maius danū de reprehensione cōsequuntur (quod grauedinem utraque cōtrahūt) quā lucrū ibi faciāt. Nā de huiusmodi cōuētū Paulus reprehēdit: quia in cōtinenter cœnā dñicā māducare cōueniebāt. Sic &

qui

qui ad cœnam Dominicā, id est, ad collationē verbi sub occasione conueniunt & ex ingenuitate ventris causa cōiunguntur: reprehensibiles corā Deo & hominibus habentur, & ideo peractis omnibus, qui volunt panē cū charitate in domo fratris sui simul cū fratribus frāgāt, & singuli singulum bibere faciāt, & maxime vltra tertiam vicem poculum non contingant: & sic ad ecclesiam redeant.

*Canon Concilij Syluaneensis.*

*De rebus immobilibus ecclesiæ.*

Nulli liceat alienare rē immobilē ecclesiæ, siue domū siue agrū, siue hortū, siue rusticū mancipiū, neq; creditoribus specialis hypotheca titulo obligare. Alienationis autem verbum cōtineat conditionem, donationem, permutationem & emphyteoseos perpetuum cōtractum. Sed omnes omnino sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstinēat, pœnas timētes, quas leruiana cōstitutio minatur. *De eadem re.*

Si princeps voluerit rem immobilē sanctis locis præstare, & accipere ab eo immobilē rem, & eo modo permutationē cōtrahere, liceat hoc facere ei diuina pragmatica sanctione ab eo promulgata.

*Canon Concilij apud Vermerias.*

*De tempore & loco huius synodi, nihil mihi hactenus cōpertum, aliqui referunt temporibus Pepini regis.*

*Concilium hoc, inter coniuges propter culpā alterius partis, concedit parti insanti diuortium & potestatem denuo contrahēdi, viuēte etiā parte culpæ obnoxia, cuius simile habes in Triburicensi Concilio, & in epist. 3. Gregorij. 3. quod, nunc in sc̄ta de causa, ecclesiæ non recipit.*

*De uxore mariti mortem conciliante.*

Si qua mulier mortē viri sui cū aliis conciliata est, & ipse vir aliquē illorū se defendendo occiderit, & si probare potest ille vir, eam rem esse cōsiliij, potest, vt nobis videretur, ipsam vxorē dimittere, & si voluerit aliā vxorē accipere, ipsa autem insidiatrix, pœnitentiæ subiecta absq; spe coniugij maneat.

*De hoc, si plures vnum impugnaverint.*

Si quatuor aut quinque homines seu etiā plures, cōtra vnum hominē rixati fuerint, & ab iis vulneratus mortuus fuerit, quicunq; eorū & plagā imposuit, secundū statuta canonū vt homicida iudicetur, reliqui autē qui eum impugnabāt volentes eum interficere similiter pœniteat. Qui nec eum impugnabant, nec vulnerabāt, nec cōsilio, nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantum adfuerunt extra noxam sint.

*De ingenio homine, si alterius ancillam pro ingenua acceperit, & post ancillam eam esse intellexerit.*

Si quis ingenuus homo ancillā alterius vxorem acceperit, & existimat quod ingenua sit, si ipsa fœmina postea fuerit in seruita, si eam seruitute redimere potest, faciat: si nō potest, si voluerit aliā accipiat. Si autem seruam eam scierat, & collaudauerat: post, vt legitimum habeat. Similiter & mulier ingenua de seruo alterius facere debet.

*De femina ingenua si seruum maritum acceperit.*

Si fœmina ingenua accipit seruum, sciens quia seruus esset habeat eum: quia omnes vnum patrē habemus à cœlis. Vna lex erit & viro & fœminæ.

*De his qui in matrimonio coniuncti sunt, & concumbere non possunt.*

Si qua mulier se proclamauerit, quod vir suus nūquā cum ea coisset, exeant inde ad crucē: & si verum fuerit: separentur, & illa faciat quod vult.

*De illis qui in alias provincias fugerit aut suos seniores secuti fuerint, & uxores suas domi reliquerint.*

Si quis necessitate inuitabili cogēte, in aliū ducatum seu prouinciā fugerit, & vxor eius cum valet, & potest, amore parentū, aut rerū suarū eum sequi noluerit, ipsa omni tēpore, quādiu vir eius, quē secuta nō fuit, viuūt, semper inupta permaneat. Ille vero qui necessitate cogēte in alia patria maneat, si nunquā in suā patriā se reuersurū sperat, si se cōtinere nō potest aliam vxorem accipiat, tamen cum pœnitentia.

*De illo, qui cum matrem habuerit vxorem, cum filiastra fornicatus fuerit.*

Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, nec matrem, nec filiā potest habere: nec illa, nec ille aliis se poterunt cōiungere vllō vnquam tempore. Attamē vxor eius si ita voluerit, & si se continere nō potest, si, postea quam cognouit, quod cum filia sua vir eius fuit in adulterio carnale commercium, cum eo non habuit, si vult alij nubere potest.

*De illo qui cum nouerca fornicatus est.*

Si quis cum nouerca sua dormierit, neuter possunt ad coniugium peruenire: sed vir eius potest, si vult, aliam accipere, si se continere non potest. Similiter qui cum filiastra sua, vel cum sorore vxoris suæ dormierit stare potest.

*De illo qui cum filiastra ignorante matre fornicatus est.*

Si quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre: ille nunquā accipiat vxorē: illa vero, si voluerit accipiat maritos. Si autē hoc scierint ipsa fœminæ, absque maritis in perpetuum mancant.

*De illo, qui stuprauerat quandam, quam frater eius postea duxerat vxorem.*

Si homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius nesciens eandē duxerit vxorem: frater eo quod fratri crimen celauerit, pœniteat, & post pœnitentiā nubat. Mulier autē vsq; ad mortē pœniteat, & sine spe coniugij maneat.

*De eadem re.*

Si frater cum muliere fornicatus fuerit, & frater nesciens cum eadē cōcubuerit: Mulier diebus vitæ suæ pœniteat: post pœnitentiā autem frater ignarus sceleris coniugium accipiat si vult.

*De eo qui filiastrum aut filiastram suam coram episcopo tenuit.*

Si quis filiastrum, aut filiastrā suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab vxore sua, & aliam nunquam accipiat. Similiter & mulier.

*Ancillam in matrimonio susceptam viro dimittere non licet.*

Si quis liber ancillā in matrimonium acceperit, nō habet licentiā dimittere eam, si consensu amborum coniuncti sunt, excepta causa fornicationis: sed vna lex deinceps erit per omnia & viro & fœminæ.

*Einſdem Meldensis Concilij capita ex Gratiano collecta.*

Si quis de ordine sacerdotali, contemptu minoris ecclesiæ, ambitiose & improbē ad potiorem aspirauerit, canonica erga eum definitio conferretur, hoc est, vt vtraque careat. Qui verò precio ecclesiam vacantem ingressus fuerit, ab officio suo deponendus est, sicut in Rhotomagensi concilio legitur.

In dominicis diebus vel festis presbyteri antequā missas celebrēt, plebē interrogēt si alterius paræcia-nus in ecclesia sit, qui proprio cōtēpto presbytero ibi missā velit audire quē si inuenerint, statim ab ecclesia eiiciant, & ad suā paræciam redire cōpellant.

Nemo episcoporum quemlibet sine certa & manifesta peccati causā cōmunionē priuet ecclesiastica

Et 2 sub

sub anathemate autem sine cōscientia archiepiscopi aut coepiscoporum nullū præsumat ponere, nisi unde canonica docet autoritas: quia anathema, æternæ est mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimini, & illis qui aliter non potuerunt corrigi.

23. q. 8. Quicum.

Quicumq; ex clero videtur esse, arma militaria nō sumant, nec armati incedāt: sed professionis suæ vocabulū religiosi moribus & religioso habitu præbeāt: quod si cōtempserint, tanquā sacrorū canonū cōtemptores, & ecclesiasticæ autoritatis prophana tores, proprij gradus amissione multentur: quia non possunt simul Deo & seculo militare. His ita respondetur: Sacerdotes propria manu arma arripere non debent, sed alios ad corripiendum ad oppressorum defensionem atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari.

De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit vsq; ad septimā generationē obseruare, nam & hæreditatis rerū per legales instrumentorum diffinitiones sancitavsq; ad septimū gradū tendit hæredū successione, nō enim succederēt nisi eis de propagine cognationis deberetur.

De cons. d. 1. ecclesiæ.

Ecclesiæ vel altaria &c. supra. Placuit vt hi qui rapiunt fœminas, vel furātur aut sedarunt, eas nullatenus habeāt vxores, quamuis eis postmodū cōueniāt aut eas dotauerint, vel nuptialiter cum consensu parentū suorum acceperint.

Nemo ad sacrū ordinē permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatę castitatis, & qui vsq; ad subdiaconatū vnicā & virginem vxorem habuerit.

Meldenfis concily capta ex Burchardo collecta Caput primum.

Bur. lib. 4. cap. 75.

VT presbyter in cœna Domini ampullas tres secum deferat, vnam ad chrisma, alteram ad oleum ad catechumenos inungendos, tertiā ad infirmos iuxta sententiā Apostolicam vt quando quis infirmatur, inducat presbyteros ecclesiæ &c.

Caput secundum.

lib. 2. c. 114

Qui cum senioribus suis & alijs prouincijs in aliā prouinciā veniunt, sine formata ministrare non permittantur: quam & si attulerint, & ministrare idonei inuenti fuerint, instruantur quā religiose atq; studiose sacrum ministerium peragant, & in quibus locis agere debeant.

Ex eodem capite secundo.

lib. 8. ca. 2

Vt illæ quæ quasi sanctimoniales sub velamine religionis degere videntur, sed potius in delicijs viuentes, mortuæ in diuinis oculis cōputantur, per prouincias discurretes, curiosæ, & verbosæ libidinib; cæterisq; carnis voluptatibus inseruire accusantur, si manifestē detegi potuerint, episcopali auctoritate & regia potestate in talibus locis residere sub testimonio religiosæ cogantur: vbi pœnitentiā si fecerint dignam, assequantur etiā fructuosam. Si enim manifestē detegi nō valuerint, erga ecclesiā suā opinionis malā famam canonicè purgare cogantur: & vt religiosius decatero vivant, & in monasterijs cōuersentur, episcopali decreto & regia auctoritate coercētur. De his etiā Apostolus dicit: Quæ quum fornicatæ fuerint, in Christo nubere volunt.

Item ex eodem capite.

lib. 11. c. 61

Si quis habuerit vxorē virginē ante baptismum: viuēte illa post baptismum alteram habere non potest. Crimina in baptismo soluuntur, non coniugia.

Adhuc ex eodem capite.

De illis autē qui intra parochiā beneficium aut hereditatē habent, & alterius episcopi parochiani sunt & de loco ad locū iter faciunt, rapinas & depradationes peragunt, placuit vt excommunicētur, nec antē ex parochia exeant, quā quæ perpetrarunt, dignè emendent. Quorum excommunicatio seniori eorū & proprio episcopo significanda est, ne eos recipiant antequam illuc redeant vbi rapinam fecerunt, & omnia pleniter emendent.

Ex capite tertio.

Quod si intra bienniū diuinitus temporū tranquillitate cōcessa, admonitis cōprouincialibus à metropolitano synodus indicta non fuerit, & metropolitanus ipse prouocationes tardauerit, anno integro missas facere nō præsumat. Quod si euocati & non corporali infirmitate detenti adesse sua abusione despexerint simili sententiæ subiacent.

Ex eodem capite.

Episcopus in cuius parochia aliquis cōsistens aliquid iniuste fecerit, semel & bis, atq; tertio, si necesse fuerit, vocabit illū sua admonitione per suum nūcium canonicè ad emendationē siue cōpositionem, & ad pœnitentiā, vt Deo & ecclesiæ satisfaciatur, quā læsit. Si autē despexerit atq; cōtempserit eius admonitionē, & saluberrimam inuitationē, feriat illū pastoralis virga, hoc est sententiæ excommunicationis, vt à cōmunionē sanctæ ecclesiæ omniumq; Christianorum sit separatus vsq; ad cōgruam satisfactionē, & dignā emendationē. Quam excommunicationem debet idē episcopus seniori illius notā facere, & omnibus suis coepiscopis ne eum recipiant vsq; ad dignam satisfactionē.

Rursus ex eodem.

Ne Iudæi administratorio vsu sub ordine villicorum atq; actorum Christianam familiam regere audeant: nec eis hoc à quo quā fieri præcipiatur. Si quis verò cōtra hoc agere præsumperit, si episcopus, si presbyter, aut diaconus fuerit, proprio summuocatur gradu: si verò monachus fuerit, cōmunionē priuetur. Similiter & laicus. Et si perseverauerint inobedientes, anathematizentur.

Adhuc ex eodem.

Vt quisq; episcopus talem iuxta se pro viribus habere deceret, qui iuxta sincerissimū & purissimum sensum catholicorū patrū, fide, & obseruatione madorū Dei, seu & prædicationis doctrina presbyteros plebium assiduè instruat & informet, ne domus Dei viuī, quæ est ecclesiā, siue lucerna verbi diuini remaneat. Sed & idem talis existat, quē amor pecuniæ nō vexet, aut reprehensibilis contemptibile reddat. Hinc est quod quum Moses querelā in cōspectu Dei poneret nō se posse portare tantū onus quod ei fuerat impositū, audiuit à Domino: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti quod senes populi sint ac magistri: & auterā de spiritu tuo, tradāq; eis vt sustentent tecū onus populi, & nō tu solus graueris. Quid in Mose nisi summum sacerdotiū, quid in septuaginta viris nisi presbyteros accipimus? Quod autem Dominus aufert de spiritu Mosis, traditq; eis, patēt ostēdit quod ij qui ab episcopo in cōspectu Dei vocati sunt vt secū onus populi sustentēt, eadē velle, & in partito sibi onere totius viribus cooperari. Hoc enim significat qd non aliū sed eundē Mōsi spiritū accipiūt.

Ex capite quinto.

Vt episcopi qui plebes sibi creditas aut rarō aut nūquā per seipsos visitāt, iuxta ordinē Euāgelicum & Apostolicum atque Ecclesiasticum, cum Dominus Mōsi dicat, speculatorem dedi te domui Israel, & audies ex ore meo verbum, & annuncabis eis

ex me &c. à cōprouincialibus episcopis acrius corripiantur.

Ex eodem capite.

lib. 2. ca. 107.

Vt presbyteri nullatenus vbicūque hospitari sināt, aut aliquo modo ipsi psumāt, sed assiduè apud suas eccle. esse studeāt propter sacra myste. fidelib; exhibēda. nec etiā alibi habitare pmittātur. Neque mulieres quacūque habitationē habeāt in locis in quib; presbyteri aliquē recursum habuerint. Quod si obseruari paruipenderint, ita vt transgressores, & qui contra interdicta fecerint, iudicētur.

Itē ex eodē.

lib. 2. ca. 147.

Similiter de illis psbyteris qui cōtra statuta canoni villici sūt tabernas igrediūtur, turpia luca sectātur, & diuersissimis modis vsuris inseruiunt, & aliorum domos inhoneste & impudicè frequētāt, & commensationibus & ebrietatib; deferuire nō erubescūt & p diuersos mercatus indiscrete discurrūt: obseruādū iudicauimus vt ab hinc districtè seueriter que coerceantur: ne per illorum illicitam & indecentem actionem & ministerium sacerdotale vituperetur: & quibus debuerant esse in exemplum, deueniant in scandalum.

Rursus ex eodem.

lib. 4. ca. 77.

Vt nemo episc. vel quilibet minister ecclesiæ. propter sacrū chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quelibet munuscula, quæ per ministros episc. à presbyteris inordinabiliter exiguntur.

Ex eodem.

lib. 9. ca. 32.

De his qui spōsas alienas rapiūt, antiqua & synodalis sententiā obseruetur. Quod & si forte in eccle. eūstalis reperiri dignoscitur, vt pro salutis & religionis cōpetentia humanius quiddā debeāt tractare potestices, sicut canonica, vt eisdē verbis vtamur, docet autoritas, quia prior, in quies, definitio duri: posterior autē quiddā tractauit humanius, nullo modo vt ad maximā indulgentiā descendamus, alteri sponſæ acceptor sine publica trāseat pœnitentiā. Quod si hæc obedire renuerit, sine vlla refragatione anathematizetur. Fautores verò illius, iuxta modū culpæ, episc. decreto pœniteat. Si verò, quod nō opramus, de gradu ecclesiastico talibus nuptiis se consensore vel interuentorem manifestè prodiderit, à gradu proprio repellantur. Et si verisimilibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, canonicè se purget.

Ex eodem.

lib. 11. ca. 16.

Vt peruafores rerum ecclesiasticarum, qui easdem res contra auctoritatem non solum retinere, verum & crudeliter depopulari noscuntur (quidam enim facultates etiam ecclesiæ in diuersa collaboratione & retributibus eas excoliāt) sed & pauperes & vicinos & circummanentes immisericorditer affligunt, deuantant & opprimunt vt rapaces, qui secundum apostolum à regno dei excluduntur, ex criminali & publico peccato publica pœnitentia multentur. Quod si hoc agere noluerint, proferatur contra eos apost. terribilib; sententiā qua dicitur, Si quis frater nominatur, & est rapax, cū huiusmodi nec cibū quisquā sumere psumat: quia iniquū & sacrilegū est, vt Symmachus papa, & post eū beatus Gregorius Sabino subdiacono scribit. Si quis quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ volūtatis studiis, suis cōpēdiis tētauerit retinere. secundū statuta canonū ab oī eccle. cōmuni vt sacrileg; debet arceri donec studeat digna satisfactione qd admisit corrigere.

Ex capite sexto.

lib. 2. ca. 4

Hi qui ordinari petunt, nullatenus ordinētur nisi in loco certo & religioso vel etiā in ciuitate saltē vno anno immorentur, vt de vita & conuersatione atque de doctrina illorum certitudo possit agnosci.

Ex eodem.

Itē iubendū est vt nemo laicorū presbyteros eccle. suarū turpi villicationi, & secundū apostolū seculari & inhonestę negociationi implicare, nec secū aliorum aliorum contra auctoritatē præsumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere. Quod si hæc interdicta præsumperit, excommunicetur.

Ex eodem capite.

lib. 4. ca. 67.

Vt episc. non nisi ieiuni p impositionē manū spiritū sanctū tradant, exceptis infirmis, & morte periclitantibus. Sicut autē duob; tēporib; Pascha videlicet & Pentecoste, à ieiunis celebrari debet baptismus, ita etiam traditionē sancti spiritus à ieiunis potestificibus conuenit celebrari.

Itē ex eodē.

lib. 4. ca. 79.

De presbyteris qui accipiendi chris. gratia ad ciuitates in cœna domini venire solliciti soliti erāt, sanctū est, vt de his qui lōge positi sunt, de octo vel decē vnus ab archidiacono eligatur, qui acceptū chrisma sibi & socijs diligētē pferat. Hi verò qui nō longius à ciuitate q̄ quatuor aut quin; milib; habitant more solito ad accipiendū chris. p se veniant. Discēdi verò gratia alio non quadragesimali tēpore ad ciuitatē conuocentur propter plebes sibi commissas.

Rursus ex eodem.

lib. 11. ca. 14.

Episcopus qui eos quolibet munere vel fauore aut negligentia monere aut excommunicare distulerit, qui cōtra deū & ecclesiā pacē faciunt, vt aut reuerentes suscipiat, aut contēnentes de ecclesia eiiciat, excommunicatus habeatur à collegio ceterorū, quousq; vel emēdationis vel dānationis eorū ab eo sententia promulgetur.

Ex capite septimo.

lib. 4. ca. 13.

Omnis presbyter qui fontē lapideū habere nequiverit, vas cōueniēs ad hoc solūmodo baptizandi officium habeat, q̄ extra ecclesiā non deportetur. Similiter ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria vasa habeantur, in quibus nihil aliud fiat.

Iterum ex eodem.

d. 4. Omnis presby. lib. 9. ca. 68.

Si laicus cum laica fœmina, id est vterque absolutus à lege coniugij concubuerit, tres annos pœnitent. Et quanto sepius & negligentius ea peccata cōmiserunt, tanto magis & tempus addatur, & modus pœnitentiæ.

Ex capite octauo.

lib. 2. ca. 213.

Episcopū, presbyterū &c. aut diaconē canes ad vendendū, aut accipitres, aut huiusmodi res habere nō licet. Quod si quis. hoc caput apud Gratianum est in iisdem verbis.

Ex eodem capite.

lib. 3. ca. 53.

Iuxta synodalia præcepta decreuimus vt nullus mortaliū de agro ecclesiastico, & manso ac micipis, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitū fuerit ecclesiæ, neque de decimis & oblationibus fidelium quinquā presbyterorum aliquem censum p̄soluere cogat: nec quisquā cuiuslibet ordinis aut dignitatis exinde quicquā subtrahat, & redhibitionem quamcunque exigat tēporalē. Quod si fecerit, cōmunionē vsque ad satisfactionem priuetur.

Ex eodem capite.

lib. 8. ca. 52.

Qui sanctimoniales virgines vel viduas rapiunt, & progressū etiā criminis in coniugij sumunt, publica pœnitentiā subigantur: ipsæ verò fœmine locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitū religionis redire cogantur. Ipse autē incestuosus sine spe vxoriæ copulationis perenniter maneat, nisi nescisse se velatā expurgate potuerit. Si verò (q̄ absit) coniugia iterare præsumperint, acriori subdantur vindictæ, & amplius propellantur. Qui si forte obedire monitis salutaribus noluerint, anathematizentur.

Ex eodem capite.

Lib. 3. ca. 9. Vt ecclesia antiquitus constituta nec decimis nec vlla possessione priuentur, ita vt nouis oratoriis tribuatur.

Ex capite nono.

Lib. 3. ca. 151. Antiquus in his regionibus in ecclesia sepeliendoru mortuoru vsus fuit, & plerunque loca diuino cultui macipata, & ad offerendas deo hostias pparata cœmiteria, siue polyadria facta sunt. Vnde volumus vt ab hac re deinceps abstineatur, vt nemo in ecclesia sepeliatur, nisi forte talis sit psona sacerdotis aut cuiuslibet iusti hominis, qui p vitæ meritū tale viuēdo suo corpori defuncto locū acquisiuit. Corpora verò quæ antiquitus in ecclesiis sepulta sunt, nequaquā p iiciantur, nisi sint paganoru: sed tunc sibi qui apparēt, p fundius in terrā mittantur: & pauimēto desuper facto nullo tumulorū vestigio apparēte, ecclesie reuerētia cōseruetur. Vbi verò tāta est multitudo cadauerū, vt hoc facere difficile sit, locus ille pro cœmiterio habeatur, ablato inde altari, & in alio loco constituto, vbi religiose & purē deo sacrificium offerri valeat.

Ex eodem capite.

Lib. 3. ca. 158. Vt nemo quēlibet mortuū in ecclesia quasi hæreditario iure, nisi quē episc. aut presby. pro qualitate cōuersationis & vitæ dignū duxerit, sepelire præsumat: nec quisquā ossa cuiuslibet mortui de sepulchro suo eicere, aut sepulturā cuiusquam temerario ausu quoquo modo violare, sed vnūquēq; in loculo sibi à deo parato atque cōcesso aduentū sui iudicis præstolari concedat.

Rursus ex eodem.

Qui verò deinceps rapere virgines psumpserint, vel viduas, secundū synodale Beati Gregorij definitionem ipsi & cōplices eorū anathemat. & raptores sine spe cōiugij ppetuo maneāt.

Item ex eodem.

Lib. 10. ca. 35. Placuit prohiberi ne fœminæ in cœmiterio puigilent, eo q̄ sæpe sub obtentu orationis & religionis la tēter scelera cōmittant.

Ex eodem.

De his qui pro delicto suo à cōmunionē separātur ita placuit, vt in quibuscūq; locis fuerint exclusi, in eodē loco cōsequantur cōmunionē.

Adhuc ex eodē.

Li. 12. ca. 1. Vt multiplex iuramentorū & periurorum confusio, per quā multæ fidelium animæ in toto hoc regno pditæ esse noscuntur, q̄ sit detestanda & deo odibilis, attentius omnibus annuncietur. Tātū nāq; hoc malū est, vt ad sanctuaria martyrū, vbi diuersorū ægritudines sanātur, ibi piuri, licet manifestē interdū vexari non videantur, iusto dei iudicio à dæmonibus arripiantur. Et sicut sanctus dicit Gregorius, ad horum corpora ægri veniūt & curantur, & piuri à dæmonio vexantur.

Ex capite undecimo.

Lib. 1. ca. 61. Canonū statuta sine puidicio ab omnibus custodiātur, & nemo in actionibus vel in iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorū autoritate ducatur. In exponēdis etiā vel prædicandis diuinis scripturis, sanctorū catholicorū patrū & probatissimorū sensum quisque sequatur, in quorum scripturis, vt beatus dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillet.

Ex capite quadragesimotertio.

Lib. 1. ca. 21. Cauendū, & summopere præcauendū, ac p virtutē Christi sanguinis interdicēdū episc. & regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus, atq; cūctis fautorib⁹ & electorib⁹ quorūcūq; atq; consensoribus seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, vt nemo p simoniacā hæresim regiminis locū obtineat quacū que factione calliditate, p motione seu cōmoditate

† ad hunc usque locū sanctus inter cætera documēta per os dicat Gregorij: Cur non perpendit quia benedictio illi in maledi

ctionē cōuertit? Et alibi, Dolēs, inquit, dico, gemens denūcio quia sacerdotiū q̄ apud vos intus cecidit, foris diu stare nō poterit.

Ex capite 45.

Vt ecclesie vel altaria quæ ambigua sunt de consecratione, consecrentur, & vt superflua altaria destruantur.

Ex capite 48.

Nemo presbyterorum baptizare psumat nisi in ciuitatibus, atque tēporibus cōstitutis, nisi causa ægritudinis, vel certæ necessitatis: & loca illa auctoritatē & priuilegia debita retineāt.

Ex capite 65.

Si autē necdū eas quas rapuerāt, cū voluntate parentū sub pfato desponsionis vel dotalitij nomine in coniugium sumptas habent, quādo in omniū aures hæc fuerit cōstitutio p̄mulgata, ab earū coniunctio ne separētur, & publicæ pœnitentiæ subigantur. Raptæ autē parentibus legaliter restituantur. Post actam verò publicā pœnitentiā, si ætas & incōtinentia exegerit, legitimo & ex vtriusq; partibus placito cōiugio socientur. Nā in his non regulā cōstituiimus, sed vt verbis magni Leonis vtamur, quid sit tolerabili⁹ æstimamus. Qudd si vnus ex cōiugatis obierit: is qui publicā pœnitentiā egerit, & superstes extiterit, iterare coniugium non præsumat, nisi forte episcopus p̄uiderit aliquā concedere indulgētiā, vt grauiorē possit amouere offensam.

Ex capite 69.

Is qui viuente marito coniugem illius adulterasse accusatur, & eo in pximo defuncto eandē sumptasse dinoscitur, omnimodis publicæ pœnitentiæ subigatur. De quo etiā post pœnitentiā præfata, si expedierit, seruabitur regula, nisi forte, id est aut mulier virū qui mortuus fuerat, occidisse notetur, aut p̄pinitas vel alia quælibet actio criminalis ipediat. Quod si p̄batū fuerit, sine vlla spe coniugij cū pœnitentiā ppetuò maneāt. Si autē negauerit se eandē fœminā viuente viro nequaquā adulterasse, & præfati homicidij neuter eorū reus extiterit, & p̄batis testib⁹ neuter eorū conuinci poterit, purgēt legaliter famam suæ opinionis, & sumpto vtantur coniugio: si alia, vt diximus, non impediē ratio.

¶ Canones Concilij Auernensis qui inuenti sunt in Burcardo diuersi ab iis qui continentur in Tomo conciliorū hætenus impresso. De Mācipiis Iudæorum, quæ ad baptismum confugiunt.

Licet prioribus canonibus iā fuerit definitū vt de mancipiis paganis, quæ apud Iudæos sunt, si ad ecclesiā cōfugerint & baptismū petierint, etiā ad quoscūq; Christiana. refugerint, taxato & oblato à fidelib⁹ iusto p̄cio ab eorū dominio liberētur: Ideo statui m⁹ hoc, vt tā iusta cōstitutio, ab oib⁹ catho. obseruetur.

De filiis quomodo parentibus obedire debeant.

Admonendi sunt fideles sanctæ dei ecclesie filij vel filia, vt parentibus suis obedientiam exhibeant, dicente domino: filii honorifica patrem tuum. Nam & vt ipsi parentes erga filios suos ac filias modeste agant admonendi sunt dicente Apostolo: Et vos parentes nolite prouocare ad iracūdiam filios vestros. Nam & hoc dicendum est eis, vt si illi genitali affectu parcere velint iniuriis filiorum, non hos impunitos dominus finit nisi forte pœnitentiā subiiciantur. Sed tamen leuius est filiis parentum quēlibet flagella suscipere quam dei iram incurtere.

De illis, qui presbyteros suos male tractauerint.

Si quis presbyterum proprium inhonorat, aut verbo, aut facto contumeliam facit, tam diu à liminibus ecclesie arceatur, quousque per condignam pœnitentiā satisfaciatur. Ait enim Apostolus. Presbyteri qui bene

bene præ sunt duplici honore digni habeantur. Item alibi dicit. Obedite præpositis vestris subiectis eis estote.

De Synodo congreganda.

Peractis omnib. quæ ad correctionem nostri ordinis in hoc concilio promulgata sunt, placuit definire, vt omni anno ad peragendā celebritatē cōcilij in metropolitana sede, tempore quo principis, vel metropolitani, electio definerit, deuotissimè animo rum studiis cōferamus, nec quibuslibet requisitis occasionibus dissentiamus, sed in præparato die quo in dictum fuerit, adunatis, in metropolitana sede omnibus prouinciæ pontificibus, conciliū deo pfule, celebrerit. Quisquis autē episc. excepta inuitabili causa, vel necessitate, de peragendo se concilio absentauerit, per vnus anni spacium erit cōmunionē plectendus. Quod si deinceps absque celebratione concilij, anni vnus metas transierit, omnium in cōmunionē pontificum eiusdem prouinciæ sententiā obnoxius retinebit, id est si nulla sibi impediēte principis potestate, vel infirmitate, aut inuitabili causa, sed solius propriæ voluntatis libitu sese, ad celebrandum concilium non collegerit.

De paruis & leuibus causis nullus cōmunionē priuetur.

Nullus sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem, pro paruis, & leuibus causis à cōmunionē suspendat: præter eas culpas pro quibus antiqui patres arceri ab ecclesia iusserunt committentes.

¶ Canones Concilij apud Compendium.

Compendium ciuitas picardiæ vocabulo corrupto cum dici oporteret combiuiū sic dictū à duobus fluminibus illuc confluentibus.

Quod neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito alteri coniungantur.

Placuit vt secundum Euangelicam & apostolicā disciplinam neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito alteri coniungantur sed ita maneant, aut sibi met reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiā redigantur.

De his qui in matrimonio iuncti sunt & concubere non possunt.

Si quis accepit vxorē, & habuit ipsam aliquo tēpore & ipsa fœmina dicit, quod non coisset cum ea & ille vir dicit, quod sic fecit, in veritate viri consistat, quia vir caput est muliebris.

Quod res ecclesiasticæ ad laicos disponendæ non respiciant.

Synodali decreto sancitum est, ne laici, vel sæculares de viris deo dicatis, ecclesie que facultatibus, aliquid ad se putent, vel præsumant præter reuerentiā pertinere, quorū quarūq; sacerdotibus disponēdi in discusse à deo cura commissæ docetur. Si quis contra hæc venire præsumpserit, anathemate feriatur.

De eadem re.

De viris deo dicatis ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi, nulla legitur laicis, quamuis religiosi vnquam attributa facultas.

De presbytero qui se deprehenderit non esse baptizatum.

Si quis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur & ordinetur iterum, & omnes quos prius baptizauit.

Quo tempore baptismus fieri debeat.

Vt extra statuta tempora canonū id est in pascha & Pētecoste, baptismus non celebreretur quia sacri canones hoc modis omnibus, nisi aliquod periculum institerit fieri prohibent, intantum vt etiam eos qui alio tempore baptizantur, à gradibus ecclesiasticis abstineant, nec ad clerum admittantur.

Quando episcopus paræcianum alterius excommunicare valet.

Placuit pro communi vtilitate v nullus episcopus grauiter ferat si eius paræcianū pro deprecationis causa alter episcopus excommunicauerit.

6. q. 3. Pla.

Vt presbyteri cum festiuitates annunciant vigiliarum non obliuiscantur.

Item cum presbyteri sacras festiuitates populo annunciant, etiam ieiunium vigiliarum, vbi esse debet eos omnimodis seruare moneant.

De dominica die qualiter sit veneranda.

Omnes dies dominicos à vespera in vesperam, cum omni veneratione obseruare decreuimus & ab illicito opere abstinere, & vt mercat⁹ in eis minime sit, nec placitum vbi aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur, nec sacramenta iurentur nisi pro pace faciendā.

Ex Conc. Varensi.

Episcopus non proferat, quod probare non potest.

Si tantum episcopus alieni sceleris se consciū noverit: quādiu probare nō potest, nihil proferat: sed cum ipso ad compūctionem eius secretis correctio nibus elaboret: Quod si forte correctus pertinacior fuerit, & se cōmunionē publicæ ingesserit, etiam si episcopus in redarguendo illo, quem reum iudicat, in probatione deficiat indemnat⁹ (licet his qui nihil sciuerūt, secedere ad tempus, pro personæ maioris autoritate iubeatur) ille tamen quādiu nihil probare potest, in cōmunionē omnium præterquam eius qui eum reum iudicat permanebit.

6. q. 2. Si tantum.

Illud quoque fraternitatem tuam scire necesse est quoniam sic te prædicat Terracon. ecclesie cardinalis esse cōstituiimus sacerdotem vt & Fundensis ecclesie pontifex esse non desinas, nec curam gubernationemque eius præter eas quia ita fraternitati tuę sæpe dictę Terracon. ecclesie curam iniungimus, vt Fundensis ecclesie tibi iura potestatemque subtrahamus. Non enim potest vtrique præsidere tanquam titularē, sed vni tanquam commendatā, alteri vero tanquam titularē præesse valet.

21. q. 1. lib. lud. quoz.

Canones Concilij apud Altheū. De eo si quis cum vxore alterius viuente eo fornicatus fuerit.

Illud vero communi decreto secundum canonū instituta definimus & p̄iudicamus, vt si quis cū vxore alterius, viuente eo fornicatus fuerit, moriēte marito, synodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne vltius ei coniugatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nolumus enim, nec Christianæ religioni conuenit, vt nullus ducat in coniugio, quam prius polluit per adulterium.

Burch. lib. 9. ca. 74.

De episcopis, qui apud Romanam sedem accusati fuerant, quod cum excommunicatis communicarent.

Regno Conradi piissimi & Christianissimi regis quinto cōgregata est sancta generalis synodus apud Altheū in pago Rethia præsentē videlicet domini Iohannis papæ apocristario sanctæ Ortēsis ecclesie Petro venerabili episc. Hoc quatenus aliquo modo diabolica femina in nostris partibus exorta extirpare, & nefandissimas machinationes quorundam puerforum hominum sedare & eliminando purgare deberet. Trāfacto igitur triduo ieiunio, & sacris lithaniis more debito celebratis conuenimus in ecclesia sancti Iohannis Baptistę, & mœsti confestim⁹. Tum demum præfatus sancti Petri & domini Iohannis papæ missus, proferens chartam apostolicis literis inscriptam qua monebamur, arguebamur & instruebamur de omnibus ad veram religionem Christianæ

Burch. lib. 11. ca. 68.



fianæ fidei pertinentibus. Quæ omnia ut iustum & dignum erat humiliter accepimus, diligenter tracta uimus, & deuoto affectu omnino amplectebamur. Ergo euangelicam præceptionem, & institutionem saluberrimam lachryabili voce protulimus, qua arguebantur Pharisæi & scribæ: Mūdara (inquit) pri<sup>9</sup> quæ intus sunt. Et item Eeice primū trabem de oculo tuo: Ac propheticum illud: Ruina populi sacerdotum mali. Perpendentes & discutiendo nosmetipsos inspicienti, & in mediū pœnitentiæ sanctæ digno fructu ad terram nos proicientes defleuimus negligentias innumerabiles & peccata nostra grauissima. Deinde hortatu domini Petri contra nosmetipsos, & vitia irati, adiuuante primo spiritu sancto, & miserante capitula infra notata, ad correctionem tam nostram quam Christiani populi statuendo collegimus. *De episcopis qui subiectos seducunt communicantes cum excommunicatis.*

*Burch. lib. 11. ca. 69.* Scimus sacra autoritate scriptum: Qui excommunicato cōmunicauerit excommunicetur. In hoc nos fatemur episcopi, & presbyteri, & clerici pœna liter peccasse, quod in posterum deo auxiliante, & emendare & cuitare cupimus, & præcipimus.

*De eadem re.*

*Bur. lib. 11. ca. 70.* Placuit sanctæ synodo hunc errorem quasi impiū ab ecclesia amouere: quia animarū curam à deo accepimus, non pecuniarum. Inde & redditu sumus deo rationem, & accepturi propter suam misericordiam æternā retributionem, vel iustā damnationē.

*De episcopis ut non sint malum exemplum populo.*

*Bur. lib. 11. ca. 71.* Bonū exēplū populis seipfos episc. vel sacerdotes debent præbere, & ostendere non solū dictis, verū & factis. Propter hoc enim statuim<sup>9</sup> minime vnquā in posterū contra sacra instituta aliquo modo communicemos excommunicatis, & diudicemus, nosmetipsos, quaten<sup>9</sup> in futuro non iudicemur à domino. Sequi cupimus dicta & statuta S. Gregorij papæ & pœnitentiā dignā agere volumus secreta in monasterio: quia publice nequimus, in futuroque prædicta omnibus modis deo propitio vitare volumus. Eamdemque legem statuentes presbyteris, diaconibus & omni clero, si de gradu deponi noluerint, ut fideliter obseruent, & aliis seruare prædicent.

*De correctione episcoporum qui cum excommunicatis communicauerint.*

*Bur. lib. 11. ca. 72.* Autoritate Apostolica firmamus dicta, & præcepta sanctorum canonum, & interdiciamus, quando quis excommunicatus sit, ut nullus nostrorū episcoporum ei audeat communicare, vel cum eo in ecclesia orare. Et laici qui sequuti sunt nos, ut dicunt errando & sequendo nos modo, nos aut nosmetipsos per pœnitentiā macerantes corrigendo, & viam eis vitæ prædicantes & aperientes, ut relinquant à diaboli laqueis, à quibus per nostra mala exempla capti tenentur, & ad veram matrem ecclesiam per pœnitentiā reuertantur.

*De clericis, qui fugerint ecclesias suas & de seruis qui dominos proprios fugerint.*

*Bur. lib. 11. ca. 78.* S. Gregorius dixit: Clericum fugientem ab ecclesia sua vel seruū fugientem dominum propriū & nolentem reuerti, iudicam<sup>9</sup> cōmuniōne priuari, quoad vsque ad propriam ecclesiam, vel ad dominum suū redeat. Et item: Clericum fugitiuum suo episcopo, vel domino suo decernimus Apostolica sententia restitui, vel excommunicari, vna cum illis, qui ei communicauerint. *De hereditate episc. caterorumque eccle.*

Sed & hoc ibidem inuentum est de episcopis, presbyteris, & clericis, si hereditatem à domino rege, vel ab alio principe, vel amico suo, seu per hereditatem sortem sibi deuenit, vel acquisierunt, donare eis liceat hanc cui voluerint, dum viuunt pro remedio animæ, ad ecclesiam quamcūque elegerint, vel consanguineis suis, vel amicis. Sin autem antea obierint, quā firmiter perfecerint, altari cui seruiunt omnia perpetuo sanctificentur, & in ius tradantur. Similiter de presbyteris statutum est.

*De purgatione episcoporum.*

Statuim<sup>9</sup> propter dei dilectionem, & proximi & fidelium honorem catholicorum, & p̄cipue ob multitudinem, scandala eruenta & funditus extirpanda & perturbationes quæ nouiter exortæ sunt, & oriuntur, necnon ut omnes sciant nos episcopos, tales dei misericordia nequaquam esse, quales dicimur, exemplū S. Leonis papæ, qui supra quatuor Euangelia iurans, coram populo se purgauit, sequi & imitari salua tamen autoritate canonica.

*De eo qui ex monacho factus fuerit episcopus.*

Statutum & rationabiliter secundum sanctos patres à synodo est firmatum, ut monachus, quem canonica electio à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho episcopum facit, velut legitimus hæres paternam sibi hereditatem postea iure vendicandi potestatem habeat. Sed quicquid acquisierat, vel habere vi<sup>9</sup> fuerat, monasterio relinquat, & Abbatibus, qui fuerat secundū regulam sancti Benedicti, arbitrio. Postquam enim episcopus ordinatur, ad altare ad quod sanctificatur & titulatur, secundum sacros canones quod acquirere poterit, restituat.

*De clericis, qui à dominis suis liberi facti sunt.*

Nullus clericus ad gradū presbyterij promouetur, nisi ut scriptum in canonibus habetur. Si enim propter dei dilectionem quis de seruis suis quemquā elegerit, & docuerit literas, & libertati condonaauerit, & per intercessionem erga episcopum, presbyterum effecerit, & secundum Apostolū victum & vestitum ei donauerit, ille autem postea in superbiam elatus, missam dominis suis, & canonicas horas obseruare, & pfallere renuerit, & eis iuste obedire, dicens se liberū esse, noluerit, & quasi libere cuius vult homo fiat, hoc sancta synodus anathematizat, & illum à sancta communione arceri iudicat, donec resipiscat & domino suo obediat secundum canonicæ præcepta. Sin autem obstinato animo & hoc cōtempserit, accusetur apud episcopum, qui eum ordinauit & degradetur, & fiat seruus illius idem domini sui sicut natus fuerat. Quisquis verò talem secū habuerit, posteaquam rem illius prædictam audierit, & domino suo non reddiderit, vel à se proiecerit, siue episcopus, siue comes, siue clericus, siue laicus anathematis illius societate non datus, pœnam excommunicationis luet.

# TERTIA SECTIO SECVNDÆ CLASSIS CONTINENS RECENTIORA CONCILIA Prouincialia & diœcesana selectiora & nostro sæculo accommodatiora: Quorum catalogus sequenti tabella indicatur.

Catalogus Prouincialium & Diœcesanorum Conciliorum recentiorum.

	Fol. i.
Senonense Prouinciale.	12.
Colonienſe Prouinciale sub Hermano.	32.
Reformatio cleri Germaniæ.	34.
Statuta Synodi Hildesemensis sub Valentino epif.	42.
Forma viuendi Canonicorum.	48.
Statuta Synodi Diœcesanæ Augustensis.	55.
Statuta Synodi Diœcesanæ Treuerensis.	60.
Statuta Synodi Prouincialis Treuerensis.	62.
Statuta Colonienſis Prouincialis sub Adolpho.	74.
Statuta Diœcesanæ Colonienſis.	76.
Statuta Prouincialis Concilij Moguntini.	

## EPISTOLA.



Antonius miseratione diuina, tituli sanctæ Anastasiæ, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, archiepiscopus Senonensis, Galliciarum & Germaniæ primas, Albigenſis episcopus, ac Francia cæcellarius: vniuersis præfens hoc scriptum inspecturis, salutem in eo qui est omnium vera salus. Cum frequens concilio celebratio, agri domini præcipua sit cultura: quæ vepres spinas & tribulos heresum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam domini ad frugem vberissima fertilitatis adducit. Generalia autem non facile possint aut soleant adunari: quibus subulescentes errorum fibræ, animaduersionis tempeſtina sarculo prædantur prouide admodum à sanctis patribus institutum est: ut metropolitani prouincialia subinde concilia conuocarent quibus, vna cum suis suffraganeis irrepentibus animorum morbis & commissa sibi plebis contagioni, digna cautione mederentur. Quod etsi semper utique fuerit non segeniter obseruandum, ea tamen sese nobis obtulit necessitas: ut in tanta curarum nostrarum mole, nulla dilatione negocium tam sanctum protrahi pateretur. Siquidem cum grauis & lethalis morbus afflicta corpus ac depascit: adhibenda est euſticia salutaria medicina sine vlla procrastinatione: qua propulſato morbo, pristinam agroto sanitatem instauret. Et periculosa tum solet esse mora: cum per illam languor exitialis inualeſcit amplius, & valentiores sumit vires. Quid igitur sit vitandum: cum extrema quedam animorum pestis immaniter grassatur in omnes, & lue sua mortifera longe lateque deſerchatur? Nonne reiecta omni prorogatione, incunctanter occurrandum est & mature tam pestilenti malo: remediis salutaribus & accommodatis? ne si ofſcit anter id ipsum & lente agatur: interea tabes illa pestifera latius proſperpat in plures.

& diffusius propagetur. Tale autem quiddam nostra accidisse atate circa fidei & morum corruptelam: vel tacentibus linguis, res ipsa plane loquitur. Adesse iam tempora illa periculosa, de quibus ad Timotheum scribit apostolus: ipsa rerū experientia dilucide comprobatur. Tanta enim Martini Lutheri & perditorum quorundam hominum auspiciis, in orthodoxam fidem pestis efferbuit, tam grauis ecclesiæ procella superioribus hisce diebus incubuit: ut electi (quod est apud Mattheum) propemodum viderentur in errorem induci, & dirum concussa Petri nauicula naufragium intentari. Nempe eo dementia proruperunt ecclesiæ perduelles, in eam venere perfrecta frontis impudentium: dum extinctarum quondam heresum cineres exuscitant, dum heresarchas ab omni fidelium teatro quondam explosos, orthodoxis patribus anteponunt: ut sacrosanctam conciliorum authoritatem respuant, nullum vel apertissimum scripturæ locum non deprauent, sed corruptum atque adulteratum in suam utcumque sententiā detorqueant. Ne serpat itaque latius hic cancer, ne quis è cōmissa nobis plebe, vana cuiusdam libertatis prætextu aut adulterino scripturarum fūco deceptus, tam dirum ac pestilens venenum hauriat: de suffraganeorum nostrorum consilio decreta quedam promulgari iussimus, quibus exitiale Lutheri & caterorum id genus hereticorum virus, aliqua ex parte detegatur. Adiecta sunt & nonnullæ constitutiones, quibus inſoleſcentes nostra tempeſtate mores & supullulantes quidam excessus comprimantur. Disciplina tamen ordinem secuti, à generali primum decreto susceptum fidei negocium inchoamus: ad specialia subinde progressuri. Datum Parisiis, anno domini millesimo, quingentesimo, vicesimo octavo: die vero vicesima mensis Februarij.

\* Aaa Scribēs

FINIS SECVNDÆ CLASSIS.

*Psal.* 128.



**C**ribes regius psaltes de ecclesia eiusq; aduersariis, & vano atq; inani coru cooatu. Sæpe (inquit) expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nunc Israel. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim nō potuerūt mihi. Quibus sane verbis indicat, ecclesie vel à primordiis suis hostes nō defuisse: qui atrociter quidē illam impugnarunt, sed minime deuicerunt: hostiliter quoque exercuerunt, sed non pro sua potuerunt libidine extinguere. Quare cum præposuisset. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: mox subiunxit, etenim non potuerunt mihi: quod idem facile cognoscet: quisquis veteres hæreticarchas & eorum errores paululum discusserit. Nā à plurimis aduersariis oppugnatam ecclesiam fuisse percipiet: sed semper de illis nobiliter triumphasse. Impugnarunt in primis ecclesiam in primo suæ iuuetutis flore: Simoniani, Nicolaitæ, Gnostici, Carpocratiani, Chilstæ, Ebionæ, & pleriq; alij hæretici: qui falso arbitrati vaftris suis argutis & dolis, supplā rare ecclesiam, tanquam fumus euauerūt: ecclesia autem victrix gloriosaq; permanfit. Subsecuti sunt deinde alij, ecclesiam insidiosus & occultus adorti: qui sacras literas aliquatenus suscipientes, & nudo earum cortici inhærentes: eius auctoritatem nō solum moliti sunt imminuere, verum etiam profus enervare. Huiusmodi fuerunt: Manichæus, Acrius, Vigilātius, Valdo, Marfilius Patauinus, & Ioannes Vicleuus. At frustra id tentarunt: quandoquidē solido fundamento innixa, euerit nō potuit. Voluit nempe Deus tantā esse ecclesie suæ stabilitatē & potestatē: vt per eam veluti per infallibilem quandam regulā, ad salutem mortales dirigerentur. Nam vt sanctæ scripturæ cōtestantur, nulli ad vitā beatā patet aditus, qui ecclesiam certe nō audiat, aut qui ab eius cōmunionē exclusus sit. Nec certe gloriari possunt hæretici: quasi apud illos resideat ecclesia catholica. Nā cum illa sit vniuersalis, omnēsq; fideles cōplectatur (alioqui: catholica nō esset) angulis aut latibulis hæreticorū nequit circumferri. Huic accedit, quod in integritate fidei, ecclesia catholica eadē semper perseuerat, nec vllis erroribus coinquinatur. At contra, nefariis suis cōuenticulis veluti infamibus prostibulis fidem hæretici prostituere ac violare fatagunt: dum impie in suis adinventionibus fornicantur. Præterea, in finem vsq; seculi, iuxta Christi pollicitationem, perduratura est ecclesia catholica: quod nullis adhuc hæreticorum sectis contigit. Quare non potest apud hæreticos catholica ecclesia residere: licet secus arbitrati sunt Manichæus, Acrius, Vigilātius, & ceteri prænominati. Quorum perniciosos errores paulo diffusius explicare cōstituimus: quod iidem sint aut fere similes illis, qui hac tempestate repullulare videntur. Præfatorum itaq; hæreticarum primus fuit nō minus impius quā ridiculus, Manichæus: qui tollens liberum arbitrium, duplicem in homine statuit naturam alteram bonam, alteram malam: & bonam quidem à Deo imō de Dei substantia cōditam asserit: & eandem semper bene agere, malam verō à principe tenebrarum: semper male. Agunt enim iuxta illius sententiam nō libere & voluntariē, sed necessario & naturaliter: ob idq; nihil imputandum putat humanæ voluntati, sed naturis illis, maximē inter se contrariis. Nec ea in re: multum distat à Manichæo Lutherus. Nam cuncta quæ ab homine fiunt, necessario fieri

*Manichæus*

*Lutherus*

suas bonas facere aut malas. Aufert etiā ipse Manichæus liberū arbitriū: licet alias ab eo dissentiat. Manichæus nanq; humanā salutē ponit in operibus bonæ illius naturæ. At Lutherus sola fide & fiducia in Deū eiusq; pmissa, seclusis bonis operibus: homines iustificari arbitratur. Errat Manichæus: errat & Lutherus. Errauit cōsimiliter Pelagius: dum aliud extremum secutus, ad vitā beatā cōparandā, minime necessariā putat diuinā gratiā: sed ad id sufficere cenfet liberū arbitriū, si modo adsit diuinæ legis cognitio. Porro talia deliramenta respuēs ecclesia catholica, hæc tria ad salutē requiri docet: fidē, bona opera, & diuinā gratiā: neq; absq; his: patere homini adultoriā salutis. Accedentē siquidem ad Deū: oportet primū diuinę gratię munere adiutū, credere. Deinde bonis operibus intēdere: in quibus officendis, & liberum arbitriū operatur & gratia: officio tamen & principalius: gratia. Quapropter qui hominem bene operati & salutem cōtequi arbitratur absque gratia, aut primatum boni operis libero arbitrio ascribit, non gratiæ: Pelagianus censendus est, qui vero saluari hominem existimat neglectis bonis operibus, à libero arbitrio procedentibus: hic Manichæus est & Lutherus. Nam in errorē Manichæi incidit Lutherus: dum nimis anxie & scrupulose deuitat Pelagium. Metuens nanq;, liberum arbitriū cum Pelagio nimis efferre: omne bonum opus quod est in homine, deo tribuit & diuinę gratię, nihil prorsus libero arbitrio sicq; tollens omnino liberū arbitrium Lutherus, factus est Manichæus: dum refugit esse Pelagianus. Debuerat certe Lutherus ex Apostolo nosse, ita necessariā esse diuinam gratiā ad bene operandū: vt cū ea tamen liberū arbitrium, bonum opus efficiat. Testis siquidē est Apostolus, diuinam gratiam in se vacuam nō fuisse: cum abundantius (inquit) laboraui: nō ego autē: sed gratia Dei mecum. Vnde recte conficitur, ipsum diuinę gratiæ (vt & reliquos fideles) cooperatū fuisse: quos ipse cohortatur, ne in vacuum gratiam Dei recipiant, laborem eorum pronuncias nequaquam fore vanum: si sic gratia vtantur, vt non frustra illam videantur suscepisse. Vtrumq; nimirum alteri cōnectens Apostolus: noluit liberum arbitriū ocio torpescere cum Manichæo, & arrogantia deuitans Pelagij, sic cooperationē tribuit libero arbitrio vt ex se tamen & citra diuinę gratiæ munus sufficere nō possit ad salutē. Hæc utiq; sententia est ecclesie catholice, quā semper catholici doctores tenuerunt: & in oppositam partē declinantes hæreticos, diuinorum eloquiorū testimoniis cōfutarunt & damnarunt: quales (vt præmissum est) fuerunt Pelagius, Manichæus: & hoc tempore Manichæi discipulus, Lutherus. Atqui Manichæo succelsit Acrius: dissimili quidē voluntate, sed simili vanitate oppugnans ecclesiam. Hic nanq; carnalē molitus statuerat libertatē, solēnter indicta ab ecclesia nolebat ieiunia seruari: ne legi viderētur fideles obnoxij. Arbitrabatur enim, si ieiunia ab ecclesia cōstituta seruarent, aut sacris eius legib; ac institutis obtēperaret: eos in seruitutē redigēdos, Christianis hominib; minus cōuenientē. Quia in re liquido ostēdit: quā ignarus, quamq; in diuinis scripturis parū esset exercitatus. Inelligēter siquidē debuerat ex apertissimis sacra scripturæ documentis: quod vera libertas Christianorum, quæ fideles Christus liberauit, non libertas est carnis, sed spiritus: per quā mortificatur caro cū suis concupiscentiis: spiritus autē viuificatur. Aduersatur enim

*Pelagius*

*Gene. 6.*

*1. Cor. 13.*

*Act. 17.*

*Gal. 4.*

*Valdenses.*

*Gal. 4.*

*Gene. 6.*

*Mat. 18.*

*Vigilantius.*

*Gal. 9.*

*Valdenses.*

prorsus libertati spiritus libertas carnis: vt præclare sub typo Isaac & Ismael, Sara & Agar, ad Galatas apostolus deducit. Volēs itaq; deo inspirate ecclesia hæc spiritualē libertatē Christiana pietate dignā statueret: moderata indixit ieiunia, ac rationabilē ciborum delectū certis tēporibus & diebus sapiētissime sancit ut nō hæc (vt volebat insipiēs Acrius) arbitrio relinquens filiorū: quorū vt pia mater salutē affectaret & haberet sollicitudinē. Nouerat enim, sensus humane cordis cogitationes pna esse ad malū ab adolescentia: nec facile ex se & suapte voluntate, ad hanc libertatē spiritus puenire posse. Tāta autē moderatio ne, tātaque circūpectio omnia digessit: vt iis qui Christiano animo sunt imbuti, nullus prorsus iustę que relax locus relinquatur, atq; illa institutis, haudquaquam nos rursum in legis Mosaicę seruitutē obrudit: quę iam omnino desit, sed in libertatem asserit filiorum dei. Vnde cōstat q̄ fallatur Acrius: dū in carnalē fideles nititur deiicere libertatē. Quāobrē cū sua Ismaelica aut Agarena, eaq; carnali atq; impia libertate, nō heri aut nudius tertius: sed ante annos mille dānatus est, & cū eo satanica eiusmodi libertas funditus est euerfa. Quā nihilo minus homines impij, his tēporibus incassum laborāt rursus excitare & erigere dicentes nequaquā ecclesie hoc esse cōcessum, vt fideles valeat lethiferæ noxæ reddere obnoxios: aut sic ad mortale peccatū obligare, vt lethale noxā præceptorū ecclesie incurrāt transgressores, cū tamen ex sacris literis, donatā esse à Christo ecclesie eiusmodi auctoritatē, clare innotescat: qui inter ethnicos eos sane deputauit, qui præceptis ecclesie nō obediūt. Cōtraria autē assertio, nō catholicorū est, sed hæreticorū: qui hoc vnū pter cetera, suorū habēt errorū fundamentū. Hoc amplectatur Acrius, Iouinianus, Lāperius. Huic astipulatur Valdēs, Vuicleuista, Boemi ex eo fonte: oēs fere Lutherana impietatis blasphemia pificiuntur. Nec mirū, si tā opere huiusmodi sententiā pbāt hæretici: & oppositā reiciūt, cū sciunt sicut baculo canes, ita vniuersas suas hæreses ecclesie repelli auctoritate: & se vt putrida mēbra, ab eius cōsortio reserari. Sic olim reiectus est delit<sup>9</sup> Manichæus, & cum carnali sua libertate infans Acrius. Reiectus est & post eos Epicurus Vigilantius: infensus admodum ecclesiasticę pudicitie, quandoquidem immundo spiritu agitatus, in tantam prorupit amentiam: vt cōtinētiam heresim, pudicitiam dicat libidinis seminariū. Quare sacra cōtinētia legē non ferēs, libidini frena pmittit: nullos volēs sacris initiari, qui vxores pri<sup>9</sup> nō duxerint: neq; iis credi pudicitia, qui celibes viuāt, quasi nihil sit quo homines diuina gratia adiuti distēt à porcis: nihil quo differāt à brutis animatibus, nihil quo à iumentis separētur. Pessimē certe de restituto à Christo humano genere iudicat: qui ita cēset. Nā qui ita de hominibus sentit, homines humana exiit dignitate, & in seruilem brutorū deiicere cōditionē: vt sint tanq; equus & mulus quibus nō est intellectus. Probāda itaque est Latine ecclesie cōtinētia: vt pote quæ sanctitate præfulgeat libertatēq; præstet, dominū sine impedimēto obsecrādi, nec nō profectui ecclesie maxime sit ac cōmoda. Nō ab re ergo ecclesiastica censura: repulsa est Vigilantij & asseclarum eius assertio impudentissima. Sequētes autē Vigilantiū Valdēs, homines idiotæ & literarū expertes: ordinē hierarchicū ecclesie confundūt, perturbāt, destruūt, liberū cuique esse asserentes prædicare & docere verbū dei: nullū se xus aut stat<sup>9</sup> discrimē faciētēs, sacerdotes itidē & p-

sules, cū primū lethaliter deliquerit, omni spoliāt dignitate sacerdotij, aut episcopatus: neq; eos tū posse cōsecrare, aut sacerdotes ordinare asseuerāt. Præcepta in sup ecclesie paruipēdūt: quæ alicui<sup>9</sup> esse momenti minime credūt. Purgatoriū etiā inficiātur: neq; orāt p defūctis, omne rursum iuramentū, illicitū arbitrat, simul & iudiciū nihil demū teneri aut agi volūt, q̄ nō fuerit expressum in sanctis scripturis quæ sane assertio, aliorū multorū basis est & fundamentū errorū, cū tamē p eadē sanctas scripturas manifeste elidatur. Porro huiusmodi istorū rudiū & indoctorum inlanos errores diuulgatiū, mox reiecta est impietas atq; p ecclesie cēsurā recita. Post hos autē ignaros homines: surrexit Marfilius Patauinus, cui<sup>9</sup> pestilēs liber, q̄ Defensoriū pacis nūcupatur, in Christiani populi pnicie, pcuratibus Lutheranis nuper excusus est. Is hostiliter ecclesiam insectatus, & terrenis principib; impie applaudēs, omnē pularis admittit exteriorē iurisdictionē: ea dūtaxat excepta, quæ secularis largit<sup>9</sup> fuerit magistrat<sup>9</sup>. Omnes etiā sacerdotes, siue simplex sacerdos fuerit, siue Episcopus, Archiepiscopus, aut etiā Papa: æqualis ex Christi institutione asserit esse auctoritatis, quæ ali<sup>9</sup> p<sup>9</sup> alio auctoritate pster: id ex gratuita laici principis cōcessione vult puenire, q̄ pro sua volūtate possit reuocare. Verū ex sacris literis coercitus est delirantis huius hæretici immanis furor: quibus palā ostēditur, nō ex principū arbitrio depēdere ecclesiasticā potestatē, sed ex iure diuino quo ecclesie cōceditur leges ad salutē cōdere fidelitū: & in rebelles legitima cēsurā animaduertere iisdē quoq; literis apte mōstratur, ecclesie potestatē lōge alia quauis laica potestate: nō modo superiorē esse, sed & digniorē. Ceterū hic Marfilius & ceteri pnominati hæretici, aduer<sup>9</sup> ecclesiam impie debacchari: certatim ei<sup>9</sup> aliqua ex parte nitūtur diminuere auctoritatē. Nā q̄ in bonis & in malis operibus statuit scriptura: tollit Manichæ<sup>9</sup> liberū arbitriū, ad suū nutū reuocat Acrius: ecclesiasticā ieiunia, Vigilantiū cōtra ecclesie decretū: sacrilegę ecclesiasticorū nuptię probatur. Vitiis platorū tā opere Valdēs offendūtur: vt inde eorū statū dānent. Excellēs à Christo cōcessa ecclesie potestas: grauis est Marfilio, nec illā potest ferre. At vero his succēdes Lutherana seclæ fōs & origo Vuicleu<sup>9</sup>, cuiq; Lutherus p omnia ferme cōsentit: nō aliqua tātū ex parte, vt priores illi hæretici sed radicitus totā ecclesie enervare auctoritatē cōtēdit. Is enim nō cū vno, aut altero tantū hæreticorū priorū cōmerciū habet: sed cū singulis. Cum Manichæo nanq;: humanorū actū tollit libertatē. Cum Acrio: nihil facit pcepta ecclesie. Vigilantiū secutus, ecclesiasticorū pudicitia prostituit: terrenis etiam illos possessionibus exuens. Passim & ab vnoquoque iuxta hæresim Valdensiū pdicandū verbum dei deternit: nulla habita ratione prohibitionis superiorū. Marfilij itē dogma pbat: ne quis ex cōmunicari possit, qui ad seculares iudices p uocari. Cūq; oibus his cōfēriat: nō tamē quiescit mala mēs, ac prauū impiūq; ingeniū sibi satisfacit: nisi omnes lōge superet impietate, seq; hostē pdat ecclesie, aliis multo infestiorē. Hinc certe quicquid ab ecclesia spiritu sacro suggerēte cōstitutū est: hoc ille delit<sup>9</sup>, veluti dæmonio arrept<sup>9</sup>, cōterere, lacerare, abiicere molitur. Hic est qui vniuersitates aspnatur & generalia studia, ciuilia dominia pplexa reddidit & icerta: ecclesia. possessiones admittit, & decimas: clericos subicit laicis, ipsos bonāq; eorū: laicorū tribuēs iurisdictioni, religones & religiosorū abiicit instituta, cēsuras ecclesie flo-

*Marfilius Patauinus.*

*Vuicleuus.*

cipendit, minimèq; curâdas pronūciat. Quid plura? sacrum ille ridet canonem missæ, dies festos sanctorum pariter & reliquias tollit: preces fidelium ad eos dirigi vetat. Horas canonicas & vocales concentus, eos potissimū qui in templis altavoce efferunt: subfannat. Sanctas etiâ in ecclesia pie ac laudabiliter cōstitutas carimonias: ridet. Nec his contentus est: nisi suæ virus perfidiæ, in diuina quoq; sacramēta eucharistiæ, ordinis, cōfirmationis, & pœnitentiæ euomat. Quauis autē omnia ferme hærelum portenta quæ inducere studet: antequā ipse nasceretur, falce ecclesiasticæ cenuræ essent præcisa: ne tamen haberet, in quo gloriaretur incircūcisus Philistæus in superbia sua, exprobratèq; agminibus Dei uidentis nō posset, aut in Deum & ecclesiā sponsam suam tam execrâdas blasphemias effutire: in celeberrimo illo Cōstitiensi cōcilio repressa est Vicleui (& in eo, Lutheri & sequaciū) tam effrenis & prius inaudita infania. Proinde dum reiecta est impulsimi hæretici Vicleui demētia, dum Marsilij, dum Valdensium, dum Vigilantij, dum Aerij, dum deniq; Manichei: simul etiâ corruit & funditus euerfa est temeraria, & impudēs assertio eorū: qui calumnias, blasphemias atq; hæreses præscriptas tuentur, & imitatur. Cuiusmodi sunt Lutherus, sequacisq; illius: Melancthon, Carlostadius, Lambertus, Zuinglius, Oecolapadius, & cæteri huiusce coniurationis execrandę complices: quos ideo ex nomine citauimus, ne pestiferos illorum libros, quis legere audeat, ne vipereis dogmatibus inficiatur. Quo fit, vt nō parum demiremur, quonam pacto tam impudentes sint hodie, aut tam arrogantes Lutherani: vt damnatam Vicleui, damnati viri doctrinam audeant disseminare, eamq; probare, prædicare, scribere, aut diuulgare nō erubescant: quæ semper ecclesia spiritu sancto illustrata reiecit: respuerūt orthodoxi, probati doctores execrati sunt: quasi vero magis sit paucis, iisdemq; temerariis errorum factoribus credendū: quam omnibus doctoribus sanctis martyribus, academiis, episcopis, summis pontificibus, generalibus conciliis: quo stultius dici nihil potest: aut furiosius. Nam quæ maior stultitia, si non infania dicenda est potius: quæ quod prædânatas tot retro seculis hæreses reuocare conatur, & extinctos execrandarū blasphemiarum cineres, student ex inferis denuo suscitare? At certe inuanum laborant: cū aduersus Christū & ecclesiā nihil vnquā feliciter attentetur. Quapropter quantūlibet tumultuentur, innumeras licet insipientiū huiusmodi cateruas, in animarū & corporum perniciem, ad nefariā impietatem tuendam technis & fraudibus alliciant: quotquot libros ad firmandā execrabilem hanc sectā cōscribant, quantumuis nugæ & calumnias suas cōposito fucatōq; sermone fatagant adumbrare, quantumuis deniq; in ecclesiæ catholicæ conspirant exitium: impij tamen eorum conatus in ventos tādē effluēt & vanescent. Zelatur enim Christus zelo magno, ecclesiæ sponsæ suæ integritatē: quæ in fidei & charitatis potissimū sinceritate cōsistit, nec passurus est ali quando fidē ecclesiæ iniquis hæreticorū coniurationibus corrumpi. Eapropter dum eā illi oppugnāt: potenti brachio virtutis suæ illos repellit, ac vana eorū molimina frustratur. Et quæadmodū facile solis calore nix dissoluitur: facilius longe diuinavirtute impiorū consilia vix dum exorta dissipari, & cordis eorum cogitationes dispergi solēt. Hoc utiq; in Lutheranis: hodie videmus impleti, qui quauis longe ab

ecclesiæ catholicæ dogmatibus absint: tamen inter se admodū dissident, dum alij vnum, alij aliud tenē, dum arbitrantur. Ex eis enim nonnulli sanctorum imagines deiiciūt: alij cōtra erigunt: quidā humanas disciplinas vt venenū pietatis reprobant: quas alij vtriusque vitales defendūt: iteratum baptisimū ab aliquibus susceptū, alij omnino execrantur. De eucharistia insuper: minime cōueniunt. Nam eorū nonnulli solum esse signum corporis & sanguinis Christi, in eucharistia cōtendunt alij vero veraciter esse Christi corpus & sanguinē certo profitentur, in hoc tamen à veritate dissidentes: quod substantiā panis & vini cum corpore Christi asserunt remanere. Eo etiâ vesaniam deuenerunt eorū nonnulli: vt spiritū Dei iactantes se habere, scripturas sacras luce clariores affirmant, omnibus sacris interpretibus reiectis, quibus tamē pleriq; alij refragātur. Sunt & alia nō pauca: de quibus inter se Lutherani digladiantur. Hæc autem discrepantia plane indicat: quæ à veritate sint alieni. Veritas siquidē ubiq; sibi cōstat: nusquā dissidet. Nō enim spiritus Dei: spiritus est dissensionis. Cum itaq; in his quæ ad fidem spectant, tam manifestarie dissident: perspicuum est eos nullatenus in solidæ veritatis radice stabiliri. Eos enim qui ab vnitatem ecclesiæ dissident: relinquit Deus in manu consilij sui, vt nec sibiipsis, nec aliis hæreant. Cōtra vero catholicorū dogmatum inconcussam veritatē, demonstrat vnus & idem cōsensu: inter quæ, nulla vnquā poterit inueniri discordia. Vnde satis exploratū est illa à Deo proficisci, neq; aliquando dissolutū iri: quantumuis ea euertere nitantur veritatis inimici. At vero Lutherana doctrina, à patre mendacij (qui dissensionis spiritus est) exorta: tandem veluri scænum exarescet: nepe vsque adeo pudendos atq; execrandos illa continet errores, & tam male sibi cohærentes: vt facile scienda appareat, & detestanda. Et quia suapte naturalis est eiusmodi doctrina Lutheri, seu pentina quadam malitia laborat (quod dolētes referimus) Lutherani, orthodoxorū procerū libris eam inserere: quo eorū prætextu, facilius suscipiatur. Hinc impiis tum præfationibus, tum annotationibus margimibus adiectis, tum scholiis, tum indicibus: lymphidissimos illos fontes catholicæ pietatis, & antiquorū doctorum libros, virulento sulphure dånati sui erroris inficere molūtur: sed nō potest aduersus veritatē præualere falsitas: veritas enim super omnia vincit. Nā cum Deus veritas sit, & Deum nemo valeat superare: nec veritas certe poterit aliquādo vlla hæreticorum versutia supplantari. Quare nō est: quod æditorum librorū copia gloriantur Lutherani: tam enim potest nefanda scriptorū farrago damnatā impietate firmare: quā stramineæ stipulæ, fundamentū domus reddere stabilius. Nō enim plures faciunt huiusmodi libros orthodoxi: quā puluerem quē proicit ventus à facie terræ: habituri idem iudiciū, tam pro dogmatibus quæ libris: quod præcedentes hæresiarchæ: quorū ita sunt scripta perpetuis tenebris sepulta: vt ne eorū vestigia quidē supersint: quapropter frustra laborant in scribendis libris suæ perfidiæ, aut suæ vesaniam publicis concionibus prodendo. Nec enim stabiliētur sed peribunt, sicut priorum sic horū impiorum hæreticorū cum suis scriptis desideria: neq; cōtra ecclesiā Dei præualebunt, quæ gloriosa in secula permānebit: de illis (prout & de cæteris hærenus hæresiarchis) insigne relatura triumphum.

*Finis præfationis.*

Generale

# GENERALE DECRETVM

## CONTINENS HAERESVM QVAE NVNC PVLLVLANT SPECIES: earum detestationem, modum iudicandi ac discernendi hæreticos, ac relapsos, formam & ordinem procedendi contra eosdem: eorundem etiam acerbas pœnas, ac demum exhortationem ad principes potestatesque seculares: de illis profligandis & exterminandis.



**A**ntonius miseratio ne diuina tituli sanctæ Anastasię, sacrosanctę Romanę ecclesię presbyter cardinalis archiepiscopus Senonensis, Galliarū & Germaniæ primas, Franciæ cancellarius: vniuersis præsentis literas inspecturis, salutem in eo qui est omnium vera salus. Inter cunctas pastoralis officij sollicitudines quibus premimur incessanter, illa fortius nos angit: vt cūctis hæreticis de finibus Christianorum expulsis, suisque falsis & virulentis scriptis ac pestilentibus doctrinis, penitus extirpatis: fides catholica (quę solidę semper fuit subnixæ petre) integra illibataque permaneat, ac populus Christianus nostræ potissimum prouinciæ: in fidei synceritate (quolibet obscuritatis semoto velamine) immobilis inuiolatusq; persistat. Sane prospiciētes (quod nō sine graui displicentia referimus) insurrexisse nō nullos pseudo christos ac pseudo prophetas, quorum dux & vexillifer est Martinus Lutherus: qui à veritate excidentes, nonnullos ac pene infinitos, etiam si fieri possit, electos (vt est apud Matthæū) in errores inducunt homines, haud dubie hæresiarchas factuosos: seditiosos, luciferiana supbia ac rabie lupina erectos, ac demum quales apostolus ad Timotheum graphice describit: suisque pingit coloribus, & adumbratissimè exprimit. Qui rursus (vt inquit Petr<sup>9</sup>) sectas perditas ac damnatas introducunt: libertatem promittentes, cum ipsi sint serui corruptionis, in maximam certē reipublicæ Christianæ perniciem & iacturam: ac tandem nisi cito occurratur, ruinam & euerfionem. Vtpote quos non pudet nouas hæreses effingere, sed etiam fatagunt ac student veteres, & iam diu per ecclesiā sopitas, instaurare. Et inter hæc primum de sacramentis ecclesiæ multa perniciose dogmatifant: affirmantes laicos & mulierculas, æque atque presbyteros, posse absolueret. Et quod hætenus fuit inauditum: laicis vt sacerdotibus, eucharistiæ consecrationem permittunt. Inter sacerdotes & plebem nihil interesse dicunt: sed omnes sacerdotes putant, quicumque sunt Christiani. In clericis, in sacris ordinibus constitutis: cælibatum non admittunt. Monachis & aliis voto obstrictis: libertatem laiciuendi indulgent.

Quibus, relicto velo & abiecta cuculla: ad seculum redeundi facultatem relaxant, & apostasiam permittunt. Romanorum pontificum decreta, decretales epistolas, etiam & canones conciliares: eneruare cōtendunt. Veteres ecclesiæ carimonias, ac receptas tot annis laudabiles cōsuetudines: ridiculas cēsent. Et vt ad impietatis cumulum addant: sacram scripturam figere ac refrigerare non dubitant, ac relicto sensu patrum orthodoxorum: vellicare, & ad suum sensum reprobum contorquere. Cōuitiis semper & male dicentis pleni, & non solum aceto perfusi: sed vbi que veneno respfi. Articulos insuper infinitos (quos non magnopere attinet referre) disseminant: aut scādolosos, aut temerarios, aut blasphemos, aut piarum aurium offensiuos. Ac tandem super exitiali pestilentique dogmatum veneno, pleraque alia tam fœda ac malevolentia nauseabundi euomunt: vt quasi ex professo habeant, speciem ac decorem sanctæ matris ecclesiæ, non habentis maculam neque rugam. fœdare, spurcare, ac contaminare. Vriti ergo, ne hoc veneficum virus, in nobis credito dominico agro radices ageret, ac velut cancer cresceret in perniciem aliorum: officij nostri pastoralis esse duximus, vepres huiusmodi nociuas falce autoritatis ecclesiasticæ refecare, & plantulam priusquam sobolesceret, & in plures serperet: radicibus euellere. Hinc est quod in hoc nostro prouinciali concilio, quod ad corrigendos excessus & extirpandas hæreses iuxta Chalcedonensē, ac Lateranensē concilia, adunatum est: ad dei honorem, fidei orthodoxæ exaltationem, ac subditorum nostrorum pacem, augmentum & tranquillitatem: duximus habito suffraganeorum nostrorum consensu, ac multorum diuini & humani iuris interpretum consilio, his tantis periculis salubriter ac celeriter prouidendum. Antiquos scilicet canones (quorum vtique custodes & executores constituimur) aut declarantes, aut renouantes: seu ex potestate nobis concessa, interdum adiectiōne pœnæ communiētes.

Imprimis iuxta sacrum Lateranensē concilium, excommunicamus & anathematizamus omnem hæresim: extollentem se aduersus orthodoxā & catholicā ecclesiā.

Vniuersos insuper, qui aliter quam Romana credit & prædicat ecclesia, credere & pertinaciter asserere attentant: eiusdem concilij autoritate, velut hæreticos & pertinaces, & à communione fidelium separatos declaramus.

Ecclesia quippe vniuersa, errare non potest: vtpote quæ regitur spiritu veritatis, secum manente in æternum: & cum qua Christus manet vsque ad consummationem seculi. Quæ etsi diuersa & nonnunquam (quod sæpius neoterici hæretici obiiciunt) pugnātia proposuerit decreta: nihil tamē

Aaa est in

*Ephē. 5.*

*Ca. quoniam 47. di. ca. sicut o. li de accu.*

*Ca. excommunicat. in principio de hæreticis.*

*Ioan. 14. Matt. 28.*





tergiuerfationibus obnoxia. Operæ precium se facturos esse putauerunt: si quam inficiari non possunt, dolo tandem & versutiis eludant. Id quod tum demum assequuti fuerint: si pro sententia Lutheranorum, inuisibilis, & tota spiritualis, ac proinde nobis incognita credatur ecclesia. Nam quis futurus contentions modus, ubi prouocatur ad iudicem: qui nec inueniri, nec inuentus internosci possit? At qui (inquit Christus) si te corripientem frater tuus non audierit: dic ecclesie. Quid autem crasius, aut quid in utilius fingi possit: si prorsus occulta sit & imperuestigabilis ecclesia? cuius maiores natu admonet apostolus, vniuerso gregi non quidem inuisibili attendere: in quo eos spiritus sanctus posuerat episcopos ad regendam ecclesiam dei. Nunquid inuisibilis illa: à qua pro Petro, cum carcere teneretur, alsidua fiebat oratio? aut in qua: Timotheum conuersari docet apostolus? Non igitur fide tantum, & internis charismatibus: sed confessione fidei, & externa ac visibili sacramentorum participatione constat, semperque consistit ecclesia, quæ ab ipsis incunabilis: communi & præscripta vnius & eiusdem fidei protestatione non caruit. Vnum corp<sup>9</sup> (inquit Paulus) vnus spiritus: vnus dominus, vna fides. Sed ne ab his inuisibilibus tantum pendere videretur ecclesia: vnum, adiecit, baptismum. Etenim in vno spiritu omnes nos in vno corpore baptizati sumus: siue Iudæi, siue gentiles, siue serui siue liberi: omnes in vno spiritu potati sum<sup>9</sup>. Quis igitur tergiuersandi studio, inuisibilem & incertis sedibus errantem dixerit ecclesiam: non hæresim tantum dixisse, sed hæresum omnium puteum fodisse iudicetur.

*De auctoritate sacrorum conciliorum. Decre. 3.*

**A**bsurdum non ab re videri possit, si tanto studio veteri synagoga deus affuit: vt si quid in lege difficile vel ambiguū occurreret, quod citra conuersiam à iudicibus & legisperitis absolui non posset: designato tamen cœtu non careret, cuius arbitrio res tota finiretur. Ecclesiam autem longe synagoga potiorē, ita necessariis destituit auxiliis: vt prorsus non habeat, cui suborta de fide quæstione, tuto satis inniti possit. Proinde cum certa sit & infallibilis ecclesie regula, nec aliquando inuisibilitatis prætextu tandem eludi queat: ea profecto sacris generalibus conciliis auctoritas derogari non potest: quæ proxime vniuersalem repræsentant ecclesiam. His enim conciliis, si ea decernendi quæ ad synceritatem fidei, & extirpationem hæresum, ecclesie reformationem, & morum integritatem pertinent, potestas adimatur: nihil certum, nihil stabile futurum est, nihil denique, quo hæreticus ab orthodoxo possit internosci, cum ille frequenter tum impendio loquacior, tum peruicacior: pluribus (licet perperam intellectis) scripturarum testimoniis, falso gloriatur.

Nec erat, quo veterum quondam hæreticorum retunderentur insultus: nisi ecclesiastici proceres apostolorum exemplo, concilia celebrassent, quibus sancti spiritus auctoritatem ferocientibus illis & rerum humanarum scientia tumentibus: opponerent. Quo fit vt si conciliorum auctoritati, sub hac temporum calamitate, tantillum depereat: protinus velut ab inferis, suscitanda sint damnata hæreses, neque defuturi sint, qui hinc Arrio, inde Nestorio, cæterisque: id genus pestibus palam subscribere non formident. Etsi autem non nihil quoque laicorum intersit, quid credendum

sit, quid agendum: id tamen ab apostolis (quibus succedunt episcopi) legimus obseruatum, vt siue murmurum Græcorum occurrerent, seu pacanda super legalibus oborta seditio: non centurionem, non promiscuam e plebe multitudinem accerterent, sed præsentem sibi spiritum sanctum affirmare nunciis instinctu, quod iustum esset & æquum, sanciretur. Quod si vbi duo vel tres in nomine domini congregantur (licet sibi ipsis relictis: falli possint) continuo tamen in medio eorum sit dominus: quanto magis, vbi summus pontifex, cæteri que primores ecclesiastici conueniunt: vt hæresibus subinde pullulantibus occurrant, & dominicum agrum, subortis expurgent zizanias. Sancta igitur & inuolabilis est sacrorum conciliorum vniuersalium auctoritas, cui quisquis pertinacius refragatur: hostis fidei, iure optimo cenleri debet.

*Quod ad ecclesiam pertinet determinare: qui libri sint canonici, & qui non, & scriptura sensum interpretari. Decre. 4.*

**A**gna profecto fuit, semperque futura est scripturæ sacræ auctoritas in qua nihil falsum, nihil ociosum esse possit. Cum enim non humana voluntate allata sit aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati loquuti sint sancti dei homines: omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in iustitia. At nihilo minus mutilum est & prorsus inuolidum sumptum e scripturis argumētum: si pro cuiusvis arbitrio, quod adductum fuerit, sacrum aut prophanum canonicum aut apocryphum habeatur vel quod in canonem admissum receptumque fuerit: indocti & instabiles deprauent ad suam ipsorum perditionem, ac falsim cerdones, ac infimæ plebis homines: in eam quam semel imbibierint sententiam, pertinacius detorqueant. Nam quid promouebis, cum siquid defendere sinegretur? ex diuerso, si quid negaueris, defendatur: & tu quidem nihil perdes, nisi vocem in contentione: nihil consequeris, nisi vilem de blasphemia tione laudem. Nullus quidem tam deploratus quondam surrexit hæreticus, qui non suum errorem scriptura tueri conaretur, nulla tam absurda, tam impudens hæresis: quæ non sacris vtunque fulciatur eloquiis, sed corruptis, & à genuino sensu deprauatis. Immo vero si quis literæ corticem tantum, suo fretus ingenio percurrat: si penitissimos sensus cum ecclesiasticis interpretibus non penetret: vix vnquam confutabitur hæreticorum versutiis. Obortis igitur de fide disidiis, frustra sæpe scriptura consultitur: nisi ecclesie certa & infallibilis litem dirimat auctoritas, quæ canonicum librum ab apocrypho, catholicum sensum ab hæretico: germanum ab adulterino discernat. Hac nempe velut internuncia, patrum & sacrorum conciliorum organis, spiritus sanctus docet nos omnia: & suggerit nobis omnia, sine quorum auspiciis, qui scripturæ sacræ sensum habere le iactitant: non intelligunt quæ loquuntur, neque de quibus affirmant: sed videntes non vidēt, & audiētes non audiunt. In annueratis itaque; canonicæ scripturæ libris qui præscriptum ecclesie vsu, & auctoritate non sequitur sacræ Carthaginen. concilii tertiū, Innocentij & Gelasij decreta, & denique definitū à sanctis patribus libro rum catalogū respuit: aut in exponēdis scripturis, non pascit hædos suos iuxta tabernacula pastorum, sed fo-

dit sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valēt aquas: & spreto orthodoxorum patrum vestigiis, proprio spiritus iudicium sequitur: is velut schismaticus & hæresum omnium incentor & fautor, à tanta temeritate reprimatur.

*Aliqua esse firmiter tenenda, qua non continentur expresse in scriptura sacra: sed a Christo vel apostolis ipsis, familiari colloquio & quasi per manus, ad nos deuenerunt. Decre. 5.*

**M**pla certe scripturæ latitudo: ingens & incomprehensibilis profunditas, perniciosum est tamen eo errore laborare: vt nihil admittendum putetur, quod non e scriptura depromptum sit, multa quippe à Christo ad posterorū: per manus apostolorum ore ad os, & familiari colloquio transfusa sunt, quæ etsi in sacra scriptura expresse contineri non videantur: inconcussa tamē tenenda veniunt. Nam quod genua flectamus orantes ad orientem, sed & sacrosanctæ eucharistiæ percipiendæ ritus, vel eorum quæ dicuntur in baptismo verborum, gestorumque & ordinum, atque interrogationum & responsonum: quis facile explicet rationem? Et tamen omnia hæc, operata licet & velata, portamus super humeros: atque ita implemus, vt à magno pontifice Christo aut primitiue ecclesie percribus tradita. Ad hæc, vbi quæso scriptum est illud quod à Christo dictum commemorat apostolus. Beatius est magis dare: quam accipere? Quis scripto redegit ea, quæ per dies à resurrectione quadraginta dominus cū discipulis de regno dei differuit: atque alia id genus multa, quæ si scribantur per singula: nec ipsum mundum (iuxta Ioannem) arbitramur posse capere eos, qui scribendi sunt, libros. A quibus non longe sunt aliena: symbolum illud apostolorum, & quod sine vñctione non fit confirmationis sacramentum, & in super benedictio missæ sacrificio aqua vino misceatur: aut fideles viuificæ crucis signo frontem communiant, pluraque id genus: quæ velut ex receptione quadam & quasi per manus, ab apostolis emanarunt. Hinc Paulus non eas tantum traditiones iubet à Thessalonicensibus obseruari. quas per epistolam, sed etiam quas per sermonem didicissent. Neque prætermisisse putandus est cætera quæ circa venerandum eucharistiæ sacramentum Corinthiis sese dispositurum, cum venisset, vltro sponderat. Quorum plurima, licet à Christo forte non sint instituta: id tamen ratum est quod dictante spiritu sancto apostoli tradiderunt, veluti quod Christus ipse tradidit, & in sui commemorationem fieri præcepit. Oportet itaque nos auctoritati patrum, consuetudinique maiorum vsque ad tantum tempus per tantam annorum seriem prætelatæ: etiam non percepta ratione credere, eamque vt antiquitus tradita est: iugi obseruantia ac reuerentia custodire. Quam si quis eo prætextu pertinacius reiiciat, quod non legitur in scripturis sacris: vt hæreticus & schismaticus habeatur.

*De constitutionibus humanis. Decre. 6.*

**I**tanta erat synagoga maiestas, tanta leuiti sacerdotis auctoritas: vt qui superbiret nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore domino ministrabat decreto iudicis moreretur: vt hac animaduersione: auferretur malum de Israel, cunctul-

que populus audiens timeret, & nullus deinceps intumesceret superbia qua fronte in eam prorupit hæreticus audaciam, vt quicquid scriptura non expresse, à sacrosanctis conciliis & summis ecclesie pontificibus statutum sit: auctu temerario respuat & subfannet? An non attendit verba Christi: qui ne quispiam à præstantia scribis & pharisæis obedientia, ob quam tuis apertam morum impuritatem auocaretur: omnia (inquit) quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum autem opera illorum, nolite facere, & ad suos conuersus, quibus regendam committibat ecclesiam: qui vos audit (inquit) me audit: & qui vos spernit, me spernit. Atque id: optimo quidem iure. Nam cum filios patribus, & subditos potestatibus sublimioribus oporteat esse morigeros: non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, nec in iis tantum quæ iure diuino cauta sunt: sed quæ vel ad familiam, aut ad rempublicam pertinent. Profecto qui præsumunt ecclesiis: patres sunt, nam si decem millia prædagogorum habeatis in Christo, inquit Paulus, sed non multos patres ego enim (ait) in Christo, per eum gelium vos genui, nec patres tantum sunt: sed & in sibi commissos potestatem acceperunt, seculari, non inferiori: in ædificationem quidem, & non in destructionem. Quæ omnia cū essent præscis olim patribus persuasissima: non inueniebatur, qui non vltro iussa capefferet, cum synagoga primores ieiunium aliquot & dies festos indiceret: vel apostolica à sanguine, suffocato & idolothytis abstinentiū esse. Quin Paulus hominem contentiosum, legem illam de velandis mulieribus non probantem, quod ea forte non initeretur scripturæ: ecclesiastica consuetudine relendum censuit, quæ contentiones huiusmodi non admittit. Oportet itaque præpositis obedire & subiacere eis: qui per uigilant, quasi rationem pro animabus nostris reddituri, qui si quid instituerint: quantum huius rei certum de scripturis non proferatur exemplum, earundem tamen scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas: cum hoc facimus quod vniuersæ placuit ecclesie, quam ipsa scripturarum commendat auctoritas. In omnibus igitur, in quibus nihil certi definiuit scriptura: mos populi dei & instituta maiorum, pro lege habenda sunt, & sicut præuaricatores diuinarum legum: ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum, coercendi.

*De ieiuniis ecclesiasticis. Decre. 7.*

**V**m in omnibus ecclesiasticis constitutionibus, utilis quædam honestas & spiritualis profectus incrementum elucescat. in indicendis tamen ieiuniis insigniter emicuit, quibus nihil aptius retundendæ carnis petulantia potuit institui. Cum id genus demoniorum (vt ad spiritum dictum Christi referamus) ieiunio tantum & oratione pellatur. Nec sane quippiam exemplo Moysi, promouendæ mentis puritati commodius, aut deum exemplo Niniuitarum, ad impetrandum, aut iram dei placandam efficacius: ab ecclesiasticis quodam præsidibus potuit ordinari. Quæ res apostolos impulit: vt quadragesimale ieiunium sanctificarent, quo Christi fideles, non tam Moysen aut Heliam quam Christum imitati: totius anni decimam exoluerent. Quæ vero à Calixto martyre in quatuor anni partes discretæ sunt ieiunia: quarti, quinti, septimi, & decimi mensis legem referunt, ac figuram adimplēt. Et velut quædam

Matt. 18.

Actu. 20.

Actu. 12.

1 Timo. 3.

Eph. 4.

1 Corin. 12.

Deute. 17.

Actu. 6.

15.



Matt. 23.

Luca. 10.

Eph. 6.

Roma. 13.

1 Cor. 4.

2 Cor. 10.

2 Par. 20.

Actu 15.

1 Cor. 11.

Hebr. 13.

Idem.

Mar. 9.

Exod. 34.

Deute. 9.

Iona. 3.

76. d. ca. 1

Zacha. 8.



De conse d.3 & 5 in pluri- bus ca. Actuum 10. & 15. Hebr. 10. Colof. 2. Deco d.3. c ieiunia & pluri- bus aliis. Hier. 35. Maximus

De calibatu sacerdotum. Decre. 8.


Apoc. 22. On satis esse visum est Luthera na factionis auctoribus, si quis in sordibus est fordescat adhuc: nisi Luciferiana quadam malitia magnam stellarum partem secum traherent, & qui iam dudum impudicitiae frena laxassent: multo plurimos in sacrilegos incastus & nefanda prodigiosa libidinis exempla, secum praecipites agerent. Ut enim qui lasciuia diffuebant, plures haberent sui similes: & coaceruata multitudine suam utcunque turpitudinem adumbrarent, in eam proruperunt audaciam: ut sacerdotes euangelicos nulla calibatus lege teneri velint, sed contra totius ecclesiae ritum & praescriptam ab eius incunabulis consuetudinem: liberas quibuscunque post adeptum sacerdotium affirmant nuptias. Leuiticis quidem sacerdotibus licita fuere coniugia: utpote qui paucis tantum diebus sua vice ministrarent, & ex ea tantum tribu: iure successione sacerdotio fungerentur. Neque voluit orientalis ecclesia suos ea seueritate coerceri ut contractis primum matrimoniis vi non liceret. At sacerdotio Christi utpote sublimiori & excellentiori, superinductas aliquando fuisse de iure nuptias exemplo caret: & tanquam ab apostolis interdictum, secundo Carthaginensi concilio prohibetur. Neque potuit quicquam illo sanctius institui: quo ministri puriores sacris accedant altaribus, & iugi pene sacramentorum administrationi reddatur aptiores: quam neminem nec ad subdiaconatum quidem admitti, qui non sese voto perpetuae castitatis astrinxisset. Etenim si lege veteri, iug tantum sanctis panibus vescerentur, qui ab vxoribus mundi forent: si procul a suis domibus habitabant, quibus sua vice sacrificandum erat: ne coniugium forte polluerentur amplexibus, si quibus orandum est: a coniugali commercio sit ad

tempus abstinendum. Si denique a viduis quas suis sumptibus ecclesia quondam alendas admittebat, continentiae votum exegerit: iure quidem optimo a summis pontificibus & sanctis ecclesiae conciliis indictum est: ut qui sacris vltro sese ordinibus manciparet, perpetuo calibatus vinculo neceretur. Nam qui sine vxore est sollicitus est quae domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore est: sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Degrauat quippe animum & ad terrena deicit: vsus matrimonij amor liberorum: avarum & sollicitum reddit. Quisquis igitur contra sacrorum conciliorum & patrum decreta: sacerdotes, diaconos aut subdiaconos lege calibatus non teneri docuerit, aut libertas illis concesserit nuptias: inter hereticos, omni tergiuersatione reiecta, numeretur.

De votis: praesertim monasticis. Decre. 9.

On ab simili sane versutia, veritatis inuenerores declinauerunt in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis: dum vota perpetua, & in his potissimum monastica, non vanitatis tantum, sed & impietatis accusant: & abiecta pessimo quidem exemplo cuculla, ad sacrilegas se conuertunt nuptias. Quod infandum apostasiae genus, hac vna maxime praetextunt ratione: quasi vota eiusmodi, libertati Christianae prauidicium afferant: nec satis in nostra sit potestate, iugis illa perpetuae castitatis. Atque his istro phis in desideria carnis pellicunt eos, qui paululum effugiunt: libertatem eis promittentes, cum ipsi sint serui corruptionis. At vero nulla maior libertas: quam cum repressa carnis tyrannide, corpus in obsequium Christi trahitur, nec tam concupiscentia ducimur: quam spiritu. Nempe ubi spiritus domini: ibi libertas, neque quicquam est quod non possumus: in eo qui nos confortat Christus quippe qui non patitur nos tentari supra id quod possumus: sed facit cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere. Cuius auxilio freti, inuenti sunt eunuchi: qui se castrauerunt propter regnum caelorum ac proinde certa sit damnatio viduarum, quae cum luxuriat forent, in Christo volebant nubile turpi certe transfugio primam fidem irritam facientes: non quam baptismo (qui nuptiarum foedera non respuit) sed iuxta expositionem concilij Carthaginensis: quam perpetuae castitatis professione spondissent. Ab hoc autem perpetuae castitatis voto qui Christum aliquando dehortantem facit: in eum blasphematur, & apostolo contrari est: qui palam nec semel tantum, ad perpetuae virginitatis obseruantiam instigasse legitur. Caeterum cum Christus aperte sua deat: ut qui vult perfectus esse, abneget semetipsum & tollat crucem suam: vadat & vendat omnia quae habet, & det pauperibus, ad perpetuae profectio tum obedientiae, tum paupertatis vota cohortatur. Si quis igitur votum aliquod huiusmodi vouerit domino, etiam si perpetuum fuerit: non faciet irritum verbum suum, si perpetuum fuerit: non faciet irritum verbum suum, sed deiparae virginis. Annae matris Samuelis, & Rechabitarum exemplo: omne quod promiserit implebit, neque tardabit reddere, sed quae semel de labiis suis egressa fuerint, obseruabit: & faciet sicut promissit domino, quando quidem ruina est homini, deuotare sanctos: & post vota retractare. Quod si quis secus fecerit, aut haeretica prauitate corruptus secus facere licitum esse docuerit: is velut iuris tum diuini, tum naturalis infractor, nedum sacrosanctis conciliis iniurius: condigna per suos superiores auimaduersione

uersione plectatur. QVOD SEPTEM SVNT SACRAMENTA a Christo instituta: & quod illa conferant gratiam, obicem non ponenti. Decre. 10.



Quod si nihil intentatum reliquit haereticus, quo Christiana fides omni parte profligaret: in abrogandis tamen sacramentis, vipereo dente sacra matris ecclesiae viscera crudeliter dilaniat. Et quibus aliquando spiritualibus coaliuit incrementis: ea non ingrato tantum, sed & perfido per nefas ausu, conatur abrumperre. Nec enim satis esse visum est, si sacramentorum ecclesiasticorum numero detraxerit, dum pleraque ex eis humanum & recens inuentum esse dicit: nisi tandem omnibus conferenda gratiae vim negaret.

De baptismo.

Verum ut ad singula descendamus: quam efficax sit baptisimi sacramentum, primum innotescat. Hoc certe est fons ille patens domui Dauid & habitantibus Hierusalem: in ablutionem peccatoris. Haec aqua munda: cuius effusione munda mur ab omnibus inquinamentis & spurcitiis nostris. Hoc quod nos saluos facit baptisma: quo denuo nascimur. Per hoc lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum: iustificati gratia ipsius, haeredes sumus secundum spem vitae aeternae. Hoc aquae lauacro mundat Christus ecclesiam in verbo vitae: ut eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam neque rugam. Quotquot enim baptizati sumus in Christo Iesu: Christum induimus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Cum igitur ablutio peccatorum, ab inquinamentis & spurcitiis emundatio, salus, renouatio spiritus sancti, caeteraque id genus: infusionem gratiae palam insinuent, perspicuum euadit, baptismi sacramentum sua virtute gratiam offerre.

De sacramento ordinis.

Proterro sacramentum ordinis vel hinc facile colligi potest: quod etsi omnibus adeo commune sit internum illud sacerdotium, quo exhibemus corpora nostra hostiam sanctam, viuentem, deo placente: ut priscis quoque sub Moisaica lege patribus conueniret, non protinus tamen, quilibet: dispensator ministeriorum dei, vel architectus aedificij spiritualis habendus est. Non continuo, si puer aut mulier baptismum susceperit: legatione pro Christo fungitur, sed diuisiones ministracionum sunt: deditque deus quosdam quidem apostolos, quosdam prophetas, alios euangelistas, alios autem pastores & doctores: ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, ad aedificationem corporis Christi. Atque eius gratia Titum Cretae reliquit apostolus: ut constitueret per ciuitates presbyteros. Nam si totum corpus, oculus: ubi auditus: si totum auditus: ubi odoratus: Denique si omnia essent vnum membrum, nec esset aliquis qui non sit sacerdotali ordine insignitus: ubi corpus? aut quid denique confusus: quid perturbatus esse queat? Quosdam itaque Christus sacerdotes instituit: quibus sui corporis potestatem, & sanguinis sacramento, hoc facit (inquit) in meam commemorationem. Mystici vero: dum posteaquam in discipulos insufflauerat, accipite (inquit) spiritum

sanctum, quorum remisistis peccata: remittuntur eis, & quorum retinueritis: retenta sunt. Quibus palam euadit: in susceptione ordinis conferri gratiam. Recte igitur Timotheum Paulus admonet, ut non negligat gratiam quae data est ei, cum impositione manuum presbyterij: sed eam resuscitet potius. Quod si pro sui dignitate quis fecerit: duplici honore dignus habeatur.

De sacramento eucharistiae.

Vis autem viuificum esse neget eucharistiae sacramentum: quod tam apertis testimoniis scripturae comprobatur? Calix enim benedictionis cui benedicimus: nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus: nonne participatio corporis domini est? hic nempe calix ille praclarus inebrians: hoc frumentum, hoc vinum, a quorum fructu multiplicantur fideles hoc frumentum electorum, hoc vinum germinans virgines. Probet itaque seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Nam qui manducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit, non diuidens corpus domini. Caro enim mea (inquit dominus) vere est cibus: & sanguis meus vere est potus qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in illo. Et rursum qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: habet vitam aeternam. Quibus luce clarius constat, hoc sacrosanctum eucharistiae sacramentum non solum gratiam conferre: sed & alia pleraque aduersus haereticos roborari, quae de ipso catholica tradit ecclesia atque adeo quidem: ut post tam aperta scripturarum oracula, plura consarcire superuacaneum foret.

De sacramento confirmationis.

Nec obscurius quidem, sacramentum confirmationis Christus instituit: cum paruulis manus imponeret. Quod & ab apostolis legitur promulgatum, cum ad Samaritanas miserunt Petrum & Ioannem, a quibus illi (licet a Philippo diacono antea baptizati) per impositionem manuum, spiritum sanctum acciperent. Quod & ex actis apostolorum apud Ephesios a Paulo, & ex Dionysio, Clemente, & Fabiano, pontificibus: a primitiua quondam ecclesia legitur obseruatum. Vnde & nunc impositionis manuum, nunc confirmationis: appellatum est sacramentum. Baptismo siquidem regeneramur ad vitam: post baptismum, hoc sacramento confirmamur ad pugnam in baptismo abluiamur: post baptismum hoc sacramento roboramur cuius conferendi potestas, episcopis a Christo concessa: donum dei est quod asseruit Petrus: pecunia possideri non posse.

De sacramento penitentiae.

Penitentiae vero tam necessarium est sacramentum: quam impossibile est baptismum iterari. Voluntarie enim peccantibus nobis, post acceptam notitiam veritatis: iam non relinquuntur pro peccatis hostia. Neque ei qui semel tantum passus est Christus, saepius contempeliri possumus per baptismum. Cum igitur iu multis offendamus omnes: neque sit, qui possit dicere: mundum est cor meum, & purus sum a peccato: necessaria est profecto secunda post naufragium tabula. In qua discussa diligenter conscientia, quicquid occurrit dei offensiuum, detestemur.





Roma. 2. Nam ad poenitentiam: nos adducit benignitas dei secundum autem duritiam & impoenitens, homo thesaurizat sibi iram: nisi respiciens sciat & videat quam malum est & amarum, reliquisse dominum: & non esse timorem eius apud se. Contra vero, quae secundum deum tristitia est: poenitentiam in salutem stabilem operatur. Neque enim cor contritum & humiliatum despicit deus: qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum, sed commouet terram, & conturbat eam: tum sanat contritiones eius quia commota est. Nemo igitur tantum de fide sua praesumat, nemo adeo poenitentiam nouam vitam existimet: ut non recogitet annos suos, in amaritudine animae suae.

De confessione.

Ed ut vetustissimum illud, ita verissimum, qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Neque satis fuerit de peccatis conteri, & ea apud se deo confiteri: nisi sacerdoti quoque sacramentali confessione detegatur. Ea quippe, nec humanum nec recens inuentum esse potest: quae tot & tantis fulcitur scripturarum oraculis. Ad hanc enim, praeter multas Mosaicae legis figuras, propius manuduxisse videtur, primum ille Christi praecursor: a quo qui baptizabantur, confitebantur peccata sua. Tum Christus ipse: dum suscitatum Lazarum ab apostolis solui iubet, & ei quem a lepra curauerat, praecipit: ut sese sacerdotibus ostendat. At tum demum huiusmodi confessionem instituit & praecipit: cum postquam in apostolos insufflasset, accipite (inquit) spiritum sanctum. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Nam quomodo remittet, quae sibi cognita non fuerint: aut quo pacto eorum iudex esse poterit, quae prorsus ignota sint? Oportet itaque, quem antiquus ille serpens occulte momorderit: abstrusissimum quodque vulnus medico detegere, omnem indigestum & virulentum humorem (etsi stomacho mentis altius infederit) euomere: pudorem in satisfactionis parte de singulo quouis errato pati. ne dum occultis peccatorum vinculis, sese teneri dissimulat: horrendam tandem sub omnium oculis aeternae damnationis laqueo constringatur. Proinde statim ab ipsis ecclesiae nascens incunabulis: sacer iste confitendi ritus, de interioribus, nedum de exterioribus tantum: in oleum ut tu ex Iacobo, tum, ex diui Dionysio, Alexandri, Urbani & Cypriani scriptis: manifestum euadit. Recte igitur hanc exomologesis legem a Christo institutam, per apostolos ad vos usque deductam, & ab vniuersali ecclesia inuolabiliter obseruata: a cunctis Christi fidelibus sectandam esse & controuentientes auctoritate concilij Constantiensis & aliorum complurium damnatos declaramus.

De extrema auctoritate.

Ad vnctionis autem extremae sacramentum, Christus manuduxisse primum videtur: cum apostoli oleo vngerent multos infirmos & sanarentur. Neque enim id suo sensu: sed praecceptoris instituto fecisse, putandi sunt. Sed ne hic noster vngendi infirmos ritus, Christi praecceptum non tamen sacramentum esse videretur: si quis infirmatur (inquit Iacobus) in vobis, inducat presbyteros ecclesiae, & orent super eum: vngentes eum oleo in nomine domini & oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum dominus & si in peccatis sit: remittentur ei.

Quibus liquido constat, extremam vnctionem non agritudinis tantum corporalis medicamentum esse: sed etiam ceterorum sacramentorum instar, remissionem peccatorum efficaciter operari ac proinde nec ab Iacobo quidem fuisse institutum: sed ab eo tantum, cui peculiare est: ut gratiam & gloriam conferre possit.

De sacramento matrimonij.

Postremo matrimonium esse sacramentum: abunde satis, sacrosanctae matris ecclesiae tunc vsu, tum auctoritate comprobatur. Hoc quippe sacramentum, magnum est: in Christo quidem & ecclesia, quo sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem: & mulier infidelis per virum fidelem. Hoc honorabile coniugium, thorus immaculatus: in quo non solum saluatur mulier per filiorum generationem, sed fas est vnicique vas suum possidere in sanctificatione & honore per quod coniuges benedictionem consequuntur in filiis: nec habet in eos damnationem potestatem, nisi ita coniugium suscipiant: ut deum a se, & a sua mente excutiant, & suae libidini vacent, sicut equus & mulus: quibus non est intellectus. Qui negat itaque matrimonium esse sacramentum, aut denique septem sacramenta non admittit: inter haereticos habeatur.

DE SACRIFICIO MISSAE.

Decret. XI.



Quam vere a sapiente dictum est vir qui errauerit in via doctrinae, in certu gigantum commemorabitur. Errauit quidem Lutherus, in via doctrinae: cum quicquid agamus, peccatum esse censuit. At tum demum irruit quasi gigas, & posuit in caelum os suum: cum ne quid nostrum deo gratum esse fateretur, sacrosanctum illud missae sacrificium abrogari voluit, tantopere nobis necessarium, tantis scripturae testimoniis roboratum. Nam si omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis: quod tandem proprium & peculiare nouae legi sacrificium a sacerdote offerendum esse queat, nisi super benedictum istud corporis & sanguinis Christi symbolum? quod esu paschalis agni, manna, ceterisque pro pemedum omnibus Mosaicae legis caeremoniis figuratum est. Neque enim lex esse potest: quae sacerdotio careat quod si sacerdotium habet, habet & sacrificium. Porro etsi Christus, assiduus pro nobis pontifex, non per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta: negari tamen non potest, sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech: ac proinde huius exemplo, sacrificium aliud quod obtulisse: quod exteriore panis & vini forma, veteri illi Melchisedech oblationi responderet. Erat enim: sacerdos dei altissimi quod vtique fecit: in summa praemia caena illa. Nam accepto pane gratias egit, & fregit: deditque discipulis suis, dicens. Hoc est corpus meum: pro vobis datur & ab euangelicis sacerdotibus: iugi semper obseruata praecipit iterari. Hoc facite, inquit, in mea commemoratio. Hoc enim holocaustum haec victimam, pro peccato, haec hostia pacifica: hoc iuge sacrificium, haec munda (iuxta missae nominis hebraici, rationem) oblatio. qua in omni loco Malachias praedixit

dixit offerendam, cum repudiatis legis antiquae caeremoniis: ab ortu solis usque ad occasum, magnum esset nomen Domini in gentibus. Nihil igitur in sacrificiis maius esse potest: quam corpus & sanguis Christi, nulla potior oblatio. Quae in re, cum vniuersalis ecclesiae ritu, tam aperte consentiunt, Ignatius, Irenaeus, Cyprianus, Athanasius, Chrysostomus, ac reliqui posteriores, & concilia prope innumera: ut qui contrarium sensisse praesumpserit, manifestam haereseos labem incurrat.

De satisfactione, purgatorio, & commemoratione defunctorum. Decret. 12.



Num illud videmus in primis haec tenus obseruatum ab iis qui propagandis haeresibus animum intendunt: ut ea sibi dicenda putent, quae maxime placitura videantur: quo prurientes multitudinis aures demulceant: & a feuerioribus patrum auertant instituta. Hac ratione: Mahometica quondam pestis inualluit. Hoc aucupio, Lutherus plures illaqueat: dum simul cum culpa semper omnem cuiusvis poenae temporalis reatum aboleri contendit. Purgatorium tollit, & quo laicos grauius in clericorum odium exasperet: sacrificia oblationes, & omnes id genus pro defunctis orationes, recens esse sacerdotum commentum: impudenter asseuerat. Prauidit enim versutus artifex, nihil esse quod effreni plebeculae possit esse iucundus: quam si facillima prorsus in caelum praedicatur via, si omnis acerba illius purgatoriae poenae decuriatur metus: si quid habeat, quod aliquo tandem praetextu sacerdotibus impingat. Ne igitur incautus forte quispiam vasis huiusmodi blanditiis pellectus, errorum scopulis illidatur: sacro approbante prouinciali concilio, firmiter tenendum decreuimus, culpa per poenitentiam abolita, frequenter superesse temporalis poenae reatum, velut superstitis quasdam peccati reliquias, quae per dignos poenitentiae fructus veniant expiandae, adeo ut iniquitate & culpa peccati dimissa: peccator adhuc poenae temporalis sit obnoxius. Hinc murmuranti aduersus Dominum Israeliticam plebi: inde David dimissam primum adulterij noxam scriptura commemorat, pro qua tamen: subinde poena temporalis irrogata est. Superabundans quidem atque exuberans, est Christi satisfactio: cuius plenitudinem assequimur, dum sicut semel tantum mortuus est: ita semel illi conspelimur per baptismum. Peccata vero quae post baptismum commissa fuerunt: poenitentia quidem expiatur, sed quae morienti Christo non semper configuret. Cum autem huiusmodi poenae temporalis, aut venialis tantum peccati reus, repente non nunquam intereat: de omni verbo etiam ociofo rationem redditor: nec illi pateat aditus in caelestem illam Hierusalem, in quam nihil intrat coinquinatum: nec item gehennae subiaceat, quippe qui gratiae sit particeps, ac poenae temporalis tantum debitor: fit ut primum purgetur ex iis quae gessit in corpore: saluus tandem aliquando futurus, sic tamen quasi per ignem: de sua semper interim salute, ex remanentibus in eo fide, spe, & charitate, securus. Neque enim ex eorum est numero: quorum blasphemiam non remittitur neque in hoc seculo neque in futuro, quorum superbia ascendit semper: sed eorum potius, quos sub terra Deo laudat ac

clamantes, facer Apocalypsis liber commemorat. Sancta igitur & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare: ut a peccatis soluantur. Nec ab re ab Apostolis traditum: ut in tremendis & viuificis mysteriis, agatur commemoratio defunctorum. Sciebant enim: illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cum igitur tam sanctum Apostolorum institutum, ab initio nascentis ecclesiae, ex sacro Dionysio legamus obseruatum, & in Cabilonensi ac pluribus subinde conciliis promulgatum: quisquis Catharorum, Armeniorum, Vicleui, Bohemorum, Lutheri aut Valdensium exemplo, hos errores cum sacro Constantiensis concilio non damnarit: haereticam prauitatis poenas incurrat.

De veneratione sanctorum.

Decret. 13.



Tabyssus abyssum inuocat, & aliud scelus ex alio labimur: in eam demum haereticus incidit insaniam, ut qui piis animabus quae purgatorio detinentur, suffragia viuorum admittit: vicissim quoque viuos, sanctorum qui in caelis sunt, defraudet auxiliis: quasi vel preces nostras non audiant, vel nostris calamitatibus non tangerentur, quasi diuinae clementiae deroget, quod qui Christo ministrauerit: hoc honore dignus habeatur, ut pro ceteris intercedat. Sed quam sit primum horum, non modoveritati sed scripturis quoque dissonum: facile intelligit, qui beatis peruium esse non ignorat omniforme illud diuinitatis speculum: in quo quicquid eorum interfit, illucescat. Etsi neque desint nobis Angeli, Gabriele Danielis, Raphaelis Tobiae, haudquam segniores: qui nobis ab exordio precum nostrarum absideant, ut illis mox offerant, quorum suffragium imploramus. Nec pigrius quam olim, praueuant principes coniuncti psallentibus: de quo: um manibus ascendat fumus aromaticum, de orationibus sanctorum. Porro quod ad secundum attinet: qui fieri potest, ut nostris non afficiatur incommodis: quorum nunquam excidit charitas: quibus tantum gaudium in caelo: super vno peccatore poenitentiam agente? Abraham cum hic diuersaretur: pro salute Sodomitarum, apud Dominum semel & iterum, quinimo & sapius interpellauit: ut pro certo iustorum numero qui inter eos reperiretur toti parceretur civitati. An nunc cum in caelo gloriosus regnat, usque adeo refriguit eius charitas & imminuta est: ut immemor filiorum suorum factus non oret pro iis, qui in hoc procelloso mari adhuc constituti, diris iactantur mundi fluctibus? Nec enim a beatorum communionem (quorum alter alterius, membra sumus) possumus aliquando separari, quin auctiore nobis charitate consulant, quam cum terrena nobiscum conuersatione tenerentur. Hinc Angelus ille Zachariae, & Hieremias iam dudum in sinu Abrahae receptus: multum orant pro populo: & vniuersa sancta ciuitate, & pro poenitentis impietate orabit omnis sanctus: in tempore opportuno. Nihil autem diuinae benignitatis vel omnipotentiae deperit: quae summa & incomprehensibili sapientia, infima quaeque per intermedia moderatur & regit: neque minus vnus est mediator Dei & hominum Iesus Christus, si iuxta sacram Aurelianensis concilij atque aliorum complurium institutionem, letantiis ad aliquos sanctorum con-

conuertamur. Christo tamen accepta ferantur omnia: per quem, omne id genus interueniendi munus, ceteraque in humanum genus beneficia, deriuentur. Absit igitur, vt tanti sint apud aliquem, hereticorum praestigia: vt cum Manichaeis, Catharis, Bohemis, & Valdensibus, beatis illis caelestis aulae proceribus (ex quibus: non secus ac ex igne splendor, odor ex unguento: nostra omnium dimanat utilitas) cultum exhiberi non sinat: dicata martyribus templa subannet, dies festos inscribi, & eorum (vt aiunt) passiones palam in ecclesia legi: cachinnis insectetur. Pluris sit: sacrorum conciliorum autoritas, quibus si quis pertinacius obstiterit: hunc poenis in hereticos a iure statutis, declaramus coercendum.

De ueneratione sacrarum imaginum. Decre. 14.



I tam candide quam curiose haereticus ea loca perlustrasset, quibus scriptura passim ab idolorum & simulacrorum cultu reuocat, nequaquam certe tanto strepitu Christianos ab imaginum honore deterret. Neque enim dum catholicus quispiam sanctam Christi veneratur imaginem: aliquod numen illi subesse putat, aut quasi Deum colit: sed ob recordationem filij Dei, vt in eius amore recalescat, cuius imaginem videre desiderat. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem, ante imaginem prosternimur: sed illum adoramus, quem per imaginem, aut passum, vel in throno sedentem: recordamur. Et dum nos per ipsam picturam quasi per scripturam, ad memoriam filium Dei reducimus: animum nostrum de resurrectione laetificat, aut de passione mulcet: non maiore quidem idolatriae periculo: quam cum in nomine Iesu, omne genua flectitur: caelestium, terrestrium, & infernorum. Quem enim uocula cursim auribus insinuat: hunc eundem fidelibus oculis imago sedulo representat. Accedit & ex imaginibus alia non inferior utilitas: idoneum videlicet atque accommodum indoctrinae plebi rudimentum: vt cum sacratissima virginis Mariae, aut sancti cuiusquam imago sese offert: ea velut archetypum, ad propositae sanctitatis imitationem & veram utique pietatem, rudi quadam introductione, simplex populus animetur. Et seposita tantisper distractione, dum ad unius imaginis contuitum se colligit: vno obtutu, sibi plura proponit, quam diuturna librorum evolutione comprehenderet. Non ab re igitur Apostoli: viuificam crucem, & sacras erexerunt imagines: quae quum ab initio nascentis ecclesiae, debita semper ab orthodoxis ueneratione colerentur, nihil illis a sacrosanctis quatuor vniuersalibus conciliis, derogatum est. Quin & ab Augustino moribundis proponi iubentur: & a Gregorio magno, tum ad Richaredum, tum ad Secundinum missae leguntur. Et insurgentibus tandem imaginum euersoribus: Romani pontifices, Constantinus, Gregorius secundus, & tertius, Paulus primus, Stephanus tertius, & Adrianus primus, tanta animi constantia restiterunt: vt illi septima tandem apud Nicenam synodo, concordati patrum assensu damnarentur: & Carolus ille cognomento Magnus, Francorum rex Christianissimus, Francfordiensi conuentu, eiusdem erroris suppresserit insaniam: quam infelicissimus quidam Felix, in Gallias & Germaniam

De eos. di. 3. ca. perlatum et ca. venerabilis. Gregorius ad Secundinum.

Philipp. 2.

Damasce nus lib. 4.

August. lib. de uisitatione in firmoribus.

Carolus Magnus.

inuexerat. Quisquis igitur, de Christi vel sanctorum imaginibus aliter senserit: is Christo & sanctis iniurius, cum Valdensibus pestiferam hereseos labem se nouerit incurrisse.

De libero arbitrio. Decre. 15.



Esi nulla pene sit tam aperta catholica veritas, nullus tam manifestus sacrae scripturae locus, quem non haeretici suis caecis uiculis & tergiversationibus eludant: nulla tamen in re tam impudenter, tantaque rei Christianae iactura debacchati sunt, quam in exterminando profligandoque libero arbitrio. Nam quid Christiani fidelibus perniciosius excogitare potuit hostis ille veritatis: quam si vel a Pelagio seducti, omnia sine praesidio gratiae sibi tumidius arrogent, vel fatiscanti pusillorum animo, cum Vicleuo: necessitati fauiscue committant omnia? Nihil profecto reliquum erit, tum diuinis legibus, tum humanis: nullus consilij aut electioni, nullus precibus aut oblatione, ceterisque id genus, locus: nulla denique iustitia futura est, qua quibusdam poenae, quibusdam constituta sint praemia: si pro Vicleui & Lutherano sententia, omnia de necessitate eueniant. Prodierat hic error primum, apud gentes: sed summo omnium consensu mox explosus est: adeo liberum esse arbitrium, velut euidenti quodam experimento cognitum, omnium mentibus sese inculcat. Cum igitur reliquerit Deus hominem in manu consilij sui, apposueritque coram eo ignem & aquam, bonum & malum: vt ad quodcumque uoluerit, porrigat manum suam: nec ab re, beatus ille dicatur: qui potuit transgredi & non est transgressus, & facere mala & non fecit: quod sub eo sit appetitus eius, & dominetur illi: ac denique percurrenti sacram scripturam passim obuium sit, quod liberum in utramvis parte hominis arbitrium asseueret: satis esse visum est sacro provinciali concilio, libertatis huiusmodi vires & metas exponere. Neque enim liberum arbitrium asserentes diuinam excludimus propterea gratiam: quod illi falso toties imponere non verentur: atque hoc fumo, credulorum oculos perstringere. Sed iuxta sacram scripturam eo extendimus: vt uoluntas humanae misericordiae praesentis auxilio suffulta, & interiori quodam & occulto secretioris inspirationis afflatu contacta: sese conuertat in Deum, Deo appropinquet, & ad veram illam gratiam se praeparet: qua tandem, accepta sit ad vitam aeternam. Neque tamen tanta gratiae necessitas, libero praedicitur arbitrio: cum illa semper sit in promptu, nec momentum quidem praetereat: in quo Deus non stet ad ostium, & pulset: cui si quis appuerit ianuam: intrabit ad illum, & cenabit cum illo. Nec denique tale sit huiusmodi trahentis Dei auxilium: cui resisti non possit. Quoties enim Dominus uoluit congregare filios Hierusalem, sicut gallina congregat pullos suos sub alas: & noluerunt? Frustra certe Stephanus Iudaeos, durae ceruicis & incircuncisi cordis argueret: qui semper spiritui sancto resisterent: frustra Paulus Thessalonicenses admoneret, spiritum ne extinguerent: si diuinis inspirationibus homines inuitabiliter raperentur. Trahit quidem Deus, sed in eius odorem currimus: non vi, non uinco raptamur. Praedestinatus, elegit, uocat: sed eos demum ad ultos glorificat, qui in fide & charitate radicati: per bona opera, certam

Eccl. 15.

Eccl. 30.

Gene. 4.

Psalm. 58.

Iacob. 4.

Zach. 1.

Apoc. 4.

Matth. 23.

Act. 7.

1. Thess. 5.


1. Cor. 1.

2. Pet. 2.

Sapient. 8. Ceteri. Car. 2. cap. 1. Sexta synodus Constanti. in 1. sess. 8.

ram suam uocationem, electionemque fecerint. Et licet attingat a fine usque ad finem fortiter: disponit tamen omnia sua uoluntate. Hanc igitur haeresim, arbitrij libertatem prorsus auferentem: non tam damnamus (quippe quae iam olim: ab ecclesia & sacrosanctis conciliis damnata sit) quam communi hominum conceptioni & apertis scripturae testimoniis declaramus esse contrariam.

De fide & operibus: merito & gratia. Decre. 16.



Requens illud est apud imprudentes, & qui non tam animi moderatione, quam impetu feruntur: vt dum ab altero uiciorum incaute diffugiunt, in alterum prolabantur. Cuius rei Lutherus fidem facit, qui dum operum fiduciam nimis insectatur: nihil tandem operibus reliquum facit: atque ita unius fidei patrociniu suscipit: vt solam agnoscat, opera reiiciat & condemnet. Verum si recte perpendantur, quae pro fide producit scripturae testimonia: reliquas uirtutes non excludunt. Quae uero contra opera citat: ea omnia uel ad nimiam in operibus fiduciam, uel ad legales caerimonias pertinent. Fide quidem uiuimus: & sine hac, impossibile est placere Deo. Si quis nihilominus habuerit omnem fidem, ita ut montes transferat, charitatem autem non habuerit: nihil est. Fide iustificamur: sed & spe salui facti sumus. Et dimissa sunt Mariae Magdalenae peccata multa, quoniam dilexit multum: si quis enim (dicit Dominus) diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniamus, & mansionem apud eum faciemus. Nunc igitur manent fides, spes, charitas, tria haec, maior autem horum, est charitas, & in uiuificatione iustificandoque potior: quandoquidem fides sine operibus mortua est. Tum demum utilis est ad salutem: cum per dilectionem operatur. At charitas non est ociosa, sed per bona opera fatagit, vt certam uocationem nostram electionemque faciat. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur: dum ille reddet unicuique iuxta opera sua, dum unusquisque mercedem accipiet secundum laborem suum. Quandoquidem omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Vbi eos qui a sinistris erunt, non solum increpabit Dominus, quia non crediderunt: sed quia operibus misericordiae non uacauerunt. Eos autem qui a dextris erunt, commendabit: non tam a fide, quam a bonis operibus: opera enim illorum, sequuntur illos. Talibus siquidem hostiis, promeretur Deus: facietque tandem omnis misericordia locum unicuique: iuxta meritum operum suorum: non absoluta condignitate quidem (neque enim condignae sunt passiones huius seculi: ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis) sed gratuita magis & liberali repromissione: qua, conuentione facta de denario diurno: conduxit operarios in uineam suam: qua inquam, qui suffert tentationem: cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam repromisit Deus diligentibus se: & ei qui fidem seruauerit, certauerit bonum certamen, cursum consummauerit: coronam iustitiae reddet in illa die iustus ille iudex: qui nos etiam seruos inuites, sua misericordia dignos facit: in par

Hebr. 11.

1. Cor. 13.

Roma. 8.

1. Iac. 7.

1. Iac. 14.

1. Cor. 13.

1. Iac. 2.

Galat. 5.

1. Cor. 13.

1. Cor. 3.

Apoc. 14.

Roma. 8.

Iacob. 1.

tem fortis sanctorum. Non iustificat igitur sola fides sed magis charitas: nec quaeuis opera, peccata sunt: sed eatenus adultis ad salutem necessaria, vt meriti quoque rationem non respuant.

Colos. 1.

Annotationes aliquot errorum, iam olim damnatorum, & nunc repullulantium: paucis constricta. 17.



Is sane decretis, possent plura alia adiungi: uerum nimia huiusmodi decretorum multiplicatione, orthodoxos lectores grauare metuentes: haudquaquam alia in praesentia censemus adicienda. Quia tamen plurimae aliae sunt haereses: quas aut aeditis libris, aut publicis praedicationibus, aut familiaribus etiam colloquijs minime erubescunt homines peruersi hodie promulgare, pestilentibus dogmatibus enitentes inficere populum Christianum generali quadam definitione tales damnatae doctrinae assertiones operae precium est indicare, quo facilius uentur. Exploratum nempe est, quod non alia uia conuenientius haereticorum calumniae, haereses atque impietates cauentur: quam ubi deteguntur & manifestantur. Tunc enim omnibus facile constat: quam uana sint ac futilia imo quam stulta & impia eorum dogmata. At uero vt commodius tales errores discernantur: certis subnectuntur indicibus, modo sequenti.

Nusquam legitur Dei cognomen aperte tribui Christo, in Apostolorum & Euangelistarum literis: praeterquam in duobus aut tribus locis.

Audemus spiritum sanctum appellare Deum: quod ueteres ausi non sunt.

Christus suam mortem deplorari non uoluit, sed adorari: ut quae sponte pro salute totius mundi suscipiebatur. Non enim deslenda est: mors innocentis.

A consortio ecclesiae resecat: quisquis admittit crimen lethale.

Ecclesia non constat nisi ex bonis.

Primatus summi pontificis: non est a Christo.

Non recte aut pie ab ecclesia canuntur illae orationes. Salue regina misericordiae. Regina caeli.

Aue maris stella.

Novissima pars capituli ultimi: Euangelij beati Marci: ex apocrypho quopiam Euangelio a scripta apparet, a lectore studioso.

Indecorum uel ridiculum uidetur, quod idiotae & mulierculae, psitaci exemplo psalmos suos & praedicationem Dominicam, latine murmurant: quum ipsae quod sonent, non intelligant.

Baptizati infantes, cum ueniunt ad annos discretionis: sunt rebaptizandi.

Infantes non sunt baptizandi.

Baptizati paruuli postquam ad pubertatis annos peruenierint, ut in communibus fidei articulis fuerint instructi: interrogantur, ratum ne habeant quod susceptores nomine illorum polliciti sunt in baptismo.

Id si non approbent: fortassis expedit illos non cogi, sed suo relinqui animo, donec resipiscant. nec ad aliam interim uocari poenam: nisi ut ab eucharistia sumenda, reliquisque sacramentis arceantur. Ceterum nec a sacris, nec a concionibus excludantur.

Fomes peccati, etiam si nullum adsit actuale peccatum: moratur animam ab ingressu caeli.

Iustus: in omni bono opere peccat.

Error fauens Arrio

Error fauens Macadonio.

Errores Ioan. Hus danati in conc. Const. sessione 15.

Error Bohemorum.

Omne opus bonum, optime factum: est veniale. Deus obligavit hominem ad impossibile, in nono & decimo præceptis, prohibens non concupiscere, quod qui negat, pessime facit: & qui hoc falsum esse dicit, plusquam pessime facit. Hoc est mortale & mortalissimum, non credere se esse damnabilem & mortali peccato esse obnoxium coram Deo.

*Error fauens* Modus celebrandi missam quo utitur ecclesia catholica, non est conueniens.

*Vicleuo.* Missa debet dici lingua vulgari.

*Error Bohemorum.* Manifestus est error, missam applicare seu offerre pro peccatis: pro satisfactionibus, pro defunctis aut quibuscunque necessitatibus suis, aut aliorum.

*Error Aeriarii et Arthotatarum.* Non est dubium, vniuersos hodie sacerdotes & monachos, cum episcopis & omnibus suis maioribus, esse idolatras: in statu periculosissimo agentes, ob missæ seu sacramenti ignorantiam, abusionem, & irrisionem.

*Error Donatistarum Scitarum & postolicorum.* Magna est fides, cognoscere Christum corporaliter esse, vbi sacramentaliter est. Sed maior est cognoscere eum absolute, vbi que corporaliter esse.

Nihil conducit ad susceptionem eucharistiæ: se preparare per contritionem, confessionem, satisfactionem, & alia bona opera.

Non licet inducere homines ad pœnitentiam, per timorem gehennæ.

Episcopus non potest, quod non possit simplex sacerdos.

Ecclesia non potuit illegitimare aliquas personas, sic quod non possint contrahere matrimonium.

Humana instituta si obseruas vt humana, nihil te iuuant: sin vt diuina, mendacium committis.

*Catharorum error et Valdensium* Lex Evangelica quo tutiores sint homines à periurio, prorsus damnat omne iusiurandum: vt iam fas non sit iurare, neque per Deum, neque per cælum, neque per terram.

*Error Vicleui dāna tus in cōcilio Cōstantiensi ses. 8.* Excommunicationes non sunt timēdæ, sed optandæ. Qui venialia peccata docent esse distincta à mortalibus, ad insaniam perditissime nituntur trahere hominum conscientias.

*Error fauens Louiniano.* Opera nihil sunt coram Deo, aut omnia sunt æqualia quantum ad meritum attinet.

Meritum tribuere operibus, propemodum cum eis est sentire: qui credunt nos ex operibus iustificari posse, de quo errore damnantur Iudæi plurimum.

*Error Bergardorum* Illi qui habēt charitatem, nullis præceptis humanis sunt subiecti.

Habentes charitatem, non tenentur ieiunare, orare, vigilare, aut alia consimilia bona opera efficere: sed liberum est illis, facere aut omittere huiusmodi bona opera, pro suo beneplacito.

*Error Vicleui.* Indulgentiæ, prorsus sunt abiiciendæ.

*Error fauens Vicleuo.* Foundationes obituorum, sunt inuentiones diaboli.

*Error dānatus in cōcilio Cōstantiensi* Ecclesiastici non debent gaudere priuilegiis & immunitatibus plusquam laici.

*Error Catharorum, Valdensium, Begardorum & Husi-* Non licet ecclesiasticis, habere bona immobilia. Deus non vult pseudoapostolos & hæresiarchas extingui, sed tolerari: si forte respiciat, & è ziyaniis vertantur in triticum. Quod si non respiciant, seruentur suo iudici, cui pœnas dabunt aliquando.

*Error Catharorum, Valdensium, Begardorum & Husi-* Decimæ, sunt puræ elemosynæ: & possunt parochiani propter peccata suorum prælatorum, ad libitum suum eas auferre.

In ecclesia nō debent esse varia viuendi genera, quæ religiones appellantur.

Nulli licet, inuitis parentibus intrare religionem. Si proximum voco in ius, si ei damna procuro, quæ necessarium vocationem illam prætoriam sequuntur, si etiam tanquam ethnicum omni sanctorum consortio & participatione totius ecclesiæ, cum priuatis iri obtineo: quomodo non facio iniuriam, qui iustitiam peto: quomodo mandatum Dei non soluo: qui sanctam inter me & fratrem dilectionis necessitudinem violo?

*Ad principes Christianos exhortatio: vt elaborent pro hæreticis exterminandis.*



Lurimos hæcenus errores commorauimus: sed non illorum sufficit commemoratio. Opus nanque est, quod Christianissimi principes suppetias ferant: zelo zelantes pro domo Domini exercituū, quæ iuxta

Apostolum est ecclesia. Posset haud dubie Deus, absque illis: vniuersam hæreticorum cohortem contere ac exterminare, nullius enim creaturæ suæ eger ministerio.

Vult tamē pro sua benignitate homines sibi cooperari: ampla quoque eos donat mercede, qui ei cooperantur, in iis præsertim negociis, quæ ad fidei dinoscuntur spectare integritatem: quemadmodum multæ indicant historiæ.

Laborarunt olim aduersus hæreticos strenue Christianissimi principes: Constantinus, Valentinianus, Theodosius, Clodoueus, Carolus magnus, & Ludouicus pater sancti Ludouici: sed nūquid præmio defraudati sunt: minime certe. Nam apud Deum gratiam inuenerunt: qua nihil in vita est expetibilius, & apud homines immortale sui nominis decus adepti sunt.

Cōtra vero principes, qui hæreticorum consuetudine abusi, & eorū deliniti consortio: impiis erroribus non oblitere, sed impenderunt subsidium: iram Dei vindicem sensere. Diuino siquidem fauore destituti, in graues arū nas prolapsi sunt, miserabilem vitæ exitum sortiti.

Cuius rei (vt alios taceamus) testes sunt vel locupletissimi: Licinius à Constantino deuictus, Iulianus apostata, Valens Arrianus, Philippicus, Constantinus quintus, & Leo eius filius: sacrarum imaginum impij euerfores. Hi profecto detestandam impietatem consecrati: digna suæ perfidiæ reportarunt stipendia.

Longum esset, reliquorum principum qui à fidei sinceritate defecerunt, pestifero hæreticorum contagio infecti sunt. miseria enumerare, & calamitates. Longum itidem esset, eorū felicitatem & gloriam recensere: qui fidei catholice inconculse adherentes, hæreticos tanquam capitales suæ coronæ hostes, ad internecionem vsque deleuerunt.

Hæc itaque attendentes, pro nostri officij debito Christianos principes instanter rogamus, & in Domino exhortamur: si suæ salutis consulere, si suæ ditionis iura illibata custodire, si in pace & tranquillitate subditas sibi nationes continere exoptant: potenti brachio sibi catholicam tueantur, ac eius hostes viriliter tagant debellare. Id autem haud factu erit difficile: vbi antiqua Christianissimorum principum in hæreticos, eorum libros: & fautores, edicta instaurabuntur. Quæ si salutaris iudiciorum seueritate executioni demandentur: nulla prorsus hæreticorum monumenta, nulli libri, nulla scripta in suis prouinciis reperientur. Male item sanæ cōciones cessabunt, nec non & clandestina conuenticula: in quibus peregrinos

nos cultus à Christiana pietate degenerantes, inducere solēt hæretici. Vsque eo effrenis insuper impiorum audacia retunderetur: vt iam orthodoxæ fidei ac ecclesiæ catholice, sacrisque eius constitutionibus, audeat nemo contraire. Hoc profecto nostrum desiderium: hæc votorum summa, hæc nostri conatus gloria. Hoc est quod tota mente exposcimus: & assiduis precibus à Domino efflagitamus: sperantes, dum strenue Christianissimi principes hæreticos debellant: & nos piis laboribus, ne creditæ nobis oues, luporum morsibus trucidentur, prohibuituros. Et tum demum donabit nobis Dominus sua pietate, tantopere à fidelibus exoptatam atque expetitam pacem & tranquillitatem in hac vita: & post huius vitæ decursum, consummatam felicitatem. At vero quia scimus non satis esse, ad hæc obtinenda fideles adhortari: nisi rebelles conuenienti distictione reprimantur, salutaris antidoto decreuimus huic negotio prouidere. Auctoritate itaque, qua fungimur, omnes in nostra prouincia constitutos: qui tam impia dogmata ausu temerario asserere, docere, scribere, præsumperint: his scriptis, sententia excommunicationis innodamus. Necnon & eos: qui illis auxilium, consilium, aut fauorem quouis modo fuerint impartiti. Sub eadem quoque pœna omnibus nobis subditis inhihemus: ne Lutheri libros siue Lutheranorum quorumcunque retinere præsumant, qui ad pestilentem doctrinam promouendam conscripti sunt.

*INDEX MATERIARVM, IN sequentibus morum decretis contentarum, per capitulum ordinem digestus.*



Requentandas esse preces in ecclesiis pro tranquillo statu totius ecclesiæ, & regnorum orbis Christiani. Cap. 1.

Omnem exactionem indebitam, pro sacramentorum, aliarumque rerum diuinarum administratione: esse à viris ecclesiasticis summo per e deuitandam. 2.

Quod promouendi ad sacros ordines, exhibeant literas testimoniales: de sufficientia ætatis, & honestate vitæ suæ. 3.

Neminem ad sacrum subdiaconatus ordinem esse promouendum: nisi sufficientem exhibeat titulum beneficiale, vel patrimoniale. 4.

Quomodo diocesani examinare debent petentem literas dimissorias: antequam illas ipsi concedant. 5.

Diligentem etiam inquisitionem debere fieri à diocesani: super ætate, moribus, & literatura iam promotorum ad sacerdotium. 6.

Promotos in curia Romana ad sacros ordines, non esse admitteudos ad illorum executionem: nisi prius à diocesani fuerint examinati. 7.

Instituendi ad curam animarum, diligenter ante examinentur à diocesani: an sint idonei gerende illi prouincia. 8.

Ad beneficia ecclesiastica obtinenda assumatur idonei à diocesani: qui suo erga Deum & ecclesiam, rite fungantur officio. 9.

Quotidianas distributiones satis largas & sufficientes, assignari debere iis: qui diuino officio in ecclesiis celebrando intersunt. 10.

Curati resideant in suis ecclesiis, nisi sint legitime excusati: et populum sibi commissum diligenter instruant documentis fidei & morum. 11.

De iis, qui curati suos studiose debent admonere parochianos, ad ipsorum salutem. 12.

De foundationibus antiquis ecclesiarum, accurate obseruandis, & sedulo complendis. 13.

In oratorij priuatis, sine diocesani facultate non esse celebrandum: neque in capellis hospitiorum, neglecta ecclesia parochiali. 14.

Die dominico non celebrentur missæ in capellis, etiam ex fundatione: nisi post completam missam parochialem. 15.

In ecclesiis nihil inhonestum aut indecens fieri debere: quo diuinum impediatur, aut minus reuerenter audiatur officium. 16.

Psalmodia, mature & cum distinctione peragatur: ac musicus cantus, organorumque modulatio, ad deuotionem excitans, non lasciuia: in ecclesiis exhibeatur. 17.

De horis canonicis: debite, reuerenter, & honeste, in ecclesia decantandis: distincto tempore, & congruo pulsū. 18.

De iisdem, integre, mature & deuote legendis à viris ecclesiasticis: sine aliquo leuitatis aut irreligiositatis exemplo. 19.

De tabula officiariorum, in choro ponenda: & tempore ingressus in chorum, cum diuinum celebratur officium. 20.

Canonici cum primum recepti fuerint in consortium capituli: suos fructus integre recipiat sine dilatione, aut expectatione per aliquod annos. 21.

De regulari disciplina in victu, vestitu & moribus, in monasteriis tam religiosorum quam monialium, exacte obseruanda. 22.

De honestate morum, in vita & habitu à clericis seruanda: sine vestium preciosarum pompa & luxu. 23.

Qualis debet esse habitus clericorum, & virorum ecclesiasticorum. 24.

De honestate clericorum obseruanda in incessu, conuersatione cum laicis: in euitatione chorearum, & actionis ludorum scenicarum. 25.

Incontinentes sacerdotes & concubinarios, clericos itidem venatores, & negociis secularibus deditos, grauiter esse puniendos. 26.

Quid agendum, quando prioratus religiosorum aut monialium non habent prouentus sufficientes ad plurimum in illis locis educationem. 27.

De numero monialium, in monasteriis earum instituendo, perpetuæque ipsarum clausura vigilanter obseruanda. 28.

De visitatione & reformatione diligenti hospitalium, leprosariorum, & similibus domorum, faciendâ per eos: ad quos id ipsum legitime spectat, & de gubernatoribus earundem domorum. 29.

Confratrias non esse de nouo erigendas: nisi ex consensu & approbatione diocesani: antiquarum autem statuta & fundationes, vt visitentur, illis exhiberi debere. 30.

De excommunicationibus non concedendis, nisi pro ardua & graui causa, neque decernendis pro iniuriis verbalibus, nisi sint admodum atroces, de quo officiales locorū diiudicent. 31.

Diocesani per se aut vicarios suos visitent frequenter parochias, in quibus audiant hæreticos habitare, & ad illorū exterminationem atque extirpationem, pro viribus elaborent. 32.

Libri de fide & moribus differentes, non imprimantur amplius, nec alibi impressi vendantur: sine speciali diocesani auctoritate & permissione, qui eos prius visitent. 33.

Libros lingua vernacula compositos, & de fide ac moribus tractantes, legi vulgo non debere: nisi à diocesani ante visitati sint & approbati, atque permisi vt publice legantur. 34.

Non esse admittendos quoscunque ad exercendum predicationis ad populum, officium: nisi à diocesani approbati fuerint & missi. 35.

Quales esse debent verbi diuini predicatorum: & quid potissimum predicare studeant, & quibus uti sermonibus. 36.

Solos illos mendicantes habere potestatem absoluedi: qui ante per



te per suos prelatos diœcesanis presentati fuerint, & per eosdē commissi. 37.  
 Abbates sacramentum confirmationis non conferant, nec calicum consecrationem attentent: nisi diœcesano ante exhibuerint speciale (si quod habent) super hoc privilegium. 38.  
 Cum quantā reuerentia, grauitate, & honestate: sacramentum matrimonij est suscipiendum. 39.  
 Imagines sacræ, præcedente episcopi uisitatione, in ecclesiis collocentur: neque prætextu noui miraculi erigatur capella aut altare nouum, nisi episcopus loci de eo negocio ante defuerit. 40.

**INDICIS CAPITVM, DECRETARUM complectentium: finis.**

**I**N nomine Domini Amen. Sequuntur constitutiones æditæ in sacro prouinciali concilio Senonensi: celebrato Parisiis per Reuerendissimum in Christo patrem & Dominum, Dominum Antonium, miseracione diuina & sanctæ sedis Apostolicæ gratia, tituli sanctæ Anastasiæ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ presbyterum cardinalem, archiepiscopum Senonensem, Galliarum & Germaniæ primatem, Franciæ cancellarium. Et Reuerendos in Christo patres episcopos, suffraganeos eiusdem Reuerendissimi patris: uidelicet episcopos, Carnotensem, Parisiensem, Meldensem, Antisiodorensensem, Trecentensem, Niuernensem, & Petrum de stella: vicarium episcopi Aurelianensis, per eundem Reuerendissimum admissum, vna cum clero totius prædictæ prouinciæ: legitime congregato & euocato. Anno ab incarnatione Domini: millesimo, quingentesimo, vigesimo septimo, die tertia mensis Februarij: qua fuit inchoatum prædictum concilium, & continua prosecutione deductum vsque ad nonam diem Octobris, anni vicefimi octauj: supra millesimum & quingentesimum. Qua quidem die: extrema fuit manus supra dicto concilio imposta.

**Frequentandas esse preces, & publicas & priuatas in ecclesiis: pro tranquillo statu ecclesiæ catholice, & regnorum orbis Christiani. Cap. 1.**

1. Timo. 1.

**A**ulus gentium Apostolus cum Timotheu in primis admonuisset: vt à pseudoapostolis creditam sibi plebem auocaret, qui volentes esse legis doctores, non intelligebant que loquebantur: neque de quibus affirmabant: protinus ad mores conuersus. Obsecro (inquit) primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones: pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt tranquillam & quietam vitam agamus: in omni pietate & castitate. Proinde Paulū imitati, de suffraganeorum nostrorum consilio & assensu in primis districte iniungimus: vt per cathedrales, collegiatas, parochiales & alias quascunque ipsius nostræ prouinciæ ecclesias, fiant preces tam publice quàm priuatim: quibus auertatur ira Dei, & de peccatis nostris meritam non sumat ultionem. Nam si precibus locus aliquando affuerit, si qua olim orandi necessitas institit: ea profecto nobis hac nostra tempestate sese offert: qua atroces assiduusque bellorum tumultus, inter Christianos principes ex-

ardescere videmus, & nauis ecclesiæ pluribus schismatum vndis iactata, vanæ doctrinæ ventis fluctuat. Orandus igitur benignissimus Deus, vt qui nostris iniquitatibus offensus hactenus in puppi dormitasse videtur: exurgat, & dispendent inimici eius: impetret mari & ventis, cessetque tempestas: pestilentes hæreses in dies pullulantes tollat, falsa amputet dogmata, dissidentes & exulceratos principum animos conciliet: pacatisque hæresum procellis, fatiscentem Petri nauiculam tuta tandem statione recipiat. Sanctissimum Dominum nostrū papam, & statum hierarchicum ecclesiæ, in perfecta charitate contineat: & Christianissimum regem nostrum ac supremum Dominum: incolumem nobis seruet, vtorumque compotem efficiat: vt commissus illi populus, Deū vnicum pacis authorem agnoscat: & in agendis illi gratis totus inhiat & inardescat.

**Omniem exactionem indebitam, pro sacramentorum, aliarumque rerum diuinarum administratione: esse à viris ecclesiasticis summopere deuitandam. Cap. 2.**

**A**cro hoc approbante concilio, statui-mus & ordinamus: vt omnia sincere, pure, & mūde fiant in domo Domini: sine labe, labiue suspicione, aut specie mali. Ad quod: prælati, ecclesiarum cathedralium & collegiatarum capitula, archidiaconi, abbates, abbatissæ, & aliæ quæcunque personæ ecclesiasticæ: diligentem gerant curam & studium exercendi, administrandi, & exequendi onus eis à Domino concessum (ne sanguis subditorum, de manibus eorum requiratur) non quæstus causa, aut pecuniæ. Ideo statuimus inquam & ordinamus, conformiter ad sacrorum conciliorum, sanctorumque patrum decreta: vt manus suas illibatas, integras & intactas seruent, iuxta iuris communis dispositionem & ordinationem, ab omni exactione abstinentes: nõ obstantibus quibuscunque iuramentis, statutis & consuetudinibus introductis: & in futurum introducendis. Irrationabilem illam consuetudinem iudicantes: qua ad vnā præbendam receptus, suorum in dicta præbenda prædecessorum non receptorū (à quibus ius non habet: sed à conferente vel instituyente) non solum plures receptiones soluere compellatur. Prouideat autem diœcesani: ne ecclesiarum parochialium rectorum, matricularij, aut alij quicunq; indebitas exactiones pro sacramentorum, sacramentaliumque ac diuinorum administratione faciant.

**Quod promouendi ad sacros ordines, exhibeant literas testimoniales, de sufficientia ætatis, & honestate vitæ suæ. Cap. 3.**

**V**t deinde de ministris ecclesiæ prouideamus, ne circa promouendos ad sacros ordines fraus aliqua committatur: sacro approbante prouinciali concilio, de fratrum nostrorum suffraganeorum sententia & consensu statuimus: vt promotionis tempore, ordo qui proxime sequitur, diligenter obseruetur. Vt quantum attinet ad ætatem & mores, nõ prius promoueant diœcesani suos ad aliquem sacrum ordinem: quàm viderint literas testimoniales presbyteri parochialis, que

contineant duorum aut trium testium probatorum, non suspectorum depositiones, iuramento solenni firmatas: de sufficientia ætatis promouendi, & de probata & inculcata illius vita. Quo absoluto: inquirat, si promouendus habeat sciētiam, à iure ad ordinem suscipiendum, requisitam. Neque aliquem ad sacerdotium promoueat: nisi qui (quātum fragilitas humana patitur) sciat ea quæ continentur in canone: quæ ipsis 38. distinctione.

**Neminem ad sacrum subdiaconatus ordinem esse promouendum: nisi sufficientem exhibeat titulum beneficiale, vel patrimoniale. Cap. 4.**

**P**orro in graue clericalis ordinis scandalum ac dedecus: videmus haud paucos sacerdotes, nudos ac mendicos. Prohibemus itaque, ne aliqui ad sacrum subdiaconatus ordinem assumantur: nisi sub titulo beneficij viginti librarum Parisiensium ad minus, vel patrimonij similis valoris. Super quo: per vicarios nostros in nostra diœcesi, aut in diœcesi suffraganeorum nostrorum, per eosdem suffraganeos eorumve vicarios vel officiales: fiat diligens inquisitio per testes, omni exceptione maiores. Si autem titulus patrimonialis ad eum peruenerit ex cessione aut donatione alterius: similiter inquiratur, an præfatam summam possit redditus rei cessæ repræsentare. Deinde super fraude, si qua interuenerit intercedentem & cessionarium: exigatur sacramentum cedentis ac cessionarij. Iurabit autem cedens: se donasse sine vlla fictione, aut spe in futurum recuperandi. Cessionarius autem affirmabit: nullum esse inter se & cedentem, pactum, de restitutione rerum cessarum: suæque intentionis esse, illa retinere, ac quædiu viuet: illis uti & frui. Prohibemus autem districte, ne ordinatus ad titulum patrimoniale: eundem vendat aut alienet sine permissione episcopi ordinantis donec beneficium aut patrimonium prætaxati valoris fuerit affectus.

**Quomodo diœcesani examinare debent petentem literas dimissorias: antequam illas ipsi concedant. Cap. 5.**

**Q**uæuis episcopus originis, beneficij, aut domicilij, non solū ad ordines promouere, sed etiā literas dimissorias ad ipsos ordines concedere possit: iniungimus tamen suffraganeis nostris, vt si quando literas dimissorias ad sacros ordines indulgere voluerint, ne indigni assumantur: obseruent ordinem qui sequitur: uidelicet quod volentes impetrare literas dimissorias, accedat ad diœcesanos: qui super præmissis ætate, literatura, moribus beneficio seu patrimonio inquirant, seruentque diligenter prædictas solennitates: perinde ac si in propria ordinare vellent. At tunc sic examinato, concedantur literæ dimissoria: remittaturque ita examinatus cum literis ipsis. In quibus etiam declaratur prædicta solennitas sic obseruata: fiatque mentio expressa de beneficio aut patrimonio, vt episcopus ad quem se conferet ordinandus: eum sine scrupulo promouere & ordinare possit. Quod si propter infirmitatem aut aliam causam rationabile, is qui literas dimissorias

obtinere cupit, non possit commode accedere ad suum episcopum: tunc remittatur super ætate, literatura, ac moribus vt prius examinandus ad episcopum, cui literæ dimissoria præsentabuntur: inseraturque in illis literis dimissoriis clausula. Super quo: conscientiam tuam oneramus. Prouiso tamen, quod nunquam cõcedantur literæ dimissoria: nisi illi qui habuerit beneficium, aut patrimonium prætaxati valoris.

**Diligentem etiam inquisitionem debere fieri à diœcesanis: super ætate, moribus, & literatura iam promotorum ad sacerdotium. Cap. 6.**

**E**d quantum attinet ad iam promotos ad sacerdotium: iniungimus suffraganeis nostris, vt super illis diligentem & accuratam faciant inquisitionem. Et quos inuenerint promotos ante ætatem legitimam: iuxta iuris dispositionem, ab executione ordinum suspendant, donec ad ætatem legitimam peruenerint. Et quos vita reprehensibiles cognouerint: debite coerceant. Quos insuper non esse literaturæ sufficientis deprehenderit: ab executione ordinum suspendant, donec in scientia quæ ordini est requisita, ad plenum fuerint instructi.

**Promotos in curia Romana ad sacros ordines, non esse admittendos ad illorum executionem: nisi prius à diœcesanis fuerint examinati. Cap. 7.**

**V**rsus quia nonnulli, suæ ignorantia, & incapacitatis, & delictorum cõsij fugientes examen suorum episcoporum scientes se non esse ab illis promouendos: ad curiam Romanam confugiunt, etiam absque literis dimissoriis eorūdem episcoporum: & in eadem curia se faciunt promoueri ad omnes sacros ordines, per quosdam asserentes se esse episcopos, & habere à Romano pontifice auctoritatem ordinandi: de quorum potestate ac commissione non apparet: sintque ordinati huiusmodi, promoti extra tempora, ac interdum tribus successiuis diebus. Talibus diœcesani non permittant executionem suorum ordinum: nisi visis diligenter eorundem literis. Constito etiam sufficienter, de potestate ordinatum: & eorum commissione, eis à Romano pontifice concessa. Ad hæc etiam, quod rursus examinentur de vita, scientia, ætate: ac inquiratur de beneficio seu patrimonio. Qui si in prædictis aut aliquo præmissorum inuenti fuerint minus sufficientes: declarētur suspensi ab executione ordinum, modo & forma, supra declaratis.

**Instituendi ad curam animarum, diligenter ante examinentur à diœcesanis: an sint idonei gerenda illi prouincia. Cap. 8.**

**E**terum, quia ecclesiæ Dei nihil magis officit: quàm quod indigni præficiantur curæ animarum, & ad aliorum assumantur regimen, qui seipos regere non possunt: diœcesani ergo ad parochiales ecclesias non

non instituant presentatos ab ecclesiasticis laicisve patronis, nisi eos prius diligenter examinaverint: neque indignos presentent aut incapaces admittant. Quod si qui sint instituti vel prouisi, etiam per sedē Apostolicā: nihilominus diocesani eos examinent: & si minus idonei fuerint inuenti, ad administrationem beneficii non admittantur, sed loco eorum per episcopos instituantur vicarij idonei, quibus congrua portio assignetur. Et tandiu in beneficio admittentur: donec sic instituti aut prouisi, literaturā sufficientem assecuti fuerint, aut sint aetatem legitimam adepti.

*Ad beneficia ecclesiastica obtinenda, assumantur idonei a diocesanis: qui suo erga Deum & ecclesiam rite fungantur officio. Cap. 9.*

**V**mque graue nimis sit & absurdū, quod quidam ecclesiarum praelati cum possint viros idoneos ad beneficia ecclesiastica promouere: alsumere nō verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum sufficientia suffragatur, carnalitate sequentes affectum, non iudicium rationis: vnde quanta ecclesiis damna proueniant: nemo sanæ mentis ignorat. Nos ergo volētes huic morbo mederi, præcipimus omnibus & singulis collatorib⁹: vt (prætermittis indignis) idoneos assumant: qui Deo & ecclesiis gratū valeant impēdere famulatum. Fiarque iuxta sacrum Lateranense concilium, in prouinciali concilio diligens inquisitio, vt qui post primam & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis: a beneficiis conferendis, per ipsum prouinciale concilium suspēdatur: instituta in eodem concilio persona prouida, & honesta: quæ suspensū suppleat defectum in beneficiis conferendis.

*Quotidianas distributiones satis largas assignari debere iis: qui diuino officio in ecclesiis celebrando inter sunt. Cap. 10.*

**D**nos (quod amarius dolēdum est) peruenit, quōd in multis cathedralibus & collegiatis ecclesiis huius nostræ prouinciæ, nullę sunt aut vsquē adeo tenues quotidianę distributiones: vt vix tertiam partem grossorū fructuum ascendant. In quibus hæc tenues inualuit cōsuetudo, quōd illarum ecclesiarum canonici absentes: per interessentiam vnus diei, grossos fructus totius anni percipiant. Ex quibus: vagandi materia oritur, cultus diuinus (quem augeri optamus) diminuitur, officium (propter quod: beneficium ecclesiasticum datur) omittitur: quibusdam clericis admodū ignaris, tenui precio conductis: cura diuini officij committitur: quod vnico contextu, non seruatis interstitiis temporum ab ecclesia præfixis: per huiusmodi mercennarios transcurrēdo & syncopando celebratur, vt aliunde ex quæstu missarum vitam sibi mendicent. Nos igitur cupientes prædictis occurrere, & quantum possumus, aduersus futura cauere: sacro approbante concilio, huiusmodi consuetudines tanquam ecclesiis nociuas, & cultui diuino de-

*Dantur irrationabilis consuetudo.*

trahentes, cassamus & reuocamus. Hisque non obstantibus statuimus, quōd diocesani in suis diocesis: dictarum ecclesiarum canonicos, per iuris remedia, etiam suarum præbendarum priuationem, ad suas ecclesias reuocent: dictosque grossos fructus, pro maiori parte in quotidianas distributiones conuertant. Et residentes & diuino officio actualiter intereffentes, secundū mensuram laborum: plus minusve capiant emolumentum: sub obestatione diuini iudicij, omnibus præcipientes: vt respectu huiusmodi quotidianarum distributionum, iura antiqua factorum conciliorum & patrum decreta integre obseruent, & obseruari faciant.

*Curati resideant in suis ecclesiis, nisi sint legitime excusati: & populum sibi commissum diligenter instruant documentis fidei & morum. Cap. 11.*

**R**ectores ecclesiarum (quorum singularis est electa industria) compellantur per suffraganeos nostros, quoad fieri poterit: ad personalem residentiam, neque cum illis de non residendo, nisi causa probabili intercedente: dispensentur.

Et in ecclesiis parochialibus per singulos dies dominicos, presbyteri parochiales curati per se aut vicarios eorū: clara voce & intelligibili ac verbis maternis, annuncient decem præcepta decalogi & articulos fidei. Et si qui fuerint presbyteri quibus non suppetat doctrina aut prædicandi gratia: legant & & declarent prædicta die Dominica vnum capitulū Ioannis de Gerson, in opere suo tripartito.

*De iis quæ curati suos debent admonere parochianos: ad ipsorum salutem. Cap. 12.*

**A**dmoncant frequenter curati suos parochianos: vt intersint missæ parochiali diebus Dominicis, & festis per hebdomadam occurrentibus. Et vt ad omnia illa quæ per singulos dies dominicos in prorsus præcipiuntur: diligenter attendant. Quod si legitimo cessante impedimento absque licentia sui curati, per tres dominicos neglexerint interesse missæ parochiali: denuncient statim promotoribus, vt pro mensura contemptus vel offensæ puniantur.

Hortentur insuper iidem curati eosdem parochianos suos: vt frequenter peccata sua confiteantur, & sacramentum eucharistiæ percipiant: præsertim in festis solennibus, & tempore infirmitatis aut pestis, aut vbi instat periculum mortis: seu cum mare sunt nauigaturi, aut per diuersa loca peregrinaturi. Quos etiam commoneant: ne peregrinentur sine literis testimonialibus Christianitatis eorum: quas iidem curati, per se aut eorum vicarios, si petantur, liberaliter tradant.

Curati diligenter aduertant: si parochiani eorū ad minus semel in anno, sanctam ecclesiæ communionem eucharistiāque percipiant: & communicantium nomina, si commode fieri potest, scripto redigant.

*De foundationibus antiquis ecclesiarum: accurate obseruandis & complendis. Cap. 13.*

Volu-



**V**olumus etiam, quōd in singulis parochialibus ecclesiis non solum dicatur missa parochialis Dominicis: sed etiam aliis per hebdomadā diebus, diuina officia secundum primam fundationē ipsius ecclesiæ, vel illius augmentationem celebrentur.

Et ne diuinus cultus (quem omnino augeri desideramus) minuatur, fundatorūve intentio fraudetur: per diocesanos compellantur omnes & singuli rectores ecclesiarum parochialium, capellani, alique beneficiati, leprosariorum aliarumque domorū administratorum: ad ostendendas exhibendæque literas fundationis, institutionis, & augmentationis beneficiorum suorum, & administrationum. Vt omnibus visis, de diuinis officiis iuxta fundatorum intentionem, quod opportunum fuerit, ab eisdem diocesanis statuatur.

*Inhibemus capellas de nouo erigi, construi, etiam omnino dirutas reedificari: sine diocesanorum licentia & permissione.*

*In oratorijs priuatis, sine diocesanis facultate non esse celebrandum: neque in capellis hospitiorum, neglecta ecclesia parochiali. Cap. 14.*



**N**on liceat in oratorijs priuatis, quæ in domibus priuatorum interdū habentur, missas celebrare prætextu dispensationis sedis Apostolicæ: nisi prius visis ab episcopis, recognitis & approbatis dictis literis dispensationis: transgressores autem per ordinarios locorum pœna condigna plectantur.

Sed quia in diuersorijs aut hospitij sunt interdū capellæ, vbi viatores ac transeuntes passim celebrari faciunt: neque curent ad ecclesiam parochialem, vel aliam ecclesiam accedere: præcipimus suffraganeis nostris, vt inhibeat sub pœna suspensionis a diuinis omnibus & singulis presbyteris sibi subditis: ne in huiusmodi capellis deinceps celebrare attentent. Quia tamen extranei sacerdotes a celebratione missæ, aut transeuntes ab auditione facile cohiberi non possent: idcirco iidem suffraganei nostri prohibeant sub pœna excommunicationis vel alia pœna, magistris dictorum hospitiorum seu diuersoriorū: quod non patiantur deinceps in illis capellis celebrari.

*Die dominico non celebrentur missæ in capella, etiam ex fundatione: nisi post completam missam parochialem. Cap. 15.*



**T**em ne populus distrahatur a missa parochiali, & ab auditione mandatorum Dei & ecclesiæ: prohibemus ne in capellis ab antiquo etiam episcopo rum autoritate fundatis, alia missæ celebrentur: quàm illæ quæ de fundatione extiterint. Et si quæ sint missæ, quæ ex tenore fundationis dici debeant die dominico: non dicantur nisi post missam parochialem.

Admonemus insuper suffraganeos nostros, vt excusis præmissis, & præsertim hoc tempore: quo videmus multos adduci ad cōtempturn præceptorum ecclesiæ, & ministrorum eiusdem: non facile admittant fundationes capellarum, quibus ordinatur cele-

bratio missæ dominico die, ea potissimum hora: qua populus vniuersus conuenire debet ad audienda diuina, præceptaque Dei & ecclesiæ.

Et vt magis ac magis tollatur occasio celebrandi missas in locis ac oratorijs priuatis: iniungitur suffraganeis nostris, vt non sint faciles ad consecranda altaria portatilia: sed tūc demum ad ea cōsecranda accedant, cum intellexerint ea esse requisita pro ecclesiis, aut aliis locis in quibus licite celebratur. Et per suos decanos rurales, aliosve officarios prouideant: ne prædicta altaria portatilia retineantur in domibus priuatorum.

*In ecclesijs nihil inhonestum aut indecens fieri debere: quo diuinum impediatur, aut minus reuerenter audiatur officium. Cap. 16.*



**C**um autem deceat domum Dei sanctitudo, vt cuius in pace factus est locus: eius cultus sit cum debita veneratione pacificus: sit itaque iuxta Gregorij decimi conciliū generale Lugdunense: ad ecclesiam humilis & deuotus ingressus: sit in ea, quæta cōuersatio, deo grata, insipientibus placita: quæ considerantes non solum instruat, sed & reficiat. Cessent in ecclesijs, vniuersitatum & societatum quarumlibet concilia: conciones, & publica parlamenta. Cessent confabulationes quælibet: cessent vana, & multo fortius scanda & prophana colloquia. Cessent postremo quæcūque: quæ diuinum possunt perturbare officium, aut oculos diuinæ maiestatis offendere. Ne vbi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi deus occasio, aut deprehendantur peccata committi. Prohibemus idcirco, ne histriones aut mimi intrent ecclesiā: ad pulsandum tympano, cithara, aut alio instrumēto musicali: neque in ecclesia aut iuxta ecclesiam, suis instrumentis. Prohibemus insuper, ne fiat deinceps festum fatuorum aut innocentium, neque erigatur decanatus patellæ.

*Psalmodia mature & cum distinctione peragatur, ac musicus cantus organorumque modulatio, ad deuotionem excitans non lasciuiam, in ecclesia exhibeatur. Cap. 17.*




**T**cum in ecclesijs Dei psalmodia cantanda præcipiatur, vt fidelium deuotio excitetur: in hoc nocturnum diurnumque officium & missarum celebritates, assidue clero ac populo, sub maturo tenore distinctaq; gradatione cantentur: vt eadem distinctione collibeant, & maturitate delectent. Propterea præcipimus, vt in ecclesijs sint musici cantus distincti ac discreti: mouentes cor ad deuotionem compunctionemque. Porro in ecclesijs prætextu musici cantus: non sunt audiendæ publicæ cantilenę, & lasciuæ. Neque enim (inquit Hieronymus) in tragædiarum modum, guttur & fauces medicamine sunt leniendæ: ne dum blanda vox quæritur, congruaviua negligatur. Nam vt cantor minister Deum moribus stimulat, cum populū vocibus delectat: ita lasciuus animus dum lasciuioribus delectatur modis, eos sæpe audiens emollitur & frangitur. Curent ergo sacerdotes & clerici sic suos cantus instituere: vt modesta honestaque psallendi grauitate, placidæque & grata modulatione, sic audientium aures deliniant: vt prouocent excitentque, ad deuotionē, compunctionemque, nō ad lasciuia, cordisve aut animi titillationē.

Organorum vsus: ecclesia a patribus ad cultum

seruitiumque diuinum recepit. Nolumus itaq; quod organice instrumentis resonet in ecclesia, impudica aut lasciuia melodia: sed sonus omnino dulcis: qui nihil præter hymnos diuinos & cantica spiritalia repræsentet.

De horis canonicis, distincte, reuerenter, & honeste, in ecclesia decantandis. Cap. 18.



ut in maioribus ecclesiis cultus Dei uiui sanctior, iuxta maiorum traditiones in melius reformetur: statuimus, ut in cathedralibus ac collegiatis & conuentalibus ecclesiis horis debitis, signis congrua pulsatione præmissis, laudes diuinæ per singulas horas, non cursim ac festinanter, sed tractim cum pausa decenti (præsertim in medio cuiuslibet versiculi psalmodum) debitam faciendo inter solenne & feriale officium differentiam, reuerenter ab omnibus persoluantur.

Horas autem canonicas dicturi, cum tunica talarum ac supellicis mundis & cappis, iuxta temporum diuersitatem ingrediantur ecclesias: caputias, almutias vel birreta tenentes in capite. Qui cum in choro fuerint, grauitatem seruent, quam locus & officium exsolcunt: non cum aliis confabulantes seu colloquentes, aut literas seu scripturas alias legentes. Et cum psallendi gratia ibidem conueniant, muta aut clausa labia tenere non debent: sed omnes, præsertim qui maiori funguntur honore, in psalmis, hymnis, & canticis, Deo alacriter modulentur.

Cum dicitur: Gloria patri & filio, & spiritui sancto: omnes consurgant.

Cum nominatur illud nomen gloriosum Iesus: in quo omne genu flectitur, cælestium, terrestrium, & infernorum: omnes caput inclinent.

Philip. 2.

De officio horarum, non dicendo à quopiam priuati in choro, cum ille catur.

Nemo ibidem, cum horæ in communi cantantur: legat: vel dicat priuati officium. Nam non solum officium quo obnoxius est choro, subtrahit: sed & alios psallentes perturbat.

Super his debite obseruandis, aliisque ad diuini officij prosecutionem ac chori disciplinam spectantibus: decanus & capitulum, vel cui onus incumbit, diligenter inuigilet, hincinde ne quid inordinate fiat: circumspiciens.

Horum autem transgressores: illius horæ, in qua circa prædicta excesserint, vel alia maiori: prout tractationis grauitas exegerit, plectatur pœna.

De horis canonicis, integre, mature & deuote legendis, à uiris ecclesiasticis: sine aliquo leuitatis aut irreligiositatis exemplo. Cap. 19.



Admonemus beneficiatos & alios in sacris ordinibus constitutos, qui ad horas canonicas tenentur: ut si orationes suas, Deo acceptas fore cupiunt: non in gutture, vel inter dentes seu deglutendo aut syncopando dictiones, vel colloquia aut risus intermiscendo: sed siue soli, siue associati, diurnum nocturnumque officium reuerenter, uerbisque distinctis peragant: ac tali in loco, unde à deuotione non retrahantur.

Quicumque in ecclesia beneficiatus præsertim de

maioribus, diuinorum tempore per ecclesiam vel foris circa eam deambulando, aut cum aliis colloquendo uisus fuerit: non solum illius horæ, sed totius diei distributiones ipso facto amittat. Et si semel correptus non destiterit: per mensem distributionibus careat: & si pertinacia exegerit, grauiori pœna subiiciatur. Regulares, qui in conuentalibus ecclesiis circa prædicta excesserint, superiorum arbitrio castigentur.

De tabula officiariorum, in choro ponenda: & tempore ingressus in chorum, cum diuinum celebratur officium. Cap. 20.



onstituatur tabula in choro: in qua quid per unumquemque ex canonicis vel aliis beneficiatis, in singulis horis per hebdomadam aut maius tempus cantandum legendumve sit: describatur. Qui autem secundum quod ibi descriptum fuerit, facere per se vel alium neglexerit: pro qualibet hora, distributiones unius diei amittat.

Qui in matutinis & uesperis, ante Gloria patri primi psalmi, consimiliter in aliis horis: in missa ante finem epistolæ uel que in finem, diuino officio non interfuerit (nisi forte necessitate cogente, ac petita & obtenta licentia: discedere oporteat) pro illa hora absens censetur: saluis ecclesiarum consuetudinibus, si quæ forte circa hæc arctiores existant. Idem obseruetur in iis: qui à principio usque ad finem, in processionibus non permanerint. Pro cuius executione, deputetur aliquis, onus habens notandi personas singulas, statuto tempore non conuenientes, iuramento astrictus agere fideliter, & nulli parcere.

Præcipimus etiam conformiter ad statutum præcedentis concilij: quod in illis ecclesiis, quibus singulis horis certæ distributiones statuta non sunt: omnino etiam de grossis fructibus (si opus sit) deputentur: ut iuxta mensuram laboris, plus, minusue, quicquid capiat emolumenti. Tollentes profus abulum illum, quo in una duntaxat hora præsens, totius diei distributiones usurpat. Et illum: quo præpositi vel decani & alij officiales, ex hoc solo quod officiales sunt, licet actualiter pro utilitate ecclesiæ non absint: quotidianas distributiones percipiunt.

De distributionibus: cuius secundum mensuram laboris factis. Dicitur abusus circa quotidianas distributiones.

Canonici cum primum recepti sunt in consorium capituli: suos fructus integre recipiant sine dilatione, aut expectatione per aliquot annos. Cap. 21.



Um autem secundum Apostolum, is qui altari seruit: de altari uiuere debet. Statuimus ad iuris dispositionem: ut omnes & singuli canonici ecclesiarum cathedralium & collegiarum nostræ prouinciæ, lucrètur & percipiant post eorum receptionem & admissionem in fratres, grossos fructus & alios quoscumque suarum præbendarum, personaliter residendo & deseruendo suis beneficiis, æqualiter inter se distribuendo. Nisi ex fundatione eorumdem locorum speciali, & legitima, sufficienter probata: prædicti grossi fructus pro certo tempore aliis ecclesiis aut pijs usibus, expresse pertineant & deputentur. Damnabilem illam consuetudinem

Dicitur in aliquibus ecclesiis inualescere

dinem iudicantes: qua in certis ecclesiis prædicti fructus ad certum tempus, in utilitatem cedunt iam receptorum: siue qua cauetur, ut ad certum tempus sint de nouo recepti, expectantes: ueram corruptelam & notorium abusum, tales & similes, declarantes per hoc præsens nostrum statutum. Et quoniam dispositione iuris duo canonici assistentes episcopis, seu de familia eorum existentes, similiter & alij priuilegiati, debent gaudere grossis fructibus suarum præbendarum: ideo non intendimus eis præiudicare per hoc præsens statutum, sed volumus eos illibatos conseruare in dictis suis priuilegiis.

De visitatione diœcesanorum

Diœcesani statim post dissolutum præsens concilium: diligenter uisitant breuiaria, missalia, antiphonalia, ac sanctorum legendas. Et quæ deprehenderit in illis superflua, aut non satis pro ecclesiæ dignitate conuenientia: ipsi continuo tollent & reseruant, & quæ uiderint esse necessaria, adiciunt.


De regulari disciplina, in uictu, uestitu, & moribus: in monasteriis tam religiosorum quam monialium, exacte obseruanda. Cap. 22.



Ide dignorum relatio ad nostrum auditum perduxit: quatum in multis monasteriis sit à primæ institutionis puritate recessum. Siquidem illorum cœnobitæ, sic vitam monachalem & regularem reiecerunt: ut & moribus & nomine & habitu, religiosi haberi & nominari uereantur. Quod si in præmissis gubernaculum disciplinæ contemnatur: hoc solum restare uidemus, ut religio naufragetur. Rebus itaq; in deteriora prolabantibus obuiam ire uolentes: statuius ut abbates, abbatissæ, priores, priorissæ, & alij religiosorum superiores, quocumque nomine censeantur: sic sua monasteria in cultu diuino, uita & moribus, uestimentis monachalibus, cibis & potibus reforment: & suos religiosos & moniales, ad vitam regularem monasticam, secundum institutiones suorum ordinum & alias regulares, reducant: quod in eis nihil reperitur, quod diuinam maiestatem & simplicium animos offendere possit. In præmissis autem: per diœcesanos in suis uisitationibus diligens inquisitio fiat. Et quæ repererint deformata: reforment, & omnino corrigant: quæ super prædictis facta fuerint, sequenti concilio referant. Et ne notorium illum abusum, quo nonnulli regularem apostasiam incurrerent, sine habitu regulari etiam in publicum incidere non erubescunt: sub dissimulatione pertransire uideamur: statuimus quod canonici regulares de cætero: super ueste exteriori togam lineam, tam intra quam extra monasterium, ferre omnino teneantur. Nisi forte super huiusmodi toga non deferenda: priuilegium habeant, quod suis diœcesanis exhibere infra duos menses, à die publicationis computandos habeant. Qui uiso priuilegio, super alio habitu patenter distincto à uestimentis clericorum secularium, ordinabunt, ut expedire & iuris esse uidebitur.

De toga lineari super uestem: & cœnobitæ non teneantur.

De honestate morum in uita & habitu, à clericis seruanda: sine uestium preciosarum pompa & luxu. Cap. 23.



Mnes clericos, maxime in sacris constitutos, admonitos esse volumus: se cum in sanctorum loco sint, necessitatem bene uiuendi non licentiam peccandi, esse assecutos. Idcirco eos hortamur: ut opera sanctorum exercent: luceantque coram hominibus opera eorum, sintque uere illud sal Euangelicum. In ministerio uigilantes & solliciti, plantent, euellant, dissi-pent: & cum summo studio ædificent, quæ pietatem respiciunt.

Matth. 5.

Hierem. 1.

Insuper professionem suam probent habitu: scilicet ut per decentiam habitus extrinseci, intrinsecæ morum honestatem ostendant. Vestitus ergo clericorum maxime in sacris constitutorum, non sit expectoratus: sed à collo desuper undiq; clausus, à manibus, lateribus & retro.

Cum elationis habeat calumniam, quicquid propter uenustatem, non propter necessitatem accipitur: & ne bona ecclesiæ, quæ pauperum sunt, in fastum & corporis ornatum (qui à sacro ordine alienus esse debet) conuertatur. Inhibemus omnibus & singulis ecclesiasticis nostræ prouinciæ: ne uestimentis exterioribus & sagis oblongis sericeis, in publicum aut domestice utantur, sub pœnis arbitrio diœcesanorum imponendis. Non tamen intendimus, ecclesiasticis ex sanguine regio aut ducali ortis: huiusmodi uestimentorum sericeorum delationem prohibere: quos tamen hortamur, ut in suis uestimentis decentiam ecclesiasticam obseruent.

De uestibus sericeis: non deferendis à clericis.

Qualis debet esse habitus clericorum, & uirorum ecclesiasticorum. Cap. 24.



Estes sint talarum, non fronsiatae aut partitæ, nec nimia amplitudine superflua, nec plus æquo constrictæ: in quibus, clericalis ordinis honestas & modestia, non fastus iactantia, uel elationis uitium, deprehendatur. Non etiã camillas gestent (quod dicunt) fronsiatas.

Nō pannosi sint clerici, aut in uestibus lacerti. Neque enim affectatæ sordes aut exquisitæ delitiæ, laudem pariunt.

Non caligas partitas aut scacatas assumant, neque circa genu dissutas: non lunatis seu cornutis, ac nimis fenestratis: calceis utantur. Non annulos in digitis deferant: nisi forte huiusmodi sint, quibus id ad decorem suarum dignitatum permittatur.

Ipsi quoque clerici in sacris præsertim constituti, & eorum commensales: neque comam relaxent aut barbam nutriant. Sed tonsuram, coronam, seu rasuram habeant: secundum ordinem suum honeste rasam.

Denique iuxta concilium Lateranense: pannis rubris aut uiridibus non utantur. Ab iis denique abstineant: quæ in eodem concilio continentur.

De honestate à clericis seruanda: in criminibus & tonsura.

De honestate clericorum, obseruanda in incessu, conuersatione cum laicis, in euitatione chorearum, & actionis ludorum scenicorum. Cap. 25.



In incessu quoque, honestatem exhibeat: ut grauitate itineris, mentis maturitatem ostendant. In compositio enim corporis, risus dissolutus, indecens oculorum uagatio:



tio: inæqualitatem indicant mentis.

In conuersatione autem cum laicis, ita se habeant: vt neque ex nimia familiaritate, aut conuersatione æquali, reddatur contemptus dignitatis: neque ex nimia austeritate, fastu, aut pompa: superbi, aut plus æquo elati iudicentur.

*Qui ludi, à clericis sunt vitandi.*

Neque in publico ludant pila aut aliis ludis: maxime cum laicis. A ludo alearum, aliisque qui à sorte pendent, abstineant: neque ludentium fautores, spectatores, aut testes existant.

Non se admisceant choreis publicis, tripudiationibus, aut saltationibus. Non turpes, amatorias, aut lasciuas depromant cantilenas, seu cantantibus faueant aut adsint.

Non in scenam velut histriones prodeant, non comædias vernaculas agant: non spectaculum corporis sui faciant in publico, priuatove loco.

Quæ omnia, cum omnibus sacerdotibus sunt in decora, & ordini clericali multum detrahentia: tum illis præcipue, quibus animarum cura est commissa.

*Incontinentes sacerdotes & concubimarios, clericos itidem venatores, & negotiis secularibus deditos: grauiter esse puniendos. Cap. 26.*

**I**ncontinentes sacerdotes, & concubimarios clericos: episcopi per se vel suos officiales, ad continentiam & ecclesiæ regulam remediis conuenientibus reuocabunt. Salutares pœnas iuxta sanctorum patrum decreta, & sacrorum ac generalium conciliorum canones: in illos (si moniti non desistant) exequentur.

Contra clericos venatores vel negotiis secularibus implicitos, si à venandi, negociandive consuetudine, moniti non desistant: ad pœnam Aurelianensis concilij & alterius Lateranensis procedetur.

*Quid agendum: quando prioratus religiosorum aut monialium non habent prouentus sufficientes, ad plurimum in illis locis educationem. Cap. 27.*

**T**um sacrum Viennense concilium statuerit: vt monachi in suis sibi commissis administrationibus vel prioratibus non præsumant soli habitare, sed si prouentus prioratum vel administrationum huiusmodi forte non suppetant: duobus aliis vicinioribus locis, ad eorum monasteria pertinentibus, vel ipsorum monasteriorum officiis, aut inter se inuicem, prout erit commodius: cum consensu & consilio abbatum, per locorum ordinarios vniantur. Nos illud Viennense concilij tam salubre, tamque prouidum statutum, obseruari præcipimus.

Ad hoc statuimus, quòd moniales cuiuscunque ordinis existant: morantes in prioratibus, qui non sunt idonei ad conseruandam reformationem, & conuentum custodiendum, neque ad id forte redditus eorum suppetere possunt: remittantur ad abbatiam seu monasterium, vnde huiusmodi prioratus dependent. Redditi autem prædictorum prioratum: ap-

plificentur abbatia vel monasterio: vbi etiam pro mensura augmenti, augeatur numerus religiosorum. Ex ordinatione autem episcopi, prouidebitur de seruitio competenti in prædicto prioratu: celebrando per presbyterum secularem: cui de consensu religiosorum, per eundem episcopum congrua portio assignabitur.

Et quoniam sunt aliqua monasteria sita extra prouinciam nostram, à quibus dependent prioratus, infra limites prouinciæ nostræ constituti: rogamus diocesanos locorum, vt religiosos illorum prioratum aduocent ad suas abbatias seu monasteria. Offerentes, quòd nos & suffraganei nostri etiam curabimus modo consimili, ad abbatias nostrarum diocesium reuocare religiosas: existentes in prioratibus extra prouinciam nostram sitis, quibus insufficientes redditus esse, nobis constiterit.

*De numero monialium, in monasteriis earum instituendo: perpetuaque ipsarum clausura, vigilanter obseruanda. Cap. 28.*

**T**em constituimus, vt in monasteriis monialium tot instituantur moniales: quot de facultatibus eorundem monasteriorum (reparationibus ecclesiæ, clausuræ, & aliarum regularium domorum, necnon processuum expensis: deductis) commode & sine penuria sustentari possint. A quibus: pro ingressu aut receptione, nihil prorsus prætextu consuetudinis, aut quouis alio quæsito colore: exigatur. Si qua tamen ultra eas in huiusmodi monasteriis se recipi petat: id non interdiciamus, dummodo congruam secum afferat pensionem, qua cum cæteris religiosis numerariis alatur. Non tamen in locum numerariarum succedat: sed decedentibus numerariis, alia noua & pauperes surrogentur.

Prouideant etiam episcopi: vt illud salubre ac fructiferum decretum, incipiens: periculoso, in eo præsertim, quod continet de clausura perpetua monialium: seruetur, ac perpetuo custodiatur. Nihil enim magis officit regulari monialium disciplinæ, spiritusque profectui: quàm referatis claustris septis, portisque pro cuiuscunque earum nutu patentibus, frequens & licentiosa extra monasterium euagatio: & tanquam ruptis obicibus dissoluta ac insolens ultra metas conuentus eruptio. Siquidem exinde dedecorosa enascitur earum cum laicis personis tam vitis quàm mulieribus conuersatio: & præter cætera salutis animarum detrimenta, ingens in præcipiti pendens earundem castitatis periclitatio.

*De visitatione & reformatione diligentibus hospitalium, leprosariorum, & similibus domorum: faciendæ per eos ad quos id ipsum legitime spectat. Cap. 29.*

**V**m autem ea, quæ ad certum usum sunt largitione fidelium destinata: non debeant in alium usum conuertere, præcipimus iuxta Concilium Viennense: xenodochia, leprosariorum, elemosynarias, & alia hospitalia, quocunque nomine censeantur, visitari & reformari per eos: ad quos

id de iure, statutove in locorum fundatiõe apposito vel ex consuetudine præscripta, aut priuilegio sedis Apostolicæ spectat & pertinet. Gubernatio vero: viris prouidis & discretis, ac boni testimonij, committatur. Qui instar tutorum & curatorum: præstare iuramenta, ac de locorum ipsorum bonis inuentariũ conficere: & ordinariis seu locis illis quibus subsunt loca huiusmodi, vel deputandis ab eis: annis singulis, de administratione sua teneantur reddere rationem. Volentes quòd hæc, in prouisione seu commissione quæ fiet de eisdem hospitalibus: exprimantur.

*Confratrias non esse de nouo erigendas: nisi ex consensu & approbatione diæcesanorum: antiquarum autem statuta & fundationes, illis vt visitentur, exhiberi debere. Cap. 30.*

**V**m ex multiplicatione confratriarum, sæpe monopola oriri contingat: & quæ in usus pios consumenda sunt, in crapulam conuerti videntur. Siquidem dies festos confratriarum, non aliter se confratres digne celebrare putant: nisi comestationibus & ebrietatibus deseruiant. Sacro approbante concilio, sub pœna excommunicationis in hibemus: ne aliqui, cuiuscunque status extiterint, confratrias erigere & de nouo instituere, sine episcoporum expresso consensu & approbatione: audeant. Antiquas autem, quas per episcopos institutas, aut aliter approbatas fuisse constiterit: toleramus. Omnem baculorum delationem, confratribus & aliis quibuscunque, tam extra quàm intra ecclesiam: necnon conuenticulares comestationes, maxime diebus festis illarum confratriarum, & ex denariis earundem fiendas seu solendas, sub prædictis pœnis prohibentes.

Ordinamus insuper, quòd quantum ad antiquas confratrias attinet: teneantur confratres seu procuratores infra sex menses à die publicationis præsentium, afferre diæcesanis eorumve officialibus aut vicariis, statuta: si qua habeant, & eisdem diæcesanos instruere de modo & forma: quam in eis seruant, de quantitate reddituum, & in quos conuertantur usus, vt sic iustitia mediante, quod super his opportunum fuerit: statuatur, omniaque ad sobrietatem & modestiã reuocentur. Alioquin, elapsis sex mēsis, ad earum annulationem procedatur.

*De calicibus & capis ecclesiæ non deferendis in festo corporis Christi.*

Eisdem confratribus & aliis, delationem calicum, vasorum sacrorum, & capparum ecclesiasticarum, prohibemus. Iniungentes de suffraganeorum nostrorum consensu, sacerdotibus & aliis per prouinciam nostram constitutis: ne ipsas deinceps concomitentur, aut illis deseruiant. Ex nunc autem, iuramenta quæ solent præstari in ingressu: omnino reprobamus & cassamus. Prohibentes, ne deinceps iuramenta super obseruatione statutorum prædictarum confratriarum: aut præstentur, aut exigantur. Et etiã vbi confratria erūt permixta, volumus quod ab inuitis pro egressu nihil exigatur.

Confratriarum prouisores, procuratores, seu magistri, vel gagiatores ecclesiarum parochialium, teneantur præstare iuramenta in initio officij suscepti, coram episcopis aut eorum officialibus, eliganturque singulis annis: mox reddituri de receptis & so-

lutis rationem. Et pecuniæ quæ supererunt, applicentur per eos vel in usum reparationis ecclesiæ, aut curam seu alimoniam pauperum, aut alios pios vsus: prout episcopus arbitratus fuerit.

*De excommunicationibus non concedendis, nisi pro ardua & graui causa: neque decernendis pro iniuriis verbalibus, nisi sint admodum atroces. Cap. 31.*



**N**super, ne quis per excommunicationem (quam pro præcipuo mucrone, ecclesia habet) à fidelium communicatione ex leui causa innodetur: sacro approbante concilio prohibemus, quatinus de cætero nullæ excommunicationes concedantur, nisi pro graui causa, & ea cognita, secundum formam iuris. Generalisque monitiones in forma malefactorum: non decernantur pro iniuriis verbalibus, nisi forte atrocioribus, quarum distinctio: arbitrio officialium relinquatur. Quos nihilominus diligenter & districte monemus, vt omnino caueant ab illarum multiplicatione, ne in vilipendium & contemptum deducantur.

*Diæcesani per se aut vicarios suos visitent frequenter parochias, in quibus audiunt hæreticos habitare: & ad illorum exterminationem pro viribus elaborent. Cap. 32.*



**T**atuimus & præcipimus: vt ad tollendas hæreses, quæ magis ac magis (quod dolentes referimus) pululant, diæcesani iuxta sacrum generale concilium, aut per se aut archidiaconos seu alias honestas personas: bis in anno, aut sæpius si ita res postulauerit, parochiã in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumueant. Et ibi tres aut plures boni testimonij viros, vel etiam vbi opus fuerit: totam viciniam iurare compellant, si quos ibidem hæreticos, vel aliqua occulta conuenticula celebrantes, vel à communi conuersatione fidelium dissidentes: sciuerint. Et quos sciuerint, episcopis seu eorum officialibus indicare. Qui vero ex his, iuramenti religionem obstinatione damnabili respuentes, iurare forte noluerint: hoc ipso tanquam suspecti de hæresi reputentur, & contra eos tanquam hæreticorum fautores procedatur. Qui autem sic indicati fuerint: nisi se ab obiecto crimine purgauerint, vel si post purgationem, in pristinam lapsi fuerint perfidiam, canonicè puniantur.

*Libri de fide & moribus differentes non imprimantur amplius, nec alibi impressi vendantur: sine speciali diæcesanorum auctoritate & permissione. Cap. 33.*



**V**ia hæreticorum mos est: non solum sacram scripturam conuellere, ac relicto vero sensu, ad suam fantasiam contorquere: sed & sacros libros transferre, & in eisdem libris ac sacrorum do-

atorum, scholia quædam & annotationes marginales: sed deprauatas adicere, quo eam (quam pollicentur) libertatem: ob oculos obrudant simplicium, eosque fallacibus errorum inuolucris quasi tenaci vilco inuoluant, & in errorum labyrinthum coniciant. Inde est quoddam huius sacri concilij autoritate, ac de consensu suffraganeorum nostrorum, prohibemus: ne deinceps per prouinciam nostram imprimantur libri sacri aut sanctorum doctorum, qui vel de fide aut moribus ecclesiasticis habeant tractatum, sine nostra suffraganeorumque nostrorum per suas diœceses speciali autoritate & permissione. Contra facientes: ipso facto, sententiæ excommunicationis subiaceant.

Et si qui sint tales libri, seu in prouincia seu alibi impressi: prohibemus sub eadem excommunicationis pœna, prædictos libros vendi vel publicari, sine nostra (vt prius) suffraganeorumve nostrorum permissione. Adiciendum sub prædictis pœnis, quoddam eisdem libris non adiciantur annotationes marginales quæ hæresim sapiant: aut scandalosæ sint, ac piarum aurium offensiua.

*Libros lingua vernacula compositos, de fide & moribus tractantes, legi vulgo non debere: nisi à diœcesanis ante visitati sint et approbati.*  
Cap. 34.



**V**erum quia intelleximus libros nonnullos scriptos lingua vernacula impios & scandalosos, per nostram prouinciam enchiridij more, à quibusdam circumferri: & à laicis, pueris, ac mulieribus, interdum publice, ali quando occulte legi: qui etsi forte incertos habeant authores: nemini tamen dubium est, eos ex materia operis ab hæreticis & perditionis magistris prodidisse. De fratrum & coepiscoporum nostrorum consilio & consensu præcipimus sub excommunicationis pœna, omnibus & singulis, cuiuscunque status, conditionis, aut sexus: vt si quos habuerint libros, fidem aut mores concernentes, à viginti annis citra in vulgari seu latino sermone æditos eisdem ad diœcesanum suum confestim deferant: vt cum ab eo aut eius vicariis & commissis visi fuerint sedulo & examinati diligenter: eorundem librorum vel interdicitur vel permittatur lectio. Quorum quidem librorum, seu iam impressorum siue posthac imprimendorum si lectio permessa fuerit: addatur eisdem libris decretum episcopi, quo significet per se aut alios doctos & approbatos viros, se ipsum examinationem diligentem fecisse, ac tunc demum eorum publicationem permittere. Volumus autem hoc præsens tam vtile tamque salubre statutum: per singulas parochias prouinciæ nostræ, ter aut quater in anno publicari.

*Non esse admittendos quoscunque ad exercendum prædicationis ad populum, officium: nisi à diœcesanis approbati fuerint, & missi.*  
Cap. 35.



**N**uidens semper humanæ salutis zizaniorum sator diabolus, quod in agrum dominicum per se directe non potest: id nonnunquam per suos quos possidet cupiditatis igne succensos, exquisitis modis efficere conatur.

Siquidem dum nonnulli prædicatores, quæstores, vel falso nonnunquam simulatæ religionis habitum subintrant: prædicationis officium circumeuntis parochialibus presbyteris vsurpant, nouas doctrinas & sæpenumero hæreses apud rudem plebeculam diffeminant. Et beniuolentiam vulgi captantes: administratoribus tam ecclesiasticis quam secularibus detrahunt, subditos suis maioribus rebelles & penitus inobedientes reddunt: plantare fingentes, destruunt seditiones excitant, scandala immittunt. Et dum quæ venantur, quæstum fuerint assequuti: continuo recedentes, anxias suorum auditorum animas, promissæ sibi salutis spe vacuas, sed & variis expositis periculis relinquunt: errorum laqueis multiplicibus inuolutas. Nos ergo talibus viam (quantum cum Deo possumus) præcludere cupientes, præcipimus omnibus & singulis suffraganeis nostris: ne vlllos (cuiuscunque status, ordinis, vel conditionis existant) prædicatores, quæstores, religiosos seu seculares, extraneos siue diœcesanos, quauis occasione seu causa, ad officium prædicationis in ecclesiis per suas diœceses constitutis permittant tolerant: nisi ab ipsis suffraganeis, eorumve vicariis approbati, & ad hoc nominatim missi extiterint. Quomodo enim, secundum Apostolum, prædicabunt: nisi mittantur? Et veritas ipsa dicit in Euangelio. Rogate Dominum missis: vt mittat operarios in messem suam. Proinde suffraganei nostri nullos ad prædicandum mittant: nisi viros àtate maturos, moribus graues, & in sacris literis sufficienter eruditos.

Eisdem etiam suffraganeos admonemus, vt si per se aut alios probos ac delectos viros prædicare voluerint: Euangelium Christi sincere populo annuncient & prædicent. Imitentur vestigia Christi: præcipientis Apostolicis viris. Prædicare Euangelium: omni creaturæ. Et iterum. Docete omnes gentes: seruare, quæcunque mandauimus vobis. Cessent in sanctis illis concionibus, prophanarum legum minime necessariorum citationes: poetarumque autoritates superuacaneæ, subtilium quæstionum & plerumque futillum inanes allegationes. A ridiculis etiam, histrionicisque sermonibus, abstineant.

*Quales esse debent diuini verbi prædicatores, & quid potissimum prædicare debeant: & quibus vti sermonibus.*  
Cap. 36.



**I**nt prædicatores, iuxta Gregorium, in verbo discreti: ne vel tacenda proferrant, vel dicenda reticant. Prædicent rursum sacrum Euangelium: in interpretationibus sacrorum doctorum. Instruant populum ad obseruationem præceptorum Dei, vt fidem incòcuisse teneant: atque omnibus mandatis Dei & ecclesiæ pareant, nec ab eiusdem ecclesiæ decretis & sanctionibus deuiant.

Sint etiam prædicatorum sermones, casti & examinati: ad amorem Dei populum trahentes: detestentur vitia concionatores verbi diuini, alluciantque auditores ad amplexus virtutum. Habeant præ oculis pro scopo, honorem Dei & profectum animarum, nihil ad gloriam & ostentationem faciât, non quæstui sint intenti, aut vindictæ appetentes.

Quod si secus fecerint, aut si populum more scurrarum vilissimorum dum ridiculas & aniles fabulas recitant:

*De prohibitione & puniendis neptis prædicatoribus*

recitant: ad risus cachinnationesque excitauerint, aut (quod deterius est) si prælatis ecclesiæ, principibus, sacerdotibusque detraxerint, ac tandem populum ab obedientia superiorum retraxerint, eundemque à solutione decimarum ac aliorum, ad quæ, iure diuino & positiuo sunt omnes obstricti: abalienauerint. Nos volumus tales, tam ineptos & perniciosos concionatores: ab officio prædicationis suspendi, & à suis superioribus, pro modo & mensura excessus: acriter puniri. Per præsens tamen statutum, non intendimus derogare Clementinæ, dudum.

*Solos illos mendicantes habere potestatem absoluedi: qui ante per suos prælatos diœcesanis præsentati fuerint, & per eos commissi.* Cap. 37.



**O**s præterea cupientes animarum periculis (quantum cum Deo possumus) consulere, volumus omnes & singulos intelligere, quod illi soli mendicantes habent potestatem absoluedi: qui primum per suos prouinciales, custodes, ministros, priores, gardianos, aliosve eorundem mendicantiu prælatos: electi fuerint tanquam sufficientes & idonei, vita probati, discreti, modesti, atque periti, inde suffraganeis nostris in suis diœcesibus per præfatos mendicantium prælatos præsentati: qui ab eisdem episcopis ad audendas confessiones sint commissi. Qui sic electi, præsentati, deputati seu commissi: iuxta canones conciliares, & Romanorum pontificum decreta: confessiones sibi cõfiteri volentium libere audire possunt, imponere pœnitentias salutes, & beneficium absolutionis impendere. Declaramus autem, non competere mendicantibus sic deputatis & commissis, in absoluedo ampliorem potestatem: quam curatis vel parochialibus sacerdotibus est à iure concessa: nisi forsan eis ecclesiarum prælati, vberiorè in hac parte gratiam, specialiter duxerint faciendam. Gardianos autem, custodes, & alios fratrum mendicantiu præfectos, hortamur in Domino: vt in ecclesiarum suorum conuentuum loco ad legendum aptiore, chartâ præsentatorum suorum nomina continentem statuant: quatinus qui volent mendicantibus confiteri, videant prius si sint de nominatorum & approbatorum numero, alias absolutos se non fore intelligant.

*Abbatibus, sacramentum confirmationis non conferant, nec calicum consecrationem attentent: nisi diœcesano ante exhibuerint speciale (si quod habent) super hoc privilegium.* Cap. 38.



**Q**uoniam abbatibus nonnunquam attentant munus confirmationis conferre: idque vendicant ex contuetudine præscripta ad se pertinere, nos attendentes hanc impositionem manuum, à Christo primum institutam, & ab Apostolis receptam, solis episcopis (qui Apostolorum sunt successores) reseruaram: consuetudinem huiusmodi (quæ potius corruptela dicenda est) reprobamus. Quod si qui sint, qui cõtendant sibi competere hæc facultatem ex privilegio: volumus quod cum primum fuerint requisiti à suffraganeis nostris, de priuilegio fidem facere teneantur. Et idem statui-

*Marc. 6. 11. 8.*

mus obseruandum, quantum ad illos: quicalicum consecrationem attentant.

*Cum quantâ reuerentia, grauitate & honestate: sacramentum matrimonij est à fidelibus suscipiendum.* Cap. 39.



**S**ane cum matrimonium à Deo reorum omnium conditore, in paradiso & in statu innocentie institutum fuerit, sitque teste Apostolo sacramentum: proinde cum magna reuerentia ac deuotione suscipiendum, vt pote in quo (sicut & in reliquis sacramentis) gratia conferatur: prohibemus ne in sponsalibus aut nuptiali benedictione: fiant risus, cachinnationes, aut alia ridicula verba enuncientur. Quinimo moneantur affidati: quatinus ieiuni, contriti, & confessi, ac cum multa reuerentia, ad hoc sacramentum accedant. Illum quoque abusum qui inualuit in quibusdam partibus, vt benedictio nuptialis & missa celebrentur statim post mediam noctem: tollimus & amputamus: statuentes quod talia deinceps non fiant, nisi post ortum solem, ac illucescentem diem. Siquidem exemplo pernicioso interdum compertum est, solennitates huiusmodi nuptiales sic in latebris & in occulto factas: clandestinis matrimoniis viam aperuisse, & occasionem dedisse contemnendi tam excellentis sacramentum, & lasciuias ac spurcicias quædam committendi.

Sed cum ex clandestinis matrimoniis grauia eueniant in dies scandala, ac pericula: volumus omnes contrahentes, consulentes, scilicet intercessentes, auxiliantes, & adiuuantes: sententiæ excommunicationis ipso facto subiacerent.

*Imagines sacra, præcedente episcopi visitatione: in ecclesiis collocentur: neque prætextu noui miraculi erigatur capella aut altare nouum, nisi episcopus loci de eo negocio ante definiuerit, quid sit tenendum.* Cap. 40.



**T** vt nihil sine discretionem in ecclesiis Dei fiat, expediens & rationabile visum est, propter lasciuas imagines & veritati scripturæ non conuenientes: si in posterum præcedente episcopi aut commissi eius iudicio & visitatione, imagines in ecclesiis collocentur.


Ex multorum fida relatione didicimus: simplicem populum aliquando leui assertionem miraculorum, ad vnum & alterum locum populariter concurrisse, candelas & alia vota obtulisse. Vt igitur credulæ simplicitati nobis commissæ plebis consulamus, & nouis impudentibusque hominum mente corruptorum ad quæstum occasionibus obuemus: sacro approbante prouinciali Concilio, districte prohibemus, ne quis posthac miraculum de nouo factum prætendat: ne intra aut extra ecclesiam titulum, capellam, aut altare prætextu noui miraculi erigat, aut populi concursum in miraculi gratiâ & uenerationem recipiat: nisi prius loci episcopus de negotio, quid sentiendum tenendumque sit, causa cognita, decreuerit.

*Gene. 2. 8. Eph. 5.*

*Benedictio nuptialis & missa solè in die celebrari debere.*

*De clandestinis matrimoniis non attentandis.*

Concilij postrema conclusio.



quia parum esset, iura & statuta condere, nisi essent, qui ea tueretur & executioni demandarent. Idcirco volumus, statuimus & ordinamus sub pœnis ante dictis, omnia & singula supra scripta, sic ut præmittitur in dicto sacro prouinciali cōcilio decreta, statuta, & ordinata: per omnes suffraganeos nostros in suis synodis intimari & publicari, illaque in futurum inuolabiliter obseruari, executionem huiusmodi pœnarum: eisdem nostris suffraganeis tenore præsentium committentes. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium, præsentibus literas, seu præfens publicum instrumentum, decreta & statuta nostra in se continentes siue continens, exinde fieri: & per no-

## CANONES CONCILII PRO VINCIALIS COLONIENSIS ANNO C E L brati millesimo quingentesimo trigesimo sexto.

Reformatio Cleri ad correctionem vite & morum, ac ad remouendos abusos, per Reuerendiss. in Christo patrem, & Dominum D. Laurentium, tunc S. R. Ecclesie TT. sancte Anastasiae presbyterum, nunc Sabinensem episcopum, Cardinalem, Ad nationem Germanicam, sedis Apostolicæ de latere legatum, Ratissona adita.

Statuta Synodalia reuerendiss. in Christo patris D. Valentini, Episcopi Hildesemensis.  
Formula viuendi Canonice, Vicariorum, & aliorum presbyterorum secularium.

HERMANNVS DEI GRATIA  
sanctæ Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus, sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, princeps Elector, Vuestualia & Angariae dux, sacrosanctæ Apostolicæ sedis Legatus natus, ac administrator Ecclesie Paderbonen. &c. vniuerso clero ac populo prouinciæ nostræ Coloniensis, salutē in Domino sempiternam.



nter innumera huius calamitosæ tēpestatis aduersa, quibus iusto Dei iudicio premimur, nihil ita ex eo potissimum tempore, quo nos Deus Opt. Max. licet indignos, ad ministerij episcopalis functionem vocare dignatus est, animum nostrum torfit, quàm quod videmus ecclesie nauiculam, velut indormiente ipso nauclero Christo Iesu, in mediis constitutam fluctibus, turbulentiſſimarum procellarum impetu, iam nimium diu summo cum rei Christianæ periculo iactari, nec interim in tanta rerum desperatione laborantibus, vltimum alicuius salutis portum in quem se tuto recipiat Christi nauis, vel de lōginquo adfulgere. Nam quod aliquot abhinc annis plerāque remedia tentata sint, id nos discruciat magis, quum animaduertimus hætenus penè nihil actum, sed omnino frustra laboratum esse. Et quis, quæso, tam stupidus est, qui nō sentiat omnem conatum nostrum idcirco irritum atq; inanem fuisse: quod hucusque nec syncera in Deum fide, nec vnanimi voto indormiscentem Dominum ardentibus precibus in clamauerimus, sed incredulitate torpentes, ac corruptissimis animorum affectibus, studia in contraria currentes, non respexerimus toto corde in eum, qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Neque enim ille vel immemor est promissi, vel ma-

tarios publicos subscriptos, dicti prouincialis concilij scribas seu graffarios, signari & publicari, sigillique nostri iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Parisiis, quo ad præmissorum conclusionem & definitionem: nobis in eodem concilio præsentibus in domo solitæ habitationis nostræ. Sub anno Domini millesimo, quingentesimo, vigesimo octauo: in dictione secunda, die vero nona mēsis Octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Domini Clementis: diuina prouidentia papæ septimi, anno quinto.

Actorum & decretorum prouincialis concilij Senonensis: inchoati anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo, & consummati anno millesimo quingentesimo vigesimo octauo: finis.

nus eius abbreviata, vt saluare non possit, qui nō derelinquit omnes sperantes in se, sed iniquitates nostræ diuiserunt inter nos & illum: atque vtinam iam tandem resipiscentes, studeamus, repurgatis per Dei misericordiam mentibus nostris, vel tantillam fidē à Domino impetrare, quātula Apostoli præditi erāt, quum in mari intumescenti cōprehensī, ad Dominū pariter accesserunt, atq; in cervicali reclinantem suscitauerunt, in clamantes: Domine, salua nos, perimus. Quæ vt tum non satis integra fuerit, quod vicissim audirent: Quid timidi estis modicæ fidei? tanta tamē fuisse perhibetur, vt Iesus ille seruator excitatus ac surgens, imperaret vētis & mari, adeo vt statim subsecuta sit tranquillitas magna. Quā inferior ergo illa licet modica, vnanimi tamen discipulorum fide, nostra erga Deum fiducia hætenus fuerit, quàm indignōs gratia Dei præ Apostolis, quanquā adhuc rudibus, nos hucusq; præstiterimus, res ipsa actionūq; nostrarū euentus satis superq; declarat. Quid enim tot comitiis, tot cōuentibus, tot deniq; cum priuatis tot publicis consultationibus super cōponēdis hisce fluctibus, nō semel habitis, aliud effectū est, quā quæ tempestas facta est concitatio? Tandem ad vniuersale Conciliū, vt ad vltimū asyllum respeximus omnes, quod in primis inuictissimus perinde ac piētissimus ecclesie pugil, Carolus, eius nominis quintus, Romanorū Imperator, semper augustus, auctoritate Apostolica iudici, magna cum instantia postulat. Beatissimus subinde Pontifex piētissimæ postulationi assentiens, futurum promissit: totus deniq; orbis ingēti cum desiderio hætenus expectauit. Sed vt non leuis momēti res est generalem ecclesie Synodum conuenire, ita permulta sunt, quæ omnis dissidij, parente diabolo procurante, subinde suboriantur impedimēta, quib⁹ ceteri nō omnino spes indicēdi cogen-

cogendique Concilij adimatur, tamen res omnium maximè necessaria, in longū saltē protrahitur. Nos igitur rationē officij episcopalis nobis cōcrediti, sollicitè animo versantes, quāquā maluissimus rebus labētibus, publico atq; adeo totius orbis Christiani auxilio succurri, quā priuati in prouincia nostra de necessario remedio dispicere: In tā longa tamen expectatione, dilationeque speratæ opis, nullam excusationē inuenim⁹, diuini officij nostro cessādi, maximè quod hæresum ac schismatum pestilentissimis exitialibusque flatibus, prouinciam nostram vndecunque, idque, agminatim imperentibus, scelerum quoque ac morum longè corruptissimorum lue ac fluctibus, magis ac magis inundantibus, omnem dehinc moram extremi plenam periculi iudicemus. Proinde & diuina voce commoniti, & sacrorum Canonum iussu cohortati, prouinciale Cōcilium in ciuitate nostra Colonia Agrippina, Deo auctore, celebrandum indiximus. In quo cum nobiscum reuerendorum Suffraganeorum nostro:um, Leodien. Episcopi ac Monasterien. & Osnaurge. confirmati, administratorisque Mindensis ecclesiarum legati (Traiecten. interim Episcopi procuratoribus, quominus ad nos se recipere, inter eundū per obuios milites, quæ admodū ipsorū literæ excusatorie cōtinebāt phibitis) simul & cū venerabili clero nostro, & in Dei nomine cōuenerint, ipsiusq; Dei ac ecclesie causam (quantum is, à quo omne datum optimū ac omne donum perfectum descendit, pater luminum concessit) diligenter pertractarint. Tandem discussis omnibus, quæ repurganda videbantur, reformationem quam omni ope molimur & ex animo optamus, in Canones quosdam diuinæ legi ac patrum sanctionibus consentaneos contraximus, quos visitatione diœceseos nostræ effectui mancipare (quoad eius fieri potest) deo adiutore adnitemur, vt habeat prouincia nostra, donec generale illud indicatur Cōcilium, aliquantulum saltem opem, qua se aduersus in gredientes ac inundantes dissidiorum fluctus ac scelerum luem, seruet ac tueretur. Omnia tamen quæ hoc libello continentur, iudicio S. S. Apostolicæ sedis, quam meritō veneramus, submittentur.

### DE MVNERE EPISCOPALI.

Officium Episcopi, post Verbi prædicationem consistit potissimum in impositione manuum, & visitatione Ecclesiarum.



Timo. 1.

Episcopi munus in duob⁹ potissimum cōsistit. Primum, in impositione manuum, quæ est ordinum ecclesiasticorū collatio, ac institutio ministrorū. Deinde in visitatione diœceseos. Vtrūque beatissimus Apostol⁹ ad Titum dilectum filiū, Crete Episcopum scribens, complectitur: Huius, inquit, rei gratia, reliqui te Crete, vt ea quæ desunt corrigas, & cōstituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi, Alterum verò idem Apostolus, cū à Mileto discessum maturaret, profecturus Hierosolymam, ac certus quod amplius haud visurus esset fa-

cium eorum omnium, per quos transiit, prædicans regnum dei, vocatis illo ad se ab Epheso ecclesie presbyteris, apostolica vehementia inculcat, cum ait: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanct⁹ posuit Episcopos, regere ecclesiam Dei quam acquisiuit sanguine suo. Et quoniam scio, inquit, quod intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: & ex vobis ipsi exurgent viri, loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se: propterea vigilate. Cui muneri, vt ambo illa apostolici ordinis eximia luminaria, nimirū Petrus, ac illius collega Paulus, satisfacere: alter transiit & inuisit vniuersos, alter perambulauit Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum: nimirum non tantum verbo, sed & exemplo Episcopos componentes, vt qui speculatores in Dei ecclesia constituti sunt ac appellantur, prouinciæ sibi mandata vigilantissimè intendant, fidem, conuersationem, mores & vitam singulorum explorent, examinentque, ac provideant, ne alicubi quis in ea vocati one, ad quam à Deo vocatus est, torpescat.

De impositione manuum, quæ est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum. Cap. I.

Impositio manuum est ostium, per quod intrant qui ecclesiarum gubernaculis admouētur. Proinde quia eiusmodi ostium diligenter custoditum non est, factum est, vt tanta mala quæ sentimus, agminatim in ecclesiam Dei irruerint. Huius ianux vigilantissimi custodes fuerunt Apostoli Christi, & quotquot ipsis successerunt Apostolici episcopi. In primis verò diuus Paulus, qui dilectissimis discipulis Timotheo ac Tito, eiusmodi custodie formulam ex professo præscribit. Porro Apostoli, cū esset in locum Iudæ prædicatoris deligendus duodecimus collega, statuerunt duos ex his viris (qui cum ipsis congregati fuerunt, in omni tempore quo intrauit & exiit inter eos dom⁹ Iesus) probatissimos, electionem alterutrius domino committentes. Ad hæc, cū essent deligendi primi illi ecclesie diaconi, Apostoli conuocata discipulorum multitudine, dixerunt: Considerate fratres ex vobis viros boni testimonij, plenos spiritu sancto ac sapientia, quos cōstituamus super hoc opus, atque illi (cū placuisset hic sermo) coram omni multitudine elegerunt Stephanum, virum plenum fide & spiritu sancto, ac reliquos sex, quos statuerunt antè conspectum Apostolorum: qui dein non temerè, sed orantes, illis imposuerunt manus. Denique de Barnaba, per Apostolos ad Antiochiam destinato, refert scriptura. Quoniā Apostoli miserunt Barnabam, quod esset vir bonus & plenus spiritu sancto ac fide. Quibus exemplis edocemur, quanta cura ac delectu, manus impositionem fieri oporteat. Beatus Apostolus inter alia Timotheum sic alloquitur: Commenda, inquit, quæ aucti per me per multos testes fidelibus, qui & idonei erunt alios docere. Et iterum: Manus nemini cito imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. A qua regula cum longe lateque discessum sit, a festibus priuatis sibi omnia vendicantibus, morbus obortus est plurimus, atque ita radicans, vt vix spes medendi relicta sit. Neque tamen in mediis & exulceratissimis morbis, de remedio desperandum erit, sed tanto magis de pharmaco idoneo cogitandum prouidendumque.

Actu. 20.

Actu. 9.

Actu. 15.

1. Timo. 3.

Ad. Tit. 3.

Actu. 1.

Actu. 6.

Actu. 11.

2. Timo. 2.

1. Timo. 5.



Ad certum titulum, ecclesia ministros canonicè deligendos ordinandosque. Cap. 2.

Quoniam verò primitiæ ecclesiæ facies, & ad institutionem ministrorum atinet, paulatim immutata fuit: nimirum dotatis templis sacerdotiisque ac certis stipendiis ministrantibus constitutis: visum subinde sanctis Parribus non absque multa ratione fuit, ne quisquam sine certo titulo (qui illi victum necessariū suppeditaret) ad maiores quos & sacros ordines vocamus, ordinaretur. Adhibita etiam non leui severitate in Episcopos, qui secus facere præsumpserunt. Quæ cum sic se habeant reformationem ordiri hinc fuerit necesse. Videntur itaque in primis est, ut collationes ecclesiasticorum sacerdotiorum seu beneficiorum, ut electiones, præsentationes, & institutiones clericorum ac ministrorum maximè eorum qui curæ præficiuntur animarum (quæ scientia scientiarum merito appellanda est) ritè ac canonicè fiant. Utque maximi illi & reterrimi abusus & vitia (quæ in deligendis personis ecclesiasticis, non vulgari cum detrimento ecclesiæ saepe numero committuntur) quo ad fieri potest, tollantur. Quod tunc demum futurum est, cum repulsis ac submotis indignis, digni tantum ac idonei admittentur, qui & velint & possint officium (propter quod beneficium datur) gerere & explere. Scriptum est enim: Qui non laborat non manducet.

Manum nemini cito imponendum.

Capit. 3.

Quamobrem omnibus, qui præficiendi ecclesiasticis muniis ministros potestatem habent illa (quam pauldantè retulimus) Paulina admonitio semper ob oculos versabitur: Manus citò nemini impolueris, neque communicaveris peccatis alienis. Si enim ad honores mundi, sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est peruenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant, quàm diligens, & quàm prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, & celestium dignitatum? Certe olim excommunicatione percellerantur, qui ecclesiastica beneficia contulissent indignis.

Humani affectus & venalitas in beneficiis ecclesiasticis, execrabiles, Cap. 4.

Nulla itaque consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis contemplatio, facere debet hoc, ut populi gubernatio, alij, quàm meliori tradatur. Cessent omnes affectus humani, qui sua, non quæ Iesu Christi sunt, quærunt. Maximè verò sacerdotiorum ac beneficiorum venalitas execranda est. Quod qui sic præficiunt, ac præficiuntur, inter emettes & vendentes columbas (quos Dominus flagello de funiculis facto è Templo eiecit, ac mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas evertit) computentur. Si enim is dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur: restat, ut nihil sibi in ecclesiasticis honoribus gravitas, nihil sibi defendat industria, sed totum auri prophanus amor obtineat. Et cum fides simul & vita in sacerdotibus & ministris eligenda sit, quæ tandem vita, & quæ opera sacerdotis illius erunt qui honores tanti sacramenti per præmium conuincitur obtinere?

Beneficia ecclesiastica priusquam vacent nemini promittenda.

Capit. 5.

Uim olim Conciliari institutione vetitum sit ne vlla ecclesiastica ministeria seu beneficia promittantur alicui priusquam vacent. Tum ne quis mortem proximi, in cuius locum & beneficium se crediderit successurum, desiderare videatur. Tum quòd turpe sit, diuini que plenum animaduersione iudicij, si locum in ecclesia Dei futuræ successionis expectatio habeat, quam ipse etiam seculares leges condemnare curarunt. Idque verò quum nunc passim præter omnem personarum delectum, designatis etiam ex nomine beneficiis, in quæ stipulatores successuri sunt, pessimo exemplo fiat, tollendus abusus est. Idque non aliter, quàm secundum canonicam ordinationem, ne quis sollicitus sit, non tam de officio, quàm de beneficio viuentis.

Dignis tantum beneficia esse conferenda.

Cap. 6.

Vi sacerdotia ecclesiastica pleno (ut aiunt) iure, potestatem conferendi habent, alium factæ à se manuum impositionis discussorè non expectant. Præcipua ergo illis habenda cura est idque maximè in præficiendis parochis, ne apostolici præcepti præuicinatores ac rei fiant. Quis enim non intelligit, quàm graui culpa se obstringit, qui in causa est, ut cæcus cæco ducatum præstet, nimirum ambobus in foueam delabentibus? Despiciunt (inquit Malachias propheta) nomen domini, qui cæcū, qui claudum, qui languidum animal, ad immolandū offerunt, & propterea grauius à domino increpantur. Quis verò cæcum animal offert, nisi qui indoctum indocti locum ordinat: magistrūque facit, qui vix discipulus esse poterat? Claudum verò, qui lucra terrena quærentem, locat in dignitate, veluti pedem in diuersa ponentem? Cui potest inferri illud: Vtique quo claudicatis in duas partes? Languidum denique qui vitiosum pro religioso habet, qui que tardum & pigrum probat patientem.

Idoneos tantum in prælatos eligendos esse.

Cap. 7.

Sacris Canonibus saluberrimè constitutum est ut omnes Cathedrales ecclesiæ, collegia, & cõuentus ad dignitates vacantes, ex sua congregatione idoneos eligant prælatos. Atque eos demum sacris administrationibus dignos esse existimēt, quorum omnis ætas per disciplinas ecclesiasticas cucurrisset. Iam ut primitiæ ecclesiæ censura mitigationem recipiat discretionis, is saltem aliorum curæ præficiatur, cuius comparatione, grex cæteri meritò dicantur. Quomodo enim fieri potest, ut non vilissimus reputetur, qui est honore præstantior, nisi quoque scientia & sanctitate præcellat? Atque vitinam hic pensitetur, & nauis & nauigio deferendis eandem imminere periclitandi necessitatem.

In eligendo, ætas, mores, literatura & sacerdos spectanda. Cap. 8.

Quapropter electores solliciti sint, ut talem præficiant, qui officio credendo satisfacere possit virum ætatis legitimæ, moribus grauem, literarum scientia præditum, atque in sacris ordinibus constitutum, scientes ipsis in re tam graui, vel dolo, vel negligenter agentibus, non minorem quàm malis illis pastoribus ac prælatis (quos ipsi præfecerunt) in districto Dei iudicio imminere pœnam. Neque enim impunè peccatur in Spiritum sanctum, qui in omni electione ut author inuocatur. Neque inultum permittet Deus, si quis iureiurando, quod sub electione

Dente, præ

præstatur, frustra nomen domini vsurpauerit. Ut omitteremus pœnas canonicas, quæ perperam eligentes manent.

Electionem synceram esse oportere.

Cap. 9.

Ab sit ergo omnis simonia præuitas, omnis personarum respectus. Cessent potentiorum preces, quæ minis æquiparantur, omnisque impressio: cesset ambitio, ac dominandi libido. Ad hæc, procul absint omnes illicitæ obligationes, quæ sub electionem, aut paulò post ab eligendo vel electo, haud præter simoniæ labem extorquentur. Et præcedat de vultu Dei opus ipsius, ut scilicet, qui præstantior est omnibus, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, hic eligatur.

In confirmatione electionis, quæ expendenda. Cap. 10.

Electio facta, Nos & ceteri qui confirmatio nis munus impendimus: officio nostro, Deo volente non decimus, discussuri scilicet diligenter & formam electionis, & electi merita, priusquam nostras imponamus manus.

Per patronos, idoneos præsentari oportere.

Cap. 11.

Patronum ecclesiastici, tum laici (quos hæc de re diligenter admoneri curabimus) videbunt, ut idoneos (quemadmodum antè diximus) Archidiaconis præsentent. Compertum siquidem habemus, quàm hinc supra modum peccetur. Sunt enim qui tantum filios ac consanguineos, seu aliter ipsis addictos, citra vllum delectum, aut discrimen scientiæ, morum, ac ætatis, beneficiis ecclesiasticis admouent. Sunt qui admotis, nomen tantum relinquunt, censum autem atque ecclesiasticos redditus, si bi ausu quodam sacrilego (nihil minus quàm de ecclesiastico ministerio cogitantes) vsurpant. Quæ omnia cum sanctorum patrum sanctionibus damnantur, multorumque malorum in ecclesia dei causa sint, posthac non committi, sed sublata penitus esse, suæque vim canonicis regulis constare ex animo cupimus.

Quid incumbat Archidiaconis.

Cap. 12.

Archidiaconi nostri, ad quorum curam inter alia pertinet, ut nostro nomine parochias ordinent, ac ministros ecclesiæ ipsis præsentatos ac oblatos inquirent. Scient sui muneri esse, negligentiam patronorum supplere. Cum enim oculi nostri sint, dispicient, ne quis alioqui indignus, sub alicuius præsentationis prætextu, irrepac ac admittatur. Nec contenti quòd post edicta ter publicata nusquam cõpareat, qui præsentationem oppugnet: eorum etiam qui ipsis præsententur, & ad instituendum offeruntur, vitam, mores, & eruditionem accuratè peruestigabunt, ac nisi comperti illi fuerint, muneri, cui præfici postulatur, pares fore nefas purabunt stultè petentibus assentiri. Neque existimabunt id temporis, quod huic examini impendent, perdi. cum nequam possit collocari melius, maximè quòd officium eorum, hoc ipsum ut fiat, magnopere requiratur.

Aliquot abusus officialium, inter visitandum corrigendi. Cap. 13.

Et quoniam ad nos quorundam querela perlatum est, nonnullos officiales Archidiaconorum nostrorum, inuestituræ nomine plus æquo interdum petere, quosdam etiam institutionem

ipsam perentibus, vel temerè negare, vel saltem in longum differre tempus, quamlibet legitima sit præsentatio, & idoneus is qui præsentatus est. Curæ itaque nobis erit, inter visitandum, de his diligentè inquirere, & quæ vitiosa comperientur, Archiepiscopali autoritate, communicato tamen cum Archidiaconis nostris (par est) consilio, quoad eius fieri poterit, corrigere.

Omnes qui de beneficiis disponunt, sui officij admonendi. Cap. 14.

Referre etiam non parum existimamus, omnes qui de sacerdotiis seu beneficiis ecclesiasticis, quàm cunquè disponendi potestatem habent, speciatim ac diligenter admoneri, ut hisce synodalicis canonibus, per omnia obtemperent, nisi in eo ipso in quo deliquerint, puniri velint.

Moderatio patronos laicos respiciens.

Cap. 15.

Tramen quod ad patronos laicos atinet, hanc censuram eatenus moderamur, ut si Archidiaconi nostri præsentatos ab eis, qui in idonei sint, instituere recusent, liceat ipsis inutilium loco, alios iterum, intra tempus legitimum præsentare, modo tamen dolus absit.

De officio vicariariorum in pontificalibus.

Cap. 16.

Posteaquam de illorum officio diximus, qui sacerdotiis seu beneficiis rectoribus admovent ecclesiasticis ordinibus initiandos: restat ut de Vicariis nostris in pontificalibus atque huic muneri (in partem sollicitudinis nostræ vocati) potissimum delegati sunt, paucis dicamus. Nobis quidem uti ceteris omnibus pontificibus, in Aaronis persona loquitur est deus: Homo pater familias, qui habuerit maculam, non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruus, vel grandis, vel torto nato, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habes in oculo, si iugem scabiem in corpore, vel herniosus. Omnis enim qui habuerit maculam, non accedat offerre hostias domino, nec panes deo suo. Quid per allegoriã sermo diuinus significare voluerit, maximus ille celestium rerum peruestigator Paulus, in epistolis, quas Timotheo ac Tito, ambobus nascentis ecclesiæ episcopis inscripsit, grauisimè explicauit. Quum enim mandasset, ut per ciuitates presbyteri constituerentur, statim subiicit, quales substitui vellet & oporteret. Oportet (inquit) constituendum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et ut iterum nos officij nostri commonefaceret, subiicit: Et hi probentur primum, & ministrent, nullum crimen habentes.

Quid ipsis curandum sit.

Cap. 17.

Incumbit itaque nobis, ut probemus primum eos qui ordinibus, maximè sacris, initiari desiderant. Curæ ergo erit Vicariis nostris in pontificalibus manus impositionem auspiciaturis, ne hic quid desit neque

I. Timo. 5. S. Leo. c. mi ramur. 61 dist. Ex. coci. Tole.

Hiero. in Nume. Philip. 2. Matt. 21. Ioann. 2. Mar. 11. Luca. 19.

Leui. 21.

Ad Ti. 1.

I. Timo. 3.

neve ordinēs sacros aliter quā secundum regulam euangelicam impartiantur. Vt adiutores in hoc examinationis munere habeant, non repugnamus, modō primæ sollicitudinis partes apud eos sint, nec quę ipsi antē omnia agenda erant, in alios penitus relegent, interim ipsi de omnibus incerti, per hęc tamē suffraganeis nostris nihil præiudicantes, quominus ipsi quemadmodum videbitur opportunum, de huiusmodi examine faciendo, dispiciant. Vt verō summam multa complectamur, dispicient de ordinandorum ætate, vita, scientia & affectu.

*De ætate ordinandorum, Cap. 18.*

**O**lim Diaconus ante 25. Presbyter verō ante 30. ætatis annos, non ordinabatur. In Viēnensi verō Concilio, sub Clemente quinto, ordines sacri minori etiam ætati concessi sunt, nempe subdiaconat⁹, 18. diaconatus, 20. presbyterat⁹ de nique, 25. ætatis annum nato. Num ad antiquos canones regredi referat, futurum Concilium dispiciet. Nos interim admonemus, Viēnense Concilium, tum ex aliis canonibus, tum ex seipso interpretandum: nimirum ut ætas quidem illa sufficiat, modō tamen cætera quoque quę canones plus, quā ætatem respiciunt, haud desint: nempe literarum scientia, & morum grauitas.

*Ex concil. Arelatē. 3. Ex Viēn. concil. cl. genera. lē de æta. & qual. Ex eodem concil. cl. eod. tit. Ex Later.*

*Testimonium vitæ ac doctrinæ per initiandos sacris exhibendum. Cap. 19.*

**D**e doctrina, vita, ac moribus, Suffragane⁹ noster testimonium præceptorum, qui ipsos in literis instituerunt docueruntque, eorū quoque apud quos sacris initiandus potiorē vitæ partem transegit, ac diuersatus est, exigere non omittet ne manifestē criminōsi irrepant, Idque ad certā formulam, quam deliniri curabimus. Dum enim priscam ecclesiam respicimus, summo desiderio tangimur, priscos illos sanctissimos mores, non tantum verbis, sed & re ipsa in ecclesiam, quod in nobis est, reducendi. Illa certe vetuit, ne Episcopus sine testimonio clericorum & plebis, clericos vltos instituat. Hinc illæ interrogaciones solemnes præabulæ: Sunt iusti? sunt casti? atque aliæ similes. Neque frustra scriptum legimus, quod quanquam dominus de constituendo Iosue principe præcepisset, eundemque elegerit, nihilo fecius tamen conuocari synagogam voluisse.

*Ex 3. Car. thagi. Hieronym. in Leui.*

*De eruditione ordinandorum inquirendum. Cap. 20.*

**D**e eruditione quoque & scientia disquiret, ne statim à stitia ad ecclesiastica munia confugiat. Per prophetam dominus dixit: quoniam tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi; substantia siquidem sacerdotij, sunt eloquia diuinitus tradita, vti Dionysius ille magnus appositè dixit. Quæ verō in parochis quæ in cæteris eruditio requirenda sit, post dicemus. *Videndum quo affectu ad ordines accedatur. Cap. 21.*

*Osee. 4.*

*Dionysius*

**Q**uo denique affectu ac proposito accedant ordinandi, videndum, accurateque inuestigandū est: num videlicet dei causa tantum, an potius suæ commoditatis gratia ad ordines capeffendos aspiciant, quærentes quæ tua sunt, non quæ Iesu Christi. Quid enim est sua quærere, & non quæ Christi sunt, nisi cum tales non gratis deum diligunt, nō deum propter deum quærunt, temporalia commodā sequentes, lacris inhiantes, & honores ab hominibus expectentes. Quisquis ergo talis est, non dei filius, nec

*Phil. 2.*

*Augu. 8. q. 1. c. sunt*

ouili Christi idoneus pastor futurus, sed mercenari in ecclesia us est. Vbi que deus hominis intentionem & mentē spectat, quam Christus in Euangelio lucernam corporis atque oculum vocat. Qui si simplex fuerit, totum corpus lucidum erit. Sin autem fuerit nequam totum corpus tenebrosū erit. Quare si lumen (quod in initiando est) tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?

*Quanto temporis spatio, antē maiorum ordinum receptionem, initiandi se presentare debeant. Item, quid initiandi secum allaturi sint. Cap. 22.*

**V**T autem hic animus Vicariis nostris in pontificalibus eo explorator sit (neque enī quali cūq; assertioni statim tuto creditur) operis precium existimamus, ut qui ad sacros (quos vocamus maiores) ordines capeffendos aspirant, quatuor tēporibus, ut vocant, quæ tempus impertitionis eiusce modi ordinum proximè præcedunt, Vicariis nostris in pontificalibus sese representent, qui eos (quemadmodum diximus) rogabunt, quid eos huc permoueat, an expenderit, quid in hac vocatione præstare oporteat, an huic vocationi se sentiant posse respondere: & an sperent se adiutore Deo continere posse ac velle. Item an affectu carnis huc ducantur, ut videlicet in otio & suauiter viuant, opefene & honores parent. Admoncantur quoque, ut bene seipso explorent, excutiantque, ne quum ad capiendos ordines reuersi fuerint, spiritum sanctum fraudulent.

**E**o ipso etiam tempore ordinandi, testimonium vitæ ac conuersationis secum afferent, ut Vicarij nostri in pontificalibus, cum ex responsione, tum vita præcedente colligere possint, an admittendi videantur. Et nunc referat diligentius de vitæ testimonio, antē appetens ordinationis tempus inquirere.

*Quale testimonium afferendum. Cap. 23.*

**Q**ui ciuitatem aut oppidum fenatus, qui verō pagum aut vicum incolit, iudicij eius loci, literas sigillatas quæ gratis dabuntur, secum ferre. Quæ ne cuiquam vel per inuidiam, vel aliū minus sincere affectum denegentur, prohibem⁹. Alioqui adferens documentum factæ requisitionis & denegati testimonij, nec tamen incusatus criminis vel defectus, ac idoneus per Vicarios nostros in pontificalibus repertus, nihilo fecius admittetur. Qui verō non in oppidis aut pagis, in quibus titulum nati ac ministraturi sunt, sed in longinqua regione moram traxerunt, hi canonicis satisfaciant institutis.

*Die Mercurij proxima, antē susceptionem ordinum, examinandi, qui initiantur sacris. Cap. 24.*

**E**T ut hęc omnia ed accuratius obseruentur, visum nobis est, ut ordinandi maximè ad sacerdotij gradum (quod die sabbatino ex more ecclesiastico fieri solet) die Mercurij proximè præcedente, ad nostras ciuitates, vbi Vicarij nostri in pontificalibus ordines ipsos sacros impartient, sese conferant, quo duobus dehinc sequentibus diebus, videlicet Iouis & Veneris, quos eiuscemodi disquisitioni peragenda deputamus, Vicariis nostris, ipsisque nostra autoritate in eo munere adiungendis Theologis, se representent, examinationique eorum submittant.

Nemi

*Neminem ab examinatione immunem esse oportere. Cap. 25.*

**A**qua quidem neminem excipimus, etsi magister titulum prætexat, nisi quem publicum sit & vitam integram egisse & ea quæ ordo imperitendus requirit, facillè callere. Quamobrem nedum clericici (qui seculares appellantur) sed & religiosi cui iussibet etiam professionis fuerint, hanc censuram experientur.

*Cuius admonendi sunt pridie ordinationis, initiandi sacris. Cap. 26.*

**P**ridie ordinationis admonebit vicarius noster in pontificalibus omnes iterum quod sese quisque discutiatur, ne officio se alliger, cui nō possit satisfacere. Neve mētiatur spiritui sancto, aut impœnitenti corde accurrat, sed ore cōfessus ac spiritu contritus, humiliatusque, post perceptam sacrosanctam Eucharistiam, deo totus deditus accedat.

*In minoribus ordinibus conferendis, quæ cura adhibenda. Cap. 27.*

**Q**uanquam qui minores vocantur ordines, tam exactam curam non requirant, suo tamen modo pro gradu & excellentia ordinis, omnium eorum quæ diximus, ratio habenda est. Quid enim indecorum magis, quā admoueri infantes, qui non intelligant quid agatur, imò ne capiunt quidem, quid Clerici nomen, & reliqua minorū ordinum vocabula significent? Quid turpius, quā quod penitus Analphabeti, ac interdū flagitiosi (qui vt legum ciuiliū censuras ac pœnas eludant, sese impudentissimè ingerunt) in maximam ecclesiastici ordinis ignominiam, sacris initiantur? Qua de re nemo posthac ordinibus hęc insigniendus est nisi quem & vita commendet, & literaturæ, ætatisque sit pro ratione suscipiendi ordinis, sufficientis, ac rectæ sinceræque voluntatis. Qui enim in clerum allegitur, rem profitentur minimè ridiculam, nempe se peculiariter in sortem domini adfictos, quibus post hac omnia terrena sordeant, ac solus Dominus fors ac pars hæreditatis futurus sit. Cuius quoque (priusquam ordinentur) diligenter admoneri debent.

*Ab initiandis nihil exigendum. Cap. 28.*

**V**T autem ecclesiastici ordines, summa sinceritate, omni quæstus suspitione, omnisque mali specie quā longissimè submota, conferantur: nolimus vt ab initiatis quicquam vel sigilli nomine, à vicariis nostris in pontificalibus exigatur, sed tantum scribis earum literarum (quæ formata appellantur) vnus albus soluatur. Nā eos sumpt⁹, quos antehac vicarius noster in diœcesi Coloniensi chor alium causa facere consuevit, non deinceps pendemus. Non dubitamus interim Suffraganeos nostros suis vicariis in pontificalibus ita prouisuros, ne quis iustam querendi causam inueniat.

*Litteræ dimissoriae nulli temerè concedenda. Cap. 29.*

**P**rohibemus quoque, ne Officiales nostri litteras dimissorias, quæ vulgò licentiatórias ordinandi vocantur, alicui temerè concedant. Illorum enim prætextu, qui suæ ruditatis & inscitæ sibi conscij sunt, nostrorum Vicariorum in pontificalibus disquisitionem subterfugiunt, ac aliò demigrat, vbi nullus canonicæ traditionis respectus habetur.

*Tituli ordinandorum diligenter discutiendi. Cap. 30.*

**T**ituli quoque ordinandorum discutiantur. Plerique enim inuenti sunt, qui fictis & emendicatis titulis, ad sacerdotij dignitatem euecti, eandem turpiter prostituere postea coacti sunt, vendibiles, quancumque dolo spes refulserit nūmi. Quorum numerum (quod nihil ferè aliud quā numerus fuit) imminui plurimum referret. Inter hos siquidem est, qui in plateis mendicati infelix cleric⁹ & seruili operi mancipatus, publicam deposcit elemosynam: qui eò magis à cūctis despicitur, quod miser ac desolatus iuste putatur, ad hanc ignominiam deuenisse. Inter hoc est, qui in diuitum ac nobilium domibus, scurram aut mimum, aut morionem agit, quem ab officio retrahendum, Carthaginense Concilium decernit.

*Hiero. ad Rust. c. dia. co. 93. dist.*

*Peregrini clerici quomodo admittendi. Caput. 31.*

**P**eregrini clerici Romæ aut alibi ordinati, priusquam de ordinatione sua ritè adepta, de que vita, moribus, eruditione ac titulo fidem fecerint, ac commendatitias suorum Episcoporum, suęque ordinationis literas exhibuerint, repellantur. Quanta enim per hos (qui euagandi licentia abutuntur) scandala, animarūque pericula, & in clero & in populo frequenter eueniant, nemo est qui non videat.

*Ex Aga. c. 25. de cl. pere. toto tit. 61. 62. 63. dist.*

*Odiosa beneficiorum pluralitas in vna eademque persona. Cap. 32.*

**O**diosa semper apud veteres, fuit plurium sacerdotiorum ambitiosa cupiditas, neque semel generalibus Conciliis dānata. In Chalcedonensi enim inter alia cautum est, clericū in duabus ecclesiis conscribi non oportere, quod difficile videatur, vt vnus vicem duorum sustineat: & absurdum, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. Id verō in primis noxium est, vbi plures parochiæ seu dignitates vni presbytero committuntur, quod solus per omnes ecclesias, nec officium persoluere, nec rebus earum necessariam curam impendere valeat. Quare tam eos qui de sacerdotiis eiuscemodi disponendi potestatem habent, quā qui ea cæca cupiditate ducti ambiunt, commonitos volumus, vt suos affectus canonicis institutis submittant. Qui verō dispensatione apostolica aduersus hęc se tueri vellent, hi viderint, vt causam dispensationis obtentæ, deo comprobent. Neque enim sublimes, atque admodum literatas personas suo priuilegio nudamus, modo illo rectè & secundum Deum vtantur.

*Ex Chalced.*

*Ex Tolet. c. vno. 10. q. 3.*

*Ex concil. gen. ca. de multa de preb. & digni.*

*Dispensationes infirmitatē vt occurratur abusus. Caput. 33.*

**Q**uā impudenter plerique diplomatis ac dispensationibus apud sedem apostolicam extortis, præter summi pōtificis mentem (qui & vult & debet potestate sibi concessa non ad destructionem, sed ad edificationem vti) abutantur, nullus est qui ignoret. Non prohibeo (inquit quidam virpius) dispensare, sed dissipare. Dispensatio quidem credata est, sed hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Quanquam apud illos maxima culpæ pars resideat, qui vel nulla, vel minus legitima, vel etiam ficta causa, supplicatoriis precibus in terra, dispensationis rectorum tandem eliciunt, quos apud Deum (qui renes & corda scrutatur, omnemque hypocrisim ac fraudem execratur) securos quis dixerit? Nemo tibi (ait idem ille quē iam citauimus) de dispensatione apostolica blandiatur, cuius conscientiam

*2. Cor. 10.*

*Ber. ad Eng. 1. Cor. 4.*

*Psalmo. 7. Ber. ad Rom. pert. cog. de dispensatione apostolica blandiatur, cuius conscientiam*

Ex concil. Lug. c. or. din. de of. fi. ord. li. 6

entiam diuina sententia tenet alligata. Sed quia pau- ci sunt, in quorum conspectu est Deus, plerique vero qui sacra autoritate pro sua libidine passim abutun- tur, fit, vt Lugdunensis concilij sub Gregorio deci- mo celebrati, non insalubre decretum, aduersus info- lentiam eiusmodi hominum in usum reuocare co- gamur. Quo subnixi, cunctis qui talibus diplomatis sibi blandiuntur, necessitatem imponemus, literas suas nobis exhibendi, visuris, non rite impetrauerint ac recte impetratis vtantur. Et vt quam maximè ro- bustæ sint dispensationes istæ, curabimus tamen, vt menti canonis, ac summi pontificis satisfiat: videli- cet, ne animarum cura in his ecclesiis, personatibus, seu dignitatibus (quas sub hoc pretextu occupant) negligatur, nec beneficia ipsa debitis obsequiis de- fraudentur.

In resignationibus ac permutationibus beneficiorum qua cura adhibenda. Cap. 34.

Postremo, quum nobis haud clam sit, in resi- gnationibus emutationibusque beneficiorum multa ancipitia periuria committi, ab his qui frequenter, subito, ac non premeditati, aut ipsi, aut per suos procuratores (id quod eiusdem reatus ac cul- pæ est) iureiurando, ante manus impositionem res- tantur, in huiusmodi resignationibus seu permuta- tionibus nullam simoniæ labem, aut aliam illicitam interuenisse corruptelam, cum res crebro longè se- cus habeat p q illi graue in se Dei irâ, pculdubio, p- uocant. Maiori ergo cura diligentiorique, quam an- te hac fieri consuevit, peruestigatione præuia, hæc iu- ramenta recipi conuenit.

Præstat paucos esse bonos, quam multos inutiles sacerdotes. Cap. 35.

Et vt cum diuo Clemente hoc caput conclu- damus, Melius est episcopo paucos habere sa- cerdotes, ac ecclesiæ ministros, qui possint di- gnè opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.

De visitatione, ultimo loco dicendum. Cap. 36.

De visitatione (quæ est altera muneris nostri episcopalis) hinc dicendi locus non fuerit im- portunus. Expedientius tamen erit, hanc par- tem in vltimam harum synodaliu institutionem clas- sem reuocare, quod illic tractetur comodius maiori- que cum fructu, nimirum traditis iam atque exposi- tis regulis, ad quas oporteat veluti ad amulsim qua- dam, visitationem redigere, ordiri, atque peragere.

DE OFFICIO PRIVATO AC publico, vitæque ac moribus Clericorum genera- tim. Cap. 1.

Hier. ad Nepo.



Vi exactè volet cognoscere clerico rum officium & vitam, is diuû Hie- ronymum ad Nepotianum ac cate- ros patres non minus eruditione qua vitæ sanctimonia claros (qui de hac re ex p fesso iustis voluminib' scrip- serunt) perlegat. Sat nobis in præsentiarum erit, car- ptim quedam delibare, ex quibus Clerici nostri sum- matim deprehendant, quam longè latèque à recta se- mita declinauerint, subindeque errones ipsi, tam pe- riculosa digressionis commoniti, pedem in viâ mæ- datorum domini referant. Quod ab illis piensim' simul ac iustissimus Deus, quum verbo hæcenus ad hortans, parum profecerit, innumeris plagis iustissi-

1. Cor. II.

mè immisissis commonens, manifesto requirit.

Vnde clerici appellatio derivata. Cap. 2.

Neminem fugit vnde clerici appellatio deriva- ta sit: nempe à κληρος, quod sortem sonat. Pro- pterea enim (si diuo Hieronymo credimus) Clerici dicuntur, quia de sorte domini sunt, vel quia ipse dominus fors, id est pars eorū est. Quia ergo vel ipsi pars domini sunt, vel dominum partem habent, tales se exhibere debent, vt & ipsi possideant domi- num, & possideantur à domino. Quò cum prophe- ta confidenter dicant: Dominus pars hæreditatis meæ. Non quidem quòd à sorte domini laicos seclu- damus, (omnes enim qui Christo per baptismum & fidem incorporati sumus, populus acquisitionis e- ius sumus, de quo Propheta dixit, Pars autem domi- ni populus eius, Iacob funicul' hæreditatis eius) sed quòd clerici peculiari quadâ ratione, ministerio dei & ecclesiæ dedicati sint. Omnis quidem multiudo sanctorum erat, attamen dominus Tribum Leuiticâ suo ministerio peculiariter delegit, quâ in terra Isra- el præter primitias, decimas, partisque immolatorū ac reliqua quæ ipsi peculiariter lex dedicauit, nihil proprium possidere, nec habere partem inter fratres voluit. Dominus enim ipse est hæreditas eius, quam in hoc elegit ex omnibus tribub', vt stet & ministret nomini eius. Habet Euangelium suam Magdalenam habet & Martham, & secreuit quosdam Christus, quos dedit Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores & do- ctōres, ad consummationem sanctorum, in opus mi- nisterij in ædificationem corporis Christi. Breuiter à condito orbe, & ab ecclesiæ, quæ in Adam cepit, crepundiis semper videntur ex hominibus assumpti quidam, constituti pro hominibus in his quæ sunt ad deum. Semperque visum est genus humanum à duo- bus ministris Dei optimè regi, quæ sunt sacerdotalis autoritas, & regia potestas. Quibus quandiu inter se conuenit, bene actum est de Republic. Dei: quum secus, omnia in diuersum repente mutata sunt. Pon- nit ob oculos sermo diuinus pleraque exempla huc spectantia, perpetuo memorabilia. Sed quid attinet antiqua repetere, quum nostri temporis exempla nō minus in signia, non in aures tantum, sed in oculos ipsos influant? quæ nimis abundè docent, quantum malorum in ecclesiam dei inuexerit, sacra prophæ- nis misceuisse.

Clericum suo officio intentum esse oportere.

Cap. 3.

Omnis mali seminarium cupiditas semper fit. Nam dum nemo suum peragit officium, alienis semper intentus: nempe clericus quæ laici, laicus quæ clerici sunt (vt deteriora sileamus) vsurpat, fit, vt ecclesiæ harmonia diutius costare nō possit. Obtestatur Paulus Apostolus Timotheum; quin potius contestatur simul omnes quotquot erāt Timotheo successuri: Tu (inquiens) vigila, in omni- bus labora opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple.

Duplex Clericorum ministerium. Cap. 4.

Clericis, & in primis ecclesiæ presbyteris du- plex ministerium, diuinis & humanis legibus est iniunctum. Alterum vt in commissum si- bi populum, Deum propitium habere cunctis ratio- nibus enitantur, quòd non tantum sacrificiis solem- nibus efficitur, sed etiam precibus; quæ à pio corde proficiscuntur, teste Iacobo, qui nos ad precandum cohortans:

cohortans: Orate (inquit) pro inuicem vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Omni- bus quidem dictum est: Petite, & accipietis. His ve- rō, vt semper petant, nec pro semetipsis tantum, sed & pro tota ecclesia Dei, vt vincat populus, qui sub ipsis est, hostes illos inuisibiles impugnantes eos qui volunt piè viuere in Christo, vt stent sicut Moses, le- uatis semper interioribus animi manibus in cælum in confectione, in conspectum domini, ad auertend- um iram eius, ne disperdat populum suum assidue precantem, deinde vt offerant dona ac sacrificia pro peccatis, quemadmodum scriptum est: Quoniam sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim domini & panes Dei sui offerent, & ided sancti erunt. Alterum, vt sint religionis magi- stri, proindeque vt in lege domini meditentur die ac nocte, vt iudicia domini vera, iustificata in semetip- sa, desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, dulciora super mel & fauum, totis præcor- diis amplectantur, exquirant, scrutenturque. Idque non propria præsumptione aut humano sensu, sed Spiritu sancto dictante, qui abscondit hæc à sapienti- bus & prudentib' in oculis suis, & reuelat ea paruul- lis. Vnde scriptum est: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius, quia an- gelus domini exercituum est. Qui in hoc secundo munere præstant gregi Christi pacendo, admonen- di sunt, de quibus suo loco dicemus

Biblia à Clericorum manibus nunquam depo- nenda. Cap. 5.

Hic satis est admonuisse omnes pariter eccle- siasticis muniis consecratos, ipsos precibus supplicationibusque publicis Deo psolendis mancipari. Quas vt non tantum ore murmurēt, sed & corde psoluant, nunquam à manibus eorum li- ber Legis, hoc est Biblia, deponatur. Nā vt quæ legūt & canunt, discant intelligere, tota vita vix suffece- rit: si tamen quid est id literis sacris, quòd totum hu- manus intellectus assequi possit, aliis subinde diuitia- rum fonticulis ex eodem fonte semper scaturienti- bus.

De horariis precibus in dies perlegendis, & refor- mandis Breuiariis. Cap. 6.

Veteris ergo instituti, quo sancitum est, vt Cle- rici sacris initiati, vel sacerdotis præfidentes singulis diebus plegant horarias preces, quas canonicas appellamus, cau sã multæ, & potissimum eæ, quas iam commemorauimus, videri solent. Hic multo iam ex tempore, pio (vt spes est) animo desi- derauimus repurgari Breuiaria. Nā cum olim à san- ctissimis patribus institutum sit, vt solæ scripturæ sa- cræ in ecclesia recitarentur, nescimus qua incuria ac eiderit, vt in earum locum successerint alia cum his neutiquam comparanda. Atquæ interim historiæ san- ctorum, tam inculatæ ac tam negligenti iudicio con- scriptæ, vt nec autoritatem habere videat̃ur ne gra- uitatem. Deo itaque authore, deque consilio Capitu- li nostri, ac Theologorum, aliorumque piorum viro- rum reformationem Breuiariorum meditabimur. Pro cuiuslibet affectu non facile nouandum quid in ecclesia- stico officio. Cap. 7.

Sunt in clero zelum quidem Dei habentes, sed non secundum scientiam, qui priuatis quibus- dam affectibus ducti, vel testamento, vel (vt vocant) foundationibus efficiunt, vt noua festa præter ecclesiæ autoritatem, solemniter subinde celebren-

tur. Quo interim fit, vt preces horariæ, ac reli- qua publicè recepta pro affectu cuiuslibet facilè no- uentur, id quòd nobis non satis probatur. Neque enim errarunt patres, à quorum institutis in dicen- dis precibus, vtinam tam longè discessum non fuisset. Quòd si hinc singulorum affectibus indulgebitur tandem antiquus ritus penitus euanesceat.

Quo affectu horarias preces psolueri oporteat.

Cap. 8.

Non suffecerit autem preces istas horarias vt cun- que permurmurasse: sed vt conciliari cō- stitutione cautū est, presbyter ex intimo af- fectu, eleuatæque mente in solum Deum nocturnū hoc, diurnūque suæ seruitutis pensum exoluat. Maledict' enim qui facit opus domini negligenter. Alioqui in precantes competet. Populus hic labiis me honorat cor autem eorum longè est à me. Quam maximè vero orantem cauere oportebit, ne aliò respiciat quàm ad Deum, Quòd si externæ gloriæ au- cupandæ, aut lucri gratia, denique potius ex more quam mente orare instituat, pars eius inter hypocri- tas reputabitur, de quibus Dominus in Euangelio pronuntiauit, quòd ament in synagogis & in angu- lis platearū stante orare, vt videat̃ur ab hominibus, proindeque mercedem suam receperint. Et alibi ip- sis interminans: Væ (inquit) vobis Scribæ & Phari- sæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarū, oratio- ne longa orantes, propter hoc amplius accipietis iu- dicium. Alibi quidem dominus ait, oportere semper orare, ac nunquam deficere, sed alia prorsus ratione quam precabantur Pharisei: nempe secundum diu- ni Pauli sententiam, qui diuini numinis clementiam si- bi conciliare volet orando, oculis interiorib' in cæ- lum semper intentis, orabit spiritu, orabit pariter & mente: psallet spiritu, psallet & mente, quemadmo- dum de Anna Samuelis matre legimus, quòd multi- plicans preces, coram domino loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox peni- tus non audiebatur. Ffudit enim animam suâ in con- spectu Domini. Denique curandum est, vt pœnitenti animo ac corde cōtrito, humiliatōq; gratiæ Deo dicantur, ac psallatur. Vt enim diuin' Psaltes ait: Pec- catori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas? & ea quæ sequuntur. Vtque oculi inter orandum ab omni vanitate auertantur.

Summa deuotione, Missæ sacrum celebrari oportere.

Cap. 9.

Am si tanto mentis ardore quælibet preces dicē- dæ sunt, quanta putamus deuotione sacrosanctū Missæ ministerium, in quo Corporis & sangui- nis dominici sacramenta tractantur, conficiuntur- que, peragendum est? Certe grauius dolemus atque animo inhorrescimus, vbi videmus passim tantis my- sterijs indignos ac conductitios illos ac indignos sa- cerdotes, publicis etiam ac manifestis criminib' cō- taminatos, sese (idque irreuerenter & interdum ma- gis lucelli ac stipis, quàm Dei causa) sacris ingerere, quorum instat interitus, & perditio non dormitat. Probet (inquit Paulus) seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Atque ideo (vt subdit) in- ter vos multi infirmi & imbeciles, dormiunt multi. Nam si nos ipsos diiudicaremus, non vtique iudi- caremur.

Arguun-



Arguuntur, qui polluta mente, ad altare domini accedunt. Cap. 10.

Errer, nec immerito, nos sermo dominicus, qui vetat nos sanctorum dare canib, & margaritas nostras proicere ante porcos, quum quosdam leuiculos sacerdotes illoris manibus pedibusque (vt in prouerbio est) audacius in hac sacratissima mysteria, quam in prophana irumpere comperimus. Quales sunt, qui humano affectu tantum, & poti ex more, quam deuotionis ardore ad altare accedunt, quorum polluta est & mens & conscientia, quos merito horrendum Euangelij exemplū (quod Ioannis. 3. legimus in hac verba: Et postquam accepisset buccellam, introiuit in eum Satanas, & cetera quae sequuntur) ad meliorem vitae frugem, altiorumque tanti mysterij contemplationem reuocaret.

Residenda Missalia ac Breuiaria Cap. 11.

Peculiaria Missarum argumenta recens praeter veterum institutionem, inuenta etiam patribus displicuerunt, quod tantum mysterium pro affectu cuiuslibet tractari non debeat. Profas indoctas nuperius missalibus caeco quodam iudicio inuectas, praetermittere per nos liceret. Videbimur ergo operae precium facturi, si Missalia perinde atque Breuiaria peruideri curemus, vt amputatis tantum superfluis, & quae, superstitiosius inuecta videri possint ea tantum quae dignitati ecclesiae, & praeficis institutis consentanea fuerint, relinquuntur.

Qua omitti aut decurtari, vel organorum vel cantorum concentu haud debeant. Cap. 12.

Am & illud non recte fit in quibusdam ecclesiis, vt ob cantorum & organorum concentum, omitantur aut decurtentur ea quae sunt praecipua, Cuius generis sunt, recitatio verborum prophetiarum aut apostolicorum, quam epistolam vocamus, Symbolum fidei, praefatio, quae & gratiarum actio, atque precatio dominica. Quamobrem haec tota distinctis simè ac intelligibiliter, vt cetera omnia (si tamen non leuis decurtandi causa subsit) decantentur. Sit quoque cantus quo presbytero respondetur, equalis, nec praecipitatus.

Quemadmodum Missa legenda. Cap. 13.

Vi legit Missam, cum reuerenda modestia, clarè distinctè, & exerte legat omnia vsque ad canonem, vt qui audiendi sacri causa astat, quod legitur, intelligat, atque ad pietatem excitetur.

Quid post eleuationem Eucharistiae agendum. Caput. 14.

Post eleuationem consecrati corporis ac sanguinis dominici, in nonnullis templis canunt Antiphonas pro pace, aut contra pestilentiam & mortalitatem, cum potius tum videretur silendum, & ab omni populo mortis dominicae commemoratio habenda, prostratisque humi corporibus, animis in caelum erectis, gratiae agenda Christo redemptori, qui nos sanguine suo lauit, morteque redemit. Cantiones vero illae contra mortalitatem seu cladem aut pro pace, satius post finitam Missam canantur. Quae vt ad Deum dirigantur, excerptae ex canonica scriptura plò placuerint, quales sunt Antiphonae, Media vita, ac Da pacem domine, & similes. Sic tamen, vt illis etiam quae gloriosae virgini matri dicatae sunt suis honos ac locus seruetur.

Organorum melodia quemadmodum temperanda. Cap. 15.

Organorum melodia in templis sic adhibebitur, ne lasciuia magis, quam deuotione excitet: neque praeter hymnos diuinos ac caetera spiritualia, quicquam resonet ac repraesentet. Singulis dominicis diebus, quae ipsi peculiaria sunt officia dicenda. Cap. 16.

Mos inoleuit non admodum improbandus, vt diebus dominicis, toto ferme anno officium Missae, vel de sacrosancta trinitate, vel de Spiritu sancto dicatur. Nobis satius videtur, vt quae praesca ecclesia singulis dominicis peculiaria fecit, obseruentur. Quod si illorum loco alia usurpada erunt, videbitur quod de resurrectione domini est, diei dominico magis conuenire, quod dies illa potissimum resurrectioni dedicata sit. Neque ignoramus non absque causa Concilio Triburien. constitutum, ne propter missas peculiarias, Missa, quam de feria vocamus, praetermittatur.

Confessio, Missae praebulum, deuote recitanda. Cap. 17.

Confessio illa, Missae praebulum, deuote cum ministris vno aut pluribus vicissim confitentibus, ac sacerdotis absolutionem in verbo Christi, plena poenitentis cordis erga dei pietate fiducia, recipientibus recitanda. Ad omnes enim sacros altantes, ea absolutio refertur, vt dignè ratis mysteriis valeant interesse. Quamobrem dum haec fieri non sit minister accendendis luminaribus, aut aliis mentem auocantibus (quae prius facta oportuit) intentus.

Cur sacerdos in altari ministrum habeat. Caput. 18.

Nec sine magna ratione in Concilio Toletano constitutum fuit, vt habeat quisque canonicus Deo atque sacrificans, post se vicini solaminis adiutor, vbi temporis, loci, siue cleri copia suffragatur, idque propter morbos & casus diuersos qui occurrere possunt, quo is qui impleturus officia accedit, si aliquo casu turbatus, vel in terram elisus fuerit, a tergo semper habeat, qui eius vicem & officium intrepidus exequatur. Aliis insuper canonicis cauetur, ne presbyter nisi duobus testibus praesentibus celebret. Quae decreta in quam dissuetudinem abierint, in aperto est, nimirum presbyteris frequenter celebrantibus, talibus tantum adhibitis, qui vix ipsi respondere, nec quid agatur sciant.

Omnis cultus diuinus summa cum veneratione peragendus. Cap. 19.

In summa cultus diuinus quem sacerdos in domo Dei exhibet, debita cum veneratione peragendus est, vt & Deo gratus sit, & insipientibus placitus qui considerantes non solum instruat, sed & reficiat. Monet siquidem diuinitus Paulus, vt omnia nostra ordinata ac honeste fiant, ac acerrimè increpat Corinthios, quod irreuerenter conuenirent in vno ad caenam domini manducandam.

De vita ac moribus Clericorum. Cap. 22.

Vnc de vita ac moribus paucis videamus. De vita instituenda sic praecipit Paulus ne dum clericis, sed omnibus Christianis. Mortificate (inquiens) membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritia, quae est simulachrum seruitus, propter quae venit ira Dei in filios dissidentium. Nunc autem deponite & vos omnia iram, indignationem, malitiam, blasphemiam de ore vestro expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitione secundum imaginem eius qui creauit illum, quia est omnia & in omnibus Christus. Induite verò vos sicut electi dei, sancti & dilecti, misericordiam, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam. Super omnia autem haec, charitatem habere, quod est vinculum perfectionis, & grati estote, verbum Christi habite in vobis abundanter. In omni sapientia doctes, & componentes vosmetipsos in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes & psallentes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis, in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agentes deo & patri per ipsum. Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placetes, sed in simplicitate cordis, timentes deum. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus. Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vniciquique respondere. Omnis autem sermo malus, ex ore vestro non procedat. Sed si quis bonus, ad edificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. De caetero, quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate, & Deus pacis erit vobiscum.

Ob quam causam Clerici male audiant, ac puniantur. Cap. 21.

Lim Clericis haec apostolica praecipit tenentibus pax super illos erat, quomodo ergo non tantum vinea, sed & vineae cultores facti sunt in direptionem? Ecce (inquit Ezechiel, ad Hierusalem verba faciens) haec fuit iniquitas Sodomae sororituae, superbia, saturitas panis, & abundantia, & orti ipsius, & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatae sunt, & fecerunt abominabiles coram me, & abstuli eas, sicut vidisti.

Praecipua causa omnis mali, tres. Cap. 22.

Racipue ergo causae omnis mali sunt fastus, luxus, & auaritia, a quibus Clerici potissimum male audiunt. Ambitionem ac fastum clericali officio maxime repugnare. Cap. 23.

Vt omnem ambitionis radicem Christus discipulorum cordibus eximeret, paruulum in medio illorum statuit, de quo primatu certare prohibuit: Qui maior (inquit) est in vobis, fiat sicut iunior: & qui praecessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recumbit: Quis vero ignorat clericum in medio ecclesiae esse tanquam eum qui ministrat? Quare meminerim? potius officij nostri quae dignitatis. Neque enim ad dominationem vocati sumus, sed ad opus. Non immerito Hieronymus, vt pestem quaedam fugiendos clericos ait, qui a speluncis domorum paternarum abstracti, & post in ecclesia sublimati, ac sacerdotiis ditati, vanae gloriae & superbiae stimulis efferuntur.

Omnis luxus clerico interdictus. Ca. 24.

Eatus Hieronymus ecclesiae praefectus, qui luxu ac deliciis affluunt, Micheam describere asserit, quod eiiciendi sint de spatiosis domibus, lautisque conuiujs, & multo labore conquisitis epulis, in tenebras exteriores, vbi fletus, & stridor

dentium, Viuere quidem de altario sacerdoti licet, luxuriari non permittitur. A crapula itaque & ebriitate, a computationibus illis, ad haustus aequales, aluxu, ab alea, ab immoderatis sumptibus & comestationibus Concilium generale clericos reuocat vnictos, sequutum veteris testamenti institutum, quo ministris templivinum & sicera prohibebatur, ne ebriitate grauerentur corda eorum, & vt sensus eorum semper vigeret, & esset tenuis. Et Apostolus ait: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto. Et iterum: Non in comestationibus & ebrietatibus, & quae sequuntur. Atque tibi Salomon: Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit sapiens. Clerico non licere vel cauponem agere vel tabernas, nisi necessitatis causa intrare. Cap. 25.

Lim tanta honestas desiderabatur in clero, vt ne nuptialibus quidem conuiujs ipsis interesse liceret, nec immisceri spectaculis ceptibus, vbi amatoriae cantantur, aut obsceni motus corporis, choreis & saltationibus offeruntur, ne auditus & intuitus sacris mysterijs deputatus, turpium spectaculorum atque verborum contagione pollueretur. Quid, si videret ecclesia illa praesca Clericos nostri temporis tabernarios, taberni (quasi domos non haberent) noctu diuque alligatos, quam execratur facinus? Posthac ergo, non solum nullus ex clero sordidissimum cauponem aut tabernarium agat, sed ne ad tabernas quidem nisi necessitatis causa diuerat: alioqui poenae canonicae imminet ei, qui ordini suo hanc ignominiosam notam inurere tentauerit.

Habitus, seu exterioris corporis cultus modestia, a clericis exigitur. Cap. 26.

Beatissimus Paulus habitus modestiam in mulieribus desiderat, quem vult verecundum esse, non in tortis crinibus aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet, mulieres permittentes pietatem per opera bona. Itidem apostolus Petrus eas commendat, quarum non sit extrinsecus capillatura aut circundatio auri aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Quam turpis ergo putanda est in clericis tanto gradu sublimioribus, deformissima illa ac frequentissima nostra tepelatis habituum variatio, quam ne inferioris quidem vasculo Apostolorum principes permittendam duxerunt? Ex veste apud homines sanctimoniam opinionem aucupari prohibuit Christus, qui in omnibus operibus nostris, id quod intus est, primum respicit, mundarique iubet: deinde quod de foris est, Vt illud horrendum Pharisaeis hypocritis interminans, qui vt viderentur ab hominibus iusti, dilatabant phylacteria sua, & magnificabant fimbrias, cum essent intus pleni rapina & immunditia. Interim tamen euangelium non temere vestimentum Ioannis Baptistae (quod illius professione ac menti respondebat) de pilis camelorum contextum celebrat, ac ipse Christus vestiam mollitiem ac lenitatem auerfatur: Ecce (inquiens) qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Quae omnia huc spectant, vt velim clericos praeter indictam tonsuram, vestes quoque suo ordini congruentes deferre, quemadmodum olim generali concilio cautum est. Pudet siquidem nos, cum videmus prodire clericos, perinde atque seculi milites amictos, vel qui sint vt femina compta. Itidem pannosi clerici, ac vestibus

vita &  
hon. cleri.  
Hieron.

vestibus laceri displicent. Neque enim affectatae fordes, aut exquisitae deliciae laudem pariunt.

*Mali exempli est sacerdotem se vendicare in Capellanum de dicato laico aut muliercula. Caput. 27.*

**M**agna eorum leuitas est, in magnam cleri ignominiam redundans, qui se laicis atque adeo delicatis feminis, ventris causa, in Capellanos (vt appellatur) atque anteambulones venditant. Qui enim debebant esse gregis duces, rediguntur in caudam, & fordidissimis quibusque negotiis alligantur. Proh nefas.

*suspecta mulierum cohabitatio, clericis interdicta.*

Cap. 28.

Ex concil.  
Niceno.

**N**icæno Concilio neque Episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnium habere secum mulierem extraneam permittitur, nisi forte mater, aut soror, aut auia vel amita, vel matertera sit. Nos (si tamen hæc tempora tantam seueritatem pati non videntur) saltem suspectam cohabitationem prohibemus.

*Auaritia in clero execrabilis. Cap. 29.*

**E**X quo in ecclesia dei auaritia creuit, perit lex de sacerdote, & visio de propheta, quemadmodum diuus Hieronymus ad Rusticum Narbonensem ait: Nec mirum quod nemo possit seruire deo & mammonæ: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Vbi est enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, quisque secundum suam vocationis rationem, his contenti sumus.

*Honesto artificioso victum querere clerico licet.*

Cap. 30.

**Q**uibus non suppetit ex sacerdotio, honesto artificioso victum querant, sequuti diui Pauli exemplum. Sic tamen nec fordidam aliquam artem sacerdotio ignominiosam exercent.

*Clerici ne mercatores sint, multo minus feneratores.*

Cap. 31.

**N**emo militans deo implicet se negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Quare multa prouidentia olim vetitum est, ne clerici vel monachi, mercatores (tacemus feneratores) sint lucris causa.

*Damnatur clericus superstitiosus scurræ, curiosus, ac leuiculus.*

Cap. 32.

**R**eperiuntur qui superstitioni, diuinationibusque ac fortibus dediti sunt, quos damnamus. Sunt qui scurras in conuiuio diuitum ac potentum agunt, qui quum malefecerint, gloriantur & exultant in rebus pessimis, qui digni non sunt, vt clerici appellentur. Sunt curiosi, & leuiculi, qui in foris, in campis, in plateis, in vicis obambulant, vagis oculis effræni, lingua petulante, fluidoque incessu, & leuitatem animi, impudentiamque mentis ostendunt, quos auersamur. Eos verò tantum & re, & nomine clericos reputamus, qui legem dei die noctuque meditantur, munus susceptum debite exequuntur, ac vitam agunt sacerdotio dignam.

*De metropolitanis, Cathedralibus & collegiatis ecclesiis & in his ministrantibus. Cap. 1.*



**V**u metropolitana seu Cathedralis Ecclesia sedes sit episcopi, principemque locum in clero obtineat, nequaquam postremum in reformatione locum obtinere debet. Nisi enim ea ecclesia praeluceat, omnibus quæ in tota prouincia aut diocesi co-

stitute sunt, frustra intendimus redigere in ordinem ecclesiasticæ disciplinæ cæteras.

*De officio decanorum. Cap. 2.*

**P**orro quum collegiata ecclesiæ secundariae sint post cathedrales, & instar illarum (quod ad ordines ministrantium, diuinumque cultum attinet) constituta, vtrouque Decanis curæ erit, vt clericos suos ad obseruationem piorum rituum prouocet ac reducat, vt ad agendam vitam clericis dignam perpetuo cohortentur, ac impellant, vt à negotiis, à tumultibus mundanis reuocent, ne magis seculi, quam Christi milites videantur, vt comestationibus ebrietatibus, ac omni luxui interdiciant, denique vt suo officio satisfacere compellant.

*De officiis in eiusmodi ecclesiis ministrantium generatim.*

Caput. 3.

**V**nt in hisce ecclesiis diuersi ministrantium gradus nempe Præpositi, Decani, Archidiaconi, Scholastici, Cantores, qui & Choriepiscopi, Thesaurarii, qui & Sacristæ, seu Custodes, Canonici, Vicarii, atque id genus alij. Interpretetur quisque vocabulum suum, & curet esse quod dicitur, secundum veterem patrum institutionem ac regulam. Atque eo solo fecerint, vt quum nostræ, tum omnium piorum expectationi magna ex parte respondisse videantur.

*De canonicorum vita & officio. Cap. 4.*

**V**t de canonicis dicamus paucis, respondeat eorum vita titulo, respondeat nomini: sint re ipsa, vt sunt nomine Canonici, id est regulares. Neque enim clam est primū eorum originem monasticæ disciplinæ fuisse. Imitentur Apostolos & nascētis ecclesiæ ministros, quorum erat cor vnum, & anima vna, qui quotidie (vt in actis apostolicis legitur) perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, perseverantes in orationibus, collaudantes deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. De tali conuentu Psaltes dixit: Ecce quæ bonum & quæ iucundum habitare fratres in vnum. Qui & compellens ac prouocans eiusmodi conuentum, ait: Ecce nunc benedicite domino, omnes serui domini qui statis in domo domini, in atriis domus dei nostri. Porro ecclesiæ istæ collegiatæ quandam verustatem spirant, & ecclesiæ primitiue institutum præ se ferunt, quod vel forma ædificiorum ostendit, quæ Canonicos prope templum, in vnum penè habitaculum collocauit, vt procul à promiscua multitudine separati, diuinis pariter laudibus iugiter insisterent.

*Quemadmodum preces horariae, aliaque diuina laudes decantanda. Cap. 5.*

**S**tatis ergo ac debitis horis, laudes diuine non cursum ac festinatè, sed tractim: non truncatè, sed integre, distinctè, deuotè, reuerenterque ab omnibus cantentur, psolueturque. Et quum psallendi gratia conueniant, ibidem, muta aut clausa labia nemo teneat, sed oēs pariter, senes cum iunioribus laudet nomē domini in psalmis, hymnis & canticis, deo alacriter modulantes: sic tamē, ne boarum confudat recitationem. Nemo tunc cum publicæ vel preces horariae, vel missæ sacrum cantando peraguntur, legat vel dicat priuatim officium: nam is in quo obnoxius est, choro subtrahit, atque alios vel vt psallentes perturbat, vel à psallendo retrahit.

Quæ tamē aliud officium ecclesiæ, aut publicum alio statim rapit, vt nisi leges preces horarias tepellitue absoluerit haud possit, hac lege teneri nolumus. Quam autem à vero

à vero aberrant, qui existimant sese non alicuius officij in ecclesia exercendi, sed quietis & inertiae tantum causa canonicatus esse adeptos, perinde atque factis sit, paucis quibusdam clericis admodum ignaris, tenui pretio conductis, curam diuini officij committit, quod deinde eiusmodi mercenarij, non seruatis temporum interstitiis, syncopando transcurrunt, in terim ipsis canonicis tota vita torpentibus.

*Inter sacra nihil ne cogitandum quidem, quod dei aut ecclesiæ oculos offendat. Cap. 6.*

**L**ongè verò abominabile est, quod quidem tum cum diuina aguntur, inter sese de rebus prophanis tractant, musitationes, colloquia, risus & cachinnos intermiscunt. Quidam aut in aliquem chori angulum se recipientes, de nugis, ne quid grauius dicamus, commentantur, aut foris per templum magno cum populi offendiculo deambulantes, oculos pariter & aures ad vanitatem conuertunt, atque sacraloco sedant, positi in lapidem offensionis & petra scindali. Hac lege nullum excipimus, siue claris sit natalibus prognatus, siue plebeius. Quin potius, qui genere præstant, meminerint se illic canonicos agere, & conuersari non in aulis, sed in scholis virtutum ac ecclesiasticæ disciplinæ.

*Decani templi summi potestas, in prauaricatores. Cap. 7.*

**F**acimus quoque decano ecclesiæ nostræ potestatem, personas ecclesiasticas ex aliis collegiatis ecclesiis, interdum magis curiositate rerum nouarum, quam deuotionis causa ad templum summum se recipientes, ac inibi, præter omne decorum, sæpe etiam ecclesiastico habitu non amictas, inter laicos sursum ac deorsum inambulantes, pœna canonica, nimirum suspensionis, temporariae, aut maiori etiam pro ratione culpæ coercendi.

*Quem oporteat esse vestitum, ministrantium in hisce ecclesiis. Cap. 8.*

**D**e vestitu clericorum ante diximus, qui in his tanto debet esse decentior, quod sunt altiori loco, perindeque atque in speculo quodam constituti. Sit ergo chorum ingredientibus vestis talaris, sint pilei (quæ bireta vocamus) sint camisæ, sint denique calcei pariter & caligæ tales, in quibus non fastus, iactantia, elationis vitium, vel mentis leuitas, sed clericalis ordinis honestas & modestia deprehendatur. Siquidem ita semper visum est maioribus nostris, externum habitum quid intus crepet, designare: adeo vt & leges ciuiles iniuriæ matronæ, habitu meretricio vtenti, illatâ, non vindicent: ac canones clericum, non alligatum coniugio, habitum ad tonsuram clericales deserentem, post tertiam monitionem: clericum vero coniugatum, statim privilegio exuat clericali: adeo vt sic in maleficiis deprehensi, animaduersionem ciuiliū magistratum non euadant. Ne autem post hac quispiam excusationem non factæ aut præuicæ monitionis prætexat, hac nostra synodali constitutione omnes (quotquot sunt in nostris diocesisibus constituti) clericos qui habitu minus decetum vtuntur, monemus, vt intra tres menses, quorum singulos pro singulis dilationibus, tertiam verò vt peremptorium terminum præfigimus, habitum qui clericos deceat, reassumant: Alioqui ipso facto nulla posthac alia monitione expectanda, in censuras ac pœnas constitutionum canonicarum incursum.

*Decani undiqueque aduigilabunt.*

Cap. 9.

**Q**uo ergo hæc quæ diximus repurgentur, ac debite simul cum omnibus aliis ad diuini officij prosecutionem ac chori disciplinam spectantibus obseruentur, Decanus diligenter inuigilabit, hinc & hinc circūspiciens, ne quid inordinatè fiat.

*Ante omnia verò vt canonici sacris adsint. Cap. 10.*

**C**ui ante omnia curæ erit, ne quis canonicorum sacris absit, sed vt qui emolumentum feruolent, officium quoque suum, propter quod beneficium datur, in ecclesia gerat. Aurelianensis Concilio cauetur, clericos qui officio adesse contemnunt, ecclesiasticam disciplinam arbitrio Episcopi, recepturos. Sed facile castigabitur heu lapsus, si negligentes subtractione prouentuum seu distributionum mulcentur. Quare qui ab epistola lectione, exinde toti Missæ, & à primo psalmo, singulis horis integris ac minimè interpellatim (nisi forsitan necessitate auocante, petitaque ac obtenta licentia) non interfuerit, iustum est vt hic illi horæ aut officij, stipendium in totum careat.

*Vicarij vt diuinis laudibus decantandis intersint, adigendi. Cap. 11.*

**Q**ui Vicarij dicuntur, in quibusdam collegiis se in libertatè quandam potius carnis quàm spiritus vindicare contendunt, nolentes choro, decantandisque simul cum canonicis diuinis laudibus ac sacris esse additi: sed hi respiscant, ac incipiant intelligere cur Vicarij dicantur. Superpelliceis quoque vtantur. Cuius enim vices gerent, nisi canonicis adiutores accedant? Horum nimirum vice, qui vel aduersa letitudine detenti, vel negotiis necessariis auocati, interesse non possunt. Cur tandem superpelliceis vtentur qui chori sacris se macipatos non agnoscunt? In ordine ergo disciplinæ redigantur, suspensionisque pœna etiam à fructibus, nedum quotidianis illis quæ distribuntur, sed à grossis etiam pro culpæ modo animaduertendum in non parentes.

*Ad personalem residentiam cogendi, quibus hæc per fundationes beneficiorum est imposta. Cap. 12.*

**Q**uorum fundationes personalem residentiam requirunt, illi aut ipsi resideant, aut à prouentuum perceptione suspendantur, & fructus illi in alios pios vsus conuertantur, nisi qui reipublice causa ex autoritate nostra abfuerint.

*Lucri tantum causa sacris adesse non oportere. Cap. 13.*

**V**tinam optando à Deo Opt. Max. cosequi possimus, ne quisquam lucris causa diuinis interesset: alioqui non accessurus sacra, veluti quem nūmi magis, quàm Dei amor in templum trahit, quæstus pietatè esse putans: qui, non dubium, ex numero eorum est, de quibus Esaias dixit: Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Nec multum is abest (vti plerisque doctissimis viris placuit) ab horrendo crimine Giezi, qui existimauit diuinum munus pecunia redimendum. Quare viderint clerici nostri, vt eorum mens & intentio tota in Deum referatur, vt cum David confiteantur Deo in directione cordis ac in labiis suis, pronunciantes omnia iudicia oris eius. In via etiam testimoniorum domini delectentur sicut in omnibus diuitiis. Optandum, vt Psalmus ille centesimus decimus octauus, qui toties non sine causa in ecclesiis replicatur, ore simul & correspondente singulis verbis mente decantetur. Et cum eodè Psalme ex animo dicatur: Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est. Non admittit Christus, sed decernit operanti suam mercem

Ccc 2 dem

1. Corin. 9. dem: Dign<sup>o</sup> est enim operari<sup>o</sup> mercede sua. Et: Qui altario deseruit, de altario & viuet Sed interim cogitare debet clericus, se viuere non vt edat, sed edere vt Christo viuatur, habereque semper menti reconditum Christi verbum: Primum quærite regnum dei, & hæc omnia adiciuntur vobis.

Capitula disciplina qualiter obseruanda. Cap. 14.

**C**apitula verò disciplinæ (quæ vocant) multo maiori diligentia obseruètur atque hæc. Id ita fiet, si non tam prophanæ, quàm res sacræ in his tractètur. Si de moribus inquiratur, si vita expendatur singulorū: & quod olim sancti patres fecisse dignoscuntur, extemporali oratione iterdū cōmōnerètur fratres. Et in primis ad sacras literas capefendas instigatètur, atq; vt in his optimas horas collocarent, incitatètur, q̄ hîc reperiatur fons vitæ scaturiens, ex quo qui haurit non sitit in æternum. Hîc thesaurus euangelicus (propter quem oportet vendere vniuersa) reconditus sit, ex quo prudens ille paterfamilias profert noua & vetera.

Officium Decani in rebelles. Cap. 15.

**S**i quos Decanus rebelles cernat, si diuini cult<sup>o</sup> atque sui officij negligentiores, si rixosos, si litigiosos, si percussores, si aleatores, si scorta fouentes, aut aliis publicis criminibus irretitos, atque hi fraternam correptionē audire recusauerint, agat in his capitulis q̄ iubet Paulus: Peccatēs corā omnibus corrige: Tū si respiscere nolint, arceat à sacris, phibeat participare fructus, donec ad meliorē vitæ frugē reuertantur, sic tamē, vt hîc seruetur regula apertollica: Corripere inquietos, consolamini pusillanimes, patientes estote ad omnes, & neque ira, neque odiū, neque rācor vllas sibi partes vendicat. Nā illa præpositorum sollicitudo est vtilis, illa cautela est laudabilis, in qua torum ratio agit, & furor nihil sibi vendicat. Ira enim sepe etiam innocentes ad crimen inducit. Dū enim iusto amplius irascimur, & volumus aliena coercere peccata, grauiora committim<sup>o</sup>. Per hæc tamen nostris, ac ecclesiarum prouincię nostræ priuilegiis ac legitimis consuetudinibus, & præsertim mori ac consuetudinibus, qui in aliquibus ecclesiis est (nempe vt causæ disciplinæ per Diaconos iudicentur) nihil præiudicamus, modò tamen Diaconi, ad requisitionem Decani, suo officio gnauius ac strenuè incumbant ac satisfaciant. Quod si Decanus & Capitulum negligentēs, aut eisdem criminibus irretiti fuerint, ad iuris communis dispositionē redire, necesse erit.

Contentiosi, ad pacem & concordiam, per Decanum & Capitulum reuocandi. Cap. 16.

**I**nuidiæ detractionisque vitium longè omnium pestilentissimum, in collegiis non est nouum, quod humani generis hostis inter fratres serere semper conatus est, quemadmodum de Abel & Cain, de Ioseph & fratribus eius legitur, Quin parum aberat ab omnium sanctissimo illo collegio, nempe apostolico, nisi pacificator Christus Iesus intercessisset, ac Satanam repente eiecisset. Hinc sæpenumero in clero rixæ, iurgia, & iniuriæ nascuntur. Hinc multæ falsæ criminationes, æmulationes, obrectationes & delationes oriuntur. Et fit lingua ordinata in laudē Dei, inquietū malū, plena veneno mortifero. Fit denique vt in ea qua benedicimus Deū & patrē, in ipsa maledicantur homines, qui ad imaginē & similitudinē Dei facti sunt, atque ex eodē ore, pcedit benedictio & maledictio. Non oportet (inquit diuus Ia-

cobus) fratres mei hæc ita fieri, sed qui sapientes & disciplinati inter vos, ostendant ex bona cōuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Nam si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non enim est ista sapiētia de sup<sup>er</sup>bia descendens à patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio est, ibi incōstantia, & omne opus prauum. Quæ autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans sine simulatione. Fructus enim iustitiæ in pace seminatur, facientibus pacem. Proinde si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Hæc ille.

Pœna aduersus contentiosos pertinaces. Cap. 17.

**A**que odio aut lōginqua inter se lite dissenferint & ad pacē reuocari nequiverint, primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosā intentione noluerint, de ecclesię cœtu iustissima excommunicatione pellantur, Decanus ergo, vbi viderit inter fratres dissensionis materiam, quæ fraternam dirimat charitatem, huius Canonis auctoritate vtatur: ac pro pace faciendā conseruandā que, Capituli sui consilium atque auxilium imploret, quod inuicem libenter præstabit, cuiuscunque odio vel amore longe postposito.

Quo tempore Capitulorum quotidianorum conuentus obseruandi. Cap. 18.

**Q**uotidiani Capitulorum conuentus, aut maturius sub summā Missam, aut statim post illam seruandi sunt, ne ob illos diuinum officium vel suspendatur, vel præcipitur, vel denique ab ipsis Canonicis negligatur. Debet enim Dei causa omnibus aliis anteponi.

Volumina statutorum reuidentia. Ca. 19.

**H**abet ferè quotquot sunt cathedrales ac collegiatæ ecclesiæ, suū volumen peculiariū statutorum, quæ interdū pro affectu priuato cui iussit augētur ac crescūt. Inter hæc reperias quam plura, quæ quæstū magis quā pietatē respiciant, & ad inæqualitatē potius, quā æqualitatē faciant: vnde discordia inter fratres (vti fieri solet) frequenter alitur concordia verò scinditur, laceratūque. Et quantum pleraque inter hæc iniqua reperias, adiguntur tamen omnes qui recens admittuntur, vt ad eiusdem di statutorum obseruationem (etiam penitus signari, quid contineant illa citra vllum delectum) iureiurando sese alligant, quum tamen iuramentū non debeat esse iniquitatis vinculum, nec ad ignorata extendi. Operæ precium itaque nobis videtur, huiuscemodi statutorum volumina inter visitandum excutere, & quæ Euangelicæ puritati, atque fraternæ charitati, denique disciplinæ ecclesiasticæ minus consentanea reperta fuerit, rescare, cauereque, ne posthac vlla noua statuta in eiusmodi ecclesiis (nisi tamen nosser accesserit calculus) edātur.

In Capitulis, à iuramentorum facili exactione temperandum. Cap. 20.

**E**t quum Christus tanto serio iurandi facilitatem prohibuerit, vt nisi necessitate veritatis, alioqui periclitandæ cogamur, omnino non iurare debeam<sup>o</sup>, coercēda est illa immoderata in Capitulis iuramentorū exactio, p quā necesse est, vt mult

**C**risostomus de iurem. ti in ancipitia periuria corruat, quorū non tantū illi qui peierant, sed & qui causam periurij temerè exigendo præstant, rei sint. Nam Christi verbum est: Sit verbum vestrum, est, est: non, non: quod amplius est, à malo est. Et in Ecclesiastico legimus: Vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga. Si nos ipsos iudicaremus, non vti que diiudicaremur.

Inter visitandum de moderandis annis (qui expectantia appellantur) videndum. Cap. 21.

**N**vm annos (qui expectantia appellantur) moderari possimus, videbimus inter visitandū, quādo nobis vel id maximè curæ erit, vt qui recens accesserunt Canonici, aliquot annis de consensu Capitulorum suorum, bonarum, ac potissimū sacrarū literarū studiis, in Academia aliqua publica & bene Christiana incubant, vtque tū sequantur illos interim reditus præbendarū suarū, quotidianis distributionibus tantū exceptis, aut portio eiusdemmodi pensionis, iuxta ecclesiarū statuta & consuetudines assignata. Multū enim refert viros doctos esse in ecclesia Dei, qui veluti splendor firmamenti fulgeant, & tanquam stellæ in perpetuas æternitates mansuri ad iustitiam plurimos valeant erudire. Indignum ergo studio tam frugifero intentos, ac in vinea domini operantes, diurno denario fraudari, modò tamen testimonium exhibeant magistrorū, quod totos illos annos rectis operam dederint disciplinis. Per hæc tamen Canonis inducias, (quæ se latius porrigunt) nolimus coarctare.

Non oportere à canonico recens admissis, pecuniam statutariā duplicatam ob antecessorem exigere. Cap. 22.

**N**ec ferendus nobis diutius videtur mos ille irrationabilis, quo ad vnam præbendam receptus, ob suos in eadem præbenda antecessores non receptos (à quibus ius nō habet, sed potius à cōferente vel instituyente) pecuniam statutariam sepius exoluere compellitur. Nec ignoramus quosdam Decanos & capitula in eo esse, vt hæc pecuniaria onera (qua recens recepti, contra sacrorum Canonum dispositionem grauantur) in dies nouis quibusdam adinventionibus grauiora, ac tandem importabilia efficiant: quod penitus improbamus.

Communi necessitati ecclesiæ, communi contributione consulendum. Cap. 23.

**Q**uod si fabricæ aut alia necessitas ecclesiæ imminet, satius est, vt quod in communē vertetur vtilitatem, ex communibus redibus detumatur, quàm vt quis priuatim grauetur. Euangelicum præceptum est, in quo vniuersa lex cōstitit & Prophetæ: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Et: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Ad hanc regulam, veluti ad Lydium quandam lapidem, omnes actiones suas, quum omnes Christianos, tum viros ecclesiasticos redigere, æquū est pariter, ac necessarium.

Tribunalia extra templa collocanda. Cap. 24.

**C**vm in quibusdā nostris tēplis iurisdictionis ecclesiasticæ officiales p tribunali sedeāt, ad quod interdum multo cum tumultu concurrunt delitigatūq; visum nobis est, vt hæc tribunalia, foris, intra tamen ecclesiarum pomeria, collocentur. Cordi siquidem nobis est, vt quæcunque diuinū officium perturbare possunt, aut diuinæ maiestatis oculos offendere, è templis eliminentur, ne vbi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur oc-

casio, aut deprehendantur peccata committi. Optandum vt deambulationes in hisce ecclesiis prohiberi possint. Cap. 25.

**A**tque vtinam commodè deambulationes etiā illas laicorū (qui ad cathedrales ac collegiatas ecclesias sola rerum nouarum curiositate ducti confluant, ibidēque nihil minus quā de rebus sacris quæ inspeçantibus illis agūtur, cogitant) submouere possimus. Grāde equidem putamus piaculū, tā vernerāda mysteria, quib<sup>o</sup> astat Deus, & inter quæ Christi corpus & sanguis cōficitur, tā irreuerēter haberi, tacemus q̄ domus dei contēnitur, de qua Christ<sup>o</sup> eiecit ementes & vendētes, & nō sinebat vt quis trās ferret vas per templū, & dicebat docens: Nōne scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum? Duplici cura hîc videtur opus, tum vt prædicatores verbi dei ex suggestis populum ab istis deambulationibus ex scripturis deterreat, tum vt magistratus ciuiles huic rei corrigendæ officium accommodent cum quibus hac de re agemus.

Theatrales ludos non inferendos templis. Cap. 26.

**O**lim theatrales quoque ludi & laruarum ludibria inferebantur templis, pessimo quidē exemplo, aded vt pro visione canonica (qua his teterrim<sup>o</sup> abusus aboleretur) opus fuerit: quæ ex nostris diœcesibus, iā vt speramus, eiectū gaudem<sup>o</sup>.

Cuiusdam abusus abrogatio. Caput. 27.

**I**n quibusdā collegiatis ecclesiis ad summū altare, non ordinarij, sed mercenarij clerici, presbytero sacra peragenti, ministratur adiunguntur, qui tamen officio suo latifaciunt minus, quū ab altari ad subsellia, ex quib<sup>o</sup> succinitur, à subselliis rur<sup>o</sup> ad altare multū incōpositè subinde discurrūt, quod fieri non oportuit, maximè in ecclesiis illis, quæ ordinariis personis abundant, & quorum ministri copiosis reditibus sunt ditati. Nā omnis occasio contemptus & scandali, promiscuo vulgo adimenda est.

Processionum collegiarum ecclesiarum quæ ad maiorem sunt moderatio. Cap. 28.

**P**rocelsiones ecclesiarū collegiatarū ad summum templum, quæ diebus maximè celebribus ac festis fiunt, proculdubio institutæ sunt causa cōueniendi illuc ad Missas episcopales, desiderioque recipiendi cōmunionē, vel benedictionē episcopalem: iam quum isti conuentus speciem quidē antiquitatis, & nihil præterea repræsentent, imò pnciosæ vagationis materiā, & crapulæ occasionē diebus illis sacratissimis præstent, illas nobis eaten<sup>o</sup> abrogare visum est, vt Collegia in ciuitate nostra Colonien. in quatuor illis summis anni festis ac diebus celebribus sequentibus, quæque in suis ecclesiis diuinū officium statis horis reuerenter solennitèrque cōcelebrent ac peragāt, neque hies diebus, nisi quum nos in sumo tēplo nostro præsentēs erimus, collegia liter accedāt. Nā quātula sit deuotio collegiorū quæ tū accedunt, quis dei cultus ac veneratio, satis in aperto est. Tacemus, quod interim apud ipsas collegiatas ecclesias hisce diebus, maximè insignibus, solēne officium prætermittitur: aut si quod dicitur, verius præcipitur ac truncatur, quā celebratur.

De processionibus non abrogatis. Cap. 29.

**R**eliquas autē procelsiones more antiquo more antiquo obseruari volumus, iubemus tamē vt clerus ciuitatis nostræ, abul<sup>o</sup> qui hæc repræserunt, matura consultatione præuia, tollere pgar





De semel certo loco destinatis ac admissis, non temere retrahendis. Cap. 13.

**Q**ui verò semel præsentati & admissi fuerint vt certo loco hoc ministerio fungantur, nõ debent temere seu præter nostrum assensum à suscepto munere retrahi. Nã frequentem personarum mutationem periculosam putamus, vt interim fileamus sæpe minus idoneum in idonei locũ surrogari.

Qui nulla legitima auctoritate immixti, se Verbi ministerio ingerunt, vti seditiosi comprimendi. Cap. 14.

**E**xtra ordinarios parochos, illorumque legitimos cooperarios, nemo deinceps, neque suggestum occupet, neque conuenticulas, vel in priuatis domibus vel vicis faciat, aut quouistandem modo vsurpet. Quod si quis secus agere præsumpserit, & inobediens perturbare ecclesiã Dei (quæ foris est) pfeuerauerit, hũc tanquã seditiosũ corripere oporteat.

Prohibentur omnes apostatæ monachi ignoti ac peregrini spermologi. Cap. 15.

**Q**uamobrem prohibemus omnes apostatas monachos ignotos. Item istos ac peregrinos spermologos, quorum neque doctrina neque vita vlli perspecta est: eritque proinde curã ciuilibus magistratibus ac præsidibus, vt de his inquirant diligenter: & quos nos pscriptimus, eos illi cũ receptoribus ipsorum doli mali consciis excedere, p uincia cõpellat: Nisi quid seuerius culpa horũ p uariatorũ in ipsos statuere postulauerit. Iã vt inueniatur quispiã (quod absit) qui aliter quã legitimẽ parochiã occupauerit, hunc abiici statim oportet, quamtuuis plebs, quam corrumpit, eum retinere contendat.

De Terminariis quatenus admittendi. Cap. 16.

**E**x ordine mendicantium, qui oppidatim soli commorantur, quos Terminarios appellamus vitam inter dum agere monachismo plurimũ dissimilẽ cognouimus, p indeq; multis esse inuisos: hos potius, quũ officio p dicationis statis illis dieb' p functi essent, elemosinasque collegissent, statim ad monasteria sua regredi, ibidemque quieti operã dare, atque obseruare ieiunia & orationes iuxta ordinis sui institutum malumus, quã vitam comunẽ, ne dicamus licentiosam, inter ciuiũ turmas ducere. Vbi tamẽ monasteria ab oppidis aut vicis tã lãge dista fuerint, vt vnus diei itinere repeti nõ possint, nolimus Terminarios istos hac lege teneri, modo tamen viri graues & annosi, vitæ quoq; ex omni parte integre, ac sanẽ doctrinẽ cõperti fuerint, ac id etiam visitatione potius quã constitutionibus cauebitur.

Priuilegiis fratrum nihil derogatur. Cap. 17.

**N**olumus autem per prædicta, priuilegiis, ordinibus fratrum mendicantium ritẽ & legitimẽ concessis præiudicare.

Monachorum ecclesiã per seculares (vt vocant) presbyteros gubernanda. Cap. 18.

**E**adem ratione decens est, vt monachi qui parochiales ecclesias, cura animarũ apud ipsum monasterium, non personam, relicta, in corporatas (vt vocant) monasteriis suis habent, non per religiosos (quos in monasteriis perpetuam vitam agere conuenit) sed per vicarios, presbyteros seculares (modo haberi possint) ad eundem modum quem supra diximus, examinandos admittendõsque gubernari procurent. Quibus etiam de ecclesiã prouentibus tantum assignare obligati erunt, vnde & iura episcopalia persoluerent, & congruam sustentationem

habere possint, quod vt fiat, nobis curã erit. Non tamen tã duri hinc erim'º, quo minus interdũ viros monasticos, quos singulari vitæ exẽplo & doctrinã salutaris disseminatione insignes cõperimus, apud ecclesias parochiales relicti & confirmaturi sumus.

DE VITA AC MORIBVS PAROCHORUM. Cap. 1.



**V**anquam de vita ac moribus Clericorũ supra diximus, videtur tamen hinc locus postulare, vt speciatim aliquid de cõuersatione ac moribus parochorũ dicamus, quod horũ vita & officium diuo Paulo præcipuẽ curã fuerint, aded vt his rectẽ se habentibus, magnam de reliquis securitatem habere videretur. Nec immeritõ: res enim ipsa declarat, ac pfecta secula meminerũt, quã tranquilla, quã florens, quã fructificans, quã deniq; felix ecclesiã, fuerit dum talibus esset parochis insignis, qui euangelicis apostolicisque institutis, sanctorũque patrũ regulis adducti, non tantũ vocabulo, sed & factõ pstabat q; dicebantur. Contra verò, in quantos estus, repelletes, pcellas, ac pericula, ob eisdẽ sensim in diuersũ mutatos ac varicantes, ecclesiã nauicula miserẽ cõiecta sit, nos sentimus. Ex quibus rursus emergere, quum certo certius non possumus, nisi nos (quibus gregem suũ Christus pascendum commisit) vias domini rectas, à quibus varicando excidimus, in ambulare pergamus. Quid tandem aliud consilij capiendũ nobis, quã vt singuli, quales esse debem'º, tales & simus: atque hoc insigne Christi verbum, quod hinc discedens, Petro ouiculas suas committens, post tertiam demum dilectionis stipulationem, promissionemque vti vltimum elogiũ ac memoriale, fidelissimẽ diligentissimẽque inculcauit, & mente & opere teneamus, quod est, Pasce agnos meos. Id fecerim'º, si gregem Christi post Christum vnice diligamus, atque eundem tam verbi, doctrinã, quã operis exemplo pascamus, diuinorũque sacramentorum dispensationem tueamur, defendamusque.

Vita vt doctrinã in parochis conueniat necessarium. Cap. 2.

**V**biq; ferme, cũ de parochis sermo incidit, scriptura vitã doctrinẽ copulat: nimirũ quod qui vitã agit doctrinã contrariã, plus exẽplo destruit quã edificet verbo. Oportet enim & fieri sermonem, non tantũ dici: alioquin cõpetet in parochũ quod Seneca Platoni obiectum fuisse refert, aliter loqueris, aliter viuus. Et quod Christus Pharisæis imputat: Dicunt enim, & non faciunt. Alligant onera imporrabilia in humeros hominũ, digito autẽ suo nolũt ea mouere. Apponatur ergo man'º ori necesse est, ne sit vox quidem, vox Iacob, manus autẽ Esau. Porrò vox operũ forti'º sonat quã verborũ. Intendus nobis pastorũ princeps est, cuius tota vita sua doctrinã est, qui cõpcepit primum facere, post docere: Si quidem, potens opere & sermone, qui discipulos Ioannis de aduentu Messisæ rogantes, ad opera remissit, dicens: Ite, dicite Ioanni quã vidistis & audistis. Qui denique non solum vocat oues suas nominatim sed & vadit ante eas. Et eum tantum qui sic docuerit & fecerit, magnum in regno cælorum fore pollicetur.

Pastores, gregis exemplum esse oportere. Cap. 3.

**Q**uare beatissimus Paulus ecclesiã ministrũ instituit: Exemplũ (inquit) esto fidelium, in verbo, in cõuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Item ad Titum 2. In omnibus teipsum

præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum, irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Sal enim terræ, & lux mundi prædicator Euangelij dicitur, & lucerna super candelabrum posita, vt luceat operibus qui in domo sunt: Sic, vt videant homines esse illius bona, & glorificent patrem qui in cælis est. Quod si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ad nihilum enim valet vltra, nisi vt proiciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Apostolus itaque hoc præceptum commendat Timotheo, vt militet bonam militiam, habens non tantum fidem, sed & bonam conscientiam: quã quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt: ex quibus tum erant Hymenæus & Alexander, quos tradidit Satanæ, vt discant non blasphemare. Interea verò ex eodem numero omnes hæretici fuere.

Vitanda parochis in primis auaritia. Cap. 4.

**I**am quæ clericis vitanda erunt, supra diximus. Ea ipsa potissimum Paulus quam longissimẽ à parochis esse vult, & quæ illis opposita sunt, in ipsis quam maximẽ elucere. Primum scilicet, vt abstineant ab omni auaritia. Hospitales enim erunt, non turpis lucri cupidi, non opes, sed animas venantes, non auri, sed hominum piscatores: alioqui ex pastoribus fiant mercenarij, & vertentur in lupos, audiẽtque Dominum per Ezechielem exprobrantem: Lac comedebatis, & lanis operiebamini: quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis: quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum erat non sanastis, quod contractum est nõ alligastis, & quod abiectũ est nõ reduxistis, & quod perierat non quæsiuistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia, & cætera quæ sequuntur. Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix quippe omnium malorum, est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & in seruerunt se doloribus multis. Tu verò homo Dei, hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, & mansuetudinem.

Parochi familiam irreprehensibilem esse debere. Cap. 5.

**I**nterim erit domui suæ bene præpositus, vt non tantum ipse, sed & sua familia irreprehensibilem vitam agat. Qui enim domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiã Dei diligentiam habeat? Oportet autem illum & testimonium habere ab his qui foris sunt, vt nõ in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

Parochi luxus omnino cauendus. Cap. 6.

**E**inde procul absint parochi ab omni luxu. Sobrium enim vult Parochum esse Paulus, nec multo vino deditum, ac vino potius ad necessitatem, quã ad voluptatem vtentem, quem admodum ipse Timotheo præcipit, ne aquam adhuc bibat, sed modico vino vtatur propter stomachum suum, & frequentes infirmitates. Nesciat ergo parochi domus comestationes crapulosas, excretur cõpotationes illas ad æquales haustus obligatorias. Sit procul à symbolorum (vt vocant) dationibus. Turpissimum putet nisi causa necessitatis, intrare tabernam, quasi domum non habeat ad edendum & bibendum. Breuiter, vitet omnia quæ pastoralem auctoritatem, aut dedecorant, aut imminuunt.

Pudicitia seruanda parochis. Cap. 7.

**D**etestetur quoque omnem libidinem. Nam oportet parochum esse pudicum, & se præbere exemplum in castitate ne in eum verè dicatur: Qui alium doces, teipsum non doces. Qui prædicas non furandum, furaris. Qui dicis non morichandum, moricharis. Qui in lege gloriaris, per prauaricationem legis Deum inhonoras: per quod blasphematur nomen Dei inter gentes. Quo enim vultu fornicarios cælo excludet cum Paulo, qui huic uolutabro cœni ipse immerfus est? An existimas (inquit ipse Paulus) õ homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Scimus quippe, quia iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.

Quæ fugienda, & quæ sectanda parochis.

Caput 8.

**D**enique Paulus ad Timotheũ: Inuenilia (inquit) desideria fuge, sectare verò iustitiam, fidem, spem, & charitatem, & pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro. Labora sicut bonus miles Christi. Nemo enim militans Deo, implicat se negotiis secularibus: & quæ sequuntur. In summa, sollicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantẽ verbum veritatis.

DE DISSEMINATIONE VERBI. Caput primum.

**H**oc ministerium sanctissimum Apostolus cæteris omnibus præfert. Vnde & Corinthiis scribens, ait: Non misit me Christus baptizare, sed Euangelizare: cui & cæteri Apostoli astipulantur, quum inquirunt: Nõ est æquũ nos relinquere verbum, & ministrare mensis. Quinimo & Christus aliis anteposit: Euntes (inquiens) in mundum vniuersum, prædicare Euangelium omni creaturæ, ac docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandauimus vobis. Quãobrem Paulus Timotheum suum excitans, ait: Attẽ de lectione, attẽde exhortationi & doctrinã, noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attẽde tibi & doctrinã, insta in illis, hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Et iterum: Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, prædica verbũ, iusta opportunè, importunè, ministerium tuum imple.

Quid parochis meditandum. Cap. 2.

**M**editabitur parochus quid ipsi Dominus per Ezechielem cap. 3. 33. ac 34. præceperit, parabolæque speculatoris menti infigenda est: speculatore (inquit) dedite, domui Israel. Quod si speculatore viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiritur. Parochi siquidem sunt quibus potissimum dictum est: Fratres, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerterit peccatorem

ab errore viæ suæ, saluabit animã eius à morte. Dura est nimis illa Prophetæ lamentatio: Paruuli petierunt panem, & nemo dabit eis. Pasce ergo fame morientem: si non paueris, occidisti. At homo ex duabus partibus constat, ex carne scilicet, & spiritu. Duplici ergo cibo opus est. Nam vt scriptura ait: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Cibus exterior carnem tantum mortalem reficit, & intians per os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Panis autẽ spiritus tam per verbum prædicationis, quàm sacramentaliter in veritate corporis & sanguinis dominici, in viua fide comestus, viuificat, reficit, ac vegetat animam, qui non perit, sed permanet in vitam æternam, & hunc qui ederit, non morietur in æternum. Id quod omnes pij sciunt ac sentiunt. Viuus enim sermo Dei est & efficax, & penetrantior quouis gladio ancipiti, ac pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagumque, & medullarum.

*Fidelitas in primis in parcho requiritur. Cap. 3.*

**H**ic iam inter huius cœlestis panis dispensatores queritur, vt fidelis quis inueniatur. Fidelis, inquam, seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis escam in tempore. Beatus ille seruus, quem, quum venerit Dominus eius, inuenerit sic facientem. Sin secus, veniet Dominus serui illius, in die quo non sperat, & hora quam ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, vbi erit fletus & stridor dentium.

*Quis sit fidelis verbi dispensator. Cap. 4.*

**S** autẽ fidelis est dispensator (attestante diuinissimo Ioanne) cuius scopus vnicus ille Christus est, & cuius spiritus confitetur Christum in carne venisse: id est, vt diuus Paulus interpretatur, qui docet apparuisse gratiam Dei & Saluatoris nostri, omnibus hominibus ad erudiendum nos, vt abnegantes omnem impietatem & secularia desideria, sobriè, iustè, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatã spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Qui, inquam, docet eundem Christum Iesum Dominum nostrum hominem factum, vt daret semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Quibus verbis sanctus Paulus duas in Christo naturas, verbi scilicet & carnis, indissolubili vinculo coherentes, & vtriusque naturæ rationem cõplectitur. Verbi, quatenus erudit nos, docens quæ sit voluntas patris, quã facientibus denunciat præmium, præuaricantibus verò pœnam æternam. Carnis verò, quatenus datus & immolatus est pro nobis in ara crucis. Agnus immaculatus & victima tollens peccata mundi, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, & eadem cogitatione armemur: quia qui passus est in carne, desinit à peccatis, vt iam non desideris hominum, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne temporis viuamus. Omnis autem spiritus qui soluit Iesum, ex Deo nõ est, & hic est Antichristus, de quo audistis: quoniam venit, & iam in mundo est.

*Omnis scriptura ad geminam charitatem exigenda. Cap. 5.*

**I**tem fidus est minister verbi, qui omnem scripturam ad Christianam exigit charitatem. Caritas enim Christianismum consummat, quemadmodum apud diuum Paulum legimus: Finis præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non fi-

cta. Et est potissimum illud indicium, quo Christiani esse comprobamur. In hoc (ait Christus) cognoscet omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis inuicem. Vnde beatus Augustinus in libris de doctrina Christiana, breuissimam methodum ad peruestigandas, intelligendâque scripturas monstrare volens: Quisquis (inquit) scripturas diuinas vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita vt in illo intellectu non ædificet geminam charitatem Dei & proximi, is nondum intellexit, & legis ac scripturarum summa, finis ac plenitudo, sit dilectio, quæ duobus mandatis comprehenditur: nẽpe, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, ex tota virtute tua, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Et quæ admodum vultis vt faciat vobis homines, ita & vos facite illis. In his duobus mandatis vniversa lex pendet & propheta. Quicumque ergo ad hanc amouissimam doctrinam suam attemperat, is nunquam potest perniciose errare.

*Summa Euangelica prædicationis. Cap. 6.*

**Z**echiel verò Propheta summam suæ prædicationis Dominum enarrantem facit, hinc penè verbis: Viuo ego, dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur impius, & viuat. Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Quare qui egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, & in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum, vita viuet & nõ morietur, quod Christus breuius complexus est: Pœnitentiam (inquit) agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Sed de his alias locupletius. Suffecerit hic vt quæ indicasse scopum.

*Parcho cautissima sollicitudine in prædicatione verbi utendum. Cap. 7.*

**Q**uo autem sollicitius parochus prouinciam, cui admotus est, gubernare satagat, haud existimabit se alicui leui muneris, sed omnium grauissimo ac difficillimo præfectum, tantæ nimirum difficultatis, vt verbi prædicatorem vnde quæque absolutum, vix vnũ è milibus reperias. Nõ idem est ouium palatum, magna in pascendis varietas: quod vnã ouiculam nutrit, alteram macerat, aut maciat. Culpauerit aliquis auaros, prodigus hinc argumentum prodigalitatæ suæ colliget. Culpauerit prodigos, auarus inde tenacitatis suæ excusationem arripiet. Ea est hominum malitia, vt nedum alia, sed & sanctissimũ Dei verbum pro suis quisque affectibus, ac ad sua desideria confouenda potius quàm eradicanda trahat. Videmus, prohdolor, quemadmodum hac tempestate plerique sacras literas in parabolam ac prouerbiũ vertant, atque ad excusandas excusationes in peccatis summa vi atque impudentia torqueant, adulterãtes verbum Dei. Quare parochus cautissima sollicitudine agere debet, per gladium Dei secantem à dextris & sinistris, vt medium iter pateat ad incedendũ per viam regiam mandatorum Dei.

*Quemadmodum sermo temperandus. Cap. 8.*

**T**emperandus sermo quoad eius fieri potest, pro auditorum captu. Alij siquidem acri ingenio ac iudicio sunt, alij hebetes animo ac rudi Minerua præditi, quidam attenti, quidam verò desides: hi rectè ac syncerè instituti, illi seducti ac decepti. Discretionem ergo maxima opus est. Breuiter, nemo

nemo erit concionator absolutus, cui præter vitam exemplarem non adsint omnia quæ sequuntur: nempe, cognitio scripturarum vtriusque Testamenti, ingenium velox, solers atque versatilis, eloquentia vehemens, suadibilis & suavis, neque interim minus temperata, quàm copiosa, prudentia rerum ac personarum docendarum, experientia multiplex, immobilibis constantia. Denique spiritus, qui si deerit, reliquis donis parum profecerit. Nõ enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quomodo enim ad æternarum rerum desideria alios accendet, qui ipse totus languet ac friget? nondum spiritu concepto, qui ex Deo est, quem & ipse Deus dat bonũ petentibus se? En quàm arduum est concionandi munus. Nec tamen propterea diffidentia (quæ plerumque multos auertit) deserendum. Ad euangelizandum missi sunt parochi. Væ ergo illis, si non euangelizauerint. Si quis autem eorum sapientia indiget, scrutetur scripturas, & postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.

*Quid cauendum inter concionandum.*

*Caput. 12.*

**C**auere autem modis omnibus, ne lubricus in docendo sit, huc illucque effluens. Et in primis, ne vento doctrinarum ab ecclesia catholica non receptorum, veluti nubes sine aqua circumferatur, sed formam habeat sanorum verborum ab ecclesiæ (quæ columna veritatis est) instituto nihil discrepantium. Tu (inquit Paulus ad Titum) loquere, quæ decent sanam doctrinam, verbum sanũ, & irreprehensibile.

*Nihil aut fabulosum aut suspectum adferendum.*

*Caput. 10.*

**N**eptas autem & aniles fabulas deuitabit, qualia inuper erant quæ ex nullis probatis authoribus, sed potius suspectissimis obscurorum hominum cõmentis adferebantur exempla. Olim verò genealogiæ interminatæ, quod ad pietatem illa nihil fecerint. Exercebit autem seipsum ad pieratẽ, quod corporalis exercitatio ad modicum, vtilis sit: Pietas autem ad omnia utilis, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

*Loquacitas vitanda. Cap. 11.*

**N**eq; minus vitabit prophana & vaniloquia, hoc est, futilem & inanem loquacitatem, qua nonnulli ratiocinationibus humanis falsam scientiæ opinionem sibi venantur. Sic enim suum compellat Timotheum Paulus: O Timothee, depositum serua, deuitans prophanas vocum nouitates & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidẽ promittentes, circa fidem exciderunt.

*Quemadmodum parochum aduersus hereticos pugnare oporteat. Cap. 12.*

**P**aratos nos esse vult Apostolus Petrus ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est spe & fide, sed cũ modestia & timore. Neque ergo doceat, neque intendat his parochus quæ quæstiones magis præstant quàm ædificationẽ, quæ est ex charitate. Et iterum: Paulus ait: Stultas & sine disciplina quæstiones & pugnas legis respue, sciens quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare. Proindeque vbi cum hæreticis res est, corripiet quidem eos cum modestia qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis pœnitentiã ad cognoscendam veritatem, & respiscat, à diaboli

laqueis, à quo tenentur captiui ad ipsius voluntatem. Quod si non profecerit, hæreticum hominem post vnã & secundam correptionem, deuitet, sciens quia subuersus est qui eiusdemodi est & delinquit, quum sit proprio iudicio condemnatus. Nequaquam autem ad populum verbis contendat, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium, memor Apostolici sermonis, quo reiciuntur omnes, qui scisuram quærunt. Si quis enim vult contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei.

*A scommatis & conuitiis abstinendum.*

*Caput. 13.*

**I**nter concionandum ergo à scommatis, maledictis, ac conuitiis omnino abstinendum est. Prædicetur purè ac syncerè Dei verbum, iuxta ecclesiasticam traditionem, & patrum ab ecclesia catholica approbatorum interpretationem. Quæ verò in contentionem vel disceptationem reuocari possunt, penitus sileantur, quemadmodum quoque pragmatica Augustini sanctione cautum est.

*In contentiosis dogmatibus, quomodo docendus populus sapere. Cap. 14.*

**I**n controuersis autem & contentiosis, obscurisq; dogmatibus quæ sacris voluminibus vel vniuersali ecclesiæ consensu expressim decisa non sunt, populus priuatim (maximè cum exomologesi se purgat, modò grauam cõscientiam in hoc habeat) ita docendus est sapere, atque hac cautione profiteri de his se credere, sicut credit ecclesia. Hoc enim tutius quàm asseuerare, de quo dubites, aut quod non inteligas.

*Qualem oporteat esse parochum in reprehendis criminibus. Cap. 15.*

**R**it quoque parochus in reprehendis criminibus vehemens atque acer. Cõstitutus est enim vt annunciet populo scelera eorum, sic tamen, vt in suggestis vitia tantum reprehendat, non personas nominatim perstringat. Argue (inquit Apostolus) increpa in omni patientia & doctrina. Vbi persona arguenda, denuntiatione Euangelica vtendum. Si peccauerit in te frater tuus (inquit Christus) vade & corripere eum inter te & ipsum solum. Quod si te audierit, lucratus eris fratrem tuũ. Quod si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum aut duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si eos nõ audierit, dic ecclesiæ, quod si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Sic Paulus Corinthum resipiscere nolentem excommunicauit. Et hic iterum Christi doctrina & exemplum sequendum, vt beneuolentia feueritatem vincat, vt paratus sit parochus dimittere peccanti non modo septies, sed & septuagies septies. Et cum Christo paratior sit ad absoluendum adulterã, ad frugem melioris vitæ reuertentem, quàm ad condemnandum. Quemadmodum Paulus quoque in gratiam recepit Corinthum illum pœnitentem.

*Manifesta reprehensio vtriusque potestatis vitanda. Cap. 16.*

**V**itanda quoque manifesta reprehensio vtriusque potestatis, tam ecclesiasticæ quàm ciuilibis. Neque inuicendum in ordinem aliquem aut aliquod ab ecclesia receptum viuendi genus. Omnis enim potestas à Deo est, & propterea eatenus honoranda, non incessenda. Sequenda præcursoris dominici doctrina & exemplum, qui ne milites quidem à se re-



se repulit aut vlla cōtumelia affectit, sed magis viam recte viuendi ostendit. Per eiusmodi enim incautam reprehensionem plebis, ad seditionem magis ac rebellionem incitatur. Hanc murmur, odiū, impatētia cōtumacia, proteruia, & detractionis libido comitatur: quin potius docendus populus est obedire magistratibus, parere præpositis suis, etiam discolis, ac interim admonendus est, vt si sint magistratus interdum vitiosi, id euenire, quod Dominus regnare facit malos & hypocritas propter peccata populi. Omnem animam potestatibus sublimioribus subditam esse. Quodque omnis potestas à Deo sit: quod denique qui potestati resistit, Dei ordinationi resistat, nisi tamē potestas expressim præcipiat, quod est contra mandatum Dei, tum enim oportet plus obedire Deo, quàm hominibus.

*Quomodo corripiendi magistratus. Cap. 17.*

**I**n corripiendis verò magistratibus, correctioni quoque fraternæ locus est, quemadmodum Ioannes reprehendit Herodem. Sic enim legimus: Dicebat enim Ioannes Herodi, non populo: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Qua si nihil promoveas, postulanda & expectanda prouiso prælatorum ac maiorum magistratum est: qui si disimulēt, etiā consultum magis, vt vitio remittatur ad Deum, quàm vt tantum scandalum inde deterius subsequatur.

*Admonendus populus vt oret pro magistratibus.*

*Caput 18.*

**E**st autem populus frequenter in concionibus, post conciones verò semper diligentissimè commonendus, vt Deum Opt. Max. pro potestatibus deprecetur. Volo (inquit gentium magister Paulus) vt fiant omnium primum obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonū est & acceptum coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

*Notantur qui secus docent. Cap. 19.*

**I** quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemix, suspiciones malæ, conflictationes hominum corruptorum, & qui à veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.

*Summa doctrina Christiana in Enchiridion contrahenda. Cap. 20.*

**P**orro cum secundum Euangelicam atque Apostolicam doctrinam (quibus decreta patrum ac Conciliorum, denique pragmatica sanctio Augustana meritò accedunt) in ecclesia Dei sola canonica scriptura ac diuina eloquia secundum ecclesiasticam interpretationem sanctorum patrum ac doctorum, & recitari & prædicari debeant, non abs re videbitur parochis summam Bibliorum paucissimis præscribere, ne alicubi, dum scripture metas nesciūt impingant.

*Enchiridion quæ docebit. Cap. 21.*

**E**t cum precipuè ipsi incumbat, vt plebem erudiant in præceptis decalogi, articulis fidei, qui symbolo Apostolico recententur, ac ecclesiæ sacramentis simul cum explicatione orationis Domi-

nica: (Hic est enim inchoationis Christi sermo quo iacitur fundamentum, ab operibus mortuis & fidei in Deum) idcirco vt imperitiis cōsuletur, quodam Enchiridion dabitur, in quo breuissimè hæc omnia secundum sanam & ecclesiasticam doctrinā exponuntur, simul & loci quidam communes, ad omnes omnium hominum ætates ac ordines communitarij inferentur. Veneratio quoque sanctorum ac reliquiarum. Deniq; quatenus imaginibus ac picturis vtendum docebitur. Nec interim quid sibi ecclesiasticæ cæremonix, præsertim illæ piæ ac antiquissimæ velint, & quod conducant in eodem libello declarare omitemus, idque succinctissimè.

*Ordo concionandi quem simpliciores sequentur.*

*Caput 22.*

**S**impliciores ac minus eruditi concionatores, festis quibusque diebus concione in nomine sanctissimæ Trinitatis, cū imprecatione gratiæ Dei (nempe vt Dominus suum spiritū verbo addere dignetur) cœpta, initio ambas lectiones, quæ Epistola ac Euangelium Missæ eius diei appellantur, ad verbum denarrabunt. Deinde post imploratam diuini numinis clementiam, regrediantur ad vtriusque lectionis breuem dilucidationem, locos aliquot communes ex vtraque deligentes, quibus populus ad vitæ pietatem charitatemque Dei ac proximi inflammetur. Denuntiabunt quoque, quid ecclesia Dei eodie potissimum Deum oret ac præcetur, quod in precationibus seu collectis, quæ post canticum Kyrie eleison, aut Gloria in excelsis, dicuntur, continetur: ac hortabuntur populū, vt idem pariter interea dum sacra aguntur, Deum oret, si non verbatenus, mente tamen.

*Sanctorum historia quatenus attingenda.*

*Caput 23.*

**S**anctorum historiis ne nimis diu immorentur: quin potior pars (vt iam diximus) Euangelio detur & Epistolæ explicandis. Quod si fabulosa videbitur historia, ne attingat quidē: si verisimilis, leuiter, eaque decerpatur quæ imitanda videantur. Miracula quoque ne impudentius iactentur, nisi quæ scripturis prodita, aut à nō leuibus scriptoribus summa cum historiæ fide tradita fuerint.

*Allegoria quomodo explicanda. Cap. 24.*

**S**i quas allegorias aut sensus scripturæ recōditiones, spiritualia spiritualibus conferentes adferre velint: has ex receptis ecclesiæ doctoribus, veluti Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Chrysostomo, ac similibus comprobatis authoribus desument.

*Quomodo finienda concio. Cap. 25.*

**V**bi ad calcem concionis deuentum erit, breui epilogo, quo argumentum ac capita totius concionis renarrer: vtatur. Id enim ad captum ac fulciendam memoriam auditorum plurimum fecerit.

*Quid recitandum finita concione. Cap. 26.*

**E**bet quoque finita concione, decalogus, ac symbolum fidei & succinctè & exerte recitari. Illa quoq; ex omologesi ac publica peccatorum confessio cum imploratione misericordiæ Dei, purè ac distinctè pronuntiari, ac moneri populus, vt eisdem verbis sacerdotem pronuntiantē subsequatur: ac deinde recenferi consolatoria imprecatio remissionis peccatorum, vt populus deiecto, cōtrito, humiliato, animo ac toto corde, cum presbytero accingatur ad mysteriū redemptionis suæ (quod in al-


in altari tractatur) contemplandum, fructumque dominicæ passionis, quæ in altaris mysterio commemoratur, repræsentaturque participandum.

*Quomodo finita concione populus excitandus ad orandum pro defunctis. Cap. 27.*

**C**um multum plerūque temporis, paruo cum fructu teratur in recensendis singulatim defunctorum nominibus, vbi viritum pro quolibet exigitur vna oratio Dominica, idque interdum non citra suspitionē vel quæstus vel ambitionis fiat, nobis potius videbitur, vt populus ad communem pro defunctis orationem piè ac deuote dicendā accendatur, & hæc genealogia intermittantur. Super qua re tamen, quod ad morem ciuitatis nostræ Colonien. attinet, & cum parochis, & cū senatu latius agere non omitemus.

*DE ADMINISTRATIONE sacramentorum.*

*Caput 1.*



**E**cclésiæ catholicæ vsus septem mysteria (quæ sacramenta appellantur) obseruat, veluti septem quædam parata remedia, per quæ Deo visum est peccatis nostris mederi, ac nobis gratiæ suæ salutaris medicinam (diuersa tamen ratione) infundere, quæ sunt, baptismus confirmatio, eucharistia, pœnitentiā, extrema vñctio, ordo, & matrimonium. Quæ cur à Christo & ecclesia instituta sint & à veteribus sacramenta peculiartè appellata: deinde quæ illorum sit per gratiā Dei efficacia & virtus, nunc non est dicendi locus. Tantum admonebimus in præsentia parochum, quæ illum circa dispensationem singulorum obseruare cōueniat.

*Instruendus populus, quid agatur in cuiuslibet sacramenti exhibitione. Cap. 2.*

*Aug. lib. de doctr. Christi.*

**Q**uia igitur in sacramentis aliud videtur atque aliud agitur, instruendus est populus in cuiuslibet exhibitione, quid in eiusmodi religioso arcano, (id enim sacramentum sonat) agatur. Cū enim in sacramentis istis per signa quædam sensibilia infundatur insensibilis gratia, congruens externis signis, excitanda est fidelium fides & deuotio in Deum, vt credentes ac diuinum mysterium intelligentes, ad Dei ac saluatoris nostri Iesu Christi participandam gratiam accedant. Quod fiet, cum parochus sub administrationem cuiuslibet sacramenti, sacra concione populum breuiter admonuerit quid in ea re agatur.

*Quid agatur in baptismo. Cap. 3.*

*Gal. 5. Tit. 3. Rom. 6.*

**E**t vt de sacro baptismo exordium capiamus, docendus est populus, quod illic aboleatur vetus homo, remisso omni peccato, atque nouus exoriatur ab omni labe purgatus per fidem in Christum quod illic qui baptizatur, lauetur lauacro regenerationis & renouationis Spiritus sancti in sanguine Christi pro nobis effuso, quod illic veterem Adam exuimus, ac vicissim Christum induimus, consensu cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, quemadmodum hæc, Enchiridion latius edocebit.

*Cuius sint admonendi susceptores infantis.*

*Caput 4.*

**S**usceptores infantis (patrini qui dicuntur) merito admonentur, quod ipsi sint, qui ecclesiæ nomine, & in ecclesiæ fide Christo paruulos offerant per baptismum, ac se propemodum pro paruulis fideiuuores constituent, nomine paruuli respondent, quem etiam postquam adoleuerit, symbolum simul & orationem Dominicam edocere, atque vitā Christo ac professione in baptismo facta dignā perpetuò agere, saltem vbi id necessitas poscere videbitur, cohortari non omittent, proinde que malum illos deligi prouectæ ætatis, quàm impuberis, ne videatur infans infantem offerre, ac sponsorem se deo pro alio constituere, qui quod promittit, non intelligat, ideoq; multo minus quod non intelligit, docere queat.

*Populus docendus, quid velint externa signa.*

*Caput 5.*

**P**raterea docebunt populum quid sit, quod catechizetur baptizandus, quid reliqua solennia, quæ ecclesia adhiberi voluit, signent: videlicet, Cur infusetur in faciem baptizandi, cur signum crucis & in pectore & in fronte fiat, cur sal in os detur, cur aures & nares spūto attingantur, linianturq; cur in unctio in pectore & scapulis fiat, & cur post baptismi tinctionem in vertice. Denique, quid significet amictus albus, quo infans seu alius baptizatus superinduitur, quæ omnia sunt mysteriorum plena, quæ admodum Enchiridion declarabit.

*Quomodo accedendum ad baptismum.*

*Caput 6.*

**C**um beatissimus Apostolus in ecclesia omnia honestè atque secundum ordinem fieri iubeat, debet baptismus summa mentis in Deum & in sacratissima quæ aguntur mysteria, intentione & dari & accipi. Quare quicquid hinc susceptores seu alios astantes auocat, procul tollendum est. Accedatur itaque deposito omni fastu, humili spiritu, ac resecta in Deum fiducia, quemadmodum accesserūt qui Iesu paruulos obtulerunt, vt manus eis imponeret. Nam hic renunciatur Satane, omnibus operibus atque omnibus pompis eius, conueniaturque antè inter paternos de nomine infantis, vt potius in baptismo ipso cogitetur de lucranda anima Christo, quæ de retinendo nomine.

*Baptismus in facie ecclesiæ peragendus.*

*Caput 7.*

**M**agna certe ratione ecclesiasticis patribus visum est, vt baptismus in conspectu ecclesiæ in loco sacro recipiatur, nisi tamen imminens necessitas fieri aliud suaserit. Quamobrem displicet nobis quod quidam fastuosi templum Domini despicientes, ambiunt magis suos infantes in domibus priuatim baptizari. Quod deinceps, nisi necessitas id ipsum exegerit, & causæ cognitio præcesserit, indulgere nolumus.

*In confirmationis exhibitione quid docendum.*

*Caput 8.*

**I**dem dum sacramentum confirmationis confertur, docebunt Vicarij nostri in pontificalibus, quid agatur, nempe quod illic ambiatur gratia Spiritus sancti, qua confirmatur tyro aduersus Satanæ tentationes, roboraturque, vt quod corde credit ad iustitiam, ore quoque palam confiteatur ad salutem. Quamobrem eo communiri solet ætas tenera, quæ ad nequitiam procliuor est quàm ad pietatem, vt ea procliuitas minuatur, docilitasque ad pietatem augca-

*Act. 8. 19 De conse. dist. 5. c. nouiss. Roma 10.*



institutum esse, ut præter veritatem corporis & sanguinis (quæ in eo continetur & recipitur) quoddam etiam eximium signum mutæ dilectionis & charitatis excitandæ in nobis foret, quemadmodum diuus Paulus inquit: Quoniam vnus panis & vnus corpus multi sumus, qui de vno pane & de vno calice participamus, Quamobrem ab huius conuiuij spirituali participatione longè absunt, qui inuidiæ vel odij veneno infecti, aut iracundiæ furore repleti fuerint. Monendi itaque sunt qui communicare desiderant, ut deposita omni similitudine, diligant alterutrum, vti vnus corporis membra, ut non sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem sollicita sint membra.

*Quomodo singulis Dominicis diebus plebs ad audiendam Missam se preparabit* Cap. 24.

**D**ocendus quoque populus, ut qui iuxta antiquum ecclesiæ ritum, singulis Dominicis diebus ad communicandum corpori & sanguini dominico non se præparat, Missæ saltem parochiali huius, aliisque festis diebus interfit, ut tamen inter sacrificantem & assistentes non sit (more illo antiquo) tam frequens sacramentalis communio, sit saltem sacræ doctrinæ, piæ exhortationis, precationis, laudis, & gratiarum actionis communio, ut sic quodammodo omnes spiritualiter communicent, cum desiderio etiam sacramentaliter communicandi. Ne verò populus ab hac Missa parochiali, & ab auditione verbi Dei distrahatur, placuerit nobis, ut si quæ sint aliæ Missæ legendæ die dominico, hæc inchoentur primò post verbi prædicationem finitam, quemadmodum latius in visitatione secundum diuersorum locorum mores ordinare studebimus.

*Docendus populus generatim, quid agatur in Missa.* Cap. 25.

**D**ocendus populus generatim, quid agatur in Missa, & quibus partibus constet. Costat siquidem psalmodia, quem vocamus introitum, inuocatione & gloriosa celebratione sanctissimæ Trinitatis, quæ in canticis Kyrie eleison, & Gloria in excelsis Deo peraguntur, precatione seu collecta: recitatione verborum prophetico-rum aut Apostolorum quam vocamus Epistolam: sacris Canticis quæ vocamus Gradualia & Alleluia: & quæ sequuntur, lectione Evangelica, symboli recitatione, seu professione fidei catholice: canticum quod non sine mysterio Offertorium appellatum est: Gratiarum actione, quæ dicta est Præfatio, religiosa cõmemoratio mortis, consecrationeque corporis & sanguinis dominici, quæ fit in Canone. Rursus, precationibus, inter quas est precatio Dominica: sequitur osculum pacis, symbolum Christianæ charitatis, mox cõmunio. Rursus sacrum canticum, quod commune appellatur, & precatio. Postremo loco, sacerdos totum populum velut in suam tutelam receptum, Deo benedictione tradit, atque commendat, ut perseueret in affectu pietatis, mutuæque charitate: quorum quum admonetur populus, incipiet nedum credere, sed & sentire, quod in Missa nihil non sit pium ac venerandum.

*Corripendus abusus eorum, qui ante finitam Missam irreuerenter discedunt.*

*Capitulum 26.*

**C**orripendus verò abusus est, quod quidam post aspersam aquam, & ante Missæ introitum exitum faciunt: quidam post auditum, & non intellectum Euangelium abeunt, aliique posteaquã

sacerdos dixit, Sursum corda, & Gratias agamus. At qui tum præcipue populi partes erant, quando submissius legente aut tacente sacerdote, quisque cum Deo loquitur. Denique alij statim post elevationem corporis & sanguinis dominici non expectantes præcipuam Missæ partem, quæ est cõmunio. Antiquissimus ergo Canon populo rememorandus est, qui sic habet: Omnes fideles qui in solennitatibus sacris ad ecclesiam conueniunt, & scripturas Apostolorum & Euangelium audiant. Qui autem non perseuerant in oratione usque dum Missa peragatur, nec sanctam cõmunionem percipiunt (quam nos, ut non exigimus quotidie sacramentalem, saltem spirituales a populo requiritur) velut in quietudines ecclesiæ conuenientes, conuenit cõmunionem priuari.

*Docendus populus, quale sit Missæ sacrificium.* Cap. 27.

**D**ocendus item est populus, quale sit Missæ sacrificium, nempe repræsentatiuum. Semel quidem Christus mortuus est, iustus pro iniustis: semel in manifestatione sui corporis, in distinctione suorum membrorum omnium. Verus Deus & verus homo semel tantum in cruce pependit, offerens patri seipsum hostiam viuam, & passibilem, immortalem, viuorum & mortuorum redemptionis efficacem. Et scimus quia Christus resurgens a mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur. Et tamen quotidie immolatur in sacramento, non quod toties Christus occidatur, sed quod illud vnicuique sacrificium mysticis ritibus quotidie renouetur, quotidianaque recordatione mortis Domini (qua liberati sumus) in edendo & potando carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt, hoc ipsum repræsentetur, quod olim factum est, facitque oblatio ista sacramentalis moneri nos, tanquam videamus præsentem Dominum in cruce. Elicientes subinde nobis ex illo fonte inexhausto gratiam salutarem, immolamusque hostiam pro viuis & defunctis, dum pro illis patrem per filii mortem deprecamur.

*Exequias ac Missæ pro defunctis, quando & cum qua admonitione celebranda.* Cap. 28.

**E**xequias ac Missas quæ pro defunctis peculiariter dicuntur, malum in alium diem transferri, quam die dominico celebrari, nisi tamen plebs diei translatione grauaretur. In quibus etiam ad populum fiat admonitio, declaraturque quibus potissimum modis, Dei misericordia pro animabus ambienda sit: sic, ut interim admoneantur hi, qui sub nebris pompas ac Missas gloriæ tantum aucupandæ causa instituunt, perdere mercedem suam. Debet quoque plebs doceri, pium esse, quemadmodum ab Apostolorum temporibus, ecclesia (quæ columna & firmamentum veritatis est) & docuit & obseruauit, pro defunctis Dominum exorare, & elemosinas in sinus pauperum elargiri, atque hæc eis prodesse, qui in cõmunione ecclesiæ & signo pacis decesserunt, & qui cum viuerent, hæc sibi ut postea possent prodesse, cooperando meruerunt.

*Qui ad Exequias euocandi.*

*Capitulum 29.*

**A**d exequias, quæ extra ciuitatem nostram Coloniã celebrantur, non euocandi monachi, nec ista cohors leuium ac indignorum sacerdotum. Aut si euocentur, videndum ipsis ne lasciuia. Quamquam nobis magis probetur, ut qui uolet, pietate ductus, multiplicari pro defuncto preces, is monachos in

in suis monasteriis, ac clericos singulos in suis templis permanere sinat, ibidemque preces ac Missas peragere. Quoniam enim spectat cõsensus iste, interdum quam par est immodestior, quam ad captandam auram popularem? Cauenda verò summopere post exequias delicata conuiuia, crapula ac comestationes, ne Deus placandus, magis irriteretur.

*De penitentia partibus.* Cap. 30.

**I**n sacramento penitentia explicando ac rectè ministrando, maturitate multa ac diligetia opus est. Veteres orthodoxi penitentia partes tres nobis tradiderunt, contritionem, confessionem, ac satisfactionem, seu fructum penitentia dignum. Quamquam penitentia quatenus sacramentum dicitur, potissimum in absolutione presbyteri consistat, qua ille ex virtute verbi & clauium sibi à Christo traditarum, peccatorem penitentem, & in misericordia Dei sperantem, à peccatis suis absoluit, de quibus paulò latius in Enchiridio dicemus.

*Prima penitentia pars, contritio, in suggesto semper pertractanda.* Cap. 31.

**P**rima penitentia pars, quum omnis Euangelii prædicationis exordium sit, nunquam non est in suggesto pertractanda. Hac enim confugitur ab ira Dei ad misericordiam, hac conuertimur ab operibus mortuis ad Deum uiuentem, hac subducimur à peccati ac diaboli laqueis, ac cõcorporamur Christo. Vnde à penitentia præcursor Ioannes, deinde Christus ipse, ac princeps Apostolorum Petrus prædicationis Euangelicæ doctrinam sunt exorti. Penitentia autem tum rectè prædicatur, quum arguuntur scelera ac flagitia per verbum Dei, & incutitur populo timor iræ, indignationisque ac iusti iudicij dei, certo certius manentis eos, qui malè agunt, ac malè agendo perseuerant. Subinde verò vino oleum miscendum est, ut ex animo uerèque territis ac conuersis promittatur gratia ac misericordia. Ad eum modum Paulus ad Ephesios scribens: Hoc (inquit) scitote, quod omnis fornicator aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus uerbis: propter hæc enim uenit ira Dei in filiis dissidentia. Nolite ergo effici participes eorum. Et iterum ad Galatas: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, ire, dissentiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, comestationes, & his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

*Neminem non ad penitentiam inuitari.*

*Capitulum 32.*

**I**am, quanquam nemo conuertatur ad Dominum nisi tractus per patrem, attamen nemo hic excusationem prætexat, quod non trahatur: quod ille semper stet ante ostium pulsans, nimirum per internum & externum uerbum, cõmonens ut conuertatur à uia nostra pessima, & in clamans quoniam ira, indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum. Hic concussis conscientis commonstrandus est Samaritanus ille, qui infundit uinum & oleum, qui sanat omnes contritos, & alligat omnes contritiones eorum. Filioli mei (inquit diuinitus Ioannes) hæc scribo uobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus

apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed & pro totius mundi. Hæc est doctrina, quæ docet mori mundo, & uiuere Christo.

*Presbyter qui à confessionibus est, qualis esse debeat.*

*Cap. 33.*

**D**e cõfessione, & quotuplex sit alibi dicemus. Tantum quod ad eam quæ sacerdoti priuatim fit, attinet, pauca ad monebimus. Primò magnopere necessarium iudicamus, ut sacerdos, qui à confessionibus est, sit integer, eruditus, ac silentij tenax: alioqui si ad quæstum intèrus sit, si ad malum sollicitet, si curiosior explorator sit, si pertinacibus blandiatur, si intricatam conscientiam extricare nesciat, si denique vel ebriosus, vel iracundus, vel leuis, vel secreti minimè tenax, dissipatis magis quam pascendis ouibus videbitur idoneus.

*Quid confitentem docebit presbyter confessorius.*

*Cap. 34.*

**I**n primis autem qui huic muneri intentus est, docebit confitentem, ne ambiguis ac perplexis sermonibus te remoretur, & percontando cogatur velut expiscari crimina (quod sæpenumero periculosum est) sed simpliciter, tanquam coram Deo aperiat lethalia crimina, & quæ conscientiam onerant ac lædunt, quod ea quæ contra conscientiam aguntur, & discant ad gehennam, atque ibi maximè opus est sacerdote iudice, discernente inter lepram & non lepram.

*Remedium pro ratione morbi adhibendum.*

*Cap. 35.*

**Q**uod omnibus Christianis præcepit Paulus, dicens: Rogamus autem uos fratres, corripite inquietos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Hoc eum qui à confessionibus est, maxime conuenit obseruare, nimirum ut consolando erigat pusillanimes per immensam Dei misericordiam: præfractos autem obiurger, tremendumque Dei iudicium ante oculos ponat. Denique uti prudentissimus medicus, pro morbi qualitate temperabit medicinam, obfuturus magis quam profuturus, si putauerit vno collyrio omnium mederi morbis. Monendi ergo qui confitentur, singuli secundum ordinem, statum, ac ætatem, atque id per locos quosdam cõmunes ex scriptura de promptos, quos in numero habere debet parochus.

*Nimis anxij, quomodo tranquillandi.* Cap. 36.

**Q**ui nimis anxij sunt in repetenda confessione vel iteranda apud alium sacerdotem, vel etiam in enumerandis circumstantiis, quales sunt quidam, qui quantumuis confitendo, conscientiam tamen vix tranquillare possunt, docendi erunt, Deum (cui omnia patent) sinceritatem tantum cordis à nobis requirere, nec tam seuerum esse exactorem, qui conscientiam ob vnâ vel ob aliam delicti circumstantiam, inter confitentem non dedita opera neglectam, perpetuò turbatam esse velit. Nam quis omnes erratus suos enumerauerit? quemadmodum Dauid ait: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine.

*Moderatio in casibus reseruat.*

*Capitulum 37.*

**I**n occultis delictis ex reseruatione casuum cõpertum habemus, non nihil mali interdum accidere: vel quod peccator non habens in promptu sacerdotem qui illud absoluat, cõfiteri vel differt vel cõ-

Ddd tem-



temnit, vel quod qui minores ætate sunt vel mulieres, difficile adducantur, vt ex suis parochis nõ sine leui suspitione ad nos seu cõmissarios nostros proficiscantur. Quare vt consulamus & verecundæ & famę, visum nobis est, hanc potestatem nostram absoluedi à peccatis, & casibus nostræ absolutioni re seruatis (occultis tamē) omnibus parochis per diocesim nostram constitutis, ritè vocatis, delegare, modo tamen Vicariorum nostrorum in pontificalibus consilium requirant ac adhibeant, nostris tamen suffraganeis potestatem facientes, aliter in diocesis suis, vt consultius videbitur, super hac re ordinadi.

*Publica pœnitentia vsus in ecclesiam reuocandus.*

*Caput 38.*

In publicis verò criminibus, quemadmodum necesse est, ita vt iubemus ad canones antiquos publice pœnitentię regredi, atque ad eò ad Christi & sui discipuli Pauli institutum reuerti, qui ad Corinthios exemplo ostendit, quomodo oporteat ecclesiam, in publicè peccatè animaduertente, donec ipsi publicè peccatè pœnitentia satisfecerit, de quo fusius dicemus sub titulo, de iurisdictione ecclesiastica contentiosa.

*Recitata confessione, quid agendum per parochum.*

*Cap. 39.*

Peracta confessione, sub absolutione sacerdos monebit confitentem, vt quod admissum est, detestetur, vt sic deinceps vitam instituat, ne in vllum lethale crimen posthac incidat, quemadmodum Christus ad mulierem dixit: Vade, & noli amplius peccare. Vtque eum affectum habens, credat per dei misericordiam virtute sanguinis Christi per absolutionem impartendum in verbo eius sibi remissum iri peccata. Iniungat etiam illi fructum dignum pœnitentię facere, ac tum denique imponat manum, ac absoluat confitentem.

*In matrimonij sacramentis quid agatur.*

*Cap. 40.*

Vm matrimonio iungunt parochi virum ac mulierem, docebunt matrimonium institutum esse à Deo, confirmatum per Christum, vt Geneleos secundo, & Matth. 19. legimus. Quod sacramentum si quis, sicut decet, acceperit, accedente sacerdotali prece, confert donum Spiritus, quo vir diligat uxorem amore casto, sicut Christus dilexit ecclesiam. Mulier vicissim propter Christum amet, reueatque virum suum vt Dominum. Vtque liberos (si dentur) summa cura instituant ad Christianam pietatem. Copiosam monendi materiam Paulus ad Ephes. 5. ministrat.

*Quemadmodum monendi sunt, qui matrimonium contrahere affectant.*

*Cap. 41.*

Quum matrimonium ante lapsum Adæ propter procreandos liberos institutum, ac benedictione Dei firmatum sit, qua dixit ille: Crescite & multiplicamini & replete terram. Peculiariter autem homini, Erunt duo in carne vna. Propterea relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit uxori suæ. Nec ratio coniunctionis, seu benedictio post lapsum defecit, sed tantum quod fanis potuit esse officium, id ægrotis factum etiam sit remedium, dum vtriusque sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis, rectè excipitur honestate nuptiarum, quemadmodum diuus Paulus ait: Vnusquisque uxorem suam habeat propter fornicationem, nimirum vitandam. Monendi sunt qui matrimonium

contrahere affectant, ne alius affectus ipsos huc rapiat, vt sit honorabile coniugium ac cubile impollutum. Nam si neque ob prolem suscitandam, neque ob fornicationem vitandam, sed potius diuitiarum aut opum nanciscendarum, aut alterius rei gratia matrimonium cõtrahatur, perperam agitur, ac grauer in sacramentum peccatur. Hic, quæ Tobia 6. 7. & 8. scribuntur, enarrari, proponi, ac doceri conueniet. Vbi locus pulcherrimus est, exemplo cõmonstrans, quæ admodum bona vxor donum Dei sit, debitum timeti Dominum, quomodo in timore Dei apparentibus, non luxurię causa, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen Dei in secula petenda. Quo pacto coniugij conscriptione facta tradenda, quem admodum etiam conuiuium nuptiale cum laude & benedictione Dei agendum. Denique quomodo precandus sit Deus per coniuges, vt benedictionem suam in ipsos, quos coniunxit, impleat. Hæc enim decet sanctorum filios, qui non debent ita coniungi sicut gentes quæ ignorant Deum. Eritque horrendum illud exemplum de septem Sarræ viris à dæmonio occisis replicandum. His nanque (vt Raphael Angelus apud Tobiam ait) qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se & sua mente excludat, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, dæmonium malum dominatur. Quamobrem vehementer comprobamus illum morem, quo matrimonio iungendi, ante ecclesiasticam coniunctionem, ieiunio se præparant, & sacram Eucharistiæ sumant.

*Matrimonium tria complecti.*

*Cap. 42.*

Ocèdi itaque breuiter matrimonium tria complecti, fidem, prolem, & sacramentum. In fide attenditur, ne præter vinculum coniugale, cum altera vel altero concubatur. In prole, vt amanter suscipiatur, benignè nutriatur, religiosè educetur. In sacramentum autem, ne coniugium separetur, neve dimissus aut dimissa etiam prolis causa alteri cõiungatur.

*Pium votum & in clandestinè contrahentes censura.*

*Cap. 43.*

Oportandum, vt Canon Euaristi pontificis concilio generali renouetur, tollanturque illa claudesina matrimonia, quæ inuitis parentibus ac propinquis, Veneris potius quam Dei causa contrahuntur. Nam quanta ex his clandestinis matrimoniis mala suboriantur, in aperto est. Intereaverò donec ecclesia de hoc prospiciat, si nõ irrita, prohibita saltem sint, & pœnæ canonicæ, hoc est, excommunicationi, cõtrahentes & qui his ope aut cõsilio adfuerint, subiaceant, quæ nec tam facilè, nisi ecclesiæ satisfiat, tolli admodum expedire nobis videtur. Quantum fieri potest, cauebit parochus, ne liberos citra parentum auctoritatem coniungat. Quod si parentes negligentes fuerint, aut in admittendo matrimonio iam contracto, rigidiores negatores, admonebit eos, vt liberos maturæ ætatis eloquent, neve vinculo iam per ecclesiam indissolubili pertinacius oblectentur.

*Coniunctio coniugum in facie ecclesiæ peragenda.*

*Cap. 44.*

Coniunctionem per sacerdotem cum benedictione sacerdotali ac precibus, inter missarum solennia in templo secundum antiquos canones & ecclesiasticum ritum fieri decernimus. Superbia ac fastu tumidis (qui in priuatis domiciliis malunt quam in templo, vbi ecclesia conuenit, ac coniungendis bene precatur) copulari, quis non ineptè opposuerit illud Paulinum: Num ecclesiam Dei cõtemnitistis? Nec sacerdos antè quoslibet coniugio iungat, nisi

*1. Cor. 11.*

ediatis, aut proclamationibus tribus publicè è suggesto ad populum factis præcedentibus, ob multas ac varias fraudes evitandas. Contra hæc haud facilè, sed tantum vbi ratio admodum necessaria, hoc ipsum fieri postulauerit, idque nõ nisi causa cognita, dispensabitur.

*Peregrinos & ignotos sine legitimo testimonio non coniungendos.*

*Cap. 45.*

Peregrini & ignoti non coniungantur, nisi legitimis testimoniis doceant, se vbi antè versati fuerint, nullis matrimonij vinculis astringi, ipsisque per suum parochum licere per alium parochum copulari.

*In gradibus consanguinitatis ac affinitatis, Concilium generale obseruandum.*

*Cap. 46.*

Quod ad gradus consanguinitatis ac affinitatis attinet, qui matrimonium contrahendum, ac contractum dirimunt, decretum Concilij generalis obseruabitur. Hic si parochi in dinumeratione graduum addubitauerint, peritiores consulent. Vbi Romanus pontifex dispensatorio diplomate matrimonium secus contractum, approbandum iusserit, examinentur causæ diligentius, quæ dispensationem extorserunt. Quæ si comperiantur aliter, quam narratum est, se habere, non dubium est dispensationem nullius roboris esse.

*Ludicra tollenda.*

*Cap. 47.*

Ludicra illa, quæ in templis post coniunctionem sacerdotalem fieri cõsueverunt, veluti in pulchando sponso, atque alia eiusdem generis, penitus tollantur. Nam res feria, quæ Deus ipse instituit, benedixit, inuolabilèque decreuit, agitur.

*De sacro ordine dictum esse prius.*

*Cap. 48.*

De sacro ordine, & quæ salutaris gratia hoc sacramentum conferatur: quæ denique in eodè sacramento conferendo obseruari oporteat, titulo primo, qui de munere episcopali est, abundè diximus.

*Cur adhibeatur extrema vnctio.*

*Cap. 49.*

Est extrema vnctio, quæ (quoniam in morte extrema lucta est) adhibetur, vt vel conualescat, ægrotus si Deo ita visum, vel fide bonaque spe obdormiat in Domino.

*Quomodo impendenda vnctio extrema.*

*Caput 50.*

Est autem vnctio impendenda cum expositione vnctionis & mandati Apostolici, quod sic habet. Infirmatur aliquis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, vt orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittetur ei. Postremo loco adhibebit parochus admonitionem præparationis ad mortem, quemadmodum Enchiridion docebit.

*A sepultura nemo in communione discedens, repellendus.*

*Cap. 51.*

Quod ad sepulturam attinet, quis poterit negare rem longè piissimam esse, & in veteri, & in noua lege accuratè obseruatam, vt Christianorum (qui spem resurrectionis habent) corpora, non pedum more disiciantur, sed in cœmeterij sinu recondantur, quod etiam alto mysterio non caret. Ab hac ergo sepultura, nemo Christianus, qui in communione decessit ecclesiæ, arceatur, etsi, casu mortuus fuerit. Quum enim communicatur viuenti, & mortuo communicandum est. Soli verò hæretici, excommunicati, publici latrones, & hi, qui sibi mortem criminis conscientia adacti, conscuerunt, &

quos in peccato lethali, nullis pœnitentię signis præcedentibus, decessisse constiterit, prohibeantur.

*Quam admonitionem in sepulturis & exequiis fieri oporteat.*

*Cap. 52.*

In sepulturis autem & exequiis mortalitatis atque huius calamitosæ vitæ admonitio diligens fiat, atque excitandi inter alia præsentibus, vt recogitent sibi eodem modo hinc excedendum esse, sese in hac terra peregrinos agere, aliam autè inquirere, ad quam semper oporteat suspirare. Nã quo pacto ad exorandam pro defunctis Dei misericordiam commouendi sint, supra diximus.

*Heb. 11.*

*SEDE VICTV PAROCHORVM*  
*Caput primum.*



Vere est vt devictu parochorum dispiciamus. Hic in primis, quod Christus docuit, & sacri canones maximo serio præceperunt, præmittendum duximus: nempe vt sacramenta ecclesiastica gratis ministrentur, dicere Domino: Gratis accepistis, gratis date. Quamobrem neque pro baptizandis, consignandisque fidelibus, neque pro collatione chrisimatis, vel promotionibus graduum, neque aliis sacramentis distribuendis pretia quælibet vel præmia, nisi quid voluntarie offeratur, recipienda sunt. Neminem quoque, ad quæstuosas exequias cogi, aut pro sepultura munus aut pretium exigi volumus, secundum canonicas sanctiones. Custodi interim ac vespilloni, de sua merce de nihil detrahentes.

*Ex concil. Tolet. 11. cap. 8.*

*Mat. 10. Ex concil. Triburien. ac. Varen. c. in ecclesiastico. c. precipiend. d. 13. q. 2.*

*Parochis victus necessarius suppeditandus.*

*Cap. 2.*

At quum lex diuina præcipiat, non alligandum os boui trituranti, quod utique non bouem causa, sed propter nos dictum, Christus in Evangelio explicat: Dignus (inquiens) est mercenarij mercede sua. Ac Paulus toto cap. 9. primæ ad Corinthios confirmat: Quis enim militat suis stipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non mäducat? Neque enim magnū est si qui spiritualia seminant, carnalia etiam metant: Quamobrem, dispiciendum est vt parochis Euangelij prædicatoribus, certa ac competens subministratio victus & vestitus fiat, idque ad eum modum, ne in administrandis sacramentis quippiam exigendo, oneri sint parochianis, aut cibum vicatim discurrendo emendicare cogantur, quo nihil turpius aut fordidius.

*Vicecuratos quos vocant, ex prouentibus ecclesiæ congruam sustentationem recepturos.*

*Cap. 3.*

In primis igitur, qui per vicarios seu Vicecuratos ecclesiæ parochiales regendi potestatem à nobis acceperunt, iisdem vicariis tantam ex prouentibus ecclesiæ partem assignabunt, qua vitam congrue sustentare possint. Quod nos inter visitandum pro ratione locorum ac parochiarum vt fiat ordinabimus.

*Qui ecclesias unitas habent, Vicarij perpetuis portionem congruam, assignare oportere.*

*Cap. 4.*

Ecclesiæ cathedrales ac collegiatae, itidem monachi seu religiosi qui ecclesias parochiales aut eiusdem dignitatis ecclesiis vel monasteriis unitas habent, aut regendas aliis committunt, aut præsentando comiti procurant, ad eò interdum omnem prouentum emungunt, vt residui redditus, qui rectoribus ecclesiarum

*de preben. sa. lib. 6.*

permittuntur, nimis tenues sint & exiles. Quamobrem nostræ curæ erit, vt tanta portio rectoribus istis assignetur, vnde iura episcopalia soluere, & congruâ sustentationem habere possint.

*Vbi reditus non suffecerint, quid agendum. Cap. 5.*

Ex vien-  
ne soci. cle  
m. si vna

**V**ris consilium sequendum putamus: nempe vt duæ vniantur: aut si id graue videbitur, saltem vna, aut plures etiâ vicariæ, quæ ad altaria in eiusmodi ecclesiis fundatæ sunt, ipsi ecclesiæ parochiali (vt vocant) incorporentur: sic tamen, vt quoad fieri potest, per parochum officium, ob quod vicariæ illæ fundatæ sunt, minimè negligatur. Porro decimas potissimum parochis ac ecclesiæ ministris deberi non dubium est. Nunc quum illæ passim à laicis magna ex parte vsurpentur, neque facillè ex eorum manibus diuelli possint, videndū num diligenti cohortatione, aut alia via iuri consentanea, parochis, cui ecclesiæ reditus ad victum non sufficiunt, hinc aliquid emendicari possit.

*Denarius consuetus, sed duplicatus, pendendus. Cap. 6.*

**P**ostremo loco iustum ac decens putamus, vt singuli parochiani denarium illum consuetum, sed duplicatum, saltem in anno quater, videlicet in festis illis maioribus, veluti in Natali Dominico, Paschate, Pêrecoste, Assumptione, & virginis gloriosæ: id est, singulis festis duos denarios parochis pendat. Neque enim tantillum offerre vlli onerosum esse aut videri potest. Quis enim tam sordidus est, qui non æquum putet, modicum qui caduci ac tēporalis subministrare illi, à quo spiritualia ac æterna vicissim re petit? Certè omnes scire debent, eos qui in sacratio operantur, quæ de sacratio sunt, edere: & qui altario deseruiunt, cum altario participare. Nam & Dominus ordinauit, his qui Euangeliū annuntiant, de Euāgelio viuere. Qui se vnica solutione (quæ vno albo rotato fiet) liberare volet, id ipsi liberum esto. Ne verò parochus in contentione aut suspitione trahatur, potius hæc pecunia per ecclesiæ economos, aut alios probatæ fidei viros colligetur, ac ipsi parochi numerabitur.

*Laudabilem consuetudinem Agrippinæ Coloniae per hac non abrogari. Cap. 7.*

**L**audabilem tamen consuetudinē in ciuitate nostra Coloniae, erga sanctam ecclesiam, pia deuotione fidelium introductam, per has nostras synodales constitutiones nolumus immutare, donec ipsis parochis intra eandem ciuitatem de sufficienti tiori victu fuerit prouisum.

**DE CONSTITUTIONIBVS AC**  
*consuetudinibus ecclesiasticis. Cap. 1.*



**D**e constitutionibus humanis, ac ecclesiasticis consuetudinibus, magna in præsentiarum in ecclesia Dei cōcertatio est, quam ecclesiæ turbatores, vt ecclesiæ autoritatem euertent, ad nihilūque redigerent, inuenerunt. At populus hic docendus est, sanctorū patrum regulam sequi, qui diligenter admonent traditiones ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiant, ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt. Sunt autem illa quæ non scripta, sed tradita custodimus, non vnus generis quemadmodum diuus Augustinus tradit. Alia enim toto terrarum orbe obser-

uētur à patribus, nobis quasi per manus tradita. Quæ quidē putanda sunt vel ab ipsis Apostolis, vel ex ple-  
nariis conciliis (quorū est in ecclesia saluberrima au-  
thoritas) commendata, atque statuta retineri, veluti ex illa au-  
thoritate, & resurrectio, & ascensio in cælum, aduentus  
Spiritus sancti, & quadragesima annua solennitate  
celebrantur, & die Veneris à carnibus abstinetur.  
Atque alia multa, quæ ab vniuersis merito obseruan-  
tur. Alia verò quæ per loca terrarum, regionēsq; va-  
riantur, sicut est, quod alij ieiunant diem mercurij, alij  
non, alij quotidie communicant corpori & sanguini  
Domini, alij certis diebus accipiunt. Et si quid aliud  
huiusmodi animaduerti potest, totum hoc genus re-  
rum liberas habet obseruationes. Quod enim neque  
contra fidem catholicam, neque contra bonos mores  
esse conuincitur, indifferenter est habendum, & pro  
eorum inter quos viuunt, societate seruandum. Sic  
diuus Ambrosius Augustinum docuit de hoc altero  
genere interrogantem: Tu (inquit) ad quancunque  
fortè ecclesiam (nimirum in vnitatem catholicam eccle-  
siæ permanentem) veneris, eius morem serua, si cui-  
quam non vis esse scandalum, nec quenquā tibi. Sed  
de his, ac quatenus ecclesiasticæ istæ constitutiones  
obligent, alibi latius dicemus.

*Ieiunia ab ecclesia indicta, reuerenter obseruanda.*

*Caput 2.*

**I**eiunia ergo ab ecclesia indicta reuerenter obseruari volumus, admonendūque populus cur sint instituta, nempe vt corpus per intemperantiam cibi ac potus luxurians, castigetur, in seruitutēque redigatur, quo animus vegetior ac liberior laudibus diuinis insistat, diuinæque voluntati sese attemperet. Magnum certe & generale ieiunium est, abstinere ab omnibus iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus seculi. Ad hoc perfectionis, qui nondum peruenit, is ecclesiæ indictum huc vocans, haud contemnat.

*Irrisores ecclesiasticorum ieiuniorum reselluntur.*

*Cap. 3.*

**Q**ui ecclesiæ ordinationem irrident, illique diuū Paulum opponunt, quasi is ieiuniis ecclesiasticis contradicat, grauissimam vtrique contumeliam (Apostoli doctrinam dedita opera adulterantes) inferunt. Non enim ecclesia aliquod cibi genus perpetuò interdixit, aut Iudaicum ciborum delectū contra Apostolicam doctrinā inuexit: quinimo cum Paulo semper docuit, doctrinam esse dæmoniorū, cibū aliquem immundum iudicare, & prohibere: quem Deus creauit ad percipiendum cum gratiarū actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem, quod scilicet omnis creatura Dei bona sit, & nihil reiciendum quod cum gratiarū actione percipitur. Sed potius ecclesia veteris legis ac Apostolicorum virorū exempla sequuta, ieiunia quædam publica certis diebus indixit, iubēs tum à carnibus abstinere, & cibis aridioribus vti, non quod carnes immundæ sint, sed vt luxui temperetur. Qua de re in Gangrensi Concilio (quod non multo post Apostolorum tempora obseruatum est) pari censura damnati sunt, tum hi qui nonnullos cibos carniū illicitos reputarunt, tum illi qui præter necessitatem corporalem superbientes, ieiunia cōmunia totius ecclesiæ putauerunt contemnenda, perfectam in sua scientia rationem vindicantes, quos anathema esse Concilium illud decreuit. Atque alia multa (quæ nunc in contentione rursus vocantur) vt succinctè admodum, ita Christianissimè Apostolico spiritu diffiniuit.

*Ecclesia*

*Ecclesiæ constitutionem charitati cedere.*

*Cap. 4.*

**C**ur verò crimentur hostes ecclesiæ eius institutum, non videmus, quum ipsa nulli in iicitate laqueum, quod hanc constitutionē ad eō ligare non velit, vt vel charitati vel necessitati minime cedere debeat. Quinimò liberum facit, quolibet tempore quibuscumque velci, modò id vel charitas vel necessitas suadeat, adhibito tamen vtriusque medici (si præsto sint) aut saltem alterius, nimirū animæ, consilio.

*Quid in ieiunio potissimum spectandum.*

*Caput 5.*

**I**am quum in ieiuniis ratio potius indictionis quàm abstinentia ista à carnibus spectetur, admonendus est populus quum ieiunandū erit, nō minus sumptuosa & proluxa illa piscium fercula quàm carniū vitanda: bellaria item illa, magis quàm carnes inflāmantia.

*Redarguuntur qui Quadragesimæ obseruationem contemunt. Cap. 6.*

**Q**uadragesimæ institutio antiquissima est, à temporibus Apostolorum ad nos usque deducta, cuius violatores plerisque generalibus Conciliis, præsertim Toletano octauo, acerrimè redarguuntur, religionique contraire monstrantur. Atque ad eō omnes quotquot sine inuitabili necessitate seu fragilitate, euidētiq; languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus Quadragesimæ scum carniū attentare præsumpserint, alienos à sancta communione decernit, quod sacris diebus abstinentiæ oblitū sint, disciplinam ac Quadragesimæ dies (quæ anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione ieiunij Domino cōsecrantur) temerariè prophanauerint. Quos verò aut atas incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non antè prohibita violare præsumat, quàm à sacerdote permissum est, percipiant.

*Letania & Rogationes cur instituta, & quomodo populus admonendus sit. Cap. 7.*

**L**etantia, id est, supplicationes, seu rogationes, in dicto triduo ieiunio ante Domini ascensionem, patribus placuit celebrari: quibus omnes interesse iubentur, vt quemadmodū omnes peccauerunt, sic & omnes pro venia supplicent, omnēque ad Deum corda cum manibus eleuent. Quamquam potissimum Letantiæ istæ principio institutæ sunt, vt tum populus diuina institutione admonitus, clementiam Dei exoret, quod pestes, clades, calamitates, fames, bella, & id generis aduersa, quæ nobis iustissimo Dei iudicio ob peccata nostra infliguntur, ac sub id anni tempus, nempe Veris (quum bella emergere atque terræ fructus, qui tum in flore, atque teneri adhuc sunt, facillè corrumpi solent) potissimū imminet, auertat & tollat. Vt autem ecclesia fiduciam erga Deum (quam orantes ac petentes habere necesse est) tum nobis adaugeat, Heliā proponit hominem nobis similem & passibilem, qui oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursus orauit, & cælū dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Quod si solus Heliā petens exauditus est, num Christus ecclesiæ suæ preces auerfabitur? Hic interim populus docendus est, quod non solū quæ animi, sed & quæ corporis & externa bona sunt, à Deo omnium auctoritate postulare oporteat. Et redarguendi illi (haud ita

multò quàm gentes, meliores) qui vel fortunæ, vel suæ indultriæ, bona temporaria accepta ferunt.

*Processiones intra septa ecclesiarum peragenda.*

*Cap. 8.*

**Q**uod processiones per agros & campos peraguntur, rationem quidem habet, nempe quod populus oret, vt segetes ac fruges terræ à Domino cōseruentur. Verum vt alia plurima, ita & hic mos hominum malitia deprauatus est, quod per occasionem talis deambulationis (quæ Deo placando erat instituta) pleraque scelera committantur. Quāobrem nobis latius videtur, vt hæc, aliaque supplicationes ac processiones de cætero intra septa ecclesiarum religiosè fiant, ac vt in templo, loco precationibus peculiariter dedicato, oretur Deus, habeaturque tum pius rei ac temporis conueniens ad populū commonitorius sermo. Nostris tamen suffraganeis liberū relinquimus, vt ipsi in suis diocesibus de hac re, vt mores regionis patientur, dispiciant.

*Admonendus populus, cur feria instituta. Cap. 9.*

**D**iligenter quoque populus admonendus est, cur feria, & potissimum dies dominicus (qui à temporibus Apostolorum in ecclesia Dei semper celebris fuit) institutæ sint. Nempe, vt tum in vnum omnes pariter conuenirent, ad audiendum verbum Domini, ad audiendum quoque sacrum, & cōmunicandum. Breuiter, ad vacandum Deo soli, vt dies illa tantū orationibus, hymnis, psalmis, & canticis spiritualibus triāgatur. Hoc enim est sanctificare sabbatū.

*In feriis soli Deo vacandum. Cap. 10.*

**Q**uamobrem cupimus, hæc diebus prohiberi nūdinas, claudi cauponas, vitari comestationes, ebrietates, sumptus, lites, lusus improbos, choreas plenas infantis, colloquia praua, cantilenas turpes. Breuiter, omnem luxum. Nam hæc (& quæ hæc ferè semper consequuntur) blasphemias ac periuriis nomen Domini prophanatur, ac sabbatū (quod nos admonet, vt quietamur peruersè agere, & benefacere dilectamus) contaminatur.

*Dies dedicationis templi extra Coloniam, vno die*

*ubique celebrandus, & quomodo sit admonendus populus. Cap. 11.*

**E**t quum in diebus festis (qui dedicationi ecclesiarum peculiariter dicati sunt) plerunque indigna cōmittantur, ad eō vt videatur populus tum potissimum comestationis causa conuenire: visum nobis est, vt per dioceses nostras, vno certo die anni quo eiusmodi festū dedicationis in metropolitana nostra colitur, in reliquis quoque ecclesiis omnibus extra ciuitatem nostram Coloniae Agrippinæ cōstitutis obseruetur. Nam intra Coloniae summo nostro templo suus honor constare debet, quod & in aliis oppidis insignioribus, vbi vna cæteris ecclesiis præeminet, obtinere placuerit: videlicet vt ibi minores ecclesiæ pridie eius diei, qui dedicationi ecclesiæ summæ eius loci consecratus est, aut die dominico proximo præcedente suas singulæ dedicationes celebrent, obseruetur. Decendus autem est populus, dedicatione templi, significari dedicationē Ecclesiæ catholicæ ac cuiuscumque hominis Christiani, qua copulatur Deo. Nā vt diuus Augustinus ait: Quotiescunque templi festiuitatem colimus, si fideliter ac diligenter attendimus, & sanctè & iustè viuimus, quicquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spirituali ædificatione completur. Nō enim est mentuus ille, qui dixit: Templū enim Dei

Ddd 3 san.

sanctum est, quod estis vos. Et iterum: Nescitis quia corpora vestra templum est Spiritus sancti?

*Cur templa & altaria consecrentur. Cap. 12.*

cap. sicut non alij c. missarum solennia c. ecclesiarum de cose. dist. 1.

Exod. 31. 2. Par. 22.

**E**X vetustissima institutione & more receptum est, templa & altaria, & pleraque alia, quibus in templis ad excitandum fidelium animos, & diuinum cultum explendum vtitur, consecrari, solennibusque precibus, ac benedictionibus dedicari Deo, quod in veteri quidem testamento præceptum etiam diuinum habuit. Quemadmodum legimus. Vngitur præterea secundum ecclesiasticam consuetudinem, quum consecratur altare, quum dedicatur templum, quum benedicatur calix, idque non solum ex mandato veteris legis, verum etiam exemplo beati Syluestri, qui quum consecrabat altare, illud christmate perungebat. Verum vñtionis sacramentum, aliud quidem efficit & figurat, tam in nouo quam in veteri testamento. Vnde nõ iudicat Ecclesia, quum vñtionis celebrat sacramentum, sicut aliqui mentuntur, qui neque scripturas, neque Dei nouere virtutem.

*Populus docendus, quid agatur & significetur in consecratione templorum & altarium.*

*Capit. 13.*

**Q**uamobrem populus docendus est, hic aliud agi atque aliud significari, quum consecratur templum. Funduntur preces Domino, vt huc locum sibi peculiariter dedicatum esse velit, vt diabolus & eius potestatem inde penitus expellat, vt omnes qui huc deprecaturum conueniunt, ex quacunque tribulatione consolationis diuinæ beneficia consequantur, vt ab omnibus pariter conuenientibus, Deo laudes soluantur, diuinum verbum audiatur, ac ecclesiastica sacramenta ministrantur. Peculiariter altare consecratur, vt illic oblatio munda Deo offeratur, hoc est, sacramentum corporis & sanguinis Christi, quod in memoriam passionis Dominicæ immolamus. Quod verò præter preces, asperisionis etiam atque vñtionis aliarumque rerum solennia adhibentur, mysterij secretioris plenum est: non quod inanimata ista gratiæ diuinæ susceptiua sint, sed quum hæc vi sibiliter fiunt, admonetur Christianus, Deum omnia hæc per inuisibilem virtutem in anima operari, quæ est domus Deo dedicanda, vbi fides fundamentum facit, spes erigit, & charitas consummat, Signat ergo templi dedicatio tam fidelis animæ, quam ecclesiæ cum Christo desponsationem. Ipsa enim ecclesia catholica ex multis viuis lapidibus adunata, verum Dei templum est. Quod si Dei templum sumus, altare intus habemus. Altare quidem nostrum, cor nostrum est. In hoc altari fit sacrificium laudis. Sacrificium enim Deo, spiritus contribulationis, & cor contritum. In hoc altari fit commemoratio corporis & sanguinis Christi. Hinc preces ad cælum ascendunt: ad cor enim respicit Deus. Quamobrem nisi omnia quæ in huiusmodi consecratione exterius aguntur, in nobis spiritaliter impleantur, parum hinc fructus nobis accerserit. Quid enim exterior ablutio vel iniunctio sine interiori prodest?

*Cur benedicantur campanæ.*

*Capit. 14.*

**B**enedicuntur quoque campanæ, vt sint tubæ ecclesiæ militantis, quibus vocetur populus ad conueniendum in templum, & audiendum verbum Dei: clerus verò ad annunciandum manem misericordiam Dei & veritatem eius per noctem, vt per illarum sonitum fideles inuidentur ad preces, & vt

creseat in his deuotio fidei: quamuis etiã patres alio respexerint, videlicet vt dæmones rinnitu campanarum Christianos ad preces concitantium, terreatur, quin potius precibus ipsis territi, abcedant, illisque submotis, fruges mentes, & corpora credentium feruentur, vt proculpellantur hostiles exercitus & omnes insidiarum inimici, fragor grandinum, procelle turbinum, impetus tempestatum & fulgurum temperetur, infesta tonitrua & ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum & aeræ potestates prosterantur. Breuiter, vt audientes confugiant ad sanctæ matris ecclesiæ gremium, ac ante sanctæ crucis vexillum, cui flectitur omne genu, quemadmodum hæc in solenni benedictione campanæ reperies.

*Docendus populus, vt signatis potius quam signis inhaereat. Cap. 15.*

**D**ocendus est ergo populus ab exterioribus istis, vt signatis potius quam signis inhaereat ac intendat. Quod & in omnibus aliis obtinet ceremoniis, alioqui parum ad pietatem profuturis. Nam qui in exterioribus istis consistit ac non potius illis admonetur, vt ad Deum respiciat, confugiat, ac totam suam fiduciam in illum collocet, huic citius externa ista in subuersionem, quam ædificationem erit.

*Quicquid in ceremoniis ad abusum spectat, cautè ac diligenter cauendum.*

*Cap. 16.*

**Q**uamobrem quicquid in eiusmodi rebus ad abusum & superstitionem spectat, & quo populus à Deo ad collocandum in externis istis aliquam fiduciam abduci possit, prohibemus. Quale inter alia est, quod sanctorum imagines cum indulgentiis & impositione incertarum reliquiarum dedicantur: quod quidam aqua, sale, cereis, ac herbis benedictis, in medicandis pecoribus superstitionis abutuntur. Omnis quidem creatura per verbum Dei, & orationem sanctificatur, quemadmodum diuus Paulus testatur. Ergo quanto res sacratio, tanto abusus eius damnabilior.

*Cur reconcilietur templum aut cæmeterium.*

*Cap. 17.*

**R**econciliatur ecclesia aut cæmeterium ob seminis emissionem peccandi libidine factam. Itidem ob enormem sanguinis effusionem, dedita opera violenter & iniuriose commissam, ac aliis quibusdã de causis, qui mos ex *Leuit. 14 et 15.* sua origi-  
ne trahit. Fit autem hæc reconciliatio, non quum templum reuera polluitur. Ecclesia enim quum sancta sit, coinquinari non potest, imò ipsius loci sanctitas infamiam loci abolet. Sed quum templum locus sit, vbi delictorum venia postulat, vbi salutaris hostia pro peccatis immolatur, vbi Deo laudes exoluantur, vbi tutela refugij esse debet, fit, vt scandalum, horror atque abominatio turpitudinis & peccati ibi commissi, propositum quoque & voluntas lethaliter delinquentis in causa sint, vt sacer locus reconcilietur, idque ad exemplum & terrorem, vt videntes locum sacrum, seu inanimatum templum, nullo peccato obnoxium lauari & purificari delicti horrore, concutiantur & recogitent quantum pro expiatione delictorum viuo Dei templo sit elaborandum. Sic Christus ementes & vendentes è templo eiecit, flagello facto de funiculis, ipsos acerrime corripens, ac dicens: *Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Aliud quidem agens, aliud verò innuens.

*Quæ*

*Quæ pollutio reconciliationem requirat. Cap. 18.*

**N**on tamen omnis pollutio hanc reconciliationem requirit, sed tantum publicæ vel rei euidentiæ, vel saltem per famam. Quod si occulta sit contaminatio, quæ etiam baptismi ac penitentiarum sacramenta non remouetur, solennitas non exigitur, quod ratio reconciliationis in occultis non habeat locum.

*Quorum sumptus & expensis reconciliatio facienda. Cap. 19.*

**R**econciliationem autem eiusmodi gratis fieri, ac tantum itineris sumptus, Vicarius nostris in pontificalibus suppeditari volumus. Qui quidem sumptus ex bonis delinquentis desumentur, modo tamè tantæ illius facultates sint: sin secus, parochiani non grauabuntur, vel tantillos sumptus itineris suppeditare, ne populus præter culpam suam grauetur. Ne verò diuini ob talem pollutionem diuinum suspendatur officium, aut ecclesiastica intermittatur sepultura, Vicarius noster in pontificalibus statim vt vocatus fuerit à populo (modò grauioribus rebus id temporis non fuerit implicitus) vltro ibit, officium suum expleturus.

*Immunitatem ecclesiasticam in duobus potissimum sitam esse. Cap. 20.*

**I**mmunitas ecclesiastica vetustissima res est, iure pariter diuino ac humano introducta, quæ in duobus potissimum sita est. Primum, vt clerici, illorumque possessiones & bona à vectigalibus & tributis, aliiisque muneribus laicis libera sint. Nam (vt de libertate Leuitarum sileamus) non temerè refert scriptura, Pharaonem totam terram Egypti sibi tributariam fecisse, præter terram sacerdotum, & possessiones quæ à rege traditæ fuerant eis, quas vendere non sunt compulsi, quin potius ipsis etiam statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, vt legimus *Gene. 47.* Deinde, ne rei criminis ad ecclesias confugientes, inde violenter extrahantur, exceptis publicis latronibus, qui per industriam proximum occiderint, ac nocturnis depopulatoribus agrorum, qui itinera obsident aggressionum insidiis. Denique his qui sub immunitatis spe in ecclesiis ac cæmeteriis delinquent. Quod si à confugientibus ad ecclesias paria his commissa sint crimina, quæ reipublice referat puniri, tantisper saltem debet secularis potestas à manuum iniectione abstinere, donec nostros consular Officiales, ne deuenire necesse sit ad cessiones à diuinis, & interdicta, quæ visum est antecessoribus nostris, ob violationem eiusmodi immunitatis editis constitutionibus promulgare.

*Quemadmodum fraternitates reformandæ sint.*

*Cap. 21.*

**F**raternitates (quæ vocantur) & in honore aliquorum sanctorum in ecclesiis fiunt, speciem quidem pietatis habent: sed quales hac tempestate seruantur, nempe in quibus tam clerici quam laici potissimum comessationibus & ebrietatibus vacant, interdum etiam variis conspirationibus aduersus potestates intenti sunt, si non omnino sublatas, saltè correctas ac reformatas volumus, omnino sublatas malimus, ac reductas seu censuras aerudem, vel in vltis pauperum, vel parochi expediti nobis magis placuerit. At cum hæc localitates forsitan præter publicum officium ac pauperum (qui ab eis elemosynas ex constitutione accipiunt) præiudicium commode tolli non possint, videbimus inter visitandum, vt

saltem tollantur abusus, vt prima seruetur institutio, & examinetur formulæ earum & statuta, vt ratio ac calculus singulis annis per prouisores (vt vocant) eandem fraternitatem coram parochis ecclesiarum reddatur, vt superextantes fructus ac reditus in pauperum seu ecclesiæ vsum ac vtilitatem conuertatur, aut etiam inde aliquid parochi ad victum decidatur.

*DE VITA AC CONVERSATIONE monastica. Caput 1.*



**I**ta monastica non multò post Apostolorum tempora cœpit, quanquam multis persuasum sit, aliã tum fuisset quã nunc est monachismi rationem. Nemo tamè negauerit, hoc vitæ genus ad perfectionem Evangelicam maximè accommodum, modò secundum sanctissimam institutionem purè immaculatèq; obseruetur. Quia verò res est quam maximè ardua in carne viuere, & carnis stimulis nullum locum dare, diaboliq; mille fraudibus (quibus præsertim solitarios aggreditur) feliciter semper resistere, idcirco in hoc vitæ genus nemo vel inuitus intrudendus, vel pelliciendus, vel temerè suscipiendus, sed summa cura adhibita, post diligentissimam demum examinationem monachi ac monachæ recipiantur. Quibus saepe inculandum est prius Christi verbum de Eunuchis, qui se castrarunt propter regnum cælorum, (quum inquit) Qui potest capere, capiat. Proponenda Sapientis sententia, quæ habet in hæc verba: Altiora te ne quaesieris, & c. Rememorandum quoque diligentissimè, quod Deo stulta & infidelis promissio admodum displiceat. Breuiter, admonendus est omnis ad hanc vitam aspirans, vt primum se totum excutiat, ne prouinciã suscipiat, cui non suffecerit, alioqui parabola Euangelicæ dicterio norandus, quod cœperit ædificare & non potuerit consummare. Maxima autem cautio adhibenda est in puellis, propter sexus fragilitatem: ne vel ob aratè desit voluntas, vel metus adsit, aut alius affectus minimè Christianus.

*Neminem monachismi professione temerè alligandum. Caput 2.*

**C**erte sancti patres admodum fuerunt solliciti, vt non nisi voluntario ac spontaneo iudicio virginitatis propositum atque habitus susciperentur, quod coacta seruitia Domino ingrata esse dignoscantur: si quidem voluntariè Domino sacrificandum est, & voluntaria oris sui beneplacita fieri in conspectu Domini Psalmographus obsecrat. Quod enim quis non eligit, nec optat: quod non optat, nec diligit: quod non diligit, facile contemnit. Vnde cõsequitur, Nullum esse bonum, nisi voluntarium: adeo vt qui alio affectu quam bonæ voluntatis monachismo se alligant, magis peccent quam mereantur. Ambigi enim nõ potest crimè magnū admitti, vbi & propositum deseritur, & consecratio violatur. Nã si humana facta nõ possunt impune calcari, quis de eis manebit qui corruperint fœdera diuini sacramenti? De adolescentioribus viduis Paulus pronũtiauit, quum fuerint luxuriatæ, in Christo nubere volũt, habentes nationem, quia primam fidem itinerat fecerunt.

*Admonendi parentes ne liberos inuitos in monasterium detrudant. Cap. 3.*

**A**dmonendi quoque erunt parentes, ne liberos in monasterium inuitos detrudant, quos illos vix longe grauius maneat quã Pharisæos qui



circumbant mare & aridam, vt facerent vnum profelytum, & quum esset factus, fiebat filius gehennæ duplo magis quàm ipsi.

*Quo affectu monastica vita amplectenda. Cap. 4.*

August.

**Q**ui monasteriū ingreditur, alio affectu quàm simplici amore Dei ductus, veluti vel spem vel in promissionem Abbatiam consequendi habens, vel in otio viuere affectans, vel lucris temporalibus inhians, vel honores ab hominibus appetens: quisquis talis est, non Dei filius aut monachus, sed planè mercenarius est, quemadmodū superius nos de clericis etiam dixisse meminimus: cui verendum est, vt quum volet ingredi nuptias Euangelicas, obiciatur illud: Amicè, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Quòdque ipso obmutescere: rex sit præceptorum ministris, vt ligatis manibus & pedibus, ipsum in tenebras exteriores mittat, vbi erit fletus & stridor dentium.

Matt. 22.

*In monasteriis habendus, qui doceat legem Domini. Cap. 5.*

**H**abendus est in virorum monasteriis vir pius ac doctus, qui doceat monachos, ab adolescentia meditari in lege Domini die ac nocte, ad quod munus in monasteriis monialium, sanctimonialis ceteris vita & doctrina præstantior deligatur. Debet autem qui monasterio præest, summa discretionem uti, maximè erga eos, quos comperit diuinis literis intentos aut contemplationi deditos, vt scilicet tales à sordidioribus officiis sinat esse immunes.

*Verbi predicatorem in monasteriis esse oportere.*

*Caput 6.*

**I**n monasteriis quoque verbi prædicator erit pius quidem ac eruditus: nam nulla armatura fortior ad resistendum diabolicis insidiis ac iaculis, quàm gladius ille spiritus, quod est verbum Dei, quo Christus in deserto solitarius, ieiuniis & orationibus vacans, & nihilo fecius tentationibus diabolicis expositus, retudit omnem diaboli fraudem ac nequitiam. Nihil quoque potentius illo ad deiiciendos, ac vicissim consolandos animos nostros, nihil efficacius ad concitandum mentem in amorem Dei, contemptum mundi, ac omnium quæ in mundo pulchra ac speciosa apparent.

Matt. 4.

*Monachi bonæ indolis ad Academias mittendi. Cap. 7.*

**N**eque nobis displicuerit, vt aliquot ex monachis bonæ indolis, ad vniuersitates publicas & bene Christianas, aliquot annos Theologicis studiis operam nauaturi mitterentur: illic tamen non alibi quàm in monasteriis seu gymnasiis sub cura & oculis præceptorum commoraturi, ne bonis ac rectis studiis destinati, mores minimè monasticos imbibant ac contrahant.

*Moniales non esse alligandas, vt nulli quàm suo (vt vocant) patri aut præposito consiteantur. Cap. 8.*

**S**præter Abbates aut præpositos, alij conscientiarum examinatores, ac à confessionibus. Aut saltem virginibus liberum sit, bis aut ter in anno aliis (quos elegerint) probis ac doctis viris, de suorum superiorum (vt vocant) consensu (quem hi interpellati, rationabili causa intellecta, nequaquam negabunt) conscientias suas exomologesi exponere, exonerareque, ne scilicet adigatur monialis renitens, semper vni homini delicta confiteri. Debet autem hi qui eiusmodi munere in monasteriis monialium funguntur, esse homines vitæ probatissimæ: ac mo-

rum quammaximè inculpatorum, eruditi ac singularis iudicij, obseruaturi ea quæ supra, vbi de penitentia sacramento tractatum est, delibauimus. Cauebit autem is in primis, criminum non confessionum rememorationem, ne virgines discant, quæ prius nescierunt. Cauebit præterea, nisi res omnino exegerit, duritiem increpationis, magis intētus ad modestissimè arguendum & piensimè vicissim consolandum. Confessiones autem monialium non prius audiet, sed in cæterarum conspectu, non tantum vt omne malum, sed & omnis mali suspicio omnino cesset.

*Mutatā esse paulatim faciem monasteriorum, ac usurpatum hospitij ius simul cum accessu moderandum. Cap. 9.*

**M**onasteria olim virtutum scholæ ac pauperum hospitalia erant: nunc, prohdolor, videmus ea quæ virorum sunt, è scholis virtutum in diuersoria militum ac raptorum: quæ verò mulierum sunt, in plerisque locis in suspectas de incontinentia domos (ne quid grauius dicamus) esse commutata. Quamobrem dispiciendum nobis est, ne tam passim à quibusuis militibus hospitij ius à monasteriis vi exigatur, & eleemosynæ pauperibus deputata, improborum luxu deuorentur, ne ad monasteria virginum accessus toties à sacris canonibus prohibitus, pateat: Et vt qui deprehensi præter hæc fuerint offendiculum aut occasionem illis labendi, siue intra siue extra monasteria dedisse, dignas penas ferant.

*Visitatio monasteriorum necessaria. Cap. 10.*

**V**isitatio ergo monasteriorum quammaximè opus esse intelligimus, quæ & canones nobis imponunt. In hac vero oportebit omnia ad regulam ordinis monastici exigere, nihil non ad pietatem & vitæ sanctimoniā dirigere, & quicquid mali exempli aut improbæ consuetudinis irrepserit, penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoque hic examinari regulas, statuta, & consuetudines, tolli superstitiosa.

*Sumptus monialium præpositi abrogandi, & singulares æconomi constituendi. Cap. 11.*

**H**abet quædam monialium monasteria sumptuosos præpositos, sub quorum potestate quum omnibus bonorum administratio sit, ipsi de rebus monasticis luxuriantur. Et qui monasticæ conuersationis exemplum esse debuerant, ad mundi delicias reuoluuntur: fastidientes interdum simillam & mellem, interim monialibus ipsis vix milio & cibario pangentem ventrem saturantibus. Sunt quoque virginum monasteria, vbi non est victus & mensa communis, sed mos ille (quæ ad Corinthios scribens Paulus, quamuis in longè sacratori cōuiuio damnauit) quotidianus, nempe quæ vnaqueque suum cibum præsumit ad manducandum, & alia quidem esurit, alia vero ebria est. Quos abusus tollere necessariū putamus, videlicet vt in illorum delicatularum præpositorum locum, probi æconomi à nobis comprobandi (quorum victus sit monastico similis) surrogentur, qui etiam obligati erunt singulis annis rationem de receptis ac erogatis integram reddere.

*In monasteriis monialium, victum ac mensam communem esse oportere. Cap. 12.*

**I**dem vt moniales victum ac mensam communem ubique habeant, & quæ pari sunt officio destinata, pari etiam cibo alantur. Quod vt quàm minimè

minime onerosum sit, non debent plures in monasterium moniales recipi, quàm congruè poterunt in singulis monasteriis sustentari, de quo nobis prius legitimam fidem fieri conueniet.

*De præpositis solitarij commorantibus. Cap. 13.*

Ex Late-  
ran. concil.

**D**isplicet etiam nobis, quod quædam monasteria quosdam Præpositos habent, qui in Capellis solitarij commorantur, quod Lateranensi Concilio vetitum est ac cautum, vt Episcopus Abbates monitione præmissa per censuram ecclesiasticam compellat, vt eiusmodi Præpositis aut Prioribus ad claustrum reuocent, faciantque ecclesiis ipsis seu Capellis per seculares clericos deferri, aut saltem alios monachos ipsis adiungant.

*Visitanda domus fratrum theuthonicorum, diuini Ioannis Baptistæ & Antonitarum.*

*Cap. 14.*

**V**isitanda quoque in primis & reformanda erunt domus hospitalium militum Theuthonicorum, præterea ordinis diuini Ioannis Baptistæ ac Antonitarum atque initio prouidendum, vt in iisdem domibus cultus diuinus ritè ac debite peragatur, vt hospitalitas pro pauperibus seruetur, vt vita ac conuersatio regulari secundum institutionem primam ac regulam (quam illi professi sunt) illic geratur, vt ab ipsis vestes ordini ac professioni dignæ ac conuenientes publicè deferantur, vt comestiones, crapulæ, ac omnis luxus prohibeatur, vt prædæ illæ bonorum mobilium, quæ post mortem prælatorum per primores ordinis fieri, ac in exteras regiones deferri pessimo omnium exemplo consueuerunt, amodo nequaquam fiant, Sed quicquid parsimonia defuncti prælati coaceruatum ac relictum fuit, vel necessarii vsibus ecclesiæ, aut successorum, aut pauperum eius regionis, vbi religiosa ista domus sita est, applicetur.

*De vita & conuersatione monachorum.*

*Cap. 15.*

Ex concil.  
Chalcedo.

**E**t vt reuertamur ad monachorum vitam, haud ignorare debent, Concilio Chalcedonen. cautum, monachos oportere quieti operam dare ieiunia & orationes obseruare, in his locis, in quibus se semel Deo deuouerunt, remanere, nullas ecclesiasticas seu seculares actiones tractare, nunquam sua monasteria relinquere, nisi forsam ob ingentes necessitates id facere à suo episcopo iubeantur, ne nomen domini blasphemetur, Quare, libertas illa peregrinandi seu exeundi, prætextu inuisendi parentes, moderanda seu penitus tollenda erit.

*Monachorum studia atque exercitationes quales esse oporteat.*

*Cap. 16.*

Hierony.  
de offic.  
monac.

**M**onachus & monacha amare debent scripturarum scientiam, & carnis vitia non amare. Psalterij librum de manu aut oculis nunquam deponere, semper orare, sensu vigilare vanis cogitationibus aditum præcludere, corpore pariter & animo in Deum tendere, iram patientia vincere. Breuiter nullis animi perturbationibus (quæ si infederint, ad delictum maximum inducunt) locum dare: semper aliquid operis facere, vt eos diabolus semper inueniat occupatos. Et vt nulla sint quæ manibus operari liceat, libros tamen sacros describere ipsis maximè conueniret, vt & manus operetur cibos, & lectioe anima saturetur. Porro Ægyptiorum

etiamquam  
de conse.  
dist. 9.

monasteria hunc morem seruasse leguntur, vt nullum monachum absque opere & labore sulciperent, non tam propter victus necessaria, quàm propter animæ salutem, ne perniciosis cogitationibus vagarentur, neve instar fornicantis Israel, omni transeunti diuarcarent pedes suos.

Hiere. 3.

*Monachos vagos sub custodiam reuocandos.*

*Cap. 17.*

**M**onachi qui peruagati fuerint, vbicumque inuenientur, tanquam fugaces nostro auxilio sub custodia reuocentur. Et si qui habitum abiecerint, vt eundem reassumant cogendi. Literas priuatas monacho aut monachæ, iniussu Abbatis refigurare non licere. *Cap. 18.*

**V**t monachi seu monachæ literas nullas vel destinare vel recipere audeant absque Abbatis seu Abbatissæ, aut eius qui ipsorum loco monasterio præest, scientia summa ratione olim constitutum est, sed per incuriam abolitum: id præsentis constitutione innouandum censuimus.


*Canonissarum secularium mores reformandi.*

*Caput. 19.*

**P**ostremò, vitam, conuersationem ac mores Canonissarum, quæ seculares ob id appellantur, quòd perpetuæ castitatis ac reliqua vota monastica non emittant, reformari omnino ducimus necessarium. Nam vitam agunt plus nimio licentiosam, ac plerisque scandalosam. Quæ vt in ordinem & ecclesiasticam quandam disciplinam, quo ad fieri potest, reuocentur, nobis quum visitationem agrediemur, curandum est.

*DE HOSPITALIBVS ET ORPHANOTROPHIIS, aliisque id genus pijs locis.*

*Cap. 1.*



**M**on solum canonicis constitutionibus, sed & Imperialibus ac regalibus institutis antiquitus piensimè sancitum est, vt habeantur quàm fieri potest frequentia in rebus. xenodochia, pro chotrophia, Orphanotrophia, Gerontocomia & Brephotrophia, & id genus alia loca pietati consecrata, in quæ recipiantur peregrini, pauperes, inualidi, senes parentibus orbat, atque inopes liberi, infantes expositi, furiosi, leprosi, contagiosis ac perpetuis morbis obstiti, atque alia miserabiles personæ, idcirco curæ nostræ imminet, vt eiusmodi loca, vbi constituta sunt, facta tecta teneantur. Vbi verò dissipata sunt, instaurentur, reformenturque. Denique vbi necdum constituta, sunt, episcopali nostra prouidentia ædificentur, construanturque. Pauperum enim curam nobis Christus præcipuam esse voluit, & horum toties meminit diuinissimus Paulus apostolus.

Codi. de  
Episc.  
&  
cleric.

*In hospitalibus in primis anima curanda, deinde corpus.*

*Cap. 2.*

**H**ic ante omnia curandum nobis est, vt in domibus istis, quæ ad salutem animarum pertinent, minimè negligantur, sed ante omnia de sacramentorum administratione, pauperibus debilibus & ægrotis prouideatur. Ac vbi corporis infirmitas medicum postulat, ibi prius animæ deinde corporis animæ medicus accersatur.

Matt. 26.  
Matt. 14.  
2. Cor. 8.

*In hospitalia qui recipiendi. Cap. 3.*

In

**I**N eiusmodi autem hospitalia, nullæ alię quàm eæ, quas diximus miserabiles personæ, quæ aut morbo, aut debilitate, aut ætate impeditæ, suis manibus laborare victumque ac vestitum sibi comparare non possunt, recipiantur: quas ad ecclesiasticam disciplinam canones pertinere, ac nostris, aliorumque piorum hominum largitionibus victitare voluerunt.

*In hospitalia pauperes eius loci, ubi constituta sunt potissimum recipiendos, maxime contagiosis morbis implicitos*

Cap. 4.

**I**N primis autem recipiantur in hæc hospitalia, personæ miserabiles eius loci, ubi hospitalia constituta sunt. Quod si rectè curatum fuerit, suffecerint penè (nisi tamen fallamur) iam constituta hospitalia, omnibus verè pauperibus per singula oppida ac vicos repertis, vt amodo illis non fuerit necesse ostiatim panem emendicare, aut eos qui lepra seu alio contagioso morbo impliciti sunt, inter homines diuersari, quod lege diuina, ne fiat, prohibitum legitur. Nec immeritò, quòd ex tali conmixtione conuersatione cum sanis, infinita pericula subsequantur, etiam ex solo aspectu, qui intuentibus horrorem solet incutere. Quòd si leprosis aliisque qui similibus morbis impliciti sunt, hospitalium quibus, addicuntur, reditus non suffecerint, satiseft, vt ipsorum nomine in conuentu ecclesiæ, elemosyna per aliquot viros probos ad hoc munus deputandos, colligatur, ac præstetur, atque vt trunci in templis elemosinis istis colligendis afferuandisque erigantur, quàm vt ipsi morbo alimonie petendæ obtentu, aut quocunque alio pretextu, consortiis hominum misceantur.

*Mendicantibus validis hospitalia clausa, mendicantem interdictionem esse oportere.*

Capit. 5.

Codi. de medic. v. lib. 12.

**S**int autem mendicantibus validis non solum hospitalia clausa, sed & publicè ac ostiatim mēdicare penitus interdictum. Et qui secus agere comperti fuerint, arceantur, ac legalibus nostrisq; constitutionibus comprehensis pœnis subdatur. Vt ilius enim esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quàm eidem frangitur vt seductus, iniustitiæ acquiescat.

*Magistrorum hospitalium prauis affectus damnantur.*

Cap. 6.

**D**amnamus autem abusum, quod in quibusdā locis fit, vt neglectis miseris ac inopibus (quibus hospitalia dedicata sunt) ex priuato affectu magistrorum aut magistratum, qui hospitalibus hisce præsumunt, non modo validi, sed & quibus victus & vestitus suppetit, recipiantur, tantū quòd illic commodius & in otio viuatur: qui certè aliter censerī nō possunt, quàm pauperum deprædatores, raptorēsq; de alieno viuentes, ac velut ex sanguine pauperum saginati. Quos diuus Hieronymus grauissimè increpat. Qui (inquit) ex bonis parentum & suis opibus sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusione talium, iudicium sibi manducant & bibunt.

*Quam grauius peccent, qui ex pauperum victu se ditant.*


Cap. 7.

Ioann. 12.

**V**iderint quoque hi magistri ac hospitaliū præfides, ne ludam imitetur, qui oculos (ex quibus pauperibus distribuatur) ferebat, ac fur

erat, ne sicut ille, ita & ipsi pereant. Nouerint ergo se tali muneri addictos, non vt sui, sed vt pauperum curam gerant, quos neglexisse, occidisse est: quibus quid subtraxisse, sacrilegij instar est. Et quòd vigilantiores in officio sint, singulis annis, aut sæpius, magistratui eius loci, præsentem parochio, rationem de omnibus reddant. Non meum est (inquit) dicere, quantum peccatum est eorum qui cibos pauperum sibi usurpant, & vnde pauper victurus erat, præsumendo suscipiunt.

*DE SCHOLIS TYPOGRAPHIS AC bibliopolis. Cap. 1.*



**C**elestis reformatio à summis pariter & infimis, à capitibus simul & paruulis ordianda est. Paruuli enim sunt, qui succrescentes in maiorum locum, subinde decedenti in reip. tam ecclesiasticæ quàm secularis administratione succedunt, vt consequens sit, ab ipsis prauè ac nequiter institutis, reipub. perniciem imminere. Quamobrè summopere refert, vt pueritia, quæ seges est omnium rerum publicarum, in timore domini ac bonis disciplinis edoceatur, Id quod dominus præcepit Exod. 13. & Prouerb. 6. Siquidem eætas nullis aliis vsibus accommoda, per id tempus colligere poterit, & sibi & reipub. luculentum fructum. In primis autem operæ præciū nobis videtur, vt clanculari illi magistratui, qui in conuentibus vicatim docent, prohibeantur, vtque gymnasia illa ac scholæ minores, in quibus pueri primis rudimentis imbuuntur, diligenter repurgentur, præfectis illis didascalis seu præceptoribus, non tam eruditis, quàm sanæ doctrinæ, integræque ac inculpatæ vitæ viris, idque hac potissimum tempestate, quia innumeræ pestilentes hæreses totam ferè Germaniam summo cum Christianismi ac reipublicæ detrimento, iusto dei iudicio peruadunt, ac velut cancer serpunt quas quum pueri semel imbiberit, difficilè, imò impossibile erit, vt easdem penitus iterum eluant. Nam, Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.

*Scholæ inter visitandum repurgandæ, ac instituendæ.*

Cap. 2.

**Q**uemadmodū verò didascalii pueros in clafes digerent, quæ dein ipsis prælegent, tam ad eruditionem, quàm ad vitam Christianam rectè instituendam pertinentia, nos intervistandum pro ratione cuiuscunque scholæ trademus.

*Apud singulas ecclesias habendus vir eruditus qui clericos eius ecclesia instruat.*

Cap. 3.

**O**lim conciliari constitutione cautum est, vt non solum apud quamlibet cathedralem ecclesiam, sed & apud alias nimirum collegiatas, quarum sufficere poterūt facultates, constituantur magister idoneus, qui clericos earundem ecclesiarū doceat & instituat. Apud metropolim autem theologum haberi præceptum est, qui sacerdotes ac quoscunque alios in sacris literis doceat, & in his præsertim instituat, quæ ad curam animarum pertinere dignoscuntur. Visum etiam Concilio fuit, vt singulis magistris vnus præbendæ prouentus tantisper quoad in docendo perstiterint, assignentur. Cuius quidem saluberrimæ constitutionis vix vestigia quædā apud eiusmodi ecclesias reliqua videmus. Nam vt

scholas

scholas ipsas reperias, didascalum tamen vix vllum eruditum ac pium repereris, quòd nihil penè stipendij (ne dicamus vnus præbendæ prouentus) illi supeditetur, quod emendatione magna indiget. Neque enim hæc res leuis momenti est, à qua totius prope modum reipub. tum salus, tum pernicies dependet.

*Qui huic viro victum supeditabunt. Cap. 4.*

**C**urandum itaque vt singula Collegia ludos literarios diligenter instituunt, eisque de idoneis ludimagistris, ac sumptibus prospiciant vbi Collegia non sunt, senatus & respublica idem curet.

*Quemadmodum Academia instaurari, ac studiis ali possint. Cap. 5.*

**A**cademias seu Vniuersitates publicas per hæc hæresum colluuiem perire miserè cernimus, quas instaurari maxime in votis est. Id fieri posse nobis videtur, si modus aliquis inueniatur, quo pauperibus scholasticis ex ecclesiasticis stipendiis aliquid possit decidi. Clericos enim illos conuenit ecclesiasticis stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla bona suffragantur. Quo insuper professoribus atque his, qui in bonis literis, optimis quibusque disciplinis, ac in primis Theologiæ studiis multum profecissent, spes præmij fieret: nam spes alit artes.

*Primum votum ad studia sublenenda.*

Cap. 6.

**E**t quamquam hic articulus à summo pontifice potissimum pendere videatur, tamen quod in nobis est, cuperemus omnes ordinarios collatores, præsertim parochialium ecclesiarum huc induci posse, vt Academia potestatem facerent, significandi subinde ipsis viros literatos ad regendum ecclesias eiusmodi idoneos, quos ipsi collatores quibuscunque aliis non idoneis præferrent, ac parochiis quum vacarent, præficere non differrent, modo tamen personaliter residere non detrectarent. Quòd si idem apud collegiatas ecclesias (qui mense ordinario canonicatus & præbendas conferunt) obtinere possit, non dubium id plerisque ad studia capeffenda calcar fore exiguum.

*Decretalem Honorij tertij, quoad eius fieri potest renouari æquum esse. Caput. 7.*

Super specul. de mag. ghr.

**P**raterea non parum huc fecerit, si Honorij tertij decretalis seruetur, nempe vt Canonici ecclesiarum diocesis nostræ Colonienfis dociles ad studia, potissimum theologiæ, per Capitula transmittantur, percepturi toto quin quennio beneficiorum suorum fructus, non obstante aliqua contraria consuetudine vel statuto, quum denario fraudari non debeant in vinea Domini operantes, de quo dictum est partim superius. Ex his enim tandem spes non vana concipi possit, aliquando futurum, vt doctorum copia habeatur, quòd veluti stellæ valerent plurimos ad iustitiam erudire, & temporis successu ecclesiam Dei vniuersalem in vita ac doctrina reformare.

*Quid curandum in Academicis. Cap. 8.*

**N**eque ignoramus multa ac diligenti prouisione opus esse in Academicis, qua in primis curare necesse erit, vt optimi quique libri in singulis professionibus ac disciplinis, per doctissimos professores stans diebus ac horis vigilantissimè prælegantur, enarrenturque. Deinde, vt scholasticis

viuendi regulæ præscribantur, nempe vt bonis discipulis vacent, à pompis, comestationibus, ebrietatibus, alex ludis, diffentionibus ac rixis abstineant, vt prodigi esse desinant, ac quisque se suo modulo metiatur, vt factum omnem ac doctrinæ supercilium deponat. Nec incipiant esse magistri, priusquam fiant discipuli. Quot enim sunt, qui magistrorum ac doctorum insignia ambiunt, ac per ambitum extorquent, etiam qui nunquam eam artem quam post magisterium profitentur, vel à limine salutarunt: quòd quàm turpe ac indecorum sit, nemo ignorat.

*Nihil imprimendum aut uendendum, nisi reuisum prim. Cap. 9.*

**P**raterea quum per abusum artis impressoriæ librorum plurimum malorum emerterit, prohibemus, ne vlli Typographi aut Bibliopolæ, quempiam recens editum librum aut chartam vel imprimant, vel venum exponant, vel vendant publicè, vel occultè, nisi hic liber reuisus, & charta vel scripturam vel picturam continens, per nostros ad hoc deputatos commissarios diligenter perspecta sit prius. Quæ & Typographi nomen & cognomen cōplectantur, atque eam ciuitatem seu oppidum in quibus excusa sunt, nominatim designent. Quæ verò his caruerint, nullo pacto venum exponantur. Porro Typographi, Bibliopolæ: ac reliqui librorum institores ac geruli, qui huic ordinationi contrauerint, præter confiscationem librorum, pœnis etiam legalibus ac pragmaticæ constitutioni Augustanæ subiacebunt. Contra quos in territoriis nostris Fiscalis noster acerrimè inquirere, ac ad iustarum pœnarum declarationem procedere non omittet.

*DE IURISDICTIONE ECCLESIASTICA contentiosa. Cap. 1.*



**N**te annos non admodum multos, reformationem iurisdictionis nostræ ecclesiasticæ edi curauimus, per quam ita temperata ac moderata omnia speramus, vt nemo de ea iure queri possit.

*Excommunicationis origo, & præcipuus vsus.*

Cap. 2.

**N**e autem quispiam excommunicationis ecclesiasticæ originem ignoret. Primus excommunicationis in ecclesia vsus, qualis fuerit, Paulus primæ ad Corinthios quinto manifestè ostendit, vbi Corinthium publicè cum nouerca fornicatorem, tradit satanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus fieret in die domini nostri Iesu Christi. Non tantum exemplo indicans, sed & expressum iubens, vt qui eiusmodi sunt, è medio ecclesiæ eiiciantur. Si is (inquit) qui frater nominatur, inter vos est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere permitto. Quin ante discipulū, ille qui solus verè magister est Christus, eiusmodi excommunicationis vltim. Matthæi. docuit, Quæ opramus in ecclesiam reuocari ac frequētissimum esse. Nempè vt tales publicè ac enormiter peccantes, ne alios offendiculo sint, & notati tandè respiciant, extra cōmunionē sacramentorū ac vitæ communis ponantur, donec ad cor & ecclesiæ gremium reuersi, suum reatū deplorent. Diuus sanè Paulus grauissimè Corinthios increpat, quòd incastum illum tantisper paterentur.

Omni

Omnino (inquit) auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui quis habeat. Et vos inflati estis, & non magis lucum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate ergo vetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi, & cetera quæ sequuntur. Quod si denunciationem Euangelicam (qua nulla res salubrior esse potest, & quæ nobis non tantum facienda suadet, sed precipitur) frequenter remus, & Apostolica præcepta mordicus teneamus, rariores profectò in cætu nostro haberemus adulteros raptos, homicidas, & id genus alios publicè criminolos, propter quos blasphematur nomen nostrum inter gentes, & scandalizatur multi inter nos infirmiores.

Matt. 18.

Esai. 52.  
Roma. 2.

*Cur passim in omnes inobedientes excommunicationis censura distringi cæperit. Cap. 3.*

1. Reg. 17.

**I**amdudum verò cæpit excommunicatio in omnes inobedientes distringi: quod quasi peccatum hariolandi sit repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.

*Usum excommunicationis in publicè criminolos in lucem reuocandum. Cap. 4.*

**V**sum ergo excommunicationis, præsertim aduersus publicè criminolos, in lucem reuocari conuenit: deinde posthac in aliis causis excommunicatio tantum in manifestè contumaces feratur.

*Quid cauendum in decernenda excommunicationis censura. Cap. 5.*

Ex concil.  
Meldæ &  
Aluer. c.nemo &  
c. nullus si  
cer. 11. q. 3.

Ex concil.

Lugd. c. 1.

de sen. ex-

cõmu. in 6.

Ex concil.

Ant. Car-

tha. Are-

laten. Bra-

characen.

**C**uebit autem in primis Iudex, ne hanc, aliasve censuras ecclesiasticas, vel ex iniustis, vel ex leuibus causis, vel iuris ordine non seruato, vel ex odij fomite proferat vnquam. Quum enim excommunicatio pœna sit, qua nulla maior est in ecclesia: nec sit excommunicandus quis, nisi pro peccato lethali, quod anathema sit æternæ mortis damnatio: nec infligenda veniat, nisi his qui aliter corrigi non possunt: debet Iudex non antè excommunicari quempiam, quam cognouerit id vel causa grauitatem, vel eius qui extra communionem ponendus est, apertam contumaciam præcepto iusto acquiescere nolentis exigere.

*Excommunicatos vitandos. Cap. 6.*

**V**olumus autè ut hæc censura ab omnibus (iure non tantum humano, sed & diuino id ipsi postulante) timeatur: utque excommunicati in familiari conuersatione vitentur, & à nemine recipiantur, quemadmodum antiquissima Concilia, sub grauis reatus incursum id ipsum fieri præceperunt.

*Non passim contra omnes delatos per Fiscales inquirendum. Cap. 7.*

Cap. cum

oporteat.

ca. inquisi-

tionè Par-

tertia du-

bita de ac-

cusatio.

**P**rocuratores nostri Fiscales aduersus neminem inquirant, nisi quem legitima ac frequens grauit infamia, non quidè à maleuolis & maledicis, sed à prouidis & honestis iustitiæ zelo commotis, suborta: quam si non probauerint, condemnentur ipsi, non autem inquisiti in expensis. Neque enim speciem aliquam æquitatis habet, quod ab innocentibus absolutis, quippiam expensarum nomine extorqueatur: alioqui calumnia & iniusta diffamatio, mercedem (quod absit) haberent. Valeant ergo alij maleuoli delatores, depeculatores famæ, ac reipub. pestes. Neque enim ad petitionem eorū qui

libellum infamationis porrigunt, in occulto inquirendum est super criminibus in eodem descriptis: quum inquisitio fieri tantum debeat super illis, de quibus clamores aliqui præcesserint.

*Manifesti criminosi pro quæstu nequaquam ferendi. Cap. 8.*

**N**olumus autem, ut concubinarij, aut alij manifestè criminosi villo modo pro quæstu, aut pecunia emungendæ causa ferantur, toleranturque aut ut pœnæ pecuniariæ pro criminibus passim imponantur, quod res mali exempli sit, crimen pecunia redimere, sed reformationis nostræ constitutio, quæ de officio Sigilliferi postrema est, seruetur. Quod si interdum vel personæ delinquentis, vel delicti qualitas pœnam pecuniariam imponi postulauerit, hæc in pios tantum vsus conuertatur ne magis auiditiæ, quam correctionis causa exacta videatur.

*Clerici grauisimorum criminum rei, secundum canonicas sanctiones puniendi. Cap. 9.*

**C**lerici in grauisimis criminibus deprehensi, iuxta canonicas sanctiones puniantur. Expectat enim, ut publicè delinquentes & ecclesiam Dei scandalizantes, publicè quoque arguantur, & puniantur. Quamobrem tales vel à nobis deprehensi, vel extra territoria nostra per magistratus capti, ac nobis iuxta sanctiones canonicas traditi, dignam sui sceletis pœnam recipiant. Quod si tam graue fuerit ut degradatione dignum sit, faciemus ipsos curiæ tradi seculari, ne clericali priuilegio gaudeant, quo se per flagitia reddiderunt indignos.

*De testamentis insinuandis, approbandis ac exequendis. Cap. 10.*

**I**n concilio Moguntino sancitum est, ut heredibus qui iussa testatorum non adimpleuerint, ab Episcopo loci illius omnis res quæ eis relicta est interdicitur, cum fructibus & emolumentis, ut vota defunctorum adimpleantur. Quamobrem procuratores nostri Fiscales in diocesi nostra Colonien. aduigilabunt, ut Testamenta, maximè ecclesiasticarum personarum, priuilegiis ecclesiæ nostræ maiori saluis, intra anni spatium executioni mandentur: utque intra idem tempus executores testamentorum legitimum calculum reddant. Quorum etiam testamentorum insinuationem approbationemque intra triginta dies à morte sacerdotis peti volumus atque obtineri, nisi rationabilis causa longiorem dilationem exposcat, in præmissis. Dispiciet autem Sigillifer noster, ut si quid in quempiam stultum aut iure prohibitum vsus temerè relictum sit, in pium conuertatur.

*Bona presbyteri ab intestato defuncti, in piam causam conuertenda. Ca. 11.*

**V**bi sacerdos nostræ diocesis Colonien. mortuus est intestatus, bona ipsius, præter patrimonialia, quæ hæredibus cedunt, deducto ære alieno, & funeralibus, in piam causam pro defuncti animæ salute conuertantur.

*Portio quæ Archiepiscopo soluitur, minimè grauis. Cap. 12.*

**E**a portio, quæ nobis uti Archiepiscopo secundum rationem bonorum (extra quæ tamen patrimonialia immobilia sunt) deducto ære alieno, ex more & speciali conuentione cum clero nostro inita debetur, nemini grauis esse potest, quod maior Episcopo secundum canonicas sanctiones portio, quam ea est, quæ ex remissione nostra nobis solui

soluitur, debeat.

*Iuramentorum facilis exactio in iudiciis refrananda. Caput. 13.*

Caput. 13.

Matt. 5.

Dent. 5.

**M**ultiplex illa & facilis iuramentorum exactio, quæ in iudiciis ecclesiasticis fit, nobis probari non potest. Christ⁹ inter perfectio nis hortamenta ponit & illud, ut in totum ablineamus ab omni iureiurando. Quo colore ergo consuetudo nunc passim iurantium in omni negotio excusari possit, non videmus, nisi aut grauitate negotij aut necessitate. Crebris iuramentis raro deest perurium, quod grauisimè iurat Deus. Quamobrem nemus Causidicos, ne tam faciles sint in exigendis malitiæ ac aliis iuramentis. Compertum enim habemus quosdam esse tam malè Christianos, qui in re tæferia ludant, ac iuramenta interdum exigant, quibus præstitis credere nolint. Ne dicamus quosdam eò uerferia prolabi, ut iureiurandum exigant, quod malint suspicari, præstando violatum iri, quam uerè reuerentèrque adhiberi. Quo laqueo quis perniciosior esse potest? Admonebit igitur Officialis noster Causidicos, atque alios iuramenta exigentes, ut ea quæ iudicarij processus solennitas necessariò non requirit, remittant, utque memores sint, eandem manere pœnam temerè exigentem, quæ manet frustra præstantem iuramentum.

*Formula inquirendi hæreticos delineanda. Cap. 14.*

Cap. 14.

**Q**uum hæresum ac schismatum impræsentiarum plena sint omnia: videbimur opere pretereitium facturi, si communicato cum Inquisitoribus apostolicis concilio, formulam quandam inquirendi iuri consentaneam, ac tantum negotij decentem, minimèque captiosam, præscribamus. Quæ obrem ea de re nostris iuris peritis mandabimus.

*DE VISITATIONE AC SYNO- dis Episcopalis Archidiaconalibusque. Cap. 1.*

Cap. 1.



Matt. 5.

**Q**uum frustra sint in ciuitate leges, nisi & sint qui eas exequantur: itidem institutiones canonicas inefficaces & lægidas esse oporteat, nisi ab Episcopo & reliquis (quibus ea cura demandata est, & quodam modo uia lex sunt, qui & in euangelio nuncupantur sal terræ) mancipentur effectui. Idcirco uisitatione per nostram diocesium Colonien. opus est, quam Deo auctore per nostrum in pontificalibus Vicarium, ac ipsi adiunctos viros iuxta pios ac doctos, quibus plenè ordinandi potestatem, aggrediemur, eodemque adiuuante Deo peragemus.

*Quo ordine uisitatio instituenda. Cap. 2.*

Cap. 2.

**E**x superioribus verò liquet plus satis, quo ordine uisitatio instituenda sit. Siquidè in primis ab ecclesiis nostris metropolitana ac cathedrali inchoandum Dehinc singulæ collegiatæ simul cū monasterijs & viroborum & mulierum inuisendæ. Post hæc ad parochiales ecclesias omnes, in nostris ciuitatibus ac diocesis constitutas (vbi maxima cura opus erit) transeundum: ibi non solum parochi, sed alij etiam (quotquot ibidem commorantur) sacerdotes ac clerici aduocandi. Atque interim non præter-

termittendæ scholæ & bibliothecæ, vbi illæ reperientur: ac postremo hospitalia pauperum diligenter perlustranda erunt.

*Quæ ubique corrigere oporteat. Cap. 3.*

Cap. 3.

**Q**uæ uerò oporteat ubique sciscitari ac inuestigare, quæ corrigere ac repurgare, quæ statuere ac ordinare, superiores constitutiones abundè docent.

*In primis reformandos esse Decanos. Cap. 4.*

Cap. 4.

**Q**uod ad cathedrales & collegiatas ecclesias attingit, prima cura erit in reformandis ecclesiarum prælatis, maximè Decanis. Qui si cæci fuerint, consequitur necessariò, ut hi quibus ducatum præstant, simul in foueam trahantur ac cadat. Quod enim ab illis committitur facile ab aliis trahitur in exemplum.

*Inquietos & prælatis rebelles corripiendos. Cap. 5.*

Cap. 5.

**E**t quoniam alicubi tanta est cleri dissolutio, ut prælatis quantumuis bonis ac eruditis, neque suis honor neque autoritas seruetur intendunt Visitatores nostri animum, ut inquieti corripiantur. Qui corripit & obedire nolunt, censura ecclesiastica secundum culpæ modum percellantur, donec resipuerint.

*In monasterijs quomodo abusus percipiendi. Caput. 6.*

Caput. 6.

**I**n monasterijs facile percipiuntur abusus, modò regulæ ordinis relegantur, interrogenturque qui illis præsunt, num illis scilicet simul cum nostris constitutionibus, per omnia satisfiat.

*In uisitatione parochiarum quid agendum. Cap. 7.*

Cap. 7.

**V**bi ad parochias ibitur, debet parochus ac populo paucis antè diebus aduentus Visitatorum significari, quo tum omnes expediti adsint, ac publicæ saluti intendant. Denique ea sacramenta ac munera quæ per solum episcopum administrantur, expurgati & præparati recipiant.

*Habenda concio per Visitatores. Cap. 8.*

Cap. 8.

**N**ec videbitur inutile, ut Vicarius noster in pontificalibus, seu alius ex Visitatoribus nostris Theologus concionem ad populum habeat, eundemque de omnibus de quibus vitale videbitur, ex diuinis scripturis per Dei uerbum admonet.

*Interrogandus parochus, quo titulo ministerium gerat. Caput. 9.*

Caput. 9.

**I**nterrogandus deinde Parochus, num ipse principalis rector sit, aut Vicarius mercenarius, an ordinaria autoritate admissus, necne: vbi Vicarius præest parochiæ, videndum quo priuilegio absit parochus principalis.

*De uita, moribus, & doctrina inquirendum. Cap. 10.*

Cap. 10.

**D**einde inuestigandum de uita, moribus, ac de doctrina, quo pacto uerbum diuinum disseminet, ac sacramenta ecclesiastica administrat, & num omnia calleat quæ ad officium suum spectant. Vbi uerò minus fuerit instructus, erudiatur maximè in his, quæ ad dispensationem ecclesiasticorum sacramentorum attinent, præsertim pœnitentiæ. Subinde inquiretur, num in his deses aut negligens interdum sit: & num illi necessarius & honestus victus suppetat, seu digna stipendia exoluantur.

Nam



Nam si competens victus defecerit, ad eum modum uti supra diximus) procurandus erit, aut ad nos referendum.

*De habitu tonsura, ac reliquis externis videndum.*

Cap. 11.

**V**idendum deinde de eruditione, habitu, tonsura, ac familiari conuersatione: honestas familiarum exploranda, libri quoque omnes inspiciendi, qui si nothi aut suspecti erunt, auferendi ac tollendi sunt.

*Num hæresis quæpiam serpat, diligenter inuestigandum.*

Cap. 12.

**I**nsuper inuestigandum erit diligentissimè, nū in tota parochia vllus hæreticus aut schismaticus delitescat, num hæresis aliqua serpat, atque hic apponenda securis ad radicem, vt seducti, per verbū Dei in viam veritatis & ecclesiæ vnitatem reducantur.

Qui contumaces fuerint, è cœtu cæterorum tollantur.

*Num agantur alia, quæ cum Dei & ecclesiæ institutis pugnent, dispiciendum.* Cap. 13.

**P**ræterea num in parochia superstitiones, sortilegia, diuinationes, atque alia id generis, quibus mentes à deo viuo per diaboli fraudes seducuntur, exerceantur: num periuria blasphemiarum, adulteria, & similia crimina, ob quæ iratus Deus in nos gladium iræ suæ vibrat, publicè committantur: num ecclesiastica censura contemnantur: num sint qui parochio obedire floccifaciant, qui sacramenta ecclesiæ non participant, item, num festi dies & ieiunia ecclesiastica ritè obseruentur.

*De puerorum institutione, & hospitalium cura quarendū.* Cap. 14.

**D**ein videndum quo pacto pueri instituantur qui præterea sint scholis præfecti. Hospitalium quoque cura haud prætermittenda.

*Vitia quibus assueuerint parochiani, acriter corrigenda ac reprimenda.* Cap. 15.

**D**e vitis quibus parochiani vel maximè assueuerint, inquisitio facienda, vt per Visitatores verbo diuino ab his populus auocetur.

*De officio parochi inquirendum.* Cap. 16.

**D**enique expiscandum, num parochus diuinum officium in ecclesia canendo, legendoque ritè gerat, num sacrum baptismum, itidem sacrosanctam Eucharistiam cum chrismate securè ac decenter custodiat, num vestes & reliqua ornamenta quibus in diuinis officiis utimur, mundè asseruet, num ipse aut qui ecclesiæ prouisores appellantur, templū factum rectum curent: num sacris altaribus suis honos impendantur: num ruinas domus parochialis occurrat: num de rebus ecclesiæ alienationes faciat.

Atque his similia, quæ visitatoribus nostris pro eorum circumspectione & prudentia facilè occurrent, Et ex constitutionibus nostris (quæ vbiq; pro loci ac personarum ratione rememorari debebunt) suppeditabuntur.

*Synodus episcopalis anno bis habenda.*

Cap. 17.

**E**t quoniam visitationes istæ generales per singulas parochias absque magno sumptu singulis quibusque annis frequentari haud possunt saluberrimè sancitum est in antiquissimis canonibus per singulos annos in singulis prouinciis Concilium fieri: Vt primum, ante dies Quadragesimæ habeatur, videlicet quo omnibus, si quæ sunt, si multa-

tibus amputatis, mundum solenne Deo munus poscit offerri. Secundum verò agatur, ante tempus Autumni, in quo si communi omnium consensu rationabiliter comprobato, secundum ecclesiasticam regulam, duo vel tres animositate ducti per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia sacerdotum.

*Quid agendum in synodo episcopali.*

Cap. 18.

**I**n his ergo Conciliis, anno bis, de his omnibus apud metropolitanæ cathedralium collegiarum, monasteriorumque prælatos, & præsertim Archidiaconos, ac quos vocamus Decanos rurales (quiuocati sunt in partem solitudinis episcopalis) per Vicarium nostrum in pontificalibus ac Officialem disquisitio diligens fiat. Et quæ ex illorum iudicio reformatione opus habere comperientur, communi consilio emendentur.

*De synodis Archidiaconalibus ac ruralibus.*

Cap. 19.

**D**enique Archidiaconi, qui Episcoporum oculi dicuntur, ac Decani isti rurales in suis deinceps synodis, quæ sancita fuerint, in prouinciali seu episcopali Concilio publicabunt. Et ad eundem modum (qui in visitatione præscriptus est) vitis extirpandis ac virtutibus inferendis studeant, criminibus publicis, magis per pœnitentias canonicas, quàm pœnitentiæ exactiōne puniendis intenti.

*Officiales Archidiaconorum, & Decanos rurales, viros graues esse oportere.* Cap. 20.

**Q**uod vt rectè ac prudenter fiat, Archidiaconis nostris incumbit, ne vllos idoneos Officiales aut Decanos rurales deligant aut admittant, sed ad has functiones viros tantum assumat cum doctrina præstantes, tum vitæ innocentis, inculparumque, qui nullius criminis labe notabiles, officium suum irreprehensibiliter exequantur.

*Synodi archidiaconales antiquitatem quandam præferunt.*


Cap. 21.

**E**x vetustissima quadam inquirendorum criminum formula relictum est, vt Archidiaconi anno bis sextili circumeant, & peccata enormia emendent, quæ sequitur in hæc verba: In Concilio publico ab Episcopo habito, primitus iurare debent de vitis singulis fidelissimi quique, liberi & serui, tres vel quatuor, seu etiam plures, vt rei veritas omnino inquiratur. Iuramentum autem illud huiusmodi esse debet: Quicquid in villa in qua habitat, veraciter sciat, vel serio audierit actum contra fidem rectam Christianitatem, Episcopum aut eius nuntium, quantum recordari possit & scientia subministrat, non lateat. Post iuramentum verò Episcopus per singula numerare debet, quæ prius iuramento comprehendit, hoc est: Si vir super uxorem suam, aliquam clanculo corrupit: Si cum duabus cognatis, siue mulier cum duobus propinquis fornicata sit: Si matrem spiritualem aut filiolum suam stupro violauit: Si qua mulier partum suum necauit, vel conceptum quocunque modo excussit: Si quis cognatum suum voluntate aut casu occidit, seu morbidum fecit. & necdum ad publicam pœnitentiam venit: Si mulier maritum suum, aut maritus uxorem suam iniquo consilio interemit: Si quis vitum aut sceminam veneno aut aliqua alia potione occidit, & qui hoc scilicet veneno machinatur: Si sciat diuinatrices vel augures, etiam illos, qui per incredulitatem illas inquirant: Si

sciant

REFORMATIO CLERI Germaniæ ad correctionem vitæ & morum, ac remouendos abusus.

*Laurentius miseratione diuina tituli. S. Anastasia sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter Cardinalis, per vniuersam Germaniam ac Hungaria & Bohemia Poloniæque regna & quæcunque alia loca, ad quæ nos declinare contigerit, domini nostri Papæ, & Apostolicæ sedis Legatus ad perpetuam rei memoriam.*



**L**X Legationis officio à sede apostolica nobis commissio obligamur, vt circa statum personarum ecclesiasticarum sub finibus nostræ legationis consistentium in melius reducendū propensius cogitemus, vt quæ in eis à sanctorum patrum decretis & ordinatione deuiare perpeditimus, ad debitam reformationis normam dirigentes, eius opem & operam adhibeamus efficaces. Nuper siquidem cum sanctissimus dominus noster Clemens Papa 7. cum pastoralis suo officio, tum pro ea affectione, qua in clytam nationem Germanicam paternè profecquitur, intellectus eius fluctuationibus, hæreticorumque impietate in dies crescente, nos ad vniuersam Germaniam suam & apostolicæ sedis Legatum de latere miserit, nō aliam ob causam, quàm vt tranquillitati prouinciæ, & saluti animarum, que periclitantur ob dictam nuper natam impurissimam omnem hæreses sentinam, consulat.

Quod onus licet humeris nostris impar, eius tamen præceptis & mandatis obedire (vt tenemur) volentes, freti Christi fauore, seruatoris nostri (cuius negotium agitur) subiimus. Nihil hîc profus nostris viribus tribuentes, aut præterea cupientes, quàm quod ad munus hoc sceleriter implendum attineat. Cumque aliquot mensium experientia multa collapsa, & præter omnem opinionem difficultatibus plena perpenderimus, cum serenissimo Ferdinando, Hispaniarum principe, archiduce Austriae, Imperiali locumtenente generali, communicatis consiliis, concordis sententia particularem conuentum in ciuitate Ratisponæ conuocare decreuimus, In quo vna nobiscum interfuerunt præfatus serenissimus princeps & archidux, Reueren. Matthæus S. Romanæ ecclesiæ tituli sancti Angeli presbyter Cardinalis, archiepiscopus Saltzburgæ. ac illustrissimi VVilhelmus & Ludouicus Palatini Rheni duces in superiori & inferiori Bauaria fratres germani, venerabiles in Christo patres Bernadus Episcopus Tridentin. Ioannes administrator ecclesiæ Ratisponen. Palatinus Rheni dux Bauariæ, ac nuntij siue Oratores omnes, cum pleno mandato venerabilium in Christo patrum & illustrissimorum principum Vigandi Episcopi Bambergens. Georgij Episcopi Spiren. Palatini VVilhelmi Episcopi Argentinen. Christophori Episcopi Augusten. Hugonis Episcopi Constantien. Christophori Episcopi Basilien. Philippi Episcopi Frisingen. Palatini Rheni ducis Bauariæ, Eruesti administratoris ecclesiæ Patauen. ac Palatini Rheni ducis superioris & inferioris Bauariæ, & Sebastiani Episcopi Brixien. cum quibus pluribus hinc inde in

sciant meretrices, quia meretrix appellatur, si vno contempto, cum aliis fornicatur, licet nupta nō sit. Si illos etiam sciant, qui cum excommunicatis communionem habent: Si illos sciant, qui conuicti sunt periurium perpetrasse: Si & illos nouerint qui loca Deo non dicata, contra fidem ecclesiasticam colunt & ad Christi ecclesias venire contemunt: Illos etiam, si sciant, qui indictum ieiunium negligunt. Hæc omnia dum Episcopus habet recitata, iuratores per iuramentum commoneat, cæteros verò omnes nobiles & ignobiles, per bannum Christianitatis stringat, vt supradictas res minime celet, ac si in die iudicii ante tribunal domini nostri Iesu Christi rei occultatione præfatarum rerum nefandarum inueniantur. Hoc enim indicet & per bannum contestetur, vt nemo per vllius timorem aut fauorem vel etiam amicitiam, præfata reticeat, veraciter scita. Neque per odium, neque per inimicitiam vllam quicquam alicui irroget, quod veraciter non possit probare. Horum aliqua si antea in præsentia Episcopi allata essent, eiusque iudicio terminata, postea iterata, comperta fuerint, veluti in initio referantur, & episcopali decreto constituantur.

*Abusus in synodorum Archidiaconalium ac ruralium obseruatione.* Ca. 22.

**P**ræscripta quidem formula, quam antiquitatis causa retulimus, successu temporis in abusum, quod negare non possumus, deducta est, quod non fidelissimi quique, sed leues delatores, nō qui veraciter sciant, aut serio audierint, idque à probatis: neque vno tantum, sed pluribus, hisque fide dignis, minimè que maleuolis, sed frequentius absque omni defectu vel leues ac futiles, vel inuidi ac rapaces calumniatores, delationi comperiantur asciti. Quodque pro manifestis criminibus non canonicæ pœnitentiæ, sed pecuniariæ potissimum mulctæ à delinquentibus fuerint exactæ, permisis interim delinquentibus, haud præter graue populi offendiculū in publica scelerum infamia perseuerare.

*Inter visitandum abusus corrigendi.*

Cap. 23.

**Q**uæ omnia magna correctione indigent, quam volente ac adiuuante Deo, inter visitandum adhibebimus, nimirum curaturi, vt viris exploratæ virtutis tantum hoc officij delegetur.

*Procuracionem suo officio rectè fungentibus pendit, equi esse.* Cap. 24.

**H**is autem qui synodo præficiendi sunt, sumptus necessarios (quam procuracionem canones vocant) per parochianos suppeditare iustum atque æquum est.

**C**ætera, quæ præsentis Concilij Decretis comprehensa non sunt, (sunt autem pleraque nō minorem quàm ea quæ correximus, castigationem postulantia) ea secundum sacrorum canonum censuram, partim in visitatione, partim in futuris synodis episcopalibus, Deo dante emendare diligenter adnitentur.

REGANONVM CONCILII PROVINCIALIS COLONIENSIS.

FINIS


discussionem

discussione allatis, & præcipue quibus cõsiliis quibusque modis præfatæ nationi Germanicæ periclitanti consuleretur, paribus sententiis receptum fuit hanc perditissimam hæresim rudi populo plausibilem, ob libertatem illi falso persuasam, prætextu eã gelicæ libertatis non paruam habuisse occasionem, partim à perditis moribus & vita clericorum, partim ob non diutius dissimulandum sacrarum sanctio- num ecclesiasticarumque constitutionum abusum, & perinde non parum momenti fore extirpandæ hæreticorum & eorum sequacium sectæ, vt clerici ad honestatem vitæ morisque suos illos quos D. Paulus exigit & præscribit, debita censura reducti abususq; laicos male offendentes sublari fuerint. Itaque habitis maturis deliberationibus & piis consiliis præfatorum Ferdinandi principis, Cardinalis, ac Ducum, & Episcoporum atque nuntiorum suorum, infra scriptos salutare aliquot tam necessariæ reformationis sacerdotum, presbyterorum, religiosorum & clericorum modos præscribere, statuere, sancire, atque edere necessarium duximus. Quocirca autoritate apostolica qua fungimur in hac parte, statuta & ordinationes per nos (vt præfertur) edita ab omnibus & singulis Archiepiscopis, Episcopis, abbatibus, præpositis, decanis, archidiaconis, & aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis, ac parochialium ecclesiarum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum rectoribus, presbyteris, religiosis & clericis, in vniuersa Germania residentibus, prout eos & eorum quemlibet respectiue tangit aut tangere poterit in futurum perpetuis futuris temporibus inuolabiter obseruari volumus. Decernentes irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus vniuersis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus & aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis, necnon metropolitanis, & aliarum cathedralium ecclesiarum canonicis, ipsorumque Archiepiscoporum & Episcoporum Officialibus & Vicariis generalibus, per præfentes committimus & mandamus, quatenus ipsi & eorum quilibet, si & postquam pro parte illorum, quorum interest, aut in futurum interesse poterit, fuerint requisiti, statuta & ordinationes huiusmodi, & horum singula inuolabiter obseruari faciant. Contradictores per censuras ecclesiasticas & alia iuris remedia compescendo, in uocato, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstante constitutione scilicet recordationis Bonifacii papæ 8. qua cauetur, ne quiuis extra suam ciuitatem & diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra vnam diatam à fine suæ diocesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à sede apostolica vel eius autoritate deputati fuerint, contra quoscuque procedere, aut alij vel aliis vices suas committere presumant, & in concilio generali de duabus diatris, & personis ultra certum numerum ad iudicium nõ uocandis, & aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Verum quia difficile foret, præfentes literas ad singula loca, ad quæ expediens fuerit, deferri, volumus & autoritate apostolica decernimus, quod transumptis præfentium literarum manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, ea fides adhibeatur, quæ eisdem originalibus si essent exhibitæ vel ostensæ, ad

hiberetur. Et vt huiusmodi statuta & ordinationes ad singulorum notitiam deducantur, vniuersis locorum ordinariis autoritate apostolica præfata, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus statuta & ordinationes huiusmodi, per se vel alium seu alios in eorum ecclesiis vel ciuitatibus publicent, seu publicari faciant, quæ post publicationem ipsam, eodem quorum interest, aut interesse poterit, perinde ardeant, ac si eis personaliter intimatæ essent, aut intimarentur. Tenor verò statutorum & ordinationum prædictarum sequitur, & est talis.

*Quod nemini prædicare liceat, nisi per Episcopum admissio, cuius est verbo dei seminando eos adhibere, quos probauerit esse doctos, modestos & pios viros.*

Cap. 1.



Vm potissimum anima verbo quod ex ore dei procedit, viuat, id autem nec passim, nec ab omnibus expediat prædicari, admonente Apostolo, qui inquit: quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur? Ideo statuimus & ordinamus, vt non liceat cuiquam, etiam religionem professio, & quomodolibet exempto, euangelium docere, nisi ab Ordinario vel eius Vicario tam moribus quàm doctrina probatus fuerit, facta fide per patentes literas, quæ præter notarij mercedem gratis prorsus concedantur. Missi itaque atque probati euangelicum negotium tractabunt rectè, sobriè & purè, loca quæque recondita magis & abstrusa, in tellectuque difficilia, non ad nouum & adulterinum sensum, sed iuxta sanctorum patrum, & ab ecclesia receptorum doctorum, præcipue Cypriani, Chrysostomi, Ambrosij, Hieronymi, Augustini, & Gregorij exponant & interpretentur. Omni etiam ope studeant, ne pro veris somnia & aniles fabulas, pro certis dubia, pro receptis apocrypha & iam dudum explorata damnataque ab orthodoxa ecclesia tradat vel depromant, idque omni modestia, ne vnquam eos ad conuicia iniuriasque delabi contingat, locumque ille cū populi offendiculo dehonestetur. Itaque Ordinarius aliquot excellenti doctrina præditos constituat, qui per diocesim inquirant, qui sint ad euangelicam doctrinam idonei disseminandam, quique ad impias nouitates & perfidiam aliquam non desistant, vt remedia adhibeantur, quo populus rectè instituat in Christiana lege, & ab ea deficiens, ne secum alios trahat, debite coerceatur, cultus diuinus obseruetur, peragaturque his modis & ritibus qui per manus sanctorum patrum nobis traditus, & per maiores nostros obseruatus est in sacrificio altaris, officii defunctorum, canonicis horis, cæterisque diuini laudibus atque ceremoniis.

*Quod clerici morum integritatem, clericali quoque habitu ac tonsura ornare debeant.*

Cap. 2.

Hinc hortamur atque monemus omnes & singulos qui sacris initiati sunt, vt viuant vitam, quæ professio exigit, Christus requirit, inquit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est, cum vestitu honesto incendant: quem Paulus alibi præscripsit. Quapropter singulari cura intendat quisque prælatus, ne hi quibus præest in sacris ordinibus constituti, vestes varij coloris velut virgatas & sim

& simbriatas, deferant, sed longis atque talaribus vrantur: nulla arma, induant, nisi itinerantes: barbaram & comam nõ nutriant, coronam & tonsuram deferentes, tum summo pere curantes, ne quem laicorum indecentia vestitus offendat, vt sacris canonibus cautum est.

*Vitanda clericis tabernæ, scena, ludii, omnisque leuitas.*

Cap. 3.

Insuper tabernæ publicas euitent, nisi eas peregrè proficiscentes ingredi oporteat, & tam inibi quàm domi & alibi à crapula, ebrietatibus, omni que ludo à iure prohibito, blasphemis, rixis ac aliis quibuscunque excessibus & offensionibus penitus abstineant, choreas, spectaculante & conuiuia publica vitent, ne ob luxum, petulantiamque eorum nomen ecclesiasticum male audiat.

*Interdicitur clericis cautionaria, ac mercatio.* Cap. 4.

Cumque secundum Apostolum nemo militans Deo, sese negotiis secularibus implicare debeat. Nemini liceat contra prouincialia statuta & synodalia, domi suæ tabernam computandique locum aperire laicis, quoniam non raro sequi solent ebrietatem rixæ, caedes, & multa hoc genus scelera, quæ sacerdotali polluit dignitatē. Præterea negotiationibus mercimoniisque, more mercatorum abstineant. Vt parochi oblationibus ac iuribus suis contenti, subditis nihil superflui oneris imponant. Cap. 5.

Acerdotes autem curati, quique vicem eorum referunt, subditos in remediis & aliis parochialibus ultra ea quæ sibi de iure debentur, non grauent, vltraque depositionem, eos ad peractiones Septimi Tricesimi, vel Annuarij peragi faciendas non cogant, tum præter oblationes festis solennibus fieri solitas, cum illa pro arbitrio fieri debeant, aliàs iniustis non exigant.

*Vt parochi pro necessaria sacramentorum administratione quod de consuetudine voluntarie offertur recipiant, nihil verò extorqueant.* Cap. 6.

De sepultura quoque, ac administratione sacramentorum, aliisque spiritualibus pacisci, aut aliquid ab inuito exigere nemo possit aut debeat, & propter eiusmodi à parochianis neglecta cuiquam non liceat aliquod sacramentorum denegare neque propter debita quempiam ab ecclesiastica sepultura prohiberi, parochialia tum iura quæ vsus recepit & debentur altari seruienti, per prædicta non abrogamus.

*Consuetudo per quam plus iusto onerantur subditi, auctoritate episcoporum vel magistratus moderanda.* Cap. 7.

Cum autem in diocesibus non sit eadem consuetudo, & inter subditos & pastores multa & varia emergant dissidia pastoribus quibusdã plura exigere propensis. Subditis verò ob penuriam & egestatem reclamantibus & recusantibus, ordinamus quod quilibet Ordinarius infra sex menses post præfentium publicationem omnibus perpensis, benèque & sufficienter examinatis, supra prædictis certam legem ordinationemque vnã cum principum, aut dominorum secularium consilio, quos ista negotia tangunt, constituat: ne vidue, pupilli, & alij pauperes nimum vltra vires iniuste grauetur, quod nos si neglectum fuerit, si in prouincia adfuerim, vel successor noster, habita plena de his informatione, facturos pollicemur, aut rem ipsam sanctissimo domino nostro relaturi sumus, qui huic rei prospiciendæ iudices deputabit.

*Quod oportet clericos esse temperantes, & non miscere cum laicis conuiuia, ne funeralia quidem aut fraternitatum.* Cap. 8.

Conuiuia presbyterorum, quæ in exequiis & fraternitatibus publicè in tabernis hucusque exhibitæ sunt, prorsus abrogamus, quod plerumque laicis sint scandalo. Si autem conuiuium vel consuetudo vel locorum distantia exigat, fiat illud in domo sacerdotis, honestèque non ad luxum, sed ad necessitatem instruat. Si quidem neque comestationi, neque comotationi vacandum est sacerdotibus, quum quod non audiant, quorum Deus venter est, tū quod officij eorum est, & sobriè & castè pro peccatis Deo dona sacrificiaque offerre.

*Parochis datur potestas occultos peccatores gratis absoluendi, præter hæreticos, homicidas, & excommunicatos, qui cum publicis peccatoribus remittendi sunt ad eos quibus absolutio reseruata est.* Cap. 9.

Proinde ne & ipsi videantur pecuniæ aucupium magis quàm salutis animarum studium amplecti, dum laicos grauiora delicta confessos hinc inde remittunt, non sine famæ rerumque dispendio, Constituimus & ordinamus, vt deinceps quilibet confessor absoluere possit laicos contritos & confessos, à quibuscunque peccatis occultis, quantumcunque grauibus & enormibus, quæ Ordinarij suæ autoritati reseruauerant, exceptis duntaxat homicidis, hæreticis, & excommunicatis ad episcopum vel eius vicarium mittendis. Quo autem ad clericos, nihil quo ad hoc statutum intelligatur innouatum. Pro condonatione autem & remissione peccatorum, quæ absolutione vocant, nihil omnino ab inuito exigat, Ne prælati animarum curam indignis & sub vili stipendio locent. Cap. 10.

Ancimus quoque iuxta Apostoli sententiam, quæ dicit, Nemini citò esse manum imponendam, ne cui temerè cura animarum committatur. Itaque probeur prius per episcopum vel eius Officialem, etiam religionem professus, nec liceat vili vicarij ecclesiæ & plebis suæ sufficere, illamve locare, siue emolumentum quod absentia nomine recipiet constituere, sine autoritate episcopi aut vicarij. Nam cum os boui trituranti non sit alligandum Episcopi vel Officialis arbitrio eiusmodi emolumenta locationum & absentiarum moderanda censemus.

*Gaudere non debent clerici de ecclesiasticis beneficiis, quorum prædia & domos non restaurant.* Cap. 11.

Domos quoque fundosque dotales beneficiorum collaptos instaurant possessores quantum necessitas postulauerit, reparataque in debita structura conseruet, & per Archidiaconos & Decanos rurales, ac alios, ad quos de iure vel consuetudine spectat, vbi negligentes fuerint per subtractionem prouentuum autoritate nostra arctius compellantur.

*Non debent animarum cura præfici religiosi, sed ad regulam (quam præfati sunt) obseruantiam compelli.* Cap. 12.

Expressè cauentes ne cura ecclesiarum, beneficiorumque concedatur religionem quamcunque professis, etiam exemptis, quod si aliqui haftenus admissi vel recepti essent, nisi de voluntate fauorèque superioris sui legitimisque causis constitent, extra sua monasteria degere nequaquam sibi integrum fore putent, quãdo illos sic vagos per Ordinarios vel vicarios ad superiores suos, per victus denegat

tionem, aut alia iuris remedia remittendos esse iubemus.

*Licebit pauperi consentui cui libet sua ecclesia diuitiarum coheretis, praeficere religiosum probatum prius, & admissum per episcopum, sed ne ad sacros quidem ordines, alij quam tales promoueri debent.*

Cap. 13.

**M**onasteriorum praelati vnitas ecclesias habentes, praedictos vicarios perpetuos, vel ad nutum amouendos in eisdem ecclesiis in posterum non constituant, nisi prius per Ordinarios aut eorum vicarios vt idonei & apti fuerint admissi ecclesiae tamen suae monasteriis vnita, vsque ad eum, p. pinquax, quod religiosi earumdem curam habituri sub religione, in monasterio, sub debitaque obedientia stare possent, modò sint habiles & idonei, per huiusmodi religiosos prouideri possint: id quoque permittimus de monasterio quam tenue est, vt debitam sustentationem habere nequeat, volentes religiosos & qualitercunque exemptos curata beneficiata habentes, Ordinario loci esse subiectos. Cumque in ecclesia Dei magis praestet paucos bonos & doctos, quam plures indoctos & imperitos habere ministros, id quod ratio nostrorum temporum exigere videretur. Idcirco deinceps non initientur sacris ordinibus, nisi viri morum, vite candore, & doctrina praeter ceteris spectati pbatiq; per testimonium, examinis rite seruandi.

*Extra diocesim ordinati, sine Ordinarij auctoritate ac literis testimonialibus, ad diuina non admittantur.* Cap. 14.

**Q**uod attinet ad Ordinarios in vrbe, vel in alia quacunque aliena diocesi, sancimus, vt & illi suarum ordinationum literas & titulos ostendant. Et simili modo ad diuina peragenda prius non admittantur, quam ab episcopo vel vicario seu Officiali fuerint rite admissi.

*Sacerdotes in libidine effusos, & nephario concubinato pollutos, poenis ac censuris ecclesiasticis coercendos.* Cap. 15.

**P**raeterea cum nihil aequè conueniat omnibus numeris, ac eos esse mundos, qui vasa Domini portant, & in sacratio operantur, quales sacerdotibus constituit ipse Dominus, qui quotidie sacro sancta tractant, & in illis versantur. Igitur volumus, atque iuxta sanctiones canonicas foeliciter a diuinis patribus institutas sancimus, vt castè, còtinentèrque viuant. Sacerdotes concubinarum, incontinentèrque vitam agentes, Canonum poenis in ordinem redigantur, nulla consuetudine eis, nulla còniuentia, imò dā nosa praelatorum negligentia patrocinante.

*Stationarios qui elemosynam pacti sunt, prohibèdos: qui vero integra fide colligunt, non admittendos nisi sub testimonio Ordinarij.* Cap. 16.

**Q**uo verò ad quæstores, qui vulgò Stationarij appellantur, statuimus: ne quis quauis auctoritate literarum occasione, vel ad praedicandum, vel subsidia, elemosynasque colligendas se ingerat, vt cunque se iactet indulgentiis abundare: nisi prius literarum admissionis & approbationis Ordinariorum vel vicariorum ab eo prolata fuerint, astringentes ipsos ordinarios vt tales admittant, qui probatae vitae testimonium habeant. Et de praedicatione sua dum opus erit rationem reddere possint, elemosynis, priorumque oblationibus non abufuri per luxum proprium, religione iusiurandi affirmaturi, se nec quotam nec totam colligendi facultatem, certa summa pecuniarum pactos esse. Fratribus tamen mē dicantibus, integras, saluasque cōcessiones a sede a-

postolica factas, relinquimus.

*Vagos sacerdotes non tolerandos ultra mensam, nisi cum testimonio Ordinarij vnde discesserunt, eiusque cuius diocesim intrarunt admissione.* Cap. 17.

**E**t vt pastor agnoscat vocem ouis, & illa vicissim vocem pastoris audiat, tollaturque omnis vagandi occasio, Ordinamus, quod presbyteri, peregrini & ignoti, ad Missarum sacrificium non admittantur, nec ultra mēsis spatium in consortio presbyterorum tolerantur, nisi exhibeant literas admissionis alterius ex Archiepiscopis vel episcopis, in cuius diocesim se transfulerint ac documenta & literas testimoniales sui ordinarij, a cuius diocesi proxime discesserunt, quibus de eorum ordinibus & honestate constet, ne aliquis incorrigibilis post perpetratos excessus, impunè ad aliam diocesim transeundo euadat.

*Seruandas in arario templi, pecunias templo dedicatas, nec rogari debent, nisi accedente ad voluntatem praefectorum ararij, Rectoris quoque consensu.* Cap. 18.

**V**t autem Christi fidelium elemosynae in usum pro quo erogantur, vertantur: non liceat procuratoribus seu vitricis fabricarum, in singulis ecclesiis quicquam de pecuniis ad fabricam prouenientibus distribuere, aut in aedificiorum vel alterius rei usum dispensare, sine Rectoris scitu: sed ad armaria fabricae reponantur, vt haecenus seruatum est: duabus vel tribus clauibus pro loci consuetudine tenendis, quarum vna ipsi Rectori seruanda tradatur, obseruato vsu in clauibus & rationibus reddendis, a principibus & superioribus haecenus recepto.

*Episcopi debet suis vicariis, & qui ipsi episcopi sunt, ita prouidere, ne cogantur contra episcopalem dignitatem suam seruire.* Cap. 19.

**S**tatuimus quoque & ordinamus, ne Episcoporum in pontificalibus vicarij in consecrandis ecclesiis & altaribus, quod sacri iubent Canones quicquam omnino exigant, excepta procuratione. Conuenit namque vt pro qualitate status ipsorum episcopi prospiciant, praestando praecipue pensiones super fructibus mensae episcopalis a sede Apostolica constitutas, ne aliquid attentare habeant in dedecus episcopalis dignitatis.

*Rediguntur dies festi in numerum, ceteri ita abrogantur, vt nihilominus peragantur diuina.* Cap. 20.

**N**ec ab re, imò iustis de causis adducti, festorum multitudinem constringendam esse duximus. Statuentes & ordinantes vt de cetero Dominica dies, quae in gloriae dominicae resurrectionis ad nos vsq; a primitiua ecclesia maximè celebris semp habita est: dies quoque Natiuitatis Christi, sancti Stephani, Ioannis, & Innocentium, Circumcisionis, Epiphaniarum, Paschae, cum feria secunda & tertia duntaxat, Ascensionis, Georgij, Pentecostes, cū feria secunda & tertia duntaxat, Corporis Christi & praesertim quatuor beatae Virginis, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis & Natiuitatis, Nativitas apostolorum, Ioannis Baptistae, Magdalenae, Laurentij, dedicationis, Michaelis, Omnium sanctorum, Martini, Nicolai & Catharinae celebres quoque & festi habeantur. In ceteris autem festiuitatibus, quacunque ratione vel institutis, vel receptis, & quae sub praeepto celebrari debeant, permittimus liberèque cuique facimus, vt missa audita, ad operas suas, quibus suam suorumque alimoniam querere cogitur, redire possit. Festis tamè dedicationum, patronorum & prin-

& principalium nihil derogantes, quo ad eorum celebrationem in cathedrali sede, ciuitateque ac loca etiam Episcopalis residentiae duntaxat.

*Quibus diebus interdicta sit nuptiarum celebratio, & quatenus ieiunium plebi sit imponendum.* Cap. 21.

**C**umque in certis locis & diocesis inter pastores & gregem propter nuptiarum celebrationem, quam alij intronizationem, alij solennizationem vocare solent, multa & iurgia & scandala eueniant, declaramus & statuimus quod matrimonia in conspectu ecclesiae possint solennizari, nullo ab Ordinario ad hoc consensu petito, aut quapiam re pro eo exposita. Exceptis tamen tota Quadragesima, vltima hebdomada Aduentus, festis Paschae, Pentecostes, & natiuitatis dominicae, cū octauis, ac diebus Rogationum. Ieiunia quoque ab ecclesia instituta, sub debito obedientiae sanctae ecclesiae catholicae in posterum indici debent, omisso excommunicatio nis verbo, ne infirmorum conscientiae offendantur, cum his temporibus pietas penè omnis iaceat, sacerdotibusque parum deferatur.

*Quod ceteri clerici auctores tantum diuinis excludere debeant.* Cap. 22.

**V**t igitur & extinctus cultus excitetur, populūque non fiat in dies negligentior, statuimus vt propter eandem clericorum, persona tantum, non autem locus interdicendus veniat, nisi cetero, concursuque populari facinus patratum esset.

*Quod episcopi non debeant clericorum bonis inhierare, qui legitimos haeredes aut successores relinquunt.* Cap. 23.

**I**nhibemus in super, ne in posterum Episcopi clericis legitimis ab intestato decedentibus, in patrimonialibus bonis, aut industria propria acquisitis succedere possint aut debeant.

*Quod secularis potestas capere possit apostatas, debet tamen Ordinario tradere cuius erit in ipsos animaduertere.*

*Quodque non liceat episcopis pensionum aut absentiarum decimas extorquere.* Cap. 24.

**C**umque quotidie ob nouas, imò iam olim damnatas haereses apostatarum, numerus tam religiosorum quam sacerdotum in immensum crescat, quamplurimis eorum uxores ducentibus. Vt ergo sacrilegia haec impunita non remaneant, concedimus quibuscunque principibus, statibusque potestatis secularis, eorumque Officialibus facultatem, vt eiusmodi apostatas & sacrilegos capere possint, modò reos ipsos Ordinariis infra tempus debitum tradant & assignent, absque aliqua in eos tortura & animaduersione debite puniendos, quibus enixè mandamus, vt omni posita mora fauoreque, diligentius quam haecenus factum fuit, iuxta sacras sanctiones, omnino puniant facinorosos, adeò quòd criminis enormitate exoptulante, possit episcopus seruata forma capituli primi de haereticis in sexto, reum curiae seculari relinquere, vel ad perpetui carceris aenumnam damnare. Negligentia autem ordinariorum ad apostolicam sedem deducta, iudices ecclesiastici ab ea deputabuntur, qui constituto de ordinariorum negligentia ad preces principum aliorumque secularium reos maximè haereseos meritis poenis afficient. Quòd iam episcoporum quidam, vt accepimus, de beneficiorum pensionibus atque absentiarum decimas exigant, cum sit id contrarium iuri, longèque praestet malè inductos vsus delere, quam inusitatum quid admittere. Idcirco decimas eiusmodi ulterius exigi

soluique interdiciamus, vsūque talem qualitercunque receptum cassantes, cassatumque esse censentes.

*Quòd non liceat episcopis beneficiorum fructus immodicè ac auarè, clericis surripere.*

Cap. 25.

**I**tem improbamus, & vt absolum prorsus reiciamus, ab episcopis medios exigi fructus de beneficiis, quae vnus sustentationi vix sufficiunt, vt sunt quae non excedunt valorem triginta duorum Rhenensium, de quibus in Romana curia medij fructus non exiguntur. Quòd etiam ab ordinariis obseruandum esse praecipimus, nisi concordatis aliter cautum esset, vel honesta ratione aliquid, sine tamen reprehensibili grauamine, accipiant.

*Archiepiscopi debent prouincialem synodum omni triennio conuocare.*

Cap. 26.

**C**eterum quo maior fiat coniunctio, firmaque magis inter prouinciales totius prouinciae stabilitur concordia, antiquum morem synodorum in nouantes statuimus, vt singulo triennio post pascha prouinciale concilium celebretur.

*Qui recusat altari seruire, non debet de altari viuere.*

Cap. 27.

**A**d haec cum beneficia propter officia iuxta patrum sanctiones dari cõsueuerint, fierique vix possit, vt in tanta praebendorum caterua non reperiat, qui officij oblitus, horas negligat canonici cas. Hinc statuentes volumus & ordinamus, vt locorum Ordinarij, per Archidiaconos, & Decanos, de huiusmodi sacerdotibus negligētibus sese diligētèr edoceant, & secūdū vnus cuiusque negligētiam atque desidiam, fructus perceptos, vel in vtilitatem ecclesiae, vel in usum pauperum vertant. Quòd si post legitimas monitiones, & simul primam correctionem in eandem negligentiam (quae dissoluta prorsus mentis indicium est) quis relabatur tum beneficio etiam ecclesiastico priuetur, collatorique vel patrono, de alio idoneo prouidendi aut praesentandi sit potestas.

*Qui sacramentorum communionem in totum neglexerint, sepultura debent a sanctorum sepeliri.* Cap. 28.

**S**anctionem patrum, qua ecclesiastica sepultura priuatur, quisquis non confessus, nec Eucharistiae Paschali tempore communionem sumpsit, inuolabiliter obseruadam esse statuimus: at vbi quem contigerit inopinata morte obire inconfessum, sepultura praefata illum carere non volumus, modò ipse Curato constet vel doceatur ipsum secundum iam dictam sanctionem, confessum esse & simul communicatum, aliudque non obstat canonicum impedimentum. Non committendum vt relinquatur impunita blasphemiam.

Cap. 29.

**A**d tollendam execrabilem blasphemiam diuini nominis, atque diuorum quos temere fas non est: Statuimus & ordinamus, vt quicumque clericus vel sacerdos Deo palam maledixerit, conuictiis contumeliisque atque ad eum obscenis verbis inceserit Deum & dominum nostrum Iesum Christum, aut nunquam satis laudatam matrem eius gloriosam Virginem pari blasphemiam lingua impetuerit, aliosque sanctos blasphemauerit, fructuum vel bonorum priuatione, seu aliis poenis, pro qualitate blasphemiae & delicti plectatur.

*Seruanda quae aduersus simoniacos sacri canones decernunt.*

Cap. 30.



**C**ontra simoniæ labem non discedimus à patrum sanctionibus, iubentes eas sub pœnis in illis contentis obseruari.

*Diuimatores, hereticos, & fidei dilaceratores non modò vitandos ac rescindendos, sed seuera quoque animaduersione plectendos. Cap. 31.*

**I**n sortilegos, diuinaculos, incantatorèque clericos, quos tam sacræ leges quàm patrum decreta execrantur, statuimus & ordinamus, vt arbitrio superiorum infamia notentur: si qui moniti non destiterint, ordine amoueantur: inque monasteriũ ad tempus arbitrio superioris relegentur, beneficiis officiiisque suis ecclesiasticis priuati. Ceteri autem pleu dochristiani de fide parum probe sentiètes, citra delectum personarum: Hæretici quoque vel Iudaismũ referentes, à sancta Christianorum congregatione procul arceantur, contraque eos diligenti inquisitione procedatur, per ordinarios vel eorundem vicarios, aut hæreticæ prauitatis inquisitores, vel per iudices à sede apostolica vel per nos deputandos, vt non resipiscende pœnis puniantur debitis.

*Vt sacerdotes oportet sacras literas assidue discere, ita laicorũ est non temerè de illis disceptare ac iudicare. Cap. 32.*

**P**rohibemus etiam tam clericis quàm laicis, de sacrosancta fide temerè, præcipuè inter pœcula atque conuiuia, disceptare: iniungentes sacerdotibus vt omni modestia vtantur, & peculiari ter operam impendant. Nouo, Veterique testamento legendo, vt par est, ne per otium in vitia voluptatèque labantur.

*Decet episcopos in suis vicariis esse liberales, prælatosque omnes elemosynarios. Cap. 33.*

**S**tatuimus & ordinamus, vt quilibet episcopus diligenter prouideat atque in primis id curet, vt vicarij siue perpetui, siue pro nutu positi, competentem viuendi portionem assequantur, ne detur eis anfa suos subditos ob rei familiaris penuriam grauandi. Porro, quod proximè accedit ad Apostolorum institutionem, morèque primitiuae ecclesiæ hortamur cum prælatos, tum reliquos sacerdotes, vt meminerint pauperum, & elemosynis studeant alter alterum vincere.

*Veterũ decora sanctionesque pulchrũ est obseruare. Cap. 34.*

**S**cribis Conciliis, prouincialibusque & synodalibus constitutionibus prodita, quæ mirè decent & adornant candorem vitæ clericalis, nec minus obuiant offendiculis, quæ Christus passim cauenda præcepit, quæ velut sancta teneri & obseruari mandamus, transgressores secundum canones ipsos prædictasque constitutiones puniri volentes.

*Episcopi in synodo quomodo de more veterum singulis annis oportet celebrare, debent has constitutiones publicare, & subditos ad earum obseruantiam compellere. Cap. 35.*

**I**nhibentes propterea omnibus & singulis vicariis & officialibus, necnon & archidiaconis, & decanis ruralibus, aliisque ad quos criminum denuntiatio correctioque quomodolibet spectat, aut quibus id per ordinarios committeretur, ne ad excessus transgressionesque alicuius dictarum constitutionum, statutorum & ordinationum nostrarum, ob peccuniam etiam vltro oblatam, aut alterius rei gratia connueant, sed potius ad pœnas de iure vel consuetudine debitas, contra delinquentes, pro delicti qualitate & officij sui, debite procedant, atque vt ita fiat (quoniam nihil proderit leges condere, nisi sint

qui conditis viuant, mentemque earum exequatur) vtque refloreat catholica fides ecclesiasticaque dignitas, hæresibus radicibus extirpatis, suum locum recuperet, idque vix alio modo aptius atque commodius fieri possit, quàm synodis. Itaque prisicum synodorum morem renouare cupientes statuimus & ordinamus, vt singulo anno saltem synodus diocesana opportuno tempore à singulis episcopis celebratur, cum potioribus prælatis, decanis ruralibus virisque dignis, in quibus per quartas designentur iudices, per diligenter intendant si statuta prædicta, ac alia per synodos de scitu episcopi statuenda obseruentur, inuocato ad hoc si opus fuerit brachio seculari. Mandantes propterea, vt huius nostræ constitutionis ordinationisque series, in præfatis synodis tam prouincialibus quàm diocesanis, in earumque principio diligenter legatur, ne quis in futurũ ignorantiam prætexere possit. Datum Ratisponæ, Anno à Natiuitate domini, Millesimo quingentesimo vigesimo quarto, Nonas Iulij, Pontificatus præfati domini nostri papæ anno primo.

Vita. Iul. Flo. Montinus.  
D. paternina.  
G. Prego.

*EST AVTA SYNODALIA REVERENDI IN CHRISTO PATRIS, DOMINI VALENTINI, EPISCOPI HILDESENSIS.*



**I**n nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti. Amen. Valentinus Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopus Hildesemesis, vniuersis secularium & regularium ecclesiarum prælatis, capitulis, conuentibus, rectoribus, plebanis, viceplebanis, canonicis, capellanis, presbyteris, clericis, & laicis per ciuitatem & diocesium nostras vbilibet constitutis præsentibus & futuris, salutem in Domino sempiternam. Christus ille optimus maximus gubernator & rector omnium cœlestium & terrenorum, æ quo tramite cuncta disponens, voluit & in terris cū spiritualium, tum & secularium negotiorum, legum quandam esse seriem, qua in humanis degentes, ducti natiua insolentia, quæ perpetuè ad malum flexa est postposita, à vitiis tanto magis deterrerentur, altero diligeretur ad amareturque, ita vt iustitia matre & duce, omnia iusto ducerentur tramite. Pacata & in tuto omnia consistenter, cohibereturque appetitus & libido lædendi proximi. Cuius consideratione moti, cumque ecclesiam & diocesim nostras Hildesemen. pluribus annis grauissimis bellorum ac tumultuum fluctibus & procellis miserè vexatam & afflictam, Episcopo ac Pastore sponso suo viduatam atque orbatam, & ab optimo quoque flore, præcipuè legum ordine pessum iisse ac cecidisse, legibus diocesanis bonisque & salubribus statutis carere, & (in summa quod aiunt) omnia susque deque versa, sacræque prophanis mista esse reperissemus: Ad honorem Dei omnipotentis, gloriosissimæ virginis Mariæ matris eius, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, Godehardi, Epiphaniij, Bervardi & aliorum patronorum nostrorum, ac sanctorum omnium pro communi cleri, ciuitatis & diocesis nostrarum utilitate, proque expurgandis sordibus quibus ecclesia & diocesis nostra polluta est. Vtque singula suo ordine gerantur, & cuique quibus porro sibi viuendum

uendum sit legibus & ordine constet, has synodales nostras constitutiones ex iure, & patrum Decretis sumptas, præter equum & honestum nihil spirantes sed ad vnius Dei & suorum cultum proximique dilectionem deseruientes, hic congelimus. Quare ne hic labor & studium nostrum, integèrque animus noster in vos frustraneus sit & illudatur, autoritate nostra ordinari, vobis omnibus & singulis, nostris curæ & gubernationi commisisis ac subiectis, mandamus, volentes vt has nostras quas videtis sanctiones synodales studiosè & inuolabiliter obseruetis, & iisdem pro statutis synodalibus ab hinc in futurũ vtamini, hoc addito, vt quiuis archipresbyter nobis subiectus, eadem habeat, & apud se custodiat, perque se seu suo nomine in capitulo rurali confratribus suis, & omnibus quorum interest annuo & singulis annis ad minus bis prælegat, publicet & publicari faciat & procuret. Contra facientibus ecclesiasticis & aliis iuris remediis & censuris obuiaturi. Interim non ab re generalem cleri Germaniæ reuerendissimi domini Cardinalis Campegij reformationè Ratisponæ euulgatam, præmissam fuisse putates.

*De summa Trinitate & fide catholica.*

Capit. 1.

**I**n primis igitur omnia & singula, quæ ppter sui exquisitam & probatissimam perfectionem, ac clarissimam & candidissimam veritatem adiectione vel declaratione vlla non indigent, & ad quæ vt pore ad principium, medium, & finem salutis omnium: corda nostra, manus & oculos eleuamus deuoti, & quod sancta, catholica, & apostolica Romanaque credit, tenet, & docet, ecclesia sanctissima, piissima, & prudentissima mater nostra. Et nihil aliud credendum, tenendum, ac docendum, statuimus & ordinamus, atque præcipimus.

Cæterum, ea quæ per Reuerendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Laurentium, S. R. E. Sabinen. episcopum, Cardinalem de latere ad Germaniam sanctæ & apostolicæ sedis olim legatũ (tam circa reformationem vitæ ac morum cleri Germaniæ, quàm antiquãdos abolendosque abusus, quæ hic præferri curauimus) Ratisponæ edita, ordinata & statuta sunt, reuerenter & obedienter acceptam atque suscipimus, illaque ab omnibus subditis nostris obseruari mandamus.

*Ex Concilio prouinciali Aschaffenburgensi. D. Petri archiepiscopi Moguntini.*

**I**tem statuimus & ordinamus, vt si aliquis clericus vel laicus vtriusque sexus, cuiuscunque dignitatis, religionis, vel status existat, ausus sit præsumptione & pertinacia damnabili publicè prædicare, vel occultè docere, credere, vel tenere, quod sacerdos in mortali peccato existens, non possit cõficere corpus Christi, seu sic ligatus non possit ligare vel solue re suos subditos à peccatis, pro hæretico & incredulo habeatur, & errorem huiusmodi sacri Concilij approbatione condemnemus, anathematizamus, & penitus reprobamus, cum sacræ scripturæ dicat autoritas, quod siue bonus, siue malus sit minister, per vtrunque Deus effectum gratiæ suæ confert. Non enim quæ sancta sunt, coinquinari possunt, nec ipsa sacramenta potest hominum malitia prophanare: vnde sacerdos quantumcunque pollutus existat, diuina non potest polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt. Licet ergo à quocunque sacerdote ab ecclesia tolerato, diuina mysteria

audiantur, & alia recipiantur ecclesiastica sacramenta.

*Ad idem de blasphematoribus & sortilegiis.*

**Q**uamuis sacris canonibus & sanctorum patrum traditionibus, contra manifestos sanctorum blasphemos, ac damnatos & abominabile scelus idololatricæ, videlicet incantationes, superstitiones & sortilegia pythorum & pythonissarum, in locis diuersis sufficienter cautũ & prouisum existat: Quia tamen (quod mentis amaritudine referimus) adhuc vitia talia in multis locis nobis subiectis existant in vsu, quapropter erroribus & periculis exinde in dies consurgentibus; quantum in nobis est obuiare cupientes, distinctè statuto præsentis perpetuò duraturo præcipimus, vt contra tales statuta canonica desuper edita, summa cum diligentia ab vniuersis nobis subiectis præctentur, & in confessionibus de peccatis huiusmodi solers fiat inquisitio, & tam mares quàm mulieres talia excentes, à comunione sacramentorum excludantur, ac pro absolutione ad nos vel vicarium nostrum remittantur. Et nihilominus si qui publici blasphemii reperti fuerint, vel de huiusmodi incantationibus vel superstitionibus ab ecclesia reprobatis se intromiserint, vel eisdem fidem adhibuerint: vt ab his infra breue tempus eis statuendũ desistant, volumus moneri sub pœna suspensionis à diuinis & ecclesiastica sepultura, à qua non nisi per nos vel vicarium nostrum aut nostros superiores valeant liberari & absolui. Hoc etiam statutum nostrum saluiferum, ne quis illius ignorantiam prætereire possit volumus per rectores ecclesiarum, ac curam animarum habentes, in cancellis ecclesiarum, si & quoties expedire visum fuerit, solenniter publicari.

*De officio archipresbyteri. Cap. 2.*

**I**ndemnitatibus ecclesiarum & beneficiorum, que frequenter propter eorum longam vacationem, grandia in spiritualibus & temporalibus dispendia patiuntur, occurrere volentes: Statuimus, vt qui liber archipresbyter seu eius locum tenens, singulis annis ad minus bis, scilicet in quibuslibet sex mensibus, semel in præsentia confratrum suorum in loco capitulari congregatorum, de omnibus beneficiis infra archipresbyteratum suum vacantibus, curatis, & non curatis, quæ vltra tempus collatoribus & patronis eorum à iure statutum vacauerint, necnon de ipsis collatoribus & patronis, ac eorum nominibus diligentius inquirat, nobis seu vicario nostro in spiritualibus illa cum suorum patronorum & collatorum nominibus, quam primum commodè possit (sic tamen quod istud vltra duorum mensium spatium nõ differatur) post inquisitionem huiusmodi in scriptis notificet: quod si facere obmiserit, pœnam suspensionis ab officio diuinarum (dictorum duorum mensium spatio lapsò) incurrat, quam etiam pœnam quilibet confratru, qui super præmissis requisitus, ea archipresbytero scienter cælauerit, in cidat simili modo. Verum quia nonnulli prætextu literarum apostolicarum quas se impetrasse mentiuntur, ecclesiasticæ beneficia vacantia, propria temeritate in periculum suarum animarum occupare præsumunt. Ordinamus vt de cætero quilibet archipresbyter, seu eius locum tenens, tam eorum, qui infra suum archipresbyteratum ecclesiastica beneficia vigore literarum apostolicarum assequuntur, quàm etiam benefici

eiorum & patronorū, eorumdem nomina infra mē-  
sis spatium à tempore assequutionis huiusmodi cō-  
putandum, nobis vel vicario nostro rescribat seu no-  
tificet. Alioquin similem pœnam, vt præfertur, dicto  
mense lapsō incurrant. Tempus autem à iure datum  
pro conferendis beneficiis, patronis ecclesiasticis  
sex menses, laicis verò quatuor intelligatur.

*Ad idem.*

**P**raterea statuimus & ordinamus, vt quilibet  
archipresbyter seu eius locumtenens, infra  
proximos tres menses à publicatione præ-  
sentium, omnes suos confratres ceterosque pres-  
byteros seculares & religiosos, infra suum archi-  
presbyteratum beneficia eccle. obtinentes: seu of-  
ficiates, de quorū titulis, inuestituris, seu institutioni-  
bus, ac prouisionibus sibi nō cōstat, ad ostendēdū si-  
bi inuestituras titulos, aut institutiones seu prouiso-  
nes beneficiorū suorū, auctoritate nostra in scriptis  
cū insertione pœnæ suspensionis requirat, & de cæ-  
tero nullum infra suum archipresbyteratum, ad offi-  
ciandum aliquod beneficium ecclesiasticū, nisi pri-  
us ostenderit sibi titulum, inuestituram, aut institu-  
tionem & prouisionem sigillatas, sciētē toleret vel  
admittat. Quod si archipresbyter quēpiā taliū li-  
teras suas vt præfertur sibi non ostendētem, in regi-  
mine & officiatione ecclesiastici beneficij contra  
præmissa tolerare præsumperit, ipsum vt supra man-  
datur non suspendendo, ex tūc aliis quindecim die-  
bus elapsis, archipresbyter ipse suspensionis senten-  
tiam propter huiusmodi negligentiam incurrat ipso  
facto. Sit etiā forma suspēnsionis, quā in scriptis archi-  
presbyteri ferant: Quia tu monitus vt titulū vel prouiso-  
nem tui beneficij ostēderes, infra quindecim die-  
rum spatium huiusmodi mandato non paruisti, nec  
titulum ostendisti, idcirco auctoritate mihi concessa,  
te in his scriptis à diuinis suspendo, ac suspensum  
denuntio, quam formam etiam in aliis censuris infli-  
gendis, iuxta causarū exigentiā volumus obseruari.

*Ad idem.*

Considerantes quod archipresbyteri rurales pro  
eo constituuntur, vt clericorum honestatem & con-  
fratrum vtilitatem procurent, excessus eorum, referant,  
Mandata nostri vicarij & Officialium nostro-  
rum debitè exequantur, & singula quæ à superioribus  
mandantur, ad notitiam confratrum suorum deducant,  
quæ tamen ab archipresbyteratibus suis absentes  
nequeant adimplere, statuimus & ordinamus  
vt quilibet archipresbyter diœcesis nostræ Hildesemen-  
tense teneatur intra suum archipresbyteratum face-  
re residentiam personalem, decernens. vt absentes à  
suis archipresbyteratibus archipresbyteri, nisi infra  
mensem proximum à publicatione presentium ad  
residentiam, se cum effectu receperint, & etiam illi  
qui de cætero à suis archipresbyteratibus se absentia  
uerint, & animo alibi residendi seu domicilium ex-  
tra archipresbyteratum suum constituendi & fouendi,  
in absentia huiusmodi per vnum mentem manserint,  
suis archipresbyteratibus lapsō mensis spatio  
prædicto, sint eo ipso priuati. Moxque camerariuste  
neatur confratres capitulares pro electione alterius  
archipresbyteri conuocare, & alium archipresbyte-  
rum eidem eligere. Quod si camerarius infra quin-  
decim dies, post lapsum dicti mensis facere neglexerit,  
sit eo ipso ab officio diuinorum suspensus.

*Ad idem.*

Hac insuper constitutione, vniuersis & singulis

archipresbyteris præcipimus, vt notorios excessus,  
& præsertim illos in quibus ecclesia scandalizatur,  
quorumcunque infra suum archipresbyteratum be-  
neficiatorum seu aliorum clericorum, infra duos  
menses à tempore notitiæ suæ computandum, nobis  
seu vicario nostro notificent & conscribant. Quod  
si quis facere neglexerit, & huiusmodi statutum exe-  
cutum non fuerit, cum effectu, præter omnipotentis  
Dei indignationem quam incurrat, pœna condi-  
gna per nos vel nostrum vicarium puniatur, & infle-  
ctetur. Sunt autem scandalosi excessus, furtum mani-  
festum, presbyteri homicidium, fornicatio scanda-  
losa cleri, & adeo notoria, quod nulla tergiversatio  
ne celari potest, si clericus literatorie, publicè, & in  
forma ecclesiæ excommunicatus celebret, legendo  
Euangelium, seu epistolam. Si clericus vsuram ma-  
nifestè exerceat. Si clericus cuiuscunque gradus  
post monitionem archipresbyteri se tabernis, lupanaribus,  
& actibus illicitis, & litigiosis notoriè im-  
miscet, & his similes, qui pro loci temporis, & per-  
sonæ ratione scandalosi dici possunt.

*Ad idem.*

**I**nsuper ordinamus, vt nullus archipresbyterorū  
ruralium nostræ diœcesis electus aut eligendus,  
nondum confirmatus, officium archipresbyteri  
ante confirmationem suam, à nobis vel vicario no-  
stro obtinendam, exercere, aut se archipresbyterū  
nominare vel scribere vel pro tali genere quomodo  
libet psumat, formā autē iuramenti p archipresbyterū  
quemlibet in sua confirmatione præstandi, talem  
esse volumus, vt sequitur: Primò videlicet, iurabit  
quod mandata nostra, ac vicarij, & Officialium no-  
strorum pro tempore existentium reuerenter exequatur,  
ac nobis & eisdem fidelis erit, quodque officium  
ad quod electus est, fideliter exercebit absque dolo  
& fraude. Item, quod penes se habeat statuta synoda-  
lia & illa quater, vel euidenti occurrente impedimē-  
to, bis in anno confratribus suis ad intellectum pu-  
blicabit, ea quoque inuiolabiliter obseruabit, & in  
aliis, quantum in se est, obseruari faciat, dolo & frau-  
de semotis: quod insuper excessus confratrum suo-  
rum prout ad se spectat corrigere, incorrigibiles ve-  
rò pro eorum excessibus, pro quibus deferendi sunt  
nobis, vel vicario aut Officiali nostris, deferre non  
tardabit.

*De renunciationibus beneficiorum.*

*Cap. 3.*

**V**niuersis nostri episcopatus ecclesiasticis per-  
sonis beneficiatis districtius prohibemus, ne  
audeant aliter quàm in manus nostras, seu vi-  
carij nostri in spiritualibus, & Officialis vel superio-  
ris ad hoc potestatem habentis, beneficia sua dimit-  
tere, & resignare, aut illa aliàs (nulla super hoc à no-  
bis, seu vicario nostro, vel ab alio superiore potesta-  
tem habente obtenta licentia) relinquere: quod si se-  
cus factum fuerit, ad huiusmodi resignata & dimissa  
beneficia, per nos vel vicarium nostrum, nisi for-  
tè ex causa rationabili, tales resignationes auctoritate  
nostra approbarentur seu ratificarentur, quicquam  
nullatenus instituatur.

*De temporibus ordinationum. Cap. 4.*

**S**æpe contingit, quod nonnulli clerici ciuitatis &  
diœcesis nostrarum, vinculo excommunicatio-  
nis astricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel  
idiotæ, vel aliàs susceptione sacrorum ordinum  
indigni, in remotis partibus per alienos episco-  
pos

pos, quandoque furtiuè, & aliquando per saltum, &  
interdum extra statuta tempora, & alias indebitè se  
faciunt contra statuta factorum canonū promoueri.  
Et deinde se à Rom. pontifice, vel aliàs debitè pro-  
motos fore, mentientes, in sacris ordinibus præsu-  
munt ministrare, Volentes igitur his pro exequutio-  
ne iuris communis iuxta posse prouidere, statuimus  
vt nullus ciuitatis & diœcesis Hildesemen. clericus  
absque licentia nostra seu vicarij nostri, ad sacros or-  
dines promotus, in ordinibus huiusmodi in ciuitate  
& diœcesi nostris ministrare præsumat, seu ad exe-  
quutionem ordinum taliter susceptorum per aliquē  
admittatur, imò ipsum & quemlibet ipsorum sic fur-  
tiuè promotum, ab ingressu ecclesiæ suspendimus,  
donec & quouique de ordinibus suis, coram nobis  
aut vicario nostro in spiritualibus legitime docuerit,  
& quod admitti debeat, nostris seu vicarij nostri  
patentibus literis ostendat. Si quis autem hanc con-  
stitutionem transgredi, & contra illam in susceptis  
ordinibus non admissus (vt prædicitur) ministrare  
præsumperit, eo ipso sententiam excommunicationis  
incurrat, quam etiam extunc per archipresbyterum  
& alios confratres apud quos moram fecerint, ipsos  
incurrisse denunciari volumus & publicari.

*De filiis presbyterorum. Cap. 5.*

**S**acris disponentibus ordinationibus, filiis sacer-  
dotum in ecclesiis patrum ministrare, aut ea seu  
alia in eisdem beneficia ecclesiastica quomodolibet  
obtinere, & ipsi & alij illegitimè nati, seu ex ille-  
gitimo coitu procreati, sine dispensatione sedis apo-  
stolicæ vnum beneficium curatū obtinere prohibē-  
tur. Et si ex dispensatione huiusmodi vnum curatum  
deinde tacito defectu natalium quem patiuntur, à se  
de præfata, vt duo vel plura beneficia similem curam  
habentia, recipere possint & retinere valeant: & si  
eis canonicè conferantur, obtineant, talis dispensa-  
tio tanquam per surreptionem obtenta, nullius peni-  
tus sit momenti. Quapropter censens parum fore iu-  
ra condere, nisi executioni demandentur: Volumus  
& statuimus vt deinceps sacerdotum filij in suorum  
patrum ecclesiis, in nostris ciuitate & diœcesi mi-  
nistrare, aut eas seu alia beneficia in eisdem quomo-  
dolibet obtinere non præsumant, illaque extunc in  
antea per ipsos taliter contra iuris dispositionem oc-  
cupata, vacare decernimus, & eorum collatoribus  
licentiam talia idoneis conferendi presentibus assi-  
gnamus, nisi cum ipsis per sedem apostolicā desuper  
sit dispensatum, eisdem presbyterorum filiis, & ali-  
is illegitimè natis beneficiatis nostrarum ciuitatis &  
diœcesis presentibus iniungentes, vt infra vnius mē-  
sis spatium à publicatione presentium, de suis dis-  
pensationibus tam super eo quod in ecclesiis patrū  
ministrare, succedere, & in eis beneficia obtinere va-  
leant, quàm super defectibus suis, & pro obtinendis  
vno vel pluribus beneficiis à sede prædicta obtentis  
coram nobis vel vicario nostro doceant, vt anima-  
rum periculis obuiecur, & ecclesiasticis beneficiis  
debitè prouideatur: quod si secus fecerint, contra ip-  
sos secundum ordinationes prædictas, prout de iure  
poterimus, procedemus.

*De clericis peregrinis. Cap. 6.*

**D**icimus quod in ciuitate & diœcesi nostris  
Hildesemen. plures clerici peregrini, de quo-  
rum promotione non constat, in sacris ordi-  
nibus publicè ministrent, & curam regant anima-  
rum, licet literas commendatitias & dimissoriales

suorum Episcoporum, vel examen nunquam osten-  
derunt. Volentes igitur in his prouidere, statuimus vt  
deinceps nullus clericus peregrinus, siue secularis,  
aut religiosus existat, ad executionem sacrorum or-  
dinum infra ciuitatem & diœcesim nostras in publi-  
co admittatur, nisi per literas nostras, aut vicarij no-  
stri se admittendum fore prius ostendat. Si quis au-  
tem contra hoc statutum per nos vel vicarium no-  
strum non admissus scienter ministrare, & de cura  
animarum se intromittere præsumperit, eo ipso sen-  
tentiam excommunicationis incurrat. Quam etiam  
sententiam taliter delinquentes incurrisse volumus  
denunciari, certificando quoslibet coram taliter ex-  
communicatis post huiusmodi denunciationem ce-  
lebrantes, suspensionis sententiā à iure in tales pro-  
mulgatam incurrere, & exinde notam contrahere  
irregularitatis.

*De maiestate & obedientia. Cap. 7.*

**S**tatuimus vt vnusquisque archipresbyter, rector  
plebanus, viceplebanus, siue curatus nobis subie-  
ctus, literas nostras ac vicarij & Officialis nostro-  
rum, nostrique & eorum mandata reuerenter vbiq;  
infra limites suæ parochiæ recipiat, & sine dolo &  
fraude proxima dominica die sequenti diligētē ex-  
equatur, nunciolique literarum nullo modo prodar,  
sed pro viribus defendat. Secus autem faciens & cō-  
stituto de eo, puniatur. Volumus etiam & statuimus,  
vt in executione quorumcunque mandatorum, lite-  
rarum, & processuum à nobis vel vicario seu Officia-  
li nostris emissorum, dies, menses, annus, nomen exe-  
quentis, & locus executionis per rectores, plebanos,  
& viceplebanos apponantur, vt sic, videlicet execu-  
tor, scribat à tergo mandati eiusdem propria sua ma-  
nu. Executum est hoc mandatum per me N. pleba-  
num ecclesiæ in N. nomen & cognomen suū, ac ec-  
clesiæ suæ nomen exprimendo, Anno infra scripto,  
die tali, mensis talis, &c. vt de huiusmodi execu-  
tione, legitima fides per hoc habeatur: alioquin si  
secus factum fuerit, per Officiales grauius puniatur.

Inhibemus quoque, ne quispiam clericorum no-  
bis subiectorum, cuiuscunque congregationi, capitu-  
lo aut conuenticulo, in quo quicquam in præiudici-  
um status & honoris nostri & successorum nostrorū  
episcoporum Hildesemen. seu iurium episcopali-  
um tractatur interesse, dando consilium, auxilium  
vel fauorem, scienter & dolosè præsumat, secus au-  
tem faciens, nostram incurrat vltra pœnam iuris, in-  
dignationem.

Et præterea considerantes, quod tunc ecclesiasti-  
cus ordo confunditur, cum vnicique honor debi-  
tus non obseruatur: Statuimus & ordinamus quod  
in ecclesiis collegiatis, conuentalibus seu capitula-  
ribus, antiquæ honestates & consuetudines approba-  
tæ debitè obseruentur, & prælati eaurundē assurgendo,  
& aliis prerogatiuis, debita reuerentiā & obedi-  
entia, cū sint columnæ ecclesiarū eaurundē, exhibē-  
tur: rā à canonicis, quàm aliis simplicibus presbyte-  
ris ecclesiarū huiusmodi. Quod si quis huius statuti  
transgressor repertus fuerit, in fructibus præbendæ  
suæ taliter puniatur, vt discat superioribus honorē,  
& reuerentiam condignam impendere & exhibere.

*De iudiciis. Cap. 8.*

**Q**uia causa matrimonialis, cum dependen-  
tibus & connexis per eos qui potestatem iu-  
dicandi habēt, & canonū statuta nō ignorāt,  
tractari & diffiniri debēt: Statuimus, & in virtute san-  
Ecc 4 Et o

ciorum & patronorū, eorumdem nomina infra mēsis spatium à tempore assequutionis huiusmodi computandum, nobis vel vicario nostro rescribat seu notificet. Alioquin similem pœnam, vt præfertur, dicto mense lapsō incurrant. Tempus autem à iure datum pro conferendis beneficiis, patronis ecclesiasticis sex menses, laicis verò quatuor intelligatur.

*Ad idem.*

**P**raterea statuimus & ordinamus, vt quilibet archipresbyter seu eius locumtenens, infra proximos tres menses à publicatione præsentium, omnes suos confratres cæterosque presbyteros seculares & religiosos, infra suum archipresbyteratum beneficia eccle. obtinentes: seu officiatos, de quorū titulis, inuestituris, seu institutionibus, ac prouisionibus sibi nō cōstat, ad ostendēdū sibi inuestituras titulos, aut institutiones seu prouisiones beneficiorū suorū, autoritate nostra in scriptis cū insertione pœnæ suspensionis requirat, & de cætero nullum infra suum archipresbyteratum, ad officiantum aliquod beneficium ecclesiasticū, nisi prius ostenderit sibi titulum, inuestituram, aut institutionem & prouisionem sigillatam, sciētē toleret vel admitrat. Quod si archipresbyter quempiā taliū litteras suas vt præfertur sibi non ostendētem, in regimine & officiatione ecclesiastici beneficij contra præmissa tolerare præsumperit, ipsum vt supra mandatur non suspendendo, ex tūc alis quindecim diebus elapsis, archipresbyter ipse suspensionis sententiam propter huiusmodi negligentiam incurrat ipso facto. Sit etiā forma suspēnsionis, quā in scriptis archipresbyteri ferant: Quia tu monitus vt titulū vel prouisionem tui beneficij ostēderes, infra quindecim dierum spatium huiusmodi mandato non paruisti, nec titulum ostendisti, idcirco autoritate mihi concessa, te in his scriptis à diuinis suspendo, ac suspensum denūntio, quam formam etiam in aliis censuris infligendis, iuxta causarū exigentiā volumus obseruari.

*Ad idem.*

Considerantes quod archipresbyteri rurales pro eo constituuntur, vt clericorum honestatem & confratrum utilitatem procurent, excessus eorum, referant, Mandata nostri vicarij & Officialium nostrorum debitē exequantur, & singula quæ à superioribus mandantur, ad notitiam confratrum suorum deducant, quæ tamen ab archipresbyteratibus suis absentes nequeant adimplere, statuimus & ordinamus vt quilibet archipresbyter diœcesis nostræ Hildesem. teneatur intra suum archipresbyteratum facere residentiam personalem, decernens. vt absentes à suis archipresbyteratibus archipresbyteri, nisi infra mensem proximum à publicatione præsentium ad residentiam, se cum effectu receperint, & etiam illi qui de cætero à suis archipresbyteratibus se absentauerint, & animo alibi residendi seu domicilium extra archipresbyteratum suum constituendi & fouendi, in absentia huiusmodi per vnum mensem manserint, suis archipresbyteralibus lapsō mensis spatio prædicto, sint eo ipso priuati. Moxque camerariuste neatur confratres capitulares pro electione alterius archipresbyteri conuocare, & alium archipresbyterum eidem eligere. Quod si camerarius infra quindecim dies, post lapsū dicti mensis facere neglexerit, sit eo ipso ab officio diuinorum suspensus.

*Ad idem.*

Hac insuper constitutione, vniuersis & singulis

archipresbyteris præcipimus, vt notorios excessus, & præsertim illos in quibus ecclesia scandalizatur, quorumcunque infra suum archipresbyteratum beneficiatorum seu aliorum clericorum, infra duos menses à tempore notitiæ suæ computandum, nobis seu vicario nostro notificent & conscribant. Quod si quis facere neglexerit, & huiusmodi statutum executum non fuerit, cum effectu, præter omnipotentis Dei indignationem quam incurrat, pœna condignetur. Sunt autem scandalosi excessus, furtum manifestum, presbyteri homicidium, fornicatio scandalosa cleri, & aded notoria, quod nulla tergiversatione celari potest, si clericus literariè, publicè, & in forma ecclesiæ excommunicatus celebret, legendo Euangelium, seu epistolam. Si clericus vsuram manifestè exerceat. Si clericus cuiuscunque gradus post monitionem archipresbyteri se tabernis, lupanaribus, & actibus illicitis, & litigiosis notoriè immisceat, & his similes, qui pro loci temporis, & personæ ratione scandalosi dici possunt.

*Ad idem.*

**I**nsuper ordinamus, vt nullus archipresbyterorū ruralium nostræ diœcesis electus aut eligendus, nondum confirmatus, officium archipresbyteri ante confirmationem suam, à nobis vel vicario nostro obtinendam, exercere, aut se archipresbyterū nominare vel scribere vel pro tali genere quomodo libet psumat, formā autē iuramētū p archipresbyterū quemlibet in sua confirmatione præstandi, talem esse volumus, vt sequitur: Primò videlicet, iurabit quod mandata nostra, ac vicarij, & Officialium nostrorum pro tempore existentium reuerenter exequatur, ac nobis & eisdem fidelis erit, quodque officium ad quod electus est, fideliter exercebit absque dolo & fraude. Item, quod penes se habeat statuta synodalia & illa quater, vel euidenti occurrente impedimento, bis in anno confratribus suis ad intellectum publicabit, ea quoque inuolabiliter obseruabit, & in aliis, quantum in se est, obseruari faciat, dolo & fraude semotis: quod insuper excessus confratrum suorum prout ad se spectat corrigere, incorrigibiles verò pro eorum excessibus, pro quibus deferendi sunt nobis, vel vicario aut Officiali nostris, deferre non tardabit.

*De renunciationibus beneficiorum.*

*Cap. 3.*

**V**niuersis nostri episcopatus ecclesiasticis personis beneficiatis districtius prohibemus, ne audeant aliter quàm in manus nostras, seu vicarij nostri in spiritualibus, & Officialis vel superioris ad hoc potestatem habentis, beneficia sua dimittere, & resignare, aut illa aliàs (nulla super hoc à nobis, seu vicario nostro, vel ab alio superiore potestatem habente obtenta licentia) relinquere: quod si secus factum fuerit, ad huiusmodi resignata & dimissa beneficia, per nos vel vicarium nostrum, nisi forte ex causa rationabili, tales resignationes autoritate nostra approbarentur seu ratificarentur, quicquam nullatenus instituatur.

*De temporibus ordinationum. Cap. 4.*

**S**epe contigit, quod nonnulli clerici ciuitatis & diœcesis nostrarum, vinculo excommunicationis astricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel idiotæ, vel aliàs susceptione sacrorum ordinum indigni, in remotis partibus per alienos episco-

pos, quandoque furtiuè, & aliquando per saltum, & interdum extra statuta tempora, & alias indebitè se faciunt contra statuta factorum canonū promoueri. Et deinde se à Rom. pontifice, vel aliàs debitè promotos fore, mentientes, in sacris ordinibus præsumunt ministrare, Volentes igitur his pro exequutione iuris communis iuxta posse prouidere, statuimus vt nullus ciuitatis & diœcesis Hildesem. clericus absque licentia nostra seu vicarij nostri, ad sacros ordines promotus, in ordinibus huiusmodi in ciuitate & diœcesi nostris ministrare præsumat, seu ad exequutionem ordinum taliter susceptorum per aliquè admittatur, imò ipsum & quemlibet ipsorum sic furtiuè promotum, ab ingressu ecclesiæ suspendimus, donec & quousque de ordinibus suis, coram nobis aut vicario nostro in spiritualibus legitimè docuerit, & quod admitti debeat, nostris seu vicarij nostri patentibus literis ostendat. Si quis autem hanc constitutionem transgredi, & contra illam in susceptis ordinibus non admissus (vt prædicitur) ministrare præsumperit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, quam etiam extunc per archipresbyterum & alios confratres apud quos moram fecerint, ipsos incurrisse denunciari volumus & publicari.

*De filiis presbyterorum. Cap. 5.*

**S**actis disponentibus ordinationibus, filiis sacerdotum in ecclesiis patrum ministrare, aut ea seu alia in eisdem beneficia ecclesiastica quomodolibet obtinere, & ipsi & alij illegitimè nati, seu ex illegitimo coitu procreati, sine dispensatione sedis apostolicæ vnum beneficium curatū obtinere prohibetur. Et si ex dispensatione huiusmodi vnum curatum deinde tacito defectu natalium quem patiuntur, à se de præfata, vt duo vel plura beneficia similem curam habentia, recipere possint & retinere valeant: & si eis canonicè conferantur, obtineant, talis dispensatio tanquam per surreptionem obtenta, nullius penitus sit momenti. Quapropter censens. parum fore iura condere, nisi executioni demandentur: Volumus & statuimus vt deinceps sacerdotum filij in suorū patrum ecclesiis, in nostris ciuitate & diœcesi ministrare, aut eas seu alia beneficia in eisdem quomodolibet obtinere non præsumant, illaque extunc in antea per ipsos taliter contra iuris dispositionem occupata, vacare decernimus, & eorum collatoribus licentiam talia idoneis conferendi præsentibus assignamus, nisi cum ipsis per sedem apostolicā desuper sit dispensatum, eisdem presbyterorum filiis, & aliis illegitimè natis beneficiatis nostrarum ciuitatis & diœcesis præsentibus iniungentes, vt infra vnus mēsis spatium à publicatione præsentium, de suis dispensationibus tam super eo quod in ecclesiis patrum ministrare, succedere, & in eis beneficia obtinere valeant, quàm super defectibus suis, & pro obtinendis vno vel pluribus beneficiis à sede prædicta obtentis coram nobis vel vicario nostro doceant, vt animarum periculis obuietur, & ecclesiasticis beneficiis debitè prouideatur: quod si secus fecerint, contra ipsos secundum ordinationes prædictas, prout de iure poterimus, procedemus.

*De clericis peregrinis. Cap. 6.*

**D**icimus quod in ciuitate & diœcesi nostris Hildesem. plures clerici peregrini, de quorum promotione non constat, in sacris ordinibus publicè ministrent, & curam regant animarum, licet litteras commendatitias & dimissoriales

suorum Episcoporum, vel examen nunquam ostenderunt. Volētes igitur in his prouidere, statuimus vt deinceps nullus clericus peregrinus, siue secularis, aut religiosus existat, ad executionem sacrorum ordinum infra ciuitatem & diœcesim nostras in publico admittatur, nisi per litteras nostras, aut vicarij nostri se admittendum fore prius ostendat. Si quis autem contra hoc statutum per nos vel vicarium nostrum non admissus scienter ministrare, & de cura animarum se intromittere præsumperit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat. Quam etiam sententiam taliter delinquentes incurrisse volumus denunciari, certificando quoslibet coram taliter excommunicatis post huiusmodi denunciationem celebrantes, suspensionis sententiā à iure in tales promulgatam incurrare, & exinde notam contrahere irregularitatis.

*De maiestate & obedientia. Cap. 7.*

**S**tatuimus vt vnusquisque archipresbyter, rector plebanus, viceplebanus, siue curatus nobis subiectus, litteras nostras ac vicarij & Officialis nostrorum, nostrique & eorum mandata reuerenter vbiq; infra limites suæ parochiæ recipiat, & sine dolo & fraude proxima dominica die sequenti diligētē exequatur, nunciolque litterarum nullo modo prodar, sed pro viribus defendat. Secus autem faciens & cōstituto de eo, puniatur. Volumus etiam & statuimus, vt in executione quorumcunque mandatorum, litterarum, & processuum à nobis vel vicario seu Officiali nostris emissorum, dies, menses, annus, nomen exequentis, & locus executionis per rectores, plebanos, & viceplebanos apponantur, vt sic, videlicet executor, scribat à tergo mandati eiusdem propria sua manu. Executum est hoc mandatum per me N. plebanum ecclesiæ in N. nomen & cognomen suū, ac ecclesiæ suæ nomen exprimendo, Anno infra scripto, die tali, mensis talis, &c. vt de huiusmodi executione, legitima fides per hoc habeatur: alioquin si secus factum fuerit, per Officiales grauius puniatur.

Inhibemus quoque, ne quispiam clericorum nobis subiectorum, cuiusque congregationi, capitulo aut conuenticulo, in quo quicquam in præiudicium status & honoris nostri & successorum nostrorū episcoporum Hildesem. seu iurium episcopaliū tractatur interesse, dando consilium, auxilium vel fauorem, scienter & dolosè præsumat, secus autem faciens, nostram incurrat vltra pœnam iuris, indignationem.

Et præterea considerantes, quod tunc ecclesiasticus ordo confunditur, cum vnique honor debitus non obseruatur: Statuimus & ordinamus quod in ecclesiis collegiatis, conuentalibus seu capitularibus, antiquæ honestates & consuetudines approbatæ debitè obseruentur, & prælati earundē assurgendo, & aliis prerogatiuis, debita reuerentia & obedientia, cū sint columnæ ecclesiarū earundē, exhibeantur: rā à canonicis, quàm aliis simplicibus presbyteris ecclesiarū huiusmodi. Quod si quis huius statuti transgressor repertus fuerit, in fructibus præbendæ suæ taliter puniatur, vt discat superioribus honorē, & reuerentiam condignam impendere & exhibere.

*De iudiciis. Cap. 8.*

**Q**uia causa matrimoniales, cum dependentibus & connexis per eos qui potestatem iudicandi habēt, & canonū statuta nō ignorāt, tractari & diffiniri debēt: Statuim⁹, & in virtute san



et obedientiam mandamus, ut deinceps unusquisque presbyter habens curam animarum, ac subditos, quorum cohabitatio seu discohabitatio, seu matrimonia publica, in veritate vel errore fuerint, ita quod de his, an iure subsistere possint, saltem probabile dubium extiterit, tales postquam hoc sciunt, specificè moneant, & super his infra duos menses proximos, pro declaratione decisionis recipienda, ad nos vel Officiale nostrum remittant, ut & sententiam iudicum super his petant, & abinde causam huiusmodi usque ad finem quantum in eis est, prosequatur: alioquin taliter moniti, si hoc infra eisdem duos menses facere contempserint, ecclesiastica sacramenta eis in vita denegentur, & morientes peccata sua non confessi, careant ecclesiastica sepultura. Presbyter autem curatus, qui taliter monendo non processerit, per nos, vel vicarium nostrum grauiter & condignè puniatur. Volentes ut quilibet plebanorum, huiusmodi nostram constitutionem singulis annis semel aut bis in ecclesiis eorundem publicet & publicari faciat.

Inhibemus quoque omnibus & singulis subditis nostris, clericis & laicis cuiuscunque status aut conditionis existant, ne de examinatione, cognitione, vel decisione iudiciali, quarumcunque causarum matrimonialium, aliter quam per modum salubris consilij se intromittant, aut aliarum quarumlibet de iure vel consuetudine ad forum ecclesiasticum spectantium. Secus autem facientes, decernimus excommunicationis sententiæ eo ipso subiaccere: per hoc autem non prohibemus, quo minus in causis ubi transactiones locum habent, in arbitratore & viros communes compromitti possit, per quas discordiarum materiæ & quæstiones celerius valeant terminari, dummodo talia in fraudem non fiant.

*De foro competenti. Cap. 9.*

Attendendum quod laici de ecclesiasticis negotiis intromittere se non debeant. Omnibus & singulis ecclesiasticis personis, per ciuitatem & diocesium nostras vbi libet constitutis interdiximus, ne quisquam laicorum ad iudicia laicalia seu secularia clericum dolose trahat, aut clerici se trahi ad talia consentiant, vel huiusmodi vetita iudicia subeant, seu ibidem aliquatenus respondeant, sub causarum suarum sic motarum, etiam si in huiusmodi vetitis iudiciis pro ipsis iudicaretur, perditione seu amissione: feudalibus tamen causis exceptis, quas prout de iure volumus tractari.

*Ad idem, de foro competenti, seruetur capitulum libri secundum de decretalibus, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur.*

Sidiligenti: & infra, Afferuisti te usque ad hæc tempora tenuisse quod sit licitum clerico renunciare saltem in temporalibus causis iuri suo, & sibi laicum iudicem constituere, præsertim vbi aduersarij voluntas accesserit, ac tenere iuramentum super hoc interpositum respondisti, immemor constitutionis, qua cauetur, pacto priuato iuri publico minimè derogari. Quum igitur ius hoc in Mileuitanen. & Carthaginen. conciliis specialiter promulgatum sit, ne clerici clericos, relicto suo pontifice, ad iudicia publica pertrahant. Alioqui causam perdant, & à communionem habeantur extranei, & tam episcopi quam diaconi, seu quilibet clericus in criminali vel ciuili negotio, si derelicto iudicio ecclesiastico, publicis iudiciis se purgare voluerint, etià si pro eis lata sit sententia, locum suum amittant, & hoc in criminali a-

ctione: in ciuili verò perdant quod euicerint, si locum suum maluerint obtinere: manifestè patet, quod non solum inuiti, sed etiam voluntarij pacisci non possunt ut secularia iudicia subeant, cum non sit beneficium hoc personale cui renunciari valeat. Sed potius toti collegio ecclesiastico publicè sit indultum, cui priuatorum pactio derogare non potest, nec iuramentum licitè seruari potuit quod contra canonica statuta illicitis pactioibus informatur.

Præterea inhibemus, ne de cætero quecunque ecclesiastica persona ciuitatis & diocesi Hildesemen. nobis subiecta, seculare auxilium vel subsidium laicorum contra nos siue iurisdictionem nostram, sibi qualitercunque assumat aut inuocet, vel sibi procuret: contrarium autem facientes, eo ipso excommunicationis sententiæ subiaccant.

*De alienatione iudicij mutandi causa facta & cessionibus. Cap. 10.*

Quoniam alias sancta sedes Moguntinen. inter alia statuta prouincialia ediderit prouinciale statutum, cuius tenor sequitur, & est talis.

Quia plurium cessiones actionum in fraudem aliquando non purè & simpliciter ex causa seu legitimis causis fiant: Statuimus ut cessiones actionum ex iustis causis procedant in præsentia episcoporum, iudicum, vel Officialium suorum, & de licentia eorundem, si subsunt causæ legitimæ, etiam iurent cedentes quod non simulent, sed verè cedant: & si cessiones secus factæ fuerint, decernimus non tenere. Et tenore præsentium inter alia mandamus, statuta prouincialia dictæ sedis Moguntinæ (quorum etiam aliqua præsentibus nostris statutis synodalibus & episcopalis, ex certis nos ad hoc mouentibus causis inferuimus) in ciuitate & diocesi nostris Hildesemen. seruari, & præsertim statutum cessionis præinsertum, attento quod per simulatas cessiones priuilegia in fauorem cleri data & concessa, sæpe per abusum eorundem prout experientia docet, ad noxam tendunt. Et propterea singulis subditis nostris statuendo committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, necnon quinquaginta aureorum Rhenè. pro vna Fisco nostro, pro altera medietatibus, partibus pro tempore legis, seu propterea lædendis applicandorum pœnis, Mandamus & precipimus quatenus præinsertum statutum irrefragabiliter & firmiter teneant & obseruent, inhibentes eisdem sub similibus pœnis, ne deinceps cessionibus præter & contra præinsertum, & per nos modò innouatum statutum factis & celebratis in iudiciis seu extra vtantur: quod si secus fuerit, contra negligentes contradictores & rebelles ad dictæ excommunicationis sententiæ declarationem ac prædictæ pœnæ extorsionem, seruatis seruandis procedemus, seu curiæ nostræ causarum Officialis generalis irremissibiliter procedet.

*De Probationibus. Cap. 11.*

Quoniam sicut didicimus, sæpe propter defectus probationum cognationum spiritualium, pericula consurgunt animarum, eo quod ad inuicem matrimonij sacramento contractis, interdum cognationum spiritualium obstant impedimenta, que difficulter vel aliquando vel non probari possunt, huiusmodi periculis cupientes quo ad nobis subiactos obuiare, decernimus, & hoc statuto perpetuè seruari præcipimus, ut ecclesiarum per ciuitatè & diocesium nostras, rectores, plebani, viceplebani, & singuli

& singuli curati in baptizando pueros subditorum suorum leuantium, & baptizati nomina in registro communi quod in sua ecclesia habeant, conscribant, & testes quamplures assumantur: similiter subditos suos inducant & informant, ut deinceps in confirmatione suorum puerorum coram episcopo, testes requirant discretos & intelligentes, qui de confirmatione & tentione coram episcopo, ac nomine tenentis, dum opus fuerit, testimonium valeant dare, ut facilius impedimeta huiusmodi, & minoribus laboribus & expensis valeant opportuno tempore comprobari.

*De fide instrumentorum, ac notariis. Cap. 12.*

Statuimus pariter & ordinamus, ut nulli tabellionatus siue Notariatus officium iuxta sacrorum canonum ac legum, & præcipuè nouissimæ imperialis reformationis & ordinationis Coloniarum factæ, committi debeant, aut exercere liceat, nisi competentis literaturæ honestæque, cōuersationis, & vitæ & laudabilis testimonij sit, & vigesimum tertium ætatis annu pegerit: vnde præter præmissam ordinationem, plerunque minus idonei ad officium huiusmodi assumuntur, qui sub vmbra ignorantia, & temeritatis audacia, grauiter in dicto officio delinquant, sibi ipsi infamiam parant, aliisque graue præiudicium & inestimabile periculum inferunt. Ne igitur huiusmodi detestabilis morbus in hac nostra diocesi amodo ut in antea serpat atque progressum habeat, volumus, præcipimus, & mandamus, quod nullus huiusmodi officium tabellionatus siue notariatus, amplius in nostra diocesi exercere præsumat, nisi prius per nos aut Officiale nostrum ad id repertus fuerit idoneus atque sufficiens, ut sit legitime & tanquam legalis admissus. Contrarium vero facientes, præter excommunicationis pœnas tanquam mandatorum nostrorum transgressores utique puniemus, eorumque instrumenta tanquam inualida, nulliusque roboris aut momenti decernimus reicienda, neque in iudicio vel extra, quoquo modo admittenda.

*De sententiâ & re iudicata. Cap. 13.*

Intelleximus quod interdum ecclesiarum ciuitatis & diocesis nostrarum Hildesemen. rectores seu plebani cum suis subditis in causis matrimonialibus tam simplicibus quam impedimentorum in curiam nostram Hildesemen. vbi expediri debeant, adueniant: & latis sententiis diffinitiuis, prætendent. sufficere quod lectioni sententiæ intererant, partes iurent sine literis & sententiis recedere, sæpius etiam contingit quod latis huiusmodi sententiis, partes coram suis plebanis & aliis asserunt eas aliter esse latis quam sunt, & deinde secundario curiam nostram visitantes, variant depositiones, & contrarias reportant sententias, & quia aliquando propter temporis diurnitatem de sententiâ constare non poterit, ex quo non modica pericula euenerunt animarum, ut experientia sumus edocui. Volentes igitur huiusmodi periculis obuiare, præsentis edicto districtius iubemus, ne de cætero aliquis ecclesiarum rector seu plebanus præmissa quomodolibet faciat, decernens, partibus asserentibus sententias pro matrimonio vel contra matrimonium latis, absque sententiarum literis debite sigillatis, credi nullo modo debere, & nihilominus easdem asserentes à sacramentorum communionem excludimus, saluo mortis articulo, donec & quousque sententias huiusmodi scriptas & debite sigillatas obtineant. Rectores autem & plebanos ec-

clesiarum, si deinde præmissa perpetraverint, aut etiam quancunque sententiam huiusmodi, antequam illam scriptam viderint, publicare, præsumpserint, per integrum mensem ab ingressu ecclesiæ suspendimus fructus ecclesiarum suarum per idem tempus cedentes, officiantibus eisdem, & subditis prouidentibus, referuantes.

*De vita & honestate clericorum. Cap. 14.*

Præsentis inuolabiliter duraturo prohibemus edicto, ne de cætero aliquis clericus in sacris ordinibus constitutus aut beneficiatus, infra ciuitatè & diocesim nostras, cereuisiam sub mensura publicè vendere, ministrando fercula, lectisternia & hospitium ad modum publici hospitis aut mercatoris, & laicorum exercere, puta res venales pro lucro captando, remissius emere ut carius vendat, seu alias illicite mercari per se vel interpositam personam quomodolibet præsumat. Si quis autem talia facere præsumpserit, & ab huiusmodi negotiationibus non desisterit lucrum exinde captatum Fisco nostro applicandum, atque eundem alias etiam grauius puniendum, iuxta excessus qualitatem decernimus.

Cæterum sub pœna excommunicationis canonica monitione præmissa, mandamus, quatenus clerici nostri, & præsertim illi qui curam animarum gerunt, ab actibus scurrilibus & illicitis crapulis, in Calendis & exequialibus conuiujs per eos fieri solitis, abstineant atque desistant, quodque scorta & mulieres suspectas ad huiusmodi conuiuia minimè adducant, sed honeste Calendarum solenitatibus & exequijs huiusmodi se habere studeant, alioqui contra non obseruantes & delinquentes rigide procedemus.

*Ad idem.*

Resus constitutione præsentis, prout etiam in prouinciali Concilio quondam Domini Conradii archiepiscopi Moguntinen. sancitum dignoscitur, volumus, præcipimus, & ordinamus, ut clerici nostrarum ciuitatis & diocesis, in ciuitatibus & oppidis, præsertim in ecclesiis, vestes longas statui clericali decentes, & non subductas de vario aut serico (nisi graduatus aut canonicus maioris ecclesiæ Hildesemen. vel nobilis existant) deferant, non fericias, ab extra non variatas, aut diuisiatis, nec desuper ab extra cum plicaturis foderatis, sed manicis strictis & alias decentibus vtantur, non deferant calceos seu sotulares inhonestos aut indecentes. Itinerantibus autem ex causa breuioribus vestibus uti liceat: Coronam verò & tonsuram suo statui, ordini, aut dignitati cōuenientem, iuxta canonum sanctiones deferant, nec armati incedant, neque gladios seu cultellos longos portent. Et nisi forte extra ciuitatè vel loca sua eos pergere contingat, vel de licentia superioris, pro personarum ecclesiæ & rerum suarum defensione id faciant. Districtius insuper inhibentes, ne mantellos ab ante apertos & scissos, & circa collum cum magna zona contractos, sed vestibus honestati clericali congruentibus vtantur, prout canonicam & nostram grauem vltionem voluerint euitare. Huius autem statuti transgressores, ad vnus mensis spatium, à fructibus beneficiorum suorum noverint se suspesos. Quorum fructuum dispensationem arbitrio nostro referuamus per præmissa. Cæterum clementinæ de vita & honestate clericorum, generalis Concilij ordinationi & aliis iuribus quæ de indecentia vestium tractant, non intendimus derogare.

Item vt clericorum maximè beneficiatorum vita sit exēplaris & accepta vniuersis clericis beneficiatis in sacris & nostra diœcesi constitutis, cōstitutio- ne præfenti districtius inhibemus, ne ludis taxillorū aut aliis leuitibus ac choreis, hastiludiis, torneamē- tis, & aliis spectaculis publicis & prohibitis inter- sint, aut talia exercent, prout pœnas condignas in contrafacientes facti exigente qualitate, autoritate nostra infligendas, voluerint euitare.

Insuper districtius inhibemus clericis pro sacris ordinibus suscipiendis itinerantibus, ne in hospitii, ludis taxillorū, aut aliis enormibus, & turpibus acti- bus insistant, sed honestè & clericaliter viuant: secus verò facientes, volumus esse à susceptione ordinis pro qualibet vice ipso facto suspensos: quòdque comas non nutriant, sed crines capitis antè & retro nō nimis longos deferant, prout canonum & statutorū prædictorum pœnas, & nostram ac canonicā vltio- nem voluerint euitare. Simili modo præcipimus & mandamus, vt clerici beneficiati nostrarum ciuitatis & diœcesis, temporibus diuinorum ecclesiarum in & sub quibus beneficiati existant, absque superpelli- ciis non accedant vel subintrent: contrarium facien- tes vice qualibet trium dierum spatii stipendiis suis præbendalibus careant, in vltus fabricæ conuertendis: quos etiam decanis, rectoribus, plebanis, & aliis in ecclesiis superioribus reuerentiam debitam im- pendere volumus, sub nostra graui indignatione & pœna superius expressa.

*De cohabitatione clericorum & mulierum.*

*Caput 15.*

**S**ancta generalis synodus Basiliens. reformationi status clericalis intendens, inter alia constitutionem salubrem, contra clericos cōcubinariorum edi- dit, per locorum ordinarios publicandā & exequen- dam, cuius quidem constitutionis ignorantiam, ne quis prætere de valeat de clero nostro, illam præ- sentibus inferi, & cum statutis aliis nostris publica- ri, & districtius volumus obseruari, cuius tenor se- quitur, & est talis.

Sacro sancta generalis synodus Basiliens. in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem ecclesiam repræsentans, ad perpetuam rei memoriam. Quicū que clericus, cuiuscunque status, conditionis, reli- gionis, dignitatis, etiā si pontificalis vel alterius præ- eminentiæ existat, qui post huius constitutionis noti- tiam quam habere præsumatur, post duos menses post publicationem eiusdem in ecclesiis cathedralibus, quam ipsi diœcesani omnino facere teneantur, postquam eadem constitutio ad eorum notitiā per- uenerit, fuerit publicus concubinariorum, à perceptio- ne fructuum omnium suorum beneficiorum, trium mensium spatii sit ipso facto suspensus, quos tuus superior in fabricam vel aliam euidentem ecclesiarum vtilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, conuer- tat. Necnon huiusmodi publicum concubinariorum, cum primum talem esse innotuerit, mox suis super- ior monere teneatur, vt infra breuissimum termi- num concubinam dimittat, quam si nō dimiserit, vel dimissam aut aliam publicè reassumpserit, vult hæc sancta synodus, vt ipsum omnibus beneficiis suis om- nino priuet. Et nihilominus hi publici concubina- rij vsquequo cum eis per suos superiores post ipsarū concubinariorum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcūque honorum, dignitatum, beneficiorum

vel officiorum sint inhabiles. Qui si post dispensa- tionem reciduo vomitu ad huiusmodi publicū con- cubinatum redierint, sine spe alterius dispensationis, ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quod si hi ad quos talium correctio pertinet, eos (vt prædictum est) punire neglexerint, eorum superiores tam in ip- sos de electu quàm in illos de concubinato modis omnibus digna punitione animaduertant. In conciliis etiam provincialibus & synodalibus aduersus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffama- tos, etiam per suspensionem & priuationem colla- tionum beneficiorum, vel aliam cōdignam pœnam seueriter procedatur. Et si hi quorum destitutio ad summum pontificem spectat, per cōcilia provincia- lia, aut suos superiores propter publicum concubi- narum reperiatur priuatione digni, statim cum pro- cessu inquisitionis, ipsi summo pontifici deferantur, eadem diligentia & inquisitio in quibuscunque capi- tulus generalibus & provincialibus quo ad suos ser- uetur, pœnis aliis contra prædictos, & alios non pub- licos concubinariorum statutis in suo robore perman- suris. Publici autem intelligendi sunt, non solum hi quorum concubinatorum per sententiam aut cōfessio- nem in iure factam, seu per rei euidentiam quæ nul- la potest tergiuersatione cæleri, notorius est: sed qui mulierem de incōtinentia suspectam & infamatam tenet, & per suum superiorem admonitus ipsam cū effectu nō dimittit. Quia vero in quibusdam regio- nibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habē- tes, pecuniarios quæstus à concubinariorum percipere non erubescunt, patientes eos in sua fœditate sordescere, sub pœna maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alicuius quæstus, talia quouis modo tolerent aut dissimulent alioqui vltra præmissam negligentiam pœnam, duplū eius quod propterea acceperint restituere ad pios v- sus omnino teneantur, & compellantur. Ipsas autem concubinas seu mulieres suspectas prælati modis om- nibus curent à suis subditis, etiam per brachij secu- laris auxilium, si opus fuerit, penitus arcere, quarum concubinariorum res, quas de bonis præsumuntur ha- bere ecclesiæ, in fabricam vel in aliam ipsius eccle- siæ vtilitatem per ipsos prælatos conuertantur. Qui etiam ex tali concubinato procreatos filios apud pa- tres suos cohabitare nō patiantur. Iubet insuper hæc sancta synodus, vt etiam in prædictis synodis & ca- pitulis hæc constitutio publicetur, & quilibet suos subditos ad ipsarum concubinariorum dimissionem mo- neat diligenter. Iniungit prætere omnia secularibus viris, etiam si regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentum, quo- cunque quæsito colore, prælati: qui ratione sui offi- cij aduersus suos subditos pro huiusmodi concubi- natu procedūt. Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit, & sub pœna peccati mor- talis euitandum, monet omnes laicos tam vxoratos quàm solutos, vt similiter à concubinato abstineant: nimis enim reprehensibilis est, qui vxorem habet, & ad alienam mulierem accedit: qui vero solutus, si continere noluerit, iuxta Apostoli consilium, vxorē ducat. Pro huiusmodi autē diuini obseruatione præ- cepti, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quàm aliis canonicis remediis omni studio laborēt.

*De clericis non residentibus.*

*Caput 16.*

Cum

**C**um autem ad hoc sint ecclesiastica beneficia deputata, vt in eis ad seruendum Altissimo tales assumantur, qui per se ipsos volunt & pos- sunt eorū curam exercere: statuimus vt quilibet in- fra ciuitatem & diœcesim nostras beneficiatus cuiuscunque status, ordinis vel conditionis extiterit, cuius beneficium residentiam personalem, vel cer- tum ordinem de iure, statuto vel consuetudine re- quirat, in illo infra proximum mensem personaliter residere incipiat, & ab inde quādiu beneficium, hu- iusmodi obtinuerit, talem residentiam faciat, seque ad ordinem, quem onus beneficii sui requirit, iuxta tempora obtineat, promoueri. Transgressores verò huius statuti nostri, per suos superiores seruato iuris ordine priuentur, nisi expressam super hoc à nobis vel vicario nostro licentiam obtinere meruerint.

*De præbendis. Cap. 17.*

**I**tem statuimus, vt quilibet religiosus infra diœ- cesim nostram Hildesemen. curam gerens ani- marum, titulum huiusmodi beneficii sui in pro- ximo capitulo post illius assequutionem archipre- bytero vel eius locum tenenti in præsentia fratrum ostendat, et si alium quàm à nobis seu vicario nostro impetratum ostenderit, titulo huiusmodi nulla fides adhibeatur, nisi fortè Romanus pontifex illum sibi concessisset, & hoc nostris vel vicarij nostri literis, appareret declaratum. Si quis verò contra præmissa venire præsumperit, vltra pœnam iuris communi- nis tam diu à diuinis suspensus remaneat, quousque huiusmodi statuto nostro studuerit cum effectu pa- rere & obedire.

*De portione congrua seu competentia. Cap. 18.*

**C**um non debeat ligari os bouis triturantis, sa- cris iubentibus canonibus, vniuersos & sin- gulos prælatos ciuitatis & diœcesis nostrarū, in Domino exhortamur, vt ecclesiarum, ipsi & eor- um vicarij, de præbendis congruis vnde decenter sustentari, iura episcopalia & archidiaconalia soluere, hospitalitatem tenere, & alia incumbentia onera supportare valeant, prout de iure tenentur, præui- deant: alioquin prout de iure cōstringuntur, eis ne- gligentibus, ad præbendarum huiusmodi deputatio- nem seruatis seruandis procedere non obmittemus.

*De institutionibus. Cap. 19.*

**C**um in cunctis sacris ministeriis sint ætatis ma- turitas, grauitas motum, & literarum scientia requirenda, præfenti perpetuo prohibemus edi- cto, ne deinceps aliquis sacerdos, secularis vel reli- giosus infra ciuitatem & diœcesim nostras, quod- cunque ecclesiasticum beneficium cum cura vel si- ne cura absque institutione seu inuestitura aut indu- ciis, seu licen. à nobis vel vicario nostro aut alias legiti- mē, ac per literas sigillatas obtentis, & prius Ar- chipresbytero vel eius locum tenenti ostensis, rege- re, aut quomodo libet officiare, suo vel aliquo nomi- ne præsumat: nisi ipsius beneficii rector seu Vicarius vel Capellanus personaliter in eo resideat, cuius no- mine & cōsensu aliquis vt socius in diuinis inibi in- officiat, secus autem facientem, quum non suos fru- ctus faciat, ipso iure ad respondendum Fisco nostro de fructibus sic per eum leuatis, condemnamus, & Fisco eidem decernimus applicandos, concedimus tum vt beneficio postquam primò vacare cœperit, possit loci Archipresbyter per se vel alium quem du- xerit eligendum per primum proximum mensem &

non vltra in diuinis prouidere, seruato tamen mo- deramine superius de officio Archipresbyteri ex- presso.

Cum ad extirpandum quorundam detestandam cupiditatem, in sacro Lateranen. Concilio prohibi- tam, vt nullus diuersas ecclesiasticas dignitates aut parochiales ecclesias recipiat, & consequenter sta- tutum, quod recipiens beneficium habens curā ani- marum annexam, si prius tale habeat, is eo sit ipso iure priuatus: & si fortè illud retinere contenderit, etiā alio spoliatur, imò si vltra mensem teneat, ambobus est priuatus, Apostolicę tamen sedis dispensationem in his salua, & alibi canon: vitium cupiditatis huius- modi redarguens, tales in curatis beneficiis plura- les, eo quia sic retenta ad ipsos non spectant, de iure rem asserit atrectare, alienam, & sic furtum cōmit- terent quodammodo & rapinam, non sine suorum & subditorum animarum periculo: ea propter, vt hu- iusmodi canones & sacrorum Conciliorum gene- ralium sancita debita executioni demandentur, lo- corum Ordinarij per sælicis recordation. Gregorij decimi decretum, in sacro generali Concilio est præ- ceptum, vt subditos suos plures dignitates vel eccle- sias, quibus animarū cura imminet obtinent. seu per- sonatum aut dignitatem cum alio beneficio cui simi- lis cura est annexa, ad exhibendum dispensationem, autoritate cuius ecclesias, personatus, aut dignita- tes canonicè se tenere asserunt, infra tempus arbi- trario ordinariarum statuendum districtè compellat. Nos itaque animarum periculis obuiare, & vt eccle- siastica beneficia canonicè possideantur, per execu- tionem præmissorum cupientes prouidere: hoc præ- senti statuto decernimus, vt deinceps à publicatio- ne præsentium, sic vt præfertur plura curata obtinē- tes beneficia, ac plures dignitates & personatus, seu personarum & dignitatem cum alio beneficio cura- to, de suis dispensationibus, quarum autoritate il- la tenere prætendunt, necnon titulis suis ad eadem, infra duorum mensium spatium coram nobis vel vi- cario nostro in spiritualibus legitime & sub pœnis iuris doceant, ne deficientes in titulis & dispensatio- nibus huiusmodi canonicis, occupando iniuste ipsa beneficia, contractent rem alienam, & per cōsequēs furtum committant, & animæ exinde periclitentur, ipsorumque sanguis de nostris manibus exigatur, alioquin ad executionem præmissarum sacrarum cō- stitutionum, contra ipsos dictis lapsis mensibus effe- ctualiter procedemus.

*De rebus ecclesiæ non alienandis. Cap. 20.*

**I**tem mandamus sub excommunicationis pœna, canonica monitione præmissa, vniuersis & singu- lis Abbatibus, Præpositis, Decanis, Prioribus, Priorissis monasteriorum & ecclesiarum nostrarum ciuitatis & diœcesis, ne de cetero aliqua bona immo- bilia seu redditus & proventus monasteriorum seu ecclesiarum suarum vendant aut obligent quouis modo absque licentia nostra speciali. Et si qui con- tra huiusmodi inhibitionem & mandatum nostrum bona vel redditus suorum monasteriorum seu eccle- siarum alienauerint seu obligauerint, huiusmodi cō- tractus decernimus irritos ac inanes: Decernentes, vt in mutuo contrahendo, necnon obligatione mo- bilium vel immobilium, sacri canones obseruentur.

Statuimus etiam quod ornatus & libri ecclesiæ, altariumque seu vicariarum fundationes, & literæ capitales censuum ac prouentuum eorundem, bis vel

ad minus semel in anno inspiciantur à Decano & capitulo diligenter, & sub sigillis prælatorum & capituli ponantur sigillatim in scriniis, vt sic cognoscatur in posterum, si de ipsis augmentatum sit aliquid, vel subtractum.

Et quoniam pauci sunt in singulis ecclesiis, qui prædia & redditus ecclesiæ plenè cognoscant, & nonnulli redditus & bona propter negligentiam officiariorum, & infelicem statum horum turbatissimorum temporum sunt fortè perditæ, vel destructæ: statui- mus, quòd prædia & redditus ecclesiarum communes, & specialiter dignitatum & officiorum, & quæ ac quales rationes cuiuslibet officij fieri debeant, sub sigillis prælatorum & capituli plenissimè conscribantur.

*De testamentis & ultimis voluntatibus ex provinciali Concilio Fritzlarien.*

Caput 21.

**C**lericus de proventibus anni gratiæ, vel alias de rebus ecclesiæ acquisitis, concubinæ suæ, vel filiis ex fornicatione genitis quicquã penitus non relinquat: quòd si fecerit, legatum non teneat, & quòd taliter est relictum, ecclesiæ applicetur.

*Ex eodem Concilio.*

**A**d abolendam prauam consuetudinem, vel potius corruptelam seu temeritatem clericorum, qui signum pudicitæ deberent ostendere laicis quibus sunt positi in exemplum, in argumentum suæ finalis impœnitentiæ, fructus præbendarum suarum concubinæ vel spuris suis legant in vltima voluntate, rigor ecclesiasticus debet exerceri. Quare sub anathematis vinculo prohibemus, ne de cætero clerici annis gratiæ abutentes, de rebus ecclesiæ fructus beneficiorum ecclesiasticorum spuris & concubinæ dimittendo aliquo modo disponant. Qui verò contra inhibitionem huiusmodi venire præsumpserit, in signum suæ perditionis, ecclesiastica sepultura, & quibus taliter fructus legantur, eis careant ipso iure. Qui autem testamentum tale post mortem defuncti manu tenere voluerint, & per quorum manus talibus personis fructus præbendarum & beneficiorum ecclesiasticorum fuerint ministrati, ecclesiæ ipsa sit supposita interdictio.

*Ex provinciali Concilio Moguntino.*

**S**unt nonnulli qui anno gratiæ pro releuatione debitorum in fructibus beneficiorum defunctis clericis concessis, damnabiliter abutuntur, fructus anni ipsius gratiæ consanguineis suis vel aliis, quibus voluerint, relinquentes, ex quo prouenit duplex iniuria, ecclesiæ scilicet & personæ: fraudatur enim ecclesia per dictum anni spatium seruitore, priuatur etiam successor in percipiendis fructibus suo iure: quòd de cætero fieri prohibentes, sacra approbatione Concilij, statuiamus, quòd nisi pro releuatione debitorum, quæ cum aliunde solui non possunt, anno gratiæ clerici non vtantur, nisi ipsius anni fructus pro aliqua pia causa, ipsi relinquunt ecclesiæ, à qua idem beneficium habuisse noscuntur.

*Ad idem.*

**Q**uoniam in quibusdam locis nostrarum ciuitatis & diœcesis, vti accepimus, consuetudo siue corruptela detestabilis obseruatur, videlicet quòd tam clericus quàm laicus in lecto ægritudinis constitutus, vltra certam, limitatam & expressam summam, nec piis locis, nec personis eccle-

siasticis pro animæ suæ remedio & salute aliqua possit ordinare legata: considerantes prædictam consuetudinem, sacris canonibus & secularibus legibus obuiare, quum omnia iura clament, quòd vltima voluntas hominis, & vltimum testamentum immobile perseueret, & nihil sit quòd hominibus magis debeatur, quàm vt supremæ voluntatis liber stylus existat, eandem consuetudinem Deo odibilem, animabus & bonis moribus inimicam, auctoritate huius salutaris sanctionis penitus reprobamus, firmiter statuendis: vt illis quos iura à testamentorum non prohibent factione, etiam in sanitate vel in lecto ægritudinis constitutis legandi, disponendi & ordinandi de bonis sibi à Deo collatis, ad pia loca & personas ecclesiasticas, dummodo contra legitimas constitutiones non venerint, libera sit facultas. Volentes & præcipientes districtè, vt vniuersi clerici & laici impediens defunctorum legata seu voluntates, per excommunicationis in personas, & interdicti in loca, sententias (monitione canonica præmissa) ferendas, ab huiusmodi impedimentis desistere compellantur.

*Ad idem.*

**D**olenter audiuiamus, quòd fidelium tam clericorum quàm laicorum testamenta & vltimæ voluntates, maximè pro animarum salute, & ad pios vsus legata & testata, in suis debitis executionibus ac ordinationibus, interdum peruersis machinationibus hominum, & quandoque negligentiis interuenientibus & obstantibus, in nostris ciuitate & diœcesi in locis pluribus multipliciter impediuntur & retardentur. Cum itaque vltima voluntas seu vltimum hominis testamentum pro lege seruari debeat, & supremæ hominis rationabilis voluntatis liber stylus existat, & nostro incumbat pastorali officio talibus prouidere, & testamenta vtroque iure suadè defendere, vniuersis nostræ iurisdictioni subiectis ecclesiasticis & secularibus, sub interminatione diuini iudicij & excommunicationis sententia, quam in contra facientes sex dierum monitione præuia in his scriptis ferimus, ne testamenta, & vltimas fidelium ecclesiasticarum vel secularium personarum, quas iura à testamentorum factione non prohibent, voluntates, maximè ad vsus pios & animarum salutem se extenden. earumque executionem debitas impediunt, negligant vel retardent, nec de testamentorum & causarum earundem, ac ipsorum occasione pro tempore motarum cognitioni se intromittant: sed ad nos & Officiales nostros ordinariam iurisdictionem causarum huiusmodi habentes, remittant, districtius inhibemus atque mandamus.

Mandamus præterea testamenta ac vltimas voluntates per testamētarios & executores ad hoc per defunctos testatores deputatos, nominatos ac designatos, iuxta iuris communis ordinationem ac dispositionem, infra anni spatium à morte eorundem testatorum computandum, etiam absque aliqua præuia monitione (cuius vicem hoc præsens statutum nostrum habere volumus) debite executioni demandentur, & ritè exequantur: alioquin elapso anno eorundem executionem, ipso iure ad nos vti episcopum diœcesanum & loci ordinarium deuolutam esse decernimus.

*De parochis & parochianis.*

Caput 22.

Gratis

**G**rauis ad nos querela perduxit, quòd nonnulli suis iuribus & finibus non contenti, parochianos alterius præsumant recipere temerè ad diuina, contra canonicas sanctiones: & cum dictorum parochianorum iudices non existant, nec ligandi vel soluendi in eos receperint potestatem, se tamen iudices faciendo in foro pœnitentiæ periculose absoluunt & ligant, pro libito suæ voluntatis, sicque ipsis qui proprios spernunt sacerdotes minime absolutis, illud salutiferum nostræ peregrinationis viaticum quòd non proficit, nisi prius à criminum labe mundatis, & in animarum suarum, & eorum qui id non diiudicantes indiscretè recipiunt, periculum conferre non verentur: sicque dicti eorum sacerdotes, qui curam recipiendo suam pro ipsis animam obligarunt, dum sibi taliter subtrahuntur, statum ignorantem ipsorum ægrotantium, non possunt quòd in eis est sanare, nec consolidare infirmum, nec alligare contractum: & sic dum curationis necessaria non adhibentur remedia, inualecentibus morbis vsque ad interemptionem læsio dilaturatur, vnde sacerdotes nullam possunt de sic percütibus animabus summo iudici dare rationem. Nostrorum patrù, qui ecclesiæ sanctæ Dei & personis ecclesiasticis terminos, quos non licet transgredi, posuerunt statuta considerantes, vniuersis sacerdotibus, tam religiosis quàm secularibus, cuiuscunque ordinis, conditionis, siue status existant, in ciuitate & diœcesi nostris degentibus, sub debito iuramento, quòd in receptione suorum ordinum præstiterunt, & sub interminatione diuini iudicij firmiter inhibemus, ne quis alienum parochianum, cuius cura per episcopum loci vel archidiaconum, vel eius vicarium, alij est commissa, præsumat (excepta necessitatis causa, quæ legem non habet) ad confessionem recipere, vel ad porrigendum ei ecclesiasticum sacramentum, nisi petita desuper & obrenta licentia proprii sacerdotis accedere, cum certi & indubitati iuris existat, talem à tali presbytero absolui non posse aliquatenus vel ligari, & ex hoc ordinem ecclesiæ per maiores & sanctos patres, diuina prouidentia institutum confundi, quòd per vniuersos plebanos singulis diebus dominicis & festiuis, coram suis plebibus præcipimus publicari.

*Ad idem.*

**I**nsuper veridica relatione intelleximus, populum vulgarem in plerisque locis nobis subiectis diebus Dominicis & festiuis raro interesse diuino officio, Missæ, & prædicationi verbi Dei, licet iuxta ordinationem & statutum sanctæ matris Ecclesiæ, eisdem diebus interesse debeant, vt ibidem de diuinis præceptis & Euangelicis doctrinis informentur. Nos volentes huic morbo obuiare, ac animarum salutem consulere, præsentis volumus & ordinamus statuto, districtè vniuersis presbyteris curatis nostræ diœcesis, mandantes & exhortantes, quatenus plebes & parochianos suos, qui ad annos peruenerint discretionis, hortentur & admoneant sub pœna excommunicationis, quatenus deinceps singulis Dominicis & festiuis diebus officio Missæ in ecclesiis suis interesse studeant, & prædicationem verbi Dei diligenter audiant, nisi legitimo impedimento ex causa rationabili quis excusetur, nec ab officio huiusmodi ante benedictionem sacerdotis, donec complatur, recedant, vel alias inhonestè discurrant, faciundo ob reuerentiam diuinissimi sacramenti ge-

nflexiones. Interim dum hostia salutaris per presbyterum eleuatur, cum deuotione cordis Deum exorent pro peccatis. Si quis verò rebellis & negligens in his fuerit, hunc in confessione seuerè volumus emendari, & nihilominus talis qui tempore prædicationis verbi Dei extra ecclesiam, & in cæmeterio stare contra prohibitionem huiusmodi præsumpserit ad auctoritatem nostram episcopalem remittatur. Contemptores etiam huius saluberrimi præcepti, per excommunicationis inflictionem coerceantur. Insuper presbyteri curati in sermonibus populum eis commissum ad hoc inducere curent, vt processionibus & aliis actibus & ceremoniis ecclesiasticis intersint deuote, laudèque omnipotenti Deo cum attentione cordis & morum grauitate persoluant.

*De fructibus defunctorum plebanorum, seu rectorum ecclesiarum parochialium, vicariorum, altaristarum, & aliarum personarum ecclesiasticarum ciuitatis & diœcesis Hildesemen. Et qualiter inter defunctum & successorem diuidi debeant.*

Caput 23.

**V**olumus, vt in morientium plebanorum, vicariorum, altaristarum, & aliarum personarum ecclesiasticarum fructibus, subsequens definitio seu decisio, iuri communi & æquitati conformis, in omnibus obseruetur.

*De bladis seu frumentis. Cap. 24.*

**A**nnus ad seruendum blada, incipit in festo beatæ Margarietæ: vnde declaramus, quòd si aliquis deceaserit quacunque parte anni, fructus bladorum libere cedentibus, debentur defuncto à festo beatæ Margarietæ, vsque in finem tricesimi diei obitus sui, proportionabiliter secundum ratam temporis, reliqua portio huiusmodi bladorum debetur successori defuncti. Si autem defunctus haberet vel habuisset blada per ipsum elaborata, & fecisset omnem laborem agrorum vsque ad messem exclusiue, tunc duæ tertie crementorum debentur defuncto: de reliqua tertia, defunctus recipiat partem à festo Margarietæ vsque ad finem tricesimi diei obitus sui, secundum ratam temporis, residuum verò habebit successor suus. Idem si defunctus dictos agros coluisset vsque ad sparsionem seminis exclusiue, ex tunc successor satisfaciatur defuncto, per ipsum ad culturam agrorum expositis vsque in diem obitus sui, & colat vltèrius bona ipsa, recipiatque omnes fructus ipsorum bonorum. Et si fortassis successor recusaret labores huiusmodi facere, extunc testamentarij ac manufideles defuncti, vel pro ipsis, si defunctus deceaserit intestatus, vicarius noster in spiritualibus seu officialibus, vel alius quicunque, per vicarium seu officialem nostrum: ad hoc deputatus seu deputandus, colat vel colant bona ipsa vsque ad consumptionem, colligantque fructus omnes dictorum bonorum pro defuncto, tertia tamen parte dictarum trugum reseruata pro defuncti successore.

*Defeno. Caput 25.*

**A**nnus ad deseruendum fœnum incipit in die beati Urbani papæ, de quo fœno iudicabitur sicut de blado, libere cedente proportionabiliter secundum ratam temporis, vsque ad diem tricesimū obitus defuncti.

*De fructibus arborum. Cap. 26.*

**A**nnus ad deseruendum fructus arborum, incipit in die Assumptionis gloriosæ virginis Mariæ, de quibus idem iudicium erit sicut de blado,



do, liberè cedente proportionabiliter vsque in diem tricesimum obitus defuncti.

*De censibus & aliis prouentibus.*

*Cap. 27.*

**A**nus ad deseruendum census, redditus ac prouentus pecuniales, anseres, pullos, capones, & alia quæ intra census computantur, incipit à festo beati Martini episcopi. Hæc omnia veniunt defuncto pro rata temporis, vsque in diem tricesimum obitus sui proportionabiliter diuidenda. Reliqua autem portio debetur successori pro sua rata. Idè etiã iudicium erit in omnibus altaritarum fructibus, sicut de prouentibus ecclesiarum, quo ad assignationem ratæ temporis pro defuncto & eius successore.

*De rata solutionis impositionum. Cap. 28.*

**V**olumus etiam, quod si aliqua subsidia siue procuraciones imponeretur clero, anno illo in quo aliquis beneficiarius naturæ debitum persoluisset, quod in persolutione talium impositionum, quilibet partim tam defunctus quàm successor soluat ipsas impositiones proportionabiliter, secundum quod recepit de fructibus ipsius anni, unde soluuntur huiusmodi subsidia seu impositiones.

*De regularibus. Cap. 29.*

**Q**uoniam nonnulli religiosi contra Deum & suam conscientiam multipliciter excedunt eorumque prælati desidēs & negligentes in obseruatione regularis disciplinæ, & correctiōe excessuum existunt, eos per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi requirimus & hortamur, vt personas regulares sibi subiectas ad obseruantiam regularum suarum, & statutorum regularium diligentius inducant, moneant & alliciant: & si opus est, strictius compellant, vt de officio sibi commissio dignâ Deo possint reddere rationem: quod si vltra præuaricatores ordinis sui fuerint aut contemptores, seu negligentes vel remissi, pro certo se nouerint non solum ab officio deponendos, sed aliàs secundum regulam suam castigandos, cum offensa non solum propria, verum etiam aliena, ac sanguis subditorum suorum de suis manibus requiratur. Nos etiam eorundem prælatorum negligentiam, fauente Domino, supplebimus, iuxta canonicas sanctiones.

*Ad idem.*

**P**ericulosum nimium fore considerantes & scâdalosum, quod personæ regulares vtriusque sexus extra monasteria sua vagantes, in seculo moram trahant, nonnullæ etiam ex ipsis religionis habitu dimisso apostatare non formidant excommunicationis sententiam, vt sic incurrendo, & suis superioribus rebellando. Cum itaque periculosum sit talibus sic vagantibus excommunicatis & apostatis in diuinis participare, volumus & vniuersis nobis subiectis ecclesiasticis personis mandamus, vt omnes & singulos, sic in seculo suis sub districtibus vagantes & commorantes cuiuscunque ordinis vel conditionis fuerint, moneant & requirant, vt infra menses spatium à die publicationis & requisitionis huiusmodi ad sua monasteria redeant, & vt vota sua Deo reddant, suis superioribus iuxta ordinem & regulæ institutionem obediendo, vel saltem infra eundem terminum coram nobis vel nostro vicario de indultis, si quæ de contrario habeant, legitimè doceant, alioquin contra ipsos per ecclesiasticæ censuræ pœnas, & prout iustum fuerit, procedemus.

*Ad idem de Regularibus.*

**Q**uamuis contra monachos & moniales de suis claustris propter aliquos enormes excessus, aut animi leuitate temerè fugiētes, & in seculo per tempora vagantes & conuersantes, & tandem penitentia ducti ad claustra sua humiliter redire volētes, certæ & variæ pœnæ iuxta qualitatem & quantitatem excedentium à sanctis patribus sint statuta: quidam tamen Abbates & magistratus pœnis in sacris canonibus & regula sui ordinis contra tales profugos expressis non contenti, grauiiores & quasi importabiles pœnas ipsis in sui reuersione imponere non verentur, vel quod deterius est, easdem personas, quantumcunque humiliter postulant, ad sua claustra de quibus exiuerunt, admittere inhumiliter contradicunt. Cum itaque de iure pœnæ ampliandæ non sint, sed leniendæ, & longè sit securius de misericordia quàm de crudelitate reddere rationem, cum etiam Dominus per os prophetæ sit pollicitus, dicētis: Peccator quacunque hora conuersus fuerit, & ingemuerit, iniquitatum suarum amplius non recordabor. Nos aduertentes, quod vbi paterfamilias largus dispensator existit, non decet familiam esse tenacem, vt peccandi materia & occasio talibus præcludatur, prouida deliberatione statuimus, & præfenti statuto decernimus & ordinamus, vt monasteriorum abbates & prælati, abbatissæ, præpositi, priores, & magistratus cuiuscunque ordinis nobis subiecti, fratribus & sororibus modo præmissis à suis monasteriis profugientibus, aut in apostasiam ex quacunque causa lapsis, desiderantibus & querentibus cum humanitate ac deuotione regressum, gremium misericordiæ (quem mater ecclesia claudere nulli petenti cōsuevit, more pi) patrisfamilias, qui filium primū prodigum, & postea penitentem paternè suscepit) studeat liberaliter aperire, & tales redire volentes, quantumcunque eorum excessus graues fuerint vel enormes iuxta cuiuscunque ordinis disciplinam siue regulam & consuetudinem obseruatam, sine contradictione recipiant & admittant, ita tamen, quod propter eorum excessus, nec victus nec vestitus eis subtrahatur, sed alias regulariter puniantur, vt præfertur, prout ipsi prælati, abbates, abbatissæ, præpositi, priores, & magistratus sententiam suspensionis à diuinis, quam in contrafacientes, sex dierum canonica monitione præmissa, in his scriptis ferimus, voluerint euitare.

*Idem de monialibus. Cap. 30.*

**S**icras Apostolicas constitutiones debite executioni demãdantes, hoc nostro statuto inhibemus vt sanctimoniales cuiuscunque sint ordinis vel religionis nostrarum ciuitatis & diocesis, quæ in suis monasteriis sub perpetua clausura manere iubentur in constitutionibus Apostolicis antedictis, ita quod nulla earum religionem tacitè vel expressè professæ, quacunque ratione vel causa, nisi forte tali morbo euidenti aliquam earum laborare constaret, quod non posset cum aliis absque graui periculo vel scandalo commorari, monasteria ipsa egrediendi sit facultas, deinceps absque licentia superiorum suorum quam non nisi ex causa expressa vel inexcusabili exigente necessitate concedi volumus, monasteria sua non exeant, prout dictarum constitutionum pœnas & ultionem canonicam voluerint euitare: Quodque vt ipsæ sanctimoniales à publicis & mundanis aspectibus separatæ, Deo liberius seruire, & lasciuendi opportunitate sublata, corda sua & corpora in animi sanctimonia diligentius custodire valeant, vniuersis

ueris & singulis ecclesiasticis & regularibus personis nostræ iurisdictioni subiectis interdiximus & prohibemus, ne absque rationabili & manifesta causa, & sine superioris, ad quem pertinet, licentia speciali, ipsa monasteria sanctimonialium subintrent, sub pœnis suspensionis in ecclesiasticas, & excommunicationis in seculares personas, prout de iure poterimus, contra ipsos procedemus.

*Ad idem.*

**I**tem præcipimus, & sub pena excommunicationis mandamus, ne etiam ipsi prælati, prouisores, aut præpositi monasteriorum monialium, nostrarum ciuitatum & diocesis, ipsa monasteria seu claustra quouis modo introeant, nisi magna & euidentis necessitas id exposcat. Quæ si talis fuerit, nequaquã tamen huiusmodi ingressum sine religione & socio sibi comite facere præsumat, sub pœna præmissa: & si ex iusta & honesta causa cuiquã personarum sui monasterij loqui voluerint, hoc in ecclesia sub bono testimonio faciant manifestè, ne sinistra contra ipsos suspicio oriatur, alioquin graui subiaceant ultioni.

*Ad idem.*

**I**tem mādamus sub pœna excommunicationis similiter, ne capellani aut scholares monasteriorum monialium, seu illi qui conuersi dicuntur, absque licentia præpositorum, prouisorum eorundem monasteriorum claustra vel clausuras monialium, personis mundanis prohibitas, aut cum monialibus per fenestras colloquium habeant. Contrarium facientes, & præpositis seu prouisoribus monasteriorum inobedientes & rebelles, in hac parte, prout eorum rebellio vel pertinacia exegerit, nobis aut commissario nostro in hac parte fideliter studeant intimare.

*De magistris scholasticis. Cap. 31.*

**Q**uia nonnullis propter inopiam & legendi studium opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi concilio pia fuit institutione prouisum, vt per vnamquaque cathedralem ecclesiam, magistro qui clericos eiusdem ecclesiæ, aliisque scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium præberetur, quo & docentis releuaretur necessitas, & via pateret discipulis ad doctrinam. Verum quoniam in multis ecclesiis id minimè obseruatur, nos prædictum roborantes statutum, adiicimus, vt non solum in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus, à prælato cum Capitulo, seu maiori ac saniori parte Capituli eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarum & aliarum gratis in grammaticæ facultate & aliis instruat iuxta posse. Volumus etiã, vt prælati & Capitula tam cathedralium quàm collegiarum ecclesiarum, qui magistros huiusmodi assumendi, recipiendi, ac constituendi habent facultatem, moderatis peruersorum dogmatum & perniciosarum nouitatum temporibus, neminem in magistrum recipiat seu assumant, nisi de cuius vita, integritate, scientia, moribus, ac conuersatione, plenam & perfectam habeant notitiam, & qui peruersarum dogmatum fermento conspersus infectusque non sit, ne tenera iuuentus cum lacte venenum imbibat, & ea discat que postea non sine magno salutis discrimine, ac ingenti labore deducere vix aut nullatenus possit. Cæterum, magistros qui tales reperti fuerint, mox destitutos, amouendosque districtissimè mandamus.

*De custodia Eucharistia, & reuerentia sacramen-*

**N**E propter irreuerentiam sacramentorum ira Dei sauiat in ministros, statuimus vt Eucharistia, chrisma, & oleum sanctum sub diligentia custodia seruentur. Cum autem sacerdos eucharistiam vel oleum infirmorum ad decubentem deportauerit, videat, quod superpellicio, stola, seu orario sit indutus, supposito mundo velamine, manifestè & honestè, lumine, ac etiam campanella Eucharistia præcedentibus sacramentum. Hæc facienti, ac omnibus etiam verè penitentibus & confessis, qui sacerdotem, eucharistiam, vel oleum infirmorum, vt sic deferentem eundo vel redeundo associauerint, vel secuti fuerint, & hoc de die faciunt, decem: si vero de nocte cum lumine proprio vel alieno, viginti dierum de iniunctis sibi penitentibus, præter indulgentias ab aliis & autoritate Apostolica concessas, auctoritate nostra ordinaria misericorditer in Domino relaxamus. Similiter in ministracione sacramenti baptismatis, vt sacerdos superpellicio ac stola utatur, volumus atque mandamus.

*Ad idem de custodia Eucharistia*

**C**onsiderantes quàm grauius gloriosus Deus propter sacramentorum irreuerentiam offendatur: ideo quanquam circa sacramentorum custodiam & reuerentiam sufficienter sancitum dignoscatur, quia tamen, vt quotidiana edocemur experientia, sacerdotes cum dignissima Eucharistia & extremæ vnctionis sacramenta ad infirmos deportant, incaute cum callopedibus & scandalosè ac turpiter, capite nudo, aut vix birreto superposito, non ordinatis capillis, in mundi conspectu procedant, districtè præfenti statuto inuolabiliter duraturo, sancimus, vt constitutio proxime præinserta firmiter obseruetur, ac quilibet presbyter sic infirmos eucharistia & extremæ vnctionis sacramentis accedens, absque capellopedibus, & capite almutio (si saltem tali loco almutia solita sint) portari tecto alio, quin caputio clericali per collum tracto, vt sola facies nuda appareat, deuote ac religiose præcedentibus lumine & campanella, iuxta eiusdem constitutionis tenorem incedat, indulgentias inibi expressas, Christi fidelibus in Domino elargientes. Si qui verò constitutionem nostram seruare cōtempserint, se ultionem nostram grauem non euasuros agnoscant.

*De baptismo, ex Concilio provinciali Fritzlarum.*

*Caput 33.*

**B**aptismus cum summa reuerentia celebretur, maxime in distinctione & prolacione verborum, in quibus sacramenti virtus consistit, his scilicet verbis: Ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti, amen. Doceant etiam sacerdotes, tam mares quàm fœminas, in necessitate paruulos baptizare, eadè forma in suo idiomate, & quod patres & matres proprios infantes, si summa necessitas exigat, poterunt baptizare: & si sacerdotes super hoc diligentius requirētes, debitam formam seruaram in baptismo inuenerint, quod factum est approbent, supplētes circa baptismatum quo ad vnctionem olei in pectore & in scapulis, & chrismatum in vertice quod à laicis est omissum: si autè in baptismo debitam formam non inuenerint obseruatam, non differant pueros iterum baptizare.

*De ecclesiarum procuratoribus.*

*Caput 34.*

Quo-

**Q**vorundam fide dignorum didicimus relatione, quod plurimarum ecclesiarum nostrarum diocesis procuratores laici duntaxat constituantur, qui ad eorum nutum cum pecuniis & rebus earundem ecclesiarum absque plebanorum scitu & consensu propria commoda quarant, ac mercationes & contractus interdum vitiosos cum illis exercent, & eas ad alios priuatos vsus conuerti non formident, nec de per eos perceptis, collectis, imbutis & gestis in praesentia plebanorum, quorum tanquam procuratorum principalium interest, rationem reddere studeant, fabricas ecclesiarum huiusmodi & eorum animas miserabiliter defraudando, quod profecto periculosum fore arbitramur. Quamobrem ecclesiarum indemnitati & subiectorum saluti prouidere cupientes, praesentis constitutione ordinamus, vt deinceps cuiuslibet ecclesiae nostrae diocesis rector siue plebanus tanquam principalis, & cum eo ad minus duo laici huiusmodi procuratorum officia, citra eorum priuata commoda fideliter cum scitu & consensu plebani exercent, ac vtilitatem ecclesiae promoueant, rationem de singulis per eos leuatis, collectis, distributis, actis & factis, in praesentia ipsius rectoris siue plebani, tanquam principalis procuratoris, coram his qui ad hoc sunt deputati, temporibus consuetis faciendo, prout de hoc in extremo iudicio respondere velint. Qui autem huiusmodi nostri statuti rebelles fuerint reperti, per eorum plebanos & pastores monitione praevia excommunicari possint & debeant, ad quod eisdem plebanis praesentis statuti vigore, liberam damus facultatem.

*De celebratione Missarum & herarum Canoniarum per solutione, & de concionatoribus, ex Concilio provinciali Moguntino. Cap. 35.*

**P**raedecessorum nostrorum vestigiis inhærendo statuimus, inhibentes sub excommunicationis poena, quam in omnes transgressores huius sacri approbatione Concilij decernimus ferendam, vt nullus sacerdotum nouitiorum, illa die qua celebrare intendit primam Missam, in exordium publicationis sui sacratissimi officij, oblaturus Deo primitias gratiae ac salutis sibi collatae, aliquos ad conuiuium inuitare aut inuitatos habere aut procurare, per se vel per alium quouo modo praesumat, sed ad solum Deum cuius militiae est assumptus, dirigat acies sui cordis, maxime die illa deuotus, & curis ac sollicitudinibus temporalium, quibus mentes hominum distrahuntur exutus, remotus à vanitatibus, histrionum cursibus, tumultibus & insolentiis reproborum, qui etiam saepe venire solent non vocati. Si qui autem post vel ante octo dierum spatium seu plurium intermedio amicorum honestam conuocationem habere velint, absque histrionum cursibus fieri non vetamus.

*Quomodo diuinum officium sit celebrandum. Cap. 36.*

*Basilien. conc. ca. 17. Sancta generalis synodus, Basiliens. &c.*

*Si quis principem seculi. &c.*

*Quo tempore quisque debeat esse in choro. Cap. 37.*

*Basilien. conc. ca. 18. Qui in Matutinis ante finem psalmi, Venite exultemus &c.*

*Qualiter hora canonica extra chororum dicenda sint. Caput 38.*

*Basilien. conc. ca. 19. Quoscunq; etiam alibi beneficiatos seu in sacris constitutos &c.*

*De his qui tempore diuinorum vagantur per ecclesiam. Cap. 39.*

*Quicumque in ecclesia beneficiatus &c.*

*De tabula pendente in choro. Cap. 40.*

*Vt cuncta in domo Dei ordinate procedant &c.*

*De tenentibus capitula tempore Missae. Cap. 41.*

*Prohibet haec sancta synodus, vt tempore Missae maioris &c.*

Experientia docti nouimus, quod quidem verbum Dei in ecclesiis nostrarum ciuitatis & diocesis firmantes, religiosi & seculares presbyteri, interdum rancore moti contra se inuicem praedicare non verentur, in populi scandalum & exemplum perniciosum. Nos considerantes, quod sicut ex indilcreto silentio sapius error post se relinquitur, ita & incauta loquutio sapius errorem inducit. Idcirco praesentis statuti inhibemus, ne quis praedicantium in monasteriis & ecclesiis nostrarum ciuitatis & diocesis, siue religiosus, siue secularis existat, de cetero contra alium quicquam in cancellis praedicet: sed si errorem, haeresim, vel quid aliud aliquis ex ipsis praedicauerit, id nobis vel nostro vicario in spiritualibus referatur, ne ex huiusmodi contentione, publica scandala in populo & pericula consurgant animarum, secus facientes poenam grauem & condignam non euadent.

*De sponsalibus & matrimoniis. Cap. 42.*

**Q**uamuis in generali Concilio Innocentius papa tertius sufficienter statuerit, ne quis sacerdos clandestinis matrimoniis intersit, inhibens nihilominus ne talia clandestina matrimonia contrahantur, cum tamen, quod dolenter referimus, praedicta clandestina matrimonia saepius contrahantur, per quae grandia scandala, & animarum pericula non modica insurgunt, prohibemus de cetero clandestina matrimonia contrahi, iuxta constitutionem in Concilio generali editam, quae habetur in capite finali. De clandestina desponsatione, infra scriptam, quam in omnibus parochialibus ecclesiis praecipimus singulis annis per plebanum & curam animarum habentem, quater publicari. Ne autem constitutio praedicta cuiquam sit incognita, eam etiam de verbo ad verbum hic inferi volumus, cuius tenor sequitur & est talis.

Cum inhibitio copulae coniugalitatis sit in vltimis tribus gradibus reuocata, eam in aliis volumus districtè obseruari: vnde praedecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, clandestina matrimonia penitus inhibemus: Prohibentes etiam ne quis sacerdos talibus interesse praesumat. Quare specialem quorundam locorum consuetudinem, ad alia generaliter proroganda in ecclesiis per presbyteros publicè proponantur competenti termino praefinito, vt infra illum qui voluerit aut valuerit legitimum impedimentum opponat, ipsi presbyteri nihilominus inuestigent, vitrum aliquod impedimentum obstat. Cum autem apparuerit, probabilis coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expressè, donec quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis. Si quis vero huiusmodi clandestina vel interdicta coniugia inire praesumpserit in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta prorsus illegitima censentur, de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo non expertes scientiae, vel saltem aetate ignorantes videantur. Pari modo proles illegitima censentur: si ambo parentes impedimentum scièntes legitimum, praeter omne interdictum, etiam

in conspectu ecclesiae contrahere praesumpserunt, Sane, si parochialis sacerdos tales coniunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam regularis qui eis praesumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, grauius puniendus, si culpae qualitas postulauerit. Sed & his qui taliter copulari praesumpserint etiam in gradu concessio, poenitentia condigna iniungatur. Si quis autem ad impediendam legitimum copulam malitiosè impedimentum obiecerit, canonicam non effugiet ultionem.

Hac constitutione prohibemus, ne quis plebanorum seu curatorum ciuitatis & diocesis Hildesheimen. de cetero clandestinis matrimoniis intersit: quod si secus fecerit, vltra poenas canonis praedictas condigne mulctetur. Si autem aliqui ex subditis matrimonium clandestinè contraxerint, mox postquam hoc sciuerit, eos moneat, vt matrimonium per eos contractum, in facie ecclesiae infra proximum mensem solennizent, qui etiam in fra tempus & spatium mensis eis praefigendum, matrimonium huiusmodi in facie ecclesiae solennizare legitimo cessante impedimento teneantur. Et si id facere contempserint, seu eorum curatus, vt praefertur, ipsos monere non curauerit, tam curatus quam contrahentes, iuxta dictam constitutionem & alias, canonicè puniantur.

*De Iudaeis. Caput 43.*

**N**e Iudaei de cetero in ciuitate & diocesi nostris nutrices seu seruiantes habeant Christianas, districtius inhibemus, quia indignum est quod filij liberi filiis famuletur ancillae, omnibus ipsorum seruiantibus ac nutricibus praecipientes, vt à seruitutis eorum infra proximum mensem, à publicatione praesentium recedant, quos etiam Iudaei liberè dimittere teneantur, & transgressores huius statuti condigna animaduersione puniantur.

*Ad idem.*

**Q**uoniam dudum in generalibus Conciliis, & in sacra provinciali synodo Moguntinè. nouissimè celebrata, inter cetera de Iudaeis & crucis Christi inimicis, sub cessatione diuinorum & poena subtractionis communionis, statutum & mandatum reperitur, quod etiam nuper in cōuentu Imperiali Augusten. per piissimum & inuictissimū Dominum, Dominum Carolum quintum Romanorum Imperatorem, in reformatione sua Imperiali ibidè facta similiter repetitum, ac de nouo est ordinatum & dispositum, quod Iudaei signa deferre debeant, per quae à Christianis distingui & discerni videantur, declarando & adiciendo tale signum esse debere, circulum videlicet de filis croceis, in veste extrinseca ante pectus, quo ad mares ac masculos: & duas rigas blauci coloris in peplis mulierum quo ad faeminas. Cum autem parum profuit statuta condere & eorum executionem negligere, idcirco constitutione praesentis praecipimus districtè vniuersis Iudaeis per ciuitatem & diocesim nostras habitantibus, sub poena quinquaginta florenorum Rhemen. mandantes, quatenus huiusmodi signa extrinseca, iuxta declarationem Casareae & catholice maiestatis praedictam deferant conformiter, & ad hoc per potestatem secularem & officiales & regentes compellantur: alioquin contra secus facientes officiales & regentes, ad subtractionem sacramenti Eucharistiae, & nihilominus etiam contra Iudaeos ad exclusionem cōmunionis fidelium & alias poenas, prout de iure, procedatur.

*De adulteris. Cap. 44.*

**Q**uodam personae relicto legitimo thoro, non verentur vna domo in adulterinis amplexibus, manifestè cohabitare, in scandalum plurimorum, quorum saluti prouidere volentes, omnibus rectoribus, plebanis & curatis, nostrarum ciuitatis & diocesis in virtute sanctae obedientiae districtè praecipiendo mandamus, quatenus omnes & singulos, qui in adulterinis amplexibus insimul residere non verentur, admoneant, requirant, & exhortentur, vt infra quindecim dies ab inuicem discedant, & si mandato huiusmodi obedire contempserint, & post dictos quindecim dies (quod absit) insimul cohabitauerint, tales in eorum vita ab ecclesiasticis excludantur sacramentis, & post mortem nisi poenitentia egerint de cōmissis, ecclesiastica careant sepultura, & nihilominus ad nos vel vicarium nostrum pro absolutionis beneficio cōsequendo remittantur. Ipsi verò rectores, plebani, & curati qui eos monere obmiserint, à nobis, vel vicario nostro, canonicè expectare se non dubitent ultionem: quibus etiam sub simili comminatione districtius iniungimus, vt eorundem rebellium nomina, infra alios quindecim dies nobis vel vicario nostro denuncient, vt contra eosdem ad vltiora procedere valeamus.

*De raptoribus. Cap. 45.*

**S**poliatores stratarum ac raptores alios, qui transientes per vias & stratas publicas, viduas, pupillos & personas alias, praesertim ecclesiasticas, eorum bonis spoliatis: propter eorum violentias, quae perturbationem desideranda pacis inducunt, talivoluntate nostro ferietur correctionis gladio poena mulctari, vt tam ipsi quam receptantes eos & scienter dantes eis auxilium vel fauorem, ipso facto sint anathematis vinculo innodati. Hoc quidem statutum, volumus anno quolibet in singulis quatuor festiuitatibus principalibus si sermo eodem die fieri: alioquin die sequenti proximo dum sermo fuerit in quibuslibet ecclesiis ciuitatis & diocesis nostrarum, in cancellis publicari.

*De vsuris. Cap. 46.*

**V**surarios actus diuina & humana lege satis nouimus exprobratos: & contra exercentes vsuras, nouissima constitutio Concilij Lugdunen. poenas statuit exquisitas, sed quia quæsito scelerandi colore, nonnulli sub titulo venditionis exercēt vsuras, qui pecunias mutuāt datis induciis, vt statuto die recipiant fruges fortè in duplo valore, quas deinde ampliori pecuniavendant. Quidam etiam emendam pro certa quantitate veditori dimissam, statuto termino pro adaucto numero vsurarum quantitate reuendunt: His fraudibus obuiando prohibemus, ne quis vsurarium absoluat publicum, vel ad ecclesiasticam recipiat sepulturam, nisi cautione praestita de vniuersis restituendis, iuxta constitutionem Apostolicam in Concilio Lugdunen. factam, quae habetur de vsuris libro sexto, quae incipit: Quamquam, &c. quā in omnibus parochialibus ecclesiis praecipimus singulis annis per regentem curam animarum, semel videlicet in Dominica Quadragesimae, qua canitur Iudica, &c. solenniter publicari. Ne autem constitutio praedicta cuiquam sit incognita, illā volumus hic de verbo ad verbum inferi.

Quamquam vsurarij manifesti de vsuris quas receperant satisfieri expressa quantitate vel indistincte in vltima voluntate madauerint: nihilominus ta-

men eis ecclesiastica denegetur sepultura, nisi de usu ipsius fuerit, prout patiuntur facultates eorum, plenarie satisfactum: vel illis quibus est facienda restitutio, si praesto sint ipsi, aut aliis qui possint eis acquirere, vel eis absentibus loci ordinario, aut eius vices gerenti, siue rectori parochiae, in qua testator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipsa parochia, quibus quidem ordinario, vicario aut rectori praedicto modo, cautionem huiusmodi eorum nomine liceat praesentis constitutionis autoritate recipere: ita, quod illis perinde actio acquiratur, ac si seruo publico de ipsius ordinarij mandato idonee de restitutione facienda sit cautum. Ceterum si receptarum usurarum sit quantitas manifesta, illam semper in cautione praedicta exprimi volumus: alioquin aliam recipiens cautionem huiusmodi arbitrio moderandam, ipse tamen scienter non minorem, quam verisimiliter creditur, moderetur: & si secus fecerit, ad satisfactionem residui teneatur. Omnes autem religiosos, & alios qui manifestos usurarios contra praesentis sanctionis formam ad ecclesiasticam ausu fuerint admittere sepulturam, poenae Lateranensis Concilij contra usurarios promulgatae, statuimus subiaccere. Nullus manifestorum usurariorum testamentis interstit, aut eos ad confessionem admittat, siue ipsos absoluat: nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum praesentent (vt praemittitur) idoneam cautionem. Testamenta quoque manifestorum usurariorum aliter facta non valeant, sed sint irrita ipso iure.

*De poenae occasione interdicti. Cap. 47.*

Acti provincialis Concilij ordinationi inhaerendo haec constitutio perpetuo valitura, ordinatione Reuerend. Domini Cardinalis Campegij legati in sua reformatione praesertim, posita pro praesentis rerum statu salua sancimus, vt si in antea aliqua ecclesiastica vel secularis persona cuiuscumque dignitatis, status vel conditionis existat, instigante diabolo infra ciuitatem & diocesim nostras, clericum, aut pro clerico se gerentem interfecerit, aut mutilauerit, aut sine licentia superioris ipsius clerici captiuauerit, aut detinuerit, eo ipso in terris, ecclesiis, parochiis totius archiepiscopatus in quo huiusmodi delictum commissum, aut clericus huiusmodi captus fuerit, non solum in illo archiepiscopatu, sed etiam in quibuscunque aliis archiepiscopatibus, in quibus quempiam talium detineri constitit, & in omnibus locis, in quibus interfector seu mutilator, aut captor, seu eius complices, & ipsi consilium, auxilium, & iuuantem praestantes, domicilium, aut dominium obtinentes, & siue de facto, siue de iure iurisdictionem exercuerint, aut obtinuerint, vel moram traxerint, & ad quae deuenerint, & quandiu in eisdem fuerint, & post cuiuslibet ipsorum abinde recessum, ad tres dies continuos ipso facto cessetur a diuinis, & seruetur strictissime ecclesiasticum interdictum tam diu, & quouisque laeso nobis & ecclesiae fuerit de rato flagitio satisfactum, aut interdictum huiusmodi alias fuerit legitime relaxatum: tales etiam iniuriatores tanquam excommunicati, eo ipso, a singulis arctius euitentur, donec absolutionis beneficium meruerint legitime obtinere. Ne autem hi iuxta promissa interdictum seruare debent, se valeant per ignorantiam quomodolibet excusare, praecipimus, vt rectores seu plebani ecclesiarum parochialium, in quorum parochiis facinora praedicta commissa fuerint, statim, & infra vnus diei spatium archiepiscopate-

ro si praesens in archiepiscopatu fuerit, alioquin Camerario, & si Camerarius etiam abesset, viciniori presbytero curato illius archiepiscopatus praesentem rem gestam referant. Qui archiepiscopus, seu Camerarius, aut vicinior confrater Curatus omnibus ceteris confratribus archiepiscopatus huiusmodi, & etiam religiosis in eo commorantibus, infra biduum proximum hoc idem facinus manifestet, ac interdictum per eos, & in toto archiepiscopatu seruandum fore notificet, quibus super his fidem plenam, sicut nostris literis, volumus adhiberi. Si quis vero rectorum seu plebanorum ecclesiarum parochialium, aut archiepiscopatorum, vel Camerario hoc nostrum praecipuum adimplere contempserit, excommunicationis sententiam eo ipso incurrat, a qua non possit, nisi congrua satisfactioe praemia liberari, per praemissa constitutionibus legalibus & provincialibus contra sacrilegos praedictos editis, & aliis quae de ipsorum poenis tractant non intendimus derogare, sed potius eas in suo robore volumus permanere.

*Ex eadem generali synodo Basiliensi.*

Ad vitandum scandala & multa pericula, subueniendumque conscientis &c.

*Ad idem ex eadem generali synodo.*

Quoniam ex indiscreta interdictorum &c.

*De poenitentis & remissionibus. Cap. 48.*

Tametsi iuxta ordinationem & constitutionem sanctae matris ecclesiae in concilio Lateranensi, sub Innocentio tertio celebrato, editam & factam, quae habetur sub titulo. De poenitentis & remissionibus in antiquis, quilibet doli capax teneatur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti, vel de eius licentia alteri, & Eucharistiae sacramentum ad minus in pascha recipere. Certificati tamen sumus (quod certe dolenter referimus) quod nonnulli ciuitatis & diocesis nostrarum incolae & inhabitatores, his turbatissimis perniciosarum dogmatum & nouitatum temporibus, etiam pluribus annis non sint confessi, nec sacrum Eucharistiae receperint sacramentum. Itaque pro pastoralis officij nostri debito, vt tales circa propriam salutem desideres, ad meliorem vitam omnino studio & solertia reducatur, districtè praecipimus & mandamus: dictam Lateranensem Concilij constitutionem, in omnibus parochialibus ecclesiis, annis singulis per ecclesiarum parochialium rectores, & curam animarum habentes, bis in Quadragesima, semel in Dominica Inuocauit: & iterum in Dominica qua canitur Laxare, publice & solenniter publicari. Et ne constitutio huiusmodi cuiquam sit incognita, illam praesentibus verbo ad verbum inferendam curauimus.

Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & inunctam sibi poenitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in pascha Eucharistiae sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabile causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinendum, alioquin & viuens ab ingressu ecclesiae arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Vnde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quisquam ignorantiae caecitate vel amenculationis assumat. Si quis autem alieno sacerdotio lucrifera iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius

prius postulet & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ipse illum non possit absoluere & ligare. Sacerdos autem sit discretus & cautus, vt more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati, quibus prudenter intelligat quale debeat ei praebere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad saluandum aegrotum. Caueat autem omnino ne verbo aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodatur peccatorem, sed si prudentiori consilio indigerit, illud absque vlla expressione personae cautè requirat. Quonia qui peccatum in poenitentiali iudicio sibi detectum praesumpserit reuelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verumetiam ad agendum perpetuam poenitentiam in arctum monasterium detudendum.

Quia nonnulli religiosi terminis suis non contenti in perditionem animarum in casibus sedi Apostolicae & nobis reseruatis, in ciuitate & diocesi nostris subditos nostros absoluere praesumunt, licet de hoc nullam receperint potestatem, praesentis decreto inhiemus, ne deinceps nudo verbo ipsorum religiosorum assensentium se talem habere potestatem, nisi alias de potestate huiusmodi fecerint fidem legitimis documentis, credatur: declarantes absolutiones eorum in casibus praedictis factas, nullas esse, nisi hoc specificè a sede Apostolica, seu a nobis eis sit concessum.

*Ad idem.*

Insuper omnibus presbyteris curatis & non curatis nostrarum ciuitatis & diocesis inhiemus, ne de casibus episcopalis nobis reseruatis, quos duximus inferius annectendos, nisi quatenus iuxta tenore praesertim reformationis Reuerend. Domini Cardinalis Campegij de latere legati hoc ipsis conceditur seu permittitur, se intromittere audeant: sed ad nos seu vicarium nostrum, omnes infra scripti remittantur, decernentes absolutionem per eos absque speciali concessionem nostram seu vicarij nostri in casibus huiusmodi, praeterquam in mortis articulo factam, viribus penitus carere.

*De sententia excommunicationis. Cap. 49.*

Quoniam excommunicati absolutos se esse nonnunquam mentiuntur, ex quorum communione pericula eueniunt animarum, praesentis constitutione inhiemus, ne de cetero quisque sacerdos curatus nobis subiectus quancunque personam eius parochiae, quam semel per nostras, seu vicarij vel officialis nostri literas excommunicatorias sigillatas, excommunicatam denuntiauit, aut contra quam tales literas vidit & recepit, ultra ad diuina sua scienter admittat, vel coram ea celebret, aut absolutam credat vel teneat, nisi absolutionem suam literatorie, & sigillatam illius sigillo qui eam excommunicauit sibi prius ostendar. Transgressores autem ultra poenam iuris quam incurrunt, poenam condignam non euadent.

Quauis contra absentes ad synodum vocatos ad poenas iuris procedere, id eorum contumacia exigente possemus: ex causis tamen certis nos monentibus mitius agentes, sub spe quod in futurum nostra benignitate attendantur obedientes, poenarum huiusmodi effectum duximus suspendendum, & suspendimus per praesentes. Praeterea, ne clerus noster censuris, & sententiis ecclesiasticis autoritate ordinaria propter statutorum transgressionem & non observationem, a nobis & praedecessoribus nostris latis, dummodo a iure latae non sint, inuoluatur, illas tol-

limus in his scriptis, easdem inarbitrarias poenas per nostrum vicarium in transgressores infligendas committentes, citra tamen poenarum iuris sublationem, quibus per hoc nolumus derogare.

*Casus episcopis specialiter reseruati sunt infra scripti.*

*Capit. 50.*

**R**ebaptizatus, Recofirmatus, vel reordinatus. Item: Qui matrimonium post sponsalia iurata cum alia quam sponsa contraxerit. Item: Mulier quae antequam certificaretur de morte mariti, secundo contraxerit. Item: Ille qui virginem deflorauerit, oppresserit, & rapuerit. Item: Opprimens propriam prolem. Item: In se sterilitatem vel abortum quomodolibet procurans. Item: Homicidium, factum, praecipuo, consilio, consensu, autoritate propria, vel autoritativa exhortatione, vel quouis alio modo committens. Item: Incestum in tertio, aut proximiori gradu consanguinitatis, aut affinitatis committens. Item: Voti transgressores. Item: Simoniacus. Item: Vsurarius. Item: Raptor. Item: Sacrilegus. Item: Incendiarius. Item: Latro. Item: Ecclesiam consecratam sanguinis vel seminis effusione polluens. Item: Quilibet ecclesiae, vel coemeterij, aut immunitatis, vel libertatis ecclesiasticae violator. Item: Quilibet excommunicatus a canone vel constitutione. Item: Sacerdos proditor confessionis. Item: Celebrans in ecclesia interdicta, vel altari non consecrato, aut mobili, sine licentia, vel sine indumentis, aut non ieiunus. Item: Non ordinatus celebrans vel ministrans in ordine quem non habet. Item: Sacerdos, cuius negligentia, vel culpa aliquid inhonestum, vel aliquod scandalum circa sacramenta euenit. Item: Quilibet deierans, seu veniens contra suum iuramentum. Item: Falsarius literarum & monetarum. Item: Quilibet manus violentas iniiciens in patrem & matrem suam. Item: Quilibet coniugatus contrahens matrimonium viuente vxore, cum secunda: vel intrans religionem, vel recipiens sacrum ordinem coniuge inuita, & econtra. Item: Coniunx qui & quae in mortem coniugis effectualiter machinatus vel machinata fuerit. Item: Scienter coiciens cum infideli. Item: Promotus per alium, quam per proprium episcopum sine licentia. Item: Furtiuè seu per saltum, vel extra statuta tempora promotus. Item: Excommunicatus, vel suspensus, aut interdictus in ordine suo ministrans, vel qui taliter ligatus aliquem ordinem suscepit. Item: Scienter sepeliens corpus excommunicati in coemeterio, vel etiam non excommunicati tempore interdicti. Item: Abutens quomodolibet sacramentis ecclesiae, vtputa Hostia, Chrismate, vel alia re sacra. Item: Omnis adulter & adultera saltem publicus & publica.



Item: Quilibet scienter extra casum necessitatis baptizans propriam prolem, vel illam tenens in baptismo aut confirmatione.

Item: Omnis hæreticus, aut fautor, participatorve hæreticæ prauitatis.

Item: Committens Sodomiticum crimen, aut cum brutis commissum.

Item: Quilibet cum sanctimonialibus coiens.

Item: Omnes clandestinè contrahentes sponsalia, nisi infra tempus statuti suprapositi illa solemnizauerint.

Postremo, ad sinistrae suspicionis tollendum ambiguum, inhibemus, ne quis sacerdos, vel religiosus de cætero cõfessiones mulierum audiat, alibi quàm in loco publico vbi videri possit.

*Acta & publicata fuerunt hæc statuta synodalia Reverendissimi patris & Domini, D. Valentini episcopi Hildesheimen. in synodo episcopali per ipsum personaliter in civitate & ecclesia Hildesheimen. celebrata, die lunæ post Dominicam Latare, qua fuit 17. Mensis Martij, Anno a natiuitate Domini 1539.*

**FORMVLA VIVENDI CANONICORUM, Vicariorum, & aliorum Presbyterorum secularium.**

**I**c Psalmũ dicam nomini tuo in seculum seculi, vt reddam vota mea de die in diem. Scribitur Psalm. 40 Super hoc verbo dicit glosa August. Si vis in æternum psallere, redde vota in isto die, id est, quod promissisti nunc tolle, donec venias ad illum diem, in quo perenniter cum omnibus sanctis Deum laudes. De omnibus enim bonis quæ in præsentia facimus, Deum in futuro perenniter laudabimus. Quod igitur illic acturi sumus, hic inchoare debemus. Ecce venerabilis Domine, quàm breue verbum, sed fecundum & omni suauitate plenum, vestroque desiderio aptissimum. Scribitis namque & rescribitis pro aliqua exhortatione & informatione vobis transmittenda, super qualitate status vestri, quasi non habeatis ad manum sanctorũ regulas & formulas, iuxta quas secure vos regulare possitis. Si non humilitas vestra pariter & bona vita vos excusarent, decidendi nos occasionem potius quàm exhortationem aut informationem expetere timeremus. Coacti igitur (Deus scit) facere tentamus quod nescimus, & nisi ipse calamũ dirigat, inutilis erit labor iste, sed vtinam non pernitiosus. Nũquam enim sermo ex illis doctum quemlibet aut exasperat aut impedit. Et cum ego vestrae personæ notitiam non habeam, nisi tantillum quod (sicut dictum est) mihi presbyter estis, & cuiusdam cathedralis ecclesiæ canonicus, idcirco secure confulere non valeo.

*De quinque horribilibus exemplis contra eos qui vitam suam emendare volentes, statim cum compunctione spiritum sentiunt, se perfectos esse arbitrantur, & in modo vivendi eligendo sanis consiliis non vtuntur, sed iuxta motum capitis sui ambulant. Cap. 1.*

**D**icit beatus Gregorius in Pastoralis suo: Non vna eademque cunctis exhortatio cõgruit, quia nec cunctos par morũ qualitas astrigit. Quod vni prodest, alteri nõn quã obest. Dicam rem hæc

breuiter sub quintuplici exẽplo, quæ vos in admirationem & cautelã magnam adducere debet. Nõ longe ante hos annos presbyter quidam fuit admodũ bonæ vitæ, quẽ hoc ordine diabolus decepit. Cõsultuit namque sibi, vt se interficeret, vt martyr fieret, asserens hoc Domino plurimum placere. Tandem miser arrepto pugione propriũ perfodit ventrem, sperans in hoc obsequiũ se præstare Deo, sed cũ plagã sensisset, illico exclamauit, dicẽs: Heu heu deceptus sum. Accurrẽtibus autẽ vicinis, & causam sciscitantibus, cuncta narrauit, moxque miserabiliter vitã finiuit.

Alius quidam valde timorata vitæ, cum in formari noller, in erroneam conscientiam lapsus, dixit se de sperare de venia propter seueritatem iudiciorũ Dei, qui similiter laqueo se suspendens, interiit.

Tertio, quidam presbyter castissimæ vitæ fuit, ita vt nec probata vitæ sceminis loqui auderet, verum cum ad beatam Mariam in eremo peregrinari disponeret, virgo quædam sancti propositi eidem se sociavit, vt hac occasione diu conceptam deuotionẽ sibi colloquendo reuclaret. Sed, prohdolor, post longa tandem colloquia in carnis vitium sunt collapsi.

Altera etiam quædam virgo per omnia probatissima mihi nota, cum non poneret modum deuotioni suæ, eo quod iugiter orare & contemplari veller, in frenesim perpetuum cecidit.

Quædam etiam virgo cum maritari noller, ex magna deuotione à seculari conuersatione abstinere disposuit, Hanc inimicus in tantam auaritiæ faciem depulit, vt de eius quoque salute plurimum timeretur. Hæc, venerabilis Domine, breuiter dixerim, vt è vicino ostenderem, quantum etiam periculum in sacris exhortationibus contingere potest, si non debite applicentur. Ecce, ponamus ante nostros oculos quinque hos quos præfati sumus. Si primo dixerim quod fortiter in via Dei ambulare debuerit, ecce inde occasionem propriæ necis accepit. Si secundo dicamus vt Deum timeat, ecce, inde in desperatione corrui. Si tertio dixerimus, proximũ tuum ama sicut teipsum, ecce, propter hoc in luxuriam cecidit. Si quarto dixerimus, contemplationi insiste: ecce, hac occasione in amentiam peruenit. Si quinto dixerimus, vt prudẽter se gerat in omnibus: ecce, propterea penè in auaritiã irremediabiliter lapsa est. Omnes hæ doctrinæ quàm sanctæ quã deuotæ sint, sed his personis sic dispositis quàm sint perniciosæ, dat idem beatus Gregorius exemplum de pane qui vitam fortiorum roborat & paruulorum necat. Similiter medicina quæ nonnunquam vni morbum minuit, & alteri vires aufert: sic sacra scriptura est quibusdam odor vitæ in vitam, quibusdam odor mortis in mortem. Neque hoc idẽ venit quasi sacra exhortatio mala sit, sed propter insufficientiam audientium, quæ communiter ex superbia pullulare solet. Nam sunt plerique qui quàm citò spiritum compunctionis sentiunt, statim se perfectos arbitrantur, neque vllius magisterij moderamini se subdere volunt, dicentes: Ego sum bonæ voluntatis, totum quicquid dico aut facio, cordialiter noto & cætera: quasi hoc sufficiat contra tot antiqui hostis verlutias: & quia nunquam discipuli veritatis fuerunt, ideo facilè à spiritu erroris seducuntur. Nulla enim ars haberi præsumitur, nisi prius incepta meditatione discatur. Dicit quidam venerabilis doctor, quod bonæ voluntati nihil est periculosius, si non recta ratione reguletur. Hoc est notabile & formidolosum

sum verbum, & dat rationem quia de natura voluntatis est, quod sit cæca, & de natura boni est quod sit sui diffusiuum. Quæ igitur temper cæca est & vbiq; discurrere voluerit, quid illi restat, nisi casus contineus? Vnde Cyrillus de hoc dicit: Certe nil plus nocet, quàm aliorum spreto consilio, vt propria præcipit voluntas ambulare, qui suæ tantum volũtati credit in cunctis quæ facit, finem odibilem adinueniet. Exempla de hoc sunt infinita. Igitur qui secure ambulare desiderat, non sibi confidat: neque Deũ tentare debet, quasi ipse sibi desuper scientiam infundere merito teneatur, quia ipsum amoroso corde quærit, hoc namque & ipse dedit. Sed neque de hoc sibi blandiri quisquam poterit quod bonæ voluntatis est, quasi hoc à se habeat, sed sollicitè p̄sare debet, quomodo talentũ sibi diuinitus datum dignè expendat gratiæ, dignè cooperando: sciens quod non omnia charitativa simul donantur in sua plenitudine, sicut nec impetu vno virgultum excrescit in arborem robustam, sed omnia tempus suum habent, & per determinatas moras regularissimè vnumquodque tendit ad sui consummationem. Est igitur consilium omnium sanctorum patrum, qui de moribus scripserũt, quod homo bonæ voluntatis, quærere debet virum aliquem disciplinatum & in sacra pagina bene doctum, cui totum cor suum & propositum plene reuellet, à quo mandata viuendi accipiat, quæ etiam tam diu diligenter obseruet, donec ipso licentiant, aut certe Spiritu sancto reuelante ad altiora se transferat. Hic namque vir heroicus siue spiritualis omnia diiudicat, naturam considerat, propositum explorat & iuxta hoc quod viderit expedire, singula moderatur. Cuius etiam consiliis tanquam diuinis est obtèperandum, quia in eo habitat Spiritus sanctus. Qui de his dubitat, legat regulã beati Hieronymi ad Eustochium, & epistolam ad Demetriadem, & alia eius opuscula: similiter Augustini, Benedicti, Bernardi, &c. & si aliter inuenerit, quod non puto, mendacij me arguat. Verum vt per quotidiana exẽpla id probem, ad oculum ista videmus in scholis virtutum, id est, approbatus religionibus, vbi de his omnibus diligenter inquiritur, nec quisquam in feruore nouitio permittitur ambulare, iuxta morum capitis sui, quasi securus sit de omnibus, eo quod habuerit bonam voluntatem, sed secundum regulas sanctorum Patrum instituitur in omnib;. Et qui sic procedit, secure procedit & proficiet, non tamen sine grandi labore & tentatione quotidiana. Quia tentatio est vita hominis super terram. Et Adæ dictum est: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Specialiter autem virtutis exercitiũ est circa difficilia: quare merito ad hoc idoneus magister, scilicet, qui scientiam & experientiam eius habuerit, quia teste S. Gregorio: Ars artium est regimen animarum, Dicitur notanter idoneus magister, quia multi reperiuntur consultores fallaces, inflati spiritu arrogantia, aut auaritia, & multos seducunt. Heu quot homines simplices & bonæ voluntatis perierunt per tales simulatores? Dicam breuiter rem quæ mihi accidit. Cũ aliquando in adolescentia mea visitassem quendam solitarium laicum, qui iugi clausura sedebat in quodam conclauis seorsum, & ab eo verbum ædificationis interrogassem, inter multa consilia quæ dixit: hæc, aut similia verba adiunxit: qui vult esse perfectus Christianus, debet vendere omnia quæ habet, & dare pauperibus, & ostiatim mendicare sicut Christus fecit: & nihil am-

plius curare de scripturis, quia scripturæ cõfuse sunt propter multiplicatam glosarum, & bonum esset quod vniuersæ glosæ comburerentur, Hæc & similia miser ille verbositate dogmatizauit, Cũque diligentius cogitarem de his, quia adhuc ignarus eram huius astutia: quidam presbyter dixit mihi, Ne cures de phantasiis illis. Nuper quendam fabrum similiter docuit, qui cum omnibus distractis mendicare cõpisset, vniuersi male dixerunt ei, dicentes. Cur mendicare vis cũ fortia membra habeas ad operandum? redi ad officium tuum. Quid plura? Tandem cũ nil sibi à quoquã daretur, ne quid manducaret, iuueniret, desperatione tactus in flumen se præcipitans submersus est. Similia plura de talibus leguntur. Ecce venerabilis Domine, quanta est astutia antiqui hostis, etiam contra homines bonæ voluntatis. Quare summo opere vobis præcauendũ est, ne in laqueũ eius incidatis. Placeat reuerentiæ vestrae hoc aduertere, quod communiter dicitur: religiosi possunt se facilius iuare contra tentationem inimici propter multa, &c. Hæc est etiã sententia beati Bernardi, & Hieronymi. Ratio est, quia semper alieno arbitrio diriguntur, nec quicquam de voluntario habent. Peccatum autem est ad eodẽ voluntariũ, quod si non esset voluntarium non esset peccatum.

*De mala libertate canonicorum secularium.*

*Caput 2.*

**H**inc concluditur, quod verus obediens vix potest peccare: ex quo vltimus per oppositũ concluditur, quod qui non vult obedire, vix potest benefacere. Iam quæso, reflectite hæc super statum vestrũ. Quid est quod quidam ita vitare solent sicut obedientiam? cũ venia loquor, nõne hæc est quotidiana vox dominorum canonicorum paucis exceptis? Nos liberi sumus, nemo nobis præcipere habet: nos cum Domini simus nolimus vt præcipiatur nobis, sed ipsi aliis præcipere debemus. Nũquid serui sumus? Ach male liber est, qui diaboli seruus est. Nõne vulgariter dicitur. Quanto stirps nobilior, tanto ceruix flexibilior? Quid de sua generositate tales habent gloriari, quãdo nec diuino nec humano iudicio vlla in eis ingenuitatis indicia reperiuntur? Iam dictum est, quod nobilitas vera siue secularis siue spiritualis, cum promptitudine obediendi soleat agnoscere. Item vltimus sequitur, quod si verus obediens facilius potest vitare peccatũ, econtra qui non vult obedire, difficilius potest peccatũ vitare, imò penitus non potest, quia diabolus eum ad omne malum impellit, quem nullo disciplinae freno alligatũ cernit. Prona est namque, omnis ætas ad malũ. Igitur venerabiles Domini, si vultis seriose vestram salutem procurare, caute ab hac mala libertate, caute & à falsis & imperitis magistris: per hæc duo penè totum mundum diabolus post se trahit. Tollatur è medio ista duo, scilicet pertinacia obediendi, & fallacia erroneorum magistrorum: quid vltimus, periculi remanebit in orbe terrarum? Si cuncti magistri bene docerent, si cuncti discipuli bene obedirent, nõne reformatus esset mundus? hic tota difficultas hic totius vitæ Christianæ perfectio latet: sed absit hoc, dicit libertas mala, vt sic me alteri subdã, quod nihil mihi reseruem, viuunt Dominus, ego pariter cõsiliabor, ego quod placet faciam, alienum non audiam, nisi fortè illum qui loquitur mihi placentia. O periculum periculorum nimis super omnes filios Adam effusum, quod vtique paucissimi effugiunt, Fff 3 scili-

## FORMVLA VIVENDI

scilicet electi perfecti in timore Dei. Et vt breuiter dicatur: Via lata ad gehennam est mundialis ista libertas, pro qua penè omnis homo certat vsq; ad mortem, iuxta vulgatum prouerbum: Libertas præualeat auro. Videamus exemplum familiare, Nauis in medijs fluctibus sine gubernatore, nunquid verè libera, an non? Si verè libera est, ad portum securè perueniet: sin autem, submergetur: Sic est omnis homo, qui diuinis legibus non est institutus, nunquam aliquis talis est saluatus, quia à diabolo possidetur, ad cuius voluntatem vinculis prauæ consuetudinis tenetur irretitus. O vtinam viderent singuli quod vidit beatus Martinus. Cum enim aliquando venisset ad palatium cuiusdam tyranni, vidit quendam maximum dæmonem sedere super collū eius in star equitis, qui ipsum duxit quocunque volebat. Simile beata Brigida vidit, Cum quidam superbi prælati ascendent super equos pompaticos, quòd toties Æthiopes quidam ascenderunt super colla ipsorum: Sic miser homo decipitur, putans quòd suam impleat voluntatē, & nescit quòd diaboli seruit impulsibus ad omne malum. Hæc sunt stipendia malæ libertatis: quādo scilicet vnusquisque facere delectatur, quod sibi propria voluntas suadet, quem cōmuniter diabolus quodam quasi hæreditatio iure facile sibi seruire cogit. Ecce quod homo summè diligit & appetit, hoc summè sibi perniciosum est, propriam scilicet adimplere voluntatem, vt nemo ei dicere possit, cur sic facis: aut, ab illis abstinet &c. quia hac libertate omnibusque vitis exponitur.

*Quid sit secundum carnem viuere. Cap. 3.*

Vnde Apostolus ait: Si secundum carnem vixeris, morieris. Vbi sic dicit beatus Augustinus: Ille secundum carnem viuuit, qui secundum seipsum viuuit, id est, pergit quòd vult, dormit quando vult, & quando vult, loquitur quicquid vult, manducat & bibit quando vult, & quantum vult, ridet, iocatur, ociatur prout vult, occupatur quando vult, & in quibus vult, quicquid naribus suaue est querit, quicquid auribus blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid corpori suo iocundum, exercet & proficitur. Delectatur in vestimentis curiosis, & epulis splendidis, & domibus gloriosis. Quid multa? Omnia desideria carnis suæ exquirat, & perficit sicut vult & quādo vult. Qui sic viuuit, absq; omni dubio æterna morte morietur, vbi nunquā quicquā habebit ex his quæ vult, sicut exemplificat Dominus in Euangelio de diuite epulone, qui hic omnia ad nutū habuit prout voluit, sed postea vnam guttam aquæ obtinere non potuit pro refrigerio linguæ suæ in tanta pœnalitate constitutus, in qua adhuc est vsque hodie, & in æternū manebit, nec vnquā gutta illa ei dabitur, sed iugiter peius habebit. Ecce venerabilis Domine, quā insensari sunt, qui hic de mala libertate gloriantur, non volentes submittere collum suum iugo Christi, qui dixit: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris.

*Cum quibus conuersari debet canonicus secularis. Cap. 4.*

igitur pensate diligenter statum conscientie vestre, quomodo vixistis, & quomodo quotidie viuatis, & quales sint cū quibus cōuersamini: quia ex hoc magna dependet portio salutis vestre. Dicit namq; spiritus sanctus, spiritus utiq; veritatis, qui neminem fallit, per os prophetæ: Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cū ele-

cto electus eris, & cum peruerso peruersus eris. Vbi dicit glossa: Ex cōiuctu mores formantur. Nam qui tangit picem, inquinatur ab ea: & qui terit herbam odoriferam, percipit suauiatē eius. Quia re vera vita humana, nō est ludus puerorum. Ecce, vt planè loquar vobis, quia presbyter & canonicus estis, non licet nisi cum spiritualibus conuersari quia de elemosynis viuatis, & ideo omnino debetis vos aptare, vt sitis dignus & gratus mediator inter Deum & homines. Hoc enim clericus sonat quasi de hoc seculo acceptus, & sorti Domini mācipatus. Igitur cum Deo & spiritualibus viris erit conuersatio vestra, si recte viuere vultis. Item non sufficit qualitercunque viuere, sed sicut canonicus, id est, regularis. Canon enim dicitur regula: inde canonicus, id est, regularis. Dicitur autem regula, quia regit, & secundum quam aliquis bene regulatur ac dirigitur.

*Qui non vult regi & dirigi, non est canonicus.*

*Cap. 5.*

igitur qui non vult regi nec etiam dirigi, ipse non est canonicus. Si autem non est canonicus, tūc coram Deo non potest leuare fructus præbendæ, cuius titulū falso nomine possidet. Quòd si leuauerit, peccat, & ad restitutionem coram Deo tenetur. Et si restituere non valet, tunc diuina iustitia ipsum æternæ seruituti adiudicabit, si in hac vita dum adhuc tēpus habet, condignā pœnitentiā nō egerit. Hoc omnibus modis est tenendū, quòd impossibile est, quòd vnus quadrans iniuste leuatus, apud Deū sit in oblatione, sicut aperte Euangelium dicit: Si vadas cū aduersario tuo in via, cōpone te cum illo, ne forte tradat te iudici, & iudex exactori, & exactor mittat te in carcerem. Amen dico tibi, non exibis inde, donec vltimum quadratē reddas. Vere hoc est formidabile verbum cunctis qui leuant grādes redditus ecclesiarum iniuste. Aut si iuste leuant, si tunc diligenter non student orare, & alia debita ecclesiastica facere prout tenentur. Vos autem venerabilis Domine, qui spiritu Dei tactus, non dissolutes, sed canonicè viuere vultis supradictum Psalmistæ verbum in principio positum, diligenter aduertite, scilicet, Sic plalmū dicam nomini tuo in seculum seculi, vt reddam vota mea de die in diem. Faciant alij quicquid velint, vos iugiter ruminare huius versiculi efficaciam, & vniā in tantum vobis familiaris iste versiculus fiat & dulcescat, vt quoties campanæ sonitum auditis, denotet eum submurmuretis, dicendo sic, Psalmum dicā nomini tuo. Hoc enim suaue colloquium inter Deum & animam deuotam non in vacuū transibit, sed magnam gratiam reportabit. Potest etiam iste versiculus, secundum quosdam expositores sic ordinari (retrograde enim legatur in construēdo) videlicet, Sic reddam vota mea de die in diem, id est, per singulos dies, vt psalmū dicam nomini tuo in seculum seculi, id est, mereat te laudare in æternū, Et hic sensus est planior quā primus, vterque tamen bonus.

*Quilibet canonicus aut vicarius, primò debet intentionem suam dirigere ad Dominum*

*Deum. Cap. 6.*

Pro cuius versiculi maiori explanatione quantum ad propositum, est aduertendū, quòd duo possunt in eo cōsiderari, quæ cuilibet canonico bonæ voluntatis, aut vicario, siue parochialis ecclesie rectori, imò vnicuiq; spirituali viro ac bono uoluntatis Christiano sunt præcipue necessaria: cuilibet secundū proportionem status sui. Primū est directio

intentionis, secundum exequutio operis. Igitur loquendo secundum propositum nostrum, dicimus quilibet canonicus aut vicarius primò debet intentionem suā dirigere ad Dominū Deum, vt quicquid facit, ad gloriam Dei ordinet, & hoc notatur, cū dicitur, Psalmum dicam nomini tuo. Plures namq; psalunt & bona opera faciunt, non ad Dei gloriam, sed ad suam, quærentes laudem ab hominibus, aut lucrū temporale. Hi tales non soluunt vota sua, sed furantur, quia illi cui debent, subtrahunt fallaciter, & sibi ipsis referunt, licet inutiliter, quia se quærunt, & nō Dei honorem. Sed verus Christianus psalmum dicit nomini Domini, non suo, quia considerat quòd ex se nihil est, & ideo Domino totū tribuit, dicens: Nō nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Quicquid enim sumus, & quicquid habemus tu largiris: sine te statim in nihilum redigeremur. Tu sine intermissione aspicias nos, & nunquam obliuisceris creaturarum tuarum. Et quia à te est totum nostrum esse & posse, & scire & quicquid habemus: ideo merito tibi à nobis debetur omnis laus, honor, virtus & gloria & gratiarum actio, nunc & in seculum seculi, id est, in æternum. Vbi dicit sanctus Thomas in prima parte Summæ, quòd Deus est in creaturis nō sicut calor in aqua, sed sicut sol in aere, quia remota aqua ab igne, adhuc manet ad tēpus aqua calida, sed remoto sole ab aere, statim aer tenebrescit, nec quicquam luminositatis remanet, sic Deus, si non continuò creaturam administraret, statim omnis creatura esse desineret. Et ergo merito vniuersa creatura debet esse parata iugiter ad obediendū suo creatori, sine quo nec ad momentū esse potest. Et hæc est principalis causa & primaria, quare Deo soli debetur honor & gloria, quia ipse est à nullo, sed omnia ab ipso sunt.

*Quilibet canonicus aut vicarius debet aduertere quibus & qualibus debitor sit iuxta uocationem suam, & hoc, ad quod tenetur, debet opere implere. Cap. 7.*

Hæc autem contemplatio iocunda in libro creaturarum in immensum extendi potest, nec doctore opus habet, quia quasi violēter ingerit se humanis sensibus, ita vt inexcusabilis sit omnis homo. Vnde dicitur in Iob: Interroga iumenta terræ, & docebunt te. Hinc secundum Apostolum: Quæcunque facimus, siue comedamus, siue bibamus, siue aliud quodcunque faciamus, omnia quidem ad Dei gloriam factamus. Hoc autem nobis est vile, nō ei, quia nullus eget. Secūdo etiam quilibet canonicus aut vicarius debet diligenter aduertere, quibus & qualibus debitor sit iuxta uocationē suam, & hoc diligēter opere adimplere ad quod tenetur, prout melius poterit, quia sibi non sufficit generalis quædam bona voluntas, sine operis executione, sicut dicit dominus in Euangelio: Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Et iterum: Qui custodit mandata mea & seruat ea, hic est qui diligit me. Est autem Dei mandatum, vt reddamus omnibus debita. Est autem quilibet canonicus triplex debitor, scilicet Deo, sibi, & proximo, de quibus multa scripta in sanctis libris reperiuntur. Sed quantum ad præsens sufficit, arbitramur, quòd omnibus legaliter satisfaciat, si diuinum officium debite persoluit. Si autem aliquid vltra facit, illud supererogationis est, & hoc iam quòd dicimus, vocatur debitum ecclesiasticum: sed si aliunde se obligauerit ad partem, ad quod cum

ecclesia non astringit, hoc vocatur debitum personale, ad hoc etiam tenetur, si licitum fuerit & honestum.

*Valde multa ad hoc requiruntur, quòd aliquis rite officium diuinum persoluat, & quòd aliquis dignus habeatur diuinis interesse.*

*Caput 8.*

igitur tota intentio debet ad hoc tendere, vt officium ecclesiasticum rite persoluat. Et hoc tangitur in secūda particula prædicti versiculi, scilicet: Reddam vota mea de die in diem. Quæ verba multa includunt, quia valde multa requiruntur ad hoc, quòd aliquis rite diuinum officium persoluat. Sicut & iam vulgariter dicitur, quòd plura necessaria sunt pauperi antequam diues fiat, etiā plura necessaria sunt vnicuique homini, antequam dignus habeatur diuinis interesse mysteriis, etiam beatissimis angelis paueudis. Hoc ideo sancti concorditer dicunt, quia est vltra hominem diuina tractare, imò vltra omnē creaturam. Et ideo diuinum officium iniungitur ecclesie ministris, & præcipue episcopis & presbyteris, qui ab hoc Hierarchi dicuntur, id est, sacri principes diuinorum mysteriorum. Alij ministri, quia his sociantur, & ad tam etiam pauenda sacramenta subserviunt, sed ulè omni sanctitate & puritate fulgere debent, vt dicit beatus Augustinus, Cōtemplemini quid sit sancto populo Dei præesse, & considerate quale sit, sacramentis diuinis insistere. Altario placere debent, qui de altario viuunt. Et episcopus instrueno ordinandos, dicit quòd cum magno timore est ad sacros ordines procedendum, atque prouidendum vt cælestis sapientia, probi mores, & diuturna iustitiæ obferuatio ad id electos commendet. Ecce venerabilis Domine, qualia sunt vota, & qualia esse debent quæ reddere oportet de die in diem quemlibet ecclesiasticum. De his beatus Gregorius pulcherrimum librum scripsit, quem omnino suadeo sapius legatis, scilicet Pastoralis, in quo inuenietis vltra quā dicere valeo, cuncta salutis vestre necessaria. Summa namq; discretionis singulis (iuxta quòd expedit) salutares largitur doctrinas.

*Si aliqua de antiquis obseruantiis ecclesie sunt collapsa, potest canonicus laborare pro reformatione eorum, vel in domo propria supplere illa per alia exercitia spiritualia. Cap. 9.*

De quotidiano autem exercitio specialiter nihil scribere possum, nisi quòd iuxta laudabilem vestre ecclesie consuetudinem vos regatis in horis nocturnis pariter & diurnis. Quòd si aliqua de antiquis obseruantiis collapsa sunt, potestis, quantum gratia vos adiuuerit, laborare pro reformatione earundem. Si audire alij noluerint, tunc quantum ad vestram personam attinet, poteritis in domo propria illa supplere per alia exercitia spiritualia, iuxta consilium discreti viri.

*De regula canonicorum secularium, quæ in quibusdam ecclesiis habetur. Cap. 10.*

Habetur etiam in quibusdā collegiis regula quædam canonicorum valde bona, olim in Concilio Aquis edita, & collecta ex dictis sanctorum. Sed nullum scio collegium hodie, in quo ita seruetur sicut in ea scriptum est. Et propter hoc quidā dicunt quòd abolita sit. Fortè hoc verū est quòd alia, scilicet refectorium, dormitorium, & similia positiua, sed quo ad alia quæ sunt iuris diuini, stabilis est & manet in æuum. Ratio autem quare tam salu-

bris regula abolita sit, supra dicta est, quia pauci sunt qui submittere volunt ceruices suas iugo disciplinæ, sed omnes libertatem affectant.

*Qui hanc formulam studiosè seruauerint, etiam in seculo manentes, religiosam vitam ducere possunt. Cap. 11.*

**V**os autem venerabiles Domini, qui per viam illam incedere vultis, quæ arcta est & ad vitam ducit, per quam pauci ambulant, diligenter eidem regulæ mores vestros conformate, quia optima est, & ex elegantissimis sanctorum doctrinis composita, & ita discretè procedit, ut cuilibet bonæ voluntatis viro bene sit portabilis. Et quia fortè nonnulli sunt vobiscum qui libros istos aut non habent, aut propter paupertatem sibi procurare non valent, igitur ne illis charitas nostra desit, aliqua hic annotare breuiter ex eisdem & aliis libris deuotius intendimus, per quam suam conuersationem regulare possint, ut coram Deo & hominibus in sanctitate proficiant. Quod si studiosè hæc obseruauerint, absque dubio etiam in seculo manentes, religiosam vitam ducere possunt. Hoc autem præmittendum est, quod secundum diuersas temporum vices, diuersi modi viuendi in clero fuisse narrantur, de quibus Gratianus in decretis plura collegit, præcipuè in ca. 12. q. 1. & aliis locis multis. In primitiua siquidem ecclesia nullus ad clericatum aut sacros ordines admittebatur, nisi magna sanctitate cæteros antecederet, omnino à conuersatione laicali segregatus, summæque religiositate præfulgens. Nam tanta crudelitate & sæuitia pagani tunc fidem persequebantur, ut præesse nemo vellet nisi valde perfectus, quia teste beato Gregorio: Quicumque erat prior in dignitate, prior trahebatur ad martyrium. Stetit autem hoc tempus annis penè trecentis, vsq; ad Syluestrum & Constantinum magnum, in quo penè nullus honor & reuerentia fidelibus deferrebatur, quia tunc erat apud vulgares scandalosum esse Christianum, sed postquam Constantinus magnus, & alij principes templa idolorum subuerterunt & baptismum susceperunt, cœpit Christianum nomen in gloria esse apud cõmunem populum, & prohibita fuerunt occisiones fidelium, vnde tunc fides maximè creuit. Idem autè Imperator volens ecclesiasticos in honore esse, maximas possessiones ecclesiæ contulit, vnde clerici & pauperes sustentarentur, quatenus cõmodius diuinis interessè possent, & pro cõmuni populo diligentius orarent. Similiter & alij principes in diuersis locis fecerunt, & extunc ecclesiastici ab his operibus vacare cœperunt, & sedulè diuinis insistere, viuentes de eleemosynis fidelium. Videntes autem sancti patres quod grandis conflueret multitudo, & sine aliquo vtili labore & occupatione cohabitare non possent, ecclesiasticum officium, regulas varias, & diuersos viuendi modos instituerunt vnusquisque prout spiritus sanctus illi dabat. Nã beatus Hieronymus diuinum officium ordinauit: Ambrosius hymnos & cãtum superaddidit: Pachomius, Basilii, Augustinus, & alij regulas ediderunt. Maxima quoque tunc sanctorum eremitarum & monachorum multitudo extitit. Fuitque tunc vix aliqua differentia inter religiosos & clericum, quia nõdum erat ista solennis professio instituta, quæ hodie in monasteriis frequenter. Verum successu temporis & charitate frigescente, hæc generalis sanctitas valde cœpit declinare singulis abeuntibus post concupiscentias suas, in tantum quod cœpit diuisio apparere in-

ter ecclesiasticos. Ita quod quidam nominabant se canonicos, quidam monachos, prætextu cuius magna superbia & avaritia in clero surrexit. De quibus Gregorius sæpe mentionem facit in dictis suis, & alij. Huic autem pestiferæ abusioni sancti patres occurrere volentes, & clericum ad pristinum statum prouocare cupientes, regulam quandam canonicorum in Concilio Aquensi tempore Ludouici Imperatoris magno cum moderamine ex antiquorum dictis colligerunt, præcipientes, ut qui in monasteriis viuere monachico more non vellent, huius regulæ institutis omni conscientiæ securitate se tradere possent. Sed rursus ab hac sancta regula ita desperabiliter ecclesiastici nõ defecerunt, vt vix aut nullo modo possibile sit, quod vnquam reduci possint, impleturque hodie illud propheticum: Et erit sicut populus, sic & sacerdos.

*Canonicis & vicariis bonæ voluntatis, malitia huius temporis obesse non potest, faciant melius quod possunt, & solite ambulent cum Deo suo, & salui erunt. Cap. 12.*

**V**erum qui bonæ voluntatis sunt, illis malitia temporis obesse non potest. Faciant melius quod possunt, & solite ambulent cum Deo, & salui erunt, quod ut facilius possint, septem sollicitudines, circa quas bona voluntas occupare se debet, aduertent.

*De debita exterioris hominis compositione, tam in loquendo, quam comedendo. Cap. 13.*

**S**ollicitudo igitur prima bonæ voluntatis ad hoc stendere debet, ut exteriori hominem debite componat, tam in loquendo quam comedendo, bibendo, ambulando, &c. quatenus quicumque mores ipsius considerat, edificetur & dicat: Ille est disciplinatus vir & vtilis in officio ecclesiastico, quia omnes sanctam vitam in eo videt. Hæc autem compositio morum inter simplices & mundanæ vitæ homines maxime est necessaria, quia facillime scandalizantur, quando vel parum clerici ad libertatem extrinsecã declinant. Econtra autem, quando vident eos mature incedere, & timorate conuersari in omni castitate & sobrietate, tunc maxime edificantur & venerantur eos.

*De sobria mensa, & cibis simplicibus medicibusque. Cap. 14.*

**S**it igitur mensa frugalis, de cibis simplicibus, non nimis delicatis, nec nimis grossis, sed medie temperatis, quia hoc expedit ad sanitatem corporis.

*De ieiuniis temperatis. Cap. 15.*

**I**eunia sic temperare studeat, ut non lasciuat, nec etiam deficiat in seruitio Domini. Hoc nanque reator omnino nititur persuadere, ut aut nimis homo repleat ventrem, aut etiam indiscrete abstineat, sed medium est tenendum.

*De habitu. Cap. 16.*

**S**it habitus humilis, non nimis vilis nec nimis pretiosus, sed mediocriter honestus, sine omni curiositate, longus & amplus, ne forma corporis more secularium appareat foris. Potest autem duplicè vestitum seruus Christi habere, vnum meliorem pro diebus festiuis, alium deteriore pro diebus ferialibus. Color autem sit niger, vel griseus, vel etiam blaucus, sed non sanguineus aut subuiridis, ut non dicatur ei, quod diabolus impropertuit cuidam: Si plus posses, plus faceres.

*De loquutione. Cap. 17. Sint*

**S**int verba pauca, rationabilia & vtilia, non vana, non otiosa, non superflua, non risoria, non detractoria, non scurrilia, non maledica, non inuerecunda, non litigiosa, non clamorosa, sed suaui, religiosa & gratiosa, ut dicit Salomon: Sapiens in verbis se ipsum amabilem facit, gratia autem stultorum effunditur. Item: Verbum dulce multiplicat amicos, sermo autem durus suscitatur furor. Item Hieronymus: Beata lingua est, quæ non nouit, nisi de diuinis sermonem texere. Verum non hæc sic sunt intelligenda, quasi nunquam sit licitum uti verbis iocundis & solatiois, quia secundum omnes morales, Vir sapiens & timoratus pro loco & tempore potest virtuosè aliquando rigorem remittere, & hoc maximè pertinet ad verba iocunda, in quibus hæc debent omnino vitari, ut scilicet nõ sint inhonestæ, nec ciua aut detractoria. Et hæc remissio debet fieri, quando omnia seriosa sunt perfoluta loco & tempore debito, & cõ talibus personis, quæ ex hoc non scandalizantur, & tali intentione, ut hac recreatione fortius valeat ad seriosa virtutis opera redire. Exemplum horum legitur de sancto Ioanne Euangelista, & de sancto Antonio, quorum hæc sententia est, quod expedit aliquando contemplationem intermittere propter infirmitatem naturæ, ut postea melius ad spiritualia vida anima redire valeat, sicut arcus distentus fortius iaculum proicit, quam qui sine intermissione tensus tenetur. Vnde Augustinus dicit: Volgetandè ut tibi parcas: Nam sapietem decet interdum remittere mentis aciem rebus agendis intentam.

*Medium semper est tenendum. Cap. 18.*

**E**t sicut supra dictum est de Ieiunio, sic & hic de hoc solatio virtuoso dici potest, quod diabolus nititur hominem ducere ad duo extrema, scilicet ut sic feruenter bonis operibus insistat, quatenus totaliter inutilis fiat, vel quod sine intermissione ludis ac solatiis vacet, & alia bona opera negligat. Sed medium est tenendum, & hæc regula optima est, & vbique applicanda, quia virtus in medio consistit. Iuxta illud: Ne quid nimis, Ne quid minus, Medium tenere beati. Et teste B. Bernardo: Discretio est auriga virtutum, sine qua virtutes sunt vitia.

*De reformatione interioris hominis. Cap. 19.*

**S**ollicitudo secunda bonæ voluntatis ad hoc tendere debet, ut etiam interiorem hominem reformare studeat, ut scilicet velit quæ Deus vult eum velle, sciat quæ vult eum deus scire, & recogitet siue memoretur quæ vult eum deus cogitare. Et hic est maior labor, neque vnus diei, sed qui nunquam incipit, nunquam peruenit, igitur inuocato diuino auxilio, totaliter nos propter imminetentem talem necessitatem ad hoc opus præcingamus. Magni nanque meriti est huic negotio insudare, quamuis non pro voto id ipsum acquiratur quod intenditur. Sciendū est igitur, quod internus noster homo triplici morbo est infectus, id est, tria semper concupiscit, quæ se per deberet spernere. Et hic oritur omnis illa difficultas proficiendi in virtutibus, quam boni viri sentiunt etiam vsque ad mortem, quidam maius, quidam minus. Hoc est quod dicit beatus Paulus: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.

*De bello legis Dei, contra legem diaboli in uno homine. Cap. 20.*

**E**cce bellum mirabile in homine, vnum contra vnum Lex Dei contra legem diaboli. Lex Dei dicit, Contemne omne quod est in mundo, & ad hære præceptis domini creatoris tui. Contra lex diaboli dicit, Nihil sit tibi cura: de inuisibilibus, sed stude delicias corporis tui habere, & honorem huius mundi & diuitias ad omnem copiam. Iterum lex Dei dicit: Caue ne audias eam, sed mihi obtempera: quia omne quod est in mundo, vanum est, nec mundus te iuuare poterit, nec seipsum. Contra lex diaboli dicit. Ne permittas te decipi, quia omnia graua sunt: ego autem habeo tria quæ sunt tibi vtilia valde & delectabilia, scilicet omnia concupiscibilia carnis, & oculorum tuorum, & pompam huius seculi, exercere in istis, & sælix eris.

*De triplici concupiscentia. Cap. 21.*

**E**x hac triplici radice oritur omne malum, & ideo primus labor hic debet inchoari, ut hæc triplex concupiscentia, carnis videlicet, oculorum, & vanitatis quod est superbia vitæ, non quidem radicitus extirpetur, quod est impossibile, sed cõculcet, ne herbam peccati germinat: sicut videmus quæ via quæ frequenter pedibus teritur, nõ producit graminam, quamuis radicem intus habeat, sed si non calcatur, tunc statim virescit. Sic anima quæ semper exercetur in via mandatorum dei, non producit mala opera, quamuis inclinationem malam intus adhuc habeat, sed si tepescit ab operibus bonis, tunc concupiscentia mala quæ intus dormiuit, cuigilat, & in opus prauum foras erumpit.

*De elongatione ab occasionibus concupiscentiarum. Cap. 22.*

**I**gitur studiosè præcauendum est, si homo ad internam pacem cupit peruenire, quod elonget se ab omnibus occasionibus quæ has concupiscentias solent prouocare, sicut boni religiosi faciunt, qui per castitatem & ieiunia, & disciplinas, & vigilias ac labores quotidianos mortificant concupiscentias carnis, & maximè fugiunt otium & familiaritates & colloquia mulierum, & per paupertatem voluntariam mortificant concupiscentias oculorum, per obedientiam & subiectionem mortificant appetitum superbiæ inclinationis huius seculi, cui proxima est occasio omnium peccatorum, quæ dicitur libertas secularis, quæ nullo iugo disciplinæ vult subdi. Contra insidias vitiorum, quod periculosissimū est, sicut apertè apparet de milite insano & fatuo, qui cum alium percutere non potest, in super nec sibiipsum providere vult, ut armis se muniat contra hostium tela, huic nihil restat, nisi mors acerba, & finis sine honore. Sic omnis homo (qui in via Dei vult ambulare secundum propriam voluntatem, & non præcauet sibi ab occasionibus peccatorum) periclitabitur. Et datur exemplum de David, qui idcirco in adulterium cecidit, eo quod oculos non custodiuit, & in numeratione populi similiter grauiter deliquit quia informari noluit. Si in his tantus propheta cecidit, quid nobis faciendum est, nisi ut tota diligentia custodiamus corda & corpora nostra? Similia multa de aliis leguntur. Pax igitur cordis tunc acquiritur, quando mens gratia fortificata vitiosam inclinationem compescit, ne malum quod cupit, possit perficere. Non autem potest homo ex propriis viribus & de communi gratia, internum bellum penitus sedare, ut nunquam malas insinuationes aut immisiones sentiat, sed potest in tantum perficere, quod huiusmodi



huiusmodi leuissimè vincat. Et datur exemplum de principe aliquo mediocri, qui etsi non potest hostes suos expellere de patria sua, potest tamen eos ligare captiuare aut humiliare, intantum quod nunquam sine suo consensu aliquod dominium aut tyrannidè in ea exerceant. Hinc dicit beatus Paulus, quòd non debeat peccatum regnare in mortali corpore nostro quasi dicat: Et si non potestis facere vt non sit, tamen facere potestis vt non regnet.

*De duplici remedio contra peccatum.*

*Cap. 23.*

**E**cce duplex remedium contra peccatum: vnum, vt se elonget homo bonæ voluntatis ab occasionibus peccatorum. Aliud, vt continuè & feruè operibus bonis insistat.

*Quòd homo regulam viuendi sibi eligat iuxta suam naturam & sui status congruentiam.*

*Cap. 24.*

**S**ollicitudo tertia bonæ voluntatis debet esse, vt ex prædictis duobus, scilicet ex debita compositione exteriorum morum, & interno exercitio spiritualis deuotionis, aliquam sibi regulam viuendi eliciat, iuxta sui status & naturæ congruentiam, quam regulam vniformiter obseruet, & in ea vlt que in finem laudabiliter perseveret. Hoc nãque est omnium sanctorum patrum consilium, cuius etiam exemplum in omnibus penè quæ sub cælo sunt, videmus. Omnia nanque habent naturam, & modum & consuetudinem & ordinem, sicut patet in sole, luna, stellis, plantis, bestiis, & aliis (quæ secundum naturam sunt) vniuersis quàm pulchrè, quàm ordinatè quàm perseveranter & vniformiter cuncta procedunt & redeunt, currunt & recurrunt, crescunt & decrescunt: in solis autem humanis moribus irregularitas cernitur, & quia etiam nec ex natura, nec ex industria habet homo, vt suos actus regulare merito riè possit, sed est dei gratia, idèò confidere sibi nulla tenus debet, neque sibi ascribere si aliquid boni fecerit, debet tamen facere quod in se est, vt tota natura & industria gratiæ cooperetur, ne vacua in se maneat. Igitur natura per gratiam nobilitata initiu est bonæ vitæ. Hanc communiter dicunt sancti patres, bonam voluntatem. Voluntas nanque dicitur totus homo, propter imperium quod habet super cæteras vires, & ideo in ea ponitur totum pondus meriti & demeriti. Si homo consentit bono meretur: si malo, demeretur. Si bono cooperatur amplius meretur, si malo, amplius demeretur. Ex quibus patet quòd homo bonæ voluntatis potest iugiter mereri, quandiu est in statu vitæ. Ratio est, quia potest actualiter bono consentire aut in bona occupatione se tenere. Hoc autem fit, quando regulariter viuendo omnia opera sua ordinat ad gloriam Dei, sic, aut aliter dicè do: iam volo dormire vel comedere, vel hoc vel aliud facere tali intèntione, sicut hoc merito verus Christianus facere debet. Et cupio in omnibus placere Deo. Exemplum huius datur de bonis religiosis, de quibus firma sententia est, quòd sine intermissione merentur, quia semper sunt in obediètia aliqua, quãuis non laborent vel orent continuè, quia nec hoc regula præcipit, sed quia se conformant intentioni regulæ. Igitur siue regula præcipiat siue consulat, aut laborandum, aut quiescendum, semper sunt in obedientia. Quare tam quiescendo quàm laborando merentur, quia vtrunque ad virtutem pertinet, secundum quod hoc Spiritus sanctus fieri mandauit. Lux-

ta hac formam quilibet ecclesiasticus vir, siue pastor fuerit parochialis ecclesiæ, siue canonicus, siue vicarius ecclesiæ collegiatæ, aut alter qualiscunque abstractæ vitæ de patrimonio viuens: potest sibi legè statuere sanctorum regulis conformem, & secundum illam vniformiter viuere, sicut viuunt religiosi secundum regulas suas, iuxta consilium discreti viri in spiritualibus experti. Hoc modo cunctæ religiones inchoatæ fuerunt. Vnde dicit beatus Bernardus, qui vult bene viuere, studeat vnum diem bene instituire, deinde adiungat secundum, deinde tertium, & sic de singulis, donec paulatim ad bonam consuetudinem veniat. Bona autem consuetudo, fortitudinem subministrabit, qua acquisita, efficitur homo naturaliter virtuosus, quia vsus est altera natura. Ita fiet quod primò fuit intolerabile, per continuationem efficitur suaue & quasi naturale, dummodo à cæptis non desistat. Qui autem variis exercitiis naturam suam distemperat, nunc illud, nunc aliud gustando, nunquam erit homo solidæ sanctitatis, sed vagus & profugus super terram, sibi & aliis onerosus, & vtilis nulli. Vnde dicit Helinandus, quòd bene viuere, est vniformiter viuere.

*Quòd homo suam doctrinam ad practicam ponat.*

*Cap. 25.*

**S**ollicitudo quarta bonæ voluntatis esse debet, vt postquam est diligenter informata, quid sibi expediat & quid non, statim illud quod suæ naturæ & suo statui conueniens est, ad practicam ponat, sicut Sapiens ait: Quodcunque potest manus tua, instanter operare: Multi nanque decepti sunt hac tentatione, dicentes, Quid habes festinare? Sufficit tibi viuere, sicut cæteri viuunt, propitius esto tibi. Contra hanc tepiditatem oportet fortiter dimicare vnū quemque qui in via dei vult proficere. Qui autem tepidus est, ad charitatis augmentum non perueniet, sed si quid habet, hoc ipsum perdet vnde dicitur talibus per increpationem illud Nasonis: Militiæ species amor est, discedite segnes. Vt autem aliquid exemplaris bonæ vitæ nouelli canonici habeant, dictarium quoddam breue hic adnotauimus, quòd nihilominus in aliis deuotis libris & authenticis regulis plenius reperitur. Protestamur quoque nullum præiudicium per hoc velle nos offerre, aliis diuersis viuendi modis perfectioribus, quasi securum esset ab ab altioris vitæ institutis ac regula ad hæc minima descendere, sed his qui adhuc instituendi sunt, ista quamuis exigua obesse non putamus.

*De dilectione Dei & proximi. Cap. 26.*

**I**n primis igitur, secundum consilium beati Augustini, diligatur dominus Deus super omnia, & proximus infra Deum, & ad Deum, & propter Deum. Et ex ista dilectione & propter conseruandam & augendam hanc dilectionem omnia alia exercitia fiant tam spiritualia quàm corporalia. Deinde inuocato diuino auxilio, dicat hæc aut similia verba in oratione: Domine qui me ex nihilo creasti, & vsque in hanc horam perduxisti, tibi gratias ago, rogans vt omnia præterita peccata mea deleas, & deinceps à peccatis præserues, vt reliquum tempus vitæ meæ tibi valeam plenè dedicare.

*De confessione. Cap. 27.*

**E**t quia teste Augustino, initium bonorum est confessio malorum. Ideo quilibet placere Deo cupiens, studeat diligenter ad minus semel præteritam vitam discutere, & omnia integrè confiteri, de

de quibus eum conscientia remordet, quatenus securitate adepta anima quietior existat. Quòd si ex toto vna vice non possit se plenè recolligere, tunc paulatim potest hoc supplere per tempus subsequens, donec serenitas oriatur in corde.

*De proposito obseruandi formam viuendi conceptam.*

*Cap. 28.*

**S**æpe igitur concepta, potest hanc professionem facere in oratione sua, Misericordissime domine suscipe me ad gratiam tuam, & à malis vniuersis præserua, vt bonum propositum quod dedisti, vsque in finem merito riè valeam perducere. Propono nanque hanc viuendi formam obseruare quantum infirmitas mea mihi permittit, quatenus iuxta consilium sanctorum patrum, in statu gratiæ tuæ iugiter inueniar, siue dormiam, siue vigilem, siue comedam, siue bibam, siue laborem, siue quiescā, siue aliud quodcunque faciam: ita tamen quòd si hunc viuendi modum in parte vel in toto dimittam non volo alicuius criminis esse reus apud te, sed liberè facere & liberè dimittere prout placet. Si autè vult se voto obligare, tunc potest sic dicere: Promitto tibi domine quòd sic, & sic volo tibi seruire per hunc annum, vel duos vel tres, vel omnibus diebus vitæ meæ, donec aliud melius inspires, &c. sed hoc ego non consulo quòd huiusmodi votum leuiter emittat, nisi cum magna deliberatione & præuia experientia, quia quamuis sit maximè meritorium, tamen in libertate ista qua communiter ecclesiastici nunc viuunt, exceptis religiosis, vix est possibile quòd continuè vnus modus viuendi à quoquam possit seruari, sicut apud religiosos fieri solet. Verum faciat vnusquisque iuxta gratiam sibi desuper datam. Qui parcè seminatur, parcè & metet. Conuertat se etiam toto corde ad beatam Virginem, & ad proprium angelum, & ad alios sanctos ad quos eū deuotio magis inclinatur pro implorando auxilio contra spirituales nequitias, quia quando antiquus hostis percipit quòd aliquis vult sibi à peccatis cauere & ad Deum se conuertere, tunc fraudes multiplicat sed qui in domino sperat, cuncta superat.

*Qua hora surgendum sit. Cap. 29.*

**S**ollicitudo quinta quam habere debet homo bonæ voluntatis iuxta propositum nostrum, hoc est vt secundum apostolicam doctrinam per singulos dies exhibeat corpus suum hostiam viuentè, beneplacitum, rationabile obsequium suū, vt sicut seruiuit prius peccatis in immunditiam, sic iam studeat seruire iustitiæ in sanctificationem, Ad Dei ergo gloriam taliter potest se instituere, quòd sic dormitum eat de sero, vt euigilare assuescat de mane hora tertia, & surgens aliquis boni meditetur, videlicet de futuro iudicio, quomodo tunc omnes euigilaturi sumus. Deinde vestiendo se potest aliquid boni legere, Psalmum: Quid multiplicati sunt &c. aut aliud quod placet. Et si aliqua illusionem se meminit pollutum, percutiat pectus suum cum proposito confitendi, aspergendo se aqua benedicta, & sic ad oratorium vadat, & debitum suum soluat, sicut melius potest.

*De horis beate Virginis. Cap. 30.*

**S**olent communiter deuoti ecclesiastici permiscere horas beate virginis horis canonicis singulis. Persolutis ergo matutinis de beata Maria virgine, si aliquod tempus habet ante pulsum matutinarum tempore, potest se spiritualiter oc-

cupare in bonis meditationibus, de passione domini, qualem noctem agnus ille mansuetus pro nobis pertulit, &c.

*De pulsu ad matutinas. Cap. 31.*

**C**um autem ad chorum pulsatur, statim exeat venerabiliter cum omni grauitate & alacritate, ne cum vltimis veniat.

*Quo modo homo se habere debeat in ingressu ecclesiæ & chori. Cap. 32.*

**I**nterando ecclesiam se humiliet quantum potest dicens cū publicano: Domine propitius esto mihi peccatori. Non sum dignus accedere. Et sic accedat reuerenter inclinando se ad altare, & crucifixum, & maximè ad venerabile sacramentum. Tandem ad stallum suum veniens, cogitet quare venerit & cōsideret quòd ad nihil aliud, quàm vt in conspectu sanctorum angelorum psallat domino. Et ergo fabulationes omnino vitet & signa ludicra, totusque sit intentus his quæ tunc cantantur aut leguntur Et memor esse debet, quòd non solū debitor est ad verba distinctè pronuntianda vel audienda, sed etiã tenetur facere debitam diligentiam & aduertentiam eorum proferuntur.

*De distractione mentis. Cap. 33.*

**I**nsuper & præcauere debet, ne distrahatur, ita quod totum propositum suum sit, velle totaliter se occupare cum diuinis, & si tunc distractio interuenierit, excusatur. Et quàm citò deprehendit se alienatū statim recurrat toties quoties. Finitis matutinis gratias agat Deo, ascribendo ei, si quid benefecerit, & de negligentis veniam petat. Et si tempus patitur, potest domum ire pro necessitatibus suis, semper illud obseruando, vt silentium seruet, donec missam celebrauerit vel audierit nisi fortè loquendo pauca verba pro necessitate occurrente vel vtilitate.

*De prima. Cap. 34.*

**E**t deinde legat Primam de beata Maria, præparando se ad primam diem in ecclesia persoluentem, sicut supra de Matutinis. Si verò tunc capitulum tenetur, diligenter se obseruet, ne in verbis excedat, semper inuocando Spiritum sanctum, quia aliàs ibi citius peccatur, quam aliquod bonum agatur. Si tamen aliquid apertè contra Deum, & iustitiam, & fraternam charitatem ibi dicitur, tunc benignè pro suo interesse, dicat, sibi talia non placere, dando rationem suauiter ne alij scandalizentur.

*Quomodo canonicus in capitulo se habere debeat.*

*Cap. 35.*

**E**t est notandum, quòd diabolus maximè nititur in capitulis furorem suscitare vt Missas subsequētes impedire possit. Quare videtur quòd negotia contentiosa alio tempore tractentur, ne deuotio celebrantium impediatur. Post capitulum si potest habere confessorem, libenter confiteatur.

*De preparatione ad Missam. Cap. 36.*

**D**einde ad Missam se præparet, siue celebrandam, siue audiendam prout secum dispositū fuerit. Et si celebraturus est, aut communicaturus, tunc in quantum potest, obliuiscatur omnium præteritorum, & ad deuotionem summo studio applicet, vt dignum est, quatenus tanti sacramenti fructus deo sibi propitio efficaciter percipere mereatur. Sunt præterea diuersorum patrum scripta de venerabili sacramento, & Missæ celebratione, quodcunque magis conuenit, hoc eligat.

*De tertia, sexta & nona. Cap. 37.*

**A**D tertiam, ad Sextam & ad Nonam, deinde iuxta ritum ecclesie sue similiter preparet se sicut iam dictum est de Prima. Nec opus est hic plura documenta apponere pro viris maturis, quæ & qualia pueris in scholis proponuntur, ne dominis venerabilibus iniuriâ facere videamur. Sufficit meminisse illius Ambrosiani, hoc est, pulchritudinem vivendi tenere convenientiam cuique sexui & personæ reddere. Hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnem actionem accommodus, & illius Augustini: In omnibus motibus nostris nil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod nostram deceat sanctitatem.

*De sobrietate prandij, & benedictione mensæ. Cap. 38.*

**D**Emum finitis diuinis, quando prandendi tempus aduenit, cum omni sobrietate & gratitudine cibum sumat, semper Benedicite præmittendo flexis genibus, vel reuerenter stando. Eleemosynam aliquam corporalem (si facultas adest) faciat, similiter & spirituales, scilicet: De profundis, cum collecta pro animabus in purgatorio detentis. Similiter pro afflictis & tribulatis aliquid potest breuiter mente tractare, prout dominus dederit.

*De modo in comedendo. Cap. 39.*

**M**odum in comedendo teneat, quem B. Bernardus describit, ut scilicet tractim cibum & potum sumat, singulos morsellos bene mastigando quia tunc dulcius sapit, nutrit melius & digeritur salubrius. Omnino memor sit sanctorum angelorum præsentiam adeste, in quorum conspectu se reuerenter habere debet.

*De lectione in mensa. Cap. 40.*

**F**aciat etiam sibi aliquid legi de diuina scriptura, ut non sola fauce corporalem cibum sumat & mens suo ferculo fraudetur. Si verò lectorem non habet, tunc ponat librum ante se, & quantum potest, legat pro habenda memoria spiritualium.

*De conuiuio. Cap. 41.*

**C**onuuiua, & hospites, & nundinas, & dedicationes, & concursus hominum studeat euitare, quia teste beato Hieronymo, Sunt quasi quedam cathenæ voluptatis, & qui talia diligit, Christo displicet. Si tamen hospites pauperes aut religiofos habuerit, aut viros boni testimonij, qui eum à bono proposito non retrahant, laudabile est.

*De aliqua abstinentia à carnibus, ouis, & lacticiis.*

*Cap. 42.*

**T**er in qualibet septimana ecclesie ieiuniis exceptis, à carnibus potest abstinere. Item sextis feriis à lacticiis, & ouis abstineat, nisi in firmitatis, aut alia causa rationabilis obstat.

*De gratis facto prandio dicendis, & de dolendo propter excessum in cibo vel potu.*

*Cap. 43.*

**F**acto prandio, gratias dicat, simul dolendo, si in modo à mensura excessit, quia secundum sententiam B. Augustini, Rarò potest debita mensura seruari. Ait enim certo quotidie aduersus manducandi concupiscentiam & bibendi, & quis est qui non rapitur aliquantulum extra metas necessitatis:

*De dormiendo post prandium.*

*Cap. 44.*

**D**Einde potest pro recreatione quasi spatiando transire sine magno motu, quia hoc est sanum. Ecclesiastici enim qui volunt sollicitè suum officium exercere, non habent tempus pro grossis operibus faciendis. Et ergo debent se diligentius regere in dietis quotidianis, ne in diuino officio inhabiles fiant. Post hæc, si naturæ sue conuenit, potest parum quiescere, & maximè in æstate, ne caput grauetur.

*Quid faciendum sit post dormitionem vel spationem, usque ad vespas.*

*Cap. 45.*

**R**eliquum tempus usque ad vespas potest liberè expendere, sicut placet, videlicet, scribendo, legendo, carpentando, aut in hortulo aliqua plantando, siue cum familia colloquendo de cura rei familiaris & necessariis domus, semper illud obseruando, ne cor nimium elongetur à deo, quia aliàs difficulter redibit in pristinam deuotionem. Si autem sentit se grauatum, tunc potest honesta colloquia & solatia admittere, sicut supra dictum est. cum autem vespertinum tempus aduenit, tunc preparet se, sicut dictum est de aliis horis. Similiter de cõpletoriis suo modo iuxta ritum, & morem ecclesie sue, &c.

*De cæna. Cap. 46.*

**D**enique si cœnandum est, procedat, sicut dictum est de prandio.

*De collatione quando ieiunatur.*

*Cap. 47.*

**S**I verò ieiunium extiterit, tunc secundum consuetudinem potest aliquid parùm gustare, siue de speciebus, siue torta cum potu competenti.

*Quod sobria sit cæna. Cap. 48.*

**S**emper tamen obseruandum est, quod cæna frugalis sit & sobria, alioquin multa inconuenientia sentiet, Mirum est dicere, quomodo nonnulli de eleemosynis pauperum ventrem replent ultra quam digerere possunt. Quod si gratis huiusmodi deliciae darentur, fortè simplex malum esset, scilicet corporis debilitatio. Nunc autem animæ grauamen accre scit, pro eo quod vix aliquis potest satisfacere pro eleemosynis, etiam si tantum extremum victum & vestitum inde susciperet. Quid ergo de iactura hac tanti grandi tot epularum & deliciarum? De hac sunt horrendæ sententiæ B. Hieronymi & Bernardi: Verum quilibet onus suum portabit.

*Quod quidam post cœnam non loquuntur.*

*Cap. 49.*

**C**ompleto denique die quorundam mos est, quod nihil post cœnam loquantur, sed adoratorium festinant pro exercitiis spiritualibus, & hoc videtur satis perfectum nec omnibus datum est, qui potest facere, faciat.

*Non est inconueniens post cœnam cum familia honestè recreari. Cap. 50.*

**S**ia utem honestè recreari voluerit cum familia, non est inconueniens.

*Antequam ad lectum se ponat homo colligat, quomodo diem expenderit, & de negligentis veniam petat.*

*Cap. 51.*

**Q**uo facto antequam lectum petat diligenter se recolligat quomodo diem expenderit, & si alicuius veniam petendo, & si aliqua notabilia peccata (licet venialia) inueniat, se admisisse

mississe diligenter ascribat, ne obliuiscatur, ut in crastinum ea confiteatur. De bene autem gestis gratias agat, simul rogans Deum, ut futuram noctem sibi salubrem & in puritate & castitate, & sine omni demonum infestatione periculosa transire concedat, quatenus iterum mane surgens, denud ipsum cum omnibus sanctis laudare mereatur.

*Iacens in lecto, aliquid boni cogitet, donec obdormiat.*

*Cap. 52.*

**I**acens etiam aliquid boni studeat cogitare, donec simul cum sancta cogitatione obdormiat.

*De perseverantia in bono.*

*Cap. 53.*

**S**ollicitudo sexta timorati viri iuxta formulam illam esse debet, pro perseverantia in bono quod incœpit, secundum illud saluatoris: Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Vnde dicit B. Gregorius: Incassum bonum agitur, si ante vite terminum deseratur, quia frustra velociter currit qui priusquam ad metam venerit, deficit. Variis nanque modis nititur antiquus hostis quemlibet impedire, ne bonum inchoet, sed multò amplius, ne inchoata consummet, sciens, quod sola perseverantia coronam meretur.

*Vitanda sunt occasiones recidivandi.*

*Cap. 54.*

**H**inc apud religiosos (qui in schola virtutum quotidie versantur) pœnaliter inhibentur omnes occasiones recidivandi, scilicet quod non debent cum personis secularibus conuersari, etiam sub prætextu pietatis, quod non debent egredi sine notabili causa fores monasterij. Intemper & voluntariè magnas pœnas sibi imponunt, si hæc & alia transgrediatur. Professionem etiam solemnem faciunt in conspectu ecclesie pro quadam conformatione omnium quæ in regula traduntur: quatenus vniuersi sciant, eos debitores omnium quæ in ea scripta sunt. Ecce quam suspecti sunt habendi qui contrarium docere volunt, quod scilicet obseruantie regulares sint minus perfectæ, propterea quia necessariè cogant ad bonum: non enim vident quam sit pro humana infirmitas ad malum, etiam post votum. Sancti nanque patres multiplici experientia edocti, huiusmodi regulas & statuta pœnalia ex instinctu Spiritus sancti ediderunt, ne filij eorum deinceps occasionem inuenirent redeundi ad vomitum. Vnde dicit beatus Hieronymus: Principium spiritualis operis si non sit matura provisio, solet sublequi quodam carnale. Dei templa Spiritus sancti vasa, nisi diligenti seruentur custodia prostibula fiunt.

*De tentationibus. Cap. 55.*

**H**æc quia ita sunt, summopere timendum est saepe dictis canonicis aut vicariis, ne ab initio decipiantur propter vitæ libertatem. Tanto enim plures occasiones habet diabolus eos tentandi, quanto sunt magis indifferentes ad omnia. Si tanto periculo dimicant cum eo boni religiosi, qui summa custodia sunt præmuniti, quid putamus laboris habebunt, qui penè soli sunt cum eo conflicturi? Verum non ista dicimus quasi soli religiosi securi sint & alij non, cum scriptum sit: Fidelis Deus qui non permittit suos tentari ultra quam sufferre possunt. Sed ad auisandum de magnitudine periculi, quia reuera ut cætera taceamus, plurimos vidimus deiectos astutia serpentis, quos bonum nimium spectabiles redderat. Nec mirum, qui enim (ut plerumque accidit) de

via peccatorum conuertitur ad statum pœnitentiæ, nec in schola virtutum exercetur, nec magistros idoneos habet: aut si habet, non omnino perfectè eos audit, & quotidie tot scandala & exempla mala ante oculos cernit, totque circumuolantes spirituales nequitas patitur. Quid, inquam, mirum si talis facilliter relabitur in id quod deseruit? Multa igitur sollicitudine opus est pro perseverantia dono. Quicumque igitur præscriptam formulam aut aliam tenere voluerit, non putet id se suis viribus posse, quantumcùmque etiam facilis appareat, sed ad dominum iugiter clamet, ut ipse det bonum initium, melius medium, & optimum finem: & si gratia arripserit, semper sit pauidus ne eam amittat.

*Cum anima fugere incipit ad Iesum, statim irasci & seruire incipit inimicus.*

*Cap. 56.*

**Q**uia teste Augustino: Magnum est donum, quando delectat bonum, alioquin nisi diuina misericordia iugum alleuiauerit, importabile esset. Vnde Origenes: Antequam sermo Dei audiat, non est tentatio vel tribulatio, sed ubi signum belli prædicationis tuba ostendit, tribulationum pugna insurgit. Hoc autè quare sit, dicit B. Augustinus: Quia cum anima incipit confugere ad Iesum, statim contra eam irasci, & seruire incipit inimicus. At ubi anima quæ vitii seruebat ad culmina virtutum se contulerit, persecutionem patitur vitiorum. Hinc scriptum est: Fili accedens ad seruitutem Dei, ista in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Verum tamen iste timor & labor non sine gaudio est, sicut B. Iacobus dicit.

*Ab hac de tentationibus. Cap. 57.*

**O**mne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. Hinc Hieronymus ait: Nullum puto in hac vita sine tentatione viuere, cui fortè si vna tollitur, mox aliam securius expectet. Hoc autem debet esse consolatorium vniuersis, qui tentationibus exercentur, quod dicit beatus Gregorius: Hostis noster quanto magis nos sibi rebellare conspiciat, tanto amplius expugnare cõtentidit. Eos enim pulsare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Et illud Augustini: Non est maior tentatio, quam nulla tentatione pulsari. Hinc dicit sanctus Thomas notabile verbum: Multi grauius ceciderunt in aduersis, sed multò plures, & multò grauius ceciderunt in prosperis, eo quod tentatio quandoque sentitur in aduersitate, sed rarò in prosperitate. Verbi gratia: Cum aliquis increpatur, affigitur in corpore, molestatur in rebus vel amicis, sentitur tentatio siue motus impatientiæ, indignationis vel odij. Cum verò diligitur, laudatur, honoratur, tunc sentitur extollentia & inordinata mentis delectatio, nec attendit miser homo quantum sibi placeat in debite, qui aliis placere se credit. Et quanto minus & rarius sentitur tentatio, tanto minus & rarius & tanto difficilior tentationi resistitur, quare etiam homo facilius vincitur.

*De fraterna correctione & emendatione per bonæ exempla & bonas exhortationes.*

*Cap. 58.*

**S**ollicitudo septima boni viri & præcipue illi qui in sacris ordinibus constitutus est, esse debet pro salute aliorum, ut scilicet suo bono exemplo & exhortatione alios à peccatis trahat, & ad bonam vitam ducat, & præcipue illos qui ei cõmissi sunt, aut quibus

quib<sup>9</sup> cum uiuit. Hoc nanque est maximè meritoriu<sup>9</sup> simul & iustum. Quia qui aliquando prauo exemplo, aut fortè negligentia sua aliis fuit causa damnationis, iam studere utiq; debet, ut aliquos rapiat de faucibus inimici, & ad ouile Christi perducatur. De hoc sic dicit B. Augustinus: Non tantum curemus habere bonam conscientiam, sed etiam bonam famam quantum in nobis est, propter exemplum aliorum. Item Gregorius: Qui in occulto bene uiuit, sed alieno profectui minimè proficit, carbo est. Quiverò in imitatione sanctitatis positus, lumen rectitudinis in se multis demonstrat, lampas est, quia & sibi ardet, & aliis lucet. Hæc autem emendatio non securè fit, nisi præuia oratione, & cum omni compunctione, & in mansuetudine. Iuxta illud Psalmi. corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Item: Quoniam superueniet mansuetudo, & corripiemur. Cor rectio tamen prælatorum requirit alium modum nonnunquam propter circumstantias occurrentes. Sed simplex clericus aut presbyter, nihil debet ultra facere quàm Apostolus dicit, ut scilicet procedat in spiritu lenitatis, seipsum considerando humiliter, ne in superbiam eleuetur, & corruat. Potest autem sic, aut aliter dicere: Miror satis de meipso, quod nõ amplius studeo emendare vitam, cū quotidie video mortem appropinquare, & cum nescio quando responsurus sum tremendo iudici, de singulis quæ feci, aut cogitavi. Hæc, & similia solent prouocare nonnullos ad compunctionem. Quod si nullum compunctionis signum ostendunt, tunc si piè eos uult admonere, potest sic aut similiter dicere: Bone amice, si uelletis, libenter dicerem uobis aliqua, quæ in corde meo diu portavi. Et tunc proponat ei, in quibus est defectuosus, semper benignè, quia aliter non recipiet, si iracundus & indignabundus, emendator apparet. Verum, quia sunt quidam qui huiusmodi præludia non possunt sufferre, sed magis rotundo modo uolunt alloqui, sed nescio si in spiritualibus deseruiat, scio quod taliter solè loqui: Ego sum simplex & planus, non possum me ita sapienter habere &c. Sed consideret uir sensatus, quàm sint proni ad iram, si defectus eorū rotundo modo præferatur. Dicunt quidam se libenter recepturos informationem, & id ipsum petunt, sed cum res ad effectum uenerit, inflammantur, irascuntur, & nonnunquam peiores fiunt, quàm ante fuerunt. Modestia igitur est in talibus magis congrua, quamuis aliter quidam putant procedendum, uerum quomodocunq; procedatur, dum frater emendatur, satis est. Dixit quidam uenerabilis pater in eremo: Dæmon non expellit dæmonem, sic uir passionatus non curat passionatum. De hac autem materia, sunt multa dicta sanctorum patrum, quæ hoc unanimitè concludunt, quod fraterna correctio securè fieri non potest, nisi multa discretione sit saluta. Et sicut nemo leuiter prorumpere debet in propria laudem, sic nec in aliorum correctionem, quia alios rectè increpare, & se dignè laudare difficillimum est apud imperfectos.

**F**ormulam hanc uiuendi Deo dicatis uiris & clericis secularibus in cuiusdam non postremi nominis Bibliotheca satis opportunè repertâ, synodaliibus his nostris statutis subnectere, nec inconsultum, nec ab re uidebatur tanquam nostro negotio quod agimus, in longo tempore diuexata ecclesia nostra Hildesemen. reparanda, non usque adeo dissimilem, & alias nec absurdam nec ineptam, quâ

doquidem eandem & ab sanctis patribus, tum ad Dei gloriam, tum pro salute animarum studiosè cultam, maximèque pretio habitam cognouimus. Atque ò si ab illis in hunc diem eisdem huius formulæ legibus ita inhæsum atque inuigilatum extitisset (uemeritò debebat) quantum ab illis diuagatum, declinatūque est, proculdubio status ecclesiasticus multo melius audiret, longèque prius atque felicius res eius omnes haberentur, quàm dum ita incertis legibus pro suo arbitrio quisque per decorum status sui & uiuit & degit. Cæterum cum modernus secularium canonicorum status sit animarum periculis plenus, & à statu gratiæ plurimum elongatus, ideo ualde consultum esse uidetur, unicuique seculari canonico desiderati in ea uocatione qua uocatus est (hoc est in ecclesia illa, in qua præbendatus est permanere, & animam suam saluam facere) ut supradictam uendi formulam diligenter attendat, ac iuxta possibilitatem suam ad practicam ponat & obseruet. Est enim debito secularium canonicorum statui, prout præsentis patitur qualitas temporis optimè conueniens. Porro etiam cæteri seculares clerici, præcipuè vicarij alijque presbyteri, & in sacris constituti, eandem regulam uel formulam animaduertat. Nam & ipsi in ea modum uiuendi sibi cõgruum descriptum habent.

*ACTA ET STATUTA SYNODI  
diœcesana Augustensis, Reuerendiss. in Christo patre, & illustri  
principe domino, Dn. Othone S. R. ecclesiæ, T. T. Jan  
Et Balbina presbytero Cardinale, & episcopo Augustiano  
presidente, ad diem 12. Nouembris anni 1548.  
conuocata, & continuo triduo  
celebrata.*



**R**euerendissim<sup>9</sup> in Christo pater, & illustrissim<sup>9</sup> princeps & domin<sup>9</sup>, dominus Otho S. R. Ecclesiæ T. T. sanctæ Balbinæ præbyter cardinalis, & episcopus Augustanus, memor communis ecclesiasticorum sacri Romani imperij statuum consensus inuictissimo & potentissimo principi Carolo V. Ro. imp. maximo, in proximis comitijs Augustanis de reformatiōe cleri & populi moribus, de fornicationibusque ecclesiarum tollendis, præstiti, etiam calamitatum superiorum reliquiis sanandis apprimè dilactus, summo tamen studio atque labore admissus est ut & Cæsareæ maiestati (cui hanc synodorum congregandarum facultatem, Germanorum ecclesiæ, ueluti olim Constantino imperatori totus orbis, acceptam ferunt) satisfaceret, & quod muneris sui esset, pro uiribus adimpleret.

Calendis igitur Octobris postquam Albigoniam subalpinam ecclesiæ suæ ditionem proximo benigno miserè afflictam, præsentia sua consolari, consilio, liberalitate, iureque dicando iuuare, atque paterne sanè cura & pietate lustrare cõpisset, è Fuffia oppido epistolas citatorias ad abbates præpositos decanosque tam collegiales quam rurales suæ diœcesis misit.

Quibus, ut in pauca conferantur, sanctorum patrum decretis & Basileensis concilij auctoritate in memoriam reuocata, sacrique Romani imperij Electorum, principum, & statuum ecclesiasticorum de conuocandis synodis consensione commemorata impe

ra imperat, eosque in domino hortatur ut ad diem 12. Nouembris in oppido Dilinga synodi initio finire adeste uelint: in primisque dent operam singulis, ut citationes huiusmodi in capitulis suis ad hoc conuocatis publicètur, ipsaque capitula seu collegia abbatibus, præpositis, decanis, aut aliis horum loco cõparitatis, instrumento publico, cuius formulæ singulæ singulis citationibus additæ fuerunt, potestatem faciant, ut eorum etiam uoluntate atque nomine synodi huius statuta, quatenus ea ad quosque pertinerent, approbare, atque ipsos obseruatos profiteri legitime possint. Missa præterea fuerunt citatis omnibus exempla formulæ Cæsareæ reformationis: mandatumque omnibus, ut eam diligenter expenderent: atque si quid ex temporum, locorum aut personarum occasione, usu uel necessitate, addendum moderandum uel ipsi iudicassent, ad synodum referrent: & cum suas, tum collegiorum aut capitulorum suorum sententias inter consultandum explicarent.

Ad tempus igitur præscriptum aduenere Abbates, Præpositi, Decani & Camerarij quam plurimi, quorum multi ueluti ex captiuitate respirantes, præclaram animi magnitudinem ad domum dei ædificandam afferre uidebantur. Qui emanerunt, partim priuilegijs pontificum ob ordinarij iurisdictione exemptos se esse asseruerunt, partim prophani magistratus imperio retenti sunt: nonnullos libertatis amor, consciētiaque perturbatæ se religionis, obediētiae iugo subtraxit.

*Acta prima Diei Synodi.*

**H**ora autem septima antemeridiana diei nouembris duodecimæ, Reuerendiss. dominus Cardinalis, Reuerendi domini Marcus Auulculus episcopus Nazianzenus, & reliqui abbates ius pontificiorum ornamentorum habentes, cum baculis pastoralibus, mitris, & reliquo habitu pontificali cæteri uero præpositi, canonici, decani, presbyteri & clerici, suis quique uelut ecclesiasticis insignes, in ecclesia Dilingensi parochiali frequentes conuenerunt. Vnde re sacra de sancto spiritu à Romano Cardinale summa omnium deuotione pacta, ordine cuncti binique ad arcem Dilingensem processerunt, idque ea de causa, quod ecclesia parochialis rei tantæ gerendæ minimè idonea, tantæque multitudinis capax non esset.

In arce uero, aula superior amplissima est, in cuius capite altare intra cancellos decentissimè ornatum extitit: pro cancellis, Romani Cardinalis subsellium, Nazianzeni episcopi & aliquot ecclesiæ suæ cathedralis ad hoc deputatorum Canonicorum sedibus utrinque clausum. Ad utrumque aulæ latus, quæ in longitudinem patet, triplex scannorum ordo in ima uero aula, transuersa scanna multa, omniaque stragulis aperta, atque inter se ita disposita, ut ambitus transitusque liber undique esset.

Porro cum ex dignioribus suum quisque locum occupasset, cæteri in reliquis sedibus assedissent, aut in spatiis intermedijs constitissent, Synodales orationes, sacre laudes atque preces omnes, ex libri pontificalis præscripto ordine inceptæ atque absolutæ fuerunt.

Deinde reuerendus dominus Martinus de Olane theologus, Hispanus, & Cæsareæ maiestatis Sacellanus, orationem habuit ad synodum de horum temporum statu, de officio pastorum & cleri, moribusque

omnium in melius reformatiōis, atque disciplina ecclesiastica restituenda, tanta eruditione & eloquentia exultant, ut uniuersæ synodo fuerit & ornamento & admirationi.

Ea finita Reuerend. Cardinalis causas synodi huius conuocandæ paucis explicauit, summaque & dignitate & grauitate uniuersos ad rem præsentem in recessus animi interiores reuocandam, Synodique totius negotium æquis animis, ab omniq; deteriore affectu semotis, tractandum cohortatus est: atque postremò se ipsum quoque obtulit Synodi iudicio emendandum: rogauitque omnes ex animo, ut in uita moribusque suis corrigendis monitores esse uelint, iis se & libenti & grato animo obtemperaturum.

His dictis Ioannes Albertus Vuidmãstetter ord. S. Iacobi Lusitani frater militaris, & dominationis suæ Reuerend. Cancellarius, nonnulla que ad præsentem actionem pertinere uidebantur, præfatus, Cæsareæ maiest. formulam in Comitibus Augustensibus, ut dictum supra fuit, propositam, clara uoce, continuaque lectione recitauit.

Absoluta eius lectione, quoniam dies à meridie ad horam primam inclinabat, iussi sunt à Romano Cardinale omnes dimissis ornamentis & habitibus ad cœnaculum quod aulæ synodali substructum est, eademque amplitudine patens, diuertere, quod eos ad recreanda prandio corpora cum benedictione dimisit.

Hora pomeridiana tertia conuenerunt in eadem aula omnes: ubi Reuerendissimi Cardinalis iussu Cancellarius Synodum allocutus est in hæc ferè sententiam: Procul dubio intellexisse eos, memoriaque recenti adhuc retinere, in cuius nomine congregati sint, quid in sacris solennibus à deo opt. max. communibus uotis postularint: quid non modò pastori & episcopo suo, sed & gregi sibi commissio quisque debeat: quanta doctrinæ & uitæ ad patrum regulas conformandæ necessitas omnes ferè ordines ecclesiasticos urgeant: quàm habeant promptam episcopi sui uoluntatem ad prospiciendum sibi & gregi: & demum, quod præcipuum tamen in hoc toto negotio est, quanta pietate, diligentia & seruore Cæsareæ maiestatis, ueluti nauis Reip. discordiarum tempestatibus iactatæ prudentissimus gubernator, incolumitati omnium prouisum cupiat: cuius rei singulare è multis exemplum sit, quod Reformationis ecclesiasticæ formulam, antiquorum patrum rationi disciplineque maximè consentaneam proposuerit, quam ecclesiastici status in Synodis celebrandis ceu normam decretorum sequerentur. Eam igitur formulam, tanquam summam totius consultationis, dominationem suam Reuerendiss. quod factū hodie ante prædium sit, publicandam omnibus censuisse.

Quoniam uero dominationi suæ Reuerendiss. dubium non sit quin pro suo quisque officio ut iussus fuerat, formulæ huius capitula singula apud suos diligenter tractarit, atque de iis quid in hac consultatione offerri oporteat, deliberarit: superuacuum sanè uideri, ut singulorum sententiæ de singulis capitibus Cæsarianæ formulæ prius exquirantur, quâ statutorum inde excerptorū ratio ineatur. Ut igitur compendio maiore negotium hoc expediretur, dominationem suam Reuerendissimam, formulam totam Reformationis, paucis ommissis (quorum delibetatio & cognitio pertinere ad superiores uisa est) in



fertisque ex prioribus statutis nonnullis aliis in decretorum seu statutorum synodaliū speciem contraxisse, eumque qui cum in pōtificio iure, tum in aliis Augustanæ ecclesiæ synodalibus statutis seruari consuevit, sequutum fuisse.

Quibus dictis, Cancellarius statuta tenore contiuo ad finem vsque vt sequuntur prælegit.

*STATUTA SYNODI DIOECESANA Augustensis, 12. 13. & 14. Nouembris anno. M. D. 48. celebrata.*

*De summa trinitate & fide catholica. Cap. 1.*



**V**um tota creationis vniuersi ratio atque redemptionis nostræ fundamentum, in summæ indiuiduæque Trinitatis recta indubitataque fide consistat, & à redemptore nostro Iesu Christo per suos apostolos eorūque successores vna fides catholica in vniuersum orbem, cuius primatus Romanæ sedi ex D. Petri apostoli prærogatiua iure tribuitur, deriuata sit: Statuimus, atque omnibus prælatis, vniuerso clero & populo nostræ diocesis mandamus, vt in sancta fide Catholica, quam diuina clementia, & sanctissimorū hominum prædicatione secundum prædictæ sanctæ sedis puram & incorruptam traditionem maiores nostri ab initio acceperunt, constantes firmique permaneant, eandem credant, obseruent ac doceant, atque pastores oues agnosque suæ curæ commissos in eadem fide orthodoxa pro cuiusque captu erudiant, summoque studio confirmant.

*De constitutionibus. Cap. 2.*

**S**acrorum canonum & conciliorum decreta, & tam prouinciales Maguntinæ sedis, quam à nostris prædecessoribus nobisque editas Synodales constitutiones in vniuersum, præcipue verò eas de quibus specialis mentio in sequentibus nostris statutis non habebitur, firmiter obseruari præcipimus, transgressores secundum canones ipsos prædictasque constitutiones puniri decernentes.

Inuictissimi etiam Christianissimique imperatoris Caroli quinti, cui Maximi cognomentum merito tribuimus, cōstitutionem de Interreligione in comitibus Augustanis hoc anno editam, in ea parte qua ad status catholicos pertinet, acceptamus, nostræque diocesis subditis innouari decernimus, scilicet vt ecclesiæ catholicæ institutiones hæcenus ab eis summa cum laude obseruatas, deinceps religiose obseruent, teneantque constanter: nec se ab eis vllō modo auelli patiantur, aut omnino quicquam immutent: ceteros vero qui nouationes induxerunt, vna cum clementissimo Imperatore valde hoc ab eis ac seridō requirente, in domino hortamur, vt ad ecclesiam catholicam accedentes, in obseruatione constitutionū & cæremoniarum ecclesiæ catholicæ per omnia nobiscum conueniant, & si hisce nostris saluberrimis & catholicis statutis conformant.

Quin & formulam reformationis ab eadem Cæsarea maiestate ecclesiasticis statutis in iisdem Comitibus propositam, quam nos in his nostris synodali bus statutis sequi profite mur, omnibus nostræ diocesis ecclesiasticis per sonis crebrō legendam, verosandam & sequendam proponimus.

Constitutiones quoque & ordinationes à Reuerend. domino Laurentio Campegio S. R. E. Cardinale, & sedis apostolicæ per Germaniam legato, Ratibonæ anno M. D. 24. editas & publicatas, tanquā salutare, de Capituli nostri cōsilio & assensu acceptamus, easque ab omnibus prælatis, presbyteris & clericis nobis subiectis volumus obseruari.

Statuimus præterea, vt præsens libellus synodaliū constitutionum nostrarum, in ecclesia nostra cathedrali, aliisque collegiatis, & monasteriis, quam primum typis excusus fuerit, habeatur: & in choro, vt cuiuslibet accessus ad eum pateat, seruetur. Decani quoque rurales, camerarij, plebani, capellani, ceterique presbyteri nostræ diocesis, priuatim eum sibi comparent, frequenterque legant, vt quisque tam re pentinis quam indictis visitationibus, de his quæ ad se pertinent, rationem reddere possit. Volumus etiam vt abbates & præpositi, conuocatis omnibus monachis & canonicis regularibus, necnon Decani collegiatarum ecclesiarum canonicis, Decani verò rurales in capitulo suis confratribus accersitis, eadē statuta bis in anno ad verbū plegat, aut plegi curent, Si quis verò huic nostro mandato non obtemperauerit, à nobis seu vicario nostro canonicè punietur.

*De electione. Cap. 3.*

**A**pprobante cathedralis ecclesiæ nostræ venerabili capitulo, statuimus & ordinamus, vt posthac ad episcopatum ecclesiæ Augustensis nullus nisi presbyteratus ordine insignis, aut qui se gradus quos nondum habet, omnes statutis ordinationum temporibus nulla interiecta mora aut tergiversatione adepturum promiserit, eligatur aut assumatur.

*De renunciatione. Cap. 4.*

**A** ecclesiasticas dignitates, animarum curas, aliaque beneficia ad nostram dispositionem seu approbationem pertinentia, nullus post coadiutor vel resignatus, nisi examinationis testimonio subnixus fuerit, à nobis aut vicario nostro in spiritualibus admittetur. Si qui vero per surreptionem, eiusmodi dignitatū, curarum, aut beneficiorum coadiutores siue resignatarij successores in illis sine examinatione præscripta extiterint, amouebuntur.

*De qualitate ordinandorum. Cap. 5.*

**V**T catholica doctrina atque disciplina ecclesiastica melius conferuetur, statuimus atque ordinamus, vt ordinandi, super hæresibus hoc tempore iactatis, quid de illis, & contra quid de Romana catholica & apostolica ecclesia sentiant, diligenti examinatione explorētur: deinde vt nullus ordinetur, nisi qui publicum à primario sacerdote vel magistratu patriæ suæ, aut eius loci vbi maiorem vitæ suæ partem exegerit, de vita eius & moribus probatis, testimonium literis consignatum attulerit, quæ in re primarij sacerdotis seu magistratus & testium conscientiam oneramus.

Ad hæc vt ordinandi scientia explendis saltem ecclesiæ ministeriis sufficiens, non titulis, sed diligentiter constet examinatione.

Eandem quoque rationem in his qui ad prælaturas admittendi, & ad ecclesias parochiales prouehendi sunt, volumus haberi: atque ad parochiales ecclesias quenquam, nisi populum docere & sciat nolumus admitti.

Postremò neminem ad prælaturas aut ecclesias parochiales,

parochiales, siue per electionem siue per inferiores collatores aut patronos designatus fuerit, prius inuestiri, aut ad ecclesiæ munera subeunda admitti debere, quam examini satisfecerit, & vocationi suæ satisfacturum se pro viribus pollicitus fuerit, statuimus atque mandamus.

Ætatem etiam ordinandorum, secundum laudabilem ecclesiæ nostræ morem, hæcenus introductū & seruatiū, deinceps quoque obseruari præcipimus.

Pro examinatione verò nullam ab his qui à nobis deputati ad hoc fuerint, pecuniam exigere debere præcipimus: quod & hæcenus in ecclesia nostra factum fuisse compertum habemus.

Quod autem ad nostrum episcopale officium atinet, profite mur nos pro gratia quam altissimus largiri nobis dignatus fuerit, munus nostrum rite recte que tam per nos quàm per vicarios & cooperarios nostros executuros. Volumusque posthac ordinandorum examini, Paschali, Pentecostesque tempore Augustæ, reliquis verò anni temporibus conuictis in oppido nostro Dilinga celebrando, ipsi coram adesse & præesse, ne & in hac parte in nobis quicquā desideretur.

*De clericis peregrinis. Cap. 6.*

**I**gnotos atque vagos sacerdotes & monachos, absque prælatorum suorum testimonio seu formatis, multòque minus suspectos de fide, aut flagitiosos sacerdotes vel monachos, seu fratres fugitivos, ad concionandi sacraque peragendi officium nulloquam in nostra diocesi admitti, nec peregrinos & ignotos presbyteros in consortio aliorum presbyterorum tolerari, vel ad missarum sacrificium, nisi sui ordinarij è cuius diocesi proximè discessit, literarū de eorum ordinibus & honestate docentes ostenderint, & à nobis vel nostro in spiritualibus vicario ad missorias habuerint, admitti debere præcipimus.

*De officio Archidiaconi. Cap. 7.*

**Q**vos Græci Chorepiscopos, hoc est certarū regiuncularum in qualibet diocesi speculatores, alij archidiaconos, alij archipresbyteros vocant, in nostra ecclesia cathedrali quo ad certum districtum mœniis Augustanæ ciuitatis adiacentem, Archidiaconi, in reliqua verò diocesi decanorum ruralium nomine censentur.

His igitur hoc statuto mandamus, vt hæc nostra placita atque synodalia decreta curæ suæ parochis publicent & exequantur, vt capitula sua ruralia, si cui hæcenus consuetum fuit, congregent & seruent: ad futuras synodos citati veniant: diligenter quoque inuigilent, vt parochi subditos suos doceant, corrigant, & veluti pastores fideles in via catholica doctrinæ ducant, ne irregularitate contracta ministrēt neve in foro conscientie in dubiis consultent, nisi peritiores prius super his adhibuerint in consilium, ad hæc, vt ab extortionibus & exactionibus illicitis & insolitis abstineant: & libertatem ecclesiasticā, quantum in eis est, tueantur. Hos etiam senis quibusque mensibus districtus seu regiuncularum suarum ecclesias suas visitare, & de omnibus rebus in spiritualibus suis parochialibus sibi concurrentibus curā habere præcipuā: & si quæ emendare nō poterūt, ad synodū p tempore aut si mora periculū habuerit, ad nos, vt opportunè prouidere de omnibus possimus, referre iubemus. Si quos intrusos ad parochias aut alia beneficia ecclesiastica in suis districtibus esse decani intellexerint aut suspectas de surreptione absolutiones dispensa-

tionese ostentari aut circumferri à quibuscūque cognouerint: eos moneant primū, ne sibi beneficia sacramentorumque administrationē vsurpēt, neve regem Christi huiusmodi dispensationū vel absolutionū prætextu decipiāt. Si qui verò parere monitis noluerit, hi nobis à decanis, quos fidei iuramento nobis præstita super hoc admonem, sine mora iudicentur.

Decanis quoque ruralibus iniungimus, ne in templis, sacellis aut oratoriis suarum regiuncularum, picturas aut imagines quascunque depingi, sculpi aut fieri, nobis aut vicario nostro inconsultis patiantur, vt in his veteris ecclesiæ decorum, sacrarum historiarum veritas, & imaginum honestas maturiore de liberatione circa ea præcedente conseruetur. Idem decernimus in ceteris diocesis nostræ sacris ædib⁹ omnibus diligenter obseruandum.

Iisdem decanis ruralibus præcipimus, vt in iniquis hæreticorū libris, aut de hæresi schismate ve suspectis, nullam diligentiam prætermittant. Cōtrahant etiam, vndeunque in suis regiunculis possunt, eiusmodi libros omnes, & in primis formulas administrationis sacramentorum, quas aduersarij ordinationes ecclesiasticas vocant: eosque libros ad nos quā primum transmittant, & in concionibus suis, sacramentorumque administratione, Catholicos doctores, & Romanæ ecclesiæ manualia sequantur: ceterisque eiusdem rei pro officij sui cura monitores aucthoresque existant.

*De parochis siue presbyteris curatis. Cap. 8.*

**P**arochi de fide & religione nostra populum sibi commissum doceant atque instruat, sacramenta administrent, eorum mysticam gratiā exponant: publicis peccatis irretitos, canonicè: occultis verò delictis, occultè arguant, & ad pœnitentiam adducant. Incorrigibiles nobis aut nostro in spiritualibus vicario indicent, vt vel publica satisfactioe curentur, vel communionem catholicam arceantur. Paruos quoque & rudes quosque parochiæ doceant certis temporibus Symbolū fidei, Dominicā precationē, Salutationem angelicam, & decalogi præcepta: aut ea diebus dominicis è suggestu disertè pronuncient, vt reuera duplici honore digni habeantur.

Quum nihil magis officiat ecclesiæ dei, quam quod ad regimen animarum indigni assumuntur, statuim⁹ & districtè præcipiēdo mandamus, vt à vicario nostro in spiritualibus generali, aliisque platis, viri graues, docti, & ad curam animarum habendam idonei deligantur, diligensque & anniuersaria de eorum vita & moribus inquisitio habeatur.

Et quoniam non rarè accidit vt præbyteri & clerici beneficia ecclesiastica curata absque institutione seu commissione vel nostra, vel vicarij nostri, de facto occupent, atque nulla ligandi aut abluendi potestate præditi, populum dei decipiant: volumus & mandamus vt quilibet decanus vel camerarius in capitulo proximo sui decanatus, literas huiusmodi commissionum sibi petat exhiberi, nobisque aut vicario nostro, si qui nullas habuerint, intra mēsis spacium significet. Idemque de beneficiis non curatis, ad eaque intrusis, intelligi volumus atque mandamus.

Parochi seu presbyteri curati omnes, libros apud ecclesias suas habeant quatuor: Primū, in quo baptizatorum: Secundum, in quo statuto ab ecclesia tempore confitētium & communicantiū: Tertium, in quo corū qui matrimonia in facie ecclesiæ contraxerūt:

Ggg & Quartū,

& quartum, in quo mortuorum, & ecclesiasticæ sepultura traditorum nomina & cognomina cum annotatione diei & anni describantur hæc enim diligentia cum ad multa utilis est, tū verò ad hoc præcipuè, vt pastoribus ouium suarum ratio melius constet.

Capellani & præmissarii rectoribus aut plebanis suis debitam reuerentiam exhibeant: ac omnia debita officia, siue in foundationibus expressa sint, siue ex consuetudine introducta, suis locis temporibusque exequantur: in iuribus parochialibus, nisi fundationum suarū tenore specialiter & expresse fuerint priuilegiati, ipsis minimè aduertentur, vel inobedientes existant: sed in executione curæ & diuinis officiis cantando & legendo fideliter assistant. Quod si aliter fecerint, canonicam nostram vindictam minimè euadent.

Meminerint porro præbyteri omnes, & in primis hi quibus animarum cura incūbit, vt eorum que ad officij sui essentiam pertinent, notitiam habeant certā & indubitā, veluti sunt absolutionis, aliorūque sacramentorū collationis formæ substantiales.

Quoniam autem interesse plurimū constat, quæ ratione pueri & rudes catechizentur, parochis nostræ diocesis Catechismum siue libros de institutione Christiani hominis, Reuerēdi patris, domini Petri de Soto ex prædicatorio ordine, Theologi Hispani, & Cæsa. maiestatis confessoris doctissimi & religiosissimi viri legendos docendosque commendamus: alios verò de hæresi aut schismate suspectos, ex vſu eorum tolli præcipimus.

*De officio decani & Canonicorum. Cap. 9.*

**D**ecanus, collegij sui clericos & familiam in officio quemque suo contineat, exemplo alios præcedat, vitæ morumque honestatem in habitu & disciplina, debitumque in diuinorum officiorum persolutione & cæremoniis exigat: Ebrios, aleatores, percussores, scortatores, & officij sui immemores corripiat, sacris abigat, & pro iure sibi competenti mulctet.

Scholastici ecclesiæ nostræ dignitate aut titulo eminens, iuuentutem ecclesiæ ministeriis destinatam doctrina pietate, & morum honestate imbuet: aut idoneos & probos prædicos institui curet: atque ordinandorum examini de more nostræ ecclesiæ vnaque nobiscum diligenter intendat.

Canonici Decano suo obediant, diuinis omnib⁹ intersint quam decet modestia, grauitate, & pietate. Eleemosynas pauperibus distribuāt, populū bonis exemplis edificent: diuinorū tempore deambulare in templo nec ipsis liceat, neque alij cuiquam permittatur. Turpe enim est, in eo loco quacunque de causa motoriam agere, & ambulationes instituere, vbi & gestu corporis & animo in sacrorum mysteriorum tractationem defixos intentosque esse oporteat.

Studioſis quoque aliquibus, bonamque de se spēs præbentibus, decanus & collegium prouideant, vt iusto studiorum suorum tempore iustisque sumptibus in academiis & catholicis vniuersitatibus sustententur: qui post tēpus eis concessū redeūtes, de diligentia, probitate pietateque sua testimoniū eius vniuersitatis publicum secum adferre teneantur.

Cæterū horas canonicas, residētes canonici tam cathedralis nostræ, quam collegiatarū ecclesiarū, decenti modulatione pro ecclesiæ nostræ cathedralis & collegiatarum more persoluant, & hanc curā ad conductitios tantum succentores minimè reiiciant.

Canonici etiam iuniores theologum qui in singulis collegiis frequentioribus haberi debet, lectione suæ professioni & instituto congruentē, certis horis quemadmodū & vicarij, aliaque collegiorū mēbra, facere teneantur, prælegentem audiāt: itaq; & animos diuinis studiis excolant, & ab ocio remoueantur.

*De vita & honestate Clericorum. Cap. 10.*

**C**lerus nostræ diocesis, in habitu, coronæ tōsura & incessu decorū seruet, superiori veste talari indutus, atque pietate magis venerabilis, q̄ aut famulorū multitudine, aut vano armorum errore contēptibilis incedat. Mensa quoque vtatur frugali: & ab ebrietate, ludis à iure prohibitis, atque à omni ludicra leuitate abstinere, luxū omnē fugiat: & ab vſuris, mercaturæ & cauponario exercitio, avaritiæ sordib⁹: sortilegis diuinationib⁹, venationib⁹ elamosis, omnibusq; pphanis negociis, & à quib⁹ cura sacerdotalis meritò abhorret, pſus alienus existat.

Hospitia quoque publica, tabernæ, aut cenopolia compositandi causa non ingrediatur. Qui secus fecerit, flores quatuor dependet: quorum dimidiā partem fabricæ tēpli nostri cathedralis, reliquū delatori impartiemur. Pœnā festus dies grauiorem efficiet.

Instituta quoque ecclesiastica de ieiuniis, & abstinentia carniū, feriis, atque huiusmodi, ab vniuerso nostræ diocesis clero religiosè ac piè obseruari, atque sub debito obedientiæ sanctæ ecclesiæ catholice præstandæ, populo indici debere sub censuris & pœnis grauissimis mandamus.

Præterea quū æquū in primis sit, eos mundos esse qui vasa domini portāt, & in sacra opera operantur: volumus, atq; iuxta sanctiones Canonicas decernim⁹, vt sacerdotes professionis suæ memores castè cōtinerenturque viuāt, atque à nefario concubinato abstineāt.

Sacerdos, diaconus, & Subdiaconus, fornicationis adulterij aut familiaritatis suspectæ conuictus, remota protinus concubina, ab officio suspendatur, & beneficij fructibus ad certū tēpus pro scandali grauitate priuetur. Iterū conuictus, suspēsiōne & priuatione fructuū grauius plectatur. In corrigibilis demū factus, beneficiū amittat. Cōcubine autē clericorū excommunicentur. Cæteris verò clericis infra subdiaconatū constitutis, & ecclesiastico beneficio præditis, eadē priuationis fructuum pœna infligatur, & à ministerio siquod in ecclesia habuerint, repellantur. Et cum his omnibus nullas fœminas, nisi aut sanguinis necessitudine iunctas, aut annorum quadragenario numero maiores, aut saltem suspiciōne carentes in illa vicinia, easque verecundas, sobrias, & publico testimonio castas, liceat habitare.

Clerici nostræ diocesis domos sūdosq; dotales beneficiorū collapsos instaurēt, quātū necessitas postulat: reparataq; in debita structura cōseruet: & negligentes p decanos rurales ac altos ad quos de iure vel consuetudine spectat, eorū prouentū domibus fundisque applicandorū subtractione mulctentur.

*De pluralitate beneficiorum Cap. 11.*

**Q**uicūq; vel cupiditate vel quouis etiā honesto colore impellere, plura beneficia ecclesie obtinet, hoc nostro mādato iubētur, sicuti districtè p̄cipiēdo mādām⁹, vt retēto q̄ ex illis maluerint vnico beneficio, cætera intra annū resignēt, aut nobis, vel deputatis ad hoc nostris, dispensationū suarū priuilegia huiusmodi ostēdāt. Quod nisi debita obedientiā p̄stiterint, sciant se ex nostrā diligentia in recta & vera ecclesiasticorum beneficiorū dispensatione

satione adhibenda, inobediētiae aut cupiditatis suæ pœnas legitimas suscepturos.

Si qui verò posthac sedis apostolicæ dispensatione plura beneficia obtinuerint, compertumque à nobis fuerit, eidem sedi (quæ in literis, concessionibus priuilegiisque suis rationes causalque honestas & necessarias, prout suggestum ei fuerit, sequi consuevit) illud ab impetrantibus fuisse: hi sciant nos sanctissimo domino nostro melius informato, dispensationem huiusmodi reuocationum procuraturos. Vnde statuimus & ordinamus, vt in posterum nullus, cuiuscunque gradus aut dignitatis fuerit, ad alterius aut plurium beneficiorum possessionem admittatur, nisi nobis tanquam ordinario loci, dispensationis eiusmodi literas pro sedis apostolicæ dignitate conferuanda inspicientibus prius exhibeat, Bonifacij, 9. & Leonis 10. maximorum pontificum constitutionibus semper saluis. Et si dispensatione dignus videbitur, nihilominus statuimus vt tales aut alij quicunque ecclesiæ rectores & beneficiati vicariis suis tantam ex fructibus portionem relinquunt, quanta ad hospitalitatem seruandam, ad iura episcopalia & archidiaconalia persoluenda, aliaque onera ferenda sufficiat. Alioquin à suis beneficiis, reseruato tamen vnique patrono aut collatori iure suo, decernimus amouendos.

Hortamur etiam in domino eos qui plura beneficia curata ex dispensatione apostolica iam obtinent vt vno quod maluerint retento, cætera intra annum sine vlla pensionē idoneis presbyteris resignent, & Christiano hoc officio pietateque sua seueritatem & coactionem synodaliū prouincialium aut generalium statutorum aut decretorum anteuertant.

Monasteria porro & collegia, aut si qui alij incorporatas cum decimis & censibus ecclesias quas retinere voluerint, habeāt, idoneos sacerdotes eis præficiāt: quibus de victu, vestitu honesto & competentia iusta prospici decernimus, alioquin aut per priuatiōnem incorporationis legitimam, aut honestam ex ecclesiæ illius decimis & iuribus viribus assignationem, aut ineptorum sacerdotum remotionem, eiusmodi ecclesiarum commoditati prouiduri.

Prælati monasteriorum, collegia, aut alij vnitas ecclesias habentes, vicarios huiusmodi aut sacerdotes non constituant, nisi prius per nos aut nostrum vicarium, vt idonei fuerint admissi. Religiosos verò, beneficiorum huiusmodi curæ à suis prælatibus præfectos, non obstante eorum quacunque exemptione volumus nobis tanquam ordinario esse subiectos.

*De statu monachorum, monialium, & Canonissarum.*

*Cap. 12.*

**M**onasteria cuiusque ordinis, secundum regulas quas profelsi sunt, reformari, ipsosq; monachos in obedientia & religione sui ordinis contineri, capitulum disciplinæ frequenter seruari, vitia illic quotidie subnascētia seueriter corrigi, cultum diuinum reuerenter & debite seruari: concubinariorum, adulteros, ebrios, criminosos, infames, suspectos de hæresi, aliisve criminibus, pœnis debitum castigari, habitum & tonsuram diligenter seruari, ædificia & bibliothecas studiose curari, prædica census & iura conferuari præcipimus: repugnantes, aut reformationis impatientes, seuera coercionem debitique mediis castigaturi.

Intermissa sacrarum literarum, atque ea etiam per quæ ad sacras literas peruenitur, studia, apud o-

pulenta monasteria intra sex mensium spatium restarentur. Vbi verò pauci sunt monachi, iidemque egentes, vnus atque alter ad aliud eiusdem, aut si commodum videbitur, diuersi ordinis monasterium vbi scholæ restitutæ sunt, mittantur: vbi & in sacris literis & in religionis obseruantia institui & proficere, atque ad prædicationem diuini verbi idonei reddi possint.

A rerum prophanarum exercitio monachi abstinere, atque intra monasterij septa, nisi concionum aut sacrorum peragendorum gratia à suis prælatibus mittantur, seu ad aliud monasterium destinentur, vel à nobis tanquam ordinario ad curam animarum secundum canonem permissionem euocentur, sese contineant. Tempore verò eis à diuinis lectionibus vacuo, semper pij & honesti aliquid agāt.

Monachi à solitaria vita nomen adepti, familia superflua, equorum fastu & pompa multitudinē se ingerant, aut sibi ociosis vanisque sumptibus frequentiam in solitudine procurent, sed frugaliter in humanitate viuant: & que necessitati superflua, pauperibus, studioſorumque educationi, ecclesiæ sementem vberimam facturi, erogent atque dispensent.

Monasteria excisa aut deserta, quam fieri poterit, restarentur.

Moniales ab egressu monasteriorum suorum, virosque conspectu, contineant: earumque monasteria viri non ingrediantur, nisi id postuler inuitabilis necessitas. Oeconomum ad res suas foris procurandas deligant honestum, fidum, frugale, qui eis & visitatori ternis mensibus rationem reddat negotiorum suorum inutilem, grauem, infidum amouent, aliumque surrogandum procurent.

Canonissæ continentiae studium nulla voti solemnitate obstrictum sectantes, commune habeant dormitorium: habitu modesto, mundo & castitatis indigeant, magna quoque instituti sui commoda ex mensē communione perciperent, si contra inueteratum apud eas morem adduci ad hoc possent: quod vt faciant, eas in domino hortamur. Si ubi liberiore vita detrimentum famæ patiantur, reformari eadem curabimus.

*De officio Concionatoris, & diuini verbi prædicatione.*

*Cap. 13.*

**C**oncionandi officium soli vocati, & ab ordinaria ecclesiasti. potestate admissi, sustineāt.

Pastores, quibus animarum cura incumbit, vicarios sacerdotes, si ipsi iusta ex causa munus hoc exple nequeant, admittere possunt, notos tamen, & prælatorum suorum testimoniis subnixos.

Concionator seu doctor diuini verbi, euāgeliū & sacras scripturas, non suo sed orthodoxorum & sanctorū patrū sensu & interpretatione tractet & doceat: Homilias sanctorum patrum, & martyrorū passionum, à fide dignis tamen scriptoribus proditas, post euāgelia statim diebus poterit recitare.

In cōcione nil pphanum, fabulosum suspectiue pferatur, sed sint cōciones sanorū verborū, & sacre doct.

Concionator se ad captum auditorū demittat: nūc catechistan agat, nunc interpretem scripturarū, nūc vitiorū reprehensorē, nūc doctorū mysteriorū: omniaque ad lucrū Christo afferendū, omnibus fiat: & à quæstionibus perplexis & difficilibus, omni eruditionis ostentatione reiecta, abstinere: caueatque ne se vnquam ad conuicia iniuriarūque quibus ecclesia cū populi offendiculo dehonestatur, delabi contingat.

Itidem clericum & magistratum, aut absentes quosuis, suo quosque iudicij relinquendos, peruerso, & multis hactenus vsitato iudicij genere apud populum non accusent, non deferant, non calumnientur linguisque suis pro seditionum flagellis non vtatur: sed sit oratio eorum modesta, sobria, grauis & verbi diuini neruis compacta, quam potentes sint exhortari sana doctrina, & eos qui contradicunt arguere.

Titum. 1.

Misericordiam, bonitatem & charitatem dei oportuno tempore prædicent & extollant, ita tamen, vt iustitiæ eius in benefactorum præmiis largiendis malefactorumque pœnis infligendis non obliuiscantur, vt dubitantes & anxij spe & amore diuino inflamentur, mali à peccatis deterriti respiscant.

Eleemosynas, satisfactions & opera pietatis inducant, ne populus ab eis seductus credat opinione quadam sua tutum se esse, etiam si huiusmodi opera quibus Christianæ fidei paries liniendus est, non faciat: cum tamen deus, sicut de pseudopropheta apud Ezechielem dicturus sit: Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum absque temperamento.

Ezech. 13.

Aduersus grassantium hæresum tempestatem, populum præmoneant sæpe & confirment, Catechismus & decalogi præcepta crebrò relegant & explicent: in primisque dent operam, vt perniciosissimus error, qui multorum animos occupat hoc tempore eradiceretur, quo verbum domini limitibus adeò angustis quidam includunt, vt ab eis nihil nisi atramento in sacris Bibliis exaratum, pro verbo domini habeatur, cum verbum domini initio nullis libris, sed apostolorum cordibus impressum inueniretur: quod postea non scriptura tantum, sed magna ex parte ecclesiæ & fidelium animis sermone communicauerunt: & sacræ literæ testantur, legem euangelicam, ipsissimum domini verbum, in tabulis cordium carnalibus spiritu dei viui scribendum esse. Hortetur præterea populum, vt verbum dei attentè audiat, ab hæresibus abhorreat, missæ officio libenter intersit, frequenti confessione se expuret, mundo corde & auido salutarem Christi corporis cibum excipiat, sacramentis & eorum mysteriis secundum ecclesiæ traditionem religiose vtatur, & diebus festis sanctis tantum vacet operibus: memineritque concionari vt corpus suum in seruitutem redigat: ne quos sermo ne ad pietatem adducere conatur, ipse in seruitute ventris & peccati obsordefcens, deterreat, aut illis opprobrio fiat.

2. Cor. 3.

## De cultu diuino. Cap. 14.

Diuinus cultus obseruetur peragaturque his modis & ritibus qui per sanctorum patrum nobis traditus, & per maiores nostros in sacrificio altaris, officiis defunctorum, canonicis horis, cæterisque diuinis laudibus atque cæremoniis obseruatus fuit.

## De administratione sacramentorum. Cap. 15.

In administratione vsuque sacramentorum, vt confusio & schismata in ecclesia dei vitentur, & apostolicis traditionibus sacrisque canonibus & legibus reuerentia debita habeatur: cæremoniarum orationum, rituumque receptam vniuersitatem, parochos nostros in omnibus sequi volumus atque iubemus.

Volumus etiam populum, quid in cuiusque sacramenti collatione agatur, in concionibus & sacramentorum administratione frequenter doceri.

Lingua latina, cui veluti diuino instrumeto in ipsa crucis ara sacris vsibus dedicato, ecclesia occidentalis religionem Christianam fert acceptam, in sacramentorum administratione, aliisque ecclesiasticis officiis per totam nostram dioccesim retineatur, & exclusa, reuocetur. Quæ verò Germanica lingua secundum antiquas agendas pronunciarum consueuerunt, mutare fas non sit, sed ipsa quoque consueuerunt.

## De baptismo Caput. 16.

Solennes cæremonia & orationes circa baptismum hactenus in ecclesia catholica vsitate, & in agendis ecclesiæ nostræ descriptæ, nisi necessitas aliud cogat, non omittantur. Quarum significationes populo sæpius exponi mandamus, vt professionis suæ qua Christo initiatus est, admoneatur.

Susceptores quoque seu sponsores paruulorum, ætatis prouectæ sint, atque in fide probè catechizati & instructi, quò non ore tantum, sed & mente & sermone ad interrogata respondere, suum munus intelligere, & paruulos ubi adoleuerint, & res postulant in fide orthodoxa instituire possint: ætate verò aut fide nondum prouectos, ad tantum munus admitti non debere & ipsa ratio suadet, & nos præcipiendo decernimus.

## De confirmatione. Cap. 17.

Parochi suo tempore de confirmationis origine, mysterio, & chrismae arcano subditos libi doceant, eosque ad eius desiderium accendant: vt nobis, quod ex officij nostri debito crebrò facere instauimus, aut si quæ iusta causa impediti fuerimus, suffraganeo nostro dioccesim nostram ad confirmandos baptizatos circumuehitibus, prompti paratique sint ad huius sacramenti susceptionem, faciliusque quæ in ipso administrationis tempore dicuntur agentur, percipiant.

## De celebratione Missarum, &amp; Sacramento eucharistiæ. Caput 18.

Canon missæ submissa voce, excepta dominica oratione, pacis exoptatione, Agni dei inuocatione, & postrema populi salutatione, quemadmodum hactenus à Catholicis factum est, summaque religione, vt mysteriis tremendis sua cõseruetur autoritas, pronuncietur.

Reliquæ verò Missæ quæ catechumenorum dicitur, partes, debita religione & voce alta intelligibilesque legantur: ad sitque semper legenti minister, qui ecclesiæ nomine respondeat sacrificanti.

Euangelia vel epistolæ dominicis & festis diebus in parochialibus ecclesiis populo, siue ante sacrum, siue sub eo, siue etiam à prandio, quod tempore epistolæ declarationi non incommodum videretur, lingua Germanica exponantur: eoque tempore nulla missa ne populum ab auscultatione distrahi contingat, celebretur. Vt nimia festinatio in Missæ lectione aut celebratione religiosas aures oculosque offendat, ita in condita prolixitas fastidium potius generat, quam deuotionem. Quapropter sacerdotibus nostræ diocesis deuotâ mediocritatè, & toto sacratissime actionis tempore munda compositione, ipsoque vultu eluceat, commendamus.

Organa ad populi aures nullum alium sonitum aut numerum deferant, quam qui religiosus ac pius ab omnibus habeatur. Melodiæ lasciuæ, aut aliò pertinentes, procul absint, prophani etiam rhythmi ecclesiasticis sonis, aut verba sententiæ ve ecclesiasti

ecclesiasticæ prophanis numeris aut rebus ludibri causa non accommodentur. Nam cum aut melodiæ aut orationes sententiæ ve sacræ in prophanam consuetudinem abeunt, fieri non potest quin ad suum vsu in ecclesiis depromptæ, animos audientium memoria illius ludibrii aut scommatis puniant, atque auocent à deuotione.

Sub eleuatione sacræ hostiæ, antiphonæ ad hoc sacrificium tantum pertinentes cantentur: quanquam melius & veteri ecclesiæ conuenientius esset, præsentiam dominici corporis in altissimo silentio prostratos contemplari. Si quæ autem aliæ antiphonæ ex consuetudine aut fundatione cantari solitæ fuerint, ea peracto sacro cantentur.

Concordiæ & pacis symbolum, veluti imaginacula crucifixi ab ore sacerdotis pacem populo imprecantis, secundum cuiusque ecclesiæ ritum hactenus seruatum, aut commodiorem institutionem, adstantes in missis solemnioribus deferatur.

Ignotos sacerdotes, & qui publicis criminibus infames sunt, aut solum quæstum sectantur, à celebratione huius facti repelli iubemus.

Hostia vitalis pro infirmorum viatico in loco mūdo & honorato, accenso ad eum perpetuo lumine, seruetur.

Eadem si in solemnibus festiuitatibus aut magnis supplicationibus circumferatur (quod nisi ex catholico instituto, aut graui causa, præsentibusque deuotis cultoribus, fieri non debet) quicquid veram deuotionem non excitat, ludique omnes prophani remoueantur.

Sed & quando ad infirmos defertur, lumen præferri, & campanella fidelibus signum dari præcipimus. Caueat tamen presbyter, vt ad infirmum pauciores duabus particulis non deferat: ne populus in redeuntibus manibus inane vasculum adoret, sin autem contigerit fortè vt reuertit ad templum sine eucharistiæ sacramento cogatur, lumen præferri, aut signum dari prohibeat.

## De pœnitentiæ &amp; remissionibus.

## Cap. 19.

Non sine magna animi nostri molestia intelleximus, nonnullos nostræ diocesis laicos salutis suæ adeò immemores esse, vt nec constituto ab ecclesia catholica tempore confiteatur, ne que ad sacratissimam eucharistiæ summptionem vlla ratione se præparet, aut ab ea penitus absterneat. Quo circa in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna alias super hoc constituta, vniuersis & singulis parochis aut eorum vicariis præcipimus, vt quadragenarij ieiunij singulis dominicis diebus capitulum quod incipit. Omnis vtriusque sexus, subditis suis publicent in ecclesiis: & contra inobedientes ad pœnas iuxta tenorem constitutionis iam dictæ procedant.

Sequuntur casus aliquot in quibus sacramentum Eucharistiæ personis eiusmodi criminibus grauatim non ministrari, aut saltem ad tempus differri debet: qui & ipsi vnà cum capitulo, Omnis vtriusque sexus vulgari lingua suo tempore sunt publicandi.

Cum ex laudabili catholice ecclesiæ consuetudine singulis annis vobis, dilectissimi in Christo, denunciari soleat cuiusmodi sacrosancti ac venerabilis corporis dominici sacramenti perceptione interdictum sit, Reuerendissimus in Christo pater & prin-

ceps ac dominus, dominus Otho, S. Romanæ ecclesiæ Cardinalis, & episcopus Augustanus, in cunctis suæ diocesis parochiis eam denunciationem sub hac quæ subditur forma & ratione fieri mandauit.

Primo, quando hoc præstantissimum sacramentum, hominum à religione Christianorum vnio est & coniunctio cum deo: cuncti infideles qui ab ecclesiæ communionem & societate disuncti sunt, vt sunt Iudæi, Ethnici, hæretici, & quotquot hæreses manent, tuentur, eisque opem ferunt, ab eius perceptione arcendi sunt.

Arcendi sunt etiam qui vel papalis vel episcopalis excommunicationis sententia constricti ac publicè denunciati sunt siquidem & illi ab ecclesiæ communionem excluduntur donec absolutionis beneficium consequantur.

Item ubi cautione & lectione ecclesiastica communiter interdictum est, vt sit tempore interdicti, donec eiusmodi perdurat interdictum, non licet tanis hoc percipere sacramentum: at tamen ægrotis ad extrema tendentibus id ministrare permittitur.

Item cum vnusquilibet in sua parochia veneranda debeat accipere sacramenta, illi qui alterius sunt parochiæ, non licet in alienis ecclesiis hoc percipere sacramentum, dum absque sui pastoris permisso, atque ex illius contemptu, aliis in locis id sumere volunt. Et sacerdos si ea de re certus fuerit eiusmodi alienæ parochiæ subditis sacramentum non porriget.

Item quando præcellens hoc sacramentum sana mente & ex vera deuotione sumendum est, eius perceptione pueris intra annos discretionis interdictum est: sicut & illis qui mente capti sunt, & ratione destituti, vt sunt amantes & insani, siue id naturaliter, siue ex dæmonum obsessione patiantur: nisi fortè quandoque mentis compotes reddantur. Tum enim quandoque ratione sua probè vtuntur, sacramentum hoc eis ministrari potest.

Item ex iisdem iam dictis causis, etiã illis hoc venerabile sacramentum præbendum non est, qui perpetua stomachi cruditate laborant, si quidem dum is perseuerat morbus & ægra affectio, sacramenti huius sumptione eis interdictum est. Si quis etiam venerandum hoc sacramentum absque vlla ratione vel deuotione, aut secus quàm institutum est, expetat, aut indignè, puta vt ad incantationem aut superstitionem eo vti velit, ei sacerdos, dum id resciscit, nequitiam ea ratione ministrare debet, sed populū Christianum sibi subditum instituire ac informare, vti pro catholice ecclesiæ constitutione ad id sumendum præparare se debeat.

Item ne hoc præcellens sacramentum aliqua afficiatur iniuria & contemptu, ex sanctorum patrum decreto & institutione etiam infames omnes ab eius perceptione prohibedi sunt, cuiusmodi sunt Præstigiatores, incantatores, publicè rei, & scurræ & qui ludis vacant iure pontificio prohibitis, itidemque scorta ac lenones, & qui Iudæis seruiunt, aut eorum alij proles, vel alia illicita cum eis commercia habent & si qui alij eius generis sunt, ij, inquam, omnes ab altaris sacramento remouendi sunt, donec vita sua improba penitus abdicata, irrogatam sibi pœnitentiæ multam persoluerint.

Item fœminæ virilem habitum malo animo gestantes, quò peruersam suam expleant voluptatem, à venerando hoc sacramento



mento arcendæ sunt, donec id mali penitus correxerint & satisfecerint.

Item quotquot sese segregant, & ad hæreses deficiunt: & peregrina quædam sectantur instituta, ab ecclesia minimè approbata, ut sunt quæ in latebris clandestinè cõueniunt, & singularem, aut etiam reiectâ atque damnatam colunt fidem: Illi etiâ qui huiuscemodi hæreses palàm præ se ferunt & exercent, ut qui ad fores templorû ferreis sua spõte circulis deuincti aut sine pœnitentiæ iniunctione sese flagellis cedunt.

Item qui sectam pauperum de Lugduno colunt, in plateis panem propter deû sibi dari alta voce precantes, tanquam perfecti sunt. Hos omnes singuli parochi tribus dominicis publicè de suggestu, ut ab his abstineant, & cæteris Christianis sese conforment, admonebunt. Quòd si obtemperare nolint ex sua ecclesia & parochia eos expellent, nec sacrosanctum eis ministrabunt sacramentum. Ita enim habent statuta Synodalia prouinciæ Moguntinæ.

Item quicumque superstitioni dediti sunt, ut certis quibusdam ac singularibus nec approbatis vtendis benedictionibus, aut reiectis diebus, aut incantationibus dæmonum, aut futura prædicendo ex libris magicis, aut alias, vel quispiã eiusmodi sectâdo quod sit Christianæ fidei, aut præceptis & constitutionibus ecclesiæ aduersum: iis omnibus negandum est hoc venerabile sacramentum, nisi pro sui cõfessoris eiusmodi superstitionibus renunciant, & pro admisis pœnitentiâ multam susceperint.

Item cû vnusquilibet Christianus ad idem sacratissimum sacramentum percipiendum perveram cõtritionem, & peccatorum suorum puram confessionem se præparare obstrictus sit, illis omnibus eius sũprione interdictum est, qui absque contritione & cõfessione in suis manet peccatis: & speciatim illis, qui secundum sanctæ ecclesiæ præceptum singulis annis semel non confitentur. Tales enim ab ecclesia eiciendi sunt: & in extremis si sic decedant Christiana sepultura eis neganda est.

Item cum confessio integra & indiuisa esse debeat, & cum proposito deinceps peccata non admittendi, eam ob rem quicumque in publicis ac notoriis degunt sceleribus, ut sunt manifesti adulteri & adulteræ, aut qui alias in lupanaribus simul victitat, & publici fœneratores, & qui alios ad eadem inducunt, & id genus alij, ad huius venerandi sacramenti communionem admittendi non sunt, donec re & factis restatim reddant, se omnino suis valefecisse criminibus, & pœnitentiæ satisfactionem recepisse.

Item quando legitimo iuncti matrimonio simul degere sunt obligati, si qui ex illis absque superioris ecclesiastici seu spiritalis iudicis sui permisso ipsi se disiunxerint, siue diuortium fecerint: quandiu absque iuridica separatione vel concessione seiunctim vixerint, non ministrandum, sed negandum est eis dominicum sacramentum.

Item iis annuerandi sunt, qui alearum lusui perpetuò vacant: quibus non est porrigendum venerabile sacramentum donec inde abstineant.

Item qui ebrietati & crapulæ ac comessationibus perpetuo dediti sunt & inhaerent, & maxime qui festos dies aut noctes in tabernis exigunt, illis post factam confessionem venerabilis huius sacramenti sumptionem per 30, dies est interdendum, ut ab his vitiis sese emendent.

Quòd si facere nolint, iuxta canonum decreta eri-

am morte mulctandi sunt.

Item qui aliena detinent bona inuitis illis quorum ea sunt, possuntque restituere, iis negandum hoc dignissimum sacramentum est, donec restituerint.

Item qui sacras perfringunt ædes & despoliant, & qui sanctorum ac dei templis damna inferunt, ab hoc debet excludi sacramento, donec relictis hisce facile gijs, deo dicatis locis satisfecerit atque restituerint.

Item quotquot proximis suis intra eorum terminos, siue illi sint agrorum, siue pratorum, siue hortorum siue arcarum, iniuriam inferunt vel inuadendo vel inarando, vel ædificia extruendo, si festis id agant diebus, huius eis venerabilis sacramenti perceptione interdictum est donec ab his cessent iniurijs, & legis satisfecerint.

Item subditi qui propriis dominis suis ob accepta verbera aut castigationem, vel alias fide & obedientiam præstare nolunt, sacramenti huius sumptione interdictum est, donec se morigeros præbeant & agant pœnitentiâ.

Item quicumque iniqua mēsurâ vel pondere emunt aut vendunt, triginta diebus iubentur abstinere à sacra communione, posteaquam ex canonum præscripto irrogatam sibi pœnitentiâ multam susceperint.

Item quotquot iustas non soluunt decimas, parochi sui tribus vicibus admonere debent ut eas iure persoluant. Quòd si admoniti facere recusabunt, neganda est eis sacra communio donec satisfaciant, & multam sibi imponi patiantur.

Item quibus alicuius testamenti negocia bona fide exequenda commissa sunt, si vltra annum rem differant, autoritate ad executionem cõpellentur: poteruntque ob eiuscemodi negligentiam si iusta & rationabilis causa desit, sacra communione phiberi.

Item quâdo singulus quisque de religione Christianus sanctæ ecclesiæ præceptis obtemperare tenetur puta ut ieiunet, festa celebret, confiteatur peccata sua, sacras inuisat ædes, & alias sanctæ ecclesiæ consuetudines colat & obseruet: quicumque animo obstinato iis se opposuerint, eaque contemptui haberint, à dignissimi sacramenti perceptione excludentur donec redeant ad obedientiam, & pro suis peccatis multam sibi irrogari ferant: idque illi maxime, qui spretis templis consecratis, absque præsulis sui permisso in alijs plebem orationis causa congregant. Qui enim id agunt, excommunicationis sententia ligati sunt, nec licet eis dominicum percipere sacramentum.

Item qui sacerdotem de suggestu concionatorem impediunt, atque in eius cõtemptu ex sacris ædibus abscedunt, à sacra communione arcendi sunt donec sese emendent, & agant pœnitentiâ.

Item quotquot ex ecclesiastici decreti siue præcepti contemptu, dominicis aut alijs festiuis diebus Sacrum missæ auscultare nolunt, nec in ipso Missæ officio perseverant donec sacerdos confessoris sui à communionem prohibeantur, donec agant pœnitentiâ.

Item quicumque dominicis & alijs festiuis diebus rebus venalibus quæ ad necessarium corporis victum non requiruntur, mercimonia exercent, synodalibus statutis à venerabilis sacramenti sumptione prohibeantur, donec ab his penitus abstineant.

Item qui clanculum sese iungunt matrimonio, iis sacra communio deneganda est, donec secundum ecclesiæ constitutionem publicè se denunciant.

denunciari faciant.

Item qui dominicam orationem & symbolum apostolorum ex desidia aut contemptu discere nolunt poterunt à suo confessore sacra communione prohiberi, donec ea addiscant.

Item quicumque omnipotentem deum, aut sacratissimam dei genitricem vel alios sanctos palà blasphemant, aut eis maledicunt, vel per eorum nomina vel membra indigne ac impie iurant & imprecantur seu maledicunt, ab ecclesiæ ingressu & sacra communione excludendi sunt donec publicam egerint pœnitentiâ.

Item quotquot sacerdotalem dignitatem & sacerdotes ipsos publice dehonestant, aut conuiciantur iis, similiter ecclesiæ aditu & sacra communione interdictum est donec pœnitentiâ egerint.

Item qui animo deliberato homicidium perpetrant, & qui erga proximum inimicitias aut inuidiam vlcisci meditantem animo gerunt, aut qui proximos inique opprimunt, aut eorû existimationi & honori fallò derogant, ij omnes ad venerabilis sacramenti perceptionem non sunt admittendi, donec vel parem conciliando, vel aliena damna restituendo satisfaciât, & irrogatâ penitentia multâ psoluerint.

Item pater & mater qui proles suas à mortis periculis non custodiunt, siue id scientes fecerint, siue ex incuria aut negligentia aut forte in somnis, poterunt ad tempus à confessore suo præstantissimi sacramenti sumptione phiberi, donec pœnitentiâ expleuerint.

Item cum sacris canonibus sub excommunicationis pœna cautum sit ne quisquam cuiuscumque status sit, aduersus ecclesiasticarum personarum, templorum aut monasteriorum ecclesiasticam libertatem sancire quippiam vel statuere audeat, eam ob rem quicumque tale aliquid præcipiunt aut statuunt contra ecclesiasticam libertatem, aut eiusmodi decreta manent ac tuentur, & secundum ea iudicant, talibus mandatis vtuntur, & personas bonaque ecclesiastica exactionibus aut alijs modis grauant, iis omnibus sacra est communione interdictum, donec huiusmodi mandata & constitutiones abrogent, ab iniquo proposito cessent, & inde absoluantur.

Item quando sacri canones verant, ne quis manifestam vsuram non esse restituendam, aut quod per vsuram quæ situm est, non esse reddendum, sententiam ferat, si quis autem id agat, excommunicationi subiaceat: quicumque talem ferunt sententiam, iis huius est perceptione sacramenti interdictum, donec inde absoluantur, & pœnitentiâ multa eis irrogetur. Potest denique vnusquilibet confessor, cui curæ sunt animæ sibi confitentium, præ peccatorum magnitudine & grauitate eidem sibi confitentibus seu filiis confessionis suæ, ex causa quæ sibi iustavidebitur, ad tempus sacra communione interdiceret: eique tales confitentis morem gerere debet: nisi à superiori ecclesiastica potestate aliud impetrauerint. Quòd si peccatum occultum sit, & talis quispiam ad altare accedens, venerabile sacramentum sibi porrigi publicè petat, non id illi sacerdos negare debet: quanquã hoc ipso quod contra sui confessoris prohibitionem accedit, peccatum admittit. Catholicæ ecclesiæ pietissimæ matris lenitas, de rigore pœnarum canonicarum de quibus canones pœnitentiales extant, tantum remittit, populisque ex ea clemētia sibi permittit tantum, ut difficile sit eas leges hoc tempore in vsu ecclesiasticum reuocare. Nam cû Christianorû licētia in peccato cre-

uisset, saepeque animi pœnitentiales ex iis canonibus numerum ingentem, pœnitentisque vitæ etiâ longissimam excedentem conficerent, aut senio morbisque grauati satisfacere nequirent: factum deinceps fuit, ut ille pœna ex clementissimæ matris ecclesiæ indulgentia, & thesauri meritorum Christi, & martyrum dispensatione in elemosynas, orationes, sacrorum locorum visitationes, aliave christiani hominis exercitia cõmutaretur. Quoniã igitur & pœnarum vsus exoleuit, & indulgentiæ huiusmodi, hæreticorum culpa, apud plerisque contemptui sunt, parochis nostræ diocesis inuigilimus atque mandamus, ut confitentis harum pœnarum saltim admoneant, iudiciumque veteris ecclesiæ circa eas explerent, & pestilentem illam opinionem, qua persuasum plerisque habent, hominem peccati actuales pœnâ diuinæ iustitiæ non debere, ex animis cõfitentium euellat, atque pœnitentia canonum seueritatē pro recepta posterioris ætatis consuetudine, orationibus, elemosynis, ieiunijs, aliisque id genus pietatis operibus pro satisfactione pœnarum iniunctis mitigent, prouidentique iudicio pro lepræ qualitate, pœnitentisque viribus, facultate & affectibus expensis, simul & medicinam animæ vlceribus adhibeant, & pœnas deliquentibus infligant.

In peccatorum sacramentali inquisitione caveant ne inconsulta diligentia pusillorum animæ scadalizentur.

Decernimus etiam, ut confessores probatam aliquam confessionis summam legant, qualis est B. Antonini, Caymi Mediolanensis, aut Thomæ Cardinalis Caietani, ex eaque criminum differentias, magnitudines, causasque optimè discant, ut salutarem medicinam facere suo tempore possint.

Præterea ne ecclesiarum rectores videantur pecuniæ magis quam animarum saluti studere, statuimus & ordinamus ut deinceps quilibet confessor idoneus laicos contritos & confessos ab omnibus peccatis occultis quantumcunque grauibus & enormibus nobis tanquam ordinario antè reseruatis, absolucere possit homicidis, hæreticis, & excommunicatis, quos ad nos vel pœnitentiarium nostrum remitti volumus, duntaxat exceptis. Quod ad clericos attinet in hac parte, nihil esse volumus innouatum.

Mandamus denique ut à cõfitentibus pro confessionis auscultatione aut absolutione nihil exigatur.

Postremò presbyteris nostræ diocesis omnibus præcipimus ne posthac eos qui se in monasteriis alijs vel locis in casibus sædi apostolice aut nobis tanquam ordinario specialiter reseruatis, aut ad contentiosi fori indagacionem pertinentibus, absolutos esse prætendant, tanquam rite absolutos admittant aut tolerant: sed eos ad nos seu pœnitentiarium nostrum remittant, ut nobis aut officialibus nostris de canonicis eorum absolutionibus fidem faciant legitimam, superque præmissis expeditionem salubrem recipiant & quod vel iustitia suaferit, vel rationis ordo dictauerit, exequantur, donec hi qui se absoluendi potestatem huiusmodi habere asseruerunt, priuilegia sua nobis congruo tutoque loco exhibuerint, eaque à nobis fuerint examinata. Qua tamen in re, Mendicantium ordinum fratribus, eorumque facultatibus, ipsis à summis pontificibus concessis, nolumus præiudicari: Quin ipsi, tam ut iure pontificio cautum est, quam ut à nobis prædecessoribusque nostris eis concessum fuit atque conceditur, Christi fidelium confessiones audire & eos in casibus sibi ut præfertur, concessis, in foro pœnitentia absolucere, pœnitentiaque

salutares iniungere valeant & possint, quemadmodum ecclesiarum rectoribus nostræ diœcesis concedere consueuimus.

*De extrema unctio. Cap. 20.*

**V**ntionis extremæ sacramentum cum litanis & orationibus à maioribus acceptis, totaque ecclesia seruatis fidelibus impartendum iubemus.

Sacerdos infirmum consoletur, à curis & desideriis præsentis vitæ ad spem æternæ salutis erigat: diabolum & terribilia eius alto animo contemnere, Christi misericordiam sperare doceat: atque ita confirmatum cum benedictione, Christo commendet.

A reditu quoque comitantem multitudinem infirmitatis humanæ admoneat, atque ad preces pro in firmo in calce terreni agonis latente fundendas hortetur.

*De matrimonio. Cap. 21.*

Sacerdotem nuptias alibi quam in ecclesia, quæ proprius est sacramentorum locus, admittere, coniungere aut benedicere prohibemus.

Vetamus etiam, à sacerdotibus eos coniungi, de quibus, editis aut proclamationibus vt minimum tribus, iisque tribus diebus festis sibi succedentibus, propositis, aut in concione publicè factis, non constiterit eorum coniunctionem nulla legitima canonicæ causa impediri, aut eos à parentibus, tutoribus vel cognatis ad hanc copulam non cogi, sed liberum ad eam cõsensum asserere.

Iungendos matrimonio, admoneri quoque à sacerdotibus volumus, vt parentum & amicorum consilia potius quam priuata desideria sequantur: exemploque Tobie ieiuniis & orationibus sese præparent, atque commendent gratiæ Dei. Doceri etiam eos præcipimus, matrimonia etsi quo ad personas contrahendum legitima rataque sint, tamen nisi religione & fide eorum sanctificentur, Deo grata non esse, sacramentalique gratia, donec vitium suum emendauerint, ecclesiæque legibus subdantur, destitui.

*Ne pro sacramentis aut sacramentalibus quicquam exigatur. Cap. 22.*

**P**ro reconciliatione pœnitentium, aut alicuius sacramenti vel sacramentalium quorumcunque administratione. Sacerdos de pecunia aut re qualibet sibi danda minime paciscatur: sed eadem pro temporis, loci, personarum ve necessitate, secundum ritum ecclesiæ sine mora administret. Verum quia ratione iureque dictante, socij passionum ad consolationum societatem merito admittuntur: permitimus tandem, etiam iudicis officio implorato, exigi quod in huiusmodi ex consuetudine debetur: ad cuius obseruationem laicos & hortamur, & quantum de iure est, adstringi volumus atque compelli.

*De consecratione, benedictione, & caeremoniis ecclesiasticis. Cap. 23.*

**P**ratatos nostræ diœcesis, virgines, ecclesias, altaria cœmeteria consecrari, sacra loca quocunque modo execrata reconciliari, vasa, vestesque sacras, aquam, sal, palmarum ramos, frutices herbas, cereos, agnum pascalem, fructus nouos, & si quæ sunt alia quæ de iure vel consuetudine ante hanc catholicæ religionis perturbationem consecrari aut benedici consueuerunt, suo quæque tempore & lo-

co, suisque ritibus & orationibus per totam nostræ diœcesim benedici iubemus. Si quid verò locorum aut rerum non consecratum, aut execratum fortasse fuerit, quod consecrari aut reconciliari debuisset, nobis intra proximum mensis spatium iudicari ab his quorum hæc cura esse debet, præcipimus: vt nostro episcopi muneri in hac etiã parte satisfacere possimus.

Parochi, & quibus in nostra diœcesi verbi dei prædicatio incumbit populum doceant, loca, vestes, & vasa vsibus prophanis exempta, & sacramentorum Christi ministerio mancipata, ideo consecrari & benedici, vt sciamus non nisi sacris & diuinis rebus vacandum, gratia dei illic ceu numine diuino presente præterea res alias humanis vsibus necessarias, in nomine Christi per orationem ministri & verbum dei benedici, vt nobis diuina beneficentia contra aduersarias potestates, incantationes, magias, fraudes & machinationes inimici pertinaciter nos oppugnantis, profint, & virtutem concipiant.

Cæremonias verò maioribus nostris hominibus religiosissimis vsitatas, quæ ad vicarios pietatis vsus valeant, & exercitia quædam sint quibus mens externarum scilicet rerum sensu & significatione ad diuinum cultum ipsumque deum attrahitur, in ecclesiis nostræ diœcesis retinendas, & vbi abrogatæ fuerint reuocandas esse statuimus atque mandamus.

Et quemadmodum à parochis concionatoribusque nostris de caeremoniarum significationibus populum doceri volumus, veluti cereos ad laudem & gloriam eius qui lucem inaccessibilem inhabitat, & omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat, accendi: Thura incensa significare orationes & desideria nostra cum odore bonorum operum ad deum ascendere oportere: Processiones lætas, nostram de Christi triumpho & gloria exultationem lugubres, nostrum in hac lachrimarum valle exilium iudicare, & illis deo gratias agi, his veniam peccatorum, & pro vindicta misericordiam implorari: ita eundem populum sedulo moneri iubemus, ne caeremonias religiosissime institutas, in abusum vertant aut superstitionem, sed ipsis ad pietatem exercendam vtantur, atque vt processiones sint graues, ordinatæ, honestæ Christianæ religionis dignæ, atque à vanis & secularibus studiis prorsus alienæ.

Cum autem Deo opt. max. creatori & redemptori suo honorem, timorem & reuerentiam homo tanquam creatura debeat, multosque videamus ea in redempta ignauia desides esse, omnibus ecclesiasticis personis nostræ diœcesis districtè præcipiendo mandamus, vt posthac summa pietate deum vbique & honorent & timeant, præcipue vero in templis humiliter reuerentur & venerentur. Et quum in nomine domini nostri Iesu Christi omne genus cælestium terrestrium & infernorum stectendum sit volumus vt omnes quotiescunque in sacris concionibus aut missis, nominis sanguinis vel corporis Christi aut dei genitricis Mariæ virginis fiat mentio, aut quando canticum Gloria in excelsis, aut Gloria tibi domine, aut euangelij initium, aut natiuitatis Christi ex virgine, & incarnatio in symbolo, aut gratiarum actio in præfatione, aut huiusmodi alia in diuinis officiis canuntur vel commemorantur, delecto capite, genibusque flexis, ante altare, vel vt locutus tempusque postulauerit, deo reuerentiam exhibeant debitam, & populum ad eius rei imitationem verbis factisque commoneant atque hortentur. De

*De feriis & festis sanctorum. Cap. 24.*

**D**e diebus festis feriandis nihil innouare volentes, præcipimus vt festiuitates Christi ac beatæ Mariæ virginis, aliorumque sanctorum iuxta constitutionem & ordinationem per quondam felicis memoriæ Christophorum episcopum Augustensem prædecessorem nostrum desuper factas & diulgatas, quarum tenor subinscribitur, deinceps celebres habeantur.

*Christophorus Dei gratiæ Episcopus Augustensis, dilectis nobis in Christo Decano & Camerario Capituli in N. J. salutem in Domino.*

**L**icet superioribus annis cõstitutiones in particulari conuentu Ratisponæ habito per sedis Apostolicæ legatum factas, per totam diœcesim nostram publicari fecerimus: ad aures tamen nostras peruenit, quod hæc constitutiones, & præsertim quoad obseruantiam dierum festiuitatum ab aliis quibus vestris capitularibus plebanis inæqualiter obseruentur. Ex quo multi emergunt errores, in diuini cultus contemptum, & scandalorum plurimorum.

Vnde nos, sicuti nostro incumbit officio, huiusmodi erroribus in futurum obuiare cupientes, festa in diœcesi nostra celebranda, hic inseri fecimus. Videlicet statuimus, ordinamus & volumus vt decætero Dominica dies quæ in gloriam Dominicæ resurrectionis ad nos vsque à primitiua ecclesia maximè celebris semper habita est, dies quoque natiuitatis Christi, S. Stephani, Ioannis, & Innocentium, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschæ cum feria secunda & tertia duntaxat, Ascensionis, Georgij, Pentecostes cum feria secunda & tertia tantum, Corporis Christi, quatuor festa beatæ Mariæ virginis, nempe Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis, Natalitia Apostolorum, Ioannis Baptistæ, Magdalene, Laurentij, Dedicationis, Michaelis, omnium sanctorum, Martini, Nicolai, Catharinæ, Hulderichi atque Affræ patronorum nostrorum, sicuti hæcenus obseruari fuerit, celebres quoque & festi habeantur. Mandantes insuper vobis, vt festa iam specificata obseruetis, & à parochianis vestris obseruari faciatis: in cæteris autem festiuitatibus quacunque ratione vel institutis vel receptis, cuique liberum permittatis. Datum in nostro castro Dilingensi anno à natiuitate Domini. 1539.

*Vt oratio Dominica, Angelica salutatio, & Symbolum Apostolorum ab omnibus æqualiter dicantur. Cap. 25.*

**Q**uoniam post innumeras nouationes nostræ tēpestare in fidei orthodoxæ articulis, moribus & ritibus à peruersis hominibus introductas, nihil intentatum relinqueretur quo populi aures à nouatoribus captæ detinerentur: eo tandem ventum est, vt oratio Dominica, Angelica salutatio, Apostolorum symbolum, & Decalogi præcepta, quæ maiores nostri in Germanicam linguam religiosissime conuersa nobis tradiderunt, ab istis inueterentur: illaque reuerendissima religio, verborum maiestas, tenor atque numeri in animos hominum vna cum materno lacte instillati, à media ecclesia tollerentur: adeoque vt qui noua interpretatione vsi sunt, intelligerent se à veteri deuotione esse dimotos. Nam vt vnico exemplo ostendamus sequens nostrum statutum ratione non carere, ab istis nouis interpretibus factum est, vt quod antea in oratione dominica dictum fuit. Pater noster qui es in cœlis, ab

istis dicatur, noster pater in cœlis, iamque siue data opera, siue casu aliquo hostili id acciderit, essentiæ verbum sedem suam in diuinæ paternitatis inuocatione amiserit. Vt igitur antiqua verborum religio, atque in ea deuotio passim cõseruetur, plebanis ecclesiarum parochialium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo madamus, vt singulis diebus dominicis finita concione, orationem dominicam, angelicam salutationem, symbolum Apostolorum, & decalogi præcepta, sicuti ea omnia vernaculo sermone subscripsimus, districtè ac tractim ita prælegant, vt populus legentem repetitione subsequi, & ea dilcere & memoriæ mandare possit.

*Oratio Dominica.*

**V**ater vnser de du bist in himeln. Gehailiget vverd dein nam. Zukû dein Reich, dein vvil geschech als im himel vnd auff erd. Vnser taglich brot gib vns heur. Vnd vergib vns vnser schulden, als vvir vergeben vnsern schuldignern. Vnd nit einfur vns in versuchung, sonder erboß vns vom vbel. Amen.

*Salutatio Angelica.*

**G**egrussset seyest Maria, vol gnadê. Der herr mit dir. Du bist gesegnet vnder den vveibern. Vnd gesegnet ist die frucht deines Ielus Christus. Amen.

*Symbolum Apostolorum.*

**I**ch glauv in Gott vatter almechtigen, Scopffer himels vnd der erd. Vnd in Iesum Christum seinen ainigen Sun vnsern herrn, Der empfangen ist von dem haligen Gaist, geboren auß Maria de Iunckfrawven, Gelittenvnder Pötio Pilato, gercruzigt, gestorben, vnd begraben. Abfur zu den hellê. Am dritten tag auferstund von den dodten. Auffur zu den himeln, sitzet zu de gerechten Gottesvatters deß almechtigen. Von dannen er Kunfftig ist zu richtê lebendig vnd todt. Ich glauv in den hailigen gaist, die hailige Christliche Kyrche, gemainschafft der hailigen, Ablass der sundê, Vrstend des flaischs, vn̄ das evvig leben, Amen.

*Præcepta decem Decalogi.*

**D**as erst gebott: Du solt allain in ainen gott glauen. Das auder, Du solt den namen Gottes nit cytel nemen. Das dritt, Du solt die feyrtag heiligen. Das vierdt, Du solt vatter vnd mutter eeren. Das funfft, Du solt niemant todten. Das sechst, Du solt nit stelen. Das sibendt, Du solt nit vnkeusch treiben. Das acht, Du solt nit falsche zeugknuff geben. De neundt, Du solt nit begeren deines nechsten hauß frauven. Das zehend, Du solt nit begeren deines neven mēschen guts.

*De magistris, & scholis instituendis. Cap. 26.*

**I**n primis statuimus & ordinamus vt nullus nostræ Augustensis ditionis aut diœcesis, cuiuscunque ætatis, status, ordinis aut gradus fuerit, ad scholas & gymnasia de schismate aut hæresi suspecta, nuperque natis de religione peruersis opinionibus contaminata, discendi docendive causa proficiscatur Nam qui cõtrâ fecerit, is sciat se nobis pœnas debitas daturum.

Quod verò ad nos attinet, Academiis incorruptis, & in catholica doctrina vitæque perseuerantibus,

bus, potestatem facimus nobis viros literatos ad regendum ecclesias idoneos significandi: quorum in collatione beneficiorum, parochialiumque ecclesiarum, apud quos residere voluerint nostram diocesim, honestissimam rationem nos habituros, eosque, si digni ea re videbuntur, etiam apud S. D. N. Paulum tertium pontificem max. cuius optimam mentem ad hoc inclinare cognouimus, summo studio atque diligentia promoturos pollicemur.

Concilij quoque Lateranensis decretum amplexi, precipimus ut quaecunque aut qualiacunque canonicorum collegia, scholas pro cuiusque collegij magnitudine, sicubi aut desita sunt, aut nouis opinionibus infecta, erigant & restituant.

His praeficiantur magistri & paedagogi incorruptae vitae, a quibus tam pietatis Christianae prima principia, quam rudimenta literarum iuuentus hauriat: eaque in classes, si aetatis aut ingeniorum ratio id postulare videbitur, diuidatur.

Quibus etiam nihil quod eorum innocentiam vel in religione vel in moribus laedere possit, praelegi mandamus.

In reliquis vero oppidis ubi collegia non sunt, scholas, quarum magistri boni honesti & docti sint, instaurari aut conseruari iubemus.

Apud singula frequentioraque canonicorum collegia singuli Theologi honestis stipendiis conducti habeantur: qui certis diebus & horis interpretentur Biblia, ac de re Theologica iuniores canonicos, vicarios, & alia collegij membra doceant: vbi eorum quisque ad lectionem suae professioni & instituto congruentem comparere teneatur.

Doctores, vniuersi praebendae prouentus, donec in dicendo persisterint, asignentur: qui si non suffecerint, ratio aliqua in eatur ut ei quantum sit satis suppeditetur.

*De hospitalibus pauperum, infirmorum, & peregrinorum. Cap. 27.*

**H**ospitalia nostrae diocesis conseruari, redditus ad ea destinatos, in nullos alios usus conuertere: atque sicubi alienati, aut in priuatos usus conuersi fuerint, reuocari iubemus. Sin apud collegia, monasteria, aut sacras alioquin aedes, hospitalium redditus cum caeteris redditibus aut bonis confusi fuerint, & hodie ignorentur: curabimus nihilominus ex collegij monasterij aut sacrae illius aedificatio aut prouentibus pauperum & infirmorum necessitati prouideri.

Viduae, orphani, & qui ad querendum victum sibi non sufficiunt, ex eo loco ubi hospitalia constituta sunt oriundi, in ea recipiantur: peregrinis autem hospitalia pro refectioe tantum, non autem in fraude indigenarum pauperum, pro inhabitatione patere concedimus.

Hospitalium quorum fundatores sibi prouisionem ac dispensationem retinuerunt, administratores, saltem semel in anno prouisoribus rationem reddant: quorum omnium curam & inspectionem praecipuam, nobis diuino aspirante numine, pro ordinaria nostra autoritate sumemus.

*De maiori parte & obedientia & disciplina populi. Cap. 28.*

**P**incipes, Comites, Barones, nobiles, ciuitatisque Augustensis atque aliorum oppidorum & municipiorum nostrae diocesis magistratus & praefectos hortamur in Domino, atque in virtute ecclesiasticae obedientiae requirimus, eisque, munere

quod Deo auctore gerimus, confisi, mandamus, ut inuocati nobis nostrisque vicariis in exequendis huius S. Synodi decretis auxilio sint: iurisdictionem, libertatem ac immunitatem ecclesiasticam, imperatorum legibus & sacris canonibus episcopis & clero tributam ac firmatam tueantur, nobisque conseruent: ad haec etiam, ne ecclesiis quas tuitionis protectionis aut aduocationis iure tueri deberent, contra fidei datae sacramentum, graua & iniqua onera imponant, ne ipsos tandem Caesareae maiestatis praeccepto aut amoueri contingat, aut limitibus praescriptis quid alteri alteris inuicem debeant, includi. Caesaris enim iussum in re tam iusta praenire honorificentius est, quam eum ad exequendum inuitum compelli.

Quum populus praeter obedientiam quam principibus & ciuili magistratui debet, ad eam quoque quam nobis aut aliis ecclesiasticis ordinibus debet, redigendus sit, vniuersos & singulos nostrae diocesis laicos in Domino hortamur, eisque praecipimus, ut clerum nostrum parochos, aliosque ordines ecclesiasticos venerentur: eorum facta non temere iudicent: aduersus presbyteros suos praefractum non contendant, sed morigeros se praebant, atque obsequentes. Ad Christum enim, cuius legatione funguntur, eorum tam honor quam contemptus pertinere credendus est.

Conueniat quoque diebus dominicis & festis ad diuina, quae in ecclesiis catholicis celebrantur: concionem sub silentio audiat, memoriae commendet, & concionatorem vel auscultantes strepitu aut deambulatione non perturbet. In missa audienda, ad finem usque, donec benedictionem sacerdotalem acceperit, perseueret: & qui peccati vinculo retinentur ligati, absque absolutione & vera emendationis proposito, ab eucharistiae sacrosanctae perceptione abstineant: palam vero criminosos, & qui peccati certissimam occasionem dimittere nolunt, siue sacerdotes sint, siue laici, omnino a communione volumus abeere.

Patres & matres familias liberos & familiam secundum audita in concione domi instruant: timorem Dei, symbolum Apostolicum, orationem Dominicam, salutationem Angelicam, praeccepta Decalogi, & quicquid pertinet ad bonos mores & virtutem in eis educandam, doceant: praecipue vero eos a blasphemis iuramentis & execrationibus, cum domestica disciplina: tum irae diuinae praedicatione deterreant. Caetera quae hic breuitatis causa omittimus, ut ad piis concionatoribus acceperint, ita doctrinae usu domestico tractent, atque sicuti Christianos homines decet, exercent.

Ceremonias quoque Christianae pietatis, & instituta ecclesiastica de ieiuniis & abstinentia carnis, de feriis, de processionibus, & id genus ritibus, a populo nobis commisso sub debito obedientiae sanctae ecclesiae catholicae, religiose ac pie obseruari mandamus.

Sanctionem patrum Christianus populus de consensione, & eucharistiae communione, paschali tempore sub paenis in canone contentis obseruet.

Libros contagiosos, de falsa religione suspectos, & impiis iocis refertos, imagines praeterea & picturas obscenas, vel ad ludibrium religionis catholicae, aut ad certorum hominum infamiam expressas, populum nostrae diocesis legere aut habere, atque de sacrosancta aede, praecipue inter pocula atque con-

uiuia temere disceptare non liceat. Legat autem libros sacros, sanctos patres, vitas sanctorum, praclarorum & fortium virorum historias, & imagines tales spectet, quibus ad pietatem, virtutem, religionis & reip. amorem accendatur.

Ebrietatem atque infames computationes fugiat, quibus & corporis & animi vires eneruantur.

Tabernae & aenopolia diebus festis ante factum in ecclesia peractum, infirmis & peregrinis, non pateant.

Nouorum & ab ecclesia non receptorum dogmatum auctores, praedicatorum, aut iactatores, sacrilegos, periuros, blasphemos, vsurarios, adulteros, ebrios, aliisque publicis criminibus obnoxios, feni in ecclesia nostraque diocesi prohibemus: in quos etiam censuris & paenis ecclesiasticis summa seueritate animaduerti debere statuimus & ordinamus.

*De visitatione. Cap. 29.*

**V**T porro sciant Abbates, Praepositi, Decani, & clerus nostrae diocesis, nos haec statuta synodalia ex sacrae Caesareae maiestatis formula, sacrisque canonibus, & patrum antecessorumque nostrorum decretis & statutis, non ad ostentationem, sed ad indubitam reformationem ipsorum, nostrique gregis, pro istorum temporum usu atque necessitate collegisse, post hac tertio quoque anno, quotannis, aut quoties res postulauerit, diocesim nostram totam visitationis gratia vel ipsi circumibimus, aut per suffraganeum nostrum, qui baptizatos etiam confirmationis sacramento signet, madabimus visitari.

Visitationis autem normam, si quid in ecclesiae nostre formulis desiderabitur, suffraganeo aut vicario nostro, quorum alteri vel utriusque in occupationibus nostris visitandi munus delegabimus, praescribimus: eamque decanis quoque diocesis nostrae ruralibus in suis visitationibus sequendam, quatenus pertinere ad eos videbitur, praeponeamus: operamque dabimus indefessam, ut in hac quoque parte, eorum quae hoc quidem tempore effici possunt, nihil desideretur.

*De sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti. Cap. 30.*

**E**xcommunicationis, suspensionis & interdicti nostri sententias, a nullo, cuiuscunque status, gradus & conditionis fuerit, negligi, contemni, aut quo ad publicationem & executionem earum impediri debere statuimus, atque sub paenis & censuris ecclesiasticis quibuscunque impediuntibus irrogandis, districtum praecipimus.

Officiali quoque nostro iniungimus, ne diuinam hanc censuram qua nulla est maior in ecclesia, leuiter, aut propter exiguas parique momenti causas proferat: sed ut ad sanitatem magis quam ad interitum contumacium & rebellium animorum respiciat.

Excommunicatos & denunciatos, ab omnibus vitari, & a nemine in consortium recipi decernimus, eosque ante poenitentiam emendationisque sponsonem atque satisfactionem tam ecclesiae quam iniuriam passo faciendam, ad sacramenta communionemque fidelium admitti atque absolui prohibemus.

Nisi populari concursu caedes clerici facta sit, persona tantum clericalis homicidij rea, non autem locus delicti interdicendus erit: idque ea de causa, ne per hanc occasionem populus in dies negligentior

fiat, neve a sceleratis hominibus ocium a diuinis patratu crimine dataque opera procurari possit.

*De praecibus pro summo pontifice, Romanorum imperatore & rege, ac principibus catholicis aliisque ad Deum fundendis. Cap. 31.*

**V**niuersis sacerdotibus & omnibus nostris subditis tam religiosis quam secularibus iniungimus & mandamus, ut pro sanctissimo Domino nostro Paulo papa tertio, ac inuictissimo imperatore nostro Carolo quinto cuius immortalis beneficio hac pacem quietemque publicam debemus: pro serenissimo principe Ferdinando Romanorum rege, ac aliis principibus catholicis, in missis, orationibus & concionibus suis deuotissime precentur, populumque ut idem faciant hortentur, ut orthodoxam fidem, sedisque Apostolicam a qua fidei Christianae in cunabula traximus, auctoritatem, ut haecenus factum ab eis fuit, ad gloriam omnipotentis Dei tueantur: & si qui alij forte callidis aduersarij nostri artibus in errores prolapsi adducti ve sint, pro his vna cum populo atque in sacris orent, ut in tempore resipiscant, atque ad pristinam ecclesiae catholicae unitatem & obedientiam vna cum populis sibi subiectis reuertantur.

*De paenis. Cap. 32.*

**Q**uoniam porro sine coercionem iurisdictionis nulla sit, & absque paenis non modo leges uelcant, verum etiam quaelibet ciuili societate in deterius facile abeat atque dissoluatur, ne frustra huic sancto muneri operam impendisse videamur, statuimus atque ordinamus ut poenae canonice tam in corpore iuris clauula quam prouincialibus synodalibusve statutis alias aeditis annexa transgressoribus horum statutorum, sicubi specialis poena expressa non sit, infligatur, nobis, aut vicario seu officiali nostro earum electionem, moderationem, aut aliam quamlibet arbitriam poenam, earum loco, pro personarum, locorum aut transgressionis qualitate exigendam, reseruantes.

*De Synodis. Cap. 33.*

**C**um synodorum celebrandarum ratio in tanta rerum ecclesiasticarum perturbatione pleurisque ignota sit, voluimus subditis nostrae diocesis omnibus nostram in hac rem mentem, & quid quisque in ea facere, aut ex ea sperare possit vel debeat, explicare.

Synodos igitur nostras diocesanas, anniuersarias, & quoties necessitas ecclesiae nostrae postulauerit, esse & habere volumus atque decernimus.

Qui ex nostra diocesi in synodalem confessum recipiuntur, singuli iurisiurandi nobis praestiti admoniti, aut si videbitur, iurati, ecclesiarum suarum, praetatorum, atque etiam officialium nostrorum & populi detrimenta, defectus, vitia graua, aut secularium quoruncunque siue praesentium siue absentium tyrannidem in ecclesias, populum, viduas vel orphanos saeuientem proferant in medium, a synodo sine vlllo respectu corrigenda.

Appellationes quoque eorum qui ad nostram synodum prouocarunt, absentiumque grauamina aut desideria per epistolas aut libellos supplices explicata, audientur.

Laicis etiam suas querelas, modo res aut causas ecclesiasticas concernant, aut ad iudicium synodi pertineant, in scriptis proponendi potestas fiet: quibus procuratores & aduocatos synodales ex nostris consilia-



liariis laicis deputabimus: aut ipsos, si digni, vel ad causas suas distinctè exponendas apti sint, intromitti mandabimus.

Et quicumque divini amoris zelo ducti, crimina disciplinam & quietem ecclesiasticam perturbantia denunciare voluerint, vel publicè vel priuatim, au- dientur: ad quam denunciationem ceu Euāgelicam, & ex charitatis visceribus proficietem, vniuersos & singulos per amorem quo reip. Christianæ quisque infixus esse debet, exhortamur.

Intestina quoque odia, & capitales inimicitias, ex quibus nostræ diœcesis tranquillitas perturbari, aut scandala oriri possent, summo studio, summòq; moderamine æquitatis, extingui, deponi, atque ad amicitiam, aut saltem ad compositionem & pacem traduci adnitentur.

Quoniam verò multi sunt qui aliorum vitia & defectus, aut potentiorum iniurias, oppressiones seu tyrannidem coram tota synodo proponere aut accusare non audeant: deputabimus tres aut plures ex synodo commissarios auditores, apud quos vniuersi & singuli tam clerici quàm laici quæ volunt tuto deponere possint. Sciantque omnia sub silentio tegenda esse.

Et ne quis existimet nosmet aut nostros officiales ex eorum numero, quorum vita, mores & actiones corrigi debeant, exemptos esse velle, à tota synodo testes synodales qui nostræ nostrorumque officiorum reformationi instent, deputari madabimus. Nam etsi multa nobis deesse cognoscimus, multa tamen nos fugere non ignoramus.

Neque synodum aut eius deputatos dimittemus, donec de omnibus causis, omniumq; grauaminibus sufficienter fuerit informata.

Vitiis & querelis auditis, adhibito Theologorum & iuris peritorum consilio, ea atque alia incommoda, admonitione, correctione, executione, epistolis, statutisque synodalibus pro viribus nostris Dei omnipotentis auxilio innixis, apud omnes emendari & tolli curabimus: & alia omnia ad rem sacram, diuina officia & laudes pertinentia, ex libri pontificalis præscripto peragemus.

Quod autem ait apocrypha, inepta, parumq; syncera, quæ temporum vitio in breuiaria irrepsere, emendanda: earundemque precum & psalmodiarum frequentes repetitiones, innumera suffragia, & nouas collectas, sequentias, præfationes, & id genus fastidium adferentes, & officiis diuinis, missæque sacrificio parum congruentes, tollendas mutandaque attinet, ad hæc etiam vt sub sacro solenni coram eodem populo missæ speciales non legantur, vt excommunicationis sententiæ ob criminales tantum causas, easque valde graues & lethales ferantur: vt Apostolicè vel coadiutores facti vel alias prouisi examinentur: vt beneficiorum pluralitas refrænetur: vt beneficia tenuiora vniuersione crescant, atque ad pauciorum numerum redigantur: vt exempti, ordinariõrum reformationi, visitationi & correctioni subiaceant: vt Academia seu doctorum & studiosorum hominum vniuersitates, quarum in diœcesi nostra nullâ habemus, reformentur, eisque privilegia sua & immunitates conferentur: & si quæ sunt alia quæ in Cæsareæ maiestatis formula delibata sunt, & in hisce statutis nostris vel prætermisimus, vel exhortando potius quàm statuendo inseruimus, ad synodum prouincialem, & si in ea super his statui nihil queat,

ad œcumenicum concilium, sanctissimique Domini nostri deliberationem duximus reiicienda.

Ostenditur autem nobis ex Reueren. & illustrissimi principis & Domini Sebastiani Electoris & archiepiscopi Moguntini, Metropolitanani Domini & amici nostri charissimi, pietate, eruditione, industria, ingenio, animique magnitudine spes optima, fore vt in proxima synodo prouinciali de his aliisque nostræ religionis negociis rebusque omnibus ratio incatur certissima, qua amplissima illius metropolis prouincia, orthodoxæ fidei ipsiq; Christo tota restituitur.

*Finis statutorum synodaliũ.*

*Finita sub irruentem iam noctem statutorum lectione, Reueren. Cardinalis Cancellario mandauit vt Synodi huius re verbis alloqueretur: Quomodo reformationis formula hodie publicata statutorum ratio conueniat, ex lectione hac respectum planè omnibus esse: restare nunc illud solum, vt vniuersa synodus de his omnibus suffragia ferat. Vt igitur cogitandi deliberandique de singulis spatium habeant ad synodum vocati: sequenti die primò (quæ 13. Nouembris futura erat) post rem sacram peractam de his omnibus inuenda suffragia esse: itaque Reuerendissimus Cardinalis eos ad cœnam in cœnaculo ad hoc instructo sumendam cum sua benedictione dimisit.*

*ACTA SECUNDAE  
dici Synodi.*



Ltera die huius sanctissimæ tractationis conuenerunt omnes cõstituto tempore, & missa per R. D. Philippum à Rechbeig de Hohentechbeig Decanum ecclesiæ Augustensis de S. Trinitate solenni canticorum riu celebrata, moxque reliquis ex libri pontificalis præscripto peractis, Reuerendissimus Cardinalis laicis antea per dominationis suæ reuerendiss. fiscalem exire iussis, synodum obtestatus est feruenti sermone, vt meminisse velit, se non priuato cuiusquam mortalis, aut quenquã suo, sed vniuersos, Christi (per quem creati & redempti essemus) nomine conuenisse. Christi hanc causam esse, de qua nunc sit deliberandum: afferrent igitur hodie animos ab omni perturbatione, cupiditate, pertinaciâ, immunditia & locordia expurgatos: consulerentq; in medium de his quæ disciplinam ecclesiasticam in ecclesia Dei excitare, restituere & conseruare queant. Quod ad se priuatim attineret, daturum operam, vt Deo duce, Episcopi munere, quantum in se esset, rite rectèque fungeretur: & quanquam imbecillitatem defectusque tuos plerosque in se ipso agnosceret, tamen non dubitare se, quin multa sint quæ latere ipsum possint. Quapropter postulare se abvniuersa synodo, vt ex prælatorum canonicorum & decanorum ruralium triplici ordine, singulos, binos, ternos, aut plures, si ita videretur, eligerent, qui ceu testes synodales, de his quæ emendanda in se essent, inquirere, seque synodi nomine admonerent: paratum enim se esse, promptumque & ad audiendũ tranquillo animo singula, & ad obtemperandum monitis salutaribus sanctæ huius synodi spiritu sancto cõgregatæ. His in hanc ferè sententiam, maiore tamen sermonis affluentia, dictis, summum aliquandiu silentium fuit. Quod cum à nemine rumperetur, dominationis sua Reuerendissima aduocatis ad se consiliariis,

liariis, constituit suffragiorum scrutinium inchoandum esse. Quo consilio per cancellarium publicato fiscalis è schedula nominatim ordinèq; singulos ad madata procuratoria aut syndicatoria afferenda conpellauit. Singuli itaque depositis apud R. D. Iacobum Henrichmannum Augustensis ecclesiæ canonicum & vicarium, atque notarios ad hoc deputatos, mandatorum instrumentis, super statutis synodalibus approbandis sententias dixerunt. Quorum primus R. D. Marcus Auunculus episcopus Nazianzenus, & Suffraganeus Augustensis, breui candidaque oratione statuta synodalia approbavit: seq; obseruationi eorũ, quatenus ad se pertinerent, adstrinxit. Hunc sequuti sunt reliqui prælati, abbates, præpositi, & decani tam collegiorum quàm regiuncularum ruralium: nemòque in tanta multitudine extitit, qui voce sua statuta hæc saluberrima non collaudaret, atque se vnà cum his quorum nomine huic synodo interesset, illis pro viribus paritum, aliisque vt idem facerent, auctoritatem futuram non profiteretur.

Tanta igitur consensione omnium, votisque concordibus animaduersis, Reuerend. Cardinalis Deo opt. max. cuius spiritu afflante hæc gerebantur, gratias egit: & accito ad se cancellario mandauit, vt synodo, quæ à prandio agenda essent, indicaret, nempe dominationem suam reuerendiss. negocium dedisse R. R. DD. episcopo nazianzeno, Philippo Rechbeig & c. Decano, Iacobo Henrichmanno vicario & cancellario suo, vt horis pomeridianis causas, grauamina, & defectus tam ecclesiasticorum quàm laicorum ad synodi cognitionem pertinentes, audiant, expediant, aut, si resita postulat, ad dominationem suam Reuerendiss. vel synodum ipsam referant decidenda. Cupere præterea dominationem suam Reuerendiss. obnixèque petere à synodo, vt tres pluresve deputet, qui de officialium aliorumq; ecclesiasticæ functionis & fori ministrorum suorum negligentiâ aliisve grauaminibus inde fortasse ad se manantibus inquirant: atque ad dominationem suam Reuerendiss. sine vlla reformidatione deponant, vt diligentia eiusdem curaque debita, si quid incommodi fuerit, emendetur.

His dictis, Reuerendiss. Cardinalis synodum ad corpora in cœnaculo inferiore, sicuti toto hoc synodi tempore impensis eiusdem factũ fuit, prandio curanda, de more dimisit.

A prandio auditores causarum synodaliũ negotio sibi dato satisfecerunt, causasque scripto vel voce propositas aut expediuerunt, aut si quæ maiore indagatione opus habere visæ sunt, in aliud tempus, dum veritas inquiri, aut pars altera audiri potuerit, reiecerunt.

*ACTA TERTIAE  
dici Synodi.*

**D**ostrema die Synodi, quæ fuit Nouembris decimaquarta, hora sublucana celebrauit officium missæ de beata Maria virgine solenne & habitu pontificali Reuerendiss. D. Gaspar, abbas monasterij Othoburen- sis. Et sacris tum missæ tum synodalibus in libro pontificali præscriptis rite summaque totius cleri & populi deuotione peractis, cancellarius quæ à Reueren-

diss. Cardinale fuerat iussus, in eâ quæ sequitur sententiam Synodo exposuit, dominationem suam, Reuerendiss. videlicet, intellecta totius synodi in approbandis statutis ad Cæsareæ maiestatis formulam cõditis, hesternaque die prælectis, summa concordia, reliquum esse censere, vt ea pro rogata publicatq; habeantur: idcirco eandem paterno benignòque affectu omnes admonere, meminisse vt velint se consensu hoc suo synodali ad ea obseruanda, perpetuamque vitæ, morum, atque officij integritate custodienda, Deo omnium bonorum consiliorum auctori, & humanarum actionum inspectori, ipsisque ecclesiæ Christi eiusque antistitibus abstrictos esse. Cauendũ igitur omnibus ne à legibus ipsis auctorum suorum culpa coarguantur.

Post hæc Reuerendiss. Cardinalis synodum denovo admonuit, ab eaque vrgendo petiit, vt monitores ex se deligerent, qui dominationem suam reuerendissimam de his quæ se fortasse circa officij sui suorumque ministrorum negligentem aut improvidam curam seu administrationem lateant, admonerent, daturum enim se operam, vt seipsum suosque ad rectam episcopalis officij regulam pro viribus emendat.

His dictis, synodis communicatis inter se omnium ordinum consiliis per R. D. Episcopum nazianzenum respondit, se amplius in dominatione sua reuerendissima nil desiderare, quàm vt pro conscientia suo modo, statutis hisce synodalibus vnà cum suis insistat, atque veluti lex animata, in ecclesiæ suæ cardinalis eminens, cetera membra in officio contineat.

Hoc responso, Reuerendissimus Cardinalis tanquam restituenda apud suos catholice pietatis ingenti spe excitatus, synodo gratias egit, Deumq; omnipotentem supplex rogauit, vt sibi in explendis exequendisq; huius synodi constitutionibus diuino suo numine assistere dignetur.

Postremò, præsentibus atque comparentibus in hac synodo tanquam obedientiæ filiis, gratia à cancellario actè sunt benignitatis dominationis suæ plenissima, addita etiam clementissima obtestatione, dominationi suæ Reuerendissimæ gratius accidere nil posse, quàm si ad eum veluti ad patrem & pastorem in rebus suis dubiis aduersisve confugiant: auxilio enim, consilio, studio, cura, beneuolentiaque sua se eis pro viribus semper adfuturum.

Cum igitur synodus, peractis ferè iam omnibus, dimittenda esset, prodit in medium fisci promotor: atque citatorum non comparentium contumaciam accusauit: petiitque eos contumaces, atque in consistorio episcopali ea de causa processum decerni atque committi: cuius petitioni reuerendissima dominationis suæ annuit: præcepitque contra contumaces iuris ordine seruato procedi. Citati fuerunt etiam omnes ad synodum proximam, quæ indicta fuit ad calendas Septembris anni 1549. in oppido Dilinga celebranda.

His omnibus magna omnium attentione absolutis, admissi sunt laici: hymnòq; Te Deum laudamus, cantato, Reuerendissimus Cardinalis solenni benedictione recessuros est profecutus.

*Actorum Statutorumque Synodi diœcesanae  
Augustensis, finis.*

Vnde Treuerensis nomenclaturam hac  
Synodus sumpserit.

Treveri, Gallia Belgica populi sunt, finitimi Heruis Mena-  
piis, Eburonibus, Rhemis, Mediomatricis, id est Metensibus,  
De his Rheno fluuio usque in pontem quo Casar traiecit exerci-  
multa apud tum, quae pars nunc est Colonienfis diocesis Germanica lin-  
Casare in qua uentur. Situs ciuitatis natura munitus est: & metropo-  
cometariis li huius ciuitatis praesul, vnus ex electoribus imperatoris est.  
Vrbs autem eius populi primaria, eodem nomine Treuiri, oris  
dicitur: & ciuis, Treuir, Treuiri: vnde & Treuirenfis seu  
Treuerensis hac synodus uocata est.

Acta & decreta synodi diocesanae Treuerensis,  
A praesidente reuerendissimo in Christo patre, &  
amplissimo principe ac Domino, Domino Io-  
anne archiepiscopo Treueren. sacri Romani impe-  
rij per Galliam & regnum Arelatense Archicancel-  
lario, ac principe Electore &c. celebratae uicesima-  
quinta Nouembris 1548.

## M A N D A T U M C O N U O C A T I O N I S.



Ioannes Dei gratia sanctae Treueren-  
sis ecclesiae archiepiscopus, sacri Ro-  
mani imperij per Galliam & regnum  
Arelatense Archicancellarius, ac prin-  
ceps elector, vniuersis & singulis ca-  
thedralis nostrae, & collegiarum pa-  
rochialiumque ecclesiarum, Abbatibus, prioribus,  
praepositis, decanis, tam ruralibus diuinorum recto-  
ribus, curatis ac non curatis, aliisque ecclesiasticis  
personis ciuitatis & diocesis nostrae Treuerensis qui-  
buscunque coniunctim aut singulatim, qui nostrae  
synodo episcopali de iure aut consuetudine interese  
consueuerunt & tenentur, salutem in Domino  
sempiternam.

Neminem uestrum latere volumus, quod clemen-  
tissimus & inuictissimus princeps & Dominus no-  
ster Carolus quintus Romanorum Imperator sem-  
per Augustus, publicae pacis & tranquillitatis vindex,  
comitiis hisce superioribus Augustae celebratis, om-  
nem animi consiliique rationem in id contulerit, ut  
pro admirabili sua prudentia, simul & suscepto cae-  
litus ecclesiam tuendi catholicam officio, rebus iam  
in extremum periculum adductis, ac religioni pro-  
pe uniuersae improborum licentia oblitteratae, opem  
ferret, eamque quoquo modo posset, diuina aspiran-  
te gratia, in tutum tranquillitatis portum de mediis  
procellarum turbinumque fructibus reduceret. Ita-  
que hac tam iusta ac necessaria ratione commotus,  
nimirum quod celerioribus consiliis rebus lapsis suc-  
curreret, idoneaque magis via subuenire posset, tan-  
tumque ac tam pestilentem haereticarum conuen-  
tionum inundationem reprimeret, reuocata reddi-  
taque inclytae Germanicae nationi pristina auitaque  
luce & pace, a catholicis imperij membris, praeter alia  
de religionis forma a sua maiestate disertè declara-  
ta, clementer monendo postulauit ne quid ab obser-  
uatis haecenus in vniuersali Dei ecclesia ritibus, san-  
ctisque obseruationibus quisquam digrederetur:  
imò, ut cum nos ipsos in primis inculpatos circa re-  
ligionis normam exhiberemus, tum etiam nostrae fi-  
dei commissos, in diuina disciplina ita moderaremur,

ut omni diligentia cautum accuratèque protifsum  
videretur, ne alicunde insolens quid aut alienum à  
ueteris ecclesiae catholicae ritibus irrepere aut in-  
tromitti pateremur, sed immobiles potius, tanquam  
ad scopulum tabula aliqua naufragio eiectione, ita ad re-  
lictam à maioribus religionem, usque ad generalis  
concilij diffinitionem adhereremus. Quod quidem  
fieri posse illius maiestas existimauit, si ecclesiarum  
mores, uitaque ratio ad meliorem sanctiorèmq; for-  
mam reuocarentur. Huic igitur tam pie monenti,  
proinde atque diuino oraculo omnes catholici, im-  
perique principes, ac status, ut par erat, libenter pa-  
ruerunt, & pro se quisque simul atque ad suos redi-  
fer, curaturum recepit. Et ne foret cuiquam necessa-  
rium, qualenam esset reformandi processus modus-  
que assumendus, longum cogitandi tempus impen-  
dere, sacra illius maiestas sibi haudquaquam graue  
duxit formam nobis proponere adamulsi consen-  
taneam scripturis, & caelitus inspiratis canonibus,  
quam de sacrorum voluminum penu, piorum litera-  
tissimorumque hominum industria depromperat.  
Qua quidem admoniti singuli, quid apud suos factu  
opus esset ad restaurandam ecclesiae integritatè, non  
difficiliter neque obscure perspicerent. Hanc igitur  
nos protinus ut à comitiis uobis redditi sumus, con-  
uocato clero nostro, superioris nostrae diocesis Tre-  
uerensis, in cathedrali ecclesia: inferioris uero, in Cō-  
fluentina atque, Reformationis formulam iuxta Ca-  
sari mandatum publicari & praelegi omnibus uobis  
curauimus: ac nunc de integro etiam à uobis exigi-  
mus, monentes & obsecrantes, aut etiam uirtute san-  
ctae obedientiae, & auctoritate nostra praecipientes,  
ne quisquam uestrum à declarata Casariae maiesta-  
tis formula, institutionisque ecclesiasticae, & à maio-  
ribus nostris conseruatae disciplinae, uel in cathedra-  
li, aut secundariis parochialibusque ecclesiis, mona-  
steriis, sacellis, oratoriis, aut ullis locis religioni di-  
catis, discedat, aut alienum aliquid insolitum ue agat  
uel obstrepere praesumat, sed ea omnia qualia sunt,  
summo studio & animo complectatur, obseruet, &  
constanter re ipsa & opere prosequatur.

Deinde quoque eadem auctoritate requirimus, ut  
ad synodum nostram episcopalem, in qua executio-  
nis edictum concludetur, die constituto, in ecclesia  
nostra metropolitana, caeteris postpositis rebus om-  
nibus, propensis animis conueniatis, quò possimus  
in commune consulere, ac dispicere ea omnia, quae  
extirpandis erroribus erunt necessaria, & ad rectam  
diuinorum officiorum administrationem conduci-  
bilia. Inquisituri praeterea, quod etiam communis sa-  
lus maximè postulat, quid ad morum ornamen-  
ta splendorèque conferat, quid uitam emendet, ac  
nos denique extra maleuolam reprehensionem por-  
nat. Quas quidem communitates, ac officiorum cer-  
tissima adiumenta suppeditabit cum recti cupidus  
in synodum allatus animus, tum ipsa norma & ob-  
seruatio veterum canonum, diuinorum scriptorum,  
quae sacro spiritus afflatu quasi indice uiam osten-  
dent. Ac ne quis dicat sibi de huius nostrae synodi  
deque reformationis intimatione certi nihil consti-  
tisse, talique praetextu effugere se speret: ideo in om-  
nem ecclesiae nostrae regionem & agrum tot refor-  
mationis exempla spargi curauimus, ut omnibus uo-  
bis à maximo ad minimum sufficere credamus. Quae  
obrem ad unum omnes, ratione officij nostri appel-  
lamus, & paterna charitate adhortamur, obsecramus  
& mo-

& monemus, ut cum hanc religionis disciplinam di-  
uinitus Casari inspiratam nacti sitis, operam detis,  
neruosque omnes huc intendatis, ut illi per uos re-  
spondeatur, eiusque tanquam fideles ministri in om-  
nibus & singulis articulis curam summam habuisse  
uideamini: neque impunitum erit, ea quae hic iubentur,  
non praestare, aut ad illius praescriptum non ex-  
plodere in totum quicquid iam diu saeuientibus dis-  
ensionum tempestatibus à catholica ecclesia alie-  
num, sanctoque gregi noxium, atque huic reforma-  
tioni contrarium fuerit inuectum. Si uero quisquā  
obtemperare noluerit, aut obstiterit quo minus haec  
reformatio in opus producat, eius in futura syno-  
do iudicia faciatis: ut aut nostra in talem auctoritas  
iuxta canonum censuram animaduertat, aut ad Ca-  
saream maiestatem, uti iniunctum est omnibus, de  
huiusmodi pertinacia relatio fiat. Quamobrem unū-  
quenque magno & securo animo ad promulgandam  
reformationis doctrinam procedere iubemus, quia  
certus modo luculenta ueritatis scopus à Casare ere-  
ctus est. Ad cuius conspectum, nulla ui aut potestate  
territi, unā cum illis quorum curam geritis, conuicti  
debetis. Et hoc modo ad constitutum diem in syno-  
do idonei compareatis: in qua sanè nos una uobiscū  
iuxta promulgationem harum literarum ad refor-  
mationis executionem erimus intenti, digna uideli-  
cet excessibus istis qui contra reformationem com-  
missi sunt, & corumacibus remedia adhibitori. Por-  
rò in fide & testimonium praemissorum, praesentes  
nostras literas sigillo nostro subimpreso fecimus  
communiri. Datum ex oppido nostro Vurtlich die  
30. Octobris, anno 1548.

Cum itaque dies uenisset, qui à reuerendissimo pa-  
tre ac Domino, Domino Ioanne archiepiscopo praedicto  
indictus erat ad celebrandam synodum, com-  
paruerunt nobiles ac reuerendi patres ac Domini archi-  
diaconi, abbates, praepositi, praelati, archipresby-  
teri, decani, caeterique uocati: qui omnes simul in ba-  
silicam maiorem Treuerensem processerunt: & in-  
uocato ante omnia spiritus sancti auxilio, & officio  
diuino peracto, vicarius reuerendissimus in pontifica-  
libus Nicolaus episcopus Azothenis toti ordini ec-  
clesiastico praesenti solenniter benedixit, & ad Deū  
preces direxit: quibus transactis, in medium chori  
progressus, praesentes in synodo pia & erudita ora-  
tione hortatus est, ut omnem operam suam in salu-  
tatem ecclesiae Treuerensis reformationem confer-  
re dignentur.

Post hunc doctor Pelargus prodiit, qui in eadem  
sententiam reuerendos patres in synodo congrega-  
tos copiosa oratione cohortatus est, hoc tenore.

Agrè quidem, sed tamen passus sum, in hoc tam  
celebri patrum consessu dicendi prouinciam mihi  
mandari, quòd publicam auctoritatem quae eam ne-  
cessitatem imposuit, detrectare integrum non fue-  
rit, etiam si rerum hac oratione tractandarum ma-  
gnitudo & difficultas propemodum deterreat ab of-  
ficio. Proinde cum hanc tam ancipitem prouinciā,  
& gratificandi studio, & recusandi pudore susceptā,  
ulterius deprecari non liceat, & tamen uestrae ex-  
pectationi respondere nequeam (non enim qualiscun-  
que, sed grauis equidem pro grauitate rei exigitur  
oratio) precium operae facturum me existimo, si libe-  
randae fidei meae flexanimum illum spiritum caelis  
deuocauero, qui mentes nostras luminis sui radiis  
coruscet, orationi uim & energiam suppeditet, de-

nique in amorem eorum ad quae uos in hoc synoda-  
li cōfessu cohortaturus sum, corda uestra excitet, ex-  
tumulet, rapiat, accendat, inflammet, & incallescere  
faciat: quòd ut facere dignetur, uos quoque flagran-  
tibus uotis ab ipso contendere conuenit.

Porro non stat sententia, hac oratione operam su-  
mere colligendis celebrandisque uirtutum uestrarū  
laudibus: quòd & dignitatibus & meritis uestris for-  
tè conueniet. Certae causae, inquam, tota ferè haec no-  
stra oratio incumbit, magis exhortatio congruit, ta-  
metsi permulta sunt, fateor, quare gratulationem san-  
nè & laudem merentur, cur hoc unum commemo-  
rasse satis habeo, quòd in hoc odiosissimo tumultu,  
ac formidanda reformatione, variè tentati & pulsa-  
ti, nulla ratione aut persuasione passis estis, in deditio-  
nem hostium proditorumque ecclesiae & fidei uos  
redigi, sed in castris Christi, firmi immoti, inuicti &  
ipsi constitistis, & fidei uestrae concreditos, etiā eos  
qui forte vacillantes, ac propemodum persuasi, iam  
defecturi uidebantur in apostasiam & heresim, in fi-  
de & officio continuistis. Quòd si laude dignum est  
à desertoribus ac profugis in totum abstinuisse, nul-  
lamque unquam cum ipsis habuisse consuetudinem:  
si uirtus est, & uitam illorum & dogmata odisse ex  
animo: quibus uos laudibus ferendos esse sentiam,  
qui non modo non ad haereticorum castra defeceritis,  
uero etiam pro defendenda ecclesiae dignitate,  
& fortunarum & capitis quoque periculum fortiter  
neglexeritis, dum scilicet superioribus aliquot annis  
iuratus hostis per Treuericos agros grassatus, & re-  
ligionem labefactare, & fidem etiam uestram expu-  
gnare nefandis ausibus sibi sumpserit: Verum enim uo-  
ro, cum ego uestram hanc in fide constantiam, obfir-  
matam pertinaciam, ac singularem animi fortitudi-  
nem uobis congratulor, laudo quidem uos, sed in  
transcursu, & tanquam aliud agens, hoc nimirum,  
ut magis magisque uos incitem & cohorter ad istius  
modi uirtutum studia: haud ignarus eius sententiae,  
quam externae sapientiae author quidam extulit, uir-  
tutem laudatam crescere, gloriamque immensum  
calcar habere. Maestè igitur hac constantiae uirtute  
esse uiri patres ac Domini, & (ad quod Paulus quo-  
salutem uos consecuturos esse speratis: neque ad vl-  
la haereticorum persuasionem diuelli uos patiamini.

Hoc enim pacto perpetuam & nunquam intermo-  
rituram nominis uestri memoriam cōparabitis, imò  
uero partem iam comparatamque, tam insigni pra-  
claroque facinore etiam atque etiā confirmabitis.

Est uero aliud uiri patres ac Domini, quòd in uo-  
bis desiderem, quòd unum moneo, hortor, oro, ob-  
secro, omni denique studio à uobis contendo ac fla-  
gito: Quamobrem peto, ut pro humanitate uestra &  
admonentem & obtestantem me, aequis benignisque  
animis audiatis. Rem nanque iustam, honestam, &  
reip. quam maximè profuturam, oratum uos huc ue-  
nio: nisi forte non sit iustum & uile, instaurare bo-  
narum sacrarumque literarum studia: aut non ex ho-  
nesto, publicam ecclesiae lustrare disciplinā: aut for-  
te est aliud Christianae reipublicae magis necessariū  
& uile. Quòd si aequum & bonū me postulare iam  
intelligitis, impetrem obsecro. Ideo enim ea de re-  
tiam atque etiam admonendos atque obtestandos  
uos esse duxi, quòd hunc unum coactae synodi sco-  
pum ac finem esse uideam, nisi fallar, ut & oblitterata  
diu res literaria restitatur, ac repurgetur disciplina  
status

status ecclesiastici: quod ut fiat, luculenta necessitas vos monet vrgēque. Ut enim neglectis agris filix, noxiūque id genus germē innascitur, ita neglectis scholis, ingenij inquam & animi cultura, immane dictu quanta quaque venenata errorū, hæresum, scādalorum offensionūque zizania usque deque in agro dominico suppullulent, non sine incredibili ecclesiæ malo & incommodo. Quantis enim, bone Iesu, tenebris, quàm horrenda caligine obruta & obducta videmus propemodum omnia? Quis non deplorat studiorum puritatem à multis iam inde annis nedum neglectam, etiam contaminatam, labefactam, condensatisque tenebris obumbratam? artes, philosophiam, diuinaeque literas nō satis pro dignitate tractatas, quæ rectius tractatæ, multum profecto atulissent luminis, plus religiosæ minimèque fucatae pietatis. Quid dissimulamus? quin quod omnium verissimum fatemur? An non collapsis ac propè extinctis scholis, magnum vulnus Christiana accepit respublica? Quid ita? inquis. Dicam in genere, siquidem libera est synodus. In scholis docentur bonæ literæ & artes, quas *liberae* vocant, nos liberales. Literarum studia ad philosophiam tum naturalē tum moralem viam sternunt. Porro ut rerum naturæ cognitio viam munit ad professionem medicā, ita morum disciplinæ nō parum adminiculantur & Theologia, & iurisprudentiæ: ex qua nimirum ius siue sacrum siue prophanum ortum esse existimant. Quis iam non videt quantum fructus ex scholarum seminariis ad remp. redit, siue ad bonam corporum habitudinem constitutionemque instaurandam, alendā & confirmandam, siue respublicas rectè & ordine gerendas & administrandas, siue ad vitam piæ ac religiosæ instituendam & cōponendam? Contra neglectis literarum & philosophiæ studiis, qualis, amabo, possit esse doctrina in tēplis? quid sani iudicij? quid opis apud medicos? quid cōsiliij aut patrociniij apud eos qui iuris profitentur peritiā? Verum esse quod dico, res ipsa clamat, & rerum euentus confirmat. Nusquam forē non desiderantur artium honoratorumque facultatum professores. In republica quidē experti medici, prudentes iurisperiti: in cathedra & publico suggestu, eximij & candidè docti Theologi: in templis, pastores: in scholis, probè instructi & eruditi præceptores. Vnde quæso? Neglectæ sunt scholæ, à quibus complures annos exularunt cum liberalia studia, tum vero sanctissima illa amplissimaque diuinarum literarum disciplina: recepta est in scholas, & aliquandiu obtinuit spinosa, senticosa, frigida, ieiuna, ac nimis quàm infelix illa tum philosophiæ tum Theologiæ tractatio, eis nimirum in vtrāuis aurem dormientibus, altūque stertētibus, quorum aduigilare aut inspicere intererat. Animaduertum est tandem, Romanorum imperatori, Domino nostro clementissimo, nescio quibus suggerētibus, eum studiorum antiquæ religionis neglectum, principem causam esse quamobrem tot hodie malis premitur, augita & affligitur ecclesiā ab hæreticis. Nec serudo narrata est fabula. Simul enim ut rescivit rem ita habere, simul, neruos omnes intendit, strenuamque nauauit operam, ut postliminio ad nos redeant honesta & literarum & pietatis studia. Certè non poterat melioribus consiliis ac rationibus succursum esse afflictis ac penè deploratis rebus ecclesiæ, quàm instauracione publicorum studiorū, & reformatione collapsi status ecclesiastici. Atq; utinā ego synce-

rum, ardētem, rectiq; ac pietatis amantem illius animum, tam dignè possim vobis oratione cōmendare, quàm nunquam satis pro dignitate potest celebrari felicibus illius cœptis: agedum viri patres ac Domini fauete omnes: non vtroq; modò (quod aiunt) pollice, sed toto quoq; apertoq; pectore. Sed ad rem. Hoc fateamur omnes oportet, nulla re æquè opus esse ecclesiæ, in has quas videmus angustias cōtractæ, ac liberaliori eruditione, qua suffragatæ, suppeditatq; ferente, facile & libertatē suam, & priorem dignitatis ac gloriæ splendorem amplitudinemq; vindicauerit. Quæ causa, si non est & alia, vel sola hortari & excitare nos debet, ut summa animorū contentione liberalia experamus & reuocemus literarum studia: quos utinā ea res omnes ex æquo haberet sollicitos. Vereor enim ut ea cura tanto minus tangat aliquos, quanto magis studēt rebus & à literis & à religione alienis: venationibus inquam, aucupijs, aleæ, ventidēniq; ac veneri, ut nihil aliud dicam. Hi hoc durius obiurgandi sunt, quæ cum pleriq; ipsi impendiō indocti ac barbari sunt, culpandæ deniq; ignorantia tenebris infuscata, oppressa extincta ac deleta cupiunt etiā sacrarum literarum studia: sperantes hac ratione suam quoq; incitiā facilius latere posse: satis esse rati, si nomen ac dignitatē suam tueatur ociosis titulis. Habetis priorem orationis partem.

Venio nunc ad religionis ac disciplinæ ecclesiæ repurgationem. Quàm verò cupiā verā syncerā minimèq; superstitionis religionis formā & imaginem non iam literis in tabulis aut membranis deformatā circumferri, verum cordibus vestris inscriptam, impressam, pietatisq; operibus expressam exhiberi spectandā cæteris, ex qua alij viua virtutū simulacra exprimentur, ad quā item vitam suam exigant, quàmque imitentur? Quemadmodū enim per magni refert, rectè secūse discipulos præceptor doceat, ita plurimū interest, bene an male viuat qui vitæ aliorū fungendæ ac formandæ suscepit prouinciā. Ita enim siue natura siue moribus comparatum est, ut non tam facile verba eius cui se totum quis credit, quàm facta cōmulari contendat. Quo fit, ut si ij qui præsunt, peperā agant, fiant ipsis subditi quàm simillimi: ut nihil hoc Gregoriano verbo verius sit, quo ait, Gregem consequenter ferri in præceptis, si per prærupta vitiorū gradiatur pastor. Quale autem est, obsecro, si ij quorum refert errantes & delinquentes corrigere, oburgare, coercere, atque omnino continere in officio, sint ipsi omnium corruptissimi moribus? Quæ etiā fronte, qua libertate alios reprehendent, si iisdem aut grauioribus forte vitiis sunt ipsi obnoxij? Quis que secū ipse reputet, quanto pudore sui nominis delinquant subditi, dum ad ipsius exemplum alius ludit aleam, alius ebrietati ac crapulæ est deditus, alius fœdis voluptatibus dat operam, alij alia pro sua quisque libidine designant. Meminerit proinde quisq; vocationis suæ, & hoc esse studeat quod dicitur, quòdque audit: Posuit vos Deus in ecclesiā, alios episcopos, alios doctores, alios Euangelistas seu prædicatores, alios pastores, & dispensatores mysterij verbi Dei, dispensatores multiformis gratiæ Dei. Magnifici tituli, & quos blande compellati facile agnoscitis. Atq; vitanam vere agnoscatis omnes. Hi enim non tam dignitatis quàm officij vestri vos admonent, si sapitis. An verò susque deque habetis, sedere ad ecclesiarū gubernacula, regere ac pascere gregem Christi, quæ tanti ipsi fecit, ut ei redimendo sanguinem & iudicium

uerit & fuderit, si nō etiam sanguine fleuerit? Quòd si magni hæc vobis sunt, quin (amabo) probè, ut conuenit respondere curetis vocationum vestrarū titulis? Hem Pelarge, dicit aliquis, extra chorum saltas. Minimè gentium. Cohortator sum, non obiurgator siquidem rogo, hortor, moneo, idq; amanter, quisq; ut suo fungatur munere, & clauum rectum, quod dicitur, teneat. Quòd si me in hortantem agrè forte auditis, Petrum quæso audite etiam obsecrantē, & amplissimis præmiis inuitantem, ut cōmissum gregem exemplo etiā, nedū verbo pascatis. Recito verba pōtificis. Presbyteros vos ipsa quoque presbyter obsecro: pascite qui in vobis est gregem Christi, curā illius habentes, non coacti, sed volentes: non turpis lucri gratia, sed propenso animo: neq; ceu dominium exercentes aduersus clerum, sed sic ut sitis exemplaria gregis: & cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem æternæ gloriæ coronam. Certè vel hinc colliquefcit, non satis esse commodo pastori ad populum è suggestu agere, nisi & vita seu conuersatione studeat aliorum animis certam morū formam imprimere, idque non necessitate, aut religione officij, neque quæstus gratia, sed paterno synceròque affectu.

Porro ut Petrus ecclesiarū præsidēs, typos seu formas factos esse dicit gregis dominici, ita eisdem ipse seruator salem terræ esse dicit, lucemque mundi, opinor, ut non vno tantum nomine, de officio suo illos commoneficiat.

Verum cum hoc non solū Apostolis dictū sit, sed omnib⁹ quorū interest iusto clauo designatas gubernare ecclesias: vestræ quoq; curæ ac laboris erit, sana doctrina, falsa ac mordaci reprehensione, honestæ etiā vitæ exemplis, luxos animos velut sale perficere, vtrere, & restringere, ne in vitiorū putredinē diffluant, perpetuoq; vermes spargant. Sic item ignorantia errorumq; tenebris offusas infuscataq; hominum illustrare mentes, ut & ipsi eadem luce potiantur in Dei gloriā. Inde enim Saluator postquam dixit non esse ex more hominū, ut accensam lucernā subtus modium ponant, sed super candelabrū, ut luceat omnibus in domo existentibus: cōtinenter subiunxit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videntes opera vestra bona, glorificent patrem vestrū cœlestem.

Si his qui in Christianismo vix tertias tenēt, Apostolus præcipit, ut vita, conuersatione ac moribus ceu luminaria in edito posita luceant in medio nationis prauæ ac peruersæ, si quem fortè è tenebris in lucem vindicent: quid non his qui primas tenent in ecclesiis, faciendū est, in veritatem lucem reuocandis errantibus? Hæc enim qui sedulo præstant & candidè, magnum profecto merentur operæ precium: nam & Daniel iusticiatur eos qui & docti ipsi fuerint, & alios ad iustitiam finxerint, ceu splendorem firmamēti, & quasi stellis perpetuò æternumque fulsuros. Et ipse seruatur eum verè magnum vocatum iri ait in regno cœlorum, qui iustitiæ præcepta & ipse fecerit, & alios edocuerit. Contrà, eum minimū fore in regno, qui vel vnū ex minimis etiam mandatis soluerit, aut soluendū esse docuerit. Nihil verò minus cōuenit, quā vel sal fatuum fieri ac desipere, vel lucem tenebrosam esse. Quorū hoc quidē tum denique fit, cum ij quorū est sapientiā in alios transfundere, & quasi de suo lumine lumen in aliorū mentibus accedere, perniciosi & ipsi errāt, & alios in errorē addu-

cunt. Illud autē tunc fit, cum ij quorū refert, sermone gratia salito, probatq; vitæ exemplo aliorū condire mores, luxosque solidare animos, aut nō solide docent, sed stulti ipsi cum sint, fatua (ut Esaias ait) loquuntur: aut nō ita ut loquuntur viuunt quo fit, ut doctrina illorum desipiat, adeoq; cōculcetur, despiciatur, reiiciaturq; ab hominibus: ut hic quoq; locū habeat Gregorianū illud: Cuius vita despicitur, restat ut eius prædicatio cōtemnatur. Prius illud doctorū ac pastorum gen⁹ Hieremias subinde taxat in prophetis mēdacia loquētibus, quibus nihil vanius esse possit aut tenebrosius. Posterus verò ipse seruatur in Phariseis notat, aut mandata hominum docentibus, aut alios ut ad præscriptum Moisaicæ legis viuerent vrgentibus, cum diuersum ipsi facerent. Quæ quidē re quid, amabo, cogitari potest stultius? Dicunt, inquit & non faciunt. Imponunt humeris hominum onera grauiā, & portatu difficilia: quæ tamen ipsa ne digitulo quidē vel mouere volunt. His non melioris notæ sunt, qui hac nostra quoque ætate aliud foris docent, aliud ipsi domi agunt. Prædicāt Christū in deserto ieiunantē: viuunt Epicurum splendide in hortis cœnantem. Alii ieiunia cōmendant, ipsi Bacchanalia viuunt. Tales Apostolus graphice suis coloribus alibi exprimit, atq; obiurgat durus. Ut sciēs interim ac prudens præteream obiurgatorē illam exortationē, qua in psalmis cuidā dicitur: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū meum per os tuum? Sed his valere iussis, ad figurā orationis redeam: & quantum possum, vos omnes venerādī patres ac Domini hortor, moneo, rogo, & obsecro: Agedū fauete rectoribus studiis, eaque postliminio redeuntia, obuiis (quod aiunt) vlnis excipite, iuuare, hisque instaurandis totū adijcite animū. Huc studium, curam, cogitationes, cōsilia, operam, conatum, auctoritatem omnem, denique & fortunas vestras, quātum res fert, conferte.

Quod si quid forte & in religionis studio neglectum est, curet pro se quisque emēdationis vitæ vsura sarcire, aut antea acti tēporis negligentiam cōpensare. Facietis autem omnino, nisi forte si quis est, qui nullam vel cōmunis reip. Christianæ, vel dignitatis ecclesiasticæ, vel propriæ salutis rationē habendam esse putet: quod mihi quidem de vobis dicere religio sit.

Attamen cogitet quisque, in eadē (quod dicitur) naui nos omnes esse, cōmune esse periculū. Nōdum em̄, proh dii immortales, ex tantis malis emerisimus. Iactatur adhuc fluctibus ventisque concutitur Petri nauicula. Quare sedulo aduigilandum. Cum primis verò orandus est Christus, ut ventos ipse increpet, hanc rerum tempestatem in tranquillitatē vertat, ac fluctuantē nauiculā in portum vindicet: ecclesiā honestis literarum, tum verò religionis studiis, præcipuis utique vitæ ornamentis, exornet, foueat, alat, cōseruet, ac tueatur ad laudem & gloriam nominis sui sancti, & in secula benedicti. Amen.

Postquam igitur doctor Pelargus orandi finē fecisset, crebra atq; decēti processione ex maioris ecclesiæ choro ad vicinum adeoque contiguum beatæ virginis templū itum est: in quo cum ordine patres confedisissent, Reuerendissimus Treueren. Dominus sequenti verborum forma per eundem suum vicariū omnes compellari iussit.



**T** Ametsi, reuerendi, generosi, nobiles alique patres venerabiles in Christo charissimi, Reuerendissimus Dominus noster, ob vestrum omnium conspectum, atque parèdi alacritatem, qui vt membra capiti morigera, ad præsentem synodum libenter quoque adestis, plurimum sibi gratuletur: tamen quia corporum representatione tantum, atque personarum intuitu, animorum abdita haudquaquam patefcunt, idcirco in primis ad huius negocij tractationem, \* quo modo in manibus est, plurimum referre existimauit sua paternitas, si pia atque libera claraque confessione fateamini, vtrum vos non modò æquo animo latari sitis, illius reuerendissimam fraternitatem, vestris moribus si quos vestra parum dignos vocatione forte perspexerit, iuxta reformationis normam, ac pium eius in vos omnes affectum cõsulere volentem, verum etiam animum mentemque huc intuleritis, vt persuasum vobis sit, hanc causam de qua impræsentiarum agitur, ex æquo omnibus esse communem: si quidem omnes deliquimus, culpamque admisimus, cur paulo antè acta ætate, immensam malorum colluuiem in nostras omnium ceruices vidimus constillasse, quam Dei benignitas aliò deruabit, reddita nobis ampla tranquillius viuendi respiratione. Quamobrem si omnes affecti estis (vt quidem esse debetis) vt cum reuerendissima illius paternitate erecto in religionem animo, siue collatis (vt aiunt) signis, seu priuata quisque, vi atque virtute, iuxta officium sibi commissum, in primis contra hæreticos, atque vbius illorum doctrinas, vobis bellum suscipiendum esse putetis. Deinde si de propriis moribus turpitudinem, si sunt infecti, tollendam: si ruptam ecclesie vntionem refarciendam, integramque tutandam vobis existimabitis, si denique omnium rerum agendarum ordinem instruendi subditos vestram rationem habendam statuendamque tum ex reformationis forma tum ex prædictis synodi decretis, firmiter indubitantèrque animum induxistis, idque alta voce prædicaueritis, iam opportunum reuerendissima illius paternitas iudicat, ad reliqua quæ ex vsu erunt præsentis synodo, transire, eaque quam poterit maximo cum fructu absolueret.

His auditis, hilari & læto vultu patres responderunt, sibi nihil esse prius, aut magis in votis, quam ista omnia quæ in reformatione continentur, tum ea quæ per synodum omnium suffragiis forent decernenda, verbo & opere exequi, atque si vel vitæ periculum obstat, etiam præstare.

Postquam autem hanc patrum ceterorumque expectatam iuxta & piam responsionem Reuerendissimus gratiosa accepisset, collaudari primum per vicarium suum, deinde gratias patribus agi & cæteris omnibus iussit, eò quòd & promptè denunciationi paruissent, & res serias, sanctas, ac salutare, non vt bona mortalium pars per ignorantiam reicerent, sed obuiis vlnis ac toto pectore in vniuersum recipere atque complecterentur.

Adiecit etiam Suffraganeus, non sine diuina benignitate factum esse, credi oportere, quòd post tot præclarissimarum regionum concusiones, post tantas templorum ædiuque insignium atque monasteriorum ruinas, quibus ciuitatum prouinciarumque ornamenta & decus continentur, post tot religionis miserandas strages, Treuerensis ecclesia, bonorum precibus & sanctimonia, patrum cura, pastorum excubiis, veterem, & ab Apostolis penè traditam for-

mam ad hæc vsque tempora inuolabiliter retinisset. Quam rem acceptam ferre hortabatur diuina misericordia, quæ in maxima prophetarum inopia, cum vnus tantum superesse videretur, sibi septem millia virorum cultorum reseruauerat, qui genua ad idolum Baal non flexerant. Itaque postquam Dei fauorem, gratiam atque clementiam iugiter implorandam adinuisset, atque iam omnia quæ ad decretorum rogationem, patrumque suffragia colligenda pertinerent, contulisset, placuit reuerendissimo, vt iterum à prandio conueneretur, atque à patribus decreta de publicis criminibus relegerentur: lectaque, ac diligenti cura examinata, postero die ad vniuersum synodi consensum referretur: ac patrum attestacione recepta in synodo, ab illius paternitatis suffraganeo in metropolitana ecclesie choro publicarentur, & postremum huius synodi actis infereretur. Quod quidè iuxta archiepiscopi nostri sententiam factum est. Hic reuerendissimus Dominus attendens quòd à capite, vt eo facilius ad membra deueniatur, omnis emendationis sit inchoanda, se humiliter submittit reformationi, oratione vt sequitur.

Cum animo reputaret non satis esse rectè viuendi formam aliis præscribere, nisi ille ipse qui leges dicitaret, sui ipsius parem vel maiorem etiam rationem habuisse videretur: & quia omni vitio carere, angelicum magis quam humanum arbitrabatur, & alios quoque in alienis peccatis vel oculatioribus esse vel se ueriores iudices, tum nos etiam indulgentia qua nostra extenuamus, plerumque impediti: ideo reuerendissima eius gratia haudquaquam committendum sibi putat, ne dum aliorum moribus opportuna consulisset, ipse sibi in propriis tollendis erroribus videretur defuisse. Quare vnumquemque qui huic celebri synodo aliquid consilio & prudentia attulerunt, per fraternam charitatem obsecrare statuit, imò & nunc obtestatur, vt libertate in se monendi vratur, & candidè vitiū si quod fortassis humano errore ad archiepiscopatus fastigium ab ipsius gratia sit allatum, aut maiorum consuetudine traditum, in apertum proferrant, quò saluari subindicatione refecerit, aut opportuna ratione retextatur. Nam eo prorsus affectu suam paternitatem ad publicam synodum descendisse non dubitarent, vt nihilo segniori propriæ salutis, cuius cura maximopere ageretur, quam illorum qui noxiis erroribus bonorum oculos perstringeret rationem consiliumque esset habiturus. Ita demum fieri posse ratus, vt capite repurgato, membra facilius ad sanitatem restaurentur. Deinde quoque vniuersi probi exemplo præsidis excitati, se ipsos excuterent: & quod à Cæsaris, imò ipsorum veterum toties recussis reformationibus disfidens, peregrinum atque absonum in se quisque deprehendisset, non expectata ulterius executionis medela, ipsam turpitudinè abominatus, aut diuino denique iudicio permotus, cupi de repudiaret. Quamobrem si quid per incuriam aut focordiam fuisset omisissum, si quid publicæ utilitatis priuati cõmoti gratia occultatum, si quid illicitis actionibus à subditis, qui propria vita sunt illius gratiæ chariores, esset extortum, si pupilli, viduæ & innocentes ab officialibus vtriusque conditionis per vim oppressi, postremum si pro iustitia tyrannus dominaretur: id quicquid esset, quòd ad suam quidem paternitatè spectare videretur, candidè (vt prædicta est) à patribus admonita eius gratia, quam posset maxime, & citò & diligenter emendare velle pro-

mittit, potissimum cum non dubitet se eo nomine apud Deum cuius vicarius est, gratiam inire, & reipublicæ suæ commodis cum pace tranquillitatèque consulere posse.

*Responsio patrum.*

**H** Vic tam piæ petitioni à synodi statibus, & in primis à reuerendis abbatibus, deinde à metropolitana Treuerensis ecclesie dominis canonicis responsum est, nihil se reperire posse, quòd reuerendissimam gratiam suam dedeceret, aut in administranda publica re tanquam graue & damnosum offenderet: sed hortari omnes, vt cum quem ipse statim gubernationis cursum à portu instituisset, ad vltimam vsque metam indefessus teneret: spem maximam patribus inuectam esse sub tanta præsidis bonitate, omnibus beatè viuendi summam occasionem firmamque propositam esse. Collegiatæ autem & secundariæ ecclesie, quia granari se contributionum in æqualitate, quæ ad subsidia impositæ dudum fuerunt, sentirent, humiliter supplicauerunt, vt vtriusque status censu valde inæquali considerato, pro collegiorum tenuitate atque vbertate censerentur, & reuerendissima illius paternitas eorundem collegiorum ac reliqui cleri ecclesiasticam libertatem, vt cõpisset, tueri dignaretur. Hoc equidem se, quoad fieri posset, curaturam per Dominum Suffraganeum illius gratia benignè promissit.

*Submissio suffraganei.*

**V** Bi autem Reuerendissimus Dominus patrū de se sententiam cognouisset, reuerendus Dominus Suffraganeus. Quæ, inquit, pontificalis muneris sunt, ipsum reuerendissimum Dominum Treuerensem propriis humeris subire quidem æquū esset, nec dignitate inferioribus sanctum officium committere: verum quia distrahunt non pauca atque subinde recenter emergentia hinc inde archiepiscopatus negocia, iustissima de causa ad me tanquam fidelem Suffraganeum, eiusmodi ecclesie ministeria pro suæ voluntatis iudicio traduxit. Et quoniam sancta munia sub tribus insignibus virtute prætulibus continuauit, à me nunc porro administranda, ideo non sine pudore aliter agere licet, quam officij mei ratio deposcit, vt videlicet sanctum & inculpatum in omnibus me præstem, virtutumque exemplar aliquod factus, cæteris ecclesiasticis viris pietatis facem accendam. Idcirco obnixè vos patres reuerendos oro, vt vestro reuerendissimum Dominum iudicio, benignè de omnibus quæ officio nostro dedecori esse queant admoneatis: quò deinde me paternitatis illius reformatione correcto, prouincia mea omnibus utilis ac salutaris esse queat.

Ad hæc dum patres vno ore responderunt Suffraganeum sub prioribus memoria dignis præfultibus officio liberaliter functum esse, nihilque aliud accusatione dignum reperiri, quam quòd conferendis ordinibus in iure statutas insinuationes vel prorogando vel anteuertendo turbasset: sed extemplo illius rei veraces cur ita necessitate compulsus fecisset, causas cum adduxisset, patres in omnibus purgatum habuere.

Ad deinde statim reuerendissimus Dominus per suum Suffraganeum reuerendos dominos abbates, aliosque professione dignitatèq; eximios, simili examinatione percurrendos inuuit.

*SEQUUNTUR EDICTA SYNODI diœcesana Treuerensis, presidente Reuerendissimo in Christo patre, & amplissimo principe &c.*

**I** Oannes Dei gratia archiepiscopus Treuerensis, sacri Romani Imperij per Galliam & regnum Arelatense Archicancellarius, ac princeps Elector, vniuersis & singulis quorumcunque monasteriorum cathedralis nostræ, & collegiarum, parochialiumque ecclesiarum Abbatibus prioribus, præpositis, decanis, etiam ruralibus diuinorum rectoribus, curatis & non curatis, aliisque ecclesiasticis personis ciuitatis & diœcesis nostræ Treuerensis, Salutem in Domino.



**V** m olim Christum in carne ambulantem, & verbum Dei seminantem, se veritatem appellasse non ignoremus, certò persuadendum nobis erit, per ipsissimam illam veritatem nos falli minimè posse, quum eius præsentia nos quotquot in hoc cœtu sacro ad Euangelizandum bona, & exterminanda mala compereant, spiritus sui chrismate illuminatura sit. Ait namque: Vbi duo vel tres in nomine meo congregati sunt, in medio eorum sum. Huic ideo veritati tanquam sacre ancoræ innixi, non modò seculo nostro licet turbulentissimo, sed & posteritati consulere volentes, quædam pudenda atque scæda, neque vllò modo ferenda in clero flagitia, vt est concubinatus, scortatio, & similia, de quibus ordine inquiretur, Synodico hoc decreto insectari, castigare, denique excindre secundum inuectas olim canonicas sanctiones seuerè statuimus, mandamus, atque per præsentis decernimus. Deinde refractarios atque pertinaces præsentis seu futuros, canonum cæsuras, & reformationis pœna, synodi autoritate freti, iuxta delictorum genera, magnitudinem atque sceditatem, coercendos atque puniendos demandamus. Ita enim legum & canonum seueritatem veriti, admissorum pœnitentia peracta, Deum timere & amare, & ab iniquitate sese auertentes, honesta viuendi exempla esse cõsuescent. Cæterum quando ingluuies, vini que intemperantia non paucos obnoxios habet atque delectat quo vitio cum omnes tum clericali ordini initiati, Deum grauitè offendunt, ideo nobis & sanctæ synodo visum est huic turpitudini ante omnia, vt potè multorum malorum fonti, medelam adhibere.

*De clericorum temulentia.*

**P** Orrò ebrietas, vt palàm est, insignium flagitiorum incitatrix ac scaturigo, quæ in commestationibus & conuenticulis dominatur, ecclesiasticum gradum summa cum turpitudine passim infamauit. Quòd perpendens Reuerendissimus Dominus noster, quam tetrum & abominabile sit cum in prophanis tum in sacerdotibus vitium, quæque periculosum, rixis nimirum, cædibus atque vulneribus scatenens, quòd confessionum arcana sæpe effudit, iudicium mentemque peruertit, in quascunque denique libidines, pecudis instar ratione priuatum, impellit atque exagitat: ideo huic sceditati dedito ecclesiarum ministros reuerendissima illi paternitas, vna cum præfati synodo, ab officiis, curis, & ecclesie muneribus remouendos decernit. Quid enim inhonestius, quam vno asfidè madidos eiusmodi belluones animarum curæ

præesse, de quibus Propheta dicit: Væ sacerdoti & prophetae præ ebrietate erranti, & nunquam iudicium aspicienti. Formidabilem nanque in eos statuit pœnam Evangelica tuba, nisi (Iohes Propheta monente) fleuerint atque ululauerint, ex inopinato diuidedi à sobriis, vt cum hypocritis, exitij æternæque damnationis partē sortiantur. Quare ad sobrietatem cum omnes tum præcipuè ecclesiæ seruos, qui luminaria mundi, & sal terra sunt, vnà cum Paulo, reuerendissima illius paternitas inhortatur, vtque temulentiam, in qua luxur est, deuinent, obnixè precatur. Caterum qui turpiter illi vitio indulgent immorigeri, ab officiis & beneficiis, vt dictum est, ecclesiastica censura & Synodi autoritate primum suspendit: deinde si etiam impudenter detestandæ consuetudini, & dictu pariter ac visu fœdissimæ, vltèrius in hæserint, omnibus honorum gradib⁹ exutos, ad quadrupedum sortem, quæ natura prona atq; ventri obedientia finxit, maioribus suppliciis affectos, statuit abiiciendos.

*De eorumdem concubinato.*

**H**ic verò alia succedit & penè granior offensionis macula, illicitus sacerdotum & diaconorum concubitus: qui quantum iam inde ab initio apud omnes fidei catholicæ cultores, consecratis hominibus pepererit inuidiæ, atque conseruati odij, vix dici potest. Audemus tamen ingenuè fateri, nullam aliam labem ebrietate & concubinato vulgi oculis acerbis offendisse, maiorèque causam dedisse scruendi ac murmurandi contra ecclesiæ status. At etiam illud negari non potest, quòd præter euidentia sacrarum literarum testimonia, præter canonum vbique castimoniam iniunctis inculcantium decreta, etiam ipsa ratio quodammodo loquitur, ecclesiasticum hominem, qui diuinis legibus scite & animarum saluti obstrinxit, castitatem sectari oportere. Quomodo enim aliàs, iuxta Pauli admonitionem, præstare possemus vt adhæreamus Domino absque vlla distractione? Cum enim corpus nostrum templum sit habitantis in nobis spiritus sancti, quem habemus à Deo, & nostri negamur esse iuris: qua ratione fieri potest vt sine Dei iniuria in alterius redigamur potestatem? Siquidem etiam maritus proprii corporis ius non habet, sed vxor. Quid igitur iuris nunc Spiritum sanctum in ecclesiæ seruis habere dicemus, qui corpus suum, scorti per illecebrosam concubitum fecerint membrum? Hæc nimirum sollicitè pensulantes, visum fuit nobis, ac toti synodo, non obstante priori contra concubinos mandato à nobis emisso, de integro admonerè, ac illos per Christum rogare, vt qui hæcenus castitatis vota non violauerunt, studeant ad vltimum vsque terminum vitæ incomparabile bonum ne amittant: memores quòd agnum immaculatum quocunque ierit, comitabuntur.

Caterum quicunque carnis imperio, quo nihil potest huiusmodi accidere indigni, vinci se passim sunt, conspurcati; per exosam Deo impudicitiam membris, in contumeliam sacrorum mysteriorum abuti non verentur, illis nimirum, abactis eiusmodi incontinentiæ latrinis, piè consulimus (quoniam Deus benignus & misericors est) vt secundum huius sanctissimæ Synodi decretum, se ad integritatem totos conuertant, pœniteant, culpam deprecantur, erroris sui veniam apud Deum & homines consequantur.

*Deploratorum pœna.*

**Q**uando tamen hæc pœnis, vt verisimile est, quosdam adeo peruasit, ac ita in totum labefecit, vt per quàm exigua spes sit, à fornicationis maculis vel diuturnitate temporis, vel Reuerendissimi gratia tanquam mitiori medicina elui posse: in illos igitur primum diuinæ vindictæ metu, deinde synodi huius censura eius paternitas decernit, vt simul atque huiusmodi in libidinis cœno voluari deprehendantur, illico mandati contra concubinos editi vigore, omnibus ecclesiæ bonis spoliarentur: scorta verò, aut de impura consuetudine illorum nomine suspectæ, longissimè ab irretitorum miserèque captorum ædibus, synodi virtute, firmèque Reuerendissimi autoritate pellantur.

*De concubinis ad parentes redire volentibus.*

**S**i qua verò abiectionum, si ita res fert, in eadem parochia in qua ministrum altaris adglutinata fuit, hereditariam domum habeat, ea ne ob decreti vigorem priuata animum despondeat, & ad desperationem adigatur: Reuerendissimus noster vnà cum synodi autoritate permittit vt ad suos parentes conuigret, & de priore conuersatione pœniteat, omnèque antea vitæ infamiam constanti pudicitia in posterum seruata abstergat.

*De relabentibus.*

**P**orro si qui aut ea qua dictum est causa remanentes, aut extra parochiam relegate, concubinarij euidentibus iudiciis & fide dignis testimonijs clam seu palàm reuississe adiisseque conuicti fuerint, illos communi nostra & synodi sententiâ, ipso facto ab officiis & beneficiis cecidisse, & iisdem priuatos esse decernimus. Præuatices verò, vt capes ad vomitum reuersus, dignis censuris extra hæreditarias ædes exterminandas edicimus.

*De fortilegis sacerdotibus & laicis.*

**Q**ui verò auguria & sortes tractant, siue sacri, siue prophani, aut diuinationibus & incantamentis vacat, quibus sanè studiis Dei cultus deseritur, & ad dæmonum fallaciumque spirituum præstigias confugitur, illos quotquot officiales attentè inuestigatione deprehenderit, canonico anathemate, nisi à damnatis diuinitus erroribus ad legitimum Dei cultum illico admoniti animum atque mentem reuocauerint, non modò non ferendos reuerendissimus vnà & synodi senatus declarat, sed per officiales in vincula quoque, conuictos decernit, quousque dæmonum, magistrorum videlicet suorum, susurris ac illusionibus liberentur.

*De apostatis.*

**V**erum vt nullus facinus turpe sine Cacodæmonum instinctu admittitur, ita etiam religiosa professio, illius inspiratione in omnibus penè prouincijs à quibusdam votorum sanctorum oblitis, nulla de causa, est violata. Isti quidem pro nihilo duxerunt, postquam ad dominicum altarium manum apposuissent, non respicere tantum, sed & turpiter damnare, in seclari, & quibus possent conuicijs profcindere omnè quæ professi sunt aliquandiu antea vitæ rationem. Cum igitur tales qui spretis votis, proiectis cucullis, ac religiosa in totum deserta vita, ad seculum sese retulerunt, passim etiam in Treuerensi diocesi vagari, ac libidinum nexibus ad ecclesiæ offendiculum inuoluti reperiantur, Reuerendissimus Dominus cum cõgregatis patribus nefas esse putauit, nisi præsentis synodi decreto, vtriusque

que sexus apostata ad propria monasteria, habita singulorum iusta ratione aggregentur.

*Contra apostatarum patronos.*

**V**erum enimvero nonnullam quibusdam ex illis præbuit fortasse ad desertionem occasionem, refugij quorundam patrocinium, quo quasi tecti, ecclesiasticam se censuram euitare posse confiderent. Ideo reuerendissima gratia sua, huius synodi suffragiis adiuta, sub censuris huic negotio idoneis ac suo tempore specificandis, omnibus Treuerensi diocesi subiectis, cuiuscunque status & præminentia extiterint, mandat ac præcipit ne posthac tales apostatas recipere, fouere, tueri, aut animarum curis præficere, vllamve in ecclesia prouinciam illis committere præsumant. Quin etiam potius, ne se alienis præuaricantium sordibus coinquent, illos admonitos esse de paterno affectu desiderat, vt hætenus contra ecclesiæ decreta defensos, ita pro viribus ad professionum repetitionem reditumque adhortentur, ad quem reuerendissima eius gratia propensis, & auxilium & opem, & restitutionem benignam, præuicia pœnitentiæ, misericorditer promittit.

*De iis qui contra votum solenne præstitum, concubio sese alligauerunt.*

**P**ostremò quia pontificum & occidentalis ecclesiæ ordinatione iam olim diuinitus constitutum est, vt rite consecrati vtriusque sexus homines, quò corpore & animo iugiter Deo inseruiant, non tantum in suis conuentibus castimoniam colerent, sed etiã si forte de suscepta toleniter professione, aut errore seducti, vel intemperantia incitati defecissent, neutiquam contrahendi matrimonij ius haberent, atque adeo communi id apud omnes consuetudine receptum fuit, & canonicis & ciuilibus legibus, de vano & incestuoso talium coniugio satis superque est proditum. Nam proli quoque si quæ sustulerunt tales, legibus successione esse interdictum tenentis. Ad tollendum igitur eiusmodi vitium matrimonium, suo ac patrū decreto Reuerendissimus Dominus noster decernit ac strictè mandat, vt quocunque loco in diocesi sua, aut sub quacunque ecclesiasticavel prophana ditione monachi, moniales, aut alijs sacris ordinibus initiati, nuptiali fœdere copulati delitescant, ab officialibus prehensi, suis impensis, sibi velut ordinario præsententur: vt ex his proditi qualitate alij castigati, alij monasticis disciplinis emendati, exemplo sint posteritati, vt ab enormi scelere caueant. Porro reipsascentes, & ad ecclesiam matrem redire vltro volentes, quatenus ad rei publicæ Christianæ vtilitatem spectare cognouerit, placabili & propenso animo, vt oues proditas & filios prodigos Reuerendissima illius gratia recipiendos pollicetur.

*Ordinum explorationes.*

**F**erunt autem examinationum capita, quæ verè Evangelicos fructus producant. Quæ situm enim est, num essent fastu turgidi quidam? num superbia inflati? aut libidinum illecebris inescari (qua scabie monastici plerique ad bonorum virorum naufragam vsque sunt infecti) qui diaboli imperio magis quàm Christo parent? Deinde, an temperantiam, humilitatem, patientiam, cæteraque virtutum monasticarum arma, contra vitiorum imperum, vt milites Christi decet, parata haberent? & an vt alij idem conarentur, sedulo prædicarent? Et si quid forte turbu-

lentum odiosumve inter confratres subortum, num etiam vt sopiretur, tanquã pacis boni amatores, collaborassent? Ad hæc, an (quippe monastici viri) præcipuam nauarent operam, ne cultu tantum foris, atque composito ad pietatem corpore (id quod maior pars satis esse ad pietatē indicat) sed intus in pectore virtutum thesaurum, & religionis veram imaginem circumferrent? Deinde an horis decantandis, orationibus fundendis, atque ieiunijs stato tempore strenuè vacarent? Num hospitalet essent? num peregrinorum, pauperum & pupillorum curam subirent, proprijs honestisque ad hoc cõparatis ædificijs, tum cõpetenti supellectile adiecta? Quod inter extrema quidè monasticæ vitæ opera minimè ponitur: quoniam in hoc tot tamque ampli redditus sunt piorum hominum liberaliter congesti. An postremò ea omnia quæ sanctimoniam cõmendarent, grauius singuli suis fungendo probè tanquam coram Deo officijs prosequerentur? nam ea est Dei voluntas.

\*liberalitate  
\*grauiter

Ad hunc autem modum, monastici ordinis patres compellati sunt: quò quid religionis disciplina, verusque Dei cultus exigeret, in memoriã prolixius reuocare, & manum iuxta synodi præsentis decretum operi adhibere possent.

Tandè, ne quid præteriretur quod ad celebris synodi absolutam rationem pertineret, gratia reuerendissimi, metropolitanæ Treuerensis ecclesiæ, cæterorumque collegiorum cum superioris tum inferioris diocesis egregios nobilesq; præpositos, decanos archidiaconos, aliosque prælatos (quorum omnium cura & exemplis publica salus continetur) benigniter atque gratiose rogauit, vt & ipsi qui lucernæ essent in domo Dei, ita sese cõpararent, vt virtutum veros & æternos radios subditorum oculis inferre possent: nam dubium nulli esse, si quorū id maximo interesset, tum ob generis splendorem, tum propter ecclesiasticæ dignitatis eminentiam, sese tales præstarent, quales haberi & esse cuperent, fore vt inferioris hominum ordines, bonorum exemplis cõmoniti, ad virtutis pietatisque studium ardentioribus animis raperentur. Quare ante omnia bonis operibus, beneficentia, sobrietate, modestia in sermone, cõuersatione, atque mutua charitate diuites atque locupletes fieri studeant, bonaque studia promoueant. Eque nimirum diuitiæ, immortalitatis gloriam merentur: quando cæteræ quidem res omnes, occupationes atque studia nihil quicquam solidæ beatitudinis merentur. Sed hæc reuerendissima illius gratia ad morum qualemcunque institutionem satis esse putauit. Quod verò ad grauiora incommoda euellenda maximè requiritur, illud ordine quo sequitur, propositum fuit.

\*commoti

In primis reuerend. Dominus noster à singulis certiorè se fieri postulauit de hæreticis vsque in tota sua diocesi palàm aut abstruse versantibus, vel in monasterijs siue collegijs aut agrorū vicis delitescētibus. Deinde audire quoque à singulis iudicio facto postulat, si vsquã inueniantur qui catholicam religionem eiusque sacros ritus oppugnãt. Tū eadè obediendi religionem, paternitati suæ pastores insigniter illiteratos nominatim patefaciãt, & illos qui ecclesiæ doctrinã adulerant, aut sacramenta perperam administrant, aut vitam pecuinã bonis odiosam ducant, manifestè, superpresis minimæ prælatorum cuiuscunque ordinis nominibus, qui aliqua huiusmodi nota fuerit cõspersi.

In summa, quia ecclesiam Dei grauem maculam rugamque habere non oportet, quã episcopi vigilã-

tia tollere posset: ideo vsurarios, simoniacos, aleatores, percussores, violentos, iniuriatores ac cōtumeliosos, calumniatores, ad hęc ecclesis census denegantes, aut æditum perniciosum agentes, calamitatem egentium floccipēdentes, quive peregrinos de monasteriorum xenodochiorumque limine arcent, aut quoquo modo ecclesiasticam libertatem corrodunt & opprimunt, necnon alia, cuiuscunque sint classis, dedecora admittunt, eos omnes Reuerendissimus sibi indicari nominarique petit, quò cuiusque defectui idoneo auxilio posthac mederi possit.

Archipresbyteri verò, qui & decani rurales appellantur, quum ad synodi confessum admissi sint, etiam & compastorum & sui ipsorum officij, rationem reddere Reuerendissimo Domino nostro iubentur: quandoquidem ad eos pertinet, publica subditorum delicta corrigere, animarum curæ consuleri, omnes pura verbi Dei doctrina pascere, miseros atque calamitosos consolando sustentare, ecclesiæ in omnibus præesse, denique ipsos sana viuendi exempla verbo & opere exhibere, quod qui faciunt, eos duplici honore dignos Apostolus indicat. Nam turpissimum Ethnicus esse censet, committere quod doces alios non esse comittēdum. De iis igitur, tum etiam de aliis sacerdote dignis curis, respōdere suæ reuerendissimæ gratiæ debent: quò cognoscat illorū in administrandis officiis integritatem. Eo sanè nomine bonis ac lubēter parituris, gratiam & laudem referri: malos verò & reprobos, cuiuscunque conditionis fuerint, ignominia & pœna posthac ecclesiasticæ censuræ vigore affici imperabit.

Porro autem vniuersis ordinibus, eo quo propositum est modo ad rogata responsuris, Reuerendus Dominus Treuerensis ipse præfedit, ac coram duobus notariis responsa accipientibus, omnium & singulorum quæstiones, accusationes, examinationes & dubia, magna diligentia & labore auscultauit atque inquisiuit: nihilque prætereūdum putauit, quod ad subditorum obedientiam, cōmunem vitæ emendationem, & Dei honorem, ac ecclesiarum vsus speçare censeret. Itaque triduo molestissima omnino inquisitione iam absumpto, atque patribus, cæterisque statibus qui ex ordine fuerant exploratis, cum omnes & singuli omnia sancta, pia, honesta ac laudabilia promitterent, atque ad communem patriæ tranquillitatem (quæ Dei & eius filij Iesu Christi puro cultu, & viuendi integritate facillè paratur) concordibus votis conspirassent, scēq; vna iam voce Cæsareæ maiestatis reformationi submississent, tandem ad Reuerendissimum Dominum tanquam ad vnicum publicæ felicitatis patronū, omnes ora vultusque verterunt. Precabantur autem vt opem ferret, damna templorum perturbationibus incussa, & ecclesiastica priuilegia partim per vim potentiorum miserè vexata, partim defensionis inopia etiam erepta, resarciat, atque in integrum sua amplitudine restituat. Et enim proditum esse sacris literis (neque id reuerendissimam gratiam eius ignorare) neminem suis militare facultatibus, & præceptum esse, vt qui seruiret altari, etiam de altari vinceret: quod quidem per augmentum factum foret, si ecclesiæ libertas, si prouentuum integritas conferuatur incolumis.

Postremò & illud patres orabant, vt illius reuerendissima prudentia, præcipuam curam expenderet, vt officarios passim præficeret orthodoxæ fidei tenaces: nam illis vitiatis, Apostatarū perniciofa dog-

mata, illorum dissimulatione gliscere.

Postquam hæc patres & piè & sincero animo locuti essent, reuerendissima eius gratia, prout debuit, omnium in religionem affectus vnicè comprobauit. Deinde petitiones, quantum per ætatem liceret, ac diuina gratia adspiraret, sibi in primis & semper curas futuras promisit: neque dubitarent quin reip. suæ felicitati, cuius salutem diuinitus commendatam sibi esse sciret, ita prospiceret, vt omnia illi aduersantia impedimenta, incommoda atque offendicula, prout notariorum summa cura & fide, accedente omnium consensione excepta essent, saniorum executionum telis, à reuerendissima sua gratia confossa, excisa, penitusque sublata, aliquando cognoscerent.

*Mandatum contra concubinarios.*

**I**oannes Dei gratia sanctæ Treuerensis ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Romani imperij per Galliam & regnum Arelatense Archicancellarius, ac princeps Elector, vniuersis & singulis cathedralis nostræ, & collegiatarum parochialiumque ecclesiarum abbatibus, prioribus, prepositis decanis, tum ruralibus diuinorum rectoribus, curatis & non curatis, aliisque ecclesiasticis personis ciuitatis & diocesis nostræ Treuerensis quibuscunque coniunctim aut sigillatim, qui synodo nostræ episcopali de iure aut consuetudine interesse consueuerunt & tenentur, Sal. in Domino sempiternam.

Perluasum habemus, exactis iam aliquot diebus omnium reformandæ vitæ formam, ecclesiasticis vitis à Cæsarea maiestate commendatam, atque à nobis publicatam, penitus perspectam esse. Neque quenquam è vobis existere arbitramur, quem ista tam salutaria non eluendis tantum ecclesiæ nauis, sed atrocibus etiam atque perniciosis in religione contagionum vlcibus repurgandis, pharmaca diutius latere possint. Et quum nō pauca neque eadem contemnenda animorum vitia, atque morum pestes in ecclesiastico corpore grassari cernantur, que properam atque citam sanationem deposcunt: idcirco auxiliatricem manum diutius differre non licet: sed quod lædit, canonico ense excindendum est, ne pars sincera trahatur. Quare cum animum aduertimus, & causam querimus, cur plerique ecclesiæ ministri, & verbi Dei dispensatores, cæterique de altari viuentes, hac nostra tempestate non modò contemnantur à plebe, verum etiam in odio iam diuante fuerint, nullam aliam euidentiore rationem reperire potuimus, quàm vitam eorundem, à connubiali indulgentia nihil distantem. Quæ sanè culpa vt in primis diuinarum rerum tractationi plurimum officit, ita etiam ecclesiæ Dei illiusque seruis contemptum odiumque haud mediocre parit. Quod quidè vitium vbi cognouimus in nostra diocesi passim temporum licentia officialiumque incuria, vt zizaniam agrorum, neglectu succreuisse, falcem factorum canonum, cōstitutionemque veterum patrum, tum ipsius quoq; Cæsaris reformationē, ac synodi nostræ que auctoritatis censurā, ne posthac amplius crescat adhibendā esse celsimus: atq; illud quidè hoc eodè mādato factū esse volumus: quanquā deinceps sepius facturi sumus: præsertim cum intelligamus nihil æque dedecore hominē diuinis rebus militatē, quàm ea que carnis sunt sectari. Quare etiam nunc vobis edicimus, quotquot hanc tum ecclesiæ tum vobis ipsis

ignominiosam notam contraxistis, qui quidem sacris initiati estis, mandamus atque præcipimus, nullo ecclesiastici ordinis gradu aut statu excepto, vt intra nouem dies vos ab omni concubinato, imò concubitus atque incontinentiæ suspitione omnino abdicetis, procul de domibus ac parochiis vestris eiusmodi offendiculi saxa, visis his præsentibus literis exterminantes. Neque posthac vnquam deprehendimini cum suspectis, aut parum continentibus aut ætate petulcis commercium habere. Erunt autem ij nouem dies, in singulas triades peremptoria atque canonica admonitione vobis indulti, quò sit mouendi extrudicende spatium. Quod si quispiam vestrum, vel quicumque illi sint, interea loci à se non segregauerint probrosam consecratis eiusmodi consuetudinem, sed pertinaciter tanquam ad sacrū pergant adhæscere, illi se sciant ab officio pariter & beneficio, secundum dictæ reformationis tenorem, suspensionis sententia, quam hisce in literis in illos ferimus, submouendos, fœminæ autem huiusmodi concubitus infamia conspurcatæ, nisi domibus cesserint, & consueta suspectaque libidinum diuersoria fugerint, sed deprehensæ fuerint iisdem in locis vbi incontinentiæ ludum exercuerunt, à collegiorum locorumque illorum decanis auctoritate nostra excōmunicentur, ac publicè pronuncientur. Ad hæc iisdè prælatis ac decanis seuerè etiā mandamus, vt ad proximè à nobis indictam synodum, rebelles peruicacesque, ac nostro huic mandato morem gerere ultra nouem dies procrastinantes, nobis nominatim proferat, quò possimus iuxta canonicas sanctiones, aut beneficiorum priuatione, aut alio genere pœnæ, aut iuxta reformationis imperialis regulā, ad integritatem, Deo vulgoque minus odiosam vitam obitatos adigere, vt nimirum offensionum causæ à domo Dei quàm longissimè facestant. In fidem præmissorum, præsentibus literas sigilli nostri impressione cōmuniri iussimus. Datum ex oppido nostro Vuitlich die 30. mensis Octobris, anno 1548.

*Executionis commissio.*

**V**erum quia consultationum editorumque finem executione, qua tanquā falce, flagitiorum atque incommodorum noxia seges amputatur, metimur: ideo reuerendissima eius gratia, hac synodo feliciter completa, quod ad reip. vsum, & religionis celerem restaurationem plurimum valet, maturare animum induxit: quo igitur illius successus ad opus statim accomodatus, boni euentus specimen, sanctiorisque imaginem vitæ præberet, postulauit idoneos iuxta & graues de illorum qui conuenerant numero viros commissarios sibi dari, qui religionis offendicula, pacisque impedimenta, & alias dissensionum acerbitates, iuxta decreta ac synodi placita, vigili atque stricta cura omnium nomine persequantur. Hanc reuerendissimi postulationem, tum aliarum rerum corrigendarum commisionem, Reuerendi patres, ne plus operæ sumendum esset, & iam redeundi ad suos expectationem diutius fallerent, ad amplitudinis eius arbitrium atque prudentiam cum humili submissione transtulerunt.

*De libertate ecclesiastica violatoribus.*

**E**t cum sint, qui potentia freti, ecclesiæ iura inuadunt, aut ipsius cleri priuilegia perturbant, bonaque conficta & falsa iuris specie occu-

pant, quorum nefaria studia, oppressorum impotentia & formidine, vnà cum nominibus recitentur: vt hanc ergo tam sacrilegam violentiam, qua hæc genus luporum grassatur, reuerendissimi principis gratia, acerba animaduersione reprimat, singularem commissarium ad istiusmodi hominum inquisitionē decernet: cui sine metu inter visitandum opprimentium nomina designabuntur: atque ita demum à sua amplitudine cogniti, ecclesiæ censuris, canonico & Cæsaris decreto damnati atque puniti, à sacrilego aucupio repulsi conquiescant.

Præterea quando Cæsareæ maiestatis reformatio liberam in ecclesiasticos excessus accusationem laicis, & vicissim in illorum crimina, in synodali confessu clero permittit: ideo illius reuerendissimæ gratiæ visum est, quod ad eum articulum attinet, in sequenti synodo prouinciali vnà cum patribus rei exiti gentia tractare: vbi etiam tum de sacramentorū constanti administratione, deque similibus ecclesiæ utilitatibus, iuxta Cæsareæ reformationis præscriptū, si non maiori, saltem pari diligentia, per Dei adiutorium habebitur ratio.

Rebus igitur ad hunc modum, spiritu Dei duce, per decem dies gestis, & pertractatis, synodi patres, vna cum reuerendissimo Domino Treuerensi obseruata grauibus viris digna modestia, à templo virginis sacro, ad maioris ecclesiæ chororum ordine processerunt: ibique actis per suffraganeum omnibus gratiis, synodū prouinciale ad diem lunæ post misericordias Domini, proximo venturum, Reuerendissimo iubente Suffraganeus indixit.

Recitatum quoque est eodem loco, & clara voce postquam à patribus esset receptum, synodi decretū in calce hic adiectum: quo audito sacra synodus est soluta.

*DECRETVM.*

**Q**vandoquidem honorabiles viri, patres & fratres dilectissimi, nō ignoratis quibus de causis per aliquot dies hic ad vos continuè descenderit Reuerendiss. Treuerensis Dominus, & quo studio quantaque pietate in hac celeberrima vobiscum, Spiritu sancto cooperante, de rebus ad animarum salutem & cōmunem pacem necessariis sedulò tractarit: itaque & vestro cōsilio, atque omnium qui hæctenus interfuerunt fauore, iam sua reuerendiss. gratia eo deductam esse exhaustorum in hoc cōfessu laborum rationem putat, vt nihil dubitari possit, quin ad restauranda religionis mœnia, ad syncerum Dei cultum erigendum, ad effuganda obfcœna hæresum monstra, pulcherrima firmaque fundamenta iacta sint. Quæ quidè multo felicis proximè indicta synodo perficientur, & ad emendationem Treuerensis diocesis perducentur: quod fiet, si pro se quisque huius sanctæ synodi decreta, & Cæsareæ maiestatis edicta, opere & vita præstiterit. Id enim Reuerendissimus Treuerensis Dominus archiepiscopus, hicque sanctus patrum senatus communi auctoritate omnibus faciendum iuxta præsentis decreti vigorem, & pœnarum edicto expressarum censuram statuit, In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.

*Actum in publico Synodi concilio Treueri anno Domini 1548. Mense & die vt supra.*

*Ehb 4 Decreta*



**DECRETUM CONCILII PROVIN-**  
cialis Treuerensis, presidente Reuerendissimo in Christo  
patre ac Domino, D. Ioanne archiepiscopo Treuerensi,  
sacri Romani imperij per Galliam & regnum Arela-  
tense Archicancellario, principe Electore & c. celebra-  
ti anno Iesu Christi 1549.

**I**oannes Dei gratia sancta Treuerensis ecclesie  
archiepiscopus, sacri Romani Imperij per Galliam  
regnumq; Arelatense Archicancellarius, & prin-  
ceps Elector, ad perpetuam rei memoriam.

**R**em omnino non nouam aggredimur,  
neq; per viam insolitam ambulamus,  
verum & orthodoxorum patrum &  
predecessorum nostrorum vestigiis tri-  
tam ingredimur, sincero corde sem-  
per affectates, vt vniuersum clerum &  
gregem nobis commissum, vsquequaque lustremus  
& contemplerur, atque salubris studij vigilantia in  
hoc sedulo incumbamus, vt eam more boni pastoris  
(quantum nobis ex alto conceditur) pura & sana Euā-  
gelicæ veritatis doctrina pascamus & reficiamus: vt  
cum vniuersalis & tremendi iudicij tempus ingru-  
erit, & pastor ille pastorum gloriosus in maiestate sua  
apparuerit, ad cuius laudem hanc nostram functionem  
obire cupimus, de muneris impositi administratio-  
ne cum lucro & ex voto respondere valeamus. Hac  
igitur occasione prouocatos nos & diligens cura &  
paterna sollicitudo extimulat, vt circa nostrorum sub-  
ditorum statum, & vitam probe instituendam, in defesso  
studio ac labore aduigilemus: vtq; ex hac animi no-  
stri promptitudine, ipsis piarum rerum cultus in dies  
magis ac magis crescat pariter ac placeat: ipsorum one-  
ra & grauamina, pro huius temporis iniquitate, inter  
manus in morem Hydræ nascuntur, imminuantur,  
cessent, finiuntur, tollantur, atque tranquillitatis &  
pacis optatus portus velut in alto nauigantibus ape-  
riatur. Id quod tum demum recte consequi credimur,  
cum sinistris euentibus viam præcludimus, vitiorum  
& malorum materiam refecimus: & noxia dissuaden-  
tes, ad optima quæque promouenda animum appli-  
camus. Quapropter horum nostrorum statutorum  
editione, tum antiquorum renouatione & explana-  
tione, tum pœnarum cõminatione, impios & ortho-  
doxæ ecclesie hostes ab infelici suo proposito deter-  
reamus & depellamus, vt in quibus virtutis zelus &  
ardor ad emendationem nihil proficit, eos saltè ho-  
nestæ disciplinæ seueritas atq; pœnæ rigor retrahat  
& coerceat. Sane quondam felicitis recordationis Bal-  
duinus archiepiscopus Treuerensis & alij predeces-  
sores nostri, pro subditorum vtilitate, pro libertate  
ecclesie & ministrorum eius, quam plurima statuta  
synodalia & prouincialia non minus vtilia quàm ne-  
cessaria ediderunt, promulgarunt, publicarunt, &  
pœnarum adiectionibus, prout opportunum visum  
fuerat, prouidè & consulte vallarunt. Quæ nos om-  
nia de consilio & consensu capituli ecclesie nostræ  
metropolitanæ Treuerensis, & nunciorum seu pro-  
curatorum aliorum Reuerendi Domini Nicolai epi-  
scopi Virdunens. & nunciorum seu procuratorum  
Reuerendissimi Domini Ioannis Cardinalis de Lo-  
tharingia, administratoris Meten. & Reuerendi Do-

mini Tonsani Episcopi Tullen. Suffraganeorum no-  
strorum, in præsentì Concilio prouinciali congre-  
gatorum, quatenus per infra statuenda expressa non  
fuerint reuocata & cassata, approbamus & innoua-  
mus, atque in suo robore permanere volumus, & ea-  
dem antiqua statuta prouincialia, atque ea noua quæ  
nos in præsentì Concilio pro temporum ac rerum  
necessitate statuimus & ordinamus, vt per totam no-  
stram prouinciam Treueren. firmiter & inuolubili-  
ter, prout statuuntur, publicentur, teneantur, & ob-  
seruentur, firmiter decernimus.

*De fide orthodoxa catholica & Apostolica ecclesia si-  
deliter & firmiter tenenda.*

**V**ando vera in Iesum Christum fides,  
fundamentum est & petra illa de qua  
Saluator noster dixit, super eam ædifi-  
candam esse ecclesiam suam, aduersus  
quam inferorum porta nunquam pre-  
ualitura essent (præualerent autem, si  
ecclesia errare perniciose posset, aut docere noxia)  
fateri oportet ecclesiam in fide & veritate radicam  
& fundatam, errare non posse. Nam & in confesso  
est, testantibus nimirum sanctæ ecclesie patribus,  
ac se ipsa clamante, Christi Apostolos Petrum &  
Paulum, Dei sanctum Euāgelium in sanguine quo-  
que ipsorum signatum, Romanæ ecclesie reliquisse,  
atque in illius fidem ecclesias omnes quæ vbiq; sunt  
fideles in orbe terrarum, religiose conspirasse, atque  
societate sacramenti confederatas & coniunctas ef-  
se. Itaque cum nos per Episcoporum successionem  
perpetuè continuatam ea fides peruenerit, non du-  
bitamus hanc vnam eandemque esse, atque adeo ve-  
ram fidem, quæ ab Apostolis ipsis in veritate est tra-  
dita, & vsque nunc religiose semper custodita, & in  
catholica ecclesia semper conseruata. Nihil proinde  
aliud credendum, tenendum, aut docendum est,  
nisi quod sancta Romana tenet & docet ecclesia, o-  
mnium consentientium ecclesiarum mater & ma-  
gistra. Eum verò qui à fide catholica & Romanæ  
ecclesie recedit, necesse est à veritate & capite defi-  
cere. Hortamur itaque & in Domino obtestamur o-  
mnes & singulos clericos & laicos nobis metropo-  
litico iure subiectos, vt tenaciter & indiuisse ad-  
hæreant non solum his quæ in diuinorum eloquiorum  
canone expressa sunt, verum etiam his quæ ecclesia  
sancta catholica habet, & cum omnium orthodoxo-  
rum consensu probata & recepta sunt, neque vlla ra-  
tione aut persuasione à veritate fidei, ecclesie, & Eu-  
angelij quod acceperunt, & in quo stant & saluatur  
omnes gentes, auelli si pariantur, sed in eo quod ha-  
bentus pie & recte docti sunt & crediderunt, perma-  
neant.

*De predicatoribus verbi, quos missus  
esse oportet.*

**H**oc habet Apostolica ecclesia, vt nullus nisi  
missus prædicet. Sic Christus non nisi mis-  
sus prædicauit, ipso apud Esaiam testante, Spi-  
ritus Domini super me, eò quod vnixerit me, ad Eu-  
angelizandum pauperibus misit me. Neque item  
ipsum præcurator, de quo scriptum est; Fuit homo  
missus à Deo. Sed nec Apostoli hoc fecissent, nisi  
mandato à CHRISTO accepto: Ite, ecce  
ego

ego mitto vos. Proinde nos Euangelicæ & Apo-  
stolicæ regulæ innitentes, statuimus & præcipimus  
ne quisquam posthac, etiam quamcunque religionem  
professus, publicè prædicare presumat, nisi ab episco-  
po ordinario vel eius vicario admissus fuerit. Et si  
quis etiam religiosus apostolicæ sedis priuilegio ni-  
tatur, tenebitur nobis aut Officialibus aut vicariis  
nostris de hoc fidem legitimam facere. Laicis verò  
prorsus interdiximus ne prædicandi officium vsur-  
pent, aut occulta conuenticula faciant, & sacerdotum  
simplicitatem eludant. Et si forte necessitas postu-  
let vt sacerdos tanquam inutilis & indignus à cura  
gregis debeat remoueri, seruato ordine iuris de hoc  
agendum est apud episcopum, ad cuius officium iam  
desstitutio quam institutio sacerdotum pertinere di-  
noscitur. Omnes verò & singulos aliter quam præ-  
missum est, publicè vel priuatim prædicationis offi-  
cium vsurpare præsumentes, presentis statuti rigore  
excommunicationis vinculo innodamus. & excom-  
unicatos declarari publicè mandamus. Et nisi resi-  
puerint, alia competenti pœna à nobis aut nostris  
Suffraganeis vel locorum ordinariis plectendi sunt.

*Non quibus admittendi sunt, etiamsi præsen-  
tati fuerint.*

**Q**uando non parum refert, quis qualisve sit,  
cui alios instituendi & docendi potestas tra-  
dita est: probandi primò & explorandi sunt  
futuri concionatores, à quibus & quomodo instru-  
cti sint: ne peregrinis fortè & hæreticis doctrinis im-  
buti, non satis perspecti recipiantur in ouile Christi,  
ad grauem dominici gregis perniciem. Attamen non  
tam eloquentiores quam sapientiores, neque tam ar-  
gutiores quam meliores eligendi sunt, modo gregi  
sana doctrina pascendo non sint prorsus inidonei. Im-  
mò tanto magis aliquoties cauendus est is qui elo-  
quentia pollet, quanto plus ob eloquentiam, dum re-  
ctè dicere & docere existimatur, nocere & fallere  
potest.

*Vocatus & admissus quid pro concione  
docere debeat.*

**M**issi & admissi verbi prædicatores, in hoc  
toti incumbant, vt verbum veritatis rectè  
& bona fide tractent, tanquam dispensato-  
res multiformis gratiæ dei, omisis his quæ à puritate  
Euangelij aliena sunt, vel superuacanea, vel parum  
ædificantiæ: sed nec opinalia ac dubia pro certis &  
receptis asseuerare audeant. Ab apocryphis abstine-  
ant: & quæ ecclesia occultanda esse decreuit, de sug-  
gesto non promulgabunt. Canonicas, aniles, & inte-  
rim obscenas fabulas, & quæ risum moueant citius  
quam lachrymas, propter peccata, populi auribus  
non ingerant. Et omisis odij, inuidiæ, insectationis,  
quæstus, ambitionis, & consimilibus nequam affecti-  
bus, sincerè & pacificè Euangelium pacis annun-  
ciant: mutuis conuiciis se non proscindant, nec alius  
alium pro concione impugnet: sed si quis alterum  
hæresim vel perniciosum errorem, aut aliud quidpi-  
am quod piarum aurium sit offensiuum, dixisse de-  
prehenderit, episcopo aut illius vicario, aut inquisito-  
ri apostolico, vel Officiali loci, ordine etiam serua-  
to euangelico significet. Et cum catholicas traditio-  
nes tanquam arctissima quædam Christianæ religio-  
nis & pacis vincula conseruare & custodire omnes  
ex æquo doceat, neque dubitemus traditiones & cõ-  
suetudines vniuersales, præsertim eas quas per orbem  
tota frequentat ecclesia, ab apostolis in ecclesie si-

num transfusas, vel à generalium sacrorum concilio-  
rum auctoritate profectas, nos ea simili religione,  
qua ea quæ sacræ scripturæ præscribit auctoritas, vt  
obseruentur, doceri omnino mandamus. Quæ verò  
per loca vel regiones nostræ diocesis vel prouinciæ  
variantur, eas quisque obseruet ad ædificationem mo-  
rum & fidei. Ac ne quisquam temere contra eas de  
suggesto rogationem facere presumat, mandamus  
episcopis prouinciæ nostræ, & officialibus nostris,  
vt si qui ritibus ecclesie antiquandis vel nouandis  
priuata auctoritate studere comperti fuerint, in eos  
seueriter animaduertant. Quare qui pascendi gre-  
gis dominici curam susceperunt, ea potissimum do-  
ceant, quæ ad tranquillitatem & piam concordiam  
facere, & ad captum rudis populi accommodata ef-  
se cognouerint: cuiusmodi est simplex explanatio  
symboli, decem præceptorum, sacramentorum &  
cæremoniarum ecclesie, orationis dominicæ. Item  
cohortatio ad pœnitentiam: in qua Christi seruato-  
ris commemorent beneficia ac pœnas nunquam fi-  
niendas, quæ in malo obstinatis paratæ sunt, ob o-  
culos ponant, sed ne misericordiam desperent, rursus  
subleuent ac solentur. Cessantes ac torpentes exci-  
tent: animo delectos in spem erigant. Voluptariis,  
resque mundi admirantibus, vitæ breuitatem, & æ-  
ternos ignis cruciatus subinde ingerant: vt saltem fu-  
turis malis territi, peccare desinant, atque ad melio-  
rem frugem se recipiant: nec non populo omnino per-  
suadeant, non quamlibet fidem qua in deum creditur,  
sed eam demum salutiferam fore, quæ (aposto-  
lo testem) per dilectionem operatur. Ac sic ad bona  
opera sedulo hortentur, & præsertim ad opera mise-  
ricordiæ: patres ac matres familias vt proles & fami-  
liam christianæ educent, grauius & continuè com-  
monefaciant, atque vt adulti consueta & ordinaria  
ieiunia, Quadragesimæ videlicet, & quatuor tempo-  
rum & Vigiliarum, infringere non presumant: ple-  
bem admoneant, vt frequenter, vel ad minus in Qua-  
dragesima, in initio eius vel ante medium ad confes-  
sionem veniant: & si non sepe, saltem in paschate cor-  
pus domini recipiant, siue sint inter Catholicos repu-  
tari, Sanctorum religiosam mentionem subinde faci-  
ant, animosque Christi fidelium illorum exemplis  
incitent, confirmet, & intercessione consoletur.  
Doceant quoque veras sanctorum reliquias reueren-  
ter habendas, Contenti sint euangelia & lectiones  
quibus in dominicis & festis diebus ecclesia vtitur,  
interpretari populo, & ex his sermonem & doctrinam  
ad ædificationem populi formare.

*De cultu diuino diligenter & religiose exequen-  
do deque disciplina Chori  
obseruanda.*

**D**eus etsi spiritus sit, non tamen internis tan-  
tum affectibus fidei, spei & charitatis, verum  
etiam externis actibus colendus & adoran-  
dus est, vt cor & caro exultent in deum viuum. Est  
enim externus cultus signum ac manifestatio quædam  
cultus interni: qualis est laus communis, & oratio-  
nes publicæ quæ per ecclesie ministros ex persona  
totius populi fidelis deo offeruntur, quo alij quoque  
(quatenus per ipsorum occupationes licet) ad lau-  
des dei & gratiarum actione excitentur. Neque e-  
nim ecclesiasticæ melodiæ sua deest energia: id quod  
Augustinus testatur, referens Ambrosium Mediola-  
ni cantum instituisse ecclesiasticum secundum mo-  
rem

1. Petr. 5.

Galat. 5.

Ioann. 4.

Psalm. 83.

Esai. 6.

Luc. 4.

Ioan. 1.

Mat. 10.

rem ecclesiarum orientalium, eumque cultum celebrari ceptum magno studio fratrum hymnos & psalmos canentium: quem etiam cetera ecclesia imitata sunt. Sed & ipse Augustinus quantum ecclesiasticis fuerit canticis affectus, his verbis testatur: Quantum fleui domine in hymnis & canticis tuis, suaue sonantis ecclesiae vocibus acriter commotus: Voces illae influebant auribus meis, & eliquabatur veritas in cor meum, & ex ea aestuabat affectus pietatis, & currebant lachrymae, & mihi bene erat cum illis. Et rursus: Cum reminiscor, inquit, lachrymas quas in primordio fidei meae fudi ad cantus ecclesiae, & nunc quoque commoueor, non cantu, sed rebus quae cantantur, cum liquida voce & conuenientissima modulatione magnam huius instituti vilitatem rursus agnosco, magisque adducor consuetudinem approbare in ecclesia, ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Haec cum ita se habeant, hortamur omnes & singulos clericos, ut omnes pariter conuenienti modulatione, consona denique voce, debitum deo cultum nocturnum & diurnum deuote & religiose exhibeant, & exequantur eo modo, his ritibus & caeremoniis quibus haec nunc vsa est ecclesia, & ut a sanctis patribus est traditus, atque a maioribus nostris obseruatus.

*De horis Canonicis.*

**O**mnes qui horis Canonicis persoluendis deputati sunt, dent operam, ut collectis animis quoad fieri potest, debitum pensum absoluant: nec ita se habeant, ut dum voce psallunt, quiduis potius quam deum animo cogitare videantur, semper cauentes ne propheticum illud audiunt: Labiis quidem me honorant, cor autem eorum longe est a me. Quid autem est, voce quidem psallere, mente autem domum aut forum circumire, nisi homines fallere, & deum irridere? Graue admodum est quod scriptura dicit: Maledictus, qui facit opus dei negligenter. Statuimus proinde, ut laudes diuinae per singulas horas non cursim ac festinanter, sed tractim, seruatis interuallis decentibus, ratione dierum festorum a profectis & intermediis secernendorum, habita, reuerenter & alacriter absoluantur, nequaquam subleuato in altum clamore, ne vel insanire, vel animi lasciuia gestire videantur potius quam seruire spiritus exultare, semper versiculum decantatissimum animo volentes.

*Non clamans, sed amans, cantat in aure Dei.*

**A**udit enim ille vocem cordis, sine qua sonum oris contemnit. Quare videndum est, ut qui spiritu psallunt, & mente psallant.

Cauent item qui aliis occupati negociis extra chorum horas priuatim legunt, ne somnolente, aut truncatis verbis, aut intra fauces compresso spiritu preces demurmurare, vel ut ethnicus quidam ait, rabiosa silentia rodere videantur: sed articulatè, distinctè, disertè & cum attentione integrè omnia pronuncient.

Nequa item occasione in diuersa rapti, desint, officio suo, distinctius prohibemus ne deambulando horas dicant, sed in locum aliquem orationi aptum tantisper concedant, ne mentis euagatio, quae ex tumultuaria deambulatione nasci solet, fructum orationis intercipiat.

Nullus item dum Canonicae preces in templo publice cantantur aut leguntur, audeat priuatim ibidem

aliquid legere, ac ne horas quidem canonicas absoluerit, sed concinat, ac vnà cum fratribus Deum honorificet. Contrarium qui fecerit, tanquam absens habeatur.

*De his qui dum sacra fiunt, per templa vagantur, prophana miscentes colloqui.*

**Q**uicumque tempore quo diuina peraguntur spatium in ecclesia, vel circa eam deambulare, simul & ociosis fabulis vacare comperti fuerint, tanquam absentes pro illo die habeantur. Et si semel admoniti non destiterint, sed pertinaces fuerint, grauiorem subeant poenam, arbitrio praetatorum, aut eorum vices gerentium, infligendam. Quos & ipsos hortamur, imò eis districtè iniungimus, praesertim in metropolitana ecclesia nostra Treuerensi, & in cathedralibus suffraganeorum nostrorum, tanquam insignioribus & frequentioribus ecclesiis, ut nulla ratione patiatur diuina officia quorumcunque colloquiorum, cofabulationum, deambulationum, aut canum, auium, morionum & similibus strepitu, garritu & latratu, siue a clericis siue a laicis perturbari, aut irreuerentia affici. Sed nec ipsi praetati, quorum maximè interest remouere scandala, atque ea quae verbis imperant, facto & exemplo confirmare, in iis sese culpabiles reddant: neque in correctione subditorum suorum negligentes se exhibeant. Et quò nullus in peccatis excusationi locus relinquatur, praesentis decreti tenore in irritum reuocamus & annihilamus omnia statuta, ordinationes, consuetudines & priuilegia exemptionum quibuscunque ecclesiis, militiis, hospitalibus, locis & monasteriis quorumcunque ordinum quacumque auctoritate & qualitercunque concessa, quae reformationi praedictorum abusuum, & correctioni peruerforum morum aduersantur, aut in mora sunt, ut contra personas & loca praedictarum ecclesiarum, ordinum, domorum militiarum, hospitalium, monasteriorum, sine omni exceptione ad correctionem seu emendationem procedi non possit aut valeat. Cuius executio in casu negligentiae, a capitulis ad praetatos, & praetatorum negligentia intercedente, ad officiales vel vicarios locorum, aut eorum superiores deuoluatur.

*Quo tempore quisque in choro esse debeat.*

**M**aiorum nostrorum vestigia sequentes, & auctoritati sacrorum generalium conciliorum innitentes, ut cuncta in domo dei ordinatae fiant, volumus ut in metropolitana nostra Treuerensi & in omnibus cathedralibus & collegiatis ecclesiis ciuitatis diocesis & prouinciae nostrae Treuerensis habeantur duae tabulae, quarum vna habeatur aut ponatur in aut circa chorum, in qua disciplina obseruanda descripta sit: ex cuius tenore satis liqueat quando & qualiter quis horis canonicis interesse debeat. Ad cuius disciplinae obseruantiam praetati cunctos sibi subditos rigore commoneant & compellant. Et si alicubi haec tenore erecta non fuit, aut deperdita, eam rursus erigi & describi iubemus. Secunda verò tabula locabitur & ponetur in sacratio, aut alio loco conuenienti: in qua, quid ab vnoquoque canonico vel alio beneficiato legendum cantandumque sit singulis diebus & horis per hebdomadam, scribatur: & hic negligentiam committens, pro modo delicti corrigatur. Nolumus autem ut sacralia canonicae preces in templis persolvere aut sacra

facere vindemiae aut aliorum negociorum & secularium occupationum praetextu omittant, non obstante quacumque consuetudine: sed ita partiantur onera, ut dum alij temporalia procurent, alij orationibus & publicis precibus vacent. Et si alicubi hoc fieri non potest, saltem hebdomadarius pro tempore, praesentibus aliis quotidie durantibus vacationibus vindemialibus canonicis horas in choro saltem legendo persolvere curabit: ita tamen, ut dominicis diebus, & apostolorum festis, Tertiae, Sextae, Vesperae & Completorium cantentur, & summum sacrum fiat.

Statuimus insuper & ordinamus ut deinceps capitula, actus & tractatus capitulares tantum profectis seu ferialibus diebus teneantur. Sed nec iis, submissa, vespere aut completorio indicantur aut teneantur. Quinimo ut omnes missae intersint, districtè mandamus. In aliis verò si subsit vrgens necessitas, aut euidens ecclesiae utilitas postulet ut capitulum teneatur, decanus indicabit dilationem seu moram capituli & actuum capitularium non carere periculo, & propterea sub praedictis horis tractandum & agendum esse. Et si in his secus actum fuerit, tam indicens, quam interessentes, residentia & praesentis pro illa vice carebunt, quinimò uti absentes his horis reputabuntur.

*De missae officio rite peragendo.*

**H**ortamur ut sacrosanciam illam actionem in qua sacrificium praecipui nostri, corpus scilicet & sanguis Christi veraciter offertur pro viuis & defunctis, summa religione & deuotione sacerdotes peragant, ac quoties datur, sedulo frequentent & celebrent, eo modo & his caeremoniis seu ritibus obseruatis quos haec tenore Romana & occidentalis seruauit & hodie seruat ecclesia.

Dum sacerdos sacrum facturus, in sacratio cum ministris induitur, nemo mihi confabulari praesumat, unde vel ipsius vel ministrorum deuotio interturbetur.

Egredienti sacratio ad altare, vel reuertenti post sacrum, omnes assurgant, similiter & ministris dum sacris induti lecto euangelio, epistola aut homilia praetereunt.

Dum sacerdos sacrum facturus, confessionem ex more praemittit, ministri nequaquam dent operam accendendis luminaribus, aut aliis rebus mentem auocantibus, sed adsint sacerdoti confessionem persequentes, & pro se inuicem ecclesiae nomine orantes.

Veterem canonem instaurantes, prohibemus ne quis sacerdos missarum solemnium publica celebrare praesumat nisi ad minus duobus praesentibus. Quod si in priuata missa commode fieri non potest, ad minus adit vnus, qui respondentis locum suppleat, sed ita, ne sit proles illegitima, quam omnino patre celebrante altari stare prohibemus: multo magis concubinam, si quam habuit.

Et ieiunus quilibet celebret, & velato capite altari assistere, aut ita illud accedere nullus omnino praesumat. Quae & diaconos & subdiaconos obseruare mandamus. Si quis temere contrarium facere praesumpserit, excommunicationis vinculo innodetur.

In missa publica & summa, praefatio & oratio dominica non debent priuatim dici aut abrumpi. Ita & symbolum, Epistola, & Euangelium, integrè, distin-

ctè & clarè cantari debent. Neque ferendum est ut chorus verba sacerdotis vel subdiaconi mox in ipso lectionis vestibulo interrumpens, aspiciatur Graduale, tractum, vel Alleluia, quasi scilicet hoc satis sit si astantes sciant cuius sit lectio aut epistola.

Dum euangelium cantatur in summo sacro, expedit dare signum per campanam, ut existentes in vicino laici, ad eleuationem dominici corporis & sanguinis inuidentur.

In eleuatione corporis & sanguinis Christi, & post, vsque dum cantatur Agnus dei, sileant organa nulla canterur antiphona, neque pro pace, neque aduersus pestem aut mortalitatem, sed silenter pro se quisque, aut flexis genibus, aut prostratis humi corporibus, passionis ac mortis Christi commemorationem faciat, ac redemptori gratias agat pro beneficiis per mortem ipsius largissimè acquisitis.

Statuimus insuper, imò antiquorum patrum statuta innouamus, ut sub summo sacro nulli sacerdotum liceat eodem in templo rem sacram facere, sed priuatas missas antea absoluant, ut omnibus ad publicum sacrum conuenire sit integrum, & chorus plenus & collector pleniorum ac puriorum deo cultum exhibeat.

Et si optare potius quam sperare liceat, adesse quotidie aliquos qui eucharistiam accipiant: volumus tamen ut sacerdotes ad frequentationem huius mysterij & sacram communionem laicos adhortentur nec tamen ideo sacerdotes a quotidiano sacro desistere oportet, quod desint qui cum sacerdote sacra faciente mensae dominicae quotidie sacramentaliter communicent.

Ordinamus praeterea ut per singulas dioceses nostrae prouinciae Missarum solemnium decantentur & legantur prout in missali ordinatio vniuscuiusque diocesis ordinatum est. Et si quam diocesis proprio ordine missalis caruerit, ad modum nostrae Treuerensis ecclesiae missali utetur: neque alicui publice aut priuatim alienis missalibus uti licebit. Idem & de breuiariis obseruari volumus.

*De moderandis feriis.*

**N**umerum festorum creuisse admodum videmus, sed calentem fidelium deuotionem frigescere, eoque ventum esse, ut bona pars hominum omnia festa negligat, idque impune, nec sine ecclesiae dedecore. Pauperes qui non habent unde alant uxorem & familiam, clamant omnem ferè cessationem damnosam sibi esse. Opera precium proinde nobis visum est, festorum numerum contrahere, quo & effrenes coercentur, & aliquid detur necessitati pauperum. Itaque haec festa omnino celebranda esse volumus, & pro pastoralis nostro officio solemniter celebranda mandamus & praecipimus, Dies dominicos omnes, festum natiuitatis Christi, Stephanij, Ioannis & omnium apostolorum, Circumcisionis, Epiphaniae & Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Natiuitatis virginis Mariae, Paschae cum duobus sequentibus, Ascensionis, Pentecostes cum duobus sequentibus, Corporis Christi, Ioannis Baptistae, Magdalenae, Laurentij, Crucis, Michaelis, Omnium sanctorum, Martini, Catharinae, Andreae, Nicolai, Thomae. Et in ciuitate nostra Treuerensi haec festa patronorum, Maximini, Simeonis, Visitationis, Helenae, Paulini, Translationis Materni & Eucharistiae. Et in singulis ciuitatibus, oppidis & parochiis, Dedicacionis festa & patrocinia celebrari mandamus.

mandamus. Cæterum dies Innocentium, Cinerum, Parasceues, Cænæ dominicæ, Sabbati magni, Marti, tres Rogationum, Commemorationis animarum, & omnes dies reliquos stationum quos ecclesia nostra Treuerensis in diebus aliorum patronorum, vel pro specialibus rogationibus ab antiquo introductis, in ciuitate nostra Treuerensi vel eius suburbio obseruatis, vsque in meridiem feruari volumus, ita vt factis sacro, cuique ad labores aut negocia sua redire liceat. Simili ratione in cathedralibus & diocesis suffraganeorum nostrorum: (quibus tamen arbitrium suum in hoc relinquimus) & in aliis locis & parochiis diocesis nostræ obseruanda. Et si quis, siue clericus siue laicus in prænominatis celeberrimis festis, aut in aliis ante meridiem operæ mercenariæ publicè vel priuatim, aut cõporationibus, choreis, ludis, aut id genus lasciuibus & leuitatibus temere & cõrumaciter sese dederit aut immiscuerit, ab Officialibus nostris arbitraria pro modo delicti, etiam brachio secularis auxiliij (si opus erit) inuocato, pœna puniri mandamus. Cætera uero festa, quacunque ratione instituta sunt vel recepta in foro libera facimus: in choro uero & ecclesia eadem festa, prout ab antiquo obseruata sunt, deuote celebrentur: ita tamen, vt historiarum & lectiones parum probatæ omitantur.

Et cum potissimum hac de causa indictæ sint feriae, vt festos dies in dei laudibus, & gratiarum actione, ac audiendo uerbo dei populus tranfigat, curent nostrarum diocesis & prouinciarum, ciuitatum, oppidorum & locorum magistratus & rectores, vt populus prænominatis diebus festis uerbum dei deuotè audiant, & diuina frequentent: neque tempore diuinorum & præsertim hora qua concionatores uerba faciunt ad populum, patiantur ciues uacantes ociosis fabulis in foro stantes.

*De religiosis monachis & monialibus.*

**R**eligiosos uarij nominis & regulæ simul & pia loca, sancta Romana ecclesia benigno fauore semper prosecuta, specialibus gratiis, priuilegiis, immunitatibus & exemptionibus decorauit: ea omnia nos per nostram diocesis & prouinciam nostram Treuerensem nullatenus imminuere, sed magis illibata conseruare, & quatenus aliorum iure saluo possumus, augere & extendere in uotis habemus & intendimus: sed ita, ne sub ouina pelle gregè dominicum truculentia lupi rapacis inuadat, sub pietatis imagine uirus hæreticæ prauitatis obrepit, & sub prætextu conuersationis euangelicæ spiritus malignus illudat. Cuius rei gratia, præter singulorum ordinum ab ecclesia receptorum regulares institutiones, (quas tanquam salutaris ab omnibus & singulis prout illos respectiue concernent, obseruari mandamus) uarij canones editi sunt, à quibus (quod dolenter referimus) si non ab omnibus, neque in omnibus, à plerisque tamen & multis declinatur, non solum in propriæ salutis discrimen, sed & in religionis opprobrium, & plurimorum fidelium scandalum, sed & in illius cui suam integritatem spontanea uoluntate deuouerunt, grauem offensam. Quapropter quæ in iis ab ecclesia & prædecessoribus nostris sanctè & canonicè statuta sunt, vt inuolabiliter ab omnibus obseruentur, seridè mandamus & præcipimus.

Et inter cæteros abusus reformandos curent prælati, abbates, priores, guardiani, simul & monasterio rum uisitatores, & alij quocumque titulo nominen-

tur, ne aliquis ante decimum quintum annum ad probationis annum admittatur.

Item ne quis anno probationis non completo ad professionem recipiatur,

Item receptis sic, præceptores idonei deputentur qui eos in regulari obseruantia & diuinis officiis non minus quam in literis, & econuerso, instituunt & forment.

Ad sacros ordines suscipiendos, non nisi ætate & scientia sufficientes repræsentent.

Item idonei ad iussum superioris sui, excusatione legitima cessante, se faciant promoueri.

Quòdque gratis singuli ad professionem recipiantur, nullo accepto præcio, nec aliqua facta conuentione, & ne hæc sub prætextu paupertatis pallentur districtè inhibemus.

Non patiatur abbates, priores, abbatissæ aut priorissæ, vt suorum monasteriorum monachi aut moniales, honestatis habens & monachali modestia laxatis impudenter se secularibus negociis inuoluat, aut extra monasteriorum septa deambulent, uagentur, & discurrant: & si qua inuitabilis necessitas intercedat, quod tunc nullus egrediatur nisi honesta subit causa. Et tunc non nisi de expressa licentia superioris, & cum habitu decenti, & honesto socio.

Cæteris canonibus de uestitu, cibo, peculio, officio, capitulis, uisitoribus & correctione monachorum promulgatis, in suo robore permanentibus, uolumus vt omnes abbates & priores, tales diligenter obseruare procurent: quod iisdem districtè præcipiendo iniungimus.

Moniales uero, quatum sexus fragilior est, nulla ratione uel causa, nisi tanta & talis sit, quod omnino notoriè excuset, monasteria sua egredi facultatem habeant: sed & tunc non nisi cum honesto & decenti habitu, & associatæ egrediantur, idque de expressa licentia episcopi, abbatis, uisitatoris, aut ab iis potestatem habentis: quam patri confessori pro tempore existenti concedi prohibemus.

Nulli prorsus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ, nisi rationabilis & manifesta causa subit, ac tunc speciali licentia illius ad quem spectat concessio petita & obtenta, accessus uel ingressus ad moniales pateat. Et quæ de clausura in regularibus ordinum constitutionibus mandantur, omnino & illibate teneantur & obseruentur: vt sic à publicis & mundanis conspectibus separatæ seruari deo liberius ualeant, & sublata lasciuiendi opportunitate, corda & corpora sua in omni sanctimonia diligentius custodire possint.

Prohibemus insuper districtè, ne moniales ordinem aliquem professæ, confessorum habeant alium, quam eiusdem ordinis & regulæ.

Religiosi omnium ordinum, vt sinistra suspicione etiam tollatur occasio, quasunque mulieres, & religiosas, & seruientes deo, in ambitum seu peridum monasterij recipere aut introducere nullatenus præsumant.

Religiosi conuiuia secularium non frequentent, sed nec facile illos ad cœnobium inuident, nisi necessitas & honestas ad superiorum dictamen id suadeat.

Religiosi mensam non nimium lautam aut sumptuosam, neque deliciis ad luxum exquisitis redundantem habeant: quam à benedictione auspiciati, sacre lectionis pastu fouere, hymno & gratiarum actione ab soluere conuenit. Interim à longo accubi-

tu, comestationibus scedis, comporandi studio, à crapula & ebrietate omnino abstineant.

Religiosi vt omnibus bono exemplo, nullis uero (quantum in ipsis erit) offendiculo sint, honesto prædecessorum suorum more, non nudis byrrhis aut pileis, sed capitibus cucullo tectis in publico incedant. Et nullatenus ad balnea promiscua aut alia loca publica intrent, sed nec ad nuptias, aut nuptiarum conuiuia vadant. Neque pueros de sacro baptismatis fonte per se uel suffectas personas suscipere præsumant.

Insuper statuimus, imò antiquorum patrum canones renouando mandamus, quod nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio suo exire nefandissimo ausu, aut secularibus negociis sese immiscere præsumat. Itaque religiosos à curibus monasteriorum suorum ad monasteria reuocari, & curtes per fideles laicos seu præbendarios administrari iubemus.

Insuper mendicantium ordinum prælati omnino prouideant ne posthac terminarij elemosynarum partem sibi quouis modo uendicent, sed eas colligentes cum honestate morum, dei habito timore, omniscandalo semoto, integram ad conuentum, & in comune conferre & præsentare ad uitandam proprietatis notam studeant.

*De monasteriis non molestandis.*

**L**icet ex iniuncti nobis pastoralis officij debito, super cunctum gregem nobis commissum, metis nostræ aciem dirigere teneamur, uigilanti tamen & cautius agendum ducimus in iis, ubi subditorum nostrorum maiora incommoda & pericula uertunt. Sanè uti ex plurimorum querela didicimus, multi Barones, præfecti, officii aut alij nobiles & ignobiles, in transigendis aut componendis suis uel aliorum controuersis & disidiis, uel simili prætextu, sese cum equis & iumentis in monasteria, uel eorum curtes aut possessiones conferunt, & hospitio excipi uolunt, ut nedum luxus, dissoluendæ religionis & monasticæ disciplinæ, ac turbandorum diuinorum inibi in animarum discrimen, & dei offensam occasio nascatur, uerum etiam ut experientia docti comperimus, nisi prouisionis nostræ auxilio succurramus, periculū sit ne monasteria tandem funditus exhausta, depauperentur & collabantur. Nos itaque huiusmodi malo, ac innumeris præterea & diuersis tribulationibus & iniuriis quibus sub præfato prætextu religiosi sæpe afficiuntur, medelam competentem quam possumus adhibere uolentes, mandamus omnibus præfectis & officii nostris, ac aliis quibuscunque Baronibus nobilibus & ignobilibus, ut nunc & posthac talia iam prædicta tentare & facere nullo modo præsumant, neque sub colore memorato aut simili monasteria aut eorum curtes infestare aut molestare deinceps attentent.

Mandamus insuper districtè omnibus & singulis abbatibus prioribus & religiosis, ne deinceps tales etiam proprio suo consensu recipiant uel admittant. Et si per aliquem prælatum, aut alium quempiam permissum concessum uel actum fuerit, animaduersione condigna ita cum illo agemus, ut cæteri ab exemplo discant obedire. Et si contra præmissa uolenter quisquã sese ingesserit, aut indebitè iniurias aut molestias monasteriis aut eorum personis intulerit, in eundem præsentis statuti vigore excommunicationis sententiam ferimus. Atque uolumus quod prælati & religiosi eundem nobis aut officialibus no-

stris publicè significare, & deferre nominatim teneantur. Nos uero, aut officiales nostri extunc contra eundem ordine iuris seruato, vsque ad condignam uolentiæ iniuriarum & damnorum satisfactionem procedemus, & per officiales nostros procedi mandamus: saluis nihilominus, & in suo robore duraturis omnibus aliis apostolicis, imperialibus, ac prædecessorum nostrorum constitutionibus & ordinationibus, per quas ecclesiis & personis ecclesiasticis in suis libertatibus prospectum est & prouisum: quas etiam innouamus, & per nostram ciuitatem, diocesis & prouinciam Treuerensem inuolabiliter obseruari mandamus: iure etiam & præminentia patronorum & fundatorum semper saluis & illibatis.

Præterea inhibemus hac nostra synodali constitutione, ne quis aliquam religionem professæ, ecclesiarum parochialium gubernacula & curam suscipiat, nisi de nostra uel ordinariorum admisione, subsistente causa legitima, & superiorum suorum uoluntate & licentia obtenta: ita tamen, quod per superiores suos reuocari possint: ac reuocati humiliter obedire teneantur. Et si qui hæcenus aliter admissi sunt uel assumpti, uolumus & iubemus, per officiales nostros in ciuitate & diocesi nostra Treuerensi, ac per suffraganeos nostros eorumdemque vicarios per prouinciam Treuerensem ad superiores illorum remitti, ut dignas dent temeritatis suæ pœnas.

Ecclesias uero monasteriis unitas seu incorporatas, si non tanta intercapedine distant quin religiosi earundem curam habituri, in communis uite regulari obseruantia & obedientia degere possint, per huiusmodi religiosos prouideri & regi, modò idonei sint, permittimus. Si uero vicarios alios, siue in propinquis, siue in distantibus parochiis, perpetuos, uel amabiles pro arbitrio constituere uelint, hæc non præsumant, nisi per nos, nostros suffraganeos aut officiales nostros & vicarios, tanquam habiles & idonei reperti & admissi fuerint.

Uolumus insuper, quod religiosi ad curam animarum sic admissi, per omnia se parochialibus sacerdotibus iuxta has nostras & prædecessorum nostrorum synodales constitutiones & ordinationes, necnon uniuersalis ecclesiæ & apostolicæ sedis canones, in uerbi diuini explanatione, euangelij prædicatione, diuinorum celebratione, sacramentorum administratione, per omnia conforment, & nihil nouitatis introducere præsumant.

Mendicantium uero ordinis fratres, in uerbi dei propositione & prædicatione, in audiendis confessionibus Christi fidelium in sepulturis & funeralibus, & aliis huiusmodi, se per omnia conformet constitutionibus & ordinationibus apostolicis desuper editis: quas in posterum inuolabiliter obseruari mandamus, sublata penitus potestate cæteris religiosi quorumcunque ordinum, non mendicantium, ad curam animarum, ut præmittitur, non admissis nec receptis, ne iis se ingerant, quod eisdem districtè præcipiendo mandamus: saluis tamen regularibus constitutionibus omnium eorumdem ordinum.

De casibus uero nobis reseruatis hoc statuimus ne quis eorum decisionem sibi arroget, nisi à nobis specialiter sibi commissum fuerit nos tamen hoc negotium dabimus expertis, eruditis & probatis aliquot presbyteris: prout etiam in similibus casibus Suffraganei nostri aliquos per suas dioceses designare poterunt, quibus hoc committant.



In casibus verò non reseruat nullus parochianū alterius parochiæ absoluerē præsumat, nisi de licentia ordinariū loci, vel ex permissione proprii parochialis sacerdotis, idque non nisi in casibus in cōstitutione Balduini felicis recordationis prædecessoris nostri expressis. Et religiosi, etiam mendicantiū ordinum fratres, non obstante quocunque privilegio, in ciuitate, diœcesi & prouincia nostra Treuerensi, præmissa obseruare debent & tenebuntur. Imò priores & Guardiani non debent deputare fratres suorum ordinum ad confessiones audiendas, nisi peritos & prudentes: qui etiam à nobis, & ordinariis locorum, & non aliis (quibus per scripta superiorum nominari & presentari tenentur) admittendi sunt.

Et cum omnes Christi fideles ex constitutione ecclesiæ semel in anno teneantur proprio sacerdoti cōfiteri: si quis hoc neglexerit, & in Paschate sacram eucharistiā accipere recusauerit (nisi forte de licentia & consilio confessoris abstineat) sic decedens, careat ecclesiastica sepultura, & viuus ab ingressu ecclesiæ arceatur. Proinde in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus ecclesiarum rectoribus, vicariis & capellanis, curam gerentibus animarum, vt omnes huiusmodi rebelles & inobedientes, nobis aut locorum episcopis & ordinariis per scripta nominatim indicent, vel canonicè puniantur, vel pudore suffusi respiciant. Quamobrem etiam districtè prohibemus omnium ordinum religiosorum curam animarum non habentibus, ne alicui sacram eucharistiā porrigere præsumant nisi de expressa permissione & licentia pastoris.

*De decanis Christianitatis.*

**V**olumus vt omnes decani Archidiaconatus tituli sancti Lubentij in Diehyrchen, se conforment Archipresbytero in Vuerzflaria, & illius statuti & iuribus, in casibus qui singularibus statutis decisi non sunt. Cæterum in omnibus aliis archipresbyteratibus, & sedium Christianitatis decanatus nostræ diœcesis, volumus & mandamus quod omnium & singularum ecclesiarum parochialium curati intra annum à die acceptæ possessionis, per se vel procuratorem legitimum præsentent iuramentum decano: quo præstito, in fratrem recipiatur: & saluis iuribus Capituli consuetis. Decano nūc & posthac à sic recepto habebit pro se vnum aureū Rhenum. Et tenebitur quilibet in Capitulis generalibus & annalibus, & similiter quando necessitate occurrente decanus Capitulum indicit, sub pœnis consuetis comparere, & quotam expensarum & sumptuum à decano factorum persolvere. Necnō deinceps quocumque pastore plebano decedente, nostro nomine marcam nobis debitam ipse Decanus subleuabit, & Sigillifero nostro fideliter traderet. Et pro se & iuribus suis à quolibet sic decedente ipse Decanus habebit tres florenos Rhenum in auro, non obstantibus quibuscunque aliis statutis & consuetudinibus, quæ & quas presentium tenore cassamus, irritamus & reuocamus. Atque præcipimus pro deinceps contra præmissa nullæ fiant pactiones statuta, aut ordinationes, nisi de nostra, aut archidiaconorum loci expressa admisione & licentia.

Et quo præmissa in plenarium effectum deducantur, vt cupimus, volumus, & presentium tenore statuimus, si quis elapso anno in fratrem Capituli, vt præmittitur, se recipi non curauerit, tunc in pœnam

eius, propter contumaciam, fructus anni illius qui nostrum annum consequitur, sequestrentur. Et nisi intra eundem annum paruerit, extunc tales fructus cōfiscabuntur: nobis pro media parte, reliqua medieta inter Archidiaconum loci & decanum diuidenda. Et sic singulis annis fiat, donec & quousque paruerit.

Præterea singuli capellani aut vicecurati non residentium pastorum, tenebuntur singulis annis in Capitulis apparere, & ostendere decano commissionem regendi: alias eisdem presentis statuti vigore excommunicationis sententia teneri volumus, mandantes decanis locorum, vt mox tales nobis aut archidiaconis nostris denuncient declarandos.

Atque ipsi capellani seu vicecurati, nunc & in posterum de fructibus aut arcenda nullatenus respondeant ante finem anni, nisi retenta marca & media marca præmissis. Alioquin ipsi de his respondere, & de suo soluere tenebuntur. Quod etiam tempore capitulorum obseruandorum generaliter, & cuiuslibet specialiter, tempore admissionis iniungi volumus & mandamus.

Insuper statuimus & ordinamus, quod deinceps decedentibus prælatis monasteriorum, siue collegiarum ecclesiarum, quibus quacunque autoritate ecclesiæ parochiales vnitæ aut incorporatæ sunt, ita tamen & taliter, quod non per fixos vicarios, sed duntaxat ad nutum amobiles capellanos gubernentur & regantur, quod extunc morte prælatorum intercedente, nobis marca argenti, aliis verò archidiaconis, sedium Christianitatis decanis & capitulis, infra annum iura & alia præscripta persoluantur. Insuper præcipientes, vt ipsi capellani (vt præmittitur) amobiles, non nisi idonei admittantur: & admissi, ad comparitionem & omnia capitularia onera teneantur & compellantur, sub modis & formis præscriptis.

*De competentia pastorum.*

**Q**uoniam multorum querela pulsante intelleximus varios esse qui vel ob inopiam parochias suas deserere & mutare, aut contra canonum sanctiones secularibus negociis sese implicare, aut pro sacramentis ecclesiasticis immoderatè exactionem facere præsumunt, aut in dedecus clericali ordinis victum quasi mendicare coguntur: dignum esse & æquum arbitramur, vt qui altari seruiunt, de altari & viuant. Neque absolum reputamus, vt ea quæ ex antiqua consuetudine locorum, pastoribus & curatis solui, & præstari eisdem solita sunt, etsi modica sint, benignè persoluantur: eoque minus sub hoc prætextu sacramentorum venditionem causentur isti, qui omnia sinistra in ordinis clericali consensionem interpretantur. Atque vt omnium in hoc vniformis obseruantia in nostra diœcesi constituatur, maturo consilio statuimus & ordinamus, vt deinceps in nostra ciuitate & diœcesi Treuerensi, curatis pro licentiariorum seu dimissionis literis, duodecim albos rotatos: pro educendis seu benedicendis puerperis, duodecim denarios: pro eo tempore quo sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum ad infirmos deferatur, quatuor denarios: & extremæ verò vnctionis sacramentum, duodecim denarios: pro offertorio quatuor festiuitatum, pro qualibet vnum denarium exigere liceat.

Vltra tamen nullus curatus exigere præsumat: datum tamen aut oblatum liberaliter, recipere potest.

*Alim.*

*Cr. 9.*

*For. 11.*

*Pari*

Pariformiter pro baptismi aut pœnitentiæ sacramentis nihil exigat: liberaliter oblatum recipere potest.

In nuptiis verò celebrandis sacerdos iuxta consuetudinem loci cibariis missis à nuptiis debet contentus esse, nihil ultra exigendo. Si verò copulati pro iis pecuniam largiri vellent, numerum octo alborum excedere non debent.

In funeralibus verò aut exequiis defunctorum, aut tertio, septimo & tricesimo, expensis, & duobus albis, aut deficientibus expensis, ultra tres albos sacerdotes exigere non præsumant: sed liberaliter oblata recipere possunt.

In pecoribus verò pascendis & custodiendis, & quæ sunt domus dotis ecclesiæ, curtis & ædificiorum reparationis, decanatus statuta obseruentur: & iis deficientibus, ad statuta diœcesana olim per felicis recordationis Balduinum prædecessorem nostrum edita & condita recursus haberi debet.

Insuper si super competentia quæstio emerferit, cum certa regula dari non possit, coram ordinario loci proponetur & deducetur, ac summarie simpliciter & de plano per officiales nostros procedi, & sententiam ferri mandamus: & si diffinitum aut cognitum fuerit quod competentia danda sit, extunc nos aut commissarij nostri quos specialiter ad hoc deputabimus, primò recursum habebunt ad decanum parochiæ, siue eam clerici siue laici habeant: atque hac deficiente, ad plurimum parochialium vniones seu annexiones, prout commodius fieri poterit & vltimò si nec sic prouideri potest, ordinaria autoritate parochianos ad debitam parochi sustentationem compellere oportebit.

*De scholis.*

**M**agna & præcipua cura habenda est, vt iuuentus nostræ ciuitatis, diœcesis & prouinciæ Treuerensis, à primo ætatis flore, non minus Christianæ pietatis institutis & incorruptis moribus imbuatur, quàm rudimentis literarum incontaminatis rectè instituat. Quapropter præcipimus, vt iuxta patrum antiquorum decreta, singula collegia scholas instaurare, vel erectas conseruare debeant: & prælati ecclesiarum, ac alij quibus id muneris ex officio incumbit, solerter prouidere, vt pedagogi & magistri idonei sint & probi, atque vitæ omnino inculpata: qui ea prælegant, quæ puerorum seu adolescentum ætati conueniunt, dummodo non sint obscæna, suspecta, aut contagiosa. Simili ratione hæc obseruanda sunt in scholis parochialibus opidorum & aliorum locorum diœcesis & prouinciæ nostræ Treuerensis. In quibus curent parochiales sacerdotes, si in præmissis defectus aut negligentiæ luboriat, quod ordinariis locorum denuncient: quibus iniungimus, vt diligenter circūspiciant, ne quid in iis quæ ad veram eruditionem, aut ad pietatem & cultum dei attinent, negligatur. Præterea quo collegia doctis & bonis viris orientur & illustrètur, prælati ecclesiarum & capitula, canonicos suos, id præter, tribus annis expectantiarum finitis (quorum primus nobis, secundus presentiarum augmento, tertius ecclesiarum fabricis debetur, non obstantibus aliis expectantiarum, aut primæ residentiæ annis, ex statutis vel consuetudinibus debitis, quæ & quas ad effectum presentem studiorum obtinendum, reuocamus & cassamus, sed quæ tamè ad studia nô

destinatos illibata esse volumus) si in factis maioribus ordinibus fuerint, & studiis apti extiterint, ad vniuersitates catholicas arbitrio capituli, necnon sufficienti tempore eis determinato, ac præbenda debita eisdem assignata, saluo tamen & deducto cōsueto onere, mittere debent. Ipsi verò in minoribus ordinibus existentibus, de præbenda quæ eis deducto onere si residerent deberetur, in absentia respondere tenebuntur: data tamen sufficienti cautione de perceptis simpliciter ecclesiæ restituendis, si finitis annis pro studio concessis, mox tunc intra proximum annum sacris maioribus ordinibus initiari, & apud easdem ecclesias residere distulerint: non obstantibus quibuscunque statutis vel consuetudinibus ecclesiarum, quibus autoritate nostra de consensu huius synodi nostræ prouincialis, quatenus præmissis contraria fuerint, presentium tenore derogamus & pro ista parte tollimus, cassamus, & annullamus.

*Vt nemo clericos vel ecclesiasticas personas ad iudicium seculare trahere præsumat.*

**M**agnum abusum, & canonibus & imperialibus legibus contrarium, omnino tollere & abolere affectantes vetera statuta prouincialia prædecessorum nostrorum innouamus: & districtè precipiendo mandamus quod nullus ecclesiasticam personam trahere ad iudicium seculare præsumat. Et si laicus actor hoc fecerit, à iure suo cadat, & iudicatum non teneat, & iudex extunc omni potestate iudicandi sit priuatus. Clericus vero actor alium clericum trahens ultra præmissa, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Et quicumque iudex secularis directè vel indirectè, per se, vel alium, clericum coram se litigare aut respondere cōpellit, aut cautionem vel fideiussionem exigit, aut impedimentum & molestiam infert aut procurat quo minus ecclesiasticæ personæ in foro ecclesiastico liberè agere & defendere possint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat: à qua non debet absolui, nisi prius omni damno & interesse (vt vocamus) restituito: prout latius in prioribus statutis prædecessorum nostrorum ordinatum reperitur. At sub similibus pœnis, iudex secularis clericos reos non compellat: sed & eis agentibus in foro seculari, iustitiā denegare non præsumat.

*De immunitate ecclesiarum.*

**P**æterea statuimus, quod nullus à personis ecclesiasticis, seu eorum bonis, contra libertatē ecclesiasticam pedagia, telonia, angarias, parangarias, collectas aut exactiones extorquere, aut imponere præsumat, quinimo abstinentum ab iis & similibus: & ad restituendum, si quis aliquid extorserit, canonica monitione præmissa, per ordinarios locorum iuxta ecclesiasticam censuram cogatur.

*Ne quis aliqua statuta contra libertatem ecclesiarum facere præsumat.*

**V**etera statuta prædecessorum nostrorum innouamus & extendendo, presente nostra ordinatione cassamus & irritamus omnia statuta & consuetudines quæ & quas, ciuitates, communitates & loca, præsides, potestates, rectores & cōsules & quæcunque aliarum personarum, contra libertatem ecclesiæ edere vel seruare præsumperint: & si aliqui secundum statuta

statuta vel consuetudines memoratas iudicauerint, iudicatum vigore careat: & ipsi iudicantes vel exequentes, ipso facto inhabiles sint ad omnem legitimum actum in ecclesia: saluis nihilominus aliis pœnis contra tales in concilio generali promulgatis.

*De vita & honestate clericorum.*

**E**tsi sacra Cæsareæ maiestatis Augustanam reformationem nobis & aliis archiepiscopis, episcopis, & ecclesiarum prælatis, ad deliberandum traditam, & eam quasi sacris canonibus consonam & conuenientem, sine omni sanctæ sedis apostolicæ præiudicio probatam receperimus, & in nostra diœcesis Treuerensî solemniter publicari & exequi, quantum in nobis fuit, curauerimus, atque non nulla statuta morum correctionem concernentia, in nostra episcopali synodo edi & publicari mandauerimus, in quibus abunde & sufficienter contra simoniacos, concubinarios, fortilegos, ebriosos, vsurarios, & alios criminosos prouisum existit: nos tamen nunc autoritate metropolitica, ea omnia innouando, hortamur & monemus omnes & singulos nostræ ciuitatis diœcesis & prouinciæ prelatos & subditos, quatenus quemlibet concernit, vt dei timore & reuerentia habitis, omni prauo affectu semoto, cum sacra Cæsareæ reformationis intuitu, tum nostra metropolitica autoritate, ex sacrorum canonû & generalium conciliorum præscripto, sanctæ sedis apostolicæ autoritate semper salua, in omnibus iis sese irreprehensibiles & inculpabiles reddant & exhibeant. Alioquin prælatorum negligentiam, subditorum verò excessus, opportunis iuris remediis, in quantum possumus, supplebimus & corrigemus.

*Vt quilibet habeat copiam statutorum prouincialium.*

**N**e quispiam affectata ignorantia se valeat excusare, precipimus & mandamus, quod per ciuitatem, diœcesim & prouinciã nostram Treuerensem, horum nostrorum statutorum legitima fiat publicatio, & quod omnium & singulorum monasteriorum & collegiorum prælati & rectores, necnon Christianitatis decani, & plebani locorum, copiam statutorum & aliorum predecessorum nostrorum, & præsentium statutorum semper & continuo penes se habeant & teneant: & in iis statuta & ordinata, in quantum quemlibet concernunt, inuoluntate obseruent. Alioquin negligentes, seu contrarium facientes, in iis scriptis excommunicamus, præter alias pœnas supra comminatas: referuando tamen nobis & successoribus nostris archiepiscopis Treuerensî. Metropolitanis potestatem super præmissis omnibus & singulis, addendi, minuendi, corrigendi, extendendi, interpretandi & declarandi quoties opus fuerit, & visum erit expedire. In cuius rei fidem, sigillum nostrum præsentibus est appositum. Datum in metropolitana nostra ecclesia Treuerensî, die decimo tertio Maij, anno Millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

FINIS.

**DECRETA CONCILII Prouincialis Colonienfis sub Reuerendis, in Christo Patre & Domino, D. Adolpho, Sanctæ Colonienfis Ecclesie Archiepiscopo, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Principe Electore, Vuestphalia & Angaria Duce, Legatoque nato celebrati.**

*Anno Domini Millesimo Quingentesimo quadragesimo nono.*



**K**arolus quintus, Diuina fauente clementia Romanorû Imperator, semper Augustus, ac rex Germaniæ, Hispaniarum, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatia, &c. Archidux Austria, Dux Burgundiæ, Brabantia, &c. Comes Habsburgiæ, Flandriæ, Tyrolis, & cætera. Vniuersis & singulis Principibus Ecclesiasticis & secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Militariibus Præfectis, Potestatibus, Vicedominis, Castellanis, Magistratibus, Consulibus, Iudicibus, Officialibus Aduocatis, Procuratoribus, Ciuibus, Communitatibus, & omnibus aliis nostris & Imperij Sacri, & Ditionum nostrarum hæreditariarum in Prouincia Archiepiscopatus Colonienfis comprehensarum, subditis, & in ecclesiasticis reb<sup>9</sup> eiusdem Prouinciæ Episcoporum & Prælatorum Iurisdictioni subiectis, cuiuscunque præminentia, dignitatis, status, grad<sup>9</sup> ordinis & conditionis existant, Gratiam nostram & omne bonû, Venerabiles & illustres Electores, Principes, & consanguinei nostri charissimi, Generosi, Nobiles, honorabiles, deuoti & fideles dilecti. Quû Venerabilis Adolphus Archiepiscopus Colonienfis, Sacri Rom. Imperij per Italiam Archicancellarius Princeps Elector, & consanguineus noster charissimus, & eius Comprovinciales Episcopi, in executionem formulæ Reformationis, in nuperimis Comitibus apud ciuitatem nostram Imperialem Augustâ Vindelicam habitis, eidem Archiepiscopo & aliis Episcopis, & statibus Ecclesiasticis per nos propositæ & ab ipsis probatæ, & quantum in eis esset receptæ, vt monitis nostris ea de causa factis parerent & eidem Reformationi commodæ viæ præsternerentur per quas ad meliorem viuendi rationem transiret, in Concilio prouinciali apud Coloniam Agrippinam habito, canones, quosdam Synodales, tum ad efficacem & in dies surgentem, ac permanensuram Reformationis executionem, tum ad mores prauos extirpandos: potissimû verò manifestos abusus in Clero & populo coercendos, & seductores, qui corruptis simplicibus hominibus student, è grege propulsandos ediderint, & nobis obtulerint, autoritate nostra quatenus expedire videretur muniendos, & in executionem mittendos. Nos verò eosdem canones primariis nostris Consiliariis, & aliis rerum Theologicarum peritis, ad id specialiter per nos deputatis, propositos, & per eos diligenter reuisos & examinatos, eorumque relatione nobis facta cum illos prædictæ formulæ Reformationis conformes inuenimus. Proinde ipsos canones Synodales, ratos & gratos habentes, & quoad opus est, & per nos fieri potest ac debet, approbâtes, & decreto nostro corroborantes, Imperiali autoritate nostra & qua alias fungi-



**N**iuersis ad quos legatione pro domino fugimur, gratia & pax à Deo, qui diues est in misericordia, & prope adest omnibus inuocantibus eum in veritate. Qui postquam nos, licet indignos, sanctæ Colonienfis Ecclesie ac prouinciæ, procellosa tempestate grauiter iactate atque afflictæ gubernaculis admouit, huc continuo animum omneque studium nostrum sua inspiratione conuertit, quo diœcesim illam ab hæresum inundatione, quæ prauorum hominum studiis iam plus nimio inualuerat, repurgare, schismataque, quibus misere, atque aded vt in ea iam actû de fide Catholica poterat videri, discerpebatur, tollere, & oues nobis creditas in vnum ouile Christo colligere, pro virili adniteremur. Eaque de causa in primis lupos, pro boni pastoris officio, ab ouili dominico abigere & omnis mali originem cõcionatores seducios, perniciosos illos hominum seductores, ditione nostra pratinus, quanquam non sine difficultate, eicere satagemus, substitutis catholicis & incorruptis verbi Dei concionatoribus in eorum locum. Qua ratione plurimum quidem profecimus, Etenim progressum huius cancri hoc impetu sumus remorati, & catholicis aperuimus fenestram rursus respirandi. Non tamen hæscope purgamentis istis sufficiebant penitus euerendis: iam enim hæreseos malum altius, quæ est eius natura, fixerat radices, quam vt potuerit vna falce semel demeti: & herebat in mentibus ac penetralibus hominum: vnde neque vi extrahi, neque persuasione suffodi, aut sensim ratione tanquam cauterio pungi atque curari se pateretur.

Durabant quoque abusus & mores corrupti, quibus Ecclesiastici ordinis pars maxima dedita, infirmis erat offendiculo, & vt malè de religione laici sentirent, causa: vt vere quadraret in eos quod in euangelio Dominus dicit: Væ vobis legis peritis, qui tulistis clauem scientiæ, & ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.

Plurimum autem nobis erat fiducia in Concilio Tridentino quod feliciter inchoatum, ac sessionibus aliquot habitis, celebre iam factum accessu omnium imperij ordinum, qui se reuerenter ei summiserant potentissimum & saluberrimum fore credebatur, cuius progressu sperabamus nancisci opem & vires iustas, quæ erroribus istis & vitiis radicitus extirpandis sufficerent, eiusque autoritate, quæ apud omnes maxima est, sublatum iri, non in nostra modo diœcesi & prouincia, verum etiam toto orbe Christiano, quicquid vsquam irrepsit malorum, & ecclesiæ Christi pristinum suum nitorem, concordia atque vnitatem redintegrata, recuperaturam.

Quæ spes quum inexpectata contentione, inter patres de transferenda Concilij sede suscitata, nobis penè eriperetur, atque in longum tempus extraheretur, non sine metu grauiorum perturbationum in re publica Christiana: En omnibus nobis, hoc est ecclesiastici ordinis statibus, consternatis, atque in metu constitutis, adfuit eius, qui conatibus religiosis & piis nunquam deest, à quo est omne bonum, consolatio. Enim uero misericordiam pater Deus, qui nuper dedit fortissimò, iuuitissimò, felicissimòque religionis orthodoxæ propugnatori Karolo Imperatori nostro de cælo victoriam, vt hostium validissimorum vires & consilia, non tam viribus, quam conciliis melioribus frangeret, & imperio

as fungimur, vobis omnibus & singulis, serio & sub pœna grauis indignationis nostræ, & aliis pœnis nostro arbitrio imponendis, huius edicti nostri vigore præcipimus & mādamus, vt ea omnia Prouincialis huius Concilij Colonienfis decreta, in omnibus suis punctis, clausulis articulis, sententiis, & verborum expressionibus, eo modo, quo illa quemlibet vestrum concernunt, ritè, sanctè, inuoluntate, citra vllâ fraudem & tergiversationem obseruetis, impleatis, & ex equamini. Vosque principes & Magistratus ciuiles, in refrenandis & coercendis iuxta eadem decreta rebellibus, peruersis, & refractariis, siue illi Ecclesiastici, siue laici sint, Ecclesiarum Episcopis & Prælatibus, vbi ab illis requisiti fueritis, omnem legitimum fauorem, auxilium, opem præbeat, & per ministros & officarios vestros atque alios, in quos vobis imperium competit, præberi iubeatis & curetis. Ac nullus omnino vestrum, cuiuscunque præminentia, dignitatis, gradus, ordinis & conditionis sit, aut quocunque munere aut iurisdictione fungatur, memoratos Episcopos & Prælatos in eorum munere, iurisdictione, officio, secundum canones & leges ad ipsum functionem pertinentes, quouis modo impeditat aut turbet, neq; id ab aliis fieri iubeat, nec permittat. Præterea quicumque vestrum Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum piorum locorum Aduocati, Præfecti & Protectores fuerint, ac Prælatos, Ecclesias & loca pia eorumque bona in fidem, tutelam, & protectionem suam, siue ex commissione diuorum Principum, prædecessorum nostrorum in sacro Imperio, siue nostra, aut alio quouis iure receperint, eadem præfectura, tutela, seu protectione neququam abutantur, neque ipsos Prælatos, Ecclesias, Monasteria & loca pia, contra formam & naturam protectionis vsurpent, opprimant, grauent. Quin potius illos & illa in suis priuilegiis, iurisdictionibus & rebus cõseruent & tueantur, & tam ij, quam vos alij omnes seruati, contra præmissa facere seu attentare, neque præsumatis, neque ab aliis fieri aut attentari sinatis, quouis quæsito colore seu prætextu: quatenus pœnas supradictas, & alias in formula memoratæ Reformationis à nobis propositæ, & decretis prouincialis Synodi Colonienfis contentas, præter eas quas alioqui canones & leges in violatores personarum & ecclesiasticarum decernunt, malueritis euitare. Hęc est animi nostri sententia & seria voluntas. Datum in oppido Bruxellen. Ducatus nostri Brabantia, sub impressione, sigilli nostri 4. Nonas Iulij. Anno à natiuitate Domini supra seculum Millesimum quadragesimo nono, Regnorum, Imperij vigesimo nono, & aliorum omnium trigesimo quarto,

KAROLVS.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Maiest. proprium.

Vid. Anton. Peren. Obenburger ff.

**ADOLPHVS DEI GRATIA SANCTÆ COLONIENSIS ECCLESIE ARCHIEPISCOPUS, SACRI ROMANI IMPERII PER ITALIAM ARCHICANCELLARIUS, PRINCEPS ELECTOR, VESTPHALIA & ANGARIA DUX LEGATVSQUE NATVS, &c.**

suo non multo fuso sanguine, cogeret parere cuique, quod mirandum magis est, dedit victoria parva modestè ac clementer vti, vt rebelles filios castigasse potius, more boni patris, quam bello petiuisse videatur: eius nunc animum impulit, vt ad catholicæ fidei, paternarumque traditionum restitutionem omnia consilia, omniaque studia sua conuerteret. Hinc, quod vix quisquam mortalium sperasset futurum, egit cum eis, vt protestatione, sceleribusque & contentionibus positis, duobus tantum articulis ad Consilij definitionem reiectis, doctrinam catholicam, traditiones, & cæremonias ecclesiasticas, Concionatorum, bona parte vnde pendere solebant, reclamante, receperint. Quos cum Deo & ecclesiæ, quantum in se erat. Imperator piissimus lucris fecisset, atque in plenioris vnionis, ac concordie spem ad duxisset, necesse erat, vt firmioris illius ac solidæ spei officicula quoque tollerentur.

Quamobrem animum appulit & ad cleri corruptos mores reformandos, quo benefactis suis obmutescere facerent, vt Apostolus Petrus ait, imprudentium hominum ignorantiam, & qui capere clerum tanquam malefactores solebant, cõspectis bonis eorum operibus glorificent Deum in die visitationis. Deditque negotium quibusdam Theologis, piis, eruditis, & Deum timentibus, qui formulam quampiam, ad quam reformatio cleri videretur instituenda, iuxta sacræ scripturæ normam, antiquos patrum canones, & rectæ rationis iudicium, conciperent. Hæc Cæsar acceptam, tradidit vniuersis ecclesiastici ordinis statibus, diligenter expendendam, qui annotaret dicerentque: quid qua ratione repudiandum sibi putarent, quidque recipiendum. Multis igitur consultationibus, ac deliberationibus priuatim & communiter habitis, quibusdam in formula expunctis, aliis mutatis vel additis, tandem communi cõsensu eam probarunt: Cæsareque maiestati vt se reformarent instanti, polliciti sunt sese ipsos subseq̃ue subditos, ad illam velle componere ac reformare, salua Summi Pontificis autoritate, quæ eis, vt in articulis quibusdam accederet, necessarium arbitrabantur, id quod præfatione quam Cæsarea M. formulæ huic præfixit, clarius est videre.

Nos itaque considerâtes nostri muneris etiam alias esse, vt vigilemus super gregem nostrum, vt infirmum consolidemus, egrotum sanemus, contractum allegemus, abiectum reducamus, & perditas oves quæ ramus, nisi velimus æternæ maledictionis illud vax, quod apud Ezechielem dominus pastoribus malis & negligētibus comminatur, certissimo iudicio incurere, tam præclaram rerum bene & sanctè gerendarum occasionem nequaquam duximus negligendâ.

Proinde ad Diœcesim & Prouinciam nostram reuersi, primo omnium indiximus clero nostro synodum diœcesanam, quam & ad eum modum quem reformationis formula præscribit, propitio Deo celebravimus: in qua publicatam, & ab vniuersis imperij statibus ecclesiasticis comprobata receptamque reformationem, clero nostro iniunximus seruandâ. Transmissimus quoque eam ad reuerendos cõprouinciales episcopos nostros suffraganeos, & fratres, similiter in eorum diœcesib. publicandam, & clero iniungendam: quod ipsos sedulo curasse, ex gestis & statutis synodorum, quas ipsi quoque celebrarunt, nobis oblati, & legatorum eorum fida relatione cognouimus.

Verum negotium istud maius erat, quam vt pateatur se vnico impulsu moueri, & morbus inueteratus leui medicamini nõ cedit: Vnde hac ratione vix quicquam aliud promotum est, quam vt sciret quisque, quod alioqui nemo ignorabat, quomodo sibi viuendum esset piè ac canonicè. Contingit enim ferè mortalibus, quod poeta quidam ait: Video meliora, proboque, deteriora sequor. Vnde est illa apost. Pauli confessio de lege mentis & membrorum. Etenim cum legi Dei condeletemur secundum interiorem hominem, & eam bonâ ac sanctam esse constitemur est tamen in nobis torpor quidam membrorum, spiritui ac menti repugnans, vt non pficiamus quæ volumus.

Proinde non erat nobis hic quiescendum, quâsi iam satis fecerimus: sed vltius de modo erat cogitandum, quo ad efficacem reformationis executionem possemus persingere. Siquidem inutilis est quâ tumuis bona Ecclesiastici ordinis instituta Reformatio, quam nemo exequatur: quemadmodum & lex bona, contra quam liceat cuilibet impune peccare, iacet inutilis. Multi sunt antiquorum patrum canones saluberrimi: atque est illoium utilitas, quos pauci norunt pauciores seruant? Quamobrem vestigiis maiorum nostrorum insistentes, qui in rebus magnis cogere solebant cõprouincialium Episcoporum conuentus, Reuerendis cõprouincialibus Episcopis, confratribus nostris, totique clero nostro indiximus concilium prouinciale, in quo de rebus ad efficacem & durabilem reformationis executionem cõstituendam pertinentibus ac necessariis, communibus consiliis tractaretur, ac statueretur. Qui cum ipsi ad constitutum vndecimum Martij diem, Concilij locum, ob aduersam valetudinem adire non potuissent, misere, summæ autoritatis in Clero suo, & præstantis eruditionis legatos, qui eorum loco & nomine Concilio interessent, & de rebus tractandis nobiscum agerent, tractarent, ac consulerent in commune.

Multis itaque deliberationibus ac consultationibus cum Capitulo nostro & Legatis illis, ac Clero nostro, à iam dicta vndecima Martij die, ad sextam vsque Aprilis, quotidie habitis, tandem apparuit, propterea quod rigor antiquorum canonum statim reuocari in vsum absque motu grauiori hac tempestate non possit, ad media quædam, sacris tamen canonibus consentanea, quibus clerus & populus ad plenioram reformationem sensim perduceretur, esse confugiendum: vifaque nobis sunt plurimum momenti ad durabilem & efficacem Reformationis executionem comparandam allatura media sex, nempe.

- 1 *Instaurationem studiorum, præcipuum sacrorum.*
- 2 *Examen ordinandorum, & ad ministeria vel prælaturas instituendorum.*
- 3 *Officiorum seu munerum susceptorum sedulam personationem.*
- 4 *Visitacionem Archiepiscopalem, Episcopalem, Archidiaconalem, & eorum quibus hoc incumbit.*
- 5 *Synodorum frequentem celebrationem.*
- 6 *Iurisdictionis ecclesiasticæ iam propemodum collapsæ, & abusu deprauatæ, restitutionem.*

**P**rimum quidem instaurationem studiorum, quod ea quæ Reformatio & Ecclesiæ necessitas exigit, nemo præstitit melius, quâ scripturarum sacrarum, canonum & munerum ecclesiasticorum peritus. Siue eni regere ecclesias, & docere populum, siue

siue hæreticos conuincere, & scripturarum aperire mysteria, siue sacramenta conficere, eaque administrare, siue examinare ex ordine Ecclesiæ ministros, siue visitare diœceses, aut Synodos celebrare, vel iudicia ecclesiastica exercere oporteat, sciētia opus est: alioqui, vt inquit in Euangelio Christus, si cæcæ cæco ducatum præster, ambo in foueam cadent.

Quo etiam modo Esaias, indoctos Ecclesiæ prælatos, cæcos & mutos appellat: Speculatores eius, inquit, cæci, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare. Non valentes, inquit, etiam si cupiant, latrare, hoc est officia sua exequi & subdit: videntes vana dormientes & amantes lomnia sua Canes impudentissimi nescierunt saturitatem, ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, propterea omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad avaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum, dicentes: Venite, sumamus vinum & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius, quibus verbis propheta significat non postremam vitiorum in populo Dei causam esse ignorantiam pastorum.

Et iam magna religionis orthodoxe iactura, Christianæque Reipub. irrecuperabili fraude, experti per hanc tot hæresum & seditionum tempestatem sumus, quantam Ecclesiæ Christi perniciè adferat prælatorum & cleri ignorantia, quibus scripturas diuinas negligentibus, sutores, textores, calcearij, & id genus opifices, nemine prohibente, quidlibet impudice pro Euangelio docentes, irrepsere, & mira audacia etiam muera ecclesiastica inuasere: vnde terribilissima hæresum monstra suppullularunt, & sacra profanis superis in fera, misceuerunt & confuderunt.

Nec hoc modo, quin etiam studiorum sacrorum neglectus in causa est, cur tam innumere eedemque locupletes Ecclesiæ, per Germaniam ministris idoneis, ac possessoribus careant, etiam nunc cum restituantur: neque enim desunt bene mereri de Ecclesiis cupientes, sed potentes desunt & idonei, nempe, literarum periti, qui ecclesiasticis muneribus perfungi queant, earumque hoc nomine possidere bona. Neque enim ad Ecclesiarum munera & bona prosiliunt Catholici, sicut hæretici, aut bonorum ecclesiasticorum occupatores sacrilegi.

Percipitur autem scientia ad Ecclesiæ ædificatio nem necessaria in scholis, potissimum Theologorum, quas constat esse propria quædam seminaria ministrorum & prælatorum Ecclesiæ. Quibus florentibus, floret Ecclesiæ doctoribus & ministris: Neglectis & contemptis, Ecclesiæ quoque ministris idoneis destituitur. Neque enim vt olim in die Pentecostes repentino Spiritus sancti afflatu, aut velut fungi calore solis exciti prodeunt nobis passim theologi subito, sed exercitiis longis, eiusdem tamen spiritus vnctione, formantur in scholis.

Quibus rationibus (cum stabilem reformationis executionem meditaremur) permoti, nostrarum esse partium putauimus, vt scholas theologicas apud Vniuersitates, Collegia, & Monasteria magna cura, cum primis Concilij huius autoritate instauremus: nec has modo, verum etiam ludos triuales & pædagogia, vnde non parum malorum per hanc tempestatem in ecclesiam defluxit, repurgaremus. Quapropter habita cum Capitulo nostro, & Reuerendorum Cõprouincialium Episcoporum Legatis, ac synodalibus huius Concilij patribus, matura deliberatione, consentientibus & astipulantibus eis

omnibus, de studiorum instauratione statuimus & ordinauimus in modum sequentem.

*Quod ad instituendam iuuentutem non sunt admittendi, nisi de fide, moribus, & institutione sua prius examinati.*

**P**ercepimus sectarios quosdam concionatores à nuperrimis Comitibus, cathedris, quas inuasent, deturbatos, incertisque sedibus vagantes nunc magisteriis inhiare scholarum, & operam suam instituendæ iuuentuti passim venditare, vt quibus non datur amplius grassari publice, venena sua è cathedra spargere, teneræ ea iuuentuti instillent, quo cuniculis talibus Ecclesiam Christi suffodiant. Quippe quod iuuentute qui olim regant ecclesias, & gubernationi admoveantur rerum publicarum, videntur fore potissimum, ij qui nunc dant operam literis, Quibus corruptis durabit hoc malum, multo tempore, atque in multos transfundetur, vt verèdum sit, ne si admittantur, qualescunque in ludis literariis præceptores, grauem inde atque indelebilem accipiat Respub. Christiana corruptionem. Idcirco nos, quibus non minor adhibenda est cura, ne instituatur illi male iuuentutem in triuis, quam ne populum è suggestis corrumpanit, communi omnium cõsensu statuimus & ordinauimus: Neminem præceptioni triualium studiorum admittendum esse, nisi qui sit de fide & religione sua, de vita item & moribus, probe examinatus, & constiterit vbinam gentium & apud quos sit ipse institutus. Neque enim parui retulerit, à catholico an schismatico sit institutus qui iuuentutem docturus est. Pertinebit autem examen præcipuè ad ordinatum, qui ordines per diœcesim viros idoneos, quibus hoc negotij committat Nec abs re fuerit, si examinentur quoque in ciuitatibus à Prælatis & Rectoribus Ecclesiarum, qui scholæ præfunt: ruri autem à pastoribus & decanis ruralibus idoneis & eruditis. Visitatores verò de facto examine inquirant: & si contra hanc formam sint aliqui admisi, reiciantur. Præcipimusque & mandamus Magistratibus, ædilibus & prouisoribus, qui scholas suis impensis erexerunt, ne propterea examen huiusmodi quouis modo impediatur: alioqui censura ecclesiastica, & aliis remediis opportunis coercendis.

*Quæ artes in triuis, & quid in gymnasijs studiorum seu Vniuersitatibus doceri debeat.*

**P**assim Ludi magistri ingenia iuuentutis, quæ primis literarum rudimentis ac artibus minoribus expolienda susceperant, deprauant, præpostera docendi ratione quilibet ad eruditionis suæ ostentationem, quibuslibet, promittentes, & cū Encyclopediam quandam omnium disciplinarum velut in summa comprehensam iuuenibus polliceantur, non absque aliorum professorum elcuatione, nihil tradunt absolutum atque perfectum. Qua re ingenis eorum imponunt, qui tali accepto prægustu, continuo se abundè omnia tenere confidunt, stulti que grauiora fastidiunt, & nunquam perueniunt ad frugem maturam: ex quibus officinis prodeunt nobis imperiti medici, hominum temerarij interemptores, & iurisperiti, omnia perturbantes, nouarumque religionum authores gloriosi theologastri, qui magna stoliditate non verentur velut è tripode Apollinis de dogmatibus ecclesiasticis & religionis veritate pronuntiare, atque statuere, cum



solidi nihil ferè de eis sint affecti. Interest autem ecclesie quomodo sacerdos, quem populus velut ducem sequitur, & à cuius ore (vt in Malachia dicitur) legem Dei requirit, sit institutus. Siquidem quantum ex ecclesiarum rectoribus, bene ac gradatim diuinis literis imbutis, boni, tantum à non rectè institutis, mali, solet ecclesie plerumque euenire. Quem admodum & in Reipub. de medicis & iuris peritis res habet. Ea de causa triuuii modum esse dandum censuimus intra quem se contineant: statuimusque vt in triuualibus non nisi Grammatica, Poetica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, & quæ huius generis sunt triuales & liberales artes: Dominicis verò & festis diebus, literalis Euangeliorum & Epistolarum, Hymnorum, Psalmorum, Parabolarum Salomonis & eiuscemodi sacrorum librorum expositio, pro ætatis illius & ingenij captu, tradatur. Quanquã Dialectice etiam requirit vsum disputandi, quali exerceantur studiosi in gymnasiis, sine quo ars ipsa ociosa est. Poterunt & linguarum rudimeta in triuualibus doceri. Cæterum exacta atque absoluta artium & linguarum cognitio ratiõque, & reliqua Philosophia: Physiologi item & ars medica, iuris prudentia & theologia seu scriptura sacra, non nisi in probatis Academicis, & catholicis Vniuersalium studiorum scholis, expectentur, doceantur, ac tradantur nisi quod theologia etiam in Monasteriis opulentioribus, & collegiis canonicorum iuxta reformationis formulam, debeat doceri.

*Quos authores iuuentuti prælegere & quos vitare oporteat.*

Interest quoque Reipub. Christianæ, quales authores iuuentuti, impietatis iuxta ac pietatis capaci, prælegantur, vt rectissimè reformationis formula monuerit, ne libri obsceni, suspecti, aut contagiosi eorum qui perfidie suæ virus, religionisque & pietatis odium teneræ iuuentuti suis scriptis instillat sed tantum casti, pijs & religioni orthodoxæ consentientes authores, prælegantur: quod iudicium, cum non sit penes omnes, statuimus nullum authorem in triuualibus ludis prælegendum, qui non sit à decano artium vicinæ, & Catholicæ Vniuersitatis examinatus, & ad prælegendum iuuentuti admissus. Aut si procul distent ludi ab Vniuersitatibus catholicis examina men & admissio pertinebit ad vicinæ ciuitatis præstantis eruditionis Prælatum, aut alium aliquem doctum virum, cui Episcopus illius Diocesis, hoc munus delegauerit. Quod vere bonis & receptis authoribus repudiatis, quidam gloriæ aucupandæ studio noua quotidie Grammatica comminiscuntur, & adolescentium ingenia suis figmentis confundunt, omnino prohibendum & vetandum censemus. Maximè verò omnium sub anathemate interdicimus & prohibemus lectionem eorum librorum in triuuiis, qui ad seducendum in prauas opiniones iuuentutem aliud agentem & querentem, scripti videntur. Quales sunt quorundam Grammaticæ, Dialecticæ, & Rhetoricæ institutiones, in quibus exempla ferè à prauis aduersariorum dogmatis petuntur, quo iuuentur incauta, hæresum & sectarum dogmata simul cum artibus imbiberet. Quales item quædam familiarium colloquiorum formulæ, in odium monastici instituti, & cæremoniarum ecclesiasticarum contemptum, compositæ atque effictæ, quarum præcipua vis est, animos iuuenum corrumpere, & iam à

teneris eos ab huiusmodi pietatis exercitijs ac vitæ monasticæ institutis alienare. Dabimus idcirco viros aliquot pios & doctos, qui ferant iudicium suum de authoribus, quos iuuentuti potissimum prælegere conueniat, eosque Comprovincialibus episcopis significabimus, quo in instituenda rectè iuuentute, eadem forma per vniuersam prouinciam seruetur.

*Qui libri parochis & concinatoribus sint vitandi & fugiendi.*

Compertum nobis est, simplices & indoctos Parochos, quibus non est datum pura ab impuris discernere, obuios quosque de negotijs religionis tractantes libros emere, & potissimum qui speciosis titulis venditantur, quales sunt conciones aduersariorum, & commentarij eorum in sacras scripturas. Quanuis autem quidem eorum in specie pietatis alicubi præ se ferre videantur, habent tamen quotquot sunt, latens sub melle venenum, vnde incauti & se contaminant ipsos, & auditores quoque: idcirco paterna sollicitudine pro grege nostro solliciti, ne pabulum mortis pro vitæ pabulo ei porrigatur: Præcipimus omnibus fidelibus, quorum animæ curæ nostræ à Deo commissæ sunt, potissimum verbi Dei tractatoribus, sub anathemate, quod alias incurrant, vt sibi caueant, non modo ab his, quæ ex officina venerunt Lutheri, Bucerii, Caluini, Oecolampadij, Bullingeri, Francisci lamperti, & Philippi Melancthonis, quos constat omnia sua scripta ad decipiendum & seducendum homines à vera fide, edidisse: fugiant etiam Coruinum, Capitonem, Brécium, Pomeranum, Pellicanum, Musculum, Sarcerium, & Christophorum Hegendorphinum, Osiandrum, Spägenbergium, Oldendorpium, Hermannum Bonnû Hedionem, & eius in ecclesiasticam historiam pestilentissima supplementa, Chronicô Sebastiani Frätz, & quicquid eius est farina, donec pleniori catalogo libros contagiosos per hanc tempestatem editos, eis indicauerimus.

*De studiosis canonicis mittendis ad studia Vniuersitatum sumptibus Collegiorum.*

NE quod in formula Reformationis iuxta sanctorum patrum decreta salubriter institutum est, vitio vel Collegiorum, vel adolescentium canonicorum euanescat, decernimus & statuimus vt dent collegia vni, duobus vel tribus, vt multus vel exiguus fuerit personarum numerus, in Collegio, bonæ spei, ac studiosis adolescentibus, non minus, quã triennij tempus, quo possint in studios, potissimum theologico, versari: in quo si laudis aliquid obtineant, tempus eis prorogetur, atque interim percipiant integros præbendæ suæ fructus, quotidianis distributionibus exceptis, aut saltem quantum ad victum & libros necessarios sufficiat: nisi de cõpetenti subsidio sit olim per capitula studiosis prouisum: dum tamen certis testimonijs singulis annis ad collegia mittendis constet, nec peruersis moribus eos deditos, nec studia vana, quæ ad ecclesie ædificationem non conferant, sectari: committendum enim non est, vt cultui diuino dedicata stipendia in huiuscemodi canonicos dyscolos erogentur. Debent tamen curare, vt ipsis absentibus alij eorum in diuinis suppleant vices.

*De cautione quam dare debeant mittendi ad Vniuersitates.*

Quum

Quum formula Reformationis exigat, vt iuniores in gymnasijs alantur impensis collegiorum ad hoc quo collegia claris & doctis viris ornentur, vt huic menti satis fiat, & collegia non fraudentur expectatione sua, Statuimus, & communi consensu decernimus, vt canonici, nondum in maioribus ordinibus constituti, poscentes hoc nomine aut fructus integros, aut decreta subsidia, à collegiis, quæ pro more habent, vt de fructibus participant, etiam in minoribus constituti ordinibus, prius dent cautionem sufficientem, se non velle ordinem & institutum ecclesiasticum deserere, aut si mutato proposito forsitan resiliant, tum si velle & debere fructus percepta que subsidia, collegio illi integraliter soluere ac restituere.

*Collegia in Vniuersitate aliqua sita, quos suos studiosos mittere debeant.*

Cæterum in locis vbi vniuersitas catholica est, iuxta primariam institutionem reformatam & probata, non videtur causa digna esse collegia magnis sumptibus grauandi, & mittendi studiosos foras, ad Vniuersitatem exteram. Proinde statuimus, vt tales dent operam literis bonis in ipsa vniuersitate, vbi ad mores & studia ipsorum potest haberi respectus: nisi decanus & collegium causam habeant, cur ceaseant eos ad exteram Vniuersitatem mittendos. Quod si qui fugientes disciplinam, velint omnino non ad eam, quæ eis à suo decano & capitulo designatur, sed ad aliam, quæ ipsismet videbitur Vniuersitatem proficisci, non tenebitur collegium illis dare subsidium decretum. Ne verò canonici, vicarij, & chorifocij cleri nostri Colonien. vigilijs defunctorum, quas mane hora septima persoluere consueuerunt, à frequentatione lectionum præcipuarum impediatur, volumus vt post hac vigiliæ tempore pomeridiano ad horam circiter secundam incipiantur, vt ante preces vespertinas compleantur.

*Qui gaudere possint vniuersitatum priuilegijs.*

Ad prohibendum grauem abusum, quo se quidam ad vniuersitates, non studij, sed priuilegiorum gratia, conferunt, Statuimus & mandamus, sicut ante nos in synodo Leodien. statutum est, vt nulli nisi ad studia literarum idonei, & illarum præcipue gratia, se ad vniuersitatem conferentes, in membra seu supposita atque ad vsum priuilegiorum huiusmodi vniuersitatis recipiantur, aut suorum beneficiorum fructibus eo prætextu gaudeant, nec recepti, ipsis priuilegijs & beneficiorum fructibus vtiantur, nisi quandiu causa studij permanferint & spes sit, quod ex studio suo fructum vberiore in ecclesia Dei sint parituri. Qui verò desides & otiosi cõperti fuerint, ab eorundem priuilegiorum vsum, & fructuum perceptione repellantur.

*De Theologo qui doceat, in Collegijs alendo.*

Quo verò & reliqui siue canonici siue vicarij capellani siue chorifocij, cantores quoque, seu chorales collegiorum, quæ extra vniuersitates, aut in vniuersitatibus, procul à scholis sita sunt, habeant etiam occasionem in sacris discendi & proficiendi, Decernimus & statuimus, vt eiuscemodi collegia singula, aut si vicina sint inuicem duo aut plura, simul alant theologum aliquem doctorem vel binos, qui hanc operam inter se partiantur, concessione fructuum vnius præbendæ, autoritate apostolica, in hunc vsum supprimendæ: aut si illa non sufficiat, vnione beneficiorum vel vicariarum, quæ

nullam, vel non aded necessariam functionem requirunt, iudicio visitorum Episcopaliū decernenda & conficienda: sic tamen, vt fructus præbendæ vel stipendij diuidantur, secundum numerum lectionum: vt quando non legit, detrahatur illi etiam de fructibus portio destinata. Quod si inter ipsosmet fratres inueniatur, qui hoc docendi munus velit & possit obire, huic par est, vt distributiones quotidianæ, præter iustum stipendium, à choro absentis pridie quàm legat, & eo die quo legit concedantur.

*De instaurandis lectionibus theologicis in vniuersitate Colonien.*

VT Cæsareæ maiestatis voluntati sanctissimæ de Reformandis Vniuersitatibus iuxta modum in formula præscriptum satis fiat, & ratio sit, quare Collegia in Colonia non teneantur suos canonicos mittere ad exteram vniuersitatem, & eis absentibus, aut integros præbendæ suæ fructus, aut quantum in victum & libros sufficiat, suppeditare danda est collegiis illis opera, vt lectiones potissimû sacre Theologiæ, in ipsa vniuersitate vigeant, & canonici illi, qui habent præbendas sibi ex indulto apostolico, cum onere legendi collatas, suo muneri iuxta tenorem bullæ summi Pontificis, vnde præbendas illas conferendi autoritas manauit, satis faciãt. Quã obrem monemus & hortamur eos, qui de præbendis gratiæ primæ gaudent, vt aut legant ipsi in facultate aut si legitimo impedimento teneantur, conducant alios idoneos Magistros, qui vices eorum in docendo suppleant. Qui si monitionibus nostris paternis auscultare noluerint, cum nostra (ad quod pertinet bonum publicum promouere) inter sit, lectiones Apostolicæ sedis beneficio vniuersitati debitas persolui, Censuimus totius Concilij nomine requirendos esse Vniuersitatis Rectorem & Prouisores, vt munere suo perfungantur, & eos quibus de Præbendis seu Beneficijs prouiderunt, requirant ad legendum & satis faciendum oneri Præbendæ annexo, & iuxta Apostolici priuilegij tenorem, contra non parentes procedant: alioqui negligentiam eorum deferendã ad Summum Pontificem, & petendam prouisionem qua huic casui prouideatur.

*DE ALTERO MEDIO AD CONSEQUENDAM REFORMATIONIS EXECUTIONEM NECESSARIO, QUOD EST EXAMEN ORDINANDORUM.*



Einde visum nobis fuit ad stabilem & duraturam Ecclesiastici ordinis Reformationem comparandam, necessarium esse, vt initiandi sacris ordinibus ritè examinentur. Hi verò, qui ad Prælaturas & regimè animarum assumuntur, nouo eidemque rigidiori examini submittantur propterea quod mortales omnes, sequi suum Genium quotidie experiamur, & asinum manere asinum, etiam si exuuijs leonis induatur: atque ita euenire, vt cum vitis dediti homines assumuntur ad dignitates & Prælaturas, vertant dignitates & curas non quo oportet, sed vel ad auaritiam implendam, vel in ventrem saginandum, aut ad fastum & pompam, quidam etiam, vt in luxu & delicijs viuant. Quibus profectò rebus fit, vt planè in diuersum abeant officia & munera diuinæ

missionis, nec fere vlla sit animarum & rerum ecclesiasticarum cura vera, sed imagines tantum & apparatus, nec seria bene instituta Reformationis executio, sed maior indies morum & doctrinæ corruptela. Quamobrem in primis statuimus & ordinamus, ne quis ad sacrorum Ordinum perceptionem admittatur, nisi diligenter examinatus de fide quam teneat, de affectu quo ducatur ad perendos Ordines de scientia quæ sufficiat ad Ordinis quem petit ministeria explenda, de moribus Ordinem decentibus & ætate legitima.

*Ad quos pertineat Examen.*

**Q**uoniam verò difficile erat, vbi sunt magna Ecclesiæ & multi ordinandi Episcopos ad quos examinatio propriè pertinet, hoc negotij per se obire: olim ea cura in quibusdam Diocesis in Scholasticos Cathedralium Ecclesiarum in aliis verò in prælatos alios relegata est, quibus ià examinandi ius est quæsitum, & maiora quàm cæteris Canonicis stipendia ab Ecclesia decreta: verum quales nunc sunt plerique Scholastici, & illi penes quos est examinandi potestas, iura quidem sua tuerentur, nec tamen docent iuventutem, nec examinant, officiumque & curas alias aliis, non multo melioribus examinatis interdum delegant: quo fit, ut alio in alium hanc curam transferente, aut nullæ, aut perfunctoriæ, & admodum frigidæ fiant ordinandorum examinationes. Quem defectum supplere cupientes, & examen ad sua principia, hoc est ad Episcopos reuocare, quibus ex lege diuina incumbit, nemi citò manus imponere, matura deliberatione præhabita, declaramus, Episcopos non debere huiusmodi examinationibus (quando non ignorant eas perfunctoriè factas) statim acquiescere, & inquisitionis specie, quàm ex reliquiis antiqui moris retinent in altari, cum rogant vtrum sint digni, iusti, & sancti putare se satisfecisse, atque ita inutiles & indignos homines, nonnunquam etiam sceleratos, ab aliis forte (quos ea cura non admodum tangit) dignos iudicatos, sacris illis ordinibus contra conscientiam propriam insignire. Eaque de causa requirimus Prouinciam nostram Episcopos in domino, ut vel ipsimet huic suo muneri satisfaciant, vel curam illam imponant viris piis, doctis, & de Ecclesiæ profectu sollicitis, quorum diligentia sit eis explorata, nisi certissimo experimento cognouerit Scholasticum, vel eum ad quem hoc pertinet, diligentiam talem, cui merito standum, adhibuisse.

*De licentia ad suscipiendos Ordines extra Diocesim.*

**S**tatuimus ut nemini post hac (vbi digna & iusta causa non est) dentur licentia, ordines extra suam diocesim recipiendi: nisi prius sit, iuxta modum præscriptum in sua Diocesi examinatus. Ad hoc enim comperimus quosdam licentia petere, ut examen subterfugiant.

*De proclamatione ante maiores ordines faciendâ.*

**Q**uoniam non oportet sacros Ordines quasi furtim surripere, statuimus & ordinamus, ut quæ admodum iungendi Matrimonio trina proclamatione populo denunciantur: ita maioribus Ordinibus initiandi, trina proclamatione denunciantur in Ecclesia Parochiæ, quàm inhabitant, ad percipiendâ impedimenta, si quæ sunt quæ debeat Parochus Episcopo aut officialibus eius significare: vbi tamen

proclamatio talis commodè fieri potest, nec verisimilis sit metus ne maleuoli homines Clericos innoxios à maiorum Ordinum susceptione deterreant.

*De tempore quando debeant ordinandi dare nomina sua, & examinari.*

**M**andamus, ut volentes ad Subdiaconatus vel Diaconatus Ordinem promoueri, præsententur, & dent Intitulatoribus nomina sua feria quarta diem ordinationis præcedente, ac eodem & sequenti die examinentur, hora quam eis constituent examinatores. Promouendi verò ad Sacerdotij gradum dent nomina sua feria quinta ante diem ordinationis, quibus similiter statuetur: cum simul ob multitudinem examinari non possint: Adferant verò promouendi omnes secum testimonia, non modo suorum Parochorum, verum etiam præceptorum aut proborum virorum, apud quos maiorem vitæ partem transegerunt, per examinatores discutienda, vnde possit Episcopo, vtrum irreprehensibiles sint, constare.

*De examine instituendorum ad dignitates, curas animarum, aut alia officia.*

**P**orro quo plus negotiorum incumbit eis qui ad Prælaturas, dignitates & curas animarum vocantur, hoc magis interest Ecclesiæ & Christi fidelium, ut tales singulari examine, maiori que diligentia, quam reliqui explorentur, vtrum sufficiant ad præstanda munera illa ad quæ vocantur. Præcipue verò Episcoporum interest, quales habeant in excolendo agro dominico cooperarios. Hinc statuimus & ordinamus, ut nemo electus confirmetur, nemoque præsentatus ad dignitatem vel animarum curam instituatur, priusquam sit à suo Episcopo, aut Archidiacono Episcopi, aut hac in parte Vicario, aliiue sacrarum literarum, canonum, & traditionum Ecclesiasticarum peritis viris, quos Episcopus aut Archidiaconus ad hoc designabit, examinatus & comprobatus idoneus, possitque & velit muneri ad quod vocatus est, pro virili satisfacere & formulam Reformationis qua parte eum concernit, exequi. Quod si quis Archidiaconorum, vel ius instituendi habentium, contra hanc constitutionem præsumpserit aliquid non ita examinatum inuestire, ipse quidem pro iudicio Episcopi, per certum tempus ab officij sui executione, & fructuum perceptione, suspendetur: Institutus verò eo vsque donec Episcopo comprobatus sit qualificatus & idoneus. Neque tamen per examen episcopale derogatum volumus iuri examinandi si quod alij prælati habent.

*De examine eorum qui per resignationes aut permutaciones ad beneficia contendunt.*

**A**d hæc statuimus & ordinamus, ut in permutacionibus & resignationibus beneficiorum, eadem cura adhibeatur examinandi eum, in cuius fauorem permutatio vel resignatio concepta est. Et præsertim diligens fiat inquisitio, etiam per diserta iuramenta, num permutatio sit ad contegendum symoniæ vitium fraudulenter excogitata ac simulata: quod si vel examinis tempore, vel in posterum compertum fiat pactiōnem illicitam & iure non probatam intercessisse, vterque permutantium pro symoniaca fraude puniatur.

*De formulis ad examinationem aptis. Quoniam*

**DE OFFICIORVM PERFUNCTIO-**  
*ne, Medio tertio, ad comparandam executionem Reformationis necessario.*



**M**on prodest ad ecclesiæ ædificationem, Prælatos & Pastores, curam animarum habentes, fuisse diligenter examinatos, probatos, & legitima manu impositione institutos, atque admissos, nisi præstent etiam officium ad quod sunt vocati, & cuius gratia stipendia ab Ecclesia accipiunt: Idcirco per consequenda Reformationis executione curandū esse censuimus, ut Ecclesiarum Prælati & Pastores suo munere strenue perfungantur. Quod nisi fiat, iacent omnia quæ Reformatio exigit.

*Quibus possint Archidiaconi munus suum committere.*

**I**am quod passim tam indoctos & inutiles sacerdotes videmus Ecclesiarum regimini præfectos, vnde & mores boni corrumpuntur & omnis disciplina populi labascit, quodque tam turpiter in concubinato, perpetua ebrietate, & aliis infamibus vitiis, vnde & populus scandalizatur, quidam viuunt, Episcoporum negligentia & Archidiaconis illis, qui quæstum auarum & officiorum seu munerum suorum locationem faciunt, & malunt homines de salute æterna periclitari, quàm se lucro turpi, ac temporali non ditari acceptum ferendum esse, fatentur omnes quibus dolet, animas hominum, quos sanguine suo Christus mercatus est, non pluris æstimari, & Cleri infamia populum scandalizari. Cui accusationi & iustæ querelæ mederi cupientes, sancimus & statuimus, ut Episcopi, Archidiaconi, & omnes qui functionem munerum suorum, non per se, sed per ministros aut commissarios seu collectores solent obire, vices suas non committant hominibus leuibus, vitiosis, aut coniugatis: sed tantum Ecclesiasticis, grauibus, & probatæ opinionis viris.

*Non licere Prælati officia sua pro pecunia pacta alicui committere.*

**S**imiliter ad tollendum grauem & scandalosum abusum, quo quidam pecuniis oblaris comparant sibi à Prælati commissiones & officia, non salutem animarum, sed pecuniam vberiore ex officiis quærentes: Statuimus & mandamus, ne quis Prælati, cuiuscunque sit dignitatis, suam Iurisdictionem & munera vlli commissario seu collectori, licet Ecclesiastico, plus offerenti, pro pecunia aut pro certo annuo censu, committat vel vendat, sub pœna excommunicationis, quam emens, seu pecuniam paciscens ipso facto incurrat, vendens verò, præter pœnas canonicas, amittat etiam actionem, pecuniam pactam exigendi. Decernentes contractum huiusmodi illicitum, à iure damnatum, ac nullum esse & haberi debere.

*Quod non liceat relinquere peccata pro pecuniis impunita.*

**M**agno populi Christiani scandalo, quidam ad quos pertinet vitiorum correctio, relinquunt peccata ob pecunias & munera impunita, non perpendentes pudendum esse crimen, crimina non coercere: nec quicquam esse, quod atrocius Episcopos & Prælatos coram Deo accuset, quam huius rei neglectus. Idcirco deliberatione

*De luce Patrono. ta Præterea.*

**Q**uoniam diuersi ordines, officiorumque & dignitatum gradus diuersi, alias atque alias requirunt in hominibus conditiones: & ratio præterea habenda est eorum religiosorum, qui perpetuo delitescere quærunt in suis Monasteriis, & ad nullas animarum curas euocari, sed tantum cupiunt Chori officii in suis monasteriis adhiberi sacri officiumque pro Ecclesia in missis offerre, & monastice indulgere: visum fuit præfenti Concilio expedire, ut extarent formulæ, ad quas examinarentur ordinandi, secundum diuersos suscipiendorum Ordinum gradus, & instituendi & confirmandi secundum conditiones munerum & officiorum quibus adsciuntur. Petentibus Suffraganeorum nostrorum cõprouincialium Episcoporum legatis negotium tales formulas congerendi dabimus eruditis aliquot viris, qui non modo in literis sint exercitati, verum etiam cognitionem Ecclesiasticorum officiorum teneant, & conscribant in genere, quod communice-tur eis omnibus pro locorum & Ecclesiarum diuersitate, in species aptas deducendum.

*De institutis pleno iure à Prælati & aliis Ecclesiasticis.*

**C**um bonorum omnium testimonio magnus & perniciosus sit abusus, quod Archiepiscopi, Episcopi, Præpositi, Abbates, Prælati, & quibus in Clero est potestas conferendi beneficia ecclesiastica pleno iure, Conferunt Ecclesias parochiales absolute & simpliciter quibuslibet, interdum indignis & ineptis hominibus inexploratis, nullo præcedente examine: & quod intolerabilius est, nonnquam spuris, nothis, pueris, aut seruis indignis. Censuimus hanc rem totius Concilij nomine ad summum Pontificem deferendam. petendamque sedis illius provisionem & declarationem, irritantem tales collationes, quas vocant pleno iure, nisi præcedat examen Episcopale, seu eorum quos Episcopi ad hoc dabunt, & ut potestatem faciat episcopis, ut quos non constaret à sua sanctitate, vel alias ritè examinatos, non teneantur, quauis licet autoritate nitentes, ad possessiones Prælaturarum vel Sacerdotiorum curam animarum habentium admittere, nisi examine diligenter excussos atque probatos. Similiter, ne quenquam in ordine ab alio quam suo proprio Antistite, surrepticie, & nullo præuio examine suscepto, teneantur ad Ecclesiasticas functiones admittere, sed ab ordinis suscepti executione suspendere, donec exhibitis suæ promotionis literis, per examen debitum & iuxta Reformationis formulam factum, fuerit repertus idoneus.

*De secularibus vsurpantibus sibi potestatem pleno iure conferendi beneficia.*

**D**e secularibus verò habentibus ius præsentandi aliquem ad beneficium ecclesiasticum, siue Curatum, siue à cura liberum, qui contra regulas canonicas admittuntur pleno iure conferre, absque institutione canonica aut presentatum via facti intrudere: Decernimus cum toto Concilio, tales conatus irritos ac nullos, esse: & si qui tale quidam facere tentauerint, hos ipso facto, iure præsentandi pro vice illa priuatos esse: illum verò qui beneficium tali titulo recipit, aut se ei intromittit, nihil per hoc iuris acquirere, & procul ab illius occupatione remoueri debere, & per ordinarium in eius locum surrogari alium: quin & iura decernunt vtrunque, & intrudentem & recipientem, anathemate feriendum esse.

cū Concilio habita, Mādamus & sancimus, ne Episcopi, Archidiaconi, vel alij Iurisdictionem habentes, aut eorum Officiales, seu commissarij, vitiōrum correctiones dissimulent, permittentes cuique pecuniā muneris, vel necessitudinis cuiuscūque gratia in eis hāterere: sed delicta praterita castigant, pœnitentia salutarī, pro delicti prateritate imposita: nec pœnitentiā loco pecuniā emungāt, nisi vbi permittūt iura aut Canones: seu vbi pro transgressione mandati vel inhibitionis, certa mulcta (cui⁹ habuerit transgressor cognitionem, & tamen cōtempserit) decreta sit. Verum mulcta ex permissione Iurium aut Canonū proueniens secundum illorum p̄scriptum conuertatur Cæterum vbi eiusmodi castigationibus non proficitur, & tanta sit delicti grauitas, poterit etiam censuris & pœnis Canonicis castigari: Nimirum suspensionis ab officio, excommunicationis, & priuationis beneficiorum Ecclesiasticorum.

*De pœnis c. licet. De offic. Ord. c. irrefragabili. paragra. Prouideāt De sen. ex com. lib. 6 paragra. Denique*

*Vt muneris suo Collegiorum Præpositi satisfaciāt.*

**Q**uærela est Collegiorum, Præpositos quosdā ad quos præstito iuramento pertineat iura & statuta ecclesiarum tueri atque defendere, nihil agere minus: sed percipere tantum amplos fructus, cæterum ecclesias quarum causa illos percipiunt, relinquere indefensas: immemores iusuradi & eius quod beneficium propter officiū datur. Hinc decernimus & statuimus, vt si istiusmodi Præpositi à suis Collegiis, ad bonorum, Priuilegiorum, iurium & statutorum defensionem, expensis Capitulorum, necessitatis tempore, vel imminente discrimine, requisiti, muneris suo satisfacere neglexerint, & inde Collegium ceu ecclesia illa damnum accipiat, pœnam incidant, pro damni accepti magnitudine, Præpositi negligentia ab Episcopo seu superioribus taxandam & moderandam.

*Quod non liceat Decanis à suis Collegiis abesse.*

**V**idemus Decanis absentibus, vel officio suo segniter perfungentibus, leuissimorum quorumque canonicorum & vicariorum insolentiam præualere fere aduersus meliores, pietatem & zelum bonorum haberi ludibrio, officia negligi, diuina neque ritè neque ab omnibus persolui, tantum præcipitari, vitæ & morum honestatem periclitari, disciplinam prorsus nullam esse: breuiter, licere prauis quibusque quicquid libeat. Præcipimus idcirco & mandamus, vt Decani apud suas ecclesias personaliter resideant, & officio suo per seipos strenue perfungantur, excessusque subditorum quoties opus erit castigent, sub pœna priuationis fructuum Decanaliū, pro rata temporis quo absque causa rationabili moniti non resederint, fabricæ, aut pauperibus applicandorum, vbi alias non est pœna digna contra non residentes decreta, nisi fortè necessitatis causa contigerit eos abesse. Quo casu. Capitulari alicui, qui suscepti officij ratione reddere possit, quæque inferiores reuereantur vices suas committant, nisi talem absentis vicarium peculiaria collegiorum statuta designent.

*Quod Abbatissa nobilium Virginum quas Canonissas appellant, debeant apud sua Collegia residere.*

**I**dem statuimus de Abbatissis Collegiorum Nobilium virginum Canonissarum, quas tanto magis oportet collegiis suis adesse, & perpetuo resi-

dere, quanto virgines illæ maiori custodia sunt dignæ. Quibus præterea mandamus, vt diligenter obseruent, num omnes in Dormitorio communi nocte decumbant, & in habitu ipsas decente incedant ac horas Canonicas ritè persoluant, cæteraque quæ Reformationis Cæsarianæ formula, & probata earum constitutiones exigunt diligenter obseruent, sub pœna suspensionis à perceptione fructuum, in fabricam Ecclesiæ applicandorum, donec pareant.

Illas verò Abbatissas, quæ duobus Collegiis contra Decreta sanctorum Patrum præpositæ sunt, & duorum in se recipiunt Curam, quum vix vni regendo sufficiant, censendas decernimus iuxta decretum De Restringenda pluralitate beneficiorum, inferius paulo subiectum: Atque vt canonisæ secundum formulam aliquam ipsorum statui conuenientem, possint in vitæ & morum honestate formari, conscribi quædam in eam rem iussimus, quæ visitatoribus nostris trademus exequenda: Communicabimus quoque ea Reuerendis Confratribus nostris Comprovincialibus, Episcopis quo & ipsi in suis Diocesis, secundum locorum & personarum rationem (quantum fieri potest) Reformationis vnitatem ac conformitatem introducant.

*Vt Abbates à monasteriis suis non discedant.*

**M**andamus quoque & præcipimus, vt Abbatibus quorumlibet Monasteriorum, non nisi intra Monasteriorum septa, cum fratribus habitent, nec moram longam extra ea trahant.

*De restringenda plurimorum beneficiorum curam animarum habentium conseruatione.*

**C**vpientes ex animo quantum in nobis est prohibere ac tollere odiosum illud & insatiabile (quod & Patrum canones derestantur) studium coaceruandi multa beneficia, curam animarum habentia, vnde populus fidelis grauiter scandalizatur & optimorum, quorumque animi à Clero alienantur, spoliuntur ecclesiæ debitis ministeriis, celsatio inducitur cultus diuini, fundatores quorum sacrosancta & inuiolabilis debebat haberi suprema voluntas, spe & expectatione sua fraudantur: meliores, quibus beneficium aliquod Ecclesiæ certæ debetur, quique ministrare in eo & cupiant & possint, non absque iniuria & offensione Dei excluduntur, & ad studia prophana impelluntur, vbi Ecclesiæ poterant esse ornamento, donec Cæsarea Maiestas prouisionem meliorem aduersus licentiam hanc à summo Pontifice impetret: id quod ab Ecclesiasticis Imperij Statibus rogatus, se recepit à sanctitate eius eniti atque efflagitare velle. Statuimus, & communitateque deliberatione cū Concilio præhabita, quod iustissimum est, & ad Ecclesiæ ædificationem pertinet, sancimus, vt beneficiatus quisque, si beneficia habet à Curis libera, aut vnum curatum, aliud simplex satisfaciāt officio cuius gratia beneficium accipit, secundum Fundatorum intentionem, sacros canones, & Patrum decreta: & ab ecclesia vbi beneficium negligit, non participet. Etenim diuini iuris est, vt qui seruit altari, de altari viuat: nec bono iure is qui non seruit altari, viuit de altari: sicut stipendiū non debetur nisi militanti. Si verò Curatum habet beneficium apud ecclesiam vbi beneficium habet, resideat, & officio satisfaciāt alioqui nihil percipiturus: pertinebitque ad Episcopum, seu eos, quibus hoc

hoc iuris competit, vt de præbendæ seu beneficij fructibus, ad ecclesiæ illius vtilitatem disponant: nisi beneficiatus ille ecclesiæ Dei vtilius aliquod seruitium interim impendat. Quod si quis iuxta, c. De multa. De præben. qualificatus iam impetrauit à sede Apostolica facultatem plura quàm vnum beneficium retinendi, Mandamus, vt hanc Episcopo suo aut eius Visitatoribus secundum dispositionem, c. Ordinarij De offi. Ordina. in 6. præsentet atq; exhibeat. Quæ si appareat sufficiens, curet Episcopus vt beneficia debitis obsequiis non fraudetur: Alioqui beneficiatus, vno, quod maluerit retento, reliqua libere resignet, aut dimittat viris idoneis, personaliter residere volentibus, absque præiudicio tamen præsentantiū, eligentium, & collatorum conferenda. Si verò dispensatum sit cum indigno, summo illud Pontifici, curet Episcopus significare, vt digniori de beneficio illo prouideatur, per eos quibus alias cōpetit ius eligendi, conferendi, vel præsentandi.

*De competentia iusta Rectoribus ecclesiarum siue perpetuis siue temporalibus assignanda*

**V**bi Collegia vel monasteria, vel habentes dignitates, habent ecclesias parochiales incorporatas cum decimis iuribus & censibus, quas committere soleāt pastoribus vel perpetuis vicariis, cum assignatione portiois fructuum regendas, si portio talis sit accisa, nec sufficiat, vt honestè ac decenter ex ea viuatur, ne causa sit cur animæ negligatur, aut deferatur officium, vel ad curas sordidas pastor ille victu comparando adigatur, Mandamus & decernimus, vt iusta portio secundum Reformationem ei de decimis Collegij vel Monasterij bonis assignetur, siue per episcopum loci, siue per eius visitatores. Similiter vbi temporales Rectores ad regendas ecclesias conducuntur, Decernimus, vt iis iustum & dignum stipendium detur pro locorum, & personarum conditione ab Episcopo moderandū, quod decentem eis & honestum victum atque vestitum suppeditet.

*Ne cogantur ecclesiarum Rectores opera seruilia subire.*

**O**mnino autē vetamus, ne vlla Collegia, Monasteria, vel habentes dignitates, locet ecclesiarum suarum regimen cum agris, vineis, syluis, partibus, & iuribus, rectori plus offerenti sub annua pensione: tales enim coloni verius, quàm pastores, seruilibus & sordidis negotiis se dedere, & maiorem temporalium, quàm spiritualium bonorū sollicitudinem habere, dignamque animarum curam negligere solent. Possunt tamen colonis secularibus ecclesiarum prædia sub annuo censu locari, emolumentaque pro vtilitate ecclesiarum commutari, vel vendi: quin etiam non vetamus quin collegia & monasteria possint ecclesiæ rectori, bonorum ad ipsam ecclesiam pertinentium, administrationem plenam committere, pro moderato censu, quem de prædiis pendat: sic tamen, vt ei supersit honestus & sufficiens victus ac vestitus: nec ad supremū censum adigatur, vt solent licitantes à plus offerentibus, pro quo corradendo cogatur se sordidis & seruilibus operibus mancipare, ac rusticus fieri, vt vix aut ægre ei supersit, vnde nuditatem suam vestiāt, & vitam miseram sustēteret: quales multos, magno Ecclesiastici ordinis dedecore, in pagis videmus sacerdotes.

*De vicariorum seu capellanorum in Ecclesiis Collegiatis officio.*

**A**D postremum statuimus & ordinamus vt ecclesiarum collegiatarum vicarij (quos aliqui vocant Cappellanos aut Chorifocios) nomini suo respondeant, nec tempore diuinorū alijs psallentibus, ipsi extra chorum patenter desideant, confabulentur, aut aliud quid agant in ecclesia, in populi scandalum. Sed canonice in persoluedis horis canonicis & diuinis sint adiumento & onera specialia, ad quæ vel ex fundatione, vel antiqua consuetudine, aut ecclesiarum statutis, obligantur deuotè & diligenter persoluant, sub pœna suspensionis: non à distributionibus tantummodo quotidianis, verum etiam à vicariarum suarum fructibus, donec negligentiam iuxta Decani & Capituli iudicium emendant.

*DE QUARTO MEDIO REFORMATIONIS Ecclesiam per visitationem.*



On alias sanè melius, quàm in visitatione deprehenduntur, corriguntur, & eradicantur errores & vitia quæ visitatoribus dormientibus seminantur, crescunt, & securum robur acquirunt. Sic in Euangelio dicitur: Cum dormiret homines, venit inimicus

homo & superseminauit zizania, morum nimirum & doctrinæ corruptelam. Dormiunt prælati, qui non visitant: soli vigilat, & seruent custodias noctis super gregem suum qui mala quæ metuunt visitationem præcidunt. Et quoniam semper oportet eos in sibi commissas oues habere oculos intentos, speculatores appellantur: Speculatorem, inquit Propheta, dedi te domui Israel. Nec aliud est episcopus, etiam ex nomine, quam speculator. Hinc etiam Apostolus: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos spiritus sanctus Episcopos. Et vniuerso, inquit gregi, quod visitationem requirit vt episcopus nemini desit. Quale exemplum dedit ipse de se Apostolus, non semper prædicans, sed visitans etiam suos, quos ad Christum conuenerat, vt explorare, vtrum seruarent doctrinas & traditiones Apostolorum & seniorum. Sic habito Concilio Hierosolymitano in quo Apostoli & seniores statuerant, quo nam pacto lex vetus sepeliri deberet, ait ad Barnabam Paulus: Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates, quo modo se habeant. Qualium visitationū frequens mentio est in Actis Apostolorum cap. 20. commemorat episcopis Asiaticis labores suos, ac tandē contestatur eos in hæc verba: Quapropter contestor vos hodierna die, quod mundus sum à sanguine omnium: Non enim subterfugi, quo minus annuntiare vobis omne concilium Dei. Quæ sanè contestatione pronuntiat reos sanguinis omnium pereuntium animarum, episcopos illos, qui oues suas non requirunt. Visitatione igitur opus est, cum archidiaconali, tum episcopali, atque archiepiscopali, & eorum, quibus hoc muneris incumbit ad extirpandos errores ac vitia, & mores bonos plantandos, eosque in vsu & vigore suo retinendos. Hactenus autem (quod negare non possumus) alto somno dormierunt episcopi, de archidiaconorum visitatione securi, qui speciem quandam visitationis retinuerunt, sed de formem, & prauorum officialium seu visitatorum quæstus vitiosam ac reprehensibilem. Nunquam profecto, quod nunc

*De præben. c. extirp. de cor. c. exposuisti. Et c. eod. titulo in sexto.*

*1 Cor. 9.*



fero quærimur, tot hæreses & sectæ morisque corrupti consueque inualuissent, nec iaceret adeo disciplina ecclesiastica neglecta, si rectè visitatum ab episcopis & archidiaconis, & iis quibus hoc muneris incumbit, fuisset. Quapropter archidiaconis quidem toti Concilij autoritate mandamus & præcipimus, ut abusu correcto, visitationem instituât ad formulam reformationis, nec quenquam sinant in vitiis, pecuniæ vel munerum causa, hæreses, iuxta superiores nostras constitutiones sub pœna quam Episcopi vel superiores dignam iudicauerint. Episcopos autem requirimus, ut frequentius per hoc triennium visitent suas dioceses, cû ad extinguendas hæreses & schismatum reliquias, tum verò ut archidiaconales & inferiores visitatores obseruent, atque in ordinem redigant. Nam nisi hoc fiat verendum est inferiores visitatores suam morem retenturos.

*De notario in visitatione adhibendo.*

**S**tatuimus ad hæc, ut visitatoribus adhibeatur Notarius qui sit sacerdos, aut saltem clericus non coniugatus.

*De visitatione exemptorum & non exemptorum.*

**C**autum est in reformationis formula, ut à visitatione Episcopali nulla ecclesia esset libera seu exèpta, propterea, ut opinamur, quod exempti multi ab institutis suis latè deflexerunt, & populum grauius irreligiosa vitæ conuersatione & moribus corruptis scandalizant: induceretur autem ecclesiæ turpis facies, plurimâque in populo scandala nascerentur, si visitatis ac reformatis non exemptis, exempti quos oportebat esse potius reformatos hæreant perpetuo in eodem luto. Verum quum in hoc negotio deesset episcopis summi Pontificis autoritas, Cæsarea Maiestas recepit se velle cum summo Pontifice agere, ut operi huic tam sancto, sanctitatis eius se accommodaret. Quod ipsum vtrum iam factum sit, necne, nondum ad nos peruenit. Idcirco statuimus interea, donec de hoc reddamur certiores, ut episcopus quisque visitet omnes sibi subiectos non exemptos, licet sint per archidiaconos aut alios prælatos visitati: Exemptis verò, ne quid in se patiatur Episcopi desiderari eorum quæ Cæsarea Maiestas serio requirit, suum visitandi studium atque operam offerat, hoc periculo præsertim tempore: Et nihilominus præfenti Concilio statumente, requirimus, & à reuerendis coepiscopis nostris suffraganeis in eorum diocesisbus requirendos censemus, omnes exemptorum prælatos & visitatores, ut munus suum strenuè exequantur, reformentque subditos suos, iuxta reformationis Cæsareanæ (quam sibi comparare quisque teneatur) formulam, & Cæsareæ Maiestatis mentem. Quæ in re si fuerint negligentes, & non cû effectu reformationem exequantur, tum episcoporum erit, ut negligentiam hanc, aut summo Pontifici, aut Cæsareæ Maiestatis significent, quo prospiciatur eis de remedio oportuno.

*De visitatione hospitium etiam exemptorum.*

**C**um reipublicæ, sed præcipue episcoporum inter sit, ut visitentur ac restituantur hospitalia, quippe quod episcopi sint, & esse debeant, patres pauperum, & infirmorum, nec ferendum eis sit, ut eleemosynæ debitæ eis subtrahantur. Statuimus hospitalia omnia esse diligenter & magna cura visitanda, impetrandumque ordinarij à summo Pontifice, Cæsareæ Maiestatis intercessione, priuilegium visitandi & reformandi etiam exemptorum hospi-

talia, saluo tamen in aliis exemptionis iure.

*De autoritate qua oportet visitatores episcopales præditos esse.*

**E**rit quoque visitatoribus Episcopalis opus flagello Euangelico, & ecclesiastica coercendi potestate, ut vendentes & ementes, scorta, nequitas, imposturas, omnemque turpitudinem ex ecclesia eiicere valeant. Proinde decernimus, ut episcopi & prælati, mittentes aliquo, vbi ipsi fuerint negotiis aliis occupati, suos visitatores, instruant eos etiam autoritate ac potestate sufficienti, rebelles ac criminosos per censuras ecclesiasticas coercendi, & vitia ut magna vel parua fuerint castigandi.

*De formulis inquirendi in visitationibus.*

**Q**uamquam nulla certa inquirendi regula, ob rerum omnium instabilitatem, & diuersos casus, qui subinde accidunt visitatoribus, potest præscribi, expedit tamen, extare formulas, ad quas pro diuersa locorum, ordinum, & ecclesiarum conditione, aliter atque aliter inquisitionem suam illi instituant, & quibus submonitorij loco uti possint. Quæ si non inueniantur editæ, quo visitatores hoc onere leuemus, dabimus piis & eruditis aliquot viris negotium, tales formulas, etiam suffraganeis nostris Episcopis comunicandas, colligendi ac scribendi.

*De sumptuum & procuratorum in visitatione exigendarum moderatione.*

**S**emper mansit extra controuersiam eos qui visitantur debere suis visitatoribus sumptus omnes, dicente Apostolo: Quis plantat vineam, & de fructibus eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat? Si nos spiritalia vobis seminauimus, magnum est, si carnalia vestra metamus? Sed quoniam frigescente charitate, populus non ut olim benigne & liberaliter succurrit ecclesiarum necessitatibus, & grauibus insuper exactionibus ecclesiæ per hanc tempestatem atteruntur, ne visitatio superueniens: fiat onus importabile, & offensionem demus, ut Apostolus loquitur, Euangelio, Requiritur reuerendos comprouinciales episcopos, nostros, suffraganeos, ut quando non per se, sed per commissarios visitabunt, non sinant visitandos supremis ectionum ac procuratorum iuribus grauari, neque enim debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filiis: Præcipimusque & mandamus vniuersis & singulis nobis inferioribus visitatoribus, ne superfluum famulitium in comitatum assumant, & victualium sumptu mediocri, pro sua decentia, sint contenti. De parochis uerò, vbi tenues sunt redditus, & paucus est populus, ordinamus, ut visitandi vocentur ad vicinum aliquem illius Decanatus, seu regiunculæ locum, & moderatum tantummodo subsidium conferant in sumptus communes. Cæterum si pauperis cuiuspiam parochiæ necessitas requirat visitationem personalem, cum hac visitatores agant benigne, & ad exemplum Apostoli Pauli, qui malebat manuum labore victum sibi & suis querere, quam quemquam grauare, Ecclesiæ pauperi de suo, quod à locupletiori ecclesia habent, seruiant.

**DE SYNODORVM CELEBRATIONE MEDIO QUINTO AD REFORMATIONEM EXEQUENDAM NECESSARIO.**

Magno



**M**agno status ecclesiastici, imò reipublicæ Christianæ detrimento sero querimur. Synodos vel intermissas, vel non rectè hæcenus fuisse celebratas. Quarum necessitas hinc intelligitur, quod vbi deficit visitatio, vbi officiorum non est cura, vbi examen & studia bona iacuere neglecta solæ restât Synodi, seu Concilia in nomine Christi congregata, idonea non tantum ad bonorum morum plantationem, & extirpationem malorum, verumetiam ad mediorum seu viarum, quibus ad istas pertingimus, restitutionem cum primis valentia. Siquidè in Synodis redintegratur unitas, studetur corpori in sua integritate conferuando vbi ea quæ in visitatione non dabatur exequi, executionem studiis communibus assequuntur, vbi de capite & membris, de fide & pietate, de religione & cultu diuino, de moribus, de disciplina, de obedientia, de iudiciis & rebus omnibus, ad bene Christianèque viuendum commodis vel necessariis, tractatur atque statuitur, ut verissime in reformationis formula dicatur: Salus Ecclesiæ, terror hostium eius, & fidei catholice stabilimentum sunt synodi, quas etiã rectissimè corporis ecclesiæ neruos dixerimus: Neglectis enim synodis, non aliter ecclesiasticus ordo diffluit, quàm si corpus humanum neruis soluat. Idcirco statuimus, ut synodus diocesana quotannis bis, pro veteri quidem more, sed iuxta Reformationis formulam religiosius meliori cum fructu celebretur. Suffecerit tamen in diocesi Leodiensi, propter eius latitudinem & multitudinem Prælatorum semel quotannis rectè & studio feruenti celebrare. Synodum verò prouincialem volumus iuxta Basiliensis Concilij decretum, singulo quoque triennio cogi debere.

*De sumptibus, quos in synodis faciunt Decani Collegiorum & Pastorum.*

**D**ecani Collegiorum accedentes Synodum, pro suis Collegiis in legionis officio & dignitate sua conferuandis, & Decani rurales pro suæ regiunculæ parochis, Deo utique militant. Nemo vero, ut Apostolus ait, militat vnquam stipendiis suis. Propterea decernimus & statuimus, ut pro numero dierum, quibus concilium durat, conferant Decanis suis Collegia & parochi subsidia, in sumptus, quos necessario facere debet, absque omni tergiversatione. Quæ in re tam iusta, si qui rationis & equitatis obliti, reddiderint se difficiles, visitatorum nostrorum erit hos tales non modo compellere ad id, quod iure diuino debent persoluendum, verumetiam pœnas ab eis pro iniquitatis modo exigere.

*De nouis constitutionibus in synodis edendis.*

**S**tatuimus quoque, ut in Synodis communibus consilij decernatur, de tollendis abusibus & moribus corruptis, quos contigerit ad Synodi iudicium referri, disciplina ecclesiastica castigandis. Et si opus sit, canones veteres renouentur, aut noui in nouis casibus, iuxta sacram scripturam, Patrum sanctiones, & rectè rationis iudiciū condantur: id quod modo nos quoque ex his quæ ad synodum relata sunt, facere decreuimus.

**DE MEDIO SEXTO AD REFORMATIONIS EXECUTIONEM NECESSARIO.**



**E**ximum medium ad exequendam reformationem efficax, est iurisdictio ecclesiastica, qua tãquam supremo refugio compelluntur, qui sponte non ducuntur ad vitæ emendationem. Hanc Christus Ecclesiæ in Petro pro ecclesia confitenti ipsum esse filium dei, promisit, quando dixit: Tibi dabo clauis regni cælorum, Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Quam promissionem non ad vnum Petrum pertinere, sed in omnes Apostolos trãmissam, alio loco insinuat, vbi dicit: Amè dico vobis, quodcunque ligaueritis super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueritis super terram, erit solutum & in cælis. Ecclesiæ igitur sunt clauis istæ ligandi atque soluendi data, quas non ab hominibus, sed à Christo accepit: ut abique diuinæ autoritatis contemptu contemni nõ possint. Quapropter Christus præcipit, ut eum qui ecclesiam ius dicentem nõ audierit pro Ethnico habeamus & publicano. Tanta est ecclesiasticæ iurisditionis vis & potestas. Hac coercetur obstinatus in sceleribus, per uicaces, rebelles, flagitiosi, & contumaces. Hac vsus est beatus Apostolus Paulus, quando Corinthium, noueræ suæ stupratorem, tradidit Satanæ: Ego, inquit, absens corpore, præfens autem spiritu, iam iudicavi ut præfens: Eum, qui sic operatus est in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini Iesu, tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Hac item vsus est aduersus Hymeneum & Alexandrum, qui operum conscientiam quæ fidei rectæ congrueret repellentes circa fidem naufragauerunt, quos tradidit Satanæ, ut discerent non blasphemare. Et increpat beatus Apostolus Corinthios, apud iudices infideles & Ethnicos iudicio contententes: An nescitis, inquit, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? & si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quãto magis secularia? Et per ironiam subdit: Secularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles scilicet qui sunt in Ecclesia, illos constituere ad iudicandum. Ad verendum vestram dico. Sic nõ est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre iudicio cõten dit, & hoc apud infideles? Quibus permoti rationibus, decreuimus cum præfenti Synodo, iudicia ecclesiastica in primis reformanda esse. Et quidem in hanc rem antecessores nostri sancti Colonien sis Ecclesiæ Archiepiscopi, Theodoricus & Ropertus quædam statuere, post quos antecessor noster Hermannus, anno vigesimo nono, copiosiore nostræ curiæ Reformationem edidit, quæ & in Prouinciali Concilio, anno trigesimo sexto, communi omnium consensu publicata atque recepta est. Verum cû prohibente hominum malitia, non sit Reformatio illa per hanc tempestatem sortita per omnia executio nem, Decreuimus hanc primum in Diocesi nostra diligenter exequi, & omnes Curia nostræ Officia rios iureiurando astringere ad eius obseruantiam. Requiritur quoque & moneamus reuerendos confratres nostros Suffraganeos Episcopos, ut & ipsi secundum hoc exemplar, prout melius videbitur congruere saluti & tranquillitati subditorum, suas quoque

1. Corin. 6.

que Curias reformet, & executionem reformatæ jurisdictionis, episcopali sua autoritate inferioribus omnibus ad eundem modum, hoc est per iuramentum imponant.

*De impediendis executionem mandatorum & sententiarum iudicum Ecclesiasticorum.*

**E**cclēsiasticus iudex officio suo nequit perfungi, ubi Magistratus & seculares homines, contumacibus, flagitiosis, & rebellibus patrociniis, ferūt aduersus ecclesiastica iudicia, vel ea impediunt. Idcirco mandamus omnibus Magistratibus, Præfatis, Iudicibus secularibus, & quibuscunq; ecclesiæ filiis, ne quis ad iudicium ecclesiasticum vocatis, aduersus Dei ordinationem, unde est ista potestas, & sacros canones patrocinetur, aut quouis modo impediatur mandatorum & sententiarum Ecclesiasticorum iudicum executionem, sub pena excommunicationis, qua nisi admoniti resipiscant, sint plebēdi. Pissimum quoque imperatorem nostrū, & principes seculares, quorum ditiones in prouinciam nostram excurrunt, vel intra eius ambitum continentur, duximus totius concilij nomine, tanquam iustitiæ patrocinatores inuocandos, vt ditionum illarum Satrapis, Præfatis, Iudicibus, Magistratibus, suisque vicariis mandare ac præcipere velint, ne ecclesiastico iudici, brachium seculare petenti, illud denegēt, aut cuiuscunq; exceptionis per reos propositæ occasione differant, etiam si nullitatem exceptio concernat, quemadmodum iure communi cautum est.

*Ne iudices seculares de matrimonialibus & aliis spiritualibus causis iudicent.*

**Q**uam matrimonij Sacramētum, vt Sacramētum reliqua, in thesauris Ecclesiæ numeretur, nec sit ciuili quidam Contractus, vt olim putarunt Ethnici, ad solius Ecclesiæ iudicium, præsertim ubi quæstio iuris versatur, eius discussio pertinet. Idcirco statuimus cum præfati Concilio, & sub excommunicationis pœna prohibemus ne Magistratus aut iudices seculares, in matrimonialibus aut aliis spiritualibus quibuscunq; causis, ad cognitionem solius ecclesiastici iudicis spectantibus, inter suos subditos aut alienos iudicent, nec dispensandi aut transigendi potestatem in matrimonio ac gradibus prohibitis sibi vsurpent: Sed eiusmodi causas omnes ad iudicium ecclesiastici cognitionem & definitionem remittant.

**RECENSVRÆ ET DECRETA**  
*lata pro abusuum & vitiorum ad synodi iudicium perlatorum, emendatione.*

*Ne quis recipiat aut foueat monachos & sanctimoniales sui instituti desertores ac fugitiuos apostatas, sub excommunicationis pœna.*



**M**illa re magis per hanc tempestatem fœdata est ecclesiæ Christi facies, quam profugorum monachorum & sanctimonialium perfidia atque flagitiis, quorum vt erat vitæ institutum arctum prius & sanctum, ita eo abiecto, absque omni freno ad quouis flagitiorum genera prouoluti sunt: his enim autho-

ribus natæ sunt hæreses, sacrilegia, incestuosa concubia, & sacrorum omnium prophanatio. Nec ab aliis magis quam iis, quos isti seduxerunt, sunt hæc mala defensa atque promotæ. Ideo magna seueritate opus est, vt flagitiosissimum hoc genus hominum reprimatur, atque ab Ecclesia fidelium, videlicet ne plures eorum contagione inficiantur & pereant, submoneatur. Proinde quod nuper in diœcesana Synodo nostra decreueramus, nunc renouamus, & eius innixi authoritati, qui dixit: Quicquid ligaueritis super terram, erit ligatum & in cœlis. Sancimus vnanimi totius concilij consensu, iudicio ac sententia, ac præcipimus, ne quis cuiuscunq; status vel conditionis fuerit, posthac Monachos vel Monachas fugitiuos, & extra superiorum suorum obedientiam vagantes, quos nouerit veridica aliorum relatione, aut superiorum testimonio, vel alio quis modo effectales, recipere, fouere, aut ad Sacramenta vel ecclesiastica ministeria admittere ausit sub excommunicationis, quam ipso facto incurrant pœna, qua & sacri Canones ferunt eos, qui huiuscemodi fugitiuos apostatis atque excommunicatis communicant.

*De Monachis sanctimonialibus, & sacerdotibus coniugatis.*

**P**erlatum ad Concilium est, apostatas illos variavitæ genera sectari: quosdam enim seculare institutum in omnibus assumpsisse, & pudicitia, quam Deo consecrauerant, prostituta, Monachos sanctimonialibus, duplicato incestu, sub coniugij prætextu adhærere. Quo vitio & sacerdotes, ac maiorum ordinum quidam clerici contra sacros canones se contaminarunt. Quosdam verò viduis & fœminis secularibus se copulasse. In quo gradu & sanctimoniales quædam Deo sub velamine dicatæ, se viris coniugij nomine prostituerunt: quas nuptias omnes, quia priorem fidem irritam fecerunt, Deo abominabiles atque execrabiles, vt nuper in Synodo nostra diœcesana declarauimus ita nunc quoque totius concilij approbatione ac iudicio declaramus & pronunciamus illicitas prophanas, sacrilegas, atq; incestuosas esse, & nusquam tollerandas, & anathemati eos omnes, qui ita contraxerunt, esse innoxios: prolesque inde susceptas, illegitimas esse, nec aliter quam spurios & nothos habendas, ac proinde hereditario nomine parentibus suis neque in mobilibus neque in immobilibus succedere posse aut debere.

*De concubinariis monachis vel sacerdotibus.*

**I**n tertio genere versantur Monachi apostatæ, qui ministeriis ecclesiasticis perfunguntur, & scortis seu concubinis adhærere. Quorum quidam religionis suæ habitum penitus abiecerunt, quidam non integrum, sed partem eius ob metum retinuerunt. De quibus statuimus, vt seueriori ordinis disciplina pro tanti scandali expurgatione submittantur, & carnis suæ petulantiam pœnitentiæ afflictione mortificent. De sacerdotibus verò, & clericis beneficiatis, quibus concubinæ vel fœminæ, de incontinentia suspectæ, seu cum quibus ipsi ante hac de fornicatione diffamati fuerunt manifestè cohabitant, vt nuper in Synodo diœcesana, ita nunc quoque totius Concilij consensu & approbatione decernimus & pronunciamus, eos qui tales fœminas apud se detinent, sententiam suspensionis ab officio & beneficio incurrisse: Mandamusque & præcipimus, vt iuxta nouissimam declarationem, eas tam procul, è vicinia submoueant, vt commeritis non detur facilis occasio, & suspi-

& suspirationes omnes vitentur: ipsas verò fœminas, si posthac in domibus vel vicinia permanerint, censemus excommunicationis censura plectendas: Volumus quoque & iubemus, vt Ecclesiarum prælati sententiam memoratam contra concubinos notorios, & de concubinato suspectos, diligenter exequantur: alioqui nostrarum partium erit eorum negligentiam supplere, & pœnas dignas pro ea exigere. Quod si qui libidinis furiis correpti, instar equi & multi, quibus non est intellectus, suspensionis pœna non emendentur, aut his nostris mandatis facto contrario docuerint se non velle parere: contra hos tales ad vltiorem beneficiorum priuationem, aliisque duriores pœnas decreuimus & censuimus esse procedendum.

*De Monachis qui extra obedientiam degentes diuina tractant, & populo Sacramenta administrant.*

**I**n genere quarto versantur Monachi profugi, qui extra obedientiæ iugum & ordinis sui obseruantiam, alij in habitu, alij habitu cum Religione reiecto degentes, regimini se intromittūt, Ecclesiarum Sacramenta, conficiunt & populo administrant, cum sint ipsi excommunicati, & Sacramentorum omnium expertes: Confessiones audiunt, cum absolendi non habeant potestatem, multis modis & populo impo-

*De sanctimonialibus religionis suæ habitum subinde mutantibus.*

**H**is finitimæ sunt Sanctimoniales quædam, religionem bene & sanctæ institutam professæ, quas accepimus Religionis suæ habitum subinde deponere, & vestes seculares Religionis tædio sibi aptare, non absque graui fidelium scandalo, & status sui ignominia: Quippe quod sicut mulier impudica cum veste pudorem, ait Sanctimonialis Religionem cum veste. Quam indignitatem prohibere volentes, præcipimus ne qua Religiosa virgo, sub excommunicationis pœna à habitum alium, quæ suæ Religionis conuenientem sibi induat, aut alia videri velit sponsa Deo consecrata, quam ea quam se esse profiteatur.

*De requirendis omnium generis Apostatis, vt resipiscant, & vt ad instituta sua reuertantur.*

**I**am licet Apostatarum, & eorum qui missa ad aratrum manu retro spexerunt ad seculum, & se ineptos reddiderūt regno Dei, alius alio grauius impegit: & quidam humanitate propter errorem communem, & eorum qui cum prohibere hunc cursum potuissent, officium neglexerunt conuictiam. Alij seuera vltione, ob malevolentiam & impietatem digni videantur: in hoc tamen sunt omnes pares, quod Religionis suæ vota illa solennia, quibus se Deo præ cæteris mortalibus nuncuparunt, timore Dei & æterna animæ salute postpositis, perfide soluerunt. Quæ profecto magna est impietas. Enimvero Propheta Baruch, deos gentium falsos, à Deo ve-

ro hoc veluti signo proprio discernit: Quod falsi illi votum quo se quis obligauerit, nec tamen reddiderit, non requirant: Deus autem verus requirit. Vnde perspicuum est securos illos voti fragos, Apostatas, qui sibi persuadent Deum vota non requirere, habere sibi persuasum Deum esse falsum, quales sunt diigentium, quod vel cogitasse horrendum idololatriæ scelus est. Petrus quoque in Actis Apostolorum testatur eos, qui communem vitæ societatem, qualis olim inter Apostolos erat, & nunc apud Religiosos conseruari debet, semel receptam deserunt, tentare spiritum sanctū, & mentiri non hominibus, sed Deo. Idcirco duximus eos omnes salutis de qua periclitantur, grauitè admonendos, & vno nomine requirendos, quibus & præfatis Synodi auctoritate inuocato Christi nomine, quem sceleratis suis factis abnegarunt, Mandamus & præcipimus, vt relictis falsis coniugibus & concubinis, si quibus adhærerent, postpositisque negotiis, quibus se implicauerunt, habitum Religionis suæ resumant, & ad suum quique Monasterium reuertantur, ubi pœnitentiam salutarem ad diuinam vltionem auertendam, veniamque erratorum impetrandam, humiliter agant.

*De abiuranda hæresi, & communionem schismatica vitanda.*

**S**imiliter requirimus, & paterno affectu monemus monachos & sanctimoniales apostatas, sacerdotes, sui ordinis & disciplinæ delictores, clericos & laicos, eosque omnes qui communionem schismatica, aut prauorum dogmatum contagione per hanc tempestatem se ab vnitæ Ecclesiæ Catholice, extra quam non est salus, separarunt, vt hæresi schismatice omni abiurato, absolutionem & recõciliationem à sede Apostolica, vel eis quibus hoc munus delegatum est, petant, studeantque deinceps in vnitæ communionis & fidei cum Ecclesia sancta Catholica permanere. Propter eos verò prouinciæ nostræ incolæ, qui sibi arbitrantur vtriusque speciei communionem à Cæs. M. permissam, operæ precium duximus de hoc iterum ferre nostrum iudicium. Proinde Cæs. M. Declaratione maturo iudicio lecta atque expesa, quod nuper in Synodo nostra fecimus, nunc totius Concilij sententia declaramus omnibus prouinciæ nostræ fidelibus, nihil tale in religiosis catholicissimique Imperatoris, Declaratione qua suam mentem exposuit, inueniri, quin potius contrarium: siquidem expressis & disertis verbis à catholicis imperij Statibus, & eorum subditis, serio valde exigit, ne quid in sacramentorum administratione, præter Ecclesiæ catholicæ consuetudinem immutent, aut immutari in suis ditionibus villo pacto permittant. Cui Cæs. M. planè catholicæ & Christianæ ordinationi decreuimus. Nos, tanquam Archiepiscopus & Princeps Elector per Dei gratiam Catholicus, cum Reuerendis confratribus nostris prouincialibus Episcopis & principibus, eadem gratia diuina concedente similiter catholicis, fideliter & obediēter per omnia obtemperare: Id quod & alioqui pro nostra erga sanctam Ecclesiam deuotione, studio pacis & vnitatis, quæ diuino illo sacramento significatur, conseruandæ, eramus facturi. Præcipimus idcirco, & auctoritate præfatis synodi in nomine Domini nostri Iesu Christi conuocata, mandamus omnibus Prouinciæ nostræ incolis, qui Christiano nomine censentur, vt corporis & sanguinis Christi veritatem sub vna Sacramenti specie percipisse contenti,

renti, vinculum pacis cum gratiarum actione seruent.

*Ve sacerdotes ab hæreticis reuertentes, non statim inuolent ministeriis Ecclesiarum.*

**C**Aueant autem sacerdotes siue Religiosi siue seculares ab hæreticis vel schismaticis ad ecclesiam reuertentes, se ministeriis diuinis statim ingerere, & sacrificare, aut Sacramenta populo administrare, etiam si maximè id non more hæreticorum, aut schismaticorum, sed secundum ecclesiæ catholicæ ritum facere velint, priusquam sint, absoluti, Ecclesiæ reconciliati, & officiis ac ministeriis suis, irregularitate sublata, restituti: ne damnatione grauiorem incurrant propter irregularitatis impedimentum, quo tenentur per sacros Canones illaqueati.

*Veniæ spe proposita errantes omnes ad Ecclesiam catholicam reuocandos.*

**N**E verò pœnarum seueritate proposita, reuertenti ad Ecclesiam ab hæresi cupientes, auertamus & retropellamus, & non potius etiam duros & obstinatos veniæ blandimentis emolliamus, atque ad pudorem & respiciendum inuitemus: In omnibus cuiuscunque sint status, gradus aut conditionis, ad mentem cum filio prodigo redeuntibus, respicientibus, atque ad ecclesiam, patris sui domum, unde aufugerant, ab hæresum & schismatum lenociniis cupientibus reuerti Ecclesiæ valuas, quantum in nobis est, aperimus, & facilem ignoscenciam pollicemur: Requiriturque Reuerend. confratres nostros suffraganeos Episcopos, vt animo volentes, boni pastoris officium esse, non imperare cum austeritate & potentia, sed infirmas oues consolidare, ægrotas sanare, contractas alligare, perditas per desertam quærere, atque in humeris reportare: Patris item boni officium esse prodigo filio à longe reuertenti veniæ propositione occurrere: studeat etiam ipsi errantes ad respiciendum, & Ecclesiam reuocare. Omnibus verò Prelatis, Abbatibus, Prioribus, Guardianis, & Monasteriorum vtriusque sexus superioribus mandamus vt pœnitentia ductos suos subditos, & vltro reuertentes veniamque petentes, & emendationem pollicentes, paternæ recipiant ad pœnitentiam tolerabilem: quam emendatione eorum perspecta, sensim minuant, vt sanant, non interimant suas oues. Quod si forte casus sit, vt in monasterium & locum proprium absque scandalo recipi pœnitentes nequeant, curent eos in alio eiusdem ordinis monasterio, secundum iuris canonici dispositionem recipi: Nec eos tantum qui intra dioceseos nostræ pomeria continentur, cogi volumus, vt huic numeri suo satisfaciant, sed omnes vbi que locorum per totam Prouinciam. Proinde requiritur & monemus Reuerendos confratres nostros suffraganeos comprouinciales Episcopos, vt ad eundem modum & ipsi suarum Diocesium Prælatos requirant & cogant, respicientes, ac vltro redeuntes, benigne ad modum prædictum recipere.

*De refractariis & in errore persistentibus vt cogendis.*

**Q**UOD si qui apostata & ordinis sui desertores, fascino diabolico & vitiorum amore excæcati atque illaqueati, non patientur se inuitari ad vitæ emendationem aut ad Ecclesiæ sinum benigne adduci, eos decernimus, post spretam beneuolentiam nostram paternam vi cogendos, per Dei

ministros illos qui gladium tenent ad vindictam malorum & laudem bonorum vt intrare vel inuiti compellantur, qui sponte reuerti volebant. Idcirco concilij totius nomine per autoritatem Domini nostri Iesu Christi, qui nos vocauit, & cuius causam agimus, requiritur Christianos Principes, Magistratus seculares, & quotquot potestatem coercendi malos habent omnes, vt suo ministerio ad laudem Dei, & Ecclesiæ, cuius sunt filij, salutem perfungentes, obstinatos apostatas, monachos & sanctimoniales in suis sordibus & rebellione hæretes, seductores, que fidelis populi, eis indicatos, potèti manu capiât, tradantque suis superioribus aut monasteriis, pœnitentiæ seueriori, saluari tamen, submittendos.

*De Apostatis qui sub prætextu dispensationum Apostolicarum, vota religionisque sua instituta deseruerunt.*

**A**POSTATE quidam extra Monasteria sua degunt, superioribus rebelles, & ad rebellionem alios sollicitantes: tanto nocentiores in Ecclesia quanto hostis domesticus externo perniciosior est: qui nequitiam suam velant dispensationum Apostolicarum prætextu, quas plerunque vel in curia, vel à Pœnitentiariis summi Pontificis aut legatis & nunciis Apostolicis, surreptitiè, vel allegatione causarum falsarum impetrat. Et si causæ iuri innixæ bullis obtentis interferantur, tales tamen petunt sibi dari, atque impetrant earum examinatores & iudices, summo Pontifici, Legatis, Nunciis, & dispensatoribus ignotos, qui neque causas allegatas examinent, nec partibus legitime vocatis de earum veritate inquirent: sed simpliciter eorum libidini patrocinentur: aut si dantur iudices incorrupti & probitatis amantes, iis Bullas suas non exhibent cognoscendas: & nihilominus secum dispensatum esse iactant, vtrunque dispensationibus obtentis, haud aliter quam si causas illas legitime verificassent, unde non infrequenter plus malorum & scandalorum, quam à notoriis apostatis accipitur: nostrum verò non est, sustinere in Ecclesia tantam imposturam, tamque licetiosam votorum violationem. Proinde statuimus & ordinamus, vt qui dispensationes tales obtinuerunt, in habitu & obedientia suæ religionis, quam professi sunt, coram nobis aut reuerendis Comprouincialibus nostris Coepiscopis, compareant, atque ita dispensationes suas exhibeant examinandas, & vocatis eorum superioribus, ac quorum intererit discutendas: aut si iam habitum temere & absque preuia bullarum examinatione deposuerunt, cum resumptum, & eousque in monasterio, ac sub obedientia se contineant, donec dispensationibus nobis ad examinandum oblatis, inueniantur, non etiam summum Pontificem & eius legatos, vel alios dispensatores fecelisse, aut sinistrè aliquid impetrasse. Quod si dispensationibus obtentis, aliter atque iam statutum est voluerint vti, eos pro notoriis Apostatis habendos vitandos à Magistratu capiendos, & superioribus cum rebus omnibus quas habent, expensis tamen Monasteriorum tradendos, ad eundem omnino modum, quo de apostatis iam decretum & statutum est, totius Concilij sententia decernimus & approbamus.

*Vt qui habent administrationem bonorum Ecclesiasticorum vel officia, reddant rationem.*

Acce-

**A**CCEPIMUS in quibusdam Collegiis Thesaurarios fabricæ præfectos, & alios rerum administratores, vel officia spiritualia habentes, raro aut nunquam dare administrationum suarum rationem non sine suspitione infidelitatis, cui permagna datur occasio, unde res ecclesiarum diffluunt, & que à maioribus ad ornatum ecclesiarum magnis studiis congesta sunt, negligentia & fraude posteritatis turpiter dilabuntur: Idcirco statuimus & ordinamus, vt Collegiorum & Monasteriorum officiarum, quibus cura administrandorum & dispensandorum bonorum ecclesiasticorum committitur, iureiurando promittant, se velle ea fideliter conseruare, tractare & ministrare, ac quotiescunque petuntur dare rationem, & ea que rationes consecrari debent. Diem autem certum computandi Decanus & Capitulum eis præfigant, sub pœna suspensionis ab officio, & emolumentorum perceptione. Ad hæc ordinamus, ne facile vbi sunt idoneæ personæ, vni plura quam vnum officia committantur, nisi sint natura connexa, aut personæ pauca, vt valeat vnus industria tanta, vt pluribus sufficere possit. Statuimus quoque, vt iuxta cõstitutionem sælicis memorix Vuigboldi Archiepiscopi, antecessoris nostri, laici prouisoires parochialium Ecclesiarum, qui pro conseruatione ædificiorum, luminarium, & comparatione ornamentorum, instituuntur, nihil ordinent vel disponant, absque consilio sui plebani, cui bis in anno teneantur reddere rationem, vt si quid inordinate egerint, pro vtilitate, ecclesiarum, prout secundum Deum & cõscientias suas videbitur expedire, corrigatur, atque reformetur.

*Vt campanarij seu custodes religiosè officia sua exequantur.*

**D**ELATUM quoque ad synodum est, campanarios, seu custodes quosdam, quos alij matricularios vocant, tam parochialium, quam collegiatarum ecclesiarum qui pallas, mappas, vestes sacras sordide & irreuerenter seruant, peraguntque ministeria sua prolixis barbibus horridi, ac nulla religionis veste à plebeis discreti: Statuimus igitur ne liceat campanariis nutrire barbam, aut in veste laica in ecclesiis circumscurrere, sed ministeria sua insuperpelliceis exhibeant, linteaque Ecclesiæ & Sacrarum, vt munda sint, diligenter asseruent. De eorum vero lotionem, quæ pertinet ad vsum sacrorum, illos admoneant sedulo, quibus hæc cura incumbit qui taliu ablutionem fieri procurent per eos, quibus hoc per canones licet: sub pœna suspensionis ab officio & emolumentis, donec pareant.

*De benedictione fontis & paruulis tempore paschali baptizandis.*

**I**NOLUIT grauis abusus in Collegiis quibusdam, qui tempore paschalis officij aquam omnibus baptisimi cæremoniis benedicunt, quæ postea effundunt: Statuimus propterea, vt nullum fontem seu aquam, Collegia posthac consecrent, cuius nullus est vltus sed cæremoniis & benedictionibus vtatur, apud illud fontem Parochiæ suæ, quem intra Collegij septa, aut in proxima vicinia habent. Er vt orationes & cæremoniæ solennes, quæ tempore paschali, & Pentecostes, baptisimo adhibentur, habeant res eis respondentes: Statuimus vt pastores & cõcinatores adhortentur, populum, vt paruulos natos instante festo Paschæ, seruent baptizandos in vigiliam Paschæ, & natos festo Pentecostes instante ad festum Pentecostes

vsque seruentur: si tamen nullum immineat vitæ periculum.

*Vbi & quibus horis debeant paruuli baptizari.*

**D**ESTANDA est non minus laicorum superbia, quam Pastorum eis obsequentium adulatio: qui contempta Ecclesiæ proles suas volunt in suis domibus baptizari, & eo baptisimi aquam deferri. Quem abusum prorsus rescindere volentes, statuimus, neminem alibi quam in ecclesia, quocunque loco natus sit, debere baptizari, exceptis Regum filiis, &c. quibus valeat secundum Concilium Vienne de ferri. Pastores verò, qui secus fecerint, ab officio suspendimus, donec absolutionem à nobis obtineant. Similiter multos abusus & leuitates, quæ passim apud dignissimum illud sacramentum admittuntur, amputare cupientes, prohibemus paruulos tempore pomeridiano baptizari, sed quado ieiuni & sobrii sunt homines, & ad res tantas attenti. Si verò pauca sint in ciuitate aliqua Baptisteria, & multi baptizandi, poterunt residui, qui apud sacrum matutinale baptizari commode non poterant, tempore pomeridiano baptizari. Et si ad sit digna populi frequentia, Pastor eos de baptisimi mysteriis doceat: præsertim, vt cogitant quanta sit Dei misericordia peccata abluentis, & nos in suos filios adoptantis. Præterea vetamus, ethnicorum more, ab hoc sacramento magna cõmuniâ instruere, epulari, & ebrietate (vt passim homines parum Christiani faciunt) omnia miscere.

*Quod non liceat religiosis suscipere in fonte baptizatos, aut nuptias interesse.*

**Q**UANVIS religiosi omnibus interdicitur sacris Canonibus sit, ne paruulos in baptisimo suscipiant, aut nuptiarum conuiuio inter sint passim tamen hi Canones negliguntur, & Religiosi ad paruulorum susceptionem & nuptias inuitantur, unde suspecta plerunque nascitur & alitur familiaritas, & aculei nonnunquam in pectoribus relinquantur: qui vt forte vbi arcta est cognatio, vel senectus emortua desint, tamen nocet exemplum iunioribus propositum Idcirco Abbatibus, Prioribus, & Religiosis quibuscunque, susceptionem paruulorum in baptisimo, & nuptiarum cõmuniâ plane interdicitur, quantauis necessitudine vel paruulis vel desponsatis iungantur. Contrarium facientes, protransgressione & scandalo dato seuera pœnitentia decernimus castigandos.

*Comœdias quatenus liceat in Monasteriis ludere.*

**P**ERCIPIMUS Comœdiarum actores quosdam, scœna & theatris non contentos, transire etiam ad Monasteria monialium, vbi gestibus prophanis, amatoriis, & secularibus commoueant virginibus voluptatem. Quæ spectacula, etiam si de rebus sacris & piis exhiberentur, parum tamen, boni, mali verò plurimum relinquere in sanctimonialium mentibus possunt, gestus externos, spectantibus & mirantibus, cæterum verba non intelligētibus. Ideo vetamus & prohibemus posthac vel Comœdias admitti in virginum monasteria, vel virgines Comœdias spectare.

*Abusus populi in audiendis Missis quomodo coercendus.*

**A**NIMADVERTENTES populum & rudem simplicem, religionis antiquæ & veræ ignarum, actiones, pro nullas in Missæ sacrificio, præter hostiæ sacrosanctæ oblationem obseruare: & hinc abusum natum in ciuitatibus vbi multæ celebrantur missæ, vt

ab



ab altari ad altare discurant, nulli sacrificio plene intenti. In oppidis verò & pagis cœmeteria circumambulent, & de rebus nonnunquam prophanis tractent, donec detur ad hostiæ eleuationem signum, qua vel è longinquo conspècta ac salutata, putent se hois Christiani officio abunde perfunctos. E salute fore populi fidelis existimauimus, si hoc vitium gladio spiritus excinderet. Idcirco Pastoribus & verbis diuini concionatoribus omnibus iniungimus ac mādamus, vt vbi irreligiosus hic abusus irrepserit, frequenter doceant populum de tremendis atque adorandis missæ mysteriis, iuxta sanctorum patrum doctrinam, & ea quæ in declaratione Cæsareæ Maiestas de missa traduntur: & quòd Christianorum sit integro sacro auscultare, quò participes fiant confessionis, quam sacerdos pro tota plebe facit, & omnium orationum, & benedictionis qua eos dimittit.

Et si quidem peccat ea in re tota, vt alicubi sit, rustica communitas, censemus Præfectum loci requirendum, vt abusum talem coerceat ac prohibeat.

Qui si forte hoc facere recuset, prohibemus omnibus Pastoribus, Vicecuratis, & animarum curatoribus quibuscunque, nequis cum absoluat, aut ad Sacramentorum perceptionem admittat, nisi certa si de polliceatur, se velle regulis istis ecclesiasticis obtemperare. Si verò paucorum istud vitium est, & moniti non emendent, cera, vel rebus aliis ad Ecclesiæ ornatum, vel pauperum subuentionem pertinentibus, pro arbitrio Pastoris & edilium muldentur.

Et ne cui desint pietatis sub Missa exercitia, dabimus piis quibusdam & eruditissimis negotium conscribendi diuino huic officio congruentes meditationes & orationes, pro populi simplicis captu, quas vel ipsimet legentes intra se reuoluant, vel è Parochi frequenti institutione addiscant.

*Quando & vbi conueniat simul plures Missas dicere.*

**M**entem sequentes formulæ, ad quam Reformatio instituenda erat, Ordinamus, vt in Ecclesiis Parochialibus, ad quas potissimum confluere solet populus in vnum collectus, & in minoribus Collegiis ac Monasteriis, sacerdotes, quibus dicendæ sunt Missæ speciales, eas finiant ante solennis missæ Euangelium: aut ad summum ante actionem, aut ab eius communionem facta incipiant, ne populus in diuersa distrahatur. Vbi verò amplæ sunt Monasteriorum vel Collegiorum Ecclesiæ, sic in oratoria distinctæ, vt in locis diuersis diuersus accipiantur populus, nec possint vni missæ commode omnes esse intenti, poterunt singulis populorum turmis singulæ missæ celebrari, quibus vnusquisque populus sit intentus: sub concione autem nulli sacerdotum liceat in Ecclesia illa missam celebrare.

*De oblationibus in Missa faciendis.*

**V**aria fuerunt olim in lege veteri sacrificia & oblationes, Christi perfectum sacrificium præfigurantes, quas vnica Christus hostia in crucis ara consummauit, semetipsum pro nobis offerens. Hæc est hostia sempiterna, quam eandem in Missa sacerdos eorum omnium nomine, qui Christum pro se oblatum cupiunt, offert ac sistit ante patrem. Fuerunt & aliæ Primitiarum, Decimarum & liberalium votorum oblationes, quibus in Ecclesia, præter sacrificia spiritualia, mactationis vitiorum, gratiarum actionis, laudis & seruitutis, quæ diuinæ maiestati debetur, successerunt etiam rerum temporalium ad

vsu ministerij necessariorum oblationes, quas olim in primitiua Ecclesia magnis studiis offerebant in Missa, quo suffragiis eiusdemmodi sacerdotes & ecclesiæ ministros sustentarent. Vnde adedò locupletate sunt initio Ecclesiarum res etiam persecutionis tempore, tanta copia, vt post sacerdotum & ministrorum alimentata, partiti sint eas etiam in alimenta viduarum, orphanorum & pauperum: in vestes item & vasamini ministerij, ornatum & fabricam Ecclesiarum: de quibus extant adhuc antiqui Patrum canones, extant quoque orationes, quas Secretas appellamus, sub Offertorio Missæ, quibus oblationes populi Deo commendantur. Qui mos offerendi semper fuit in populo fidei retentus ad nouissima vsque ista secula. Verum res tam altæ originis & ratione tam sancta subnixam iam tota propè abire cœpit in desuetudinem, hominibus piis causam & originem offerendi, ad altare ignorantibus, & impiis cupiditate sacerdotum vsu illum introductum calumniosè asserentibus. Quamobrem diuini verbi concionatoribus, illis præsertim, qui de oblationibus populi non participant, ad cupiditatis speciem tollendam, præcipimus, vt populo veritatem rei istius & vtilitatem exponant, horrenturque omnes sequi maiorum studia, vt vel exigui munusculi oblatione, suam pro rebus à Deo acceptis ostendant gratitudinem, quo etiam preces illæ in eos conquadrent: inculcentque eis, quod Deus non tam ad dona, quàm ad voluntatem & mentem priorum respiciat, quâquam locupletes & diuites conuenit esse liberaliores, quo gratitudinis signum de se ampliores præbeant, & testentur, sed Deo ad Dei honorem & cultum habere, quicquid habent.

*De oblationibus pro defunctis & exequiis pomposis prohibendis.*

**C**um mortuus sit Christus prouius & defunctis offertur etiam in Missa, non tantum pro viuis verum etiam pro defunctis. Quod rudes, & Sadducæis crassiores homines ignorantes, neque orant, neque sacrificium expetunt, aut exequia aut iusta pro pareribus, liberis, cognatis, & amicis persoluant: non aliter sanè, quàm si cum corporibus simul & animæ extinguerentur. Mandamus idcirco, vt verbi diuini concionatores populum hac de re diligenter accipere informant & doceant, ne animæ amicorum in Christo defunctorum, suffragiis orationum & oblationis Christi fraudentur. Qui modus semper fuit retentus in Ecclesia, atque etiam ante Christum apud Iudæos celebris. Neque enim ex vnico Machabæi factò concluditur, sanctum esse pro defunctis orare, & sacrificium offerre, vt à peccatis soluantur, sed quoniam ita pij & de vera fide instructi Iudæi, absque hesitatione credebant: verum non probamus propterea pomposos & sumptuosos apparatus supra hominis conditionem, qui valent ad ostentationem potius opum quàm vt defuncto suffragentur. Improbamus verò comestiones & ebrietates quibus post exequias quidam indulgent, quasi mortuorum amicorum memoriam vino abluere velint, vbi potius eadem via sequendum esse cogitare debeant.

*De processionibus in quibus sacra Hostia cum imaginibus sanctorum circumfertur.*

**N**ihil prope tam sanctum est, quod secularium patres dicitur hominum vanitas non trahat in abusum: ecclesia de thesauro Corporis Christi exultans, Processiones circumfert longis Processionibus, etià extra sacras aedes hostiam illam salutarem, videlicet simul representans

*cipua est fides qua de prelatate oritur ex- tra ecclesiâ & ad ea reuertuntur, admodum imitatio Christi, qui de summo cœla egressus in mundum, per crucem regressus est gloriâ patris, iuxta illud quod scriptum est: in gloria dei patris, et sic intra- nam suam.*

sentans itineris Christi historiam, qui dum quæreret salutem nostram in medio populi versatus est, & vniuersam Iudæam circumambulauit docens & agrotos sanans, discipulis comitantibus: quamobrem & sanctorum reliquias & imagines eorum qui vestigia eius secuti sunt simul circumferimus: Significantes illos cum ipso regnare, & triumphare in cœlis.

Quæ memoria debet piis esse iucunda & læta. Verum huc secularis stultorum hominum vanitas irrepserit, & adhibentur etiam ludi prophani & scurriles, magno strepitu, ac quasi ad bellum procedendum esset tympana pulsantur, & otiosa specula eduntur, rebus istis non congruentia, quibus populus delectatus, à rebus quæ processione aguntur, auocatur. Mandamus idcirco, vt iuxta Cæs. Maiestatis reformationem, quicquid non valet ad deuotionem excitandam à processionibus remoueatur: Sed sint processiones compositæ, graues & modestæ, absint risus, ioci, & confabulationes, & orent homines, aut suauiter corde & voce modulentur: nec beatæ virginis aut alterius cuiuslibet sancti, plures quàm imago vna vniuersi- usque circumferetur, ne videamur magnas & paruas, cultas & incultas statuas inspicere, & non sursum mente in cœlum subducta, rem significatam potius cogitare. At vbi populus vanus noluerit abusum hunc corrigere, & insolentiam prohibere, mādamus & præcipimus sacerdotibus & clero, ne talibus processionibus intersint, vbi iram Dei non vero misericordiam in nos prouocamus.

*De stationibus & supplicationibus.*

**Q**antum in processionibus festiuis peccat turba populi, tantum in stationibus & supplicationibus solet clerus peccare, & populum deuotum nudis interdum platis & capitibus incedentem, sua insolentia, confabulationibus, cachinnis, incõpositis motibus & discursibus scandalizare. Præcipimus idcirco, vt in omnibus cuiuscunque generis processionibus, clerus ex plis bonis populū edifcet, & aut oret, aut cantet, cum grauitate per plateas incedentes, nec dilabatur, ad tentacula, nec in ecclesiis, dum sacrum in stationibus peragitur, deambulent, aut cõfabulentur, sed choro omnes intersint, habeantque singuli decani & seniores ad iuniores respectu puniantur transgressores pœnis quas decanus iniungit.

*Vt distributionum non sint participes qui officii integrum non interfuerint.*

**N**on minori populi scandalo clerici quidam quando sunt pingues distributiones, chorum ad breue tantummodo tempus, quo sui præsentiam testentur, ingrediuntur, nec officium totum persoluant, sed continuo egressi chorum, aut obambulant in ecclesia vel eius immunitate, aut ad aliam in qua simul beneficium habent celeri transitu se propripriunt, vbi similiter testentur se, fuisse præsentem: quo duarum Ecclesiarum distributiones pro eodem officio integras percipiant, cum in nulla ecclesia officium integrum persoluerint, manifesto indicio se pecunia, non Christo aut Ecclesiæ seruire, vt ter peccent: primum cupiditate, deinde cultus diuini negligentia, tertio exemplo prauo, quo populum scandalizant, vt transgressionem canonum prætereamus. Etenim in Concilio Chalcedonensi statuerunt Patres, ne quis clericus in duabus ecclesiis inscriberetur aut ministraret, nec communicaret prioris ecclesiæ rebus, qui ad secundam transiret. Quamobrem statuimus, vt illi soli qui horis diuinis aut defuncto-

rum exequiis seu memoriis à principio ad finem vsque inter sunt, idque in habitu qualem temporis & personæ conditio requirit, distributiones percipiant, nisi iusta causa sit, quare ante officium finitum discedant aut tardius ad ipsum accedant. Nolumus tamen hac cõstitutione priuilegio prælatorum derogatum.

*De processionibus ruralibus.*

**D**ecanis ruralibus cõmittimus, vt ruri vbi maior est abusus per suas regiunculas pastores adhortentur vt ad prædictum modum suas processiones instituant, nec vagi & incompositi per agros discurrant, & præsertim rogationum tempore, quando Deum pro misericordia & frugum conseruatione imploramus, transgredientes pastores aut ipsi in synodis suis corrigant, aut visitatoribus nostris indicent.

*Vt pastores rurales Decanis suis obediant.*

**Q**uod præcipit Apostolus, omnes præpositi suis, quorum est vigilare pro animabus eorum ad reddendam Deo rationem obediant atque subiaceant, intelligant pastores rurales, non ad laicam modo turbam, sed etiam ad se pertinere, qui debent Decanis suis in licitis & honestis omnibus reuenter auscultare & parere, & æquum est, vt obedientiam quam ab inferioribus suis tanquam Christi vicarij exigunt, superioribus exhibeant. Præcipimus ob id, vt visitatores de obedientia, quam maualt Deus quam sacrificium, potissimum inquirant, nec sinant inobedientiam impunitam.

*Ne magistratus seculares decanis & Pastoribus in officiorum suorum executione sint impedito.*

**A**ccepimus Magistratus seculares quosdam, & principum præfectos, muneribus ecclesiasticis inuadere, ac tyrannidem in Christi sacerdotes & clerum exercere, cogere pastores vt præter Ecclesiæ catholicæ consuetudinem, subditos sub duplici specie communicent, & cæremonias piè institutas abrogent, Quos schismaticos, atque cum Chore, Dathan & Abiron, quos terra deglutiuit, æternæ maledictionis obnoxios esse, è sacra scriptura discimus. Alios quosdam accepimus impedire Decanos rurales, quo minus possint officia & iurisdictionem suam exercere, synodos liberè celebrare, & excessus corrigere, sed iudicium hoc vendicare sibi, qui & ipsi intelligant se excommunicationem à iure & canonibus latam, incurrere: Quos excommunicatos totius concilij autoritate (vbi præmoniti non abstinerint) pronunciamus & declaramus. Volumus quoque vt visitatores tales ecclesiasticæ disciplinæ, ac libertatis violatores atque oppressores, ad nos pro vltiori eorum perfectione perferant, quos si nostræ ditionis fuerint, pro malis meritis plectemus: sin alterius eorum principibus, aut Cæsareæ Maiestati plectendos denunciabimus.

*Ne Magistratus seculares onerent domos religiosorum, & eorum personas seruitutis secularibus.*

**P**ervenit ad sacrum Conciliū, præfectos quosdam in religiosarum sororum domos irruisse, & fractis per vim foribus occupasse, atque in granaria sua cõuertisse earum officinas, quinetiam religiosas ipsas sorores magna seruitute opprimere, compellere frequētius monasteriis suis egredi in arcem vbi eas domesticis suis seruitutibus grauēt. Quam indignitatem sacri canones grauissimis celsuris dānant, nec dissimulare absque magno reatu nos possumus. Proinde hos tales vbi res ita

aguntur, cum toto Concilio, pronuntiamus anathema violatæ immunitatis Ecclesiasticæ incurrisse. Committimusque Visitatoribus nostris, vt de facti enormitate inquirant, quo de remedio vltiori possumus cogitare.

*Ne coloni Ecclesiarum seruitiis indebitis grauentur.*

**A**D hæc præcipimus & mandamus vniuersis Magistratibus & Præfectis fidelibus, ne contra iuris dispositionem, Ecclesiam colonos, seruitiis & impositionibus grauent, sed iuxta Cæs. M. Reformationem, sacros canones, & Imperatorum leges, libertatem priuilegia & immunitates ecclesiasticas conseruent eis illibatas: si anathema & animæ damnationem velint euitare.

*Ne iudices seculares clerum iudicialibus impensis ultra aequitatem grauent.*

**P**erlatum est in Concilium, seculares quosdam iudices, prauo & nusquam gentium audito exemplo, ab annis paucis introducto, exigere à clero, si quando clericus vel religiosus ratione bonorum ecclesiasticorum, vel aliis de causis, laicū in suo foro conuenit, impensas duplicatas, vt vbi laici actores vel rei dant simplum, clerici & religiosi (si velint iustitiam sibi administrari) duplum soluere cogantur. Quod profecto iniquum est grauum, & rationi rectæ quàm legibus Imperatorum, & sacris canonibus, graua mina à clero depellentibus, aduersum. Proinde statuimus & ordinamus, ne liceat vllis iudicibus vel Scabinis, quicumque illi sint, clericos & religiosos impensis maioribus quàm laicos grauare, aut ad dupli solutionem eos quocunq; pretextu cogere, vbi in causa simili dat laicus simplum, sub censuris contra eos qui exactionibus & oneribus clericum grauant decretis.

*Ne clandestina coniugia contrahantur & tolerentur.*

**S**æpius experti quanta mala ex clandestinis coniugiis oriantur, qualia sunt periuria, stupra virginum, adulteria, homicidia, parentum amicorum offensiones, exheredationes, vt præteream<sup>9</sup> ea quæ Cæs. M. Reformatio piæ & Christianæ commemorat, decreuimus & statuimus: vt clandestine contrahentibus tantis per sacramenta negentur, donec ab excommunicatione à Iudice competente absoluantur, atque ita in facie Ecclesiæ sacramenti solennia celebrent. Idem statuimus de incolis & aduenis illis de quibus suspitio est eos in facie Ecclesiæ non esse coniunctos: qui aut matrimonij solennes ritus in Ecclesia celebrent, aut alibi id se fecisse idoneis testimoniis probent. Dum verò huius gratia ad ecclesiam conuenitur, & qui iunguntur benedictione sacerdotali se submitunt, absit omnis leuitas & iocus secularis, sed cum Dei timore cogitent quale sit vinculum quò colligantur, & quod Deus sit qui eos coniungat, vt discant in Christo nubere, cuius gratia & dono thoris immaculatus datur & conseruatur.

*Quod matrimonium debeat præcedere trina proclamatio & nemo nisi à Pastore ad quem hoc pertinet, coniungi.*

**F**It sæpè, vt dum pastor alter alterius ouile inuadens, copulat virum & fœminam sibi nõ subditos, absque Episcopi licetia, vt vnus fiat duorum maritus, & cõtra multorum vxor. Ideo sub pœnis & censuris canonicis, statuimus & ordinamus, vt nemo parochus vel presbyter ausit sibi non subditos

copulare, nisi sit alter alterutrius parochus proprius & pastoris alterius dimissorias literas acceperit, nec nisi in vtriusque parochia, trinæ proclamationes tribus diebus festis à se inuicem distantibus, ad populi frequentiam, præcesserint.

*Quod non debeant sponsus & sponsa coniungi, nisi in ecclesia & tempore ab ecclesia non interdicto.*

**V**erbiam eorum qui ecclesiam Dei contemnunt, Sreprimere volentes, Mandamus & præcipimus vniuersis parochis & presbyteris, ne quis alibi, quàm in Ecclesia publicè post missam audiam iungendos matrimonio copulet, nec alio tempore quâ iura permittant, sub pœna suspensionis ab officio, quàm sacerdotes mandatum hoc præterredientes incurrant: nec volumus per officiales nostros, cum quouis, nisi ex causis grauissimis, & vrgente magna necessitate, dispensari.

*De communionem & confessionem sacramentali.*

**P**erlatum est in Cõcilium multos reperiri atheos homines, qui sacram cõmunionem ab annis aliquot à suo parochio non perceperint, quos verisimile est vel nõ communicasse, vel alibi clanculum apud schismaticos communicare. Quosdam etiam adire sacram Synaxim, de quibus non cõstet vtrum sint cõfessi peccata sua, absoluti, an secus. Statuimus idcirco, vt quicumque Christiano nomine cõferri, semel vt minimum in anno accipiant à suo Parochio sacram communionem, secundum catholicæ ecclesiæ ritum, sub vna tantum specie. Et vel eidem prius confiteantur, vel si de eorum confessione probabilis est dubitatio, testimonium adferant, quod alibi sint confessi & absoluti. Alioqui viuentes ab ingressu Ecclesiæ arceantur, & mortui, ecclesiastica careant sepultura.

*Ne fratres quatuor ordinum audiendis confessionibus se intromittant, nisi sint presentati.*

**E**xploratū habemus quosdam è fratibus quatuor ordinum mendicantium iuuenes, imperitos, & inexpertos sacerdotes, fiducia priuilegiorum suorum audire passim cõfessiones, & quolibet passim absque iudicio & discretione casuum, quam nullam nouerūt, absoluere: Cui periculo obuiare volentes, præcipimus, ne quis fratrum ordinū mendicantium, confessiones audire præsumat, nisi legitime & secundum formam iuris, nobis vel cõprouincialibus Episcopis præsentatus, & de istis quæ ad officium illud pertinent, probè informatus sit, & iudicatus idoneus. Quod si priores & guardiani nõ compulerint tuos fratres ad ordinationis huius obseruantiam, & dissimulauerint, tales nouerint se ab omni ministerio Ecclesiarum nostrarū cum suis fratribus submouendos. Ne verò habeant, quod de præsentatione queratur, has gratias, salua scribarum moderata mercede, eis impartiemur.

*De pœnitentiariis Episcopalibus.*

**I**nsuper, vt conscientias scrupulosis cõsulatur, ac facilius pateat omnibus ad veniam & absolutio. nem peccatorum aditus, ordinamus nostros in hac diœcesi pœnitentiarios, qui facultatem habeant sibi confessos ab omnibus casibus nobis de iure vel per statuta Synodalia referuatis, in foro conscientie absoluedi. In primis Reuerendum Cyrenensem Episcopum, nostrum in põtificialibus vicarium. Deinde metropolitanæ Ecclesiæ nostræ presbyteros, canonicos, Theologos, omnes quoque intrancos & extraneos collegiorū, & ruraliū pastorū decanos, & qua.

*posita, & (vt par est) recepta, simul cum ipsa Synodo executioni debita mandemus.*



**N**itio, vt sacra synodus intelligat, quibus ex causis Reuerendissima (sua celsitudo remorata fuerit & impedita, quo minus sui Prouincialis Concilij, nuper se presidente in hac sua Metropolitana Ecclesia, suo Capitulo, & legatis suorum cõprouincialium episcoporum, nec non prælatis & vniuerso clero suæ diœces. sibi confedentibus & assistentibus solenniter celebrati, Decreta & constitutiones, salubriter & efficaciter hætenus exequi potuerit: existimat sanè Celsit. sua, sacram Synodum bene meminisse, quomodo in ipso prouinciali Concilio (cum iam ferè ad calcem illud perductum esset) prudenter in medium id allatū, expensum, atque ab omnibus probatum fuerit, nempe quam plurimum referre, si sua celsitudo memorata Decreta, licet iam cõmuni assensu vniuersi Concilij sui Prouincialis piè & mature constituta, inuidiosissimo tamen ac Religiosissimo Imperatori, Carolo quinto Domino nostro clementissimo veluti ex cuius Reformationis formula, statibus Ecclesiasticis in comitiis Augustanis proximis proposita, & ab eisdem recepta, fluxerunt: ac simul etiam Reuerendissimis Dominis nunciis sanctissimi Domini nostri Papæ, sanctæque sedis Apostolicæ (à qua omnis ipsorum Decretorum vis dependet) peruidenda & sicubi videretur, emendanda & approbanda offerret quorum ambarum summarum potestatur approbatione, & autoritate interueniente, tanto felicius prodirent in publicum.

Hoc igitur salutare consilium Reuerendissimus Dominus noster insecutus, quàm maxime ad se pertinere putauit, ne hæc autoritas suis Decretis prouincialibus, sine qua forsitan leuiora reputarètur, deesset. Sed cum eius adhibitio, cum apud Reuerendissimos Dominos nuncios, tum apud Cæsarem Maiestatem, ob innumera, eaque quàm maxime ardua sacri Imperij: & suorum regnorum & prouinciarum negotia, suæ Maiestati incumbentia, & frequentem loci immutationem, in quartum vsque mensẽ extraheretur, factum est vt in memorata executione (quanuis iam dudum valde desiderata) nullus potuerit citius fieri progressus.

Cæterum, cum iam proximis diebus Reuerendissimus Dominus noster, ex literis ad se, tum à Cæsare, tum à Reuerendissimis Dominis nunciis Apostolicæ sedis perlatis, non sine magna animi voluptate & exhilaratione acceperit, sæpe memorata sui Prouincialis Concilij Decreta, post eorundem diligentem & maturam expansionem, veluti diuinis scripturis & sacris Canonibus memoratæque reformationi Augustanæ per omnia consentanea, in totum esse recepta & approbata, ac præterea Cæsarem etiam motu proprio serium mandatum decreuisse, quo in vniuersum omnibus in vniuersa prouincia suæ Reuerendissimæ celsitudinis degentibus, cuiuscunque etiam dignitatis, status, gradus, & conditionis fuerint, non sine cõminatione incursionis grauisimæ indignationis suæ si cõtrarium à quoquam factum fuerit, demandatur, vt his Decretis reuenter pareant, & exequendis etiam eis se præbeant promptos, alacres, & paratos, quemadmodum idem

quatuor primarum parochialium Ecclesiarum in Colonia pastores: scilicet Martini, Columbæ, Laurentij, & Albani: Priores quoque quatuor ordinum mendicantium, & præterea ex ordine Prædicatorum fratrem Georgium de Tremonia, ex ordine Minoritarum fratrem Vuinandum ab Effren, Licent. Theologia: ex ordine Carmelitarum fratrem Vuilhelmum à Blatzhem: ex ordine Augustinensium fratrem Hæricum à Vuyerd. Præterea addimus in maiori nostra Ecclesia venerabilem licentiatum Theologia, Ioannem Lunem, Ioannem Lamb, decretorum doctore, Ioannem ab Heinsberg, Theologia licentiatum, & Gotfridum Dittmarum ab Hagem.

*De confessoribus sanctimonialium.*

**V**olentes consulere infirmitati sanctimonialium, quas nonnunquam pudor vel metus retinent à confessione libera quando ad vnum tantum patrem vel confesorem eis familiariter notum, alligantur, vnde fit, vt sæpè non integrè, sed vix vnquam liberè, conscientiam suam exonerent: & tamen ad sacrosanctam communionem statutis temporibus cum aliis accedant: Clementer indulgemus & concedimus, vt sanctimonialibus bis aut ter in anno fiat potestas, alij quàm suo presbytero confitendi, ab ordinario loci deputando, nisi propitius eorum visitator aut commissarius huic rei prius prouiderit.

*De contemnentibus sacram vñtionem.*

**R**elatum nobis in Concilio est, impios quosdam homines infirmitatis suæ tempore vñtionem sacram respuisse ac cõtempnisse, quamobrem statuimus vt si quis sacramentū illud nobis ab Apostolo Iacobo tantopere commendatum, contempserit, ecclesiastica careat sepultura.

Est quoque in obseruatione dierum festorum multa varietas, de qua in proxima synodo nostra diœcesana statuemus. Ea verò quæ hic constituta sunt, iudicio sanctæ sedis Apostolicæ, & œcumenici Concilij, vt omnia nostra reuenter submittimus: nec per ea sacris canonibus, traditionibus Ecclesiasticis aut reliquis maiorum nostrorum prouincialibus & diœcesanis synodalibus constitutionibus volumus derogatum: Potestatemq; præmissa omnia & singula interpretandi & declarandi, quoties opus fuerit, & visum erit expedire, nobis reseruamus. In cuius rei fidem & testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum in Metropolitana ecclesia nostra Colonien. 6. Aprilis anno Domini 1549.

**ACTA ET DECRETA SYNODI**  
Diœcesanæ Colonienfis, Anno Domini millesimo quingentesimo quadagesimo nono, secunda Octobris celebratæ.

**REVERENDISSIMVS IN CHRISTO**  
Pater, & illustriss. Princeps, & Dominus, D. Adolphus, sanctæ Colonienfis Ecclesiæ Archiepiscopus, Princeps Elector, Westphaliæ & Angariæ Dux, Legatusque natus, &c. Nobis sua Reuerendissima Celsitudinis, hac in parte commissariis, cum plena & libera potestate infra scripta peragendi constitutis, missa ad nos sufficienti instructione, suo sigillo cõmunita, in mandatis dedit, vt sacra huic Synodo Diœcesana ad hunc diem & horam ex more indicta & cõgregata, sua Reuerendissima Celsitudinis nomine interessemus, & hac qua sequuntur, à Celsitudine sua Reuerendissima maturo cõsilio deliberata, diffinita, & decreta, proponamus, eaque pro-

Cæsareum mandatum postea ad celsitudinem suam Reuerendissimam transmissum, fusius continet quod & huic sacra Synodo iamiam prælegatur. Profecto sua celsitudo non diutius morandū rata, statim eiusmodi Decreta cū Cæsareæ Maiestatis mandati profectione, æneis typis excudi, & in hac sua synodo rursus publicari & distribui mādauit, vt ea publicatione via futuræ visitationi, ad quam sua celsitudo toto animo & conatu properat & festinat, per totā diocesim suam, quā primū omnino fieri poterit, peragenda præsterneretur.

Et quidem rebus, Dei singulari fauore eo adductis, celsitudo sua Reuerendissima quam maximè sane cupiuit, postpositis etiam & à se reiectis (quate nus omnino fieri potuisset) aliis quibuscunque & quamlibet grauibus negotiis, præsentī huic sacra Synodo personaliter interesse, vt super omnibus rebus ad executionem Decretorum, eiusmodi facientibus, & ad Visitationem præparatoriis, tanto maiori cum autoritate statueretur, & his quæ adhuc desiderantur, quoad eius fieri potuisset, suus quoque legitimus finis imponeretur. Verum hæc meditantem Reuerendissimam celsitudinem suam, iam in Transrhenana sua diocesi constitutam, quædam inuitabilis necessitas, de improviso incidens, sic obstrinxit & circumsepit, vt impossibile ei fuerit (nisi tamen eam diocesis suæ partem grauisimè & irreparabili iacturæ implicare voluisset) se ad hanc suam Synodum repræsentare. Quamobrem sua celsitudo, hoc nobis ante omnia imposuit, quo absentiam eius apud vos omnes, ex causa eiusmodi necessitatis insuperabilis, excusatā faceremus. Idcirco à vobis omnibus diligēter ac impense petimus, quo excusationem eiusmodi, vt per se iustissima est, haud grauate recipiatis. Nam & ne ob hanc suæ celsitudinis absentiam quid in præsentiarum à quoquam desideretur, Mandati nobis facti amplitudine abunde sarcitum est, vt prætereamus quod celsitudo eius etiam pollicetur se hanc absentiam suam in Synodo hanc proximè sequutura, sua personali præsentia abunde re pensuram.

Mandato igitur eius ad nos perlato satisfacturi, principio in medium exhibemus memoratæ Cæsareæ Maiestatis mandatum in ipso autographo, seu (vt vulgò vocant) in sua originali & autentica forma, vt à Cæsare ipso propriis digitis subscriptum & sigillatum est, quod & publicè per astantem Reuerendissimi Domini nostri secretarium (quo in negotiis suis secretioribus quam maximè vtitur) prælegi, & vobis simul cum Decretis Concilij Prouincialis nuper licet in Prouinciali Cōcilio prælectis, per eorundem iam impressorum exhibitionem, principii que & finis recitationem & prælectionem, rursus publicari mandamus.

Requirentes, omnes & singulos in eiusmodi mandato generaliter vel specialiter nominatos, tam ecclesiasticas quàm seculares personas cuiuscunque etiam dignitatis, gradus, status & conditionis fuerint, siue præsentis, siue absentis, quatenus eidem Mandato Cæsareæ Maiestatis vt Ecclesiæ catholice summi aduocati, & religionis vnici vindicis, ac Decretis Prouincialibus eo ipso Mandato roboratis & cōmunitis, humiliter & pròptè pareatis, facturi & adimpleruri omnia quæ inibi facere iussi estis, modo pœnas in eodem Mandato, necnon in memorata reformatione, & in ipsis Decretis Prouincialis Con-

cilij, & sacris Canonibus compræhenfas, euitare velitis.

*ET EXHIBITVM OSTENSVM ALIA que voce prælectum & publicatum est mādatum istud autographum: & rursus publicata Decreta solenniter, vt moris est, per Secretarium memoratum in hac verba: Carolus & c. vti idem mandatum ad verbum Decretis Concilij præfixum est.*

Nunc vltius progressuri ad mandati nobis facti adimpletionem iubemus per huius sacra synodi notarium recitari cathalogum eorum omnium, qui ad synodum hanc diocesana de iure vel cōsuetudine, comparere sunt obligati, vt lectus quisque respondeat le adesse.

*Et factum est & signati præsentis, & notati absentis.*

Constituentes igitur nos, vobiscum, qui præsentis pro vestra debita & cōmendabili obedientia adessetis, hanc sacram synodum, ex speciali mandato reuerendiss. Domini nostri, vos omnes & singulos, vobisque subiectos, priores, canonicos, ecclesiarū parochialiū rectores, vicarios, ac alias ecclesiasticas personas, quas hæc res cōcernit, in Domino monemus & requirimus, vt quicunq; memoratæ reformationis Augustanæ, veluti ad cuius executionē ipsa Decreta Synodi Prouincialis potissimum spectant, nō dum exemplar assequutus est, illud sibi intra dies 14 procuret habere: sub pœna suspensionis ab officio & beneficio, ipso facto incurreda. Cæterum prælati & decani Christianitatum, pro se & sibi subiectis, ipsa Decreta Concilij Prouincialis recens impressa, ex singulari Reuerendiss. Domini nostri munificentia, iam aut intra pauciss. dies gratis accipient.

Secundo eodē nomine vos omnes & singulos abbates & prælatos ecclesiarum, & in vestra absentia locum tenentes vestros in Domino hortamur atque etiam monemus & requirimus, vt in capitulis vestris ecclesiis & monasteriis, hæc ob rem indicere obstricti eritis, & obligati. Vos verò decanos Christianitatum, vt in capitulis, seu synodis vestris etiam proximis, de more indictis, præsentibus omnibus, qui adesse tenentur personis, vobis subiectis, tam reformationem Cæsaris memoratā, quàm Decreta ista prouincialia ab articulo in articulum distinctè relegatis seu relegi & intelligibiliter prælegi curetis, & circa singulos articulos quatenus illis in vestris & vobis subiectis Ecclesiis ab omnibus satisfiat, diligēter exploretis & indagetis: & facta exploratione, quatenus adhuc illis à quoquam satisfactum minus comperieritis, in hoc autoritate vobis hac in parte impartita, toti sitis, vt illis fiat satis, vtque ad illorū præscriptū in vestris Ecclesiis exigantur, & cōponantur omnia sub pœnis memoratis, alioqui ipso facto incurredis.

Cæterum, si quisquam ex vestro sodalicio, seu ex subiectis vobis. Horum decretorum, vel alicuius eorum (competenti monitione præmissa) peruicax magis contemptor, quàm obsequiosus adimpletor esse (quod absit) velit ac pergat, seu si à secularibus potestatibus ac aliis quibuscunque religionis Catholice, seu Cæsareæ maiestatis parū obseruantibus, aliquid vobis circa executionem eiusmodi, impedimentum vel obstaculum offeratur, quod vestra autoritate & opera amoliri nequeatis: Volumus, ac Reuerendissimi Domini nostri iussu vobis mandamus, vt quicquid eius erit, ordine & distinctè, cū relatione, ad articulos Decretorū, quibus temerè cōtrauenitur diligēter annotetis, ac intra hinc & festum

Natalis Domini proximè futurum, omnes, quotquot estis, in primis Reuerendissimo Domino nostro: deinde vos Decani Christianitatum singuli vestris etiam Archidiaconis, scripto significetis & declaretis: vt Reuerendiss. sua celsitudo cum archidiaconis, vestram impotentiam ea in parte comperam, adiuuent, aut si necessitas postulet ad Cæsare, veluti summum executorem à se mandatorum, referant. Qua vestra significatione & hoc efficietis, vt reuerendissimus Dominus noster, cognitis morbis, tanto certius & præsentius remedium in visitatione, ad quam se parat, adhibere opportune possit.

Quapropter & hoc nobis mandatum est, vt consilium vobiscum capiamus, quoniam potissimum tempore, post decursa festa Natalitia Christi proximè futura, quam maturimè visitatio generalis per totā diocesim institui & inchoari, & quo progressu à loco in locum continuari & peragi, quam commodissime possit.

Item, vt exploremus à vobis Decanis Christianitatum, quando impossibile est visitatores per Reuerendissimum Dominum nostrum deputandos, ad singulas ecclesias, & loca sacra in hac amplissima diocesi sita, proficisci, neq; id vt fiat, res ipsa postulet. Quæ proinde loca in singulis decanariis Christianitatum esse magis insignia, populosa, & visitationis indigentia existimetis, quo ad ea rectores singularū ecclesiarum parochialium, cum vicariis & testibus synodalibus, ex singulis parochiis vocari queant, ad visitationem illic peragenda.

Volumus quoque, vt huius tum faciendæ conuocationis, omnes & singuli parochi suos parochianos è suggesto in tempore faciant certiores, quo de eligendis idoneis synodalibus testibus dispicere, ipsique testes synodales crimina, excessus, & defectus, diligenter exquirere, notare, & animo cōcipere possint: ne si imparati veniant, tam visitatores, quàm se ipsos inuiti mora per extractionē dilationis fatigēt.

Denique in mādatis habemus, vt vobiscum super moderato numero euectionum, qui nulli Ecclesiæ (si tamen onera æqualiter distribuuntur) grauis esse queat, & procurationis canonicè debita exactione conferamus, & quo ad fieri potest conueniamus & concordemus: & vt vos Decani omnia nomina Rectorum ecclesiarum parochialium, in vestris decanariis sitarum, nobis in scriptis detis, & qui canonicè instituti sint, & qui minus, & quæ sit illorū vita mores, & doctrina, & de vestris quoque institutionibus nos certiores faciatis.

Qua de re hinc Synodo peracta, digressi, in domū capitularem vos recipere nobiscum velitis, super his & aliis quibusdam vobis proponendis, & ad executionem decretorum prouincialium, plurimū facientibus mentem Reuerendissimi D.N. à nobis audiri & vestram nobis vicissim exposituri, ad celsitudinem eius referendam.

Quod ad reliqua attinet, quæ nobis iniuncta sunt, probè meminit Reuerendissimus Dominus noster, multa inesse hisce Decretis, quæ vberiorem prouisionem requirant, multa quæ celsitudo eius capitulo & cōprouincialibus Episcopis, ac clero suo in Prouinciali Concilio se daturam pollicita est. Sed quoniam perlustratio illa Decretorum à Cæsare & Nunciis Apostolicis facta, in multum tempus, vt præmittitur protracta est, non potuit celsitudo eius, eiusmodi

di rebus pollicitis & vberiore prouisionem requirerentibus, admouere citius manum, quàm calculum decretis istis adhibuit esse, quod primū intra paucissimos dies factum est intellexisset.

Ergo quod celsitudo eius in hac Synodo præstare non potuit, id totum ad Synodū, quæ hanc sequetur, feria secunda post Dominicam Inuocauit, anni sequentis, millesimi quingentesimi quinquagesimi, celebranda (cui quoque se personaliter inter futuram Dei beneficio sperat ac confidit) præstituram & adimpleturam repromittit.

Operæpretium tamen, vnum quiddam inter alia multa, quæ tunc expediri non potuerunt, ob diuersitatem celebrationis festorū quæ in hac inclyta diocesi hætenus non parum offensionis peperit tollendam, in hac præsentī Synodo statuendum esse decreuit, quæ festa per totum anni circulum singulis quibusque mensibus, tam à clero quàm à populo, ad dei omnipotentis laudem posthac solenniter sint celebranda.

Igitur vestigiis suorum prædecessorum, & præsertim quondam bonæ memoriæ Domini Henrici Archiepiscopi Colonienfis in hæredo, habita etiam diligenti consideratione, quid super his in generalibus Conciliis, & iure communi cōstitutum olim sit, & quid vniuersali ritu in ecclesia catholica à piis omnibus vbiuis obseruetur, autoritate sua Archiepiscopi vult, mandat, & ordinat, vt posthac per ciuitatem & diocesim Coloniensem festa infra memorata solenniter obseruentur & celebrentur.

*In mense Ianuario.*

Circuncisionis Domini.  
Epiphaniæ.  
Beatæ Agnetis virginis & martyris.  
Conuersionis sancti Pauli.

*In Februario.*

Festum Purificationis beatæ Mariæ virginis.  
Cathedræ Sancti Petri Apostoli.  
Sancti Mathiæ Apostoli.

*In Martio.*

Annunciationis beatæ Mariæ virginis.

*In Aprili.*

Sancti Georgi martyris.

*In Maio.*

Sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum.  
Inuentionis sanctæ Crucis,

*In Iunio.*

Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ.  
Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum.

*In Iulio.*

Visitationis beatæ Mariæ virginis.  
Beatæ Mariæ Magdalenæ.  
Translationis trium Regum, in Ciuitate Colonien-  
si tantum.

Sancti Iacobi Apostoli.  
Sancti Panthaleonis, in ciuitate Colonien.

*In Augusto.*

Sancti Petri ad vincula.  
Sancti Laurentij martyris.  
Assumptionis beatæ Mariæ virginis.  
Sancti Bartholomæi Apostoli.  
Decollationis sancti Ioannis Baptistæ.

*In Septembri.*



Natiuitatis beatæ Mariæ virginis.  
Exultationis sanctæ Crucis.  
Sancti Matthæi Apostoli & Euangelistæ.  
Dedicationis maioris Ecclesiæ  
Colonienfis, in die Sanctorum.  
Cosmæ & Damiani, in ciuitate Colonienfi celebranda.

Sancti Michaelis Archangeli.  
*In Octobri.*

Sancti Gereonis.  
Sanctarum undecim millium Virginum.  
S. Seuerini, in ciuitate Colonien.  
Sanctorum Simonis & Iudæ Apostolorum.  
*In Nouembri.*

Omnium Sanctorum.  
Commemorationis animarum, ante meridiem.  
Sancti Martini Episcopi.  
Sancti Cumberti in ciuitate Colonien.  
Præsentationis beatæ Mariæ virginis.  
Beatæ Cecilie virginis in ciuit. Colonien.  
Beatæ Catharinæ virginis.  
Sancti Andree Apostoli.  
*In Decembri.*

Sancti Nicolai Episcopi.  
Conceptionis beatæ Mariæ virginis.  
Sancti Thomæ Apostoli.  
Natiuitatis Domini & Saluatoris Iesu Christi.  
Sancti Stephani Protomartyris.  
Sancti Ioannis Apostoli & Euangelistæ.  
Sanctorum Innocentium.

*Nunc sequuntur Mobilia.*

Festum Paschæ, cum duobus diebus sequentibus.  
Festum ascensionis Domini.  
Festum Pentecostes, cum duobus diebus sequentibus.  
Festum Corporis Christi.  
Festum sanctissimæ Trinitatis.  
Dominica post octauas Pentecostes.  
Denique vult vt in singulis ecclesiis festum Patroni, vt par est, celebretur.

Dato igitur super hac re nobis speciali mandato, eiusmodi dies per ciuitatem & diocesim Coloniensem, vt memoratū est, solenniter & concorditer celebrandos esse, vobis significamus.

Qui & hoc autoritate præfati Reuerendissimi Domini nostri à vobis poscimus, vt cum è suggesto festa ista populo denunciatur celebranda, simul & hoc addatur, vt populus ad sacram concionem, quæ in eiusmodi festis haberi debet, conueniat sacræ misse intersit, & totum diem in Dei laudibus expendat, memor illius, Vacate & videte quoniam ego sum Deus, qui est gloriosus in operibus & mirabilis in sanctis suis.

Est quoque quiddam in Decretis Prouincialibus constitutum, de vicariis Ecclesiarum in Ciuitate & diocesi Colonienfi, vt ad sua reuocentur officia, & Deo præbeant eum quem debent in ecclesiis, ad quas (hoc vicariorum nomine) ascripti sunt, famulatum: Quod quo maiori autoritate roboretur, mandauit Reuerendissimus Dominus noster, præter constitutiones prædecessorum celsitudinis suæ Reuerendissimæ, super hac re expressæ, disponentes: quas & autoritate huius synodi innouatas esse vult, publicari Bullam Apostolicam: impetratā olim per quondam felicis recordationis, D. Hermannum ab Hassia, sanctæ Colonienfis Ecclesiæ Archiepiscopum,

suum prædecessorem, omni laude dignissimum, ad coercendam suorum clericorum irreligiositatem, & inexcusabilem negligentiam, quam in præstandis officiiis suis Ecclesiasticis committunt: quare & hanc Bullam recitari & publicari iubemus.

*DEET RECITATA ET PUBLI-*  
*cata est tenoris subsequenti.*



Innocentius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriā. Ex Apostolicæ seruitutis officio, meritis quamquam insufficientibus, diuina nobis dispositione comisso, ad ea libenter intendimus, per quæ in singulis ecclesiis, diuinus cultus floreat, & continuum incrementum suscipiat, ac illa quæ propterea statuta & ordinata fuisse dicuntur, firma & inconcussa permanent, libenter, cum à nobis petitur, Apostolico munimine roboram, optimas prouisiones super his adhibendo, prout in Domino cognoscimus salubriter expedire. Sanè pro parte venerabilis fratris nostri, Hermanni Archiepiscopi Colonienfis, nuper nobis exhibita petitio continebat, Quod licet in statutis & consuetudinibus Ecclesiæ Colonienfis, canonicè editis, inter alia contineatur expressè, Quod nullus in diuersis ecclesiis, in quibus beneficia obtinet, vno die distributiones percipiat, nisi in aliqua dictarum Ecclesiarum sit prælatus, seu alias hoc ei cõpetat ex priuilegio, vel iure alio speciali: ne dū ad plures eodem tempore festinat Ecclesias, nulli earum debitū famulatum impendat: ipsūque statutum, quantum ad canonicos diuersarum Ecclesiarum fuerit hætenus obseruatum, & de præfati obseruetur tamen quoad personas diuersas, vicarias, altaria, aut alia beneficia Ecclesiastica, in diuersis Ecclesiis, seu canonicatus & præbendas in vna, ac vicarias, altaria seu alia beneficia Ecclesiastica in aliis Ecclesiis obtinentes, in obseruantia non existit, pro eo forsan, quod nonnullæ ex eisdem personis, ab aliquibus Apostolicæ sedis nunciis, cum potestate legari de latere ad illas partes destinatis, se super hoc indulta, seu dispensationes dicuntur, impetrasse. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dicti statuti non obseruantia sit occasio diminutionis diuini cultus, tam in maiori quàm in aliis ecclesiis ciuitatis & diocesis Colonienfis, pro parte præfati Hermanni Archiepiscopi nobis fuit humiliter supplicatum, vt statutum prædictum approbare & confirmare, ac perpetuè obseruari mandare, aliisque in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod, quoad personas talia beneficia etiā mixtim obtinentes, ita cõcludit ratio statuti, sicut in his qui diuersas obtinet canonicatus & præbendas, quodque statutum ipsum indistinctè loquitur, absurdum quoque videtur, quod illi tanquam inferiores, aliis magis qualificatis: & pro statu suo sustentando, amplioribus stipendiis indigentibus, priori debeant prærogatiua gaudere, huiusmodi supplicationibus inclinati, Statutum prædictum, quod etiam, vt asseritur in Synodo Colonienfi publicatum, & per dictum Archiepiscopum innouatum extitit, autoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & cõfirmam, ac perpetuè firmitatis robur obtinere necnon

necnon per omnes & singulas personas etiam inferiora beneficia, seu talia mixtim cum canonicatibus & præbendis in ciuitate & diocesi prædictis obtinentes, sub excommunicationis pœna inuolabiliter obseruari debere. Et nihilominus venerabili fratri Archiepiscopo Treuerensi, & dilectis filiis sancti Martini & sancti Panthaleonis. Colonien. Monasteriorū Abbatibus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus, eorum, per se vel alium seu alios faciant autoritate nostra, statutum prædictum per omnes & singulas personas prædictas inuolabiliter obseruari: contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibuscunque concessionibus & indultis, seu dispensationibus à quibuscunque legatis, seu nunciis dicte sedis eisdem personis hætenus concessis, & in posterum concedendis, quas ipsi contra statutum huiusmodi in aliquo suffragari nolumus, contrariis quibuscunque: Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excõmunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, constitutionis & mandati infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quadringentesimo, nonagesimo primo, tertio Calendas Septembris, Pontificatus nostri anno septimo.

Post hæc antiquos Canones, & Reuerendissimi Domini nostri prædecessorum constitutiones, De clericis Peregrinis non admittendis ad sacra ministeria, nisi literis formatis & dimissoriis autenticis exhibitis & productis in hac Synodo, vigore mandati nobis facti, innouamus, ac deinceps firmiter obseruari, ipsius Reuerendissimi autoritate præcipimus.

Vult quoque Reuerendiss. Dominus noster, baptizatos ab hæreticis, vel schismaticis, per manuum episcopaliū impositionem, & chrisma, secundum antiquos Canones, Ecclesiæ catholicæ reconciliari debere: quot respuentes, iubet à communione catholicorum penitus secludi.

Vetat quoque ne Monachi laicos sine suorum curatorum, neue quis alienum parochianum, sine sui parochi consensu, scienter communicet, sub pœnis canonum ipso facto incurren. demandans, vt canon omnis vtriusque sexus de pœnitentiis & remissionibus, ad minimum obseruetur: cum alioqui olim non haberetur vere Christianus, qui ad minimum non communicasset ter in anno: in Paschate, in Pentecoste, & in natali Domini.

Vult sæpè ac frequenter admoneri populum de suggestis, vt se à deambulationibus in templo Domini, præsertim dum sacra fiunt, & diuina officia ce-

lebrantur, penitus abstineant, vtque pueros suos & canes quos à clamoribus, strepitu & latratu cõtinere non valent, in domibus suis relinquunt, memores quod scriptum est loquente Deo: Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus.

Vult vt populus suæ diocesis, rectoribus Ecclesiarum Parochialium, qui ipsis ministrant, spiritualia, temporalia reddere (ne fame laborent) non grauentur, & ob id oblationes, quæ olim à fidelibus & piis hominibus, ad quotidiana sacrificia religiose & liberaliter offerebantur, ad minimū in quatuor principalibus festis, valore ad minimum trium obulorū, libenter & vltro ad altare Domini deferentes, persoluant, aliisque iura parochialia, secundum morè ab Ecclesia catholica olim receptum, dependat: memores eius, quod scriptum est. Qui bene præsumt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina, dicit enim scriptura: Non alligabis os boui trituranti, & dignus est operarius mercede sua.

Aduersus sacerdotes publicos fornicarios, & aliorum criminum manifestè reos, per fiscales suos districte procedi vult, præsertim aduersus relapsos post mandati in sua Synodo diocesana anno præterito 48.2. Octobr. celebrata, contra concubinaros ipsos publicati tenorem.

Quibus etiam fiscalibus suis hoc vult serio iniunctum, vt quæcunque in memorata diocesana, deinde quæ in Prouinciali, denique quæ in hac Synodo, secundum Deum & salubriter constituta sunt, & in primis Reformationem Augustanarum ad vnguem te neant, & aduersus eorum dem præuaricatores (quos etiam non delatos, ex officio inquirere teneantur) sine mora & præter omnem cõnuientiam serio procedant, sub celsitudinis suæ Reuerendiss. grauis indignationis, & à suorum officiorum amotionis pœnis, si segnes inueniantur incurrendis.

Quæ omnia nos præfati Reuerendiss. Domini nostri commissarij ad præsidendum in hac sacra Synodo diocesana, celsitudinis suæ Reuerendiss. nomine cum plenaria potestate ordinati, vobis omnibus & singulis ex speciali mādato eius significamus, indubitata spe freti, quod hæc omnia, quæ pia sancta, religiosa, bonis omnibus amabilia, & amplectenda, videtis, nobiscum debitæ executioni, secundum Reuerendiss. Domini nostri voluntatem & mandatum exequi diligenter studebitis. In quorum fidem præsens scriptum sigilli curiæ Colonien. quo in præsentibus vtimur, impressione communiri fecimus Datum in Synodo diocesana Colonie Agrippinæ, die secunda Octob. Anno Domini millesimo, quingentesimo, quadragésimo nono.

*Visum & admissum per Petrum Curtium,  
Plebanum dñi Petri Louanensis,  
die vigesimo octavo Octo-  
bris, Anno Domini  
1549.  
Petrus Curtius.*

CONSTITVTIONES CONCILII

Prouincialis Moguntini, sub Reuerendiſſ. in Chriſto Patre & ampliſſ. Principe & Domino, Dn. Sebastiano Archiepiscopo Moguntino, Sacri Roma. Imperij per Germaniam Archicancellario & Principe Electore, &c. sexta Maij, Anno Domini 1549. celebrati.

Index Capitulorum Concilij Prouincialis Moguntinensis, eorum quae ad doctrinam fidei pertinent.

DE Sancta Trinitate & fide catholica.	Cap. 1.
De creatione & conſervatione mundi.	2.
De hominis creatione.	3.
De lapſu hominis.	4.
De peccato Originali.	5.
De Reſurrectione per Chriſtum.	6.
De iuſtificatione.	7.
De charitate & bonis operibus, & merito eorum.	8.
Obſeruationem mandatorum Dei, verè Chriſtianiſſe poſſibilem.	9.
De vera libertate Chriſtiana.	10.
De Sacramentis in genere.	11.
Modus doctrinae, circa Baptiſmum.	12.
De Baptiſmo paruulorum.	13.
Baptiſmum, adhibitis Ritibus ſecundùm veterem Eccleſiam morem, adminiſtrari debere.	14.
Vnctiones in Baptizandis paruulis omiſſas, expleri debere.	15.
Baptiſmum ante meridiem adminiſtrari debere.	16.
Modus doctrinae, circa Sacramentum Confirmationis.	17.
De Vnctione Chriſmatis in Confirmatione.	18.
De cognitionibus ſpiritualibus, ex his duobus potiſſimùm Sacramentis, Baptiſmi & Confirmationis, proueniētibus.	19.
Modus doctrinae, circa Sacramentum Penitentiae.	20.
De Contritione.	21.
De confeſſione.	22.
De ſatisfactione.	23.
De Abſolutione.	24.
De iis, qui confeſſionibus audiendis praefici debent.	25.
De reſeruatione caſuum relaxanda.	26.
Ne religioſi Laicos communicent ſine conſenſu Parochorū.	27.
Sine teſtimonio facta confeſſionis, nemo ad Sacra Eucharistię perceptionem admittatur.	28.
De Confeſſione non reuelanda.	29.
De ſatisfactionibus.	30.
Modus doctrinae, circa Sacramentum Eucharistię.	31.
De communione unius ſpeciei.	32.
Vt à ieiunijs & coſeſſijs Sacroſancta Eucharistię ſumatur.	33.
Modus doctrinae, circa Sacramentum extremae vnctionis.	34.
Modus doctrinae, circa Sacramentum ordinis.	35.
Modus doctrinae, circa Sacramentum Matrimonij.	36.
Monendos liberos, ne inſcijs parentibus contrahant.	37.
De Matrimonij Solemnitate.	38.
De Benedictione ſalis, aquae, & aliarum rerum, quae per Exorcismos & orationes, ad uſum fidelium praeparantur.	39.
De Ceremonijs.	40.
De imaginibus.	41.
De abuſu imaginum prohibendo.	42.
De Reliquijs Sanctorum.	43.
De Peregrinationibus ad Reliquias Sanctorum.	44.
De Inuocatione & ueneratione Sanctorum.	45.
De orationibus pro defunctis, & de purgatorio.	46.
De ieiunio, & delectu ciborum.	47.

Index eorum, quae pertinent ad Mores.

DE conſtitutionibus Eccleſiae.	Cap. 48.
Ne ignoti & inexplorati, ad praedicationis munus admittantur.	49.
Obſeruandi Parochi & concionatores, quomodo quiſque doceat.	50.
Videndum, quibus libris Parochi & Concionatores paſſim utantur.	51.
Plebs, ut Concionibus & diuinis interſit, per Magiſtratus adigenda.	52.
De horis Canonicis.	53.
Quae ad tremenda Miſſa Myſteria,	54.
Presbyteri, cum irreuerentia Miſſas celebrantes, coercendi.	55.
De praemittenda Sacerdotum Confeſſione, ante ſacrificium Miſſae.	56.
Miſſa ſub concione aut ſolemni ſacro, non celebrentur.	57.
Concionatores plebem uerum Miſſae uſum diligenter doceant.	58.
Miſſa quo geſtu aut qua deuotione audienda.	59.
In primitiis omittenda coeſſationes.	60.
Sanctorum ſolemnitates Dominicis cedant.	61.
De ſacris libris recognoscendis & repurgandis.	62.
De examine praelatorum.	63.
De iis, qui plura beneficia curata obtinent.	64.
De generalibus ſtudijs inſtaurandis: Et de adoleſcentibus ad ſtudia publice alendis.	65.
De clericis ſecularibus & regularibus, ad ſtudia ablegandis: Et de ſtudijs, apud Monasteria inſtaurandis & coſeruandis.	66.
De Theologia apud Eccleſias collegiatis profeſſoribus.	67.
De Patronis & collatione beneficiorum.	68.
De Admiſſione ad beneficia Eccleſiaſtica, & eorum reſignatione.	69.
De iuſta diſtributione prouentuum Eccleſiaſticorum.	70.
Vt Praepoſiti, Decani, Scholaſtici, Cuſtodes, & Cantores, apud Eccleſias ſuas reſideant.	71.
De modo deſeruiendi quotidianas diſtributiones.	72.
Ocioſas deambulationes in Eccleſijs inter diuina prohibendas.	73.
De honeſtate & decencia clericali.	74.
De decimis & offertorijs perſoluendis.	75.
De foro competentis, & emunitate Eccleſiaſtica.	76.
Quibus Episcopi, aut Archidiaconi, ſuas uices committere debeant.	77.
De Regularibus.	78.
De clauſuris Monasteriorum Virginum.	79.
Pastores & alij, Eccleſijs ſuis, quibus per ſe non praesunt, idoneos & perpetuos Vicarios praeficiant.	80.
De promouendis ad ſacros ordines.	81.
De ordinandorum teſtimonio.	82.
Qui in baptiſmo vnctiones ſacri olei & chriſmatis, iuxta uetuiſſimum Eccleſiae morem non ſuſceperit, ad ordines ſacros ante talem vnctionis ſuppletionem non admittatur.	83.
De iis, qui ordinantur extra ſuas dioceſes.	84.
De honore praelatorum.	85.
Ne domicellares canonici, ante merita uirtutis & doctrinae, ad capitula aſſumantur.	86.
De iuramentorum exactione reſtringenda.	87.
Pecunias ex ſtatutis beneficiorum, aut aliunde cedentes, in Eccleſiarum utilitatem impendi debere.	88.
De rebus Eccleſiarum diligenter curandis.	89.
De procuratore ſeu fabricis Eccleſiarum Parochialium.	90.
De Simonia.	91.
Vt Parochi Sacramenta gratis adminiſtrent.	92.
De competentibus Parochorum.	93.
De clericis peregrinis.	94.

De ſacellanis Nobilium.	95.
De Magiſtris ſcholarum.	96.
De Teſtamentis & uſtimis uoluntatibus.	97.
Mercatus diebus dominicis & feſtiuis prohibendos.	98.
De libris per Typographiam publicandis.	99.
De poena Clerici percufforis, aut rixoſi contra alium Clericū.	100.
De poena Sortilegorum.	101.
De Clericis Concubinarijs.	102.
De Excommunicatione.	103.
De uitandis excommunicatis.	104.

PRAEFATIO.



Ebaſtianus Dei gratia, Sanctę Sedis Moguntinae Archiepiſcopus, Sacri Rom. Imp. per Germaniam Archicancellarij, & Princeps Elector &c. Vniuerſo Clero & populo per Dioceſim noſtram Mogunt. Salutem in Domino ſempiternam. Poſteaquam graue illud Paſtoralis muneris onus humeris noſtris (Domino ſic diſponente) incubuiſſet, ſanè nunquam quaſi indignitatis & honorum faſtigio ſublimate, latari potuiſſemus, ſed quaſi in quadam ſpecula poſiti, ingentem & anxiam ſollicitudinem animo concepimus, & quaſi importabile onus humeris ſuſtinentes, ad omnem ſuſcepti muneris recordationem frequenter ingemimus. Non enim ignorabamus depoſitum, quod tradente & commendate Chriſto ſuſcepimus, quanta in illo aſſeruando cura, ſollicitudine, & labore deſudare nos oporteat: quanta uero poena nos maneat, & quam terribilis nos Domini ſententia exspectet, ſi quicquam de Theſauro illo, quem Chriſtus, uelut ſi dulcis & prudens negociator, precio ſanguinis ſui comparandum duxit, noſtra fortè incuria perire cõtigerit.

Accedebat ad cumulum ſollicitudinis noſtrae, & timoris noſtri pondus in immenſum augebat, quòd functionem noſtram Paſtorales in eam uidebamus tempeſtatem incidiſſe, qua tot ſecta, ſchiſmata, & omnes penè praeteritorum temporum haereſes, uelut conſpiratione facta, agminatim in Eccleſiam irruerant, & diſperſum Chriſti gregem immanes & lupi ad interitum rapiebant, & qua uniuerſa uitiorū corruptela, & grauiffimorum ſclerum lues ouile Chriſti quaſi contagione perſerpens, ouiculas Chriſti ſanguine redemptas, crudelem in modū depaſcebatur.

Atque hac temporum iniquitate nobis nequaquam deſidiae patrociniū, aut negligentiae excuſationem praebere exiſtimabamus, ſed curam & ſollicitudinē noſtram potius augeri, ut quanto grauioribus malis laborantem Eccleſiam conſpiciebamus, tanto attentiore animo, & ſtudio uigilantiore, in eam, quam Dominus nobis impoſuerat, Paſtoralis officij functionem in cumberemus, & gregi nobis credito cuſtodiam ſimul & diſciplinam ſedulò adhiberemus. Cuſtodiam quidem, ut ex commoſitione noſtra, ca uere noxia, & ſalutaria appetere, peccata reſugere, & uirtutes ſectari, plebs nobis commiſſa ſedulò ad diſceret. Diſciplinam uero, ut qui ſpretis ſalutaribus monitis, aut torpentes negligentia, aut malitia incitati, delinquerēt: per nos à uititijs ſuis, Eccleſiaſticae cęſurae ſeueritate coacerentur. Siquidem meminera- mus, hanc uertranque curam à Domino ouilis ſui cuſtodibus ſub graui comminatione inungi. Cuſtodi-

am quidem, cum ait. Si Speculator uiderit gladium uenientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, ueneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſan guinem autem eius de manu Speculatoris requiram ſeueritate uero diſciplinæ Dominus à Paſtoribus exigens. Non quæras, inquit, fieri Iudex, niſi ualeas uirtute irrumperè iniquitates: nimirum inuens, graui culpa alligari eum, qui uitia ſubditorum, quæ pro poteſtate ſibi tradita compeſcendo emendare debet diſſimulando nutrit & auget. Et alibi Dominus Paſtorum negligentiam ſeueriſſimis minis increpans. Ecce ego ipſe, inquit, ſuper Paſtores, gregem meum de manu eorum requiram.

His nos Domini commonitionibus incitati, iam inde ab initio ordinationis noſtrae propenſa uoluntate ad debitam commiſſae nobis functionis excurſionem, omnē animi & conſilij uim cõuertebamus, ſed proſ conatus noſtros inquietudo temporis illius impediebat, dum tumultibus & bellis feruerent omnia ac plane appareret, ſeculum noſtrum iam nec uitia ſua ferre poſſe, nec remedia pati uelle. Et iam nihil aliud quam grauem Eccleſiarum ruinam, & de proximò imminentem Religionis noſtrae interitum oculis prauidebamus, niſi Deus pro immenſa ſua miſericordia miſeratus, Eccleſiam ſuam tot malis grauiffimè afflicta, & ſub tantarum calamitatum onere iam iam ruituram, inuictiſſimi & potentiſſimi Principis Caroli Quinti, Pientiffimi & uerè Catholici Imperatoris, armis texiſſet, & à caſu praeruatam, pia eiufdem Imperatoris ſollicitudine ad priſtinę ſecuritate recuperanda ſpem erexiſſet.

Cum igitur ſingulari Dei gratia & miſericordia, & Chriſtianiffimi ac Potentiſſimi Imperatoris beneficio hæc quies Eccleſijs reddita eſſet, ut iam de rebus Religionis conſilia tuto capere liceret, Nos tam opportunitatem, quam nobis diuinitus concedi diu deſideraueramus, nequaquam negligendam rati, omnes animi & conſilij conatus ad Eccleſiarum nobis ſubiectarum diſciplinam ritè conſtituendam, & ad plebs commiſſae ſalutem promouendā, adeoque ad totius Paſtoralis muneris noſtri functionem pro uirili exequendam, applicuimus. Et ueterem Eccleſiae conſuetudinem inſequentes, quam Apoſtoli nobis reliquerunt, & Sancti Patres quaſi per manus traditam ſedulò retinuerunt, ut quos in fide Chriſtiana dubiae quaſtiones orientur, aut alioqui accipiti malo Eccleſia periclitaretur, mox Synodū conuocarent, & dubias quaſtiones ex ſcripturis ſanctis, iuxta communem Sanctorum Patrum conſenſum, & receptam Eccleſiae authoritatem, dirimerent, & ſuborientibus difficultatibus & periculis collato inter ſe conſilio, matura & ſalutaria remedia adhiberent: Nos quoque, poſt celebratam è nobis Synodū Dioceſanam, praesentibus malis etiam amplioris cõſilij remedia credentes quaerenda, iuxta Sacrorum ſanctiones Prouinciale Concilium duximus congregandum. Itaque Comprovinciales noſtros amicos chariſſimos, & dilectos in Chriſto Reuerēdos Coepiſcopos, ad diem ſextum Maij in ciuitatem noſtrā Moguntiam euocauimus, è quibus cum Reuerendus in Chriſto, & amic⁹ noſter ſyncerè dilect⁹ Mauritius, Episcopus Eyletenſis, uir inſigni eruditione praeditus, & promouendae Religionis zelo mitificè flagrans, per ſeipſum, plerique uero alij per idoneos nuncios, pietate, doctrina prudentia, & conſilij magnitu-

Ex ec. 33.

Ex ec. 34.

gnitudine præstantes viros, promptè comparuissent omnium, qui conuenerant, voluntates, ad Ecclesiæ tot malis afflictæ, & tantis Cleri & populi vitiis deturpatæ, auxilium & emendationem valde pronas deprehendimus. Qua animorum alacri pietate, & pia alacritate exhilarati, inuocato Dei auxilio, sine ampliore mora sancto & necessario negotio manus ad mouimus, & quantum is nos adiuuare dignatus est, cuius causam agebamus, in commune cœpimus cōsulere qua nam ratione populos nobis commissos in officio continere noxia quæque ab eis auertere, & salutaria eis prouidere, ac Ecclesias nostras in pace & puritate regere possimus, donec generale Concilium his tantis malis aptiora remedia prouideret, & omnium abusuum plenior emendationē, ac Deo propitio calamitatum & dissidiorum finem inueniret. Tandem, cum dies aliquot continuis deliberationibus absumpsissemus, quæcunque ad Dei gloriam illustrandam, ad Ecclesiasticæ disciplinæ emendationem, & ad salutem commissi nobis Gregis promouenda, apta & salutaria nobis visa sunt, in Constitutiones diuinæ legi, Orthodoxorum Patrum sententiis, & sacrorum Canonum sanctionibus, ac rectorum rationis iudicio consentaneas, congesimus, & eas ut ab omnibus per ciuitates & Dioceses nostras obseruentur, communi consensu publicandas decreuimus. Dedimus autem operam in iis nostris Constitutionibus, ut sollicitudinis & Pastoralis nostræ curæ utranque partem complecteremur, & Gregi nobis commisso custodiam simul & disciplinam præstaremus: omnem curam adhibentes, quatenus in Ecclesiis nostris simul salutarem Christi doctrinam, in qua vita & salus Christiani Gregis consistit, à prauis opinionibus immunem & puram conseruare, & disciplinam Ecclesiasticā magna ex parte collapsam erigere, & sic Christo Principi Pastorum, oues, quas suo sanguine redimendas sibi existimauit, in illo die incolumes sistere valeamus: nequaquam immemores, ut ingentis meriti sibi comparant fructum, qui super Gregem Domini diligenti custodia excubantes, ad iustitiam erudiunt, & ad salutem promouent multos: sic æterni supplicij se reos cōstituere, qui ad Pastoralis officij functionem admoti, sua negligentia interire sinunt animas, pro quibus sanguinem suum impendere, & acerbissimam mortem tolerare sustinuit, Christus Filius Dei.

DE SYNODI PROVINCIALIS MOGVNTINÆ Methodus de Doctrina Christiana.



Mos igitur iuxta Apostoli commotionem, attendere volentes vniuerso gregi, in quo nos Spiritus sanctus posuit Episcopo s regere Ecclesiam Dei, quā acquisiuit sanguine suo: memores nos aliquando coram iusto Iudice, pro animabus commissæ nobis plebis, rationem reddituros esse, in primis sollicita cura duximus prouidendum, Vt in Ecclesiis per vniuersam nostram prouinciam & Dioceses constitutis, sana & sincera, tum etiam vna, consentiens & concors sacrosanctæ fidei nostræ doctrina tradatur, quatenus populi curæ nostræ commissi, sicut vno Baptismo in spem viuam regenerati

vnum colunt Deum, vnamque fidem profitentur, & vnam omnes ambiunt vnius Patris in cœlo hereditatem: sic ad eandem vna & concordia doctrina erudiantur.

Proinde vniuersos & singulos Pastores, Parochos, Concionatores, & Curatos, per Ciuitates & Dioceses nostras constitutos, in Domino exhortamur, eisque districtè præcipiendo iniungimus, ut vniuersam Christianam doctrinam, iuxta receptum sanctorum Patrum, & Orthodoxæ ac Catholice Ecclesiæ sensum (vitatis noxiis nouitatibus, & suspectis opinionibus penitus omisis) plebibus sibi commissis fideli cura tradant: Tū verò eos precipuè, qui hisce temporibus in controuersiam trahuntur, sacrosanctæ Religionis nostræ Articulos, in eam quæ sequitur sententiam explicent.

De sancta Trinitate & fide Catholica.

Caput. 1.

Principio, ut super benedictæ Trinitatis fidem simplici populo non anxia nimis & scrupulosa, sed plana & simplici oratione, iuxta scripturæ sacræ, & trium Symbolum, Apostolici, Nicæni & Athanasij traditionem, exponant, & eos vnum Deum in trinitate, & Trinitatem in vnitatem credere & confiteri edoceant. Vnum eundemque Deum in essentia, & in personis Trinum: Patrem & Filium & Spiritum sanctum.

De Creatione & conseruatione mundi,

Caput. 2.

Hunc Deum conditorem, conseruatorem & gubernatorem esse rerum omnium, in pœnis & vindictis iustum simul & misericordem: in donis liberalem, omnis quidem boni, sed nequam mali culpæ auctorem: Siquidem nos peccata, nulla impulsu necessitate, sed malitia & vitio nostro, perpetramus.

De hominis Creatione,

Caput. 3.

Inter cætera bonitatis & potentie suæ opera, Deum ab initio hominem ad imaginem & similitudinem suam condidisse, corporis & animæ viribus rectum, ornatum iustitia & gratia: intus in anima prauis motibus vacuum, in corpore infirmitatis omnis & omnium ærumnarum expertem, & à moriendi necessitate immunem. In voluntate ad bona malaque appetenda ex pari liberum.

De lapsu hominis, Caput. 4.

Qui cum mandatum Dei conditoris sui præuaricatus esset, sanctitatem, gratiam, & iustitiam, in qua erat constitutus, iustissimo Dei iudicio amisit: iræ Dei ac dānationi obnoxius, & in corpore simul & anima factus deterior, ut iam in corpore famem, sitim, & innumeras alias miseras & infirmitates, in anima concupiscentiam ad mala prolicentem, multasque noxias & molestas ærumnas, ac tandem vtriusque, videlicet corporis & animæ, mortem sustineret.

De peccato originali. Caput. 5.

Hoc primorum hominum peccatum, propagatione in omnes homines transire, ac secū pœnam suam trahere, ut sint natura omnes homines iræ Dei, mortis & dānationis rei, & in peccatum proni: Qui per libertatem arbitrij sui (quæ exigua & infirma in iis residet) nondum adiuui gratia Dei, ea quæ sunt spiritus, & ad salutem conseruata, non agnoscere, nedum appetere queant.

De redemptione per Christum.

Caput. 6.

Ab hoc Originalis peccati morbo, homines sola Dei misericordia, per Redemptionem, quæ est in Christo Iesu, liberati: Qui infirmitates & languores nostros in se suscipiens, & peccata nostra in cruce perferens in corpore suo, Patri nos reconciliauit, & satisfactionem pro delictis nostris, quam in nostris meritis non inuenimus, de Christi sanguine & meritis eius assumamus: Cui dum per Baptismum inserimur, per Spiritum sanctum mundamur, & omnem reatum, quem nascendo vel propriè peccando contraximus, renascendo exuimus, & ab omni prorsus peccato liberamur, & per Spiritum sanctum sanctificamur, & innouamur secundum internum hominem, viresque contra relicte concupiscentiæ impetus accipimus, ut iam non regnet peccatum in mortali nostro corpore: nec ad culpam nobis, sed ad meriti occasionem, si per gratiā Dei gnauiter pugauerimus, concupiscentia in nobis sit relicta.

De iustificatione. Caput. 7.

Atque hac ratione iustificari homines, cum qui immundi & Natura iræ filij, & dānationis rei sunt per Christi meritum peccatorum suorum remissione impetrata, renouantur spiritu Dei per Christum secundum internum hominem: Vt iam iustificati gratia ipsius, & reconciliati Deo, & ab æternæ dānationis reatu absoluti, hæredes sint secundum spem vitæ.

Talis autem Iustificationis initium ex Dei gratia prouenit, qua ante omne meritum, dum adhuc inimici & peccatores sunt, excitati & adiuti, & eidem gratiæ sic excitanti & adiuuanti consentientes & cooperantes, ad Iustificationem disponuntur.

Hanc verò præuenientem gratiam, cum per alia media, tum potissimū in prædicatione verbi, ad Cōuersionem hominis operari, dum homo peccatorum suorum admonitus, & à Deo iusto Iudice constituta peccatis supplicia metuens, mox excitatus & adiutus Dei gratia, à timore peccati, ad Dei misericordiam cogitatione defleat: & cum alia omnia in scripturis reuelata, tum hoc præcipuè fide firma capit, Deum peccatoribus propter Christum misereri vellet: Qua subnixus fiducia, spem concipit, & timorem animo eiicit, ac Deum, quem ad miserendum procliuem, sibi que iam propitium credit, diligere, & peccata, quæ ipsum à Deo separabant, odisse incipit, iamque Deo per Baptismum vniri: Si nondū est in Christo regeneratus, aut si post acceptam Iustificationis gratiam in peccata relapsus est: per Pœnitentiā Deo reconciliari desiderat, eique per vitæ nouitatem perpetuo adhærere velle proponit. Sicque is, qui tunc primò fidei Christianæ initandus venit, regenerationis lauacro suscepto, aut saltem votis expetito, dū suscipiendi facultas non suppetit: Ille verò, qui post acceptam Iustificationis gratiam per peccatum rursus excidit, per Pœnitentiæ remedia Iustificationem accipit. Quæ cum peccatorum remissione etiam sanctificationem, & interni hominis innouationem cōfert, quatenus per meritum passionis Christi, quod iam credenti communicatur: Cum venia peccatorum homo etiam Dei gratiam, & per Spiritum sanctum vnā cum fide, simul Charitatem in corde diffusam ac spem accipit. Hisque Dei donis in ipso per-

manentibus non iam solum reputatur aut nominatur, sed verè existit iustus, non tamen sua propria aut suis meritis comparata sed ex gratia Dei, per Christum donata & communicata, iustitia.

Itaque hominem iustificari gratis per fidem, quia nullis præcedentibus meritis iustificatio acquiritur, sed ex Dei gratia per Christum donatur, his quibus in eum credentibus, mortis eius & fusi pro peccatoribus sanguinis meritum applicatur.

De charitate bonis operibus, & merito eorum

Caput. 8.

Charitatem verò sine qua nemo iustus esse potest, iam tum, cum in Iustificatione hominis accedit, operibus bonis grauidā esse, nec ociosam manere in verè iustificatis: Quin oblata occasione, & facultate permessa, promat de se opus bonū, & quotidiana faciat iustitiæ incrementa, secundum scripturam: Qui iustus est, iustificetur adhuc, Ea verò, quæ iustificati iam, membra sua exhibentes arma iustitiæ in sanctificationem, fide per dilectionem operante fecerint opera: Tum quia Deus bene operantibus, & in ipso sperantibus, mercedem misericorditer promittit: Tum etiam, quia eiusmodi iustificationum opera gratiæ Dei effectus sunt, & mouente & adiuuante Spiritu sancto fiunt: verè bona & Deo grata ac remuneratione vitæ æternæ digna esse.

Non enim secundum humanas vires, æstimanda sunt iustificationum opera, sed secundum eam gratiam, quam in ipsos influit Christus, ex qua deinde bona ipsorum opera promanant. Et secundum eam dignitatem, quam de Spiritu sancto, velut omnis boni operis motore & operatore, sumunt. Sic enim extenuandæ vires humanæ, ut non simul & gratia Dei vili reputetur: Sic in bono opere faciendo, deprimenda est facultas hominis, ut interim cogitemus, Spiritus sancti motum, & in nobis efficacem, & apud Deum acceptum ac preciosum esse.

Observationem mandatorum dei, verè Christianis esse possibilem,

Caput. 9.

Ex eadem causa demonstrandum est, Mandatorum Dei obseruationem renatis ac iustificatis esse possibilem, non secundum Naturæ infirmitatem, quam habent cum aliis hominibus communem: sed secundum gratiam Christi, qua imbuti sunt, & secundum opem Spiritus sancti, quem renati ac iustificati acceperunt: Vt iam diuinorū præceptorum obseruatio renatis tantò sit possibilior, quanto maiorem gratiam, eodem semper opitulante spiritu, vel semel acceptam retinent, vel amissam nouo subinde munere recuperant.

De vera libertate Christiana,

Caput. 10.

Am vero libertatem suam (quam lex spiritus, quæ est ipsa Charitas, diffusa in cordibus nostris, nobis affert) Christiani intelligant, non, ut non impleant ea, quæ in mandatis Dei exiguntur sed quatenus ad ea adimplenda: non, ut alij homines pœnarum metu & imperio legis compellantur, sed ea iam non inuiti, immò rarè volentes faciāt: Ita, ut obedientia ipsorum secundum animi promptitudinē, & in rectè factis letitiam vera libertas, secundum præcepti adimpletionem, plena & pia seruitus existimetur. Alioqui cupiditatibus frenata laxare, & carnis curam secundum eius desideria facere, non Christi libertas, sed perniciofa Diaboli seruitus, reputanda est.



De sacramentis in genere. Cap. 11.

Deceant etiam Pastores nostri, Septem esse Ecclesie Sacramenta diuinitus instituta, per quae velut apta remedia atque instrumenta, & peccatis nostris mederi, & suae gratiae munera nobis impartiri, Deus voluerit. Eaque non esse ritus simplices (quod quidam impie constringunt) sed sacrosancta signacula, & efficacia signa, quae rite ea suscipientes, gratiam eis conferendo, sanctificent. Gratiam vero Sacramentorum, non ex ipsa externarum rerum virtute, nec ex merito Ministri: sed ex interna, & diuinae operationis virtute, aestimandam esse.

Modus doctrinae circa Baptismum,

Caput. 12.

Et ut populus virtutem ac fructum vniuscuiusque Sacramenti plane intelligat, concordia doctrina erudiri populos nobis commissos volumus, Ut credat Baptismi virtute omne prorsus peccatum, tam Originale quam Actuale remitti, nec quicquam in rite Baptizato relinqui, quod ab ingressu regni caelestis remorari cum queat. Concupiscentiam enim, quae post Baptismum in nobis, ad Agonem, non ad culpam relinquitur, iam non esse peccatum vera ratione peccati: sed peccatum ob id appellari, quod per peccatum facta, & ex peccato relicta sit, & ad peccatum amplius inclinet.

1. Cor. 6. Act. 2.

Rom. 7.

De baptismo paruulorum, Caput. 13.

Actum etiam Paruulis in fide Ecclesiae Baptismum, ad abolendum Originale peccatum & ad salutem consequendam, efficacem esse. Eumque semel rite, etiam a paruulo, susceptum, aut ab haeretico vel infideli in forma Ecclesiae, cum recta intentione datum, sine iniuria Christi (in cuius mortis similitudinem semel pro nobis redimendis tolerata traditur) sine grati piaculo amplius iterari nec debere: ne inuocatio sanctissimi nominis Dei, in qua semel ablutio data est, per iterationem quasi vana acusetur: & mors Domini, in cuius similitudinem semel baptizamur, repetito Baptismo, quasi inefficax arguatur.

Roma. 6.

Baptismum, adhibitis Ritibus secundum veterem Ecclesiam morem administrare, debere.

Caput. 14.

Parochis vero, & aliis Ecclesiarum Ministris, per nostras ditiones constitutis, sedulo iniungimus, & sub graui poena, praeruaricantibus sine remissione infligenda, comminamur, ne aliter, quam adhibitis Exorcismis & Exufflationibus, Vnctionibus etiam & ceteris ritibus, per Catholicam Ecclesiam ab antiquo obseruari solitis, & in aqua non prophana, sed soleni benedictione, & sacri Chrismatis vnctione sanctificata, extra casum necessitatis Baptismum administrare praesumant.

Vnctiones in Baptizatis paruulis omittas, expleri debere. Caput. 15.

Cum autem circa sacrum Baptisma non raro evenire soleat, ut mystica ille Vnctiones, iam inde ab initio Religionis Christianae per vniuersam Ecclesiam adhiberi solita, vel ex necessitate propter metum imminentis mortis infantium, vel etiam ex contemptu omittantur: Nos Parochis nostris hanc curam serido iniungimus eisque districte praecipiendo mandamus, ut de pueris sic baptizatis diligenter inquirentes, si compererint alio-

De conse. d. 4. c. ab antiqua.

qui debitam verborum formam obseruatam, Baptismum quidem sic traditum approbent: Eos vero, qui dum baptizarentur, Vnctiones non receperunt, serido exhortentur & sedulo inducere tentent, ut consuetas Vnctiones cum Oleo sancto, in pectore & scapulis, & in vertice cum Chrismate (adiunctis solitis vnctionibus, quae in Agendis habentur) aliosque ritus omittos, in seipsis per Catholicum Sacerdotem iuxta vetustissimum Ecclesiae morem caute & pie impleri curent. Quod si deprahenderint in tali Baptismo nec formam debitam esse obseruatam, his qui sic baptizati frustra putabantur, totum Baptisma secundum Ecclesiae ritum tradant.

Baptismum ante meridiem administrare deberi,

Caput. 16.

Et ut tanto mysterio debita omnino reuerentia exhibeatur, Parochos & Ecclesiarum Ministros serido monemus, ut mane intra officia diuina, aut mox post ea peracta (non autem tempore pomeridiano post epulas & prandia, nisi necessitas aut periculum infantium accelerare Baptismum exposcat) cum multa sobrietate, & accurata deuotione, Baptismum administrent. Comestiones vero, & parum sobria conuiuia, quae quibusdam in locis post Baptismum fiunt, per Ciuiles Magistratus inhiberi, aut saltem ad moderationem Christianis dignam reduci, volumus.

Modus doctrinae circa Sacramentum Confirmationis, Caput. 17.

Sacramentum Confirmationis ex institutione Christi, & Apostolorum praxi, Ecclesiae relicta esse, in quo, iuxta Domini promissionem Spiritum sanctum, quo in Baptismo ad peccati emundationem signati sumus, cum nouo gratiae suae munere accipimus. Videlicet ut virtute eius contra Sathanae tentationes muniamur: ut gratia eius, ad melius capienda fidei mysteria, illuminemur: & ad confessionem Christi fiduciam, & contra vitia robur accipiamus. Quae omnia Christus Dominus, per Spiritum sanctum, quem missurus erat, fidelibus conferenda, disertè promisit. Ea vero, ut erant a Christo promissa, ipsis Apostolis in die Pentecostes exhibita, & ab eisdem per manuum impositionem in alios transfundi coepta, actus ipsorum satis testantur: Vnde Ecclesia Catholica Spiritum sanctum, per manus Episcoporum fidelibus tradendi normam, accepit.

1. Ion. 14.

15. 16.

Act. 8.

19.

De vnctione Chrismatis in Confirmatione,

Caput. 18.

Diligenter etiam populum instruant, cur hoc Sacramentum, ab initio sola manuum impositione exhibitum, mox sub ipsi temporibus Apostolorum ex eorundem traditione, adhibita Chrismatis vnctione, coeperit conferri. Nam cum in initio Spiritus sanctus ad euidentiore recentis adhuc fidei commendationem, signo visibili influeret confirmatis: externa Vnctione, quae illam internam designaret, tunc non erat opus. Postea vero adulta Ecclesia, & stabilita fide, cum signa externa apparere cessauerunt, nec iam amplius Spiritus sanctus visibiliter descenderet, mox in locum visibilis signi, Vnctione Chrismatis adhiberi coepit, quae his, qui confirmarentur, internam & spiritalem Vnctionem representaret, ut quid intus agatur per gratiam, foris aliquo visibili signo innotescat, & verbi fidem externi elementi similitudo confirmet.

De

Ex conc. Mogunt. Domini petri. De conse. dist. 4. c. Non plus.

De cognationibus spiritualibus, ex his Duobus potissimum Sacramentis, Baptismi & Confirmationis, prouenientibus, Caput. 19.

Non raro ex impedimentis cognationum spiritualium, difficultates & pericula solent euenire: Ad quae cohibenda decernimus, ne cuiquam, siue ex sacro fonte leuando, siue ad Sacramenta Confirmationem tenendo, plures, quam vnum Patrum liceat adhibere.

Modus doctrinae circa Sacramentum Penitentiae. Caput. 20.

Penitentiam, velut secundam post Naufragium tabulam, cuius praesidio, in peccatorum voraginem relapsi denuo perniciem effugimus, & gratiam reconciliationis & remissionis peccatorum recipimus: Pastores nostri in Ecclesiis sedulo urgeant, & admoneant fideles, his partibus integra & vtilem Penitentiam absolui: Contritione, Confessione, & Satisfactione.

De contritione, Caput. 21.

Neque enim remitti peccatum, cuius eum, qui admisit non poeniteat.

De confessione, Caput. 22.

Et cum ad sananda hominum peccata, Christus duplicem Ministris Ecclesiae suae potestatem reliquerit, ut remittant aut retineant, soluant aut ligent: quatenus id remedium sanandis peccatis apponendum nobis Dominus tradidit, eatenus Confessionem, cum enumeratione peccatorum faciendam nobis commendasse: Ut ex recensione peccatorum is, qui discernendi potestatem accepit, sciat, vitam commissi muneris partem debeat exercere.

De satisfactione, Caput. 23.

Satisfactionem vero ab his, qui deliquerunt, docent praestandam. Non illam quidem, qua culpa peccati, & aeterna poena diluitur: haec enim Satisfactio ex sola Christi propitiatione donatur: Sed illa a nobis praestanda est, qua poena temporalis, quae post culpa remissionem nonnunquam remanet, aut Eleemosynis aliisque pietatis operibus redimitur, aut Ieiuniis & aliis Satisfactionibus (quae tamen ipsae etiam ex merito Passionis Christi efficaciam sumunt) auertitur.

De 4. 1. Cor. 11.

De absolutione, Caput. 24.

Sacerdotes vero, qui Confessionibus audiendis dant operam, absolutionis formam non intricet pluribus membris, aut conditionibus appositis: sed planis & simplicibus verbis depromant. Ego absoluo te a peccatis tuis, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Non tamen prohibemus, ut idoneo loco, seu ante absolutionem, seu post eam, orationes pro petenda delictorum venia, adiungant.

De iis, qui confessionibus audiendis praefici debent, Caput. 25.

Episcopis, qui curam animarum susceperunt, haec praesertim tempestate, qua variis & perniciosis opinionibus simplicium animi, miserandum in modum, deprauantur: summo studio enitendum est, ut audiendis Confessionibus, quae ad formans conscientias opportune seruiunt, Sacerdotes viri integri & periti praeficiantur. Vnde omnes Superiores fratrum mendicantium (qui in hac parte Parochiam adiutorium accedunt) inducendos censemus, & serido monemus, ut fratres suos, quos ad audiendas Confessiones admittere destinauerint, prius Commissa-

Ex synodo celebrata Mogunt. sub Cardinali Nicolao Tit. S. Petri ad Vincula, & Theodorico Ar.

riis nostris exhibeant. Qui eos aut per examen, aut fide digno suorum Superiorum testimonio diiudicent, num idonei sint, quibus ouium Christi salus tuum committi queat.

chiepisco. anno. 1451

De reservatione Casuum relaxanda, Caput. 26.

Ne autem propter casus reseruatos, a salutari Confessionis remedio homines retrahantur, dum vel in promptu Sacerdotem non inueniunt, qui eos absolueret: vel etiam fame suae & sumptui timent, si longius pro absolutione consistenda ablegentur: Nos pudori simul & sumptibus subditorum nostrorum consulere volentes, praesentis decreto ordinamus & constituimus, ut deinceps omnes Parochi, per prouinciam nostram rite ordinati & vocati, omnesque fratres mendicantes, per suos Superiores, ut praemittitur, praesentati, & per commissarios nostros approbati, potestatem habeant, vice & nomine nostro, absoluedi Laicos contritos & confessos, a quibuscuque peccatis, occultis quantumuis grauius & enormibus, quae alioqui auctoritati nostrae ordinariae reseruari debebant: exceptis duntaxat Homicidis, Haereticis & Excommunicatis, ad nos, vel Commissarios nostros, mittendis.

Ne religiosi laicos communicent sine consensu Parochorum, Caput. 27.

Nulli tamen Religioso (etiam si ad confessiones audiendas, ut praemittitur, admissus fuerit) licere volumus, cuiquam Laico sacrosanctae Eucharistiae communionem, sine speciali consensu Parochi, ad cuius curam ille pertinet, porrigere. Quem admodum & Parochis omnibus serido inhubemus, ne quenquam alienum Parochianum, sine consensu sui Parochi, extra necessitatem, siue ad confessionem, siue ad vllius Sacramenti perceptionem, recipiant: Si tamen subditus rationabilem causam allegans, alij Sacerdoti Confessionem faciendi consensum a suo Parocho petierit, talem ei consensum volumus non denegari.

Ex concilio Fritzlarensi.

Sine testimonio factae confessionis, nemo ad sacrae Eucharistiae perceptionem admitatur. Caput. 28.

Et ne contempto Confessionis remedio, homines sacrosanctam Eucharistiam percepturi, periculum sibi, quod Apostolus indignis & inexplo-

1. Cor. 11.

De confessione non reuelanda, Caput. 29.

Magnam etiam cautionem adhibere debent Confessarij Sacerdotes, ne de inuitatis criminibus, praesertim a iunioribus inquirendo, in expertis, noue cupiditatis, aut criminis ante non tentati, occasionem obiciant. Cauent etiam, ne contentis peccatum sermone, vel signo, vel aliqua vlla ratione, prodant. Sed si consilio super aliqua re, in Confessione sibi manifestata, indigerint: rem ipsam, sine vlla auctoris mentione, ad peritorem referant. Quod si Sacerdos alicuius crimen, per Confessionem sibi compertum, vel aperto iudicio, aut saltim conditionis, aut loci aut viciniae, aut eius scilicet circumstantiae significatione, reuelauerit: a Beneficio Ecclesiastico remotus, ad arctum Monasterium, ad agendam

Ex concilio Fritzlar.

De penit. & remis. cap. Omnis.

*De panis.* dam Pœnitentiam, retrudatur. Nec etiam Sacerdos  
*Ex remi.* confessarius à quoquam, sibi Confitente, de peccatis  
*Ex concil.* alterius expresso nomine, vlllo modo inquirere præ-  
*Fritzlar.* sumat.

*De satisfactionibus. Caput. 30.*

**S**acerdotes etiam Confessarios monemus, eisque præcipiendos etiam in vfura, furto, rapina aut fraude, absolutionem Confitenti impertiantur: nisi ea, quæ iniuste abstulit, quatenus eius facultates permittunt se restitutum promiserit. In aliis leuioribus delictis, Satisfactiones, iuxta qualitatem culpe, aut confitentis possibilitatem, moderentur.

Eosdem hortamur, iuxta delictorum qualitatem Satisfactionis modum temperent, & auaris Eleemosynas, incontinentibus ieiunia, pro Satisfactione imponant, Quo semper Confitentium vitia, contrariis virtutibus compensentur.

*Modus doctrina, circa Sacramentum Eucharistia,*

*Caput. 31.*

**D**E veritate corporis & sanguinis Dominici, in Eucharistia plebem ex verbis Domini instruant, vt credant, post Cōsecrationem, sub speciebus panis & vini, veram corporis & sanguinis Domini substantiam contineri: Nec iam diuidi Christum, aut sanguinem eius à carne separari, vnquam posse, quoniam amplius non moritur, ideoque sub alterutra specie Christum integrum contineri, & sub vna specie tantum à fidelibus, quatum sub vtraque, sumi.

*De communione vnus speciei,*

*Caput. 32.*

**C**vm autem nemo fidelium dubitet, virtutem sacrosanctæ Eucharistia, non ex speciebus pendere, sed ex viuifica Christi carne & sanguine provenire: iam ne hoc quidem quisquam fidelis dubitare debet, illum sub vna specie communicandi morem, ad salutem fumentium æquè vtilem & efficacem esse, quàm alterum sub vtraque: Cum constet, non minus accipi in vna specie, & eum quoque communicandi morem in vna specie, iam inde ab initio praxis Christi & Apostolorum, in Ecclesiam introduxerit. Vnicuique autem fidelium, ex his duobus communicandi modis, eum meritò tenendum esse, quem Ecclesia, propter causas rationabiles, pro temporum ratione elegerit, & populo tradiderit obseruandum.

*Vt à ieiunio & confessis sacrosanctæ Eucharistia sumatur.*

*Caput. 33.*

**P**arochis etiam & Ministris Ecclesiarum seridè inhiemus, ne cui extra casum infirmitatis, sacrosanctam Eucharistiam, nisi ieiuno & Confesso, porrigere præsumant.

*Modus doctrina, circa Sacramentum extrema*

*unctionis, Caput. 34.*

**S**acram Vnctionem doceant Pastores nostri, ad infirmorum, & eorum, qui ad vitæ exitum vergunt præsidium, à pio Domino traditam esse, quam eius iussu primi Apostoli exercuerunt. Quæ dum per orationem fidei infirmis adhibetur, per diuinæ virtutis operationem contra corporis infirmitates, & terrores conscientia, alleuiationem & hilaritatem ritè fumentibus præbet: leuiora peccata tollit, & grauiorum restantes reliquias expurgat, iuxta Apostoli testimonium, & receptam consentientis Ecclesie do-

ctinam.

*Modus doctrina, circa Sacramentum Ordinis,*

*Caput. 35.*

**I**n collatione ordinum, quæ cum impositione manuum, velut visibili signo, traditur: doceant, ritè ordinatis gratiam diuinitus conferri, qua, ad Ecclesiastica munera ritè & vtiliter exercenda, apti & idonei efficiantur, & qua rata sint & efficacia, quæ à ritè ordinatis in Ecclesia, iuxta Christi & Ecclesie institutionem, geruntur. Hanc vero gratiam, esse ordinis & muneris, non hominum aut personarum, nec ad cuiusquam priuatam: Sed ad communem totius ecclesie vtilitatem, commodari. Ideoque in ritè ordinatis, siue boni siue mali sint, efficacem esse. Atque ita inter dispares Ministros, Domini nostri dona se. per æqualia, semper bona & sancta permanere.

*Modus doctrina circa Sacramentum Matrimonij.*

*Caput. 36.*

**D**E hoc Sacramento doceant Pastores nostri, Matrimonium, ab initio ad officium institutum, tandem ex Dei benignitate, infirmis hominibus ad remedium recessisse, Vt iam hæc maris & femina commixtio, quæ alioqui, propter turpem concupiscentia motum, peccato ex se non careret, propter gratiam Sacramenti, coniugibus ad peccatum non imputetur: Sed sit honorabile in omnibus conubiū, & Thorus immaculatus: esse autè coniunctio num maris & femina, duorum tantum, nec alicuius tertij consortium, nec duorum à se inuicem separationem, nisi per alterius mortem, vlllo modo admittentem. Quod si ob fornicationem (quæ sola illis, separandi causa, à Domino permessa est) coniuges inuicem dimiserint, manere debere inuptos, aut dimisso coniugi reconciliari, & neutri eorum, donec vixerit prior coniunx, ad secunda transeundi Matrimonia potestatem esse.

Matrimonia etiam, sine consensu parentum legitime inita, non debere rescindi.

Hanc coniunctionem ex libero cōsensu contrahentium per verba de præsentis expresso, stabiliti, nec à parentibus (si forte eorum voluntas nõ accesserit) rescindi posse.

*Monendos liberos, ne in scis parentibus contrahant,*

*Caput. 37.*

**V**olumus tamen liberos sedulo admoneri, vt diuini præcepti memores, velint in parètum esse potestate nec illis in scis aut inuitis, inire Matrimonia, aut quicquàm rei feræ inchoare, præsumant.

*De matrimonij solemnitate, Caput. 38.*

**E**t vt Matrimonio suus honos conseruetur, cōiunctiones coniugum volumus in conspectu Ecclesie, adhibita celebritate consueta, confirmari: ne per occultas copulationes, sub prætextu coniugij, illicitæ libidines grassentur. Et vt pericula, quæ ex clandestinis copulationibus suboriri possunt excludantur: nomina contrahere volentium, ante cōiunctionem, tribus diebus festiuis, non immediate se inuicem sequentibus, sed per aliquot dierum intervalla à se distantibus, in Ecclesia coram multitudine proponi debent, Vt si qui impedimentum Matrimonij inter eos nouerint, id ante nuptiarum diem Parocho reuelent. Nec contra huiusmodi denunciatōe, nisi ex ardua & necessaria causa, dispensari debet. Quod si qui tēpore huius denunciatōis præsentibus fuerint, & impedimentum reticuerint, post coniunctionem

tionem in cōspectu Ecclesie celebratam, amplius ad eius Matrimonij accusationem, aut ad testimonium contra ipsum, admitti non debent. Caueant etiam Parochi & Curati nostri, ne peregrinos & ignotos ad Matrimonia iungenda admittant, nisi libertatis suæ testimonia ex his locis attulerint, vbi prius vixerunt. Leuitates verò, quas in pulsando sponso (& si quæ sunt similes) abusus in ipsam vsq; Ecclesiam inuexit, omittantur: Saltationes lasciuæ, & comestiones parum sobriæ, si in torum tolli nequeant, saltem ad moderationem Christianis dignam reducatur, vt sic hilaritas nuptialis, pietate & modestia condita, oculis Dei, qui Matrimonij author & copulator est, commendetur. Parochis seu Curatis, per vniversam Prouinciam nostram constitutis, iniungimus Si sub cura sua habuerint subditum, qui mulierem, cui Matrimonio iungi per impedimenta Canonica non potest, tamen vxoris loco publicè foueat, vt ad dimittendam eam, ipsum seridè inhortentur: aut, Si Matrimonium eorum dubium sit, num de iure subsistat, eosdem infra duos proximos menses ad nos, aut Officiales nostros, pro declaratione accipiendam venire iubeant. Quod si sic moniti ab inuicem non discesserint, aut declarationem, vt præmittitur, non petuerint, aut nostræ vel Officialium nostrorum decisionis & sententia non acquieuerint: ab Ecclesiasticis Sacramentis protinus arceantur, & nisi ante mortem peccatum suum emendauerint, aut saltem id confelsi fuerint, aut serium super eo animi dolorem ostenderint, Ecclesiastica etiam sepultura priuentur.

*De benedictione salis, aquæ, & aliarum rerum,*

*quæ per Exorcismos & orationes, ad vsum fidelium preparantur,*

*Caput. 39.*

**V**eterem morem in Ecclesia sequimur, dum sale, aquam, & cæteras quasdam res, in vsum fidelium, per orationes in verbo Dei præparamus. Quem morem nemo reprahendet, qui secum reputauerit, Ecclesiam inter cætera salutis & vtilitatis suæ, tum augendæ, tum conseruandæ præsidia, etiam exorcizandi potestatem, contra insidias Dæmonum, aliasque noxias pestes auertendas, accipisse. Quam potestatem, dum per res externas, ad vtilitatem fidelium, exercet Ecclesia: nimirum in eo Sanctorum imitatur exempla, qui ad eliciendos quosdam effectus, diuino iussu res corporales adhibuisse leguntur. Quem morem in Ecclesiis nostris præcipimus conseruandum, dummodo populum Pastores sedulo doceant, effectus, qui inde petuntur, non ipsarum rerum efficaciam: sed diuinæ virtutis operationi, per fortissimi nominis diuini inuocationem, tribuendos esse: Et cauerint, ne rebus talibus ad impias superstitiones abuti, quicquam præsumat.

*De caremoniis, Caput. 40.*

**S**imiliter & reliquas Caremonias, quæ aut in cultu diuino ornatum augent, aut mentes hominum ad pias & vtilis cogitationes excitare possunt: diligenter retinendas censemus, præsertim eas, quas ex multa antiquitate profectas, & per vniversam Ecclesiam obseruatas, quasi per manus traditas accepimus. Quales sunt, quæ in administratione Sacramentorum adhiberi consueuerunt: quibus adnumeramus, vt templa (velut orationum & diuini cultus & Sacramentorum officina) per loca idonea habeantur, ad quorum ornatum (simul etiam velut diuini cultus & promouendæ pietatis apta instrumen-

ta) in iis signa crucis, aliasque imagines, vexilla, vestes sacras, altaria, & vasa sacra, conseruari & vsurpanti volumus.

*De imaginibus. Caput. 41.*

**I**maginum autem vsum, velut pro erudienda plebe, & omnium animis excitandis vtilem, in Ecclesiis nostris retineri seridè mandamus, dum modo Pastores nostri populum accuratè moneant, imagines non ad id proponi, vt adoremus aut colamus eas: sed vt quid adorare aut colere, aut quarum rerum vtiliter meminisse debeamus, per Imagines recordemur. Procaces vero Imagines, & nimio artis lenocinio, ad mundanæ potius vanitatis speciem, quàm ad pietatis commonitionem, effigatas: in templis proponi omnino vetamus, tam lasciuam artis ostentationem, frugi & seuero patrifamilias intra priuatas ædes grauem, templis prorsus intolerabilem censentes.

*De abusu imaginum prohibendo, Caput. 42.*

**C**vm vtilis & legitimus Imaginum vsum, intra eos limites contineri merito debeat, vt simplex populus non ipsas Imagines adorare, aut fiduciam in eis vllam ponere: Sed quem adorare, quosvè honorare, & vnde omnia bona sperare debeant, per imagines discant recordari. Nos prauæ superstitioni viam præcludere volentes, omnibus locorum Ordinariis iniungimus, vt si forte in Territoriis suis, ad Imaginem aliquam concursus fieri, & homines ad ipsius Imaginis figuram respectum habere, & quasi quandam Diuinitatis opinionem illi tribuere, animaduertent: ipsam Imaginem (adhuc prius in consilium Theologis, & Christianarum antiquitatum scientissimis iuxta acipientissimis viris) pro causæ qualitate, aut tollant aut mutent, & aliam, à prima notabili quantitate differentem, repellant, ne rudis populus, in intellectu suo depressus, & ideo per media corporalia ad diuina erigendus, spem suam contra Ecclesie intentionem, in corporali, & quidem certa Imagine, priuata Phantasia atque in hæsiōe collocet: quasi in illa quædam necessitas, vt per eam, & non aliter, inducetur Deus & Sancti, id facere, quod petuntur. Verùm hæc omnia, vt dictum est, de Theologorum & sapientissimorum virorum sententia, vt sic salubri Ordinariarum prouidentia, à pernicioso Idololatriæ scelere, populi præseruetur simplicitas.

*De reliquiis Sanctorum. Caput. 43.*

**R**eliquias etiam Sanctorum, velut diuinæ gratiæ olim receptacula, & verissima Christi membra, & pura Spiritus sancti domicilia, monemus in Ecclesiis nostris vel ob id proponendas, & religiose pietate venerandas, vt per eas fideles commoti, discant virtutem & fidem Sanctorum imitari, Et alicubi in iis sanguinolentas notas & p fide Christi tolerati Martyrij vestigia, cernentes: admoneantur spem fidei nostræ non esse inanem, pro qua omnia dira pati, sancti Martyres in animum sibi inducunt. Quorum exemplo, ipsi etiam, ad aduersitatum omnium tolerantiam animentur.

*De peregrinationibus ad reliquias Sanctorum.*

*Caput. 44.*

**P**eregrinationes etiam ad certas Sanctorum Reliquias, aut ad templa memoriis eorum dedicata, vel ob id Christiano populo censentur permittendas, Vt ex ipsorum locorum admonitione homines ad imitandam Sanctorum fidem, pietatem & constan-

& constantiam, vehementiore affectu incitentur, & ut maiori deuotione se meritis Sanctorum sociari, & precibus eorum adiuuari postulent: dummodò se dulò caueant Pastores nostri, ne vspiam incertæ Reliquiæ, aut nouæ sine Ecclesiæ autoritate aut ne vltra etiam ad quæstum proponantur, & ne concursus superstitiosi ad statuas, prophanis potissimum locis sitas, aut priuata autoritate erectas, fiant.

*De inuocatione & ueneratione Sanctorum.*

Caput. 45.

**D**Octrinam magno totius Ecclesiæ consensu iam inde ab initio receptam, & quasi per manus traditam, retineri in Ecclesiis nostris omnino volumus: Sanctos videlicet, qui in fide Christi nos præcesserunt, & vitæ huius cursum beato fine clauserunt, veluti eius corporis, quo Christo coniungimur, nobilissima membra, à nobis meritò honorari, non tamè eo, quivni Deo debetur, cultu: sed eo societatis & dilectionis cultu, quo in hac vita sancti homines, à nobis ritè coli possunt. Illos tamen tantò deuotius, quantò securius post incerta omnia superata, in vita fideliorum laude prædicamus iam in vita feliciore victores, quam in ista adhuc vique pugnant. Quorum etiam meritis associari, & orationibus adiuuari, ritè petimus, qui vno spiritu nobiscum colligati, velut eiusdem corporis membra vtrique hac nobis lege Charitatis obliantur, qua pro inuicem membra sollicitudinem gerere, & pro inuicem orare iubentur, ut salutem consequatur: Quod eo magis Sanctos in alia vita pro nobis facere confidimus, quò illis post infirmæ carnis depositionem & feruentior Charitas, & de se securis, ad promouendam aliorum salutem, promptior facultas accessit.

*August. contra Fanat. li. 20. cap. 21.*

*1. Cor. 12. Iacobi. 5.*

*De orationibus pro defunctis, & de Purgatorio.*

Caput. 46.

**E**X eadem lege Charitatis, qua nobiscum adhuc coherent, qui in fide & communionem Christi ex hac vita migrarunt, tenendum est: Defunctos viuorum pietate & orationibus adiuuari, saltè eos, qui cum viuerent, ut eis hæc prodesse possent, meruerunt. Qui non ita boni ex hac vita discesserunt, ut iis non indigeant: nec ita mali, ut eis hæc prodesse non queant.

Est autem consentiens Ecclesiæ doctrina, multarum scripturarum collatione, & euidenti ratione firmata, Talem esse quandam medium decedentium statum, qui non mox, ut carnem hanc exuerint, aut æternis cruciatibus tradantur, aut ad beata illa Sanctorum confortia admittantur: In quos, moderata & mixta Clementiæ seueritate, vindicat ad tempus is, qui & misericordiæ suæ, & tormentorum modum, & mensuram nouit. Alioqui, cum ex iis qui peccauerunt, & per penitentiam sanantur, alij in hac vita multas aduersitates, alij aut paruas, aut nullas experiantur: & cum multi ex hac vita migrent, à lethalibus quidem criminibus immunes, leuioribus tamen aliis alio magis implicatus: quorum tamen nemo, siue ob plura, siue pauciora hæc delicta quotidiana, damnationem æternam sustinebit: Non facile modus inueniri possit, quomodo Deus (qui est in omnibus, & erga omnes iustissimus) non iniustus videretur, si non post hanc vitam per temporales, & non æternas penas, omnium compensa expectaretur.

*Ratio pro purgatorio.*

*De ieiunio, & delectu ciborum,*

Caput. 47.

**P**lebem Christianam Pastores nostri (sumpta ex diuinis literis commonitione) ad perpetuam vitæ sobrietatem sedulò cohortentur, ut bi potiusque moderatione carnis lasciuiam comprimentes, ad exercitia pietatis mentem liberius intendere queant. Eos verò, quos necessitas nulla excusat etiam ad statuta Ecclesiæ ieiunia obseruanda inducat: Ipsumque ieiunium, diuini esse præcepti doceant. Tempora verò ieiunandi, prout salubritati corporis & animarum expedire videbatur, ab Ecclesia ordinata & totius Christiani orbis consensu recepta, & iam inde ab Apostolorum temporibus obseruata sunt quæ qui extra necessitatem non obseruauerint, velut ecclesiasticæ disciplinæ violatores & consuetudinum Ecclesiæ temerarij contemptores, seueritate pœnarum coerceri debent.

Huic ieiuniorum obseruationi, iungendus est ciborum delectus, itidem consensu totius Ecclesiæ ad nostra vsque tempora retentus: monendique sunt fideles, ut diebus ieiuniorum, similiter sextis Feriis, & Sabatis, à carni & aliorum ciborum esu, quos Ecclesiæ consuetudo per eos dies huc vsque vitare seuerauerit, extra legitimam necessitatis excusationem, sibi temperent, non quidem ab iis, velut immundis, abstinentes: Sed edomandi corporis causa, propter animam, ab irrationabilibus motibus amplius humiliandam. Non tamen existiment Christiani, sola carnis abstinentia se Deo gratos esse posse (cum meminerint, primos homines, qui carnem nondum gustauerant, ob vitæ nequitiam, diluuij immisione deletos) Sed cum abstinentia carnis, etiam ceterorum ciborum moderationem, & perpetuam totius vitæ sobrietatem, coniungant.

*De constitutionibus Ecclesiæ,*

Caput. 48.

**D**E Constitutionibus Ecclesiæ, quæ ad disciplinam Ecclesiæ continendam, ad bonum & decentem ordinem, in Ecclesia tuendum & conseruandum, & ad pietatem publicè ac priuatim promouendam, introductæ sunt: Pastores plebem sibi commissam probè & diligenter instruant, ut discant, eas ab ordinata potestate conditas, velut Dei ordinationes, reuerenter agnoscere, & gratanter eis obedire. Siue hæc constitutiones seruentur ex consuetudine, quam Paulus violari non vult. Si quis vult contentiosus esse (inquit) nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei: Siue tradantur scriptis Canonibus, quales Apostoli Spiritui sancto tribuere non vererunt. Visum est (inquiunt) Spiritui sancto, & nobis, Itaque plebs Christiana Ecclesiæ constitutiones, nequaquam ut traditiones hominum (quales erant Phariseorum, ad subuersionem diuinæ legis adinuentæ: quibus Deus frustra colitur) aspernentur: Sed, ut ad pietatem colendam, & continentiam in officio plebem vtilis, libenter amplectantur nec eas existiment sine grandi piaculo violari posse. Considerantes, etsi hoc in præceptis diuinis non continetur, quod tales Maiorum nostrorum constitutiones iubent, tamen ut Maioribus obediamus (saltem in iis, quæ legi diuinæ non aduersantur) diserti iuris diuini est. Vnde & per occasionem talium constitutionum transgressiones, grandis peccati reos faciunt temerarios violatores: maxime, dum ex contemptu, aut cum scandalo, charitatem violant, quorum vtrunque per se peccatum mortale operatur. Alio-

*1. Cor. 11. 13.*

qui Ecclesia constitutiones suas charitati & necessitati libenter submittit.

Hanc doctrinam, quæ in superioribus compendio traditur adiecta institutione ad Christianam pietatem, diffusus explanari curabimus. In qua omnia, quæ ad sacræ Religionis nostræ fundameta pertinent & Christianis omnibus cognita admodum necessaria sunt, copiosius explicabuntur: Quam à Parochis & Pastoribus nostris diligenter legi, & ex ea populos sibi commissos, in iis quæ sunt fidei, sedulò erudiri volumus.

*Ne ignoti & inexplorati, ad prædicationis munus admittantur,*

Caput. 49.

**E**T quo minus in posterum salutaris Christi doctrinæ sinceritas peruersis dogmatibus, aut noxiis opinionibus & hæresibus, deprauetur: Decernimus, definimus & præcipimus, ut homines vagi & ignoti, qui testimonia Episcoporum suorum, tam eius à quo recesserint, quam illius, ad cuius Diocesim diuerterint, non habeant à Ministerio verbi, seu prædicationis officio, in Prouincia nostra prohibeantur: & soli admittantur hi, qui ad id munus ritè vocati, & ordinaria autoritate examinati fuerint, & approbati.

*Ex Diocesi sana Synodo Moguntia celebrata anno. 48.*

Fratres tamen mendicantes, quorum plerique pietate & doctrina satis instructi, in asserenda Catholica doctrinæ veritate, his temporibus vtilem sanè operam præstant (saltem vbi tales noti sunt, & probitatis, doctrinæ, & modestiæ suæ testimonium à suis Superioribus habent) à concionandi munere excludere non intendimus. Quos tamè ipsos, etiam priusquam concionandi munus in Prouincia, aut Diocesi nostris, sibi vsurpent: nobis aut Vicariis nostris præsentari, & per eos, vel examine præuio, vel sufficienti & fide digno suorum Superiorum testimonio, tanquam ad id munus idoneos approbari volumus.

*Obseruandi parochi & concionatores, quomodo quisque doceat,*

Caput. 50.

*Ex eadem Synodo.*

**E**T ut pestilentes doctrinæ & perniciosi errorum Magistri, ex Ecclesiis protinus eiiciantur: mandamus & iniungimus Visitatoribus nostris, Archipresbyteris, seu Decanis Ruralibus, & Testibus Synodalibus, nunc existentibus aut in posterum futuris, ut Dioceses crebrò & sedulò lustrantes, si quos compererint Ecclesiæ Ministros, in exponendis scripturis sacris, & administrandis Sacramentis, ab Orthodoxorum Patrum communi consensu, & recepta Ecclesiæ consuetudine & autoritate, deflectentes: tales Ordinario loci, aut eius Fiscali, pro excessu um qualitate aut corripandos, aut è Ministerio Ecclesiæ prorsus abiiciendos, denuncient.

Iidè, si quos per Dioceses viros, doctrina & pietate excellètes, & ad ministeria Ecclesiæ idoneos, cognouerint: loci Ordinario in locum abiectorum sufficiendos, aut alioqui destitutis Ecclesiis præficiendos, commentent.

Commisimus autem Vicariis seu Officialibus nostris eisque in hoc viros pios & peritos adhibuimus, ut Archipresbyteris, & Testibus Synodalibus, tales querelas ad Religionem pertinentes deferentibus, consilio & auxilio sint.

*Videndum, quibus libris Parochi & Concionatores passim utantur,*

Caput. 51.

**L**ibros autem Parochorum & Concionatorum Visitatores inspiciant, & ab eis diligenti inquisitione cognoscant, quosnam potissimum Authores legant, & in concionibus imitentur. Contagiosos autem, & de hæresi suspectos libros, ab eis auferant: & ad lectionem Veterum Orthodoxorum, aut etiam recentiorum, qui suspecti non sint, eos exhortentur.

*Plebs ut concionibus & diuinis intersit, per Magistratus adigenda,*

Caput. 52.

**E**T ne Parochi ac Concionatores sedulitatis & laboris sui fructum amittant, si plebs sacra eorum & conciones audire refugiat: præfatis nostris per loca ditionibus nostris subiecta iniungimus, ut tempore concionum, & diuinorum Officiorum, ociosam turbam è tabernis è foro & plateis abigant, & concionibus & diuinis Officiis interesse, nisi legitimis causis impeditis, debitis pœnis compellant.

*De horis canonicis,*

Caput. 53.

**E**T ut ab hac retinendè in verbo Dei puritatis cura propinquo, gradu ad diuinorum officiorum celebrationem ritè constituendam, & debita cū ueneratione peragendam, transeamus: Clericos, qui bus ea cura incumbit, sedulò commonendos, & per Prælatos digna mandamus animaduersione compellendos, ut non vocis tantum modulatione, sed deuotione cordis, debitum suæ seruitutis pensum absoluant, & ad diuina officia peragenda corpore pariter & mente se componant, quo simul & Deo cultum gratum exhibere, & populo consyderanti deuotionem augere valeant.

Nemo in choro aliis psallentibus seorsim legere aliquid, aut suas horas Canonicas orare, aut fabulari, aut aliis leuitatibus intendere permittatur: Negligentes verò legere horas Canonicas, si deprehensi fuerint, per Prælatos subtractione portionis fructuum, in Eleemosynas pauperum, aut alios pios vsus conuertendæ, puniantur.

*Quas ad tremenda missæ Mystera,*

Caput. 54.

**C**irca sacrosanctæ Missæ Officium quo immensum redemptionis humanæ beneficium, & sum mum illud ac tremendum Christianæ Religionis Mysteriorum recolitur volètes omnia prouidere, quæ populi animos, ad amorem & uenerationem tanti Mysteriorum, inducere valeant: In primis sancimus & præcipimus, ne quis Sacerdos solus, ad celebrandam Missam accedere præsumat: sed ad minimum vno aut altero, quasi teste adhibito, qui, quod publico nomine agitur, ratum habeant, & ad publicas orationes Ecclesiæ nomine respondeant.

*Presbyteri, cum irreuerentia Missas celebrantes coercendi,*

Caput. 55.

**P**resbyter verò, qui vespertinam computationem vsque ad intempertam noctem produxerit, & mane adhuc hesternam crapulam eructans, celebrare præsumperit, aut qui hoc sacro Mysteriorum ad superstitiones abuti ausus fuerit: Prælati sui arbitrio seuerè puniatur.

Similiter & hi qui talem vitæ turpidinem, leuitatem aut negligentiam, ad celebrationem Missarum attulerint, ut & plebis animos offendant, & ob hoc sacro abhorre faciant: Prælatorum suorum autoritate coerceantur.

*Ibidem.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*



*De pramittenda Sacerdotum confessione,  
ante sacrificium Missæ,  
Caput. 56.*

Hic. II.

I. Cor.

**E**T cum secundum Sacram scripturam maledictus sit qui opus Dei agit negligenter. Nemo autem a què negligenter opus Dei in Ecclesia agere videatur, quàm qui propriæ salutis prodigus, impura conscientia, & illotis (vt dicitur) manibus, tremendo altaris sacrificio assistit: Contra id, quod propheta ait *Quid est, quod dilectus meus facit in domo mea scelera multa? Nunquid carnes sanctæ, auferent à te malitias tuas?* Et Apostolus. Probet (inquit) se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Cumque nõ minimam malorum huius tempestatis partem, huic malo acceptam feramus, quod tã impure non diiudicando corpus Domini, sacrosancta hæc Mysteria tractantur: Nos animarum salutis cupidi: statuiamus & ordinamus, ne aliter liceat cuiquam Missam celebrare, quam præmissa Sacramentali Confessione & Absolutione emendato, iis, quæ huius Sacrificij deuotio requirit, antea persolutis. Iniungimus præterea & districtè præcipiendo mandamus Decanis, aliisque Prælati, vt diligenter super hoc excubias agant, & si quos ita delinquentes deprehenderit, condigna animaduersione plectant Super quo etiam conscientias eorum duximus onerandas.

*Missæ, sub concione aut solenni sacro, non celebrentur.  
Caput. 57.*

I. Cor. 14.

**E**T cum Apostolus iubeat, omnia honestè & secundum ordinem fieri in Ecclesia, citraque tumultum: statuiamus & ordinamus, ne deinceps Concionis tempore aut sub solenni Missa, alia specialia Sacræ celebrentur: Sed aut Concionem & solenne Sacrum præcedant, aut in aliud tempus differantur, ne populus in diuersa distractus, nulli Sacro, aut Concioni satis intendat. Quam rem, pro opportunitate cuiusuis loci & temporis, Prælatorum discretionis relinquimus curandam.

*Concionatores, plebem Verum Missæ vsum  
diligenter edoceant,  
Caput. 58.*

**C**oncionatoribus autem & Parochis nostris, simplicem plebem committimus, & præcipimus diligenter erudiendam, vt vsum Mysterij huius intelligant, ac omnem mētis vim atque sensum, tam salutari actioni intendant, & voto id agant, quod Sacerdos agit Ministerio, vt scilicet discant & ipsi suam, totiũque Christiani orbis salutem, tam salutaris & gratæ Hostiæ interuentione, & Christi Iesu meritis, Deo Patri commendare. Præterea Sacramentum Eucharistiæ cum celebrante, si nõ ore, saltem fide & desiderio cordis, ad percipiendum spiritalem eius fructum, crebrò sumere.

*Missæ, quo gestu & qua deuotione audienda,  
Caput 59.*

**S**edulò commonendus est populus fidelis, Clerici etiam per Prælatos debita animaduersione inducendi, vt in celebratione Missarum, aduersus tantum Mysterium, quantum quisque per ualitudinem potest, etiam corporis gestu reuerentiam quandam adhibeant: Videlicet, vt dum in Collectis, pro communi orbis Christiani incolumitate, ad Deum preces funduntur, ipsi quoque, tanquam huius sa-

cræ Communionis ciues, suas preces cum oratione publica coniungant, & vultu ad altare verso, aperto & demisso capite stantes, gestum orantibus conuenientem præ se ferant. Pari Religione ad nomen Saluatoris nostri Iesu Christi, similiter ad Euangelium, Magnificat, Benedictus, Nunc dimittis, Gloria patri cæterasque id genus diuinorum Officiorum partes sic genuum flexione, apertione capitis, ac totius corporis gestu se componant, vt ad ea, quæ ibi aguntur, animum intendere videantur.

Iam statim ab inceptio Canonis non sedeant: sed ad tremendi Mysterij pertractationem intenti, vultu itidem ad altare conuersio, corporibus humi demissis, & mente in cælum eleuata, sub silentio, Redemptionis humanæ beneficium, & Christi passionem secum meditantibus, salutis nostræ auctori de impenso sanguine, & tolerata pro nobis morte, debitam gratiarum actionem exhibeant. Cæterum ad sumptionem sacrosanctæ Eucharistiæ, corporis humilitate, & imitatione animi se componentes, si non ore cū celebrante de corporis & sanguinis Dominici sacrificio communicent: saltem fructum eius spiritalem sibi applicari, intimis animi votis exoptent.

*In primitiis omittenda comedationes,  
Caput. 60.*

**D**Vm verò à nouitiis Sacerdotibus huius sacri primitiæ celebrantur, serid mandamus, choreas & omnino sæculares pompas omittendas, & conuiuia non permittenda, nisi inter paucos amicos, & ea sobria tamen, & quæ sine luxu in timore Domini inuentur.

*Sanctorum solennitates Dominicis cedant,  
Caput. 61.*

**S**ed & Sanctorum celebritates, in diem Dominicam incedentes, censemus submouendas, & in Feriam aliquam præcedentem vel sequentem transferendas, quo Sanctorum omnium Domino suo cõseruetur solennitas: Exceptis Beatæ Mariæ, Apostolorum, & aliis summis Festiuitatibus. Nec tamen legem imponimus his, qui peculiaria singularum Dominicarum Officia, propter Cantorum paucitatem obseruare non valentes: Officia de Trinitate, de Spiritu sancto, aut (quod decentissimum erat) de Resurrectione Domini, diebus Dominicis seruauerint.

Et quò Dei gloria in obseruatione Diuini cultus magis illustretur, & fidelium deuotio minus impediatur: diebus Dominicis & Festiuitatibus celebrioribus, mercimonia, tripudia, saltationes, quas damnat Concilium Toletanum, & prophana spectacula decernimus non permittenda: simul etiam ludicra quædam à pietate aliena & Theatris quàm Templis aptiora, censemus in Ecclesias non admittenda.

*De sacris libris Recognoscendis & repurgandis,  
Caput. 62.*

**C**Vm etiã libros Missales, Antiphonarios, Agendas & Breuiaria, per viros doctos & pios inspici, & repurgari res postulet: hanc operam necessariam cum primis, & Ecclesiis vtilem, à singulis Comprovincialibus censemus præstandam, per viros idoneos ad hoc adhibitos. Qui sententiam suam super emendatione librorum primo ad Ordinarium, & mox ad Metropolitanum referant, vt collatis consiliis, sana, & (quoad fieri potest) concors diuinorum Officiorum celebratio, in om-

in omnibus Prouinciæ Ecclesiis recipiatur, & conseruetur.

*De examine prælatorum, Caput. 63.*

**Q**Vum his, qui ad Prælaturas Ecclesiarum prouehuntur, & in dignitatibus, velut ex celsiore loco, ponuntur, ab inferioribus honorem & obedientiam exhiberi debere, omnes Ecclesiasticæ constitutiones iubeant: Vtrique tali eos virtute doctrina, prudentia, præditos esse conuenit, vt honorem hunc mereri videantur, & cæteri, ipsorum comparatione, gregem se meritò dici reuerenter agnoscant. Nos igitur ad honores & dignitates Ecclesiarum, submotis minus idoneis, dignis modo & idoneis viam aperire volentes, constituimus & ordinamus, vt hi, qui ad Prælaturas (quæ sub nostram, aut aliorum Prælatorum nobis subditorum, dispositionem cadunt) assumendi sunt præuio examine, de doctrina de moribus, deque omnibus iis disciplinis, quæ ad regimen, cui destinantur, necessariae sunt, accuratè explorentur, ab iis, qui ius inuestiendi & confirmandi habent. Qui nisi digni reperti fuerint, confirmationem recipere non debent: sed iis abiectis, alij in eorum locum, magis apti & digni, substituantur.

*De his qui plura beneficia Curata obtinent,  
Caput. 64.*

**R**es ipsa loquitur, plura beneficia, potissimum quibus animarum cura submissa est, non sine graui Ecclesiarum damno ab vno obtineri: Cum vnus in pluribus Ecclesiis ritè officia persolvere, aut rebus earum necessariam curam impendere nequeat. Nos igitur, iuxta Reformationis commonitionem, contra hanc Ecclesiarum calamitatem, velut salubre remedium, illud Lugdunensis Concilij decretum oppositum, singulos eiusmodi Curatorum beneficiorum detentores monemus, & districtè eis præcipièdo iniungimus: Vt intra trimestre tempus, post huius Synodi Prouincialis exitum, nobis aut Comprovincialibus nostris, locorum Ordinariis dispensationes, quarum prætextu eiusmodi beneficia obtinent, exhibeant. Quod ni fecerint, talia beneficia quasi eo ipso illicitè obtineri cūincantur, post trimestre tempus elapsum, per eos, ad quos collatio eorum pertinet, aliis personis idoneis conferri debent. Quòd si dispensatio alicuius legitima & sufficiens videbitur, is beneficia sine molestia retinebit: Nihilominus tamen prouidebit, per idoneorum Vicariorum deputationem & congruam portionem fructuum assignationem, ne cura animarum in his Ecclesiis negligatur, nec ipsa beneficia debitis officiis fraudentur: Alioqui negligentia eius, per Ordinarium de fructibus beneficij suppleri, & ipse in super subtractione certæ portionis reliquorum fructuum pro arbitrio Ordinarij, puniri debet. Sin dispensationes inualidæ, aut non satis legitimæ visæ fuerint, si is, qui earum prætextu plura beneficia Curata obtinuit, vno retento, cætera liberè resignare recusauerit: causa illius ad sedem Apostolicam referatur, eiusdemque iudicium expectetur, quem sui beneficij modum esse velit. Quòd si quis in diuersis Diocesis eiusmodi beneficia Curata obtineat, à quolibet Ordinario ad talem exhibitionem compelli debet. Et si legitima dispensatione munitus non fuerit, v-

timo quod accepit beneficio retento, cætera resignet cum iuxta iuris communis dispositionem, per subsequenti beneficij Curati acceptationem, quod prius obtinebat, ipso iure vacare dinoscatur.

*De generalibus studiis instaurandis & conseruandis, Et de Adolescentibus ad studia publicè alendis,  
Caput. 65.*

**P**Rudentes homines facilè prospiciunt, & boni ac pij iam diu queruntur, interim studiorum, quæ in hac misera perturbatione rerum saltem in locis Catholicis, propemodum in vniuersum perierunt: In primis Ecclesiastici Status extirpationem, adeoque sacrosanctæ Religionis, ac totius Reipublicæ Christianæ ruinam secuturam esse. Cum enim successio eorum, qui vtranque Rempublicam administrare debent, ex iuuentute dependeat, si illa aut prauis, aut nullis doctrinis imbuatur: spes nulla esse potest, aut in Ecclesiis puritatem Religionis, aut in externa Politia pristinam tranquillitatem, vnquam nobis reddi posse. Itaque quanto quisque desiderio sacrosanctam Religionem nostram post se superstitem relinqui, ac porrò saluam conseruari expetit, quanto desiderio communis patriæ incolumitatem, & viuus restitutam videre, & ad posteros transmittere satagit: tanto conatu ad instauratio nem studiorum incumbere debet. Præsertim verò homines Ecclesiastici, quibus etiam huius vitæ benè ac beatè transigendæ omnis facultas, ab incolumitate Religionis (quæ sine studiorum auxilio nequaquam durare potest) dependet, ad studiorum conseruationem, veluti ad vnicum status sui conseruandi, & retinendæ dignitatis præsidium, omnes vires suas certatim conferre debent. Hinc Comprovinciales nostros in Domino exhortamur, & serid commone mus, eis que pro autoritate nostra metropolitana iniungimus, Vt omni cura, ope, & industria, vbique per vniuersam Prouinciam nostram, studia præcipue generalia instaurare, promouere, & conseruari satagant, & hanc Religionem ac publicæ tranquillitati perniciosam necessitatem parentibus iuuentutis adimant: Qui alioqui sanctæ Religionis nostræ benè affecti, tamen ex neglectu studiorum in locis Catholicis, compelluntur filios suos ad alias vniuersitates & Scholas ablegare, vbi vnà cum literis, noxias de Religione opiniones hauriunt, quibus infecti & peruersi domum redeunt, ipsos plarunquæ parentes, ac totam sæpè viciniam pestilentibus opinionibus imbuunt, & sinceritatem fidei Christianæ in eis corumpunt. Ad quam perniciem auertendam, omnes boni, quos vlla pietatis ratio, & sacra Religionis nostræ tangit, & in primis Procures Ecclesiastici, omni conatu incumbere debent, quatenus in hac salutis ciuium, & sanctæ Religionis profectui, & publicæ tranquillitati contulatur.

Nec minorem curam & sollicitudinem, Comprovinciales nostri circa Scholas, per suas Dioceses in Ciuitatibus & Pagis constitutas, impendere debent, vt passim instaurantur & conseruentur, & eisdem idonei & Catholicæ veritatis amantes, & de hæresi non suspecti, prædiantur Pedagogi.

Et ne desint, qui ad messem spiritalem, velut idonei Operarij, mitti ritè queant: Comprovincia-

les nostros similiter, per honorem Dei & Domini nostri Iesu Christi, & sacrosanctæ Religionis nostræ conseruandæ & promouendæ amorem, exhortamur, quatenus curare velint, vt aliquot A dolescentes scilicet ingenij & melioris spei (quibus alioqui ad studiorum suorum sustentationem, à parentibus & propinquis facultates non suppetunt) publicis Ecclesiarum & Monasteriorum sumptibus in studiis alantur: Qui ad Theologiæ studium operam suam applicent, in qua si operæ precium fecerint, dein de Ecclesiis & Parochiis per Diœceses præficiantur Quos in Ecclesiarum Ministerio seruituros, maxime conuenit earundem sumptibus sustentari.

*De clericis secularibus & Regularibus: ad studia ablegandis, Et de studiis, apud Monasteria instaurandis, & conseruandis, Caput. 66.*

**E**T quò magis Ecclesiæ idoneis Ministris abundent, decernimus, vt Capitula quarùlibet Ecclesiarum, in Prouincia Moguntina constitutarum, ex Clericis secularibus beneficiatis, iuxta cuiusque Collegij facultates, & personarum numerum A dolescentes aliquot bonæ spei, & docilis ingenij, ad priuilegiatas Vniuersitates, pro studio potissimè Theologico (cuius vsus cum primis est Ecclesiis necessarius) mittant. Et iis ad quinquenium fructus beneficij omnes (exceptis quotidianis distributionibus) concedant. Si tamè cœptis studiis gnauiter incubuerint, & de profectu eorum fructus speretur (negligentes enim & prauis moribus deditos, Ecclesiarum patrimonio non existimamus alendos) vbi fructus Præbendæ non suffecerint, de communi Ecclesiarum censu, pro cognitione Prælatorum, pars adiciatur. Eos verò, qui sic nituntur, Capitulis suis sufficientem cautionem præstare volumus, se in ordine Clericali permanuros esse. Quòd si mutato proposito, ab ordine Ecclesiastico resilerint, & ad Matrimonia seu negocia secularia se transtulerint, ad restitutionem omnium fructuum aut sumptuum Ecclesiasticorum quos sic perceperint, eos teneri, & omnino compelli volumus.

De Clericis verò Regularibus, dispositionem Reformationis & iuris communis volumus obseruari: Vt Monasteria opulentiora, intermissa studia, in primis verò Theologica, apud se instaurant. Quæ verò minus opulenta sunt, & pauciores habent Monachos, aliquot tamen iuuenes scilicet ingenij ad eiusdem Ordinis & Prouinciæ Monasterium, in quo studia vigeant, ablegent. Vbi verò Prælati, siue Seculares siue Regulares, in ea re negligentes fuerint, per Ordinarium, debent ad hoc debitis pœnis compelli.

*De theologia apud ecclesias Collegiatis professoribus, Caput. 67.*

**C**ollegiis Ecclesiarum, iuxta Reformationis præscriptum, iniungimus, vt doctores, qui Theologiam profiteantur, pro cuiusque Ecclesiæ facultate & conditione, conducant: Contra negligentes sic acturi, ne quid vel in publicis vel in priuatis hisce studiis constituendis, ad pieratis incrementa passim promouenda, quantum in nobis fuerit, de sideretur.

*De patronis & collatione beneficiorum, Caput. 68.*

**R**es est perniciosi exempli, & quæ prauam sapientie Ecclesiis calamitatem affert, quod Patroni, tum Ecclesiastici tum Laici, propinquitate iunctos, aut aliis meritis & officiis sibi conciliatos sine omni ætatis aut eruditionis respectu, idoneis præteritis, ad beneficia Ecclesiastica admouent. Alij de Censibus beneficiorum partem sibi retinent, aut etiam in totum fructus beneficiorum intercipiunt, his, quibus ea ad speciem infamis cupiditatis suæ obuelandæ conferunt, inanem modò titulum relinquunt: Quos præsentem constitutione Prouinciali in Domino hortamur, & peremptoriè monemus, vt à pernicioso hoc conatu sibi temperent, alioqui seueritate pœnarum rigidè censum coercedos, ac talis beneficij collatione vel præsentatione, saltem pro hac vice, aut pro grauitate excessus, per omnem vitam suam priuandos: Ita tamen, vt collatio talis beneficij, hæredibus aut successoribus eorum integrè restituatur & liberè permittatur. Quòd verò perniciosam temeritatem Patronorum, à Curatis beneficiis salubri consilio prorsus secludamus: districtè præcipimus, ne quis Prælati, seu Officialis eius, ad quem munus inuestiendi pertinet, ad beneficium, cui animarum cura annexa est, quenquam inuestire præsumat nisi qui annum ætatis suæ Vigesimalium Quintum atigerit: & qui, in cæteris idoneus, etiam ordines, quos cura Ecclesiæ, cui præfici vult, requirit, aut habeat, aut infra tempus à iure statutum se suscepturum, sub amissione beneficij, ad quod inuestiendus est, promiserit: & qui censum istius Ecclesiæ, ad suam sustentationem sufficientem esse, eumque sibi à Patrono integrum relinqui, docuerit. Alioqui inuestituram talem inanem & irritam, & salutis huius inhibitionis temerarium transgressorem, ipso facto ab officio suspendendum, & arbitrio Ordinarij sui puniendum, decernimus. Eum verò, qui præsentationem seu prouisionem alicuius beneficij, siue Curati siue non Curati, à Patrono receperit cum tali pactione, vt Patronus de prouentibus beneficij portionem referuet, ad tale beneficium prohibemus inuestiri: aut si post inuestituram talem pactionem fecisse deprehensus fuerit, beneficio decernimus priuandum, & eidem beneficio alium idoneum præficiendum.

*De admissione ad beneficia Ecclesiastica, & eorum Resignatione, Caput. 69.*

**V**niuersis Archipresbyteris, aut aliis Commisariis nostris, seridè inhihemus, ne quem ad alicuius beneficij possessionem vel ad regium officium, nisi qui inuestituram seu prouisionem & institutionem suam Canonicam, literis eandem sigillatis ostenderit. Beneficium verò, quod quis legitime tenuit, non aliter quam in manus nostras, aut Vicarij seu Officialis nostri, siue alterius Collatoris Superioris, ad hoc potestatem habentis, resignare aut dimittere præsumat. Quòd si quis sine nostra aut Superioris, ad id potestatem habentis, autoritate aut consensu beneficium aliquod dimiserit, ad beneficium sic dimissum nemo alius in fauorem dimittentis inuestiri aut institui: sed beneficium illud, pro arbitrio Ordinarij, siue specialis siue generalis, alteri idoneo tradi debet: nisi Nos, vel Officialis nostri

nostri aut Superior, resignationem factam ex rationabili causa confirmauerimus.

*De iusta distributione prouentuum Ecclesiasticorum, Caput. 70.*

**P**erniciosus abusus est, cum pudendo Cleri de decore, & animarum periculo, grauique Ecclesiarum detrimento coniunctus, quòd in Ecclesiis quibusdam Cathedralibus & Collegiatis, potissima prouentuum portio, Canonicis etiam apud Ecclesias non residentibus, nec quicquam utilis aut necessarij Ministerij exequentibus, distribuitur: Vicariis, qui diurna & nocturna fatigatione omnes Ecclesiæ functiones sustinent, vix tenui censu, & qui ad vitam miserè sustentandam ægrè sufficiant, relicto. Hinc Capitula & Canonici Ecclesiarum in Domino exhortamur, vt æquitatis & rationis olim Deo reddendæ memores ad functiones Ecclesiis suis necessarias, his qui eas gerunt, de fructibus Ecclesiarum sufficientem & honestum victum deputent: ne causam præbeant, de Ecclesiarum prouentibus necessarid aliter disponendi.

*Vt præpositi, Decani, Scholastici, Custodes & Cantores, apud Ecclesias suas resideant, Caput. 71.*

**C**um constet, harum dignitatum officia Maiores nostros ideo in Ecclesiis instituisse, vt essent, qui disciplinam Ecclesiasticam, tanquàm inspectores & moderatores, conseruarent: iam verò videamus, ea ab iis occupari, qui dignitatum titulos tantum gerunt, & emolumentis gaudent, & tamen ab Ecclesiis suis absunt, nihil minù quam appellationibus suis respondentes. Quare statuimus, vt posthac omnes, qui vel Præpositorum, vel Decanorum, vel Scholasticorum, vel Custodum, vel Cantorum dignitatibus (quatenus hæc ad nostram aut Comprovincialium nostrorum dispositionem pertinent) iam præfulgent, aut porro ornandi erunt, præsentibus suis Ecclesiis, vtilem & nomine dignam operam præstent: Non absentes fructus tantum auferant, neque liceat cuiquam absenti vllam harum dignitatum gerere: Sed quisque tali titulo insignitus, suæ Ecclesiæ non absens, neque conducta aliorum opera, sed residendo præstans ipse inseruiat.

*De modo de seruiendi quotidianas distributiones, Caput. 72.*

**C**um A postolus victu, adeoque ipsa vita, indignos iudicet homines ociosos, qui panem non labore suo partum, cum grauamine aliorum edunt: Quantò grauiori indignationi diuinæ eos subiacere putandum est, qui Censum Ecclesiæ, Sanctorum Martyrum patrimonia, & donaria piæ plebis, ad diuini Ministerij sustentationem collata, ocio se abstinent: pro iis debita ipsis Ecclesiis obsequia rependere nõ curantes? Nos igitur periculo animarum obuiare, & necessitati Ecclesiarum consulere volentes, præsentem statuto decernimus & ordinamus, ne posthac in Metropolitana, Cathedralibus, Collegiatis, aut quibuscunque aliis nostris, & nobis subiectis Ecclesiis, per vniuersam Prouinciam constitutis, quotidianæ distributiones, ad breuissima quædam mometa, puta, ad lectionem Epistolæ, seu vnus Psalmi, aut responsorij: sed integris ac totis officiis, & horis assignentur, & iis modò tribuantur, qui officiis diuinis, de quibus hæc emolumenta datur, ab initio ad finem interfuerint. Hi verò, qui ex-

curus & recursus suos ita partiri consueuerunt, vt de laboribus minimum, de emolumentis autem plurimum perciperent: in posterum, nisi integris officiis, & horis interesse studeant, illius officij aut horæ fructu in totum mulctentur, quibuscunque irratiabilibus aut prauis consuetudinibus (quæ potius corruptelæ censendæ sunt) non obstantibus. Si quatenus infirmitate aut legitima causa impediatur, aut Prælatum aut alium, cui de Ecclesiæ consuetudine comperit, se excusent, & veniam absentia suæ impetrent: Canonicos vero, per actus Capitulares ab ingressu Chori, quandiu Capitulis interfunt, & non diutius excusari volumus. In qua re Decanos Ecclesiarum, aut quibus ea cura pro tempore incumbit, monemus, eidem præcipientes, ne, extra necessitatem, Capitula indicant in eam horam, qua diuina officia peraguntur: quum possint aut maturius, aut serius Capitula haberi, vt ipsi etiam Prælati & Canonici, diuinis officiis commodius interesse queant. Quos vtique, supra Chori officia, quæ ipsis incumbunt cum Vicariis communia, actuum Capitularium labor grauari non debet: cum supra communes distributiones, de Præbendis suis ampliore etiam emolumento potiantur.

Simili modo distributiones, quæ de Processionibus percipiuntur, his modò dari volumus, qui eisdem ab initio ad finem præsentibus interesse perseuerauerint.

Et ne beneficia per Ecclesias debitis obsequiis fraudentur, omnibus beneficiorum possessoribus, sub amissione beneficiorum, iniungimus, vt ordines, quos eorum beneficia requirunt, si nondum habent, proximis temporibus à iure statutis recipiant: Ad quod etiam Canonicos Ecclesiarum, pro suo quæque ordine teneri volumus, vt obsequium, quod quisque pro officij sui exigentia Ecclesiæ debet, cum res postulatur, per se præstare queat.

*Ociosas deambulationes in Ecclesiis inter diuina prohibendas, Caput. 73.*

**E**os verò, qui interim, dum diuina peraguntur, in Ecclesia, in qua beneficiati sunt, aut foris circa eam ociosi inambulant, & aliis psallentibus & Deo seruentibus, ipsi inanibus, nonnūquam etiam turpibus confabulationibus, tempus terunt: amplius ferendos non censemus. Quos illius non solum horæ, sed totius diei emolumento decernimus priuandos. Seculares verò, per Magistratus Ciuiles debita adnimauerione à tali Sacrorum contemptu coercendos.

*De honestate & decentia Clericali, Caput. 74.*

**H**inc hortamur atque monemus omnes & singulos Clericos, vt vitam viuam, quam professio eorum exigit, & Christus requirit, inquitens. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Et cum vestitu honesto incedant, quapropter singulari cura intè dat quisque Prælati, ne ij, quibus præest, torques aureos publicè in Ecclesia, aut vestes varij coloris, veluti virgatas & simbriatas aut discissas, deferant: sed longis atque talaribus vtantur. Nulla arma induant, nisi si itinerantes, barbamque non nutriant: Coronam & tonsuram deferentes, tum summopere curates, ne quem Laicorum indecentia vestitus offendant,

sendant, vt sacris Canonibus cautum est.

Insuper tabernas publicas euitent, nisi eos peregrè proficiscentes ingredi oporteat, & tam inibi quâ domi & alibi, à crapula, ebrietatibus, omnique ludo à iure prohibito, blasphemis, rixis & aliis quibuscû que excessibus & offensionibus, penitus abstineant: Choreas spectaculaque & conuiuia publica vitent, ne ob luxum petulantiamque eorum, nomen Ecclesiasticum malè audiat.

2. *Tim. 2.* Cùmque secundum Apostolum, nemo militans Deo, sese negotiis secularibus implicare debeat: ne mini Clerico liceat, domi suæ tabernam compotandique locum aperire Laicis: Quoniam non rarè sequi solent ebrietatem, rixam, cædes, & multa hoc genus scelera, quæ Sacerdotalem polluant dignitatem negotiationibus quoq; mercemoniique more mercatorum, abstineant.

*De decimis & offertorijs persoluentis,*  
Caput. 75.

**C**vm autem, Domino testante, Mercenarius dignus sit mercede sua, statumus & decernimus, vt Decimæ, quæ iure debentur diuino, tam maiores quàm minores, sine fraude aut diminutione soluantur, etiam personales, in quibus eas soluendi consuetudo est.

Simili modo debent etiam quatuor Offertoria, & cætera iura Parochialia, integrè solui.

*De foro competenti, & emunitate Ecclesiastica,*  
Caput. 76.

**P**Ræterea, cùm omnibus palam sit, super Ecclesiarum atque eorum, qui in sortem Domini delecti, pro Magistratum, imò totiùs Rei pub. salute, apud Deum quotidie interpellant: libertate & immunitate, non tam Pontificio quàm etiam Ciuili iure, cautum atque prouisum. Comperimus tamen infelici hac rerum perturbatione, Ecclesiarum quarundam bona, imò ipsas Deo dicatas Ecclesias, in prophanos vltus celsisse: Clericos ad munia Ciuilia, etiam sordida interdum coactos, quæstiones contra ipsos, eorumque & Ecclesiarum bona: Si militèr super causis Matrimonialibus, & aliis etiam merè Ecclesiasticis, coram secularibus Statibus intrètari ac definiri. Proinde adhortamur omnes & singulos in Domino, vt si non diuini iudicij respectu, vel eorum saltem, quæ legibus sancita sunt, memores, ab iniusta hac Ecclesiasticæ libertatis imminutione atque oppressione abstineant: Ecclesias, Sacerdotes, atque res ipsorum, suæ restituant atque permittant emunitati & libertati. Quorundam igitur vim iniustam inhibere, & personis Ecclesiasticis suam libertatem vel in hoc asserere volentes: statuimus, vt actor Clerico coram seculari iudicio actionem intendens, eo ipso omni causa cadat, nec amplius ad eius causam querelam, etiam coram Ecclesiastico Iudice, admittatur. Iudicem verò secularem, qui causam Clerici, etiam eo consentiente, aut aliam quamcunque causam ad Ecclesiasticum iudicium pertinet, quales sunt Matrimoniales & similes iudicandam sibi desumpserit: excommunicationis pœnam ipso facto incurrere decernimus.

Similiter Iudex Ecclesiasticus, causas, quas Laici adinuicem habent, iudicandas sibi non assumat: nisi tales causæ sint, quæ ad forum Ecclesiasticum de iure vel consuetudine pertinere noscantur.

*Quibus episcopi aut archidiaconi, suas vi-*  
*ces committere debeant.*

Caput. 77.

**C**Aueant autem Episcopi & Archidiaconi, dū ipsi officiis suis præesse non possunt, ne vices suas hominibus dubiæ famæ, aut ab Ordine Ecclesiastico prorsus alienis, committant: Sed in suum locum, quoties suis muneribus per se nō præsumunt viros bonos graues, peritos, prudentes, & in primis Ecclesiasticos substituunt. Nec vnquam crimina subditorum per se, aut suos substitutos, multa pecuniaria punire præsumant: Sed alij, debitis, & à iure constitutis pœnis coerceant.

*Deregularibus.* Caput. 78.

**Q**uoniam insolentia quorundam, qui à Religionibus, semel professione solenni recepti, temerè resiliunt, his nostris calamitosissimis temporibus disciplinam Ecclesiæ, adeoque totam Religionem, non parum perturbauit: Nos huic calamitati, ex Monasticæ disciplinæ neglectu proueniens, pro viribus occurrere volentes, Prælatos Monasteriorum, per charitatem, quæ est in Christo Iesu hortamur & seriò requirimus, vt curæ sibi tradite diligentius incumbentes, personas Regulares sibi subiectas ad Monasticæ disciplinæ, & Regularum suarum obseruantiam, sollicitius inducant, aut refractarios etiam debitis pœnis compellant: Alioqui cessationem & negligentiam Prælatorum, nos iuxta Canonum sanctiones, supplebimus. Quum verò personæ quædam Regulares, iugum iam dudum excusserint, & desertis Monasterijs & spreto suorum Prælatorum obedientia, in seculo versentur: nos huiusmodi Regulares, contra Regulam diuagantes, volentes ad sua Monasteria reducere, ne alij ex prohibita illorum communione, periculis inuoluantur, Superiores eorum monemus, vt eiusmodi vagos Monachos diligenter inquirent & ad sua Monasteria eos retrahere quoquo modo procurent. Similiter & omnibus personis Ecclesiasticis nobis subiectis mandamus, vt omnes Regulares, cuiuscunque sint conditionis aut ordinis, in suis districtibus commorantes, diligenter moneant & requirant, vt infra mensis spacium, post eiusmodi requisitionem ad sua Monasteria redeant, & obedientiæ Superiorum suorum subdantur: aut dispensationes suas, quarum prætextu obedientiam Prælatorum suorum reliquerunt, intra idem tempus nobis aut Officialibus nostris examinandas exhibeant, Huiusmodi verò monitioni non parentes, & in rebellione & inobedientia sua perseverantes sine mora nobis aut Officialibus nostris denuncient, quos Nos per Ecclesiasticam censuram pœnas, & omni seuera animaduersione, quantum nos iusticia permiserit ad suas regulas redigere, & sub Prælatorum suorum obedientiam retrudere non omitteremus.

Quum verò aliquoties contingat, vt personæ aliqua Regulares, aut grauiorum excessuum conscientia, aut etiam ex animi leuitate, Monasteria sua deserant, deinde Pœnitentia ductæ, redire ad sua Monasteria volentes, à Superioribus quibusdam nimis rigidis, aut pœnarū asperitate absterreantur, aut prorsus non recipiantur: Nos à quantacunque peruersitate respicienti, gremiū misericordiæ nō esse claudendum consyderantes, ne huiusmodi repulsis etiam ampli-

*Ex omni-  
Aschaff.  
D. Gerardi.*

delinquendi occasio præbeatur, præsentis statuto cauemus & ordinamus, Vt Monasteriorum Abbates & Prælati, Abbatissæ, Præpositi, Priores & Magistratus, cuiuscunque ordinis nobis subiecti, Regulares personas, in Apostasiam ex quacunque causa lapsas, & cum humilitate redire volentes, iuxta cuiuscunque ordinis disciplinam siue regulam & consuetudinem obseruatam, benignè recipiant: nec eis pro excessibus grauiores pœnas, quàm quæ in sacris Canonibus, & regulis ordinum expressæ sunt, imponant: Ita tamen, vt propter excessus suos, nec victus nec vestitus necessarius eis subtrahatur. Prælatos verò, & quoscunque Monasteriorum Magistratus, huic constitutioni nostræ contrauenientes, sententiæ, suspensionis à diuinis, simul etiam ab administratione, tam spiritualium quàm temporalium (Quam in contrafacientes, præsentis Canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis) volumus subiacere.

Et cùm hoc tempore passim Ecclesiæ idoneorum Ministrorum penuria nimis periculosè laborèr: Prælatos Regulares summpere, exhortamur & seriò monemus, si qui fratres eorum potestati subiecti, per Ordinarios locorum ad regimen Ecclesiarum Parochialium, aut ad munus prædicationis adhibiti sint, aut tales ad eandem operam in posterum euocari contingat, vt promouendæ pietatis & conseruandæ sanctæ Religionis nostræ intuitu, Ordinariis locorum in tanta necessitate deesse non velint. Religiosos tamen, de consensu suorum Prælatorum sit euocatos, nihilominus sub eorundem obediètia, qui eos corrigere & reuocare valeant, volumus permanere.

*De clausuris monasteriorum Virginum,*  
Caput. 79.

*Vide Con-  
cil. Erit-  
lar. Do-  
mini Sifri-  
di.*

**V**irginum Monialium, velut imbecillioris sexus, continentiam & munire præsidij, & ad iuuare opportunis auxiliis volentes, præsentis statuto inhibemus, Ne sanctimoniales cuiuscunque ordinis, quas votum sub perpetua clausura manendi astringit, quacunque de causa: nisi sola inuitabili necessitate compulsæ, aut tali morbo infectæ, vnde ex contagione aliis periculum immineret: confortium sororum suarum relinquere, aut extra Monasterium prodire, vllò modo præsumant. Vicissim verò quò minus animi Deo dicatarum Virginum, prauis cupiditatibus tententur, aut à salutaribus meditationibus distrahantur: omnibus personis, siue Ecclesiasticis & Regularibus, siue Laicis, præsertim viris, seriò interdiciamus, ne in ipsa Monasteria quarumcunque Monialium seu clausuras, nisi ex necessaria causa, cum honesto comitatu & de manifesto consensu Superioris, ad quem pertinet, introire audeant. Alio qui huic nostræ prohibitioni temerè contrauenientes, si Ecclesiastici sint, suspensionis ab officio & beneficio: Si seculares, excommunicationis pœna percellantur.

*Pastores & alij, ecclesijs suis, quibus per se non  
presunt, idoneos & perpetuos  
Vicarios præficiant,*  
Caput. 80.

*Ibidem.*

**P**Astoribus etiam & iis, qui Curata beneficia obtinent iniungimus, Vt Ecclesijs, in quibus per consensum Diæcesani instituti sunt, nec tamen eisdem per se præsent, Vicarios idoneos & Canonicè institutos, præficiant eisque pro sufficienti victu, portionem congruam, de prouentibus Ec-

clesiæ assignent: nec sic à se institutos Vicarios ab eadem Vicaria amoueant, nisi ipsi iam actu Sacerdotes Ecclesias suas per se ipsos regere velint, aut aliquam rationabilem amotionis causam, contra Vicarium coram Diæcesano, aut eius Officiali, probauerint.

*De promouendis ad sacros Ordines,*  
Caput. 81.

**D**E his, qui ad sacros ordines promoueri volūt ordinamus & decernimus, Vt nemo ad quoscunque ordinem maiorem recipiendum admittatur, nisi qui paulò ante confessus fuerit idoneo Sacerdoti, qui vitæ conditionem in ordinando sedulò scrutatus, cum instruxerit, vtrum expediat, eum ordinari: an potius, propter irregularitatis aut legitimi alicuius impedimenti sequelam abstinere, donec tale impedimentum à se remouerit. Nec quisquam ordinandus recipiatur, nisi ad certum titulum Ecclesiastici beneficii, quod sit perpetuū, à quo non possit ad inordinatum alicuius placitum amoueri, aut cui de proprio patrimonio sufficienter sit prouisum.

*De ordinandorum testimonio,*  
Caput. 82.

**E**T ne Ecclesiarum Ministeria quibusuis (quæ res hæcenus multis malis causam præbuit) sed dignis modò & idoneis permittantur: sancimus, eos qui ad suscipiendos ordines assumi expetunt, Episcopi simul & plebis iudicio comprobados hoc modo, Vt Episcopus doctrinam examinet, plebs quoque de moribus testimonium præbeat. Morum itaque & vitæ testimonium ordinandi, idque in literis sigillatis, adferant, acceptum à Prælati Ecclesiasticis seu Parochis, atq; etiam à Senatu, siue iudicio eius loci, in quo maiorem vitæ partem exegerint.

Quod testimonium illis gratis concedi volumus. Ex longinquo verò venientes, si in Prouincia Moguntina ordinari expetuerint, ad Canonicarum Sanctionum obseruantiam adigantur.

*Qui in baptismo vntiones Sacri Olei & Chrismatis, iuxta  
vetustissimum ecclesiæ morem non susceperunt,  
ad ordines sacros ante talium vntionum sup-  
pletionem non admittantur.*

Caput. 83.

**H**Ac calamitosa tempestate, qua factorum phanorumque omnium periculosa confusio ne laboramus plerunque euenire solet, vt in sacri baptismatis administratione, Vntiones sacri Olei, in pectore & scapulis, & Chrismatis in vertice infantium, iam inde à temporibus Apostolorum per Vinuersam ecclesiam religiosa pietate adhiberi solitæ, quorundam temerario ausu omittantur. De qua re circa eos, qui ordinibus sacris initiari volunt diligentem inquisitionem per nostros in Pontificalibus Vicarios, aut alios, qui ordinandorum examibus præsent, præcipimus faciendam. Eos verò, qui tales Vntiones, dum baptizarentur, non receperint, nisi eas (vnà cum orationibus, quæ in Agendis ad tales Vntiones adhibendæ inueniuntur) in se per Catholicum Sacerdotem piè supplere curauerint, ab Ordinibus prorsus mandamus repellendos.

*De iis, qui ordinantur extra suas Diæceses,*  
Caput. 84.

**E**Venire solet, vt aliqui eruditionis & vitæ non satis probatæ, aut alioqui censuris Ecclesiasticis obnoxij, conscientia eorū, quib⁹ noti sunt, subterfugientes, ad remotiores Diæceses se



conferant, & ordines ab ignotis Episcopis, qua pos- sunt fraude extorqueant: aut saltem eos se consecu- tos, comminiscetes, in iis ministrare præsumant. Quorum temeritatem reprimere volentes Commis- sariis nostris serid inhibemus, ne in posterum alicui literas dimissorias ad aliam Diocelam, sine magna & necessaria causa, quam benè exploratam habere debent, concedant. Qui verò in alina Diocesi ordi- nes susceperint, ad ministerium seu executione Or- dinum, quos se habere asseuerant, non admittantur: nisi prius Vicariis seu Commissariis nostris, de suscep- tis ordinibus legitimo documento fidem fecerint, & ab eisdem, quod admitti debeant, testimonium pa- rentibus literis obtinuerint: Alioqui tales per Archi- presbyteros nostros ab omni Ecclesiæ officio semo- ueri, aut si iis non paruerit, nobis denunciari debet.

*De honore prælatorum, Caput. 85.*

**A**D confusionem & dehonestamentum Eccle- siastici Ordinis facit, sicubi honorum discrimi- na tolluntur, nec suus cuique honos habetur. Vnde ordinamus & decernimus, vt inferiores digni- tatis Clericus, seu Vicarius, siue Canonicus, Præla- to suo reuerentiam, siue in assurgendo, siue in aliis prærogatiuis, iuxta consuetudinem illius Ecclesiæ debitam, subtrahens: fructuum Præbendæ subtra- ctione ad tempus, pro excessus qualitate, puniatur. Quod si similitate aut animi arrogancia prouectus, in tali contemptu Prælati sui perseuerauerit, à reli- quis confratribus, velut inobediens, & iuramenti sui parum memor à confortio Ecclesiæ, & omni fructu um perceptione amoueat: non nisi de ipsius Epi- scopi consensu ad eandem rursus admittendus, vt di- scat, potestatem supra se positam, velut Dei ordina- tionem, agnoscere & venerari.

*Ne domicellares canonici ante merita virtutis & do- ctrina, ad Capitula assumantur, Caput. 86.*

*Ex concil. Aſchaf. Domini Gerardi.*

**H**Atenus in Ecclesiis Cathedralibus & Col- legiatis (saltem in ea parte, qua Maiores no- stri, non sine magna ratione, Iuniores Cano- nicos, quos Domicellares vocant non statim vt bene- ficia acceperint, ad Capitula admitti: sed ad tem- pus sub iugo Prælatorum detineri voluerunt) satis negligenter aduigilatum esse non sine Ecclesiarum pernicie sentimus, dum hi, quibus ea cura incumbit ad studia & mores Domicellarum parum atten- dentes: si modò Domicellares certum tempus in benefi- cij possessione exegissent, aut pecuniam, pro eman- cipatione constitutam, numerassent: sine ampliore delectu quosuis ad Capitula admiserunt, etiam eos, quos nec vitæ honestate, nec doctrina satis idoneos, aut Ecclesiis vriles futuros norint. Vnde fit, vt inter- dum Ecclesiæ, minus vrili Canonorum turba one- rata, nec in spiritualibus, nec in temporalibus, debi- tis obsequiis administrantur. Quarum indemnitati consulere volentes, Prælatorum, Capitulum, & aliorum, quorum interest, conscientias duximus one- randas, hisque districtè præcipiendo iniungimus, vt in posterum, non secundum præsentem consuetudi- nem (quæ in hac parte vt ecclesiis pernicioſa, irra- tionabilis, aut potius corruptela censenda est) quosli- bet, sed secundum conscientiam idoneos tantum & dignos, ad Capitula præsertim Metropolitanum &

Cathedralia, admittant. Præuis vero moribus dedi- tos & ignauos, tantisper à Capitulari dignitate & e- molumento arceant, donec emendatione vitæ locū hunc mereri videbuntur: aut si contra omnem emen- dationem præfracti, & incorrigibiles se exhibere perseuerauerint, ad dimissionem beneficiorum, re- mediis iuris, tanquam inhabiles & insufficientes ac- minus idoneos, prorsus cogant. Qua constitutione nostra, & ipsis Prælati & Capitulis, vt officio suo diligentius inuigilent, & Iuuentuti Ecclesiastica, vt vitæ ingenique cultum accuratiore studio capeſſat, occasionem præstari arbitramur.

*De iuramentorum exactione restringenda, Caput. 87.*

**C**VM scriptura admonet, Virum crebrò iu- rantem iniquitate oppleri, ac plagis multis obnoxium fieri Iurationem nanque multa comitari pericula, quæ non tam peierantem, quàm eum, qui periurio causam, cum debet & potest, non subtrahit, inuoluunt. Nos igitur crebram illam iur- amentorum exactionem in Capitulis, si non vt iniu- stam, certè vt periculosam, censemus coarctandam. Iniusta verò & illicita iuramenta, per quæ nonnun- quam via debitæ correctionis præcluditur, & Præla- ti à promouenda Ecclesiarum suarum disciplina & vtilitate impediuntur, omnino tolli debent. Et Nos, cum hac sancta Synodo talia omnia damnantes, lo- corum Ordinariis, & Prælati Capitulum, ad eius- modi correctionem per presentes facultatem imper- tientes, districtè eis præcipiendo iniungimus, Vt Ec- clesiarum statuta diligenti cura reuideant, & iura- menta non necessaria, à Sede Apostolica non confir- mata, in primis verò iniusta & pernicioſa, non ob- stantibus quibuscunque consuetudinibus (cum ini- quitati longinquitas temporis patrocinari non debe- at) corrigant, cassent, & tollant. Quod si facere infe- riores Prælati & Ordinarij, vltra sex menses post pu- blicationem huius constitutionis distulerint: Nos ad primam opportunitatem aut saltem in futura Pro- uinciali Synodo negligentiam illorum supplebimus ipsosque cessatores debitis insuper pœnis afficie- mus.

*Pecunias ex statutis beneficiarum, aut aliunde cedentes, in Ecclesiarum vtilitatem impendi debere, Caput. 88.*

**M**VLtas Ecclesias in bonis tēporalibus ingen- tia detrimenta sustinere, ac domos earum aut collapsas, aut ruinas proximas videmus ex praua consuetudine seu potius corruptela, qua Canonici quidam pecunias ex possessionibus nouo- rum Canonorum, aut optione domorum recep- tas, non in vtilitatem Ecclesiarum, sed in proprios vsus conuertunt. Quod nos vltra fieri omnino pro- hibemus, talesque pecunias necessitatibus Ecclesia- rum, aut domorum reparationi & conseruationi, im- pendi volumus. Si quos huic constitutioni nostræ re- belles deprehenderimus, priuatione omnium fructu- um, quos ab ea Ecclesia percipere deberent, per se- mestre tempus plectemus, fructusque eis sic adēptos in Ecclesiæ vtilitatem impendi curabimus. Sicubi ve- rò in Ecclesiis aliunde sumptus ad conseruatione tē- plorum, ædificiorum & domorū, ad Ecclesias aut ea- rum personas pertinentium, & in alios necessarios

*Ende.*

*vltus*

vsus suppetunt: rationabiles consuetudines, super huiusmodi pecuniis disponendis hætenus obserua- tas, hac præſenti constitutione astringi aut abrogari non volumus.

*De rebus Ecclesiarum diligenter curandis. Cap. 89.*

*Ex concil. Fritzla.*

**N**E ex incuria aut negligentia, sicut conſuevit, damna Ecclesiis accidant, Capitulis Metro- politanæ, Cathedralium & Collegiatarum, aliarumque ecclesiarum Rectoribus & Curatori- bus mandando iniungimus, vt singulis annis, semel ad minimum, omnes Ecclesiarum res & ornatus in- spiciant, & in indice singula diligenter cōscribant, quò si quid inde perierit, facilius deprehendi & sar- ciri, & ratio ab his, quibus ea cura commissa est, ex- polci & reddi queat.

Eadem diligentia volumus & præcipimus, vt om- nium Ecclesiarum prædia & redditus, tum commu- nes, tum etiam ad singulas dignitates seu beneficia pertinentes, in libro ad id deputato, exactissimè con- scribantur. Literæ verò Originales Censuum, tam communium, quàm ad singula beneficia pertinen- tium, non apud singulos possessores relinqui: sed in publica & bene munita custodia (copiis earundem auscultatis apud possessores retentis) asseruari de- bent. Vnde, si occasio exegerit, depromi, & singu- lis personis sub cautione redhibitionis permitti, po- terunt.

*De procuracione seu fabricis Ecclesiarum Parochialium. Caput. 90.*

**V**T Ecclesiæ per Prouinciam nostram consti- tutæ, à damnis, quæ nonnunquam ex infida procuracione accipiunt, in posterum vindi- centur, decernimus & ordinamus, ne posthac solis Laicis, cuiusque Ecclesiæ Rectori seu Plebano, vel- ut Principali, officium Fabricæ seu procuratio Ec- clesiæ committatur: Ita tamen, ne ipsi Ecclesiarum Rectores seu Plebani, officio exactionis censuum, prouentuum siue reddituum, seu procuracionis la- bore grauentur. Tales etiam Ecclesiarum procura- tores, de pecuniis seu prouentibus Ecclesiarum, ni- hil in suum priuatum vsum conuertant: sed omnia in Ecclesiæ vtilitatem impendant, & de omnibus acceptis & expensis, debito tempore, ad minimum semel in anno, coram ipso Plebano seu Rectore Ecclesiæ, & aliis ad hoc deputatis, ratione cōficiat.

Volumus etiam ad singulas Ecclesiarum Cistas, in quibus literæ Censuum, seu pecuniæ & precio- siores Ecclesiarum res asseuantur, diuersas seras, & ad minimum duas fieri, & ex clauibus sempervnâ apud Parochum seu rectorem Ecclesiæ relinqui & custodiri: Sic, vt tales Cistæ non ab vno aliquo procuratore, nec vnquam absente Parocho aut Rectore Ecclesiæ, possint aut debeant aperiri. Huic verò nostræ constitutioni in Ecclesiarum fraudem non parentes, ipsi Plebani nobis aut Vicariis nostris de- nuncient, debita monitione præuia excommuni- candos.

*De Simonia. Cap. 91.*

*Ex concil. Aſchaf.*

**V**T ab institutione ad Ecclesiastica beneficia omnem ambitione, omnemque Simonia præ- uitate præcidam, præſenti statuto ordinam & decernimus, vt quicunque vel muneribus vel pol- litationibus, seu quibuscunque pactionibus, vnus vel plurius sibi fauorem conciliauerit, vt per eos ad beneficium seu dignitatem qualemcunque (qua- tenus ad nostram dispositionem pertinent) promo-

ueatur: eo ipso excommunicationis sententiam in- currat & reddatur inhabilis, ne ampli⁹ ad tale bene- ficiū seu dignitatem eligi aut assumi possit. Quòd si electus & assumptus postea fuerit deprehensus, ta- les donationes, promissiones seu pactiones fecisse, beneficio sic occupato priuari, & de dignitate om- nino deponi debet. Simili modo, quicunque pen- siones non legitime assignatas aut dederint aut re- ceperint, aut alioqui illicitis modis beneficia aut di- gnitates occupauerint pro excessuum qualitate pu- niri, & talibus beneficiis aut dignitatibus priuari de- bent. Quæ, vt arctius obseruentur, nullus in poste- rum clericus ad aliquod beneficium seu dignitatem admitti debet, nisi prius iurauerit, quod in eius ade- ptione nullam commiserit Simoniam, aut illicitam fecerit pactionem.

*De institu- tione ex cō- cil. Fritz.*

*Ex concil. Aſchaf.*

*Vt Parochi Sacramenta gratis administrant. Cap. 92.*

**E**Xecrabilis quorundam Sacerdotum auaritia, vſ- que ad Sacramentorum ipsorum contemptum & iniuriam nonnunquam irrumpt, dum sine numerato precio conferre Sacramenta detrectant. Quorum prauam cupiditatem, sacris etiam Con- ciliis inuisam & damnatam, comprimere volen- tes, omnibus nobis subiectis Parochis seu Eccle- siarum Ministris serid prohibemus, ne quid de Sa- cramentorum administratione, à quoquam, velut debitum, aut exigant aut recipient, quod consue- tudo rationabilis, laudabiliter introducta, & hæ- tenus obseruata, non permittit: sed vltra id etiam oblatum, quasi non debitum, modestè recuset. Quòd si aliquis subditus, vltro aliquid dare volue- rit, non obſtamus, quin quòd libera voluntate, & ex charitate offertur, recipere valeant. Archidiacon- is etiam nostris, siue eorum Officialibus, iniungimus, vt Synodis seu Capitulis super huiusmodi ex- actione sedulo inquirent, & huic nostræ cōstitutio- ni non parentes, seu eris pœnis, vsque ad suspensione ab officio & beneficio, compeſcant.

*De competentis Parochorum. Caput. 93.*

**C**VM Dominus ipse pronunciet Mercenariū sua mercede dignum, & Apostolos clamet, altari seruientem, de altari viuere debere: Vniuersos Ecclesiarum Metropolitanæ, Cathedra- lium & Collegiatarum Prælatos, Canonicos & Ca- pitula, omnes etiam Regulares, Prælatos & Con- uentus, quicunque Ecclesias Parochiales, suis Ec- clesiis seu Monasteriis vnitas & incorporatas ha- bent, in Domino exhortamur, & districtè eis præ- cipiendo iniungimus, vt intra trimestre tempus, post huius constitutionis nostræ publicationem, Eccle- siarum sibi incorporatarum Rectoribus talem fru- ctuum portionem ordinent, qua pro loci conditio- ne honestè sustentari, ac insuper Episcopalia & Ar- chidiaconalia iura soluere, hospitalitatem exerce- re, & alia necessaria onera sustinere queant. Quod nisi fecerint, nos illorum iniustam negligentiam, ip- sis Ecclesiis & animarum saluti nimis periculosam, amplius sufferre non volentes, apud omnes Eccle- sias Parochiales, iurisdictionibus nostris subditas, talem iusti & sufficētis victus deputationem de de- cimis, prouentibus, vel bonis Collegiorum aut Mo- nasteriorum aut Prælaturarum, per nos aut Officia- les nostros, secundum iuris communis & sacrorum Conciliorum dispositionem, ordinare, seposita am- pliore mora, omnino aggredimur.

*Luce. 10. 1. Cor. 9.*

*De clericis peregrinis. Cap. 94.*

Cleri-

**C**lerici aliunde aduenientes, nec in iis ordinibus quos iactant, ministrare permittantur, nec ad vltiores ordines promoueantur: nisi fide digno testimonio docuerint, se eos ordines, quos habere se afferuerant, ritè & legitime suscepisse. Peregrini autem sacerdotes, ad missarū celebrationes nō admittantur, nec vltra mensē in aliquo presbyteroī cōsortio foueantur, nisi testimoniales literas super vita, moribus & recessu ab eo episcopo, à quo discesserūt: similiter admissionis testimoniu eius episcopi, ad cuius diocēsim se contulerunt, ostendant.

*De sacellanis nobilibus. Cap. 95.*

*Ex concil. Fritzlari. Domini Sifridi.*  
**S**acellani verò nobiliū, in sacellis castrorū missas celebrare, aut alia sacramenta conferre, aut etiā prædicare nō præsumant: nisi super eo auctoritatē & cōsensum ordinariū obtinuerint, & prius manualē promissionē episcopo seu loci illius archipresbytero fecerint, se in obediētia diocēsani māsuros, & ad synodos & capitula vēturos, & mādatis ecclesiasticis secūdū iustitiā, & quatenus eos attingūt, parituros esse. Saluis etiā iuribus parochiarū, ad quas talia castra nobilium pertinere noscuntur.

*De magistris scholarum. Cap. 96.*

**H**oc in primis totius reipublicæ Christianæ utilitas exposcit, vt erudiēdæ iuuetuti passim magistris, eruditione, honestate vitæ, & fidei sinceritate cōmendabiles, præficiantur, & in administratione vtriusq; Reipublicæ, & Ecclesiasticæ & secularis successio, à pueris depēdeat: Qui si pueris & prauis hominibus erudiēdi tradātur, à quibus recētes eorū animi (qui malorū ac bonorum vt quidq; primum hauserint, æquē tenaces sunt) prauis & impiis opinionibus imbuantur, spes nō est, sacrosanctā religionem nostrā in integrum restitui, aut à prauis doctrinis repurgari, aut pristinā fœlicitatem & tranquillitatem in Germaniā nostrā reduci, vnquā posse. Proinde siue prælati & capitulis, siue cōmunitatib⁹ aut locorū præfectis, ad quos ea cura pertinet, seriō iniungimus, vt in posterū scholis sibi cōmissis didascalos præfecturi, eorū ad vicarios nostros in spiritualibus, seu locorum cōmissarios ablegent, qui eruditionē, mores, & fidei sinceritatē in eis accurato examine explorent, eosq; quid in scholis tam ad eruditionem, quā ad mores iuuetutis excolēdos, cōducibile potissimū prælegant, pro cuiusq; loci ratione, diligenter admoneāt, sine quorū testimonio (quod scripto his, quos dignos iudicauerint, exhibeant) quemquam alicui scholæ præfici omnino prohibemus.

*De testamentis & vltimis voluntatibus. Cap. 97.*

**Q**uamuis iam olim multis conciliis prouincialibus, velut Fritzlariensi, Domini Gerardi & aliorū archiepiscoporū Moguntinensiu super Testamentorū ordinatione cautum sit, quibus omnino suum robur manere volumus. Videmus tamen hac temporū licentia plerasq; morientiu voluntates in cassum recidere, defunctorūq; substantiam cōtra ipsorum legitimā voluntatem interuerti, à testamentariis præferri, & quibus pro officio cōpetebat ratum seruare defuncti arbitriū: Statuimus, vt qui deinceps nominati fuerint testamentarij, quamprimum & ante omnia ipsius defuncti hæreditatem siue substantiam, coram notario & testibus fide dignis, conscribant, & in inuentarium fideliter redigāt omnino dām; morientis voluntatem, arbitrium & ordinationem, intra debitū tempus executioni demandent & exequantur, de quo ordinario aut ipsius

commissario rationem faciant. Quòd si quis infideliter agens huius nostræ constitutionis transgressor repertus fuerit, pro ordinarij arbitrio, aut alias condigna pœna, pro excessu qualitate, plectatur.

*Mercatus diebus Dominicis & festiuis prohibendos. Cap. 98.*

**M**agnus abusus est, cum ad rerum temporalium & mox periturarū conquirenda lucra sex diebus homines intendant: ad regnum cœlorum, cuiusq; iustitiā inquirendā, septimum diē destinātū, ne eum quidem à prophanis negotiis liberum execrāda hominum auaritia relinquat. Cui nos improbæ hominū cupiditati modum ponere volentes, seriō prohibemus, ne in posterū in locis nostræ prouinciæ subiectis, diebus Dominicis, aut præcipuis ecclesiæ festiuitatibus, Mercatus (nisi fortè earū rerum, quæ ad vsum quotidiani victus necessarij sunt) exercēantur, aut ne subditi nostri vlli operi seruii, & sine euidenti detrimento dilationē sustinere possent, manū admoueant: sed dies Dominicis & festiuis, spiritualibus lucris cōquirendis, & saluti animarum procurandæ, adeoq; pietatis & diuini cultus exercitiis, impendāt. Quam nostrā cōstitutionē, nisi Magistratus locorū, quorum ea potestas est, sub grauib⁹ pœnis ita obseruari curauerint, ipsos Magistratus, debita admonitione præuia, sententiam excommunicationis incidere, & vbi ad nostras temporales iurisdictiones pertinet, in super aliis pœnis, pro nostro arbitrio, puniri volumus.

*De libris per typographiam publicandis. Cap. 99.*

**M**ultis cōstitutionibus Imperialibus cautum est, ne quis librū aliq; sine certo auctoris & loci, vbi excusus sit, nomine: aut qui per cōmissarios, qui per loca huic rei curandæ destinati sunt, cōprobat⁹ nō sit, vel excudat, vel excusum vēdat. Quā ordinationē renouātes, in hibemus, ne quis tales libros in nostris ditionibus vēdere, aut emere, aut donare, aut occultè quouis modo alij obtrudere, aut omnino apud se retinere audeat: officialibus nostris, tam ecclesiasticis quā secularibus, iniungentes, vt in eam rem acri diligentia inuigilent, & si quos librorū vel excusores vel vēditores aut detētores, huic ordinationi nō parētes, deprehēderint, supra librorum confiscationem, etiā pœnis in multis recessibus Imperialibus cōstitutis, sine remissione afficiant.

*De pœna clerici percussoris, aut rixosi cōtra aliu clericū. C. 100.*

**P**aci etiā, tranquillitati, ac honestati clericorum cōsulere volētes, decernēdū duximus, vt quicumq; clericus alium clericū probri, maledictis, aut cōuitiis inceserit, sub duorū aut trium testimonio, ab omni prouentuum ecclesiasticorū perceptione per vnū mensē suspēdatur. Quòd si manus alteri clerico violētās, citra tamē vulnus, attulerit, iā dictā pœnam sustineat duplicē. Si vulnus in fluxerit, vltra pœnā excommunicationis, quā ipso facto incidit ad quatuor mēses tali fructuū priuatione mulctetur. Si membrū aliquod mutilauerit aut inutile reddiderit, omni beneficio ecclesiastico sit ipso facto priuatus. Nihilominus etiam in omnibus iis casibus, iuxta diocēsani arbitriū, læso satisfacere cogatur, & pro delicti grauitate, à diocēsano, si videbitur, etiā grauius puniatur. Illud superioribus cōminationib⁹ duximus addendū, si linguæ perulantiā aut violētās manus in prælatū intorserit, in tribus prioribus casibus supra memoratis, vbiq; pœnæ duplicatione grauandū esse: saluo tamē iure, quod vim vi repellere permittit. Similiter clericos, si aut iurgiis aut armis con

tra laicos contenderint, per prælatos suos, pro excessu suum grauitate, irremissibili pœna decernimus ac mandamus plectendos.

*De pœna sortilegorum. Cap. 101.*

*Ex concil. Fritzlari.*  
**S**ortilegia, quæ ad iniuriā sacre religionis nostræ detestando malorū dæmonum cōmercio exercētur, omnibus Christianis prohibēda: in clericis vero omni pœnarum acerbitate coercenda, censemus. Proinde clericum sortilegum protinus ab omni functione ecclesiastica & ordine remouendū, & excommunicationis sentētia cēsemus alligandū, à qua, nisi in articulo mortis, à nemine, quā à suo diocēsano, aut à summo pontifice, seu legato eius ad id potestatem habente, absolui debet. Et si incorrigibilis esse perrexit, ad monasterium arctum, pro agenda pœnitētia, detrudatur, aut prorsus abiiciatur. Laicivero ab hac arte execrabili, publicatione bonorū suorum aut peruicacia eorū exigente, perpetua captiuitate, aut grauiore etiā animaduersione coerceri debent.

*De clericis concubinariis. Cap. 102.*

*De dema'e s. Math. l. Nullus l. Nemo l. Culpa.*  
**M**inistris ecclesiarū, qui sacris functionibus operam suā addixerūt, nihil æquē cōuenit, quā vitæ castimonia, intolerabilēq; videtur, & cōtra concilioū sanctorūq; patrum auctoritatē, passim cōcubinis adhæreant. Quis enim in ministrorū Dei collegio patiatur talem, quē Paulus hominū consortio indignū iudicet, cum quo etiā ne cibum quidē sumendum putauit? Quia ergo clerici quidā synodorum, cuiusq; diocēsibus episcopaliū specialiter desuper habitari, decretis, de dimittendis concubinis, ægrius paruerunt: Ne in huiusmodi scandalo & foribus volutari diutius permittatur, quibuscunq; locorum ordinariis iniugimus & seriō cōmittimus, vt secundum canonū præcepta, & præcipue Basiliensis concilij definitionē, concubinarios huiusmodi corrigant atq; emendent, eaq; mulieres, quæ citra scandalum atq; offendiculum retineri non possunt, extra viciniā, ne cōmercij facultas aut suspicio remaneat, amoueri procurent. Qua in re, cum sæpe cōpertum sit, facilius ab initio malis resisti, quā semel in ea dimersum rursus erigi atq; emergere: omnino prælati intendendū præcipimus, ne patientur iuniores clericos perniciofa cohabitatione irretiri, à qua deinde extricari facile nō queant. Ecclesiasticis etiam Magistratibus, iuxta præfati Concilij Decretum, ne villo sub pacto, cōpositione, aut spe cuiuscunq; questus, tales quouis modo tolerant, aut dissimulent, penitus interdcentes: & si opus sit, vt brachium seculare in hanc rem implorent, iniungentes.

*De excommunicatione. Cap. 103.*

*Ex concil. Fritzlari.*  
**E**xcommunicationē, qua nulla pœna maior esse potest, cautē ab officialibus nostris, & non nisi ex inuitabili necessitate, & propter manifestā contumaciā, in quenquam intentari volumus, ideoque officialibus nostris & prælati omnib⁹, qui alioqui excommunicandi potestatem habent, mandamus, ne sententiam excommunicationis, nisi cōpetenti admonitione præmissa, & in præsentia fide dignorum hoīm (vt si necesse sit, testimonio eorū pbari queat) promulgare præsumant. Qui aliter excommunicationem in quenquam promulgauerit, & admonitus errorē suum non reuocauerit, per mensē ab ingressu Ecclesiæ sit exclusus, & sic à se excommunicato omnes expēsas, quas talis excommunicationis occasione necessariō fecit, restituere cogatur.

*De vitandis excommunicatis. Cap. 104.*

**E**t vt timoratis cōscientiis subueniamus, & scādala excludamus, generalis synodi Basiliens. cōstitutionem volumus obseruari, quæ decernit. *Ex concil. Basiliens.*

Quòd nemo deinceps à cōmunionē alicuius, in sacramentorū administratione vel receptione, aut in aliis quibuscunq; diuinis, vel extrā, prætextu cuiuscūque sentētiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, aut suspēnsionis vel prohibitionis ab homine, vel ab iure generaliter promulgatæ occasione, teneatur abstinere, vel aliq; vitare, aut ecclesiasticū interdictū obseruare: nisi sentētia, prohibitio, suspēnsio, vel cēsurā ecclesiastica huiusmodi fuerit, vel cōtra personā, collegium, vniuersitatē, ecclesiā, aut locum certū, aut certā iudice publicata vel denunciata specialiter, & expressē: aut si aliq; ita notoriē excommunicationis sententiam cōstititit incidisse, & nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari. Nam à cōmunionē illius abstinere, vult iuxta canonicas sanctiones: per hoc tamē huiusmodi excommunicatos, si spēs & interdicto seu prohibitis, nō intendit in aliquo reuelare, nec eis quomodolibet suffragari.

Cum humana fragilitas in omnibus actionibus, & præsertim in iis, quæ pietatis sunt, si ope diuina non adiuuetur & dirigatur, sine fructu defudet: præsentī cōstitutione duximus ordinandū, vt in posterum per omnes toti⁹ prouinciæ ecclesias, quoties in illis multitudo fidelium cōuenit, fiant preces ad Deum, pro spiritu sancti gratia, ad salutarē harum cōstitutionum prouincialiu obseruantia, impetranda. Similiter pro summi Pōtificis, Imperatoris, ac regis Romani incolumitate & fœlici gubernatione, & pro omnibus, qui ad vtriusq; regiminis gubernacula in orbe Christiano præsidet, vt quierā & tranquillā vitā agamus in omni pietate & castitate. In ipsa verò sacre Missæ celebratione, alternis diebus pro peccatis & pro pace, siue in ipso sacro collectā pro suffragio, siue post illud antiphonā, cum collecta pro imploranda Dei misericordia, deuotē recitari aut cantari volumus. Quā rem discretioni prælatorum, pro loci & temporis cōditione, committimus curandam.

Quò verò supra dicta omnia & singula accuratior cura obseruentur, & ad excusationem ignorantia nullus locus relinquatur, ordinamus & præcipimus, vt presentium constitutionum liber, apud Metropolitanam, cathedrales, & collegiatas ecclesias in choro aut capitulis, similiter apud parochiales ecclesias idoneo loco, fabricæ sumptu comparatus, habeatur, ad quē omnibus, quorū interest, pateat accessus.

Postremò: Cum his præsentibus nostris constitutionibus, omnes etiā generalium conciliorum cōstitutiones & decreta, similiter omnia & singula alia statuta prouincialia, in Conciliis Prouincialibus, sub nostris præcessoribus celebratis, & dira, quorū in his nostris constitutionibus etiā nullam mentionē fecimus: in suo vigore permanere volumus, & ab omnibus nobis subiectis, qua quenque parte attingūt, confirmatis & authenticis agnosci, haberi, & obseruari districtè præcipiendo mandamus, sacrosanctæ Romanæ catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ iudicio, cuius auctoritatē in omnibus saluam conseruari volumus: hæc omnia cum debita obedientia submittentēs.

FINIS.

# TER TIA CLASSIS HVIVS

OPERIS, CONTINENS DECRETA PONTIFICVM,  
ad Nicolaum primum vsque, digesta cōtinua serie,  
Per Franciscum Iouerium Valentinum.

Reliqua verò, nec in Conciliorum tomis, habentur: sed ex Decretalium libris  
sex, Clementinis, atque extrauagantibus (quas vocant) petenda.

*Catalogus summorum Pontificum, quo-  
rum decreta in hoc libro continentur.*

Petrus Apostolorum princeps.  
Clemens.  
Anacletus  
Euaristus martyr.  
Alexander primus mar.  
Sixtus primus mar.  
Thelesphorus mar.  
Iginus mar.  
Pius primus mar.  
Anicetus mar.  
Sother mar.  
Eleutherius mar.  
Victor mar.  
Zepherinus mar.  
Calixtus primus mar.  
Vrbanus primus mar  
Pontianus mar.  
Antherus mar.  
Fabianus mar.  
Cornelius mar.  
Lucius mar.  
Stephanus mar.  
Sixtus secundus mar.  
Dionysius mar.  
Fœlix primus mar.  
Eutychianus primus mar.  
Gaius mar.  
Marcellinus mar.  
Marcellus mar.  
Eusebius mar.  
Melciades omnes huc vsque mar.  
Syluester.  
Marcus.

Iulius primus.  
Liberius.  
Fœlix secundus.  
Damascus.  
Syricius.  
Anastasius primus.  
Innocentius primus.  
Zozimus.  
Bonifacius primus.  
Cœlestinus primus:  
Sixtus secundus.  
Leo.  
Hylarius.  
Simplicius.  
Fœlix tertius.  
Gelasius primus.  
Anastasius secundus.  
Symmachus.  
Hormisda.  
Iohannes primus.  
Fœlix quartus.  
Bonifacius secundus.  
Iohannes secundus.  
Agapetus primus.  
Vigilius.  
Pelagius primus.  
Iohannes tertius.  
Benedictus primus.  
Pelagius secundus.  
Gregorius primus.  
Martinus primus.  
Gregorius secundus.  
Gregorius tertius.  
Zacharias primus.  
Nicolaus primus.

## *Catalogus Alphabeticus.*

Anacletus.  
Alexander primus.  
Anicetus.  
Autherus.  
Anastasius primus.  
Anastasius secundus.  
Agapetus primus.  
Bonifacius primus.  
Bonifacius secundus.  
Benedictus primus.  
Clemens.  
Calixtus primus.  
Cornelius.  
Cœlestinus primus.  
Dionysius.  
Damascus.  
Euaristus.  
Eleutherius.  
Eutychianus primus.  
Eusebius.  
Fabianus.  
Fœlix primus.  
Fœlix secundus.  
Fœlix tertius.  
Fœlix quartus.  
Gaius.  
Gelasius primus.  
Gregorius primus.  
Gregorius secundus.  
Gregorius tertius.  
Hylarius.  
Hormisda.  
Iginus.

Iulius primus.  
Innocentius primus.  
Iohannes primus.  
Iohannes secundus.  
Iohannes tertius.  
Lucius.  
Liberius.  
Leo.  
Marcellinus.  
Marcellus.  
Melciades.  
Marcus.  
Martinus primus.  
Nicolaus primus.  
Pius primus.  
Pontianus.  
Pelagius primus.  
Pelagius secundus.  
Sixtus primus.  
Sother.  
Stephanus.  
Sixtus secundus.  
Sixtus tertius.  
Syluester.  
Syricius.  
Symplicius.  
Symmachus.  
Thelesphorus.  
Victor.  
Vrbanus primus.  
Vigilius.  
Zepherinus.  
Zozimus.  
Zacharias primus.



PETRVS PAPA primus.

Petrus pō- rīfex. An- no Christi 33.



PETRVS Apostolus, & prin- cept Apostolorum, natione Galilæus, ex vico Bethsaida, filius Ioānis, frater Andree, primò sedit in cathedra Epīscopat' Antiochiæ, annis septem. Hinc ingressus est in urbem Romæ, Claudio Cæsare, ibique sedit in cathedra

Episcopatus annis 25. mensibus duobus, diebus tribus: fuit autem temporibus Tiberij Cæsaris, & Caij, & Tyberij Claudij, & Neronis. Hic scripsit duas Epistolas, quæ catholicæ, & canonicè nominantur, & Euangelium Marci, quia Marcus eius auditor fuit & filius à baptismo. Hic ordinavit duos Episcopos, Linum & Cletum, qui præsentia literè omne ministerium sacerdotale in vrbe Roma populo vel superuenientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prædicatione populum erudiens, vacabat. Hic cū Simone mago multas disputationes habuit & cætera. Idem Petrus beatum Clementem Episcopum cōsecrauit, cui & cathedram vel ecclesiam omnem disponendam commisit (vt refert idem Clemens in Epistola prima ad Iacobū fratrem Domini) dicens: Sicut mihi gubernandi tradita est à Domino meo Iesu Christo potestas ligandi, soluendiq; ita & ego tibi committo, vt ordines dispositores diuersarum causarum, per quos actus nec Ecclesiastici profligantur, & tu minimè curis seculi deditus reperiaris, sed solummodo orationi & prædicationi ad populū vacare stude. Deinde martyrio cum Paulo coronatur, anno post passionem Domini trigesimo octauo, qui sepultus est via Aurelia, in templo Apollinis, iuxta palatium Neronianum in Vaticano 3. Calend. Iulij. sub Petro celebratum est Concilium primum Hierosolymis, cuius exemplar habes in Actis Apostolorum cap. 15. Nicephorus author Græcus suæ historiæ cap. 37. testimonio Tertulliani, & Cai historici probat eodem anno, eodémque die Petrum cruci affixum, & Paulum capite truncatum.

Marcus fili- us Petri in bap- tismate.

Act. 8.

Verba Pe- tri ad Cle- mentem.

Primum cō- cilij Hierosolymis sub Petro. Anno Do- mini. 70.

Linus Episcopus.

Linus ep̄s. Hic nudis cap. fami- nusecclesia interdixit Anno Do- mini. 81.



LINUS natione Italus, de regione Tusciæ, patre Herculano, sedit annis vndecim, menses tres, dies duodecim. Fuit autē temporibus Neronis: martyrio coronatur à Saturnino consule, & sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano 9. Calend. Octobris.

Cletus.

Cletus ep̄s.



LETUS natione Romanus, patre Emilianiano, sedit annis duodecim, mense vno, diebus duodecim. Fuit temporibus Vespasiani & Titi, & sub Domitiano coronatur, & sepultus fuit iuxta corpus beati Petri in Vaticano: quidam putant eundem esse Cletum & Anaclethū.

Anno Do- mini. 92.

Clemens Papa secundus.



CLEMENS natione Romanus, de regione Cælio monte ex patre Faustino, sedit annis nouem. Fuit autē temporibus Galbæ & Vespasiani. Hic & præcepto beati Petri suscepit Ecclesiæ pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat à Domino Iesu Christo cathedra tradita & commissa, vt ipse in Epistola (quæ ad Iacobum scripta est) explicat. Sed Linus & Cletus ante eum conscribuntur, qui ab ipso principe Apostolorum ad ministerium sacerdotale exhibendum, sunt Episcopi ordinati. Clemens tamen fuit immediatus, & proximus successor Petri in cathedra Pontificali. Obiit martyr anno Traiani tertio. Teneo hoc Ioannes Papa tertius in Epistola decretali ad Episcopos Prouinciarum Germaniæ, & Galliæ, & Alexander primus in Epistola decretali prima ad orthodoxos. Eusebius verò Cæsariensis Ecclesiasticæ historiæ libro tertio, capite decimoquarto de Clemente scribit dicens: In vrbe Roma duodecim Anacleti annis in Episcopatu exactis sacerdotij sedem Clementi traditi. Et cap. 34. Igitur in vrbe Roma tertius ab Apostolis Clemens nouem annis sacerdotio perfectus Euaristo diuini verbi tradidit ministerium. Platina enumerat Clementem Papam quartum à Christo post Linum & Cletum. Et diuus Hieronymus dicit fuisse quartum, sed alia ratione quoniam recenset Anaclethum prædecessorem Clementis, & tertium Papam: quod tamen communis sententia non recipit. Vitis circa hanc rem difficilem variis sententiis verius crediderim Linum & Cletum ministros fuisse beati Petri dum viveret, & velut coadiutores, Clementem verò successorē. Extant Epistole, Clementis decretales quinque.

Clemens hic pō- rīfex. An- no Christi 92.

Linus & Cletus ante eum conscribuntur.

Clemens 1. Hier. 4. Pont.

Opinatio thom. 4. Anno Domini 101.

INCIPIT EPISTOLA CLEMENTIS prima ad Iacobum fratrem Domini, Rufino Tarano Aquileiense interprete.



CLEMENS Iacobo fratri Domini, & Episcopo Episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed & omnes Ecclesias, quæ vbique Dei providentia fundatæ sunt, cum presbyteris & diaconibus, & cæteris omnibus fratribus pax sit temper.

Notū tibi facio Domine, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito, & integre prædicationis obtentu, fundamentum esse Ecclesiæ definitus est, qua de causa etiam Domini ore cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini, Apostolorum primus, cui & primo Deus pater filium reuelauit, cui & competenter beatitudinem contulit, qui & vocatus est & electus, & coniunctus Domini, & comes effectus, tāquam bonus & probatissimus discipulus, qui obscuriorem mundi plagam occidentis (velut omnium potentior) illuminare præceptus est, quique & integre potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraham, refugiens indicare quod triste est? Quod quidem necesse est, licet tarde, proferre. Hic denique ipse Petrus, qui pro immensa charitate (quam

x credo.

x virtute.

x ex parte

nisi

in decr.

no lib. 5.

videtur

polliceri

intercessio

non post

mortem.

amarioris

est tristitia

me labor

releua.

(quam erga omnes homines gerebat) palam cum omni fiducia (aduersante etiam tyranno totius mundi) bonum prædicare non destitit, & regem omnium seculorum per orbem terræ, & vsque ad ipsius Romanæ urbis huius notitiam, vt etiam ipsa saluaretur, inuexit. Hic, inquam, pro pietate pati volens, præsentem vitam finiuit. In ipsis autem diebus (quibus vitæ finem sibi imminere præsensit) in conuentu fratrum positus, apprehensa manu mea repente confurgens, in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba: Audite me fratres & conserui mei, quoniam vt edoctus sum ab eo, qui misit me, Domino & magistro meo Iesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hūc Episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram \*trado. Qui mihi ab initio vsque in finem comes in omnibus fuit, & per hoc \*veritatem totius meæ prædicationis agnouit. Qui in omnibus tentationibus meis socius extitit, fideliter perseverans. Quem \*præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignū iustum, patientem, & scientem ferre nonnullorum (etiam ex his, qui in verbo Dei instruitur) iniurias. Propter quod ipsi trado à Domino mihi traditā potestatem ligandi & soluendi, vt de omnibus quibuscunque decreuerit in terris, hoc decretum sit & in cælis. Ligabit enim quod oportet ligari, & soluet quod expedit solui, tanquam qui ad liquidum Ecclesiæ regulam nouerit. Ipsum ergo audite, scientes, quia quicumque contristauerit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit. Ipsum autem qui præest cæteris, oportet medici vicem agere, & non fera bestię furore commoueri. Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes eius, rogabam, excusans me, & declinans honorem cathedræ vel potestatem. At ille respondens: Pro hoc, inquit, ne me rogaueris. Hoc enim fieri statutū est mihi, & eo magis quod te excusas, quia hæc cathedra eum (qui cupit eam & audacter expetit) nō requirit, sed ornatum moribus, & in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius adiutor tam sedulus adstitisset, si quis tam plenæ doctrinæ meæ rationem cepisset, sed & Ecclesiasticas dispositiones à me tam plene didicisset, habens alium talem, non te \*cogerem opus bonum suscipere nolentem. Superfluum est ergo alium querere, quum primitias eorum (qui ex gētib; per me saluantur, & præcipue huius urbis) te primū obtulerim Deo. Sed & illud intuere, quia si periculum peccati timens, suscipere refugis Ecclesiæ gubernacula, certus esto, quia amplius peccas, quam si populū Dei velut in fluctibus positum & periclitantem (cum iuuare possis) subterfugis, tui tantummodo habens considerationem, & non quod in commune omnibus expedit, prouidens. Sed certus esto, quod necesse est te suscipere omne periculū, quia nec ego pro salute omnium ab obsecrando cessabo. Quanto ergo mihi citius acquieueris, tanto me citius \*laboris & tristitiæ meæ mœrore releuabis. Noui etiam hoc, o Clemens, quod tibi tædia & molestias, pericula etiam & opprobria ineruditi vulgi indocilisq; conciliem, quæ tu tamen scio quam constanter & fortiter feras, respiciēs ad illam spem, quæ tibi apud Deum patientiæ præparat coronam. Sed & illud cupio te mecum iusta ratione perspicere, quando maxime opera tua indiget Christus, nūc cum inimicus

aduersus sponsam eius commouet bellum, an in futuro tempore, quando iam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra vllius opera indigebit? Quis non etiam parui sensus intelligat, quod istud est tēpus in quo operam tuam Christus requirit? Tota igitur mente in præsentī necessitate præbe operam tuā & auxilium in præliis exhibe regi optimo, remunerationes magnificas post victoriam reddituro. Libenter ergo suscipe Episcopatus officium, eo maxime quo Ecclesiasticas dispositiones à me probabiliter didicisti, vt salus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam vacillet. Veruntamen & breuiter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus cōmonere necessarium duxi. Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, & summo studio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias, ne fideiussor existas, ne aduocatus litum fias, ne in vlla aliqua occupatione profus inueniaris, mundialis negocij occasione perplexus. Neque enim iudicem aut cognitorem secularium negociorū hodie te ordinare vult Christus, ne præfocatus præsentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare, & secundum veritatis regulam secernere bonos à malis. Istanque opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi inuicem dicentes, id est, laici, & te nemo occupet ab his studiis, per quæ salus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis criminē est (neglectis verbi Dei studiis) sollicitudines suscipere seculares, ita & vnicique laicorum peccatum est, nisi inuicem sibi etiam in his quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te vero securum facere ex his, quibus non debet vacare, omnes communiter elaborent. Quod si forte à semetipsis hoc laici non intelligunt, per diacones edocendi sunt, vt tibi solius Ecclesiæ sollicitudines derelinquant, qui ipsam (vt dignum est) dispensare sufficiant, & veritatis verbo abundanti & studiosius deferuire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, & te ipsum decipies, & eos qui te audiunt. Non enim poteris quæ ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque distinguere. Et ex eo fiet, vt & tu tāquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent, \*deponaris, & discipuli per ignorantiam pereant. Idcirco tu quidem ad hoc solum vacato, vt opportune & sine intermissione doceas verbū Dei, per quod salutem consequi possint. Illi vero cū tanta reuerentia tua verba suscipiant, tanquam qui sciāt legatum te & præconē esse veritatis, & quodcunque ligaueris super terram, esse ligatum & in cælo, & quodcunque solueris super terram, etiam ibi esse soluum. Quoniam quidem & tu (vt dixi) quæ oportet, ligabis, & quæ expedit, solues. Et ad te quidem qui præes, ista sint monita, & his similia. Ad presbyteros vero sint ista: Ante omnia, vt pudicitia studentes, adolescentes nuptiis iungant, quo calore feruentis ætatis coniugali lege præueniant. Sed ne in prouectioribus quidem curam habere huiusmodi negligant, quia in multis (etiam quum senuerit corpus) concupiscentia viget. Ne forte ergo fornicationis labes (occasione accepta) tanquam venenū pessimum serpat in vobis, caute & anteuire necessarium est, ne quod in vobis adulterij occultum calecat incendiū. Et quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Secundum nanque in pœnis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent qui aberrant à Deo, etiā si sobrie vixerint. Propter quod vos

11. q̄o 1. Te quidem.

\*puniaris

In decr. Iu. lib. 5. Mat. 16.

32. q. 7. Quid in. Et in dec. Iuo. lib. 7. vos

vos & presbyteri, Ecclesiam excolite, & adornate sponfam Christi ad pudicitiam. Sponfam autem dico omnem Ecclesiam congregationem, quæ si pudica inuenta fuerit à sponso suo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur, & vos velut ministri sp̄s & amici sponsi, ingenti gaudio & lætitia perfructurini. Si vero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem tanquam indigna non tradetur regalibus thoris. Vos autem pœnas dabit, si forte per vestram negligentiam vel desidiam obreperit contagio sœua peccati. Idcirco ante omnia sobrietatis & pudicitiam sollicitudinem gerite. Valde enim apud Deum graue crimen ducitur fornicatio, cuius species sunt quidem plures, sicut vobis & ipse Clemens diligenter exponet. Veruntamen prima species adulterij est, virum propria vxore solummodo non esse contentum, & mulierem non proprio tantum seruare se viro. Si ergo castus fuerit quis, potest & humanus & misericors fieri, per quod & ipse æternam à Deo misericordiam consequatur. Sane sicut adulterij venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus & charitas totius boni fastigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres vestros, & cum religione ac misericordia respicite ad omnes, Orphanis exhibete vosmetipsos parentes, Viduis virorum curam impendite cum omni castitate, quæ necessaria sunt, præbentes. Iuniores tamen viduas nuptiis copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honestas aliquas occasiones, quibus vitium necessarium quarant. Artificibus vero operam præuidete, debilibus misericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos vos, si charitatem præ cæteris, & ante omnia in vestro corde figatis. Cuius charitatis & recipiendæ & habendæ maximum erit fomentum, si frequenter inter vosmetipsos communem cibum vestrum mensamque faciatis, & in quantum vnusquisque præualeat, crebrius panes ac sales suos cum fratribus suis sumat. Per hæc enim præcipue charitas comparatur, & causa totius boni in huiusmodi communionem consistit. Vbi autem pax & bonitas, ibi & salus. Propter quod communes facite cibos vestros cum his, qui secundum Deum fratres sunt, quia per hæc temporalia officia, pacis & charitatis fructus gaudia æterna merebimini. Multo autem sollicitius elurientes reficite, & sitientibus potum date nudis vestimentum, ægros visitate, & eos qui in carcere sunt (prout possibile est) iuuate, peregrinos satis prompte in domibus vestris suscipite. Et ne omnia nunc singulatim dicam, omne bonum ipsa perse (si in vobis fuerit) charitas facere vos docebit, sicut & econtrario eos, qui à salute alieni sunt, omne malum facere odium docet. Si qui ex fratribus negocia habent inter se, apud cognitores seculi non iudicentur, sed apud presbyteros Ecclesiam (quicquid illud est) dirimatur, & omni modo obedienti statuti eorum. Super omnia autem auaritiam fugite, quæ homines occasione præsentis lucri ab æternis separant bonis. Pondera, mensuras, stateras, pro locis quibusque æquissima custodite, deposita fideliter restituite. Quæ omnia (& si qua sunt similia his) ita demum sollicitè & diligenter implebitis, si futurum iudicium Dei sine intermissione in vestro corde voluatis. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei iudicium ponat? Quod in fine mundi certum est agendum, ut tandem qui bene in hac vita egerunt, consequantur bona reposita, peccato-

res autem vt cõsequantur præparatas pœnas, de quibus ita futuris dubitare omnino non possumus. Si quidem hæc omnia ita esse vêtura verus nobis Propheta prædixit. Vnde & vos, qui estis veri propheta discipuli, abiicite à cordibus vestris ante omnia discordias & animorum dissensiones, ex quibus omne malum opus procedit, & benignitatem ac simplicitatē tota mente seruate. Quod si forte alicuius vel cor, vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his (quæ superius memorauimus) latenter irrepsit, non erubescat (qui animæ suæ curam gerit) confiteri hæc huic qui præest, vt ab ipso per verbum Dei & consilium salubre curetur, quo possit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuam vitam præmia peruenire. Diaconi vero Ecclesiam tanquam oculi sint Episcopi, oberrantes & circumlustrantes cum verecundia actus totius Ecclesiam, & persequentes diligentius, si quem videant viciniam fieri præcipitio, & proximum esse peccato, vt referant hæc ad Episcopum, & commoneri ab eo possint, qui in præcipitium lapsus est, vt reuocetur, & non corruiat in peccatum. Negligentiores quoque & eos qui rariis ad audiendum verbum Dei accedunt, nec sollicitè ad Episcopi tractatum conueniunt, ipsi commoneant & hortentur. Si enim absidui sunt ad audiendum, non solum vitam æternam ex salubri commotione capiunt lucra, verum & quæcunque illa sunt tristitia vel mœtores, qui ex præsentis vitæ necessitatibus & cladibus temporum veniunt, quæcunque sermonibus suis in corde velut iacula defixa circumferunt, abiiciuntur omnia prædicatione veritatis, & vitam æternam doctrina, & eruditione purgata. Alioqui, si multo tempore auditum subtrahant: a verbo Dei, & remaneant in cultu vitiorum, sine dubio spinis erunt ac tentibus occupati. Et quid aliud, nisi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergo (vt diximus) diaconis cura sit. Sed & eos qui secundum carnem ægrotant, sollicitè perquirat, & plebi (si forte plebs ignorat) indicent de his, vt & ipsi visitent eos, & quæ necessaria sunt, præbeant eis, cum conscientia eius, qui præest. Quod tamen etiam si clam fecerint, non peccabunt. Sed & de peregrinis, similiter Episcopo suggerent, refouendis, & cætera his similia, quæ ad cultum Ecclesiam & disciplinam eius pertinent, diaconis curæ sint. Qui catechizant, id est, qui verbo instruunt incipientes, primo oportet, quod ipsi instructi sint. De anima enim agitur hominum. Et oportet eum, qui docet & instruit animas rudes, esse talem, vt pro ingenio discipulorum semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue ap prime esse eruditus, & doctus, irreprehensibilis, maturus, impavidus, sicut ipsi probabitur fore Clementem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis, quæ vnusquisque habere debeat, prosequar. Veruntamen illud est, quod præ cæteris ab omnibus vobis cupio in commune seruari, vt concordiam teneatis, per quod solum potestis portum quietis intrare, & ciuitatem summi regis (quæ pax nominatur) habitare. Similis nanque est omnis status Ecclesiam magnæ nauis, quæ per vndosum pelagus diuersis locis & regionibus viros portat, ad vnâ portum regni urbem properare cupientes. Sit ergo nauis huius Dominus, ipse omnipotens Deus, gubernator vero sit Christus. Tum demum præretæ officium Episcopus impleat, presbyteri nauarum, diaconi dis-

pensatorum locum teneant, hi qui catechizant, nauologis conferantur, epibatis autem totius fraternitatis multitudo similis sit, ipsum quoque mare hic mundus habeatur, ventorum vero varietates & turbinum, diuersis tentationibus conferantur, persequutiones, tribulationes, & pericula fluctibus exequantur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de conuallibus spirant, pseudoprophetarum seductorum, seu prauæ doctrinæ verba ducantur, promontoria vero & loca confragosa, hi qui in potestatibus seculi sunt iudices, & pericula minantur & mortes. Bithalassa vero loca, quæ duplicibus vndæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, & de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione disentiunt. Hypocritæ autem & dolosi, piratis similes habeantur. Iam vero rapidus vortex, & tartarea charybdis, & saxi illius naufragia, ac mortifera subuersiones, quid aliud æstimanda sunt, quàm peccata? Restat igitur, vt hæc nauis cursu prospero, tuta possit portum desideratæ vobis intrare, ita Deo precem fundere conuenit nauigantes, vt mereantur audiri. Audiri autem à Deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsæ bonis moribus & bonis operibus adiuentur. Sed ante omnia cum quiete & silètio, epibatæ (id est, laici) in suis vnusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem, & inconditos inutilisq; discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nauas impediunt, vel in alterum latus, per inquietudinem eorum, nauis pressa demergatur. Nauologi de mercedibus comoneant, & nihil omnino, quod ad diligentiam, vel ad disciplinam pertinet, diaconi negligant. Presbyteri velut nauarum aptent singula ad instructionem nauis diligenter, & instruant, quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam præretæ vigilatè & sollicitè gubernatoris verba custodiat Christi. Saluator Dominus, gubernator ecclesiam suam diligitur ab omnibus, & ipse solus præceptis ac iussis credat & obediat omnis ecclesia. Deo quoque, indefinenter supplicetur à cunctis de prosperitate verrorum, vt nauigantes omnem tribulationem, & omne periculum superent, tanquam in mare profundum mundi istius, & vitam humanam pelagus nauigantes, in quo esuriendum sit & sitiendum, nuditate quoque ferenda, morbos etiã corporis & ægritudines tollerandas. Insuper & hominum insidiis ac dolo saepe laborandum, quippe qui dispergendos se nonnunquam noverint, sed aliquando etiã congregandos, vomitus quoque & suggillationes ferendas, cum ex confusione peccatorum & reiectione criminum, velut male congregatis in visceribus, fellis iactura faciendâ est, & abiicienda prorsus è corde, omnis intrinsecus, quæ latet amaritudo peccati, si qua forte ex desiderijs iniquis, velut ex cibis noxiis, congregata est. Quæ utiq; cum euomerit quis & abiecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, si tamen post vomitum, quæ ad sanitatem pertinent, sumat. Veruntamen scitote cuncti, quod super omnes vos laboret Episcopus, quia vnusquisque vestrum suum laborè fert, ille vero & suum & singulorum. Propter quod & Clemens, tanquam qui omnibus præesset noueris, singulos (prout poteris) iuuat, & singulos releuat, qui & singulorum onus & sollicitudinem portas. Vnde & ego nunc hanc tibi iniungens dispensationem, scio, quia accipio gratiam magis, quàm præsto. Sed esto cõfidens, & fortiter ferens, certus, quia laboris tui meritum recipies, quum ad portum quietis incolumen hæc proueris nauem, ubi mercedes & præmia pro omnium

salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaueris. Itaque, si te multi è fratribus propter rigorem iustitiam odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex huiusmodi odiis amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis, & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne à pessime agentibus diligaris, sed potius propter iustitiam dispensationem, & æquissimam regulam disciplinam, à Christo collaudare merearis. Hæc cum dixisset, & his similia quæ plurima, rursus respiciens ad populum, dixit: Sed & vos charissimi fratres, & conserui mei, huic qui præsidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite, sciètes, quod si quis hunc cõtristauerit, Christum qui ei docendi credidit cathedrâ, non recipit. Et qui Christum non susceperit, nec Deum patrem suscepisse iudicabitur, & ideo nec ipse suscipietur in regno cœlorum. Propter quod satagite, ad omnem collectam & congregationem semper conuenire, vt non velut negligentes & desides à iudice Christo cõdemne mini. Conuenientes vero semper ad Clementem date omnes operam pro ipso sentire, & summo studio fauorem vestrum erga ipsum dependere, sciètes, quia propter singulos vestrum ipsi magis soli infestus est inimicus, & in ipsum maiora suscitatur bella. Oportet ergo vos summo studio niti, vt omni erga illum vinculo amoris innexi, plenissimo erga eum inhæreatis affectu. Sed & vos quoque ipsi vnanimis in omni cõcordia perdurate, quo facilius etiam illi obedite omnes pari & cõsensu & vnanimitate possitis. Propter quod & vos salutem cõsequi, & ille possit, obtemperantibus sibi vobis, propriis impositi oneris pondus euehere. Quædam ex vobis etiã ipsis intelligere debetis, si qua sint, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest euidentius & manifestius proloqui. Verbi gratia: Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & volūtati eius absque cõmonitione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, vt vnusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias terre, festinè citius reconciliari ei, qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, quum obedire cœperit monitis præfidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare volunt ecclesiam Dei, & cum corpore vobiscum esse videatur, mète & animo cõtra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quàm illi, qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimica sunt, gerit, & ecclesiam dispergit ac vastat. Et quum hæc dixisset in medio coram omnibus manum mihi imposuit, & in cathedra sua ingenti verecundia fatigatum, sedere me cõpulit. Quumq; sedisset, hæc ad me rursus loquutus est: Deprecor te & Clemens, coram omnibus, qui præsentibus sunt, vt posteaquã (sicut nature debitum est) vitæ præsentis finem fecero, Iacobo fratri Domini, descripta breuiter, vel quæ ad initium fidei tuæ spectant, vel etiã quos ante fidem aios gesseris, sed & qualiter mihi ab initio usque ad finem comes itineris & actum fueris, quæque per singulas ciuitates (me disputante) sollicitus auditor exceperis, quique in prædicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actum, sed & qui me finis in hac vitæ repererit (sicut dixi) omnia, quam potes, breuiter cõprehensa, ad ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis, ne forte multum de meo exitu cõtristatus sit, quum id me pro pietate sustinere non ambigat.



Erit autem ei grāde solatium, si didicerit, quod post me nō imperitus aliquis, aut in doctus, aut ignorās, diuini verbi mysterium, Ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrinæ regulam nesciens, susceperit cathedram meam. Scit enim, quia si indoctus & infcius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli & auditores, ignorantia tenebris obuoluti, in inreritum demergentur. Vnde & ego mi Domine Iacobe, quum hæc ab eo præcepta susceperim, necesse habui implere, quod d iusserat, indicans tibi, & dehisipis simul & de illis breuiter comprehendens, quæ per singulas quasque vrbes digrediens, aut in prædicationis sermone protulerit, aut in gestorū virtute perfecit, quamuis tibi de his plurima iam, & pelnius ante descripta, ipso iubente transmiserim, sub eo ipso titulo, quem ipse præcepit affigi, id est, Clementis itinerarium, non prædicationis Petri. Sed & nunc exponere iam, quæ præcepit (Domino opem ferente) incipiam. Pœnitentiam, inquit, & veram agite pœnitentiam. Omnes ergo homines, qui Christia no censentur vocabulo, patrem, & filium, & spiritū sanctum vnum Deum & Dominum veraciter credere, & confiteri, eumque tota mente, & toto corde, & tota virtute diligere, & proximos suos tanquam semetipfos, docibileque esse vsque ad perfectam doctrinam, ad hæc perficienda summo opere oportet. Fides enim & dilectio, totius bonitatis est fundamentum. Sine fide autem placere Deo nemo poterit. Christo itaque resurgente & ascendente in cœlum, misso sancto spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in vno positi symbolum, quod fidelis nunc tenet Ecclesia, vnusquisque quod sensit, dicendo, condiderunt, vt discedentes ab inuicem, hæc regulam per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ recensentes, in qua & integritas credulitatis ostēditur, & vnus Dei omnipotentis (id est, sanctæ Trinitatis) equalitas declaratur, & mysterium incarnationis filij Dei, qui pro salute humani generis à patre de cœlo descendens, de virgine nati dignatus est, quoque ordine, vel quando mortem pertulerit, quomodo sepultus surrexerit, & in carne ipsa cœlos ascenderit, ad dexteramque patris confederit, & iudex venturus sit, ac qualiter remissionem peccatorum sacro baptisinate renatis cōtulerit, & resurrectionem humani generis in eadem carne in vitam æternam futuram, sic docuerūt. Symbolum enim Græce, Latine collatio dicitur. Et hoc prædicti sancti Apostoli inter se per spiritum sanctū salubriter (vt dictum est) condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc, qui recte crediderit, indicatur. Ergo cunctis credentibus quæ continentur in præfato symbolo, salus animarum & vita perpetua bonis actibus præparatur. Et quod in primordio eiusdem symboli præponitur, credo in Deum patrem omnipotentem, præclarum fidei testimoniū, & fundamentum in prima fronte monstratur, quia saluus esse poterit, qui recte crediderit. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quoniam corde creditur ad iustitiam, & ore confessio fit ad salutem. Vnde ait Propheta: Credidi propter quod locutus sum. Et illud: Iustus ex fide viuunt. Et: Nisi credideritis, non intelligetis. Ergo in rebus humanis nullum opus incipitur, nisi labor omnis ad effectum venire credatur. Vnde credendum est in Deum, à quo tam præsens vita, quam futura tribuatur. Deus autem appellatio est substantiæ sempiternæ, siue timoris diuini. Igitur

Deus sine principio, sine fine, simplex, incorporeus, & incomprehensibilis. Patrem autem cum audis, agnosce quod habet filium veraciter genitum, sicut possessor dicitur, qui aliquid possidet, & Dominus, qui habet cui dominetur. Deus ergo pater secreti sacramenti vocabulum est, cuius vere filius est verbum & speculum, & character, & imago viuens patris uentis, in omnibus patri similis, eiusdem naturæ. In diuinitate genitus, & genitori per omnia cœqualis. Nec quærat, quomodo genuit filium, quod & angeli nesciunt, prophetis incognitum est. Vnde illud dictum est: Generationem eius quis enarrabit? Quam secretam originem cum proprio filio, nouit ipse solus qui genuit. Nec Deus à nobis discutiendus est, sed credendus, qui in nobis ipsis nescimus, quod sapimus, quomodo sapientia, ingenium, aut intellectus, aut consilium, aut mens nostra generat verbū. Sed sufficit nosse, quia lux genuit splendorem, sicut ait Propheta: In splendoribus sanctorum ex vtero ante Luciferum genui te. Et illud: Hic Deus noster, & non reputabitur alter ad eum. Et post: In terra uisus est, & inter homines conuertatus est. Diligere ergo Deum, vnumquemque ex toto corde, & ex tota anima (vt præfixum est) & ex tota fortitudine oportet, & proximum tanquam semetipsum, respondente Domino cuidam Scribarum, ac dicente: Primum omnium mādatur est: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Et diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, hoc est primum mādatur. Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mādatur non est, quod maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. Vnde & in veteri testamento scriptum habetur: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Et Dominus ait: Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite similiter illis. Quibus vtriusque mandatis, per vnum malitia compescitur, & per aliud benignitas propagatur, vt ne malum quis inferat, sed bonum impendat. Primum, vt caueat lædere. Secundum, vt norit bonum præstare. Si enim fratrem quem vides non diligis, Deum quem non vides, quomodo potes diligere? Sic ergo nos docet exercere curam nostram, vt non dimittamus curam vestrā, & sic diligere nos, ne negligatur dilectio proximi. Quia Dei dilectio morti comparatur, dicente Sapientia: Valida est dilectio mors, idcirco quia sicut mors violenter separat animam à corpore, ita dilectio Dei separat animā violenter à mūdano & carnali amore. Qui enim, Dominus inquit, diligit me, mādatur mea seruabit. Nā qui Dei præcepta cōtemnit, Deū non diligit. Vnde scriptum est: Nolite putare, quod maneatis in dilectione mea, si nō seruaueritis præcepta mea. Neque enim regē diligimus, si odio leges eius habemus. Neque enim ex toto corde poterit ille Deum diligere, qui noscitur in proximo conuere dilectione, quia per dilectionem proximi peruenitur ad charitatem Christi, quoniam (vt prælibatum est) in his duobus præceptis tota lex pendet & propheta. Docibiles ergo, qui perfecte docti non sunt ad hæc peragenda, oportet omnes esse, vt & ipsi docti sint, & elios prudenter instruere, & perfecte possint docere; iuxta Daniele Prophetam, qui ait: Populus autem sciens Deum obtinebit & faciet, & docti in populo docent plurimos. Omnes docibiles (vt iam dictū est) qui

qui docti sunt, esse oportet, sed sacerdotes doctiores ceteris populis necesse fore docebat Christus dicens: Quia si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueā cadunt. Sacerdotes vero sal terræ & mūdi lumen dicens, præcepit in splendore bonorum operum patrē glorificare Deū, de quibus Dominus ait: Beati estis, quum maledixerint vobis homines & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mē tientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilū valet vltra, nisi vt foras mittatur, & conculcetur ab hominibus. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam & ponunt eā sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Episcopos autem per singulas ciuitates, quibus ille non miserat, perdoctos & prudentes sicut serpentes, simplicesque sicut columbas (iuxta Domini præceptionem) nobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoauimus, & (Domino opem ferente) facturi sumus. Vos autem per vestras dioceses Episcopos sacrate, & mittite, quia nos ad alias partes (quod idem iussit) agere curabimus. Aliquos vero ad Gallias, Hispaniasque mittemus, & quosdam ad Germaniam & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Vbi autem ferociores & rebeliores gentes esse cognouerimus, illuc dirigere sapientiores & austeriores necesse habemus, qui quotidie non cessent diuina seminare semina, & multos Christo lucrari, & ad rectam fidem & viam veritatis perducere, vt plures manipulos Domino valeāt presentare. In illis vero ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos & archiflamines eorum, atque primæ legis doctores erant, Episcoporum primates poni vel patriarchas ordinauit, qui reliquorum Episcoporum iudicia & maiora (quoties necesse foret) negocia in fide agerent, & secundum Dei voluntatem, sicut cōstituerunt sancti Apostoli, ita vt ne quis iniuste periclitaretur, definirent. In illis autē ciuitatibus, in quibus dudū apud prædictos erant archiflamines (quos tamen minores tenebant, quā memoratos primates) archiepiscopos institui præcepit, qui non tamen primatum, sed & archiepiscoporum fruerentur nemine. Episcoporum quoque iudicia (vt superius memoratum est) & maiora ecclesiarum negocia, si ipsi reclamauerint, aut aliquem timorem, aut istos vel alios suspectos habuerint, ad iam dictos primates vel patriarchas, ne aliquis nocenter periret, transferri perdocuit. In singulis vero reliquis ciuitatibus, singulos & non binos vel ternos aut plures episcopos cōstitui præcepit, qui non primatum aut Archiepiscoporum, aut metropolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, sed episcoporum tantum vocabulo potirentur, quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed vnus omnibus præfuit. Hoc tamen præuidendum instituit, ne in villis aut castellis vel modicis ciuitatibus instituerentur Episcopi, ne vile eorum nomen fieret. Episcopos ergo vicem Apostolorum gerere, Dominum docuisse dicebat, & reliquorum discipulorum vicem tenere presbyteros debere insinuabat. Et si quis aliquem ex his scādalizaret, grauissimam illi poenā inferri debere præ-

dicabat. Cūctos se inuicem diligere, & adiuuare debere, & neminem ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat. Homicidas vero & adulteros ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis cunctuales non erant, ab eorum vexatione & accusatione, docēte Domino, prohibebat, & nō nisi à cœqualibus aliquid eis inferri debere docebat, quia discipulum supra magistrum esse, aut vllam ei iniuriā inferre, nullatenus debere oportet. Infames etiā omnes, & quos primates & leges seculi non suscipiunt, sed & laicos ab eorum accusatione & vexatione semper repelli debere rogabat, & cunctos illis subditos esse præcipiebat. Cunctorum sacerdotum vitam superiorē sanctiorēque ac discretam à secularibus & laicis hominibus esse, & spirituales quosque atque sacerdotes super carnales ac laicos semper cōstitutos docebat, quoniam pro minimo nobis esse debet, vt à talibus arguamur & iudicemur, vel ab alio humano die. Maiores vero à minoribus nec accusari, nec iudicari, vllatenus posse dicebat, quoniam non solum hoc diuinas, sed & leges seculi inhibere docebat. Omnes ergo legum diuinarum libenter violatores & sacrarum institutionum volūtate perturbatores, Ecclesiastica indignos regula & sancta communione, iudicabat. Operatores vero earundem, eisque obediētes, vtrarūque ac cæterorum bonorum dignos esse dicebat. Vnde & Prophetas in testimonium sumebat: Audite cœli, & auribus percipite terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem nō cognouit me, & populus meus non intellexit. Væ gēti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequā, filiis sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo fanitas. Vlnus & lnuor & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque foras oleo. Terra vestra deserta, ciuitates vestra igne succensa. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur. Væ, inquit, qui dicitis bonum malum, & malum bonum, potētes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarū. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vlllo termino. Et descendit fortes eius, & populus eius & sublimes gloriosusque eius ad eum. Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur. Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia. Carnales spiritualibus resistere prohibebat. Et de his qui ceruices suas contra magistros & seniores suos erigebant, hæc in exemplum adducebat. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum. Subter te sternetur tineas, & operimentū tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris. Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In cœlū conscendā supra astra Dei exaltabo solium meum, sedebō in morte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Verun-

Cōpendium fidei Christiana.

Hebr. 11. Acto. 12.

Roma. 10.

Psal. 115.

Roma. 1.

Abac. 2.

Esa. 7.

Matt. 5.

Ibidem.

Esa. 13.

Psal. 109. Barn. 3.

Ibidem. Matt. 22.

Marc. 11.

Tob. 4. Matt. 7. Luc. 6.

primi sacerdotes flamines: dios primi flamines.

Ibidem.

Cant. 8.

Iam. 14. Iob. 14.

Iam. 11.

Matt. 22.

Dani. 11.

Matt. 10.

Esa. 1.

Esa. 5.

Ibidem.

Esa. 14.



tamen ad infernum detraheris in profundum lacu. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, réque prospicient: Nunquid iste est vir, qui conturbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vindictis eius non aperuit carcerem? Ebrietatē oppido prohibebat, & ebriosos corpore & animo mortuos esse prædicabat. De quibus *Esa. 5.* & in exemplum aiebat: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam & potandum (que ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara & lyra & tympanum & tibia & vinum in conuiuuis vestris, & opus Domini non respicitis nec opera manuum eius consideratis. Et iterum: Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Ideo iratus est furor Domini in populo suo, & extendit manum suam super eum & percussit eum. Et conturbati sunt montes. Et facta sunt morticina eorū quasi sterminus in medio platearum. In omnibus his non est aduersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Nullum etiam presbyterum in alicuius Episcopi paræcia aliquid agere debere, absque eius permisso, \* docebat, sed & cunctos presbyteros propriis Episcopis in omnibus absque mora obediens (instituentem Domino) esse debere docebat. Nullum item aliena concupiscere aut præsumere, quæ eorū erant, sed vnumquemque suis sibi que commissis \* contentū abire oportere. *Tob. 4.* *Matth. 16.* *Zacha. 2.* *Matth. 18.* Amouere autem eos neminem debere docebat, quia oculi Domini sunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quanta pœna dignus sit, qui eos scandalizat, ipsum Dominum docuisse dicebat, vbi ait: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Neesse est enim, vt veniant scandala. Veruntamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te. Bonum est tibi, ad vitam ingredi debilem, quàm duas manus habentem mitti in gehennam ignis. Et si pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proiice abs te. Bonum est tibi, introire ad vitam claudum, quàm duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proiice abs te. Bonum est tibi, vnum oculum habentem in vitam introire, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte, ne contemnat vnum ex his pusillis. Amen dico vobis: Quæcunque alligaueritis super terram, erunt alligata in cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quacūque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et iterum per Prophetam loquitur dicens: Expauit, inquit,

cælum super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Dominus. O intolerabilem malignitatem. O linguam iniquitatem loquentem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: Impone homo tuæ linguæ ostium & seram. Cessa cornu in altitudinem extollēs, & loquens aduersus Deum iniquitatem & proximū tuum. Quousque insultas patienti Christo & fratribus? Sic autē peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmā conscientiam, in Christum grauiter peccatis, & rei iudicio effecti, infames efficiemini, & iuste repellimini. Et iterum per prophetam loquitur dicens: Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri, dicitur vobis: Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbiētis, pro confusione vestra duplici & rubore laudabunt patrem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, & lætitia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum. Et dabo opus eorum in veritate, & sædus perpetuū feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorū, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoscent eos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me. Quasi sponsam decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus. Eos autem à solo Domino aut iudicādos aut remouendos, & nō ab aliis esse dicebat, quia sui sunt & non alterius. Et quis est, qui alterius iudicet seruum? Nam si ista non patiuntur homines, nec Deus Deorum & Dominus dominantium hæc vllatenus patitur. Vnde & Prophetas sibi testes esse dicebat, per quos Dominus loquitur, dicens: Ecce excoxi te, sed non quasi argentū elegi te in camino paupertatis. Propter me faciam, vt non blasphemet, & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob & Israël, quem ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cælos. Ego vocabo eos, & stabunt simul. Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedit eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tineæ. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum. Et iterum: Abscondita est vita mea à domino, & à Deo meo iudicium meum trāsibit. Nunquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terre, non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapiētiae eius. Qui dat lassio virtutē, & his (qui non sunt) fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinē, & assumunt pennas sicut aquilæ, current & nō laborabunt, ambulabunt & non deficiet. Transeant ad me insulæ, & gentes mutant fortitudinem. Accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. Hos autem qui eos vetant, aut amouere vel damnare nituntur, Dominus

*Esa. 66.*

*Esa. 65.*

*Esa. 41.*

*De pœnit. di. i. Homi. cil. tria.*

*Esa. 48.*  
*Esa. 51.*

*Matth. 22.*  
*Luc. 10.*  
*Luc. 9.*

*Nota de confessione pœnitent.*

*Sapient. 1.*

*Esa. 41.*

Dominus per Prophetam damnat, & vsque ad satisfactionem eorum & Ecclesiæ damnatos esse docebat, vbi ait: Talia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. Vnde & ego eligam illusiones eorum, & damnationem adducam eis, quia loquutus sum eis & non audierunt, feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui, elegerunt. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius. Dixerunt fratres vestri odientes vos & abiicientes propter nomen meum. Glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra, ipsi autem confundentur. Non enim laborabunt frustra in conturbatione præfules mei, quia semen benedictorum Domini est. Antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego audiam. Ad glorificandum se, & diuina mandata seminanda & Euangelizanda eos Dominus elegit, & non prohibeantur aut perturbentur, suggererebar, quoniam qui eos lædit, eum lædit, cuius legatione funguntur. Prædicare eos assidue, & mandata Domini sine intermissione annunciare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus monstrare, & conscientiam bonam coram Deo habere insinuabat. Omnes principes terræ & cunctos homines eis obedire, & capita sua submittere, eorumque adiutores existere præcipiebat, vt omnes pariter fideles & cooperatores legis Dei monstrarentur, ne de eis dicatur: Confundentur & erubescunt omnes, qui pugnant aduersum te, & erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos. Erunt quasi non sint, & veluti consumptio hominis bellantis aduersum te. Omnes ergo qui eis contraueniunt, ita damnatos & infames vsque ad satisfactionem monstrabat, & nisi cōuenterentur, à liminibus Ecclesiæ alienos esse præcipiebat. Homicidiorum vero tria genera esse dicebat, & pœnam eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita & detractores eorum eosque odientes, homicidas esse manifestabat. Quia & qui occidit fratrem suum & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicidæ esse monstrantur. Omnes etiam à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam, abstinere, & bonam eorum conuersationem ac innocentē omnibus monstrare rogabat. Ex corde enim cunctos attentius inuicem diligere insinuabat, & veram fraternitatem inter se habere docebat. Quotidiana enim illius prædicatio inter cætera diuina mandata hæc erat, quam in eius exemplum etiam tibi frater charissime significare curauit. Bonorum, inquit, operum inter cætera semina ac negocia sunt, quantum vnusquisque sapit & potest, totius intimi cordis (vt prælibatum est) visceribus Deum diligere, & proximum velut seipsum. Abnegate seipsum sibi, vt lesum Christum dominum nostrum sequatur, & nihil eius amoris præponere, veritatem corde & ore profertre debere, & totam spem suam Deo semper committere. Instruebat actus suæ vitæ omni hora custodire, & in omni loco Deum respicere, firmiter scire cogitationes malas cordi suo aduenientes, mox ad Christum allidere, & sacerdotibus Domini manifestare. Os suū à multo vel prauo colloquio custodire, & verba vana aut mendacia non loqui, quia os quod mentitur, occidit animam. Verba diuina libenter audire, & sacerdotibus suis libenter obtemperare atque obediens esse docebat. Prædicationi & orationi ac lectioni frequenter incumbere, & elemosynas veras perficere. De-

sideria carnis non perficere, sed propriam frangere voluntatem, boni aliquid in se quum viderit, Deo \* applicare, non sibi, & malum à se factum cognoscere, & sibi imputet. Multum loqui nō amare, sed custodire labia sua, ne dolum aut malum loquantur, diem iudicij timere, gehennam expauescere, vitam æternam omni concupiscentia desiderare, non occidere, non adulterari, non furtum facere, non rem proximi concupiscere, non falsum testimonium dicere, sed omnes homines honorare, corpus custodire, vanas & caducas non amplecti delicias, ieiunium & vigiliis sanctas amare, pauperes recreare, nudos vestire, infirmos visitare, sitientes potare, mortuos sepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro eisque orare, & elemosynas dare. Dolentes consolari, & suis bonis refouere, & à malis actibus se alienum facere. Non esse superbum, non vinolentum, nec multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuratorem nec detractorem, quia qui detrahit, non se, sed & multos alios occidit. Iram non perficere, nec iracundiæ tempus reseruare. Dolum in corde non tenere, nec pacem falsam dare. Charitatem non derelinquere, nec iurare, ne forte periuurū (quod absit) fiat. Malum pro malo non reddere, nec iniuriam facere, sed factam patienter sufferre. Inimicos diligere, maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere, & persequutionem pro iustitia sustinere. Charitatem amare, & nullum odio habere, quia qui odit fratrem suum, homicida est. Elationē fugere, zelum malum non habere, inuidiam non exercere, nec contentionem amare. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de Dei misericordia nunquam desperare. Seniores venerari, & iuniores diligere. Episcopos, sacerdotes suos ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros atque omnem plebem sibi commissam, verbo diuino & mandato instruere & dirigere, hosque omnes & eorum Episcopos tota animi virtute diligere vt oculos suos, quia oculi sunt illorum. Eorum præceptis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant, memores scilicet illius dominici præcepti: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Ipsi autem Episcopi, si exorbitauerint, ab istis non sunt reprehendendi vel arguendi, sed supportandi, nisi in fide errauerint. Illi ergo super istos sunt, non autem isti super illos, quoniam maiora minori nec argui nec iudicari potest. Nullus se extollat erga doctores ac magistros suos, quia discipulus super magistrum esse non debet, nec potest. Nullus velit dici sanctus, antequam sit, sed prius sit, vt verius dicatur: Præcepta Domini, doctorumque, ac magistrorum, factis quotidie adimplere, & in Christi nomine pro inimicis orare oportet. Obedientia enim, & humiliatio, quæ magistris agitur, Domino exhibetur. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiā & gaudium in longitudinem dierum. Timentis Deum, bene erit in extremis, & in die defunitionis suæ benedicetur. Vt dissolutis corde, qui nō credūt Deo, & resistunt mandatis eius, & inobedientes ac contumaces sunt his, qui eius legatione funguntur, & ideo non protegentur ab eo. Væ his, qui perdidērunt sustinentiā, qui dereliquerūt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Et, quid facient, quum inspicere ceperit Dominus? Qui timent Dominū, non erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum, conseruabunt viā illius. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita

*Galat. 5.*  
*\* attribue re.*  
*Psalm. 33.*  
*1 Tim. 3.*  
*1. Ioan. 3.*  
*Matth. 10.*  
*Eccle. 1.*  
*Eccle. 2.*

sunt illi, & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent Dominum, pręparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, dicentes: Si pęnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum, secundum enim magnitudinem illius, sic & misericordia ipsi cum ipso est. Venite, inquit, filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Currite dum lumen vitę habeatis, ne tenebrę mortis vos comprehendant. Omnis qui vult vitam, & cupit videre dies bonos, prohibeat linguam suam a malo, & labia eius ne loquantur dolium. Diuertat a malo & faciat bonum, inquirat pacem, & persequatur eam, quia oculi Domini super iustos & aures eius ad preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Propterea nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Sed letamini in Domino & exultate iusti, & gloriāmini omnes recti corde. Quia multi venient ab Oriente & Occidente (Domino dicente) & a Septentrione atque Meridie, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob. Propter quod deprecor te frater charissime, vt doceas attentius hunc prędicationis ordinem, & abolutionum dies, vt saluentur animę hominum, quę occulta Dei virtute, quem debeat diligere, priusquam doceantur, agnoscant. Operum vero ratio potestati & arbitrio vniuscuiusque permittitur, & hoc ipsorum est proprium. Desiderium vero habere erga doctorem veritatis, hoc a patre cęlesti donatum est. Sed salus in eo est, vt voluntatem eius, cuius amorem & desiderium (Deo largiente) cęceperis, facias, ne dicatur ille sermo eius ad nos, quem idem dixit: Quid autem me dicitis Domine, Domine, & non facitis quę dico? Est ergo proprii muneris, vt vnusquisque sit (prout Dominus nolter dedit) perfectus in Ecclesia, mittensque semina diuina, vt de nobis, non prędictus sermo, sed ille dicatur, quem alibi dominus nolter dixit: Ideo, inquit, omnis scriba doctus in regno cęlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Nullus ergo, inquit, impediatur ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permuet vices, sed primo, quę sit iustitia eius, quę voluntas requiramus, vt bonis operibus ac Dei gratia repleamur. Deus enim his, qui recte sentiunt, & bona agunt, pręstus est, quoniam his manifestat seipsum. Nam si quis velit (antequam actus suos emēdet) de his requirere, quę non potest inuenire, stulta & inefficax erit huiusmodi inquisitio. Tempus enim breue est, & in iudicio Dei gestorum causa agitur, non quęstionum. Ideoque ante omnia hoc quęramus, quid nos aut qualiter agere oporteat, vt æternam vitam consequi mereamur. Nam si exiguum hoc tempus vitę per inanes occupemus & inutiles quęstiones, inanes sine dubio, & vacui ab operibus bonis pergemus ad deū, vbi iudicium operum nostrorum fiet. Vnaquęque etenim res suum tempus habet, & locum. Operum hic locus, hoc tempus est, meritorum seculum futurum. Curratur igitur per viam mandatorum Dei, & ab eorum, & pręceptorum Domini institutis, & a spiritus sancti doctrina non recedatur. Quia propter pręparanda sunt corda nostra, ac corpora, sanctę mandatorum eius, suorumque Episcoporum ac prędicatorum obedientię militatura, vt lux gratię iu-

beat nobis auxilium ministrari, & fugientes gehennę pęnam, ad vitam valeamus omnes peruenire æternam. Hęc itaque frater charissime Iacobe, ab ore sancti Petri iubentis accipi, tibi que (vt optabas) insinuare studui, vt seruari omnia immaculata pręcipias, quia Ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter expleri negocia. Hęc ergo pręcepta nemo credat absque sui periculo negligere vel dissimulare, quia in iudicio Dei ignis æterni tormenta iustitiam accipiet. Qui autem te non audierit, imò loquetem Dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet. Curandum ergo & attendendum est nobis omnibus, quod in perpetuum expedit, vt Christi passionibus per patientiam participemus, atque regni eius mereamur esse consortes. Amen.

**EPISTOLA SECVNDA CLEMENTIS**  
*pape ad Iacobum fratrem Domini, de sacris vestibus vel vasis.*



Lemens Romanę Ecclesię pręsul Iacobo charissimo Hierosolymorū Episcoporum. Quoniam, sicut a beato Petro apostolo accepimus, omnium Apostolorum patre, qui clauis regni cęlestis accepit, qualiter tenere debemus de sacramentis, quę geruntur in sanctis, te ex ordine nos decet instruere. Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum secretorum, id est, presbytero, diacono & ministro, qui cum timore & tremore clericorum, reliquias fragmentorum corporis dominici custodire debent, ne putredo in sacrario inueniatur, ne cum negligenter agitur, portio corporis Domini grauis interatur iniuria. Communio enim corporis Domini nostri Iesu Christi si negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, graui anathemate, & digna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum non referuntur, sed cum timore & tremore, clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua corporis Domini, quę in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad cõmunes accipiendos cibos conueniant, ne putent sanctę portio commiscere cibum, qui per aqualiculos digestus, in secessum funditur. Si ergo mane Dominica portio editur, vsque ad sextam ieiunent ministri, qui ea consumperunt. Et si tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vsque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione, æterna custodienda sunt sacramenta. De vasis sane sacris ita gerendum est. Altaris palla, cathedra, candelabrum & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quoniam non licet ea, quę in sanctuario fuerint, male tractari, sed incendio vniuersa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, vbi nullus transitus habeat, aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obuolendum, aut diaconus scapulas operire velit, quę fuit in altari, aut certe quę data est in mentam Domini. Qui hęc fecerit, vel leuiter quasi nihil, & negligenter habuerit diuina mysteria, diaconus triennio, sexque mēibus a dominico alienus erit altari, graui percussus anathemate. Quod si clericus presbyter non commonuerit, decem annis & quinque mensibus

\* vt quod perpetuum est, expectat, etc.

Deco d. 2. tribus grad.

\* cantera.

\* transitus habeatur.

\* non habet iuxta sacrarium.

Deco d. 2. tribus grad.

\* sanctus. 1. Reg. 21.

Matth. 27

1. Cor. 2.

bus excommunicatus sit, propter quod de Dominici sacramentis subiecta sibi non commonuerit ministeria, & postea cum grãdi humilitate matri reconcilietur ecclesię. Pallas vero & vela, quę in sanctuario sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris iuxta sacrarium lauent, non eicientes foras a sacrario velamina Dominicę mensę, ne forte puluis Dominici corporis male decidat, a syndone foris abluto, & erit hęc operanti peccatū, idcirco intra sacrarium, ministris pręcipimus, hęc sancta cum diligentia custodire. Sane peluis noua comparetur, & pręter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipsa peluis velis apponatur lauandis, nisi quę ad Dominici altaris cultum pertinent. Pallę altaris solę in ea lauentur, & in alia, vela ianuarum. De velis autem ianuarum cura sit ostiariis ex admonitione maiorū, ne quis negligens aut ignarus, ad velum ianue domini manus incondite tergat, sed statim coercitus, discat omnis homo, quia velum atrij domus domini sanctum est. Pręcipimus etiam, ne excommunicato Ecclesię, siue laico, de fragmentis oblationū Domini ponatur ad mēsam. Vnde scis tu, qui passim sacrarij panes indignis impendis, vnde nosti, si a mulieribus mundi sunt hi, quibus impendis? Hinc & Dauid, ab Abimelech sacerdote interrogatus, quū panes sibi ad comedendum posceret, si mundus esset a muliere, quum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducauit. Ad Dominica autem mysteria tales eligantur, qui ante ordinationem suam coniuges suas non nouerint. Quod si post ordinationem ministro altaris contigerit proprium inuadere cubile vxoris, sacrarij non intret limina, nec sacrificij portitor fiat, nec altare cõtingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat nec ad dominici corporis portationem accedat, nec aquam sacerdotibus porrigat ad manus. Sed ostia foris claudat, minora gerat officia, vrceum siue calicem ad altare non sufferat. Si forte quispiam presbyter, siue diaconus, sacrarij syndonem, vel velum, subtracta vendiderit, Iudę Iscariotis similis æstimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se lupradicti Iudę suscepturum pęnam. Clericus vero solus ad scēminę tabernaculum non accedat nec properet, sine maioris natu principis iussione. Nec presbyter solus cū sola adiungatur, sed duobus adductis testibus, visitet infirmam. Nec solus cū sola scēmina fabulas misceat. Nec archidiaconus, aut diaconus sub prętextu officij humilitatis frequentet domicilia matronarū, aut forte per clericos, aut domesticos eius, matronę mandent secreta aliquid. Si cognitum fuerit, & ille deponatur, & illa a liminibus arceatur ecclesię. Sed si forte aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio interuentu, ipse pergat. Sin autem, de latere suo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc sanare debeant. Sane ad visitandam mulierem infirmā nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus aut tribus. Nemo tamen clericorum cum extranea habitet scēmina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cū magna sollicitudine fiat. Non ignoramus malitias Satanę. Vniuersa hęc, cum mansuetudine Ecclesiastica, complenda sunt ministeria. Negocium enim Dei nõ decet negligenter expleri. Iterum atque iterum de fragmentis dominici corporis demandamus. Calicē vero, ad pręferendum sanguinem Domini, pręparatum cum tota munditia ministerij, minister prępa-

ret, ne non bene lotus calix, diacono peccatum fiat offerenti. Ita cum omni honestate cuncta (quę supra exposuimus) oportet impleri. Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint Dominica sacramenta tractare. Melius est enim Domini sacerdoti, paucos habere ministros, qui possint digne opus dei exercere, quam multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant. A principio Epistolę vsque ad hunc locum de sacramentis delegaui bene intuentis, vbi non murium stercora inter fragmenta Dominicę portio appereant, neque putrida per negligentiam remaneant clericorum, & conuenientes qui accipere sibi medicinā desiderant, putrida quę viderint, magis cū ridiculo & fastidio videantur accipere, & in peccatum magis decident, per negligentiam clericorum. Quapropter nemo clericorum vltra hęc dissimulet, aut negligere vllatenus audeat, sed libenter, quę iussa sunt, expleat, & sacramenta diuina nequaquam negligenter cõtractet. Ideoque, tam iuuenes, quàm senes, de his & de omni conuersatione sua, & conuersione, & pęnitentia valde esse sollicitos oportet, satisque agere, vt hęc condigne agant, & de reliquo ornent tam clerici, quàm seculares, animas suas ornamentis dignissimis, dogmaribus scilicet veritatis, decore pudicitię, splendore iustitię, cādere pietatis, alii que omnibus, quibus composita decet esse rationabilem mentem. Tum pręterea declinare a consortiis inhonestis & infidelibus, & societates habere fidelium, atque illos frequentare cõuentus, in quibus de pudicitia, de iustitia, de pietate tractatur. Orare semper Deum ex toto corde, & ab ipso petere, quę decet, ipsi gratias agere, veram pęnitentiam gerere pręteritorum gestorum, aliquantum etiam (si possibile est) per misericordias pauperum iuuare pęnitentiam. Per hęc enim facilius venia dabitur, & indulgēti citius indulgebatur. Quod si prouectioris ætatis sit is, qui ad pęnitentiam venit eo magis gratias agere debet Deo, quod postquam finis est omnis impetus cõcupiscentię carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam, insurgentes aduersus animam, reprimat corporis voluntates. Superest ergo ei, in agitione veritatis, & misericordię operibus exerceri, vt adferat fructus dignos pęnitentię. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum conuersionis ostenditur, & non in deuotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifesta sunt mentes, quia nõ temporum rationem colligit, sed animorum. Ipse enim probat, si quis agnita veritatis prędicatione nõ distulit, neque tempus negligendo consumpsit, sed statim, & (si dici potest) eodem momento pręterita perhorrescens, futurorum desiderium cepit, & in ætatem regni cęlestis exarsit. Propter quod nemo vestrum vltra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad Euangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, quia quum diues factus fuero, tunc conuertar. Non requirit a te Deus pecuniam, sed animum misericordē & piam mentem: neque diues conuersionem suam differat, pro sollicitudine seculari, dum cogitat, quomodo dispenset abundantiam frugum. Neque dicat intra semetipsum: Quid faciā, vbi recondam fructus meos? Neque dicat animę suę: Habes multa bona reposita in annos multos, epulare & letare. Nā dicetur ei: Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quę parasti, cuius erunt? Itaque festinet ad pęnitentiam omnis ætas, omnis sexus, omnisque

Di. 23. Pa. les ad mi.

\* cõplam.

\* volupta. rei.

Luc. 12.




conditio , vt vitam consequatur æternam. Iuuenes quidem in eo grati sint, quod in ipso impetu desideriorum, ceruices suas iugo subiiciunt disciplinæ. Senes & ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem, in qua male præuenti sunt, pro Dei amore commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur. Quæ enim causa cunctandi est ad bene agendum? Animus sibi male conscius, dum videtur sibi nullam pœnâ pati, credit, quia non iudicet Dominus, quum abuti patientia Dei, & non intelligere parentis benignitatem, iam sit magna damnatio. Vnde scriptum est: *Maledictus omnis, qui opus Domini negligenter agit.* Quapropter pastoralis ordinis est, intatigabiliter reuocare, quicquid ad correctionem populorum, imò magis filiorum spiritualium (quantum est fas intelligere) cognouerit pertinere, & non (quod absit) cum suo periculo alienæ spei, per solam negligentiam, facere detrimentum, sed quod ad generalis salutis spectat compendium, salubri necesse est providere tractatu. Homini religioso parum esse debet, inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, nisi eas etiam extinguere, bene loquendo studuerit. Ecce oris nostri buccina ad aures hominum personamus, neque se deinceps excusabit non monitum, qui quod sequi debeat, tam verbis quam literis edocetur. Qualis autem condemnatio, & qualis imminet maledictio his, qui in patres peccât, diuina nos docet scriptura Si enim Cham filius Noe, quum vidisset nudum suum patrem, quoniam nõ cooperuit patris corporalis nuditatem, sed egressus, nunciavit eam fratribus, & illi vestimento eum cooperuerunt, ipse quidem Cham, & illi qui ex eo nati sunt, sub maledicto facti sunt, qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt: multo magis isti maiore & ampliore condemnatione digni sunt, qui patribus obuiare, aut contra eos insurgere nituntur, aut iniuriam vel contumeliam eis inferre moliantur, quoniam qui eis resistit, Deo resistit. Et qui eis iniuriam vel contumeliam facit, Deo cuius legatione funguntur, facit. Expauit cœlum super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Dominus. O intolerabilem malignitatem. O linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: Imponne homo tuæ linguæ ostium & seram. Cessa in altitudinem cornu extollens, & loquens aduersus Deum iniquitatem, & proximum tuum. Quousque insultras patienti Christo & fratribus? Hæc nos familiaris docebat, & hæc nobis publicitus prædictus magister & instructor atque ordinator noster, princeps Apostolorum Petrus, in Ecclesia prædicabat, exemplum dans, vt & nos similiter faciamus. Humiliamini, inquit, in conspectu Domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum, quoniam qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Qui autem iudicat legem, non est factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Non oportet. Non præcepit nos iudicare inuicem, sed magis auxilium ferre. Vt erit, inquit, his, qui fratres tribulant, & eis, qui eos persequuntur. Vos autem, quanto amplius tribulamini, tanto purgatiore atque beatiore efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Quod etiam ipse nos Dominus docuit: Beati qui persecutione patiuntur propter iustitiã. Et ite:

Beati eritis, cum vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlo. Vnde & ipse ait: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum. Non enim, inquit, recte diligit Deum, qui fratrem insequitur, nec diligit proximum, qui ei detrahit, vel qui illum acculat, quia quod sibi quis fieri non vult, hoc alteri nullatenus facere debet. Discite, inquit, filij mei sapientiam, & tenetote fidem rectam, & amplectimini charitatem, vt non excidatis. Data est enim vobis à Domino potestas, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur vestras. Qui autem custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur, & qui crediderint iusta, iuste inuenient, quid respondeant. Semper cauetote. Præcepit enim, ne aliquando peccato consentiamus, & prætermittamus præcepta Dei nostri. Ecclesias per congrua & utilia facite loca, quæ diuinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes diuinis orationibus Deo dicatos poni. Quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam grauari. Semper vitate mala, & pro animabus vestris ne confundamini dicere verum. Mendacia fugite, & veritatem corde proferte, quoniam multos iam supplantauit suspitio. Charitatem semper diligite, & fratres adiuuate. Erunt enim quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis. Vnde & Dominus ait: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, & qui spernit me, spernit eum qui me misit. Et iterum: Qui enim non est aduersus vos, pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo (quia Christi estis) amen dico vobis, nõ perdet mercedem suam. Et qui scandalizauerit vnum ex his pusillis, credentibus in me, bonum est ei magis, si circumdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam, bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum, bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, eiece eum, bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim homo igne salietur, & omnis victima salietur. Bonum est sal. Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud salietis? Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos, quia quisquis vestrum recte docuerit, & iuste vixerit, habebit gloriam. Qui autem secus egerit, indubitanter pœnam sustinebit. Ideo bona agere vos semper oportet, vt brauium æternæ vitæ percipiatis. His ergo bene parete sententiis. Ne quis hæc præcepta minime credat implenda, & iudicio Dei æterni ignis tormenta sustineat, qui Ecclesiastici operis sacra neglexerit. Hæc igitur frater Iacobe, de ore sancti Petri iubentis audiui. Si quis præcepta hæc non integra custodierit, sit anathema vsque ad aduentum Domini nostri Iesu Christi. Hæc præcepta

cepta à sancto Petro apostolo accepi, & tibi, frater charissime, insinuare curavi, vt seruari omnia præcipias sine macula. Si quis verò audierit te, vtilis erit minister Iesu Christi. Qui autem non audierit te, imo loquentem dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet. Omnipotens Deus, charissime, sua te protectione custodiat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ, multiplici animarum fructu perducatur. Deus te iterum, iterumque incolumem custodiat, reuerentissime frater, Amen.

**EPISTOLA TERTIA CLEMENTIS** *papa primi, De officio sacerdotis & clericorum, Rufino Torano Aquileiensis interprete.*



lemens vrbs Romæ Episcopus, omnibus Coepiscopis, presbyteris, diaconibus, ac reliquis clericis, & cunctis principibus, maioribus minoribusque, omnibus generaliter fidelibus, benedictio, claritas & gloria in gratia Dei, quæ data est nobis in Christo Iesu domino nostro. Urget nos fratres, multus amor vester, & religiosa inuitat deuotio, quia debitores sumus, vt quædam vobis scribamus. Vos ergo, qui sacerdotio domini fruimini, & in specula elitis positi, plus scire oportet, vt subditos vobis populos pleniter docere possitis, eisque ad regna cœlorum ducatum præbere, Deo annuente, valeatis. Vnde & ipsa per se veritas ait: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, & reliqua. Propter quod consilium do vnicuique vestrum, constanter docere verba diuina, & discantibus libenter accommodare aurem verbo Dei. Vestrum enim, quia legatione domini fungimini, est docere populos, eorum vero est, vobis obedire vt Deo. Si autem vobis Episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici, omnesque principes, tam maioris ordinis, quam inferioris, atque reliqui populi, tribus & linguæ non obtemperauerint, non solum infames, sed & extorres à regno Dei, & consortio fidelium, ac à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrum est, eos instruere, eorum est vobis obedire vt Deo, cuius legatione fungimini, dicente domino: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, Et qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Nichil enim iniustius vel inhonestius est, quam filios patris rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus, seu discipulos magistris inobedientes vel proteruos existere. Nouimus enim primum hominem per inobedientiam cecidisse, idcirco omnes hoc vitium summopere cauere monemus. Et quia dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, dominus noster mittens vos vice sua in loco apostolorum ad prædicandum, præcepit vobis docere omnes, omnesque vobis fideliter obediētes vt ipsi existere, quoniam nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen, & irrigata germinauerit & pariat, que est purtura. Sic & omnis homo, qui libeter non receperit verbum Dei, illudque in corde suo germinare non fuerit, ac minime crediderit doctoribus & Episcopis suis, non beneuolus, sed rebellis atque inobediens extiterit, fructum non germinabit, nec pariet, sed similis est arbori illi, de qua dominus ait:

Omnis arbor que non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Primus enim pontifex Aaron, chrismate compositionis perunctus, & princeps populi fuit, & tanquam rex primitias, & tributum per capita accepit à populo, & iudicandi populum sorte suscepta, de mundis immundisque iudicabat. Sed & si alius ex ipso vnguento perunctus est, virtute inde concepta, etiam ipse rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si temporalis gratia & ab hominibus composita, tantum potuit, intelligite iam, quantum sit illud vnguentum quod à Deo de virgulto vitæ prolatum est, cum hoc quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præfenti seculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius? Omnis enim pontifex sacro chrismate perunctus, & in ciuitate constitutus, scripturis sacris conditus, charus & præciosus hominibus oppido esse debet. Quem quasi Christi locum tenentem, honorare omnes debent, eique seruire, & obediētes ad salutem suam fideliter existere, scientes quod siue honor, siue iniuria, que ei defertur, in Christum redundat, & à Christo in Deum. Audire ergo eum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei, monita autem vitæ à presbyteris inquirere, à diaconibus vero ordinem disciplinæ. Propter quod deprecor vos conseruos & adiutores meos, vt discatis attentius animarum curam gerere & pro omnibus stare, maxime tamen pro his, qui in cultu diuino laborant. Ecclesiarum omnium curam habetote, seruisque earum adiutorium prebeate, viduarum religiosam curam gerite, pupillos enixius liberate, pauperibus misericordiam facite, iuuenes pudicitiam docere. Et (vt breuiter totum dicam) alterutrum vos, in quibus res poposcerit, iustitate, Deum colite qui creauit cœlum & terram, & Christo credite, inuicem vos diligite, & misericordes estote in omnes, non verbo solo, sed opere & rebus implete charitatem. Agite pro viribus consensu dilectissimi, quia bonum est, vt vnusquisque vestrum secundum quod potest, profit accedentibus ad fidem religionis nostræ. Et ideo non vos pigeat, secundum sapientiam quæ vobis per Dei prouidentiam collata est, instruere ignaros & docere. Desiderium ergo habere omnes erga doctorem veritatis, eumque vt oculos suos amare oportet, quia & ipsum populum sibi commissum, ceu proprios filios amare & docere condecet. Hoc enim ei à patre cœlesti donatum est. Sed & salus in eo est vt voluntatem eius, cuius amorem & desiderium, Deo largiente conceperint, faciant. Si quis ergo fidelis voluerit existere & desiderat baptizari, exutus prioribus malis, de reliquo probonis actibus hæres bonorum cœlestium ex gestis propriis fiat. Accedat autem qui vult, ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni cœlorum, ieiuniis frequentibus operam impendat, ac semetipsum in omnibus prober, vt tribus mensibus iam consummando, in die festo possit baptizari. Baptizetur autem vnusquisque in aquis perennibus, nomine trinae beatitudinis inuocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato, vt ita demum, per hæc consecratus possit percipere locum cum sanctis. Nullus enim propter operum probrium senectutis, aut iuuentutis, vel nobilitatem generis, à paruulis & minus eruditus, sed quid forte est vtilitatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuunt, & discere atque agere bona recu-

*Hiere 48.*

*Gene. 9.*

*Hiere. 2.*

*Eccle. 28.*

*1. Petr. 5.*

*Iacobi 4.*

*Mat. 5.*

*Luca 10.*

*Mat. 13.*

*Luca 8.*

*Mat. 23. 32. et. vob.*

*Luca 10. Mat. 10.*

*\* Sale salietur.*

*Iacobi. 4. 1. Petr. 5.*

*\* eruditus di. 25. au. dire Episcopum.*

*\* iuuuato.*

*d. 38. Nul lus Episc.*



## DIVI CLEMENTIS

recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, & potius infidelis, quam fidelis monstratur. Quomodo ergo non omnibus hoc amabile est, cunctisque exoptatum, ut que ignorat, discat, & que didicerit, doceat? Certissimum nanque est, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas, homini debet esse pretiosior veritate quia nihil est pretiosius anima. Dominus autem creator omnium, ex initio ad imaginem suam hominem fecit, eique dominationem terræ, marisque & aeris ipsius dedit, veritatemque inquirere precepit, sicut & verus nobis propheta enarravit, & ipsa rerum ratio docet. Solus enim homo rationalis est, & consequens est, ut ratio in rationalibus dominetur. Hinc enim ab initio, cum adhuc iustus esset, cunctis vitiis & omni fragilitate superior erat. Vbi autem peccavit, & factus est servus peccati, & fragilitati efficitur debitor, & obnoxius. Quod idcirco scriptum est, ut sciant homines, quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles, & non solum impassibiles, verum & parua in Deum fide aliorum passiones curantes. Ita enim verus ipse propheta promisit, dicens: Amen dico vobis si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit. Huius vocis etiam vos ipsi documenta cepistis, & iam facta quedam per magistrum nostrum, ipsos videlicet apostolos, non ignoratis, quia adstantibus nobis, eorum meritis demones cum passionibus, quas hominibus inuexerant, transferant & fugati sunt. Quia ergo alij quidem homines patiuntur, alij patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est. Quæ non alia esse, quam patientibus quidem infidelitatis, curantibus vero fidei demonstratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum Dei iudicium, peccandi licentiam prebet, peccatum vero hominem passionibus obnoxium facit. Fides autem, futurum Dei iudicium esse credens, continet homines à peccato. Non peccantes vero, non solum liberi sunt à demonibus & passionibus, verum & aliorum demones & passiones fugare possunt. Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia descendat, & ipsa sit omnium malorum mater, que incuria quidem & ignavia gignitur, negligentia vero alitur & augetur, atque in sensibus hominum radicatur, dum amatur, quam si quis forte doceat ef fugandam, velut antiquis & hereditariis sedibus, molle & indignanter auellitur. Et ideo paululum laborandum nobis est, ut indignantes, ignorantiam præsumptionem scientiæ ratione refecimus, in his præcipue, qui in aliquibus minus rectis opinionibus preuenti sunt, per quas, quasi sub specie alicuius scientiæ ignorantia in his vehementius radicata est. Nihil enim est grauius, quam si id, quod ignorat quis, scire se credat, & defendat verum esse, quod falsum est, quod tale est, quale si quis ebrius sobrium se putet, & agat quidem cuncta ut ebrius, sobrium se tamen & ipse putet, & dici à cæteris velit. Ita sunt ergo & hi, qui ignorantes quod verum est, speciem tamen alicuius scientiæ tenent, & mala quasi bona gerunt, atque ad perniciem quasi ad salutem festinant. Propter quod ante omnia properandum est ad agnitionem veritatis, ut possimus, quasi lumine nobis inde accenso, errorum tenebras depellere. Grande enim malum est (ut diximus) ignorantia, sed quia substantiam non habet, facile ab his, qui studiosi sunt, effu-

gatur. Non enim aliud est ignorantia, nisi non cognouisse quod expedit. Vbi autem cognoueris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet veritatis agnitio, quam nemo alius assignare potest, nisi verus propheta. Hæc enim via est, vitam volentibus ingredi, & summum iter bonorum operum pergentibus ad ciuitatem salutis. Si quis sane audiens sermonem veri propheta, velit recipere aut nolit, & amplecti onus eius (i. mandata vitæ) habet in sua potestate. Liberi enim sumus arbitrij. Nam si hoc esset, ut videntes ea, iam non haberent in potestate aliud facere, quam audierant, vis erat quædam naturæ, per quam liberum non esset, ad aliam migrare sententiã. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc naturæ vis erat, quæ vnum aliquid fieri cohereret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum est animo, in quam velit partem declinare iudicium suum, & quam probauerit eligere viam, constat euidenter, inesse hominibus arbitrij libertatem. Igitur priusquam audiat quis, quod ei expedit, certum est, quia ignoret, & ignorans vult & desiderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc non iudicatur. Cum vero audierit causas erroris sui, & rationem veritatis acceperit, tunc si permãserit in his erroribus, quibus dudum fuerat præuentus, recte iam vocabitur ad iudicium, daturus pœnas, quia vitæ huius spacium, quod ad bene viuendũ accepit, in ludibriis consumpsit errorum. Qui vero audiens hæc, libenter accepit, & gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse delatam, requirat intentius, & discere non desinat, vsque quo cognoscat, si est vere aliud seculum, in quo bonis præmia præparata sint. Et cum certus de hoc fuerit, gratias agat Deo, quod sibi veritatis lumen ostenderit, ac de cætero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est præparatam, demirans per omnia & stupens, cæterorum hominum errores, & quod ante oculos positam veritatem nemo videat. Ipse tamen gaudens super diuitiis sapiëntiæ, quas inuenit, & satiabiliter his perfruat, & exercitio bonorum operum delectetur, festinans ad seculum futurum mundo corde, & pura conscientia peruenire, vbi etiam videre Deum regem omnium possit. His autem omnibus carere nos & fraudari, sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat scientia, ignorantiam malum de se non patiuntur excludi. Nesciunt enim, quanta sit in horum permutatione diuersitas. Propter quod consilium do vnicuique discentium, libenter præbere autem verbo Dei, & cum amore veritatis audire quæ dicimus, ut mens optimo semine suscepto, per bonos actus lætos adferat fructus. Nam si mente docente ea, quæ ad salutem pertinent, recipere quis abnuit, & animo prauis opinionibus occupato obistere nititur, non ex nobis, sed semetipso habebit per eundi causam. Debet enim iusto iudicio examinare quæ dicimus, & intelligere, quia verba loquimur veritatis, ut cognitis his quæ sunt, ut sunt, in bonis actibus dirigens viam suam, regni cælorum possit participare inueniri, subiiciens sibi carnis desideria, & dominus eorum factus, ut ita demum etiam ipse fiat dominator omnium iucunda possessio. Nam qui permanet in malo, & servus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo, quia ab initio (ut ante iam diximus) duo regna statuit Deus, & potestatem dedit vnicuique hominum, ut illius regni fiat portio

portio, cui se ad obediendum ipse subiecerit. Et quia definitum est apud Deum, non posse vnum hominem, vtriusque regni esse seruum, omni studio date operam, in boni regis aulam ac iura concurrere. Propter hoc denique verus propheta, cum esset præfens nobiscum, & quosdam ex diuitibus negligentes erga Dei cultum videret, huius rei ita aperuit veritatem: Nemo potest, inquit, duobus dominis seruire, & non potestis Deo seruire & mammonæ, mammona patria eorum voce diuitias vocans. Hic ergo verus propheta qui in Iudæa nobis apparuit (ut audistis) qui stans publice, sola iussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat demones, agris sanitatem reddebat, & mortuos vitam, cumque nihil esset ei impossibile, etiam cogitationes hominum peruidebat, quod nulli est possibile, nisi soli Deo hic annuntiabat regnum Dei, cui nos de omnibus, quæ dicebat, tamquam vero propheta credimus, firmitatem fidei nostræ: non solum ex verbis eius, sed ex operibus affumentes, quia dicta legis, quæ ante multas generationes de presentia eius exposuerant, in ipso designantur, & imaginem gestorum Moysi, & ante ipsum patriarchæ Iacob, ipsius per omnia typum gerebant. Tempus quoque aduentus eius, hoc est, ipsum in quo venerat, prædictum ab his constat, & super omnia, quod esset à gentibus expectandus, sacris litteris comprehensum est, quæ in eo pariter vniuersa completa sunt. Quod autem Iudæorum propheta prædixit eum à gentibus expectandum, supra modum in eo fidem veram firmat. Si enim dixisset à Iudeis expectandum, non aliquid eximium prophetasse videretur, quod à contribuli populo, & à propria gente speraretur is, cuius aduentus ad salutem mundi fuerat repromissus. Videtur enim magis consequens ratio esse, ut hoc fieret, quam quod prædicebat magnificentia prophetalis. Nunc autem cum propheta dicant, omnem illam spem, que de salute mundi repro mittitur, & nouitatem regni, quæ instruenda per Christum est, atque omnia quæ de eo indicantur, ad gentes esse transferenda, iam non secundum consequentiam rerum, sed incredibili quodam vaticinationis euentu, magnificentia prophetica confirmatur. Iudæi nanque ex initio adfore aliquando hunc virum, per quem cuncta repararentur, verissima traditione susceperunt, & quotidie meditates ac prospicientes quando eius fieret aduentus, vbi adesse eum viderunt, & signa ac prodigia (sicut de eo scriptum fuerat) adimplentem, inuidia excæcati agnoscere nequiuērunt presentem, in cuius spæ lætabantur absentis. Intellexerunt tamen sancti apostoli, qui à Deo electi sunt, & nos qui post ab eis electi sumus. Hoc autem providentia Dei factum est, ut agnitio boni huius etiam gentibus traderetur, & hi qui nunquam de eo audierant, nec à prophetis didicerant, agnoscerent eum, illi vero, qui quotidianis meditationibus euauerant, ignorarent. Ecce enim nunc per vos, qui presentes estis, & desideratis audire doctrinam fidei eius, & agnoscere, quis & quomodo, & qualis sit eius aduentus, prophetica veritas adimpletur. Hoc enim propheta prædixerant, quia à vobis quærendus esset, qui de eo nunquam audistis. Et ideo videntes in vobis ipsi prophetica dicta compleri, huic vni recte creditis, huc recte expectatis, de hoc recte inquiritis, ut non solum expectetis eum, sed & hereditatem regni eius credentes consequamini, secundum quod ipse dixit, quia vnusquisque illius sit seruus, cui se ip-

se subiecerit. Propterea ergo vigilate, & dominum Deumque nostrum vobis describite dominum, qui & cæli ac terræ dominus est. Et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate, sicut ipse verus propheta docet, dicens: Estote boni & misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est, qui oriri facit solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hunc ergo imitami, & hunc timete, & sicut mandatum datur hominibus, dominum Deum tuum timebis, & illi soli serues. Infidelibus quidem dormit dominus, & absens habetur his à quibus esse non creditur, & mandatis eius non obediunt, atque ob id illis videtur quasi dormire dominus, quia pro peccatis suis non exaudiuntur. Quapropter cunctis fidelibus, & summopere omnibus presbyteris & diaconibus, ac reliquis clericis attendendum est, ut nihil absque Episcopi proprii licentia agant. Non utique missas sine eius iussu quisquam presbyterorum in sua parœcia agat, non baptizet, nec quicquam absque eius permisso faciat. Similiter & reliqui populi, maiores scilicet ac minores, per eius licentiam, quicquid agendum est, agant, nec sine eius permisso à sua parœcia abscedant, vel in ea aduentantes morari præsumant. Animæ vero eorum ei creditæ sunt. Ideo omnia eius consilio agere debent, & eo inconsulto nihil. Quicumque enim obediunt Episcopis suis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre Deo. Qui autem eis non obediunt, indubitanter rei & reprobi existunt. Porro ipsi à Deo donum summi muneris consequuntur, qui per iustitiæ & preceptorum eius semitas incedentes, doctoribus suis (qui recte Episcopi intelliguntur) libenter obediunt. De quibus & beatus Petrus, instructor & ordinator noster, & princeps apostolorum manifeste cunctos audientes instruebat, dicens: Videntur mihi, qui loquentes verbaveritatis, & qui illuminant animas hominum, similes esse radiis solis. Qui ut processerint & apparuerint mundo, cæleri ultra aut occultari nullatenus possunt, dum non tam videntur ab hominibus, quam videre omnibus præstant. Vnde & bene ipsa per se veritas, ad veritatis præcones ait: Vos estis lux mundi. Et non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Si quis ergo his obdierit Deo (ut dictum est) magnum munus offert. Qui autem his restiterit, aut inobediens extiterit, non his, sed domino saluatori nostro, cuius legatione fungitur, resistit. Propter quod primum est omnium, iustitiam Dei, regnumque eius inquirere, & suis iussioni bus obtemperare. Iustitiam quidem, ut recte agere doceamur, regnum vero, ut que sit merces posita laboris & patientiæ, nouerimus, in quo est bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autem, qui contra voluntatem eius egerint, pro vniuscuiusque gestis pœnarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est, in presenti vita positos, oportet nos agnoscere voluntatem Dei, vbi & agendi & sacrificandi est locus. Quoniam in aliis locis sacrificare & missas celebrare non licet, nisi in his, in quibus Episcopus proprius iusserit, aut ab Episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet ciuitatem, consecratus fuerit. Aliiter enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos nouo & veteri testamento. Hæc apostoli à domino acceperunt, & nobis tradiderunt, hæc nos docemus, vobisque & omnibus absque reprehensione

Gene. 1.

Matt. 17.  
Luca. 17.

Matt. 6.

ibidem.

\*audient  
tes enim.

Aggei.

\*in satia-  
biliter.

Esai. 65.


Mat. 8.

Luca 6.  
Matt. 5.16 q. 1. Cui  
fidelis.Hæc B Petri  
apostoli  
verba ha-  
bentur in  
li. Recogn.

Matt. 5.

De cõ. d. 1.  
hic ergo.

**EPISTOLA QUARTA SANCTI**  
*Clementis papa, scripta discipulis suis, Iulio & Iu-*  
*liano, qui malorum hominum persuasionibus*  
*aliquatenus deuiarant, & gentibus,*  
*inter quas habitabant,*  
*directa.*



Lemens Romanæ vrbis Episcopus  
 charissimis fratribus Iulio & Iulia-  
 no, ac reliquis consodalibus nostris  
 gentibusque quæ circa vos sunt.

Oportet fratres, omnes doctores,  
 qui ad salutem animarum instituti  
 sunt, & ad lucrandas animas Episcopi sunt consecra-  
 ti, pro cunctis sollicitudinem gerere, & errantes ad  
 viam veritatis & ad portum salutis reducere. Et li-  
 cet propter gētes, quæ circa vos sunt, in modico vos  
 errasse contigerit, melius est tamen redire ad verita-  
 tis viam, quam diutius in ipso errore perseverare.

Quosunque enim de his, qui vos errare fecerunt,  
 vel de his, qui adhuc verbum prædicationis non au-  
 dierunt, potestis, vobiscum assumite, & ad viam ve-  
 ritatis adducite, ne infructuosi, sed fructuosi domino  
 inueniamini. Et quoniam quidem, sicut à cultore ne-  
 glecta terra, spinas & tribulos necessario producit, ita  
 sensus vester longi temporis incuria, multas & no-  
 xias opiniones rerum & intelligentias falsæ scientiæ  
 genuerunt, opus est nunc multa diligentia, ad exco-  
 lendū rus mentis vestræ, vt hoc sermo veritatis (qui  
 est verus & diligens cordis colonus) assiduus exco-  
 lat disciplinis. Vestrum ergo est præbere obedientiam,  
 & occupationes ac sollicitudines superfluas am-  
 putare, ne bonum verbi semen enecet noxium ger-  
 men. Potest enim fieri, vt multi temporis negligenti-  
 am breuis & assidua reparat diligentia. Incertū nan-  
 que est vniuscuiusque tempus vitæ. Et ideo festinan-  
 dum est ad salutem, ne forte cunctantem mors repē-  
 tina præueniat. Et ob hoc acrius adnitendum est, vt  
 (dum est temporis spacium) collecta malæ consue-  
 tudinis vitia resercentur. Quod non aliter facere po-  
 teritis, nisi vt irascamini quodammodo aduersum  
 vosmetipsos pro his, quæ inutiliter gessistis ac turpi-  
 ter. Hæc enim est utilis vita, & iusta, & necessaria ira-  
 cundia, vt vnusquisque in quibus errauit & perperâ  
 gessit, indignetur, & semetipsum accuset. Ex qua in-  
 dignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui ve-  
 lut agro sterili immisus, consumptis & excoctis ra-  
 dicibus pessimæ voluntatis, bono semini verbo Dei  
 fecundiorum cordis præparet glebam. Puto autem  
 quod satis dignas habeatis causas iracundiæ, ex qui-  
 bus iustissimus ignis iste coalescat, si consideretis, in  
 quantos vos errores deduxerit ignorantia malum,  
 quantoque lapsus, & quanta præcipitia ad peccan-  
 dum dederit, à quantis vos bonis abstulit, & in quæ  
 præcipitavit mala, & quod est super omnia grauius,  
 quod vos in futuro seculo æternis pœnis obnoxios  
 fecit. Nonne pro his omnibus, vbi vobis veritatis lu-  
 men effulsit, ignis iustissimæ indignationis accendit-  
 ur, & iracundiæ Deo placitæ intra consurgit incen-  
 dium, quo consumatur, & radicitus intereat omne  
 germen, si quod forte intra vos malæ concupiscen-  
 tiæ pullulauit? Vnde & ipse qui misit nos, cum venis-  
 set & omnem mundum vidisset ad malitiam decli-  
 nasse, non continuo ei pacem in erroribus posito, de-  
 dit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantia ei  
 ruinis scientiam veritatis opposuit, vt si qui forte re-

sione tenere & docere, quibus agendum est, manda-  
 mus. Vnaquæque etenim res tempus suum habet &  
 locum. Operum hic locus est, tempus vero merito-  
 rum est seculum futurum. Ne ergo impediamur, or-  
 dinem locorum ac temporum permutantes, primo  
 quæ sit Dei iustitia requiramus, & tanquam iter actu-  
 ri, abundantiam viatico bonis operibus repleamur, quo  
 possimus ad regnum Dei, tanquam ad urbem maxi-  
 mam peruenire. Deus enim his qui recte sentiunt,  
 per ipsa opera mundi quæ fecit, manifestus est, ipsius  
 creaturæ lux vtens testimonio, & ideo cum de Deo  
 dubitatio esse non debeat, de sola nunc eius iustitia  
 requiramus & regno. Idcirco persuadeo primum iu-  
 stitiam eius esse requirendam, vt per hanc iter agen-  
 tes, & in via veritatis positi, verum prophetam inue-  
 nire possimus, non velocitate pedum, sed bonorum  
 operum velocitate currentes, vt ipso duce vsi, nullū  
 viæ huius patiamur errorem. Si enim ipsū sequen-  
 tes, ingredi meruerimus illam, quo peruenire cupi-  
 mus ciuitatem, omnia iam (de quibus quæritur) ocu-  
 lis videbimus, tanquam hæredes omnium facti. Intelli-  
 gite itaque viam esse nunc vitæ nostræ cursū, via-  
 tores eos qui nos instruunt vel bona opera gerunt,  
 portam vero prophetam, de quo dicimus, urbem re-  
 gnum esse, in quo residet omnipotens pater, quem  
 soli videre possunt hi qui mundo sunt corde. Non er-  
 go nobis difficilis videatur huius itineris labor, quia  
 in fine eius requies erit. Nam & ipse verus propheta  
 ab initio mundi per seculum currens, festinat ad re-  
 quiem. Adest enim nobis omnibus diebus, & si quā-  
 do necesse est, apparet & corrigit nos, vt obtempe-  
 rantes sibi, ad vitam perducat æternam. De his autē,  
 qui negligunt viam suæ salutis, & adhuc non bene  
 fideles, & præceptis eius, suorumque pontificum ius-  
 sionibus, inobedientes vel contumaces eis existunt,  
 dominus noster Iesus Christus, mittens discipulos  
 suos, præcepit nobis dicens, vt in quamcunque ciui-  
 tatem aut domum introierimus, dicamus: Pax huic  
 domui. Et si quidem, inquit, fuerit ibi filius pacis, ve-  
 niat super eum pax vestra. Si vero non fuerit, pax ve-  
 stra ad vos reuertetur.

Exeuntes autem de domo vel de ciuitate illa, etiā  
 puluerem qui adhæserit pedibus vestris, excutatis  
 super eos. Tolerabilius erit terræ Sodomorū & Go-  
 morrheorum in die iudicij, quam illi ciuitati vel do-  
 mui. Quod vtique ita demum fieri præcepit, si prius  
 in ciuitate vel domo, veritatis sermo prædicetur, ex  
 quo vel recipientes veritatis fidem filij pacis, & filij  
 Dei fiant, vel non recipientes, arguantur, quasi inimi-  
 ci pacis & Dei. Ita ergo & nos, magistri instituta se-  
 ctantes, primo pacem proponimus auditoribus, vt  
 absque vlla perturbatione possit via salutis agnosci.  
 Quod si quis pacis verba non suscipit, neque acquie-  
 scit veritati, scimus aduersus eum pugnam verbi mo-  
 uere, & arguere acrius, confutando ignorantiam, &  
 redarguendo peccata. Necessario igitur pacem pro-  
 ponimus, vt si quis est filius pacis, pax nostra veniat  
 super eum, ab eo autem qui se alienum pacis effecerit,  
 regredietur ad nos pax nostra. Et si iterum in mā-  
 datis habemus, vt venientes ad ciuitatem, discamus  
 prius, quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum suma-  
 mus, quanto magis conuenit noscere, quis qualis ve-  
 sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt. Soli-  
 ti enim, & valde solliciti esse debemus, ne margaritas  
 nostras mittamus ante porcos. Sed & alias ob cau-  
 sas, vtile est viri huius habere me notitiam. Sic enim

sciam, quia in his, de quibus nō potest dubitari quod  
 bona sint, emendatus est & inculpabilis, hoc est, si so-  
 brius, si misericors, si iustus, si mitis & humanus est,  
 quæ vtique bona esse, nullus ambigit, tunc cōsequēs  
 videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum, etiā quod  
 deest fidei & scientiæ conferatur, & in quibus macu-  
 lari videtur eius vita, quæ est in reliquis probabilis,  
 emendetur. Si vero in his quæ palam sunt, peccatis  
 inuolutus, permanet inquinatus, non me oportet ali-  
 quid de secretioribus & remotis diuinæ scientiæ  
 proloqui, sed magis protestari, & conuenire eum,  
 vt peccare desinat, & actus suos à vitiis emendet.  
 Quod si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere,  
 quæ eum, minus recte agentem, non oporteat audire  
 prudēter eum debemus eludere. Nam nihil omnino  
 respondere auditorum causa, vtile non videtur, ne  
 forte existiment, nos responsionis penuria declina-  
 re certamen, & fides eorum lædatur, non intelligen-  
 tia propositi nostri. Magna contumelia, & graue no-  
 bis erit peccatum, si ita desipiamus, vt videamus eū,  
 qui idola colit, esse sobrium, nos qui Deum colimus  
 sobrii esse recusemus. Non hoc sit inter nos, sed ma-  
 gnum habeamus studium, vt si illi qui errant, homici-  
 dium non faciunt, nos ne irascimur quidem. Et si  
 illi adulterium non committunt, nos nec concupi-  
 scamus quidem alienam mulierem. Si illi amant pro-  
 ximos suos, nos etiam diligamus inimicos nostros. \* ne.  
 Si illi mutuo dant his, qui habent vnde reddant, nos  
 etiam his demus, à quibus recipere non speramus.  
 Et per omnia nos, qui æterni seculi hæreditatem spe-  
 ramus, debemus præcellere eos, qui præsens tantum  
 seculum nouerunt, scientes, quia si opera illorum no-  
 stris operibus collata, in die iudicij similia inuenian-  
 tur ac paria, confusio nobis erit, quod æquales inue-  
 nimur in operibus his, qui propter ignorantiam con-  
 demnantur, & nullam spem futuri seculi habuerunt  
 Et vere digna confusio est, vbi nihil amplius gessi-  
 mus ab his, quibus amplius intelleximus. Quod si  
 confusio nobis erit, æquales his inueniri in operibus  
 quid erit nobis, si inferiores nos ac deteriores exami-  
 natio futura reperiat? Audite ergo quomodo de his  
 nos ipse verus propheta docuerit. Ad eos autem, qui  
 negligunt audire verba sapientiæ, ita ait: Regina au-  
 stri surget in iudicio cum generatione hac & condē-  
 nabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapienti-  
 am Salomonis, & ecce plus quam Salomon hic, &  
 non audiunt. Ad eos vero qui de malis actibus gere-  
 re derectabant pœnitentiam, ita ait: Viri Niniuitæ  
 surgent in iudicio cum generatione hac, & condem-  
 nabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædica-  
 tione Ionæ, & ecce plus quam Iona hic. Videtis er-  
 go quomodo eos, qui erudiebantur ex lege, addu-  
 ctis ad exemplum illis, qui ex gentili ignorantia ve-  
 niebant, & ostendens eos nec æquales illis esse, qui  
 in errore positi videbantur, ex ipsa tantum compara-  
 tione condemnat. Ex quibus omnibus, sermo quem  
 proposuimus, approbatur, vt castimonia, quæ aliqua-  
 tenus etiam ab his qui in errore sunt positi, custodi-  
 tur, multo purius & attentius, & per singulas quas-  
 que (sicut supra ostendimus) species à nobis, qui ve-  
 ritatem sequimur, teneatur, eo magis, quo apud nos  
 obseruantia eius præmia æterna sunt posita. Aliter  
 enim nemo saluus esse poterit, nisi his obseruationi-  
 bus pro viribus operam dederit. Deus vos in sua vo-  
 luntate vnumquemque in suo ordine semper custodi-  
 at fratres, & sibi placere in omnibus cōcedat. Amē.

Epistola

si piscerent, & lumen veritatis aspicerent, deceptos  
 se, & in præcipitia erroris abstractos, merito dolerēt  
 & iracundiæ salutaris ignem aduersus decepticem  
 suam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dice-  
 bat: Ignem veni mittere in terram, quem volo vt ac-  
 cendatur. Est ergo pugna quædam, quæ gerenda no-  
 bis est in hac vita. Sermo enim veritatis & scientiæ  
 necessario separat homines ab errore & ignorantia,  
 sicut sæpe videmus, putrefactas & emortuas carnes  
 corporis, à connexionem viuientium membrorum, fer-  
 ro secante separari. Tale ergo aliquid est, quod agit  
 veritatis ignis. Necesse est enim, vt salutis cau-  
 sa filius (verbi gratia) qui sermonem receperit verita-  
 tis, apparentibus separaretur incredulis, aut rursus pa-  
 ter separaretur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo  
 inter propinquos atque consanguineos, credentes  
 atque incredulos, scientiæ atque ignorantia, verita-  
 tiq; & erroris pugna consistit. Et ob hoc iterum  
 dicebat, qui nos misit: Non veni pacem mittere in  
 terram, sed gladium. Quod si dicat aliquis: Et quo-  
 modo iustum videtur, separari filios à parentibus?  
 Audi quomodo: Quia cum ipsis si in errore perman-  
 eant, neque illis proderunt, & ipsi cum illis pariter  
 interibunt. Iustum igitur & valde iustum est, separari  
 eum qui saluari vult, ab eo qui non vult. Sed & il-  
 lud aduerte, quia non ex illis, qui rectius intelligunt,  
 venit ista separatio. Illi enim volunt interesse, pari-  
 ter & prodesse his, & docere meliora. Sed & istud  
 proprium est ignorantia vitium, vt confutantem se,  
 veritatis lucem non ferat habere de proximo. Et ideo  
 ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam  
 veritatis accipiunt (quia bonitatis plena est) tan-  
 quam à bono Deo datam, cupiunt eam (si fieri po-  
 test) cum omnibus habere communem, etiam cum  
 his, qui oderunt eos & persequuntur. Sciunt enim  
 quia peccatum ipsorum causa ignorantia est. Pro-  
 pterea denique ipse magister, cum ab his, qui ignora-  
 bant eum, duceretur ad crucem, orabat patrem pro  
 interfectoribus suis & dicebat: Pater dimitte eis pec-  
 catum, quia nesciunt quid faciunt. Imitantes quoque,  
 discipuli magistrum, etiam ipsi cum patrentur, simi-  
 liter pro interfectoribus suis orabant. Quod si disci-  
 plina nobis est, orare etiam pro interfectoribus &  
 persecutoribus nostris, quomodo non etiam paren-  
 tum & propinquorum persecutiones ferre, & pro  
 conuersione eorum orare credimus? Tum deinde etiam  
 illud diligentius consideremus, quæ sit nobis  
 causa parentes diligendi, pro eo inquirunt, quia vitæ  
 nostræ videntur auctores. Auctores quidem vitæ no-  
 stræ parentes non sunt, sed ministri. Non enim vitæ  
 præbent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent  
 ministerium, auctor autem vitæ vnus & solus est  
 Deus. Si autem auctorem vitæ diligere volumus, illū  
 nobis esse diligendum sciamus. Sed illum, inquirunt,  
 cognoscere non potuimus, istos autem & nouimus  
 & in affectu habemus. Esto, non potuistis cognosce-  
 re quis sit Deus, quid tamen non sit Deus, perfacile  
 scire potuistis. Nam quomodo latere potuit homi-  
 nem quod lignum, aut lapis, aut a s, vel alia huiusmo-  
 di materia Deus non sit? Quod si in his, quæ facile  
 deprehendere potuistis, animum ad discutiendum  
 nolulistis intendere, certum est, quia & in agnitione  
 Dei impediti estis, non impossibilitatis, sed ignauiæ  
 vitio. Nam si voluissetis, ex his ipsis inutilibus simula-  
 chris profecto accepissetis intelligentiæ viam. Cer-  
 tum est, quia per ferrum facta sunt simulachra, ferrū  
 vero

Mat. 5.

\* ob hoc

Mat. 10.

Luca. 10.

Mat. 7.

Luca. 12.

\* agnitio.

\* cōsurgit.

Mat. 10.

Luca. 23.

\* qui.



Gene. 1.

vero per ignem confectum est, qui ignis aqua extinguitur, aqua autem per spiritum mouetur, spiritus autem a Deo initium habet. Sic enim dixit Moses propheta: In principio fecit Deus cælum & terram. Terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus Dei erat super aquas. Qui spiritus Dei iussu, quasi ipsa manus conditoris, lucem separauit à tenebris, & post illud inuisibile cælum, istud visibile produxit, ut superiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero hominibus. Propter vos ergo, iussu Dei aqua, quæ erat super faciem terræ, secessit, ut terra vobis produceret fructus. Cui etiam humorum venas latenter inseruit, ut vobis ex ea profunderent fontes & flumina. Propter vos producere iussa est animantia, & omnia quæ vestro vsui voluntatiue seruirent. An non propter vos venti spirant, ut ex ipsis concipiens, fructus vobis terra parturiant? Nonne propter vos imbres profuunt, & tempora vicissitudines mutant? Num propter vos sol oritur & occidit, & mutationes luna per petitur? Propter vos mare exhibet famulatum suum, ut vobis ingratis cuncta subiaceant. Nonne pro his omnibus iusta erit ultionis pœna, quia horum omnium largitorem, quæ ante omnia & agnoscere & venerari debuistis, solum præ cæteris ignoratis? Sed & nunc per idem vos adhuc in intelligentiam eius duco.

Videtur etenim, quod omnia gignuntur ex aquis aqua vero per vnigenitum ex initio facta est, vnigeniti vero omnipotens Deo caput est, per quæ tali ordine (ut supra diximus) puenitur ad patrem. Cui autem puenirent, agnoscite hanc esse voluntatem eius, ut per aquas quæ primæ creatæ sunt, denuo renascamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus repletus, heres efficitur eius, à quo in corruptione regeneratus est. Propter quod paratis animis accedite quasi filij ad patrem, ut peccata vestra diluantur, & causa eorum sola ignorantia fuisse probetur apud Deum. Nam si post agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis iam perditionis vestræ causa & non ignorantia reputabitur. Nec putetis, quod etiam si omnem pietatem colatis, omnemque iustitiam, baptismum vero non accipiat, spem possitis habere apud Deum, imo maiore pœna digni eritis, qui bona opera non bene operati estis. Confertur enim meritum homini ex bonis gestis, sed si ita geratur, sicut Deus iubet. Deus autem iussit omnem colentem se, baptismum consignari. Quod si vos renueritis, ut vestræ voluntati magis quæ Dei obtemperetis, contrarij sine dubio & inimici estis voluntati eius. Sed dicitis fortasse: Quid confert aqua baptismus ad Dei cultum? Primo quidem, quia quod Deo placuit, impletur. Secundo, quia regeneratio ex aquis & Deo renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ vobis per hominem facta est, amputatur, & ita demum peruenire poteritis ad salutem. Aliter impossibile est. Sic enim nobis cum sacramento verus propheta testatus est, dicens: Amen dico vobis, nisi quis denuo renatus fuerit ex aqua viua, non introibit in regnum cælorum. Et ideo accelerate. Est enim in aquis istis misericordia eius quædam, quæ ex initio ferebatur super eas, & agnoscit eos, qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, & eripit eos de suppliciis futuris, quasi donum quoddam offerens Deo animas per baptismum consecratas. Confugite ergo ad aquas istas, solæ sūt enim, quæ possint vim

futuri ignis extinguere. Ad quas qui moratur accedere, constat in eo adhuc infidelitatis idolum permanere, & ab ipso prohiberi ad aquas properare, quæ salutem conferunt. Siue enim iustus, siue sit iniustus baptismus ei per omnia necessarius est. Iusto quidem, ut adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo, iniusto vero, ut peccatorum quæ gelsit, remissio concedatur. Omnibus ergo festinandum est, sine mora renasci Deo, & demum consignari ab Episcopo. I. septiformem gratiam spiritus sancti percipere, quia incertus est vniciusque exitus vitæ. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiformi spiritus gratia ab Episcopo (ut memoratum est) confirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate, sed incuria aut voluntate remanserit (ut à B. Petro accepimus, & ut cæteri sancti apostoli præcipiente domino docuerunt) & demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem eius, qui eum genuit, patris. Post hæc vero agnoscat, Deum honorare. Honor autem eius est, ut ita viuatur, sicut ipse vult. Vult enim vniumquemque ita viuere, ut homicidium & adulterium nesciat, odium & auaritiam fugiat, iram, superbiam, iactantiam respuat & excretur, inuidiam quoque & cætera his similia, penitus à se ducat aliena. Est sane propria quædam nostræ religionis obseruantia, quæ non tam imponitur hominibus, quam proprie ab vnoquoque Deum colente, causa puritatis expetitur, de castimonia dico caute, cuius species multæ sunt. Sed primo, ut obseruet vnusquisque, ne mensuata mulieri miscetur, hoc enim execrabile dicitur lex Dei. Quod etiam lex de his non admonuisset nos, ut catuli libenter volueremur in stercore. Debemus aliquid amplius habere animalibus, utpote rationales homines & cælestium sensuum capaces, quibus summum studium esse debet, ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire. Bonum est autem, & puritati conueniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico, non quasi principale illud, in quo mens purificatur, sed quod sequela sit illi boni hoc, in quo caro diluitur. Sic enim & magister noster quosdam Phariseorum & Scribarum, qui videbantur esse cæteris meliores, & à vulgo separati, increpabat dicens eos hypocritas, quia ea solummodo, quæ hominibus videbantur, purificabant, corda vero quæ solus Deus aspicit, inquinata relinquebant & sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes dicebat: Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis intus autem plena sunt sordibus. Phariseæ cæce, munda prius quod intus est, & quod deforis est erit mundum. Vere enim, si mens mundetur luce scientiæ, cum ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam eius, qui deforis est hominis, ipsa necessario curâ gerit carnis sue, ut & ipsa purificetur. Vbi autem ista quæ deforis est, purificatio carnis negligitur, certum est, neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, ut is qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio & extrinsecus. Non semper autem is qui mundatur extrinsecus etiam intrinsecus mundus est, videlicet cum agit hæc, ut hominibus placeat. Sed & illa species castimonie obseruanda est, ut ne passim & libidinis solius causa, cum sceminis coeat quis, sed posteritatis reparandæ gratia, quæ obseruantia cum etiam in nonnullis pecudibus inueniatur, pudoris est, si non ab hominibus

1. Cor. 12.  
1. Cor. 14.

bus rationabilibus & Deum colentibus obseruetur. Ergo omnes peccauerunt & egent auxilio Dei. Propter quod charissimi, sectamini semper charitatem, & æmulamini meliora & spiritualia, & adiuuate vos inuicem, ut Deo semper in omnibus placere valeatis, Amen.

In quintam D Clementis Epistolam  
argumentum per Ioannem  
Sichardum.

Mitemur vero, si libet, quædam tanto seculo rum interuallo alio decidisse, quam sunt instituta, quædam vero penitus in desuetudinem abiisse, cum ex hac epistola non obscure liceat cognoscere, illam mensam, totiusque cultus rationem quam inter se Christiani peculiarem habuere, paulatim tenuisse, ipsis etiam Clementis temporibus: apparetque eam obsoleuisse citius, quam esset paulo propius cognita: magna enim epistolæ pars in eo cõsumitur, ut in memoriam redigat id vitærandi genus, quod non temere à dilectione apud Græcos nomen inuenit, qua refrigerente sensim præcia vitæ pessum iere, & ut quodq; fuit honestius institutum. At Deum immortalem quantum post apostolos tempore: Eiusmodi autem tum fuit Christianorum vita quemadmodum in Actis apostolicis describitur, ut sublata priuatarum rerum nomenclatura, in publicum quicquid vsipiam esset abierit, indeque ut visa fuit cuiusque necessitas postulare, expensum ab Episcopo tanquam æconomò. Res fuit per se honesta, ut vix alia æque, sed quæ lucri cupidioribus fenestrâ quodammodo aperuerit, qua ad diuitias, quas pro ruderibus ducere debebant, per fas atque nefas aspirarent. Disperiebant enim veteres illi pontifices, ut de quorum fide nemini esse dubium posset, prout omnium ratio tulit, tantumque abfuit, ut eorum quicquam ab raderent, ut etiam vitam si quo opus fuisset impendere nihil essent grauati. Vbi sunt re honestissima posteriores aliquot pontifices ad quæstus aucupium, & quod in hunc vsum publico addiceretur, cœptum est primo decimari, paulo post, ubi res successit, & vita illa lautior arrisit, & sordium eos piguit, abiecta fronte palam pro suo omne id habuerunt, quod erat vsibus omnium destinatum. Nihil ad dam amplius, ne argumentum scribens, imprudenti us hic, quod nolim, Camarinam istam commoueã.

DE EPISTOLA QUINTA SANCTI  
Clementis papa, De communi vita, & reliquis  
causis suis discipulis scripta, Hierosolymis  
directa.

Illustissimis fratribus, & condiscipulis Hierosolymis, cum charissimo fratre Iacobo Coepiscopo habitantibus, Clemens Episcopus. Communis vita fratres, omnibus necessaria est, & maxime his qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam apostolorum eorumque discipulorum imitari volunt. Communis enim vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem, alius hoc suum esse dixit, & alius istud: & sic inter mortales facta diuisio est. Denique Græcorum quidam sapientissimus hæc ita sciens esse, ait: Communia de-

bere esse amicorum omnia. In omnibus autem sunt sine dubio & coniuges. Et sicut non potest, inquit, diuidi aer, neque splendor solis, ita nec reliqua quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, diuidi debere, sed habenda esse communia. Vnde & dominus per Prophetam loquitur dicens: Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum, & reliqua. Istius enim consuetudinis more retento, etiam apostoli eorumque discipuli (ut prædictum est) vna nobiscum & vobiscum communem vitam duxere. Vnde (ut bene nostis) erat multitudinis eorum cor vnum & anima vna, nec quisquam eorum aut nostrum de his quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis & nobis erant communia, nec quisquam egens erat inter nos. Omnes autem qui domos vel agros possidebant vendebant eos & pretia eorum, & reliquas res quas habebant, adferebant, ponentes ante pedes apostolorum, sicut nobiscum quidam vestrum cognouerunt & viderunt, & diuidebatur singulis, prout cuique opus erat. Ananias autem vir austerus & Sapphira vxor eius, qui mentiti sunt apostolis de prætio agrorum suorum quos vendiderant, nobis præsentibus in conspectu omnium circumstantium, à conspectu apostolorum, propter peccatum eorum & mendacium quod fecerunt, mortui delati sunt ambo. Ceteraque quæ de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatione nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis & exemplis apostolorum obedire præcipimus, quia hi qui mandata eorum postponunt, non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum vobis cauenda, sed & omnibus prædicanda sunt. Relatum est etiam nobis quod quidam in vestris partibus commorantes, aduersatur sanis doctrinis, & (prout eis videtur) non secundum traditionem patris, sed iuxta sensum suum docere videntur. Multas enim quidam (ut audivimus) vestrarum partium, secundum ingenium hominum, ex his, quæ legunt, veri similitudines capiunt, & ideo diligenter obseruandum est, ut lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit, sed fieri non oportet. Non enim sensum, quem extrinsecus adulteretis, alienum & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipsum ex scripturarum autoritate confirmare, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus, secundum veritatem sibi traditam, seruaui, ut & ipse possit ea quæ recte suscepit, competenter asserere. Cum enim ex diuinis scripturis integram quis & firmam regulam veritatis suscepit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione ac liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attingit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, ut vbi vera didicit, falsa & simulata declinet. Incertum est enim etiam iuuenibus vitæ tempus, senibus autem iam nec incertum est, non enim dubitatur, quin quantumcunque est quod putatur superesse, breue sit. Et ideo tam iuuenes quam senes oportet de conuersione & pœnitentia valde esse sollicitos & satagere, ut de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis. i. dogmatibus veritatis, decore pudicitie, splendore iustitiæ, candore pietatis, aliisque omnibus, quibus comptam decet esse rationa-

Psalm. 132.

Acto. 4.

Acto. 3.

di. 37. relectum est.

\*traditiones patris.

\*ingenij virtutem vel.

Iacobi. 3.  
Mar. ult.

Ioan. 3.

Leui. 18.

\*cantabrides.

Matt. 23.

1. 1. Di  
1. 1. Di

1. 1. Di  
1. 1. Di



2. q. 1. Dile rationabilem mentem. Vnde consilium dantes, vestris fratri. stram prudentiam hortamur, vt ab apostolicis regulis non recedatis, sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, quæ domino voluistis, adimplere satagatis. Et quum oratione assidua Dei gratiam obtinere merueritis, tunc sine suspitione mali interitus, vota possint celebrari festiua. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amē.

\*inter vos.

FINIS.

ANACLETVS.

Anacletus 3. Pon.



Nacletus tertius Papa, natione Græcus Atheniensis, ex patre Antiocho, fedit annis nouem, menses duos, dies decem Fuit temporibus Domitiani martyrio sub Traiano coronatus, sepultus est in pace iuxta corpus beati Petri.

Ioannes Apsto. migravit ad Domi.

Eusebius Ecclesiasticæ historiæ libro 3. cap. 14. ait sedisse annos duodecim, & tradidisse sacerdotium Clementi.

DECRETA ANACLETI.

De iis qui sacerdotes accusant. Vt episcopus Deo sacrificans testes secum habeat. De peregrinis & prouincialibus iudiciis, Vt oppressus iudicio secularium, appellet iudicium sacerdotum, & de maioribus causis ad sedem Apostolicam referendis.



Nacletus seruus Iesu Christi, in sede Apostolica domino seruiens, Episcopus omnibus, & ceteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem Gratia vobis & pax atque consolatio multiplicetur à Domino in secula. Nolite mirari charissimi qui persecutiones patimini quasi noui aliquid vobis contingat, sed communicantes passionibus Christi gaudeat vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus super vos requiescet. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autē vt Christianus non erubescat. Glorificet autem Deum in isto nomine, quoniam tempus est vt incipiat iudicium à domo dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio, Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt. Itaque & ij qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli creatori commendant animas suas in benefactis. Nā vt ait beatus Clemens prædictus antecessor noster, similis est omnis Ecclesiæ status nauis magnæ quæ per vndosum pelagus diuersis è locis & regionibus viros portat ad vnam potentis regni vrbe[m] pro perare cupientes.

1. Pet. 4 b

In epistola prima ad Iacobum.

1. Pet. 2. 4

Audiuimus fratres quoddam quidam detrahunt, & accusant sacerdotes dei, cupientes eos damnari non intelligentes forsità quoddam iniuria sacerdotū ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Nec hoc aspiciunt quoddam beatus Petrus princeps Apostolorum instructor noster ait. Deponentes igitur omnem maliciam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes,

rationabiles, sine dolo lac concupiscite vt in eo crescatis in salutem. Et Dominus per prophetā inquit: Qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coercet linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum: & cætera. Qui autem ista transgrediuntur, profectò transgressores legis Dei atque contemptores, & inobedientes eius præceptis existunt. Vnde & beatus Iacobus Apostolus ait: Si diligitis proximos sicut vosmetipfos, benefacitis, si autem personas accipitis, peccatum operamini redarguti à lege quasi transgressores, & cætera. Et beatus ac prædecessor noster Clemens vir Apostolicus, & spiritu Dei plenus, vnā cum reliquis sanctis collegis statuit dicens: Accusandi vel testificandi licentia denegetur iis qui Christianæ religionis & nominis dignitatem, & suæ legis vel propositi normam, aut regulam sponte legis suæ eiusque violatores apostatæ nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reuersionem suam, non in accusatione rectè agentium aut testimonio suscipiendus.

Psal. 33.

Iacob. 2. b

In episto. sua prima ad Iacobum 3. q. 4. Beatus prædecessor. Et in decretis Iuo. lib. 4.

De cõ. d. x. Episc. Deo sacrificans.

2 Episcopus autem deo sacrificans testes secum habeat, & plures quàm alius sacerdos. Sicut enim maioris honoris fructu gradu, sic maioris testimonij incrementatione indiget. In solennioribus quippe diebus aut septem aut quinq; , aut tres diaconos qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis à fronte & à tergo, & presbyteri è regione dextra leuaque cõtrito corde & humiliato spiritu ac pronostent vultu custodientes eum à maleuolis hominibus, & consensum eius præbeant sacrificio. Peracta autem consecratione omnes communicent qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia.

3 Leges Ecclesiæ Apostolica firmamus auctoritate, & peregrina iudicia submouemus. Vnde & dominus mentionem faciens Loth per Moysen loquitur dicens. Ingressus es quidem inquit vt aduena, nūquid vt iudices? Vna quæque enim prouincia tū iuxta Ecclesiasticas quàm iuxta seculi leges suos debet iustos & non iniquos habere iudices, & non extertas: quatenus quicumque causam habuerit apud suos iudices iudicetur, & non ad alienos, causa vagandi stimulante proteruia, suam despiciens patriam, transeat, sed ad duodecim eiusdem prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes causæ ciuitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem Ecclesiasticū fuerit, apud Episcopos (interueniente Primatē) si maior causa fuerit, si verò minor, Metropolitanō, si verò fuerit seculare, apud eiusdem ordinis viros, iudicio tamen Episcoporum, quum Apostolus priuatorum Christianorum causas magis Ecclesiis deferri, & ibidem sacerdotali iudicio terminari voluit.

25. q. 2. privilegia Eccl. & sacerdotum. Et 3. q. 6. Leges Eccles. Gen. 19. b 3. q. 6. vna prouincia.

4 Omnis enim oppressus, liberè sacerdotum, si uoluerit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedē referantur. Et si illic facilè discerni nō poterint, aut iustè terminari vbi fuerit summorum congregata cõgregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet: iustè & Deo placitè coram Patriarcha aut Primatē Ecclesiastico, & coram Patricio seculari iudicentur negotia in commune. Quoddam si difficiliore ortæ fuerint

2. q. 6. Omnis enim oppressus.

rint quæstiones, aut Episcopo. vel maiorū iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedē Apostolice. (si appellatū fuerit) referantur (quoniā Apostoli hoc statuerunt iussione saluatoris) vt maiores & difficiliore quæstiones semp ad sedē deferantur Apostolicæ, super quæ Christus vniuersā cõstruxit Ecclesiā, dicente, ipso ad beatū principem Apostolorū Petrum: Tu es inquit Petrus, & super hanc petrā ædificabo Ecclesiā meā.

Mat. 16. c

Cuius supra.

- 1. De ordinationibus Episcoporum & omnium clericorum
2. De accusationibus Episcoporum.
3. Quoddam minus quàm à tribus Episcopis Episcopus non debet ordinari.
4. In quibus ciuitatibus Primates, in quibus Metropolitanis esse debeant.



Nacletus Episcopus vniuersis Episcopis in Italia cõstitutis. Quoniā Apostolice sedi debitā reuerentiā erga me charitas vestra distribuit, & quia plurimū venerationis, charissimi filij p̄buisitis (nā licet Ecclesiæ in qua sanctus Apostolus. residens docuit, quonā modo nos gubernacula teneamus, tamen profiteamur nos honore & sanctitate minores esse, & propterea omnino festinamus, vt ad gloriā eius beatitudinis puenire possimus) igitur consultationibus vestris plenius respōdissemus si licuisset, sed infirmitatis ac reliquarū oppressiōnū onere pressi, breuiter (put dominus tribuit, & vt à B. Petro principe Apostolice sumus instructi, à quo & presbyter sum ordinat⁹) scribere vultis, sicut petistis, nō denegauimus.

1. Or. ordinationes Episcopo. 1. 16. Or. Episcopi. 1. 16. dec. 1. 16. lib. 3.

1. 16. Per. 1. 16. lib. 3.

1. 16. Reli. 1. 16. sacer. 1. 16.

1. 16. Ac. 1. 16. 1. 16. 1. 16. 4.

1. 16. 2. c.

1 Ordinationes Episcopi auctoritate Apostolice ab omnibus, qui in eadē fuerint prouincia Episcopi. sunt celebrandæ. Qui simul conuenientes scrutiniū diligenter agant ieiuniumque cū omnibus celebrent p̄cibus, & manū cū sanctis Euange. quæ p̄dicaturi sunt, imponentes dominica die hora tertia orates, sacraque vnctiōne exēplo p̄phetarū & regū capita eorū (more Apostolorū & Moysi) vngentes, quia omnis sanctificatio cõstat in spiritu sancto, cui⁹ virtus inuisibilis, sancto chrisma t̄ est pmixta, & hoc ritu solennè celebrēt ordinatio nē. Quoddam si simul omnes cõuenire minime poterūt, assensū tamen suis p̄cibus p̄beant, vt ab ipsa ordinatione animo nō desint. Porro & hierosolymitarū primus Archiepiscopus. B. Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundū carnē domini nuncupatus est frater, à Petro Iacobo, & Ioāne Apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dandis formā eorū, vt non minus quàm à trib⁹ Episcopi. reliquisq; omnib⁹ assensū p̄bentibus vlatenus Episcopus ordinetur, & cõmuni voto ordinario celebretur. Reliqui verò sacerdotes à p̄prio ordinentur Episcopi. ita vt ciues, & alij sacerdotes assensū p̄beant, & ieiunantes ordinationem celebrent: similiter & diaconi ordinentur. Cæterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium, cum Episcopis scilicet approbatione sufficere potest.

scipsum, & nō p̄ aliū v̄dētes & emētes eiecit de tēplo Matt. 21. b & mensas nūmulariorū, & cathedras v̄dentiū pro- Mar. 11. b prio euertit flagello, & eiecit de tēplo. Et sicut alibi 10. 2. 2. c ait: de⁹ stetit in synagoga deorū, in medio autē deos \*decernit. Hæc & alia periculosa cõsiderantes Apostoli, statuerunt ne facilè cõmouerētur, aut laceraretur, vel accusaretur colūna sanctæ dei Ecclesiæ, quæ Apostolice & successores eorū, nō immeritò dicuntur. Sed si quis aduersus eos, vel Ecclesie eorū cõmōt⁹ fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos charitatis studio vt familiari colloquio cõmōniti, ea fauēt quæ sanāda sunt, & charitatiue emēdēt quæ iustè emēdāda agnouerint. Si autē aliqui eos pri⁹ quæ hoc egerint lacera re, accusare, aut infestare p̄sumpserint, ex cõmunicentur, & minime absoluatur antè quā p̄ satisfactionem (vt iā dictū est) cõdignā egerit pœnitentiā: quoniā iniuria eorū ad Christū p̄tinet, cui⁹ legatione fūgūtur.

3 Porro q̄ Episcopi. nō ab vno, sed à cūctis, cõsēlū aut p̄sentia cõprouincialium est ordināndus, & nullaten⁹ minus quàm à tribus cæteris cõsentiētibus cūctis, idcirco instituēte domino fieri iubetur, ne aliquid contra fidē Ecclesie vnus tyrānica auctoritas moliretur, & regula vel fides confunderetur creditum.

- 1 De bipartito ordine sacerdotum.
2 De constitutione sive ordinatione Episcoporum ac presbyterorum.
3 De discretione Episcoporum, & ciuitatum.

d 99. Pro uicia multo & in decr. 110. lib. 4.

\*iure.

4 *Ut difficiliore causa ad sedem Apostolicam referantur.*  
 5 *Non admittendo ad accusationem siue ad testimonium qui antea inimici fuerunt, & de extraneo iudicio.*



Naclerus seru<sup>o</sup> Iesu Christi, in Apostolica sede à Domino, cōstitutus, & à sancto Petro Apostolorum principe presbyter ordinatus, omnibus Episcopis, & reliquis Christi sacerdotibus salutem.

De primatibus charissimi super quibus me quidam vestrum confulerunt, aut si esse deberent, aut non. Quantum hæcenus de iis à Beato Petro Apostolo, & reliquis Apostolis, & à beato Clemēte nostro sancto prædecessore & martyre nouimus statutum denegare vobis minimè possumus. Et quis est qui negare possit quærentibus fratribus de dubitatione vel necessitate eorum.

1 Sacerdotum, fratres, ordo bipartitus est. Et sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Scitis autē Apostolos à Domino esse electos & constitutos, & postea per diuersas prouincias ad prædicandum dispersos. Cū verò mensis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios ad eorum adiumentum, septuaginta eligi præcepit discipulos. Episcopi verò Domini Apostolorum, presbyteri quoque septuaginta discipulorum locum tenent.

2 Episcopi autem non in castellis aut modicis ciuitatibus debent constitui, sed presbyteri per castella & modicas ciuitates atque villas debent ab Episcopis ordinari & poni: singuli tamen per singulos titulos suos. Et Episcopus non ab vno sed pluribus debet Episcopis ordinari: & (vt dictum est) non ad modicam ciuitatem, ne vilescat nomen Episcopi, aut aliubi sed ad honorabilem urbem titulandus & denominandus est. Presbyter verò ad qualemcunque locum vel ecclesiā in eo constitutam est præficiendus, atque in ea diebus vitæ suæ durandus. Amplius quā isti duo ordines sacerdotum nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt. Cumque nongentos & amplius annos ab Adam vsque ad Abraham vixisset homines legerimus, nullus alius prius appellatus est presbyter id est, senior, nisi Abraham qui multo paucioribus vixisset annis conuincitur. Nō ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Initium enim sacerdoti Aaron fuit, licet Melchisedec prior obtulerit sacrificiū & post hunc Abraham, Isaac, & Iacob. Sed si spontanea voluntate, non sacerdotali autoritate ista fecerunt. Ceterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusque pontificali stola indutus, vitam obtulit, iubente domino, ac loquēte ad Moysen: Accipe (inquit) Aaron & filios eius, & applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cumque lauris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, lineā & tunicā, & super humerale, & rationale, & confringes balthæo, pones tyarā in capite eius, & laminā sanctā super tyarā, & oleū vnctionis fūdes super caput eius, atq; hoc ritu cōsecrabitur. Filios quoque illi applicabis, & indues tunicis lineis, cinctisque balthæo Aaron & liberos eius, & impones mitras eis, & erūt sacerdotes mihi religione perpetua. Quo loco contēplari oportet Aaron summū sacerdotē, id est, episcop. fuisse: porro filios eius presbyteri demonstrasse figurā. Hoc enim fuit inter Aaron summū sacerdotē & filios eius, qui sacerdos erant, quōd Aaron super tunicā accipiebāt poderē, stolā sanctā, & coronā aureā, mitrā & zonā aureā, & super humerale, & re-

liqua præfixa sunt. Filij autē Aaron super tunicas lineas cincti tantūmodo, & tyarati assidebāt sacrificio Domini: In nouo autē testamento, post Christū Dominū à Petro sacerdotalis cœpit ordo, qua ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est dicente domino ad eū: Tu es Petrus & super hanc petrā edificabo ecclesiā meā, & portæ inferi non præualebunt, aduersus eā & dabo tibi clauēs regni cælōrū. Hic ergo ligandi atq; soluendi potestatem primus accepit à Domino, primus ad fidē populū virtute suæ prædicationis adduxit. Ceteri verò Apostolicū eodē pari consortio honorē & potestatem acceperunt, ipsiq; principē eorū esse voluerūt. Qui etiā iubēte Domino in toto orbe dispersi euāgelij prædicauerūt, ipsis quoque, de cedentibus in locū eorū successerunt episcopi, quorū ordinatio prætracto fieri debet ordine & modo, quos, qui recipit & verba eorū, deū recipit. Qui autē eos spernit, eū à quo missi sunt, & cuius funguntur legatione, spernit, & ipse indubitanter spernetur à domino. Videntes autē ipsi Apostoli mēse esse multā, & operarios paucos rogauerūt dominū mēsis, vt mitteret operarios in mēse suā. Inde electi sunt ab eis 70. discipuli, quorū typū gerūt presbyteri, atq; in eorum sunt constituti in ecclesiā, de quorū ordinatione, & reliquorū ministrorum dixisse supra sufficiat.

3 Episcopū verò ordo vnus est, licet sint Primates illi qui primas ciuitates tenent, qui in quibusdā locis Patriarchæ à nonnullis vocantur. Illi autē qui in Metropoli à beato Petro ordināte domino, & à prædecessore nostro prædicto sancto Clemēte seu à nobis cōstituti sunt, non omnes Primates vel Patriarchæ esse possunt, sed illæ vrbes quæ præfatis & priscis temporibus primatū tenuere, Episcopi earū Patriarcharū aut primatū nomine vtiātur. Reliquæ vero Metropoles, Archiepiscopi. aut Metropolitanoꝝ, & non Patriarcharū aut primatū vtiātur nominibus: quia hæc eadem, & leges seculi in suis continent principibus. Aliæ autē primæ ciuitates quas vobis cōscriptas ī quodā tomo mittimus à sanctis Apostolo, & à sancto Clemēte siue à nobis primates prædicatores acceperunt. Hæc verò sancta Roma, & Apost. Eccle. nō ab Apostolo, sed ab ipso dño saluatore nostro Primatū obtinuit, sicut ipse B. Petro dixit. Tu es Petrus, & super hanc petrā edificabo Eccle. meā: & portæ inferi nō præualebunt aduersus eā. Et tibi dabo clauēs regni cælōrū, & quæcūq; ligaueris super terrā, erūt ligata & in cælo, & quæcūq; solueris super terrā, erūt soluta & in cælo. Adhibita est etiā societas in eadē Roma. vrbe beatissimi Apost. Pauli, vasis electionis, qui vno die, vnoq; tēpore gloriosa morte cū Petro sub principe Nerone agonizās coronatus est: & ambo sanctā Rom. Eccle. consecrarūt aliisq; vrbebus in vniuerso mūdo eā sua p̄sentia, atq; venerādo triūpho prætulērūt. Et licet p̄ omnibus assidua apud dominū omnium sancto rū fundatur oratio, his tamē verbis Paulus beatif. Aposto. Roma, p̄prio chirogra. pollicetur dicens: Testis enī mihi est deus cui seruiō in Spiritu meo in Euāgelio filij eius, & sine intermissione memoriā vestri facio semp̄ in orationib⁹ meis. Prima ergo sedes est cœlesti beneficio Rom. Eccle., quā (vt memoratū est) Beatif. Petrus & Paulus suo martyrio consecrarunt. Secunda autē sedes apud Alexandriā B. Petri nomine à Marco eius discipulo atque Euangelista consecrata est. Quia ipse & in Agypto primū verbū veritatis directus à Petro prædicauit, & gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit Abilius.

d. 21. In nouo testamēto. Et in decret. 1uo. lib. 3.

Mat. 16. c.

Mat. 10. b.

Mar. vii.

Luca. 10. a.

Mat. 9. d.

Luca. 10. a.

Mat. 20. d.

Mar. 10. g.

Mat. 20. d.

Gal. 6. a.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

d. 21. In nouo testamēto. Et in decret. 1uo. lib. 3.

Mat. 9. d.

Luca. 10. a.

Mat. 20. d.

Mar. 10. g.

Mat. 20. d.

Gal. 6. a.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Mat. 22. Sa.

Tertia vero sedes apud Antiochiam eiusdem, id est beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis, quia illic prius quā Romam veniret habitauit, & Ignatium Episcopum constituit, & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. Reliquas verò (vt prædiximus) in quodam tomo prolixitate vitantes epistolæ vobis conscriptas, direxerunt. Inde namque & beati Apostoli inter se statuerunt, vt Episcopi singularum scirent gentiū, quis inter eos primus esset, quatenus ad eum potior eorum sollicitudo pertineret. Nam & inter Beatos Apostolos quædam fuit discretio: & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen à Domino est concessum & ipsi inter se idipsum voluerūt, vt reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas, id est caput & principium teneret Apostolatus. Qui & eandem formam suis successoribus, & reliqui Apostoli Episcopi tenendā tradiderunt. Et non solum hoc in nouo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit. Vnde scriptum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, id est primi inter eos fuerunt. Et quanuis ita ordinatū fuerit, nemo tamen quod suum est quærat sed quod alterius. Vnde ait Beatus Apostolus Paulus: vnusquisque placeat proximo suo in bonum ad ædificationem. Et sicut ipse saluator suis ait discipulis: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Et licet super iis aliqua dicta fuerint, repetentes tamen sapius admoneamus, vt semper in omnibus & ab omnibus virentur elationes mentis & corporis. Et quantū maior vnus quisque videretur esse, tantū sit humilior, sicut dominus saluator noster non venit ministrari sed ministrare. Et si frater aliquis præoccupatus fuerit, in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite eum in spiritu lenitatis.

4 Si quæ verò causæ difficiliore inter vos ortæ fuerint, ad huius sanctæ sedis apicem eas quasi ad caput referre, vt Apostolico terminentur iudicio, quia sic Dominum velle, ab eoque ita constitutum esse ante dictis testimoniis declaratur. Hæc verò Apostolica sedes, cardo, & caput (vt prætractum est) omnium ecclesiarum à Domino, & non ab alio est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ sedis autoritate, omnes ecclesiæ Domino disponente reguntur.

Duo decreta Anacleti papæ ex Gratiano  
 1 Laici in accusatione episcoporum audiendi non sunt, quia oppido eis quidam infesti sunt. Et indignū est vt ab eis accusentur, qui eorum grauitatē nolunt imitari.

Iuxta sanctorum patrum & canonum instituta omnes episcopi qui huius apostolicæ sedis subiacent, & qui propinqui sunt annuē circa idus Maij sancto rum principum Petri & Pauli liminibus præsententur omni occasione seposita. Qui verò de longinquo sunt, iuxta chirographum suum impleant. Qui autem huiusmodi constitutionis contemptor extite-

rit, præterquam si ægritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subiaccere sententiis.  
 EVARISTVS QUARTVS PAPA EV  
 charistus à quibusdam vocatur.

Evaristus quartus papa, natione Græcus, ex parte Iudæo, nomine Iuda, de ciuitate Bethlehē sedit annos nouem, menses decem, dies duos. Fuit temporibus Domitiani & Neruæ Traiani, & martyrio coronatur, sepultus iuxta corpus sancti Petri in Vaticano. Eusebius autem Eccl. hist. li. 4. c. 1. scribit, illius annos prosequitur.

Decreta Euaristi papæ.  
 Quot in ciuitate diaconi esse debeant.  
 De vxore ducenda.

Delectissimis fratribus vniuersis Aphricę regionis Episcopis Euaristus Consulens vobis, Fratres Charissimi, quid super his quæ in vestris cōrinebantur scriptis, visū nobis esset, vel quid docilis ratio persuaderet, aut quid à beatis Apostolis nobis traditum, aut custoditum remaneret optantes (vt retulisset) nostris institui documentis, hæc vobis rescribimus. Siquidem dilectio vestra normam sequentium, ad sedem Apostolicam referre maluit, quæ si ad caput, quid deberet de rebus dubiis custodire, potius quā usurpatione præsumere.

1 Diaconi qui quasi videntur esse oculi Episcopi, in vna quaque ciuitate, iuxta Apostolorum constituta septem debent esse, qui custodiāt Episcopum prædicantem, ne aut ipse ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur à suis, aut verba diuina detrahendo, aut insidiando polluantur, vel despiciantur, sed veritas spirituali redoleat feruore, & pax prædicata labijs, animi cum voluntate concordet.

2 Similiter custoditum & traditum habemus, vt vxor legitime virū iungatur. Aliter enim legitimum (vt à patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus) non fit coniugium nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationem videtur habere, & à quibus custoditur, vxor petatur, & à parentibus propinrioribus sponsetur, & legibus doretur, & suo tempore sacerdotali (vt mos est) cum precibus & oblationibus à sacer dote benedicatur, & à paranympis (vt consuetudo docet) custodita & consociata à proximis tempore congruo petita, legibus doretur, & solēniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, vt bonæ soboles generentur, & domino in actibus suis placeant. Taliter enim & domino placebunt, & filios non spurios, sed legitimos atque hæreditabiles generabunt. Quapropter filij charissimi & merito illustres, fide catholica suffragante ita peracta legitima scitote esse connubia. Aliter vero præsumpta, non coniugia, sed aut adulteria aut cōtriberna, aut stupra vel fornicationes potius quā legitima coniugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima.

CVIUS SVPRÆ.  
 De episcopis electis, & aliis loco eorum substitutis.

Evaristus vrbis Romæ Episcopus omnibus per Agyptū domino conglutinatis fratribus in domino salutē. Vnū nos fratres sentire oportet & agere, vt sicut legitimus in vobis vnū cor & vna anima esse probetur. Scimus namque sicut à patribus accepimus Christum esse caput, cuius &

Luca. 10. a.

d. 80. Epi scopi no in

Pro. 20. d  
 Job. 12. b  
 Sapie 4. b  
 Gene. 14. d  
 Exo. 29. a

d. 22. Sa  
 cro sancta  
 Roma. Et  
 in decret.  
 1uo. lib. 4  
 Mat. 16. c

Passio beatorū Petri & Pauli vno tempore, & vno die scribitur facta. Roma. 1.

Et in decret. 1uo lib. 4.



membra sumus. Ipse enim sponsus, ecclesia sponsa, cuius filij nos sumus, & ideo vnum patrem habemus in cælis. Sacerdotes verò Christi vice legatione funguntur in Ecclesia. Et sicut ei sua est coniuncta sponsa, id est Ecclesia, sic Episcopis iunguntur ecclesie vnicique pro portione sua. Et sicut vir non debet negligere vxorem suam, sed diligere, & caste custodire, sic Episcopus, & multò potius custodire & amare atque prudenter regere debet ecclesiam suam. Et velut vxor quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumque amare & diligere, potius etiam Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, eumque diligere & amare, vt animam suam debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter. Et sicut vir non debet adulterare vxorem suam, ita nec Episcopus ecclesiam suam, id est vt illam dimittat ad quam consecratus est, absque inuitabili necessitate, aut Apostolica vel regulari mutatione, nec alteri se ambitu causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum vt alteri se (viuente eo) matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta Apostolum aut viro suo reconciliari debet aut manere innupta, ita ecclesie non licet dimittere aut ab ea segregare episcopum suum, vt alterum (viuente eo) accipiat, sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est ne alterum Episcopum (suo viuente) accipiat \* vt fornicationis aut adulterij crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est si se alteri Episcopo iunxerit, aut super se alterum Episcopum adduxerit, aut se fecerit, vel desiderauerit, per acerrimam pœnitentiam aut suo reconcilietur Episcopo, aut innupta permaneat. Vnde & dominus loquitur in Euangelio dicens: Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechat\* est eam in corde suo. Episcopum verò oportet oportune & importune atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere, & amare, vt à vitiiis abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet suscipere, eumque amare & diligere, vt legatum dei & præconem veritatis, quia (testante veritate) quæcunque ligauerit super terram erunt ligata & in cælo, & quæcunque soluerit super terram, erunt soluta & in cælo. Nimis timenda est, Fratres, hæc sententia, & preuidendum vobis, ne offendatis eos qui tantam à domino habent potestatem. Et ideo potius obediendi, diligendi, & summo opere venerandi sunt, non detrahendi vel lacerandi, aut eiiciendi, sed portandi, & amandi ipso dicente domino: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Ideo hæc vobis, & omnibus fidelibus scribimus, fratres, vt ab his vos caueatis, & posteris vestris non malum sed bonum exemplum relinquatis, quoniam iniuria Episcoporum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Audiuius enim quosdam à vobis infamatos, & dilaceratos Episcopos, ac è ciuitatibus propriis pulsos, quia alibi Episcopi constitui non possunt, nisi in ciuitatibus non minimis, & alios in eis, ipsis viuētibus constitutos. Ideo hæc vobis scribimus, vt sciatis hoc fieri non licere, sed proprios reuocari, & integerrimè restitui debere. Illos verò qui adulterina fœditate sponas suas, quas & vxores eorum (præfixo tenore) esse intelligimus, tenent, eiici, & adulteros, atque infames fieri, eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquam querelam habueritis, his peractis inquirendum erit, & autoritate huius sanctæ sedis termi-

nandum. Et ne omnia nunc sigillatim dicam, omne bonum ipsa per se (si in vobis fuerit) charitas facere vos docebit. Propter quod Charissimi, sectamini charitatem, & æmulamini meliora & spiritualia, & adiuuate vos inuicè, vt deo semper in omnibus placere valeatis. Deus autè pacis sit cū omnibus vobis Amē

ALEXANDER PAPA.

Alexander primus fuit natione Romanus, temporibus Traiani, sedit annos decem, menses septem, dies duos. De hoc Eusebius ecclest. hist. li. 4. quintus Papa sub Petro.

Anno d. 119. Alexander Papa quintus.

Decreta Alexandri Papa.

- 1 De iis qui sacerdotes accusant, vel persequuntur.
- 2 De scriptura vel confessione per vim extorta.
- 3 Si quis aduersus Episcopum vel actores ecclesie querelam habuit.
- 4 Vt in oblatione sacramentorum, commemoretur passio Christi, & vt panis tantum & vinum aqua mixtum offeratur.
- 5 De benedictione salis & aqua siue caterorum elementorum.
- 6 De trinitate, & vnitate deitatis.

Alexander Episcopus, omnibus orthodoxis per diuersas prouincias Christo domino famulantibus. Cogitantibus nobis metum diuini iudicij, fratres charissimi, & post vitam hanc vnumquemque prout gesserit, recepturum, quid veniat in querelam, tacere non licuit sed nobis vobis loqui necessitas imperauit, dicente propheta: Exalta vt tuba vocem tuam. Et cui omnium ecclesiarum commissa est cura, si dissimulem audiã domino dicente: Reiecisti mandatum dei, vt statuas traditiones vestras. Quid enim aliud est reicere mandatum dei, quàm priuato concilio, iudicio humano, nouis rebus constituendis liberius delectari? Vnde & alibi scriptum est: Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Terminos indubitanter transgreditur, qui statuta patrum postponit, atque confundit. Peruenit namque ad conscientiam Apostolicæ sedis, quod nonnulli sunt talis liidi qui dominica præcepta, & Apostolorum, eorumque successorum statuta minimè obseruant, & eos de quibus dominus ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei non solum tangere minimè dubitant, sed etiam persequi non formidant. Et licet nos persequantur, quia nec nos sine illis, nec illos sine nobis persequi possunt: quoniam illius sumus discipuli qui animas pro fratribus præcepit ponere, tamen eis pericula & perditiones eorum non sumus ausi celare, ne propheticæ (quod absit) damnemur sententia, quæ ait: Si annunciaueris iniquo iniquitatem suam, animam tuam liberaſti. Si autem non annunciaueris ei sanguinem eius de manu tua requiram. Est etiam & hoc ad hanc sanctam sedem perlatum (quod pudet dicere) & non solum sacerdotali, sed etiã omni Christiano nomini est inimicum, id est quoddam nonnullos Episcopos vel sacerdotes metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suæ in alterâ partem quàm debeant, aut pro suarum non requisitione rerum, aut (quod deterius est) alieni erroris secta scripturas facere, & propriis manibus roborare, & coram populis recitare, atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergastulis recludi, vt saltem his territis insidiis, deui-



7. q. 1. Si- cut vir no

1. Cor. 7. b

\* ne

Mat. 5. d

2. Tim. 4.

2. q. 1. Si- cut vir. E- piscopo. vero Et in epist. 1. Clemen. ad Iacobu Mat. 16. c

Luc. 10. c

3. q. 2. An- diuimus quosdam in epist. 1. Clemen. ad Iacobum.

Esa. 58. a

Mat. 15. a Mar. 7. b

Prou. 22. d Deut. 19. c

Zacha. 2.

Ioan. 15. d

Ez. 3. c 15. q. 6. Si quadoque a sacer.

\* nonnulli

\* causari

uient domini sacerdotes, & suis faueant \* voluntatibus. Relatum insuper est ad huius sanctæ & Apostolicæ sedis apicem, cui summarum dispositiones causarum, & omnium negotia Ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso dicente principi Apostolorum Petro: Tu es Petrus & super hanc petram ecclesiam meam ædificabo, quod quidem æmuli Christi eiusque sanctæ ecclesie infidiatores, sacerdotes dei ad iudices publicanos accusare psumant, cum magis Apostolus Christianorum causas ad ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter præuaricantes præuaricati sunt in deum suum, & non obediunt præceptis eius. De quibus dominus per prophetam Osee loquitur dicens: Quasi vaccæ lasciuientes declinauerunt, & dilexerunt afferre ignominiam protectoribus suis. Et idem: Væ eis quoniam recesserunt à me vastabuntur, quia præuaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt contra me mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis. Super triticum & vinum ruminabant, & recesserunt à me. Et ego erudiui & confortauit brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuersi sunt vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. Abiiciet eos dominus (ait idem propheta) quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus.

De iis enim clericis vel aliis qui Episcopos, vel reliquos sacerdotes prius tam ad primates eorum, quàm ad reliquos accusant iudices, quàm auribus eorum à quibus se læsos æstimant, inculcent vt ab eis aut ius suum, aut iustam recipiant apologiam. Item per eundem ait dominus prophetam: Audi domus Israel, & domus regis ausculta, & attendite sacerdotes, quia vobis iudicium est. Quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor: vitimaque declinastis in profundum. Et ego eruditor omnium vestrum. Et alibi: Omnes calefacti estis quasi clibanus, quia deuoratis iudices vestros. Ipsi autem declinant victimas domini in profundum, qui eos deuorant, vel iniuste lacerant quia oculi domini dicuntur: Nam si modò quisquam principis secularis oculos laceraret, aut amoueret esset reus criminis maiestatis, an non? Profectò aut morti traderetur, aut perpetua notaretur infamia. Si pro seculi potestatibus talia ab hominibus fiunt, quid pro his fieri putatis de quibus dominus ait: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Procul dubio ij qui eos persequuntur, & amouere nituntur iniuste cõtra Apostolicam autoritatem, & si à morte prohibentur dicente domino: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni iudicantur finitimo. De quibus à temporibus Apostolorum & infra ista tenemus atque decreta habemus eorum accusandi Episcopos, vel testificandi in eos, vocem obstruimus quos non humanis sed diuinis actibus mortuos esse scimus. De quibus dominus loquitur per eundem prophetam: Calumniã patiens Ephraim, fractus est iudicio, quoniam cepit abire post sordem. Et ego quasi tineam Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem suum & Iudas vinculum suum. Et abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorem. Et ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculum. Qui enim sacrilega persequuntur persuasione, & lacerare nituntur Episcopos vel eos qui domino rectè sacrificant, indubitanter eum persequuntur, &

dilantant, cuius vice funguntur. Vnde ait Dominus per Ioel prophetam: Nunquid vltionem reddistis mihi? Et si vliscimini vos cõtra me, cito velociter redam vicissitudinem vobis super caput vestrum. Et per Osee prophetam dominus inquit: Quis sapiens, & intelliget ista, intelligens & sciet ea, Quia recta viæ domini, & iusti ambulabunt in eis, præuaricatores verò corruent in eis. Et ipsa per se veritas ait: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. His & aliis sulti quàm plurimis dominicis præceptis, vitantes hominum perditiones, cum omnibus huius sanctæ sedis, quam dominus caput totius ecclesie constituit, membris talia fieri prohibemus, ne confundatur populus domini in æternum. Nam & à prædecessoribus nostris inhibitu legimus vt nemo contrister doctores, neque accusationem aduersus eos suscipiat. Ipse nanque Apostolorum princeps in ordinatione beati Clementis populū instruens ait: Quicumque contristauerit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat deum, propter quod & vita carebit. Et doctor Gentium inquit Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, sustentate illum in spiritu lenitatis, considerans te ipsum ne & tu teneris. Alter alteri onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Has considerantes pietates & pericula vitantes animarum, vnà cum omnibus domini sacerdotibus qui nobiscum in hanc sacram conuenerunt urbem, & cū omnibus huius capitis membris, sicut à beatis Apostolis, & à reliquis sanctis patribus, & à successoribus eorum accepimus statuētes decernimus omnes qui sanctos patres persequuntur, aut amouere vel dilacerare manifestè nituntur, infames esse, & alienos à liminibus ecclesie vsque ad satisfactionem fieri, quia sic odit deus eos qui aduersus patres armantur, vt patrū inuafores & destructores. Qui ideo infames efficiuntur, quia patres persequuntur. Quod si nec loqui eis licet, quibus doctores (quos summi Episcopi vocamus) propter eorum scelera aduersantur, quantum magis eis, qui eos infestant, nec consentiendū est, faciunt, sed qui consentiunt facientibus rei sunt. Vnde & beatus princeps Apostolorum Petrus in ordinatione sancti prædecessoris nostri Clementis, instruens clerum & populum ait: Si inimicus fuerit Clementis alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque cõmunicatione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his quibus ipsum vestrum cupit amicitias festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, quum obedire cõperit monitis præsentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & loquutus fuerit his quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis qui exterminare ecclesiam dei volunt. Et cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multò nequior hostis hic, quàm illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic per amicitiarum speciem quæ inimica sunt gerit, & ecclesiam dispergit ac vastat.

2 Similiter si huiusmodi personis quedam scriptura quoquo modo per metum aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, a sac. Et quocunque ab eis conscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudicium aut nocumen

Ioel. 3. a

Osee. 14. d

Luc. 10. c

Et habetur circa i- nitru epist. Clementis ad Iacobu

Galat. 6. a

Rom. 1. d

In prima ipsius Clementis epistola Anaclesti papa & scripsit militer scripsit papa & comonitione.

15. q. 6. Si quadoque a sac. Et quocunque ab eis conscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præiudicium aut nocumen lib. 4.



*\*proueni.* tum\*peruenire censemus, neque vllam eius infami-  
am vel calumniam, aut à suis sequestrationem bonis  
vnuquam authore deo, & sanctis Apostolis, eorumq;  
15. q. 6. Si *quadoque* successoribus sustinere permittimus. Confessio ve-  
rò in talibus non compulsa sed spontanea fieri de-  
bet, ipso attestante, qui ait: Ex corde enim procedunt  
a. s. i. fine. homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemie & cetera  
Matt 15. b. quæ sunt ad hæc pertinentia. Nec tantum atten-  
denda sunt quæ fiunt, quantum quo animo fiât, quo  
rum exempla si omnia scribere cœperimus ante die-  
es quàm exempla deficient. Vnde & illud est, quod  
Gene. 4. a. dominus ad munera Abel respexit, & non ad Cain,  
quia magis intendit ad offerentis animum, quàm ad  
ea quæ offeruntur. Inde & dominus per prophetam  
Psal. 93. inquit: Dominus scit cogitationes hominum. Et per  
Osee. 8. a. Osee ait: In gutture tuo sic tuba, quasi aquila sup domum  
domini: & reliqua. Et dominus inquit in Euân-  
gelio: Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum,  
Matt. 6. a. & clauto ostio ora patrem tuum. Omnis enim con-  
fessio, quæ fit ex necessitate fides non est. Et Apосто-  
lus ait: corde enim creditur ad iustitiam, ore autè cõ-  
fessio fit ad salutem. Amplius autem respicit deus ad  
Rom. 10. b. cogitationes, & spontaneas voluntates quæ ad actus  
qui per simplicitatem aut necessitatem fiunt. Confes-  
sio ergo in talibus non extorqueri debet, sed potius  
sponte profiteri. Pessimū est enim de suspitione, aut  
extorta confessione quemquam iudicare, cum magis  
inspector cordis sit dominus, quàm operis, & po-  
tius requirit dominus cogitationes puras & volunta-  
tes bonas quàm labia mendacia. Vnde & dominus  
per prophetam loquens ait: Populus iste labiis me ho-  
norat, cor autem eorum lōgè est à me. Peius malum  
fore non æstimō, quàm Christianos suis inuidere sa-  
cerdotibus. Nouit enim dominus qui sunt eius. Non  
Esa. 29. d. potest autem humano condemnari examine quem  
de suo referuauit iudicio. Si omnia nāq; in hoc secu-  
lo vindicata essent, locū diuina non haberēt iudicia.  
3 Quod autem ad alios iudices prius non debeât  
quàm ad sacerdotes vel auditores Ecclesiæ accusari,  
ita à tempore Apostolorum, & infra obseruatum,  
& diffinitum inuenimus. Si quis erga Episcopū vel  
actores Ecclesiæ quamlibet querelam aut actionem  
iustè se habere crediderit, ipse redemptoris sui (cu-  
ius actio nostra est institutio) viarum non immemor  
sed sectator egregius, qui cū malediceretur non ma-  
ledicebat, sed tanquam ouis coram tendente se ob-  
mutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendēs  
apud patrem intercessit, non prius Primates aut ali-  
os iudices adeat, quàm ipsos à quibus se lætos æstimat  
conueniat familiariter, & non semel sed sæpissimè,  
vt ab eis aut suam iustitiam accipiat aut iustam  
excusationem. Boni nempe & verè Christiani homi-  
nis est, rem ipsam omnibus amicitia ac pacis legib<sup>9</sup>  
prius tentare, quàm in iudicio (vbi frequenter ama-  
rissimus animæ rancor innascitur) suum ius pertina-  
citer experiri. Si quis enim cum deo qui pacis est au-  
thor habitare cupiat, ei necesse est vt pacem inquireat.  
Si autem secus egerit ab ipsis & ab aliis communio-  
ne priuetur tanquam Apostolorum patrumque alio-  
rum contemptor. De quibus ait propheta: Erunt  
quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt  
vobis.  
Esa. 41. c. 4 In sacramentorum quoque oblationibus quæ  
inter missarum solennia domino offeruntur, passio  
Domini miscenda est, vt eius (cuius corpus & san-  
guis conficitur) passio celebretur, ita vt repulsis opi-

nionibus superstitionum panis tantum & vinum a-  
qua permixtum in sacrificio offerantur. Non debet  
enim (vt à patribus accepimus, & ipsa ratio docet)  
in calice domini aut vinum solum, aut aqua sola of-  
ferri, sed vtrumque permixtum, quia vtrumque ex  
latere eius in passione sua profluxisse legitur. Ipsa ve-  
rò veritas nos instruit calicem & panem in sacramē-  
to offerre, quando ait: Accipit Iesus panem & bene-  
dixit, deditque discipulis suis dicens: Accipite, &  
manducate, hoc est enim corpus meum quod pro vo-  
bis tradetur. Similiter post quàm cœnauit accepit ca-  
licem, deditque discipulis suis dicens: Accipite & bi-  
bite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei  
qui pro vobis fūdetur in remissionem peccatorum.  
Crimina enim atque peccata, oblati his domino sa-  
crificiis delentur. Idcirco & passio eius in his com-  
memoranda est, quia redempti sumus & sapius reci-  
tanda, atque hæc domino offerenda. Talibus hostiis  
delectabitur, & placabitur dominus, & peccata di-  
mittet ingentia. Nihil enim in sacrificiis maius esse  
potest quàm corpus & sanguis Christi. Nec vlla ob-  
latio hac potior est, sed hæc omnes præcellit. Quæ  
pura conscientia domino offerenda est, & pura men-  
te sumenda, satque ab omnibus veneranda. Et sicut  
potior est cæteris, ita potius excoli, & venerari de-  
bet.

5 A quam enim sale conspersam populis benedici-  
mus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur, ac purificen-  
tur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse  
mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus sanguine  
populum sanctificat atque mundat. Et si sale asper-  
so per helisæum prophetam sterilitas aquæ sanata est  
quantò magis diuinis præcibus sacrate sterilitatem  
rerum auferit humanarum, & coinquinatos sanctifica-  
atque mundat, & expurgat, & cætera bona mul-  
tiplicat, & insidias diaboli auertit, & à phantasmatis  
versutiis homines defendit. Nam si tactu fimbriæ ve-  
stimenti saluatoris saluatos infirmos esse non dubi-  
tamus, quantò magis virtute sacrorum eius verborū  
diuinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem cor-  
poris & animæ humana percipit fragilitas. His er-  
go & aliis instructi documentis, vota singulorum do-  
mini sacerdotes respicite & in virtute Spiritus san-  
cti diuinis precibus per ministeriū vobis diuinitus  
collatum perficere certate. Elementa quoq; tam ea  
quæ prædiximus quàm cætera diuinis apta vsibus, &  
humanis necessaria infirmitatibus sacrate, infirmos  
curate, & cætera quæ ad vos pertinent diligēter per-  
ficite: Ipse enim saluator tribuendo nobis exemplū  
discipulis suis ait: In nomine meo dæmonia eiicite,  
infirmos curate, ægros sanate, leprosos mundate, &  
cetera. Super ægros etiam manus imponite, & bene  
habebunt.

6 Fidem quoque sanctæ trinitatis sic docendam à  
sanctis patribus accepimus, vobisque tradendā sub-  
ditis destinamus. Esaias namque propheta ait vidi  
dominum sabaoth sedentem super thronum excel-  
sum, & Seraphin stabant in circuitu eius. Sex alæ v-  
ni, & sex alæ alteri. duabus velabant faciē eius, dua-  
bus autem velabant pedes, & duabus volabant, & cla-  
mabant ad alterutrum dicentes: Sanctus, Sanctus,  
Sanctus, dominus deus sabaoth. Si trinitas non est,  
quare tertio Sanctus dixerunt. Aut si vnitas non  
est quare sub trina repetitione vnum Deum ac  
dominum intimarunt. Si trinitas non est, cūr  
in Genesi dicitur: dixit deus, fecit deus.  
Benedixit

Benedixit deus: Si vnitas non est, quare tertio dixit:  
Deus, & deos plurali numero non commendauit?  
Postremò si trinitas non est, quare dominus discipu-  
los suos in nomine patris & filij & Spiritus sancti v-  
niuersas Gentes posuit baptizare? Si vnitas non est,  
quare in nomine dixit, & non in nominibus præcipi-  
endo perdocuit. Si trinitas non est, quare Paulus ait:  
Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Si vnitas  
non est, quare ex ipso posuit, & non ex ipsis astruxit  
Si enim certius volueritis vnitatem sanctæ trinitatis  
agnoscere, à sæpe dicto doctore Gentium apostolo,  
potestis vniuersa condiscere, & sequi catholicam fi-  
dem, & horum respuere prauitatem. Gratia domini  
nostri Iesu Christi, inquit & charitas dei & commu-  
nicatio sancti Spiritus, ipsa est patris & filij, & Spiri-  
tus sancti gratia. Et sic fidem sanctæ trinitatis & in-  
telligere, & docere domino adiuuante pleniter pote-  
stis. Idcirco igitur, Charissimi, fidei regulas circa hu-  
ius epistolæ finem posuimus, vt in eius confessione  
fideliter perseueremus, & domino auxiliante bonū  
finem habere mereamur.

*¶ In epistola secunda, quæ est ad Episcopos in diuersis pro-  
uincis constitutos, de causis & grauaminibus sacerdotum,  
quam citat Gratianus. 4. In locis. 3. q. 1. nulli dubi. 1. q. 1. ipsi  
sacerdotes & dist. 94. Si quis autem legationem & 3. q. 1.  
Nulli dubium sed quia hæc non sunt magni momenti omis-  
sa sunt à nobis, item est eiusdem Felicii tertia epistola ad om-  
nes diuino sacerdotio fungentes, vt vitentur detractiones, &  
iniusta pulsationes, hanc semel citat Gratianus. 6. q. 1. Sum-  
ma iniquitas quæ, tamen nostro proposito seruiunt id est ad de-  
cretorum collectionem, ea prima continentur Epistola.*

SIXTVS PAPA.

Ixtus primus, natione Romanus, tem-  
poribus Adriani, sedit annos decē, mē-  
ses tres. Eusebius Ecclesiasticæ historie  
libro quarto cap. 5. ait sedit annos duo  
decim, cui subrogatus est Thelespho-  
rus septimus papa sub Petro.

¶ Decreta Sixti Papæ.

- 1 De sacris vasis.
- 2 De appellanda sede Apostolica, vel si quis ad eam vocatus fuerit.
- 3 De Episcopis rebus spoliatis, vel à sede pulsis.

Ixtus vniuersalis Apostolicæ eccle-  
siæ Episcopus omnibus Episcopis in  
domino salutem. Cognoscat vestra  
sapiētia, Charissimi fratres, quia in  
hac sancta sede Apostolica à nobis  
& reliquis Episcopis, cæterisque do-  
mini sacerdotibus statutum est vt sacra vasa non ab  
aliis quàm à sacratiss domino que dicatis tractētur vi-  
ris, ne pro talibus presumptionibus iratus dominus  
plagam imponat populo suo, & hi etiam qui nō pec-  
cauerunt mala patiantur ne pereant, quia perit iust<sup>9</sup>  
sæpissimè pro impio. Attendite, fratres, ne talia ve-  
stris in ecclesiis permittatis deinceps fieri, ne grex p-  
tioso Christi sanguine redemptus in præcipitium (&  
absit) ruat. Propter quod assumite armaturā Dei, vt  
possitis resistere his qui cōtradiciūt veritati, & indui-  
te vos lorica m iustitiæ, calciati pedes in præparatio-  
ne euangelij pacis.  
2 Si quis vestrum pulsatus fuerit in aliquā aduersi-  
tate, licenter hanc sanctam & Apostolicam appellet  
sedem, & ad eam quasi ad caput\* suffugium habeat,  
ne innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentū

patiatur. Si autem necesse fuerit, eamque appellare  
minimè ausus fuerit, & vocatus tamen ab hac sancta  
sede fuerit, non reuatur venire, sed confestim, vt ei nū-  
ciatū fuerit, venire festinet, & causas pro quibus vo-  
catus est prudēter disponat, atque se necesse aliquid  
corrigere fuerit cum his quos primos hic inuenerit  
corrigat. Ad ecclesiam tamen suam non prius reuer-  
tatur quàm literis Apostolicis vel formatis pleniter  
instructus atque purgatus sit, si fuerit vndè, vt post  
quàm domum reuersus fuerit, cognoscant vicini sui  
qualiter hic\* sua alia rūque causa discussa fuerit, qua-  
tenus eam absque vlla ambiguitate nunciare, & præ-  
dicare omnib<sup>9</sup> possit. Ab hac enim sancta sede, à san-  
ctis Apostolus tæri, defendi, & liberari Episcopi ius  
si sunt, vt sicut eorum dispositione (ordinante domi-  
no) primitus sunt cōstituti, sic huius sanctæ sedis (cu-  
ius dispositioni eorum causas & iudicia seruaerunt)  
protectione, futuris temporibus ab omnibus peruer-  
sitatibus semper liberi. Vndè culpantur hi qui aliter  
circa fratres egerint, quam huius sedis rectoribus  
placere cognouerint.

2 His taliter consyderatis, atque cum reliquorum  
Episcoporum decretis tanquam omnium curam ge-  
rentes propter sedis propriæ apicem decernimus, vt  
nemo Pōtificum aliquem suis rebus despoliatū Epi-  
scopum, aut à sede pulsū excommunicare aut iudi-  
care præsumat, quia non est priuilegium quo expo-  
liari possit iam nudatus. Si quis autem aliter agere  
præsumperit, sciat censuram huius sedis cum omni-  
bus membris suis sibi\* venturam. Et sicut egerit, ita  
recipiet. Si bene, bene: si grauè graue: si pessimè, pes-  
simè, quoniā dignus est operarius mercede sua. Nos  
fratres nullū perdere volumus, sed ipse se perdit qui  
piè consyderata auertit, & qui Apostolorum, & huius  
sanctæ sedis decreta violat. Sed nunc fratres cō-  
mendamus vos omnes domino, & verbo gratiæ eius  
qui potest perficere, & dare hæreditatem vobis cum  
omnibus sanctis. Ipse autem Deus pacis & consolatio-  
nis det vobis id ipsum sapere in alterutrum, vt vobis  
inuicem succurratis, & non sitis diuisi, vt vnanimi-  
bus vno ore & vno corde honorificemus eū in con-  
cordia & consolatione fratrum, qui potens est confir-  
mare secundum Euangelium eius, iuxta reuelatio-  
nem mysterij æterni, temporibus scilicet perpetuis,  
quibus vobis munera futurorum gaudiorum largi-  
enda sunt.

THELESPHORVS SEPTIMVS PAPA.

Thelesphorus fuit natione Græcus, tempori-  
bus Antonini Imperatoris, sedit annos vnde-  
cim, menses tres: conuenit cum hoc Eusebi<sup>9</sup>  
ecclesiasticæ historie, lib. 4.

¶ Decreta Thelesphori papæ.

- 1 Vt septem hebdomadas ante Pascha clerici à carne ieiunent, nec admittant laicos in accusationibus suis.
- 2 De celebratione missarum, & hymno angelico recitando.
- 3 De Episcopis honorandis, & non detrahendis.
- 4 De accusatoribus non recipiendis.

Charissimis fratribus & dilectissimis  
Episcopis Thelesphor<sup>9</sup> Romanæ vt  
bis Archiepiscopus salutem in domi-  
no. Credimus sanctam fidem vestrā  
in Apostolorum eruditione fundatā  
hanc tenere, & hæc populis vniuersis exponere, quæ  
videlicet constitutis Apostolorum, eorumque suc-  
cessorum

*\*euenerit.*  
89.5. Qui  
libet fra-  
\*suam, a-  
liorū, cau-  
sam finie.  
¶ sentē.  
in decr six-  
ti. 2. & in  
decr. Iulij  
papa.  
Idē habe.  
infra in de-  
cr. Sixti 2.  
cui<sup>9</sup> in iustū  
Magno nō  
mi & in  
dec papa  
Iulij cōtra  
orientales.  
\*non desu-  
turam.  
Luc. 10. b  
Rom. 15. d  
Anno d.  
139. The-  
lespho. 7.  
Pontifex  
huius tem-  
poribus in-  
ualuit Va-  
lentiana  
hæresis.

*de con. d. 2*  
*In sacra-  
mentorū.*

*15. q. 6. Si*  
*quadoque*  
*a. s. i. fine.*  
*Gene. 4. a.*  
*Psal. 93.*  
*Osee. 8. a.*  
*Matt. 6. a.*  
*15. q. 6. Si*  
*quando.*  
*a. sacer.*  
*Rom. 10. b.*  
*Esa. 29. d.*  
*Mat.*  
*15. a.*  
*Mar. 7. a.*  
*15. q. 6. Si*  
*quando.*  
*a. sacer.*  
*Eccle. 7. b.*  
*\*actores.*  
*2. q. 7. Si*  
*quis erga.*  
*Et in dec.*  
*Epi. Sixti*  
*2. Et i. dec.*  
*Iulij papa*  
*Et in dec.*  
*Iuo. lib. 4.*  
*1. Per. 2. d.*  
*Esa. 53. b.*  
*Luca. 23. c.*  
*Esa. 41. c.*  
*de con. d. 2*  
*In sacra-  
mentorū.*

*Matt. 26. e*  
*De cons. d.*  
*2. Nihil*  
*in sac.*  
*De cō. d. 2*  
*Aquam*  
*sale cōsp.*  
*2. Reg. 4. d*  
*Matt. 14. d*  
*Mar. ult.*  
*De fide*  
*sanctis, tri-*  
*nitatis, vi-*  
*de etiā vni-*  
*cam epist.*  
*benedicti*  
*primi.*

*15. q. 6. Si*  
*quando.*  
*a. sacer.*  
*Rom. 10. b.*

*d. 4. sta. ut septem in dec. luo lib. 2.*  
 cessorum nulla ratione dissentit, per quos iustum est ceteros erudiri. Quapropter cognoscite a nobis & a cunctis Episcopis in hac sancta, & Apostolica sede congregatis, statutum esse, ut septem hebdomadae plenas ante sanctum pascha omnes clerici in sortem Domini vocati a carne ieiunent, quia sicut discerta esse debet vita clericorum, a laicorum conuersatione, ita & in ieiunio debet fieri discretio. Et sicut laici & seculares homines nolunt eos recipere in accusationibus, & infamationibus suis, ita nec clerici debent eos recipere in impulsationibus suis, quoniam in omnibus discreta semper debet esse, & segregata vita & conuersatio clericorum, ac secularium laicorum. Et sicut hi amplius sunt applicati diuinis cultibus, & familiares Domini dicuntur saluatoris, ita moribus & conuersatione atque sanctitate debent esse distincti. Has ergo septem hebdomadas omnes clerici a carne & delictis ieiunent, & hymnis & vigiliis atque orationibus, Domino inhaerere die noctuque studeant.

*Ibidem.*  
 2 Nocte sancta natiuitatis Domini saluatoris missas celebrent, & hymnum angelicum in eis solenniter decantent, quoniam & eadem nocte ab angelo pastoribus nunciatus est, sicut ipsa veritas testatur dicens: Pastores erant in regione eadem vigilanter, & custodientes vigilias noctis super gregem suum, Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & timuerunt timore magno, & dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum & reclinatum in praesepe. Et subito facta est cum angelo multitudo militum caelestium, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Reliquis enim temporibus, missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandae, quia & ea hora Dominus crucifixus est, & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur. Ab Episcopis autem idem Angelicus hymnus pro tempore & loco in missarum solenniis celebrandus est, atque solenniter recitandus.

*De co. d. 1. Nocte sancta. Luc. 2.*  
 3 Ipsi enim qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi atque timendi, & non dilacerandi aut detrahendi, quia a quibus se Domini populus benedici, saluari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi ab eo: quia non est discipulus super magistrum. Nullo ergo modo Domini Pontifices, & reliqui sacerdotes quibus Domini commissa est plebs, rite possint corrigere, si deceptionis se cognouerint laqueo infestari. Vnde iustum est, omnes in vniuerso orbe doctores legis ea quae legis sunt sapere, & non sacerdotes Domini labiis suis aut quibuslibet machinationibus maculare. Dum ipsos disponunt, aut cupiunt maculare, potius se ipsos maculant & vulnerant. Dei ergo accusat ordinationem qui eos qui ab eo constituuntur, sacerdotes accusat, vel damnari cupit. A quibus se omnes fideles cauere debent, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus rei sunt. Christus enim dei filius Dominus noster humano generi salutem condonans plenam de nobis ait. Qui vos recipit me recipit: & qui vos spernit, me spernit. Si ergo Do-

*de con. d. 1. Nocte sancta. Et in decr. luo. lib. 2. ubi addi. Excerpta nati. Mar. 15. c. et Act. 2. c. 6. q. 1. s. u. cerdo. qui.*  
*Luca 6. f.*  
*6. q. 1. Sa. cerdo. qui. Rom. 1. d. Luca. 10. c.*  
*Rom. 14. a.*  
 minus in eis recipitur, & reicitur, proculdubio ipsi sunt, qui in eis reicitur vel suscipitur. Et tu quis es qui iudicas seruum alienum. Proculdubio transgressor es legis dei, & Apostolorum atque prophetarum, & non solum harum, sed etiam legum humanarum. Omnes enim leges tam Diuinae quam humanae alienum seruum iudicare prohibent. Quid putas erit de te, quum transgressores & contumaces legis dei dā nabuntur? Profecto, & tu damnaberis qui postpositi mandatum Dei, & tuam adimplesti voluntatem: Quoniam sicut digni sunt qui mandatum Dei adimplent atque custodiunt, ita rei & perdigni sunt morte, qui ea postponunt, & in vanum ducunt. Est enim in Apostolicis scriptum institutis: Alterius vitam nemo laceret, & de malo alieno os suum non coinquinet. 4 Accusatores verò & accusationes quas leges seculi non admittunt, & nos subuenimus. Et accusatori omnino non credi decernimus, qui absente aduersario causam suggerit ante vtriusque partis iustam discussionem. Nec hi qui non sunt idonei suscipiatur ad accusationem, & omnes qui aduersus patres armanur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi. Hi vero qui cum inimicis morantur, aut qui suspecti habentur, minime recipiantur, quia eorum emulatio lacerat etiam innocentes, hunc murum firmissimum statuere patres nostri, & nos cum eis contra perfequutores nostros, ut hoc remedio pellantur machinationa, & vos securiores, & sanctiores famulari mereamini vestro saluatori. Deus vos incolumes custodiat filij charissimi.

*Rom. 1. d. 2. Co. 12. d. Iacob. 4. c. 1. Petri. 2. a.*  
*3. q. 5. Ac. cusato. Et in decr. Stepha. Papa ac Iulij.*  
*al. incu. sandi.*  
*3. q. 9. Ac. cusatori omnino.*  
 IGINIUS PAPA OCTAVVS.

Iginus papa, natione Graecus, ex Athenis, sedit annos quatuor, menses tres, Octauus sub Petro.

Decreta Iginij papae.

- 1 De missione filij a patre.
- 2 De causis Episcoporum.
- 3 De criminationibus maiorum.
- 4 De peregrinis iudiciis.



*Rom. 8. a.*  
 Iginus in Christi nomine almae urbis Romae Episcopus, cunctis in Apostolica fide & doctrina degentibus salutem Charissimi deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne iustitia legis impleteretur. Filius non secundum deitatem solum a patre missus est, sed secundum carnem quam clementer & pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod semetipsum (exinanita maiestatis suae potentia) idem se filium miserit, Apostolus contitatur & dicit: Semetipsum exinanuit, formam serui accipiens, & humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Et Esaias non legatus neque angelus, sed deus ipse venit & saluabit nos. Item ibi: Palam apparui non querentibus me. Et Hieremias, dereliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, veni & factus sum illis in opprobrium. Et in Michae: Ecce dominus veniet, & commouebuntur sub eo montes. Et in zacharia: Gaude & exulta filia Sion, quia ecce ego venio, & commorabor in medio tui, dicit Dominus. Et Apostolus ad Timo-

*Rom. 1. d. 2. Co. 12. d. Iacob. 4. c. 1. Petri. 2. a.*

*3. q. 5. Ac. cusato. Et in decr. Stepha. Papa ac Iulij.*

*al. incu. sandi.*

*3. q. 9. Ac. cusatori omnino.*

*Anno. d. 143. Iginij oct. pontifex.*

*Rom. 8. a.*

*Phil. 2. a.*

*Esai. 33. d. 35. b.*

*Esai. 65. a.*

*Hier. 12. b.*

*Psai. 108. b.*

*Mich. 1. a.*


*Zacha. 2. c.*

*1. Tim. 1. c. Mala. 3. a. Matt. 8. d. Ioan. 10. b. Luc. 18. b. Ioan. 3. b. Eph. 4. Hebr. 2. d. Colos. 3. b. Ioan. 10. f. Ioan. 14. b. Ioan. 15. d. Ioan. 1. a. 1. Ioan. 5. b. Huc episto. la scripta Parthis a beato Ioan. ne docetur in hoc loco. 9. q. 3. Sab. in om. 1. q. 7. Cri 3.*  
 ad Timotheum: Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quoniam Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et Malachias: Ecce subito veniet in templo suo Dominus quem vos queritis, & angelus testamenti quem vos vultis. In Euangelio: Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam. Item ibi: Quid nobis, & quid tibi Iesu fili Dei, venisti ante tempus perdere nos? venit filius hominis saluare, & querere quod perierat. Item ibi: Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Item ibi: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Nunquid in his tantis ac talibus testimoniis quibus se filius Dei a semetipso venisse testatus est, poterit susdicere ab alio non a semetipso venisse? dum manifestum est quod qui carnem suam dignanter assumpsit voluntarie & non ab alio missus venerit. Nam qui in patre manens, ubique potentia sua consistat, ubi quod a patre mitteretur omni modo non habuit, quoniam nulla pars caelorum ac terrae, a conspectu patris excipitur, ubi secundum vos a patre filius mitteretur. Et Paulus: Renouamini (inquit) spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et ad Hebraeos: In eo enim in quo passus est ipse, & tentatus est, potens est & eis, qui tentantur auxiliari. Vnde, fratres sancti, vocationis semper caelestis participes, contyderate Apostolum & Pontificem confessionis nostrae Iesum, fidelem existentem ei qui vocauit eum. Et ad Colossenses: Nunc autem deponite, & vos vniuersa, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaque verba ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induite nouum eum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit eum. Nunquid is, qui vniuersam creaturam, visibilia & inuisibilia propriae potestatis virtute procreauit ac fecit, seipsum antea, postmodum (quod dicere nefas est) creauit, vel facere potuit? Et Dominus in Euangelio ait: Ego & pater vnum sumus. Et iterum: Qui me videt, videt & patrem. Et iterum: Qui odit me, & patrem meum odit. Et iterum: Ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Et iterum: Ut sint in nobis vnum, sicut & nos vnum sumus. Tu in me, & ego in eis. Et iterum: Omnia mea tua sunt. Et iterum: Ego in patre, & pater in me. Et iterum: Pater in me manens facit opera haec. Et Ioannes Euangelista ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et iterum ipse ad Parthos: Tres sunt (inquit) qui testimonium perhibent in terra, aqua, sanguis, & caro, & tres in nobis sunt. Et tres sunt qui testimonium perhibent in caelo pater, verbum, & spiritus, & hi tres vnum sunt. Nos itaque in natura diuinitatis (quia vnum sunt pater, filius, & Spiritus sanctus) nec patrem aliquo tempore credimus praecessisse, ut maior sit filio, nec filium postea natum esse, ut diuinitate patris minoretur. 2 Ceterum, fratres saluo in omnibus Romanae ecclesiae priuilegio, nullus metropolitanus, absque ceterorum omnium comprouincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irrita erunt aliter acta, quam in conspectu eorum omnium ventilata, & ipse si fecerit, coerceatur a fratribus.

nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actus publicis docuerint anni se suspitione carere & inimicitia atque irreprehensibilem fidem habere, ac conuersationem ducere. 4 Necnon & peregrina negocia, & iudicia prohibemus, quia indignum est ut ab externis iudicentur qui prouinciales & a se electos debent habere iudices. Nos quidem ex omni parte carpendo, occasiones abscondimus. Nos supernae memores disciplinae quibuscumque cadentibus dexteram porrigimus, & a ruinae praecipitio quos possumus, releuamus, & defensionis adminiculum totis viribus praebere cupimus. Certè si vel mens sit recti conscia, vindicta dignus est, qui alius existit causa periculi. Qui vero innocentem, vel fratrem quocunque ingenio persequitur, ipse in se iugulum mortis impingit, ut ait diuus & beatus praeco: Noli detrahere, ne eradiceris: noli accusare, ne accuseris: noli iudicare ne iudicaris, quia in quo iudicio iudicaueris, iudicabitur de te. Nemo creditur nos audisse quorum relatione non laeditur. Dicit enim Dominus: Omne regnum in te diuisum non stabit: & omnis scientia aut regula aduersum se diuisa non stabit. Idcoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimis diuinis & Apostolicis constitutionibus pareatis.

**PIVS PAPA NONVS.**  
 Pius primus natione Italus, sedit annos decem & nouem, iuxta Eusebium verò quindecim historiae Ecclesiasticae libro quarto capite vndecimo.

Decreta Pij papae.  
 Ut die Dominico pascha celebretur. A quibus non oporteat Episcopos accusari: & de his qui transgrediuntur iussa Apostolica sedis.



Mnibus Ecclesiis in eadem qua sumus fide, & doctrina manentibus Pius Apostolicae sedis Archiepiscopus. Gratias agimus fratres, Deo quoniam crescit fides vestra, & abundat charitas vniuersiusque omnium vestrum in inuicem, ita ut nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei. Videte, fratres, videte ut nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione angelorum, qua non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suae, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei, sed induite vos sicut electi Dei sancti & dilecti viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam, & sicut Christus donauit vobis, ita & vos. Ceterum nosse vos volumus quod pascha Domini die Dominica annis solennitatibus sit celebrandum. Istis ergo temporibus Hermes doctor fidei, & scripturarum effulsit inter nos. Et licet nos idem pascha praedicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas animas eorum eidem

*minat. Et in dec. Reij et Iulij.*  
*Luc. 6. f. Matt. 7. a. Roma. 2. a. Matt. 12. b. Marc. 3. c. Luc. 11. c. An. d. 147. Pius Pontifex nonus.*  
*Colos. 2. d. Colos. 3. b. De cos. di. 3. Noffe.*

eidem Hermę angelus Domini in habitu pastoris ap- paruit, & præcepit ei vt pascha die Dominico ab om- nibus celebraretur. Vnde & vos Apostolica autho- ritate instruimus omnes eadem seruare debere, quia & nos eadem seruamus, nec debetis à capite quoquo modo disfidere. Caute diligenter omnes ne quis vos decipiat per aliquam astrologiam, vel philoso- phiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secun- dum Christum & traditionem rectam (In Christo enim habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter) vt sitis in illo repleti, qui est caput omnis princi- patus, & potestatis, qui & hanc sanctam sedem Apo- stolicam omnium Ecclesiarum caput esse præcepit,

Colof. 2. b

Matt. 16.

83. d. Quid enim.

iplo dicente principi Apostolorum Petro: Tu es Pe- trus, & super hęc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portę inferi non praualebunt aduersus eam, & ti- bi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque liga- ueris super terram, erit ligatum & in cęlo, & quod- cunque solueris super terram, erit solutum & in cę- lo. Sine dubio qui contra mandata Dei agit, peccat: & qui consensum præstat erranti. Quid enim pro- dest illi suo errore non pollui qui consensum præ- stat erranti? Oues enim pastorem suum non repre- hendant, plebs verò Episcopum non accuset, nec vul- gus eum arguat, quoniam non est discipulus super magistrum, neque seruus supra Dominum. Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos ele- git. Nam à subditis aut praua vitę hominibus non sunt arguendi, vel accusandi aut lacerandi, ipso Do- mino exemplum dante, quando per seipsum & non per alium vendentes sacerdotes & ementes eiecit de templo, & mensas nummulariorum proprio euer- tit flagello, & eiecit de tēplo. Reprobati ergo oportet eorum redargutiones qui in recta fide suspecti sunt. Fides autem & conuersatio primum scrutanda est, & denuo qui irreprehensibiles apparuerint sunt recipiendi, & non prius, quia bonus homo (te- stante veritatis voce) ex bono thesauro cordis sui profert bona, & malus homo ex malo thesauro cor- dis sui profert mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ideo persona, & opinio, ac vitavniuscuius- que in initio rimanda est, quia boni semper infestā- tur à malis. Boni enim cum malis, licet mixti sint in Ecclesia, vix concordare inueniuntur, quoniam dis- similis est eorum cogitare, voluntas, & actus. Ni- hil enim prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuo- cetur, & ab obrectationibus lingua cohibeatur.

Matt. 12. c Luc. 6 g

Psal. 33.

1. Cor. 13. b

1. Cor. 2. c

Vnde ait Propheta: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum. Nemo enim bonum faciens alteri ver- bo aut facto nocere vult, quantò minus in suspitio- nem debet venire fidelis homo, vt dicat, aut faciat ea quę pati non vult. Quia omnis suspitio potius repel- lenda est, quàm approbanda, vel recipienda. Charita- tas enim non quær it quę sua sunt, sed quę aliorum, quia vnius causa, multorum non est præferenda. Se- cundamini charitatem, æmulamini spiritualia. Semper rogo vos, vt deteriora reiiciatis, & meliora perficia- tis, quia nos non spiritum mundi accepimus, sed spi- ritum qui ex Deo est, vt sciamus quę à Deo donata sunt nobis, & ea sectamini indifferenter.

Quicunque propriam vxorem absque lege vel sine causa, & certa probatione interfecerit, aliãque duxerit vxorem, armis depositis publicam agat pœ- nitentiam. Et si contumax fuerit, & Episcopo suo in- obediens extiterit, anathematizetur, quousque con- sentiat. Eadem lex erit illi qui suum seniore inter- fecerit.

Qui peierat se in manu Episcopi, aut in cruce cõ- secrata, tres annos pœniteat. Si verò in cruce non cõ- secrata, annum vnum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans se peierauerit, & post cognoscit, tres quadragesimas pœniteat.

Qui compellus à Domino sciens peierat, vtrique sunt periuri, & Dominus & miles: Dominus quia præcepit: Miles quia plus Dominum quàm animam suam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos. Si seruus est, tres quadragesimas, & legitimas ferias pœniteat.

Qui peierat se in manu Episcopi, aut in cruce cõ- secrata, tres annos pœniteat. Si verò in cruce non cõ- secrata, annum vnum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans se peierauerit, & post cognoscit, tres quadragesimas pœniteat.

De illis qui inuentibus Dominis suis periurium fecerint.

Ante vigesimum quintum annum virgines non consecrentur.

Virgines non velentur ante viginti quinque an- nos a tatis, nisi fortè necessitate periclitantes pudici- tatię virginialis. Et non sunt consecrandę nisi in Epi- phania, & in albis Paschę, & in Apostolorum nata- litiis, nisi causa mortis urgente.

De iis qui iurant per capillum vel caput Dei aut alias creaturas.

De illis qui per caput Dei vel capillum iurant, vel blasphemiam contra Deum vtuntur. Si quis per capil- lum Dei, vel caput iurauerit, vel alio modo blasphe- mia contra Deum vltus fuerit, si in ecclesiastico or- dine est, deponatur, si laicus anathematizetur. Et si quis per creaturas iurauerit, acerrimè castigetur, & iuxta hoc quod synodus iudicauerit pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestauerit, non est dubium quin diuina condemnatione similiter coer- ceatur. Et si Episcopus ista emẽdare neglexerit, acer- rimè corripatur.

De illis qui inuentibus Dominis suis periurium fecerint.

Qui compellus à Domino sciens peierat, vtrique sunt periuri, & Dominus & miles: Dominus quia præcepit: Miles quia plus Dominum quàm animam suam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos. Si seruus est, tres quadragesimas, & legitimas ferias pœniteat.

Qui peierat se in manu Episcopi, aut in cruce cõ- secrata, tres annos pœniteat. Si verò in cruce non cõ- secrata, annum vnum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans se peierauerit, & post cognoscit, tres quadragesimas pœniteat.

De illo qui vxorem legitimam sine iudicio interfecerit.

Quicunque propriam vxorem absque lege vel sine causa, & certa probatione interfecerit, aliãque duxerit vxorem, armis depositis publicam agat pœ- nitentiam. Et si contumax fuerit, & Episcopo suo in- obediens extiterit, anathematizetur, quousque con- sentiat. Eadem lex erit illi qui suum seniore inter- fecerit.

Pœnitentia eius cuius negligentia de sanguine Domini aliquid stillat.

Si per negligentiam aliquid de sanguine stillaue- rit in terram, lingua lambatur, tabula radatur. Si non fuerit tabula, vt non conculcetur locus corrodat, & igne contumatur, & cinis intra altare recondatur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat. Et vsque ad tertium, nouem die- bus pœniteat. Si vsque ad quartum viginti diebus pœ- nitent, & linteamina quę tetigerit stilla, tribus vi- cibus minister abluat, calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur.

Ex decretis eiusdem, ad Casulanum. Laudabilis est consuetudo, quia nihil fidei con- trarium agitur.

Consuetudinem laudamus quę tamen contra fi- dem catholicam nil vsurpare dinoscitur.

Ut arreptiij sanctis altaribus non ministrent. Communiter diffinimus, vt nullus de iis qui aut

Communitè diffinimus, vt nullus de iis qui aut

21. q. 1. vir- gines non vel. Et in decr. luo. lib. 3.

22. q. 5. Qui com.

33. q. 2. Quicunq;

De cons. d. 2. Si p ne- gligentia. Et in dec. luo. lib. 1.

ex Au- gustino.

in terra arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quoli- bet modo vexationis incurfibus efferuntur, vel sa- cris audeant ministrare altaribus, vel indiscussè se ingerant sacramentis diuinis, exceptis illis qui cor- porum incommoditati dediti, siue huiusmodi pas- sionibus in terra probantur elisi, qui tamen & ipsi tandiu eorum ab officij sui ordine, & loco suspensi, quousque vnius anni spatio, per discretionem Episco- pi inueniantur ab incurfibus dæmonum liberati.

Eiusdem decretum ex codice quinto librorum, libro se- cundo cap. 117.

De oblationibus populorum.

Vt de oblationibus quę offeruntur à populo, & cõsecrationibus quę supersunt, vel de panibus quos deferunt fideles ad Ecclesiam, vel certè de suis pres- byter conuenienter partes incisas habeat in vase ni- tido, & conuenienti, vt post missarum solennia, qui communicare non fuerint parati, eulogias die Do- minico, & in diebus festis, exinde accipiant, quę cū benedictione prius faciat.

Eiusdem decretum ex codice 16 librorum, libro tertio, capite decimo nono.

De consuetudine seruanda, quę non est contra fidem.

Petistis per Hilarium Chartulariũ nostrum à bea- tæ memorię decessore nostro, vt omnes vobis retrò temporum consuetudines seruarentur, quę à Petri Apostolorum principis ordinationum initiis hactenus vetustas longa seruauit. Et nos quidem iuxta fe- riem relationis vestrę cõsuetudinem laudamus, quę tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare di- noscitur.

ANICETVS PAPA DECIMVS.

an. d. 139.

Nicetus natione Syrus, sedit annos vndecim: decimus Papa.

Decreta Aniceti papæ.

- 1 De ordinationibus Episcoporum, & de causis eorum.
2 De primatibus, & metropolitanis.
3 Si metropolitanus sine consilio egerit, vel si episcopi eum suspectum habuerint.
4 De tonsura clericorum, & habitu.



Nicetus vniuersis ecclesiis per Gallia prouincias constitutis in Domino salu- tem. Bonorum operum, & spiritualium studiorum Deum authorem esse nõ du- bium est, qui bonorum hominum inci- tar mentes, & adiuuat actiones. Quod nobis euiden- ter apparuit, quum inter longinqua spatia regionum vnum corda vestra fenserunt consilium, & quę de- siderabatis responsa non vnius sed plurimorum epi- stolę intimarunt.

supra in 2. Ana- cleti epi.

De ordinationibus verò Episcoporum super qui- bus nos consulere voluistis, olim in sancti prædeces- soris nostri Anacleti ordinationibus quędam iam decreta reperimus. Scimus enim beatissimum Iaco- bum, qui dicebatur Iustus, qui etiam secundum car- nem, frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iaco- bo, & Ioanne Apostolis Hierosolymorum Episco- pum esse ordinatum. Si autem nõ minus, quàm à tri- bus Apostolis tantus vir fuit ordinatus Episcopus, patet profectò eos formam instituentem Domino tra-

didisse, non à minus quàm à tribus Episcopis, Epi- scopum ordinari debere. Sed crescente numero Epi- scoporum, nisi necessitas interuenerit, debet etiam plures augeri, id est, si Archiepiscopus diem obierit, & alter ordinandus Archiepiscopus electus fuerit, omnes eiusdem prouincię Episcopi ad sedem me- tropoleos conueniant, vt ab omnibus ipse ordine- tur. Oportet autem vt ipse, qui illis omnibus præesse debet, ab omnibus illis eligatur, & ordinetur. Reli- qui verò comprovinciales Episcopi, si necesse fue- rit, ceteris consentientibus à tribus iussu Archiepi- scopi, consecrari possunt Episcopi. Sed melius est si ipse cum omnibus eum qui dignus est elegerit, & cuncti pariter sacrauerint Pontificem. Et licet istud necessitate cogente concessum sit, illud tamen quod de Archiepiscopi consecratione prædictum est, atq; præceptum, id est, vt omnes suffraganei eum ordi- nent, nullatenus immutari licet, quia qui illis præest, ab omnibus Episcopis quibus præest debet consti- tuti. Sin aliter præsumptum fuerit, viribus carere nõ dubium est, quia irrita erit eius secus acta ordinatio. Ipse autem Archiepiscopus, nihil de eorum causis & aut aliis cõmunibus iuxta statuta Apostolorum abs- que cunctorum illorũ agat consilio, nec illi nisi quã- tum ad proprias parochias pertinet, sine suo, quoniã tali gaudet concordia altissimus, & gloriatur in mē- bris suis.

2 Nulli Archiepiscopi, Primate vocentur, nisi illi qui primas tenent ciuitates, quarum Episcopos Apo- stoli, & successores Apostolorũ regulariter patriar- chas, & primates esse constituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui necesse sit pro- pter multitudinem eorum primatem cõstitui. Reli- qui verò qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nomenclantur.

3 Si autem aliquis metropolitanorum in flatu fue- rit, & sine omnium cõprouincialium præsentia, vel consilio Episcoporum, aut eorum, aut alias causas, aut eas tantum quę ad propriam suam parochiam pertinent, agere aut eos grauare voluerit, ab omni- bus districtè corrigatur, ne talia deinceps præsume- re audeat. Si verò incorrigibilis, eisque inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem (cui omnia Episcoporum iudicia terminare præcepta sunt) eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant. Si autem propter nimiam lon- ginitatem, aut temporis incõmoditatem, vel iti- neris asperitatem, grauè ad hanc sedem eius causam deferre fuerit, tunc ad eius primatem causa defera- ratur, & penes ipsum huius sanctę sedis autoritate iudicetur. Similiter si aliquis Episcoporum propriũ metropolitanum suspectum habuerit, apud primatẽ diæceleos, aut apud hanc Apostolicam sedem audia- tur. Qui maior est vestrum secundum Dominicam iusionem, sit vester minister, & quantò maior es in omnibus, humilia te ipsum.

4 Prohibete, fratres, per vniuersas regionũ vestra- rum Ecclesias, vt clerici, qui laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitia, & grauitatis exemplar esse debent, ac seiplos tanquam signum purioris vi- tæ, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, iuxta Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in modum spherę radant, quia sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & in tonsura, & omni habitu discreti debent apparere. Hęc vobis, fra- tres, vt petistis custodienda mittimus, & custodire præcipi-

99. distin. Nulli Ar- chepiscopi Et in dec. Steph. 1. Et in dec. luo. lib. 4.

99. 3. Si autẽ. Et in dec. luo. lib. 4.

Mat. 20. d Mar. 10. g Eccl. 3. c

Dist. 23. Prohibit.



philip. 2 b præcipimus, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris, cui honor & imperium per æterna secula.

DE SOTHER PAPA VNDECIMVS.

AN. d. 163. S Other natione Campanus, ex fundis, sedit annos nouem, & fuit vndecimus papa.

Decretum Sotheris papa.

Ne femina sacra vasa, vel sacras pallas contingant, vel alia varia incensent.



Dilectissimis fratribus per Italię prouincias, sanctis constitutis Episcopis, Sother Papa. Diuinis præceptis, & Apostolicis monitis informamur vt pro omnium ecclesiarũ statu impigro vigilemus affectu. At si quid vtiquam reprehensionis inuenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantia imperitia, & præsumptionis vsurpatione reuocemus. Sacras Deo fœminas, vel monachas sacra vasa, vel sacras pallas penes vos cõtingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad Apostolicam sedem, quæ omnia reprehensione & vituperatione plena esse, nulli rectè sapientium dubium est. Quapropter huius sanctæ sedis autoritate, hæc omnia vobis refecare funditus quantò citius poteritis censemus, & ne pestis hæc latius diuulgetur per omnes prouincias, abstergi citissimè mandamus. Ait enim Apostolus: Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Illa est enim virgo Ecclesia, sponsa vnus viri Christi, quæ nullo se patitur errore, vel inhonesta reprehensione vitari, vt per totum mundũ vna sit nobis vnus castæ communionis integritas.

2. Cor. II. 6

Decreta eiusdem secundum Gratianum.

Iuramentum malum, quod incautè promittitur, non est seruandum.

22. 9. 4. Si aliquid et in dec. 14. lib. 4.

Si aliquod fortè incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum in peiorem vertat exitum, illud salubri consilio mutandum nouerimus, & magis instante necessitate periurandum nobis, quàm pro fracto iuramento, in aliud crimen maius diuertendum.

Aliud eiusdem ex Gratiano.

Quisque sacrificans sacerdotem habeat, qui cœpta sacramenta expleat, si necessitas ingruerit.

Eccle. 4 c De cõf. d. 1 vt illud.

Vt illud diuini oraculi monentis singuli præcaueant, quo scribitur: Væ soli, quia cum ceciderit nõ habet subleuantem, summopere verendum est nobis atque cauendum ne horis illis atque temporibus, quibus Deo psallitur, vel sacrificatur, vnicuique diuinis singulariter officiis insistenti, pernitiõsa passio vel quælibet corporis inualitudo occurrat, quæ aut corpus subito subruat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessarium duximus instituere, vt vbi temporis vel loci siue cleri copia suffragatur, habeat quisquis ille carens Deo atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem, vt si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat qui eius vicem ex-

equatur intrepidus, & officium inceptũ adimpleat. Censuimus ergo conuenire, vt cum à sacerdotibus missarum tempore sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis accidat quilibet euentus, quo cœptum nequeat expleri mysterium, sit liberum Episcopo, vel presbytero, vel alij vt consecrationem expleat officij cœpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit, quàm aut incipientis aut subsequenti explenda benedictio sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleatur. Cum enim vnus sumus in Christo, nil contrarium diuersitas format, vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici \* inditum vel indultũ esse sibi non ambigant, sed (vt præmissum est) in præcedentibus statim alij pro complemento succedat. Ne tamen quod naturæ languoris causa consulitur in præsumptionis perniciem cõuertatur, nullus post cibum potumque siue quodlibet minimum sumptũ missas facere, nullusque absque patentis molestiæ prouentus minister vel sacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerariè præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

Eiusdem decretum similiter ex Gratiano.

Vt presbyter missam non cantet, nisi duobus presentibus secum.

Hoc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum missarũ solennia celebrare præsumat, nisi duobus presentibus, sibi que respondentibus, & ipse tertius habeatur, quia cum pluraliter ab eo dicitur: Dominus vobiscum, & illud: Orate pro me, aptissimè conuenit, vt & ipsius respondeatur salutationi.

Eiusdem aliud iuxta Gratianum.

Etiã in cœna Domini sacram communionem debemus accipere.

In cœna Domini à quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur, quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis his quibus pro grauibus criminibus inhibuitur) percipiẽda sit, ecclesiasticus vsus demonstrat, cum etiam pœnitentes eadem die ad percipiẽda corporis & sanguinis Domini sacramenta reconcilientur.


DE ELEVT. PAPA DVO-DECIMVS.



Leuterius natione Græcus, sedit annos quindecim, menses tres, duodecimus papa sub Petro, temporibus Antonini Commodi Eusebii Ecclesiasticæ historiæ, libro quinto, capite vigesimo secundo. Lucius Britannicæ rex huius tempore se ab eo Christianum fieri per Epistolam impetrauit.

Decreta Eleuterij papa.

- 1 De escis non vitandis.
2 De accusationibus Episcoporum, & omnium clericorũ.
3 De accusationibus omnium comprouincialium.



Leutherius Episcopus vniuersis ecclesiis per Galliæ prouincias Domino militatibus in Domino salutem. Magno munere misericordiæ Dei, totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum multos populos

los ad Domini seruitium festinare cognouimus. Qua de re, necessarium iudicauimus, vos instruere, vt escas quas vitare vos audiuius irrationabiliter non respuatis. Scitis, fratres legislatorem docuisse, omnia quæ creauit Deus, erant valde bona. Et ipsa per se veritas ait: Non quod intrat in os coinquinat hominẽ, sed quod exit de ore. Vnde constat non debere refutari escas communes, quas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Et in actibus Apostolorum de mundis escis legitur ita: Postera autem die iter tribus facientibus domesticis cum Petro, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret circa horam sextam. Et cum esuriret voluit gustare. Parantibus autem eis cecidit super eum mētis excessus. Et vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam velut linteam magnũ quatuor initiis submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terræ, & volatilia cœli. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Ait autem Petrus: Absit Domine, quia nunquã manducaui omne commune & immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quæ Deus purificauit, tu ne commune dixeris. Hoc autem factum est per ter. Et statim vas receptum est in cœlum.

Gene. 1. d

Mat. 15. b

Act. 10. b

De accusationibus ergo clericorum, super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem Apostolicam deferre, finitima Episcoporum tantum iudicia huc deferantur, vt huius sanctæ sedis autoritate finiantur, sicut ab Apostolis eorũque successoribus, multorum consensu Episcoporum iam definitum est. Nec in eorum ecclesiis, alij aut præponantur, aut ordinentur, antè quàm hic eorum iustè terminentur negocia. Quoniam quamuis liceat apud prouinciales & Metropolitanos atque Primates eorum ventilare accusationes, vel criminationes, non tamen licet diffinire seculum quàm prædictum est. Reliquorum verò clericorum causas apud prouinciales, & Metropolitanos ac Primates & ventilare, & iustè finire licet. Iudicantem tamen oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi, ac proponendi adiiciendique præbita patientia, ab eo, vt ibi actio ambarum partium limitata sit pleniter. Nec litigantibus iudex prius sua velit sententia, nisi quando ipsi iam peractis omnibus nihil habeant in questione quod proponunt. Et tandiu actio ventiletur, quousque rei veritas inueniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermisum fortè remaneat, quod annecti conueniat. Induciæ enim non modicæ ad inquirẽdum dandæ sunt, ne aliquid præproperè à quacunque parte videatur, quia per surreptionem multa proueniunt. Nihil tamen absque legitimo, & idoneo accusatore fiat. Nam & Dominus noster Iesus Christus ludam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus. Et quicquid inter Apostolos egit, pro dignitate ministerij ratum mansit. Nam si leges seculi accusatores requirunt, quantò magis Ecclesiasticæ regulæ. Docent enim terrestria & humana quæ sint ecclesiastica atque cœlestia.

1. Cor. 4. 4

it, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Caueant etiam iudices Ecclesiæ, ne absente eo cuius causa ventilatur, sententiã proferant, quia irrita erit, imò etiam & causam in synodo pro facto dabunt. Proditoris verò nec calumnia nec vix audiatur. Ne mo enim debitorem amplius potest cognoscere, quàm presis nanque ab omnibus, in cunctis subueniatur causis. Hæc omnia summopere sunt attendenda. Nec criminatio minorum, quantò magis Episcoporum, facile est recipienda, dicente Domino: Non sequeris turbas ad faciendum malum.

DE VICTOR PAPA DECIMVS TERTIVS.

V ictor, natione Apher, sedit annos decem menses duos. Eusebii Ecclesiasticæ historiæ lib. 5, cap. 28. decimus tertius papa sub Petro.

Decreta Victoris Papa.

- 1 De celebratione Pasche, & baptismi.
2 Ne quis incerta iudicet.
3 De causis Episcoporum terminandis.



Victor Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ Archiepiscopus, Theophilo Episcopo, & cunctis fratribus in Alexandria Domino famulantibus, in Domino salutem. Multa mihi gratulatio est, dilectissimi fratres, quod manifestato (sicut optamus) per gratiam Dei lumine Euangelicæ claritatis, & ab Ecclesia iam magna ex parte pernitiõsi erroris nocte depulsa, creditæ nobis dispensationis fructus crescit, & augmentatur in domino.

Celebratè sancti Paschæ die Dominica agi debere, & prædecessores nostri iam statuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari solenniter mandamus, quia non decet vt membra à capite discrepent, nec contraria gerant. A quarta decima verò luna primi mensis vsq; ad vigesimum primum eiusdem mensis diem, eadem celebratur festiuitas. Eodem verò tempore baptismus celebrandus est catholicus. Sed tamen si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit, Gentiles ad fidem venientes quocunque loco vel momento vbicunque euenerit, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus, tantum Christianæ confessione credulitatis clarificata, baptizetur. Ipsis quoque quod in baptismo polliciti sunt, summopere est attendendum, ne infideles sed fideles inueniantur. Ipsi vero qui infidelitatis nota asperguntur, infames efficiuntur, atque inter fideles minimè reputantur. Hæc verò statuta nulla debent improbitate conuelli, nulla nouitate mutari, quia alia ratio est causarum secularium, alia diuinarum.

Audiuius nanque apud vos, vestrosque diuersa iudicia fieri, & incerta iudicari. Incerta charissimi nullatenus iudicemus, quoad usque veniat Dominus qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium. Quia quamuis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quæ manifestis iudiciis cõuincuntur, nisi quæ iudicario ordine publicantur.

In decr. 1. lib. 4. 1. Cor. 4. 4

1. Cor. 4. 4

cet auctoritatem, id est Episcoporum causas. Vnde ita constitutum liquet a tempore Apostolorum, & deinceps placuit, vt accusatus vel iudicatus a provincialibus in aliqua causa Episcopus licet appellet, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos eius retractari negociū procuret. Et dum iterato iudicio, Pontifex causam suam agit nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur Episcopus, quoniam quantum a comprouincialibus Episcopis accusati causam Pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniri inconsulto Romano Pontifice, permissum est cum beato Petro Apostolo, non tamen ab alio quam ab ipso dictum sit Domino: Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælo. Et alibi in institutis legitur Apostolicis: Si quis putauerit grauari apud patriarcham, vel Primatem diæceseos, aut penes vniuersalis Apostolicæ Ecclesiæ iudicetur sedem. Nihil aliud est fratres, talis præsumptio nisi Apostolorum, suorumque successorum terminos transgredi, eorumque decreta violare. Culpantur enim (vt scriptum est) fratres, qui aliter circa Episcopos iudicare præsumunt, quàm Apostolicæ sedis Papam fieri placuerit. Et quis est qui iudicat eum, quem Dominus sibi, & huic sanctæ sedi reseruari voluit iudicandum? Certus autem sum vos ad hæc emendanda, vel defendenda, Domino auxiliante proficere.

ta iudicetur sententia, nec vllum iudicium, nisi ordinabiliter habitum teneatur. Absens vero nemo iudicetur, quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges. Accusatores autem eorum omni careant suspitione, qua columnas suas Dominus firmiter stare voluit, non a quibuslibet agitari. Nullum nanque eorum sententia, a non suo iudice dicta constringat, quia & leges seculi id ipsum fieri præcipiunt. Duodecim enim iudices, quilibet Episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus eius causa iustè iudicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur quàm ipsi per se eligantur, & regulariter vocatus ad suorum primò cõuentum Episcoporum per eos eius causa iustè audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero eius causæ ad sedem Apostolicam deferatur, vt ibidè terminetur. Nec antea finiatur (sicut ab Apostolis, vel successoribus eorum olim statutum est) quàm eius auctoritate fulciatur. Ad eam quoque ab omnibus (maximè tamè ab oppressis) appelladum est, & cõcurrendum quasi ad matrem, vt eius verberibus nutriatur, auctoritate defendatur, & a suis oppressiõibus releuentur, quia non potest nec debet mater obliuisci filium suum. Iudicia enim Episcoporum, maiorisque Ecclesiæ causæ, a sede Apostolica, & non ab alia (sicut Apostoli, & sancti successores eorum statuerunt) cum aliis Episcopis sunt terminandæ, quia licet in alios transferantur Episcopos beato tamen Apostolo Petro dictum est: Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis, & reliqua priuilegia quæ soli huic sanctæ sedi concessa sunt, & in institutis Apostolorum, eorumque successorum, aliisque, quam plurimis cum eis concinnatibus habentur incerta.

Septuaginta enim Apostoli sententias præfixerunt, cum aliis quam plurimis Episcopis, & seruandas cõsuerunt. De occultis enim alieni cordis temere iudicare, peccatum est, & eum cuius non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspitione reprehendere, cum eorum quæ sunt hominibus incognita solus Deus iudex sit. Ipse vero nouit abscondita cordis, & non alius. Iniusta enim iudicia ab omnibus cauenda sunt, maximè tamen a seruis Dei. Seruum autem Dei non oportet litigare, nec quenquam damnare. Episcopi nanque a plebibus & clero, & Domini a seruis ferendi sunt, vt sub excitatione tolerantia sustineantur temporalia, sperentur æterna. Auger enim merita virtutis, quod propositum non violat religionis. Satagendum est vobis, ne aliquis fratrum vestrorum grauer laceretur, vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppressis, & liberare eos de manu persequentium, vt cum beato Iob dicatis: Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me vestimento, & dia demate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudus. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Et reliqua. Vos ergo qui in specula a Domino estis positi, comprimere & repellere eos summo opere debetis, qui fratribus insidias præparant, aut in eos seditiones & scandala excitant. Facile est enim verbo fallere hominem, non tamen Deum. Ideo hos repellere, & ab his vos cauere oportet, quatenus extincta funditus huiusmodi caligine, Lucifer eis resplendet, & lætitia oriatur sanctissimi fratres.

3.9.6. Ac censat. Et in dec. Sixti. 2. Et in dec. Iulij Et in dec. Iuo. lib. 4.

Matt. 16. c. In Epist. 1. Clemen.

5.9.4. duo decim in.

2.9.6. ad Romanam eccle.

Tim. 3. c.

In dec. Iu. lib. 4.

proprios ecclesias respere.

1. Tim. 15.


constitui.

Iob. 29. c.

an. d. 217

Cuius supra.

- 1 De Episcopis rebus spoliatis, vel a sede pulsis.
2 De ordinatione presbyterorum atque diaconorum.



Harissimis fratribus per Ægyptum Domino militantibus Zepherinus Romana vrbis Archiepiscopus. Tantam a Domino huius sanctæ sedis, & Apostolicæ Ecclesiæ fundatore, & beato Petro principe Apostolorum accepimus fiduciam vt pro vniuersali Christi sanguine redempta Ecclesia, impigro laboremus affectu, & omnibus Domino famulantibus succurramus, & cunctis piè viuentibus Apostolica auctoritate opem feramus. Omnes qui in Christo volunt piè viuere, necesse est vt ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tanquam stulti & insani, vt meliores, & purgatiore efficiantur, qui bona temporalia perdunt, vt percipiant æterna. Eorum verò despectio, & irrisio in ipsos retorquetur, qui eos affligunt, & contumelias afficiunt, quum & abundantia eorum in egestatem, & superbia transferit in confusionem.

Nunciatum est enim sedi Apostolicæ per apocryphos vestros quosdam fratrum nostrorum Episcoporum videlicet ab ecclesiis, & sedibus propriis pelli, suaque eis auferri suppellectilia, & sic nudos & expoliatos ad iudicia vocari. Quod omni ratione caret, quum constituta Apostolorum, eorumque successorum, & præcepta imperatorum, ac conditiones legum id ipsum prohibeant, & Apostolicæ sedis auctoritas id ipsum fieri vetet. Præceptum est ergo in antiquis statutis Episcopos eiectionis, atque suis rebus expoliatos in ecclesiis propriis recipi, & primò sua omnia eis reddi, & demum si quis eos iustè accusare voluerit, æquo periculo facere, iudices esse decernentes, Episcopos recta sapientes, & in ecclesia conuenientes, vbi testes essent singulorum qui oppressi videbantur. Nec prius eos respondere debere, quàm omnia sua eis & ecclesiis eorum, legibus integerrimè restituantur. Nec mirum, fratres, si vos persequuntur, cum caput vestrum Christum Dominum nostrum vsque ad mortem sint persecuti. Ipsa tamen persecutiones patienter portanda sunt, vt eius discipuli cognoscimini pro quo & patimini.

Ordinationes verò presbyterorum & leuitarum tempore congruo, & multis coram astantibus solenniter agite, & probabiles & doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum societate, & adiuuamento plurimum gaudeatis. Ponite indefinenter corda vestra in virtute Dei, & enarrate hæc, & cætera diuina verba in progenies alteras, quoniam hic est Deus Deus noster in æternum, & ipse reget nos in secula.

DECRETA CALIXTI PAPÆ DECI-MUS QUINTUS.

Calixtus primus natione Romanus, sedit annos quinque, menses duos. Eusebius Ecclesiasticæ historiæ libro decimo sexto.

Decreta Calixti papæ.

- 1 De temporibus ieiuniorum.
2 De criminationibus doctorum.



Calixtus Archiepiscopus Ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ Benedictio fratris & coepiscopo salutem in Domino. Fraternitatis amore constringimur, & Apostolico moderamine cõuenimur, vt multis fratrum (prout

Dominus dederit) respondeamus. Ieiunium quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, vt sicut annus per quatuor voluitur tempora, sic & nos quaternum solenne agamus ieiunium per anni quatuor tempora. Et sicut replemur frumento, vino, & oleo ad alenda corpora, sic repleamur ieiunio ad edas animas iuxta Prophetæ Zachariæ vocem qui ait: Factum verbum Domini ad me dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Sicut cogitavi vt affligerem vos, qui ad iracundiam prouocasset me patres vestri, & non sum miserus, sic conuersus cogitavi in diebus istis, vt beneficiam Hierusalem & domui Iuda. Nolite timere. Hæc sunt verba quæ facietis. Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc erunt quæ odium dicit Dominus exercituum. Et factum est verbum Domini exercituum ad me dicens: Hæc dicit Dominus exercituum. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iudæ in gaudium & lætitiã, & in solennitates præclaras. Veritatem tantum & pacem diligite, dicit Dominus exercituum. In hoc ergo nos vnanimis oportet esse, vt secundum Apostolicam doctrinam, id ipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia, in cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem. Non decet enim a capite membra disidere, sed iuxta sacræ scripturæ testimonium, omnia membra caput sequantur. Nulli dubium est quod Apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius vos regulis nullatenus cõuenit deuiare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem patris, sic & vos voluntatem vestra impleatis matris, quæ est ecclesia, cuius caput (vt prædictum est) Romana existit ecclesia. Quicquid ergo sine discretionem iustitiæ cõtra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi, ratio nulla permittit.

Criminatores verò contra doctorem nemo suscipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec seruos Dominos lacerare. Filij ergo sunt doctorum omnes quos instruunt. Et sicut filij patres carnales, sicut & hi patres debent diligere spirituales. Non enim bene viuit qui non rectè credit, aut patres reprehendit, vel detrahit suos. Doctores ergo qui & patres vocantur, magis portandi quàm reprehendendi sunt, nisi in recta fide errauerint. Nullus ergo doctorem per scripta accuset, nec nisi fidei & legitimo, qui etiam irreprehensibilem vitam ac conuersationem ducat, accusatori respõdeat, quia indignum est vt doctor stulto, & indocto atque reprehensibiliterveniendi respondeat iuxta stultitiam suam dicente scriptura: Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam.

Dist. 76.

Ieiunium.

Et in dec.

Iuo. lib. 2.

Zacha. 8. c.

1. Cor. 1. b.

discedere

1. Cor. 12. d.

Idè habe-

tur infra

in decre.

Steph. 1.

Prou. 6.

Cuius

an. d. 208



Zepherinus natione Romanus, sedit annos nouem, menses septem, temporibus Antonini. Eusebius Ecclesiasticæ historiæ libro sexto, capite decimo sexto, est decimus septimus Papa sub Petro.

Decreta Zepherini papæ.



Romanæ vrbis Archiepiscopus Zepherinus omnibus per Siciliam constitutis Episcopis in Domino salutem. Diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, quæ nos per dignationis sue misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale prouexit, vt mandatis ipsius inhaerentes & in quadam sacerdotum eius speculatione constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. Sicut stellas cæli non extinguit nox, sic mentes fidelium, firmamento inhaerentes sanctæ scripturæ non obscurat mundana iniquitas. Idcirco meditari vos oportet & scripturas & præcepta diuina quæ in scripturis continentur diligenter attendere, ne transgressores legis Dei, sed impletores appareatis. Patriarchæ verò vel Primates accusatum discutientes Episcopum, non ante sententiam proferant diffinitiuam, quàm Apostolica sulti auctoritate, aut reum seipsum confiteatur, aut per innocentes & regulariter examinatos conuincatur testes. Qui minori non sint numero, quàm illi discipuli fuerunt quos Dominus ad adiumentum Apostolorum eligi præcepit, id est septuaginta duo. Detractores quoque qui diuina auctoritate eradicandi sunt, & authores inimicorum, ab Episcopali submouemus acculatione, vel testimonio, nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut disperat. Neque in re dubia cer-

2.9.1. Primates. Et in dec. fel. 1. Et in decre. Iuonisi lib. 4.

Cuius

Cuius supra.

1. De iis qui conspirant aduersus Episcopos vel qui eis consentiunt.
2. De iis qui excommunicatis communicant vel infidelibus.
3. Ut nullus Episcopus de alterius parochia aliquid presumat, & de mutatione Episcoporum.
4. De coniunctionibus consanguineorum, & de iis qui ex eis nascuntur, & de accusationibus quas leges reiciunt.
5. Qui non debeant admitti ad accusationem, vel ad testimonium. Nec nisi de iis que in presentia acta sunt testimonium dandum: & si possit sacerdos post lapsum ministrare.



Ilectissimis fratribus per Gallias constitutis, vniuersis Episcopis Calixtus. Plurimorum relatu coperimus dilectionem vestram seruire spiritus sancti ita Ecclesie gubernacula firmiter contra impetus tenere & regere, vt naufragia, aut naufragorum detrimenta, Deo auctore non sentiat. Talibus igitur gloriantes iudicis, rogamus ne in illis partibus contra statuta Apostolica quicquam fieri sinatis, sed nostra fluti auctoritate nociua compescite, illicita prohibete.

Ex hac clausula claret cōiūctio aliūquod aut synodus præcessisse hinc potestice, quāvis nō extet.

\*Et oēs gaudeant fraternā

11. q. 3. Ex cōmuni. Et in dec. luo. lib. 4.

2. Cor. 6. c.

1. Cōspirationum verò crimina vestris in partibus vigere audiuimus, & plebes contra Episcopos suos conspirare, nobis mādaturum est. Cuius criminis astutia nō solum inter Christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos & ab exteris legibus. Et idcirco huius criminis reos, non solum Ecclesiasticæ sed etiam seculi damnant leges. Et non solum conspirāres, sed etiam & consentientes eis Antecessores verò nostri cum plurima turba Episcoporum quicunque eorum in sacerdotali honore sunt positi, aut exiunt clerici, honore quo vtuntur cadere præceperunt. Ceteros verò communione priuari, & ab Ecclesia extorres fieri iusserunt, omnēsque simul vtriusque ordinis viros infames esse censuerunt, & non solum facientes, sed & eis consentientes. Iustum est enim, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes patrum existunt insulionibus, feuerioribus corrigantur vindictis, quatenus ceteri timorem habeant talia committere. & Deus gaudeat fraternitate, ac concordia, & cuncti sumant feueritatis atque bonitatis exemplum. Nam si (quod absit) Ecclesiasticam sollicitudinem, vigorēq; negligimus, perdit desidia disciplinam, & animabus fidelium profecto nocebitur. Hi verò in nullius accusationem sunt recipiendi, nec eorum vel anathematizatorum vox vllum nocere vel accusare potest.

2. Excommunicatos quoque a sacerdotibus nullus recipiat ante vtriusque partis iustam examinationē, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec aue eis dicat. Quia quicumque in his vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apostolorum institutionem & ipse simili excommunicationi subiacebit. Ab his ergo clerici, & laici se abstineant, qui eadem pati noluerint. Infidelibus quoque nolite cōiungi, nec cum eis vllam participationem habere. Talia verò agentes, non fideles sed infideles iudicantur. Vnde ait Apostolus: Quæ pars fideli cū infideli: aut quæ participatio iustitiae cum iniquitate.

3. Nemo quoque alterius terminos vsurpet, nec al-

terius parochianum iudicare aut excommunicare præsumat, quia talis iudicatio vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio irrita erit, nec vires vllas habebit, quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui sententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde & Dominus loquitur dicens: Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Nullus autem primas vel metropolitanus diocæsani Ecclesiam, vel parochiam, aut aliquem de eius parochia præsumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid agere absque eius consilio vel iudicio, sed hoc obseruet, quod ab Apostolis, ac patribus, & prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum, id est, si quis Metropolitanus Episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, siue concilio ac voluntate omnium comprouincialium Episcoporum, extrà aliquid agere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit, & quod egerit irritum habeatur, & vacuum. Sed quicquid de prouincialium Episcoporum causis eorumq; ecclesiarum, & clericorum atq; secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprouincialium agatur Pontificum, nec aliquo dominationis fastu, sed humilima & concordia administratione sicut Dominus ait: Non veni ministrari sed ministrare. Et alibi: Qui maior est vestrum, erit minister vester, & reliqua. Similiter & ipsi comprouinciales Episcopi cuncta cum eis consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant iuxta sanctorum constituta patrum, qui quamuis aliquo temporum interuallo nos antecesserint, ab vno tamen eodēque puritatis fonte, veritatis & fidei lumen hauserunt & eodem illustratore, & direttore spiritu Ecclesie Dei stabilimentum, & omnium Christianorum cōmunem quæ fuerunt vtilitatem, vt vno animo, vno ore, concorditer sancta glorificetur trinitas in secula. Nullus Primas, nullus Metropolitanus, nullusque reliquorum Episcoporum, alterius adeat ciuitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochia, super cuiusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse dinoscitur, aut quicquam ibi disponat, vel ordinet, & iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præsumperit, damnabitur, & non solum ille, sed cooperatores eique consentientes, quia sicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non potuerit, qualiter iudicabit? Nullatenus proculdubio iudicabit, aut iudicare poterit. Quoniā sicut alterius vxor, nec adulterari nec ab aliquo, vel iudicari aut disponi, nisi à proprio viro, eo viuente permittitur, sic nec vxori Episcopi (quæ eius Ecclesia vel parochia indubitanter intelligitur) eouiuent absque eius iudicio, & voluntate aliter iudicare, vel disponere, aut eius concubitu frui, id est ordinatione vllatenus conceditur. Vnde ait Apostolus: Alligata est vxor legi, quādiu vir eius viuir. Eo verò defuncto soluta est à lege viri. Similiter est sponsa Episcopi (quia sponsa, vxorque eius dicitur ecclesia) illo viuente ei est alligata. Eo verò defuncto, soluta est, & cui voluerit, nubat tantum in Domino, id est regulariter. Si enim eo viuente, alteri nupserit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, si alteram sponte duxerit, adulter æstimabitur & communione priuabitur. Si autem persecutus sit in sua ecclesia, fugiendum est illi ad alteram, eiq; sociandus, dicente Domino: Si persecuti vos fuerint

Prout. 22. d. Prout. 19. d.

Mat. 20. d. Mar. 10. g.

In dec. luo. lib. 4.

Rem. 7. a.

Mat. 10. c.

In dec. luo. lib. 3.

runt

11. q. 3. cōmuni.

11. q. 4. cōmuni.

11. q. 4. cōmuni.

11. q. 7. cōmuni.

Rem. 7. a.

In dec. luo. lib. 3.

runt

rint in vna ciuitate fugite in aliam. Si autē vtilitatis causa fuerit mutandus, non per se hoc agat, sed fratribus inuitatibus, & auctoritate huius sanctæ sedis, faciat non ambitus causa, sed vtilitatis.

4. Coniunctiones autē consanguineorum fieri prohibentur, quando has, & diuine, & seculi prohibent leges. Leges ergo diuinæ hoc agentes, & eos qui ex eis prodeunt, non solum eiciunt, sed & maledictos appellant. Leges ergo seculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos verò sequentes patres nostros, & eorum vestigiis inhærentes, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamie maculis sunt aspersi. Nec eos viros \* vel accusatores quos leges seculi reiciunt, suscipere debemus. Quis enim dubitat leges humanas, rationi, & honestati nō repugnantes, esse amplectendas? præsertim vbi vel publicæ consulunt vtilitati, vel Ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur. Eos autem consanguineos dicimus, quos diuine & imperatorum, ac Romanorum atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hæreditatem suscipiunt, nec repellere possunt. Talium enim coniunctiones, nec legitime sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ.

5. Quisquis ergo non est legitime coniunctus, vel absque dotali titulo, ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes vel legitime coniunctos, criminari, vel in eos testificari minimè potest, quoniam omnis incæsti macula pollutus infamis est, & accusare supradictos non permittitur. Non solum ergo hi reiciendi sunt, & infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes. Similiter de raptoribus, vel eis qui seniores impetunt, fieri censemus. Hos ergo seculi leges interficiunt, sed nos misericordia præeunte, sub infamie nota ad pœnam recipimus. Ipsam quoque infamiam, qua sunt aspersi deletere non possumus, sed animas eorum per pœnitentiam publicam, & Ecclesie satisfactionem sanare cupimus, quia manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Omnes ergo qui in recta fide suspecti sunt, in accusatione sacerdotum, & eorum, super quorum fide non hæsitatur, minimè recipiatur, & in testimonio humano dubij habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem, de quorum fide dubitatur, nec eis omnino esse credendum, qui rectam fidem ignorant. Quærendum est ergo in iudicio, cuius sit conuersationis & fidei is qui accusat, quoniā hi qui non sunt rectæ conuersationis, ac fidei, & quorum vita est accusabilis, non permittuntur maiores natu accusare, nec quorum fides, vita, & libertas nescitur. Neque viles personæ in eorum recipiantur accusationem. Rimandæ verò sunt enucleatim personæ accusatorum quæ sine scripto difficile, per scriptum autem nunquam recipiantur, quia per scripturam nullus accusare vel accusari potest, sed propria voce, & præsentem eo quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem. Nec absente eo quem accusare voluerit, quicumque accusator credatur. Similiter testes per quamcunque scripturam testimonium non proferant, sed præsentem de iis quæ viderunt, & nouerunt, veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel negociis dicant testimonium, nisi de iis quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Accusatores verò consanguinei aduersus extraneos testimonium non dicant, sed familiares, vel de domo prodeutes, sed si voluerint, & inuicem con-

ferent inter se, parentes tantummodo testificentur, & non in alios. Nec accusatores vel testes suspecti recipiatur, quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet. Amor carnalis & timor, atque auaritia plerumque sensus hebetat humanos, & peruertunt opiniones, quæstus pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ. Nemo enim in dolo loquatur ad proximum suum. Fouca alta est os maliuoli. Innocens dum credit facile, citò labitur. Sed iste lapsus surgit, & tergiuersator suis artibus præcipitatur, vnde nunquam exiliat, atque euadat. Ponderet ergo vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene sacra scriptura: Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Nos enim nim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcitemus consilia, & opera nostra neque ordinem corrumpamus. Si aliquis lapsus quoquo modo fuerit, non perdamus eum, sed fraterno corripiamus affectu, sicut ait beatus Apostolus: Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Porro sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando Dominum negasse pœnituit, sed tamen Apostolus permansit. Et Dominus per Prophetam peccantibus pollicetur dicens: Peccator in quacunque die conuersus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius. Errant enim qui putant Domini sacerdotes post lapsum si condignam egerint pœnitentiam Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condignè custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra traditas Ecclesie clauas disputare, & agere videntur, de quibus dictum est: Quæcunque solueritis in terra, soluta erunt & in cælo. Alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut vera est. Nos verò indubitanter tam Domini sacerdotes quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus, testante Domino per Prophetam: Nunquid qui cadit, non adiiciet vt resurgat. Et alibi: Nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Et Propheta Dauid pœnitentiam agens, dixit: Redde mihi lætitiā salutatis tuæ: & spiritu principali confirma me. Ipse nanque post pœnitentiam & alios docuit, & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ Ecclesie, si lapsi fuerint, & condignam pœnitentiam Deo gesserint, vtrumque facere posse. Docuit enim quando dixit: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Et sacrificium Deo pro se obtulit dum dicebat: Sacrificiū Deo spiritus cōtribulatus. Videns enim Propheta, scelera sua mūdāta per pœnitentiam, non dubitauit prædicando & Domino libando curare aliena. Lacrymarum ergo effusio monet animi passionem. Satisfactione autem impleta, auertitur animus ab ira. Qui enim nō ignoscit alteri, quomodo sibi putat subueniri? Superabundant ergo peccata, superabundet & misericordia. Quoniam apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Sententiam, fratres, quæ misericordiam vetat, non solum tenere, sed & audire,

Psal. 4. c. Prout. 22. c. secundū 70

Tob. 4. e.

Galat. 6. a.

Crimina mortifera

Mat. 16. c.

Hiere. 8. b. Ezec. 33. c.

Psal. 50.

Psal. 129.



re, refugite, quia potior est misericordia omnibus holocaustis & sacrificiis. Consultis vestris breuiter respondimus, quia oppressos nimis & preoccupatos aliis iudiciis litera nos inuenere vestra.

VRBANVS PAPA DECIMVS sextus.

an. d. 222 Vrbani primus Romanus sedit annos quatuor, dies sedecim post Petrum. Eusebius libro sexto, capite decimo octauo tradit octo annis administrasse sacerdotium, passus est sub Alexandro Imperatore, sub eodem passus est & Calixtus predecessor eius.

Decreta Urbani papa.

- 1 De vita communi, & quam ob causam ecclesia possessiones habere coeperit.
2 A quibus vel in quos usus res Ecclesiastica dispendentur, & de iniuriis earum.
3 Si quis ab Ecclesia ius possidendi auellere tentauerit.
4 De cathedris Episcopaliibus.
5 Ut nullus communicet in quibus Episcopus non communicat, vel recipiat quos ille abiecerit.
6 De sponsione in baptismo facta, & de iis qui communem vitam susceperunt.
7 De impositione manus Episcopaliis.



Rbanus Episcopus omnibus Christianis in sanctificationem spiritus, in obedientiam, & asperitionem sanguinis Domini nostri Iesu Christi, salutem. Scimus vos non ignorare, quia haecenus vita communis inter

\* omnes.

act. 4. g

12. q. 1. videntes autem sacer.

\* bonos Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget, & maximè inter eos qui in sortem Domini sunt electi, id est clericos, sicut in actibus legitur Apostolorum: Multitudinis autem credentium erat cor vnu & anima vna, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Videntes ergo sacerdotes summi, & alij, atque leuita, & reliqui fideles, plus utilitatis posse afferre, si hereditates, & agros quos vendebat, ecclesiis quibus presidebant Episcopi, traderet, eò quod ex sumptibus eorum tam presentibus quàm futuris temporibus, plurima & elegantiora possent ministrare fidelibus communem fidem ducentibus, quàm ex pretio eorum coeperunt prædia & agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum viuere.

act. 5. a

rum fraudauerunt. Hæc, fratres, valde cauenda sunt, & timenda, quia res Ecclesiæ, non quasi propriæ, sed vt cõmunes, & Domino oblata cum summo timore nō in alios, quàm in præfatos vsus sunt fideliter dispendenda, ne sacrilegij reatum incurrat, qui eas inde abstrahunt, vbi tradita sunt, ne penã & mortem Ananiæ & Saphiræ incurrat, & (quod peius est) anathema maranatha fiant. Et si nō corpore, vt Anania & Saphira, mortui ceciderint, anima tamen, quæ potior est corpore mortua, & alienata à cõsortio fidelium cadat, & in profundū baratri labatur. Vnde attendendū est omnibus, & fideliter custodiendum, & illius vsurpationis cõtumelia depellenda, ne prædia vsibus \* secretorum cœlestiū dedicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debita vltionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos iure promēda est, perpetua damnetur infamia, & carceri tradetur, aut exilio perpetua deportationis vratur. Quoniã iuxta Apostolū tradere oportet huiusmodi hominē Satanæ, vt spiritus saluus sit in die Domini.

17. q. 4. attendendū.

\* sacrorū

\* degens vel gerens

3 Memoratis ergo augmentationibus ac cultibus in tantū Ecclesiæ, quibus Episcopi præsidet, Domino adminiculatē creuerunt, & tãtis maxima pars earum abundant rebus, vt nullus sit in eis communem \* eligens vitã, indigens, sed omnia necessarid ab Episcopo, suisque ministris percipit. Ideo si aliquis extiterit modernis, aut futuris tēporibus, qui hæc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

Mat. 16. e

10 an. 20 f

4 Quod autē sedes in Episcoporum Ecclesiis excellæ constitutæ, & præparatæ inueniuntur vt thronus, speculationem & potestatem iudicandi, & soluendi, atque ligandi, à Domino sibi datã materiã docent. Vnde ipse saluator in Euangelio ait: Quæcūque ligaueritis super terrã, erunt ligata & in cœlo. Et alibi: Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.

11. q. 3.

Quibus neq̃ nō cõmuni cant.

5 Ideo ista prætulimus, Charissimi, vt intelligatis potestatem Episcoporum vestrorum, in eisque Deum veneremini. Et eos vt animas vestras diligatis, & quibus illi non communicant, non communiceris: & quos eiecerint, non recipiatis. Valde enim timenda est sententia Episcopi, licet iniuste liget aliquē, quod tamen summopere præuidere debet.

6 Vos autem hortates, monemus omnes, qui Christianitatem suscepistis, & à Christo vocabulum Christianum sumpistis, ne in aliquo Christianitatem vestram irritam faciatis, sed sponsonem, quam Domino in baptismo fecistis, firmiter teneatis, ne reprobi sed condigni coram eo inueniamini. Et quicumque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat, sed hoc quod Domino est pollicitus fideliter custodiat, ne dānationē sed præmium sibi acquirat, quoniã satius est nō vouere, quàm votum prout melius potest, nō perficere. Grauius enim puniuntur, qui votū fecerunt, aut fidem perceperunt, & votū non perfecerunt, aut in malis vitã finierunt, quàm illi qui vitã sine voto finierunt, aut sine fidē mortui sunt, & tamen bona egerunt opera.

7 Omnes enim fideles per manus impositionem Episcoporum, spiritum sanctum post baptismū accipere debent, vt plenè Christiani inueniantur, quia cum spiritu sanctus infunditur, cor fidele ad prudētiam, & constantiam dilatur. De spiritu sancto accepimus, vt efficiamur spirituales, quia animalis homo

1 Cor. 2. d ista etiam in se habet in dec. Epist. Mel chadis papa.

mo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. De spiritu sancto accepimus, vt sapiamus inter bonum, malūque discernere, iusta diligere, iniusta respicere, vt malitiæ ac superbix repugnemus, vt luxuria, ac diuersis illecebris, & fœdis, indignisque cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accepimus, vt amore vitæ, & gloriæ ardore succensi, erigere à terrenis mentem ad superna & diuina valeamus.

PONTIANVS PAPA DECIMVS septimus.

an. d. 230.

Pontianus Romanus, sedit annos nouē, menses quinq, qui cum Hypolito presbytero in Sardiniam insulam à Maximo Imperatore deportatus est, & ibidem duodecimo calendis Decembris martiratus, cuius corpus Fabianus papa reduxit, & Romæ in cœmeterio Calixti sepeliuit.

1. q. 5. sub pectus. 2. q. 7. quærendū. q. in ec. luo. lb. 4.

Scripsit duas Epistolas ad vniuersos fideles. In prima tractat de honore quo prosequendi sunt sacerdotes, quoniam proprio ore corpus Domini conficiunt, & populo tradunt. In secunda generaliter hortatur ad fraternam dilectionem. Inter alia multa quæ tradit, præscribit decretum huiusmodi suspectos, aut inimicos, aut facile litigantes, & eos qui non sunt bona conuersationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent, aut non docent fidem accusatores esse, & testes, & antecessores nostri Apostolica repulerunt auctoritate submouemus atque futuris temporibus excludimus, ne libenter labi possint quos nos tenere & saluare debemus.

Antherus papa decimus octauus.



Antherus natione Græcus, temporibus Maximini martyrio coronatus est. Hic gesta martyrum diligenter exquisiuit, & in Ecclesia recodidit. Propter quod à quodam Maximo præfecto martyr effectus est, sedit annos tres, decimus octauus papa sub Petro. Huius papæ inexplicabilis est ferè annorum differentia.

DECRETVM ANTHERI PAPÆ.

1 De mutatione Episcoporum.



Charissimis fratribus per Beticæ, & Toletanæ prouincias Episcopis constitutis, Antherus Episcopus in Domino salutem. Optarem, fratres charissimi, semper dilectionis & pacis vestræ synceritatis gaudia audire, ita vt vicissim discurrentibus literis, sospitatis iudicia iuuarentur, si quietos nos ab incursione sua vacare hostis antiquus sineret. Qui ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem vt deciperet, se antè decepit, pudicitix aduersarius, luxuriæ magister, crudelitatis pascitur, abstinentiæ punitur, odit ieiunia, ministris suis prædicantibus, dum dicit esse superflua, spem nō habens de futuris, Apostoli sententia percussus, dicētis: Māducemus & bibam, cras enim moriemur. O infelix audacia, o desperatæ mētis astutia ipse enim horretur odia, & fugat concordiam. Et quia facilè ad deteriorē partem mens humana transducitur, volens magis per speciosam viã

1 an. 8. f

1 Cor. 15. d

ambulare, quàm arctæ viæ iter cum labore transire. Qua de re, fratres dilectissimi, sectamini meliora, & semper relinquitte deteriora. Bona agite, mala vitate vt verè discipuli Domini esse inueniamini. De mutatione ergo Episcoporum, vnde sancta sedem Apostolicam cõsulere voluistis, scitote eam cõmuni utilitate, atque necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusquam, aut dominatione. Petrus sanctus Magister noster, & princeps Apostolorum, de Antiochia utilitatis causa translatus est Romã, vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque, de quadã parua ciuitate, Apostolica auctoritate mutatus est Alexãdriam. Similiter Fœlix de ciuitate, qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinã, & bonam vitã quã habebat, cõmuni Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum cõsilio trãslatus est Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem, qui non suo libitu, aut ambitu, hoc facit, sed utilitate quadã, aut necessitate aliorū hortatu, & consilio potiorum transfertur. Nec transfertur de minori ciuitate ad maiorē, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci, aut populi non superbè, sed

\* cum humilitate ab aliis translatus, & intronizatus est, quia homo videt in facie, Deus autē in corde. Et Dominus per Prophetam loquitur dicēs: Dominus scit cogitationes hominum, quoniã vanæ sunt. Non ergo mutat sedem, qui nō mutat mentē. Nec mutat ciuitatem, qui nō sua sponte, sed cõsilio & electione aliorum mutatur. Non ergo migrat de ciuitate ad ciuitatem, qui non auaritiæ causa, nec sponte dimittit suam, sed (vt iam dictū est) aut pulsus à sede sua, aut necessitate coactus, aut electione, & exhortatione sacerdotum, & populorū translatus est ad alterã ciuitatē. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter Episcopos, & reliquos sacerdotes, sic quoties utilitas aut necessitas exposcerit, supra dicto modo & mutare, & intronizare potestatem habent.

FABIANVS PAPA DECIMVS nonus.



Fabianus papa, natione Romanus, sedit annos quatuordecim, temporibus Maximini martyrio coronatur decimus nonus Papa.

Hic fecit septem subdiaconos, qui septem notariis imminerent, vt gesta martyrum in integrum colligerent. Tempore huius Nouatus hereticus venit ex Africa, & separauit Nouatianū ab Ecclesia, & quosdam confessores.

Huius etiã tempore passa est Ecclesia persecutio, & multi Christiani à Roma fugerunt.

Eusebius lib. 6. c. 21. hist. ecclesiast. tradit Fabianū signo columbæ apparentis, super ipsum cœlitus ostē fæ, quæ ferebat figurã illius, quæ super Christum in Iordane descenderat, ab vniuerso clero & populo electum fuisse episcopum, qui ante episcopatum habuit uxorem, quæ post martyrio coronata est.

Decretum Fabiani Papa. 1 Qui non debeant admitti ad accusationem, & non esse communicandum excommunicatis.



Dilectissimis vbiq; Ecclesiæ catholicæ cõministris, Fabianus salutē in Domino. Diuinis præceptis, & Apostolicis monemur institutis, vt pro cunctarū ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu. Vnde Apostolica auctoritate,

\* humiliter.

1. Reg. 16b Psal. 93.

An. d. 242 Sub Fabiano Pa. Nouatus haereticus fuit.

Sub hoc Pōr. Casir Philippus baptismo insignitus est.

cum omnibus eiusdem Apostolicæ, atque vniuersalis ecclesiæ filii statuente sancimus, ut omnes, qui in catholica fide suspecti sunt, in accusatione recte credentium non suscipiantur, quia suspiciones sunt semper amouenda. Merito ergo eorum reprobatu accusatio, qui in recta fide suspecti sunt. Nec eis omnino est credendum, qui trinitatis fidem ignorant. Similiter omnes, quos sanctorum patrum statuta tam præteritis quam futuris temporibus anathematizant, submo uemus, & ab omni accusatione fidelium alienamus. Discreti ergo semper debent esse fideles ab infidelibus & iusti ab iniustis, quonia infideles, & maliuoli, modis quibus possunt semper infestant fideles, & perdere nituntur, & ideo non sunt suscipiendi, sed repellendi, & procul abiiciendi, ne perdere fideles, aut infamare possint. Quapropter, charissimi, caute talium foueam, in qua multos cecidisse cognouimus. Caute talium iacula, & antiqui hostis tentamenta, per que etiam proprios propinquos coram nobis vulneratos cadere vidimus. Attendite laqueos insidiantium, quibus notos, & comilitones strangulare solent. Nolite tales sequi, sed procul repellite eos. Estote iuxta veritatis vocem prudentes, ut serpentes, & simplices ut columbæ. Videte ne in vacuum quoque curratis, aut laboretis, sed alterutrum sulti precibus, & orationibus voluntatem Dei facere contendite, & à memoratis, si incorrigibiles apparuerint, vos in omnibus separate. Similiter & ab omnibus quos Apostolus commemorat dicens: cum eis nec cibum sumere, quia & illi sicut & isti sunt repellendi, & ante satisfactionem ecclesiæ non sunt suscipiendi, quonia illi cum quibus cibum sumere non licet, manifestè apparent sequestrati uel ad satisfactionem à reliquis fratribus. Quam ob rem non debent nec possunt in accusationem fidelium suscipi, sed etiam ab eorum consortio usque ad iam dictam satisfactionem repellere, ne similes eis efficiantur, aut eorum excommunicationi subiaceant, quoniam sic Apostoli statuerunt dicentes: Cum excommunicatis non est communicandum. Et si quis cum excommunicatis auertendo regulas, sciens psallat in domo, aut simul locutus fuerit, aut orauerit, ille communione priuetur. Tales ergo in omnibus sunt cauendi, & non suscipiendi quia iuxta Apostolum, non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus. Vnde & beatus Apostolorum princeps Petrus in ordinatione Clementis alloquens populum inter cetera ait: Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare ut ipse vobis dicat: cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque communicatione, obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsentis. Si verò quis amicus fuerit iis, quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit iis quibus ipse non loquitur, vnus est, & ipse ex illis, qui exterminare Dei ecclesiam volunt, & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ sunt inimica gerit, & Ecclesiam dispersit, & vastat. Ideoque charissimi his Apostolicis institutis vos monentes instruimus ut effecta certior charitas vestra, solici-

tus deinceps agere studeat, & cautius ne peruersi, & infideles homines lædendi fideles, ac beniuolos habeant facultatem. Valete in Domino, charissimi, & prædicta, ut melius potestis, Domino opem ferente adimplere studeate.

Cuius supra.

Ut per annos singulos nouum chrisma conficiatur, & vetus incendatur.



Abianus Episcopus urbis Romæ, omnibus orientalibus Episcopis, & cunctis fidelibus in Domino salutem. Exigit dilectio vestra sedis Apostolicæ consulta, que vobis denegare non possimus, nec debemus. Hoc autem

& prædecessores nostros multarum regionum Episcopis egisse liquet, & nos qui in eadem sede, Domino largiente collocati sumus, agere debere, fraterna charitas, & obedientiæ debitum compellit. Cura est ergo vestra sollicitudini adhibenda, ut ea, quæ sunt ab Apostolis eorumque successoribus ordinata, & instigante sancto spiritu instituta, nec dissimulatio negligere, nec aliqua præsumptio valeat perturbare. Sed sicut hoc quod rationis exigebat utilitas, oportuit diffinire, ita quod diffinitum est non debet violari. Literis vestris verò inter cetera insertum inuenimus quosdam regionis vestra Episcopos à vestro, & nostro ordine discrepare, & non per singulos annos confectionem sancti chrisma semel actam conseruare. Dicunt enim, ut in memoratis apicibus reperimus nec balsamum per singulos annos posse reperire, nec necesse fore per singulos annos chrisma conficere, sed dum vna confectio chrisma tis abundat, aliam fieri necesse non habere. Errant enim qui talia excogitant, & mente vesana potius quam recta sentientes, hæc dicunt. In illa enim die Dominus postquam cœnauit cum discipulis suis, & lauit pedes eorum (sicut à sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt) chrisma conficere docuit. Ipsa enim lauatio pedum, nostrum significat baptismum, quando sancti Chrisma tis vnctio perficitur, atque confirmatur. Nam sicut ipsius diei solennitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti chrisma tis confectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum est renouanda, & fidelibus tradenda, quia nouum sacramentum est per singulos annos, & iam dicto die innouandum, & vetus in sanctis Ecclesiis cremandum. Ista à sanctis Apostolis, & successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus. Hæc sancta Romana Ecclesia, & Antiochena à tempore Apostolorum custodit. Hæc Hierosolymorum, & Ephesianorum tenet. In quibus Apostoli præsentis, hæc docuerunt, & vetus chrisma incendi, & non amplius quam vno anno uti permiserunt, atque deinceps nouo frui, & non veteri, iubentes docuerunt. Si quis ergo his obuiare tentauerit, omnem sibi per vos, & per omnes rectè intelligentes, indulgentiæ æditum intelligat obseratum, quia prauissimarum metium peruersa doctrina (dum indulgentius frenis vitur) in præuaricationem præsumptionis delabitur, & nullatenus eruitur, nisi prudentium

De consec. di. 3. l. 1.

Hæc ad finem vsque Epistole habentur in dec. l. 3.

l. 6. Si quis Episcoporum. Et in dec. l. 4.

dentium sustentatione, & correctione liberetur. Illa autem quæ circa diuina mysteria, & erga baptizandos, in vniuerso mundo sancta Ecclesia vniormiter agit, non otioso contemplanda sunt intuitu, ne locum superuacuis intentionibus, & superstitionibus faciamus.

Cuius supra.

- 1 Qui non debeant admitti ad accusationem.
- 2 De peregrinis iudiciis, & de accusationibus Episcoporum.
- 3 De pulsatis.
- 4 Si quis iratus crimine obiecerit, vel obiecta non probauerit.
- 5 Si Episcopus accusatus sedem Apostolicam appellauit.

In decretis Iuonis libro quarto, & alias, accusatores idoneos, defensores congruos, atque testes legitimos. Iudices autem debent uti aequitate, testes veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores exterminatione ad minuendam causam.



Heuissimo fratri Hilario Episcopo, Fabianus. Diuina circa nos gratia memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam ob hoc ad fastidium sacerdotale prouexit, ut mandatis ipsius inhaerentes, & in quadam sacerdotum eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. In tantum enim, in occiduis partibus, quibus moraris, audiuius, astutiam diaboli seuire in populum Christianum, atque in multiplici deceptione prorumpere, ut non solum laicos seculares, sed ipsos quoque Domini sacerdotes premat, atque vexet. Vnde in grandi mœrore positi, dissimulare non possumus quod corrigere atrociter debemus. Quapropter competens adhibenda est talibus medelavulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera capitis peste nil possit, sed segnius tracta pernitentia, reatu non legitime curationis inuoluat pariter fauciatos, & medentes.

1 Ob id ergo statuente decernimus, ut hi qui non sunt bonæ conuersationis, aut quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita, & libertas nescitur, non possint Domini sacerdotes accusare, ne viles personæ, ad accusationem eorum admittantur. Similiter hi, qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspitiosi, vocem aduersum maiores natu non habeant accusandi, quia suspitiosa vox & inimicaveritatem solet opprimere.

2 Peregrina verò iudicia, salua in omnibus Apostolica autoritate, generali sanctione prohibemus, quia indignum est, ut ab externis iudicetur, qui prouinciales, & à se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatum. Vnde oportet, si aliquis Episcoporum super certis accusetur criminibus, ut ab omnibus audiatur, qui sunt in prouincia Episcopis, quia non oportet accusatum alicubi, quam in foro suo audiri. Si quis verò iudicem aduersum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat. Appellante autem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniurare custodia, sed liceat appellatori, vitiatam causam appellationis remedio subleuare. Liceat etiam in causis criminalibus appellare. Nec vox appellandi denegetur ei, quem supplicio sententia destinari.

3 Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, & ante non suum iudicem, si voluerit taceat, & ut pulsatis quo-

ties appellauerint, induciæ dentur. Si quis ergo iratus, crimen aliquod cuiuslibet temere obiecerit, cōiutium non est pro accusatione habendum, sed permissio tractandi spatio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse resipiscens, quæ pro iracundia dixit, iterare aut scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo qui crimen obiicit, scribat se probaturum. Reuera semper ibi causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probauerit quod obiecit, pœnam quam intulerit ipse patiatu.

4 Placuit etiam, ut si Episcopus accusatus appellauerit ad Apostolicam sedem, id statuendum quod eiusdem sedis Pontifex censuerit. Hæc tamen omnino in sacerdotum causa forma seruetur, ne quenquam sententia non à suo iudice dicta constringat.

Cuius supra ex Gratiano desumpta, nec prioribus inserta. In edis maceretur acerrimis, qui fratri suo reconciliari non vult. Si quis cōtristatus noluerit reconciliari fratri suo satisfaciendo, qui contristauit, acerrimis maceretur in edis, usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat.

Eiusdem ex Gratiano.

Infamis efficitur qui sciens deierare præsumit.

Quicumque sciens, se peierauerit, quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequeris annos pœniteat. Et nunquam sit sine pœnitentia. Et nunquam in testimonium recipiatur, cōmunionem tamè post hoc percipiat.

Eiusdem ex Gratiano.

Furiosus & furiosa matrimonium contrahere non possunt.

Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt. Si contractum fuerit, separentur.

Eiusdem ex Gratiano.

Affines in quinta generatione copulari possunt, in quarta si fuerint inuenti, non separentur.

De propinquis qui ad affinitatem per virum & uxorem veniunt, defuncta uxore, vel viro in quinta generatione cōiungatur, in quarta si inuenti fuerint, non separentur. In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir coniungatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, & uxoris suæ consanguineis, post mortem suæ uxoris.

Eiusdem ex Gratiano.

Ad iudicium immediate præscriptum.

Qui propinquam sanguinis uxorem ducit, & separatur, non licebit eis quandiu vtrique viuunt, alias uxores sibi in cōiugio lociare, nisi ignoratia excusentur.

Eiusdem ex Gratiano.

Consanguinei tantum, vel (si progenies defecerit) antiqui, & veraces propinquitatem in synodo cōputent.

Cōsanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo cōputet, sed propinqui ad quorum notitiam pertinet, id est pater, & mater, soror, & frater, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota est, Episcopus canonicè perquirat, & si inuenta fuerit propinquitas, separentur.

Eiusdem ex Gratiano.

Ter in anno quisque fidelium communicet.

Et si non frequentius, saltem ter in anno, homines communicent, nisi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur, in Pascha videlicet, & Pentecoste, & natali Domini.





2. Episcopi ergo non sunt leuiter accusandi, vel detrahendi, quia iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius vice, & legatione funguntur in Ecclesia. Vnde vobis omnibus, & qui vobiscum sunt in nostro solatio, sicut & olim factum inuenimus, constitui placuit, vt criminationes maiorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, omni se carere suspitione, atque inimicitia, & irreprehensibilem fidem, ac conuersationem ducere. Vnde placuit, vt à quibusdam iudicibus ecclesiasticis, ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior autoritas (si fuerit prouocatum) audientia non negetur.

3. Item constituimus, sicut & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus decretum reperimus, si quis Metropolitanus Episcopus, nisi quod solummodo ad propriam pertinet parochiam, sine consilio, & voluntate omnium comprouincialium Episcoporum extra aliquid agere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit, & quod egerit, irritum habeatur, & vacuum. Sed quicquid de comprouincialium coepiscoporum causis eorumque Ecclesiarum, & clericorum atque secularium necessitatibus, aut de quibuscunque communibus causis agere, aut dispendere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprouincialium agatur Pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed concordia, & humilima administratione sicut Dominus ait: Qui maior est vestrum, erit minister vester, & reliqua. Similiter & ipsi comprouinciales Episcopi cuncta cum eius consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias agant, iuxta sanctorum constituta patrum, vt vno animo, vno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula.

4. Similiter autoritate sulti Apostolica præcipimus, vt nullus Metropolitanus Episcopus absque ceterorum omnium comprouincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irrita erunt, & ipse causam pro facto dabit.

5. Episcopi vero per singulas prouincias obseruent, ne posteriores se, prioribus suis se præferant, nec eis inconsultis (nisi quantum ad propriam pertinet parochiam) aliquid agant, sed omnes de communibus eorum causis consonam sententiam proferant, & determinent, quoniam aliter acta nullas vires habebunt, nec ecclesiastica reputabuntur.

6. Res quoque Ecclesiarum vestrarum, & oblationem fidelium, quas significastis à quibusdam irruentibus vexari, vobisque, & ecclesiis vestris auferri, indubitanter maximum est peccatum, testante ipsa scriptura quæ ait: Qui abstulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non esse peccatum, homicidæ particeps est. Pater ergo noster, sine dubio Deus est, qui nos creauit, & mater nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter generauit. Et ideo qui Christi pecunias & Ecclesiæ auferit, fraudat, & rapit, homicida in conspectu iusti iudicis esse deputabitur. Hæc fieri Prophetæ, hæc Apostoli, hæc successores eorum, & omnium catholicorum patrum verant decreta, & tales præsumptores, & Ecclesiæ raptores, atque suarum facultatum alienatores, vnà nobiscum à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ, anathematizatos Apostolica autoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus. Et non solum eos, sed omnes consentientes eis, quia non solū

qui faciunt, rei iudicantur, sed etiam qui cōsentiant facientibus. Par enim pœna & agentes, & consentientes comprehendit.

Ex decretis Lucij Papæ ex Gratiano desumptis. Officio & beneficio priuetur Episcopus, presbyter, vel diaconus uxorem suscipiens, vel susceptam retinens.

Ministri altaris presbyteri, siue diaconi, ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiam seruent. Si verò post ordinationem suam ministros cōtigerit propriæ vxoris inuadere cubile, sacrarij non intrent limina, neque sacrarij portitores fiât, neque altare contingant, neque ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant, neque ad Dominici corporis portionem accedât, neque propinquent, neque sine maioris natu autoritate maiora gerant officia, vrceum sanè ad altare, vel calicem non suggerant.

Ex eisdem. Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur.

Clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, neque frequenter properet sine maioris natu sacerdotis iussione. Nec solus presbyter cum sola fœmina fabulas misceat. Nec archidiaconus sub prætextu humilitatis, aut officij frequenter intret domicilia matronarum, aut fortè per clericos, aut domesticos matronæ mandent aliquid secretè. Si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus ecclesiæ arceatur.

Ex eisdem. De eodem titulo.

Sed si fortè aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam ire debent, ipse per interuentum pergat. Sin autem de latere suo dirigat cum duobus aut tribus testibus. Nemo tamen cum extranea habitet fœmina, nisi soror, aut proxima fuerit, & cum magna sollicitudine fiat. Non enim ignoro malitias Satanæ.

STEPHANVS PAPA VICE. SIMVS SECUNDVS.

Stephanus Romanus, sedit annos septem, martyrio coronatur vigesimus secundus papa sub Petro.

- 1. Qui sint infames, vel qui ad gradus Ecclesiasticos, siue ad accusationem non sunt admittendi.
2. De reuerentia præpositis exhibenda.
3. De vestimentis Ecclesiasticis.

Illustissimo fratri, ac familiari amico Hilario Stephanus Episcopus intimæ charitatis salutem. Quanquam sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse deuotam, tamen pro familiaritate qua nobis coniunctus esse cognosceris, vt tua efficacior fiat industria, congruum nobis visum est, has fraternitatis literas tuæ dilectioni debere dirigere. Momenus te charissime, semper in bonis manere, & à malis cauere, cum bonis & rectæ fidei ac sanctæ conuersationis hominibus assiduè esse, & à pueris, ac fratrum insidiatoribus, nisi vt eos cōuertas & ad concordiam reducas separari. Quod verò cōsulisti sedè Apostolicam, qui sunt infames, aut qui ad gradus ecclesiasticos non sunt admittendi, & nosse te credimus, &

& pro autoritate sedis Apostolicæ te informare non denegamus. Infames autem esse eas personas dicimus quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes, qui Christianæ legis normam abiiciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt. Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos, sepulchrorum quoque violatores, & Apostolorum atque successorum eorum, reliquorumque patrum statuta libenter violantes, & omnes qui aduersus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter & incastuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna sibi pctunt loca tenere, aut faultrates ecclesiæ abstrahunt iniuriæ, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant, vel qui cōtra innocentes principum animos ad iracundiam prouocant, & omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab ecclesia pulsos, & omnes quos ecclesiasticæ vel seculi leges infames pronunciant, nos verò non ad sacros ordines licet promouere, nec seruos ante legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec bigamos, nec eos qui curiæ deseruiunt, vel qui non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem, vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur, hi omnes nec ad sacros gradus debent prouehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec rectam fidem, vel dignam conuersationem non habentes summos sacerdotes possunt accusare.

2. Sed & qualiter obedientia vel reuerentia sit præpositis exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ambigis. In qua re valde est vtile, si id quod disciplina vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda seruauerit. Omnipotens deus in cuius manu sunt omnia, de quo scriptum est: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum, ipse te tuosque, & diuina & Apostolicæ sedis instituta illibata seruare, & nos atque omnes fideles ad potiora semper conscendere, & de die in diem deteriora cauere, & meliora, ac deo placita sectari, atque perficere concedat.

3. Vestimenta verò ecclesiastica, quibus Domino ministratur, cultusque diuinus omni cum honorificentia & honestate, à sacerdotibus, reliquisque ecclesiæ ministris celebratur, & sacra debent esse, & honesta. Quibus aliis in vrbibus (cum deo eiusque seruitio consecrata & dedicata sunt) nemo debet frui, quàm ecclesiasticis, & deo dignis officiis. Quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi à sacris hominibus, ne vltro quæ Balthasar regem percussit, super hæc transgredientes, & talia præsumentes, veniat diuina & corruere eos faciat diuinæ vltionis iustum flagellum ad ima. Hæc illis partibus quibus moraris, & in omnibus quibus potueris, cunctis nota facito, & obseruari Apostolica mandante autoritate, quia & nostri nobisque commissi, in sancta Apostolica & vniuersali ecclesia, omnes hæc obseruare, nunc, & futuris temporibus professi sunt.

Cuius supra.

- 1. De episcopis rebus expoliatis, aut à sede pulsis.
2. Si quis Episcopus vel actores, siue defensores ecclesiæ, antequam eos caritative conueniat, accusare præsumserit.
3. Qui non debeant admitti ad accusationem.
4. Accusationem per scripta non suscipiendam, nec absen-

tem posse accusari vel accusare, nec debere respondere priusquam locum accipiat deferendi.

- 5. De primatibus, & Metropolitanis, & de negociis Episcoporum ad ipsos referendis.
6. Vt Episcopus accusatus ab omnibus comprouincialibus Episcopis audiatur.
7. Vt omnis accusatio intra prouinciam terminetur, nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum: & de accusationibus criminalibus implicatis, vel sponte confessis, aut olim mimicis.
8. Si clericus Episcopum accusauerit, aut insidiatus fuerit.
9. Si laici res ecclesiasticas dispensare debeant.
10. De personis accusatarum.
11. De criminationibus doctorum, vel quod diuinis vocibus damnati Episcopos non possunt accusare, vel in eos testificari.



Stephanus sanctæ, Apostolicæ, & vniuersalis Romanæ ecclesiæ Episcopus, omnibus per diuersas prouincias constitutis Episcopis in domino salutem. Plurimum gaudemus in Domino, & in dono gratiæ ipsius gloriamur, quod fides vestra per bona opera crescit magnificè, & dilatur amplissimè. Sed nimis affligimur, & tribulamur de vestra oppressione super qua crebrior commeantium vsque ad nos fratrum sermo perlatus est. Non oportuerat quidem ab illis à quibus sustentari, & portari, atque honorari debueratis, tantis vos oppressionibus cōcuti. Quapropter necessarium est, vt remotis talium tergiuersationibus, quibus venenosa malitia reuelari atque obscurari bonitas & veritas solet, adminiculum non modicum vobis à fidelibus impendatur, atque ab hac Apostolica sede suffragetur, quos per diuinam gratiam Christi auxilio dignum est adiuuari, ne in totius ecclesiæ perturbationem imprudens procedat intentio, & ea quæ à sanctis prædecessoribus nostris, & reliquis sanctis patribus, dudum fuerant prohibita, de nouo reuiuiscant. Loci namque nostri consideratione compellimur, ea quæ ad notitiam nostram emendanda peruenerunt, propter dominum non derelinquere, sed digna emendatione corrigere. Et si secularibus officiis ordo suus, & tradita à maioribus disciplina seruanda est, quis ferat ecclesiasticos ordines temeraria præsumptione confundi, audita negligere, & emendanda, non opem ferendo, postponere? Audiuimus enim vos à quibusdam accusari, non tam pro vestra culpa, quàm pro eorum libitu, vt vestra rapere possint, & ideo vos nimis affligi, & concuti intantum, vt etiam à sedibus propriis pellamini, & tali occasione ecclesiæ facultates, vestræque vastentur, ac deprædentur. Ista, charissimi, non oportet fieri, nec denuo replicari. Tamen necesse est, quæ quoties vsurpantur, sapienter replicentur, & prohibeantur. Nam quicquid in sacratis deo rebus, & Episcopis iniuste agitur, pro sacrilegio reputabitur, quia sacra sunt, & violari à quoquam non debent.

1. Nullus enim Episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus, aut à sede propria qualibet occasione pulsus debet accusari, aut à quoquā ei potest crimen obici, prius quàm integerrimè restauretur, & omnia quæ illi ablata quocumque ingenio fuerant, legibus reintegrentur, & ipse propriæ sedi, & pristino statui regulariter reddatur, ita vt omnes possessiones, & cuncta sibi iniuste ablata, atque fructus omnes, ante cœptam

2. q. 7. Cri- mina. Et supra in dec. Iginij papa. Et in dec. Iulij papa.

Mat. 20. d. Mar. 10. g.

17. q. 7. qui abstu. Et supra in dec. Anaclesti.

Rom. 1. d.

Dist. 81. Ministri.

Distin. 81. Clericus.

Mat. 21. d.

De cos. d. vestimenta dei habentur supra in dec. Sixti papa. 1.

An. d. 291. Fuit tem. Valeriani.

6. q. 1. In- fames esse. Et in dec. 1. no. lib. 4. &

ceptam accusationem primates, & synodus Episcopo de quo agitur, funditus restituant, quia hoc non solum ecclesiasticæ, sed etiam seculi leges fieri prohibent.

\*aliquis.

2 Neque aliquis eorum, aut ecclesiarum auctorū vel detestorū ad aliquos prius accusari debet, quā ipsi charitatiue bis aut ter ab eis qui se lafos æstimant vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiūt, cōueniantur, vt ab eis aut familiarem emendationem, aut iustam percipiant excusationem. Quod qui præsumpserit, liminibus arceatur ecclesiæ vsque ad cōdignam satisfactionem.

3-9-5. Accusatores. Et supra in dec. theophori & Iulij Gene. 19-b

3 Accusatores verò & accusationes, quas seculi leges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerunt, & nos submonemus. Nullus enim alienigena, aut accusator eorum fiat aut iudex. Vnde & de Loth scriptum est: Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? Accusator autem vestrorū nullus sit seruus, aut libertus, nullaque suspecta persona, aut infamis. Repellantur etiam cohabitantes inimici, & omnes laici, quia infestationem blasphemix affectio amicitix incitare solet. Nec illi in vestra sunt suscipiendi accusatione, qui vos in sua volunt recipere infamatione.

\*anathematizatorum.

Nullus enim \*anathema suscipiatur, nec à quoquam credantur, quæ ab eis vel dicuntur, vel conscribuntur. Eos quoque dico anathematizatos esse, quos Episcopi suis scriptis anathematizauerunt, aut eorum statutis anathematizant.

3-9-4. nul. l. anathe.

4 Per scripta enim nullius \* accusatio suscipiatur, sed propria voce, si legitima, & condigna accusatoris persona fuerit, præsentem videlicet eo quem accusare desyderat, quia nullus absens aut accusari potest, aut accusare. Nullus tamen præfati ordinis vir accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, prius quàm regulariter à suo primate vocatus sit, locumque defendendi & \* inquirēdi accipiat ad abluendi crimina.

2-9-8. Per scripta. \* accusatio accusa tore, & eo qui accusatur absentibus.

ablundi idem sup. in dec. Aniceti pa.

5 Nulli enim metropolitani aut alij Episcopi appellentur primates, nisi qui primas sedes tenent, & quorum ciuitates antiqui primates esse censuerunt. Reliqui verò qui ceteras Metropolitanas ciuitates adepti sunt, nō primates, sed aut Archiepiscopi, aut Metropolitani vocentur. Vrbes enim & loca quibus primates præsidere debent, non à modernis sed etiā à multis ante aduentum Christi sunt statuta temporibus, quarum primates etiam gentiles pro maioribus etiam negociis appellabant. In ipsis verò vrbus post Christi aduentum Apostoli, & successores eorum, Patriarchas vel primates posuerunt, ad quos Episcoporum negocia salua in omnibus Apostolica autoritate, & maiores causæ, post Apostolicam sedem sunt referendæ. Et licet (Apostolo prohibente) inter Christianos non debeant accusationes exerceri, sed si prohiberi non poterit, accusationes Episcoporum, ad memoratos primates debent ab accusatoribus deferri, studendum est tamen Episcopis, vt dissidentes fratres magis ad pacem quàm ad iudicium coercentur.

d. 80. Vrbes sed sub nomine lucij, non stephani.

6 Episcopus autem aliter non debet audiri, aut iudicari nisi in præsentia omnium comprouincialium, & ab omnibus comprouincialibus Episcopis, quia ipsis absentibus, nec debet, nec potest. Quæ verò personæ ad accusationem eorum non sunt admittendæ & superius ex parte iam dictum est, & latius, tam hi, quàm infames personæ in epistola quam dudum Hilario misimus, sunt annumeratæ.

7 Ultra prouinciæ verò terminos accusandi licentia non progrediatur, sed omnis accusatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, nisi ad Apostolicam sedem fuerit tantum appellatum. Et neganda est accusatis licentia criminandi, prius quam se crimine quo premuntur, exuerint. Quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes, quoniam periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quemcunque professio. Familiars verò, & sponte confessi, atque sceleribus irretiti, non debent admitti, nec hi qui hesternæ die, aut pridie, aut antè fuerunt inimici.

3-9-6. Ultra prou. Et in dec. luo. lib. 4. 3-9-11. Neganda est. Et in dec. luo. lib. 4.

\*percedio.

8 Clericus ergo, qui Episcopum suum accusauerit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & à gradu debet recedere, aut curiæ tradi seruiturus.

9 Laicis quoque, quanuis religiosi sint, nulli tamē de ecclesiasticis facultatibus aliquid respondendi, legitur vnquam attributa facultas.

2-9-7. que reddi est. 2-9-8. Accusatorū persona. Et in dec. Calixti papa.

10 Hi verò qui non sunt bonæ conuersationis, & quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita, & libertas nescitur, nō possunt eos accusare. Primò semper accusatorum personæ, fides, vita, & conuersatio est enucleatim inquirenda, & postea quæ obiciunt, fideliter sunt pertractanda, quia nihil prius fieri debet, quàm impetitorum personæ, fidesque, vita, & conuersatio diligenter discutiatur, ne alicuius inuidia, aut inimicitia, vel intèntione mala quisquam vexetur.

11 Criminationes aduersus doctorem nemo suscipiat, quia magis sunt doctores portandi, quàm ledendi aut infamandi. Eorum autem accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos humanis & diuinis vocibus damnatos, vel mortuos esse agnoscimus.

EX DECRETIS STEPHANI Iuxta Gratianum, verū tamen nescitur an primi, vel secundi, vel tertij.

Occidentalis non orientalis ecclesia castitatis votum obtulit.

Aliter se orientaliū traditio habet ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesiæ. Nam illarum sacerdotes, diaconi, aut subdiaconi matrimonio copulantur, istius autem ecclesiæ nullus sacerdotum à subdiacono vsque ad Episcopum licetiam habet coniugium sortiendi.

d. 31. Aliter se orient. Et in dec. luo. lib. 4.

Ex eisdem.

In Apostolatus culmen nullus nisi ex cardinalibus promoueat.

Portebat, vt hæc sacrosancta domina nostra Romana ecclesia, iuxta quod à beato Petro, & eius successoribus institutum est, rite ordinaretur, & in Apostolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris, aut diaconibus consecraretur.

75-d. Oportebat ut hac.

SIXTUS PAPA VIGESIMVS tertius.

Sixtus,

Anno d. 164. Tempore huius exortæ est Sabelliano rmm. secta.



Ixtus secundus, natione Græcus ex Athenis, sedit annos duos, vigesimus tertius papa sub Petro.

Hic sub Decio, & Valeriano martyrio coronatur. Quia noluit sacrificare dæmoniis, capite truncatus est, & cum eo sex diaconi. Et die tertio post passionem illius passi sunt Laurentius eius archidiaconus, Claudius subdiaconus, Seuerus presbyter, Romanus hostiarius, & Crescentius lector.

Decretum Sixti papa.

Licere accusatis, vel damnatis Episcopis appellare, sine a dire sedem Apostolicam, sine cuius auctoritate causa eorum terminari non debent.



Ixtus Episcopus Græco Episcopo salutem. Latari & gaudere me plurimum in Christo Iesu domino nostro, dilectionis tuæ scripta fecerunt, quibus euidenter ostenditur, quantum catholicam diligis fidem, & quantum prauorum hominum detestaris errorem. De cetero tuam moneo dilectionem vt cunctos quos errare cognoueris, ad catholicam fidem, & ad vnitatem rectè credentium conuertere studeas, & tu nunquam ab Apostolico tramite recedas. Si autem te non audierint, & errantes (quod absit) permanserint, nobis eos manifestare quàm citius poteris, non tardes, vt Apostolica auctoritate, aut citò ad ecclesiam conuertantur, aut ab ecclesia separentur. Audiuimus etiam quòd quidam erronei, & consentientes eis, te & reliquos infestent Episcopos & Episcopos aliquos comprouinciales, ad vestram infammationem, atque damnationem secum trahant. Quapropter in hac sancta sede dudum à multis Episcopis constitutum erat, & modò ad vestrum, & ceterorū fratrum auxilium est denuo roboratū, vt omnes Episcopi qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis, quotiens necesse fuerit, libere Apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, vt ab ea (sicut semper fuit) piè fulciantur, defendentur, & liberentur. Cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas & Episcoporum iudicia, antiqua Apostolorum, eorumque successorum, atque canonum autoritas seruauit, quoniam culpantur Episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm eiusdē sedis papæ fieri placuerit. Vnde placuit, vt accusatus, vel iudicatus, à comprouincialibus in aliqua causa Episcopus, licet apellet, & adeat Apostolicæ sedis pōrificem. Qui aut per se, aut per vicarios suos eiusdem retractari negocium procurat. Et dum iterato iudicio Pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur Episcopus, quoniam quāquam à comprouincialibus Episcopis in aliqua causa, Episcopis accusati causam Pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniri inconsulto Romano Pontifice, permissum est cum Beato Petro Apostolo non ab alio, quàm ab ipso dictum sit domino: Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo. Et si quis putauerit, se à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem diocæses, aut penes vniuersalis Apostolicæ ecclesiæ papam iudicetur.

2-9-6 sub nomine Grego. p. 4. pa cap omnes enim qui in. Et in dec. luo. lib. 4. 3-9-6. Accusatus, vel iudicatus. Et sup. in dec. victo ris pp. & infra in dec. cr. Iulij & in dec. luo. lib. 4. Matt. 16. c. 2-9-6. Si quis putauerit. Et in dec. victo.

tollit autē misericordiā iudicio. In omnib⁹ ergo, fili dilectissime, cor custodi, sicut scriptū est: Omni custodia custodi cor tuū, quia ex ipso vita procedit. Hæc breuiter pro cōmemoratione rescripti, sed peto, vt pp me orare debeas, quatenus omnipotens deus, & à malignis me spiritibus, & à peruersis hominibus custodire dignetur, quia in hac vitæ meæ peregrinatione mala me, simul & multa circundant, ita vt cū psal mista iure dicam. In me transierunt ire tuæ: & terrores tui conturbauerunt me. Circudederunt me sicut aqua tota die, circudederunt me simul. Cælestis gratia & nos in vrribus, & vos, vbique protegat quia antiquis hostis terrarum locis à tentatione non excluditur, quia si in paradiso hominem strauit, quis locus extra paradysum esse potest, in quo mentes hominum penetrare non valeat. Antiqui enim hostis (cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum) sicut semper oculi vigilans ad animas hominum illaqueandum, multosque sua prauitate secum in perditionem trahere cupit, qui suapte malitia à gloria lapsus est in miseriam. In sola ergo creatoris nostri protectione fidendum est, cui ex intimo corde clamemus: Esto mihi in deum protectorem, & in locū mutum vt saluum me facias.

pp. supra. & infra. Et in dec. luo. lib. 4. Iacob. 2. c. Pro. 4. d. psal. 87.

sapi. 2 d

psal. 30. & 70.

Cuius supra.

- 1 Si qui aduersus Episcopos vel actores ecclesiæ causam habuerint.
2 De Episcopis rebus expoliatis, aut à sede puls.
3 Vt nullus Episcopus alterius parochianum, retineat, ordinet, vel iudicet.
4 De Episcopis iniuste damnatis, & Apostolica auctoritate restituis.
5 Quod excommunicati Episcopos accusare nō possunt, nec nec illi qui eos in sua non recipiunt accusatione, nec maior à minori iudicari vel damnari.



Dilectissimis fratribus per hispaniarum prouincias constitutas, Sixtus Episcopus in domino salutem. Magno munere misericordiæ dei totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum ecclesiarum status eo viget ordine, quo Apostoli eorumque successores illum statuerunt. Et cum antiqui hostis astutia eum turbari cognoscimus, nō modico contristamur dolore. Quam ob causam, fratres hortamur vos, moneamus, & flagitamus, vt à tramite Apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, nec à capite disideatis sed fidem & ordinem quem Apostoli & Apostolici viri statuerunt, absque hesitatione teneatis. Nam si columnæ alicuius magnæ domus corruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos qui columnæ ecclesiæ estis, si labefactari cœperitis, sancta ecclesia (quæ per vos regitur) tabescet, & labetur. Hæc fratres quæ dico, valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda, atque ne fiant cauenda. Ipsa enim veritas per se dixit: Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo salietur? & cetera ideo vos charissimi moneo, quia vobis debitor sum, & valde vos diligo. Et quando audio bona de vobis congratulor satis: & econtrā, quando aduersa nimis conturbor. Ego verò quanuis vobis per longa terrarum intervalia disunctus sim, sum tamen omnino vobiscum corde coniunctus. Ideo de vestra beatitudine erga me modis

Matt. 5. b

*Mat. 13. d* modis omnibus confido, quia cum me vicissim di-  
*Mar. 14 c* ligitis à me longe non estis. Vnde magis gratias refe-  
*Luca. 13 d* rimus illi grano sinapis, quod ex modici, despicibili-  
*Mat. 13 e* que specie ita ramis ex eadem radice surgentibus,  
*Luc. 13 d* atque se distendentibus, vsque ad diffusum est, vt in  
*Dan. 2. e* eis volatilia cœli cuncta nidificent. Gratiaque sit fer-  
 mento illi, quod tribus farinæ ratio totius humani  
 generis massam in vnitatem conspergit, atque paruo la-  
 pidi, qui absclusus de monte sine manibus occupauit  
 vniuersam faciem orbis terræ. Qui ad hoc naturam  
 nostræ carnis, & status ferulis formam assumens, hu-  
 militer se vsquequaque distendit, vt omni humano,  
 genere in vnitatem redacto, totius corpus vnitè per-  
 ficeret ecclesiæ, atque ita ad totius compaginis per-  
 tineret commodum, membrorumque partialis ista  
 distinctio. Vnde nos quoque à vobis longè non su-  
 mus, quia in illo qui vbique est, vnum sumus. Aga-  
 mus ergo ei gratias, quod solutis inimicitias in carne  
 sua fecit vt in omni orbe terrarum vnus esset grex,  
 & vnus ouile, sub vno pastore, semp memores quòd  
 vos veritatis prædicatore admoneat dicens: Sollici-  
 ti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vincu-  
 lum enim pacis nemo seruat, dum alium infestat, aut  
 verbis aut factis persequitur.  
*2. q. 7. Si* 1. Ideo, fratres, ista pertulimus, quia audiimus inter  
*quis cor. r. a* vos accusationes exerceri, & pullos à sedibus Episco-  
*Episc. idè* pos, aut suis rebus expoliatos iudicari. Quapropter  
*suprà in* statutum est, vt si quis contra Episcopum vel acto-  
*decr. Ale* res ecclesiæ, se proprium crediderit habere negoci-  
*xadri pp.* um, non prius adeat iudices quàm ad eos recurrat cha-  
*in dec.* ritatis studio, vt familiari colloquio commo-  
*Iuo lib. 4.* niti, ea sanare debeant quæ in quarimoniam deducuntur.  
*infrà i* Quod si aliter egerit, communionem priuetur.  
*de Tul pp.* 2. Nemo pontificum deinceps aliquem Episcopum  
*suprà in* suis expoliatum rebus, aut à sede pulsum excommu-  
*decr. Sixti* nicare, aut iudicare præsumat, quia non est priuilegi-  
*primi, &* um quo expoliari possit iam nudatus.  
*similiter i* 3. Nullus Episcopus alterius parochianum præsu-  
*decr. Iulij* mat retinere, aut ordinare absque eius voluntate, vel  
*pape.* iudicare, quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita & di-  
 iudicatio, quoniam censemus nullum alterius iudi-  
 cis, nisi sui, sententia teneri. Nam qui eum ordinare  
 non potuit, nec iudicare vllatenus poterit. Ista enim  
 vobis deinceps tenenda, & fratres vicissim adiuuare  
 mandamus.  
*9 q. 3. Fra* 4. Fratres verò quos timore terreno iniuste dam-  
*tres quos* nastis, scitote à nobis iuste esse restitutos. Quibus ex  
*timore.* sancti Petri, & Apostoli, auctoritate omnia quæ eis a-  
 blata sunt, integerrimè reddi præcipimus, si non vul-  
 tis vos & principes vestri à collegio nostro, & mem-  
 bris ecclesiæ separari. Iuste enim iudicio dei, datur  
 peccatoribus plerunque potestas, qua sanctos ipsius  
 persequantur, vt qui spiritu dei iuuantur, & aguntur  
 fiant per laborum exercitia clariore. Illi tamen qui  
 hoc agunt, nullatenus euadent pœnam, quia vt ait  
 Dominus: vix illi per quem scandalum venit. Et quàm-  
 quam iuxta saluatoris sententiam necesse sit venire  
 scandala, vix tamen per quem veniunt. De occultis  
 enim cordis alieni temere iudicare peccatum est, &  
 cum cuius non videntur opera nisi bona, iniquum est,  
 ex suspitione reprehendere, cum eorū quæ sunt ho-  
 mini incognita, solus deus iudex sit iustus, qui inspec-  
 tor est verus. Vnde scriptum est: Incerta non iudice-  
 mus, quoad usque veniat dominus, qui & illumina-  
 bit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia  
 cordium. Et quanuis vera sint, non tamen credenda

sunt, nisi certis iudiciis comprobentur, nisi quæ ma-  
 nifesto iudicio conuincuntur, nisi quæ iudiciario or-  
 dine publicantur. Nullus ergo potest humano con-  
 demnari examine, quem deus suo iudicio reseruauit  
 Hæc omnia summo opere sunt præcauenda, ne præ-  
 sumptores esse videamur. Et accusatio Episcoporum  
 non est facilè recipienda, dicente domino: Non su-  
 scipies vocem mendacij. Et Apostolus inquit aduer-  
 sus Episcopum inscriptionem non recipiendam ab  
 que duobus, vel tribus idoneis testibus. Si de hæc de  
 presbyteris, vel cæteris fidelibus sunt præcauenda,  
 quantò magis de Episcopis? Quibus cognitio magis  
 vos dominari velle manifestum est, quàm consulere  
 fratribus, aut sustentare eos quia honor inflat super-  
 biam, & quod prouisum est ad concordiam, tendit  
 ad noxam. Decuerat namque iuxta præfatas regulas  
 vt si aliquid egissent contra suum ordinem manda-  
 re nobis, & expectare, quid ad vestra consilia rescri-  
 beremus, intantum vt si etiam quicquam graue, in-  
 tolerandumque committerent, nostra prætolaretur  
 censura, vt nihil prius, aut aliquid aliud decerneretis  
 quam quod nobis placere cognoueritis, & à regulis  
 præstitutis, nulla aut negligentia, aut præsumptione  
 recederetis. Cesset huiusmodi pressa nostra auctori-  
 tate, præsumptio, vitentur huiusmodi nocumenta,  
 quia nequaquam talia patienter ferre possumus ma-  
 chinamenta, quoniam conuenit nobis paternarum  
 sanctionum diligentes esse custodes. Meritò namque  
 causa nos respicit, si silentio faueamus errori.  
 5. Est insuper à sanctis prædecessoribus nostris ple-  
 runque iam statutum, vt nemo anathema in nostra  
 suscipiatur accusatione, nec illi qui nos in sua nolunt  
 recipere querela, vel accusatione, cum nos super il-  
 los sciamus à Domino constitutos, non illos super  
 Et sicut maior non potest à minore iudicari, ita nec  
 colligari, quia rarum est omne quod magnum est.  
 Portemus onera omnium qui grauantur, quinimo  
 hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus, cuius  
 vice fungimur legatione, & cuius regula informamur  
 quatenus eius fulti auxilio, & ab omnibus nunc, &  
 in perpetuum tueamur aduersis.

DECRETIS SIXTI SECUNDI  
 vt putatur, ex Gratiano prioribus  
 non inserta.

Qui grauatur à proprio Metropolitano, ad Primates,  
 aut vniuersalem ecclesiæ sedem appeller.

**Q**uotiens Episcopi se à suis compro-  
 uincialibus, vel à Metropolitano pu-  
 tauerint prægrauari, aut eos sus-  
 pectos habuerint, mox ad Romanam  
 appellent sedem, ad quam eis liberè i-  
 re liceat. Et dum ad prædictam Ro-  
 manam ecclesiæ appellauerint, aut ab ea se audiri  
 poposcerint, nullus eos aut excommunicare, eorum  
 sedes subripere, aut res eorum auferre, aut aliquam  
 eis vim inferre præsumat, antè quàm amborum cau-  
 sa Romani pontificis auctoritate terminetur.

EX EODEM VT SUPRA.

Super appellatione alterius  
 provincie indices audire  
 non oportet

Si

3. q. 6. Si  
 quis cleri.



DIONYSIUS PAPA VIGESIMVS  
 quartus.

Anno d.  
 266 fuit  
 repositus  
 Galieni.



Dionysius monachus sedit annos nouè  
 fuit vigesimus quartus papa.  
 Hic presbyteris ecclesiis diuisit, &  
 cæmeteria parochiasque, & diocæses  
 constituit eius epistolæ nihil habent, ni-  
 si generales commotiones ad obseruationem le-  
 gis Christianæ. Huius tempore congregatum est pro-  
 uinciale concilium in Antiochia, huius diuersum ab  
 antiocheno celebrato sub Iulio meminit Eusebius  
 historiæ ecclesiasticæ capite vigesimo tertio, & in-  
 fra aggregatiui verò contra Paulum Samosatenum  
 qui abiecta, & indigna de Christo sentiens, negabat  
 eum de cælis descendisse, sed à Maria originem cœ-  
 pisse, & initium habuisse de terra & 26. capite in se-  
 rit epistolam Concilij Antiocheni ad dionysium  
 papam.

Decretum Dionysii Papa.

De ecclesiis parochianis, vt singule singulis dentur pres-  
 byteris, & vt nullus alterius parochie terminos vel ius  
 inuadat



Dionysius Episcopus Seuero Episco-  
 po salutem. Olim ab initio tantam  
 percepimus à beato Petro Apосто-  
 lorum principe fiduciam, vt habear-  
 mus auctoritatem vniuersali eccle-  
 siæ, auxiliante Domino subuenire,  
 & quicquid nociuum est, auctoritate Apostolica cor-  
 rigere, & emendare. Ad hoc enim diuinæ dispensa-  
 tionis prouisio gradus, & diuersos constituit ordines  
 esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potiori-  
 bus exhibent, & potiores minoribus dilectionem  
 impenderent, vna concordia fieret ex diuersitate cõ-  
 textio, & rectè officiorum generaretur administratio  
 singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ra-  
 tione subsistere nisi huiusmodi magnus eam differē-  
 tiæ ordo seruaret. De ecclesiis ergo parochianis,  
 vnde Apostolicam sedem consulere voluisti, quali-  
 ter sint custodiendæ per Cordubensem provinciam,  
 ac diuidendæ sacerdotibus, nihil tuæ charitati meli-  
 us nobis videtur intimare, quàm vt sequaris, quod  
 nos in Romana ecclesia nuper egisse cognoscitur.  
 Ecclesias verò singulas singulis presbyteris dedim⁹  
 parochias & cæmeteria eis diuisimus, & vnicuique  
 ius proprium habere statuimus, ita videlicet vt nul-  
 lus alterius parochiæ terras, terminos, aut ius inua-  
 dar, sed vnusquisque terminis suis sit contentus, &  
 taliter ecclesiam, & plebem sibi commissam custo-  
 diat, vt antè tribunal aeterni iudicis, ex omnibus si-  
 bi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed  
 gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque nor-  
 mam, charissime, te & omnes Episcopos sequi con-  
 uenit, & quod tibi scribitur, omnibus quibuscunque  
 potueris, notum facias, vt non specialis sed generalis

fiat ista præceptio.

FOELIX PAPA VIGESIMVS  
 quintus.

Felix papa primus, Romanus sedit annos qua-  
 tuor, Papa vigesimus quintus sub Petro.  
 Hic constituit supra memorias, ac sepul-  
 chra martyrum, missas celebrari: quod destruxerunt  
 hac nostra tempestate. Huius meminit Eusebius li-  
 bro septimo, capite vigesimo septimo.

Decretum Felicitis Papa.

De auctoritate iudicis sedis Apostolicæ, & de Episco-  
 pis accusatis.



Felix Episcopus vniuersis Episco-  
 pis per Galliarum provincias constitu-  
 tus in Domino salutem. Bonorum  
 operum, & spiritualium studiorum  
 deum authorem esse non dubium  
 est, qui eorum incitat mentes, & ad-  
 iuuat actiones. Vnde lætari me fecerunt scripta ve-  
 stra, ex bono studio, & ex integritate fidei deuotio-  
 nis vestræ, sed ex afflictione, & contritione vestra  
 magna, ex parte tristauerunt. Tristis enim tristis legi-  
 teras vestras & scripta mœsta mœrore debito per-  
 curri, quia sicut nos ecclesiarum pax, sacerdotumque  
 eius, concordia & tranquillitas plebis, & audire facit  
 gaudium, ita nos affligit, & deiicit fraternam afflictio.  
 Vos tamen nolite multum tristari, quia sicut ipsa per  
 se veritas ait: Si de hoc mundo fuissetis, mundus quod  
 suum diligeret: sed quia de hoc mundo non estis, pro-  
 preterea odit vos mundus, id est, mundi amatores. Quic-  
 quid tamen hi loquantur, aut aduersum vos agant,  
 vos tamen semper integram seruate fidem, & puram  
 habetote conscientiam, vt integer spiritus & anima  
 seruetur in die domini. Nos verò ad supplementum  
 vestrum fratres, & coepiscopos nostros vocauimus  
 amplius quàm septuaginta, cum quibus hæc quæ sub-  
 ter habentur inserta, regulariter tractando decreui-  
 mus. Vestris enim Epistolis in omnium audientia p-  
 lectis, quæ multas vt nostis quarimonias, & oppres-  
 siones, in se cõtinebant vestras, decretisque quæ sūt  
 de accusationibus Episcoporum sancta synodus di-  
 xit: Hæc sunt quæ deinceps propter malorum homi-  
 num insidias, qui in ecclesiam, & in ecclesiasticos se-  
 uiunt viros indifferenter, conseruare firmissimè vo-  
 lumus in secula.

Si quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui reci-  
 piendi sunt, fuerit accusatus post quàm ipse ab eis cha-  
 ritatiue conuentus fuerit vt ipsam causam emenda-  
 re debeat, & eam corrigere noluit, non olim, sed tunc  
 ad summos primates causas ei⁹ canonicè deferatur,  
 qui in congruo loco infra ipsam provinciam tempo-  
 re congruo, id est autumnali vel æstiuo concilium  
 regulariter conuocare debebunt, ita vt ab omnibus  
 eiusdem provincie, Episcopis inibi audiatur. Quòd  
 & ipse regulariter vocatus, si cum aut infirmitas, aut  
 alia grauis necessitas, non detinuerit, adesse debebat  
 Quia vltra provincie terminos accusandi antè licē-  
 tia non est, quàm audientia rogetur. Nam si suis fue-  
 rit, aut ecclesiæ sibi commissæ rebus expoliatus, aut  
 fuerit Et si  
 (quod absit) quod alienum ab omnibus esse debet  
 fidelibus, à sede propria eiecus, aut in detentione a-  
 liqua

Anno d.  
 272.  
 Fuit repositus  
 Claudi  
 dij & Va-  
 leria. Sub  
 hoc pontifi-  
 ce Manes  
 persæ Ma-  
 nichæorū  
 introduxit  
 sectam.

\* adire  
 Ioan. 15. c.

1. Thes. 5. d

Mat 18. a  
 1. Cor. 4. a  
 In dec. Iuo  
 li. 4. Om

3. q. 6. Si  
 pisci suis  
 fuerit Et si  
 decr. 1u.  
 lib. 4.  
 liqua



\*in pristi  
no gradu.  
\*sui hono  
ris.

\*cogatur.  
Et in decr.  
Iuo. lib. 4.  
tamē in eo  
capitulo.

\*sex, aut  
septem.

5. q. 3. Si a  
gros. ins.  
Et in decr.  
Iuo lib. 4.

\*cum ali  
qua praeoc  
cupauerit  
necessitas.

3. q. 10. Si  
accusato  
rum per  
sona.

3. q. 7. In  
famis per  
sona.

3. q. 9. Ab  
sente ad  
uersario.

3. q. 6. Pe  
regriam in  
dicia &  
habetur  
sub nomi  
ne Sixti pa  
pae & in  
decret. Igi  
nij papa  
& Iulij  
pp. atque  
Sixti pa  
pae. 3.  
2. Ti. 4. b

liqua à suis ouibus fuerit sequestratus, tunc canonicè  
\*antè quàm in pristino restituatur cum omni priuile  
gio suo honore, & sua omnia, quæ insidiis inimico  
rum suorum ei ablata fuerunt, legibus reintegren  
tur. Nec cōuocari, nec iudicari poterit, nisi ipse pro  
sua necessitate (minimè tamen iudicandus) adueni  
re sponte elegerit. Nullatenus ergo à quoquam \*ref  
pōdere rogetur, antè quàm integerrimè omnia, que  
per suggestiones inimicorum luorum amiserat, po  
testati eius ab honorabili consilio legali ordine re  
dintegrentur. Præsul verò cum omni honore statui  
pristino reddatur, & ipse dispositis ordinatisque li  
berè, atque securè, diu suis tūc regulariter infra qua  
tuor vel quinque, aut \*septem menses iuxta quod  
possibilitas ei fuerit, & non antè conuocatus, ad tē  
pus concilio in legitimo, & canonico veniat ad cau  
sam, & si ita iustè videtur, accumulanti propositioni  
bus respondeat. Nam hoc summopere prouidendū  
est, ne antè quam hæc omnia fiant, coactus respōde  
at, quia contentio semper vitanda est. Adimi nam  
que Episcopo Episcopatum, antè quàm causæ eius  
exitus appareat, nulli Christiano videre iure potest,  
quia talis præsumptio sacrilegium est, & author tali  
um sacrilegus. Quod si egrotans fuerit Episcopus,  
aut aliqua eum grauis necessitas detinuerit, pro se le  
gatum ad synodum mittat. Nec à communionem sus  
pendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam  
dicendam electorum iudicium die statuta lite  
ris euocatus, minimè occurrerit, hoc est, nisi \*alia  
præoccupatione necessitatis, infra spatium prædi  
ctorum mensium, & eo amplius, prout causa dictaue  
rit. Quod si ex vtraque parte ad causam dicendam  
venerint, quia vnus absque altero audiri non debet,  
quærendum est in iudicio, cuius sint conuersationis  
& fidei, atque suspicionis accusatores, aut qua inten  
tione hoc faciant, quia ad hoc admitti non debent  
nisi bonæ conuersationis, & rectæ fidei viri, hi vide  
licet qui omni suspicionem careant, & bona vita cla  
reant, neque infames existant. Quod si accusatorū  
personæ in iudicio Episcoporum culpabiles apparue  
rint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias  
causas afferre (non tamen criminales) vel ecclesiasti  
cas voluerint. Infamis enim persona nec procurator  
potest esse, nec cognitor. Absente verò aduersario,  
non audiatur accusator, nec sententia absente parte  
alia à iudice dicta, vllam obtinebit firmitatem, neq;  
absens per alium accusari, aut accusare potest, nec af  
finis testis admittatur. Neminem ergo exhiberi de  
provincia ad prouinciam, vel ad comitatum oportet,  
nisi ad relationem iudicis ad quem fuerit appel  
latum, id id est vt actor semper rei forum sequatur.  
Si quis autem iudicē aduersum sibi senserit, vocem  
appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari.  
Peregrina verò iudicia generali sanctione prohibe  
mus, quia indignum est vt ab externis iudicentur,  
qui comprouinciales & à se electos debet habere iu  
dices. Hæc fratres ad vestrum & omnium coepisco  
porum opem & defensionem in synodo vnanimiter  
sunt decreta: vt si forte aliquo stulto & vos accusare  
(qui diabolicæ deceptionis errore decepti sunt) vo  
luerint, dum ista legerint vel audierint, respiscant,  
& ad vnitatis concordiam reuertantur: & quod pri  
us erat in vltionem transibit in gloriam. Nam pro  
culdubio multi sunt, qui secundum apostoli vocem  
prurientes auribus, à veritate auditum auertunt, ad  
fabulas autem conuertuntur, & ad nocumenta bo

norum transeunt. Ait autem idem apostolus de infi  
delium ignorantia: Si cognouissent, nunquā domi  
num gloriæ crucifixissent. Similiter si hi dominum  
perfectè agnouissent & amassent, nunquam seruos  
eius perturbassent, nec verbis aut factis persecuti es  
sent. Quod verò idem apostolus dicit: Si enim cum  
inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortē  
filij ei⁹, cur insequimur fratres? cur perturbamus sta  
tum ecclesiæ dei, & eos qui ei seruire debent, affligi  
mus? Martyres enim falsi sunt, non tamen animæ eo  
rum occisæ sunt in corporis passione, oris veritatis  
attestante: Nolite timere eos qui occidunt corpus,  
animam autem non possunt occidere. Vbi agnosci  
oportet, quod si animæ martyrum corpore perem  
to supplicis, extingui non possunt, nec animæ præ  
dicatorum & doctorum persequi debuissent aut per  
turbari, & à dei famulatu auerti, quia cum corpori  
bus non deficiunt. Tales autem perturbationes eccle  
siæ non solum prædicta agunt mala, sed & me  
morias martyrum execrantur. Quapropter in præfa  
ta constituimus synodo, vobisque & omnibus eccle  
siis tenendum & agendum mandamus, vt super me  
moriis martyrum missæ celebrentur, ne memoriæ  
eorum à talibus extingui, aut veneratio possit prohi  
beri. Vos verò, fratres, nolite multum turbari, nolite  
vexari, sed confortamini in domino, & in potentia  
claritatis eius. Habetote interim ista ad suffragium  
vestrū apostolica autoritate decreta, & scitote nos  
semper paratos habere etiam (si necesse fuerit) vsq;  
ad mortem, ad quæcunque vobis necessaria fuerint  
(domino opem ferente) perficienda. Illi tamen au  
thore deo peribunt, & vos stabitis, si tamen labor ve  
ster non fuerit inanis, sed plenus fide & charitate.  
Vx (inquit propheta) qui potum dat amico suo mit  
tens fel suum. Et iterum sapientissimus Salomon ait  
Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteri  
t illum corripit iudicium. In cogitationibus ergo  
impij interrogatio erit. Sermonem autem illius  
audito ad dominum perueniet, & ad correptionem  
iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia  
& tumultus murmurationum nō abscondetur. Hæc  
enim si amplecti voluissent, proprio & sano sensu,  
ad reprobū sensum minime laberentur, sed per dei  
timorē sermonū suorum præcaueres custodiā, piā san  
ctorum patrum diffinitionem sine quadam nocumē  
ti præsumptione vtique conseruassent: quoniam di  
cit sacrum eloquium: Consilium bonum conserua  
bit te, & mens bona custodiet te. Non enim de fonti  
bus salutiferis spiritualiter ad acquisitionem æternæ  
vitæ procedunt tales accusationes & detractiones:  
atque ideo competenter nos beatus Paulus aposto  
lus præmunens ait non debere plus sapere quam o  
porteret sapere, sed sapere ad sobrietatem, in diffinitio  
ne pietatis perdurantes. Qui enim hanc prætereunt  
non tantum læsi sunt, decedentes à corroboratione  
sua, sed insipientiæ suæ dereliquerunt domibus me  
moriarum: vt in his in quibus peccauerunt, minime la  
tere potuissent. Gloria enim & contumelia in loque  
la, & in loquela linguæ hominis, casus illius est. Ideo  
que conueniens est hanc quidem ostensionem repre  
hensionem reprehensionum illorum nostris actibus  
inferi, ne vltius iam talia patiamini, seminantibus  
eis zizania & scandala sed lætari in officiis & dog  
matibus vestris mereamini. Igitur erubescant, & ta  
lia & huiusmodi blasphemiam subtrahere festinent,  
si noluerint à sacerdotali nostro collegio segregari,  
& à

1. Cor. 2. b

Mat. 5. b

Mat. 10. c

Eph. 6. b

1. Cor. 15. g  
Ab. 2. c

Sapient. 1. c

Pro. 2. c

Rom. 12. a

Eccle. 5. c

1. Cor. 2. b  
Eph. 6. 4. b

& à totius Christiani populi societate diuelli. Licet  
nanque de his plura & pernecessaria quæ in decretis  
sedis apostolicæ, & ab apostolis eorumque successo  
ribus, nostris videlicet prædecessoribus statuta inue  
niuntur, dicere & conscribere potuissemus, tamen  
melius nobis visum est vt epistolam oratione clauda  
mus. Deus omnipotens, & huius vnigenitus filius, &  
saluator noster Christus Iesus, hoc vobis tribuat in  
citamentum, vt omnibus fratribus & coepiscopis  
nostris quibuscunque tribulationibus laborantibus,  
totis succurratis viribus, & cum eis compatientes,  
cruce eiusdem domini saluatoris portetis, vt veri  
ipsius discipuli coram omnibus appareatis: vt & vos  
& qui vobiscum sunt, hic & in futuro meliora possi  
deatis, quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in  
cor hominis ascēdit quæ præparauit deus diligētib⁹ se.  
Per dominū nostrū Iesum Christū, per quem & cum  
quo, omnipotēti deo gloria in secula seculorum, A  
men. Valere vos opto, charissimi fratres.

Eiusdem epistola tertia ad Benignum  
episcopum: cuius hæc sunt capita.

Errant, qui filium non videre patrem contendunt, eò  
deum nemo vidit unquam. 1.  
Errant, affirmantes filium minorem patre, quia ille in  
uisibilis filius verò visibilis. 2.



lectissimo fratri Benigno episcopo  
Felix episcopus in domino salutem  
Suscipientes fraternitatis tuæ episto  
las, quibus me requisisti de fidei do  
cumentis quæ ab aliis habebantur  
aliter quam rectæ fidei contineant  
sacramenta, prout dominus dedit, pro fraternitatis  
amore respondere non resultauius. Semper enim  
dubia & maiora negocia terminum ab hac sancta se  
de, à tempore apostolorum, qui eam suis documen  
tis instruxerunt, accipere consueuerūt. Et ideo tu re  
ctè fecisti, quod huius sanctæ sedis consultis te cetero  
rosque firmari & instrui voluisti.

Capitulum primum.



ontinebant enim literæ tuæ, fra  
trumque tuorum, quod quidam di  
cunt filium non posse proprie vide  
re patrem, quia scriptum est: Deum  
enim nemo vidit vnquam. Et alij fin  
gūt: Ideo minor est patre filius, quo  
nam pater illi perhibet testimonium. Quidam au  
tem garrunt, quod ideo patre minor est, quia inuisi  
bilis ipse dicitur, filius verò visibilis comprobatur.  
Hi enim ignorantes diuinarum scripturarum & apo  
stolorum iura, ex proprio aut adulterino sensu talia  
fabricant, & seducere corda fidelium quærunt. Nos  
verò ad ipsius fontis originem redeamus, ex quo fili  
um patrem semper videre potuisse vel posse euiden  
tioribus testimoniis de veteris & noui testamenti li  
teris doceamus, Salomone dicente: Est tecum sapi  
entia, quæ nouit opera tua, quæ affuit tibi cum face  
res orbem terrarum: & ipse nouit quid sit placitum  
coram oculis tuis. Et dominus in euangelio: Nemo  
nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, ni  
si filius, & cui voluerit filius reuelare. Et iterum, Ne  
mo deum vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est

Mat. 1. b  
Mat. 17. a  
Mar. 9. a  
Luc. 9. d  
1. Cor. 4. a  
Coloss. 1. b  
1. Tim. 1. d  
Sap. 9. b  
Mat. 11. d  
Luc. 10. d  
Iuan. 1. b

in sinu patris: ipse narrauit. Et iterum Iuda is dixit. Iuan. 8. g  
Vos non nostis eum: ego autem noui eum. Quod si Iuan. 7. d  
dixero quia non noui eum, ero similis vobis mēdax.  
Item ibi. Qui ex deo est, hic nouit eum. Et iterum,  
Ego noui eū, quia ab ipso sum. Ecce docuimus quia  
videt semper filius patrem. Quomodo astruunt eum  
patrem non posse videre in cuius sinu noscitur per  
manere? Si sereno sensu diuinas recenseas scripturas  
inuenies non solum patrem filio testimonium perhi  
bentem, sed totam simul inseparabilem trinitatem, Iuan. 8. c  
ipso domino protestate, qui ait: Ego sum qui testimo  
nium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet  
de me, qui misit me pater. Et iterum: Si ego testimo  
nium perhibeo de me ipso, testimonium meum ver  
um est: quia scio vnde venio, & quo vado. Et de spi  
ritu sancto: Quum venerit paracletus spiritus verita  
tis, ille testimonium prohibebit de me. Intende, quæ  
so, intēde: quoniam in quibus vna testificationis vir  
tus ostenditur, nullus ab alio neque potior neque in  
ferior iudicatur.  
2. Sapius ista iam diximus, quia secundum homi  
nis formam filius visibilis dicitur, secundum verò  
deitatis substantiam inuisibilis prædicatur, Paulo at  
testante apostolo: O altitudo, inquit, diuitiarum sap  
ientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilis  
sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et in Esa  
ia: Cui similem æstimatis eum, quum sit ipse inuisibi  
lis? Et item apostolus: Mihi autem minimo omnium  
sanctorum data est gratia hæc in gentibus, euāgeli  
zare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare  
omnes quæ sit dispositio sacramenti absconditi à se  
culis, in quibus omnia creauit. Item ipse: Qui est, ait  
imago dei inuisibilis, & ad Colossenses: Ego Paulus  
minister, qui nunc gaudeo in passionibus meis pro  
vobis, & suppleo quæ desunt tribulationum Christi  
in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia, cu  
ius factus sum ego minister secundum dispensationem  
dei in ministerium Christi, quod absconditum  
fuit à seculis & à generationibus. Item ibi: Vt con  
solentur corda eorum in charitate, in omnes diuitias  
adimplentionis intellectus, in agnitionem mysterij  
quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapi  
entiæ & scientiæ absconditi. Et in psalmo 76. In ma  
ri est via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vesti  
gia tua non cognoscentur. Et in Salomone: Sapien  
tiam dei præcedentem omnia, quis inuestigabit? Itē  
ibi: Radix scientiæ cui reuelata est, & multiplicatio  
nem ingressus illius quis intellexit? Item ibi: Quoni  
am mirabilia sunt opera domini solius, & gloriosa  
& abscondita, & opera illius inuisa hominibus. Ecce si  
cut pater inuisibilis est, ira etiam & filius inuenitur.  
Quomodo ergo ab illis qui hoc dicunt quod man  
dastis, in quod à nobis carnaliter se videri dignatus  
est, patre inferior iudicatur? Talibus nolite credere  
vos, & alios ab eorum sensu auertere docete. Vos er  
go seruite domino in timore, & exultate ei cum tre  
more. Apprehēdite disciplinā, ne peatis de via iusta. recta ergo  
Hæc est aposto. viua traditio, hæc sancta & apostoli. fide & su  
mater omnium ecclesiarum, Christi ecclesia, quæ præ in dec.  
per dei omnipotentis gratiam à tramite apostolicæ Luc. pp.  
traditionis nunquam errasse probatur, nec ab hære  
Eccle. Ro  
cis nouitatibus deprauata succubuit, sed vt in exor  
ma. heresi.  
dio normam fidei Christianæ percepit ab authori  
bus suis, apostolorum Christi principibus, illibata si  
ne tenus manet, iuxta illud Lucæ 22. Ego pro te ro  
polluta est.  
gau Petre, vt non deficiat fides tua & reliqua, in qui  
bus

Rom. 11. d  
Esa. 40. e  
Eph. 3. b  
Coloss. 1. b  
Ibidem d  
Coloss. 2. a  
Eccle. 1. a  
24. q. 1. A  
recta ergo  
fide & su  
ma. heresi.  
Luc. pp.  
Eccle. Ro  
ma. heresi.  
Iuan. pp.  
polluta est.  
prauita.  
bus





stringere, vt amodo infante quicquid nosti, aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra voluntatem dei, & rectam christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit, tantum vt ad tuam cognitionem quocumque modo perueniat, si scis, aut indicatum fuerit tibi, synodalem causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorē nec propter timorem, nec propter primum, nec propter parentelam vlla tenus celes episcopo, aut eius misso, cui hoc inquirere iusserit, quodcumque ex hoc te interroga uerit, sic te deus adiuuet, & ista sanctorum reliquie, & illud sacramentum quod iuste iurauit de synodali causa, quod tu illud ex te ita obseruabis, in quantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es sic te deus adiuuet.

NONVM.

Ex decreto, quod est librorum sedecim, lib. 14. ca. 2.

Vt malum ebrietatis omnino vitetur.

Magnum malū ebrietatis, vnde omnia vitia pululant, Christianis modis omnibus cauere precipimus. Qui autem homo vitare noluerit, excommunicandum esse decreuimus vsque ad congruam emendationem.

DECIMUM, EX EODEM, Ca. 3.

Quod episcopi & dei ministri ebrietate non debeant grauari.

Episcopi & dei ministri non debent comestationibus & violentiis nimis incumbere, sed considerent sententiam domini dicentis: Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Moderatē enim cibum & necessarium sumptum sumant, vt iuxta apostolum sobrii sunt, & parati ad seruitium dei.

VNDECIMUM, EX EODEM, Ca. 10.

Quales personae sacerdotum epulis interesse debeant.

Obseruandum est nobis, vt & vos ab ebrietate abstineatis, & vt plebes subditæ abstineant prædicetis. Et neque per tabernas eatis bibendo aut comedendo, neque domos aut vicus curiositate qualibet peragretis, neque cum sœminis aut cum quibuslibet personis impuris conuiuia exerceatis, nisi forte paterfamilias quilibet vos inuitauerit ad domū suam & cū coniuge sua, & cum plebe velit vobiscum spirituali gaudio latari, & verborum vestrorum refectioem accipere, & vobis refectioem carnalem charitatis officio exhibere. Oportet enim vt si quando quilibet fidelium carnalibus vos reficit epulis, à vobis reficiatur spiritualibus epulis.

GAIVS.

Hic natione Dalmata, anno domini 284. pontifex in ordine 27 locum sanctum ascendit, qui ordines ecclesiasticos sic distribuit, vt si quis episcopus fieri meretur, primò fiat ostiarius, lector, exorcista, acolythus, deinde subdiaconus, diaconus, presbyter & exinde episcopus consecratur. Hic & martyrio coronatus est. Huius extat decretalis epistola elegantissima ad felicem episcopum, his verbis: Dilectissimo fratri felici episcopo Gaius. Directas ad nos tuę charitatis epistolas, plenas catholicę inquisitionis solitudine grananter accepimus, benedicentes domini nostri clementiam, quia tales ab extremis mundi partibus dignatur suis ouibus, puidere pastores, p quos & pascuis valeant salutaribus abundare, & ab antiqui lupi rapacitate seruari, vt insidias nequeant eius subreptionis incurrere. &c.

Quapropter dilectionem tuam in domino saluantes, de singulis, quid iuxta catholicam disciplinā

teneat apostolicę sedis autoritas, subiectis aliis quibus etiam sanctorum capitulis regularum, te credimus instruendum. Primo quidē scias paganos & hæreticos non posse Christianos accusare, aut vocem eis infamationis inferre.

2 Deinde nemo vnquam episcopum apud iudices seculares aut alios clericos accusare præsumat. Et si quis episcopus presbyter aut diaconus, vel quilibet clericus apud episcopos (quia alibi non oportet) à quolibet persona, quæ rite recipienda est, fuerint accusati, quicumque fuerit, siue ille sit sublimis vir honoris, siue vllius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit probationis documenta se debere inferre. Si quis ergo circa huiusmodi personas non probanda detulerit, autoritate huius sanctionis intelligat se iacturam infamię sustinere: vt damno pudoris, existimationis dispendio discat sibi alienę verecundię impune insidiari saltem de cætero non licere.

3 Nam qualiter ad concilium veniatur, aut qualiter de suis rebus expoliati, vel eiectioni à sedibus propriis, aut qui accusatores sunt recipiendi, quive non sint, aut qualiter eiectioni & expoliati sunt omnia legibus reintegranda quæ eis ablata sunt, & quia prius quam hoc factum fuerit, nullum crimen eis obijci poterit, & qualiter illis inducię post integram restorationem anniuersarię vel sex mensium indulgentiæ sint, & qualiter omnia sua licenter & pacificē abiq; vllius graui impedimento dilponere, & suorum amicorum & ecclesiasticorum patrum consiliis vti debeant, sufficienter ab apostolis eorūque successoribus, ac nostris prædecessoribus statutum esse putamus. Super his autem non reor amplius nunc fore disputandum, nisi si surrexerint talia, quæ adhuc non sunt manifesta. Si eorum autem statuta non habueritis, mittite fidelissimos scriptores, qui hæc coram fidelibus testibus excipere, vobisque reportare sub stipulatione valeant. Cæterum vt satisfaciam cōsultis tuis de verbo incarnationis & veritatis, quicumque illi sunt ita obcæcati & c. lege secundum caput epistolę Leonis papę ad Leonem Augustum vltimo positę est doctum fragmentū quod beatus Leo ex hac epistola mutuatus est vsq; ad eum locū, Quoniam sicut ait beatus apostolus, Magnum est pietatis & vsque ad finem periodi.

4 De episcoporum verò & presbyterorum diaconorumque & sequentium clericorum ordinationibus, sanctos apostolos, & successores eorum, & præcipue Anacletum, & præterea alios, sufficienter statuisse cognoscimus: & idcirco non est necesse nunc replicari, nisi quod illi non statuerunt. Illud tamen nos statuente vobis & omnibus seruare mandamus vt ad ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia qui ordinari merentur, id est si quis episcopus esse meretur, sit primò ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde saceret acolythus, demū verò subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter, & exinde, si meretur, episcopus ordinetur. Et regiones, sicut in hac vrbe fecimus, per singulas vrbes quæ populose fuerint, diaconibus diuidentur. Et quæcunque difficiles quæstiones per singulas prouincias, exortæ fuerint, semper ad sedem apostolicam referantur. Bene vale frater, & ora pro nobis.

MARCELLINVS.

Pontifex iste anno domini 295. sedi b. Petri apostoli

apostoli præfectus est in ordine 28. temporibus Diocletiani & Maximiani, quo tempore tanta persecutio aduersus Christianos excitata est, vt intra 30. dies, septemdecim millia hominum promiscui sexus per diuersas prouincias martyrio coronarentur, adeo vt ipse pontifex Marcellinus ad sacrificium ductus sit vt thurificaret: quod & metu inductus fecit: quanquam postea penitentia ductus coram 180. episcopis errorem suū confiteretur, & à fratribus recipitur, & tādē sub eodē Diocletiano pro causa fidei capite truncatus, martyrio cum aliquot aliis coronatur. Scribitque Damasus tū pontificatum cessasse annos 7. menses 6. dies 25. per sequente Diocletiano Christianos: quod sanē verisimile non videtur, quod post annos 9. quibus Marcellinus sedisse memoratur, septē fuerint illi alij anni vacationis papatus: sed saluo iudicio saniori, anni illi septem in annis prædictis nouē includuntur: ac p tanto vacasse scribitur, quod in illis ab ipso Marcellino nihil sit actum quod ecclesię cesserit ad utilitatē. Huius quoque veritas ex hoc cōiici potest & argui, quod non plures quam duas per mensem Decembrem fecerit ordinationes, illic videlicet annis quibus iam pacificus exercuit quæ erant papatus. Extant eius epistolę duæ decretales, quarum prior ita habet.

Marcellinus episcopus sanctę ecclesię catholicę vrbis Romanę, Salomoni coepisco. in domino salutem. Quam laudabiliter pro catholicę fidei veritate mouearis, & quam sollicitē dominico gregi deuotionem officij pastoralis impendas, tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuę scripta demonstrat quibus notitię nostrę insinuare curasti, quod errorū morbi in regionibus vestris modo exorti sunt. Nam epistolę termo & commonitorij series, & libelli tui textus eloquitur, quod quidam errore decepti, dicunt ideo patrem maiorem filio esse, quia illi soli sacrificium immolatur, & quod filius nullum cum patre cōmunionis operam habeat, & quod illud propheticū de solo patre dictum sit, Sciant gentes quoniam nomen tibi deus: tu solus altissimus super omnem terrā siue quod ideo minor est filius, quia ipse in cruce pēdens dixit: Deus deus meus, quare me dereliquisti?

Quibus competens & congruum reddatur responsum, quia sicut patri, ita etiam filio, non solum Christianis temporibus, verum etiam à præcis temporibus sacerdotibus variis multisque modis probamus sacrificium fuisse oblatum, Daniele propheta dicente: Non est locus (inquiunt tres pueri) ad sacrificandū nomini tuo, & inuēire misericordiam tuā, sed in anima cōtrita, & in spiritu humilitatis suscipiamur. Et sicut holocausta arietum, & taurorum agnorumque pinguium, ita fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi. Et vt filium fuisse agnoscas, cui hi tres pueri sacrificium se confessi sunt obtulisse, ex ipsius regis ac tyranni qui eos in fornacem agnis mitti præceperat, confessione addisce, qui secum tribus quartum in ipso æstantis camini incendio sociatum perdidit conspexisse. Nonne, inquit, tres viros misimus in fornacem victos? Et dixerunt ei, Verè, rex. Et dixit: Ecce ego video quatuor viros solutos, & deambulantes in medio ignis: & aspectus quarti similis filio dei est. Idem dei filius per prophetam loquitur dicens: Tibi offerent reges munera. Et vt hæc de filio dei se dixisse doceret, dixit: Reges Tarsis & insulę munera offerent: reges

Arabum & Saba dona adducunt: & adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei. Et vt hæc omnia superius designata, Christo filio dei doceamus fuisse oblata in natiuitate eiusdem filij dei quæ secundum carnem facta est, probamus fuisse completa, euangelio comprobante: Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Et infra: Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum: & aperitis thesauris suis obrulerunt ei myrram, aurum, thus, & myrrham. Sacrificium itaque quod à Christianis sacris altaribus admoneatur, non solum deo patri, sed etiam filio communi deuotione offertur: quoniā neq; patri sine filio potest offerri neque filio sine patre sacrari. Quod autem communem operationem habeant pater & filius, hoc modo docetur, dum primi hominis plasma deus ad imaginem dei communi operationis virtute fecisse fertur, scriptura dicente. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Item ibi: Descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, & Pluit dominus à domino ignem & sulphur super Sodomam, & in euangelio, Pater meus vsque modo operatur, & ego opero. Similiter, & Opera quæ ego facio, non sunt mea, sed eius qui misit me patris. Quæ omnia non discretam patris & filij potentiam monstrant, sed vnā diuinitatis operationem annunciant. Et is qui paternum opus exequitur, à paternis operibus alienus esse non creditur. Si autem ex euangelio filij dei cognosceres altissimum nuncupatum, nunquam filio derogans hoc de solo deo patre dictum poneret testimonium, cum scriptum sit: Tu puer propheta altissimi vocaberis. Et vt filius cum patre indiscretè in altissimis habitare credatur, Salomonis testimonio comprobatur. Ego, sapientia inquit, habitauit in altissimis, & thronus meus in columna nubis. Et in psalmo 92. Tu autem altissimus es in æternum domine: quoniam ecce inimici tui peribunt. Nam cum diabolus thronum suum contra creatoris sui thronum in altissimis collocaret, elatus superbia hæc ausus est nephando ore depromere: Ponam sedem meam ad Aquilonem: ascendam, inquit, super sydera cœli: sedebo super mōtes excelsos, & ero similis altissimo. Item in Salomone: Ne dixeris, peccavi, & quid accidit mihi triste? Altissimus enim patiens est redditor. Si auditum cordis tui scripturis non vis accommodare diuinis, quę filium doceant altissimum nuncupatum, vel diabolo crede, qui contra opificis sui thronum sedem sibi voluit collocare. Vt eum agnoscat filium, à patre (vt vos suscipiamini) non fuisse penitus derelictum, hoc de se in euangelio posuit testimonium: Pater qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum: quia quæ placita sunt ei, facio semper. Vnde pro surreptione mandamus, vt omnis cura atque sollicitudo inuigilet, ne fides temeretur ac violetur. Iam nullus est ignorantie locus: nullus vtatur simplicitatis excusatione præterita. Scienti peccare necessaria est confusio: & quod ore contraxit, scientia reformetur. Ista, frater, tene, & hæc doce.

Eiusdem epistola secunda.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Orientales

† iste.

Luc. 21. n  
1. Thes. 5. b  
1. Pet. 1. c  
C. 5. b

† 283.

2. 7. Pa-  
gani &  
hæretici.  
in de. lno.  
lib 4.  
Treliguus.

3. 9. 1. epif-  
sus rebus  
expoliatis.

psal. 82.

psal. 21.

Danie. 3. d

psal. 71.

Mat. 2. a

Gene. 1. c

Gene. 11. b

Gene. 19. c

Ioan. 5. c

Luca. 1. g

Eccle. 24. a

† 91.

Esa. 14. d

Eccle. 5. a

Esa. 14. d

Ioan. 8. d



rientales provincias constitutis, Marcellinus episcopus. Quid tam dulce sollicito, quam quod mihi de vobis innotescunt illa quæ cupio: Quid tam religio- sis conueniens institutis, quam ut inter se sacerdotes pacem quam necesse est aliis pro officio annunciare conferrent: & cætera.

1 Quapropter scitote, vos à persecutione fratrum & ab omni litigio abstinere debere, dicente scriptu- ra: Seruum dei non oportet litigare, nec quoniam nocere: sed omnes persecutores ecclesiæ terrorem- que eius, vestris redargutionibus corrigere, testante apostolo. Argue, obsecra, increpa. Quæcunque ergo contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad eccle- siam deferantur, & ab ecclesiasticis viris terminen- tur, Maior autem non potest à minore iudicari: nec episcopi pontifici à quo consecrari probantur, præiu- dicium inferre vllum possunt. Quod si præsumptū fuisse cognoscitur, vitibus carere non dubiū est, nec posse inter ecclesiastica vlllo modo statuta censeri.

2 Clericus verò cuiuslibet ordinis absque pontifi- cis sui permisso nullo modo præsumat ad seculare iu- dicium attrahere: nec laico quemlibet clericum lice- at accusare. Detractiones tamen & accusationes at- que persecutiones inter Christianos oppidè vitandæ sunt: quia licet pauci simus in comparatione aliorū, si tamen vnanimes fuerimus, facilius aduersariis resis- temus. Sanctus etenim protomartyr Stephanus la- pidabatur: sed Iesus suscipiebat plagas. Ideo vnici- que prouidendum est ne aliquem iniuste iudicet aut puniat, ne Iesum iudicet aut puniat. Et dominus in E- uangelio ait: Nolite iudicare, vt non iudicemini quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Vnde & doctor gentium loquitur dicens: Hoc igitur dico & testificor in domino, vt iam non ambuletis sicut gē- res ambulent in vanitate sensus sui, tenebris obscura- rum habentes intellectū, alienati à vita dei per igno- rantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis ip- sorum & reliqua vsque ad finem capitis quarti ad E- phesios, simul cum maiore parte capitis quinti eius- dem epistolæ, nempe vsque ad illum locum, Mulie- res vitis suis & cetera.

3 Omne enim quod reprehensibile est, catholica de- fendit ecclesia. Nō licet ergo imperatori, vel cuiquā pietatem custodienti, aliquid contra madata diuina præsumere, nec quicquid quod euangelicis propheti- cisque & apostolicis regulis obuiat, agere. Iniustū e- nim iudiciū, & definitio iniusta, regis metu vel ius- su à iudiciis ordinata, nō valeat, nec quicquā quod contra euāgelicæ vel prophetice aut apostolice doctri- nę cōstitutionē, successorū ve eorū, siue sanctorū pa- trum actum fuerit, stabit. Et quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur. Vos au- tem state in fide, viriliter agite, & omnia vestra cum charitate fiant. Huius rei gratia (vt ait apostolus) fle- to gēna mea & c. vsq; ad finē tertij capitis ad Ephe- sios.

Finis decretorum Marcellini papæ.  
sequitur eiusdē disceptatio cum Urbano pontifice Capitolij.  
Diocletiano & Maximiano augustis, quū multi in- via sua mētis suę facilitate aspersi, deorū mētieban- tur originē, dicētes quod de eorū supstitutione vanissima sentirēt, & ad sacrificiū eodē tēpore multi induce- rētur p pecuniā, vt thurificarēt diis, Marcellino itēq; vrbis Romæ episc. venit quidā nomine Urbanus, qui erat pōtifex Capitolij, & repletus multitudine malitię cœpit cū eo habere altercationē de thurificādo diis, & dixit ad Marcellinū vrbis Romæ episc. Si christus

vester, quē dicitis natū de virgine Maria, deo est: qua- re ad ipsum pua luce missi Magi ab Herode, obtule- runt ei mūnera? quæ? Aurū, thus, & myrrhā. Quare hoc, nisi vt scirent sacerdotes per quid placarēt hūc quē dicitis resurrexisse & viuere, & sedere sup thro- num dei? Dicit ei Marcellinus episcopus: Non obtu- lerunt ei vt sacrificarent vanitati, sed ideo, vt deū ac dominū altissimum eū quē postea negabant Iudæi, ostenderent. Urbanus ad eadē respondit dicēs: Vna nocte stemus simul ante dominos imperatores inui- ditissimos Diocletianū & Maximianū, atque clemē- tissimos principes, & dabo tibi quæstionē de thurifi- cando. Venientibus autem eis die quē dicūt Vulca- nalia, dicit ei Urbanus: Faciamus hinc & inde duas chartulas, quasi instrumenta petitionū, & offeramus clemētissimis principibus. Fecerunt ambo similiter sicut dixerunt Marcellinus & Urbanus. Et veniētes ad sacratissimos principes, offerebāt eis. Marcellin- us itaque vrbis Romæ episcopus fidem seruans, Chri- stum prædicans, dicit ad principes: Quid mihi & vo- bis principes terribiles vniuerso mundo, quoniā va- na est superstitio thurificandi? Dicit autē Urbanus: Loquemur nos contra pontifices, o clemētissimi at- que inuidiissimi principes, qui deū louē, & inuidū Hercule corporeos fabricantur, & louē quoq; quē dicimus cœlū, & terram, mareque simul cū Saturno mensurantē? Quare ergo hic Marcellinus pontifex nō thurificat, sicut & ego maiestatibus? Dicit itaque Diocletianus: Nō execrare hominē hunc, quoniam nobis nullā difficultatē exhibet qua offēdamur, sed eius consiliū accipiamus, quoniā intelleximus eum non esse aduersum nobis, nec cōtra deos immorta- les dare sententiā. Romanus itaque & Alexāder dixe- runt secretò Diocletiano: Si hūc dñe atque inuidi- sime princeps consilio tueris & blandimentis, habe- bis omnē vrbā plebē vnitā, alias in vnitatē cōserua- re, & gentes ppter sacrificia fidelissima obiurgare.

De Diocletiano, & de thurificatione Marcellini episcopi vrbis Romæ.

Dicit autē Diocletianus ad Marcellinū episcopū vrbis Romæ: Video prudentiam tuam, quoniam ma- gna est, nostraque inimicitia quam diis & vniuerso mundo sit inimica. Veni itaque, & eloquentia tua nostro incrementum facias fauori. Veniens autem ad templum Vestæ & Isis, introduxit episcopus. Qui dum introisset, erant cum eo duo diaconi Ga- ius & Innocentius, & tres presbyteri, Urbanus, Cas- torius, & Iuuenalis. Et dum vidissent eum introeun- tem, non tamen mittentem & thurificantem, fuge- runt hi omnes ad compresbyteros, & inuenerunt eos in Vaticano palatij Neroniani, & dixerunt rem- quam gestam vidissent. Eūtes autem multi Christia- ni, propter veritatem ad templum abierunt, & vide- runt eum mittentem, & thurificantem, & factum a- micū principū. Fuere autē numero 85. & hi omnes electi sunt libra occidua, qui testimonium perhibēt se vidisse eum Marcellinum thurificasse.

De synodo, & de negatione Marcellini episcopi, quod nō thurificasset.

Facta est itaque synodus, non tamen collecti sunt in integro sacerdotes, quia curriculum vrgebatur persecutionis. Veniens autem episcopus Marcellinus negabat se thurificasse. Nam dixit, & hanc sen- tentiam proposuit, quia dimiserunt eum qui cum eo esse videbantur in eodem loco presbyteri, Ur- banus Castorius, & Iuuenalis, & diacones Gaius & Innocentius. Synodus autem vniuersa hoc dixit

dixit cunctorū iudicio: Tu eris iudex: ex te enim dā- naberis, & ex te iustificaberis, tamē in nostra presen- tia. Illuc verò dum veneris ad iudiciū tuū, ex te tūc damnaberis, & ex te iustificaberis. Tu enim iudex \* tui eris. Presbyteri autē & diacones (quoniā pontifi- cem qui eos creauit in ordinem presbyterij, vel dia- conatus honorem, & dimiserunt arcam, & euacua- uerunt horreum) ad probandū eos, amisso ordine in- trent examen, quoniā euacuauerunt horreū. Debit enim pontifex potius mori cum quinque, quā vt vi- ueret suo iudicio condemnatus. Introiuit autem vni- uersa synodus in cryptam Cleopatren. in ciuitate Si- nueffana. Et quia tota multitudo nō recipiebatur in crypta synodi, quinquageni introibant.

De damnatione Urbani & Castorij, & de testimonio episcopo- rum aduersus Marcellinum vrbis Romæ episcopus.

Prima autem die synodi introierunt damnantes Urbanus, Castorius & Iuuenalē presbyteros, & dia- cones Gaiū & Innocentium: qui episcopi introierūt audientes, non tamen iudicantes pontifice, ad nume- rū 49. Hi introeuntes in cryptam propter metū Au- gustorū, vno ore quasi trecenti vno die in cōcilio iu- dicantes, dānauerunt Urbanū Castoriū & Iuuenalē presbyteros, & diacones Gaiū & Innocentiū, qui euacuauerunt horreū, & dimiserunt arcā aptam, vt introiret immundus, & comederet triticū. Presbye- ros & diacones damnabant qui Marcellinū papā di- miserunt ipsos etiā iudicabāt: non tamen iudicabāt pontificem, quia sic ex vno ore erāt corroborati vt intra horū septuaginta duorū testimonia ipse iudex ipse reus, ipse semetipsum in præsentia eorū se inno- centē seruaret, aut infidelē se dānaret: quoniā in sep- tuaginta duorū libra occidua in reparationē resur- git annus. Hoc quoque factū est noui, vt introiret v- nus de testibus, qui quū vxorē haberet, & filios ex ea ipsi tamen illi sprete adulterā superinduxit, & dedit vxori repudiū. Et introierūt alij decē, & alij quatuor dicentes: Nos te vidimus mittentē & thurificantem Herculi, Ioui, & Saturno. Dixit ergo Marcellinus: Quo die? Respondit vnus eorum, & dixit: Quo die exuisti purpurā, & induisti coccum, & gaudebat sup- te Diocletianus, & quos pauld antē negabas, & ante eius tribunal eis thurificabas. Athanasius episcopus dixit: Itāne vera sunt quæ testantur isti? Et respondit Petrus episcopus, & dixit: Loquere pontifex, & iudi- ca causam tuam. Et subscripserunt quinquaginta epi- scopi qui supra dicti sunt, cum 14 viris, qui ex vno o- re loquebantur cum septuaginta duobus, & firma- bant iudiciū.

De triginta tribus presbyteris vrbis Romæ, qui celebrabant synodum seruandam.

Alia autem die venerunt 33. presbyteri vrbis Ro- mæ, & in eorum iudicio Urbani, Castorij & Iuena- lis presbyterorum & Gaij & Innocentij diaconorū damnationem integram perspexerūt, ac ipsi de suo ordine, suo iudicio iustitiam tenuerunt, dicentes: Amisso ordine, negent se esse horum, qui sunt socij ec- clesiæ. Conuenientibus autem eis secundo die post damnationem presbyterorum Urbani, Castorij & Iuuenalis, Gaij & Innocentij diaconorum, venerunt alij quinquaginta episcopi, & introierunt in cryptā, vt tertia pars synodi completeretur. Et dum ingressi fuissent in cryptam propter tempestatem temporis, introiuit & Marcellinus vrbis Romæ episcopus, tū adhuc nomen tenens episcopatus, nō dum enim fue- rat damnatus, nisi numerus secundum ordinem sy-

nodi libræ probaret exemplum. Introierunt autem in cryptam.

De responione Athanasij & Anthymi episcoporum.

Respondunt Anastasius & Anthymus episco- pi, & dixerunt: Tuo ore iudica causam tuam, & non nostro iudicio solue conditionem. Respondens au- tem Sebastianus episcopus dixit: Noli audiri in no- stro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam, & introduc testes, vt testificentur veritatem, quoniam ex te iustificaberis, aut ex ore tuo condēnaberis: quo- niam rectē prescripti patres nostri & coepiscopi dā- nauerunt, sicut & nostro ore petimus & vno confor- mi iudicio damnari, Urbanum, Castorium, & Iuue- nalem, presbyteros: Gaium & Innocentium diaco- nes: Vnde quia isti ex spelunca fugerunt, & sape sa- tum Marcellinum episcopi hi dimiserunt, amisso or- dine intrent examen: quia omnes regulæ (dicit Pe- trus episcopus) dum tunc in fornace fuerint coctæ, iterum coquuntur sole & pluuia, & ibi probantur, vt sint super habitaculis hominum. Moram ergo nō facientes, vt damnationi eorum iam ante dictorum subscriberent hi quinquaginta episcopi, omisso or- dine introierunt in synodum.

De testimonio aduersus Marcellinum episco- pum, quod vidissent eum thurificantem.

Et ecce introierunt & 14. testes, qui dicebant se vidisse Marcellinum thurificantem. Respondit vnus episcopus nomine Salustius, dicens: Dicite coram veritatem. Respondit Petrus, & dixit ad Marcelli- num episcopus: Iam audi pontifex, & iudica cau- sam tuam, quoniam ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis: quoniam nulla membra sa- na esse possunt, si caput mæstum fuerit. Respondit Marcellinus episcopus, & dixit clara voce: Non diis sacrificauit, sed tantum grana leuatis manibus super prunas combussi. Leuauerunt se omnes quinquagin- ta prescripti episcopi, dicentes ad 14. testificantes: Quid vidistis hunc facientem? Qui ex ore suo testa- ti sunt, quasi vno ore loquentes. Et subscripserūt om- nes quinquaginta quinque in testata 14. virorum, ita vt 28. complerent cum participantibus. Vnus au- tem de episcopis nomine Quirinus dixit: Infudisti cor tuum pontifex malitia, quod decem & octo sic- caueras castitate, præsul vulnerasti vniuersa mēbra tua. Propterea ego non recedam de omni cœtu syno- di, donec purpureum cor tuum manifestetur.

Altera autem die hi ducenti episcopi constitue- runt quatenus & ipsi introirent in synodum: Et facta collocazione in simul cum prescriptis centum, sederunt in eadem ciuitate, omnesque vno examine trecenti alligauerunt & dānauerunt hos, Urbanū, Castorium & Iuuenalem presbyteros, Gaium & In- nocentium diacones. Respondit Sebastianus episco- pus: Huic tribunali nostro sermone, nostro chirogra- pho, nostro eloquio, nostro auxilio nostra constan- tia, & veritate fixa, & præclara dispositione auditio- nis exhibemus ligamen. Nō enim nostro ore iustifi- caberis, aut nostro ore cōdemnaberis. Qua propter consue tunicam: & quam pauld antē induebas su- tam, modo conscissam consue ex toto corde tuo, & ex manibus tuis inuoluerit in peccato tuo Marcelli- ne pontifex Romæ. Respondit Urbanus episcopus ad Sebastianum episcopus, & dixit: Introducan- tur testes viri veridici numero quadraginta qua- tuor, vt libra occidua compleatur à multis, quod à multis fabricatum est. Et introierunt testes,

2. Tim. 2.   
 1. cuiqua.   
 2. Ti. 4. a   
 Felericum   
 11. q. 1.   
 Clericū cu   
 iuslibet or   
 dinis &   
 decr. 110.   
 lib. 4.   
 nullus.   
 2. q. 7. la-   
 co non lice   
 at quemli-   
 bet & in   
 decr. 110.   
 lib. 4.   
 Acto. 7. g   
 Mat. 7. a   
 Ephes. 4.   
 d. e. f.

Anasta   
 110   
 1. format   
 1. leuata.   
 1. Et sub-   
 scripserūt   
 omnes qui   
 quinquaginta   
 quinque te   
 stimonis.   
 14. virorū   
 1. Quirill.   
 1. sanctifi-   
 cauerat.   
 1. annis sic   
 cauerat   
 manifesta   
 re.   
 1. quoniā

\*44. numero \* 42. Singulis autem astribus in gremio trecentorum episcoporum, & triginta presbyterorum Romanorum, & 28 testium supradictorum ut libra completur, quoniam 12. uncis in libra probabitur census & in 42. comparentibus damnabitur præsul. Respondit Quiriacus, & dixit ad Marcellinum: Nunc cognoscas uniuersum velamen cordis tui, iudica ipse causam tuam, & disiectam à te maceriem tuam ipse scrutare. Non enim nostro, sed tuo ipsius iudicio condemnaberis, nostro autem excusaberis. Nihil time, quoniam nos in tui damnationem nihil opponimus causale, nihil defendimus, sed damnamus eos qui euacuauerunt templum, & dimiserunt fabricam manu desuper constructam, ut introirent lupi, & facerent speluncas, & comederent agnos immaculatos, & eos qui ex veteri ad nouum venerant, inueterarent. Te enim non condemnamus, præsul, quoniam ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Marcellinus autem in conspectu synodi cecidit in terram. Ibi ergo iacentem & moram eum facientem damnauerunt. Synodus autem & presbyteri 30, voce clara chirographum firmauerunt super Urbanum auctorem & Iuvenalem presbyteros, numero 27. tres autem diaconi. Subscripterunt autem in damnationem horum quinque, Urbani Castorij & Iuuenalis presbyterorum, & Gaij & Innocentij diaconorum.

*De confessione Marcellini episcopi, & condemnatione eius.*

In sinu autem trecentorum episcoporum, caput cinere conuolutum habens Marcellinus episcopus urbis Romae, voce clara clamans dicebat: Peccavi coram vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum quoniam auarus & corrupit me auro. Subscripterunt igitur in eius damnationem, & damnauerunt eum extra ciuitatem. Sacerdos, nomine Helchiades episcopus, subscripsit primus in eius damnationem, non tantum pro hoc tempore (quod exigebat ordo) sed etiam in exemplum futuri temporis, quoniam & ipse voce clara dicebat: Iuste ore suo condemnatus est & ore suo anathema suscepit, maranatha, quoniam ore suo condemnatus est. Nemo enim unquam iudicauit pontificem, nec presul sacerdotem suum: quoniam prima sedes non iudicabitur à quoquam. Hoc autem facto, Diocletianus quum esset in bello Persarum, audiuit quod trecenti episcopi & triginta presbyteri & tres diacones in eandem damnationem conuenissent, quique dum subscriberent omnes, ipse omnium primus Marcellinus manu sua propria concluderat in suum anathema, anathemati subscribens. Et iratus Diocletianus, in eandem ciuitatem misit, & multos episcopos ad martyrij coronam traxit. Factum est autem nihil aliud, nisi quod dum primo damnati fuissent tres presbyteri, & duo diacones, damnatus est & Marcellinus suo iudicio 10. Kalendas Septembris, Diocletiano 8. & Maximiano 7. claris. Cōs.

MARCELLVS



In natione Romanus, pōtifer in ordine 29. n̄ domini 304. in sedē Petri sublimatus est. Hic à Maxentio cōprehensusq; ecclesiā ordinaret, ut negaret episcopū se esse, & sacrificiis se humiliaret demōniorum coarctatus, reuinit: quapropter damnatus est in Cathabulum, vbi dū multis diebus seruiret orationibus & ieiuniis domino deseruiens, mēse nono venerunt clerici eius omnes, & inde eū noctu eruerunt: & matrona quæ dā Lucina, vidua, suscepit beatum virū, & domū suam in nomine tituli beati Mar-

celli dedicauit, vbi die noctuq; Christi cultus in hymnis & orationibus peragebatur. Quæ audiens Maxentius tenuit iterum beatum Marcellum, & iussit in eadem ecclesia iterum planctus externi, ut ibidem animalia Cacabuli congregata starent, & ipsis beatus Marcellus deseruiret qui tande in seruitio animalium nudus amictus cilicio defuit. Extat huius decretalis epistola ad episc. Antiochenam quincix, hoc tenore: Dilectissimis fratribus vniuersis episc. per Antiochenam prouinciā constitutis Marcellus: Sollicitudinem omnium ecclesiarum iuxta apostolum circumferentes, diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam ob hoc ad fastigiū sacerdotale prouexit, ut mandatis ipsius inherentes, in quadam sacerdotij eius specula constituti, phibeamus illicita, & sequētia doceam. Vnde directis per Bonifacium diaconū nostrum literis admonemus, ut quæ mala pullulant abscondantur, & malefacta corrigantur, atque bona seentur, & patrum nostrorum exempla & statuta imitentur. Rogamus ergo vos, fratres, ut non aliud doceatis neque sentiatis, quam quod à Beato Petro apostolo & à reliquis apostolis & patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis, ideo non oportet vos propriū derelinquere patrē, & alios sequi. Ipse enim caput est totius ecclesiæ, cui ait dominus: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam & reliqua. Eius enim sedes primus apud vos fuit, quæ postea (iubente domino) Romam translata est, cui (adminiculante gratia diuina) hodierna presidemus die. Nec ab eius dispositione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora ecclesiastica negocia (diuina disponente gratia) iussa sunt referri, ut ab ea regulariter disponantur, à qua sumpserunt principia. Si vestraverō Antiochena, quæ olim prima erat, Romane celsit sedi, nulla est quæ eius non subiecta sit ditioni: ad quam omnes quasi ad caput, iuxta apostolorum eorumque successorū sanctiones, episcopi qui voluerint vel quibus necesse fuerit, suffugere, eamq; appellare debent, ut inde accipiant tuitionem & liberationem, vnde acceperunt informationē atque consecrationem. Quod omnibus minime conuenit denegare episcopis, sed absque vlla custodia aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione libere ire concedatur.

2. Simulq; idē (inspirate domino) constituerunt ut nulla synodus fieret p̄ter eiusdē sedis autoritatē, nec ullus episc. nisi in legitima synodo, suo tempore apostolica autoritate conuocata, sup quibuslibet criminibus pulsatus audiatur vel iudicetur, quia (ut paulo superius prælibatum est) episc. iudicia, & summarū causarū negocia, siue cuncta dubia, apostolicæ sedis autoritate sunt agenda & finienda. Et omnia comprouincialia negocia, huius sanctæ vniuersalis & apostolicæ ecclesiæ sunt tractanda iudicio, si huius ecclesiæ pontifex præceperit.

3. Nec cui liceat sine præiudicio Romanæ ecclesiæ (cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri) relictis his sacerdotibus qui in eadem prouincia dei ecclesias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum episcoporum iudicium experiri vel pati, sed omnibus eiusdem prouinciæ episcopis congregatis, iudicium autoritate huius sedis terminetur: quod tamen (ut præfatū est) per eius vicarios, si libuerit erit tractandum: & quicquid iniuste actum est, reformandum.

Episto-

*Epistola eiusdem secunda, ad Maxentium tyrannum. Marcellus episcopus sanctæ & apostolicæ & catholice urbis Romæ, Maxentio.*

Phil. 2. c.

Magistra bonorum omnium charitas, quæ nihil rapit extraneū nihil agit asperum, nihil confusum, nihil factiosum, nihil quod honori diuino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo deroget, oblita sui, non quæ sua sunt, sed quæ dei vel proximi, quærens, nemini inuidens, omnibus consulēs, non sauiens, sed compatiens, non rapiens, sed largiens, non murmurans, sed omnia æquanimiter tolerans, si in te perfecte habitaret, temperares animum à malis, sauire desineres, dei ecclesiam ac sanctos eius persequi cessares, tyrannidi quodam imponeres, furorem cohiberes, humanitati inuigilares, modestiam amplectereris, & bonis potioribus frui satageres. Charitas enim exercet corda, sensus corroborat ut nihil graue, nihil difficile, sed totū fiat dulce quod agitur, dum eius sit proprium nutrire pacifica, serua re composita, dissociata coniungere, praua dirigere & virtutes reliquas perfectionis suæ munimine solidare. De ipsa ergo omnes monens apostolus ita loquitur dicens: Si linguis hominum loquar & angelorum, & reliqua vsque ibi, Charitas nunquam excidit. Quisquis ergo in eius se radice inserit, nec à viriditate deficit, nec à fructibus inanescit, quia amore fecunditatis opus efficax non amittit. Licet modò charitas in persecutoribus ecclesiæ seruorumque dei arefacta sit, viget tamen in amatoribus eius, & in eis qui patiuntur propter iustitiam, de quibus ipsa per se veritas testatur dicens: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiā, & alibi: Si me persecuti sunt & vos persequentur. Potius enim nos, & omnes domini sacerdotes, qui eius videlicet sunt veri sacerdotes, eligimus propter iustitiam & veram fidem persequi, & pro Christi nomine pati, quam multis diuitiis ditari, honoribusque copiosissimis abudare, & cœlesti regno carere. Ista enim temporalia sunt, illa æterna. Ista caduca, & ad horam transeuntia, illa verò perpetua, & sine fine mansura. Tu ergo qui nos suades cultum dimittere diuinum, & à recta fide recedere, disque immolare, melius tibi foret, ut tu prius mutabilem te præberes, omnesque exhortareris fidei documenta & diuini cultus ministeria ita tenere, sicut patres nostri sancti apostoli sibi tradita prædicauerunt & docuerunt.

1. Co. 13. ab

2. 4. 9. 1. Regam. 9. vos fratres.

Matt. 16. c.

Matt. 5. 4 Ioan. 15. c.

2. 9. 6. ad Romanā ecclesiam.

1. 96. Boni principis. religiosi temeritas vel concis. Quicquid id notādi paucos antebac fust. se summos pontifices, qui hac nō constiterunt.

3. 9. 9. Nō oportet quilibet.

non oportet quæquā iudicari vel dānari prius quam legitimos habeat præsentibus accusatores, locūque defendendi accipiat ad bluentia crimina. Vnde ait propheta: Prius quam agnoscas, non iudices quæquam. In hoc ergo quod episcopi & reliqui serui dei persecutionem patiuntur, non tantum ipsi persecutionē patiuntur, quantum ille cuius vice funguntur, sicut scriptum est: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei & alibi: Qui vos contristabit, me contristabit. Et qui facit iniuriam, recipiet id quod iniquè gessit. Vos ergo licet corpora nostra possitis occidere, animas tamen non potestis occidere: nec gradus nobis diuinitus collatos potestis auferre.

3. Synodum ergo absque huius sanctæ sedis autoritate episcoporum (quanquam quosdam episcopos possitis congregare) non potestis regulariter facere, neque vllum episcopum qui hanc appellauerit apostolicam sedem, damnare antequam hinc sententia finitiua procedat. Nam si seculares in publicis iudiciis libellis vtuntur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? De quibus dictum est: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Et ideo nullus episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore apostolica aut regulari autoritate conuocata, super quibuslibet pulsatus criminibus audiatur vel iudicetur, ne innocens damnetur, aut perdat communionem.

4. Quod laici, aut suspecti episcopi non debeant accusare neque accusatoribus de inimici domo p̄deuntibus credendū sit, & à beato Clemēte (ipsis eū instructis apostolis) legimus definitū, & nos eadē firmamus: quoniam ijdē odio multoties incensi, rectē viuentes atque credentes perturbare nituntur. Propterea persona, fides vita, & conuersatio atq; suspicio accusantiū, enucleatim primò inquirēda est: deinde, quæ obicitur, fideliter tractanda: quia nihil ante fieri debet, quam impetitorum vita & suspicio atque odium inquiratur. Et si bonæ conuersationis non fuerint, aut laici, vel manifesti inimici, aut odio reperi fuerint, nequaquam in episcoporum recipiantur accusatione.

Hæc vobis, à quibus nimis infestè persequimur, sciētia mandamus: ut ab his vos caueatis, & cessetis persequi eos qui deo ministrat, quorū orationibus & terrena bella sedantur, & deus peccatoribus conciliatur. Et si amplius vos elegeritis persequi quā deo placere, & nos magis eligimus sustinere persecutionē quā regulā confundi ecclesiasticā, hortate nos ipsa veritate voce, atque restantē ita: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā autē non possunt occidere, & infra. Vobis ideo hæc scribimus, quia debitores vobis sumus, dicēte domino, Diligite inimicos vestros benefacite eis qui vos oderūt & alibi scriptura loquitur dicēs: Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit potū da illi. Hoc enim faciens, carbonēs ignis cogeres sup caput eius. Et iterū infra: Tu ergo ne delecteris in perditionibus nostris, quia post tempestatem facit deus tranquillitatem: & post lachrymationem & fletū, exultationem infundit. Benedictus deus patrum nostrorum: qui cum iratus fuerit, misericordiam faciet: & in tempore tribulationis peccata dimittit. Magnus est dominus in æternum, & ipse roget nos in secula, quoniam regnum eius permanet in secula seculorum. Amen.

*Decretum Marcelli papæ duo, quæ in prioribus non habentur: desumpta ex Gratiano.*



PRIMUM.

20. q. 1. l. lud autem statuendū. Extra voluntatem propriam retrufi in monasteriis, non teneantur. Illud autem statuendū est esse cenfem, vt si in minori ætate filij monasterio oblati fuerint, vel sacram tonfuram vel velamina susceperint, dignum quidem duximus, vt 15. anno à prælati moniti verbis, inquirantur vtrum in ipfo habitu permanere cupiāt, an non. Si vero permanere profelfi fuerint, vltius pœnitēdi locum minimè amplecti possunt. Si verò ad secularem habitū reuerti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur: quia satis inutile est vt coacta seruitia domino præstentur.

SECUNDUM.

11. q. 1. nul lus episcopo. Neq; quod causa ciuili neque pro criminali episcopus apud ciuilem iudicem pertrahatur. Nullus episcopus neque pro ciuili neque pro criminali causa apud quemuis iudicem siue ciuilem siue militare producat vel exhibeatur. Magistratus enim qui hoc iubere ausus fuerit, amissionem rerum & cinguli condemnatione plectetur.

EVSEBIVS.

Alj tribuit inuētionē crucis tempore B Sylue. Hic, medici filius, natione Græcus, temporibus Constantini magni, anno domini 309. pontifex 30. creatur: sub quo crux domini nostri Iesu Christi inuenta est. nonas Maij. & crucis inuentor, seu potius index Iudas, baptizatus est, & Quiriacus postea vocatus: & festum inuentionis eiusdem crucis eodē die celebrandum ab hoc pontifice institutum est: vt infra in epistola tertia eiusdem. Tres enim extant eiusdem epistolæ decretales quarum prima hæc est.

Charissimis fratribus, domino & deo dilectis episcopis omnibus per Gallicanas prouincias constitutis Eusebius. Scripta sanctitatis vestræ cum magna gratiarum actione suscepi, gauisus scilicet de vestra hospititate, sed cōtristat⁹ nimis de vestra oppressione. Quod significastis enim, quid de conuersis hæreticis fieri debuisset, scitote nos eos qui in sanctæ trinitatis fide baptizati sunt, per impositionem manus suscipere.

3. q. 5. De accusatio nibus clericorum. De accusationibus verò clericorum super quibus mandastis, scitote, à tempore apostolorū in hac sancta vrbe seruatum esse accusatores, & accusationes, quas exterarum consuetudinum leges non asciscunt, à clericorum accusatione submotas. Similiter laicos non accusasse episcopos, hætenus obseruatū & constitutum est, quia eiusdem non sunt conuersationis, Et oppidō eis quidam infesti existunt, quippe quum vita eorum & conuersatio debeat esse secreta & à laicorum actibus remota: nec ab his impetri debeant, quorum castitatem & grauitatem nolunt imitari, maxime quum nec hi eos in suis volunt recipere accusationibus. De ipsis verò suis videlicet agricultoribus atque ministris, dominus laicis & cunctis eos persequentibus, ait: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et ipsa sacra scriptura dicit: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Talia enim, & his similia sancti patres prævidentes pericula, laicos seculo militantes, ab accusatione sacerdotum prohibere similiter seruos & liberos, atque censibus publicis vel priuatis subiugatos, omnesque infames ab eadem accusatione vel tergiversatione submouerunt. Non enim oportet vt permittantur carnales spirituales persequi, nec sceleribus irretiti vel seculo militantes, episcopos infamare vel lacerare, aut crimen opponere nam si hoc

Psal. 104.

Zacha. 2.

apostoli aut successores eorum permitterēt, perpauca remansissent qui domino in sacerdotali ordine militassent. Idcirco & nos sequentes patrum vestigia, pro saluatione seruatorum dei, quascunque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submouemus. Et nullæ accusationes à iudicibus audiantur ecclesiasticis, quæ legibus seculi prohibentur. Quapropter illi quibus indita est ad vnguem polita perfectio, talia silere debent, ita vt nec mutilentur, nec proponantur. Nec illi qui aut in fide catholica, aut inimicitia suspecti sunt, ad pulsationem prædictorū admittantur: quia veritatem professionis infidelitas & inimicitia impedire solet. Nec illi credendi sunt aut admittendi qui aliorum sponte crimina confitentur. Et ideo replicandā solite eorum veritas, quam sponte prolata in illis vllius vox habere non potest, hanc diuersis cruciatibus è latebris suis rigorosus tortor exigere debet, vt dum pœnis corpora soluantur, quæ gesta sunt, fideliter & veraciter exquirantur. Vnde, quæso, primum ad leges publicas, deinde ad iudices ora conuertite, qui possunt & volunt in defensione omnium iuste loqui. Nos enim quos dei seruitium post istarum rerum obiectionem fecit ingenuos, qui talium insultationes aut contumelias aut despiciamus aut deridemus, quibus scriptum est de famulis & vulgi hominibus per apostolum. Mementote quia vester & illorum dominus in cælis est ad hæc seculi mala reuocabimur: faciendum à nobis est, quod faciente altero profanum esse contendimus: Quod per ministerium iusionis & manus alienæ inuestaret aspectum, nostro perageretur imperio? Nolite hanc per vniuersas ecclesias mentem rapacium luporum more & natura seruare: quia postquam nos maculat forte pro desiderijs eorum cruenta discussio, effectum in his quod tendunt non habebunt, dicente nobis propheta: Ponamus circulum in natiuitate eorum, & frenum in labijs, & reducimus eos in viam rectam. Quia eodem propheta asserente, impugnantur qui dicunt, Erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt nobis. Infames enim sunt proculdubio impugnatores episcoporum, omnesque qui aduersus patres armantur, & conculcatores ecclesiarum, sacerdotūq; eius, & qui de publicis fugiunt preliis, & mandata dei contemnunt, & qui aliqua culpa infamiæ asperguntur maculis. His omnibus impugnandi episcopos, patrum sequentes statuta & nos licentiam submouemus. Quia sic odit deus eos qui patres persequuntur, vt patrum inuasores, qui in omni mundo infamia notantur, & ideo iustè & regulariter respuuntur, & infra post autoritates ex epistola prima beati Ioannis cap. 4. b. c. d. & cap. 5. a. b. c. d. tandem concludit. Scitote charissimi, pro ea pietate quæ vobis dei famulis impendenda est, omnes suggestiones vestras fidei catholicæ profuturas me dignanter suscepisse, vt ipsarum quoque opera & pax christiana reparari, & error impius possit aboleri. Et si amplius aliquid de talibus aut his similibus aliquid fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, vt pertractata qualitate horum, nostra quid obseruari debeat, sollicitudo constituat.

Eiusdem epistola secunda, ad Aegyptios.

Eusebius Romanæ & apostolicæ ecclesiæ episcopus, dilectissimis in charitate Christi vnanimis, charitatis glutino connexis fratribus per Alexandria & Aegyptum domino militantibus, & rectam fidem tenenti

3. q. 5. De accusat. cler. 6. 7. 1. Nos sequentes, patrum.

† missitentur. 5. q. 5. Illi qui aut in fide.

† subiiciuntur.

† vulgari bus aut vulgis. Eph. 6. b.

Esa. 37. f.

Infames qui.

tenentibus, in Domino salutem. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi & c. Interit auctoritatem Apostoli. 2. ad Corinth. 6. a. b. c. & congestis aliis auctoritatibus, tandem inserit integra capita 19 & 20. Ecclesiastici tandem post aliquot auctoritates quæ ad generales admonitiones faciunt, subdit hoc decretum.

Oues quæ pastori suo commissæ sunt, eum nec reprehendere (nisi à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenus accusare possunt: quia facta pastorum, oris gladio ferienda non sunt, quanquam tectè reprehendenda videantur. Ideo ista dicimus, quia in scripturis vestris reperimus quosdam Episcopos vestris in partibus à propriis ouibus accusatos, aliquos videlicet ex suspitione, & aliquos ex certa ratione: & idcirco quosdam esse rebus suis expoliatos, quosdam vero à propria sede pulsos. Quos sciatis nec ad synodum comprouincialem nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo iudicari antequam cuncta quæ eis sublata sunt, legibus potestati eorum redintegrēt. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, & Ecclesias quæ eis ablatae sunt, cum omni priuilegio sibi restitui, & postmodum, nō sub angustis temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum conuocētur: & ab omnibus quibusque suæ prouinciæ episcopis audiatur. Nam nec conuocari ad causam, nec diudicari potest expoliatus vel expulsus, quia non est priuilegium quo expoliari possit iam nudatus. Vnde & antiquitus decretum est, vt omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos ante litem cōtestatam præceptor vel Primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: Ille qui violentiam pertulit, vniuersa in statu quo fuerant, recipiat: & quæ possidet, securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis & regum edictis legitur statutū: Redintegranda sunt omnia expoliatis vel eiectis Episcopis, præsentialiter ordinatione Pontificum, & in eorum vnde abscesserunt loca funditus reuocanda, quacunque conditione temporis, aut dolo, aut captiuitate aut virtute maiorum, aut per quascunque iniustas causas, res Ecclesiæ vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur, ante accusationem aut regularitatem ad synodum vocationem eorum, & reliqua. Est etiam in antiquis Ecclesiæ statutis decretum, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatiōe omnia restituat. Vnde & in Evangelio scriptum est: Quod si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Et in legibus seculi cautū habetur. Qui rem subripit alienam, illi cuius res direpta est, in vndecuplum quæ sublata sunt restituat. Et in lege diuina legitur: Maledictus omnis qui trāsfert terminos proximi sui: & dicit omnis populus, Amen. Talia ergo non præsumantur absque vltione, nec exercentur absque sua damnatione. Pacem, & non damnum aut iniustitiam alicuius sectamini inuicem, & in omnes. Veritatem autem facientes, in charitate crescimus in illo per omnia, qui est caput, Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministratiōis secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificatiōnem sui in charitate. Decætero, charissimi, gaudete, & perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete: & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.

In dec. lib. 4. in- fra in dec. lulij pape In dec. sre pha pp. 1. secūda et idec. 2. q. 2. Nullus pape. 3. q. 1. Red integrā. et si idē etiā. In Ioan. de ach. archiep. m. luc. 19. b.

Deut. 28. c.

Dominus custodiat vos & nunc, & in die æternitatis. Amen.

Eiusdem Epistola tertia.

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis per Campaniam & Tusciam constitutis, Eusebius. Benedictus Dominus Deus noster, qui per misericordiam suam, Romanam Ecclesiam beati Petri Apostolorum principis sacerdotio dirauit, & c. & infra. Sequētes itaque in omnibus Apostolicam regulam, & prædicantes eius omnia constituta, ob custodiam Episcoporum, qui colūna Ecclesiæ à Deo dicti sunt & cæterorum verorum sacerdotum firmantes cana patrum statuta, statuimus iterum cum omnibus qui nobiscum sunt Episcopis, sicut dudum decretum reperimus, vt homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminosi, domestici, periuri, & qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, seu qui ad sacrilegos diuinōsque concurrerunt, similisque eorum, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi, quia funesta est vox eorum. Vocem enim funestam in omnibus interdici potius quàm audiri oportet. Periculum ergo quod doctorib⁹ imminet, summopere semper cauendum est, & declinandum, & illi sunt à cunctis portandi & custodiendi, dicente Domino: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Prima enim salus est, rectæ fidei regulas custodire, & à constitutis patrum nullatenus deuiare. Nec potest Domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia, dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede Apostolica extra maculam semper est catholica seruata religio, & infra: Crucis ergo Domini nostri Iesu Christi, quæ nuper nobis gubernacula sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenentibus, quinto nonas Maij inuenta est, in prædicto calendarum diem inuentionis festum vobis solenniter celebrare mandamus. Similiter & hæreticos omnes quicumque Dei gratia conuertuntur, & in sanctæ Trinitatis nomine credentes baptizati sunt, Romanæ Ecclesiæ regulam tenentes, per manus impositionem reconciliari præcipimus. Manus impositionem sacramentum, magna veneratione tenendum est: quod ab alijs perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus. Nec tempore Apostolorum ab alijs quàm ab ipsis Apostolis legitur aut scitur peractum esse, neque ab alijs (sicut iam dictū est) quàm ab illis qui eorum locum tenent, vnquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptū fuerit, irritum habeatur & vacuum: nec inter ecclesiastica vnquam reputabitur sacramenta. Decætero, fratres, gaudete & exultate in Domino, vt sancti spiritus gratia illuminati & confortati, vos ad pascua æternæ vitæ peruenire, vestrosque perducere, adiuuante Domino valeatis. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio spiritus sancti, sit semper cum omnibus vobis. Amen.

Eiusdem Eusebij decreta quatuor ex Gratiano & alijs desumpta.

PRIMUM.

Desponsata puella non prohibetur monasterium eligere.

Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere, \* licet tamen illi monasterium sibi eligere. \* licet tamen monasterium eligere si voluerit.



SECUNDA.

Non in serico panno, sed in lino, sacrificium consecratur altaris.

Decof. d. 1. Consulto omnium statuimus, ut sacrificium altaris non in serico panno aut tincto quisquam celebrare praesumat, sed in puro lino, vel linteo ab Episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contexto: sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in syndone linea munda sepultum fuit.

TERTIUM.

Ieiunia non soluantur legitima absque necessitate probabili.

Ieiunia in Ecclesia sacerdotibus constituta, sine necessitate rationabili non soluantur.

QUARTUM EIVSDEM DECRETUM secundum codicem s. librorum, libr. prim. cap. 41.

Qualescunque persona sacerdotum epulis debeant interesse.

Mensa epi qualis.

Oportet Episcopum moderatis epulis contentum esse, subisque conuiuas ad comedendum & bibendum non vrgeri: quin potius sobrietatis praebeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis augmenta, non ludicra spectacula, non acroamatum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur praestigia. Ad sunt peregrini & pauperes & debiles, qui de sacerdotali mensa, Christum benedictos, benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio, subsequatur uix vocis exhortatio: ut non tantum corporali cibo, imò uerbi spiritualis alimento conuiuantes se refectos gratulentur: ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum Dominum nostrum.

MELCIADES PAPA.

Decof. d. 3. ca. ieiunium.

In natione Apher, anno Domini 312 pontifex in ordine 31 creatus, decreuit ut die Dominico & feria quinta nullus fidelis ieiunet, quia eos dies pagani quasi sacro ieiunio celebrarent. Hic & fuit ultimus martyr à beato Petro in ordine consecutus pontificum Romanorum, sub Maximino tyranno. Extat eius Epistola decretalis ad Episcopos Hispania, cuius haec sunt capita.

- 1 De iudicio Episcoporum sine maioribus causis ad Apostolicam sedem deferendis: & ut nullus eam prohibeatur appellare.
2 Quod sit manus sacramentum, impositio manus Episcopo rum, an baptismus.
3 De ieiunio Dominica diei, & quinta feria.

Matt. 7. d. Luc. 6. f.

Illustissimis fratribus, Marino, Benedicto, Leontio, & ceteris Hispaniarum, ac illis in partibus constitutis Episcopis Melciades. Memento te fratres sermonis Domini semper qui ait: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Episcopos nolite iudicare, nolite condemnare, abque sedis huius auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt uestra iudicia, & vos condemnabimini. Hoc enim priuilegium huic sanctae sedi à temporibus Apostolorum statutum est seruari: quod illa sum manet

vsque in hodiernum diem. Episcopus ergo quos sibi Dominus tanquam oculos elegit, & columnas Ecclesiae esse uoluit, quibus etiam ligandi & soluendi dedit potestatem, suo iudicio referuauit, atque hoc priuilegium beato clauigero Petro sua vice solito modo commisit. Quae eius iuste praerogatiua successit sedi, futuris hereditanda que tenentur temporibus: quoniam & inter beatiss. Apostolo s fuit quaedam discretio potestatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro concessum est ut aliis praermineret: eorumque quae ad querelam uenirent, causas & interrogationes prudenter disponeret.

Quod Dei ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posterorum cuncta sibi vindicarent, sed semper maiores causas, sicut sunt Episcoporum, & potiorum curae negotiorum, ad unam beati principis Apostolorum Petri sedem confluerent: ut inde susciperent finem iudiciorum, unde acciperent initium institutionum, nequando à suo discrepant capite. Si uero se uiderit quisquam uestrum praeruarari, hanc sedem appellet, huc recurrat, ut semper instituta fuit consuetudo: quia & uoluntarie eis compatiamur, & libenter prout Dominus dederit, admodum feremus. Nec à quoquam fratres, inhibeantur ut obiurgetur, qui nostrae consors communionis esse uoluerit, sed magis ei ueniendi auxiliu praestet.

2 De eis uero super quibus rogastis uos informari id est, utrum maius esset sacramentum, manus impositio Episcoporum an baptismus: Scitote utrumque magnum esse sacramentum. Et sicut unum à maioribus fit, id est à summis pontificibus, quod à minoribus perfici non potest: ita maiori ueneratione uenerandum & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt haec duo sacramenta, ut ab inuicem nisi morte praerueniente non possint separari: & unum sine altero rite perfici non potest. Nam unum praerueniente morte saluare sine altero potest, aliud autem saluare non potest. Unde scriptum est: In diebus illis, dicit Dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem.

Aduertamus summas diuitias bonitatis Dei. Quod in confirmandis neophytis manus impositio tribuit singulis, hoc tunc spiritus sancti descensio in credentium populos, tribuit uniuersis. Sed quia diximus quod manus impositio & confirmatio, ei qui iam in Christo regeneratus est, conferre aliquid, possit, forte cogitet sibi aliquis: Quid mihi prodest post mysterium baptismatis, mysterium confirmationis? Aut, quantum uideo, non totum de fonte suscepimus, si post fontem adiectione noui generis indigemus. Non ira, dilectissimi. Attendat charitas uestra. Sicut exigit militaris ordo, ut cum imperator quencunque in militum receperit numerum, non solum signet receptum, sed etiam armis congruentibus instruat pugnaturum: ita in baptizato benedictio illa munitio est. Dediti militem, da ei adiumenta militiae. Nunquid prodest si quisquam parentum magnam paruulo conferat facultatem, nisi prouidere studeat & tutorem: Itaque paracletus regeneratis in Christo, custos & consolator & tutor est. Ideo dicit sermo diuinus: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum uigilant qui custodiunt eam. Ergo spiritus sanctus qui super aquas baptismi salutariter descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum praestat ad gratiam. Et quia in hoc mundo, tota aetate uicturis, inter inuisibiles hostes & pericula gradiendum est, in baptismate regeneramur ad

Zach. 2. c. Matt. 16. c.

Iob. 2.

Psal. 126.

Decof. d. 5. spiritus sancti qui.

ad uitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismum abluimur, post baptismum roboramur. At si continuo transitoris sufficiens regenerationis beneficia, uicturis tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat mox in pacem beati seculi recipiendos: confirmatio arma & instruit ad agones mundi istius & pericula referuandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte, quia non potest peccare post mortem. Hic si forte illud etiam requirere uelimus, post passionem & resurrectionem Christi quid Apostolus profuerit aduentus spiritus sancti, ipse Dominus: eis euidenter exposuit. Quae dico, inquit, uobis, non potest ea portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, ipse uos docebit omnem ueritatem. Vides quia cum spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatur? Itaque ante descensionem spiritus sancti usque ad negationem Apostoli deterrentur: post uisitationem uero eius usque ad martyrium contemptu salutis armanur. Secundum hoc per Christum redimimur, per spiritum uero sanctum dono sapientiae spiritualis illuminamur, aedificamur, erudimur, instruimur, consummamur: ut illam sancti spiritus uocem audire possimus: Intellectum tibi dabo, & instrua te in uia hac qua gradieris. De spiritu sancto accipimus ut spiritualia efficiamur, quia animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. De spiritu sancto accipimus ut sapiamus inter bonum malumque discernere, iusta diligere, iniusta respicere: ut malitiae ac superbiae repugnemus, ut luxuriae ac diuersis illecebris & fœdis indignisque cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accipimus uita amore & gloria ardore succensi, ut erigere à terrenis mentem ad superna & diuina ualeamus.

Psal. 31.

\* uita amore, gloria ardorem, ut successi diuinitate, erigere a ter. 1. Cor. 6. c.

Colo. 2. b. c.

3 Ieiunium uero Dominici diei & quintae feriae nemo celebrare debet: ut inter ieiunium Christianorum & gentilium, & ueraciter credentium atque infidelium & haereticorum uera & non falsa discretio habeatur. Unde scriptum est: Quae pars Christi ad bella? aut quae pars fidelis cum infideli? Quae autem participatio iustitiae cum iniquitate? Et iterum: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Et reliqua: Quae concluduntur penè omnia ex cap. 2. & 3. Epistola Pauli ad Colossenses.

SYLVESTER.

\* 315

Syluester, Romanus, anno Domini \* 318. Pontifex 32. creatur, temporibus Constantini magni Imperatoris, sub quo & persecutione fugiens (Arrianus enim principis erat Constantinus) exul in monte Soracte in cauernis petrarum cum clericis suis aliquandiu latuit. Tandem Constantino Dei gratia ad fidem conuerso, ac baptizato, hortante Syluestro papa ac iubente Constantino Concilium generale apud Nicæam Bithyniae contra Arrium indicitur: cuius concilij acta & canones in conciliorum generalium classe uideri est. Porro decreta Syluestri haec traduntur. 1 Ut baptizatum linat presbyter chrismate lauatum de aqua propter occasionem transitus mortis. 2 Ut sacrificium altaris non in serico nec in panno tincto consecratur, nisi tantum in lino ex terra pro-

creato, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in syndone linea & munda sepultum fuit. 3 Ut presbyter Arrianum respicientem non susciperet, nisi Episcopus loci designati. 4 Ut chrisma ab Episcopo conficiatur, & Episcopi baptizatos consignent, propter haereticam suasionem. 5 Ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre. 6 Ut diaconi dalmaticis in Ecclesia uterentur, & palla Linostina laua eorum tegetur. 7 Ut nullus clericus propter quamlibet causam in curiam introiret, nec ante iudicem cinctum causam diceret, nisi in Ecclesia.

Referunt etiam huius temporibus Constantinum imp. Romanam ditasse Ecclesiam, & multas constituisse basilicas, quas ornauit magnificentissima largitione auri & argenti: intuper & diadema aureum Syluestro pontifici obtulisse, quod ille ut minus apertum religioni, respuerit. Vide Gratianum dist. 96. cap. Constantinus 1. & 2. Reliqua eius acta in Nicæano concilio continentur.

CONFESSIO CONSTANTINI Imperatoris.



In nomine Sanctae & Indiuinae Trinitatis, patris scilicet filij & spiritus sancti. Imperator Caesar Flavius Constantinus in Christo Iesu uo ex eade sancta Trinitate Saluatore Domino Deo nostro fidelis, mansuetus, Maximus, Beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, Pius, Felix, Victor ac Triumphator semper Augustus. Sanctissimo & Beatissimo patri patrum Syluestro urbis Romae Episcopo, atque omnibus eius successoribus, qui in sede Beati Petri usque in finem seculi sessuri sunt, pontificibus necnon & omnibus Reuerendissimis & Deo amabilibus catholicis Episcopis eidem Sacrosanctae Romanae Ecclesiae per hanc nostram Imperialem Constitutionem, subiectis in uniuerso orbe terrarum nunc & in posterum cunctis retro temporibus constitutis Gratia, pax, charitas, gaudium, longanimitas, misericordia à Deo patre omnipotente & Iesu Christo filio eius, & spiritu sancto cum omnibus uobis.

Ea quae saluator & Redemptor noster Dominus noster Iesus Christus altissimi patris filius per suos Apostolos Petrum & Paulum, interueniente patre nostro Syluestro summo pontifice mirabiliter dignatus est, liquida narratione per huius nostrae Imperialis institutionis paginam ad indaginem omnium populorum in uniuerso orbe terrarum nostra studuit propagare mansuetissima serenitas.

Primum quidem fidem nostram quam à praefato beatissimo Patre & oratore nostro Syluestro uniuersali Pontifice edocti sumus intima cordis confessio ne ad instruendas omnium uestrum mentes profereres, & ita demum misericordiam Dei super nos diffusam annunciates. Nos enim uos scire uolumus si cut per anteriorem nostram sacram Pragmaticam iusionem significauimus nos à culturis idolorum, simulacris mutis & surdis, manufactis diabolicis compositionibus atque ab omnibus Satanæ pompis recessisse, & ad integram Christianorum fidem quae est uera lux & uita perpetua peruenisse, credentes iuxta

juxta id quod nos idem almificus summus pater & doctor noster Sylvester Pontifex instruit. In Deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, visibilibus omnium & inuisibilibus, & in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum per quem omnia facta sunt, & in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem uniuersæ creaturæ, hoc est patrem, filium & spiritum sanctum confitemur, ita ut in Trinitate perfecta & plenitudo sit unitatis & unitas potestatis, pater Deus, filius Deus, & spiritus sanctus Deus, & tres unum sunt in Christo Iesu, tres itaque formæ sed una potestas. Nam Deus semper sapiens edidit ex se quod esset gignendum, secula verbum & quando eodem solo suæ sapientiæ verbo uniuersam ex nihilo formauit creaturam cum eo erat cuncta suo arcano componens Mysterio, Igitur perfectis cœlorum virtutibus & uniuersis terræ materiis pio sapientiæ suæ nutu ad imaginem & similitudinem suam primum de limo terræ fingens hominem, hunc in Paradiso posuit voluptatis, quem antiquus serpens & hostis inuidiosus diaboli per amarissimum ligni vitæ gustum exulem ab iisdem effecit gaudiis, eoque expulso non destitit sua venenosa multis modis protelare iacula, ut à via veritatis humanum abstrahens genus idolorum culturæ videlicet & creaturæ & non creatori seruire suadeat. Quatenus per hoc eos quos suis voluerit irretire insidiis secum afficiat concremandos superstitione, sed Deus noster misericordis suæ dirigens sanctos suos Prophetas, per quos lumen futuræ vitæ, ad aduentum videlicet filij sui Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi enuncians misit eundem filium suum unigenitum & sapientiæ verbum, qui descendens de cœlis propter nostram salutem, natus de Spiritu sancto ex Maria virgine verbum caro factum est, & habitauit in nobis, non amisit quod fuerat, sed cepit esse quod non erat, Deum perfectum & hominem perfectum, ut Deus mirabilia perficiens & ut homo humanas passiones sustinens. Ita verum hominem & verum Deum verum hominem fuisse nullo modo ambigamus. Electique duodecim Apostolis, miraculis coram eis & innumerabili populi multitudine corruscauit. Confitemur eundem Dominum nostrum Iesum Christum & implese legem & Prophetas, passum, crucifixum, secundum scripturas, tertia die à mortuis resurrexisse, assumptum in cœlos, atque sedentem ad dextram patris, inde venturum iudicare viuos & mortuos. Cuius Imperij non erit finis. Hæc est enim fides nostra orthodoxa à beatissimo Patre nostro Sylvestro summo Pontifice nobis prolata. Exhortantes idcirco omnem populum & diuersas gentium nationes hæc fidem tenere, colere, ac prædicare, & in sanctæ Trinitatis nomine baptismi gratiam consequi, & Dominum nostrum Iesum Christum Saluatorem nostrum, qui cum patre & spiritu sancto per infinita viuunt & regnant secula. Quem Sylvester beatissimus noster Pontifex in uniuersali prædicat, corde deuoto adorare. Ipse enim Dominus Deus noster misericordis mihi peccatori misit sanctos suos Apostolos ad visitandum nos & lumen sui splendoris infulsit nobis, & abstractum à tenebris ad veram lucem & agnitionem veritatis me peruenire gratulemini. Nam dum valida lustralis lepra totam mei corporis inuasisset carnem, & multorum medicorum convenientium cura adhiberetur. Nec vnus quidem promerui salutem. Ad hæc aduenerunt sacerdotes capitolij dicen-

tes mihi debere fieri fontem in capitolio, & compleri hunc innocuum sanguine calente & in eo loco posse me mundari. Et secundum eorum dicta aggregatis pluribus innocentibus infantibus, dum vellent sacrilegi Paganorum sacerdotes eos mactare, eorum sanguine fontem replere, cernens serenitas nostra lacrymas matrum eorum, illico exhorui facinus, misericorsque illis, proprios eis restitui præcepimus filios suos, datisque vehiculis & donis concessis gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur tractata die nocturno nobis facta silentio, dum somni tempus aduenisset, adiuuati Apostoli, Sanctus Petrus & Paulus dicentes, mihi. Quoniam flagitiis posuisti terminum & effusionem sanguinis innocens horuisti, misisti sumus à Christo Domino Deo nostro dare tibi sanitatis recuperandæ consilium. Audi ergo monita nostra & fac quodcumque indicamus tibi.

Sylvester Episcopus ciuitatis ad montem Soratrem persecutiones tuas fugiens in cauernis Petrarum cum suis clericis latebras fouet, hunc cum ad te adduxeris ipse tibi piscinam pietatis ostendet. In quadum te tertio miserit omnis valetudo deseret lepræ. Quod cum factum fuerit, hac vicissitudine tuo Saluatori compensa. Te autem ipsum in hac parte purifica ut relicta omni superstitione idolorum Deum unum verum, qui solus est & verus adores & excolas & ad eius voluntatem attingas. Exurgens igitur à somno, iuxta illud quod à sanctis Apostolis admonitum sum peregi. Aduocatoque eodem præcipuo & Magnifico patre & illuminatore nostro Sylvestro omnia à sanctis Apostolis mihi præcepta dixi verba, percunctatique eum sumus, qui isti dii essent Petrus & Paulus. Ille vero ait non eos Deos verè dici, sed Apostolos Saluatoris nostri Iesu Christi, & rursus interrogare cepimus eundem Sylvestrum utrum ipsorum Apostolorum imaginem expressam haberet, ut ex pictura disceremus hoc esse, quod pictura docuerat. Tunc idem venerabilis pater imaginem eorum per diaconum suum exhiberi præcepit, quos cum aspicerem & eorum, quos in somno videram figuratos, in ipsis imaginibus cognouissem vultus, ingenti clamore coram omnibus Satripius meis confessus sum eos esse quos in somno videram. Ad hæc beatissimus Sylvester indixit nobis penitentiæ tempus, intra Palatium nostrum Lateranense in vno cilicio, ut omnia quæ à nobis impiè peracta atque iniuste disposita fuerant vigiliis, ieiuniis atque lacrymis in orationibus apud Saluatorem nostrum Iesum Christum impetrauimus. Deinde per manus impositionem clericorum usque ad ipsum præfulsum veni, ibique abrenuntians Saranæ pompis & operibus eius, vel uniuersis idolis manu factis, credere in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilibus & inuisibilibus & in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum, qui natus est de spiritu sancto & Maria virgine, spontanea voluntate coram omni populo professus sum, benedictioque fonte, illic me trina mersione vnda salutis purificauit, leuatoque me de venerabili fonte. Indutus vestibus candidis septiformis spiritus sancti consignationem adhibuit, Beati christi vnctione vexillum sanctæ crucis in mea fronte liniuit, dicens, Signet te Deus Sigillo fidei suæ. In nomine patris & filij & spiritus sancti, in consignationem fidei. Cunctusque clerus respondit. Amen, & adiecit præfulsax tibi. Prima itaque die post perceptum sacri baptismatis

pismatis Mysterium & post curationem corporis à lepræ squalore, agnouit non esse alium Deum nisi patrem & filium & spiritum sanctum. Quem beatissimus pater Sylvester prædicat Trinitatem in unitate, unitatem in Trinitate. Nam omnes dii gentium, quos usque hæcenus colui demonia opera hominum manu facta comprobantur. Etenim quantam potestatem idem Saluator noster suo Apostolo beato Petro contulerit in cœlo & in terra lucidissime idem venerabilis pater edixit, dum fidelem eum in omni sua interrogatione inueniens, ait. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Aduertite potentes & aure cordis intendite, quid bonus magister & Dominus suo discipulo adiunxit inquit.

Et tibi dabo clauas regni cœlorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum in cœlis, & quodcumque solueris super terram erit solutum & in cœlis. Et dum hæc prædicante beato Sylvestro agnoscerem ex beneficiis ipsius beati Petri integræ me sanitati corporis redditum.

Dignum iudicauimus, cum omnibus nostris Satripiis, & uniuerso senatu & optimatibus, & cuncto Romani imperij subiacenti populo: ut sicut beatus Petrus vicarius apparet constitutus in terra à filio Dei, sic à nobis & à nostro regno locum tenentes principis Apostolorum surripiant, datur ipsis potestatis principatum maiorem, quam nostra in terra serenitas & regnum ab omnibus habere cognoscitur. Elegimus enim ipsum Apostolorum principem, & eius successores proprios nobis ipsis ad Deum esse patronos: & sicut nostram in terra imperialem potestatem, sic & illius sacram & sanctam Ecclesiam Romanam decreuimus colere cum reuerentia: & sacratissimam cathedram beati Petri magis quam nostrum regnum & terrenam sedem exaltare: tradentes ipsi potestatem & gloriæ dignitatem, vigorem & efficaciam, & honorificentiam imperialem. Atque decernentes sancimus principatum habere super quatuor præcipuas sedes, Antiochiæ, Alexandriæ, Constantinopolis, & Hierosolymorum. Item super omnes in uniuerso orbe terrarum Dei Ecclesias: & pontificem pro temporibus existentem, ipsius sacræ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ excelsores esse, & principem omnium sacerdotum, qui sunt in uniuerso orbe terrarum. Et omnia quorum curam habere oportet ad diuinum cultum vel robur Christianorum fidei, huius iudicio gubernari. Iustum enim est, caput principatus sanctam habere legem, ubi sanctarum legum legislator saluator noster, beatus Petrus mandauit apostolatus habere cathedram, ubi crucis lignum, & ipse sustinens beatæ mortis piaculum bibit, imitator proprii magistri & Domini factus. Illic usque ad finem & continuè magistrum querant, ubi sanctum magistri corpus quiescit. Illic gentes pro confessione nominis Christi colla inclinent, ubi horum magister beatus Paulus Apostolus pro Christo collum extendens, corona martyrij coronatus est. Illic supini & humiliati cœlestis regis & Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi officio seruiant, ubi superbæ terreni regis potestati seruebant. Quorum gratia scire volumus omnes in orbe terrarum gentium populos, quod nos intra Lateranensem nostrum palatium templum ereximus ipsi Saluatori nostro, & Deo & Domino Iesu Christo, ab ipsis fundamentis cum baptisterio. Sciatique & duodecim cophinos terræ illinc nos

propriis humeris extulisse, æquales numero duodecim Apostolis: ædificauimusque Ecclesias, & beatis Petro & Paulo primas Apostolis quas argento & auro decentes & ornatas constituimus: ubi & sacratissima ipsorum corpora sepelientes magna cum reuerentia thecas ipsis cum electo, cuius nulla elementi potentia est fortior, construximus: crucemque auri purissimi, & ex margaritis preciosis factam per vtranque thecam imposuimus, aureis clauis affigentes: quibus Ecclesiis pro continuatione luminariarum possessiones & agros contulimus, & nostro imperiali, & diuino mandato in Oriente & Occidente, septentrionali & Meridionali climate, in Iudæa videlicet, Asia, Thracia, Græcia, Africa, Italia, & in diuersis insulis nostram ipsis libertatem concessimus: sic, videlicet, ut per manus beatissimi patris nostri Pontificis Sylvestri & eius successores omnia disponantur. Exultet igitur nobiscum omnis populus, omnia in orbe, terram gentium genera admonemus ut nobiscum & Saluatori nostro Iesu Christo infinitas gratias cōstentur: quoniam ipse Deus in cœlo superius, & in terra, per sanctos Apostolos cum nos visitasset, sanctum Mysterium baptismatis & corporis sanitatem nos dignos fecit suscipere. Pro quibus etiam præbemus ipsis sanctis Apostolis, & dominis meis beatissimis Petro & Paulo, & per hos Beato Sylvestro nostro patri, & summo pontifici, & catholico vrbis Romæ papæ, & omnibus pontificibus successoribus eius usque ad consummationem mundi, in cathedra beati Petri sedentibus: & in præsentiarum tradimus primum quidem Lateranensem nostrum palatium, quod omnibus in orbe terrarum palatiis præfertur & eminet. Deinceps diadema, id est, coronam capitis nostri. Similiter autem & Phrygium, id est, mitram, necnon super humerale, videlicet lorum quod imperiale collum circumdare consuevit. Item purpuream chlamydem & coccineam tunicam, & imperialia omnia indumenta, & imperialium præsidium, equitum dignitatem: cōferentes ei imperialia sceptrum, simulque iuncta signa atque banna, & diuersa ornamenta imperialia, & omnem in processibus imperialis culminis gloriam & potestatem. Reuerentissimis autem viris clericis secundum diuersos ordines huic sacræ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ seruiantibus, illam circumspeditionem & proprietatem potentiam & præcellentiam habere sancimus, cuius amplissimus senatus noster videtur gloria adornari, id est, patritios & consules ipsos effici, necnon & ceteris dignitatibus eos promulgamus decorari, & sicut imperialem exercitum, sic & clerum sanctæ Romanæ Ecclesiæ adornari decreuimus. Et quem admodum imperialis potentia diuersis officiis, cubiculariorum, ostiariorum, & excubitorum decoratur, ita & sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumus, & ut amplissimè pontificale decus præfulgeat, decreuimus, & ut clerici eiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ mappulis & lintheaminibus, id est, candidissimo colore decoratos equos equitent, & sicut noster senatus calceamentis vtitur cum vlonibus, id est, candidissimo lintheamine illustrentur, & ita cœlestia sicut terrena, ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiâ tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Sylvestro, vrbis Romæ episcopo papæ, & omnibus post ipsum in eius successione venturis per superuentia secula beatissimis pontificibus, pro honore, & gloria Domini nostri Iesu Christi, in magna hac catholici-

tholica potestate, si aliquem circumspēcti nostri senatus voluerit inter religiosos clericos connumerare, nullum eorum qui ad hoc vocantur, propter superbiam ordinem hunc excusare. Sancimus etiā hoc omni reuerentia dignum, patrem Syluestrum summum Pontificem, & omnes pontifices, successores eius, diademate, videlicet, corona quam ex capite nostro ipsi præbemus, ex auro purissimo, & lapidibus preciosis, & margaritis constructam, vti debere, & in capite gestare, ad gloriam Dei, pro beati Petri reuerentia. Quoniam autem ipse beatissimus papa, in corona clericatus, in tonsura capitis, quam pro reuerentia beati Petri habet, non verecundatus est ex auro vti corona: nos Phrygium in hoc candidissimo colore splendidum Domini resurrectionem signantes, sacratissimo eius vertici propriis manibus imposuimus, & frena equi huius detinentes pro reuerentia beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem Phrygio omnes eius successores singulariter vti in processibus ad imitationem imperij nostri. Vnde ne pontificalis apex vilescat, sed magis quam terrenum regnum ipse dignus & gloria & potētia decoretur, ecce palatium nostrum (vt antē dictum est) & urbem Romam, & totius Italiae & occidentaliū regionum prouincias, loca, ciuitates, sæpenumero prædicto beatissimo patri nostro Syluestro catholico papæ tradentes, & cedentes huius & successoribus eius pontificibus potestati, & iudicio, & per diuinum nostrum pragmaticum edictum decreuimus disponenda, atque iuri sanctæ Romanæ Ecclesiæ concedimus permanenda. Vnde cōgruum iudicauimus nostrum regnum & eius gloriam ad Orientales regiones transferre: & in vrbe Byzantio optimo loco in nostro nomine urbem ædificantes, illic nostrum imperium cōstituere: vbi sacerdotum principatus, & Christianæ religionis caput à cœlesti rege est constitutum non esse iustum illic potestatem habere terrenum regem. Hæc igitur per hanc nostrā sacram scripturam, & alia diuina decreta determinata & roborata, vsque ad mundi consummationem illibata, & inconcussa permanere decreuimus. Vnde coram viuente Deo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur omnes nostros successores imperatores, satrapas, etiam amplissimū senatum, & vniuersum populū in toto orbe terrarū, nunc & in posterum nulli eorum, quoquo modo licere aut infringere, vel in quoquam conuelli. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subiaceat innodatus, sentiaturque sibi ipsi contrarios sanctos Dei & principes Apostolorum Petri & Pauli, in infimo inferno cruciandus: deficiatque cum diabolo & omnibus impiis. Huius autem imperialis decreti paginam propriis manibus roborantes, super venerandum corpus principis Apostolorum beati Petri manibus propriis imposuimus. Illic Dei Apostolo promittentes, illibata nos hæc omnia conseruare, & nostris successoribus & imperatoribus per nostra mandata conseruanda relinquere: & beato patri nostro Syluestro, & catholico papa, & per ipsum omnibus eius successoribus pontificibus, Domino & Deo & Salvatore nostro Iesu Christo placidē annuente, æternē & fœliciter his hæc in possessionem futura, imperiali subscriptione, diuinitas vos conseruet in multis annis sanctissimi & beatissimi patres. Datum Romæ, tertio calendas Aprilis,

Domino nostro Flauio Cōstantino Augusto & Gallicano, viris consulibus & clarissimis.

MARCVS.



*S* etiam natione Romanus, anno Domini 336 in sedem Petri 33. sublimatur temporibus Cōstantini iunioris. Hic Symbolum fidei a populo & clero cani præcipit. Hosiensi Episcopo, qui Romanum consecrat, pallium dedit. Extat ad hunc Epistola Aegyptiorum Episcoporum, pro exemplaribus Nicani concilij, quia Arriani eorum exemplaria incenderant, hoc tenore.



*D*omino sancto, & Apostolici culminis venerando, Marco sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis atque vniuersalis Ecclesiæ papæ, Athanasius, & vniuersi Aegyptiorum Episcopi. Ad vos peruenisse non dubitamus quanta & qualia ab hæreticis, & maximè ab Arriani quotidie patimur: quoniam in rātum ab eis persequimur, vt etiam viuere iam nos tædeat. Nam instanti tempore subito & insperatē in nos irruentes, nosque iuxta præceptum Domini, qui ait: Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem fugite in aliam: fugiendo propter cladem populi eos declinantes, nos comprehendere non valuerūt, sed omnia nostra depopulati sunt. In tantum enim nostra vastauerunt, vt nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliæque ornamenta, nec reliqua vtenilia nobis dimitterent. Libros verò nostros vsque ad minimum incendentes, nec iota vnum relinquentes, propter veritatis fidem, etiam Nicenam synodum, qua clerus & populus imbuebatur, & maximè iam imbuti erant, in contumeliam nostram & omnium Christianorum inciderūt. Quapropter precamur, pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicani concilij exemplaria, vt nobis illa quæ sanctæ recordationis prædecessoris vestri Syluestri fuerunt sub tuta mittitis stipulatione. Nam quādo prædictæ synodo cum beatæ memoriæ Alexandri, digno Deo pontifice, nostro, id est Alexandrinæ magnæ ciuitatis Episcopo in diaconatus interfuimus officio, sub nostræ præsentia testimonio per beatos viros Victorem & Vincentium presbyteros, Apostolicæ sedis apocryphos missa sunt prædicto papæ Syluestro cum stipulatione subnexa capitula 70. Sanè præsentibus nobis 80 capitula in memorata tractata sunt synodo, scilicet 40 à Græcis, græca edita lingua: & 40 à Latinis, similiter latina edita lingua. Sed visum est trecentis decem & octo patribus sancto Spiritu repletis in prædicto concilio cōgregatis, & maximè iam dicto Alexandro, & Apostolicæ sedis apocryphis, vt decem capitula adunarentur aliis, atque congruis locis insererentur, & ad formam 70 discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum, 70 tanti & tam excellentis concilij fierent capita, quæ omnem Christianorum infirmarent orbem, & omnes sub sacerdotali & Christiano nomine degentes, vna fides, & vna sacerdotalis atque clericalis regeret norma, nec quisquam à suo disideret capite. Nunc ergo quia (vt prædictum est) inimici sanctæ Dei Ecclesiæ, & maximè Arriani (à quibus quotidie expugnamur, conterimur & opprimimur) præfata 70 Nicani concilij capita, quæ de præfata synodo, iam facto iubente Domino

Domino meo Alexandro, decreto omnium Episcoporum attuli, quæ etiam coram omnibus recitavi atque transcripti, sunt igne combusta: optamus vt à vestra sanctæ sedis autoritate, (quæ est mater & caput omnium Ecclesiarum) ea ad correctionem & recreationem fidelium orthodoxorum percipere præsentem legatos mereamur, quatenus vestra auctori autoritate, vestrisque precibus roborati, illæsi à memoratis & multis sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris, eadere, nobisque commissos eruere valeamus. Verè no uimus Apostolatū vestri cor gratia sancti spiritus in tantum esse accensum, vt omnibus oppressis succurratis, quanto magis nobis, qui licet exigui ordinis, tamen vestri sumus, vobisque obediētes cum omnibus nobis commissis & sumus, & semper esse volumus? Ideo decet & oportet vos nobis hæc quæ rogamus, & alia quæ necessaria iuxta sapientiam quam vobis præstitit altissimus, esse cognoueritis, absque tarditate præstare, vt tantæ miseræ squalores à fidelium mentibus detergantur: & quasi vulnus corpori infixum, aditu tantæ miseræ obserato, salutari curetur antidoto: vt diuino freti iuuamine, vestraque autoritate atque auxilio roborati, aduersantium tergiverfationes euadere valeamus, atque inconfuso vultu, non fraude cuiusquam perculli, assistere æterno iudicio mereamur, & vocem audire inquentem, Eugerue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudiū Domini tui. Et subscriptio: Orātem pro nobis sanctum Apostolatū vestrum, longæuis Dominus conseruet temporibus.

*Rescriptum Marci papæ de missione capitulorum Nicani concilij Athanasio, & omnibus Aegyptiorum Episcopis.*

Domini venerabilibus fratribus Athanasio & vniuersis Aegyptiorum Episcopis Marcus S. Romanæ Apostolicæque sedis, & vniuersalis Ecclesiæ Episcopus. Dolco, fratres, & nimium contristor super afflictione vestra: sed oppidō consolor, quod vento agitata non estis arundo, sed recti in fide inter omnes procellarum & turbinum colluctationes incessanter perduratis. Lectis ergo fraternitatis vestre literis, vigorem constantiæ vestræ quem olim noueram, agnouimus, congratulantes vobis, quod ad custodiendum Christi gregem, pastorem curam vigilanter insequimini, ne lupi qui sub specie ouium subintrarunt, bestiali sæuitia simplices quosque dilacerent: qui non ad hoc subintrarunt, vt aliqua correctione proficiant, sed vt ea quæ sunt sana, corrumpāt. Quapropter moneo & hortor dilectionem vestram, vt bonum quod incepistis, adminiculante diuina gratia vsque in finem perducere satagatis, veritatis voce monente: Beatus qui perseuerauerit vsque in finē. Vnde enim beata perseuerentia, nisi devirtute patientiæ? Nam iuxta Apostolum, omnes qui voluerint piē viuere in Christo, persecutionem patientur: quæ nō in eo tantum computanda est, quod cōtra Christianam pietatem aut ferro aut ignibus agitur, aut quibuscunque suppliciis, cum persecutionum sæuitiam suppleant & dissimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum: quibus conflictationibus communia semper membra pulsantur, & nulla piorum portio conflictatione sit libera, ita vt nec periculis nec ocio careant nec labore. Nam hæc, & omnia incrementa probabilium studiorum, & in eis vsque in finem perseuerentia, at-

que bonæ voluntatis incrementa, ad Christi gratiam semper sunt referenda: vt in omnibus quæ agimus, Deus omni perfectè laudetur tempore. De capitulorum nanque veritate & numero Nicani concilij, cui vos interfuisse, literis vestræ fraternitatis significatis, à nostris, qui vnā vobiscum interfuerunt, diligentioribus requisuimus collocutionibus, qui ita vt vestra testata sunt literæ, omnem nobis ordinē exposuerunt: & vestram Epistolam per omnia veram esse testificati sunt, non vt nos aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur: sed nos & vos illosque absque vlla in posterum titubatione vnum sentire optaremus: & sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & Domino providente, & beato Petro Apostolo opem ferente, in futuro manebit, sine vlla hæreticorum insultatione firma & immobilis omni tempore persisteret. His ita peractis, diligenter requirentes, in sancto nostræ & Apostolicæ sedis scrinio eadem quæ sanctæ recordationis prædecessori meo Syluestro sunt directa septuaginta (sicut significatis) capitula illæsa inuenimus. Ipsa enim vobis propter auctoritatem & subscriptionem tantorum patrum & eius magni cōcilij minimè missimus, sed \* per eadem coram apocryphis vestris illa similia, eundem numerum, eademque verba, & ipsam subscriptionem cōtinentia: vobis rescribere, & sub certa stipulatione & confirmatione mittere curauimus. Et quis est qui fratribus talia negare audeat? Nam non negligenda nobis hæc per sancti spiritus gratiā Dominus docuit, sed fideliter exercenda, & fratribus contradenda & docenda distribuit. Hæc Apostolorū viua traditio, hæc est vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipue diligenda ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenēda. Hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia quæ per omnipotentis Dei gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum novitatibus deprauāda succubuit: sed vt in exordio normam fidei Christianæ percepit ab authoribus suis, Apostolorum Christi principibus, illibata sine tenus manet, secundum ipsius Domini saluatoris diuinam pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est Euangeliis, Petre, inquit, ecce Satan expetiuit vt cribraret vos sicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra excellens prudentia quā bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & æmulis Christi repugnare, & nunquam à veritatis tramite declinare: quoniam Dominus & Saluator omnium, cuius fides est, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine, qui fidem beati Petri non defecturā promisit, & cōfirmare eum fratres suos admonuit. Quod Apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum: quorum & pusillitas mea (licet impar sit & infirma) pro suscepto tamen diuina dignatione ministerio, pedissequa cupit existere. Væ enim erit nobis, qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem Domini Iesu Christi quam Apostoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silētio veritatem oppresserimus, qui erogare nummularijs iubemur, id est Christianos populos imbueri & doceri. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si ser-

\* pro eis d.

Luc. 22. c

Hebr. 9. c  
Apo. 1. b

\*informa

& renc

Domino



DECRETA IVLII PAPÆ.

monis eius veritatem confundimur predicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto rationem iustus iudex Christus Deus noster districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor, dilectionem vestram obtestor & moneo, ut qua debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad investigandos hæreticos, & inimicos sanctæ Dei ecclesiæ: & à sanis membris (ne pestis hæc latius diuulgeretur) severitate qua potestis, pro viribus extirpetis. Quoniam ut habebit à Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus: ita ante tribunal Domini de reatu negligentie se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire.

SECVLIVS PRIMVS.

**I**n natione Romanus, anno Domini 336 ad pontificatum trigessimus quartus pervenit, tempore Constantij hæretici, filij Constantini, alias Constantini iunioris, sub quo & multas tribulationes passus, atque ad decem mensium exilium, tandem Constantio mortuo cum gloria ad sedem suam reuersus est. De hoc habes in historia tripar. lib. 4. cap. 4. & infra. Hic constituit quoquo modo initiatum, ecclesiastico tantum iudici subici. Extrat huius Epistola increpatoria ad Orientales episcopos pro causis Athanasij Episcopi Alexandrini, & excessibus contra Romanam Ecclesiam: cuius hæc sunt capita.

1. Quod soli Romano pontifici liceat generale concilium congregare, & Episcopos iudicare.
2. Non oportet præter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, vel Episcopos damnari.
3. Ut accusatores, & accusationes quas leges seculi non admittunt, repellantur.
4. Si quis Episcopum præter auctoritatem sedis Apostolicæ damnauerit, vel à sede expulerit, de gradu suo deiciatur, & excommunicetur: & Episcopi electi, restituantur.



**V**enerabilibus fratribus vniuersis Orientalibus Episcopis Iulius. Decuerat vos, fratres, aliis Ecclesiasticis instrui disciplinis, & non talibus argui machinamentis, dicente Domino: Neminem conculcatis, neque calumniam faciatis. Bonum est nanque procul dubio, & omnibus timentibus Deum, desiderabile, cohibere dissensiones & altercationes, fratribus subuenire, & inuicem non inuidere, sed adiuuare. Audite, inquam iam factam in Nicæa ciuitate synodum: cui & ego ipse conscientiam meam cultum decenter exhibui, nihil aliud volens, quam concordiam omnibus fabricare, & præ cunctis arguere & remouere hæc insidiantium altercationem: quas præuidentes sancti patres insidias & illicitas altercationes, vnanimiter in prædicta Nicæna statuerunt synodo, ut nullus episcopus nisi in legitima synodo & suo tempore Apostolica auctoritate conuocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur vel iudicetur vel damnetur. Sin aliter præsumptum à quibusdam fuerit, in vanum deducatur quod egerint: nec inter ecclesiastica villo modo deputabitur. Ipsi verò primæ sedis Ecclesiæ, conuocandorum generalium synodorum

iura & iudicia Episcoporum, singulari privilegio Euangelicis & Apostolicis atque canonicis cõcessa sunt institutis: quia semper maiores causæ ad sedem Apostolicam multis auctoritatibus referri præceptæ sunt: nec villo modo potest maior à minore iudicari. Ipsa nanque omnibus maior & prælata est ecclesiæ, quæ non solum canonum & sanctorum patrum decretis, sed Domini etiam Saluatoris nostri voce singularem obtinuit principatum, cum inquit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & quodcunque ligaueris & solueris super terram, erit ligatum & solutum in cælo & in terra.

Matt. 16. c

2. Porro dudum à sanctis Apostolis successoribusque eorum in præfatis antiquis decretum fuerat statutis, quæ hæc tenent sancta & vniuersalis Apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, nec Episcopum damnari: quoniam sanctam Romanam Ecclesiam primatem omnium ecclesiarum esse voluerunt: ut sicut beatus Petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorum, ita & hæc etiam suo nomini consecrata, Domino instituente primatus & caput sit cæterarum: & ad eam quasi ad matrem atque apicem maiores Ecclesiæ causæ, & iudicia Episcoporum recurrant, eiusque iusta sententia terminum sumant. Nec extra Romanum quicquam ex his decerni debet pontificem: quatenus non ita proterue & pro libitu cuiusquam suo proprio arbitrio quibusque metropolitans, (sicut agere solebant) liceat inconsulto Romano pontifice aut maiores Ecclesiæ causas deturbare, aut Episcopos damnare, sed communi sanctæ Romanæ sedis Episcopi consilio, & concordia actione quæque sunt Christi zelo agenda disponant, vnanimitèrque rectè sentiant: & ea quæ senserint, non sibi discrepando, sed Deo placitè perficiant.

3. Est etiam in iam facta Nicæna concorditer statutum synodo, ut accusatores, & accusationes quas leges seculi non admittunt, à sacerdotali funditus debeant auerti nocumento. Ecce (inquit propheta) quæ bonum & quam iucundum, habitare fratres in vniuerso. Illi verò non in vnum habitant, qui à fratribus se solatio subtrahunt, aut fratribus insidias præparant. Non alieno vos, fratres, patiamini peccato grauati: quia quod necesse est, nos dicere veremur: id est ne cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reuerenter aspiciate beati Petri gloriam, & communes cum ipso omnium Apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, qui pro fratrum non destructione sed confirmatione & veritate passi sunt.

Habetur infra in de cre. Iulij papa ad orientales episcopos pro Athanasio. Psal. 132.

4. Nos ergo qui discipuli Domini & dici & esse volumus, portare crucem Christi, & compati fratribus debemus, & non persequi. Subtrahite (rogamus) actus cogitationesque à talibus nocumentis, si non vultis ipsam in vos suscipere ultionem: quoniam talionem meretur, qui fratri foueam præparat. Et nos scitote deinceps hunc typum non esse passuros, ut ea quæ ad hanc specialiter sanctam pertinent sedem, sicut iudicia Episcoporum, & maiores Ecclesiæ causæ, ut paulo superius prælibatum est, nos patiamur nobis inconsultis inuadere absque status vestri periculo. Sed si quis ab hodierna die & deinceps Episcopum præter huius sanctæ sedis sententiam damnare, aut propria pellere sede præsumperit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum, & proprio carere perpetuo honore

honore eosque, qui absque; huius sedis sententia sunt eiectioni vel dånati, huius sanctæ sedis auctoritate scitote pristina recipere cõmunionem, & in propriis restitui sedibus: quoniam & prius, à tẽpore scilicet Apostolorum hæc sanctæ huic sedi cõcessa sunt: & postea in memorata Nicæna synodo propter prauorum hominum infestationes, atque hæreticorum persecutiones, & insidiantium molimina fratrum, sunt concorditer ab omnibus roborata: ut magis singula prouideant ne talia audeant perpetrare: & caueant, si non propter Deum, & amorem fraternum, tamen propter opprobrium hominum, ruborem suum, atque canonicam ultionem: saltè hæc timore ac verecundia cõpressa silètio cõprimatur: amputato scilicet totius vsurpationis excessu: quia nullus debet præsumere quæ sibi non videntur esse cõcessa. Et infra paulò post ita epistolâ cõcludit: Officij enim nostri cõsideratione, non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christianæ religionis zelus incubuit: ne per taciturnitatem aut fauere aut consentire videamur fratrum nocuentis.

Epistola Orientalium episcoporum ad Iulium papam primum causantium quod in cõmunionem receperit Athanasium, & ceteros quos ipse damnauerant.

Colligitur hos episcopos fuisse hæreticos.

Domino beatissimo & honorabili patri Iulio apostolicæ sedis venerabili episcopo, Eusebio, Theognio, Theodoro & Berinto vnâ cum reliquis fratribus & cõpiscopis nostris in Antiochia cõgregatis. Licet circa omnes Romanæ ecclesiæ sciamus esse munificam, & Apostolicam habere curam, & semper matrem existere pietatis: quanquã ab oriente ad eam prædicatores pietatis aduenissent, tamè optarem vos nobiscum cõcordare, & quos à cõmunionem suspendimus, à vobis esse suspenso: & quos in ordine cõfirmamus episcoporum, à vobis esse cõfirmandos: nec nos secundo loco habendos, cum ex his partibus ad vos vsque, dogmatizantes Apostoli peruenerint. Nec enim nos vestris resultauimus, quanuis hoc agere potuissimus, quoniam Nouatianus à Romana pulsus est ecclesia, quoniam (ut iuxta vulgare cõsuetudinem loquamur) inimicitias quærit omnis qui vult recedere ab amico. Nec crimine carere potest, qui alterius excommunicat, absque; eius licentia à quo cõmunionem est priuatus, in cõmunionem susceperit, canonibus scilicet iubentibus, ut excommunicatus ab aliis, ab aliis non suscipiatur, viuentibus illis à quibus cõmunionem priuatus esse dinoscitur. Nec solus in his nobis contumeliam irrogatis, sed etiã in his, quæ cõcilia nostra dissoluitis, neque; ea rata finitis esse. Sunt nanque; à nobis, & maximè à totius Oriëntis episcopis damnati, Athanasius Alexandrinus, Paulus Cõstantinopolitanus, Marcellus Ancyra, Astelepius Gaza, Lucianusque; Adrianopolites pro certis criminibus, quibus aduersarij sunt apud nos inscripti, quæ per præfentes huius epistolæ latores omnia sub certa relatione vestre innotescere non omittimus sanctitati. Quibus agnitis, si nostris placitis magis, quam eorum machinationibus assentire, & ordinatos episcopos in damnatorum loco firmare eligitis, pacè vobiscum & cõmunionem habere volumus. Si verò aliter egeritis, & eis amplius quàm nobis assentire iudicaueritis, cõtraria celebrabimus, & vobiscum deinceps nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis vestrisque; fauere volumus, sed per nos, quicquid melius elegerimus, agere conabimur. Nã nullus est in hac parte terrarum, aetatem habens, qui ignoret prædictorum molimina seductorum. Propter eos enim multa sunt mala peracta, multa cõcilia di-

In Nicæna synodo ca. 5. et in Elbertano cõcilio cap. 13.

uersis & asperis tẽporibus celebrata, multa seditio- nes, multa machinationes, multa nobis opprobria illata, & alia multa, quæ enumerare perlongum est. Nã si his cõsentire eligitis, tunc liquet quod nos perderetis, & non vult pater filios fouere. Dicunt enim & affirmant, tã ciues iustorum, quæ etiã sacerdotes eorum, hos fouere vos velle, homicidas, sacrorum tẽplorum euersores, virginum superatores, sacrorum librorum incensores, sacrorumque; vasorum ac cæterorum sacrorum ministeriorum fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos, gentis & patriæ proditores, & inter sacerdotes maximam generantes discordiam, eò quod cõsubstantialitatis vocem, quæ scripta non inuenitur, in fidei doctrina posuissent.

Quid plura enumerare necesse est, cum propter eos nobis & cõstitis huius regionis habitatoribus scientibus, tãta cades hominum sit perpetrata, ut amplius quàm mille homines sint prostrati? Talibus autè fauere, quid aliud est, quàm sceleribus eorum cõsentire? Cũ sacra scriptura hæc prohibeat, dicens: Non solus qui faciunt, culpa bilis existit, sed etiã qui cõsentiant facièntibus. Talibus enim vos obistere totis viribus oportet, ne inuolua mini peccatis eorum, & ex cõmunionem eorum ne suscipiatis. Tales enim à vobis procul abiicite, ne propter animositatem tali hominum infirmatæ animæ & ignari populi sacrilega dissensione pereat. Itaque oportet vos improbis probè resistere. Quapropter si neglexeritis deturbare peruersos, liquet quod eorum protegatis errorè. Nec verò caret scrupulo societatis occulte, qui manifestè facinoribus desinit obuiare. Decet enim vos, ad arguendam proteruam eorum linguam vestram exacuere, & velut venenosos à vobis repellere ne eorum veneno vos vestrisque; in aliquo fauciemini. Igitur sufficiunt nobis quarum moniam contra eos delata, quoniam derelinquet nos tẽpus, secundum quod ait

Roma. 1. d

Heb. 11 f

Deu 17. a Matt. 18. b Ioan 8 c 2. Cor. 13. a 1. Tim. 5 c Heb 10 e

Roma. 2.

Hæc cõstitutio, in sequenti epistola Iulij responsua ad istam, probatur esse hæreticorum, & non legitima seu canonica.

nasio cæsi, iudicibus dicuntur esse cōtraditi. Hæc & alia innumerabilia sunt ab eo suisq; sequacibus impudēter perpetrata: quos excōmunicatos, cōmunioni (vt audiuimus) cōtra regulam, in contumeliā omnium Orientaliū, socialiū. Præfatio itaq; debita salutationis officio propter B. Petri honorem impensō, postulamus vt deinceps ad vestras hincuenientes aures, non tam faciliē admittatis, neq; à nobis excōmunicatos vltra velitis excipere, ne canonum transgressores inueniamini: sed magis salua fraterna charitate, erratū hoc in posterum minimē patiamini, & subscriptio: Orantē pro nobis Apostolatū vestrū do minus quo custodiat lōgiore, beatissime pater, Amē.

Ex historia tripartita Casiodori lib. 4. ca. 19. Socrates Interea cōtra Anastasium alia machinatio cōcinata est. Nā calumniabantur à muli Anastasii, quōd frumēta quæ pater Augultorū ecclesiæ Alexandrinorum cōtulisset pauperibus eroganda, ea ipse vendita in suū vsum cōuerteret. Qua re offensus imperator credulus, occidi quidē illum iussit: sed Athanasius fuga clām se subduxit. Itaq; Iulius Rom. pont. id resciscens, Athanasii ad se à latebris euocat: & ecce Ægyptiorū episcoporum literę de innocentia Athanasij cōmodum Iulio adferuntur: vnde is mox per litteras expostulat cum iis qui Antiochiæ fuerant congregati, primum de iniuriis literarum, deinde quōd se ad synodum suā non conuocassent, canonibus nimirum iubentibus iniussu Romani pontificis nihil decerni: insuper quōd latenter corrumperēt fidem, & quōd Tyri gesta per surreptionem fuerint & arte composita, &c. quæ illis videre licet.

Rescriptū seu Epistola decretalis Iulij primi contra Orientales episcopos pro Athanasio & ceteris: cuius hæc sunt capita.

- De vocatione Orientalium episcoporum ad Iulium, & restitutione damnatorum episcoporum ab episcopis. 1.
- Vt episcopi accusati appellent sedem Apostolicam. 2.
- De eadem re 3.
- Siquis putat se granari à proprio metropolitano. 4. (tunt. 5)
- De accusatorib⁹ vel accusationib⁹ quas seculi leges nō admittunt. 6.
- Vt nullus ep̄s alterius parochiā retineat vel ordinet. 6.
- Siquis aduersus ep̄m vel actores ecclesiæ negociū habuerit. 7.
- De episcopis rebus suis expoliatis, vel à sede sua pulsis. 8.
- De accusatoribus & testibus. 9.
- Si accusat⁹ vel dānatus ep̄s sedē Apostolicā appellauerit, & de eis q̄ aduers⁹ patres armantur, vel cū inimicis morantur. 10.
- De accusationibus clericorum. 11.
- Qua metropoles primates vocentur. 12.
- Qui sint infames. 13. De causis episcoporum. 14.
- Vt non admittantur ad accusationem errantes, vel à proposito recedentes, siue canonibus inobedientes. 15.
- De peregrinis iudiciis. 16.
- Vt nullus extra provinciam vocetur ad iudicium, vel si quis indices suspectos habuerit. 17.
- De se cōfessus, nō esse credendū super crimine alieno. 18.
- De incertis non indicandis. 19.
- De criminationibus maiorum natus. 20.
- De provinciali synodo retractanda à papa. 21.
- Siquis indices maioris auctoritatis appellauerit. 22.
- Vt metropolitani nihil agat sine consilio ep̄orum, nec illi sine ipsius, nisi quantum ad proprias pertinet parochias. 23.
- Ne indices in absentē proferant sententiam, & vt proditor non audiat. 24.
- De accusationibus clericorū. 25. De ep̄is accusatis. 26.
- De iniusta episcoporum damnatione. 27.
- Detractores & fautores mimicorum ab accusatione remo.

- uendos, nec maiorem à nemine debere imperi, nec in re dubia certa iudicari sententia: & de iudiciis inordinatis. 28.
- Si possit episcopus à pauciori numero episcoporum restitui, quam fuerat damnatus. 29.
- Si sit fugiendum episcopis causa persecutionis: & de priuilegijs Apostolicæ sedis. 30.
- Quarta cautela iudicari oporteat: nec dānandū quēquā prius q̄ accusatores presentes habeat, locūq; defendēdi accipiat. 31.
- Vltra p̄uincia terminos accusandi licetia nō p̄grediatur. 32.
- Qui non debeant admitti ad accusationem. 33.
- Nullum alterius iudicis nisi sui sententia teneri: & quales debeant esse. 34.
- De episcopis rebus suis expoliatis, vel à sede sua pulsis. 35.
- Quod excōmunicati episcopos nō possunt accusare, nec illi quocies in sua non recipiunt accusatione, nec maiore à minore posse damnari vel iudicari. 36.

**I**ulius sanctæ Romanæ & Apostolicæ ecclesiæ episcopus, Eutebio, Theognio, Theodoro, Berinto, & cæteris Oriētalibus episcopis, Decuerat vos aduers⁹ sanctam Romanā ecclesiā & Apostolicā limatē & non ironice loqui: quoniā & ipse Dominus noster Iesus Christus eam decēter allocutus ait, Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi nō præualebūt aduersus eā: & tibi dabo clauēs regni cælōrū. Habet enim potestātē singulari priuilegio sibi concessam, aperire & claudere ianuās regni cælestis quibus voluerit. Nam si ei detrahere, quę Domini ore sacrata, atq; desuper exaltata est, nō renuistis, nec mitū si fratribus irrogare iniurias minimē cessatis. Vnde iam silētio nō teguntur, quæ vestro in cōcilio turbulēter atq; cum tēpestate decreta sunt. Apparet enim quoniā tumultuosa quadā indisciplinatione veritas est oppressa: Vobis quippe non considerātibus, quæ placēt Deo, propter iurgia quæ cōtra proximos vestros habetis, & votavestra in euicibilia esse contēditis. Sed erit opus diuinę prouidentia, quatenus & contrario aperte deprehēla possint euacuari, & quicquid illic conueniētes siue qualibet gratia siue odio aut inimicitiarū causa egistis, funditus repelli. Quapropter cum omni festinatione vos omnes ad huius sanctę sedis reuerentiā volo cōcurrere, quatenus gestorū apud vos integritatē p̄vos ipsos possitis ostēdere. Nam nec dubitare vos credo, Athanasium sacrę legis doctōrē, non solum à nobis, sed etiā à Nicæna synodo verę fidei cultorē esse probatum, qui defuncto Alexādro mirabili sene, qui Arrii prostrauerat blasphemias, post quinq; mēses Nicæni cōcilij, Alexādrinorū ecclesiæ suscepit præfulatum. Aduersus quē, eiusq; sectatores multa mēdacia texētes, & nudas valde calumnias quasi veras accusationes cōponētes, nobis multorū eum causam & caput esse prohibuistis: & nō solū apud Ægyptum, sed etiā apud Palēstinā & Phœnicē, vicinasq; gētes, scriptis vestris illum perturbatorē esse significastis. Quare de ecclesiasticā sequētes regulā, vos & illos Romę regulariter ad iudiciū die statuta, nō sub angustō tēporis spacio (vt excusatio locū nō inueniat) literis & apocrifariis euocauimus: illiq; vocatiōe suscepta, ad diē præstitutū venire, sed vos, ne vestris mēdaciis caperemini, vestraq; calumnia enudaretur, venire distulistis. Nec his machinationibus solummodo contenti estis, sed etiam videntes oues pastoribus desolatatas, lupos pro pastorib⁹ super eas posuistis. Decuerat ergo vt ad regularem veniretis conuocationem, quatenus de his & de alijs vestris præsumptionibus veram redderetis rationem: quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret: & nullus dubitat quōd ita iudicium nocēs subterfugit, quemadmodum qui est innocens vt absoluat requirit. Nec suspitione caret, qui alium calumniis derogat falsa dixisse, cum ipse ad iudicium vt probet quæ intulit aduocatus venire distulerit. Vellem enim vos magis ad dictam canonicam conuenire vocationem, vt coram vniuersali concilio redderetis rationem cur synodū ad statum & fratrum in Antiochia subuertendum & Nicæni magni concilij destructionem fecistis, aut cur nobis inconsultis episcopos in eam conuocastis, ad quā nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit, canonibus quippe in Nicæna synodo iubentibus non debere præter sententiam Romani pontificis vllō modo concilia celebrari, nec episcopos damnari. Aut cur in prædictorum loco fratrum alios aduersos posuistis antequā penes nos aut apocrifarios nostros eorum causa canonicē esset examinata, finemq; perciperet ratum. Isti enim qui ad memoratam regulariter venire vocationem, videntes, vos à prædictis subtrahere calumniis, multa aduersum vos lacrymabilia & doloribus plena referunt, accusantes vos, & dicentes multa se importabilia à vobis esse passos. Vobis ergo refugientibus venire, illisque perseuerantibus in vera ratione, suasque calumnias reclamantibus, super quibus & Ægyptiorū Episcopi literis nobis missis protestantur falsa esse quæ contra Athanasium suosque sectatores machinantur, cūctaque Arrianorum machinamenta blasphemis & talibus plena figmentis: liquet eos esse inculpabiles, vosque culpabiles: quia si de vera cōsideretis innocentia, nullo modo à iam dictavos canonica subtraheretis euocatione, quæ non subito sed spatiose denunciato: sed omni subducta apologia, absq; tardatione venire, & causas reddere festinaretis. Quibus ita gestis, scripsi vobis, & omnibus qui in Antiochiam contra Apostolicam canonicamq; regulam nobis inconsultis fueratis congregati, arguēs vos primum de iniuriis literarum, deinde cur Athanasium suosque sectatores ad vestrum conciliū conuocassetis, canonibus scilicet præcipientibus, nil extra Romanum decerni pontificem, cui hæc, & maiora ecclesiarum negocia tam ab ipso Domino, quā ab omnibus vniuersorum cōciliorum fratribus, specialiter (vt iam dictum est) priuilegio contradita sunt. Vobis verò refugientibus, & ad concilium toties conuocatis adesse nolentibus, illis quoque in sua reclamatione & iusta ratione persistētibus, vestra cognoscences crimina, & illorum iustam examinantes rationem, eosque omnes Nicæno concilio comperientes & nostris Apostolicis iusionibus obtemperantes, visum est nobis, ac vniuerso concilio, vt nos diuinis præceptis & Apostolicis monitis informati, qui pro omnium ecclesiarum statu, impigro vigilare debemus affectu, si quicquam reprehēsiōni vsquam inuenitur obnoxii, celeri sollicitudine ab ignoratiā imperitia, aut à præsumptionis vsurpatione reuocem⁹. His taliter consideratis atque discretis, tanquam omnium curā gerentes, propter sedis propriæ dignitatē, suscepim⁹ eos in cōmunionem, singulisq; cum suis auctoritate huius sanctæ sedis, rebus, proprias reddidimus ecclesias: quoniā huic sanctæ sedi, propter prauorū hominū insidias, ipso Domino institutē, & sanctis Apostolis eorūq; successoribus per sin-

Matt 16. c  
In decre.  
Iuo. lib. 4.

In Nicæ.  
Synodo, vt  
refugentib⁹  
hui⁹ ep̄is.  
ca. 2.

gula cōcilia roborātibus, hoc semper licuit, licebitq; Domino auxiliāte, in perpetuū. Vnde qui se scit aliis esse præpositū, nō molestē ferat aliquē sibi esse prælatum: sed obtemperatiū quā ab aliis requirit, gratis & ipse dependat. Quapropter increpato vobis scribo, quia non recte tractastis viros inculpatores, & à nobis minimē examinatos, de suis ecclesiis cōmunionem priuatos pellētes, & ecclesiasticæ disciplinę iniuriā irrogātes, cōstitutumq; Nicæni cōcilij minimē seruātes, talia indisciplinatē agere non formidastis. Idcirco, quoniā dudū venire vocati renuistis, modo ad certū diem, i. 15. calēd. Nouēb. vos iterū regulariter literis missisq; euocamus, vt corā vobis ostēdamus nos iustam esse passuros. Est etenim in antiquis ecclesiæ statutis decretū, vt aliena qui inuadit, nō exeat impunit⁹, sed cum multiplicatione restituat. Vnde & in Euāgelij scriptū est. Quod si aliquid defraudauit, reddo quadruplū. In lege quoq; cautum est. Maledictus omnis qui trāsfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus, Amē. Quare miror vos tam audaces esse, & tā impudēter egisse, & diuinis ac iura B. Petri Apostolorū principis inuasisse. Sui enim (vt paulo superius cōprobatū est) iuris erat, vt absq; eius sanctę sedis auctoritate nullus deberet aut cōcilia celebrare, aut episcopos ad synodū cōuocare, vel damnare eos, aut propriis pellere sedibus, aut alios in eorū loco ordinare: quæ omnia vos temerare non timuistis. Quid ergo est aliud talis præsumptio, nisi q̄ Apostolorum eorūq; successorū decreta trāsgredi, & maledictionem superius cōprehensam, in lege scilicet cautum, quā omnis populis vno ore cōsonaq; respōsione per Amen. i. fiat cōfirmavit suscipere nō timuistis? Nam (vt reor) talibus trāsgressiōnū funiculis cōstricti, nō strū, ne vestra proderēt flagitia, ex amē declinastis & ad supradictā vocationem venire distulistis. Sane manifestū est, suū eos cōfiteri crimē, qui toties euocati, absq; inuitabili causa venire distulerūt, & purgādi se volūtate nō vitur. Nā si de vesteris dictis cōsideretis, etiā in faciem probare nō distulissetis. Tales insidiatores, spiritu prouidentis sancti patres in Nicæna cōgregati, leges statuerūt, quas nos canones appellamus, ne facile probi ab improbis dānarētur: ex quib⁹ nōnullas sentētiās his inferi iudicauimus, vt tantorū patrū auctoritate nostra roboraretur epistola, atque omnes Oriētales siue reliquarū partiū episcopi hæc audētes, in tantā foueā nō incidant, ne dānationē à patribus decretam percipiāt. Sequūtur enim hæc ex prædicto cōcilio Nicæno capitula, id est. 18. 19. 21. 23. 26. 27. 28. 33. 41. & 57. Et \* 9. ac 51. 52. 53. 54. 55. 57. 58. \* 8 59. 60. 61. 63. \* 66. \* 67.

2 Vt omnes episcopi qui in quibusdā grauioribus pulsantur vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, libere Apostolicā appellēt sedē, atq; ad eam quasi ad matrē cōfugiant, vt ab ea (sicut semper fuit) piē fulciatur, defendatur & liberetur. Cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas, & episcoporum iudicia, antiqua Apostolorū eorūq; successorum atq; canonum auctoritas seruauit: quoniam culpator episcopi qui aliter erga fratres egerint, quā eiusdem sedis papæ fieri placuerit.

3 Placuit, vt accusatus vel iudicatus à cōpronincia libus in aliqua causa episcopus, licenter appellet, & adeat Apostolicæ sedis pontificē, qui aut per se aut per vicarios suos, ei⁹ retractati negociū procuret. Et dū iterato iudicio pōtiffex causam suā agit null⁹ alij

Idē habetur in epi. increpat. ad oriēta. hui⁹ pp Iu. ly. Et in dec. Vigily pap & in quadā epi. Leonis. i. Luca. 19. b. Deu. 27. c. 39. 6. Ac chatus. Et in dec. ep̄is. Sixti 2. atque Victoris.



in eius loco ponatur aut ordinetur Episcopus: quoniam quancūq̃ à cōprouincialibus episcopis accusati causam pōtificis scrutari liceat, nō tamen definiti incōsulto Romano pōtifice pmissum est: cū B. Petro Apostolo, & non ab alio quā ab ipso dictum sit do mino: Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcūque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis.

4 Siquis putauerit se à proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceseos, aut penes vniuersalis Apostolicæ Ecclesiæ papam iudicetur.

5 Accusatores, & accusationes quas leges seculi nō adfiscunt, & nos vnanimiter submouemus. Nec fiat in districta probatione impietas, cum recta sit iudicij in electione sententia.

6 Nullus episcopus alterius parochianū præsumat retinere aut ordinare absq; ei⁹ episcopi volūrate, vel iudicare, salua tamen in omnibus Apostolica auctoritate: quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita & iudicatio: quoniam cēsemus nullum alterius iudicis nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vllatenus poterit.

7 Siquis erga episcopū vel actores ecclesiæ se proprium habere crediderit negocium, non prius adeat iudices, quā ad eos recurat charitatis studio, vt familiariter colloquio commoueat, ea sanare debeāt, quæ in quarumq; deducuntur. Quod si aliter egerit, communionem priuetur.

8 Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis expoliatum rebus, aut à sede pulsum, ex cōmunicare aut iudicare præsumat: quia non est priuilegiū quo possit spoliari iam nudatus.

9 Pari tenore decernimus nō credi accusatori, qui absente aduersario causam suggerit ante vtriusque partis discussionem, nec accusatores vel testes suscipi qui non sunt idonei.

10 Placuit, vt si accusatus vel damnatus Episcopus appellauerit Romanum pontificem, id statuendum, quod ipse iuste cēserit. Et omnes qui aduersus patres armantur, infames esse censemus: neq; eos qui cum inimicis morantur, ad accusationem vel ad testimonium recipiendos.

11 Placuit, vt semper in accusatione clericorū primò persona, fides, vita & conuersatio blasphematiū perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet: quia dubius in fide, infidelis est. Nec eis omnino est credendū, qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ conuersationis vitam ducunt quoniam tales & facillè & indifferenter lacerant & criminantur rectè & piè viuentes. Ideo suspicio eorum discutenda est primò & corrigenda, neque accusatoribus suspectis & de inimicorū domo prodeuntibus est credendum.

12 Quòd non aliæ metropolitana ecclesiæ vel primates sint, nisi illæ quæ prius primates erant, & post Christi aduentū auctoritate Apostolica & synodali primatum habere meruerunt. Reliquæ verò, non primates, sed metropoles vocentur, earūq; episcopi, non primatum, sed aut metropolitanorum aut archiepiscoporum nomine fruuntur.

13 Infames esse censemus omnes qui suā aut Christianam præuaricatur legem, aut canonicam postponunt auctoritatem.

14 Saluo in omnibus Rom. ecclesiæ priuilegio, nullus metropolitanus absq; cæterorū omnium cōprouincialium episcoporum instātia aliquorum audiat

causas eorum, quia irritæ erunt: imò & causam in synodo pro facto dabit.

15 Alienis erroribus sociatū, vel à sui propositi tramite recedentem, aut sacris canonibus inobedientē, suscipere non possimus, nec impetere rectè credentes, vel sanctorū patrum sanctionibus obtemperantes, permittimus.

16 Peregrina iudicia generali sanctione prohibem⁹ quia indignū est vt ab exteris iudicentur, qui cōprouinciales & à se electos debent habere iudices.

17 Salua Apostolicæ ecclesiæ auctoritate, nullus episcopus extra suā prouinciam ad iudiciū deuocetur, sed euocat⁹ ipse canonicè, in loco omnibus cōgruo, tēpore synodali, ab omnibus cōprouincialibus episcopis audiatur, qui cōcordem super eum canonicāque proferre debent sententiā: quoniam si hoc minoribus tam clericis quā laicis cōcessum est: quanto magis de episcopis seruari cōuenit? Nam si ipse metropolitanū aut iudices suspectos habuerit, aut infensos senserit, apud primates diœceseos, aut Romanæ sedis pontifices iudicetur.

18 Nemini de se cōfesso credi potest super crimen alienū: quoniam eius atque omnis rei professio periculosa est, & admitti aduersus quemlibet non debet.

19 Incerta nemo vnquā pontificum iudicare præsumat: quia quāuis vera sint, non tamen credenda, nisi quæ manifestis iudiciis cōprobantur, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quæ iudicario ordine publicantur.

20 Criminationes maiorū per alios nate fieri, nisi per ipsos qui crimina intendūt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint omni se carere suspitione atque inimicitia, & irreprehensibile fidē atque cōuersationē ducere.

21 Et prouincialis synodus retractetur per vicarios vrbis Romæ episcopi, si ipse decreuerit.

22 Placuit, vt à quibuscunque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos vbi est auctoritas maior, fuerit prouocatum, audientia non negetur.

23 Siquis Metropolitanus Episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriā pertinet parochiā, sine cōsilio & volūrate omniū cōprouincialium episcoporum aliquid agere tētauerit, gradus sui periculo subiacebit: & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de cōprouincialium episcoporum causis, suarūque ecclesiarum & clericorū atque seculariū necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omni consensu cōprouincialium agatur pontificū, non aliquo dominationis fastu, sed humilima & cōcordi administratione, sicut Dominus ait: Nō veni ministrari, sed ministrare, & alibi: Qui maior est vestrū, erit minister vester: & reliqua. Similiter & ipsi cōprouinciales episcopi, cum eius cōsilio (nisi quantū ad proprias pertinet parochias) agant, iuxta sanctorū cōstituta patrū, vt vno ore, vno animo concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula.

24 Caveāt iudices ecclesiæ, ne absente eo cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit: quippe & rationem pro actione reddent in synodo, & vt proditoris calumnia, nec eorum postea vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quā ille qui iniuriam, eiusque sustinet nequitiam.

25 Siquis super quibuslibet criminibus clericū pulsanū crediderit, in prouincia in qua ille cōsistit qui pulsatur, suas exerceat actiones: nec æstimet eum accu-

accusator suus alibi aut longius pertrahendum ad iudicium. Illi verò qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit, liceat appellare.

26 Primates accusatum discutientes episcopum, nō ante sententiā proferant dānationis, quā Apostolica freti auctoritate aut eum se ipse cōfiteatur, aut per innocentes & canonicè examinatos regulariter testes conuincatur.

27 Irritā esse iniustā episcoporum damnationē decernimus, & idcirco à synodo retractandā, ita vt oppressis, ab omnibus in cunctis subueniatur causis.

28 Derratores, qui diuina auctoritate eradicandi sunt, & fautores inimicorū, ab episcopali submouemus accusatione. Similiter, ne summorum quispiam minorū accusationibus impetatur aut dispareat. Neque in re dubia detur sententia, nec vllum iudicium nisi ordinabiliter habitum, teneatur.

29 Plura de his ideo hic nō inferimus, ne vacuare, vilemve prædictā facere synodum videremur, aut fastidium legentibus audietibusq; prolata faceret epistola. Si quis autē de his ampliora atq; abundantiora scire voluerit, in sacro nostræ ecclesiæ sedis scrinio, & ea quæ prædiximus, inuenire poterit. Verum me dixisse, testis est diuinitas. De receptione verò sedis & sacerdotij atq; honoris quæ dixistis Athanasium absq; cōcilij decreto suscipere, non ita inuenimus sicut calumniati estis: sed quorundā episcoporū consilio receptum suum (quod iniuste perdidit) sacerdotium, ac resedit in sede. Quod enim scripsistis, non eum posse à pauciore numero episcoporum restitui, quā depositus fuerat, nō ita est, nec hæc regula orthodoxorum sanctæ ecclesiæ est episcoporum, sed Arrianorum, sociorū videlicet vestrōrū hæc adinuentio ad perditionē orthodoxorum episcoporum contexta est. Nam vt nobis à veracibus est testibus relatum, quādo Antiochiæ pro damnatione fidei de cōsubstāntialitate prolata: fuistis cōgregati, odio prædicti Athanasij hanc regulā protulistis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc cōcilium actum est, nec Romanæ ecclesiæ legatio interfuit, canonibus præcipientibus, sine eius auctoritate cōcilia fieri non debere. Nec vllum ratum est aut erit vnquā cōcilium, quod non sultum fuerit eius auctoritate.

30 Igitur de fuga super qua Athanasij reprehenditis, non bene agitis, cum ipse Dominus mandatum hoc nobis dederit, Cum persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliā. Et ipse Dominus per semetipsum exemplū nobis demonstrās, quādo Pharisæi cōcilium fecerunt aduersus eum vt eum occiderent, sciens Iesus discessit inde. Et alibi: Tulerunt lapides Iudæi, vt iacerent in eum: Iesus autē abscondit se, & exiit de tēplo: & transiens per mediū eorum abiit & ita discessit. Nam & discipuli propter metum Iudeorum recesserunt celātes semetipsos. Et Paulus in Damasco à principe gēris quæsitus, de muro in porta depositus est, & manus querētis effugit. Et alij quā plurimi & innumerabiles sancti tam in veteri testamento quā in nouo fuisse leguntur. Si ergo fugā impropere fugiētibus, erubescite potius persequi, & quiescite insidiari, quiescētque continuò fugiētis. Nam siue perimatis eos, mors semper cōtra vos exclamat: siue rursus exilia superponatis, vbiq; in vos mali memoriā destinare noscimini, & illi patiendū sibi proficiūt. Vnde & Dominus ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem nō possunt

occidere. Sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennā. Multos enim cognouimus pessimis machinationibus iniuste depositos. Ideo summo opere à me, cui vice Apostolorum principis vniuersalis ecclesiæ cura commissa est, prouidendum est, auxiliāte ipso summo Apostolo, ne deinceps talia fiant: quoniam à ideo huic sanctæ sedi præfata priuilegia specialiter sunt concessa tam de cōgregandis conciliis & iudiciis ac restitutionibus episcoporum, quā de summis ecclesiarū negociis, vt ab ea omnes oppressi auxilium, & iniuste dānati restitutionem sumant, & talia ab improbis ne præsumantur absq; vltione, nec exerceantur absque dānatione. Non ergo rectè egistis quòd prædictos fratres calumniati estis, dicente Domino: Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Nec rectè egistis quòd nobis inconsumptis concilium celebrastis, eosque ad conciliū vocastis, & damnare præsumpsistis, canonibus (vt præmissum est) iubentibus nihil ex his absq; huius sanctæ sedis auctoritate fieri debere. Nō rectè egistis quòd regulariter à nobis ad concilium vocati venire distulistis. Non rectè egistis quòd contra eos rationē reddere, vt vestra erga eos aut probaretur recta sententiā, aut improbaretur, non venistis, nec rationalē mandatis causam vt quid hæc renuistis. His ergo omnibus perpensis manifestū est vos reos existere, & illos innocētes remanere, & vos rectè excommunicari, illosq; iuste liberari. Noluit itaque Dominus tam leuiter suos tractari ministros sicut facitis, aut à vobis damnari, sed (sicut memoratum est) ab hac sancta sede cui cōmissi sunt, aut suo reseruati iudicio. Ait enim: Quivos contristabit, me contristabit. Qui fecerit iniuriam vobis, recipiet id quod iniquè gessit. Et quanta pœna expectet eos qui Domini scandalizant discipulos, Evangelium sufficienter exponit vbi de scandalizatibus discipulos loquitur nam quòd à vobis non sint damnandi, sed ab hac sancta (vt præfatum est) sede, aut sibi reseruandi, ipse manifestè dat exemplum, quando peccantes sacerdotes (quorum locum modo in sancta ecclesia tenent episcopi) non per alium, sed per semetipsum videntes & cientes eiecit de templo, & menas nummulariorū proprio euertit flagello, & eiecit de templo. Et ipse alibi ait: Deus stetit in synagoga deorū, in medio autē deos discernit: & reliqua talia, & his similia. Et alibi idem ipse ait: Nolite iudicare, vt non iudicemini: nolite condemnare, vt non condemnemini. In quo em iudicio iudicaueritis, iudicabimini. 31 Quapropter non tam temere vt facitis, quispiā suam præsumat euomere iniquitatem, sed iudicantē cuncta oportet timari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, nec de illis quæ ei inconcessa sunt, vllō modo iudicium præsumere, interrogādū ac proponendū adiiciēdiq; patientia præbita ab eo, vt ibi actio partium limitata sit pleniter. Nec prius litigantibus sua velit sententia obuiare, nisi quando illi peractis omnibus iam nihil ampli⁹ habuerint in questione quod proponant. Nec oportet quenquam iudicari aut damnari antequam suos accusatores præfentes habeat, locumque defendēdi accipiat spatiosum ad abluenda crimina.

32 Similiter in iam fata synodo statutum est vt vltra prouinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hanc Apostolicam fuerit sedē prouocatum, ad quam omnes qui voluerint, liberè & absque vllō impedimento à quibusdam agendo confluere

Mat. 16. c

2. q. 7. Si quis erga. Et in dec. epist. Alexan. pap.

Idē habetur in dec. Epi. Six. I

3. q. 6. Irritum. Et in 1. dec. Felix. c. 1.

3. q. 6. Peregrina. et in dec. 1. q. c. in dec. Fel. c. in dec. tertij Sixti pape

Et in cōc. Carth. iij. cap. 10. 2. q. 6. Placuit & à quibus. Et in dec. luo. lib. 4.

Mat. 20. d. Mar. 10. g

Mat. 10. c

Mat. 12. b. Ioan. 8. g. Luca. 4. e

Ioan. 20. c. 1. Cor. 11. c

Mat. 10. c

Leti. 2. c

Luc. 10. c. Col. 3. d. Mat. 28. a. Marc. 6. f. Mat. 21. b. Mar. 11. b. Luc. 19. g. Ioan. 2. c

Mat. 7. 4. Luc. 6. f

Psal. 81.



fluere debent.

\*id est ad  
\*latores,  
ut exponit  
gl. i. præfa.  
ca.

33 Similiter in iam præfixa synodo est decretum, ne suspecti aut infames aut criminosi, aut \*gratiosi, vel calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, sed tales, qui omni carere suspitione: quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, nec à quibuscunq; agitari.

34 Similiter statuit præfata synodus, ut nullū sententia, nisi à suo iudice dicta cōstringat. Iudices autem alij esse non debent, quàm quos ipse qui impetitur, elegerit, aut quos suo cum cōsensu hæc sancta sedes aut eius primates autoritate huius sanctæ sedis delegauerint. Ex his enim, & aliis quæ tam in hac sancta sede, quàm & ab Apostolis eorūq; successoribus sunt statuta, nihil præfatis episcopis cōcessistis, sed vim eis inferentes, iniusteq; (ut superius commemoratum est) eos damnates, aliquos abentes expulistis, quod omni Christianæ religioni est inimicum. In quibus apparet quòd nec Domino sua seruastis iura, nec huic sanctæ matri & Apostolicæ ecclesiæ, quæ (ut præscriptū est) eos suo iudicio, aut huic sedi voluit reservari, ne à tam prauis sicut estis hominibus dānarentur aut eiicerentur. In his omnibus vos stultos, & præuicacatores Euangeliorum & canonum esse, nulli sanè sapientium est absconditum.

35 Nec his contenti in vestra estis præuicacatione, sed etiā prius expulso eos, & suis expoliato rebus quasi vocastis atq; damnastis, quum nullus regulariter aut vocari aut iudicari possit: antequam sit regulariter restitutus, & sua omnia ei legibus sint integerimè reformata. Est namque in sæpe iam dicta sancta synodo ab omnibus vnanimiter decretū, & Apostolica autoritate roboratū, ut si quis episcoporum suis fuerit rebus expoliatus, & in accusatione pulsatus, ordinatione potestatis oportet & decet sanctū propositum prima fronte cedere, ut omnia quæ per suggestiones inimicorū suorum amiserat, legaliter primo potestati eius ab honorabili cōcilio redintegrètur, & præsul regulariter prius statui pristino reddatur, & ipse dispositis ordinatisq; suis, tunc ad tēpus veniat ad causam: & si ita iustū videtur, accusantium propositionibus respōdeat. Quare ergo transgressi estis terminos patrū, iudicantes & dānantes eos quos nō debuistis? Quare iudicastis eos quos nō regulariter approbastis? Nō obseruastis quod in Regnorū libro scriptum est. Non quomodo videt homo, videt Deus: quia homo videt in facie, Deus autē in corde videt, & in Paralipomenō: Omnia corda scrutatur Deus, & omnē cogitationē nouit. Et alibi scriptum est: Nō potest humano condemnari examine, quem Deus suo referuauit iudicio. Hæc omnia summo opere præcauēda sunt, nec accusatio episcoporum facile est recipiēda, dicente Domino: Nō suscipias vocē mendacij. Et Apostolus inquit, Aduersus presbyterum inscriptionem nō recipiēdā absq; duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris vel ceteris fidelibus sunt præcauēda, quāto magis de Episcopis? Quibus cognitiss, magis vos dominari velle manifestum est, quā cōsulare fratribus, aut sustinere eos, quia honor inflat ad superbiam: & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Decuerat namq; vos iuxta præfatas regulas, si aliquid egissent contra suum ordinē, mādare nobis, & expectare quid ad vestra cōsulta rescriberemus, in tantum, ut si etiā quicquā graue intolerandūq; cōmitterent, nostra præstolaretur cēsura. Et nihil prius aut aliud decernere.

tis, quā quod nobis placere cognouissetis, ita ut à regulis præstitutis nulla aut negligētia aut præsumptione recederetis. Cesset huiusmodi pressa nostra autoritate præsumptio, vitentur huiusmodi documenta: quia nequaquā talia patienter ferre possumus machinamenta: quoniā cōuenit nos paternarum sanctorum diligentes esse custodes. Meritò namq; nos causa respicit, si silentio faueamus errori.

36 Est insuper in prædicta sancta Nicæna synodo statutū, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione, nec illi qui nos in sua nolunt recipere querela vel accusatione, quum nos super illos sciamus à Domino cōstitutos, nō illos sup nos. Et sicut maior non potest à minore iudicari, ita nec colligari, quia ratū est omne q; magnū est. Portamus onera omnium qui grauātur: quoniam hæc portat in nobis B. Apost. Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur: quatenus eius sulti auxilio, ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur aduersis.

Decreta Iulij papa decem iuxta Gratianum & Iuonem, quæ non sunt prioribus inserta.

PRIMUM.

Turpe lucrum sequitur, qui minus emit ut plus vendat, vel quid sit usura.

Quicumq; tempore messis vel vindemiæ, nō necessitate, sed propter cupiditatem cōparat annonam vel vinum, verbi gratia de duobus nummis cōparat modium vnum, & seruat vt quædam venundetur denariis quatuor aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrū dicimus.

SECUNDUM.

Reus est animarū presbyter qui penitentiam morientibus abnegat.

Si presbyter penitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum: quia Dominus dicit: Quicumq; die cōuersus fuerit peccator ad penitentiam, vitauit & nō morietur. Vera enim cōfessio in vltimo tēpore esse potest, quia Dominus nō solum tēporis, sed etiā cordis inspector est: sicut latro vnus momenti penitentia meruit esse in paradiso in hora vltimæ confessionis.

TERTIUM.

Post mortem alicuius nullus de eius consanguinitate sponsam accipiat.

Si quis despōsauerit vxorē, vel subarrauerit, & siue præueniēte die mortis, siue irruētibus aliis causis minimè eam cognouerit: neq; eius superstes frater, neque vllus de consanguinitate eius, eandem sibi tollat in vxorem vllō vnquam tempore.

QUARTUM.

Licet seruo matrimonia contrahere.

Omnibus nobis vnus est pater in cœlis, & vnusquisq; diues, pauper, seruus, & liber, æqualiter pro se & pro animabus eorum rationem reddituri sumus. Quapropter omnes, cuiuscunq; cōditionis sint, vnā legem, quantum pertinet ad Deū, habere non dubitamus. Si autē omnes vnā legem habent, ergo sicut ingenuis dimitti non potest, sic nec seruus semel cōiugio copulatus vltius dimitti poterit.

QUINTUM.

Ex propinquitate sui sanguinis vel vxoris vsque in septimum gradum nullus ducat vxorem.

Nullū in vtroq; sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis vel vxoris, vsq; in septimum generis vxorē gradū ducere, vel incesti macula copulari. Præterea quoq; illud adiecimus, quoniam sicut nō licet cui-

cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic nec etiam li cet de consanguinitate vxoris suæ cōiugem ducere, propter carnis vnitatem.

SEXTUM.

Ecclesia semel Deo consecrata, quando est iterum consecranda.

De cōf. d. Defabri.

De fabrica verò cuiuslibet ecclesiæ, si diruta fuerit instauranda, & si in eo loco consecrationis solennitas debeat iterari, in quo sanctuaria nō fuerint, nihil iudicamus officere si per eam minime iactetur aqua exorcizata: quia in cōsecratione cuiuslibet ecclesiæ in qua spiritus sancti arra non ponitur, celebritatem scimus tantū esse missarum. Et ideo si qua sanctorū basilica à fundamētis fuerit innouata sine altaris motione, sine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit missarum solennitas celebrata, totius cōsecratio sanctificationis implebitur. Si verò sanctuaria quæ habebant, ablata sunt, rursus eorū depositione, & missarū solennitate reuerentiam sanctificationis accipiat.

SEPTIMUM.

De his qui sacrificando variè errabant.

De cōf. d. 2. Cū omne crimē. Et in dec. Iuo. lib. 1.

Cum omne crimen atq; peccatū oblati Deo sacrificiis deleatur, quid de cætero pro expiatione delictorum Domino dabitur, quando in ipsa sacrificij oblatione erratur? Audiuimus enim quosdā schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines & Apostolicas institutiones lac pro vino in diuinis sacrificiis dedicare, alios quoq; intinctam Eucharistiā populis pro cōplemēto cōmunionis porrigere, quosdam etiā expressum vinum in sacramento dominici calicis offerre, alios verò pannum lineum musto intinctum per totū annum referuare, & in tempore sacrificij partem eius aqua lauare, & sic offerre: quod quàm sit Euāgelicæ & Apostolicæ doctrinæ cōtrarium, & cōsuetudini Ecclesiasticæ aduersum, nō difficile ab ipso fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipsa sacramentorū mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis cōmendaret discipulis, non illis lac, sed panem tantum & calicē sub hoc sacramento cognoscimus dedisse. Legitur enim in Euāgelica veritate. Accipit Iesus panē & calicem, & benedicens dedit discipulis. Cesset ergo lac in sacrificio offerri, quia manifestum & euidentis exemplū veritatis Euāgelicæ illuxit, quòd præter panē & vinum aliud offerri nō liceat. Illud verò, quòd pro cōplemēto cōmunionis intinctā tradunt eucharistiā populis, nec hoc prolatum ex Euāgelio testimonium receperunt, vbi Apostolis corpus suum cōmendauit & sanguinem. Seruatum enim panis, & seruum calicis cōmendatio memoratur. Nam intinctum panē aliis Christiū præbuisse nō legimus, excepto illo tantū discipulo, quē intincta buccella magistri proditorē ostenderet, nō quæ sacramēti huius institutionē signaret. Nam quòd de expresso botro, id est de vuarū granis populus cōmunicatur, valde est omnino cōsulum: sed si necesse sit, botrus in calice cōprimatur, & aqua misceatur, quia calix dominic⁹ iuxta canonū præcepta vino & aqua permixtus debet offerri: quia videmus populū in aqua intelligi, in vino verò ostendi sanguinē Christi. Ergo cū in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentiū plebs ei in quē credit copulatur & iungitur: quæ copulatio & cōiunctio aque & vini sic miscetur in calice Domini, ut mixtio illa nō possit separari. Nā si vinū tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si verò aqua sit so-

la, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quādo botrus solus offertur, in quo vini efficacia tantū designatur, salutis nostræ sacramentū negligitur, quod aqua significatur: non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinū solū, nisi vtrūq; misceatur. Et ideo quia iam ex hoc plurima & multiplex maiorum manauit sententia, omnis deinceps talis error atq; præsumptio cessare debet, ne peruersorum & inordinata cōpago statum veritatis eneruet. Et ideo nulli deinceps erit licitū aliud in sacrificiis diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiā cōcilio, panē tantum & calicem vino & aqua permixtum. De cætero aliter quæ præceptum est faciēs, tandiu à sacrificando, quādiu legitima penitentię satisfactio correctus, ad gradus sui officium redeat quod amisit.

OCTAVUM.

Item aliud Iulij papa decretum, ex decreto Iuonis Carnotensis desumptum. Quid sit ecclesia.

Ecclesia, Græcum nomen est, quod in latinū vertitur cōuocatio, propter quòd ad se omnes vocet. Catholica, id est vniuersalis ideo dicitur, quia per vniuersum mundū est cōstituta. Vel quoniā catholica, hoc est generalis in eadē doctrina est ad instructionē.

NONUM.

Item aliud ex eodem.

De illis qui ecclesias incenderunt.

Si quis ecclesiam cōburit, quindecim annos peniteat, & eam sedulè restituat, & pretium pauperibus distribuatur.

DECIMUM.

Item aliud ex eodem.

Si quis ancillā suam libertate donauerit, & in matrimonio sibi sociauerit, dubitabatur apud quosdam vtrum huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos itaq; vetustam ambiguitatē decidētes, talia cōnubia legitima esse censuimus. Si enim ex affectu sūt omnes nuptiæ, & nihil impiū & legibus cōtrarium in tali copulatione fieri potest, quare prædictas nuptias inhiendas existimaremus.

LIBERII PAPÆ.



Iberius natione Ro. anno Domini 351 potifex 35 creatus sub Constantio filio Cōstantini magni, primus in Romana ecclesia infamis papæ nomen (ut multi aiūt) est nactus, propter suppetias quas Arrianis dabat. Nā cum principio in exilium à Cōstantio deportatus esset, eò quòd nolisset hæresi Arrianæ cōsentire, & in exilio annos tres egisset, sacerdotes congregantes concilium, ordinauerunt in locum eius episcopum Felicē presbyterum. Et fecit concilium Felix, & inueniens Vrsatium & Valentē presbyteros consentientes Constantio Arriano, damnavit eos in concilio 48 episcoporum. Post paucos autem dies zelo ducti Vrsatius & Valens, rogauerunt Constantium vt Liberium de exilio reuocarēt. Qui reuocatus habitauit in cœmeterio sanctæ Agneis apud germanam Cōstantij Augusti: & conciliū fecit Constantius cum hæreticis, & eiecit Felicē de episcopatu, qui erat catholic⁹, & reuocauit Liberium. Ab eo die fuit persecutio maxima in clero, ita vt intra ecclesiam presbyteri & clerici plures necarētur, & martyrio coronarentur. Ingressus autē Liberius in vrbe Romā consensit Constantio hæretico. Propter hoc nōnulli putāt hūc episcopū Romanū fuisse hæreticū quæ historia, quòd senserit cum Arrianis, à quibusdam reuocatur in dubium, quia in Epistola ad Athanasium

3 q. 2. Si ep̄s suis fuerit. Et in dec. Eu seby papa sententia. lter

1. Reg. 16 b. 1. Para. 28 b.

Eccle. 7. b.

Exo. 24. a.

1. Tim. 5. c.

14. q. 4. Quicunq; Et in dec. Iuo. lib. 3.

Ex ec. 18 g.

Luc. 23. f.

Matt. 26. c.

Ibidem. Iuo. 13. c.

29. q. 2. Omnibus. Et in dec. Iuo. lib. 6.

nasium & Episcopos Ægypti in Alexandria synodo congregatos, insectatur Arrianos, & gratulatur quòd Episcopi Ægyptiorum permanent in fide synodi Nicænæ: & in alia Epistola vnicè catholica ad vniuersos Episcopos, quos eruditè & piè exhortatur vt nullus propter persecutiones suam relinquat Ecclesiam, nec quietem magis eligat, quàm pro populo sibi cõmissio laborare intendat. Hæc non cohærent cum priori opinione, potuit tamen post scriptas has Epistolas consentire Constantio qui eum exilio euocauerat. Ceterù sepe homines bene loquuntur & scribunt & male agunt. Sub hoc tẽpore emerit i Antiochia Syriæ alter hæresiarques cognomẽto Aëtius. i. sine Deo, vel sine causa. Is enim eadem quæ Arrius sapiebat, sed ab Arrianis se segregabat, eò quòd Arrium in suam cõmunionem recepissent. Is nihil solidæ eruditionis habebat, sed venientes ad se disputationibus sophisticis eludebat. Qui tũc Aëtiani, nunc Eunomiani vocantur: quoniam Eunomius notarius eius eruditus ab illo editionem eius hæreticã diulgauit. Habes hæc latius tripar. hist. lib. 5. c. 13 & infra.

Hac tempestate fecerunt concilium hæretici Antiochiæ contra Athanasium, & alios catholicos. Fuit concilium prophanum, non catholicum. Sub eodẽ Liberio Vrsatus & Valens hæretici fecerunt concilium in Nicæa ciuitate Thraciæ: vbi statuentes sua dogmata, diulgabant illam esse fidem, quæ ab vniuersali concilio dictata esset & edita Nicæa: vt similitudine nominis Nicænæ vrbis simpliciores hæc subreptione deciperentur. Putabant enim in Nicæa Bithyniæ esse dictatam fidem: sed nihil profuit eis tale documentum. Paulò nanque post confusi ac derisi sunt. Extat Epistola Athanasij & Ægyptiorum Episcoporum ad papam Liberium de oppressiõibus Arrianorum, hoc tenore.



**D**omino beatissimo & honorabili sancto patri Liberio papæ Athanasius & vniuersi Ægyptiorum Episcopi in vnũ synodice apud Alexandriã congregati. Vestra beatissimæ paternitatis iura penes Deum sunt manifesta, dum prædicationibus scilicet Apostolicis & doctrinis, vete fidei cultura vniuersa repleta sit terra. Per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruenta admonitione exhortatoria, superedificatur orthodoxa Christi ecclesia, Apostolica institutione fundata, & à fidelibus patribus firmissime roborata, ad quam omnes beatissimi Apostoli pari honoris & potestatis consortio præditi, populorum agmina conuertentes, piè sancteque de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines diuinæ prædestinationis gratia præscitos, salutaribus præceptis ac monitis perduxerunt. Quorum sanctorum Apostolorum vestra fraternitas honorandã sequens merita, & perfectus implens exempla, Ecclesiam Dei morum probitate & actuũ sanctitate condecorat: & fide sacra Christianisque moribus vicens, quæ fieri Deo placita præcipit, studiis pontificalibus indefinenter operatur & perficit, seruans legis diuinæ mandata: qui nõ legis auditores iusti sunt apud Deum, sicut narrat Apostolus, sed factores legis iustificabuntur. Nos enim hæc meditari cupientes, & ea quæ à sancta sede vestra Apostolorum eorumque successorum prædicatione suscepimus, atque quæ in Nicæna synodo roborata cognouimus, prædicare, & Arrianorum blasphemias atque aliorum hæreticorum repellere cupientes, quotidie ab his persequimur, & damnationi tradimur, atque morti destinamur. Qua de re præcamur, vt vestris exhortationibus tam per vos quàm & per apostolicos vestros adiuuemur: ne dum illi crescut, & nos minuiamur, vera fides destruat, & eorum hæresis vltra fidem nostrã crescat: quoniã timemus vt postquã abundauerit iniquitas, refrigescat charitas multorum. Pro qua re, multa vestra sacra doctrinã tã apud deũ quã apud cunctos fideles merces & laus reposita est, si vestra hæc refecetur autoritate. Nostrã enim fidem quã à sanctis patribus accepimus, & tenemus atque docemus, subter inferuimus vt si quis vobis aliter nos credere, aut docere, aut accusando aut multisitudo retulerit, vel detrahendo scriptis madauerit, per hæc manifestè nos ita credere & docere agnoscatis. Credimus namque in vnũ Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium necnon & invisibilium factorem. Et in vnũ Dominũ nostrum Iesum Christũ filium dei, natum ex patre vnigenitũ, hoc est lex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verũ ex Deo vero, natum, non creatum, hominison, hoc est eiusdem cum patre substantiæ, per quẽ omnia facta sunt cœlestia & terrestria. Qui propter nos homines & propter nostrã salutem descendit de cœlis, & incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit in cœlũ, venturus inde iudicare viuos & mortuos. Et in spiritũ sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat tempus quãdo non erat, & priusquã nasceretur nõ erat, & quia ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia dicunt esse treptõ, hoc est conuertibilem atque mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & Apostolica ecclesia. Hæc venerabilẽ fidem treceti quidem, decem & octo patres agnouerunt & amplexi sunt, & cõsonates & vnanimes scriptis explanauerunt, & c. & paulo infra subscriptio, æterna te seruet diuinitas per multos annos sanctissime patrum pater. Amen.

*Rescriptum Liberij papæ ad eosdem, & est eiusdem epist. 1. De iis qui aliter credunt vel docent, quàm sanctum Nicænum concilium definiuit.*

Dilectissimo filio Athanasio, & omnibus in vnũ cõgregatis & de Trinitatis fide rectè sentiẽtibus Ægyptiorum episcopis, Liberij papa. Olim & ab initio tam percepimus à beato Petro Apostolorum principe fiduciã, vt habeamus autoritatẽ pro vniuersali ecclesia ad rectã defendendã fidem, quatenus nulli liceat statũ sanctæ ecclesiæ cõmouere, ad læsionẽ rectè credentiũ, absque sui periculo honoris. Epistolã siquidem vestrã nobis directã, ante nos recitari fecimus tribulationes & persecutiones quas pro recta fide patimini, intelleximus. Super quibus & nos vnã vobiscum condolemus, & laborare pro vobis, vt pater pro filiis, parati sumus. Fidem verò Nicæni concilij in eadem Epistola rectã reperimus, super qua & Deo gratias vberimas retulimus: pro qua nõ solum modo persecutiones & passiones sustinere vobiscum parati sumus: sed etiã, si necesse fuerit, mori pro Christi nomine, in quantum nostra sint fragilitas, non respicimus. Igitur prædictum sanctum concilium (vt legimus) definiuit Nicænum, aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere, aut sapere, vel docere aliter, nec quicquam in fide sentire aut proferre, quod his patrum regulis possit obuiare. Qui autem præsumperit componere aliam fidem, aut proferre, docere vel tradere aliud sym-

symbolum, ad viam veritatis conuerti desiderantibus de quacunque hæresi, vel ex Iudæis, vel ex paganis Christianos se fieri volentibus, hi si episcopi fuerint, aut clerici alienari quidem episcopos ab episcopatũ, clericos à clero. Si verò monachi aut laici fuerint, anathemate feriri. Protestatur etenim beatus apostolus dicens: Si quis certat, non coronatur nisi legitime certauerit. Et iterum dominus ait: Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit: Videlicet certaminibus sacris propositis nobis pro defensione catholice ecclesiæ, magnaque salute ex hoc sperata ab omnium bonorum datore deo, non deficiat manus nostræ, dilectissimi fratres, per occasionem cuiuslibet desiderii dissolutæ, sed fortes efficiamur per gratiam dei, atque virtutem potentię eius: quoniam perfecit pedes nostros tanquam ceruorum, & super excelsa firmius statuit intellectum summæ eius humanitatis propter nostram salutem maximè tantam habentes impositam sanctorum restium nubem. Deponentes ergo omne pondus, & circumstante aduersariorum nouitatem, per patientiam curramus aspicientes in authorem fidei, & consummatore Iesum, qui in proposito nobis propter eum negocio spiritum nobis suæ veritatis condonet, loquentem in nobis, atque perhibentem magnalia fidei per doctrinã sanctorum patrum, quos aduersarij calũniantur quotidie. In prophetis nanque habetur: Propter Sion nõ tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. Profecto catholica ecclesia, quæ vera consistit Sion, & ciuitas Christi cœlorum regis per tot annorum spatia expugnata ab auersantibus verba fidei, qui neque deum timent, neque hominem reuerentur, sed incassum perducentibus pijs & canonicas de hoc verbo doctrinas, dum à diuersis tantisque scripto & sine scripto contestationibus inuitati fuissent corrigere propriam & à se pellere hæresim, sicuti & per anteriorem cognitionem luculentius demonstratum est tam per libellos quam per suggestiones reuerendissimorum sacerdotum, & venerabilium abbatum, apostolo protestante nobis, vt hominem hæreticum post primam & secundam correptionem euitare debeamus, scientes quia huiusmodi subuersus est, & delinquit proprio iudicio condonatus: nullo modo oportet nos deinceps tacere aut quiescere, (ne quoquo modo iniqui iudicemur, odibilem deo pacem amplectentes, quoniam scriptum est: Zelauit in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Et dicatur etiam de nobis: Sacerdotes mei cõtempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum & prophanum non habuere distantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt) sed consurgere cum deo & cõsistere promptè induentes arma spiritus aduersus malignantes contra fidem eius, vt approbemus spiritus sapienter, id est verba eorum, si ex deo sunt. Scriptum est enim in Hieremia: Probatorum dedi te in populo meo robustum: & scies & probabis viam eorum. Multa namque nobis necessaria est vigilantia, & tanta diuinæ sapientiæ rimatio, quæ occulta tenebrarum reuelat ad requisitionem huiusmodi rei & scrutationem, quoniam latet quodammodo & absconditur vixque cõprehenditur dolosa existens malitia, pro eo quod sibi pietatem callidè blandiatur, vt valeat scrutantium mentem latere. Quod vtique sciens beatus apostolus ait: Nam huiusmodi pseudoapostoli & operarij

sub doli transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirum, quoniam & ipse Satanã transfiguratur se velut ministri iustitiæ: quorum finis secundum opera eorum. Sed & dominus in hoc præmunens nos, ait: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, & à fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo in ipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quaestione deprecationem, & dicentes cum David: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna enim pedibus meis verbum tuum domine, & lumen semitis meis, quoniam ipse est (sicut ait beatus Daniel propheta) sapientia & fortitudo. Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Quia sapientiam (inquit) & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi quæ rogavi te, cum ope diuinã vnus cuiusque per sonã conscripta eorum qui pro nouitatis commento accusati sunt, de venerabili scrinio obsecrantibus, & nobis rationabiliter offerentibus solertius intendamus, ita vt qui hæc præsumperint præuaricari, Primum quidem subiaceant iudicio terribili omnipotentis dei, deinde autem qualemcumque regalem indignationem reuerentur, per quam, si quidem episcopi aut clerici sunt, à sui sacerdotij siue à cleri sui ordine modis omnibus excidant. Si autem monachi sunt, segregentur, & alieni sint de locis suis. Si autem dignitatem aut cingulum aut militiam habeant, nudentur eis. Si autem sunt priuati, si quidem nobiles existunt, tuarum substantiarum pericrptionem patiantur. Si autem ignobiles, non solum in corpore verberentur, sed exilio perpetuo castigentur: vt omnes timore dei compressi, & comminata eis digna supplicia reuerentes immobilem & sine turbatione pacem sanctarum dei ecclesiarum custodiant. Gloria Christo Iesu domino nostro pax vobis. Amen.

*Ex histo. tripar. lib. 5. ca. 18 & Theodo. lib. 2. ca. 17.*



**A**nno secundo exilij Liberij papæ, Constantius imp. qui illum ablegarat, Romam veniens, à procerum Senatorumque vxoribus maritorum consilio rogatus obnixè vt Liberium reuocaret, quando nemo omnium Romæ habitantium basilicam ingrederetur cũ Felix Liberij diaconus qui pro illo intrusus erat, intus esset: earum precibus motus reuocari hominem iussit, ita, vt simul cum Felice ecclesiam gubernaret. Quod cum sanæ mentibus hominibus ingratum esset, clamantibus, Vnus deus, vnus Christus, vnus episcopus, Liberius in sedem suam eiecto Felice reuersus est.

*DEPISTOLA LIBERII PAPÆ, AD omnes generaliter episcopos, vt nullus quod persecutionibus, dum durare potest, suam relinquat ecclesiam: nec quietem magis eligat, quam pro populo sibi cõmissio laborare intendat.*

Dominis

Rom. 2. d

1 Tim. 6.

Matt 10. c

psal. 17.

Heb. 12. d

Esai. 62. d

Tit. 3. c

psal. 72.

isai. 3. d

Esai. 22.

1 Ioã. 4. d

Hier. 6. g

2 Ca. 11. d

Mat 7. b

psal. 118.

Danie. 2. c

Iob. 12. c

24. 9. 1.

Qui cõtra

pacem.

*Hæc epistola in primo tomo Conciliorum Colonia impresso ponitur post epistolas Felicis secundi, quod saluam arbitramur propter reuocationem Liberij ab exilio deposito Felice: nos vero eodem tractu omnes Liberij epistolas simul coniunxerimus.*



**D**ominis sanctissimis & deo amantissimis vniuersis episcopis Liberij episcopus in domino salutē. Nil est quod nos diu stare faciat, nisi dei gratia. Cæterum nequitia diaboli contemptibile malum plenum veneno mortifero seuit, qui sursum atque deorsum circueit querens quem deuoret. Vnde vigilare, & sobrij esse ad orationes, & deo propinquare debemus, & fatuas, domino auxiliante, hominum insidias, prout dominus posse dederit, respicere, & patres sequi, & non transgredi terminos patrum (id est, vt non relinquamus nostras, dum in eis persistere aliquo modo valemus, ecclesias, vt ad alias properemus) aut populos nobis commissos negligere, vt quietem amplius, quam pro eis elaborare, (pro quibus etiam animas ponere debemus) studeamus, ne reprobi in conspectu dei inueniamur, sed fructuosos illi manipulos de commissis nobis gregibus, ipso adminiculante præsentare valeamus, quanquam multi nos persequantur, & oues Christi dilacerare desiderant: qui quasi in vestibus ouium apparent, intus autem sunt lupi rapaces: quos ex fructibus cognoscimus. Isti primo quidem videntur ex nobis esse, sed non sunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Quando verò suam euouerint impietatem, dolum qui in eis est erumpentes, & apprehendentes infirmiores, & eos qui ad eloquia diuina sensus inexercitatos habent, secum eos contrahunt ad perditionem, subuertentes & iniuriantes paternas doctrinas, sicut & sacras scripturas ad perditionem suam: quos oportet prescipientes cauere, ne malitia eorum quidam seducti, abscindantur à propria firmitate. Exacuunt enim linguas suas, iuxta prophetæ vocem, sicut serpentes. Venenum aspidum sub labijs eorum. Nec nos pigeat per temporales cruciatus pro Christi nomine laborare, sed emolumenta futuræ remunerationis, huius seculi vexationes tolerare persuadeant. Scriptum nanque est: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Tantum enim à nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio commodare. Vnde quidē tanto t nobis necesse est importunis prædicationibus insistere, quanto nobis perfectæ negociationis creditur duplicata talento rum assignatio, atque dominicæ vocis ad suscipiendam eius requiem persuadet assertio. Suggestum namque nobis est, quod præteritis laboribus & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibi met & à deo commissas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas quas tueri debent ecclesias, & pro ouibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinant, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere, & silentio atque ocio vitam ducere. Id egere magis appetant, quā in his quæ sibi commissæ sunt permanere, dicente domino: Beatus qui perseverauerit vsque in finem. Vnde nanque est beata per seuerantia, nisi de virtute patientiæ? Quoniam secundum apostolicam prædicationem, omnes qui volue-

rint in Christo piè viuere, persecutionem patiuntur. Ideoque, fratres charissimi, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis vestræ proposito coartet recedere. † Considerate nanque quanta pro absolutio-  
ne nostri & liberatione creator dominusque & redemptor noster pertulerit, quibus se contumeliis afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Attendite itaque vobis, & omni gregi in quo vos spiritus sanctus constituit episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit proprio sanguine, vt non sit qui vos decipiat aut seducat in subtilitate sermonis, vt vobis plebes commissas relinquantis, & alicui propter malorum opprobriū hominum quieti vos tradatis, & vt vos solummodo saluetis, & filios orphanos relinquantis. A perissimè enim spiritus sanctus per apostolum dicit quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide & charitate, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis demoniorum, & in hypocrisis mendacij eloquiorum cauteriatam habentium suam conscientiam. Propter quod vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Quæ verò mentis transgressio operatur in his qui non crediderunt sermonibus domini, & recesserunt pro sua quiete à seruitio sibi commisso, & suis se subdiderunt voluptatibus? Talibus quippe & aliis pro populo dei constructi necessitatibus, ne pereatis vnà cum omnibus vobis commissis, sed salui fiatis in die æternæ retributionis hortamur vestram charitatem exemplo eius qui pro nobis partem voluit, præoptos vos in cunctis eius permanere seruitiis, nec quidem quoquo modo à commissi cura recedere, sed totis viribus in commissis vobis negociis fortiter vsque in finē perdurare. Quoniā beatus est qui perseverauerit vsque in finē nec laudatur initiū, sed finis. Nemo vos seducat inanib⁹ verbis, propterea enim venit ira dei in filios diffidentia. Nolite ergo effici participes eorum dogmatum, neque comunicetis infructuosis verbis illorum: magis autem & redarguite, quoniam cæterus præuaricatorum sunt & extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Completum est in eis quia de malo ad malum egressi sunt, & non cognouerunt me, dicit dominus. Veritatem non loquentur. Docuerunt enim linguam suam persecutores ecclesiarum earum sacerdotum, loqui mēdaciū. Vt impiè agerent, laborauerunt, & reuerunt scire me, dicit dominus. State ergo vos dilectissimi super vias, & videte quæ est via bona sanctorum patrum, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Sed & si patimini propter Christum, beati eritis. Metum autem eorum ne timueritis, neque conturbemini. Dominum autem deum sanctificate in cordibus vestris, ipso dicente, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius cum timete qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeret assere vneunt? & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos. Rememoramini ergo fratres eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem certauimus aduersus peccatum regnantes. Confidimus autem de vobis, fratres charissimi, meliora, & viciniora

† considerantes.

Act. 20 f

1 Tim. 4. a

Mar. 14. c  
Luca. 22. e

Ephes. 5. b

Hiere. 9. a

Hiere. 6. d

1. Pet. 3. e

Matt. 10. e

Heb. 6. b

niora salutis, quia neque mors, neque vita (& c. que sunt apud Paulum ad Romanos 8. g) poterit nos separare, à charitate domini nostri Iesu Christi, & que in ipso est recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestrā, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad collicitationes aduersariorum, quatenus fidem intemeratam vsque in finem conferuantes, repromissionem percipiamus quam repromisit his qui legitime certare deproperant. Adhuc enim modicum aliquantulum qui venturus est veniet, & non tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam assistit, coronas hilariter promittēs his qui pro eo passionibus submittuntur. Quod si subtraxerit se quis, non placebit animæ t sue, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autē non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Propter quod assumite arma dei, vt possitis resistere in die malo aduersus omnes inimicos sanctæ dei ecclesiæ, & vestros, & induite, & reliqua & paulò post, Summopere etiam considerare debetis quod hi qui fratribus inuidet, eoque damnare aut perdere cupiunt, per se sua dogmate destruunt. Dicit enim dominus: Omne regnum in se diuisum non stabit: & omnis scientia & lex aduersum se diuisa non stabit. Ideoque necesse est vt concorditer salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimis, diuinis & apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentissima canonum decreta violari: quatenus & Nicænorum canonum constituta, & quæ à nobis vel à prædecessoribus nostris sunt prouidē & salubriter decreta, in temerata permaneant in futuro.

Heb. 10. g

Iacob. 5. b  
Heb. 13. g

† mea.

Ephes. 6. c

Luca. 11. c  
Mat. 12. b

DECRETUM EIVSDEM LIBERII, priuilegium non inserta, desumpta ex codice vetusto 16. librorum, lib. 13. ca. 9.

Quod in diebus ieiunij nulla iurgia esse debeant.



**I**n his ieiuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentiones esse debent, sed in dei laudibus & opere necessario persistendum. Arguit enim eos qui contentiones & lites quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita à debitoribus exigunt, dominus per prophetam dicens: Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè.

Isa. 38. a

Eiusdem capite decimo. Vt in sacris diebus ieiuniorum coniugati à coniugibus se abstineant.

Abstinentum est in his sacratissimis quadraginta diebus à coniugibus, & castè & piè viuendum, vt sanctificato corde & corpore isti dies transigantur, donec perueniatur ad diem sanctum Paschæ, quia penè nihil valet ieiunium quod coniugali opere polluitur, & quod orationes vigiliæ & eleemosynæ non commendant.

Eiusdem capite duodecimo. Si euenerit fames, inæqualitas aeris, & huiusmodi, quid agendum.

Si euenerit fames, inæqualitas aeris, pestilentia, vel talis qualiscunque tribulatio, statim ieiuniis elec-

mosynis & obsecrationibus, domini misericordiæ deprecetur.

FELIX SECUNDVS.



**F**elix hic, natione Romanus, anno domini 370. pontifex 36 uiuo adhuc Liberio creatur: qui Constantium filium Constantini hæreticum, & secundo rebaptizatum ab Eusebio episcopo Nicomediensi declarauit: & pro hac declaratione ab eodem Constantio martyrio coronatur, capite truncatus.

Extat ad hunc pontificem epistola Athanasij & vniuersorum Aegyptiorum, Thebaidorum & Libyorum episcoporum in sancta Alexandrina synodo congregatorum, quæ post amplissimam ecclesiæ Romanæ commendationem, quod cæteris omnibus præcellat, & eis laborantibus inuocata opem ferre semper soleat, ac querelam lachrymabilem de hæreticis Arrianis, quod combustis Nicænæ synodi decretis episcopos catholicos passim vim (omni canonica & apostolica autoritate postposita) sedibus suis exturbarent, & oues Christi catholicis viris commissas, lupi ipsi inuaderent, Felicem pont. Ro. rogāt vt sibi ex antiquo apostolicæ Ro. sedis more contra eiusmodi aduersarios suppetias ferat, & insolentiam Arrianorum compestat: vt scilicet aduersarij sui & ipsi ante pontificem canonicaliter conuocentur, & ibi de suis obiectionibus inuicem concertent, vt antiquis canonibus fieri debere constitutum est: quia & pastorum est, non ouium, insidias luporum præuidere: & negligere dum possis perturbare peruersos, nihil aliud est quam fouere: & episcopi præcipuè apostolicum debent mereri iudicium & leuamen, & non ab alijs deuorari. Nam vt omnes metropolitani vel reliqui episcopi sua odia aut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant, ideo nominatim in Nicænâ synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire & iudicare debeant, ne vlla fraus in iudicio episcoporum possit irruere, ac proinde pontifices Romani qui in summa spelunca gratia dei sint positi, attendere eos & opprimere debere, qui in fratres seditiones & scandala excitant, suam itaque humilitatem, & omnium orientalium orthodoxorum sacerdotum & populorum afflictiones & deprecationes cum lachrymis oblatas, Felix ne despiciat orant obnixè, quatenus funditus extincta huiusmodi caligine, Lucifer eis per ipsum resplendeant, & dogmata definitio vbique omnes lætificans & tandem ita subscribunt, Incolumente, & beneplacitum deo, sanctissime pater patrum, orante pro nobis, dominus custodiat in æuum.

Amen.

AD HANC EPISTOLAM EXTAT RESCRIPTUM FELICIS 2. PONTIFICIS ROMANI: CUIUS HÆC SUNT CAPITULA.

- 1. Vt nemo episcopum penes arbitros seculares accuset.
  - 2. Si quis aduersus episcopum causam habuerit.
  - 3. De eadem re.
  - 4. De episcopis rebus suis expoliatis, aut à sede pulsis.
  - 5. Infames & sacrilegos ad testimonium non admittendos.
- Si epi-

1. Pet. 5. b

Mat. 7. c

1. Ioan. 2. c

Psal. 139.

Psal. 115.

† nos.  
Mat. 25. b  
Luc. 19. c

† ducere.  
Mat. 10. e  
1. Cor. 2. 4. b

2. Tim. 3. e



- 6. si episcopus vocatus ad concilium ire non potuerit.
- 7. De causis qua legibus non continentur, vel qua prohibita non sciuntur.
- 8. De accusationibus episcoporum, & rerum suarum ablatarum redintegratione.
- 9. Quibus non liceat accusare, vel testificari.
- 10. De eadem re.
- 11. De personis accusatorum.
- 12. De primatibus, & metropolitanis.
- 13. De accusationibus episcoporum, & ineptitudine accusantium.
- 14. Qui non debeant admitti ad accusationem.
- 15. De eadem re.
- 16. Licere in ecclesiasticis negocia, dicta causa & finita recedere, quod in secularibus non licet.
- 17. De accusationibus episcoporum.
- 18. De non terminandis causis episcoporum absque auctoritate Romani pontificis.
- 19. Si episcopus a comprehensivibus vel a metropolitano senserit se pragruari.
- 20. De iudiciis episcoporum, & de tempore concesso ad preparandum, & comparandum.
- 21. De iudiciis & accusatoribus, quales esse debeant.

ecclesiasticis, & domini sacerdotibus, maximeque pontificibus, qui pupillæ oculorum domini nuncupantur, diuina atque catholica lex suffragari debet? Ait enim diuinum de episcopis eloquium: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Et si seculares humana multipliciter exploratur homines lege, & requisitiones atque induciæ eis multorum mensium conceduntur, nec iniuste damnentur: quanto magis episcopis, qui proximiores sunt, & super hos constituti, positique in cælesti militia (quæ impensius ponderanda est) tempora sunt concedenda multo ampliora, ne à quibusdam grauentur aut opprimantur, vel subito damnentur. Incipiamus ergo, adiuuante deo, & sancto Petro apostolo, per quem apostolatus & episcopatus in Christo cepit exordium: quoniam plures sæpe emerferunt causæ quæ in quibusdam non erant causæ, sed crimina: quia magis, ut comperimus iniquitate quam charitate fratribus sunt impositæ. Et ut de cætero sollicitudo sit ne talia eueniant, capitula quædam à sanctis patribus tam in Nicæna synodo quam & in hac sede constituta, ponamus quibus fratres & coepiscopi nostri fulti insidias inimicorum, auxiliante domino valeant euadere: & prout dominus posse dederit, paucioribus verbis tantorum malorum imitemur compendium, & strictim quæ in volumine literarum uestrarum comperimus retractemus, & alia nonnulla instanti tempori necessaria prout petitis ponamus.

Zacha. 2. c

† proneni- ant.

1 Est nanque synodice decretum institutis, ut nemo episcopum penes seculares arbitros accuset, sed apud suos primates.

2 Si quis aduersus episcopum causam habuerit, non prius alios episcopos adeat ut eum accuset, quam familiariter ei suam indicet querelam, & ab eo aut iustam emendationem, aut rationabilem percipiat excusationem: ipsa nos instruente veritate: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripue eum inter te & ipsum solum. Si te audierit lucratus es fratrem tuum. Si te non audierit, adhibe duos vel tres tecum: & si vos non audierit, dic ecclesiæ, id est accusa eum publice tunc & non prius.

3 Si quis episcopum post hæc elegerit accusare, summis primatibus episcoporum suam indicet causam, & non secularibus: qui magis ad pacem quam ad iudicium eos reuocent: ut charitas in omnibus & ab omnibus custodiatur. Si primates, accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonicè conuocant, non intra angusta tempora canonicè conuocent, & non prius quam eis per scripta significet quid eis opponitur: ut ad responsionem præparati adueniant. Nam si aut vi aut timore eicci aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicè euocari ad synodum possunt, nec respondere æmulis debent antequam canonicè restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur.

4 Si quis episcoporum fuerit suis rebus expoliatus, aut à sua ecclesia vi aut timore expulsus (quod omni Christiano nomini est inimicum) oportet & decet episcoporum propositum semper prima fronte cedere, ut omnia quæ ei ablata sunt, potestati eius legaliter reddantur, & præsul prius restituatur, & postea non statim sed diu & per spatiosa tempora suis potestatiue dispositis, & ad suam necessitatem præparatis ad tempus veniat ad causam: & si iustum visum fuerit, accusatoribus respondeat suis.

Matt 18: b  
Luca 17. a

5. q. 2. Si primates accusatorum.

temporū prepositū sep prima fronte solici esse ab sancto se prima fronte cedere & idē habetur de Iulij. ca 35

5 Nulli infami atque sacrilego de quocunque liceat negotio aduersus religiosum Christianum, quantum humilis seruilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re actione aut inscriptione Christianum impetere.

6 Si quis episcopus legitime accusatus, & supra scripto ordine ad concilium canonicè conuocatus fuerit, absque vlla trepidatione ire debebit: & si ire non potuerit, pro se legatum ad synodum mittat.

7 Nullæ causæ à iudicibus ecclesiasticis audiantur quæ legibus non continentur, vel quæ prohibite esse noscuntur.

8 Si quis aliter non acquieuerit nisi ut episcopum accuset, supra taxato hoc tenore agere debet: quia licet rata non potest accusatio existere. Tunc primo accusati causam accusator apud primates canonicè deferat. Nec à communionem prohibeatur accusatus, nisi ad electorum iudicium canonicè conuocatus, intra tres aut sex vel plures menses pro suis rationem redditurus venire distulerit. Quod si probare potuerit quod non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocebit. Illi verò qui vi aut timore à sede pulsus, aut suis rebus expoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus redintegrentur. Et tandiu in sede propria pacificè & potestatiue cuncta disponens resideat, quandiu expulsus vel expoliatus carere visus est rebus. Cum autem ad iudicium venerit, si voluerit, & necesse fuerit, induciæ ei petenti à patribus constitutæ absque impedimento concedantur, & iudices à se electi tribuantur ut in loco vnde est ille qui accusatur, aut si ibi alicuius temerariæ multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos, si necessitas exposcerit, testes habere, & absque impedimento suam canonicè sententiam finire valeat: quia multa per subreptionem euenire solent.

39. 2. T an diu in sede & in dec. 1no. lib. 4. 39. 3. Cui accusatus & in dec. 1no. lib. 4.

2no. 2. 4. a

9 Ut testificandi vel accusandi licetia denegetur, qui Christianæ religionis & nominis dignitatem, & suæ legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerit.

10 Multum derogatio præualet, quando derogato creditur. Ideo variis detractionibus atque accusationibus non decet labefactari primatem, sed magis patrum regulis roborari. Nec facile aut indifferenter suscipere accusationes præsumat, dicente domino, Non suscipias vocem mendacij sed prius probare debet suspicionem & causam, aut quo animo hoc faciat, & postmodum suscipere: quia veritatis professionem, propinquitatis, inimicitiam, timoris, amoris, odij & cupiditatis intentio impedire, & aduersa fratribus irrogare solet.

Hic nota quæ de decretis in Nicæna synodo delata.

11 Personæ accusantium tales esse debent, quarum fides & conuersatio & vita probabilis & absque reprehensione sit, & quæ omni careat suspitione: quia & hoc te præsentem, ut bene nosti, in Nicæna synodo propter malorum hominum infestationem ab omnibus diffinitum est: licet prauorum hominum insidias sint hæc & alia quam plura delata.

12 Primates illi, & non alij sint, quàm qui in prædicta Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui verò qui metropoles tenent sedes, archiepiscopi vocentur, & non primates, salua in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso domino est concessa, & postea à sanctis patribus roborata.

13 Primo semper id omni episcoporum accusatione, vita, persona & conuersatio accusantium enuclea-

tim inquiratur & postmodum ea quæ obiiciuntur, fideliter pertractentur: quoniam nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius fides personæ vita & actus discutiantur: quia non decet prauorum aut insidiantium hominum perniciem vitam lacerari innocentium. Sanè sapissime boni à malis persequuntur, qui non cessant calamitatibus aliis derogare. Ideo summopere prouidendum est ne hæc fiant.

† disper- guntur. † calumnia alios demigrare. 39. 5. Nullus seruus nullus.

14 Nullus seruus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator nullus qui inimicitias studet, nullus qui frequenter litigat, & ad accusandum vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt, permittantur episcopos accusare: quoniam accusatores, & accusationes quas leges seculi non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debeat ordo, inuenire nequeo: cum hæc & in Nicæna synodo prohibita sint: & illi magis ab istis, non isti ab illis iudicari debeant: & apostolus dicat: Spiritualis iudicat omnia, ipse verò à nemine iudicetur.

1. Cor. 2. d

15 Hæretici à quibus nimium opprimimur, excommunicatique, homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad fortilegos magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi.

16 Nec ita in ecclesiasticis agendum est negociis sicut in secularibus. Nam in secularibus, postquam legibus vocatus venerit, & in foro decertare cœperit aliquis, non licet ante peractam causam recedere: in ecclesiasticis vero, dicta causa recedere licet, si necesse fuerit, aut si se pragruari viderit.

17 Quotiens episcopus super certis accusatur criminibus: si tales fuerint accusatores qui iuste & canonicè recipi debeat, legitima in synodo suo tempore congregata ab omnibus canonicè audiatur qui sunt in prouincia episcopis. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur episcopus: quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent, non ad litigandum. Nec illi qui throni dei vocantur, prauorum hominum insidiis turbari debent, sed libere Christo domino famulari.

18 Quanquam comprouincialibus episcopis vnà cum eorum metropolitano suæ prouinciæ causas episcoporum liceat charitatiue & concorditer agitare, non tamen (sicut in prædicta te præsentem constitutum est synodo) licet definire absque Romani pontificis auctoritate. Quod si secus à quibusdam præsumptum fuerit: ipsi qui hoc egerint, suæ præsumptionis suscipiant damnum: & illi qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint, auctoritate huius sanctæ sedis, & beati præceptoris nostri clauigeri Petri potestate soluantur atque restituantur. Ipse enim ait dominus: Quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis.

Matt. 16. c

19 Quotiens episcopi se à suis comprouincialibus vel à metropolitano putauerint pragruari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent: ad quam eos absque vlla detentione, aut suarum rerum oblatione liberè ire liceat. Et dum prædictam Romanam matrem appellauerint ecclesiam, aut ab ea se auditi exposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani pontificis auctoritate finiatur.

Quod



**R**euertendissimis atque dilectissimis fratribus Athanasio, & vniuersis Aegyptiorum Thebaidorum Libyorum episcopis in sancta Alexandrina synodo congregatis, Felix almæ Romanæ vrbis, & vniuersalis ecclesiæ episcopus, & sancta synodus quæ in vrbem Romam conuenit, in domino salutem. Sacram uestram synodicam epistolam, per gratiam sancti spiritus, & deo placitum studium conscripam, uestræ à deo honorandæ sanctitatis gratia libenter suscepimus, atque instanter nostra in synodo recitari per singula iussimus, & omnes intentè eius colligere verba præcepimus: super quibus dum lætari sperabamus, & cupiebamus, versa est in luctum cithara nostra, & cætatio in ploratio nem: & omne totius synodi gaudium in mœrorem translatum est: quia non decuerat ut hi qui corpus Christi quotidie proprio conficiunt ore, tantam paterentur persecutionem: quoniam dominus deus noster salutem prouidens generis humani, mandauit persecutiones non fieri, neque fluctuationes inferri, nec inuideri laborantibus in agro dominico, neque dispensatores magni regis vexari aut expelli. Quiescite, inquit sanctam agna Nicæna synodus, & nolite persequi eos qui deo perfectè ministrant, & sincera voluntate dei superni mandata custodiunt, & nostris legis subiugatur: quia nec decet nec ordo paritur ut iniqui & carnales, spirituales persequantur. Omnis enim qui resistit alicui nunc vertendo nunc celando veritatem, mentitur aduersus eum contra quem litigat. Et qui infestus est alicui, omnia sicut hostis agit, & insuper loqui contendit. Vos enim monemus, fratres, in speculis esse debere, ut inquit potestis, & dominus auxiliū dederit, talibus nostra apostolica uestraque auctoritate resistatis, nec quicquam uestrum à fratris auxilio se subtrahat, sed per viribus præstat adminiculum: quoniam licet paucifitis, si vnanimi es fueritis, nullatenus, iustitia suffragante, domino quoque opem ferente, superabimini quia funiculus triplex difficilè rumpitur. Nam si officiis secularibus humana lex subuenit, quanto magis

Iob. 30. d

6. q. 1. quæ sit iquir.

Eccle. 4.

5 Nulli

Quod si aliter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam presumimus, sed & ipsum in Nicæna synodo constitutum, & antecessores nostros esse, bene Athanasii nostri: quoniam quando tu & Paulus Constantinopolitanus, Afclepius Gazæ, & Lucianus Adrianopolitæ ab Orientalibus episcopis, inconsulto sanctæ memoræ Julio prædecesore nostro damnati estis, & ad eum quasi ad totius orbis caput (ut semper huic sedi sanctæ licitum fuit) confugistis cognita eorum nequitia, & vestra iustitia, vos in communionem susceperit, & omnium vestrum curam gerens, propter sedis propriæ dignitatem, suas singulis reddens ecclesias, Orientalibus scripsit, culpans eos, quod non rectè tractassent viros inculpabiles, de suis ecclesiis expellentes, & constituta Nicæni concilij minimè conseruantes. E quibus ad certum diem nonnullos sibi met adesse præcepit ut de talibus præsumptionibus certam redderent rationem & coram eis ostenderet iustum se super eis protulisse decretum.

Interminatus est etiam, non talia deinceps fratres esse passuros: & nisi ab huiusmodi præsumptionibus cessarent, à propriis esse gradibus eos recessuros. Tali enim huius sanctæ sedis privilegio tu & fratres tui proprias recepistis ecclesias cum omnibus sibi pertinentibus. His enim & aliis quam plurimis documentis manifestum est nullum damnari, aut suis expoliari rebus debere episcopum qui hanc sanctam sedem interpellauerit, aut sibi defensoricè asseruerit, donec iudicium de eo nostræ apostolicæ autoritatis, hoc est principis apostolorum Petri agnoscat: quia solummodo Christus Iesus huic sanctæ sedi, id est apostolicæ, hoc facere commisit utpote quoniam solus atque præ omnibus præfatus princeps apostolorum creditus est, atque percipere meruit à rege regum Christo deo clausus regni cælorum.

Matth. 16. c

3. q. 3. De induciis ve  
ro & in  
decre. 1. no.  
lib. 4.

† recipi.

Supra in  
principio  
huius decr.  
ubi allega-  
tur Nicæ-  
num con-  
cilium.  
3. q. 3. De  
iudiciis ve  
ro & in  
decre. 1. no.  
lib. 4.

20 De induciis verò episcoporum, super quibus consuluitis, diuersas à patribus regulas inuenimus institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & consilia episcoporum atque amicorum querenda, annum & sex mandauerunt menses concedi, quidam autem annum: in quo plurimi concordant. Minus verò quam sex menses non tibi reperi, quia & laicis hæc indulta sunt, quanto magis domini sacerdotibus? Nam & nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis patribus multotiens inhibatum est, ne quis domini sacerdotibus detractiones irroget: quanto magis accusationes non ex radice charitatis prolatas? Quiescite, inquit, & nolite persequi eos qui perfectè deo ministrant, quorum orationibus & terrena bella sedantur, & recedentium à deo angelorum pelluntur incursum: quique omnes demones qui corrupti sunt, precum asiduitate confundunt. Induciæ nanquæ non sub angusto tempore, sed sub longo spacio concedendæ sunt ut acculati se præparare, atque contra insidiosos se pleniter armare valeant.

21 Iudices enim & accusatores tales esse debent, qui omni careant suspitione, & ex radice charitatis suam desiderant promere sententiam. His ergo tam legaliter quam & canonicè prolatis, etiam omnium Christianorum reuerentiam congruere deposcimus, spirituali intercedente dilectione, & timore do minico, per quem humana remouetur offensio, &

ecclesiæ ædificatio præpronitur Vniuersis: ut magis vniuersi ad ædificationem fratrum laborent, quam ad damnationem: quoniam ait dominus: In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli si dilectionem habueritis adinuicem. Iam enim formam dedimus, & à prædecessoribus nostris datam esse cognouimus, ut si quis se agnouerit Christianum, illud seruet, quod ab apostolis noscitur esse contraditum, dicente apostolo Paulo: Si quis vobis annunciauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Christus enim dei filius, dominus noster humano generi propria passione salutem plenissimam condonauit, ut nos liberaret. Et si deus in tantum nos dilexit, ut etiam proprio filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus illum traderet, ut nos liberaret: ut quid nos non diligimus fratres, aut eos temere iudicamus, cum prædictus dicat apostolus: Nolite iudicare inuicem, sed hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum? Nā si illi qui fratres diligunt, ex deo nati sunt, & vident deum: quid ergo erunt illi qui eos persequuntur, & eos, detrahendo, machinando, accusando, infestando, damnare moluntur? Si illi filij dei, proculdubio hi filij sunt diaboli, qui semper sicut leo rugiens circuit querens quem deuoret, ita fratres insequuntur ut perdant. Qui verò adiuuare fratres refugiunt, maius peccatorum onus acquirunt, & fraternitatis solatio rei existunt, & infra paulo post Igitur erubescant, talia, & ab huiusmodi blasphemia se subtrahere festinent, si noluerint à sacerdotali nostro collegio segregari, & à totius Christiani populi societate diuelli. Deus omnipotens, & eius vnigenitus filius saluator noster Iesus Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus & coepiscopis nostris quibuscunque tribulationibus laborantibus, totis succurratis viribus, & cum eis compatiens crucem eiusdem domini saluatoris portetis, ut veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis: ut & vos, & qui vobiscum sunt, hic & in futuro possideatis meliora, quæ oculus non vidit, nec auris au diuit & cætera: per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & cum quo omnipotenti deo patri gloria in secula seculorum. Amen. Valere vos opto fratres charissimi.

1. Joan. 13. d

Gal. 1. b

Rom. 8. f

Rom. 14. c

1. Pet. 5. c

Extat & tertia huius pontificis epistola ad quos supra, quæ cum nihil decretale habeat, sed duntaxat cohortationem ad sufferentiam æquanimitatem perfectionum & tribulationum quæ ab inimicis inferuntur, & ut inuicem mutuo sibi amore fraterno succurrant, deoque vindictam relinquunt, & eiusmodi quædam satis prolata, non est visum nobis eam hic adscribere, ne volumen in immensum turgescat.

D A M A S I V S.



Inno domini † 368. Damasus natio † 371. ne Hispanus pontifex 37. cathedram Romanæ ecclesiæ ascendit, seditque annos 18. menses 3. dies 11. Non caruit tamen principio tanti magistratus competitore. Nam † Vrsicinus qui-

dam eiusdem ecclesiæ diaconus collecta turbulento rum & seditiosorum hominum manu episcopatum cum ambiebat, ex quo tanta bella coorta sunt, ut multi mortales ex vtraque parte ceciderint, & repleta sint humano sanguine orationum loca sed tandem

electo

electo Vrsicino confirmatus est in sede B. Petri Damasus, qui præter alia constituta decreuit ut psalmi diu noctuque alternis vicibus per omnes ecclesias canerentur, & in fine eorum versiculus ille solennis Gloria patri & c. succineretur: & ut in principio Missæ generalis confessio à sacerdotibus ad altare fieret. Idem vitas pontificum qui ante se fuerunt descripsit, & diui Hieronymi scriptis auctoritatem dedit, cum prius 60. interpretum scripta tantummodo in precio essent. Nam & Biblia Hieronymi legi cœpere, & psalmi, ab eodem ex hebræo traducti. Extat eius epistola vna ad Paulinum Antiochenum episcopum, cuius hæc sunt capita.

1 Quod integrum hominẽ suscepit Christus sine peccato.

2 Quod vnus sit Christus, ante secula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.



Ilectissimo fratri Paulino Damasus Per filium meum Vitalem ad te scripra direxeram, tuæ voluntati & tuo iudicio omnia derelinquens: & per Petrum presbyterum indicaueram me in articulo professionis eius aliqua ex parte commotum. Vnde ut & nullus tibi scrupulus resideret, & ne volentes forsitan ecclesiæ copulari tua cautio præblanda differret fidem nostram, misimus non tam tibi, qui eius fidei communioni; sociaris, quam his qui in ea subscribentes, tibi & nobis per te voluerint sociari, dilectissime frater. Quapropter si supradictus filius meus Vitalis, & hi qui cum eo sunt, tibi voluerint aggregari, primum debet in ea expeditione fidei subscribere, quæ apud Nicæam pia patrum voluntate firmata est.

† al. per-  
banda.  
d. proban-  
ta.

Ca. 1 Deinde quoniam nemo potest futuris vultibus adhibere medicinam, ea hæresis eradicanda est, quæ postea in Oriente dicitur pullulasse, id est Confitendus est ipse sapientiæ sermo filius dei humanum suscepisse corpus, animam, sensum, id est integrum Adam, & (ut expressius dicam) totum veterem nostrum sine peccato hominem. Sicut enim cõfitebatur eum humanum corpus suscepisse, non statim ei & humanas vitiorum adiungimus passionem, ira & dicentes eum suscepisse & hominis animam & sensum, non statim dicimus eum & cogitationum humanarum subiucisse peccato.

C. 2 Si quis autem dixerit, verbum pro humano sensu in domini carne versatum, hunc catholica ecclesia anathematizat, nec non & eos qui duos in saluatore filios confitentur, id est vnum ante incarnationem, & alium post assumptionem carnis ex virgine, sed eundem dei filium & ante & postea confiteantur, quicumque huic epistolæ subscribere voluerint, ita tamen, vsi & in ecclesiasticis canonibus (quos optimè nosti) & in Nicænâ fidem antè subscripserit, hunc debeas absque aliqua ambiguitate suscipere. Non quod hæc ipsa quæ nos scripsimus, non poterimus conuertetium tibi susceptioni proponere, sed quod tibi consensus noster liberum in suscipiendo tribuat exemplum.

† in suscep-  
tione al.  
susceptio-  
ne.

Extat eiusdem Damasii professio quædam fidei Catholica ad eundem Paulinum, sub hac forma.



Nathematizamus omnes qui non tota libertate proclamant Spiritum sanctum cum patre & filio vnus potestatis esse atque substantiæ

Anathematizamus quoque eos qui Sabelli sequuntur errorem, eundem dicentes patrem esse, quem & filium.

Anathematizamus Arrium atque Eunomium, qui pari impietate, licet sermone dissimili, filium & spiritum sanctum asserunt esse creaturas.

Anathematizamus Macedonianos, qui de Arrij stirpe venientes, non perfidiam mutauerunt, sed nomen.

Anathematizamus Photinum, qui Ebionis heresim instaurat, qui dominum Iesum Christum tantum ex Maria virgine confitetur.

Anathematizamus eos qui duos filios asserunt, vnum ante secula, & alterum post assumptionem carnis ex virgine.

Anathematizamus eos qui pro hominis anima rationali & intelligibili dicunt dei verbum in humana carne versatum, cum ipse filius sit verbum dei, & non pro anima rationali & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est rationalem & intelligibilem sine peccato animam suscepit atque saluauerit.

Anathematizamus eos qui verbum dei extensione aut collectione & à patre separatum, in substanti- uum & finem habiturum esse contendunt.

Extat & alia eiusdem epistola ad Stephanum archiepiscopum, & ad tria concilia Aphricæ, & quod episcoporum iudicia & maiores causæ non nisi auctoritate sedis apostolicæ sunt terminandæ.

Est insuper eiusdem Damasii epistola ad Prosperum quendam Numidiæ primæ sedis episcopum & cæteros omnes vbique in recta sancta & apostolica fide consistentes & orthodoxos episcopos, qua inter rogatus de Chorepiscopis an aliquid essent in ecclesia, vel nihil, & quam haberent in ecclesia auctoritatem, respondit eos nihil esse in ecclesia, nec aliquam habere auctoritatem, sed eorum institutionem improbam, & nimis prauam, atque sacris canonibus contrariam, atque ad totius ecclesiæ perturbationem. Ideo definiti vanum esse & inane, quicquid in prædicto sacerdotij summi egerunt ministerio, hisceque de causis prohibitos esse & à sacra sede, & à totius orbis episcopis.

In concilio  
Neocaesari-  
ensi ca. 13.  
& in con-  
cilio An-  
tiocheno  
ca 10.

Fuerunt in ecclesia primitiua quidam vocati chorepiscopi, visi tunc necessarij propter studium quod pauperibus impendebant: qui cum ex consecratione sua nihil essent quam presbyteri, tentarunt exercere ministeria episcopalia, consecrare subdiaconos & diaconos & virgines, erigere altaria, vngere & sacrare, & ecclesias dedicare: quæ sunt propria ministeria episcoporum. Hos damnauit ecclesia, & reiecit ab eo gradu, ad quem ambitione sua ascenderat: tantum hoc concessit eis, vt inter sacerdotes locum haberent, & ministerio presbyterorum essent contenti: quoniam ecclesia non nouit inter discipulos domini nisi duos ordines, scilicet duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorum vnde iste tertius processerit, funditus ignoramus.

De his d.  
78. Chore-  
piscopi tã  
ab hac.

In eadem epistola, contra episcopos qui propter suam quietem chorepiscopis plebes suas committere non formidabant, inuehitur, quos hunc in modum damnat, Primum, quod curâ sibi à deo commissam negligant,

1047.10.

negligant, cum dominus dicat: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis: mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, &c. Secundò, illi episcopi qui talia sibi prelumunt, videntur (ait) mihi esse meretricibus similes, quæ statim ut pariunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, ut suam citius libidinem explere valeant. Sic & isti, infantes suos, id est populos sibi commissos, aliis educandos tradunt, ut suas libidines explant, id est pro suo libitu secularibus curis inhient, & quod cuique visum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oves pereunt, morbi crescunt, hæreses & schismata procedunt, ecclesiæ destruantur sacerdotes vitiantur & reliqua mala proueniunt.

Lucæ. 15.

Non taliter dominus docuit, nec apostoli instituerunt: sed ipsi qui curam suscipiunt, ipsi peragant, & ipsi proprios manipulos domino repræsentent. Nã ipse ouem perditam diligenter quæsiuit, ipse inuenit ipse propriis humeris reportauit: nosque id ipsum facere perdoct. Si ipse pro ouibus tantam curam habuit, quid nos miseri dicturi sumus, qui ouibus nobis curam impendere negligimus, & aliis eas educandas tradimus? Corrigantur hæc fratres necesse est: quia qui plus laborat, maiorem mercedem accipit. Tertio audiant quid beatus Iacob, qui pro vxoribus diu seruierat, dixerit socero suo: Viginti annis fui tecum oues tuæ & capræ steriles non fuerunt arietes gregis tui non comedi: nec captum à bestia ostendi tibi ego damnum omne reddebam: & quicquid furto perierat, à me exigebas die noctuque estu vrgebat, & gelu fugiebat somnus ab oculis meis. Si ergo sic laborat & vigilat, qui pascit oues Labam, quanto labori quantique vigiliis debet intendere, qui pascit oues dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis ouibus dedit animam suam &c.

Genes. 31.

Idem Damafus in alia epistola notat quod ex Italia & Gallia congregati Romæ nonaginta episcopi, professi sunt eandem fidem quam tradiderant patres in concilio Nicæno, & damnarunt quod in concilio quodam Ariminensi tradiderant episcopi quidam hæretici ibi congregati.

Præterea alia eiusdem epistola est ad episcopos Italiae,

De accusationibus vel testimoniis, & de personis accusatis. hoc tenore.



Niuerſis cõstitutis, Damafus episcopus in domino salutem. Optauerã, dilectissimè, pro nostri charitate collegij, omnes domini sacerdotes sicut in primitiua fuit ecclesia, vnũ esse cor, & animam vnã, atque in vna deuotione persistere, nec quenquam sacerdotum gratia aut formidine secularium deprauari, aut à via veritatis quoquo modo abscedere. Sed quia multa quæ corrigi possunt proueniunt, & t̄ superat culpas delinquentium, misericordia dei, ideo suspenditur vltio, ut possit locum habere correctio. Relatum est enim ad sedem apostolicam, vos accusationes fratrum per scripta suscipere absq; legitimo accusatore, quod deinceps in omni orbe terrarum fieri, apostolica auctoritate prohibemus: & quod nuper factum est, absque vlla retardatione corrigi rogamus: nec vnquam prius per scripta eorum qui accusantur, causam t̄ discutere quam per querelantium t̄ institutiones vocari ad synodum veniant, & præsens per præsentem a-

textuperat

5. q. 2. Relatum est ad sedem.

11. q. 3. eorum qui accusantur t̄ discutuntur t̄ instituitur

gnoscat veraciter & intelligat quæ ei obiciuntur. *tionem.*  
 Quod bene & per sapientiam Salomonis dicitur: Antequam scruteris, ne reprehendas. Intellige prius, & tunc increpa. Antequam audieris, ne respondeas. Et licet apertissima sit contrariorum reprehensio, veruntamen oportet his qui dati sunt ad eorum examinationem, ordinem seruari ab his qui secundum deum percutari deputati sunt: quatenus ita cum operatione cooperante inueniamus & confessorem deum, qui dicit: Vbi duo sunt vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nam & dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat: sed quoniam non est presentia litera accusatus, ideo non est eiectus. Nec vos vllò modo agere oportet, quod ille noluit facere. Leges enim seculi accusatores presentes exigunt, & non per scripta absentes. Vnde canonica patrum constituta non semel sed sepiissime clamant nec accusationes nec testimonia vllum per scripta posse proferre, Nec de aliis negociis quicunque testimonium dicant, nisi de iis quæ sub presentia eorum acta esse noscuntur. Similiter & qui alium accusare elegerit, presens per se & non per alium accuset, inscriptione videlicet præmissa. Neque vllus vnquam iudicetur antequam legitimos accusatores presentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum quoque est, ne ira quenquam subripiat, faciatque citius omne quod non licet. Omnipotens deus hæc vos & cuncta diuina mandata & apostolica præcepta custodientes, in cunctis actibus vestris cælestis brachij extensione protegat, atque ad cælestis remunerationem patriæ cum multiplici animarum fructu perducat.

Mat. 18. c

5. q. 2. Relatum est ad sedem.

3. q. 9. Qui accusare alium.

Ad hæc Ex libro membranaceo manuscripto, desumpta que in impressis codicibus non habentur, Capitula Stephani archiepiscopi, & trium conciliorum Mauritanie ad Damafum papam.

De causis episcoporum.



Omino beatissimo, & apostolico culmine sublimato, sancto patri patrum Damaso papæ, & summo omnium præfulum pontifici, Stephanus archiepiscopus concilij Mauritanie, & vniuersi episcopi de tribus conciliis Africane prouinciæ.

Notum fecimus vestræ beatitudini, quod quidam fratres nobis in confinio positi, quosdam fratres nostros, venerabiles videlicet episcopos, nobis inconsultis à proprio deicere moliantur gradu, cum vestræ sedis episcoporum iudicia, & summorum fidè ecclesiasticorum negociorum, in honore beati Petri Patrum decreta omnium constet referuasse finè, inquirendi vera gratia de dei rebus, quas omni cura & solitudine obseruare debemus. Maximè verò istæ debent ab ipso præfulum examinari vertice apostolico, cuius verusta sollicitudo est tam mala damna re, quam releuare laudanda. Antiquis enim regulis censitum est, ut quicquid horum quanuis in remotis vel in longinquo positus ageretur prouinciis, nõ prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, ut eius auctoritate iuxta quod fuisset pronunciatum, firmaretur. Et reliqua multotiens talia & his similia, quæ super his constituta sunt. Quibus, si illicitè factum est, ut semper ve-

per vestræ sedis consuetudo fuit, festinanter occurrere, & pro his viriliter, ut pater pro filiis, certantes stare, sicut bene ad Iesum filium Sirach dictum est, Vsq; ad mortem certa pro veritate, & semper dominus deus tuus pugnet pro te. Accipere enim personam impij non est bonum, ut declines à veritate iudicij. Si minus illicita sunt hæc, pateat nobis omnibus talis licentia beatissime pater. Aut si liceat hos vel aliquos etiam minorum graduum clericos, nisi legitimo canonicoque tempore vocatos, aut sine legitimis accusatoribus aut absque veris & innocentibus testibus, vel non manifestè conuictos, aut sponte confessos, vel à suis sedibus eiectos, aut suis rebus expoliatos, vocare ad synodum, vel damnare, quia legitimus eos non posse canonicè ad synodum ante sua diu tenenda & gubernanda, iuribus scilicet pleniter præsumptis, suisque omnibus sibi legaliter restitutis integerrimè, vocari: aut ut veniant ad synodum, nisi sponte voluerint: imperari. Deus igitur creator omnium conseruet longæuum apostolatam vestrum ad stabilitatem ecclesiarum sanctarum, & orthodoxæ fidei, vosque pastore bonum, qui pro spiritualibus ouibus vestram ponitis animam, atque baculo pastoralis lupos rapaces expellitis, omnibusque oppressis auxilium fertis. Quod & istis atque omnibus vos semper facere optamus sanctissime papa. Subscriptio, & alia manu, Ora pro nobis beatissime pater.

Capitula Damasi papæ ad eundem Stephanum.

- 1 De primatu apostolicæ sedis.
- 2 De causis episcoporum, & de synodo congreganda.
- 3 De accusatoribus & testibus.
- 4 Quod qui vocatus non est, respondere non debeat, nisi sponte velit.
- 5 De episcopis eiectis, aut rebus expoliatis.
- 6 De accusatoribus & accusationibus.
- 7 De causa personæ accusatæ: & ut alij accusatores, alij iudices, alij sint testes & de inscriptione.
- 8 De induciis.
- 9 Ut nullus iudicetur aut damnetur priusquam accusatores presentes habeat, induciisq; accipiat: nec extra prouinciam fiat prima discussio.



Damasus seruus seruorum dei, atque per gratiam eius episcopus sanctæ catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ vrbis Romæ, Stephano archiepiscopo concilij Mauritanie, & vniuersis episcopis Africane prouinciæ.

Lectis fraternitatis vestræ literis, primò gratias ago, quod tantorum fratrum merui benedictione frui: deinde quod circa fratres sollicitos vos reperi, & cum eis crucem domini, deferre, qui ait: Qui vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me. Igitur quia in presenti importunè gestorum consultatione, apostolicis vera beatitudo visceribus commota, nos hortata est tuitionem fratribus apostolica impendere auctoritate, & eorum iniuriis subuenire dum constet vos eadem cum apostolo compassibiliter dicere, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vrer? satagamus ne aliquis de iis qui nobis traditi sunt, à suis bestiis laceretur aut capiatur. Pro qua re oportet iuxta vestrâ prudentem commotionem, magis autem secundum diuinam præceptionem, nos qui supra domum

Mat. 16. d

eius, hoc est vniuersalem ecclesiam, episcopale suscepimus ministerium, sollicitè inuigilare ne de sacris eius muneribus, id est apostolici iuris, apostolorumque successoribus atque ministris quisquam nobis dormitibus valeat supprimi, atque iniuste nobisque inconsultis damnari.

1 Scitis fratres charissimi firmamentum à deo fixum & immobile, atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum, id est omnium episcoporum, apostolicam sedem esse constitutam, & verticem ecclesiarum. Tu es enim (sicut diuinum pronunciat veraciter verbum) Petrus: & super firmamentum tuum, ecclesiæ columna, quæ episcopi intelliguntur, confirmata sunt. Tibi etiam clauis cælorum regni commissa atque ligare & soluere potestatem quæ in cælis sunt & quæ in terris, promulgauit. Tu prophatarum hominum & membrorum meorum, maximeque discipulorum meorum existis princeps, & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei: Cuius vice hodie gratia dei pro Christo legatione fungimur: & omnes huius sanctæ sedis præfules eius vicem gesserunt, gerunt, & gerent. Ideo quæ innotuistis, non licere mandarè, nisi vos tã pleniter instructos esse scire, quod cuncta super quibus consulitis, illicita esse non dubitetis.

2 Discutere verò episcopos, & summas ecclesiasticorum causas negociorum metropolitanos vnã cum omnibus suis comprouincialibus, ita ut nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negociis licet: sed definire eorum atque ecclesiarum, summas querelas causasve, vel damnare episcopos absque huius sanctæ sedis auctoritate minime licet, quod omnes eam appellare, si necesse fuerit, & eius fulcra auxilio oportet. Nam, ut nostis, synodum sine eius auctoritate fieri non est catholicum. Nec episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore apostolica uocatione congregata damnari potest. Neque vlla vnquam concilia rata leguntur, quæ non sunt fulcita apostolica auctoritate.

3 Accusatores autem episcoporum & testes super quibus rogastis, absque vlla infamia & suspitione vel manifesta macula, & verè fidei pleniter instructi esse debent, & tales quales ad sacerdotium eligi diuina iubet auctoritas: quoniam sacerdotes, ut antiqua tradit auctoritas, criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent nec possunt prouehi honorem.

4 Vocatio enim ad synodum, iuxta decreta patrum canonica eius qui impetitur, rationabilibus scriptis per spatium fieri debet congruum atque canonicum quia nisi canonicè vocatus fuerit, suo tempore, & canonice ordinatione: licet venerit ad conuentum quacunque necessitate, nisi spontè voluerit, nullatenus suis respõdebit in iudicatoribus: quoniam nec seculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis diuinæ?

5 De eiectis verò, atque suis rebus expoliatis, nihil vobis significare verius queo, quam sancti diffinierunt, & nostri prædecessores apostolica auctoritate roborauerunt. Ita enim hæc se habent. Episcopos eiectos, aut suis rebus expoliatos, ecclesias proprias recipere, & sua primò eis omnia legaliter reddi sancti canones decreuerunt. Et postea si quis eos accusare vellent, æquo periculo fieri sanciuerunt, iudices esse decernentes episcopos rectè sapientes & iuste volentes, ad tẽpus diuq; illis resumptis iuribus, & suis potestatiuè fruuentibus rebus, amicisque dei seruis sapientibus viris consulentibus in ecclesia conuenientes



nientes vbi testes essent singulorum qui oppressi videbantur. Et reliqua ad hunc modum pertinentia, quæ prolixitatem vitantes hic non inserimus, qui hæc sufficere credimus. Si quis autem his non est contentus, legat ea, & satiabitur. Scimus enim inermes homines non posse cum armatis rite pugnare. Sic nec illi qui eiectioni, vel suis bonis sunt expoliati, cum illis qui in suo stant statu, & suis fruuntur amicis atque bonis litigare rite possunt. Nec seculi quoque leges hoc secularibus fieri permittunt. Docent enim ex parte (sicut rectè nostis) terrena quæ sunt cælestia.

6 Accusatores verò, & accusationes quas seculi leges non asciscunt, nullatenus sunt in horum admittenda causa: quia omne quod reprehensibile est, catholica defendit ecclesia: & hoc à maioribus definitum esse propter pravorum hominum insidias, non dubitatur. Decet enim domini sacerdotes fratrum causas pie tractare, & venerabiliter intendere, atque eorum iudicia super sacrificia ordinare, nec proterve aut tyrannica dominatione (ut de quibus refertis) sed charitativè pro deo & superno amore cuncta peragere. Et quod sibi quis fieri iuxta dominicam vocem non vult, alij inferre non præsumat. Et in qua mensura mensi fuerit, remeietur vobis. Ea verò quæ apostolorum prædicatione, & patrum instructione percepimus, semper tenere debemus, ne aliqua nova cudere, aut ad noxam superintendere videamur, sed alterutrum onera portemus, ut iuxta apostolum legem domini adimplere valeamus.

Galat. 6.4

7 Tempus enim congruum prævideri oportet quædo uniuscuiusque accusatæ personæ causa rectissime in medium producat: quatenus contra gravitatem eius & consonantiam, vel contra patrum decreta vel synodi professionem prodi minimè cognoscatur: quam ordinabiliter omnes intendunt, ut ad eam in omnibus rationabiliter respondeant, & iuxta se velles manifestè ostendant. Nullus autem introducat personaliter, sed accusatores & accusati æqua audiantur ratione, iuxta quod gestorum ordo exigit. Accusatores verò & iudices non iidem sint, sed per se accusatores, per se iudices, per se testes, & per se accusati, unusquisque in suo ordinabiliter. Nam inscriptio semper primo fiat, ut talionem calumniator accipiat: quia ante inscriptionem nemo debet iudicari vel damnari, cum & seculi leges hæc eadem retineant. De quibus omnibus vera semper fiat æquitas: quatenus accusationis & iudicij ac testimonij mercedem per veritatem gestorum consequi valeant.

8 Induciæ autem accusatis in criminalibus episcopis sex mensium, vel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt: quoniam & laicis hoc permissum nullus secularibus imbutis disciplinis ignorat: quanto magis sacerdotibus, qui superiores esse eis non dubitantur.

9 Habetur quoque in decretis patrum sancitum, non fore canonicum, quenquam sacerdotum iudicari vel damnari antequam accusatores canonicè examinatos præsentés habeat, locumque defendendi accipiat, id est inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina. Nec extra propriam fiat provinciam prima discussionis accusatio sine apostolica præceptione, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri: quoniam & antiqua docet hoc patrum regula: in quo & imperialia pariter statuta concinunt.

Decreta Damasi papæ ex Decreto Gratiani

¶ Iuonis, quinque numero, prioribus non inserta.

Primum.

Si accusator in accusatione defecerit, talionem recipiat.

Calumniator si in accusatione defecerit, talionem recipiat. 2. q. 3. Calumniator si in accu.

Secundum.

De his qui clericum falso nomine impetunt.

Si quis episcopum aut presbyterum aut diaconum falsis criminibus impetierit vel accusaverit, & si quis eprobare non potuerit, nec in fine dādā ei communionem censemus. Ibidem. Si quis episcopum.

Tertium.

Ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detineantur.

Hanc consuetudinem, quæ contra sanctam ecclesiam catholicam augeri videtur, omnino interdiciamus, ut nullo modo, vllō vnquam tempore oblationes quæ intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur, sed tantummodo sacerdotibus, qui quotidie domino servire videntur, illis solis liceat comedere & bibere: quia in veteri testamento prohibuit dominus panes sanctos comedere filiis Israel nisi tantummodo Aaron & filiis eius: qui longe erant ab istis panibus qui nunc in sancta ecclesia offeruntur: qui illi sub ymbra legis erant: qui verò modo sub gratia sunt spiritus sancti, toti mundo euangelio corrufcante, lucidiores esse videntur. Qua fronte aut qua conscientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro aliis, deo preces offerre? Quia prauum est, & contra dominicum præceptum, & detrimentum animæ suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur: quia omnibus sanctis patribus, nostrisque prioribus placuit hæc sanctionem fieri, & nos similiter in eisdem persistere volumus, ut nullus audeat irritum facere hoc quod constitutum est, si in perpetua damnatione noluerit persistere. Si quis verò contra hanc regulam nostram, & contra sanctorum cccxviiij. patrum qui in Nicæno concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit, & ulterius oblationes de sacris ecclesiis auferre molitus fuerit, sub anathematis vinculo sit colligatus, & condemnatus. Responderunt omnes, Fiat, fiat.

Quartum.

In spiritum sanctum blasphemant, qui sacros canones violant.

Violatores canonum voluntariè, graviter à sanctis patribus iudicantur, & à sancto spiritu, instinctu cuius ac dono dictati sunt damnantur: quoniam blasphemare in spiritum, sanctum non incongruè videntur, qui contra eosdem sacros canones, non necessitate compulsi, sed libenter (ut præmissum est) aliquid aut proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus spontè consentiunt. Talis enim præsumptio manifestè vnum genus est blasphemantium in spiritum sanctum: quia (ut iam prælibatum est) contra eum agit, cuius nutu & gratia sancti canones editi sunt. 25. q. 1. Violatores.

Ex decreto

Ex decreto Iuonis Carnoten. lib. primo. Quintum.

permittantur ad ordinem clericatus admitti. Vel sic: Ut si per ignorantiam, vel penitens, vel digamus, vel vidua maritus clerici facti fuerint, non promoveantur. 15.



Yricius Himerio Tarraconensi episcopo salutem. Directa ad decessorem nostrum sanctæ recordationis Damasum, fraternitatis tuæ relatione in sede ipsius constitutum, quia sic dominus ordinavit, inuenit quæcum in conuentu fratrum sollicitius legeremus, tanta inuenimus quæ reprehensione sunt digna, quanta optaremus laudanda cognoscere. Et quia necesse nos erat in eius labores curasque succedere, cui per dei gratiam successimus in honore, factis (ut oportebat) primitus meæ profectionis iudicio, ad singula pro responsu aspirare dignatus est) consultationi tuæ responsum competens non negamus: quia pro officij nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christiane religionis zelus incubuit. Portamus onera omnium qui grauantur: quinimo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, qui nos in omnibus (ut confidimus) administrationis suæ prægit & tuetur heredes. 1. Prima itaque pagina tuæ fronte signasti, baptizatos ab impiis Arrianis plurimos ad fidem catholicam festinare, & quosdam de fratribus nostris eisdem denuo baptizare velle: quod non licet, cum hoc fieri & apostolus vetet, & canones contradicant, & post cassatum Ariminense concilium missa ad provincias à venerandæ memoriæ prædecessore nostro Liberio generalia decreta prohibeant. Quos nos cum Nouatianis aliisque hæreticis (sicut est in synodo constitutum) per inuocationem solam septiformis spiritus, episcopalis manus impositione catholicorum conuentui sociamus quod etiam totus Oriens Occidentisque custodit. A quo tramite vos quoque posthac minime conuenit deuiare, si non vultis à nostro collegio synodali sententia separari.

Indicio.

Eph. 4.6

anno 389.



Yricius natione Romanus 38. pontifex temporibus Valentiniani & Valentis Augustorum, seditque an. 16. Hic instituit ut quicumque aut viduam aut secundam uxorem duxisset ab officio sacerdotali excluderetur: & ut monachi probatæ vitæ sacris possent initiari, & ab infimo ordine ad summum prouehi: utque sacri ordines non eodem tempore, sed per interualla darentur. Idem & hæreticos resipiscentes per manus impositionem præsentem cuncta ecclesia censuit recipiendos. Manichæos quoque in vrbe inuentos, expulit, & vetuit ne quis eis fidelium communicaret penitentes tamen eosdem & ad gremium orthodoxæ fidei redeuntes, ita recipi consensit, si monasterium ingrederentur, atque ibi ieiuniis & orationibus se toto vitæ suæ tempore macerarent. Huius extat epistola, prima, ad Himerium Tarraconensem episcopum, cuius hæc sunt capita.

- De Arrianis non rebaptizandis. 1.
- De diuersis baptizandorum temporibus. Vel sic, Ut præterquam in Pascha & Pentecoste (nisi in necessitate & periculo) baptismus non celebretur. 2.
- De apostatis ab ecclesia separandis. 3.
- Quod non licet alterius sponsam alteri in matrimony iura accipere. 4.
- De his qui post penitentiam, vel militia cingulum, vel noua coniugia, vel illicitos appetierunt concubitus. 5.
- De monachis vel sanctimonialibus abiecto proposito incontinenter videntibus. 6.
- De sacerdotum vel leuitarum incontinentia. 7.
- De admittendis ad clerum. 8.
- De clericorum conuersatione. 9.
- De his qui grandæui ad sacram militiam conuertuntur. 10.
- De clericis qui ad secundas nuptias transeunt, ut deponantur. 11.
- Quæ fœmina cum clericis debeant habitare. 12.
- De monachorum promotione ad clerum. 13.
- Quod penitens non fiat clericus, vel sic. 14.
- De clericis, ut penitentiam per impositionem manus sacerdotis non accipiant. 14.
- De penitentibus, vel digamis, vel viduarum maritis, ut non

2 Sequitur de diuersis baptizandorum temporibus, prout vnique libitum fuerit, improbabilis & emendanda confusio: quæ à nostris consacerdotibus (quod commoti dicimus) non ratione auctoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur, ut passim ac libere natalitius Christi, seu apparitionis, nec non & apostolorum seu martyrum festiuitatibus, innumeræ (ut asseris) plebes baptismi mysterium consequantur, cum hoc sibi priuilegium & apud nos & apud omnes ecclesias dominicum specialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat, quibus solis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi conuenit sacramenta, his duntaxat electis, qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint, & exorcismis quotidianisque orationibus atque ieiuniis fuerint expiati: quatenus apostolica illa impleatur præceptio, ut expurgato fermento veteri, noua incipiat esse cõspersio. Sicut sacram ergo paschalem reuerentiam in nullo dicimus esse minuendam, ita infantibus qui nondum loqui poterint per ætatem, vel his quibus in qualibet necessitate opus fuerit sacri vnda baptismatis, omni volumus celeritate succurri, ne ad nostram perniciem tendat animarum, si negato desiderantibus fonte salutari exiens vnusquisque de seculo & regnum perdat & vitam. Quicumque etiam discrimen naufragij, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguum, vel cuiuslibet

De cons. d. 4. Non ratione auctoritatis.

1. Cor. 9.6

cuiuslibet ægritudinis corporalis desperationem inciderint, & sibi vnico credulitatis auxilio poposce rint subueniri, eodem quo poscūt momento temporis expetitæ regenerationis præmia consequantur. Hactenus erratum in hac parte sufficiat nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicæ petra, super quâ Christus vniuersalem construxit ecclesiam, soliditate diuelli.

Mat. 16. c

3 Adiectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam (quod dici nefas est) transeuntes, idolorū cultu, ac sacrificiorum contaminatione esse profanos: quos à Christi corpore & sanguine quo dudum redempti fuerant renascendo, iubemus abscindi. Et si resipiscentes forte ad lamenta fuerint aliquando conuersi, his quandiu viuunt, agenda pœnitentia est & in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda: quia docente domino, Nolumus mortem peccatorum, sed vt conuertantur, & viuant.

Eche. 18. g

27. 7. 2. De coniugali. ¶ vetatiane.

4 De coniugali etiam ¶ violatione requisisti, si desponsatam alij puellam, alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus: quia illa benedictio quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegij instar est, si vlla transgressione violetur.

5 De iis verò non incongruè dilectio tua apostolicam sedem credidit consulendam, quia acta pœnitentia, tanquam canes ac sues ad vomitus pristinos & volubra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denūo appetuere concubitus. Quorum ¶ professam in continetiam generati post absolutionem filij prodiderunt. De quibus, quia iam suffugium non habent pœnitēdi id duximus decernendum, vt sola intra ecclesiam fidelibus oratione iungantur. Sacris mysteriorum celebratibus, quanuis non mereatur, intersint. A dominica autem mensæ conuiuio segregentur: vt hac saltē districtione correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & aliis exemplum tribuant quatenus ab obscœnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatici munere, cum ad dominū cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus subueniri. Quam formam & circa mulieres quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandam esse censemus.

¶ profecto.

6 Præterea monachorum quosdam atque monacharum, abiecto proposito sanctitatis in tantam proresteris demersos esse lasciuiam, vt prius clanculo, velut sub monasteriorum prætextu, illicita ac sacrilega se contagione miscuerint: postea verò in abruptum conscientia desperatione producti, de illicitis complexibus liberè filios procrearint: quod & publicæ leges & ecclesiastica iura condemnant. Has ergo impudicas detestabilesque personas, à monasteriorum cœtu ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus: quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione desflentes, purificatorio possint pœnitentis igne decoqui, vt eis vel ad mortem saltē solius misericordia intuitu per communionis gratiam possit indulgentia subuenire.

7 Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerandæ religionis iniuriam, ita per vestras prouincias calcatos atque confusos charitate tua instruente reperimus, vt Hieremiæ nobis voce dicendum sit, Quis dabit capiti meo aquam, &

Hier. 9. 4

oculis meis fontem lachrymarum, & flebo populū meum hunc die ac nocte? Si ergo beatus propheta ad lugenda populi peccata non sibi ait lachrymas posse sufficere, quāto nos possumus dolore percelli, cum eorum qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare: Quibus præcipuè, secundum beatum Paulum instantia quotidiana & sollicitudo omnium ecclesiarum incumbit. Quis enim in firmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Plurimos enim sacerdotes Christi atque Leuitas, post longa consecrationis suæ temporam de coniugis propriis, quam etiā de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinum, præceptorque vitiorum si æstimat quod in lege Moyli passim sacris ordinibus à deo nostro laxata sunt frena luxuriæ: cur eos quibus cōmittentur sancta sanctorum, præmonet dicens, Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus deus vester. Cur etiam procul à suis domibus anno vicis suæ in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus possent carnale exercere commercium: vt conscientia integritate fulgentes, acceptabile deo munus offerrent. Quibus etiam expleto deseruitionis suæ tempore ¶ vxoris vsus solius successione causa fuerat relaxatus, quia non ex alia nisi ex tribu Leui quicumque ad dei ministerium fuerat præceptus admitti. Vnde & dominus cum nos suo illustrasset aduentu in Euangelio protestatur quia legem venerit implere, non tollere. Et ideo ecclesiam, cuius sponsus est, forma præ filiis hominum speciosus, castitatis voluit splendore radiare: vt in die iudicij, cum iustus aduenerit, sine macula & ruga eā possit, sicut per apostolum suum instituit, reperire. Quarum sanctionum sacerdotes omnes atque leuitæ insolubili lege constringimur, vt à die ordinationis sobrietati ac pudicitia & corda nostra mancipemus & corpora, dummodo per omnia deo nostro in his quæ quotidie offerimus sacrificiis placeamus. Qui autem in carne sunt, dicente electionis vase, deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Et vbi poterit nisi in corporibus (sicut legimus) sanctis, dei spiritus habitare? Et quia aliquanti de quibus loquimur, vt tua sanctitas retulit, ignorantia lapsos esse se deslent, his hac ¶ conditione misericordiam dicimus non negandam, vt sine vlllo honoris augmento, in hoc quo de te cti sunt, quandiu vixerint officio perseuerent, si tamen posthac continentes se studuerint exhibere.

2. Co. 11. g

Leui. 20. b

Luca. 1. 4

¶ vxoribus.

¶ accedere.

Mat. 5. b

In Canticis canticorum.

Ephes. 5. b

Rom. 8. b

1. Cor. 3. d

¶ ibidem. 6. d

2. Cor. 6. d

Sapi. 1. 4

82. dist.

Quia aliquanti.

¶ ratione.

¶ desecti,

al. decreti.

Hi verò qui illiciti priuilegij excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum, nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indignè vsi sunt, apostolicæ sedis auctoritate deiectos, nec vnquam posse veneranda attrèctare mysteria, quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt.

Et quia exempla præsentia cauere nos præmonent in futurum, si quilibet episcopus, presbyter atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuentus, iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum, quia sero necesse est excidantur vulnera, quæ fomentorum non senserunt medicinam.

8 Didici

¶ continet.

Leuit. 21. c

Eze. 44. d

1. Timo. 3. a. b.

¶ sal. 49. d

d. 77. Qui

¶ cunq. ita

que se.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

¶ 20.

8 Didicimus etiam licenter ac liberè inexplorata vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa coniugia, ad præfatas dignitates prout que libuerit aspirare. Quod non tantum illis qui ad hæc immoderata ambitione perueniunt, quantum metropolitanis pontificibus in putamus: qui dum inhibitis ausibus ¶ nõ obstitunt, dei nostri, quantum in se est, præcepta contempnunt. Et vt taceamus quod altius suspicamur, vbi illud est quod deus noster data per Moysem lege constituit dicens: Sacerdotes mei semel nubant & alio loco: Sacerdos vxorem virginem accipiat, non viduam, non repudiatam, non metricem. Quod secutus apostolus ex persecutore prædicator, vnus vxoris virum tam sacerdotem quàm diaconum fieri debere mandauit. Quæ omnia ita à vestrarum regionum despiciuntur episcopis, quasi in contrarium magis fuerint constituta. Et quia non est nobis de eiusmodi vsurpationibus negligendum, ne nos indignantis domini vox iusta corripiat, quæ dicit, Videbas furem, & currebas cū eo, & ponebas tuam cum adulteris portionem: quid ab vniuersis posthæc ecclesiis sequendum sit, quid viderandum, generali pronuntiatione decernimus.

9 Quicumque itaque se ecclesiæ vouerit obsequiis à sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiæ vsque ad ¶ 30. ætatis annum si probabiliter vixerit, vna tantum, & ea quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit, vxore contentus, acolythus & subdiaconus esse debet, posteaque ad diaconi gradum, si se ipse primitus continentia præeunte dignum probauerit, accedat. Vbi si vltra quinque annos laudabiliter ministrauerit, cōgruè presbyterium consequatur. Exinde post decēnium episcopalem cæthediam poterit adipisci, si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei eius fuerit approbata.

10 Qui verò iam ætate grandæuus, melioris propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam peruenire festinat, desiderij sui fructum nõ aliter obtinebit, nisi eo quo baptizatur tempore, statim lectorum aut exorcistarum numero societur, si tamen cum vnam habuisse vel habere, & hanc virginem accepisse constet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio per quinquennium aliud acolythus & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum, si per hæc tempora dignus iudicatus fuerit, prouehatur. Exinde iam accessu temporis presbyterio vel episcopatu, si eum cleri aut plebis euocauerit electio, non immeritò societur.

11 Quisquis sanè clericus aut viduam aut certè secundam coniugem duxerit, omni ecclesiastica dignitatis priuilegio mox nuderetur, laica sibi tantū cōmunionem concessa. Quam ita demum potuit possidere, si nihil postea propter quod hanc perdat, amittat.

12 Fœminas verò non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum causas habitare cum iisdem synodus Nicæna permisit.

13 Monachos quoque, quos tamen morum grauitas, & vitæ ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari & optamus & volumus, ita vt qui intra tricēsimum annum ætatis sunt digni, in minoribus per gradus singulos crescente tempore promoueantur ordinibus, & sic ad diaconatus vel

presbyterij insignia maturæ ætatis consecratione perueniant: Nec per saltus ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem quæ singulis dignitatibus superius præfiximus tempora fuerint cuitodita. dist. 50. illud.

14 Illud quoque nos par fuit prouidere, vt sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & post pœnitentiam ac renunciationem nulli vnquam laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quanuis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.

15 Et quia in his omnibus quæ in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignorationis obtenditur, cui nos interim solius pietatis intuitu necesse est clementer ignoscere: quicumque pœnitens, quicumque digamus, quicumque viduæ maritus ad sacram militiam indebitè & incompetèter irrepserit, hac sibi conditione à nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, si ad præcepta omni spe promotionis, in hoc quo inuenitur ordine perperua stabilitate permaneat. Scituri posthac omnium prouinciarum summi antistites, quòd si vltra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum: & de suo, & de eorum statu quos contra canones & interdicta nostra prouexerint, congruam ab apostolica sede promēdam esse sententiā.

Explicuimus, (vt arbitror, frater charissime) vniuersa quæ digesta sunt in querelam, & ad singulas causas de quibus per filium nostrum Basianum presbyterum ad Romanam ecclesiam, vt potest ad caput tui corporis retulisti, sufficientia (quantum opinor) responsa reddidimus: nunc fraternitatis tuæ animū ad seruandos canones, & tenēda decretalia cōstituta magis ac magis incitamus: vt hæc quæ ad tua consulta rescriptimus, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem: & nõ solum eorum qui in tua sunt diœcesi constituti, sed etiam ad vniuersos Carthaginenses atq; Bethicos, Lusitanos atque Gallicos, vel eos qui in vicinis tibi colliminant hinc inde prouinciis, hæc quæ à nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub literarum tuarum prosecutione mittantur. Et quanquam statuta sedis apostolicæ vel canonum venerabilia definita nulli sacerdotum domini ignorare sit liberum, vt ilius tamen, & pro antiquitate sacerdotij tui, dilectioni tuæ esse admodum gloriosum, si ea quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per humanitatis tuæ sollicitudinem in vniuersorum fratrum nostrorum notitiam perferantur: quatenus & quæ à nobis non inconsulte, sed prouide sub nimia cautela & deliberatione sunt salubri constituta, intemerata permaneant: & omnis in posterum excusationis aditus, qui iam nulli apud nos patere poterit, obstruatur.

Secunda eiusdem pontificis Syricij epistola ad Mediolanensem ecclesiam directæ est, qua Iouinianum hæreticum, eiusque socios, qui & ieiunia vilipendebant, & virginalem castitatem, ab ecclesiæ vnitatem remouendos demonstrat. Contra hunc Iouinianum extant diui Hieronymi scripta.

Epistola Syricij tertia ad vniuersos orthodoxos Capita.

¶ indignus nullus efficiatur episcopus. 1.  
¶ ignotis sacerdotum non detur. 2.  
¶ neophyti vel laici sacerdotes non fiant. 3.

Syricius papa orthodoxis per diuersas prouinci- as. Cogitantibus nobis metum diuini iudicij, fra- tres charissimi, & post hanc vitam vnumquem - que prout gesserit recepturum, quid in querelam veniat, tacere non licuit, sed nos loqui necessitas im- perauit, dicente propheta, Exalta vt tuba vocem tuã Et cui omnium ecclesiarum cura est, si dissimulem, audiam, domino dicente, Reuocatis mandatum dei, vt traditiones vestras statuatis. Quid enim aliud est reuocare mandatum dei, quam prauo iudicio & hu- mano consilio nouis rebus constituendis liberius delectari?

1 Perlatum itaque est ad conscientiam apostolicæ sedis, contra ecclesiasticum canonem præsumi, & quæ ita sunt à maioribus ordinata, vt ne vel leui su- furrio debeant violari, proprias quosdam obserua- tiones nouas inducere, & prætermisso fundameto super arenam velle construere, dicente domino, Nō transibis terminos quos constituerunt patres tui.

Quod & sanctus quoque apostolus noui & veteris testamenti prædicator monet, in quo locutus est Christus. State, inquit, & tenete traditiones vestras quas didicistis, siue per verbum, siue per epistolam. Qua de re videt vestra synceritas in sacris mysteriis aut in ordinationibus vestris, quantum sacerdotum magna cura & diligens sollicitudo debeat obseruare Denique ad Timotheum loquitur: Manus citò ne- mini imponeris, neque communicaueris peccatis alienis. Quod propterea memoratur, vt examine habito, & probitate morum & ecclesiastico labore sit commendatior qui vocatur in medium, vt sum- mum sacerdotium possit accipere, probatus iudicio non fauore susceptus. veritate, non gratia apostolico ordine & functus, non præcipiti voluntate: De quo, charissimi, mihi ante vestram synceritatem huius- modi literæ cucurrerunt, multo fratrum & consa- cerdotum consensu, vt hac vestra subscriptione fir- mata ecclesiastici canonis dispositio quæ apud Ni- cæam tractata est, confirmata suo merito laudatissi- ma permaneret, vt tales videlicet ad ecclesiasticum ordinem permitterentur accedere, quales apostoli- ca autoritas iubet, non quales dico, vel eos qui cin- gulo militiæ secularis astricti olim gloriati sunt: qui posteaquam pompa seculari exultauerunt, aut nego- ciis reip. optauerunt militare, aut mundi curam tra- ctare, adhibita sibi quorundam manu, & proximo- rum furore stipati: hi frequenter ingeruntur auribus meis, vt episcopi esse possint, qui per traditionem & euangelicam disciplinam esse non possunt. Quantis hoc aliquoties certatum est viribus? Sed nihil tale potuit elici, quæ ratio non compellit. Etiam de lon- ginq. veniant ordinandi, vt digni possint & plebis & nostro iudicio comprobati.

2 ¶ Quantum illicitum sit illud, æstimari non po- test, vt transeuntes (siue simulent, siue sint mona- chi, quod se appellant, quorum nec vitam possumus scire, nec baptismum, quorum fidem incognitam ha- bemus, nec probatam) nolint sumptibus adiuuare, sed statim aut diaconos facere, aut presbyteros ordi- nare festinent, aut (quod est grauius) episcopos con- stituere non formident. Carius apud illos dari sum- ptum transeunti quam sacerdotium non retento. In- de in superbiã exaltantur, inde in super ad perfidi- am citò corruunt, quia fidem veram in ecclesiasticis toto orbe peregrini & discere non asserunt.

3 Certè illud etiam non fuit prætermittendum, vt

quod semel aut secundo necessitas ha reticorum in- tulit contra apostolica præcepta, velut lege licitum, & præsumi, neophytum vel laicum qui nullo eccle- siastico functus fuerit officio, inconsiderate vel pres- byterum vel diaconum ordinare, quasi meliores a- postolis sint, quorum audeant mutare præceptum. Et qui non didicit, iam docere compellitur. Ita nul- lus reperitur idoneus clericorum. Nec inter diaco- nos, nec inter alios clericos inuenitur qui sacerdo- tio dignus habeatur, sed ad condemnationem eccle- siæ laicus postulatur. Quod ne fiat vltra, admoneo, prædico, vt vnam fidem habentes, vnum etiam in traditione sentire debeamus: probantes nos vnani- mes atque concordēs in Christo & in obseruationi- bus apostolicis habere charitatem. Nec quisquam putet tanquam ordinationes terrenas fieri, cum cœ- leste sit sacerdotium: vt fidelibus gloria maneat di- gnitatis eiusdem, & ante tribunal Christi ex hinc nō habeat aduersarius quod accuset.

Epistola Syricij papa quartæ.



Dilectissimis fratribus & coepiscopis per Aphricam Syricius. Cum in v- num plurimis fratres conuenisse- mus ad sancti apostoli Petri reliqui- as, per quem & apostolatus & epi- scopatus in Christo cœpit exordi- um, placueritque propter emergentes plurimas cau- sas (quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina) vt de cætero sollicitudo esset vniciueque in ecclesia curam huiusmodi habere (sicut apostolus prædicat Paulus) talem deo ecclesiam exhibendam, non ha- bentem maculam aut rugam, ne per alicuius morbi- dæ afflatum ouis, conscientia nostra contaminata vi- deretur, hac de re meliore consilio id sedit, propter eos maxime, qui in præfenti, valetudine corporis, aut fessæ ætatis causa adesse minime potuerunt, quò perpetuo istiusmodi forma seruetur, literas tales da- re placuit, non quæ noua præcepta aliqua imperent, sed quibus ea quæ per ignauiam desidiamque ali- quorum neglecta sunt, obseruari cupiamus, quæ ta- men apostolica & patrum constitutione sunt consti- tuta. Scriptum est: State, & tenete traditiones no- stras, siue per verbum, siue per epistolam. Illud cer- te vestram debet mentem, dilectissimi fratres, vehe- mentius & excitare, vt ab omni labe seculi istius im- munes ad dei conspectum securique veniamus. ¶ Nec enim erimus immunes, qui præsumus plebibus cum scriptum sit: Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur. Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo credito cogimur præstare ra- tionem, populum disciplinam deificam & humilem erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui sta- tuta maiorum contemnentes, castitatem ecclesiæ præsumptione sua violauerunt, & voluntatem populi se- quentes, dei iudicium non timentes. Ergo ne pari- more silentio conuiuere atque adhibere consensum talibus videamur, vnde gehennæ pœnas possumus incurrere dicente domino, Furem videbas, & cur- rebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas: hæc sunt quæ deinceps intuitu diuini iudicij omnes catholicos episcopos expedit cu- stodire.

Primum, vt extra conscientiam sedis apostolicæ, hoc est

hoc est primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium est, quod plurimorum sententia & confirmatur.

2 Ne vnus episcopus episcopum ordinare præsu- mat, propter arrogantiam, ne furtiuum beneficium præstitum videatur. Hoc enim in synodo Nicæna cō- stat esse definitum.

3 Item si quis post remissionem peccatorum cin- gulum militiæ secularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

4 Vt mulierem, id est viduam, clericus non ducat vxorem.

5 Vt is qui laicus viduam duxerit, non admitta- tur ad clerum.

6 Vt de aliena ecclesia ordinare clericum nullus vsurpet.

7 Vt abiectum clericū alia ecclesia non admittat.

8 Vt venientes à Nouatianis vel Montensibus, per manus impositionem suscipiantur, præter eos quos rebaptizant.

9 Præterea, quod dignum & pudicum & honestū est, suademus vt sacerdotes & leuitæ cum vxoribus suis non coeant, quia in ministerio diuino quotidia- nis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios nan- que sic Paulus scribit, dicens: Abstineret vos, vt vace- tis orationi. Si ergo laicis abstinentia imperatur, vt possint deprecantes audiri: quāto magis sacerdos vri que omni momento paratus esse debet munditiæ pu- ritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptiza- re cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupi- scentia, quid faciet? Excusabit? Quo pudore, qua mē- te vsurpabit? Qua conscientia, quo merito hic exau- diri se credit: cum dictū sit, Omnia munda mundis, coinquinatis autē & infidelibus nihil mundū. Qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobriū quod potest iure etiam gentilitas accusare. Sed for- te licere hoc credit, quia scriptum est: Vnius vxoris virum. Non t̄ permanenti in concupiscentia generā di dixit, sed propter cōtinentiā futurā. Neque enim integros non admittit, qui ait: Vellē autē omnes ho- mines sic esse, sicuti & ego. Et apertius declarat di- cens: Qui autem in carne sunt, deo placere non pos- sunt. Vos autem iam nō estis in carne, sed in spiritu.

Hæc itaque, fratres, si plena vigilantia fuerint ab omnibus obseruata, cessabit ambitio, dissensio con- quiescat, hæreses & schismata non emergent, locū non accipiet diabolus sæuendi, manebit vnanimi- tas, iniquitas superata calcabitur. Caritas spiritualis flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate cōcor- dabit. Pax vrique dei nostri saluatoris, quam proximus passioni seruandam esse præcepit, & hæredita- rio eam nobis iure dereliquit, dicens: Pacem do vobis, pacem relinquo vobis & dictum apostoli: Vt vnanimis vnus sentientes permaneamus in Christo nihil per cōtentionem nobis, neque per inanem glo- riam vendicantes, nec hominibus sed deo salua- tori nostro placentes. His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, custodiet dominus corpora nostra & animas nostras in die qua red- diturus est vniciueque iuxta opera sua. Si quis sa- nē inflatus mente carnis suæ, ab hac canonicis ratio- ne voluerit euagari, sciat se & à nostra communionem seclusum, & gehennæ pœnas habiturum. Præterea quoniam misericordia cum iudicio esse debet, tali- bus oportet labentibus manum porrigere, qui t̄ sic currentem non pertrahant in ruinam. Data Romæ

in concilio episcoporum octoginta sub die octauo i- dus Ianuarij post consulatum Arcadij Augusti & Bautonis, viris clarissimis consulibus.

Rescriptum episcoporum ad Syricium papam.

Encomium habet virginis, vidui- tatis, & ieiunij.

Dilectissimo domino fratri Syricio Ambrosius, Sa- binus, Bassianus, & cæteri. Recognouimus literis sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui t̄ diligen- ter cōmissam tibi ianuam serues, & pia sollicitudine Christi ouile custodias, dignus, quem oues domini audiant & sequantur. Et ideo quia nosti ouiculas Christi, lupos facillè deprehendis, & occurras quasi prouidus pastor, ne isti moribus perfidiæ suæ ferali que vlulatu dominicum ouile dispergant. Lauda- mus hoc domine frater nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur si luporum ra- biem grex domini perhorruerit, in quibus Christi vocem non recognouit. Agrestis enim vlulatus est, nullam virginis gratiam, nullum castitatis ordi- nem referuare, promiscuè omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & pauper- tatem quandam cœlestium remunerationum indu- cere, quasi Christo vna sit palma quam tribuit, ac nō plurimi abundant tituli præmiorum. Simulatur se isti condonare coniugio: sed quæ potest laus esse cō- iugij, si nulla virginis gloria? Neque verò nos negamus sanctificationem à Christo esse coniugium, di- uina voce dicente: Erant ambo in vna carne & in v-

fideliter.

Gene. 2.d

1. Cor. 7.g

ibidem f

Apo. 21.b

tfacio.

Esa. 43. c

Matt. 1.d

Luc. 1. d



*Ibidem.* rum, quod ecclesia Romana intemeratum semper custodit & seruat. Audiuit Maria vocem angeli: & quæ dixerat antè, Quomodo fiet istud, non de fide generationis interrogans, respondit postea, Ecce ancilla domini, contingat mihi secundum verbum tuum. Hæc est virgo quæ in vtero concepit, virgo que peperit filium sic enim scriptum est: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium.

*Esa. 7. c* Non enim concepturam tantummodo virginem, sed & parituram virginè dixit. Quæ autem est sanctuarij illa porta, porta illa exterior ad orientem, quæ manet clausa, & nemo (inquit) pertransibit per eam, sed solus deus Israel transibit per eam? Nonne hæc porta Maria est, per quam in hunc mundum redemptor intravit? Hæc est porta iustitiæ, sicut ipse dixit, Sine nos implere omnem iustitiã. Hæc porta est Maria, de qua scriptum est quia dominus pertransibit per eam, & erit clausa post partum: quia & virgo concepit, & genuit. Quid autem incredibile, si contra usum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet, quando contra usum naturæ mare vidit & fugit, atque in fontem suum Iordanis fluentia remearunt? Non ergo excedit fidem quod virgo peperit, quando legimus quod petra vomuit aquas, & in mari speciem maris vnda solidata est. Nô excedit fidem quod homo exiuit de virgine, quado petra fontem profluum scaturiuit, ferum super aquas natauit ambulauit homo super aquas. Ergo si hominem vnda portauit, non potuit hominem virgo generare, atque hominem de quo legimus, Et mittet illis dominus hominem qui saluos faciet eos, & notus erit dominus Aegyptiis. In veteri itaque testamento virga Hebræorum per mare duxit exercitum: in nouo testamento virgo regis aula cœlestis electa est ad salutem. Quid autem? Etiam viduitatis adtexamus præconia, quum in euangelio post virginis celeberrimū partum Anna vidua subrogetur, quæ vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua, & hæc vidua erat annorum 64. quæ non discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus seruiens die ac nocte. Meritò ab illis viduitas despicitur, quæ solet obseruare ieiunia, quibus se dolent isti aliquo tempore esse maceratos, & propriam vlciscuntur iniuriam quotidianis quoque conuiujs, vsuque luxuriæ, laborem abstinentiæ propulsare desiderant. Qui nihil rectius faciunt, quam quod ipsi se suo ore condemnant. Sed & metuunt ne in istis illud ieiunium reputetur. Eligant quod volunt. Si aliquando ieiunauerint, gerant ergo boni facti sui pœnitentiam. Si nunquam, suam ergo intemperantiam & luxuriam confiteantur. Et

*Mat. 3. d*  
*Eze. 4. 4. a*

*Psal. 113.*  
*Exo. 17. b*  
*Deut. 8. c*  
*Exo. 14. e*  
*Exo. 17. b*  
*Deut. 8. c*  
*AReg. 6. b*  
*Mat. 14. d*  
*Esa. 19. d*  
*Exo. 14. d*

*Luca. 2. f*  
*1. Cor. 9. d*

*Coloss. 2. d*  
*Ibidem.*

*† operni*  
*psal. 68.*  
*Gene. 3. b*

non fuisset nudus effectus. Niniue se à morte ieiunio liberauit. Et ipse dominus ait: Non eiicietur hoc genus nisi per orationem & ieiunium. Sed quid plura apud magistrum atque doctorem? quum iam dignū præcium retulerint illi perfidiaz suæ: qui ideo huc uenerunt, ne superesset locus in quo non damnarentur qui verè se Manichæos probauerunt, non credentes quia ex virgine utique venisse creditur. Quanam hæc est suppar nouorum Iudæorum amentia? Si venisse non creditur, nec carnem creditur suscepisse, ergo in phantasmate visus est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis in veritate crucifixus est, in veritate redemptor est noster. Manichæus est qui abnegat veritatem, qui carnem Christi negat: & ideo non est illis remissio peccatorum, sed impictas Manichæorum, quam & clementissimus execratus est imperator, & omnes qui illos viderunt, quasi quædam contagia refugerunt, sicut testes sunt fratres & compresbyteri nostri, Crescens, Leopardus & Alexâder sancto feruentes spiritu, qui eos omnium execratione damnatos Mediolanensî ex vrbe quasi profugos repulerunt. Itaque Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Plotinum, Genialem, Martianū, Ianuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos. Incolumente & florentissimum deus noster tueatur omnipotens, domine dilectissime frater. Item subscriptio, Ego Euentus episcopus saluto sanctitatem tuam in domino: & huic epistolæ subscripsi Maximus episcopus, Felix episcopus, Bazianus episcopus, Theodolus episcopus, ex iussu domini episcopi Geminiani, ipso præsentè, Aprus presbyter, Eutafius episcopus, Cōstantius episcopus, Anastasius episcopus, & eo omnes ordine subscripserunt.

*Ionæ. 3. b*  
*Mat. 17. c*  
*Mar. 9. c*  
*† profugos reliquerunt*  
*† Bazianus*  
*† Et omnes ordines.*

ANASTASIVS.

**N**ter Romanos pontifices iste in ordine tricesimus nono anno domini 404. ecclesiæ Christi præficitur: seditque annos tres, dies decem. Inuenit Manichæos in vrbe: quorum quosdam conuertit, quosdam in exilium relegauit. Huius tempore floruerunt Basilius & Gregorius Nazianzenus: & sub eo in Alexandria celebrata est synodus ad Origenis opera examinanda. Huius extat epistola quædam decretalis ad omnes Germaniæ ac Burgundiæ episcopos, cuius hæc sunt capita.

- 1. *Vt sanctum euangelium vniuersi non sedentes sed stantes audiant.*
- 2. *Transmarini quomodo ad clerum recipi debeant.*
- 3. *De Manichæis in vrbe Roma repertis.*

**A**nastasius episcopus cunctis Germanicis & Burgundiæ regionis episcopis in domino salutem. Exigit dilectio vestra, charissimè, vt ex auctoritate sedis apostolicæ vestris debemus respondere consultis. Et quantum nō prolixè, sed succinctè hoc agere propter quædam alias occupationes festinarem, denuo tamè, si necesse fuerit, ob has vel alias necessitates, quasi ad caput mittere charitatiuè non dubitatis: quia vestras preces & nunc & tunc acceptas habemus.

1 Significastis

1 Significastis enim quosdam sacerdotes in ecclesia quando leguntur Euangelia, sedere, & Domini Saluatoris verba non stantes sed sedentes audire: & hoc ex maiorū traditione se accepisse narrant: quod vt nullatenus deinceps fieri sinatis, Apostolica auctoritate mandamus: sed dum sancta Euangelia in ecclesia recitantur, sacerdotes & cæteri omnes præsentés, non sedentes, sed venerabiliter curui in conspectu sancti Euangelij stantes Dominica verba intente audiant, & fideliter adorent.

2 Similiter & transmarinos homines, de quibus nos consulistis, in clericatus honorem nolite suscipere, nisi quinque aut eo amplius episcoporum chirographis sint designati: quia multa per subreptionem solent euenire. Ideo & hæc summopere sunt caueda.

3 Manichæos verò quos in vrbe Roma inuenim, & sequaces eorum nolite recipere, neque eis communicare, aut vllam cum eis participationem habere prius quàm ad rectam conuertantur fidem, ne eorum male pullulatia semina, quæ à nobis in vrbe extinguntur, pessimis vobiscum radicibus seminentur vel germinet. Plurimos verò eorum, & suæ sequaces impietatis, atque illorum doctores inuestigatio nostra reperit, vigilantia diuulgauit, auctoritas & censura coercuit. Quos potuimus emendare, correximus, & vt damnarent Manichæum cum prædicatione & disciplinis suis publica in ecclesia professione, & manus suæ subscriptione compulimus, & ita de voragine impietatis suæ confessos pœnitentiam cōcedendo leuauimus. Aliquantiverò qui ita se demerferunt, vt nullum his auxiliantis remediū posset subuenire, subditi legibus secundum Christianorū principum constituta, ne sanctum gregem sua cōtagione pollueret, per publicos iudices perpetuo sunt exilio relegati: & omnia quæ tam in scriptis quàm in occultis traditionibus suis habet prophana vel turpia, vt nosset populus quid fugeret aut vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatione propalauimus: adeo vt ipse qui eorum dicebatur Episcopus, à nobis tētur, proderet flagitiosa in suis mysterijs quæ teneret: sicut gestorum vos series poterit edocere.

Ad instructionem enim vestrā ipsa direximus: quibus lectis, omnia quæ à nobis deprehensa sunt, nosse poteritis. Et quia aliquantos de his, quos, ne absoluerentur, atrocior reatus inuoluerat, cognouimus au fugisse, hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus, vt effecta certior sanctitas vestra sollicitius agere dignetur & cautius, necubi Manichæa perversitatis homines, plebes vestras facultatem ledendi, & huius sacrilegij possint inuenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere nō possumus, nisi hos qui sunt proditores & perditii, zelo fidei dominicæ persequamur, & à sanis mentibus, ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate qua possumus abscindamus. Vnde hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, vt qua deberis & potestis sollicitudine vigiletis ad inuestigandos eos, necubi occultandi se reperiant facultatem. Hi, fratres, valde cauendi sunt, ne dominicum gregem perversitatibus quibus possunt contaminare valeant. Sunt ergo quidam eorum veste sua oves significantes, interius verò lupi rapaces existunt, quos iuxta veritatis vocem ex fructibus eorum debemus agnoscere. Quando autem cœperint assumere impietatem, illud quod occultabatur in illis, aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus. Inueniuntur quoque infirmæ fidei homines, &

qui diuinas lectiones sitiunt: secum eos in perditionem præcipitant. Dissipant enim & vituperant patrū disciplinas, & relinquunt sanctas scripturas ad suam perditionem. Quos (vt prædictum est) debemus præuidere, & ab his multum cauere, ne in malitia sui aliqui occupati concidant de sua firmitate. Saluto itaque vos, fratres, & omnes quæ vobiscum bene sentiunt ecclesias. Nos quoque, vt modo factis, & alloquamini peto, crebrius literis, & frequentius de fide & bona intentione vestra atque sospitate latificate, vt & gaudium commune habeamus, & Domino pari voto fideliter seruiamus. Data Nonas Octobris. Arcadio & Bautone viris clariss. consulis.

*Epistola secunda eiusdem papæ Neriano nobilissima viro directa.*

Dilectissimo fratri Neriano Anastasius. Multa mihi in omnibus fidei & bonitatis tuæ literis causa gaudij est, quòd tantum studium circa religionis cultū exhibes, & Domini sacerdotes tuis in partibus adiuuare studes. Vnde & Deo gratias ago qui te ad hoc instigat: & vt perseuerabilem in bonis operibus te faciat, exoro. Vos tamen & in prosperis & in aduersis Deum laudare magnificè oportet, eiusque sub potenti humiliari manu, vt in tempore vos tribulationis (iuxta beatum Petrum Apostolum) confortet & exaltet. Fraternalitatis ergo vestræ afflictio, quæ de amissione parentum vestrorum vos habuisse audiui, tãtam nobis causam mœroris iniicit, vt quia nos de duobus charitas vnum fecit, cor nostrum in vestris specialiter vri tribulationibus sentirem. Sed in hoc dolore multum me consolata est sanctitatis tuæ ad animum res deducta, quia & patienter ferre tristitiã decet, & de morte plebis tuæ ulterius longam non habere mœstitiam. Ne tamen aliqua adhuc tribulatio in vestra mente resideat, hortor quiescere à dolore: quia indecens de illis tædio affectionis addici, quos credendum est ad veram moriendo vitam peruenire. Habent forsitan illi iustam longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc seculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos autem qui nouimus, qui hoc credimus & docemus, contristari nimium de obeuntibus nō debemus: ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc nobis magis in culpa sit. Nam diffidentia quodammodo genus est, cōtra quod quisque prædicator quæritur iustitiam amans dicere Apostolo: Nolumus autem vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Hac itaque, frater charissime, ratione perspecta, studendum nobis est, ne (sicut diximus) de mortuis affligamur, sed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad vilitatem, & sit ad fructum dilectio. \* Depone ergo charissime mœrorem, & assume spirituale fructu lætitiæ ad vilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ, seruatorumque eius profectum: & vitæ huius quæcunque sunt spatia, æternis diuinisque officiis illustrare contende: vt qui insignem te præstitit, reddat sibi per secula clariorem.

DECRETA INNOCENTII PRIMI.

*Hic Innocentius, natione Albanus, anno Domini 406 pontifex 40 creatur. Huius extant Epistola aliquot decretales, hoc ordine.*

*Epi-*

*Mat. 7. c*

Epistola regularis Innocentij primi ad Decetium Eugubinum Episcopum: cuius canonum tituli sunt hi.

- De pacis osculo dando post confecta mysteria. 1.
De nominibus ante preces sacerdotis non recitandis. 2.
Quod non debeant baptizari nisi ab Episcopo consignari. 3.
Quod rite omni sabbato ieiunetur. 4.
De fermento, quod civitatis tantum presbyteris dirigatur. 5.
De energumenis baptizatis. 6.
De penitentibus. 7.
De epistola sancti Iacobi Apostoli, in qua pro infirmis orari precipitur. 8.

Innocentius Decentio Episcopo Eugubino salutem. Si instituta ecclesiastica ut sunt a beatis Apostolis tradita, integra vellent servare Domini sacerdotes, nulla diversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus & consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc estimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel ecclesiis aut teneri aut celebrari videtur, ac fit scandalum populis: quia dum nesciunt traditiones antiquas humanam presumptione corruptas, putant sibi aut ecclesiis non convenire, aut ab Apostolis vel ab Apostolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat aut non advertat, id quod a principe Apostolorum Petro Romanæ ecclesiæ traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari, nec superinduci aut introduci aliquid quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? præsertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, insulasque interioræ, nullum instituisse ecclesias, nisi eos quos venerabilis Apostolus Petrus aut eius successores constituerunt sacerdotes, &c. ut iacent in litera apud Gratianum in decretis.

De cõf. d. 1. Pacem ergo asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare vel sibi inter se sacerdotes tradere, cum post omnia quæ aperire non debeo, pax sit necessario indicenda, per quam constet populum ad omnia quæ in mysteriis aguntur, atque in ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse pacis concludentes signaculo demonstrantur.

De cõf. d. 2. De nominibus vero recitandis antequam preces sacerdos faciat, atque eorum oblationes quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendat, quæ superfluum sit, ipse per tuam prudentiam recognoscis: ut cuius hostiam necdum Deo offeras, eius ante nomen insinues: quanvis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commendanda, ac tunc eorum nomina quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia quæ ante præmittimus, ut ipsis mylteriis viam futuris precibus aperiamus.

De cõf. d. 3. De consignandis vero infantibus manifestum est non ab alio quam ab episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hæc autem solis pontificibus debent, ut vel consignent, vel paracletum spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum quæ asserit Petrum & Ioannem esse directos qui iam baptizatis traderent spiritum sanctum. Nam presbyteris, seu extra episcopum, seu præsentem episcopum, cum baptizat, chrismate baptizatos ungeri licet: sed quod

ab episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis cum tradunt spiritum sanctum paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis proderet videar, quam ad consultationem responderem.

De cõf. d. 4. Sabbato vero ieiunandum esse, ratio euidentiissima demonstrat. Nam si diem Dominicum obvenerabilem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, non solum in pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus: ac si sexta feria propter passionem Domini ieiunamus, sabbatum prætermittere non debemus, quod inter tristitiam atque latitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique constat Apostolos biduo isto & in mœtore fuisse, & præter metum Iudeorum se oculuisse. Quod utique non dubium est intantum eos ieiunasse biduo memorato, ut traditio ecclesiæ habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari: quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id, quod commemoratio dei illius semper est celebranda. Quod si putant semel atque vno sabbato ieiunandum, ergo & Dominica & sexta feria semel in pascha erit utique celebrandum. Si autem Dominici diei & sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda imago est: dementis est bidui agere consuetudinem sabbato prætermisso, cum non dispares habeat causas, à sexta videlicet feria, in qua Dominus passus est, quâdo & ad inferos fuit: ut tertia die resurgens, redderet lætitiâ post biduam tristitiâ procedentem. Non ergo nos negamus sexta feria ieiunandum, sed dicimus & sabbato hoc agendum, quia ambo dies tristitiâ Apostolis, vel his qui Christum secuti sunt, induxerunt. Qui die Dominico exhilarati, non solum ipsum festiuitissimum esse voluerunt, verum etiâ per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt.

De fermento vero quod die Dominico per titulos mittimus, superfluum nos consulere voluisti, cum omnes ecclesiæ nostræ intra civitatem sunt constitutæ. Quarum presbyteri quia die ipso propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum à nobis confectum, per acolythos accipiunt, ut se à nostra communione, maxime illa die, non iudicent separatos. Quod per parochias fieri debere non puto, quia non longè portanda sunt sacramenta. Nec nos per cœmeteria diversa constitutis presbyteris destinamus, ut & presbyteri eorum conficiendorum ius habeant atque licentiam.

De his vero baptizatis, qui postea à demonio, aut vitio aliquo aut peccato interveniente arripiuntur, quæsiuit dilectio tua, si à presbytero vel diacono possint aut debeant consignari: quod hoc nisi episcopus præcepit, non licet. Nam eis manus imponenda omnino non est, nisi episcopus auctoritatem dederit id faciendi. Ut autem fiat, episcopi est imperare, ut manus eis vel à presbytero vel à cæteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri sine magno labore poterit, ut longe constitutus energumenus ad episcopum deducatur, cum si talis casus ei in itinere acciderit, nec perferri ad episcopum, nec referri ad suam facile possit?

De penitentibus vero, qui siue ex gravioribus commissis siue ex levioribus penitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante pascha eis remittendum Romanæ ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere æstimando delictorum,

De cõf. d. 3. Sabbato vero.

Iacobi. 5. c.

Dist. 95. 11. Ind superfluum.

rum, sacerdotis est iudicare, ut attendat ad confessionem penitentis, & ad fletus atque lacrymas contritionis, ac tum debere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Siue si quis in ægritudinem incidit, atque usque ad desperationem devenit, ei est ante tempus paschale relaxandum, ne de seculo absque communionem discedat.

Sanè quoniam de hoc, sicut de cæteris, consulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Cælestinus diaconus in epistola sua esse à tua dilectione positum illud quod in beati Apostoli Iacobi epistola conscriptum est: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & suscitabit illum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere qui sancto oleo chrismatis perungi possunt: quo ab episcopo confecto, non solum sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua aut suorum necessitate inungendo.

Cæterum illud superfluum videmus adiectum, ut de episcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem à se visitandum & benedicere & tangere chrismate, sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Nam non penitentibus istud infundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo hoc unum genus putatur posse concedi? His ergo frater charissime, omnibus, quæ tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus respondere curavimus: ut ecclesiæ tuæ Romanam consuetudinem, à qua originem ducit, servare valeat atque custodire. Reliqua vero quæ scribi fas non erat, quum ad fueris, interrogati poterimus edicere.

Epistola secunda eiusdem Innocentij ad Victorium Rothomagen Episcopum Capitula.

- Quod extra conscientiam Metropolitanam non sunt ordinandi Episcopi. 1.
De his qui post baptismum cingulum militia secularis acceperunt, non debere ad clericatus ordinem admitti. 2.
De causis clericorum quæ in provincia iuste non finiuntur, ut ab Apostolica sede terminentur. 3.
De vxoribus clericorum, ut virginibus socientur, & secundam non ducant uxorem. 4.
Et ut ipsi. Vt si laicus viduam duxerit, clericus non fiat. 5.
Vt clericus non sit, qui secundam duxerit uxorem. 6.
Vt alterius clericum nullus episcopus ordinare usurpet. 7.
Vt non rebaptizentur qui à Novatianis vel Montensibus veniunt. 8.
Vt sacerdotes & lenita cum mulieribus cohabere non debeant. 9.
Vt monachus si clericus factus fuerit, propositum suum servare debeat. 10.
Vt ex curialibus clericus non fiat, propter voluptates quas à diabolo inuentas exhibere compellitur. 11.
De virginibus sacris si lapsæ fuerint, vel publice nupsierint. 12.
De virginibus non velatis, si denuerint. 13.

De cõf. d. 3. De penitentibus.



Innocentius Victorio Episcopo Rothomagensi salutem. Et si tibi frater charissime, pro merito honore sacerdotij (quo plurimum polles) vivendi & docendi ecclesiasticæ regulæ nota sunt omnia, neque est aliquid quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur, tamen quia Romanæ ecclesiæ normam atque auctoritatem magnopere postulasti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digestas vitæ & morum disciplinas annexas meis literis misi, per quas advertant Ecclesiæ regionis vestræ populi, quibus rebus & regulis Christianorum vita in sua cuiusque professione debeat contineri, qualisque seruetur in vrbis Romæ ecclesiis disciplina: & infra. Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo credito agimur præstare rationem, idcirco disciplinam Dei deificam populum erudire debemus. Quosdam enim asseris extitisse, qui statuta maiorum non tenentes, castitatem Ecclesiæ suæ presumptione violant, populi favorem sequentes, & Dei iudicium non timebant. Ergo non silentio nostro existimemus his præbere consensum, Domino dicente per Prophetam: Videbas furem, & currebas cum eo: hæc sunt quæ deinceps intuitu divini iudicij omnem catholicum episcopum expedit custodire.

Victorio Victorio

Psal. 49.

Nicæna synodi ca. 4. Nicæna syn. ca. 11.

ordinis

Nicæna syn. no. ca. 5.

Leuit. 21. c. Ezec. 44. f.

1. Tim. 3. a. Tit. 1. b.

non



Innocentius Exuperio Episcopo Tolosano salutem. Consulenti tibi, frater charissime, quid de proposita specie vnaquaque sentirem: pro captu intelligentiæ meæ quæ sunt visa respondi quid sequendum, vel quid vitandum docilis ratio persuaderet, vel auctoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua, institutum secuta prudentium, ad sedem Apostolicam referre maluit quod de rebus dubiis custodire deberet, potius quam vituperatione præsumpta, quæ sibi viderentur, de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus discere aliquid, quam omnino nescire? Mihi quoque ipsi de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis rationibus, ad proposita respondere compellat: cõque fit, ut semper aliquid addiscat, qui postulat ut doceat. Proponam igitur singula, subiiciamque responsum.

terium in utroque sexu pari ratione cõdemnat. Sed viros suos mulieres, non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt, & ideo mulieribus pro doto eorum crimine, communitio denegatur. Virorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspitionibus, abstinetur. Qui utique submouebitur si eius flagitium detegatur. Cum ergo pro causa sit interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.

non nubant amplius. Ac ne ab aliquibus existimetur ante baptismum si forte quis acceperit vxorem, & ea de seculo recedente alteram duxerit, in baptismo esse dimissum, satis errat à regula: quia in baptismo peccata dimittuntur, non acceptarum vxorum numerus aboletur: quum utique vxor ex legis præcepto ducatur, intantum, ut & in Paradiso quum parentes humani generis coniungerentur, ab ipso Domino sint benedicti: & Salomon dicat: A Deo præparabitur viro vxor. Quam formam etiam sacerdotes omnes seruare, vsus ipse demonstrat ecclesiæ. Satis enim absurdum est, aliquem credere, vxorem ante baptismum acceptam, post baptismum non computari, quum benedictio quæ per sacerdotem super nubes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legis à Domino antiquitus institutæ doceatur. Quod si non putatur vxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est: ergo nec filij qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habentur.

ne, sed in spiritu. 10 De monachis, qui diu morantes in monasteriis, si postea ad clericatus ordinem peruenierint, nõ debere eos à priore proposito deuiare. Aut enim, sicut in monasterio fuit, & quod diu seruauit, id in meliori gradu positus amittere non debet: aut si corruptus, postea baptizatur, & in monasterio sedens, ad clericatus ordinem accedere voluerit, vxorem omnino habere non poterit: quia nec benedictio cum spõsa potest, iam antè corruptus. Quæ forma seruatur in clericis, maxime quum vetus regula hoc habeat, ut quisquis corruptus baptizatus, clericus esse voluerit, sponderet se vxorem omnino non ducere.

11 Præterea, frequenter quidam ex fratribus nostris curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt, quibus postea maior tristitia, quum de reuocandis eis aliquid ab imperatore præcipitur, quam gratia nascitur de accito. Constat enim, eos in ipsis muniis etiam voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas esse non dubium est, & ludorum vel munerum apparatus aut præesse, aut forsitan interesse. Sit certè in exemplum & sollicitudo & tristitia fratrum, quam sæpe protulim, imperatore præsentem, cum pro his sæpius rogarem, quam ipse nobiscum positus cognouisti, ex quibus non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam in sacerdotio constituti, ingens molestia, ut rediderent, instabat.

12 Item quæ Christo spiritualiter nubunt, & à sacerdote velantur, si postea vel nupserint publicè, vel occultè corruptæ fuerint, non eas admittendas esse ad agenda pœnitentiam, nisi is cui se iunxerant, de hac vita decesserit. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, ut quicumque viuente viro alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agenda pœnitentiæ licentia cõcedatur, nisi vnus ex eis defunctus fuerit: quãto magis de illa tenenda est, quæ antè immortalitatem sponso coniunxerat, & postea ad humanas nuptias transire elegit?

13 Hæc verò quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulauerunt permanere, licet velatæ non fuerint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia est, quia spõsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui, quãto magis ista pollicitatio quam cum Deo pepigerant, solui sine vindicta non poterit? Nã si Apostolus Paulus, quæ à proposito viduitatis discesserant, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quanto potius virgines quæ prioris promissionis fidem minime seruauerunt?

for. inferioribus è curia clericis, ve. in sac. constituta, etc.

Idè habetur in epistola Syriaci pp. cuius principii est, diuersa quævis.

Epistola eiusdem tertia ad Exuperium Tolosanum Episcopum, capitula.

- De incontinentia sacerdotum vel Leuitarum. 1. De his qui post baptismum omni tempore incontinentia voluptatibus sunt dediti, & in ultimo pœnitentiam poscunt. 2. De administratoribus vel iudicibus secularibus. 3. Quod viri cum adulteris vxoribus non conueniant. 4. Quod qui preces vel crimina dicunt, habeantur immunes. 5. Quod hi qui intercedente repudio diuortium pertulerunt, si se nuptiis aliu iunxerint, adulteri esse monstrantur. 6. Qui libri in canone recipiantur. 7. In.

1 Proposuit quid de his obseruari debeat, quos in diaconij ministerio aut in officio presbyterij positos, incontinentes esse aut fuisse, generati filij prodiderunt. De his & diuinarum legum manifesta est disciplina & cætera. Repete hoc totum caput ad verbum ex Gratiano dist. 82. cap. Proposuit. & ex dec. luo lib. 3.

2 Et hoc quæsitum est, quid de his obseruari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his obseruatio prior, durior: posterior, interueniente misericordia, inclinatio est. Nam cõsuetudo prior tenuit, ut cõcederetur pœnitentia, sed cõmunio negaretur. Nam cum illis temporibus crebra persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos, nõ reuocaret à lapsu, negata meritò cõmunio est, concessa pœnitentia: ne totum penitus negaretur, & durior esse remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem ecclesiis suis reddidit, iam depulso terrore, communionem dari obuentibus placuit, & propter Domini misericordiam quasi viaticum profecturis: & ne Nouatiani hæretici, negantis veniam, asperitatem & duritiam sublequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentiâ extrema cõmunio: ut homines huiusmodi vel in supremis suis promittente saluatore nostro, à perpetuo exitio vindicentur.

3 Quæsitum etiam est super his qui post baptismum administrauerunt, & aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam. Nihil de his legimus à maioribus definitum esse. Meminerat enim, à Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & Dei ministrum esse datum in huiusmodi vindicæ. Quomodo ergo reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum. De his ergo ita, ut hætenus seruatum est, sic habeamus, ne aut disciplinam euertere, aut contra auctoritatè Domini venire videamur. Ipsis autem, in ratione reddenda, gesta omnia sua seruabuntur.

4 Et illud desyderatum est sciri cur communicantes viri cum adulteris vxoribus non conueniant, nõ contra vxores in consortio adulterorum virorũ manere videantur. Super hoc Christiana religio adul-

5 Illud etiam sciscitari voluisti, an preces dicantibus liberum concedatur. Utique post baptismi regenerationem à principibus posceremortem alicuius, vel sanguinem de reatu quam rem principes nõquã sine causæ cognitione concedunt, sed ad iudices cõmissa ipsa, vel crimina semper remittunt, ut causa cognita vindicentur. Quæ cum quæsitio fuerit delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

6 De his etiam requisit dilectio tua, qui interueniente repudio, alij se matrimonio copularunt: quos in vtraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel vxore viuente, quauis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, intantum, ut etiã hæc personæ quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commississe videantur, secundum illud quod legimus in Euangelio: Qui dimiserit vxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur: similiter & qui dimissam duxerit, mœchatur. Et ideo tales à cõmunionem fidelium abstinendos. De parentibus autem, aut de propinquis eorum, nihil tale statui potest, nisi in centotes illiciti consortij fuisse detegantur.

7 Qui verò libri recipiantur in canone sanctorum scripturarum, breuis annexus ostendit. Hæc sunt ergo quæ desiderata moueri voce voluisti: Mosis libri quinque, id est Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, necnon & Iesu Naue, & Iudicum & Regnorum libri quatuor, simul & Ruth, Prophetarum libri sexdecim, Salomonis libri quinque, Psalterium. Item historiãrum, Iob liber vnus, Tobie vnus, Hester vnus, Iudith vnus, Machabæorum duo, Esdræ duo, Paralipomenon duo. Item noui testamenti, Euangeliorum libri quatuor, Pauli Apostoli Epistolæ quatuordecim, Epistolæ Ioannis tres, Epistolæ Petri duæ, Epistola Iudæ, Epistola Iacobi, actus Apostolorum, Apocalypsis Ioannis. Cætera autem quæ vel sub nomine Malthæ, siue Iacobi minoris, vel sub nomine Petri & Ioannis, quæ à quodam Leutio scripta sunt, vel sub nomine Andree, quæ à Nexochari, de & Leonide philosophis, & sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, nõ solum repudianda, verum etiã noueris esse damnanda.

Eiusdem Epistola quarta, ad Felicem Nucernanum Episcopum, capitula.

- Siquis volens, partem sui corporis amputauerit, clericus esse non potest: nolens autem, potest. 1. Quod digami ad clerum admitti non possunt. 2. Qui de laicis ad clerum non debeant promoueri. 3. Qui de laicis possunt clerici fieri. Hic aperte concubina prohibetur. 4. De temporibus in clero immorandis. 5.

Gene. 1. d

Prou. 19. c

Leuit. 11. g  
20. b  
Lusc. 1. a  
Leuit. 21. c  
Num. 18. a

1. Cor. 7. b

ad Tit. 1. d  
1 Tim. 3. a

Rom. 8. b

23. q. 4.  
Quæsitum est etiam.

32. q. 5.  
Christiana religio.



**I**nnoctius Felici episcopo Nucerrano. Mirari non possumus, dilectionem tuam sequi instituta maiorum, omniaque que possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quati ad caput atque ad apicem episcopatus referre, vt consueta videlicet sedes Apostolica, ex ipsi rebus dubiis certum aliquod faciendum pronunciet. Quod & nos libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem canonum approbamus. Scripsisti ergo, quod feruore fidei quo polles, & amore sancte plebis, vel reparaueris ecclesias Dei, vel nouas quasque construxeris: sed in his clericos quos constituas, non habere: aliquos vero mutilos, aliquos digamos esse. Ad quod stupuimus, prudentem virum de his uoluisse consulere, quæ omnibus sunt certa ratione cõperta. Ergo non quasi ignoranti dicimus: sed in aliis forsitan occupatos, istud oblitos vos esse dicimus.

1 Qui igitur partem cuiuslibet digiti sibi ipse uolens abscidit &c. Caput hoc ad uerbum est apud Gratianum dist. 55. cap. Qui partem. & in Nic. syn. ca. 1.

1. Tim. 3. a  
Tit. 1. b

2 De digamis autem nec consuli debuit, quod manifesta lectio sit Apostoli, vnius uxoris uirum ad sacerdotium siue ad clericatum admitti debere, & hæc ipsam tantum si uirginem accepit. Nam ea que habuerit ante uirum, licet defunctus sit, tamẽ si clerico postea fuerit copulata, clericus, qui eam accepit, esse non poterit: quia in lege cautum est, non uiduam, nõ abiectam habere posse coniugem sacerdotem.

3 De laicis uero religio tua consuluit, quos canones ordinare prohibeant. Certum est quidem, hoc regulas ecclesiasticas continere, sed non ita definitum est, ut de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, & non fieri possunt: sed designata sunt genera de quibus ad clericatum peruenire non possunt, id est, si quis fidelis militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulauerit, si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam & si inueniatur huiusmodi uiri, qui debeant clerici fieri, tamen, quoniam sapius ad curiam repetuntur, cauendum ab his est, propter tribulationem, quæ sæpe de his ecclesiæ prouenit.

4 Laici uero, qui habentes uxores, baptizati sunt, ac sic se instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis iuncti sint, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, hæserint, & si non concubinam, non pellicem nouerint, si in uanis operibus uigilauerint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi.

5 Ita sane, ut in eos tempora à maioribus constituta seruètur. Nec citò quilibet lector, citò acolythus, citò diaconus, citò sacerdos fiat: quia in minoribus officiis si diu perdurent, & uita eorum pariter & obsequia comprobantur, ut ad sacerdotium posthac emensis stipendiorum meritis ueniant, nec præripiat quod uita probata mereretur accipere. Quoniam ergo diffinitione monstratũ est qui debeant admitti, qui uere reprobantur: ex his omnibus quos uidet dignatio tua non posse reprobantur, eligere debetis quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus aut beneficium præstare uelimus, tales inuenire possumus, de quorum assumptione nec incurrere scandalum, nec erubescere ualeamus.

*Epistola eiusdem quinta.*

*De his qui in presbyterio filios genuerunt, ut ab officio remoueantur.*

Innocentius Maximo & Seuero Episcopis per Britios. Ecclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita sacerdoti, quia nesciri hæc à pontifice, satis est indecorum, maximè quum à laicis religiosi uiris & sciatur, & custodienda esse ducatur. Nuper quidem Maximilianus filius noster agens in rebus huiusmodi &c. que sequuntur, apud Gratianum sunt dist. 81. cap. Maximilianus aut (ut in aliis est codicibus) Maximianus.

*Epistola eiusdem sexta. Quod penitentium nullus ad clerum possit admitti.*

Innocentius Agapeto, Macedonio & Mauriano episcopis Apulis. Multa in prouincia contra canones ecclesiasticos, decretaque maiorum usurpanti plurimis, & relationes diuersorum, & suggestiones fidissimæ retulerunt, quæ quidem possent facillè refecari, si episcopi in his non inuenirentur authores: qui dum aut amicis aut obsequentibus gratiam præstare nituntur, religionem uolant, ordinesque corrumpunt. Ac sic euenit, ut indigni quique honores suscipiant ecclesiasticos, & admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere mererentur: sicuti in nunc dato nobis libello monstratum est, Modestum quendam, multis criminibus inuolutum (propter quæ etiam penitentiam egisse dicitur) non solum clericum effectum (quod non licet) uerum etiam ad episcopatus apicem eum tēdere: quum canones apud Nicæam constituti, penitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludant. Et ideo, fratres charissimi, perspecto tenore libelli, cum iubete præsentari: ac si uerè constiterit talem qualem libellus affirmat, non solum ab Episcopatus ambitione, sed etiam à clericatus remoueatur officio.

dist. 50. ca  
nones apud  
Nicæa. ca.  
10. Nicæ.  
concilij.

*Epistola eiusdem septima.*

*De Bubalio & Tauriano damnatis à prouincialibus episcopis, quorum sententiam sedes Apostolica retractare curauit.*

Innocentius Rufo, Gerontio, Sophronio, Flauiano, Macedonio, Prosdotio & Aristeo Episcopis per Macedoniam constitutis. Mora coepiscoporum nostrorum Maximiani & Eumenij, uel potius importunitas temporum, fecit ut uos iteraretis de Bubalio & Tauriano querimoniam, & nos iterum in homines perditissimos insurgeremus. Sed, ut possum, paucioribus uerbis tantorum malorum imitabor compendium, & strictim, que in uolumine literarum uestrarum conspexerim, retractabo. Graue non oportuit uideri piissimis mentibus uestris, cuiusquam retractari iudicium: quia ueritas exagitata sapius, magis splendescit in lucem: & perniciēs reuocata in iudicium grauius & sine penitentia condemnatur. Nam fructus diuinus est, iustitiam sapius recenserit, fratres charissimi. Verum illud uideo mouisse animos uestros, quod in multis Bubalius sæpe fallaciis deprehensus, obiecerit exemplaria fictarum quasi à nobis literarum, quum pro consuetudine hominis nihil quod proferret, iam fide dignissimum uideretur. Sed sileatur omne iam de tali negotio murmur, & conuicti diaboli ipsi anhelitus opprimantur.

*Eiusdem epistola octaua.*

*De inuassone parochie alterius, uel de terminis minime transferendis.*

Innocentius Florentio Episcopo Tiburtinensi. Non semel, sed aliquoties clamat scriptura diuina, *Deu. 19. d* trans-

transferri non oportere terminos à patribus constitutos: quia nefas est, si quod alter semper possederit, alter inuadat: quod tuam bonitatem frater & coepiscopus noster Ursus asserit perpetrasse. Nam Nomentanam siue Felicientem parochiam ad suam dicecesim à maioribus pertinentem, inuasisse te, atque illic diuina celebrasse mysteria inconsulto eodem ac nesciente, non sine dolore conquestus est. Quod si uerum est, non leuiter te culpam incurrisse cognoscas. Unde si declinare cupis tantæ usurpationis inuidiam, nostris literis admonitum te conuenit abstinere. Certè si aliquid tibi credis iustitiæ suffragari, inter omnes, & in pristino statu manentibus, post dies uenerabiles paschæ adesse debebis, ut memoratis possis intentionibus respondere: partibusque in medio collocatis, quid antiquitas aut ueritas habeat, inquiramus.

*Eiusdem epistola nona.*

*De eo, cuius de captiuitate reuersa est uxor, ut eam recipiat: altera, quam duxerat, repudiata.*

Innocentius Probo. Conturbatio procellæ barbaricæ, facultati legis intulit casum. Nam bene constituto matrimonio inter Fortunium & Ursam, captiuitatis incurfus fecerat neuum, nisi sancta religionis statuta prouiderent. Cum enim in captiuitate prædicta Ursam mulier teneretur, &c. hoc apud Gratianum est 34. q. 1. & 2. Cum in captiuitate.

*Eiusdem epistola decima.*

*Familiaris ad sanctos Dei sacerdotes Aurelium Carthaginensem, & Augustinum Hipponensem.*

Innocentius Aurelio & Augustino Episcopis. Acceptissimi mihi Germani compresbyteri illo recursus uacuum officio nostro esse non debuit. Per charos enim salutare charissimos, naturale quodammodo nobis uidetur & consequens. Gaudere igitur in Domino uestram germanitatem, amantissimi, cupimus, & pro nobis paria ad Deum uota rependere precamur: quia (ut bene nostis) communibus & alternis plus agimus orationibus quam singularibus aut priuatis.

*Eiusdem epistola undecima.*

*De ratione paschali ad eundem Aurelium.*

Innocentius Aurelio. Charitatis nostræ officium nullo interuallo dirimitur, etiã si charta nullos apices ferat. Viuit enim spiritalis gratia alternis in cordibus, & amorem nostrum cõfouet sacerdotalis ipsa societas. Cur ergo indignum est unitatem ecclesiæ custodiri? Idemque omnes pariter & sentiamus & pronociemus, frater charissime. Has ergo literas de ratione paschali alterius (dico, futuri) anni præscripsi. Nam quum ante diem undecimum calendarum Aprilium penè luna 16 colligatur (nam quippiã minus est) item que quum in ante diem quartum calendarum eorundem ueniat 23. existimauit. Calendarum memoratarum die festa paschalia celebranda: quoniam in uigesimaltertia luna nullum pascha unquam ante hoc pascha factum esse cognoscimus. Sententiæ meæ exposui atque dixi tenorem. Iam prudentiæ tuæ erit, consors mihi frater, cum unanimitas & consacerdotibus nostris hanc ipsam rem in synodo religiosissima tractare, ut si nihil dispositioni nostræ resultat, nobis plenissime apertèque rescribas, quo deliberatam paschalem diem, iam literis ante (ut moris est) seruandam, suo tempore præscribamus. Compresbyterum autem Archidamum, quamuis nouerim quod libentissimè ac more suscipias consue-

to, tamen ex abundanti postulo, ut cum inter tuos habere digneris.

*Eiusdem epistola duodecima.*

*Ut nullus contra ordinationem canonum fiat episcopus, ad eundem.*

Dilectissimo fratri Aurelio Innocentius. Quam indignitate, quam molestia malè tractetur ecclesia, præcipuèque episcopus, relegam uel audiam, & tua fraternitas bene nouit, & ego ita idonea tanto dolori uerba inuenire non possum, dum facillè imponuntur manus, dum negligenter summus sacerdos eligitur. Ecce facta est querela publica, quæ fecit semper ut communis omnibus tremenda sit reuerentia. Sic clerici ecclesiasticorum dogmatum nutriti uel honorati intra altaria Christi, respuuntur: sic prætereunter promouentur, quasi nefas sit ad primatum per ordinem peruenire. Nam quum inuoluti mundanis nexibus, actibus uel moribus, abruptè adsciscuntur ad tanti collegium sacerdotij, & illi uidentur contemni de quibus oportuerat eligi, & isti male intromitti qui præter ordinem irrumpunt potius quam eliguntur. Quam enim miserum est, cum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit: eum summum fieri sacerdotem, qui nunquam in ullo gradu obsecutus fuerit sacerdoti? Relege præfectorum literas, & uide quæ uel falsò uel pro certo sublimium potestatum annotentur scriptis. Perdimus profectos nos ipsi, nos inquam, sanctimoniam reuerentiam, qui quasi uilissimè aliquid summos efficimus sacerdotes, ut iam incipiat quasi noxiū aliquid publicis interlocutionibus cõdemnari. Frater charissime, hæc uelim cuncta pro recitanda per omnes Africanas ecclesias scripta dirigas, & istis cõnectas quas adiunximus literas præfectorum: ut consilium de his que iniquè laudantur, iudiciumque si quid tale probari poterit, fiat: ut præterita mala si doceatur admissa, digna seueritate coercantur, & decætero caueatur ne ecclesiæ sanctitas per nostram fatigata negligentiam, perdat priuilegia quæ est per uiros uenerabiles consecuta. Deus te incolumen custodiat.

Dist. 61.  
Miserum est eum.

*Eiusdem epistola decimatertia.*

*Ad Iulianam nobilem feminam.*

Singulare membrum ecclesiæ, tuæ religionis amplitudinem existere, & à nobis reuerentissimè colit, satis est omnibus manifestum. In ipso enim apice nobilitatis, multo nobiliorum ecclesiæ deuotione impendit, & magis læta Christi agnitione, præceptis eius obtemperas, & in fide potius exultas quam tanti generis flore iactaris. Summæ uirtutis est, uicisse gloriam carnis: & magnæ est Christi gratiæ, nobilitatè moribus superasse, domina filia merito illustris. Certa igitur existens dilectissima, huius uitæ quæcunque sunt spatia æternis diuinisq; officiis illustrare contende: ut qui insignem te præstitit, reddat tibi per secula clariorem.

*Eiusdem epistola decimaquarta.*

*De Antiochena ecclesia.*

Innocentius Bonifacio presbytero. Ecclesia Antiochena, quæ prius quam ad urbem perueniret Romanam, beatus apostolus Petrus sua præsentia illustrauit, uelut germana ecclesiæ Romanæ, diu se ab eodem alienam esse non passa est. Nam missis legatis, ita pacem postulauit & meruit, ut & Euagrianos suis ordinibus ac locis, intemerata ordinatione quam acceperant à memorato, susciperet: & Ioannis sanctæ memoriæ uel clericos uel laicos in unum colligeret atque

atque congregaret, promittens ipsius ciuitatis episcopus frater meus Alexander, etiam si quis forrêvel à nobis vel aliunde posterioris ordinationis ad eodem venerit, se sine controuersia suscepturû, ac nomen episcopi memorati inter quiescentes episcopos recitaturum. Cui rei nos noueris tradidisse manus, frater charissime, & eos in nostra viscera recepisse: ne diu membra quæ requisierant sanitatem, ab unitate corporis haberentur aliena. Omnia verò quæ per ordinem gesta sunt, filius meus diaconus Paulus harum scilicet portitor literarum, dilectioni tuæ poterit enarrare, vt & gaudium commune nobiscû habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus interuenire consueuerunt.

*Eiusdem epistola decimaquinta.  
Ad Alexandrum Antiochenum Episcopum, de pace.*

Innocentius Alexandro Episcopo. Quàm grata mihi, quàm pia, quàm necessaria legatio à tua sanctitate, frater charissime, ad nos directâ fuerit, gestorû ipsorum replicatione cognosces. Voluit enim compresbyter noster Casianus, hanc amicitiarum nustrarum paginulam per compresbyterum nostrum Paulum, Nicolaum diaconum, & Petrum subdiaconum, filios nostros, quasi primitias pacis nostræ cōscribi. Saluto itaque & tuam mihi in Christo germanitatem, & omnem illam quæ tecum tam bene sentit ecclesiam. Nosque, vt facitis, & alloquamini (peto) crebrius literis, & frequentius de vestra salute lætificetis. Dabit enim (vt cōfido) Dominus totius nos præteriti temporis dispendia amantissimo literarû colloquio recompenlare.

*Eiusdem epistola decimasexta.  
De Attico Episcopo Constantinopolitano.*

Innocentius Maximiano Episcopo. Miramur prudentiam tuam scripta ad Atticum Episcopum Constantinopolitanæ vrbis à nobis, & prosecutione propria, & dato libello, qui subter annexus est, postulare, à quo nec missas vllas saltem epistolas ad nos vel ad vestram synodum vtique protulisti. Idque nō petenti tribuendum existimes, quod vides deprecâtibz discussa ratione concessum. Communio enim suspensa restituitur demonstranti causas quibus id acciderat, iam esse deterfas, & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos (vt prædixi) Atticus, missis aliquibus fuorû, vel dicere voluit vel demonstrare complerum, quæ admodum Antiochenæ ecclesiæ frater & coepiscopus noster Alexander digna legatione & prosecutione est & probauit. Quibus omnibus vtique interesse dignatus, cognouisti quemadmodum singulatim omnia scriptorum nostrorum antè hac de causa beatisimî Ioannis quōdam episcopi, nostri discussim vt quæ illi in omnibus satis euidenter ostenderint, vniuersa quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexari pacem, vtique fidē fecimus, & magno tramite omnibus eandem postulaturis ostendimus, si modo quæ discussa sunt atque completa, etiam ipsi se pro suo loco fecisse vel complexisse, aliquando monstrauerint, communionemque vt isti, legatione solenniter destinata sibi rogauerint redhiberi. Expectamus ergo & professionē Memorati de completis omnibus conditionibus quas diuersis temporibus prædiximus, & petitionem communionis, vt rectè & petenti, & probanti se eadem mereri, reddamus, frater charissime. Nam de omni-

bus plenissimas ad sanctam nostrorum fratrum synodum dudum literas percepisti.

*Eiusdem epistola decimasextima  
Ad Alexandrum Antiochenum Episcopum de pace.*

Apostolici fauoris gratia magno pacis vsque ad nos decore resplendit: tantumque lucis gaudiorumque infulsit fidelibus, vt dicentes Deo maximas laudes, maiores debere nos fateamur. Plusque à deo iudicati sumus, quod discussis omnibus lateribus actionum tuæ fraternitatis, ita totum pietate ac patientia gestum cognouimus, vt in omnibus Dominum laudaremus: successumque ipsum ideo præstitit tuis laboribus videamus, quod tota virtute, pacis amator existens, eam requisitam inueneris, & repertam summa charitate tenueris quum erga omnes, tum præcipuè circa illos qui quondam Paulini atque Euagrii Episcoporum censiti fuerant nomine, habeam summam votorum meorum, quod antiqui neui purgatio tuis temporibus tuisque meritis prorogata. Quorum etiam illos eiusdem nominis, qui in Italia meritum clericatus acceperant, censui bono quietis gratiam retinere susceptam. Et quia noster compresbyter Casianus gratum duxit tuæ fore dignationi, si meo consilio in ciuitate vestra clericatus ordinem ducere censerentur, statui propter beneuolentiam tuam, promissaque Memorati, vt inter ceteros sacerdotes ministrosque qui in ciuitate sunt, annumerentur, frater charissime. Libenter præterea de Episcopis Helpidio atque \*Papo cognoui, quod sine quæstione suas ecclesias recuperauerint: & multum in gestis (vt subscripta testatur) sollicitus inquisiui, vt in omnibus esset conditionibus satisfactû in causa beati & verè Deo digni sacerdotis Ioannis. Et quum per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur, gratias agens Domino, communionem ecclesiæ vestræ ita recepi, vt præ me feram, Apostolicæ sedis condiscipulos primos dedisse ceteris viam pacis, in qua firmatos vos nosque Domini Christi ita benignitas amplexabitur atque communiet, vt nullo decætero titillamento, vel leui cuiusquam contentionis pudore pulsetur. Scripta autem Attici Episcopi quoniam cum vestris sunt porrecta, suscepimus: ne per vestram iniuriam ille qui olim à nobis suspensus fuerat, repudiaretur. Et tamen satis abunde quæ in actis statuimus, sicut dignanter relegere pro curabis, quid in eius persona debeat custodiri: vt si per omnia vestris consiliis, actibusque tam sanctis se rogauerit esse communem, præstetur \*seni fauore vestro, nostroque iudicio, communionis atque literarum à nobis gratia prorogata. Subscripterunt episcopi \*Italiæ 24.

*Epistola eiusdem decimoctaua.  
Ad Alexandrum Episcopum Eiusdem Epistole capitulorum tituli.*

Quod prima sedes beati Petri apud Antiochiam esse memoretur.  
1.  
Quod nō oportet, secundum constituta imperatorum duos esse metropolitanos Episcopos.  
2.  
Quod Arrianorum clerici non sunt recipiendi in suis officiis quamuis eorum baptismum, qui catholicus constat, confirmet ecclesia.  
3.

Innocentius Alexandro Episcopo. Et onus, & honor nobis à sua fraternitate impositus, necessarîj tractatus causas induxit, quo literis vel commonitorio vestro,

*Eiusdem epistola 20. Ad Laurentiū episcopū Seniensis, de Bonofiacis, quod sunt Iudæis comparandi.*

Innocentius Laurentio episcopo Seniensis. Diu mirati sumus, dilectionis tuæ literis lectis, hæreticos Photini venena sectâtes, in territorio dilectionis tuæ nō solū esse, sed & publicè sibi cōuenticula in aliquorum possessionibus præparare, cū de toto penè orbe nusquā tam multi quæ apud vos delegerint habitare. Quorū doctrinæ nefariæ author Marcus, dudum de vrbe pulsus, temeritatis tantæ ductus est audacia, vt primū sibi inter eos vendicet locum. Sed ne ulterius debacchâdi habeat facultatē, & animas simpliciu rusticianorū secum in gehennâ, cui destinati sunt, trahant, actū est aduersus eos à defensoribus ecclesiæ nostræ, quod eos possint expellere, vt qui Christum, Deū ex patris substantia ante secula negat genitū, hunc cum Iudæis, qui eius deitatem negauerunt, & nūc vsque negant, participiū habeant damnationis. Tuum est, frater charissime, quæ præcepta sunt, nō segnius agere, ne plebem tibi creditâ dissimulatione deperdas, & incipias Deo de perditis reddere rationem.

*Epistola eiusdem 21. Ad Martianiū episcopū \*Naresitanum, de suscipiendis clericis quos Bonofius antequam nunc damnaretur, ordinasse cognoscitur.*

Innocentius Martiano episcopo \*Naxitano. Superiori tempore, si tamen rectè recordor, meministi me tam ad dilectionem tuam quæ ad fratres & coepiscopos nostros, Rufum, & ceteros huiusmodi literas de clericis Naresitanis trāsmisisse, his videlicet qui se ante damnationē Bonofii assererent ab eodē tam presbyteros quæ diaconos ordinatos: vt si relicto atque damnato eius errore, vellent ecclesiæ copulari, libenter reciperentur, nec forte qui essent digni recuperandæ salutis, in eodem errore deperirent. Verū nunc in Raennati vrbe mihi cōstituto, propter Romani populi necessitates creberrimas, \*Germanio qui asserit se esse presbyterum, atque Lupentium, qui se diaconum dicit, multorum talium quasi legatione suscepta, prece fusa, dolores proprios exprimere gestiuerunt, se quidem ecclesias in dilectionis tuæ constitutas parochiis retinere, sed tuam communionem non potuisse se mereri, ea videlicet ratione, quia Rusticius quidam nomine iterata ordinatione presbyterium suscepisset. Et non leui impedimento sit, dum aut illi debent huiusmodi hominem in ecclesia retineri, aut ille sic peccare debere in alio arbitretur, quemadmodum in se agnoscat esse peccatum. Et quamuis de eadem re plenius literæ meæ contineant, quas superius memoravi, tamen nunc etiam admonendam duximus fraternitatem tuam, vt si verè constat aliquos ante damnationē Bonofii ab eodem ordinatos, postea voluisse vel nunc velle reuerti: eos recipiendos esse censemus, maximæ cum memorati asserant se intantum anteriori tempore ordinatos, vt sanctæ recordationis virum Cornelium Episcopum Syrmisensis vrbis, necnon & fratrem nostrum Nicatā, aliosque nonnullos fuisse præsentis, cum honoribus quos se habere commemorant, faterentur. Vnde, frater charissime, si eorum assertio fidem recipit veri, suscipiendos esse ambigere non debes, quos tandiu ecclesias sibi creditas passus es retinere.

*Epistola eiusdem 22 ad episcopos Macedonia, capita.*

vestro, vt dat spiritus sancti gratia, respondere possimus. Reuoluentes itaque autoritatē Nicænæ synodi, quæ vna omnium per orbem terrarū explicat mentem sacerdotū, quæ censuit de Antiochena ecclesia cunctis fidelibus, ne dixerim sacerdotibus, esse necessarium custodire, quæ super diæcesim suâ prædictâ ecclesiam, non super aliquâ provinciam, recognoscimus constitutam. Vnde aduertimus, nō tam pro ciuitatis magnificentia hoc eidem attributū, quæ quod prima primi Apostoli sedes esse nōstretur, vbi & nomē accepit religio Christiana: & quæ cōuentum Apostolorum apud se fieri celeberrimū meruit: quæque vrbis Romæ sedi nō cederet, nisi quod illa in trāstru meruit, ista susceptū apud se cōsummatumque gauder. Itaque arbitramur, frater charissime, vt sicut metropolitanos autoritate ordinas singulari, sic & ceteros nō sine permisso conscientiaque tua sinas episcopos procreari. In quibus hunc modum rectè seruabis, vt longè positos literis datis ordinari cēscas ab his qui nunc eos suo tantū ordinatū arbitratu: vicinos autem, si æstimas, ad manus impositionē tuæ gratiæ statuas peruenire. Quorum enim te maxima expectat cura, præcipuè tuum debent mereri iudicium.

2. Nam quæ sciscitatis vtrum diuisis imperiali iudicio prouinciis, vt duæ metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari: nō verè visum est, ad mobilitatē necessitatū mundanarū Dei ecclesiam cōmutari, honoreque aut diuisiones ppeti, quas pro suis causis faciēdas duxerit imperator. Ergo secundum pristinū prouinciarū morem metropolitana nos episcopos cōuenit nominari. Cyprios sanè asseris olim Arrianæ impietatis potētia fatigatos, nō tenuisse Nicænos canones in ordinandis sibi episcopis, & vsque adhuc habere præsumptū, vt suo arbitratu ordinent, neminē consulētes. Quocirca persuademus eis, vt curent iuxta canonum fidem, fidē catholicam sapere, atque vnâ cum ceteris sentire prouinciis: vt appareat sancti spiritus gratia ipsos quoque vt omnes ecclesias gubernari.

3. Arrianos præterea, ceterosque huiusmodi pestis &c. apud Gratianū est hoc caput, i. q. i. cap. Arrianos præterea vsque ibi, pœnitentiæ imagine recipimus. Gratiitas itaque tua hæc ad notitiam coepiscoporum, vel per synodum, si potest, vel per harum recitationem faciat peruenire: vt ea quæ ipsæ tam necessariò percontatus es, & nos tam elimatè respondimus, communi omnium consensu studioque seruentur.

*Eiusdem epistola 19. ad Atticum Beræ episcopum, de sancto Ioanne Constantinopolitano episcopo.*

Ad gaudere literis fraternitatē tuâ de receptis Paulini vel Euagrii episcoporum clericis populisque, & de restitutis Helpidio atque \*Papo coepiscopis percensuimus, & vel serò receptæ pacis gratiam te fouere, postposita omni contentione, peruidimus. Vnde has ad præstantissimū fratrem & coepiscopū nostrū Alexandrū reddendas tuæ trāsmisimus vnanimati, videlicet vt si omnes inimicitia, omnis æmulatio tam de nomine sancti Ioannis miradi episcopi, quam de omnibus eiusdem communionis participibus, à tua animositate discelsit, has nostræ societatis recipias literas frater charissime, modò vt omnia quæ his actis firmata sunt, apud mediator nostrū amabilem Alexandrum ore proprio, vt cōmunicantem conuenit, fatearis. Vt enim nobis hæc vnanimatis charitatisque causa venerabilis est, sic inhæret sollicita nequid obliquū aut succissiuū in quoquā resideret cognoscat.

*Nicæ. Syn. ca. 4. et 6*

*\*Pappo*

*\*sanè*

*\*20 Italia.*

*\*Pappo*

*\*Naresita- no*

*\*Germanio*

- 1. *Si sacerdos, vel quilibet ex clero, viduam uxorem duxerit vel eiecit, suum perdat officium.*
- 2. *Si quis catechumenus habuerit, & defuncta ea post baptismum acceperit alteram, clericus esse non possit.*
- 3. *Quod non admittantur clerici ab hæreticis ordinati.*
- 4. *Quod in ordinationibus crimina vel vitia non bene credantur auferri.*
- 5. *Quod hi qui à Bonoso hæretico ordinati sunt, propterea sint recepti, ne scandalum remaneret ecclesie.*
- 6. *Quod in ecclesia peccatum populi multū soleat remanere.*
- 7. *Quod surreptum fuerit Apostolica sedis, & suam in melius sententiam commutari, quando damnationem Photini rescidit.*



Innocentius Rufo & Eusebio, Eustathio, Claudio, Maximiano, Eugenio, Gerentio, Ioanni, Polychronio, Sophronio, Flauiano, Hilario, Macedonio, Callicrati, Zosimo, Profuto, Niceta, Hermogeni, Vincentio, \* Astiologo, Terentiano, Herodiano & Martiano, & ceteris episcopis Macedonibus & diaconis in Domino salutē. Magna me gratulatio habuit, cum post tot discrimina totiusvlt ita dixerim, mūdi, Vitalis archidiaconus vestrarū portitor literarum, ex illis partib⁹ ad nos vsq; directus peruenit. Quē cum vidissemus, illico (vt oportebat) percōtati de vestro statu sumus. Verum vbi reperimus vos ex sententiā degere, Domino Deo nostro verberes gratias retulimus, quōd vos famulos suos, suisq; altaribus seruiētes, & in aduersis tueretur, & in prosperis gubernare dignatur. Qui cum tradidisset epistolas, eas præcepi illico recēseri: in quib⁹ multa posita esse peruidi, quæ stuporē mentibus nostris inducerēt, facerētq; nos nō modicū dubitare, vtrū aliter putarem, an ita illa essent posita, quemadmodū personabāt. Quæ cum læpius repeti fecissem, aduertī, sedi Apostolicæ, ad quā relatio quasi ad caput ecclesiarū missa curriebat, fieri iniuriā, cui⁹ adhuc in ambiguum sententiā duceretur. Vnde de quibus iam dudum scripsisse me memini, nunc iterare formā argumentis euidentioribus, relationis vestræ geminata percontatio compellit.

1. Eos qui viduas accepisse suggeruntur uxores, nō solum clericos effectōs agnoui, verum etiā vsq; ad insulas summi sacerdotij peruenisse: quod cōtra legis esse præcepta nullus ignorat. Nā cum Moses legislator clamitet. Sacerdos vxorē virginē accipiat: ac ne in hoc præcepto aliquid putaretur ambiguum, addidit, nō viduā, neq; eiecitā: cōtra quod præceptū, diuina autoritate subnixum, nulla defensio mādati alterius opponitur, nisi cōsuetudo vestra. Quæ (vt ipsi fatemini) ex ignoŕatiā, vt verecundius dicā, nō ex Apostolica traditione & ratione integra constituta est. Nos autem omnes qui per Orientem occidentemq; ecclesias regimus, nouerit vestra dilectio hæc penitus nō admittere, nec ad vltimū ecclesiastici ordinis locū tales assumere: & si reperti fuerint, submouere.

2. Deinde ponitur nō dici oportere digamum, eum qui catechumenus habuerit atq; amiserit vxorem, si post baptismum fuerit aliā sortitus, eamq; primā videri quæ nouo huiusmodi copulata sit, quia illud cōiugium, post baptismi sacramentū cū ceteris criminibus sit ablutū. Quod cum de vna vtiq; dicitur, certe si tres habuerit, in vetere posit⁹ homine, vxor erit eius quæ post baptismū quarta est, sic interpretātib⁹,

prima virginis & que nomē accipiat, quæ quarto ducta est loco. Quis (oro) istud nō videat cōtra Apostoli esse præceptū, qui ait, vnus vxoris virum oportere fieri sacerdotē: Sed obicitur quod in baptismo totū quicquid in vetere homine gestū est, sit lotū. Dicite mihi, cum pace vestra loquor, crimina tātum dimittuntur in baptismo, an & illa quæ secundū Domini præcepta, ac Dei instituta cōplentur. Vxorē ducere crimen est, an nō est crimen? Si crimen est, ergo (præfata venia dixerim) erit author in culpa qui vt crimina cōmitterentur, in paradiso, cum ipse eos iungeret benedixit. Si vero non est crimen, quia quod Deus iunxit, nefas sit crimē appellari, & Salomon addidit, etenim à Deo præparatur viro vxor quomodo creditur inter crimina esse dimissū, & auctore deo legitur cōsummatum? Quid de taliū filiis percēsetur? Nūquid nō erunt admittēdi in hereditatis cōsortio quia ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismū fuit vxor? Eruntq; appellādi, vel naturales vel spurij, quia nō est legitimum matrimoniū, nisi illud (vt vobis videtur) quod post baptismū assumitur. Ipse Dominus cū interrogaretur à Iudæis, si liceret dimittere vxorē, atq; exponeret fieri nō debere, addidit, quod ergo Deus iunxit homo nō separet. Ac ne de his loquutus esse credatur quæ post baptismū vxores sortiuntur, meminerint hoc, & à Iudæis interrogatū, & Iudæis esse responsum. Quæro & sollicitus quæro, si vna eadēq; sit vxor eius qui ante catechumenus, postea fit fidelis, filioq; ex ea, cum esset catechumenus suscepit, ac postea alios cum fidelis, vtrū sint appellandi fratres, an nō habeāt postea, defuncto patre, heriscundē hereditatis cōsortium, quibus filiorum nomē regeneratio spiritualis creditur abstulisse. Quod cum ita sentire atq; iudicare absurdū est, quæ ratio est, hoc malū defendi, & vacua magis opinione iactari, quā aliqua autoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iunxit, & lex iūgit. Nūquid si quis catechumenus virtutibus studuerit humilitatē sequutus fuerit, patientiā tenuerit eleemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit, quæro, si hæc cū factus fuerit fidelis, amittit, quia per baptismū totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri. Aspiciamus gentilē hominē Cornelīū, orationibus atq; eleemosynis vacantē per reuelationē angelū Petrumq; ipsum vidisse. Nunquid per baptismum hæc illi abluta sunt, propter quæ ei baptismus videtur cōcessus? Si ita creditur, mihi credite nō modicum erratur, quia quicquid bene gestū fuerit, & secundū præcepta legalia custoditū nō potest facientibus deperire. Nuptiarū ergo copula, quia Dei mandato perficitur, nō potest dici peccatū. Et quod peccatum nō est, solui inter peccata, credi omnino non debet. Eritq; integrum æstimare abolere non posse prioris nomen vxoris, cum nō dimissum sit pro peccato, quia ex Dei sit voluntate completum.

3. Ventum est ad tertiā quæstionem quæ pro sui difficultate longiorē exigit dispensationē. Cum nos dicamus, ab hæreticis ordinatos, vulneratū per illā manus impositionem habere caput, vbivulnus in fluxum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem. Quæ sanitas post vulnus peccati secuta sine cicatrice esse non poterit, atq; vbi pœnitentiæ remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locū non posse habere. Nam si (vt legitur) quod tetigerit immundus, immundum erit, quomodo

1. Timo. 3.  
Titim. 1.  
Gene. 1.  
Matt. 19.  
Prou. 19.  
Matt. 19.

ei tribuetur, quod munditia ac puritas consuevit accipere? Sed ecōtrario asseritur, eū qui honorē amisit, honorē dare nō posse, nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat, quod ille posset accipere, Ac quiescim⁹ & verū est certe, quia q; nō habuit, dare nō potuit. Damnationē vtiq; quam habuit, per prauā manus impositionē dedit, & qui particeps effectus est damnato, quomodo habeat honorē accipere, inuenire non possum.

4. At dicitur, vera ac iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vitium, q; à vitioso fuerat inieciū. Ergo si ita est, applicentur ad ordines sacrilegi, adulteri atq; omniū criminū rei, quia benedictione ordinationis crimina vel vitia putātur auferri. Nullus sit pœnitentiæ locus, quia id potest præstare ordinatio, q; longa satisfactio præstare consuevit. Sed nostræ lex ecclesie est, venientibus ab hæreticis, qui tamē illic baptizati sunt, per manus impositionē, laicā tantum tribuere cōmunionem, nec ex his aliquē, in clericatus honorem, vel exiguum subrogare.

5. At verò hi qui à catholica fide ad hæresim trāsierunt, quos nō aliter oportet nisi pœnitentiā suscipi, apud vos non solū pœnitentiā nō agunt, verū etiam honore cumulātur. Sed Anisij quondā fratris nostri, aliorūq; confessorū summa deliberatio hæc fuit, vt quos Bonosus ordinauerat, ne cum eodē remaneret, ac ne fieret nō mediocriter scandalū, ordinati remanerēt. Vicimus (vt opinor) ambigua. Iam ergo q; pro remedio ac necessitate tēporis statutū est, collat primitus non fuisse: ac fuisse regulas veteres, quas ab Apostolis vel Apostolicis viris traditas ecclesia Romana custodit, custodiēdasq; mādāt his qui eam audire cōsuerūt. Sed necessitas tēporis id fieri magno opere postulabat. Ergo quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate debet vtiq; cessare pariter, quod vrgebat: quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio quā ad præfens fieri tēpus impellit. Sed canones apud Nicæam constituti, de Nouatianis fieri permiserūt: prius ille canon à patribus institutus, ponēdus est, vt possim⁹ aduertere vel quid vel qualiter ab eisdē sentum sit vel præceptū. De his, inquit, qui nomināt seiplos catharos, id est mūdōs, & aliquādo veniūt ad catholicā ecclesiam, placuit sanctæ & magnæ synodo, vt accepta manus impositione, sic maneat in clero. Possimus verò dicere de solis his Nouatianis esse præceptū, nec ad aliarū hæresum clericos pertinere. Nā si vtiq; de omnibus ita definirent, addidissent, à Nouatianis alijsq; hæreticis reuertentes, debere in suum ordinē recipi. Quod ita esse, etiā illud maximē, quod de Paulianistis dictū est, poterit cōfirmare, à quibus venientes, etiā baptizari præcipiuntur. Nunquid nā, cū de Paulianistis iubēt, omnes qui ab hæreticis reuertuntur, erunt hoc exēplo baptizādi? Quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantū esse præceptum ratio ipsa demōstrat. Deniq; baptizatos rite ab Euangelista Philippo, Petrus & Ioannes sola manus impositione cōsummāt. Illos verò quos Apostolus Paulus Ioanis baptismate baptizatos repererat, interrogauit an spiritū sanctū accepissent. Facti busq; se ne illud quidē nomen audisse, iussit eos baptizari. Videtis ergo, rite baptizatos, illo dono iterari nō posse: & aliter, sola aqua lotos, baptizari in nomine patris & filij & spiritus sancti, necessariū peruideri. Ita & de Nouatianis tantum iussum esse, lucida manifestatio ne perlegitur. Quod idcirco distinctū esse ipsis duabus hæresibus, ratio manifesta declarat

quia Paulianista in nomine patris & filij & spiritus sancti minime baptizant: & Nouatiani iisdē tremēdis venerādisq; nominibus baptizāt: nec apud istos de vnitatis potestatis diuinæ, hoc est patris, filij, & spiritus sancti, quæstio aliquādo mota est: & ideo \* omnibus segregatis, nec sola electa est, cui istud crederent cōcedendā, quia nihil in patris & filij & spiritus sancti sacramēto peccat. Si quis verò de catholica ad hæresim trāsirens, aut fidelis ab apostasia reuertēs & respiscēs redire voluerit, nūquid eadē ratione poterit ad clerum permitti, cuius cōmissum nō nisi per longā pœnitentiā poterit aboleri? nec post pœnitentiā clericū fieri, ipsi canones sua autoritate permittūt. Vnde cōstat, qui de catholica ad Bonosum trāsierūt damnatū, atq; se passi sunt aut cupierunt ab eodē ordinari, nō oportuisse ordinationis ecclesiasticæ suscipere dignitatē, qui cōmune omnium ecclesiarū iudicium delerēt, suā peculiariter in Bonoso vanitatē sequendā esse duxerūt. Sed multos cōstat vim passos atq; inuitos, attractos, repugnātesq; ab eodē ordinatos. Dicat mihi, volo, quisquis hoc credit: si nō post ordinationē Bonosi interfuit cū cōficeret sacramēta, si cōmunioni eius participatus nō est, si statim discedēs de ei⁹ pœnimo cōciliabulo, ad ecclesiā rediit, iste talis potest habere colorē aliquem exultationis. Ceterū alij qui vel post annū aut mensem ad ecclesiam redierūt, intelligimus eos qui in catholica nouerāt se propter vitia sua nō posse suscipere ordinationē, idcirco ad illū perrexisse, qui passim & sine vlla discussione ordinationes illicitas faciebat, credētes se posse per istā institutionem locū in ecclesia catholica recipere, de quo antea desperat. Nūc illud quod superest interrogo: qui post mēsem aut eo amplius rediit, cū se presbyterū à Bonoso cōfiderit ordinatū, si nō sacramēta cōfecit, si nō populis tribuit, si nō Missas secundū cōsuetudinē cōpleuit: quid de his cōseatis, quæso promatis apertius. Ad summā certe, qui nihil à Bonoso acceperunt, rei sunt vsurparæ dignitatis, qui cōficiendorum sacramentorū sibi vēdicauerūt autoritatē, atq; ad se putauerūt esse, quod de his nulla fuerat regulari ratione concessum.

6. Peruideat ergo dilectio vestra, hætenus talia trāsisse: & aduertite q; vtiq; (vt dicitis) necessitas imperauit, in pace iam ecclesias cōstitutas, nō presumere, sed vt tæpe accidit, quoties à populis aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinē nō potest vindicari, multū soleat trāsire. Priora ergo dimittēdo dico Dei iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine præcauendum.

7. Veniā nunc ad maximū quasi quoddā thema Photinum, & c. apud Gratianū 35. q. 9. ca. Veniā nunc ad maximum: vsq; ibi, Cui porrigo, mecū porrigite: & sequitur, Hæc enim ad Corinthios Apostolica est declarata benignitas, vt in vno spiritu ductā ac reduta sententiā boni semper indifferenter sequatur. Nam, frater, hæc me primū res bene habet erga Eustathium diaconū, quōd cōtra fidem iniquā quicquā locutus sit, nec loquentē admiserit, nec ad mortē crimen aliquod cōmississe, vel iactatū vnquā vel fictum cognouerim. Et qui in his saluus est, si quo pacto cōuersationes amabiliēs nō habet, habendus est vt minus pro tēpore dilectus, nō vt inimicus existimatus, diabolo in perpetuo mācipandus. Cognosco illū, inter illas simultates ac turbines cōtra multorū studia, nō dico qualia, diuersa sensisse, & cū hinc res ac calamitates ipsæ emendatæ sint, adhuc Dizoniani, &

\* omnibus hæresibus.

\* Axialo go

c. 8. Nicæne Synodi.

c. 19. Nicæne Synodi.

Actu. 8. c.

Act. 19. a.



Syriaci subdiaconorum nō potuisse apud vos emendationem reuiuiscere. Cōpescite, quæso, ab illo, prædictisq; quoruncunq; videtis animos ac nō iustas æmulationes, vt ipse apud nos integer, apud vos cū suis reparatus, mereatur pacē, non fictā peruidēs charitatem. Omnibus igitur vobis occurrat charitas, & vinculis quæ nullis modis à Christo soluantur, vobiscū pariter in perpetuū cōnexa, letetur in domino.

*Eiusdem epistola 24. ad synodum in Toletana ciuitate constitutam, capita.*

- 1. *De Hispanorum reprehensione, qui inordinate constituunt clericos.*
- 2. *Vt causidici, vel curiales, vel seculari militia dediti, ad clerū non admittantur.*
- 3. *Vt quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.*
- 4. *De cōmemoratione Nicani concily, in quo supradicta prohibentur.*
- 5. *Quales eligendi sunt in ordine clericorum.*
- 6. *De eo qui ante baptismum uxorem habuit, & post baptismū aliam, vt clericus non fiat.*

**I**nnoentius vniuersis episcopis in Toletana synodo cōstitutis, dulcissimis fratribus, in Domino salutem. Sæpe me & nimium cum teneret cura sollicitum super dissensionis schismate ecclesiarū, quod malum per Hispanias latius in dies separationis gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emerit, quo nō possit emendatio tāta differri, & deberet cōgrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus quas prauæ cōsuetudinis vitio Hispaniēses episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundū maiorum traditionē statuendum, nisi perpenderemus ne perturbationes quāplurimas ecclesiis moueremus. Quorum factū ita reprehēdimus, vt propter numerum corrigendorū, ea quæ quoquo modo facta sunt, non in dubium vocemus, sed dei potius dimittamus iudicio.

2. **Quantos enim ex eis qui post acceptam baptismi gratiam &c. repetere ex Gratiano dist. 51. cap. Aliquātos ex his.**  
3. **Post hæc, si quis aduersus formas canonū, vel ad ecclesiasticum ordinē, vel ad ipsum sacerdotiū venire tētauerit, vna cum ordinatoribus suis, ipso in quo inuenti fuerint, ordine & honore priuentur. Et quāuis dilectioni vestræ, fratres charissimi, regulæ Nicænæ sunt cognita secundū quas ordines esse faciendos per sententiā decernitis: tamē aliquā partē quæ de ordinationibus est, puisa, inserendā putauit, vt secundum eas ordinationes in posterū celebrādas esse sciamus, ne cui interpretādi aliter liberū arbitriū relinquantur. Ac primū, quæ sunt phibita, digerantur.**

4. **Ne quispiā qui post baptismū militauerit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neq; qui causas post acceptū baptismū egerint, aut qui post acceptā Dei gratiā administrauerint: neq; de curialibus aliqū ad ecclesiasticū ordinē venire posse, qui post baptismū vel coronati fuerint, vel sacerdotiū (quod dicitur) sustinuerint, & editiones publicas celebrauerint. Nam & hoc de curialibus est cauēdū, ne iidē qui ex curialibus fuerint, aliquādo à suis curiis (quod frequēter videmus accidere) poscātur. Quæ omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus custodiri.**

5. **Quales verò eligēdi sunt in ordine clericorū, euidens forma declarat, id est qui ab ineūte ætate baptizati fuerint, & lectorū officio sociati, vel si maiores**

sunt, cum fuerint Dei gratiā cōsecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mācipauerint. Et si vxores habuerint, querendū, si vxorē virginē habuerint: quia scriptum est in veteri testamēto: Vxorē virginē accipiat sacerdos, & alibi: Sacerdotes mei semel nubant. Neque qui duas vxores habuerit, quia Paulus Apostolus ait: Vnius vxoris virum.

6. **Nec illud debere admitti, quod aliquāti p defensione prauis erroris opponūt & asserunt, q ante baptismū oīa dimittūtur, nō intelligētes huiusmodi, q sola in baptismo peccata dimittūtur, nō vxorū numerus abolet. Nā si à deo (vt scriptū est) pparatur viro vxor, & quod Deus cōiunxit, homo nō separet: & ipsi auctores generis humani in origine à Deo benedicuntur: quomodo inter peccata ista creduntur posse dimitti? Quod si secundū illos qui ita credūt, verū est: ergo omnis iniustitia quæ à catechumenis ante baptismū fuerit operata, per baptismū aufertur. Nullus ergo cōtra Apostolū tale aliquid sentiat nec admitat, sed fideliter intelligat vnius vxoris virū siue ante baptismū esse nominatū, siue post baptismū. Si enim vxor ante baptismū accepta, nō ducitur in numerū: nec filij ex eadē suscepti, inter filios poterunt nominari. Quod quam absurdū sit atq; alienū, prudentia vestra melius æstimabit. Vnde neminē liceat interpretari aliter diuinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit: ne dum quidā remedia sibi iniqua ad excusationē præparant, ex eo rupisse legē & regulas euerisse iudicentur: sed ea tenenda sunt, quæ diuinarum scripturarū series cōtinet, & à sacerdotibus vtili ratione sunt cōstituta. Bene valeatis, fratres charissimi.**

*Extat huc loco inserta epistola concily Carthaginensis ad eundem Innocentiū, in qua sequentes dānantur errores Pelagij & Celestij.*

**Quod naturaliter possit implere legē, qui vult: & q Deus legem adiutoriū dedit. Error secundus.**  
**Ad perficiendā iustitiā, & dei mandata cōplenda, sola humana sufficere potest natura. Error tertius.**  
**Paruuli propter salutem quæ per saluatorem datur, baptizandi non sunt.**

**Ad hæc rescripsit Innocentius in epistola 25. in qua gratulatur episcopis Carthaginensis ecclesiæ de solitudine sua. Deinde damnat propositos errores, & auctores eorū Pelagium & Celestinū. Et quia nihil addit ad epistolam concily Carthaginensis, ideo non censuimus subiiciendam hoc loco.**

*Sequitur epistola concily Mileuitani ad eundē Innocentiū, in qua incipit, Domino beatissimo, meritoq; venerabili papa Innocētio, &c. In qua sequentes dānantur errores.*

**Primus, Potest homo in hac vita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iustitiæ sine adiutorio gratiæ saluatoris per solum liberæ voluntatis arbitrium peruenire, vt etiam non sit necessarium dicere, Dimitte nobis debita nostra.**

**Secundus, Illud, ne nos inferas in tentationē non ita intelligendum, tanquā diuinum adiutorium poscere debeamus ne in peccatum tētantī decidamus, quoniā hoc in nostra positum est potestate: & ad hoc implendum sola sufficit hominis voluntas.**

**Tertius, Non est orandus Deus vt contra peccati malum, & ad operandam iustitiā, sit noster adiutor.**

**Quartus, Non opitulatur paruulis ad consequendam vitam æternam Christianæ gratiæ sacramentū. Ad quam epistolā Innocentius Mileuitano concilio**

*Homeriū al. HimeriūTarracōnē. ca. 9*

*Leuit. 21. c*

*Supra in epist. 22.*

*Innocē. ad Rufum et Eusebium &c. ca. 2.*

*\*Celestini*

lio respondit, quæ est epistola illius 26. in ordine: in qua primum gratulatur cōcilio de solitudine sua, & quod in rebus arduis cōsulant ecclesiā Romanā: deinde dānat propositos errores: & quia nihil addidit ad epistolam concily Mileuitani, censuimus non esse subiiciendā hoc loco, quandoquidē hæc eadem explicatus in concilio Mileuitano definita sunt.

*Epistola familiaris quinque episcoporum ad supradictum papam.*

**D**omino beatissimo meritoq; honoratissimo fratri, Innocentio papæ Aurelius, Alypius, Augustinus, Euodius & Possidius, in Domino salutem. De cōciliis duobus prouinciæ Carthaginensis atq; Numidiæ, ad tuam sanctitatē à non paruo episcoporum numero subscriptas literas misimus, contra inimicos gratiæ Christi, qui confidunt in virtute sua, & creatori nostro quodāmodo dicunt: Tu nos creasti homines, iustos autem ipsi nos fecimus. Qui naturā humanam ideo dicunt liberam, ne quærant liberatorem: ideo saluam, vt indicent superfluum saluatorem. Tantum enim dicunt valentem, vt suis viribus semel in origine suæ creationis acceptis, possint per liberum arbitrium, nihil vltius adiuuante illius gratiæ qui creauit, domare & extinguere omnes cupiditates, tentationesque superare. Multi eorū insurgunt aduersum nos, & dicunt animā nostrā, non est salus illi in Deo eius. Familia Christi (quæ dicit, Quando infirmor, tūc fortis sum: & cui dicit Dominus eius, Salus tua ego sum, suspenso corde, cū timore & tremore adiutorium Dei, etiam per charitatem tuā venerationis expectat. Audiuim⁹ enim esse in vrbe Roma (vbi ille diu vixit) nonnullos qui diuersis causis eius faueāt. Quidam scilicet, qui nobis talia persuasisse prohibentur: plures verò qui cum talia sentire nō credunt: præsertim quia in Oriente, vbi degit, gesta ecclesiastica facta esse iactātur, quibus putatur esse purgatus: vbi quidē si Episcopi eum catholicum pronunciarūt, non ob aliud factū esse credendū est, nisi quia dixit se Dei gratiā confiteri, & ita posse hominē suo labore ac voluntate iustē viuere, vt ad hoc adiuuari Dei gratia nō negaret. His enim auditis verbis, catholici antistites nullā aliam Dei gratiā intelligere potuerūt, nisi quam in libris Dei legere, & populis Dei prædicare consueuerunt, eam utiq; de qua dicit Apostolus: Nō irritam facio gratiam Dei. Nam si per legē iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Sine dubio gratiam qua iustificamur ab iniquitate, & qua saluamur ab infirmitate, nō qua creati sumus cum propria voluntate. Nam si intellexissent illi episcopi illum eam dicere gratiam, quā etiam cum impijs habemus, cum quibus homines sumus: negare verò eum, qua Christiani & filij Dei sumus: quis catholicorum sacerdotum eum patienter non dicimus audiret, sed ante oculos suos ferret? Quapropter nō culpandi sunt iudices, qui ecclesiastica consuetudine gratiæ nomen audierunt, nescientes quid huiusmodi homines vel in suæ doctrinæ libris, vel in suorum solent auribus spargere. Non agitur de vno Pelagio, quia iam fortasse correctus est, quod vtinam ita sit: sed de tam multis, quibus loquaciter contentibus, & in firmas atque in eruditās animas velut conuincias trahentibus, firmas autem & in fide stabiles, ipsa contentione fatigantibus, vsquequaque iam plena sunt omnia. Aut ergo à tua veneratione accersendus est Romam, & diligenter interrogan-

*psal. 48.*

*1. Cor 12. c*

*Galat. 2. d*

us, quam dicat gratiam, qua fateatur (si tamen iam fateatur) non ad peccandum, sed iustē viuēdum, homines adiuuari: aut hoc ipsum cum eo per literas agendum. Et cum inuentus fuerit hanc dicere, quam docet ecclesiastica & Apostolica veritas, tunc sine vllō scrupulo ecclesiæ, & sine latibulo ambiguitatis vllius absoluedus est, tunc est reuera de eius purgatione gaudendum. Siue enim dixerit gratiam esse liberum arbitrium, siue gratiam esse remissionem peccatorum, siue gratiam esse legis præceptū, nihil eorum dicit quod per subministrationem spiritus sancti pertinet ad concupiscentiam tentationēque vincendas, quem ditissime effudit super nos qui ascendit in cælum, & captiuauit captiuitatem, deditq; dona hominibus. Hinc enim oramus vt peccatorum tentationem superare possimus, vt spiritus Dei, vnde pinguis accipimus, adiuuet infirmitatem nostrā. Qui autem orat & dicit, ne nos inferas in tentationē: nō utiq; id orat, vt homo sit, quod est natura: neq; orat id, quod habeat liberum arbitrium, quod iam accipit cum crearetur ipsa natura: neque orat remissionem peccatorū, quia hoc superius dicitur, Dimitte nobis debita nostra: neque orat vt accipiat mandatū sed planē orat vt faciat mandatū. Si enim in tentationem inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit utique peccatū, quod est cōtra mandatū. Orat igitur vt non peccet, hoc est, vt ne quid faciat mali: quod pro Corinthiis orat Apostolus dicens: Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali. Vnde satis apparet quod non ad peccandum, id est non ad malefaciendum, quamuis esse non dubitetur liberum arbitrium voluntatis, tamē eius potestas nō sufficiat, nisi adiuuetur infirmitas. Ipsa igitur oratio clarissima est gratia, & testificatio est. Hanc ille cōfiteatur, & cum gaudebimus siue rectum, siue correctum. Distinguenda est lex & gratia. Lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iuberet, nisi esset voluntas: nec gratia iuuaret, si satis esset voluntas. Iubetur, vt habeatur intellectus, vbi dicitur: Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: & tamen oramus vt habeamus intellectum, vbi dicitur: Da mihi intellectum, vt discam mandata tua. Iubetur vt habeamus sapientiam, vbi dicitur: Stulti aliquando sapite: & tamen oratur vt sapientiam habeamus, vbi dicitur: Siquis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impropere, & dabitur ei. Iubetur vt habeamus continentiam, vbi dicitur: Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donum: adij Dominū, & deprecatus sum illum. Postremo, ne nimium longum sit cuncta percurrere, iubetur vt non faciamus malum, vbi dicitur: Declina à malo: & tamen oratur vt non faciamus malum, vbi dicitur: Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali. Iubetur vt faciamus bonum, vbi dicitur: Declina à malo, & fac bonum: & tamē oratur vt faciamus bonum, vbi dicitur: Non cessamus pro vobis orantes & postulantes: atq; inter cætera quæ illis orat, dicit: Vt ambuletis dignē Deo in omne placitū, in omni opere & sermone bono. Sicut ergo agnoscimus voluntatē ad hæc præcipiūtur: sic & ipse agnoscat gratiā cum peruenitur. Misimus reuerentiæ tuæ librum quē dederūt religiosi & honesti adolescentes, serui Dei, quorū etiā nomina nō tacemus: nā Thimasius & Iacobus vocantur. Qui (sicut audiuim⁹, & etiā nosse dignaris) ipsi

*psal. 67.*

*Matr. 6. b*

*Rom. 8. c*

*2. Cor. 5. d*

*2. Cor 13. c*

*psal. 31.*

*psal. 118.*

*Iacobi. 1. a*

*Sap. 8. d*

*psal. 33.*

*1. Thes. 2. c*

Pelagij exhortatione, spem quam habebat in seculo, reliquerunt, & nunc continentes Deo seruiunt. Qui cum errore eodem tandem aliquando per qualencunque operam nostram Domino inspirante caruissent protulerunt eundem librum, Pelagij esse dicentes: & ut ei responderetur, impendit rogauerunt. Factum est, ad eisdem dum rescripta est ipsa responsio, agentes gratias rescripserunt. Vtrumque misimus, & cui responsum est & quod responsum est. Et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis, ubi (petimus) inspicere non graueris, quæ admodum sibi obiecta quæstione gratia dei negaret, ita respondit, ut eam esse non diceret nisi naturam in qua nos condidit Deus. Si autem huc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca, non contendimus, anathematizet illa, & eam confiteatur apertissime gratiam, quæ doctrina Christiana demonstrat & prædicat esse propriam Christianorum quæ non est natura, sed qua saluator natura, non auribus doctrina sonante, vel aliquo adiumento visibili, sicut plantatur quodammodo & irrigatur extrinsecus, sed subministrante spiritus, & occulta misericordia, sicut ille facit qui dat incrementum Deus. Si enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei qua creati sumus, ut non nihil essemus: nec ita essemus aliud, aut cadauer, quod non uiuit: aut arbor, quæ non sentit: aut pecus, quod non intelligit: sed homines, qui ut essemus, & uiueremus, & sentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere valeamus: unde & merito gratia ista, gratia dici potest, quia non precedentium aliorum operum meritis, sed gratuita bonitate Dei donata est: alia est tamen qua prædestinati vocamur, iustificamur, glorificamur, ut dicere possumus: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. De hac gratia quæstio vertebatur, quando ab his quos Pelagius grauer offendebat atque turbabat dicebatur ei quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret non solum ad faciendam, verum etiam ad perficiendam mandata diuina, per liberum arbitrium sibi humanam sufficere naturam. Hanc Apostolica doctrina gratiam non immerito isto nomine appellat, qua saluamur & iustificamur ex fide Christi. De hac scriptum est: Non irrita facio gratiam Dei. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. De hac scriptum est: Euacuati estis à Christo. Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. De hac scriptum est: Si autem gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia. De hac scriptum est: Et autem qui non operatur, credente autem in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Et autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Et multa alia, quæ melius potes ipse meminisse & intelligere, prudentius & illustrius prædicare. Illam verò gratiam, qua creati sumus homines, etiam si ita appellandam non immerito intelligimus, mirum est tamen si ita appellatam in vllis legitimis, Prophetis, Euangelicis Apostolicisque literis legimus. Cum itaque de hac gratia à Christianis fidelibus catholicis, nouissima illi obiecteretur quæstio, ut eam oppugnare desineret: quid est quod cum hoc sibi in libro suo velut ab aduersante persona idem ipse obieciisset, ut se respondendo purgaret: nihil aliud respondit, nisi naturam creati hominis referre gratiam creatoris, atque se ita dicere sine peccato implere posse iustitiam per liberum arbitrium cum

adiutorio diuina gratia, quod Deus hoc dedit homini ipsa possibilitate natura? Cui merito respondeatur: Ergo euacuatum est scandalum crucis? Ergo Christus gratis mortuus est? Non enim si non mereretur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificationem nostram, nec ascendisset in altum, & captiuans captiuitatem, daret dona hominibus, ista natura possibilitas quæ defendit, non esset in hominibus. An forte Dei mandatum deceret, & ideo Christus mortuus est? Imò etià & hoc erat sanctum & iustum & bonum. Iam dictum fuerat, Non concupisces: iam dictum fuerat, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. In quo sermone Apostolus omnem legem dicit impleri: & quoniam, nisi diligat Deum, nemo diligit seipsum: idè quod; Dominus in his duobus præceptis totam legem dixit prophetasque impleri. Quæ duo præcepta iam erant hominibus diuinitus data. An æternum præmium iustitiæ promissum nondum erat? Hoc ipse non dicit, qui in suis literis posuit, etiam in veteri testamento regnum cælorum esse promissum. Si ergo ad faciendam perficiendamque iustitiam iam erat naturæ possibilitas per liberum arbitrium, iam erat legis Dei sanctum, iustum, benignumque mandatum, iam erat promissum præmium sempiternum: Ergo Christus gratis mortuus est? Ergo neque per legem iustitia, neque per naturam possibilitatem, sed ex fide ac dono Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, vnum mediatorem Dei & hominum. Qui nisi in plenitudine temporis mortuus esset propter delicta nostra, & resurrexisset propter iustificationem nostram: profectò & antiquorum fides euacuaretur, & nostra. Fide verò euacuata, quæ homini iustitia remaneat, cum iustus ex fide uiuat? Ex quo enim per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & vita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: proculdubio à corpore mortis huius: ubi lex alia repugnat legi mentis, neminem liberavit aut liberat suæ possibilitas nature: quæ perditam, redemptore indiget: faucia, saluatore: sed gratia Dei per fidem vnius mediatoris Dei & hominum, hominis Iesu Christi, qui & Deus cum esset, hominem fecit: & manens Deus, homo factus, refecit ipse quod fecit. Puto autem quod non lateat, fidem Christi, quæ postea in reuelationem venit, in occultis fuisse temporibus patrum nostrorum, per quam tamen etiam ipsi Dei gratia liberati sunt, quicumque omnibus generis humani temporibus liberari potuerunt occulto Dei iudicio, non tamen vituperabili. Unde dicit Apostolus: Habentes autem eundem spiritum fidei: utique eundem, quem & illi, secundum quod scriptum est: Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur. Inde est quod ait ipse mediator: Abraham concupiuit videre diem meum. Vidit, & gauisus est. Inde Melchisedech prolato sacramento dominicæ mensæ, nouit æternum eius sacerdotium figurare. Iam verò data in literis lege, quam dicit Apostolus subintrasse ut abundaret delictum, & de qua dicit. Si ex lege hæreditas, iam non ex promissione: Abraham autem per promissionem donauit Deo. Quid igitur lex? Transgressio gratia posita est, donec veniret semetipsum qui promissum est, depositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est. Deus autem verus est. Lex ergo aduersus promissa dei Absit. Si enim data esset lex quæ posset iustificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi

Christi daretur credentibus. Nonne satis ostenditur hoc actum esse per legem, ut peccatum cognoscere-tur, & præuacuatione argueretur? Vbi enim lex non est, nec præuacuatione. Et sic aduersus victoriã peccati, ad diuinã gratiã quæ in promissionibus est, confugeretur: atque ita lex non esset aduersus promissa dei, quia ideo promissa sunt cognitio peccati, & ex præuacuatione legis abundantia peccati, ut ad liberationem queratur promissiones Dei, quod est gratia Dei, & incipiat in homine esse iustitia, non sua, sed Dei, hoc est data dono Dei. Quam etiam nunc quidam (sicut & tunc de Iudæis dictum est) ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Per legem quippe & illi iustificari se arbitrantur, sufficiente sibi ad eandem custodiendam libero arbitrio, hoc est iustitia sua, prolata ex natura humana, non donata ex gratia diuina, propter quod iustitia Dei dicitur. Unde item scriptum est: Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata per legem & prophetas. Cum dicit, manifestata est: ostendit quia & tunc erat: sed tanquam illa pluuia quam Gedeon impetrauit, tunc velut in vellere occulta, nunc autem velut in area manifesta. Cum ergo lex sine gratia, non mors peccati potuisset esse, sed virtus (sic enim dictum est, Aculeus mortis peccatum est, virtus autem peccati lex) sicut confugiunt multi à facie regnantis peccati ad gratiam velut in aream nunc potentem: ita pauci ad eam confugiebant velut in vellere tunc latetem. Hæc verò temporum distributio refertur ad altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, de qua dictum est: Quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quapropter si & ante tempus legis, & tempore ipso legis, iustos patres ex fide viuentes, non possibilitas nature infirmæ, & indignæ ac vitiatæ, & sub peccato venundatæ, sed Dei gratia per fidem iustificabat, & nunc eadem in apertum iam veniens reuelata iustificat: anathematizet ergo Pelagius scripta sua, ubi contra eam etsi non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, possibilitatem defendendo nature ad vincenda peccata, & implenda mandata. Aut si ea sua esse negat, aut scriptis suis ab inimicis suis dicit immissa: quæ sua esse negat, anathematizet ea & damnet paterna exhortatione & autoritate sanctimoniarum tuarum. Si ergo vult, onerosum sibi & perniciosum discat ecclesiæ scandalum auferre, quod scandalum auditores & inperuersum dilectores eius vsquequaque spargere non quiescunt. Si enim cognouerint eundem librum quæ illius vel putant esse, vel norunt, episcoporum catholicorum autoritate, & maxime sanctitatis tuæ (quæ apud eum esse maioris potestatis minime dubitamus) ab eodem ipso esse anathematizatum atque damnatum, non eos ulterius æstimamus ausuros loquendo contra gratiam Dei quæ reuelata est per passionem & resurrectionem Christi, nec pectora fidelium & simpliciter Christiana turbare: sed potius, adiuuante misericordia Dei, certantibus nobiscum pietate & charitate, flagrantibus etiam orationibus tuis non solum ut in æternum beati, verum etiam & iusti & sancti sint, non in sua virtute, sed in eadem gratia confisuros. Unde & ad ipsum scriptam ab vno nostrum Epistolam (ad quem per quendam orientalem diaconum, ciuem autem Hipponensem tanquam purgationis suæ quædam scripta transmisit) tuæ beatitudini potius credidimus dirigendam, melius iudicantes, &

petentes ut eam ei mittere ipse digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in illa eum qui misit, quam qui scripsit attendens. Illud vero quod dicunt, posse hominem esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire si velit, quæuis quum hoc per adiutorium Dei gratia, quæ tamen per incarnationem vniuersi eius reuelata atque donata est, dicitur tolerabilius dici videatur, tamen quoniam merito quæri potest ubi & quando per eadem gratiam id efficiatur in nobis, ut sine vilo profuso peccato simus, vtrum in hac vita, quando caro concupiscit aduersus spiritum: an verò in illa quum fiet sermo qui scriptus est, Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? aculeus enim mortis, peccatum est: diligentius pertractandum est propter alios quosdam qui iniquè senserunt, atque in suis literis memoriæ mandauerunt, etiam in hac vita esse posse hominem sine peccato, non ab initio natiuitatis suæ, sed conuersione à peccatis ad iustitiam, & à via reprobam ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt quod de Zacharia & Elizabeth scriptum est, ambulasse eos in omnibus iustificationibus Dei sine querela. Hoc quod dictum est, sine querela: sine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes imò etiam (quod aliis locis in literis eorum inuenitur) pie confitentes adiutorium gratia Domini nostri, non per naturalem spiritum hominis, sed per principale spiritum Dei. Qui parum videntur considerasse, ipsum Zachariam fuisse utique sacerdotem. Omnes autem tunc sacerdotes, necesse habebant ex lege Dei, primitus pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populo. Sicut ergo nunc per orationis sacrificium conuincimur non esse sine peccato, quoniam iusti sumus dicere, Dimitte nobis debita nostra: ita & tunc per sacrificia victimarum animalium conuincantur sacerdotes sine peccato non esse, qui pro suis peccatis iubebantur offerre. Quod si res ita se habet, ut per gratiam saluatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, charitate crescente, perficiamur autem in illa vita, cupiditate extincta, charitate completa: profecto illud quod scriptum est. Qui natus est ex Deo, non peccat, secundum illam charitatem dictum est, quæ sola non peccat. Ad natiuitatem quippe quæ ex Deo est, augenda & perficienda charitas pertinet, non ea quæ minuetur est & consumenda, cupiditas: quæ tamen quandiu est in membris nostris, lege quadam sua repugnat legi mentis: sed natus ex Deo, nec obediens desideriis eius nec exhibens membra sua arma iniquitatis peccato, potest dicere. Iam non ego operor illud, sed id quod habitat in peccato. Sed quomodo se habeat ista quæstio, quia etsi non inuenitur homo in hac vita sine peccato, id tamen dicitur posse fieri per adiutorium gratia & spiritus Dei. Quod ut fiat, conandum atque poscendum est. Tolerabiliter in id quisque fallitur: nec diabolica impietas, sed error humanus est, elaboranda & optanda affirmare, etiam si quod affirmat, non possit ostendere. Id enim credit fieri posse, quod certe laudabile est velle. Nobis autem sufficit, quod nullus fidelium in ecclesia Dei reperitur in quolibet profectu excellere atque iustitia, qui audeat dicere sibi non necessariam prædicationem orationis dominicæ, Dimitte nobis debita nostra: & dicat se non habere peccatum, nec seipsum decipiat, & in coveritas non sit, quæuis iam sine querela uiuat. Non enim qualecunque, etiam peccati humanæ sed graue peccatum est quod in querela venit. Cætera quæ illi obiecta sunt, sicut gestis defensa per-

viderit, ita de his proculdubio tua beatitudo iudicabit. Dabit sanè nobis veniam suauitas mitissima cordis tui, si prolixiore epistola fortassis quam velles, tuæ missus sanctitati. Non enim riuum nostrum tuo largo fonti augendo refundimus, verum etiam noster, licet exiguus, ex eodè quo etiam tuus abundans, emanat capite fluentorū, hoc aperte probare volumus, & tuis rescriptis de communi participatione vnus gratiæ cōsolari. Contuli.

*Rescriptum Innocentij papa de Pelagio hæretico ad suprascriptos episcopos, quæ est eius Epistola 27.*

Innocentius Aurelio, Alypio, Augustino, Eudodio, Possidio Episcopis. Sanctæ fraternitatis vestræ literas plenas fidei, totòque religionis catholici vigore formatas, à vobis missas & conciliis vestris per fratrem & coepiscopum nostrum Iulium, pergrato suscepimus animo, quòd earum tenor omnisq; contextio in consideratione quotidianæ gratiæ Dei, & in eorum correctione qui contrà sentiunt, integra ratione consistit, vt & illis omnem tollere possit errorem, & idoneo dato quouis nostræ legis exemplo, quem sequi debeant, dignum possint præbere doctorem. Sed de his, vt arbitrator, iam satis supra diximus, cum vestris relationibus respondentes rescriptimus quid vel de illorum perfidia vel de vestra sententia sentiremus. Sed subinde contra eos subuenit & suppediat quod dicatur: nec potest aliquando deesse quod vincat, quum tam miserum impiūq; sit, quòd nostræ virtute fidei & ipsa plenius veritate vincatur. Qui enim omnem vitæ spem respuit atque contempnit, inimica damnabiliq; cor suum disputatione cōfundens, quum credit nihil esse quod à Deo accipiat nec aliquid superesse quod petat ad sanandum, si qui sibi hoc abstulit, vltèrius quid reliquit? Si ergo sunt aliqui quos in sui defensionem peruersitas tanta deuinxit (quòd huic se dogmati dedant atque coniungant, sperantes hoc ad catholicam pertinere doctrinam, quod aberrans longius & penitus approbatur diuersum) infecti illorum & monitis, & verbis vt laborentur inducti: quatenus ad rectum viæ tramitem redeant festinabunt, ne diutius mentem obsidens velut pestis eorum sensibus error invadat. Nam si Pelagius, quocunq; restitit loco, eorum animos qui facile vel simpliciter crederent disputanti, hac affirmatione decepti (seu hic illi in vrbē sunt, quod nescientes, nec manifestare possumus, nec negare, quum etsi sunt, lateant, nec aliquando audeant vel illum prædicantem ista defendere, vel talia aliquo nostrorū præsentate iactare, & in tanta populi multitudine deprehendi aliquis facile, nec alicubi possit agnosci, siue in quouis terrarū loco degant) Dei nostri misericordia gratiāq; credimus quòd facile corrigatur audita eius dānatione, qui fuerit pertinax, & resistēs huius dogmatis author inuētus. Nec interest vbi isti fuerit diuicūq; inueniri potuerit, sint sanādi. Nobis tamē nec persuaderi potest eum esse purgatum, quamuis ad nos à nescio quibus laicis sint gesta perlata quibus ille & auditum se crederet & absolutum. Quæ vtrū vera sint dubitamus, quòd sub nulla illius concilij executione venerunt, nec eorum aliquas accepimus de hac re literas, apud quos istius rei esse præstitit causas. Quòd si de sua ille potuisset purgatione confidere, hoc magis credimus quòd egisset, quod multo verius esse poterat, vt illos cogeret epistolis suis qui diiudicauerat iudicare. Verum cum sint aliqua in ipsis posita gestis, quæ obiecta partim miseri-

tando ille suppressit, partim multa in se verba retorquendo, tota obscuritate confidit, aliqua magis falsis argumentis quàm vera ratione (vt ad tempus videri poterat) purgavit, alia negando, alia falsa interpretatione vertendo. Sed vtinam (quod magis oprandum est) etiam ille se ad veram catholicæ fidei viam ab illo sui tramitis errore conuertat, vt cu piat velit que purgari, cōsiderans quotidianam Dei gratiam, adiutoriumque cognoscens, vt videatur vere & approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus, non gestorum indicio, sed ad catholicā fidem corde conuerso. Vnde non possumus illorum nec approbare nec culpāre iudicium, quum nesciamus vtrum vera sint gesta: aut si vera sunt, illum subterfugisse cōstet magis, quàm se in tota virtute purgasse. Qui si confidit nouitque non omni dignum esse indignatione, quod dicat: aut iam hoc totū se refutasse, quod dixerat: non à nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare, vt possit absolui. Nam si adhuc taliter sentit, quando se nostro iudicio quibusuis acceptis literis, cum sciat damnandum se esse, committet? Quòd si accersendus esset, ab his melius fieret, qui magis proximi, & non longo terrarum spatio videntur esse disuncti. Sed non deerit cura, si medicinæ præbeat ille materiam. Potest enim damnare quæ sentiat, ac datis literis erroris sui, regressus ad nos (vt decet) veniam postulare, fratres charissimi. Librum sanè qui eius esse dicebatur, nobis à vestra charitate trāmissum, euolumus: in quo multa blasphemia erāt nihil quod placeret, nihil quod penitus non displiceret, à quouis damnandum atque calcandum: cuius similia & nisi qui ista scripserat, nemo alter in mentē reciperet atq; sentiret. Nam hoc loco de lege latius disputare velut coram posito repugnantiq; Pelagio, necessarium esse non duximus, cum vobiscum, totā rem scientibus, parique nobiscum assensione gaudentibus, colloquamur. Tunc enim melius hæc exēpla ponuntur, quādo cum his quos harum constat rerum prudentes esse, tractamus. Nam de naturæ possibilitate, ac de libero arbitrio, & de omni dei gratia & quotidiana gratia, cui nō sit rectè sentiēti vberimum disputare? Anathematizet ergo ista quæ sentit, vt illi qui eius sermonibus fuerant præceptisque lapsi, quid tandem habeat fides vera, cognoscant. Facilius enim reuocari poterūt, cum ista à suo senserint authore damnari. Quòd si ille pertinaci in hac voluerit impietate persistere, est agendum quatenus vel his possit subueniri, quos non suos, sed huius magis error induxit, ne & illis hæc medicina pereat, cuius iste talem nō admittit nec postulat curam. Deus vos custodiat incolumes, fratres charissimi.

*Epistola familiaris eiusdem papa 28 ad Aurelium Carthaginensem episcopum.*

Innocentius Aurelio Episcopo Carthaginensi. In familiaribus scriptis dilectio vera consistit, & firmiter charitatis officia & melius se orsa mercantur. Quamobrem per fratrem nostrum Iulium Epistolæ extrinsecus missæ respōdere gestiui, ne apud me forsitan remaneret peculiaris negatæ salutationis offensa, frater charissime. Supradictum igitur fratrem nostrum tuæ dilectioni restituo, cum Apostolicæ sedis dignum ad relationem duplicis synodi iudicatis. Superest vr oratus à nobis Dominus præstare dignetur quatenus omnis Ecclesiæ macula continuis laboribus nostris possit abstergi. Dominus custodiat te incolumem, frater charissime.

*Decretum*

*DECRETUM ZOZIMI PAPÆ ex libro pontificali.*



Ozimus natione Græcus, ex patre Abrahamio sedit annum vnum, menses duos, dies vndecim, hic constituit multa in ecclesia. Et constituit vt diacones leuas rectas de pallis innotis haberent. Et per parochias concessit licentiam benedicendi cæreum paschalem. Et præcepit vt nullis clericis poculū in publico propinaretur nisi tantum in cellis fidelium maximè clericorum. Hic fecit ordinationem vnam per mensem decembrem presbyteros decem, diacones tres Episcopus per diuersa loca numero octo. Sepultus est via Tyburtina iuxta corpus beati Laurētij martyris septimo Kalendas Ianuarij. Et cessauit Episcopatus dies vndecim.

*TITVLI EPISTOLÆ DECRETALIS ZOZIMI PAPÆ.*

- 1 Quod monachi vel laici nisi per gradus ecclesiasticos.
- 2 Non debent ad summum sacerdotium peruenire.
- 3 Quod si quis interdicta despexerit gradus sui pericula subiacebit.
- 4 Quæ in singulis clericorum gradibus tempora sint præfixa.

*Epistola eiusdem prima ad synodum Salnitianam Episcopum.*

*Caput primum.*



Ozimus Episcopus vrbs Romæ Hesycho episcopo Salnitano. Exigit dilectio tua præceptum apostolicæ sedis in quo patrum decreta consentiunt. Et significas nonnullos ex monachorum cœtu, quorum solitudo quæuis frequentia maior est, sed & laicos ad sacerdotium festinare, hoc autem specialiter & sub prædecefforibus nostris, Et nuper à nobis interdictum constat literis ad Gallias Hispaniasque trāmissis. In quibus regionibus familiaris est ista præsumptio, quauis nec Africa sup hac admonitione nostra habeatur aliena ne quis penitus contra patrum precepta qui ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non fuisset & temporis approbatione diuinis stipendiis eruditus nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumeret. Et non solum in eo ambitio inefficax haberetur verum etiam in ordinatores eius vt carerēt eo ordine, quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum: vnde miramur ad dilectionem tuam statuta apostolicæ sedis non fuisse perlata. Laudamus igitur propositum constantiæ tuæ, frater charissime, nec aliud de pontificum censuraveris autoritatis genus expectandum fuit, quam vt talibus ambitionibus pro præceptis patrum in procinctu fidei constitutus occurreres. Igitur si quid auctoritati tuæ (quod nos non opinamur) æstimas defuisse supplemus vos obstitite talibus ordinationibus. Obstitite superbæ & arrogantiæ venienti. Tecum faciunt precepta patrum: tecum apostolicæ sedis autoritas. Si enim officia secularia principem locum non vestibulum a-

tionis ingressis, sed per plurimos gradus examinationis temporibus deterunt. Quis ille tam arrogas tam impudens inuenitur vt in cælesti militia quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda: statim dux esse desiderat cum tyro ante non fuerit & prius velit dicere quam discere. Adhuc sciat in domini castris in lectorum primitus gradu diuini rudimera seruitij nec illi vile sit exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum, per ordinem fieri nec hoc saltu sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam vere ad presbyterij fastigium talis accedat vt & nomen ætas impleat & meritum probitatis stipendia antea cta restentur iure: inde summi pontificis locum sperare debet facit hoc nimia remissio sacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis quærent & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hic passim numerosa popularitas etiam his locis vbi solitudo est talium reperitur dum parochias extēdi cupiunt aut quibus aliud præstare non possunt diuinos ordines largiuntur. Quod oportet districti semper esse iudicij, Rarū est enim omne quod magnum est.

2 Proinde nos ne quid meritis dilectionis tuæ derogemus ad te potissimum scripta direximus, quæ in omnium fratrum & coepiscoporum nostrorum facies ire notitiam non tantum eorum qui in ea prouincia sunt: sed etiam qui vicinis dilectionis tuæ prouincijs adiunguntur. Sciet quisquis hoc postposita patrum & apostolicæ sedis autoritate neglexerit, à nobis districtius vindicandum, vt sui loci minime dubitet sibi non constare rationem si hoc putat post tot prohibitiones impune posse tentari. Contumeliæ enim studio fit quicquid interdictum toties vsurpatur.

3 Hac aut in singulis gradibus obseruanda sunt tempora. Si ab infantia ecclesiasticis ministerijs nomen dederit inter lectores vt que ad vicesimum ætatis annū cōtinuata obseruantia perduret, Si maior iam & grandæuus accesserint ita tamen quod post baptismum statim se diuinæ militiæ desideret mancipari siue inter lectores siue inter exorcistas, Quinquennio teneatur: Exinde acolythus vel subdiaconus quatuor annis & sic ad benedictionem diaconatus si meretur, accedat: in quo ordine quinque annis si inculpate se gesserit hæere debet. Exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus datis propriæ fidei documētis presbyterij sacerdotium poterit promereri, de quo loco si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit summum pontificatum sperare debet. Hac tamen lege seruata vt neque digamus neque pœnitens ad hos gradus possit admitti. Sane etiam defensores ecclesiæ qui ex laicis sunt supra dicta obseruatione teneantur si meruerint esse in ordine clericatus Datum 8. Kalendas Martias D D N N Honorio 12. & Theodosio 8 aug. Conf.

*Item Epistola Zoziimi papa secunda ad Clerum, Et ad presbyteros Rauennatium.*



Ozimus commonitorium presbyteris & diaconibus qui Rauennæ sunt ex relatione fratris nostri Archidiami presbyteri qualiter suscepti sitis vel quid egeritis vel qualiter suscepti sunt qui contra canones aduersum nos ad comitatum nescio



qua audentes temeritate ire voluerunt ad quos hæc quæ nunc misimus olim scripta feceramus eorum quæ iniuriose miserant respondententes epistolis: sed quoniam non potuerunt rei in sua hoc est in nostra ecclesia Romana cum nostris presbyteris commemorari has ad vos illis tradendas literas destinauimus. In quibus decreto nostro sanximus memoratos perturbatores omnium ab apostolicæ sedis communionem alienos fuisse atque nostra subscriptione prolatam sententiam suscepisse. Illos etiam qui effrenato huic facto consilioque assensum commodare voluerunt vestræ charitatis est estimare qualiter habeatur. Quibus hoc obijcere vos debetis quod iuxta canonum præcepta fortiter incurrere & qualiter presbyteros non decebat rebelles existere tentauerunt. Vostamen monemus in speculis esse debere ne qua eorum prorumpat audacia quos anathematizatos scit sancta & apostolica ecclesia. De his vero qui eorum societati iunxerunt quid de his agere debeamus cum reuersi fueritis consilio meliori tractabimus & alia manu: datum quinto Octobr. Honorio 12. & Theodosio 8. aug. Confl.

*Eiusdem 2. or. imi papa decretum ex Gratiano desumptum.*

*Apostolica sedis auctoritas contra sanctorum secuta aliquid condere non valet.*

*Contra statuta patrum condere aliquid vel mutare nec huius quidem sedis potest auctoritas: apud nos enim inuulsis radicibus visis antiquitas cui decreta patrum sanxere reuerentiam.*

*DECRETUM BONIFACII PAPÆ primi ex libro pontificali.*

**B**onifacius primus, patria Romanus ex patre locundo presbytero: sedit annos. 3. menses 8. dies. 7. Cum eo contenciosè ordinatus est Eulalius: quare Imperatoris auctoritate vterque Roma pulsus. Adueniente paschæ tempore Eulalius ausus est Romam ingredi & in Basilica Constantiana, in qua fuerat electus baptizauit. Postea celebrata synodo 252. episcoporum deponitur à dignitate pontificatus prætensi & fit episcopus in ciuitate Nepestina. Mortuo Bonifacio cū à clero Eulalius vocaretur ad summum pontificatū, recusauit. Statuit Bonifacius vt monacha nec vlla mulier pallam sacratam contingeret aut lauaret, aut incensum poneret in ecclesia, nisi minister. Nec seruum clericum fieri, nec obnoxium curiæ vel cuiussi bet rei ordinandum sacerdotem nec minorem 30. annorum, quod Fabianus papa prius statuerat. Huic Bonifacio tribuunt commutationem vigiliarum in ieiunia. Huius tempore mortuus est Beatus Hieronymus in Bethlehem anno 91. ætatis suæ.

*Epistola Bonifacii papæ prima ad Honorium Augustum.*

*Supplicatio papæ Bonifacii vt constitutur à principe quatenus in vrbe*

*Roma nunquam per ambitum ordinetur antistes.*

**B**onifacius episcopus Honorio Augusto, ecclesiæ meæ, cui deus noster meum sacerdotium vobis res humanas regentibus deputauit cura constringet: ne causis eius quauis adhuc corporis incommoditate detinear: propter conuentus qui à sacerdotibus vniuersis & clericis & christianæ plebis perturbationibus agitantur apud aures christianissimi principis desim. Siquidem secus quam oportet, eueniat: non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostram tacentes desidiam, videbimur quod ciuitatis quietem ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus diuinæ cultor religionis domino fauente præsideas, nostra culpa erit se non id sub nostra gloria quam certum est diuinis semper rebus animo promptiore fauisse, firmo & stabili iure custodiantur quod per tot annorum seriem & sub illis etiam principibus obtinuit, quos nullæ nostræ religionis cura constrinxit, id est vt fides vtar licitis & sub vestræ imperio clementiæ minimè quæ sunt illicita formidentur. Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam Christianissime Imperator meo quidem sermone sed suo venerabili appellat affectu, quam Christus deus noster vestri fidus Rex & gubernator imperij vni desponsatam sibi & intactam virginem seruat: ne in eam aliquos pariamini insidiantium procellarum fluctus illidi & quietam faciem tempestatum insolitæ timore turbari gloriosissime & tranquillissime imperator Auguste. Ipsa ergo quæ vni despõfata vestra tamen mater est ecclesia hac pietatem vestram legatione quam suis sacerdotibus commisit appellat præterita præsentiaque reperit. Vobis, inquit, religiose imperantibus creuit meus qui modo tuus est populus tam fidus deo quam tibi qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria inter preces suas quas pro vestri felicitate dependit imperij. Teste apud quem & de cuius sede agitur, Sancto Petro, sollicitis pro religionis obseruantia vocibus clamat cum sollicita petitione miscetur oratio ne hos in varias res semel euulsa distrahat à cultu solito tentatore sollicitate discordia. Augeretur pluribus princeps christianissime mater ecclesia nisi apud te suarum esset securarum. Et nisi in oppressionibus idolorum in hæreticorum correctionibus fide tua diuino cultu pariter cum imperio semper florente vicisset. Habet refugium piū tuæ mansuetudinis animum cum suæ religionis veneratione coniunctum cum quicquid hinc proficiat vos agatis & conferatis fratribus & sacerdotibus meis probatissimis viris à me, ab omnibus qui ecclesiam faciunt istiusmodi legatis quibus precamur sacra causa religionibus prosequentibus in vrbe vestræ mansuetudinis hoc animo quo postulatis, adunitis in perpetuum statui vniuersalis ecclesiæ cõsulatis. Datum Kalendas Iulias.

*Rescriptum Honorij Augusti ad Bonifacium papam Romanum, in quo statuit, vt si denuo Romæ Episcopi ordinati fuerint duo, ambo de ciuitate pellantur.*

*Victor*



**V**ictor Honorius, in clytus triumphator, semper Augustus Sancto ac venerabili Bonifacio papæ vrbis æternæ. Scripta beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione suscipimus quibus recentissimè egimus omnipotenti deo maximas gratias quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optatæ redditu dederimus sanitati. Et ideo reuertentibus viris venerabilibus, gaudiū nostrū sacrorū apicū attestacione signamus, ac petimus vt quotidianis orationibus apostolatus tuus studiū ac votū suū circa salutē, atque imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce, quod sanctimoniam tuam de ecclesiarum aut populi perturbatione sollicita est. Quæ & ne aliqua ratione possit euenire satis clementia nostra redidit esse prouisum denique beatitudine tua prædicante, id ad cunctorū clericorum notitiam volumus peruenire, vt si quid forte regionis tuæ, quod non optamus, humana sorte cõtigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandū. At si duo contra fas temeritate certantes fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem: sed illum solum in sede apostolica permanentem quem ex numero clericorum noua ordinatione diuini iudicij, & vniuersitatis consensus elegerit. Vnde id obseruandum vt omnes tranquillam mentem & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur: cum certum sit nulli partium sua studia profutura.

*Epistola Bonifacii papæ 2. ad Episcopos Galliarum de Maximo episcopo diuersis criminibus accusato.*



**B**onifacius episcopus Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Seuclo, Valerio, Iuliano, Castorio Leotio Constantino, Iohanni Montano Mariano Mauritio & ceteris episcopis per Gallias & septem prouincias constitutis. Valentini nos clerici ciuitatis adierunt proponentes per libellum crimina quæ Maximum, teste tota prouincia asserunt commisisse. Delegata toties cognitione illum constituta semper subterfugisse iudicia, nec confusum conscientia festinasse, vt si esset innocens examinatis omnibus purgaretur: quæ totiens decreta ex vestrarum quoque chartarum instructione cognouimus. Qui è contrariò probauit de se illa quæ dicta sunt, cui ad ea confutanda cum essent innuenera à decessoribus meis, prouincialis est delegata cognitio. Conuentus etiam dicitur euitasse & adesse minime voluisse. Et nullus dubitat quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum vt absoluitur qui est innocens querit. Sed astuta cauillatio eorum qui versutis agendum credunt esse consiliis, nunquam innocentiam nomen accipiet. Confiteatur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat. Veniet tamen aliquando ille qui talis perhibetur, in medium: Nec proderit illi totiens abfuisse, toties subterfugisse, quem sui actus & commissa quocumque fugerit ea quæ obijciuntur illi si vera sunt crimina, persequuntur. Debeuram quidem iam nunc dignam pro eius accusatis in nostro iudicio actibus, qui cognitionem & decre-

tum iudicium sæpe declinando credit illud edum, ferre sententiam. At ne aliquis precoquam forsitan iudicaret: & sibi qui absens est, licet sit questus à nobis, reseruatum esse nihil dicere: malimus intercapedine temporis data differri, cum hæc etiam eius accusatores assererent: de quorum intentionibus & moribus sit securum. Maximum tanto magis damnanda committere, quanto tardius se constituto iudicio præsentarit: quem Manichæorum inuolutum caligine arguunt, turpi secta olim ita ne eum posset abluere, animum sordidasse in probationem obiectæ rei, gesta synodalia proferentes. Et commissis inuolutum vtique flagitiis, nullum eum sanitatis habuisse respectum quæ furore suo & insana temeritate ad secularium quoque iudicium tribunalia subditum quæstioni, quod in vili quoque persona turpissimum est, obijcerent peruenisse & homicidij datum asserunt, gestis prolatis in medium. Et hunc talem post tanta taliaque commissa, Episcopus adhuc sibi nomen in suis latibus vëdicare, in propriæ ciuitatis infamiam, nimis doloribus conqueruntur: & sanctum nomen vendicando sibi velle polluere. Ideoque, fratres charissimi, quia audiendus hic præsentare se noluit, ne cõuictus se forsitan ab accusantibus se clericis posset digna tandem aliquando præsentatus episcopali iudicio prononciationis cõgrue fieri sententia. Quanquam illi cum hæc edocta fuerint quæ potest huius nominis esse iactura, qui pudorem nunquã sacerdotij habuisse perhibetur, & locū suum nec modico quidem tempore custodisse, dilationem tamen dedimus & decreuimus vestrum debere intra prouinciam esse iudicium: & congregari synodum ante diem Calendarum Nouembrium vt si adesse voluerit præsens, si confidit ad obiecta respondeat. Si verò adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur. Nam manifestum est confiteri eū de crimine qui indulto & toties delegato iudicio purgandi se occasione nõ vtitur. Nihil enim inter est vtrū in præsentem examine omnia quæ dicta sunt comprobentur. Cum ipsa quoque pro confessione procurata toties constet absentia, nos autem per omnes prouincias literas dirigemus, ne excusationem sibi ignoracionis obrẽdat: vt ad prouinciam venire cogatur. Et illic se constituto presentare iudicio. Quicquid autem vestra charitas de hac causa duxerit decernendum, cum ad nos relatum fuerit, nostra vt concedet necesse est auctoritate firmetur. Data sub die Idus Iulias, Monaxio viro clarissimo confl.

*Epistola eiusdem tertia, vt nullus contempto metropolitano ordinetur episcopus.*



**B**onifacius episcopus vrbis Romæ Hilario episcopo Narbonensi salutem. Difficilem quidem fidem querimus nisi commodamus, quarum sacerdotum domini pulsat intentio: maxime cum eos loquuntur quippiam contra patrum statuta tentasse: sed frequenter has asserit, sicut nunc multitudo causantium. Ecce enim vt charitas tua recognoscit ex subditis Luçtenensis ecclesiæ, cleri ordo vel plebis preces suas vel lachrimas ad nos, quantū datur intelligi, magno cum dolore miserunt: dicentes coepiscopum nostrum Patroclum, sua petitione cessante

cessante in locum decedentis episcopi, nescio quem in aliena prouincia prætermisso metropolitano, contra patrum regulas ordinasse. Quod nequaquam possumus ferre patienter: quia conuenit nos paternarum sanctionum esse diligētes custodes. Nulli enim uidetur incognita synodi constitutio Nicenę quę ita præcipit, vt eadem propria verba ponamus per vnamquamcunq; prouinciam. Ius Metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse posse subiectas. Quod quia aliter credendū non est, seruandū sancto spiritu suggerente libimet censuerunt. Vnde, frater charissime, si ita res sunt, & ecclesiam supradictam prouincię tuę limes includat: nostra autoritate communitus, quod quidem face- re sponte deberes, desyderiis supplicantium & voluntate respecta ad eundem locum in quo adunatio talis celebrata dicitur. Metropolitanus iure munitus & præceptionibus nostris fretus accede, intelligens arbitrio tuo secundum regulas patrum, quęcunq; facienda sunt: à nobis esse concessa, ita vt peractis omnibus apostolicę sedi quicquid statueris te referentem, clarescat: cui totius prouincię suę ordinationem liquet esse mandatam. Nemo ergo eorū terminos audax temerator excedat, nec aliquid in illorum contumeliam partibus suis, in his quę sibi non videntur concessa, defendat. Cesset huiusmodi præsa nostra autoritate præsumptio eorum, qui vltra dignitatis suę limitem digitum extendunt. Quod idcirco dicimus, vt aduertat charitas tua, deo nos canonum præcepta seruare, vt ita constitutio quoque nostra definiat. Quatenus metropolitani sui vnaquęque prouincia in omnibus rebus semper ordinationem expectet. Data 5. Kalendas Februarij dominis nostris Honorio 13. & Theodosio 10. Augustis consulibus.

Hos Consules recenset Marianus Scotus sub anno 443.

DECRET A BONIFACII PAPÆ primi, quę non habentur in prioribus numero quinque.

Sunt autem desumpta ex decretis Gratiani & ex vetustis codicibus aliis.

PRIMUM.

Ante annos 30. presbyter non ordinetur.



I quis 30. ætatis suę non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur: etiam si valde sit dignus. Et ipse dominus tricesimo anno baptizatus est & sic cępit docere. Oportet ergo eum qui consecrandus est vique ad hac legitimam ætatem non consecrari.

SECUNDUM.

Primates deferuntur negotia, quę metropolitanus explicare non valet.

Inter episcopos eiusdem cōcilij dubitatio emer- sit: de ecclesiastico iure & de aliis negotiis, primum metropolitanus eorum cum aliis quibus-

dam in concilio considerans rem diiudicet. Et si nõ acquiescat vtraque pars iudicatis, tunc primas illius regionis inter ipsos audiat & quod canonibus & legionibus consentaneū sed hoc definiat & nulla pars valeat calculo eius contradicere.

TERTIUM.

Quicquid domino consecratur ad ius pertinet sacerdotis.

N Vlli liceat ignorare omne quod domino consecratur, siue fuerit homo, siue animal, siue vel quicquid fuerit semel consecratum sanctum sanctorum erit domino: & ad ius pertinet sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis qui quę à domino & ecclesia, cui competunt, aufert vastat, & inuadit vel eripit & vsque ad emendationem, ecclesięque satisfactionem, vt sacrilegus iudicetur: & si emendare noluerit, excommunicetur.

QUARTUM.

Ex eiusdem libr. 4. Cap. 21. de episcopis qui fratribus nocere desiderant.

Sicut omnis qui diligit fratrem suum, ex deo natus est, ita & omnis qui odit proximum ex diabolo est dilectione enim sola discernitur. Quis ex quo genitus approbetur, dicente Iohanne, in hoc manifesti sunt filij dei & filij diaboli. Omnis qui non facit iustitiam, & qui non diligit fratrem suum, non est ex deo: quoniã hæc est annuntiatio quã ab initio audistis, vt diligamus alterutrum. Et post paululum: omnis qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternã, in se manentẽ. Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui à fraterna societate diuiditur. Nam & si manus non moueat ad occidendum, pro eo tamen quia nititur ad nocendum, iam à deo homicida tenetur. Viuit ille, & iste iam interfectus conuincitur. Cum igitur, his præceptis beatus apostolus Paulus consona predicatione concordet, dicens: Non occidat sol super iracundiam vestram. Et nolite locum dare diabolo. Relatę sunt nobis quorundam sacerdotum personę, intantam obstinationis efferbuisse discordiam, vt non solum illos ab ira occasus solis non reuocet, Sed ne annosa quidem transactio temporis ad bonum charitatis reclinet: quippe in quorum cordibus, idem sol iustitię Christus occubuit: vt ad lumen charitatis redire vix possit. Horum igitur & similium, discordantium fratrum oblationes, iuxta antiqui canonis diffinitionem nullo modo recipiendas esse censemus. Personis tamen discordantibus, id speciali diffinitione præcipimus: vt eos ante reconciliatio vera innectat, quam vllus eorum accedere ad altare domini audeat: vel gratiam communionis sanctę percipiat: Sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt, quo discordię seruerunt. Quod si vnus eorum, alio contentente, ad satisfactionẽ charitatis cucurrerit, ex eo tempore iam pacificus intra ecclesiam recipietur ex quo ad concordiam festinasse conuincitur. Sententia tamen superiori seruata, vt tempus quod in ira expendit geminatum pœnitentię satisfactione persoluat.

Ex

Ex eodem Cap. 37. vbi annotatur hoc cap. haberi ex epistola eiusdem ad episcopos Gallię.

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi ciuitatem, qua expulsus est, vel exire de loco, in quo dege- re iustus est: iubemus eum in monasterio in alia prouincia constituto tradi, vt qui in sacerdotio peccauit, degens in monasterio corrigatur.

Decreta Cælestini primi, Papæ.

a. d. 428. Cælestin. 1. Pon. 43. Sub hoc Pont. moritur beatus Aug. Et Nestorius in Mariã matrem Dei blasphemauit.

Cælestinus 1. Ro. sedit an. 8. mēf. 10. dies 17. Hic Psalter, Antiphonis interstinxit, Introitus, Gradus, Tractus, Offertoria, Communiones, & orationes in seruit Missę. Clericos canonicarum institutionum doctos esse voluit. Schotos, atque Britanos in viam Christi reduxit.

TITVLI CANONVM SEQVENTIS epistola Cælestini papa primi

- 1 De Prospero & Hilario, qui quosdam episcopos Gallię accusant.
- 2 De Sancto Augustino Episcopo mira laudis assertio.
- 3 Præteritorum temporum sedis Apostolicę episcoporum authoritates, de gratia Dei contra Pelugij sectatores.
- 4 Quod Adam omnes homines laeserit, nec quempiam per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei erexerit.
- 5 Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione eius, qui solus est bonus.
- 6 Quod nisi gratia Dei inuenimur, insidias diaboli euitare non possumus.
- 7 Quod per Christum libero bene vtamur arbitrio.
- 8 Quod omnia sanctorum merita, dona sint Dei.
- 9 Quod omnia sancta cogitatio, & motus pię voluntatis ex Deo sunt.
- 10 Quod gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adiuet, ne committantur, & præstet, vt lex impleatur, non sicut Pegasus ait, facile, quasi sine gratia Dei, difficilius possit impleri.
- 11 Quod præter statuta sedis Apostolicę, omnes orationes ecclesię gratiam Christi resonant, qua genus humanum reparatur, & ab æterna damnatione reducitur.
- 12 Quod gratiam Dei etiam baptizandorum testatur instituta purgatio, cum exorcismis, & insufflationibus spiritus ab eis expelluntur immundi.
- 13 Quod profundiores quæstiones nec contemnenda sunt, nec penitus asserenda.

Epistola Cælestini papa prima, ad episcopos Gallię.



Dilectissimis fratribus Venerio, Marino, Leontio, Anxonio, Arcadio, Sillucio, & ceteris galiarum episcopis Cælestinus. Apostolici verba præcepti sunt, apud Iudeos atque gentiles, sine offensione nos esse debere. Hoc, qui quis christianus est, tota animi virtute custodiat. Quod cum ita sit, non parum periculi illi manere poterit ante deum qui hoc detractat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos (qui neminem perire volumus) ista contristent, quę authoribus christianis, percillant animos christianos, do-

minicus in euangelio sermo testatur. Ait enim ipse saluator, quod expediat scandalizantium de pusillis in maris profundum demergi, ideo quę sitiam eius pœna quęramus, cui tale supplicium legimus expetere.

Capitulum primum.

Filij nostri presentes Prosper, & Hylarius, quorum circa deum nostrum sollicitudo laudanda est, tantum (nescio quibus presbyteris illic credere qui diffentioni ecclesiarum studeant) sunt apud nos profecturi vt indisciplinatas quæstiones vocantes in medium pertinaciter eos dicant prædicare aduersantia veritati. Sed vestrę dilectioni iustus imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi. Legimus super magistrum non de discipulum, hoc est nõ sibi debere quenquam ad iniuriam doctorū + vendicare doctrinam. Nam & hos ipsos à deo nostro positos nouimus ad docendum, cum sit, docente apostolo eis tertius locus intra ecclesiam deputadus. Quid illic spei est vbi magistris tacetibus hi loquuntur? qui, si ita est, eorū discipuli non fuerunt. Timeo, ne conuincere sit, hoc tacere. Timeo, ne magis ipsi loquantur qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis nõ caret suspitione taciturnitas, quia occurreret veritas si falsitas displiceret. Merito nanque causa nos respicit si silentio faueamus errori. Ergo corripiantur huiusmodi. Non sit eis liberum habere pro voluntate sermonem. Desinat si ita res sunt, incessere nouitas veritatem: desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sepe naufragio mergere quos intra portum stantes, statio facit fida securos. Fida quippe est omnium statio quorum perfectis gressibus vestigia non mouentur recurrunt ad apostolicam predicti sedem, hæc ipsa nobis, quę tentat perturbatio, conquerentes. Habetore fratres charissimi pro catholicę plebis pace tractatum. Sciant, se si tamen censeatur presbyterij dignitate vobis esse subiectos. Sciant omnes qui male docent quod sibi discere magis ac magis competat quam docere. Nam quid in ecclesiis vos agitis, si illi summam tenent predicandi? Nisi forte illud obstat quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur vt aliqui è fratrum numero nuper de laicorum consortio in collegium nostrum fortassis admissi, nesciant quid sibi debeant + vindicare super his multa tam dicta sunt eo tempore quo ad fratris tuendi + dedimus scripto referenti. Nunc tamen repetetes sepius, admonemus vt vtentur huiusmodi qui laborant per terras aliud, tentur, quam ille noster iussit agricola seminare. Nec tamẽ mirari possumus si hæc erga viuentes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

2 Augustinū sanctę recordationis virum, pro vita sua, atque meritis in nostra cōmunionem semper habuimus, nec vnquam nunc sinistrę suspitionis saltem rumor asperit, quem tantę scientię olim fuisse meminimus, vt inter magistros optimos etiã ante à meis decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt vt pote qui vbi que cunctis & amori fuerit & honori. Vnde resistatur talibus quos male crescere videmus. Nefas est hæc pati religiofas animas quarum afflictione (qui mēbra nostra sunt) nos quoque conuenit macerari quanuis maneat hos beatitudo promissa, quicunque probantur persecutionem

tionem propter iustitiam sustinere. Quibus quid promittat dominus in futurum, sequens sermo declarat. Non est agentium causa solorum quando vniuersalis ecclesie quacunque nouitate pulsatur. Intel ligamus, hæc ipsa vobis, quæ nobis non placent, displicere.

Quod ita demum probare poterimus, si imposito improbis silentio de tali re in posterum querela cessauerit. Dominus incolumes vos custodiat, fratres charissimi.

3 Quia nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis hereticorum sensibus seu prauitate, siue imperitia demorantes piissimis disputatoribus obuiare presumunt & cum Pelagium, atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistros tamen nostros (tanquam necessarium modum excesserint) obloquuntur ea quæ tantummodo sequi, & probare profitentur quæ sacratissima beati apostoli sedes contra inimicos gratiæ dei per ministerium præsulum suorum sanxit & docuit. Necessarium igitur fuit diligenter inquirere quid rectores Romanæ ecclesie, de heresi quæ eorum temporibus exorta fuerat, iudicauerint, & contra nocentissimos liberi arbitrij defensores quid de gratia dei sentiendum esse censuerint, ita ut etiam Africæ conciliorum quædam sententias iungeremus quas utique suas fecerunt apostolici antistites, & comprobauerunt ut ergo plenus, qui in aliquo dubitant, instruantur, constitutiones sanctorum patrum compendioso manifestemus iudicium. Quod si quis non nimium est contentiosus agnoscat, omnium disputationum connexionem ex hac subditarum autoritatum breuitate pendere nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat & dicat.

4 In preuaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse & neminem de profundo illius ruinae per liberum arbitrium posse consergere, nisi eum gratia dei misericorditer erexerit: pronuntiant beata memoria Innocentio papa atque dicente in epistola ad Carthaginense concilium. Liberum enim arbitrium olim ille perpeffus dum suis inconsultius utitur bonis cadans in preuaricationis profunda demersus est & nihil quæ admodum exinde resurgere posset inuenit suaque in eternum libertate deceptus huius ruina tacuisset oppressus nisi eum postea christi, per suam gratiam, releuasset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem omne præteriti peccati vitium sui baptismatis lauacro purgauerit.

5 Neminem esse per semetipsum bonum nisi participationem sui ipse donet, qui solus est bonus. Quod in eisdem scriptis eiusdem pontificis sententia protestatur dicens. Nunquid nos de eorum post hæc rectum mentibus æstimemus, qui sibi se putant deberi quod boni sunt, nec illum considerant cuius quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt.

6 Neminem etiam baptismatis gratia renouatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad euincendas carnis concupiscentias nisi per quotidianum adiutorium dei, perseuerantiam bonæ conuersationis acceperit. Quod eiusdem antistitis in eisdem paginis doctrina confirmat dicens: Nam quanuis hominem redimeret à præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare ad reparationem sibi quemadmodum posset illum & post ista corrigere,

multa seruauit, quotidiana prestans illi remedia quibus nisi freti confisque nitamur. Nullatenus humanos vincere poterimus errores necesse est enim ut quo auxiliante vincimus, eo iterum nos adiuuante vincamur.

7 Quod nemo nisi per gratiam libero bene utatur arbitrio, idem magister in epistola ad Mileuitanum concilium data, prædicat, dicens. Aduerte tandem præmissarum mentium peruersa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decipit, ut dum indulgentius frenis eius utitur in preuaricationem presumptionis incidere. Nec ex hac potuit eum, nisi ei prouidentia regenerationis, statum pristinae libertatis Christi domini reformasset aduentus.

8 Quod omnia studia & omnia opera ac merita sanctorum, ad dei gloriam laudemque referenda sunt quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo quod ipse donauerit, in qua nos sententiam dirigit beatæ recordationis papæ zozimi regularis autoritas. Cum scribens ad totius orbis episcopos, ait: Nos autem instinctu dei omnia enim bona ad authorem suum referenda sunt, unde nascuntur ad fratrum & coepiscoporum nostrorum conscientiam vniuersa retulimus. Hunc autem sermonem sincerrissime veritatis luce radiantem, tanto Africæ episcopi honore venerati sunt ita ut ad eundem virum rescriberent. Illi vero quod in literis quas ad vniuersas prouincias curasti esse mittendas, posuisti, dicens Nos tamen instinctu dei & cetera, sic accepimus dictum ut illos qui contra dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, districto gladio veritatis velut cursum transiens amputares. Quid enim tam libero fecistis arbitrio quam quod vniuersam nostræ humilitatis conscientiam retulistis? & tamen instinctu dei factum esse fideliter sapienterque vidistis, veraciter fidenterque dixistis. Ideo utique quia preparatur voluntas à domino, & ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium. Quorquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei ut, nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.

9 Quod ita deus in cordibus hominum atque in ipso libero opere utatur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium omnique motus bonæ voluntatis ex deo sit quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem doctor instituit, qui cum ad totius orbis episcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur Quod ergo tempus (ait) interuenit, quo eius non egeamus auxilio? in omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus adiutor & protector orandus est. Superbum est enim ut quicquam sibi humana natura præsumat, clamante apostolo: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed contra principes & potestates aeris huius, contra spiritualia nequitia in cælestibus & sicut ipse iterum dicit: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: & iterum gratia dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia dei mecum.

10 Illud etiam quod intra Carthaginensis Synodi decreta constitutum est, quasi proprium apostolicæ sedis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum

al. christi vel gratia christi.

† cõsideris.

Hoc epistola zozimi papæ adhuc pro tempore laet nos.

Proh. 21. a Rom. 8. c

Ioan. 15. a Zozimus papa in epistola ad omnes episcopos supra dicta est non habetur apud nos. Ephe 6. b Rom. 7. d 1. Cor. 15. b

In Mileui. Synodo cap. 3.

finitum est, ut quicumque dixerit gratiam dei qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt non etiam ad adiutorium, ut non committatur, anathema sit. Er iterum quarto capitulo ait ut si quis dixerit gratiam dei per Iesum Christum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum quia per ipsam nobis reuelatur, & aperitur intelligere mandatorum, ut sciamus quid appetere & quid vitare debeamus non autem per illam nobis præstari ut quod faciendum cognouimus etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit.

Cum enim dicat apostolus: Scientia inflat, charitas vero ædificat, valde impium est ut credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam christi & ad eam quæ ædificat, non habere cum sit utrumque donum dei, & scire quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus, ut ædificante charitate scientia non possit inflare. Sicut autem de deo scriptum est, qui docet hominem scientiam, ita scriptum est etiam, charitas ex deo esse. Item quinto capitulo ut quisquis dixerit i. deo nobis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium iubemur facilius possumus implere per gratiam: tanquam & si gratia non daretur, non quidem facile sed tamen possumus etiam sine illa, diuina implere mandata, anathema sit, de fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, ubi non ait sine me difficilius potestis facere, sed ait sine me nihil potestis facere.

11 Preter eas autem beatissimæ & apostolicæ sedis inuiolabiles sanctiones quibus nos piissimi patres pestiferæ nouitatis elatione deiecta & bonæ voluntatis exordia & incrementa probabilium studiorum, & in eis vsque in finem perseuerantiam ad christi gratiam referre docuerunt, obsecrationum quoque sacerdotium sacramenta respiciamus, quæ ab apostolis tradita in toto mundo, atque in omni ecclesia catholica vniformiter celebrantur, ut legem credendi, lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium præsules, mandata sibi met legatione fungantur apud diuinam clementiam humani generis agunt causam, & tota secum congemiscente ecclesia, postulant, & precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut iudei, ablato cordis velamine, lux veritatis appareat ut hæretici catholicæ fidei perceptione, resipiscant, ut schismatici spiritu rediuuæ charitatis accipiant ut lapsis penitentia remedium conferatur, ut denique cathæcumenis ad regenerationis sacram perducatis, cælestis aula misericordiæ referatur. Hæc autem non perfunctorie neque inaniter à domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere, plurimos deus dignatur attrahere quos erutos de potestate tenebrarum transferrat in regnum filij charitatis suæ, & ex vasis iræ facit vasa misericordiæ. Quod adeo totum diuini operis esse sentitur, ut hæc efficienti deo gratiarum semper actio, laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur.


12 Illud quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta ecclesia vniformiter agit, non otioso contemplatur intuitu, cum siue paruuli siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum non prius fontem rite adeunt, quam exorcismis & exufflationibus clericorum, spiritus ab eis immundus abigatur, ut tunc vere appareat quomodo princeps mundi huius mit

tatur foras & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vasa eius deripiatur. In possessione trãflata viatoris qui captiuam ducit captiuitatē, & dat dona hominibus. His ergo ecclesiasti. regulis & ex diuina scriptis auctoritate documētis ita adiuuante domino confortati sumus, ut omnium bonorum affectuum, atque operum & omnium studiorum, omnium virtutum quibus ab initio fidei ad deum tenditur, deum fateamur authorem, & non dubitemus, ab ipsius gratia omnia hominis merita præueniri per quem fit ut aliquid boni, & velle incipiamus & facere. Quo utique auxilio, & munere dei non aufertur liberum arbitrium sed liberatur, & de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente fit prouidum. Tanta enim erga omnes homines est bonitas dei, ut nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro his quæ largitus est æterna præmia sit donaturus: agit quippe in nobis, ut quod vult, & volumus & agamus. Nec otiosa in nobis esse patitur quæ exercenda, non negligenda donauit, ut & nos cooperatores simus gratiæ dei. Ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illud sollicitè recurramus, qui sanat omnes languores nostros & redimit de interitu vitam nostram, & cui quotidie dicimus, ne nos inuducas in tentationem, Sed libera nos à malo.

13 Profundiores vero difficilioreque partes, & occupatius inueniuntur quæstionum quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere, quia ad confitendum gratiam dei, cuius operi, ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quicquid secundum prædictas regulas, apostolicæ sedis nos scripta docuerunt, ut prorsus non opinemur catholicum, quod apparuit præfixis sententiis esse contrarium.

Ad episcopos Gallia epistola eiusdem secunda.

- 1 Quod non debeat sacerdotes, aut clerici amicti pallii, & præcincti tibus, in ecclesiis ministrare.
- 2 Quod nonnulli sit ultima penitentia deneganda.
- 3 Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatus officium debeat quis peruenire.
- 4 Quod una quaque prouincia suo metropolitanano debeat esse contenta.
- 5 Quod nolentibus clericis, vel populis nemo debeat episcopus ordinari.
- 6 Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum.



O Elestinus vniuersis episcopis per Viennensem & Narbonensem prouincias constitutis, in domino salutem. Cuperemus quidem de vestrarum ecclesiarum ita ordinatione gaudere, ut congratularemur potius de propectu, quam aliquid admissum disciplinam ecclesiasticam doleremus: ad nostram enim legitima & benefacta perueniunt, & mæroris a culcis nosque ferunt malefacta, compungunt. Nec silere possumus, cum ad hoc ut ab illicitis reuocemus aliquos, officij nostri prouocemur instinctu in speculis adeo constituti, ut vigilantia nostræ diligentiam comprobantes & quæ coercenda sunt, ressecemus, & quæ obseruanda sunt, sanciamus. Et quamuis circa longinqua spiritalis

† sola cum

Sequentia in cap. videntur potest ab aliquo interposita quæ se ipsius cælestini pp.

† cum pro barent.

al. miserrantibus cuius initium est in quirendo de his reb quas omni al. ruma latuisset oppressu.

Epistola huius initium est in inquirendo.

In epistola prior cap. allegata.

al. cum sciens.

ubi supra in Mileui. Synodo.

Proh. 8. a

Psal. 93. 1. 107. 4 b ubi supra in Mileui. Synodo. Ioan. 15. a

Omnes qui sunt in die pasche

Coloss. 1. b Rem. 9. e

Ioan. 12. e Mat. 12. c

Mar. 3. d Ephe. 4. b Psal. 67.

† informa ti vel cõformati. † profitea mur.

Phil. 2. b

1. Cor. 3. b

Psal. 102. Mat. 6. b

† innocen tium inter nocentiu.



ritualis cura non deficiat, sed se per omnia, qua nomine dei prædicatur, extendat, nec notitiam nostram subterfugiant, quæ in euerfionem regularum nouelle præfumptionis autoritate tentantur.

Cap. 1. Quod non debeant sacerdotes amicti pallio in ecclesia ministrare.

Didicimus, quosdam domini sacerdotes superstitioso potius cultui inferuire, quam mæris, vel fidei puritati. Qui amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt se sanctæ scripturæ fidem, nõ per spiritum, sed sed per literam complexuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, vt taliter feruarentur, cur non fiunt pariter, quæ sequuntur, vt lucernæ ardentes in manibus vnà cum baculo teneantur? Habent autem suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, vt ea magis, qua decet, significatione seruentur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur. De quo dicitur: Sic luceant opera vestra. Discernendi à plebe, vel cæteris sumus doctrina non veste, conuersatione non habitu, mentis puritate nõ cultu. Nam si studere incipimus nouitati, traditum nobis à patribus ordinem calcabimus, vt locum superuacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius sunt, quam illudendi, Nec imponendum est eorum oculis, sed mentibus infundenda præcepta sunt.

Cap. 2. Quod nulli sit vltima pœnitentia neganda.

Agnouimus pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desyderiis annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem reperiri, vt de pietate desperet, quasi non possit, ad se quouis tempore concurrenti, succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominẽ redimere, quo se ille expediri desyderat & liberari. Quid hoc (rogo) aliud est, quam morienti mortem addere, cuiusque animam, sua crudelitate ne absolui possit, occidere? Cùm Deus ad subueniendum sit paratissimus, & inuitans ad pœnitentiam, sic promittat peccatori iniquiens, Quacunque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, sed tantum conuertatur, & uiuat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegauerit. Et desperat de clementia Dei, qui eum ad subueniendum morienti sufficere, vel in momento posse non credit. Perdiderat latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum vnus horum pœnitentia non iuisset. Vera ergo ad Deum conuersio, in vltimis positum, mente potius est existimanda, quam tempore, Propheta hoc taliter asserente. Cùm conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Cùm ergo dominus sit cordis inspector, quouis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum ille se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

Ordinatos vero quosdam, Fratres charissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus, ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti contra patrum decreta huius usurpatione qui se hoc recognoscit fecisse, didicimus, cum ad episcopatum, his gradibus

quibus frequentissime cautum est, debeat perueniri, vt minoribus initiati officiis ad maiora firmentur, debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere quod didicit. Omnis vitæ institutio, ad id, quo tendit, se ratione cõfirmat. Qui minime literis operã dederit, p̄ceptor nõ potest esse literarũ. Qui non per singula stipendia creuerit ad meritum ordinem stipendij non potest peruenire Solum sacerdotiũ inter ista, Rogo, vilius est: Quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur. Sed iam non satis est laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit, sed etiam quorum crimina longe lateque per omnes pene prouincias nota sunt, pontifices ordinantur. Daniel enim, nuper missa relatione ex orientibus ad nos partibus ab omni quod tenuerat, virginum monasterio nefarius est obiectationibus ac culatus. Multa de multis obiecta flagitia, in quã lateret terrarum parte, quæ sitis est, vt si suæ innocentiæ consideret, contra se iudicium postulatum minime declinaret. Missæ sunt ad Arelatensem episcopũ per Fortunatũ subdiaconum nostrum præceptiones, vt ad iudicium destinaretur episcopale. Tantis grauatus testimoniis, tanta facinorum accusacione pulsatus, sacrarum (vt aiunt) virginum pollutus incesto, episcopus asseritur ordinatus.

Et vt in nostri libelli scrinij continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus in pontificij dignitatem, hoc tempore quo ad causam dicendam, missis à nobis literis, vocabatur, obrepit sacro nomini, absit iniuria. Facilius est vt hanc dignitatem tali dando, ipse amiserit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui conuictio sociabitur, qui sibi eum credidit largiendo pontificium sociadum. Qualis enim ipse sit quisquis tales ordinauerit, ostendit. His ergo in medium nunc deductis, cum plerique vestrum sint, qui apostolicæ sedis statuta cognouerint nobiscum tempore aliquanto versati, ad disciplinæ normam, nostris conuenta adhortationibus omnia fraternitas vestra festinet reuocare.

4 Primum iuxta canonum decreta vnaqueque prouincia suo metropolitano contenta sit, vt decessoris nostri data ad Narbonensem episcopum continent constituta nec usurpationis locus alicui sacerdoti in alterius concedatur iniuriam. Sit concessis sibi contentus vnusquisque limitibus, alter in alterius prouincia nil præsumat, nec emeritis in suis ecclesiis clericis peregrini & extranei, & qui ante ignorati sunt ad exclusionem eorum qui bene de suorum ciuium merentur testimonio, præponantur, ne nouum quoddam de quo episcopi fiant, institutum videatur esse collegium.

5 Nullus inuitis detur episcopus. Cleri, plebis & ordinis consensus, & desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de ciuitatis ipsius clero, cui est episcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire nõ credimus) poterit reperiri: primũ enim illi reprobandi sunt vt aliqui de alienis ecclesiis merito præferantur.

Habeat vnusquisque fructum suæ militiæ in ecclesia in qua suam per omnia officia transegit aetatem. In aliena stipendia minime alter obrepit, nec aliis debitam, alter sibi audeat vendicare, mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægruari & quos sibi ingeri ex transuerso agnouerint, non timeant refutare: qui etsi non debitum præmium, vel liberum de eo, qui eos rectorus


rus est, debent habere iudicium.

6 Abstineatur etiã ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, nullus qui sit vidue maritus, aut fuerit, ordinetur, sed irreprehensibilis, & qualem elegit apostolus fiat. Per Moysem dominus præcepit: virginem accipiat sacerdos vxorem. Subsequitur & supplet apostolus, eodem locutus spiritu vnus vxoris virum episcopũ debere consecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam sacerdotes, & si quæ factæ sunt ordinationes illicitæ, remoueantur quoniã stare non possunt, nec discussionem nostram subterfugere poterunt: quamuis latere se æstiment qui taliter peruenerunt. Et vt nulla religionis reuerentia obsecritate fuscetur, non sit vana gloriatio palliatis, episcopale morẽ, qui episcopi sunt, sequantur. Daniel vt diximus, qui accusationem p̄tificali honore subterfugere se credidit, posse, & ad fastigium tamẽ, accusatores suos latendo peruenit, à Sanctitatis vestræ cœtu interim se nouerit segregatum, qui se nostro iudicio debet obicere, si cõsciẽtiæ suæ nouit fiduciã obtinere. Massiliensis vero ecclesiæ sacerdotem qui dicitur (quod dictu nefas est) in necem fratris taliter gratulatus, vt huic qui eius sanguine cruentatus, aduenerat, portionem cũ eo habiturus occurreret, ex vestro cum audiendum collegio delegamus. Data septimo Kalendas Augusti, Felice, & Tauro viris clarissimis consulibus.

Epistola eiusdem Cælestini papæ tertia ad episcopos Apuliam & Calabria.

- 1 Quod nulli sacerdotum liceat canones ignorare.
- 2 Quod non oporteat clericis ecclesiarum contemptis, de laicis episcopos ordinare.
- 3 Quod docendus sit populus non sequendus.

Capitulum primum.



Elestinus vniversis episcopis per Apuliam & calabriã constitutis. Nulli sacerdotum liceat canones ignorare, nec quicquã facere, q̄ patrum possit regulis obuiare, quæ eni à nobis res digna seruabitur si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permessa fungatur?

2 Audiuius, quosdam propriis destitutas rectoribus ciuitates, episcopos sibi velle petere de laicis, tantumque fastigium tã vile credere, vt hoc his qui non deo sed seculo militauerint, æstiment nos posse conferre. Non solum malo de suis clericis (in cõortũ conreptũ hoc faciunt) iudicantes, Sed de nobis pessime (quos credunt hoc posse facere) sentiẽtes. Quod nõquã auderent, si non quorũdã illicitis cõtentiẽs sententia conueneret. Ita nihil quæ frequentius sunt decreta, p̄ficiunt vt hoc quasi nõquã de hac parte scriptũ fuerit, ignoretur. Quid proderit, per singula clericos stipendia militasse, & omnẽ egisse in dominicis castris etatẽ si hi qui p̄futura sunt ex laicis requirantur. Qui vacantes seculo, & omnẽ ecclesiasticũ ordinẽ nescientes, saltu præpropere, in alienũ honorẽ ambiunt, immoderata cupiditate transẽdere, & in aliud vitæ genus, calcata reuerentia ecclesiasticæ disciplinæ transire. Talibus itaque fratres charissimi, qui iuris nostri, id est, canonum gubernacula custodimus (necesse est) obuiemus hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis laicus ad ordinem clericatus admittat & sinat fieri, vnde & illũ de

ciat, & sibi causas generet, quibus reus constitutus decretalibus fiat.

3 Docendus est populus, non sequendus. Nosque (si nesciunt) eos, quid liceat quidue non liceat, commonere, non his consensus prebere debemus. Quis quis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiat censuram apostolicæ sedis minime defuturam. Quæ enim sola admonitionis autoritate non corrigimur, Neceffe est per seueritatem congruentem, regulis vindicemus: per totas ergo hoc (quæ propriis rectoribus carẽt) ecclesias volumus innotescat, vt nullus sibi spe aliqua forsitan blanditus illudat. Data 12. Kalendas Augusti. Florentio, & Dionisio consulibus.

Decreta Cælestini papæ quæ sunt in corpore decretorum gratiani nec habentur in superioribus ipsius epistolis vel decretis, numero 4.

Primum.



N alterius parochia, nisi eo vocatẽ, nulli aliquid agere licet. Nullus primas, nullus metropolitanus, nullus reliquorũ episcoporum alterius adeat ciuitatẽ, quæ ad eum non pertinet, & alterius episcopi parochiã super eius dispositione nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse cognoscitur, vt quicquam ibi disponat, vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit, finaliter præsumpserit, damnabitur, & non solum ille, sed etiam cooperatores & consentientes ei, quia sicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nã qui ordinare non poterit, quomodo iudicabit? Nullatenus p̄culdubio iudicabit aut iudicare poterit.

2 Par pœnitentia ei indicitur qui spiritualem filiam & pœnitentialem suam violare monstratur.

Si quis sacerdos cũ filia spiritali fornicatus fuerit, sciat se graue adulterium commississe idcirco femina si laica est, omnia derelinquat, & res suas pauperibus tradat, & conuersa, in monasterio deo vsque ad mortem seruiat. Sacerdos autem, quod malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando duodecim annis pœniteat. Postea vero ad monasterium vadat, ibiq; cunctis diebus vitæ suæ, deo seruiat.

3 Non debet episcopus, aut presbyter, commisceri cum mulieribus, quæ ei sua fuerint confessa peccata. Si forte (quod absit) hoc contigerit, sic peniteat, quomodo de filia spiritali, episcopus 15. annos, presbyter 12 & deponatur, tamẽ si in cõsciẽtia deuenierit.

4 Videtur nobis, quod secunda quam contra prohibitionem ecclesiæ duxit, non sit vxor, etiam si primam non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum & ordinem ecclesiæ factum est, ratum non haberi, tam humane quam diuinę legis proclamatur auctoritas, quia ea, quam inordinate superduxit, prohibitione retinentiẽ, vxor non est eam cogendus est recipere, quam iurauit & desponsauit, & ex ea prolem genuit, vt iuramenti, religio non vilipendatur, & fides adinuicem promissa seruetur, proles in cultu dei nutriatur & educetur, & alij exinde occasionem peccandi, & alios decipiendi assumere nõ valeant. Quod autem parentes, fratres, & cognati vtriusque sexus in testificationem filij, & filia ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum admittantur, iam antiqua consuetudine, legibus approbata, quam diuinis, & humanis legibus approbatur:

Luca. 12.

Matt. 5.

26. 9. 6. Agnouimus mori.

Ex ec. 33. 18.

Luca. 23.

Ex ec. 18. 33.

d. 59. ordinatos vero quosdam.

d. 81.

incestus in differenter

† aliter.

† confidentiam.

d. 38. nulli sacerdotũ licet. † digne. † ob seruabitur.

d. 61. nec meritis.

d. 61. nullus inuitis & d. 63. cleri plebis que &c.

† illic hic

d. 61. quid proderit p. † qui his profuturi.

in dirimendo autem matrimonio. Ideo maxime parentes recipiuntur, siue si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quia vnusquisque suam genealogiam, cum testibus, & chartis, cum exercitacione & recitatione maiorum scire laborat. Quia igitur aliis melius sciunt, ideo maxime admittuntur. Si muliter etiam recipiuntur, & in testificationem matrimonij coniungendi. Qui enim melius recipi debent, quam illi qui melius sciunt, & quorum est inter esse, ita vt si non interfuerint, & consensum nō adhibuerint, secūdum leges nullum fiat matrimoniū. Quod vero legitur, pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris, in criminalibus causis, & contra tribus verum est. In matrimonio contrahēdo & disiungendo, ipsius coniugij prerogatiua quia & fauorabilis res est, congrue recipiuntur.

Cælestini papa 4. epistola ad synodum Ephesinam fragmentum.

diens Valentinianus Augustus, cum matre sua Placidia Augusta furore sancto commoti proscritione Bassum condemnauerunt, & omnia prædia facultatum eius ecclesiæ catholicæ sociauerunt. Qui Bassus nutu diuino intra tres menses defunctus moritur. Cuius corpus Sixtus episcopus cum linteaminibus, & aromatibus, manibus suis tractans, recondidit, & sepeliuit ad Beatum Petrum apostolum in cubiculo parentum eius.

Tituli canonum sequentis epistola.

- 1 De causa Sixti papa, qui se sacramento purgauit.
- 2 Qui non debeant admitti ad accusationem.
- 3 De peregrinis siue de prouincialibus iudiciis, vel si quis in dicem senserit aduersum.
- 4 Ut qui crimen obiecit scribat se probaturum, & qui non probauerit similem penam sustineat.
- 5 De episcopis accusatis.

Epistola Sixti papa tertij ad episcopos Orientales.

Iustus episcopus omnibus orientalibus episcopis in domino Salutem. Gratias vestra referimus sanctitati, quod in tribulatione & persecutione nostra nos visitare misistis, & causa nostra sine bonum scire, & esse optatis, precibusque Deum exoratis, vt mihi in tribulatione succurreret mea, me que adiuuaret. & ab æmulis tribulantibus, & persecutibus me liberaret. O quā bona est charitas, quæ absentes per imaginē, præsentēs sibi metipsis exhibet per amorem, diuina quoque vnitate, & confusa ordinat, in equalia sociat, imperfecta confirmat. Quā rectē prædicator egregius apostolus videlicet Paulus vinculum perfectionis vocat, quoniam virtutes quidem ceteræ perfectionem generant, sed tamen ea charitas ita ligat, vt ab amantis mente dissolui iam nequeant. Hac quoque virtute fratres, plenos vos spiritus sancti gratia esse reperio dum solaciari mihi in meis anxietatibus sentio. Nec mirū, charissimi, si me persequuntur æmuli mei, cum caput nostrum, quod est Christus, olim æmuli sanctæ Dei ecclesiæ, seruorumque eius sunt persecuti. Vnde & ipsa per se veritas dicit: Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Quæ iterum dicit: Si de hoc mundo essetis, mundus, quod suū erat, diligeret. Sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus. Hæc fratres cum & nos sciamus, & aliis nosse prædicamus, vosque ea perfectē scire non dubitemus, propter insidiantium vituperationes, aut accusationes, vel propter adulantium laudationes, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare debemus, sed inter verba laudantium, siue vituperantium ad mentem semper recurrendū est. Et si in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur magnam tristitiā generare debet. Et rursus si in ea non inuenitur malū, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus latitiam proflire. Quid enim si omnes laudent & conscientia nos accuset, aut si omnes accusent, & conscientia nos liberos demōstret, Habemus Paulum dicentem: Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Iob quoque dicit: Ecce in cælis testis meus. Si ergo est nobis testis in cælo, testis in corde, dimittamus, stultos foris loqui quod volunt. Quid enim aliud detrahētes faciūt nisi in puluere sufflant, atque in oculos suos terrā excitant, vt vnde plus detractionis perfiant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen sunt etiam ipsi, & tranquillē admonendi, eis que satisfie-



Matt. 18. c



Piritus sancti testatur præsentia congregatorum sacerdotum. Certum est enim quod legimus, quia nec potest veritas nostra mentiri, cuius in euangelio ista sententia est: Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum. Quod cum ita est, Nam nec huic tam breui numero spiritus deest: quanto magis eum nunc interesse credamus in vnum conuenientium turbæ sanctorum? Sanctum namque concilium est pro debita veneratione collectum, & in quo vti que nunc apostolorum frequentis simæ illius, quam legimus, congregationis aspicienda reuerentia est. Nunquam his defuit quem receperant prædicandū. Affuit semper his dominus & magister, nec docentes à suo doctore deferti sunt. Docebat ille, qui miserat, docebat, qui & dixerat, quod docerent, docebat qui & in apostolis suis se confirmat audiri. Hęc ad omnes in commune, domini sacerdotes, mandatæ prædicationis cura peruenit. Hęc reditatio namque in hanc sollicitudinem iure cōstrin-gimur, quicunque per diuersa terrarum eorum vice nomen domini prædicamus. Dum illis dicitur: Ite, docete omnes gentes. Aduertit vestra fraternitas, quia accepimus generale mandatum. Omnes etiam nos agere voluit quod illis sit in commune mandauit officium. Necessè est, nostrum sequamur authorē, subeamus omnes eorum laborem, quibus omnes successimus in honorem. Perstemus eorum diligentiam prædicantes, postquam monente apostolo, nullam predicationem iubemus admittere. Non est minor tradentis officio custodia traditionum. Illi iactauerunt semina, nostra se sollicitudo custodiat, vt incorruptum, & multiplicem fructum nostri patrisfamilias aduentus inueniat, cui soli vti que assignatur veritas, loquente electione sua se plantare, & vigere: deum autem incrementum dare.

Leui. 10. c  
Luca. 10. a  
Mar. 16. d

1. Cor. 3. b

Decreta Sixti papa tertij Ex libro pontificali.



Iustus natione Romanus ex patre Sixto sedit annos 8. dies 19. hic post annū vnum & menses 8. incriminatur à quodā Basso. Eodē tempore audiens hoc Valentinianus Augustus, iussit concilium & sanctam synodum congregari. Et factō conuentu cum magna examinatione per iudicium synodicum purgatur, albi episcopis. Et condemnatur Bassus à synodo, ita tamen vt vltimo die viaticum ei non negaretur propter humanitatem pietatis ecclesiæ. Hoc au-

Coloss. 3. b.

Eph. 4. d  
Ibid. 5. e  
Coloss. 1. c  
Matt. 10. c

Ioan. 15. c

11. q. 4. In  
ter verba.

2. Cor. 1. c  
Iob. 16. d

Matt. 17. d

Matt. 15. b

Rom. 12. d

2. q. 4. Mā  
datus vt  
scribe.

2. q. 8. Qui  
crime obii  
cit

3. q. 6. Qui  
crime obii  
cit in  
dec. 110. c  
lib. 3.

2. q. 7. Si  
quis episc.  
2. q. 8. Sen-  
tentialiter  
Qui crime  
obicit.

Matt. 6. b

Ibidem.

ri modis omnibus debet, scientes quod de Iudæis veritas ait: Ne forte scandalizemus eos. Si autem satisfieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationem quam in euangelio aspicias. Quia cum domino dictum fuisset, scis quia audito hoc verbo scandalizati sunt, respondit: Sinite illos, cæci sunt duces cæcorum. Paulus quoque apostolus admonet, dicens: si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Dicitur cum omnibus hominibus pacem habentes, quia hoc difficile esse perspexit præmisit: Si fieri potest. Et subiunxit, Quod potest fieri, cum dicit: Quod ex vobis est. Quia si in mente charitatem erga obediētes seruare cupimus, et si illi pacem nobiscum non habent nos tamen cum illis sine dubio habemus. Quod ergo mandastis vt scriberem vobis, qualiter instans iurgium contra me suscitatum sit, vel à quo vt vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur, scitote, me criminari à quodam Basso, & iniuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus nostra autoritate synodum congregari iussit. Et factō concilio cum magna examinatione, satisfaciens omnibus, licet euadere satis aliter potuissem, suspicionem tamen fugiens coram omnibus me purgavi, me scilicet à suspicionē & amulatione liberans, sed non aliis, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumque dans, cum scriptum sit: Si quis crimen obicere voluerit, scribat se prius probaturum. Et alibi: Criminatores aduersus doctorem nemo recipiat. Et iterum: Si quis episcopus, presbyter aut diaconus, vel quilibet clericus apud episcopum à qualibet persona fuerint accusati, quicunque fuerit, siue ille sublimis vir honoris, siue vilius alterius generis persona, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit, docenda probationibus, monstranda documentis se debere inferre. Si quis ergo circa huiusmodi personas non probanda detulerit, intelligat, se iacturam infamiæ sustinere, & sub magna excommunicatione exilio deportari. Ista omnia postposui, non aliis (vt paulo superius prælibatum est) exemplum dando sed me à præfata infamia & suspicionē liberandum. Condemnatus est autem præfatus Bassus à iam dicta synodo, ita tamen in vltima die viaticum non denegetur, propter humilitatem pietatis ecclesiæ. Valentinianus quoque antedictus imperator scripto eum condemnauit cum Augusta matre Placidia, & omnia prædia facultatum eius, futuris de talibus dās hominibus formam ita faciendi, ecclesiæ catholicæ sociauerunt. Sæpe dictus ergo Bassus nutu diuino nō multo post moritur. Cuius corpus licet dignū nō esset sepultura, propter misericordiam tamen sepeliuit eum in cubiculo parentum eius. Et quanquā ipse erga me stultē & imprudenter egisset ego verò misericorditer circa eum egi, cogitans illud quod dominus in euangelio loquitur, dicens: Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. Et in ipsa dominica oratione quā saluator noster discipulos orare docuit, quotidie supplicādo domino dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et multa sunt talia his similia. His ita de me peractis, quia contra voluntatem omnium episcoporum qui nobiscum erant propter humilitatem sensus mei nullius compulsus iudicio, aut vim passus, sed sponte eligens, hæc nec formam, vt iam dictum est, aliis dando sed purificando, feci, in aliis tamen episcopis cō-

petens adhibenda est talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas, mortifera capitis peste nihil possit, sed segnius tracta perniciēs, reatu nō legitimæ curationis, inuoluat pariter sauciatos & medentes.

2 Ob id ergo statuentes decernimus, vt hi qui non sunt bonæ conuersationis, & quorum vita est accusabilis, vel quorum fides vita & libertas nescitur, nō possint domini sacerdotes accusare, nec viles personæ ad accusationem eorū admittantur. Similiter hi qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspiciosi, vocem aduersus maiores natu non habeant accusandi, quia suspiciosa vox & inimica veritatem solet opprimere.

3 Peregrina verò iudicia, salua in omnibus apostolica autoritate, generali sanctione prohibem⁹, quia indignum est vt ab externis iudicentur, qui prouinciales, & à se electos debent habere iudices, nisi fuerit appellatum. Vnde oportet, si quis episcoporum super certis accusetur criminibus, vt ab omnib⁹ audiat, qui sunt in prouincia episcopis, quia nō oportet, accusatum alicubi quam in foro suo audiri. Si quis verò iudicem sibi aduersum senserit, vocem appellationis exhibeat. Appellanti autem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare custodia. Sed liceat accusatori vitiatam causam appellationis remedio subleuare. Liceat etiā in causis criminalibus appellare. Nec appellandi vox denegetur ei, quem supplicio sententia destinari. Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, & ante non suum iudicem pulsatus, si voluerit, taceat, & vt pulsatis, quoties appellerint induciæ dentur. Si quis ergo iratus crimen aliquod cui libet temerē obiecerit, conuicium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spacio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, vt, si fortasse resipiscens, quæ pro iracundia dixit, iterare, aut scribere noluerit, non vt reus criminis teneatur.

4 Omnis ergo, qui crimen obicit, scribat se probaturum. Reuera ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur. Et qui non probauerit, quod obiecit, penam quam intulerit, ipse patiatur.

5 Placuit etiā vt si episcopus accusatus appellauerit apostolicā sedem, id statuendum quod eius sedis pontifex censuerit. Hæc tamen omnino in sacerdotū causa forma seruetur, ne quæquā sententia nō à suo iudice dicta, cōstringat. Occurrere quoque quisque, si deliū ruinis debet, oppressorū & miserorū consilio, quo valeant ex reuelatione alienæ vindictæ, à se dei remouere vindictā. Libat enim domino pro peccatis, qui ab afflictis pellit, aduersa. Vnde scriptū est, Frater fratrem adiuuās exaltabitur. Ecclesiā enim dei sine macula & ruga debet existere, & ideo non oportet eā à quibusdam conculcari aut maculari, quia scriptū est Vna est columba mea perfecta mea. Hinc iterum dominus ad Moysen ait. Est locus penes me & stabis supra petram. Quis est locus qui non sit domini, dum cuncta in ipso per quem creata sunt, continentur? Est tamen locus apud eum, videlicet sanctæ ecclesiæ vnitas, in qua supra petram dum confessionis soliditas humiliter tenetur. Vos quoque, & omnes fratres nostros, eccle. Christi sanguine regentes, moneamus vt omnes à precipitio, in quo fratres, & dñi pastores detrahēdo, & plequēdo verbis & factis labūtur, laqueis, quib⁹ pōstis, retētetis, & labi eos in ima nō mittatis, quia scriptū est: Irasiri iustitiā dei nō opatur.

3. q. 6. Per  
regina iudicia.

2. q. 8. Qui  
crime obii  
cit  
3. q. 6. Qui  
crime obii  
cit in  
dec. 110. c  
lib. 4.



Hinc rursus dicitur: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum & tardus ad iram. Hæc autē vos, auctore deo, omnia seruare non ambigo, sed occasione admonitionis exorta, bonis vestris operibus & desiderijs me furtiue subiungo, ut quod non admoniti facitis, quando vobis etiā admonens additur, iam non soli faciatis. Quapropter fratres, oportet vos, & omnes fideles diligere inuicem & nō detrahere, aut accusare alterutrum. Scriptū est enim: Dilige proximum tuum &c. addit auctoritatem ecclesiastici 27. c. d. & 28. a. b. c. Subiūgit postea locum ad ephesios 6. b. c. de cetero charissimi. Omnipotens deus vos & reliquos fratres nostros vbiq; consistentes protegat vsque in finem, qui cunctū mundum dignatus est redimere, Iesus Christus dominus noster, qui est benedictus in sæcula. Amē. Data Cal. Apr. Valentiniano & Florentino viris clariss. Cōss.

**D. LEONIS PAPÆ MAXIMI** huius nominis primi epistola Decretales aliquot selectæ: omnes enim propter multitudinem, non potuerunt inseri huius operi.

Capitulum sequentis epistola tituli.

- 1. Venullus episcopus seruum alterius ad officium clericatus promueat.
- 2. Ut quicumque ad sacerdotium, vel viduarū mariti, vel habentes numerosa coniugia, promoti fuerint, ab ecclesiasticis officijs arceantur.
- 3. Quod vsuras non solum clericis exigere non debeant, sed nec laici.
- 4. Ut clericus nec suo nec alieno nomine fœnus exerceat.
- 5. Ut si quis sacerdotum contra interdicta fecerit, a suo submoueat officio.

tio aut voluntas acceperit, qui aliquid sibi in eos vendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab alijs, qui diuinæ militiæ fuerit aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

2. Qualis verò vnicuique natalium honestas & morum esse debeat, qui sacri altaris ministerio est sociandus, & apostolo nos docente, & diuina præceptione didicimus, & canonum regulis: a quibus plerisque; fratrum declinasse & penitus deuiasse reperimus. Nā constat ad sacerdotium peruennisse viduarū maritos: quosdā etiā quibus fuerint numerosa coniugia, & cū omni licentia vita liberior ad sacrum ordinē passim patefactis aditibus fuisse permisos, contra illā beati apostoli vocē qua talibus exclamat, dicens: Vnius vxoris virū. Et contra illud antiquæ legis præceptum quo dicitur & cauetur: Sacerdos virginem vxorem accipiat, non viduam, non repudiatā. Hos ergo quicumq; tales admissi sunt, ab ecclesiasticis officijs, & a sacerdotali nomine, apostolicę sedis auctoritate iubemus arceri. Nec enim hoc sibi poterunt pro arbitrio vindicare, cuius capaces, per hoc quod illis obstitera, non fuerunt. Huius discussionis curam nobis specialiter vendicantes, ut si qua forsitan de his commissa sunt, corrigantur, ne liceat vltra committi, & nequa excusatio de ignoratione nascatur: quamquam ignorare nunquam licuerit sacerdotem, quod canonum fuerit regulis definitum. Hæc ergo ad prouincias vestras, per Innocentium, Legitimum & Segetium fratres & coepiscopos nostros scripta direximus: ut quæ malè pullulasse noscuntur, radicitus euellantur, & messem dominicam zizania nulla corrumpant. Ita enim fructum vberem, quæ sunt synœra, præstabit, si ea quæ natam segetem enecare cōsueverunt, diligentius ampuentur.

3. Nec hoc quoque prætereundum esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos, vsurariam exercere pecuniam, & fœnore velle ditescere. Quod nos, non dicā in eos qui sunt in clericali officio constituti, sed & in laicos cadere qui Christianos se dicit cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos qui fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

4. Illud etiam duximus præmonendum, ut sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere, fœnus attentet. Indecens enim est, crimen suum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc solum aspicere & exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuim⁹, ab eo domino qui multipliciter & in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus.

5. Hoc itaque admonitio nostra denunciat, quod si quis fratrum contra hæc constituta venerit, vel venire tentauerit, & prohibita fuerit ausus admittere, a suo se nouerit officio submouendum, nec eum cōmunionis nostræ futurum esse consortem, qui socius esse noluit disciplinæ. Ne quid verò sit quod prætermisum a nobis fortè credatur, omnia decretalia constituta tam beatæ recordationis Innocentij, quam omnium prædecessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus, ut si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Data sexto Idus Octobris Maximo & Paterno viris clarissimis consulibus.

Epistola

Epistola quarta eiusdem ad vniuersos episcopos per Siciliam constitutos.

Capitulum sequentis epistola tituli.

- 1. Quod prohibeatur in die epiphania baptismū celebrari.
- 2. Quod cuncta nobis per ordinem rerum, per incarnationem domini nostri salutis sacramenta digesta sunt.
- 3. Quod in baptismo mors proueniat interfectione, & sepulchrum triduanam imitetur trina demersio: & ab aquis eleuatio, sit velut resurrectio de sepulchro.
- 4. Quod beatus apostolus Petrus in die Pentecostes virorum tria millia baptizauerit.
- 5. Quod hæc duo tempora, id est Pascha & Pentecoste, a Romanis pontificibus ad baptizandum præfixa sunt.
- 6. Quod omni tempore hi qui necessitate mortis urgentur, id est agritudinis, obsidionis, persecutionis, naufragij debeant baptizari.
- 7. Ut de Sicilia terni semper annis singulis de episcopis ad diem tertium Calendarum Octobrium, Romam sociandi synodo indissimulante occurrant.

Leo episcopus vniuersis episcopis per Siciliam constitutis in domino salutem.



In iis præceptis & apostolicis monitis incitatur, ut per omnium ecclesiarum statum, impigro vigilem affectu: ac si quid vsquam reprehensionem inueniatur obnoxium, celerifolitudine aut ab ignorantie imperitia, aut a præsumptionis vsurpatione reuocemus. Monente enim dominicæ vocis imperio, quo beatus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ actionis imbuitur, ut Christi oues, qui Christum diligunt, pascant, ipsius sedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præsumus, reuerentia cohortamur, ut periculum desidij quantum possumus declinemus: ne profectio summi apostoli, qua se amatorum domini esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quia negligenter pascens toties commendatum dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem.

1. Quum ergo mihi de charitatis vestræ actibus fraternæ affectione sollicito, certis indicijs innotuerit, vos in eo quod inter sacramenta ecclesiæ principale est, ab apostolicę institutionis cōsuetudine discrepare, ita ut baptismi sacramentum numerosius in die epiphaniæ quam paschali tempore celebretis: miror vos vel prædecessores vestros tā irrationabilem nouitatem vsurpare potuisse, ut confuso temporis vtriusque mysterio, nullam esse differentiam credatis inter diē quo adoratus est Christus a Magis, & diē quo resurrexit a mortuis. Quam culpam nullo modo potuisset incidere, si vnde consecrationem honoris accepisset, inde legem totius obseruantia sumeretis & beati Petri apostoli sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est, dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis. A cuius vos regulis recessisse minore posset æquanimitate tolerari, si aliqua commonitionis nostræ inrepatio non præcessisset. Nunc autē quia nō desperatur correctio, mansuetudo seruanda est. Et licet vix ferenda sit in sacerdotibus excusatio quę præter tendat inscientiam: maluimus tamen & centuram necessariam temperare, & ratione vos apertissimæ veritatis instruere.

2. Sēper quidē in æterno cōsilio Dei mansit humani generis in cōmutabiliter præordinata reparatio:

sed ordo rerū per Iesum Christū dominū nostrū temporaliter gerēdarū, in incarnatione verbi sumpsit exordiū. Vnde aliud tēpus est quo annūciare angelo beata Maria fœcūdā se per spiritū sanctū credidit & cōcepit: aliud, quo salua integritate virginea puer editus, exultate gaudio cœlestiū ministrorū pastoribus indicatur: aliud, quo infans circūciditur: aliud, quo hostia pro eo legalis offertur: aliud, quo tres magi claritate noui sideris incitati, in Bethlehē ab oriente perueniūt, & adoratū paruulū mystica munerum oblatione venerentur. Nec iidē sunt dies, quibus in pio Herodi, ordinata diuinitus in Aegyptū translatione, subtractus est, vel quibus ab Aegypto in Galilæā, persecutore mortuo reuocatus est. Inter has autē dispensationū varietates accedūt argumēta corporea, crescit dominus (sicut Euangelista testatur) profectibus ætatis & gratiæ. Per dies Paschæ in templū Hierusalē cū parentibus venit: & quū ab esset societate redeuntiū, sedens cū senioribus, & inter admirantes magistros disputans inuenitur: rationē que remansionis suæ reddens, Quid est, inquit, quod me quærebatis? Nesciebatis quod in iis quæ patris mei sunt, oportet me esse: significans eius se esse filiū, cuius erat & tēplū. Iam vero quū in annis maioribus apertius declarandus baptismū præcursoris sui Ioannis experiri, quid deitatis eius remāsit ambiguū, quādo batizato domino Iesu, spiritus sanctus in colūbæ specie super eū de scēdis & māsit, audita de cœlis patris voce, dicētis, Tu es filius meus dilectus: in te bene cōplacui? Quæ omnia ideo quāta potuimus breuitate perstrinximus, ut notū sit dilectioni vestræ, vniuersos dies Christi innumeris cōsecratos fuisse virtutibus, & in cūctis eius actionibus sacramentorum mysteria coruscasse: sed aliter quæque signis denūciari, aliter rebus impleri: nec quæcunque numerantur in operibus saluatoris, ad tēpus pertinere baptismatis. Nā si etiā illa quæ post beati Ioannis lauacrum a domino gesta cognouimus, sub indiscreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Verū quia spiritus sapientiæ & intellectus ita apostolos & totius ecclesiæ erudiuit magistros, ut in Christiana obseruantia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum, discernendę erant causæ solemnitatam, & in omnibus institutis patrum principumque nostrorum rationabilis seruanda discretio, quia non aliter vnus grex & vnus pastor sumus, nisi quemadmodum apostolus docet, id ipsum dicamus omnes. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententiā.

3. Quauis ergo & illa quæ ad humilitatem, & illa quæ ad gloriam pertinent Christi, in vnā concurrant eandemque personam, totumque quicquid in illo & virtutis diuinæ est, & infirmitatis humanæ, ad nostræ reparationis tendat effectum, propriè tamen in morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis, potentia baptismatis nouam creaturam condit exueri, ut in renascentibus & mors Christi operetur, & vita: dicente B. apostolo Paulo: An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim cōplacati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Et c. quę lati⁹ magister gētū ad cōmendandum

Anno Christi 449. (qui fuit annus pontificatus S. Leo. quartus) scripta est hæc epistola. Idem in epistola ad Damasum papam. Eche. 3. 33.



Leo episcopus vrbis Romæ, vniuersis episcopis per Campaniam & Picenū vel Tusciam, & per vniuersas prouincias constitutis salutem in domino. T. nobis gratulationem facit ecclesiā statū salubri dispositione cōpositus, ita leui nos mœrore contristat, quoties aliqua contra statuta canonū ecclesiasticāq; disciplinā præsumpta vel commissa cognoscimus quæ si non qua debemus vigilātia refecimus: illi qui nos speculato res esse voluit, excusare non possumus permittentes syncerum corpus ecclesiæ (quod ab omni macula purum custodire debemus) ambientium improba contagione scēdari, cum ipsa sibi membrorum per dissimulationem compago nō cōgruat. Admittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui a dominis suis libertatem consequi minimè potuerunt, ad fastigium sacerdotij, tanquam seruilis vilitas hunc honorem iure capiat, prouehuntur: & probari deo posse creditur, qui domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaque in hac parte reatus est, quod & sacrum mysterium talis consortij vilitate polluitur: & dominorum, quantum ad illicitæ vsurpationis temeritatē pertinet, iura soluuntur. Ab his itaq; fratres charissimi, omnes vestræ prouinciæ abstineant sacerdotes: & non tantū ab his, sed & ab alijs etiam, qui aut originali, aut alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari, nisi forte eorum peti

d. 54. Admittuntur. † minister. Ibidem.

† minus posset æquanimitate.

d. 19. Si Ro. pont.

d. 46. Sicut nō suo.

14. 9. 4. Nec hoc prætereundum.

Ioan. 21.

25. 7. 1. Diuini præceptis.

Anno Christi 449. (qui fuit annus pontificatus S. Leonis octauus) scripta est hæc epistola.

Luca 1. Luca. 2.

Matt. 2.

Luca. 2.

Matt. 3. Luca. 3.

† & quæ que.

1. Cor. 1.

De cō. d. 4. Proprie in morte. Rom. 6.



dandum sacramentum baptismatis disputavit: vt ap-  
 pareret ex huius doctrine spiritu, regenerandis filiis  
 hominum, & in dei filios adoptandis, illum diem ef-  
 se & illud tempus electum, in quo per similitudinē  
 formamque mysterij, ea quæ rantur in membris,  
 quæ in ipso capite sunt gesta, congruere, dum in bap-  
 tismatis regula & mors interuenit interfectione pec-  
 cati, & sepulturam triduanam imitatur trina demer-  
 sio: & ab aquis eleuatio, resurgens ad instar est de  
 sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebra-  
 re generaliter gratiæ eum esse legitimum diem, in  
 quo orta est & virtus muneris, & species actionis.  
 Ad cuius rei cōfirmationem plurimum valet, quod  
 ipse dominus Iesus Christus posteaquam resurrexit  
 à mortuis, discipulis suis (in quibus omnes ecclesia-  
 rum prælules docebantur) & formam & potesta-  
 tem tradidit baptizandi, dicens: Euntes ergo nunc,  
 docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine pa-  
 tris & filij & spiritus sancti. De quo vtrique eos etiam  
 ante passionem poruisset instruere, nisi propriè vo-  
 luisset intelligi regenerationis gratiam ex sua retur-  
 rectione cepisse. Additur sanè huic obseruantie, eti-  
 am Pentecostes ex aduentu spiritus sancti consecra-  
 ta solemnitas, quæ de Paschalis festi pender articulo.  
 Et cum quæ ad alios dies alia festa pertineant, hæc  
 semper ad eum diem qui resurrectione domini est  
 in signis, occurrit, porrigens quodammodo auxilian-  
 tis gratiæ manum, vt hi quos à die paschæ aut mole-  
 stia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauiga-  
 tionis difficultas interclusit inuitos, aut quibuslibet  
 necessitatibus impeditos, desiderij sui effectum do-  
 no spiritus sancti consequantur. Ipse enim vnigeni-  
 tus dei in fide credentium & in virtute operum nul-  
 lam inter se & spiritum sanctum voluit esse distanti-  
 am, quia nulla est diuersitas in natura: dicens: Ego ro-  
 gabo patrem: & alium paraclitum dabit vobis: vt vo-  
 biscum sit in æternum, spiritum veritatis & iterum:  
 Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet pa-  
 ter in nomine meo, ille vos docebit omnia, & sugge-  
 ret vniuersa quæcunque dixi vobis. Et iterum: Cum  
 venerit ille spiritus veritatis, ille diriget vos in om-  
 nem veritatē. Cū itaq; veritas Christus sit, & spiritus  
 veritatis, spiritus sanctus, nomēq; paracliti vtrique  
 proprium, non dissimile est festum, vbi vnum est sa-  
 cramentum.

4. Hoc autem nos non ex nostra persuasione de-  
 fendere, sed ex apostolica autoritate seruare, satis i-  
 doneo probamus exemplo, sequentes B. apostolum  
 Petrum, qui in eo die quo omnem credentium nu-  
 merum promissus spiritus sancti repleuit aduentus,  
 trium millium populum sua prædicatione conuer-  
 sum, lauacro baptismatis consecrauit: quod sancta  
 scriptura quæ apostolorum actus continet, fidei hi-  
 storia docet, dicens: His auditis compuncti sunt cor-  
 de, & dixere ad Petrum, & ad reliquos apostolos:  
 Quid faciemus viri fratres? Petrus verò ait ad illos:  
 Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquis-  
 que vestrum in nomine Iesu Christi in remediū pec-  
 catorum: & accipietis donum spiritus sancti. Vobis  
 enim repromissio est, & filiis vestris, & omnibus qui  
 longè sunt, quoscunque aduocauerit dominus deus  
 noster. Aliis etiam verbis pluribus testificatus, ex-  
 hortabatur eos, dicens. Saluamini à generatione ista  
 praua. Qui ergo receperunt sermonē ei⁹, baptizati sūt  
 & appositæ sunt in illa die animæ circiter tria millia.

¶ Vnde quia manifestissime patet baptizandis in

ecclesia electis hæc duo tempora de quibus locuti  
 sumus, esse legitima: dilectionem vestram monemus  
 vt nullos alios dies huic obseruantie misceatis.

¶ Quia etsi sunt alia quoque festa quibus multa in  
 honorem dei reuerentia debeatur: principalis tamē  
 & maximi sacramenti custodienda nobis est mystica  
 rationis exceptio, non interdicta licentia qua  
 in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitan-  
 tibus subuenitur. Ita enim ad has duas festiuitates  
 connexas sibimet atque cognatas, incolumium & in  
 pacis securitate degentium libera vota differimus,  
 vt in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in  
 persecutionis angustiis, in timore naufragij, nullo  
 tempore hoc verè salutis singulare remedium cui  
 quam denegemus. Si quis autem epiphaniæ festiuita-  
 tem, quæ in suo ordine debito honore veneranda  
 est, ob hoc existimat priuilegium habere baptisma-  
 tis, quia hoc quidam putant, quod in eadem die do-  
 minus ad baptismum sancti Ioannis accesserit: sciat  
 illius baptismi aliam gratiam, aliam fuisse rationem  
 nec ad eandem pertinuisse virtutem qua per spiritū  
 sanctum renascuntur, de quibus dicitur. Qui non ex  
 sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex vo-  
 luntate viri, sed ex Deo nati sunt. Dominus enim  
 nullius indigens remissione peccati, nec quærens re-  
 medium renascendi, sic voluit baptizari, quomodo  
 voluit circuncidi, hostiamque pro se emundationis  
 offerri: vt qui factus erat ex muliere (sicut apostolus  
 ait) fieret & sub lege, quam non venerat soluere, sed  
 adimplere, & implendo finire, sicut B. apostolus præ-  
 dicat dicens: Finis autem legis Christus est ad iusti-  
 tiam omni credenti. Baptismi autem sui in se condi-  
 dit sacramentum, quia in omnibus primatum tenēs,  
 se docuit esse principium. Et tūc regenerationis po-  
 tentiam sanxit, quando de latere ipsius profluxerūt  
 sanguis redemptionis, & aqua baptismatis. Sicut er-  
 go vetus testamentum testificatio fuit noui, & lex  
 per Moysen data est, gratia autem & veritas per Ie-  
 sum Christum facta est: sic diuersa sacrificia vnā  
 hostiam præformarunt, & multorum agnorum oc-  
 cisio, illius immolatione finita est, de quo dicitur.  
 Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.

¶ Sic & Ioannes, non Christus, sed Christi præuius,  
 non sponsus, sed sponsi amicus fuit, ad eum fidelis, &  
 non sua quærens, sed quæ Iesu Christi, vt se profite-  
 retur ad soluenda calceamenta pedum eius indignū  
 quoniam ipse quidem baptizaret aqua in pœnitenti-  
 am, ille autem baptizaturus esset in spiritu sancto &  
 igni: qui duplici potestate & vitam redderet, & pec-  
 cata consumeret. His itaque, fratres, tot tantisque do-  
 cumentis, omni ambiguitate submota euidenter ag-  
 noscitis, in baptizandis electis, qui secundum apo-  
 stolicam regulam & exorcismis scrutandi, & ieiuni-  
 is sanctificandi, & frequentibus sunt prædicationi-  
 bus imbuendi, duo tantum tempora, id est Pascha  
 & Pentecosten, esse seruanda. Hoc vestræ indici-  
 mus charitati, vt ab apostolicis institutis nullo vlteri-  
 us recedatis excessu: quia inultum post hæc esse non  
 poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo  
 crediderit negligendas.

¶ Quare illud primitus pro custodia concordis-  
 simæ vnitatis exegimus, vt quia saluberrimè à san-  
 ctis patribus constitutum est binos in annis sin-  
 gulis Episcoporum debere esse conuentus, iter-  
 ni semper ex vobis ad diem tertium Calendarum  
 Octobrium Romam fraterno concilio sociandi  
 occurrat,

indisimulanter  
 concurrat: quod vtriusque laboriosum non est  
 si vicissim inter vos  
 hæc consuetudo seruetur.  
 ¶ vacillat.

occurrant, & indisimulanter à vobis hæc consue-  
 rudo seruetur: quoniam adiunante gratia dei facili-  
 us poterit prouideri, vt in ecclesiis christi nulla scan-  
 dala, nulli nascantur errores, cum coram beatissimo  
 apostolo Petro semper in commune tractandum sit,  
 vt omnia instituta canonūque decreta apud omnes  
 domini sacerdotes inuiolata permaneant. Hæc autē  
 quæ vobis inspirante domino insinuata credidimus  
 per fratres & coepiscopos nostros ¶ Bachillū atque  
 Paschasinum, ad vestram volumus notitiam peruer-  
 nire: quibus referentibus cognoscamus quàm reuer-  
 enter à vobis apostolicæ sedis instituta seruentur.  
 Data. 12. Calendas Nouembriis Alipio & Ardabure  
 viris clarissimis consulibus.

Epistola Flauiani episcopi Constantinopolitani  
 ad sanctissimum Leonem papam  
 urbis Romæ.

- 1 De subdoli hostis insidiis.
- 2 De fraudulenta subtilitate hæreticorum.
- 3 De blasphemis Eutycheis.
- 4 De excommunicatione eius iustissima.

Domino beatissimo, & deo amabili patri  
 Leonis Flavianus in domino  
 æternam salutem.

1 Nulla res diaboli venena compescit, nec conti-  
 net mortiferas eius sagittas. Sursum enim atque de-  
 orsum peruolans, quærit quos possit occidere, quos  
 possit superare, quos possit deuorare. Propter quam  
 rem vigilandum est, & orationibus à deo obtinendū  
 vt fatuas inquisitiones evitare possimus. Decet enim  
 sequi patres nostros nec commutare definitionem  
 eorum perpetuam, quorum regulam secundum sa-  
 cras scripturas esse didicimus. Depositis ergo stribus  
 & lacrymis (quas incessanter fundo, quia sub  
 me clerus degens inuasus est à fero dæmone, & non  
 potui eum liberare, nec auferre à tali lupo, qui ani-  
 mam meam pro illo paratus eram ponere) quomo-  
 do raptus sit, quomodo resiliit à proposito diuino,  
 & ad illum cucurrit qui perdere consuevit, præcep-  
 ta patrum ¶ declinans, & constituta eorum despici-  
 ens, iam incipio enarrare.

2 Sunt enim quidam veste sua oues significantes,  
 interius lupi rapaces: quos ex fructibus eorum debe-  
 mus agnoscere. Isti prima fronte videntur esse de nu-  
 mero nostro, sed nō sunt de numero nostro. Si enim  
 de numero nostro essent, nobiscū mansissent. Quan-  
 do autem cœperunt adsumere impietate, illud quod  
 prius occultabatur in illis, aperitur, & dolus omnis  
 fit omnibus manifestus. Inueniuntur autem infirmæ  
 fidei homines, & qui diuinas lectiones nesciunt, &  
 secum eos in perditionem precipitant, dissipantes  
 & vituperantes patrum disciplinas, & reliquas san-  
 ctas scripturas ad suam perditionem: quos quidem  
 debemus præuidere, & à quibus multum oportet ca-  
 uere, ne in malitia sua aliqui occupati, concidant de  
 sua firmitate. Exacuerunt enim ¶ linguam suam qua-  
 si serpentes, & venenum in labijs habent quasi aspi-  
 des. De his hæc propheta clamauit.

3 Talis inter nos Eutycheis emerit, quondā pres-  
 byter, & archimandrites, qui quasi nostræ religionis  
 sectam ¶ sapiebat, & hanc ¶ præferabat: Nestorij au-  
 tem impietatem confirmabat, & succingebatur pro-

Nestorio militare in pugna quæ contra Nestorium  
 parabatur. Trecentorum autem decem & octo san-  
 ctorum patrum de fide expositionem factam, & san-  
 ctæ memoriæ Cyrilli epistolam scriptam ad Nesto-  
 rium, vel ad similes eius, quibus omnes assenserunt,  
 tentauit euellere, antiquam impij Valentini & Apo-  
 linaris reparans sectam: & non timuit præceptum re-  
 gis verè dei, dicens: Quicumque scandalizauerit v-  
 num de pusillis istis, expedit ei vt mola asinaria alli-  
 getur collo eius, & demergatur in profundum ma-  
 ris. Verecundiam autem omnem eius perfidia abie-  
 cit: & quam gerebat infidelitatis pellem excutiens,  
 in sancta synodo adferebat instanter, dicens Domi-  
 num nostrum Iesum Christum non oportere confi-  
 teri de duabus naturis post humanam susceptionem  
 cum à nobis vnus substantiæ & vnus personæ co-  
 gnoscatur: neque carnem domini coessentialē no-  
 bis subsistere, tanquam ex nobis susceptam, & coa-  
 dunatam ¶ Dei verbo secundum substantiam: sed di-  
 cebat virginem quidem quæ eum genuit, secundum  
 carnem consubstantialē nobis esse: ipsum autem  
 dominum non suscepisse ex ea carne ¶ consubstan-  
 tialē nobis: & corpus domini non esse quidem cor-  
 pus hominis, humanum verò corpus esse, quod est  
 ex virgine: omnium patrum expositionibus contra-  
 ria sentiens.

4 Sed ne multa dicens, longam faciam epistolam,  
 olim, quicquid egerimus, misimus ad beatitudinem  
 vestram literas, quibus literis docuimus & presby-  
 terio illum esse nudatum, quia sic captus est: & iussi-  
 mus eum ¶ cum monasterijs nullam habere rationē  
 & exclusimus eum à communione nostra: vt sancti-  
 tas vestra hoc cognoscens quod circa illum actum  
 est, omnibus episcopis sub beatitudine vestra degen-  
 tibus manifestare dignetur illius impietatem: ne ne-  
 scientes aliqui quid ille senserit, quasi ad orthodoxū  
 vel per literas vel per aliquam coniunctionem lo-  
 quantur.

Epistola decima eiusdem Leonis papæ ad Flavianum Con-  
 stantinopolitanum episcopum contra Eutycheis  
 perfidiam & hæresim.

Capitulum sequentis epistola titulum.

- 1 Quod ignorantia sanctarum scripturarum Eutycheis hæ-  
 reticum fecerit.
- 2 Contra eos qui in duos filios dispensationis dominica my-  
 sterium scindere moluntur.
- 3 Contra eos qui passibilem diuinitatem vnigeniti filij dei  
 audent asserere.
- 4 Contra eos qui in duas naturas Christi temperamentum  
 vel confusionem argumentantur.
- 5 Contra eos qui caelestem, aut ætherium cuiusque substantia  
 existere formam serui quæ ex nobis adsupposit, in sancto adserunt.
- 6 Contra eos qui duas quidem ante adunationem naturas  
 domini delirant, vnā verò post adunationem confingunt.

Leo episcopus dilectissimo fratri Flauiano Con-  
 stantinopolitano episcopo.

Capitulum I.

¶ Etis dilectionis tuæ literis, quas mira-  
 mur fuisse tam seras, & gestorum epi-  
 scopalium ordinē recensito, tandem  
 quid apud vos scandali contigerit, at-  
 que contra integritatem fidei exor-  
 tum



tum fuisset agnouimus : & quæ prius videbantur occulta, nunc nobis reſerata patuerunt. Quibus Eutyches, qui presbyterij nomine honorabilis videbatur, multum † imprudens & nimis imperitus ostenditur: vt etiam de ipſo dictum ſit à propheta: Noluit intelligere vt bene ageret: iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. Quid autem iniquus, quam impia ſapere, & ſapientioribus doctioribusque non credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt, qui quum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur † obscuro, non ad propheticas voces, non ad apoſtolicas literas, nec ad euangelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt. Sed ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt. Quam enim eruditionem de ſacris noui & veteris teſtamenti paginis acquiſiuit, qui nec ipſius quidem ſymboli initia comprehenditur? Et quod per totum mundum omnium regeneratorum voce depromitur, iſtius adhuc ſenis corde non capitur.

2 Nesciēs igitur quid deberet de verbi dei incarnatione ſentire, nec volens ad promerendum intelligentiæ lumen, in ſanctarum ſcripturarum latitudine laborare, illam ſaltem communem & indiſcretā conſeſſionem ſollicito apprehendiſſet auditu, qua fidelium vniuerſitas profitetur, credere ſe in deum patrem omnipotentem, & in Ieſum Chriſtum filiū eius vnicū, dominum noſtrum, qui natus eſt de ſpiritu ſancto, † & Maria virgine. Quibus tribus ſententiis, omnium ſerè hæreticorum machinæ deſtruntur. Cum enim Deus & omnipotens & æternus pater creditur, conſempiternus eidem filius demonſtratur, in nullo à patre differens, quia de deo deus, de omnipotente omnipotens: non poſterior tempore, non inferior poteſtate, non diſſimilis gloria, non diuiſus eſſentia, idem verò ſempiterni genitoris vni genitus, ſempiternus natus eſt de ſpiritu ſancto, † & Maria virgine. Quæ natiuitas temporalis illi natiuitati diuinæ & ſempiternæ nihil minuit, nihil contulit, ſed totam ſe reparando homini, qui erat deceptus, impendit: vt & mortem vinceret: & diabolū qui mortis habebat imperiū, ſua virtute deſtrueret. Non enim ſuperare poſſemus peccati & mortis autorem, niſi naturam noſtram ille ſuſciperet, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. Conceptus quippe eſt de ſpiritu ſancto intra vterum matris virginis, quæ ita illū ſalua virginitate edidit, quæ admodum ſalua virginitate concepit. Sed ſi de hoc Chriſtianæ fidei fonte puriſſimo ſyncerum intellectum haurire non poterat, quia ſplendorem perſpicuè veritatis obſequeſione ſibi propria tenebrarum, doctri-næ ſe euangelicæ ſubdiſſet, dicente Matthæo: Liber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham. Apoſtolicæ quoque prædicationis expetiſſet † inſtrudum: & legens in epiſtola ad Romanos, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus apoſtolus, ſegregatus in euangelium dei, quod antè promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem: ad propheticas paginas piam ſolicitudinem contuliſſet, & inueniſſet promiſſionem dei ad Abraham, dicentis: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Et ne de huius ſeminis proprietate dubitaret, ſecutus fuisset apoſtolum dicentem: Abraham dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus. Eſaiæ quoque prædicationem interiore apprehen-

diſſet audita, dicentis: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emma-nuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum deus. Eiuſdemque prophetæ fideliter verba legiſſet, Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis: cuius poteſtas ſuper humerum eius: & vocabitur nomen eius magni conſilij angelus, admirabilis, conſiliarius, deus fortis, princeps pacis, pater futuri ſeculi. Nec ſcrutatoriè loquens, ita verbum diceret carnem factum, vt editus vtero virginis Chriſtus, haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem. An forte ideo putauit dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non noſtræ eſſe naturæ, quia miſſus ad beatam Mariam ſemper virginem angelus ait: Spirituſ ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, † uocabitur filius dei: vt quia conceptus virginis, diuini fuit operis, non de natura concipientis † fieret caro concepti. Sed non ita intelligenda eſt illa generatio ſingulariter mirabilis, & mirabiliter ſingularis, vt per nouitatem creationis proprietate vtriuſque naturæ, & in vnâ coeūte perſonam, ſuſcepta eſt à maiestate humilitas à virtute inſirmitas, ab æternitate mortalitas: & ad reſoluendum conditionis noſtræ debitum, natura inuiolabilis naturæ eſt vnita paſſibili: vt quod noſtris remediis congruebat, vnus atque idem mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, & mori poſſet ex vno, & mori non poſſet ex alio. In integra ergo veri hominis perfectæque natura, verus natus eſt deus, totus in ſuis, & totus in noſtris. Noſtra autem dicimus, quæ in nobis ab initio † creator condidit, & quæ reprimenda ſuſcepit. Nam illa quæ deceptor intulit, & homo deceptor admiſit, nullum habuere in ſaluatore veſtigium. Nec quia communionem humanarum ſubiit inſirmitatum, ideo noſtorum fuit particeps delictorum. Aſſumpſit formam ſerui ſine ſorde peccati, humana augens, diuina non minuens quia exinanitio illa qua ſe inuiſibilis viſibilem præbuit, & creator ac dominus omnium rerum, vnus voluit eſſe mortalium, inclinatio fuit miſerationis, non defectio poteſtatis. Proinde qui manens in forma dei fecit hominem: idem in forma ſerui factus eſt homo. Tenet enim ſine defectu proprietatem ſuam vtraque natura. Et ſicut formam ſerui, dei forma non adimit: ita formam dei, ſerui forma nō minuit. Nam quia gloriabatur diabolus, hominem ſua fraude deceptum diuinis caruiſſe muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis ſubiſſe ſententiam, ſeque in malis ſuis quoddam de præuicatoris conſortio inueniſſe ſolacium: Deum quoque, iuſtitia exigente ratione, erga hominem quem in tanto honore condiderat, propriam muſaſſe ſententiam: opus fuit ſecreti diſpenſatione conſilij, vt commutabilis deus (cuius voluntas non poteſt ſua benignitate priuari) primam erga nos pietatis ſuæ diſpenſationem ſacramento occultiore compleret: & homo diabolicæ iniquitatis verſutia actus in culpam, contra dei propoſitum non periret.

4 Ingreditur ergo hæc mundi inſima filius dei, de cœleſti

cœleſti ſede deſcendens, & à paterna gloria non recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus. No-uo ordine, quia inuiſibilis in ſuis, viſibilis factus eſt in noſtris. Incomprehenſibilis voluit comprehendere. Ante tempora manens, eſſe cœpit ex tempore vniuerſitatis Dominus ſeruilem formā obumbrata maieſtatis ſuæ immenſitate ſuſcepit. Impaſſibilis Deus, non dedignatus eſt eſſe homo paſſibilis: & immortalis, mortis legibus ſubiacere. Noua autem natiuitate generatus, quia inuiolata virginitas concupiſcit etiam neſciuit, carnis materiam miniſtrauit. Aſſumpta eſt igitur de matre Domini natura, nō culpa: nec in Domino Ieſu Chriſto ex vtero virginis genito, quia natiuitas eſt mirabilis, ideo noſtræ eſt naturæ diſſimilis. Qui enim verus eſt Deus, idem verus eſt homo. Et nullum eſt in hac vnitate mendaciū, dum inuicem ſunt & humilitas hominis, & altitudo dei-tatis. Sicut enim Deus non mutatur miſeratione, ita homo non cōſumitur dignitate. Agit enim vtraque forma cum alterius communionem, quod proprium eſt: verbo ſcilicet operante quod verbi eſt, & carne exequente quod carnis eſt. Vnum horum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit iniuriis. Et ſicut verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recelſit, ita caro naturā noſtri generis non reliquit. Vnus enim idēque eſt (quod ſæpe dicendum eſt) verè Dei filius, & verè hominis filius. Deus, per id quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū. Homo, per id quod verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Deus, per id quod omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Homo per id quod factus eſt ex muliere, factus eſt ſub lege. Natiuitas carnis, maieſtatio eſt humanæ naturæ. Partus virginis, diuinæ eſt virtutis indicium. Infantia paruuli oſtenditur humilitate cunarum: magnitudo altiſſimi declaratur vocibus angelorum. Similis eſt rudimentis hominū, quem Herodes impius molitur occidere: ſed Dominus eſt omnium, quem Magi gaudentes veniunt ſuppliciter adorare. Iam cum ad præcurſoris ſui Ioannis baptiſmum veniret: ne lateret quod carnis velamine tegeteretur, vox patris de cœlo intonans dixit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Quem itaque ſicut hominem diabolica tentat aſtutia, eidem ſicut Deo angelica famulantur officia. Eſurire, ſitire, laſceſcere, atque dormire, euidenter humanum eſt: Sed & de quinque panibus quinque millia hominum ſatiare, & largiri Samaritanæ aquam viuam, cuius hauſtus bibenti præſtat ne vltra iam ſitiat: ſupra dorſum maris plantis non ſubſidentibus ambulare, & elationes fluctuum increpata tempeſtate cōſternere ſine ambiguitate diuinum eſt. Sicut ergo (vt multa præteream) non eiſdem naturæ eſt, flere miſerationis affectu \* amicū mortuum, & eundem remoto quadruanæ aggere ſepulturæ, ad vocis imperium excitare rediuuium: aut in ligno pendere: & in noctem luce conuerſa, omnia elementa tremefacere, aut clavis tranſfixum eſſe, & paradifi portam fidei latronis aperire: ita nō eiſdem natura eſt, dicere, Ego & pater vnus ſumus, & dicere: Pater maior me eſt. Quāuis enim in Domino Ieſu Chriſto Deo & homine vna perſona ſit, aliud tamen eſt vnde in vtroque cōmunis eſt contumelia, aliud vnde communis eſt gloria. De noſtro enim illi eſt minor patre humanitas, de patre illi eſt æqualis cum patre diuinitas.

5 Propter hanc ergo vnitatem perſonæ in vtraque

natura intelligendā, & filius hominis legitur deſcendiſſe de cœlo, cum filius Dei carnē de ea virgine de qua natus eſt aſſumpſerit: & rursus filius Dei crucifixus dicitur ac ſepultus, cum hæc non in diuinitate ipſa, qua vnigenitus conſempiternus & conſubſtantialis eſt patri, ſed in naturæ humanæ ſit inſirmitate perpeſſus. Vnde vnigenitum filium Dei crucifixum & ſepultum \* omnes etiam in ſymbolo conſitemur, ſecundum illud Apoſtoli dictum: Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum maieſtatis crucifixiſſent. Cum autem ipſe Dominus noſter atque ſaluator ſidem diſcipulorum ſuis interrogationibus erudiret. Quem, inquit, dicunt homines eſſe filium hominis? Cumque illi diuerſas aliorum opiniones retexiſſent, Vos, ait, quem me eſſe dicitis? Me vti que qui ſum filius hominis, & quem in forma ſerui, atque in veritate carnis aſpicitis, quem me eſſe dicitis? Vbi beatus Petrus diuinitus inſpiratus, & conſeſſione ſua omnibus gentibus profuturus, Tu es, inquit, Chriſtus filius Dei viui. Nec immeritò beatus eſt pronunciatuſ à Domino, & à principali petra ſoliditate & virtutis traxit & nominis, qui per reuelationem patris eundem & filium Dei conſeſſus eſt, & Chriſtū: quia vnum horum ſine alio receptum, non proderat ad ſalutem: ſed æqualis erat periculi, Dominum Ieſum Chriſtum aut Deum tantummodo ſine homine, aut ſine Deo ſolum hominem credidiſſe. Poſt reſurrectionem verò Domini (quæ vti que veri hominis fuit quia aliter non eſt reſuſcitatus, quā qui fuerat crucifixus & mortuus) quid aliud quadraginta dierum mora geſtum eſt, quā vt fidei noſtræ integritas ab omni caligine mundaretur? Coſloquens enim cum diſcipulis ſuis, & cohabitans atque conueſcens, & pertractari ſe diligenti curioſoque contactu ab eis quos dubietas perſtringebat admittens, ideo & clauſis ad diſcipulos ianuis introibat, & ſtatu ſuo dabat ſpiritum ſanctum: & donato intelligentiæ lumine, ſanctarum ſcripturarum occulta padebat. Et rursus idem vulnus lateris, fixuras clauorum, & omnia recētīſimæ paſſionis ſigna monſtrabat, dicens: Videte manus meas & pedes, quia ego ſum. Palpate & videte, quia ſpiritus carnis & oſſa nō habet, ſicut me videtis habere: vt agnoſceretur in eo proprietatis diuinæ humanæque naturæ indiuidua permanere: & ita ſciremus verbum non hoc eſſe quod carnem: & vnū Dei filium & verbum cōſiteremur & carnem. Quo fidei ſacramento Eutyches iſte nimium æſtimandus eſt vacuus, qui naturam noſtrā in vnigenito Dei nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam reſurrectionis agnouit. Nec ſententiam B. Apoſtoli & Euangelicæ Ioannis expauit, dicentis: Omnis ſpiritus qui conſitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt: & omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex deo non eſt: & hic eſt Antichriſtus. Quid autem eſt ſoluere Ieſum, niſi humanam ab eo ſeparare naturam: & ſacramentum fidei, per quod vnum ſaluati ſumus, impudentiſſimis euacuare ſigmentis? Caligās verò circa naturam corporis Chriſti, neceſſe eſt vt etiam in paſſione eius eadem obſequeſione deſipiat. Nam ſi crucem Domini non putat falſam, & ſuſceptū pro mundi ſalute ſupplicium verum fuiſſe non dubitat: cuius credit mortem, agnoſcat & carnem. Nec diſſiteatur noſtri corporis hominē, quem cognoviſſe ſiſſe paſſibilem: quoniam negatio veræ carnis, negatio eſt etiam corporeæ paſſionis. Si enim Chriſtianam ſuſcipit fidem, & à prædicatione Euangelij ſuum nō

† imprudens

Psal. 35.

24. 7. 3

quid ante

iniquus.

† obſtaculo

† al. ex.

† al. ex.

Matth. 1.

† inſtrumentum.

Rom. 1.

Gene. 22.

Galat. 3.

Eſa. 7.

Ibidem. g

† fuerit.

† virginis

Prouer. 9.

Ioan. 1.

† ſpiritus.

† creatura

Ioan. 1.

Matth. 2.

Matth. 3.

Matth. 4.

Ioan. 6.

Ioan. 4.

\* Laz. ar. 11.

Ioan. 11.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

\* omnis

etia i sym

bolo coſite

tur eccle-

ſia

Matth. 16.

Actu. 1.

Ioan. 20.

1. Ioan. 4.

**1. Joan. 19.** auertit auditum, videat quæ natura transfixa clauis pependerit in crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat unde sanguis & aqua effluerint vt ecclesia Dei & lauacro \* rigaretur & poculo. Audiatur & beatum Petrum Apostolum prædicantem, quod sanctificatio spiritus per asperionem fiat sanguinis Christi. Nec transitorie legat eiusdem Apostoli verba dicentis: Scientes quod non corrumpibilibus auro & argento redempti estis de vanavestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Beati quoque Ioannis Apostoli testimonio non resistat, dicentis: Sed sanguis Iesu filij Dei emundat nos ab omni peccato, & iterum: Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Et quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesu Christi. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur quoniam spiritus est veritas. Quia tres sunt qui testimonium dant, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt. Spiritus vtique sanctificationis, & sanguis redemptionis, & aqua baptismatis: quæ tria vnum sunt, & indiuidua manent, nihilque eorum à sui connexionem se iungitur. Quia catholica ecclesia hac fide viuere ac proficit, vt in Christo Iesu nec sine vera diuinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate diuinitas.

**6.** Quum autem ad interlocutionem examinis verstri Eutyches responderet dicens: Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post adunationem verò vnam naturam confiteor: miror tam absurdam tamque peruersam eius professionem nulla iudicantium increpatione reprehensam, & sermonem nimis insipientem, nimisque blasphemum ita omissem, quasi nihil quod offenderet esset auditum, cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem vnigenitus Dei filius fuisse dicatur, quam nefarie postquam verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches ideo vel rectè vel tolerabiliter æstimet dictum, quia nulla vestra est sententia confutatum, dilectionis tuæ diligentiam commonemus frater charissime vt si per inspirationem misericordie Dei ad satisfactionem causa perducitur, imprudètia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui macula per te purgetur. Qui quidem (sicut gestorum ordo patefecit) bene cœperat à sua persuasione discedere, quum vestra sententia coarctatus profiteretur se dicere quod ante non dixerat, & ei fidei acquiescere, cuius prius fuisset alienus. Sed quum anathematizando, impio dogmati noluisse præbere cõsensum, intellexit cum fraternitas vestra in sua manere perfidia, dignumque esse qui iudicium condemnationis exciperet, de quo fideliter atque vtiliter non dolet. Et quam rectè mota sit episcopalis autoritas, vel se reum cognoscit, vel si ad satisfactionis plenitudinem, omnia quæ ab eo male sunt sensa, viua voce & præsentem subscriptione damnauerit, non erit reprehensibilis erga correctum quantacunque miseratio. Dominus noster verus & bonus pastor, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & qui venit animas hominum saluare, non perdere, imitatores nos vult esse suæ pietatis: vt peccantes quidem iustitia coerceat, cõuersos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissime fides vera defenditur, quando etiam à scætoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem

verò causam piè ac fideliter exequendam, fratres nostros Iulianum episcopum & Renatum presbyterum tituli sancti Clementis, sed & filium meum Hilariu diaconum vice nostra direximus. Quibus Dulcitiu notarium nostrum, cuius fides nobis est sæpe probata, sociauimus, cõfidentes ad futurum diuinitatis auxilium, vt is qui errauerat, damnata sensus sui prauitate saluetur. Deus te incolumè custodiat, frater charissime. Data Idibus Iulij Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

*Epistola trigesima septima eiusdem ad Leonem Rauenatensem Episcopum de his qui de captiuitate redeunt, incertum habent utrum ante captiuitatem baptismate consecuti sunt.*

*Capita Epistolæ sequenti.*

*De paruulis qui in captiuitate deueniunt, & baptismum non reminscuntur se consecutos.* 1.  
*Vt ab hæreticis baptizatus, per impositionem manus spiritum sanctum accipiat.* 2.

**LEO EPISCOPVS LEONI EPISCOPO Rauenati salutem.**

**R**equenter quidem in diuersarum ambiguo questionum titubantia fratrum corda, spiritu Dei instituenta, solidauimus, responsonis formam vel ex sanctarum scripturarum disciplinis, vel ex patrum regulis colligentes: sed nuper in synodum nouum & inauditum antea genus consultationis exortum est.

**M**am quorundam fratrum suggestionem comperimus, aliquos captiuorum ad sedes suas libertatemque redeunt, qui scilicet in captiuitatem illa ætate peruenierint, quæ nullius rei firmam poterat habere notitiam, remedium quidem implorare baptismi. Sed vt eorum eiusdem mysterij ante sacramenta perciperint, infantie inscientie, esse asseuerant non posse se reminisci: & ideo sub hoc latentis recordationis incerto animas suas in discrimen adduci: dum specie cautionis negatur his gratia, quæ ideo non impenditur, quia putatur impensa. Quum itaque tribuere talibus dominici sacramenta mysterij non immerito quorundam fratrum formido dubitaret, in synodali (vt diximus) cœtu formam huiusmodi consultationis accepimus, quæ diligentius discuti, & prouinciuusque sensu sollicita volumus ratione tractari, quod ad veritatem, adhibita cognitione multorum, certius peruenire possemus. Eadem ergo quæ in sensum nostrum diuina inspiratione uenere, frequens etiam fratrum firmavit assensio. In primis itaque providere debemus, ne dum speciem quandam cautionis tenemus, damnum regenerandarum incidamus animarum. Quis enim ita sit suspensionibus suis deditus, vt verum esse definiat, quod omni manifestatione cessante, ex opinione ambigua suspicatur? Cum itaque baptizatum se nec ille recordetur, qui regenerationis est cupidus, nec alter de eo attestari

*Anno Christi 453 (qui fuit annus pontificatus Leonis duodecimo) scripta fuit hæc epistola.*

stari possit, quod nesciat consecratum: nec ille qui consecratur: nihil est in quo peccatum possit obrepere, cum in hac parte cõscientie suæ nec ille reus sit qui consecratur, nec ille qui consecrat. Scimus quidem inexpiable esse facinus, quoties iuxta hæreticorum dogmata à sanctis patribus cõfutata, cogitur aliquis lauacrum quod regenerandis semel tributum est, bis subire, Apostolica reclamante doctrina, quæ nobis vnam prædicat in Trinitate deitatem, vnam in fide confessionem, vnum in baptisate sacramentum. Sed in hoc nihil simile formidatur: quoniam non potest in itinerationis crimen deuenire, quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo quoties persona talis incidit, sollicita primum examinatione discutite, & longo tempore (nisi forte supremus finis imminet) indagate, vt nemo sit penitus qui testimonio suo iuuare possit ignorantiam nescientis. Et cum constiterit hunc qui baptismatis indiget sacramento sola inaniter suspitione prohiberi, accedat intrepidus ad consequendam gratiam, cuius in se nullum scit esse vestigium. Nec vereamur huic salutis ianuam aperire, quam nunquam antè docetur ingressus.

2. Quod si ab hæreticis baptizatum quempiam fuisse constiterit, erga hunc nullatenus sacramentum regenerationis iteretur, sed hoc tantum quod ibi defuit, cõferatur, vt per episcopalem manus impositionem virtutem sancti spiritus consequatur. Quam rem, frater charissime, ideo generaliter ad omnium vestrum volumus peruenire notitiam, ne dum plus iusto metuitur, misericordia Dei saluari cupientibus denegetur. Data nono Calendas Nouembris consulatione Martiani Augusti.

*Epistola quadragesima eiusdem ad Anatum Constantinopolitanum Episcopum.*

*Capita Epistolæ sequenti.*

*De his qui metu in hæresim lapsi sunt, vt si conuersi fuerint, recipiantur.* 1.  
*De nominibus hæreticorum ad altare non recitandis.* 2.  
*De commendatione Iuliani Episcopi, vel eorum clericorum, qui Flauiano Episcopo fide adhaeserunt.* 3.

**LEO EPISCOPVS ANATOLIO EPISCOPO.**

**A**udemus in Domino, & in dono gratie ipsius gloriamur, quia sicut dilectionis tuæ literis, & fratrum nostrorum quos Constantinopolim miseramus, relatione cognouimus, seque quacem te Euangelicæ eruditionis ostendis: vt per sacerdotis probabilem fidem merito præsumam quod tota ecclesia eidem credita est, ne rugam cuiusquam sit erroris habitura vel maculam, dicente Apostolo: Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Illa est enim virgo ecclesia sponsa vnius viri Christi: quæ nullo se patitur errore vitari: vt per totum mundum vna nobis sit vnus castæ communionis integritas: in qua societatem tuæ dilectionis amplectimur, & gestorum quæ sumpsimus seriem necessariis sicut oportuit unitam subscriptionibus approbamus. Vt ergo inuicè dilectionis tuæ animus nostris confirmaretur allo-

*1. Cor. 11.*

quius, filios nostros Casterium presbyterum, Patrium & Asclepiadem diaconos, qui ad nos tua scripta deuolere, cum epistolis nostris post venerabilem diem festi paschalis emisimus, indicantes nos (vt supra diximus) de Constantinopolitanæ ecclesie pace gaudere cui hanc curam semper impendimus, vt eam nulla velimus hæreticorum fraude violari.

1. De fratribus verò quos & epistolis tuis, & legatorum nostrorum relatione, communionis nostræ cupidos esse cognouimus, eò quod doleant se contra potentiam contraque terrores non tenuisse constantiam, sed alieno scelere præbuisse consensum, cum ita eos formido turbasset, vt in damnationem catholici atque innocentis antistitis, & in receptionem detestabilis prauitatis trepido famularentur obsequio, illud quidem quod præsentibus & agentibus nostris cõstitutum est, approbamus, vt suarum interim ecclesiarum essent communionem contenti: sed cum legatis nostris quos misimus, participata tecum sollicitudine, volumus disponatur, quatenus hi qui plenis satisfactionibus male gesta condemnant, & accusare se magis eligunt quam tueri, pacis & communionis nostræ unitate latentur, ita vt digno prius anathemate, quæ contra fidem catholicam sunt recepta damnentur. Aliter enim in ecclesia Dei (quæ corpus est Christi) nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos pontifex recõciliat, verus immaculati agni sanguis emundet. Qui licet in patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne quam sumpsit ex virgine, sacramentum propitiationis exequitur, dicente Apostolo: Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Neque enim potest in aliquo benignitas nostra reprehendi, cum satisfaciens recipimus, quos doluimus esse deceptos. Nec asperè igitur communionis nostræ gratia deneganda est, nec temerè largienda: quia sicut plenum pietatis est, oppressis charitatem Dominicam adhiberi: ita iustum est omnia perturbatio-

*1. 7. 1. In ecclesia dei quæ corp.*

nis autoribus imputari.

2. De nominibus autem Dioscori, Iuuenalis & Eustachij, ad factum altare non recitandis, dilectionem tuam hoc decet custodire, quod nostri ibidem constituti faciendam esse dixerint, quodque honorandæ sancti Flauiani memorie non repugnet, & à gratia tua Christianæ plebis animos non auertat. Nam iniquum nimis est atque incongruum, eos qui innocentes & catholicos sua persecutione vexarunt, sanctorum nominibus sine discretionem miseri. Condemnatam impietatem non deferentes, ipsi se sua prauitate condemnent: quos conuenit aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.

3. Fratrem verò & coepiscopum nostrum Iulianum, vel clericos qui sanctæ memorie Flauiano fidelibus officiis adhaeserunt, dilectioni quoque tuæ volumus adherere: vt quem fidei suæ meritis vivere apud deum nostrum nouimus, in te sibi cum præsentem agnoscant. Illudque dilectionem tuam nosse volumus, fratrem & coepiscopum nostrum Eusebium, qui causa fidei multa discrimina laboreque tolerauit, nobiscum interim demorari, & in nostra nunc communionem persistere: cuius ecclesiam tua sollicitudine volumus esse defensam, vt nihil eodè absente depereat, & nullus ei in aliquo præiudicare præsumat, donec cum literarum nostrarum ad vos prosecutione perueniat. Et vt maior circa te vel nostra vel totius Christianæ plebis



plebis affectio prouocetur, hoc quod ad dilectionem tuam scripsimus, in omnium volumus notitiam peruenire: ut qui Deo nostro deseruiunt, de confirmata apud te pace sedis Apostolicæ gratulentur. De ceteris verò causis atque personis dilectio tua literis quas per nostros accipiet, plenius instruetur. Data idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule.

*Epistola septuagesima nona eiusdem ad Nicatam Episcopum Aquileiensem.*

*Capita Epistola sequentis.*

*Quod debeant feminae, quæ captis viris, nupsierant aliis, regressis de captiuitate viris prioribus copulari: ut quod suum est, unusquisque recipiat.* 1.

*Quod non probetur esse culpabilis, qui uxorem captiui in matrimonio videtur esse sortitus.* 2.

*Ut si viri de captiuitate regressi, intemperantia uxoris offensis non fuerint, & voluerint eas in coniugium recipere, liberam habeant facultatem.* 3.

*Ut si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impia, ecclesie communionem priuanda sint.* 4.

*Captiuis, aut terrore aut fame, non ueneratione, cibos immolatis edere compulsis, pœnitentia concedenda est.* 5.

*Quod hi qui ad iterationem baptisimi vel vi vel terrore coacti animos inclinarunt, sint subleuandi remedio, ita ut senilis ætatis, periculorum quoque & agritudinum, ceterarumque necessitatum habeant sollicita consideratione respectum.* 6.

*Ut hi qui ab hæreticis baptizati sunt, sola sancti spiritus inuocatione firmantur.* 7.

*CLEO EPISCOPVS NICÆTÆ Aquileiensi Episcopo Salutem.*



Egressus ad nos filius meus Adeodatus, diaconus sedis nostræ, dilectionem tuam poposcisse memorauit, ut de his à nobis auctoritatem Apostolicæ sedis acciperes, quæ quidem magnam difficultatem diiudicationis videntur asserre. Sed pro temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera quæ hostilitatis aduersitate illata sunt, religionis maxime ratione sanentur.

*\* inspectio ne*

1 Cum per bellicam cladem, & per grauissimos hostilitatis incursus ita quædam dicatis diuisa esse coniugia, ut abductis in captiuitatem viris, feminae eorum remanserint destitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putarent, aut nunquam à dominatione crederent liberandos, & ad aliorum coniugium, solitudine cogente, transierint: cumque nunc statu rerum, auxiliante Domino, in meliora conuerso, nonnulli eorum qui putabatur periisse, remeauerint, merito claritas tua videtur ambigere, quid de mulieribus quæ aliis iunctæ sunt viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum, quod à Deo iungitur mulier viro: & iterum præceptum agnouimus, ut quod Deus iunxit, homo non separet: necesse est ut legitimarum fœdera reintegranda credamus: & remotis malis quæ hostilitas intulit, unicuique hoc quod legitime habuit reformetur: omnique studio procurandum est, ut recipiat unusquisque quod proprium est.

*Prone. 19. Matt. 19.*

2 Nec tamen culpabilis iudicetur, & tanquam alieni iuris peruasor habeatur, qui personam eius mariti

qui iam non esse æstimabatur, assumpsit. Sic enim multa quæ ad eos qui in captiuitatem ducti sunt, pertinebant, in ius alienum transire potuerunt: & tam plenum iustitiæ est, ut iisdem reuersis propria reformentur. Quod si in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus ac possessionibus rite seruatur: quanto magis in coniugiorum reintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur.

3 Et ideo si viri post longam captiuitatem reuersi, ita in dilectione suarum coniugum perseuerant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est, & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit, & restituendum quod fides poscit.

4 Si autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, ut malint his cohærere, quæ in legitimum redire consortium, merito sunt notandæ, ita ut etiam ecclesiastica communionem priuentur, quia inexcusabiliter contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibi pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria reintegratione coniugia, neque villo modo ad opprobrium male voluntatis trahatur, quod cõditio necessitatis extorsit: quia sicut hæ mulieres quæ reuerti ad viros suos nolunt, impiæ habendæ sunt: ita ille quæ in affectum ex Deo redeunt, merito sunt laudandæ.

*\* que de re excusabili*

5 De his autem Christianis qui inter eos à quibus fuerant captiuati, immolatis cibis asseruntur esse polluti, consultationi charitatis tuæ hoc etiam respondendum esse credidimus, ut pœnitentiæ satisfatione purgentur: quæ non tam temporis longitudine quam cordis compunctione pœlanda est. Et siue hoc terror extorserit, siue fames suaserit, non dubitetur abolendum, cum huiusmodi cibus pro metu aut indigentia, non pro religionis veneratione sit sumptus.

6 His verò de quibus dilectio tua similiter nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti sunt, vel terrore traducti, & nunc se contra catholicam fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea custodienda est moderatio, qua in societatem nostram non nisi per pœnitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis manus communionis recipiant unitatem, temporis pœnitentiam habita moderatione, tuo constituenda iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos: pariter etiam habens senilis ætatis intuitum: & periculorum quoque aut agritudinis respiciens necessitates: in quibus si quis ita grauius vigeatur, ut dum adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subueniri.

7 Nam hi qui baptismum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati antea non fuissent, sola inuocatione spiritus sancti per impositionem manuum confirmati sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpsere. Et hæc regulam (ut scitis) seruandam omnibus ecclesiis prædicamus, ut laucrum semel in initum nulla iteratione violeatur, dicens Apostolo: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptismus. Cuius ablutio nulla iteratione temeranda est, sed (ut diximus) sola sanctificatio sancti spiritus inuocanda est: ut quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis sacerdotibus consequatur. Hanc autem Epistolam nostram, quam ad consultationem tuam fraternitatis emisimus, ad omnes fratres & comprouinciales tuos episcopos facies peruenire, ut in omnium obseruan-

*Ephes. 4.*

seruantia data pro sit auctoritas. Data duodecimo Calendas Aprilis Maiorano augusto primum Consule.

*Epistola octuagesima prima eiusdem ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum.*

*Capita Epistola sequentis.*

*\* sub pera De ordinatione presbyteri aut diaconi, ut sabbato sancto celebretur, id est die dominico.* 1.

*De festiuitatibus: ut si vna agenda populis non suffecerit, nulla sit dubitatio iterari sacrificium.* 2.

*CLEO EPISCOPVS DIOSCORO Episcopo Alexandrino Salutem.*



uantum dilectioni tuæ dominicæ charitatis impendamus affectum, ex hoc poteris approbare, quod tua firmius desideramus fundare initia, ne quid charitati tuæ ad perfectionem deesse videatur, quum tibi specialis gratiæ merita (ut probauimus) suffragentur.

*Act. 4. 24. 9. 1. c. 10 beatiss.*

Paterna igitur & fraterna collatio debet sanctitati tuæ esse gratissima, & te taliter suscipi, quemadmodum à nobis eam intelligis proficisci. Vnum enim nos sentire oportet & agere, ut (sicut legimus) in quoque vnus esse cor & anima probetur. Cum enim beatissimus Petrus Apostolicum à Domino acceperit principatum, & Romana ecclesia in eius permaneat institutis, nefas est credere quod sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus ecclesiam gubernauit, aliis regulis traditionum suarum decreta formauerit, quum sine dubio de eodem fonte gratiæ vnus spiritus fuerit & discipuli & magistri: nec aliud ordinatus tradere potuerit, quam quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur, ut quum vnus nos esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepamus, & alia doctoris, alia discipuli instituta videantur.

1 Quod ergo à patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, à vobis quoque volumus custodiri: ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel Leuitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati, eiusque noctis quæ in prima sabbati lucefcit, exordia deligantur, hoc est sub lege diuini officij substituatur, in quibus, his qui consecrandi sunt, ieiunis, & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur.

*In dec. 14. lib. 3.*

*Act. 13.*

Quod eiusdem obseruantia erit, si mane ipso dominico die cõtinuato sabbati ieiunio celebretur, à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quæ ad diem resurrectionis (sicut etiam in pascha Domini declaratur) pertinere non dubium est. Nam præteri auctoritatem consuetudinis quam ex Apostolica nouimus venire doctrina, etiã sacra scriptura manifestat, quod quum Apostoli Paulum & Barnabam ex præcepto spiritus sancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus: ut intelligamus quanta & dantium & accipientium deuotione curandū sit ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletū. Et ideo pie & laudabiliter Apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse seruaueris, ut his qui consecrandi sunt, nunquam benedictio nisi in die resurre-

ctionis dominicæ tribuatur, cui à vespera sabbati initium constat ascribi, & tantis diuinatum dispensationum mysteriis est consecrata ut quicquid est à Domino insignius constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium: in hac per resurrectionem Christi & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apostoli à Domino prædicandi omnibus gentibus Euangelij tubam sumunt, & inferendum vniuerso mundo sacramentum generationis accipiunt. In hac (sicut beatus Ioannes Euangelista testatur) congregatis in vnum discipulis, ianuis clausis quum ad eos Dominus introisset, insufflauit, & dixit: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac denique promissus à Domino Apostolis spiritus sanctus aduenit: ut celesti quadam regula insinuatum & traditum nouerimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotium benedictionum, in qua collata sunt omnia dona gratiarum.

*Ioan. 20. Ioan. 14. 16.*

2 Ut autem in omnibus obseruantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri, ut quum solennior festiuitas conuentum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta multitudo conuenit, quam recipere basilica simul vna non possit, sacrificij oblatio indubitanter iteretur: ne his tantum admissis ad hanc deuotionem qui primi aduenierint, videantur hi qui postmodum confluxerunt, non recepti: quum plenum pretatis atque rationis sit, ut quoties basilicam in qua agitur, præsentia nouæ plebis impleuerit, toties sacrificium subsequens offeratur. Necesse est autem ut quædã pars populi sua deuotione priuetur, si vnus tantum missæ more seruato, sacrificiū offerre non possint nisi qui prima diei parte conuenierint. Studiose ergo dilectionem tuam & familiariter admonemus, ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat: ut per omnia nobis & fide & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Polidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus perferendam: qui nostris processibus atque ordinationibus frequenter interfuit, & toties admittitur, quid in omnibus Apostolicæ auctoritatis teneremus, agnouit. Data Calendis Iulii.

*\* ad nos missus*

*Epistola octuagesima quarta eiusdem ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum.*

*Capita Epistola sequentis.*

*Quod semper Thessalonicenses antistites vicem Apostolica sedis impleuerint.* 1.

*Ut metropolitanis sua iura seruentur.* 2.

*Ut à metropolitanis non laici, non digami, non viduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur Episcopi.* 3.

*Quod subdiaconus carnale coniugium denegetur.* 4.

*Ut nullus inuitus ordinetur Episcopus.* 5.

*Ut metropolitanus Episcopus de electo, quem est ordinaturus Episcopum, ad Thessalonicensem pontificem referat: & de metropolitano electo similiter prouinciales Episcopi faciant.* 6.

*Ut bina per annum prouincialia Episcoporum concilia celebrentur. Et si res difficilis emergerit, nec fuerit Thessalonicensis Episcopi iudicio terminata, ad Romanum referatur.*

*ur antistitem.* 7. *Et si quis Episcopus suam deserens civitatem, maiorem sedem ambitus causa petierit: nec illam obtinere poterit, & sua carere debeat.* 8. *Et nullus alienum clericum sollicitare vel tenere presumat suo Episcopo non prebente consensum.* 9. *Et in euocandis provincialibus episcopis à Thessalonicensibus potestice moderatio conservetur, ne sub hoc colore sacerdotalis honor contumelias addicatur. Nec amplius quam bini de provinciis Episcopi quos metropolitanus probauerint, dirigantur. Et non amplius à statuto Concilij tempore quam dies quindecim remorentur episcopi.* 10. *Et si inter eos de negotio fuerit oborta cōtentio, cuncta Romano pontifici sub gestorum insinuatione pandatur: ut ab eo, quod Deo placuerit, ordinetur.* 11.

**LEO EPISCOPVS VRBIS ROMA Anastasio Episcopo Thessalonicensi.**



Vanta fraternitati tuæ à beatissimi Petri Apostoli autoritate sint commissa, & qualia etiã nostro tibi favore sint cre dita, si vera ratione perspiceres, & iusto examine pōderares, multum possemus de iniunctæ tibi sollicitudinis deuotione gaudere. 1. Quoniam sicut præcessores mei præcessoribus tuis, ita ego etiam dilectioni tuæ, priorum secutus exemplum, vices mei moderaminis delegavi, ut curam quam vniuersis ecclesiis principaliter ex diuina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus adiuuares, & longinquis ab Apostolica sede provinciis præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes: quia de continenti oppoitu nõq; prospectu promptum tibi esset agnoscere quid vel in quibus rebus, vel tuo studio componeres, vel nostro iudicio referuares. Nam quum maiora negotia & difficiliora causarum exitus liberũ tibi esset sub nostræ sententiæ expectatione suspendere, nec ratio tibi nec necessitas fuit, in id quod mensuram tuam excederet, deuian di. Abundant enim apud te monitorum scripta nostrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter instruximus, vt commendatas tibi Christi ecclesias per exhortationem charitatis ad salubritatem obedientiæ prouocares. Quia etiã plerumque existant inter negligentes vel desidiosos fratres quos oporteat maiore autoritate curari, sic tamen est adhibenda correptio, vt semper sit salua dilectio. Vnde & beatus Apostolus Paulus ad ecclesiasticum regimen Timotheum imbuens, dicit: Seniores ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenulas vt sorores in omni castitate. Quæ moderatio si quibuscunque inferioribus membris ex Apostolica institutione debetur: quanto magis fratribus & coepiscopis nostris sine offensione reddenda est? Et licet nonnunquam accedant quæ in sacerdotalibus sint reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia quàm seueritas, plus cohortatio quàm commotio, plus charitas quàm potestas. Sed ab his qui quæ sua sunt quarunt, non quæ Iesu Christi, facile ab hac lege disceditur: & dum dominari magis quàm consulere subditis quarunt, placet honor, inflat superbia: & quod prouisum est ad concordiam, redit ad noxam. Quod vt necesse habeam, ita dicere, non de paruo animi dolore procedit. Me ipsum enim quodammodo trahi in culpam sen-

tio, quum te à traditis tibi regulis immodicè deuiasse cognosco. Qui si tuæ exultationis parum diligens eras, meq; saltem famæ parcere debuisti: ne que tuo tantum facta sunt animo, nostro viderentur gesta iudicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, omniãque ad tuos missa maiores Apostolicæ sedis præsulum scripta percurrat, & vel à me vel à præcessoribus meis inueniet ordinatum quod à te cognoui esse præsumptum. Venit namque ad nos cum episcopis provinciæ tuæ frater noster Atticus, veteris Episcopi \* Nicopolitanus antistes, & de indignissima afflictione quam pertulit lacrymabili actione cōquestus est coram adstantibus diaconibus tuis: qui querelis scilicet nihil contra referendo, ea quæ nobis ingerantur, fide non carere monstrabant. Legebatur quoque in literis tuis, quas iidem diaconi detulere, quod frater Atticus Thessalonicam uisisset, quodque consensum suum etiam scripturæ professione signasset: vt de illo non aliud à nobis intelligi posset, quàm proprii arbitrij & spontaneæ deuotionis fuisse, quod venerat, quodque chartulam de obedientiæ spon sione conscripserat: in cuius tamen chartulæ mentione signum prodebat in iuriã. Nõ enim necessarium fuerat vt obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso iam voluntarij aduentus probabat officio. Vnde de plorationibus supradicti hæc verba epistolæ tuæ testimonium præbuerit: & per hoc quod non est tacitum, nudatum est illud quod silentio fuerat adoperatum, adhibitam scilicet Illyrici præfecturam & sublimissimam inter mundanos apices potestatem in exhibitionem insontis antistitis incitatam, vt missa executione terribili, quæ omnia sibi officia publica ad effectum præceptionis adiugeret, à sacris ecclesiæ adytis nullo vel falso insimulatus crimine extraheretur sacerdos, cui non ob molestiam ægritudinis, non ob sauitiam hyemis darentur induciæ, sed iter asperum & periculis plenum per niues agere cogeret: quod tanti laboris rati que discriminis fuit, vt ex his qui episcopum comitati sunt, quidam defecisse dicatur. Multum stupeo frater charissime, sed & plurimum doleo, quod in eum de quo nihil amplius iudicaueras, quàm quod euocatus adesse diceret, & excusationem infirmitatis obtederet, tam atrociter & tam vehementer potueris commoueri: præsertim cum etiã tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat quid ad tua consulta rescriberet. Sed vt video, bene de moribus meis existimasti, & quæ ciuilia pro conseruanda sacerdotali concordia respõsurus essem, verissimè præiudicisti, & ideo motus tuos exequi sine dilatione prosperasti: ne cum moderationis nostræ aliud disponentia scripta sumpisses, faciendi id quod factum est, licentiam non haberes. An forte aliquod tibi facinus fratris innotuerat, & \* metropolitanum Episcopum noui apud te criminis pondus vrgebat? At hoc quidem alienum ab isto esse, etiam tu nihil ei obiiciendo confirmas. Sed etiã si quid graue intolerandum que gessisset, nostra erat expectanda censura, vt nihil prius ipse decerneres, quàm quid nobis placeret agnosceres. Voces enim nostras ita tuæ credidimus charitati, vt in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde sicut multum nos ea quæ à te piè sunt curata, lætificat, ita nimium ea quæ perperam sunt gesta, contristant. Et necesse est post multarum experimēta causarum sollicitius prospici & diligentius præcaueri, quatenus per spiritum charitatis & pacis omnis

\*metropolitanus

5.9.6. mil tu stupeo.

\* Nicopolitanum

25.9.2. Igi tur.

1. Corin 7

In decre. tuo lib. 3. Dist. 63. forte.

Dist. 65 de persona.

Dist. 18. de conciliis. & in dec. 1. no. lib. 4.

materia scandalorum de ecclesiis Domini quas tibi commendauimus, auferatur, præeminente quidem in illis prouinciis episcopatus tui fastigio, sed amputato totius vsurpationis excessu. 2. Igitur secundum sanctorum patrum canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conlecratos, metropolitanos singularum prouinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius traditæ sibi antiquitatis dignitatis intemeratam habere decernimus, ita vt à regulis præstitutis nulla aut negligentia aut præsumptione discedatur. 3. In ciuitatibus quarum rectores obierint, de substituendis episcopis hæc forma seruetur, vt is qui ordinandus est, etiam si bonæ vitæ testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec secundæ coniugis sit maritus, aut qui vel vnam quidem habeat, vel habuerit: sed nec qui sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellēs est electio, vt hæc quæ in aliis ecclesiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. 4. Nam quum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studeat sit liberum, ad exhibendã tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconibus quidem carnale connubium conceditur: vt & qui habent, sint tanquam non habentes: & qui non habent, permanent singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus à capite est, dignũ est custodiri: quanto magis in primo aut secundo vel tertio seruandum est, ne aut Leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur, qui se à voluptate vxoria necdum frenasse detegitur. 5. Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quam cleri plebisq; consensus concorditer postularint, ita vt si in aliam fortè personam partium se vota diuiserint, metropolitani iudicio is alteri præferatur, qui maioribus & studiis iuuatur & meritis: tantum vt nullus inuitis & non petentibus ordinetur: ne plebs inuita Episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa quàm conuenit, cui non licuerit habere quem voluit. 6. De persona autè consecrandi episcopi, & de cleri plebisque consensu metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in prouincia bene placuit, scite te faciat, vt ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet autoritas. Quæ relictis dispositionibus nihil moræ aut difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum. Metropolitano verò defuncto, cum in locum eius alius fuerit subrogandus, prouinciales episcopi ad ciuitatem metropolitanam conuenire debent: vt omnium clericorum atque omnium ciuium voluntate discussa, ex presbyteris eiusdem ecclesiæ vel ex diaconibus optimus eligatur, de cuius nomine ad tuam notitiam prouinciales referant sacerdotes, impleturi vota pōsentium, si quod ipsis placuit, tibi quoque placuisse cognouerint. Sicut enim iustas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante præsumi. 7. De conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quàm quod sancti patres salubriter ordinarunt, vt scilicet bini conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis quæ inter diuersos ecclesiæ ordines nasci adsolent, iudicetur.

At si fortè inter ipsos qui præsumunt, de maioribus (quæ absit) peccatis causa nascatur, quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negocij qualitate metropolitanus curabit instruere: & si coram positis partibus, nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem quicquid illud est transferatur. 8. Siquis episcopus mediocritate ciuitatis suæ despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad maiorem se plebem quacunque occasione transtulerit: non solum à cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria: vt nec illis præsideat quos per auaritiam concupiuit, nec illis quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus sit quisq; nec supra mensuram iuris sui affectet augeri. 9. Alienum clericum inuito Episcopo ipse nemo suscipiat, & nemo sollicitet, nisi fortè ex placito charitatis id inter dantem accipientemque conueniat. Nam grauis iniuriæ reus est, qui de fratris ecclesia id quod est vtilius aut preciosius, audet vel abiicere vel tenere. Itaque si intra prouinciã res agatur, trãsfugam clericum ad suam ecclesiam metropolitanus redire compellat. Si autem longius processit, tui præcepti autoritate reuocabitur, vt nec cupiditati nec ambitioni occasio relinquatur. 10. In euocandis autem ad te episcopis moderatissimum te esse volumus, ne per maioris diligentis speciem fraternis videaris gloriari iniuriis. Vnde si causa aliqua maior extiterit, ob quã rationabile ac necessarium sit fraternum aduocare cōuentum: binos de singulis prouinciis episcopos, quos metropolitani crediderint esse mittēdos, ad fraternitatem tuam venire sufficiat, ita vt à præstituto tempore non ultra quindecim dies, quo conuenerint, retardentur. 11. Si autem in eo quod cum fratribus tractandũ definiendumve credideris, diuersa eorum fuerit à tua voluntate sententia, ad nos omnia sub gestorum reificatione referantur: vt remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur. Ad hunc enim finem omnem affectum nostrum curamque dirigimus, vt quod ad vnitatem concordie, & quod ad custodiam pertinet disciplinæ, nulla dissensione violetur, nulla desidia negligatur. Et te igitur frater charissime, & eos fratres nostros qui de tuis offenduntur excelsibus, quum tamen non similis sit omnium materia querelarum, hortor & moneo, vt quæ piè sunt ordinata, salubriterque disposita, nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum est quarat, sed quod alterius, sicut Apostolus ait: Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bono ad ædificationem. Nec enim poterit vnitatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum charitatis adstrinxerit: quia sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multivnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis vnam sanitatem, vnam pulchritudinem facit. Et hæc quidem connexio totius corporis vnitatem requirit, sed præcipuè exigit concordiam sacerdotum. Quibus etsi dignitas nõ sit communis, est tamen ordo generalis: quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quedam discretio potestatis: & quum omnium par esset electio, vni tamen datum est vt cæteris præmineret. De qua forma, episcoporum quoque est orta distinctio: & magna dispositione prouisum est, ne omnes sibi

19.9.2. Aliena.

\*recessit

\*omnibus materies

Philip. 2. Roma. 15.

sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis provin-  
ciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima  
sententia: & rursus quidam in maioribus urbibus co-  
stituti sollicitudinem susciperent ampliorē, per quos  
ad vnam Petri sedem vniuersalis ecclesiæ cura cō-  
flueret, & nihil vsquam à suo capite disideret. Qui  
ergo quibusdam scit se esse præpositum, non mole-  
stè ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obediētiam  
quam exigit, etiam ipse dependat. Et sicut non vult  
gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alij im-  
portabile pondus imponere. Discipuli enim sumus  
humilis & mitis magistri, dicētis: Discite à me, quia  
mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem  
animabus vestris. Iugum enim meum suauē est, &  
onus meum leue. Quod quomodo experiemur, nisi  
& illud in obseruantiam veniat quod idem Domi-  
nus ait: Qui maior est vestrum, erit minister vester.  
Qui autem se exaltat, humiliabitur: & qui se humi-  
liat, exaltabitur.

Matt. 23.  
Matt. 11.  
Matt. 20.  
Mar. 10.  
Luca 22.  
Luc. 14.

Epistola octogesima septima eiusdem ad episcopos  
Africanos per Mauritaniam Casariensem constitutos.

Capita Epistolæ sequentis.

- 1. Ne illicita personæ ad episcopatum prouehantur.
- 2. De statutis canonum conseruandis.
- 3. De Donato Nouatianorum episcopo, & de Maximo ex Donatistis.
- 4. De Aggato & Tyberiano, qui ex laicis fuerunt ordinati.
- 5. De virginibus sacris, quæ vim barbaricam pertulerunt.

LEO EPISCOPVS VNIVERSIS  
episcopis per Casariensem Mauritaniam  
constitutis, in Domino Salutem.



Um de ordinationibus sacerdotum  
quædã apud vos illicitè vsurpata cre-  
brior ad nos commentum sermo  
perferret, ratio pietatis exegit, vt pro  
sollicitudine quàm vniuersæ ecclesiæ  
ex diuina institutione impendimus,  
rerum fidem studeremus agnoscere, vicem curæ no-  
stræ, proficiscenti à nobis fratri & confacerdoti no-  
stro Potentio \* iniungentes, qui secundum scripta  
quæ per ipsum ad vos direximus, de episcopis quorū  
culpabilis ferebatur electio, quid veritatis haberet  
inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret. Vn-  
de quia idem plenissimè notitiæ nostræ cuncta rese-  
rauit, & sub quibus qualibusque rectoribus quædam  
Christi plebes in partibus prouinciæ Cesariensis ha-  
beantur, syncera nobis relatione patefecit: necessa-  
rium fuit vt dolorem cordis nostri, quo pro domi-  
nicorū gregum periculis æstuamus, datis nunc quo-  
que ad dilectionem vestram literis promeremus, mi-  
rantes tantum apud vos, per occasionem temporis  
impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tu-  
multum valuisse popularem, vt indignis quibusque,  
& longè extra sacerdotale meritum constitutis, pa-  
storale fastigium & gubernatio ecclesiæ crederetur.  
Non est hoc consulere populis, sed nocere: nec præ-  
stare regimen, sed augere discrimē. Integritas enim  
præsidentium, salus est subditorum: & vbi est inco-  
lunitas obediētis, ibi sana est forma doctrinæ. Prin-  
cipatus autem quem aut seditio extorsit, aut ambit

\*delegan-  
tes

occupauit, etiam si moribus atque actibus non offen-  
dit, ipsius tamen inijt sui est perniciosus exemplo.  
Et difficile est vt bono peragantur exitu, quæ malo  
sunt inchoata principio. Quod si in quibuslibet ec-  
clesiæ gradibus prouidenter scienterque curandum  
est, vt in Domini domo nihil sit inordinatum, nihil-  
que præposterum: quanto magis elaborandum est vt  
in electione eius qui supra omnes gradus constitui-  
tur, non erretur? Nam totius familiæ Domini status  
& ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non  
inueniatur in capite. Vbi est illa beati Pauli Aposto-  
li per spiritum Dei emissa præceptio, qua in persona  
Timothei omnium sacerdotū Christi numerus eru-  
ditur, & proinde vnicuique nostrum dicitur: Manus  
citò nemini imposueris, neq; communicaueris pec-  
catis alienis? Quid est citò manus imponere, nisi an-  
te ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante  
meritum laboris, ante experiētiam disciplinæ, sacer-  
dotalem honorem tribuere nō probatis? Et quid est  
communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordi-  
nantem, qualis ille est qui non meruit ordinari? Si-  
cut enim boni operis sibi comparat fructum, qui re-  
ctum sectatur in eligēdo sacerdote iudicium: ita gra-  
ui semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis  
collegium sublimat indignum. Non enim in cuius-  
quam persona præmittendum est, quod institutis  
generalibus continetur: nec putandus est honor ille  
legitimus, qui fuerit \* de præuacatione collatus.  
Dicente enim Apostolo inter alias electionis regu-  
las, vt is episcopus ordinetur, quem vnus vxoris  
virum fuisse aut esse constiterit: tam sacra semper ha-  
bita est ista præceptio, vt etiam de muliere sacerdo-  
tis eligenda, eadem intelligatur seruanda conditio,  
ne forte illa prius quàm in matrimonium eius veni-  
ret qui aliam nō habuisset vxorem, alterius viri esset  
experta coniugium. Quis ergo dissimulare audeat  
quod in tanti sacramenti perpetratur iniuriam? cum  
huic magno venerandòque mysterio ne diuinæ qui-  
dem legis statuta defuerint, quibus euidenter est de-  
finitum, vt virginē sacerdos accipiat, & alterius tho-  
rum nesciat coniugis, quæ vxor est futura pontificis.  
Iam tunc enim in sacerdotibus figurabatur Christi  
& ecclesiæ spirituale coniugium, vt quoniam vir cap-  
put est mulieris, dicat sponsa \* verbi non alium virū  
nosse quàm Christum: qui meritò eam vnam quam  
elegit, vnam diligit, & aliam præter ipsam suo con-  
sortio non adiungit. Si ergo etiam in veteri testamē-  
to hæc sacerdotalium coniugiorum forma seruata  
est, quanto magis sub reuelata iam gratia constituti,  
Apostolicis debemus in seruire præceptis, vt quam-  
libet quis bonis moribus præditus, & sanctis operi-  
bus inueniatur ornatus: nequaquam tamen vel ad  
diaconij gradum, vel ad presbyterij honorem, vel ad  
episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum nō vnus  
vxoris virum, aut vxorem eius non vnus viri fuisse  
claruerit? Monente verò Apostolo atque dicente, Et  
hi autem probentur primum, & sic ministrant: quid  
aliud intelligendum in hoc putamus, nisi vt in his  
prouectionibus non solum matrimoniorum casti-  
moniam, sed etiam laborum merita cogitemus: ne  
aut à baptismo rudibus, aut à seculari actu repente  
conuersis, officium pastorale credatur, cum omnis  
gradus militiæ Christianæ de incrementis profe-  
ctuum debeat æstimari? Meritò sanctorum patrum  
venerabiles sanctiones cum de sacerdotum electio-  
ne loquerentur, eos demum idoneos sacris admini-

1. Timo. 5.

\* contra di-  
uina legis  
præcepta  
collatus.

Leuit. 21.  
Ex ec. 44  
Ephe 5.  
1. Cor. 11.

\* Christi

1. Tim. 3.

\* perfectio-  
res

2. Timo. 2.

\* apertissi-  
ma

Psal. 24.

1. q. 7. Exi-  
git canis.

\* qui pri-  
ma vxore

\* nec bea-  
torū patrū  
regulas re-  
soluētis.

strationibus cēsuere, quorū omnis ætas à puerilibus  
exordiis vsq; ad \* prouectiores annos per discipline  
ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, vt vnicuiq; testi-  
monium prior vita præberet: nec posset de eius pro-  
uectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro mo-  
ribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci præ-  
mium deberetur. Si enim ad honores mūdi sine suf-  
fragio tēporis, sine merito laboris, indignū est perue-  
nire, & notari ambitus solent, quos probitatis docu-  
menta non adiuuant, quā diligens & quam prudens  
habēda est dispensatio diuinorum munerū, & cæle-  
stium dignitatū, ne in aliquo Apostolica & canoni-  
ca decreta violentur, & his ecclesiæ Domini regēda  
credatur, qui legitimarū institutionum nescij, & to-  
tius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incre-  
mentū, sed à summis volunt habere principium? cum  
valde iniquum sit & absurdum, vt imperiti magistris  
nouī antiquis, & rudes præferantur emeritis. In do-  
mo quidē magna necesse est, sicut Apostolus dixerit  
vasa diuersa sint, quædã aurea & argentea, quædam  
verò lignea & fictilia: sed horum ministeriū pro ma-  
teriæ qualitate discernitur: nec qui est pretiosorum,  
idem vsus est & viliū. Nam inordinata erunt omnia,  
si fictilia aureis, & lignea præferantur argenteis. Sicut  
autē in ligneis & fictilibus, eorum hominū species fi-  
gurantur, qui nullis adhuc virtutibus nitent: ita in au-  
reis & argenteis hi sine dubio declarantur, qui per  
longæ eruditionis ignē, & per fornacem diuturni la-  
boris excocti, aurum probatum & argentū purū esse  
meruerunt. Quibus si merces pro deuotione non red-  
ditur, omnis ecclesiastica disciplina resoluitur, om-  
nis ordo turbatur, dum in ecclesiā, qui nullū subiere  
ministeriū, peruerso eligentium iudicio indebitum  
obtinere principatū. Cum ergo inter vos tantū va-  
luerint aut studia populariū, aut ambitus superborū,  
vt nō solum laicos, sed etiā secundarum vxorum vi-  
ros, aut viduarū maritos ad officium cognoscamus  
pastorale prouectos, nonne \* apertissimè exigunt cau-  
sæ, vt ecclesiæ in quibus ista cōmissa sunt, iudicio se-  
uere purgentur, & non solū in tales præfules, sed  
etiā in ordinatores eorū vltio cōpetens proferatur?  
Sed circumstant nos hinc māsuetudo clemētis, hinc  
censura iustitiæ. Et quia vniuersæ viæ Domini mise-  
ricordia & veritas, cogimur secundū sedis Aposto-  
licæ pietatem, ita nostrā temperare sententiā, vt tru-  
tinato pondere delictorū, quæ cōstat non vnus esse  
mensuræ, quædã definiamus vtcunq; tolerāda, quæ-  
dam verò penitus amputanda. Eos enim qui vel se-  
cundas nuptias inierunt, vel viduarū se coniugio so-  
ciarunt, nec Apostolica nec legalis autoritas sacer-  
dotium obtinere permittit, & multo magis illum si  
fuerit vestro iudicio cōfutatus, qui (sicut ad nos rela-  
tum est) duarū simul est maritus vxorum: vel istum  
\* qui à prima vxore dimissus, alteram duxisse perhi-  
betur, priuandum honore decernimus. Ceteros ve-  
rò quorum prouectio hoc tantum reprehensionis in-  
currit, quod ex laicis ad officium episcopale delecti  
sunt, neque ex hoc quod vxores habeant, possunt ef-  
se culpabiles, susceptum sacerdotum tenere permit-  
timus, non præiudicantes Apostolicæ sedis statutis,  
\* nec præcessorum nostrorum, nostrisque decretis,  
quibus salubriter statutum est, ne primum vel secun-  
dum aut tertium in ecclesiæ gradum quisquam lai-  
corum, quibuslibet suffragiis fultus, ascendat, priu-

quam ad hoc meritum per legitima augmenta per-  
ueniat. Quod enim nunc vtcunq; patimur esse ve-  
niale, inultum postmodum esse non poterit, si quis-  
quam id quod omnino interdiciamus, vsurpare præ-  
sumpserit: quia remissio peccati non dat licentiā de-  
linquendi: nec quod potuit aliqua ratione \* conce-  
di, eas erit amplius impune committi.

Caput secundum.

Cum itaque de omnibus ferè quæ fratris nostri  
Potentij relatio continebat, plenissimè dilectionem  
vestram per David fratrem & coepiscopum nostrū  
(qui & sacerdotij merito nobis est probatus & mo-  
ribus) videatis instructam: superest fratres vt concor-  
di obedientia salubres suscipiatis hortatus: & nihil  
per contentionem agētes, sed ad omne studium de-  
uotionis vnanimis, diuinis & Apostolicis constitu-  
tionibus pareatis, & in nullo patiamini \* pia cano-  
num decreta violari. Quæ enim nunc certarum re-  
missis consideratione causarum, antiquis dein-  
ceps custodienda sunt regulis: ne quod ad tempus  
pienitate concessimus, iusta post hæc vltione ple-  
ctamus, in eos specialius & propensius commouen-  
di, qui in episcopis ordinandis sanctorum patrum  
statuta neglexerint, & quos refutare debuerant con-  
secrarint. Vnde si qui episcopi talem consecrauerint  
sacerdotem qualem non liceat, etiam si aliquo mo-  
do damnum proprii honoris euaserint, ordinationis  
tamen ius vltius non habebunt, nec ei sacramento  
interesse, quod neglecto diuino iudicio immetitis  
præstitere. Illud sanè quod ad sacerdotalem perti-  
net dignitatem, inter omnia volumus canonum sta-  
tuta seruari, vt non in quibuslibet locis, neque qui-  
buslibet capellis, & vbi antè non fuerunt, Episcopi  
cōsecrentur, cum vbi minores sunt plebes, minorec-  
que conuentus, presbyterorum cura sufficiat. Epi-  
scopalia autem gubernacula non nisi maioribus po-  
pulis & frequentioribus ciuitatibus oporteat præsi-  
dere: ne (quod sanctorum patrum diuinitus inspira-  
ta decreta vetere) viculis & possessionibus, vel ob-  
scuris & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale  
fastigium: & honor cui debent excellentiora com-  
mitti, ipse sui numerositate vilescat. Quod nunc in  
sua diocesi restitutus Episcopus factū esse causarum  
est, & rationabiliter postulauit, vt si episcopi eorum  
locorum in quibus non debuerant ordinari, huma-  
na conditione decesserint, loca ipsa ad ius eius anti-  
stites redigantur, cuius fuerant ante priora. Et inuti-  
le est, vt sacerdotalis dignitas inconsiderata ordinā-  
tis facilitate, superuacua multiplicatione minuatur.  
De his autem quæ in sacro virginitatis proposito cō-  
stitutæ, barbaricam pertulere violentiam & integri-  
tatem pudoris non animo sed corpore perdidere, ea  
nobis seruanda videtur moderatio, vt neque in vi-  
duarum deiiciatur gradum, nec in sacrarum & per-  
seuerantium virginum numero censeantur. Quibus  
si in omnibus virginalibus obseruationibus perseue-  
rant, & castimonia soliditatem mentem custodiunt,  
sacramentorum non est negāda communio: quia in-  
iustum est eas in eo vel argui vel notari, quod nō vo-  
luntas amisit, sed vis hostilis eripuit. Causam quoq;  
Lupicini Episcopi illic iubemus audiri: cui multum  
& sæpius postulanti cōmunionem hac ratione red-  
didimus, quoniam ad nostrum iudiciū prouocasset,  
immeritò cum pendēte negotio à cōmunionem vide-  
bamur

\* prouide-  
tissima

Dis. 30. 11  
lud sine op  
ad ca. 6.  
Sardicen.  
Concilij.

32. q. 5. 11-  
le autē sit  
mula Dei.



bamus fuisse suspensum. Adiectū etiā illud est, quod huic temere superordinatus esse cognoscitur, qui nō debuit ordinari antequā Lupicinus in præfenti positus, aut cōfutus, aut certē cōfessus, iustæ posset subiacere sententiæ: vt vacantem locum, quemadmodū disciplina ecclesiastica exigit, is qui consecratur, exciperet.

1. q. 7. Donatum autē Salicinensem ex Nouatiano cum sua (vt cōperimus) plebe cōuersum, ita dominico volumus regi præfidere, vt libellū fidei suæ ad nos minerit dirigendū, quo & Nouatiani dogmatis damnet errorē, & plenissimē cōfiteatur catholicā veritatem. Maximum quoq; ex laico licet reprehēnsibiliter ordinatū, ramen si Donatista iam non est, & à spiritu schismaticæ prauitatis alienus, ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate, ita vt & ipse libello ad nos edito catholicum se esse manifestet.

4 De Aggario & Tyberiano (quorū à ceteris qui ex laicis ordinati sunt, in hoc causa diuersa est, q̄ eorū ordinationi atroces tumultus & sæuæ seditiones memorantur esse famulata) vestro iudicio cuncta committim⁹, vt relata habiti apud vos examinis fide, quid de supradictis statuendum sit, scire possimus.

5 Illæ autem famulæ Dei, quæ integritatē pudoris oppresse barbarica perdidere, laudabiliores erūt in humilitate ac verecundia, si se in cōtaminatis non audeant comparare virginibus. Quāuis enim omne peccatū ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita nō pollui: minus tamē eidem oberit, si quod potuerit animo nō amittere, dolent se vel corpore perdidisse. Si verò aliq̄ emerferint causa, quæ ad statum ecclesiarum, & ad concordia pertinent sacerdotū, illic sub timore Domini volumus ventiletur, & de componendis atq; compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur: vt ea quæ iuxta ecclesiasticum morem iustē & rationabiliter fuerint definita, mea quoq; sententia roborentur. Data quarto Idus Augusti.

Epistola nonagesima secunda eiusdem ad Rusticum Narbonensem Episcopum.

Capita Epistola sequenti.

- 1. Quod non habeantur episcopi, quos nec clerus elegit, nec populus exquisiuit, nec provinciales episcopi consecraverunt. Si qui tamen clerici ab his pseudoepiscopis ordinantur, rata potest talis ordinatio existere.
- 2. Quod presbyteri aut diaconi si in aliquo crimine detecti fuerint, non possint per manus impositionem penitentia remedium consequi.
- 3. Quod diaconi, sicut episcopus & presbyter, cessare debeant ab opere coniugali, non tamen repudiare coniugium.
- 4. Quod aliud sit vxor, aliud concubina. Nec errat quis qui suam suam in matrimonium tradiderit ei qui habuit concubinam.
- 5. Quod non sit coniugij duplicatio, quando ancilla relicta, vxor assumitur.
- 6. De his qui communionem priuantur, & ita moriuntur.
- 7. De his qui penitentiam agere differunt.
- 8. Quod oporteat eum qui pro illicitis veniam poscit, etiam à licitis abstinerere.
- 9. Quod penitenti nulli negociationis lucra exercere cōueniat.

- 10. Quod ad militiam secularem post penitentiam redire nō debeant.
- 11. Quod adolescens si urgente quocunque periculo penitentiam gessit, & non se continet, vxoris potest remedio sustineri.
- 12. Quod si quis propositum monachi deseruerit, publica sit penitentia satisfactione purgandus.
- 13. Quod puella qua non coacta sed voluntate propria virginitatis propositum susceperunt, peccant si nupsierint, licet nō dum fuerint consecrata.
- 14. De his que iam consecrata sunt, si nupsierint.
- 15. De his de quibus dubium est utrum baptismum perceperint, necesse est vt renascantur.
- 16. Quod eos qui se baptizatos agnoscunt, sed in qua fidei professione, nesciunt, per manus impositionem suscipiantur.
- 17. De his qui in conuiuio gentium & escis immolatis visis sunt.

LEO EPISCOPVS RUSTICO Narbonensi Episcopo.



Pistolas fraternitatis tuæ, quas Hermes archidiaconus tuus detulit, libenter accepi, diuersarum quidē causarum cōnexionem multiplices, sed nō ita patientiæ legētis onerosas, vt aliquid earum inter concurrentes vndiq; sollicitudines fuerit prætermisum.

Vnde totius sermonis tui allegatione cōperta, & gestis quæ in episcoporum honorūq; examine cōfecta, recensitis, Saviniano & Leoni presbyteris actionis suæ intelleximus fiducia defuisse, nec eis iustam superesse querimoniam, qui se ab inchoatis disceptationibus sponte subdixerint. Circa quos quā formā quāme mensuram debeas tenere iustitiæ, tuo relinquo moderamini, suadens tamē charitatis hortatu, vt sanandis egris spiritualē adhibere debeas medicinam: & dicēte scriptura, Noli esse nimium iustus: mitius agas cum eis qui pudicitia zelo videntur modū excessisse vindictæ: ne diabolus qui decipit aduteros, de adulterij exultet vltoribus. Miror autem dilectionem tuam in tantū scandalorum quacunq; occasione nascentium aduersitate turbari, vt vacationem ab episcopatus laboribus optare dicas, & malle in silentio atq; ocio vitam degere, quā in his quæ tibi commissa sunt, permanere. Dicente verò Domino: Beatus qui perseuerauerit vsq; in finem: vnde beata erit perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? Nam secundum Apostolicā prædicationem, omnis qui voluerit piè vivere in Christo Iesu, persecutionem patietur. Quæ nō ideo tantum computanda est, quod contra Christianā pietatem aut ferro aut ignibus agitur, aut quibuscūq; suppliciis, cum persecutionum læuitiam suppleant, & dissimilitudines morum, & cōtumaciæ inobediētium, & malignarum tela linguarū: quibus cōflictationibus cū omnia semper ecclesiæ membra pulsantur, & nulla piorum portio hic à tentatione sit libera, ita vt periculis nec oia careant nec labores: quis inter fluctus maris nauem dirigit, si gubernator abscedat? Quis ab insidiis luporum oves custodiet, si pastoris cura non vigilet? Quis denique latronibus obfistet & furibus, si speculatorem in prospectu explorationis locatum, ab intentione sollicitudinis amor quietis abducatur? Permanendum ergo in opere est credito, & in labore suscepto. Constantiter tenenda est iustitia, & benignè præstanda clemētia. Odio habeantur peccata, non homines. Nunc corripiantur timidi, nunc tolerentur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sequentis

tis plectatur animo, sed medentis. At si vehemētor tribulatio incubuerit, non ita expauescamus, quasi illi aduersitati propriis sit viribus resistendum, cum & consilium nostrum & fortitudo nostra sit Christus, vt sine quo nihil, per ipsum cuncta possimus: qui confirmans prædicatores Euangelij, & sacramentorū ministros, Ecce ego, inquit, vobiscū sum vsq; ad cōsummationem seculi: & iterū, Hęc, inquit locutus sum vobis, vt in me pacē habeatis: in mundo autem tribulationē habebitis: sed bono animo esto, quia ego vici mūdum. Quæ pollicitationes quia sine dubio manifestæ sunt, nullis debemus scandalis infirmari, ne electioni Deivideamur ingrati, cuius tā potentia sunt adiutoria, quā vera promissa. De cōsulationibus autē dilectionis tuæ, quas separatim conscriptas archidiaconus tuus detulit, quid sentiendum sit, inter præfentes opportunius quæretetur, si nobis tui cōspectus copia proueniret. Nam cum quædam interrogaciones modū videantur excedere, intelligo eas colloquiis aprioris esse quam scriptis: quia sicut quædam sunt quæ nulla possunt ratiōe cōuelli: ita multa sunt quæ aut pro cōsideratione aratū aut pro necessitudine rerū oporteat temperari: illa semper cōditiōe seruata, vt in his quæ vel dubia fuerint aut obscura, id nouerimus sequendū, quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum.

- Incipiunt ad inquisitionem eiusdem episcopi subiecta responsa.
- Dist. 62. 1. Nulla ratio finit, vt inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à prouincialibus episcopis cum metropolitanis iudicio consecrati. Vnde cum sepe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquā istis esse tribuendū, quod nō docetur fuisse collatū? Si qui autē clerici ab istis pseudoepiscopis in eis ecclesiis ordinati sunt quæ ad proprios episcopos pertinebāt, & ordinatio eorū cum cōsensu & iudicio præfidentium facta est, potest rata haberi, ita in vt ipsi ecclesiis perseuerent. Aliter autē vana est habēda ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita.
- Dist. 50. 2. Alienum est à cōsuetudine ecclesiastica, vt qui in presbyterali honore aut in diaconij gradu fuerint cōsecrati, pro crimine aliquo suo per man⁹ impositionem remediū accipiant penitendi, quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit, secundū id quod scriptū est: Sacerdos si peccauerit, quis orabit pro eo? Vnde huiusmodi lapsis, ad promerendā misericordiam Dei priuata est expetenda secessio, vbi illis satisfactio si fuerit digna, sit etiam fructuosa.
- 1. Reg. 2. 3. Lex cōtinentiæ eadē est ministris altaris, quæ episcopis atque presbyteris. Qui cum essent laici siue lectores, licitè & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: sed cum ad prædictos peruenerint gradus, cœpit eis nō licere quod licuit. Vnde vt de carnali fiat spirituale cōiugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi nō habeant, sic habere: quod & salua sit charitas cōiugiorū, & cesset opera nuptiarū.
- 32. q. 2. nō omni. 4. Nō omnis mulier iuncta viro, vxor est viri: quia nec omnis filius hæres est patris. Nuptiarū autē fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales, prius hoc ipsum Domino constitente, quā initium Romani iuris extitit. Itaq; aliud est vxor, aliud cōcubina: sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiā Apostolus ad manifestandā harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, vbi dicitur Abrahæ: Ecce ancillā, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Vnde quum societas nuptiarū ita ab initio constituta sit, vt præter sexuum cōiunctionem haberet inter se Christi & ecclesiæ sacramentū: dubium non est, eam mulierem nō pertinere ad matrimonū, in qua non docetur nuptiale fuisse mysteriū. Igitur cuiuslibet loci clericus, si filiā suam viro habenti concubinā in matrimonium dederit, non ita accipiendum est quasi cōiugato eam dederit: nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honesta videatur. Paterno arbitrio viris iuncta, carent culpa, si mulieres quæ à viris habeantur, in matrimonio nō fuerint, quia aliud est nupta, aliud concubina.
- 5. Ancillā à toro abiicere, & vxorē certē ingenuitatis accipere, nō duplicatio cōiugij, sed profectus est honestatis. Culpada est sanè talium negligētia, sed non penitus desperanda: vt crebris cohortationibus incitati, quod necessariè expetierūt, fideliter exequantur. Nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur: quia nonnunquā quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.
- 6. Horum causā Dei iudicio reseruanda est, in cuius manu fuit vt talium obitus vsq; ad communionis re medium differretur. Nos autē, quibus viuentibus nō cōmunicauimus, mortuis cōmunicare nō possum⁹.
- 7. Dissimulatio hæc potest nō de cōtemptu esse re medij, sed de metu grauius delinquendi. Vnde penitentia quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit, nō negetur: vt quoquo modo ad indulgentiæ medicinā anima vulnerata proueniat.
- 8. Aliud quidē est debita iusta repositio, aliud propria perfectionis amore cōtemnere. Sed illicitorum veniā postulantē oportet multas etiā à licitis abstinere, dicēte Apostolo: Omnia mihi licēt: sed non omnia expediunt. Vnde si quis penitētis habeat causam quam negligere fortē non debeat, melius expetit ecclesiasticum quā forense iudicium.
- 9. Qualitas lucri negociantem aut excusat, aut arguit, quia est & honestus quæstus, & turpis. Verum tamen penitentiuilius est etiam dispendia pati, quā periculis negociationis obstringi: quia difficile est inter ementis vendentisque commercium nō interuenire peccatum.
- 10. Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post penitentia actionem redire ad militiam secularem, cum Apostolus dicat: Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus.
- 11. In adolescentia constitutus, si urgente aut metu mortis, aut captiuitatis periculo, penitentiam gessit: & postea, timens lapsum incōtinentiæ iuuenilis, copulā vxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur fecisse venialem, si præter coniugem, nullam omnino cognouerit. In quō tamen nō regulam constituimus, sed quid sit tolerabilius æstimamus. Nam secundum veram cognitionem nihil magis ei congruit qui penitentiam gessit, quā castitas perseuerans & mentis & corporis.
- 12. Propositum monachi proprio arbitrio aut voluntate susceptum, deserere non potest absque peccato. Quod enim vouit Deo, debet & reddere. Vnde Dent. 23. qui relicta singularitatis professione, ad militiam vel ad nuptias deuolutus est, publicæ penitentia satisfactio purgandus est: quia et si innocens militia, & honestum potest esse coniugium, electionem tamen meliorem deseruisse, transgressio est.



Vam laudabiliter per catholicę fidei veritate mouearis, & quā sollicitē dominico gregi deuotionē officij pastoralis impēdas, tradita nobis per diaconū tuū fraternitatis tuę scripta demōstrāt, quibus notitiā nostrā insinuare curasti, qualis in regionibus vestris de antiquis pestilētię reliquiis errorum morbus exarserit. Nā & epistolę sermo, & cōmonitorij series, & libelli tui textus demōstrat Priscillianistarū fœtidissimā apud vos recaluisse sentinā. Nichil est enim sordidū in quorūq; sensibus impiorum, q̄ in hoc dogma nō cōfluxerint: quoniā de omnīu terrenarū opinionū luto multiplicē sibi fecem cōmiscuerūt, vt soli totū biberēt, quicquid alij ex parte gustassent. Deniq; si vniuersę hęreses quę ante Priscilliani tēpus exortę sunt, diligentius retractētur, nullus penē inuenietur error de quo non traxerit impietas ista cōtagiū: quę nō cōtente eorū recipere falsitates, qui ab euāgelio Christi sub Christi nomine deuiarunt, tenebris etiam paganitatis immerși sunt, vt per magicarū artiū, pphana secreta, & mathematicorum vana mēdacīa, religionis fidē, morūq; rationē, in potestate dēmonū & effectu siderū collocarēt. Quod si & credi liceat & doceri, nec virtutib; p̄miū, nec vitiiis p̄na debetur, omniaq; nō solū humanarū legū, sed etiā diuinarū cōstitutionū decreta soluētur: quia neq; de bonis neq; de malis actibus vllū poterit esse iudiciū, si in vtrāq; partē fatalis necessitas motū mētis impellit: & quicquid ab hominibus agitur, nō est hominū, sed astrorū. Ad hęc insaniā pertinet & p̄digiosa illa totiū humani corporis per duodecim cęli signa distinctio, vt diuersis partib; diuersę p̄sident potestates: & creatura, quā De⁹ ad imaginē suā fecit, in tāta sit obligatione siderū, in quāta est cōnexione mēbrorū. Meritō patres nostri sub quorū tēporibus hęresis hęc nefanda p̄rupit, per totū mūdū instāter egere, vt impius furor ab vniuersa ecclesia pelleretur quādo etiā principes mūdi hęc sacrilegā amentīā ita detestati sunt, vt authorē eius ac plerōsq; discipulos legū publicarū ense prosternerēt. Videbāt enim omnem curā honestatis auferri, omnē cōiugiorū copulā solui, simulq; diuinū ius humanūq; subuertī, si huiusmodi hominibus vsquā viuere cū tali professione licuisset. Er̄ p̄fuit diu ista distinctio ecclesiasticę lenitatis: quę etiā sacerdotali cōtenta iudicio cruētās refugit vltiones, seueris tamē Christianorū principū cōstitutionibus adiuuatur, dū ad spiritale nōnunquā recurrūt remediū, qui timēt corporale supplicium. Ex quo autē multas prouincias hostilis occupauit irruptio, & executionē legū tēpestates interdicere bellorū: ex quo inter sacerdotes Dei difficiles cōmeat, & rari cōperūt esse cōuentus, inuenit ob publicam perturbationē secreta perfidia libertatē: & ad multarum mentū subuersionē his malis est incitata, quib; debuit esse correcta. Quę verō illic aut quanta pars plebium à contagione pestis huius aliena est, vbi (sicut charitas tua indicat) lethali morbo etiam quorundam sacerdotū corda corrupta sunt: & per quos opprimenda falsitas, & defendenda veritas credebatur, per ipsos doctrinę Priscilliani euāgelīū subditur Christi, vt ad pphanos sensus, pietate sanctorū volūminū deprauata, sub nominibus prophetarū & Apostolorū nō hoc p̄dicetur quod spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli minister inseruit? Quia ergo dilectio tua fideli quantū potuit diligētia, damnatas olim opiniones decē & sex capitulis cōp̄chēdit, nos quoq; strictim omnia retractemus, ne aliquid harū blasphemiarū aut tolerabile videatur, aut dubium.

\* eloqui.

\* seculētia

Gene. 1.

\* interclu. fere

13 Puellę quę nō coactę parentū imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositū atq; habitum suscepunt, si postea nuptias eligunt, p̄uaricantur, & etsi consecratio nō accessit: cuius utiq; non fraudarentur munere, si in proposito permanerent.

\* etiam si nōdum eis gratia cōsecrationis vbi supra 20. q. 1. puellę que non.

14 Ambigi verō nō potest, crimen magnum admitti, vbi & propositū deseritur, & cōsecratio violatur. Nam si humana facta non possunt impune calcari, quid de eis manebit, qui corruerint fœdera diuini sacramenti?

De cōf. di. 4. si nulla. ex. & in decre. 140. lib. 1.

15 Si nulla existant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter clericos aut vicinos, quib; hi de quibus quæritur, baptizati fuisse doceātur, agendum est vt renascantur: ne manifeste pereant, in quibus quod nō ostēditur gestum, ratio nō sinit vt videatur iteratū. Qui autem possunt reminisci quōd ad ecclesiam veniebant cū parentibus suis, possunt recordari an quod eorū parentibus dabatur, acceperint. Sed si hoc etiā ab eorum memoria alienū est, cōferendum eis videtur, quod collatū esse nescitur: quia nō temeritas iteruenit p̄sumptiōis, vbi est diligētia pietatis.

De cōf. di. 4. Hi de quibus. Et in decre. 140. lib. 1.

16 Hi autē de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciunt, sed cuius fidei fuerint qui eos baptizauere, se nescire profitentur, quolibet modo formā baptismatis acceperint, rebaptizandi nō sunt: sed per manus impositionem, inuocata virtute spiritus sancti, quam ab hęreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.

17 Qui conuiuio solo gentiliū & escis immolatiis vsi sunt, possunt ieiuniis & manus impositione purgari, vt deinceps ab idolothytis abstinentes, sacramentorum Christi possint esse participes. Si autē aut idola adorauerit, aut homicidiis vel fornicationibus cōtaminati sunt, ad communionem eos, nisi per pœnitentiam publicam, non oportet admitti.

Epistola nonagesimatercia eiusdem ad Turbium Asturicensē Episcopum.

Capitula Epistolę sequentis.

- 1. Contra Priscillianistas, qui sanctam Trinitatem non personis, sed tantum nominibus distinguunt.
- 2. Aduersus id, qd Dei filiū posteriorem credūt quā patrem.
- 3. Aduersus id quod dicunt, ideo vnigenitum dici Christum, quia solus de virgine natus.
- 4. De natali Domini, qd in eo Priscillianista ieiunia celebrēt.
- 5. Aduersus id quod aiunt animā hominis ex diuina esse substantia.
- 6. Cōtra id quod aiunt, diabolum ex se, vel eorum chaos esse, & propriam habere naturam.
- 7. Contra id quod nuptias & procreaciones filiorum adstruant esse peccatum.
- 8. Contra id, quod corpora humana diaboli dicunt esse figmentata, & à demonibus, & in utero formari.
- 9. Contra id, quod filios repromissionis ex spiritu sancto dicunt esse conceptos.
- 10. Contra id, quod animas in cęlestibus peccare dicunt, & secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem vel bonam, vel malam.
- 11. Contra id, quod fatalibus stellis dicunt animas hominum obligatas.
- 12. Contra id, quod sub aliis potestatibus partes anima, sub aliis corporis membra describunt.
- 13. Contra id, quod duodecim signa, quę mathematici obseruant, per corpus omne distinguunt.
- 14. De apocryphis eorundem Priscillianorum.
- 15. De libro & Distinctionij.

1. Contra Priscillianistas, qui sanctam Trinitatem non personis, sed tantum nominibus distinguunt. 2. Aduersus id, qd Dei filiū posteriorem credūt quā patrem. 3. Aduersus id quod dicunt, ideo vnigenitum dici Christum, quia solus de virgine natus. 4. De natali Domini, qd in eo Priscillianista ieiunia celebrēt. 5. Aduersus id quod aiunt animā hominis ex diuina esse substantia. 6. Cōtra id quod aiunt, diabolum ex se, vel eorum chaos esse, & propriam habere naturam. 7. Contra id quod nuptias & procreaciones filiorum adstruant esse peccatum. 8. Contra id, quod corpora humana diaboli dicunt esse figmentata, & à demonibus, & in utero formari. 9. Contra id, quod filios repromissionis ex spiritu sancto dicunt esse conceptos. 10. Contra id, quod animas in cęlestibus peccare dicunt, & secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem vel bonam, vel malam. 11. Contra id, quod fatalibus stellis dicunt animas hominum obligatas. 12. Contra id, quod sub aliis potestatibus partes anima, sub aliis corporis membra describunt. 13. Contra id, quod duodecim signa, quę mathematici obseruant, per corpus omne distinguunt. 14. De apocryphis eorundem Priscillianorum. 15. De libro & Distinctionij.

\* Distinctionij De libro & Distinctionij.

dilectio tua fideli quantū potuit diligētia, damnatas olim opiniones decē & sex capitulis cōp̄chēdit, nos quoq; strictim omnia retractemus, ne aliquid harū blasphemiarū aut tolerabile videatur, aut dubium.

1. Primo itaq; capitulo demōstratur quā impiē sentiant de Trinitate diuina, qui & patris & filij & spiritus sancti vnam atq; eandē asserunt esse personā, tanquam idē Deus nunc pater, nunc filius, nunc spiritus sanctus nominetur: nec alius sit q̄ genuit, ali⁹ qui genitus est, alius qui de vtroq; processit, sed singularis vnitas in tribus quidē vocabulis & nō tribus sit accipienda personis. Quod blasphemię genus de Sabellij opinione sumplerunt: cuius discipuli etiā Patripassiani meritō nuncupantur: quia si ipse est filius & pater, crux filij patris est passio: & quicquid in forma serui filius patri obediendo sustinuit, totū in se pater ipse suscepit. Quod catholicę fidei sine ambiguitate cōtrarium est, quę trinitatē vnitatis sic homouision cōstituit, vt patrem & filium & spiritum sanctū sine cōfusione in diuisos, sine tēpore sempiternos, sine differētia credat æquales: quam vnitatē in Trinitate nō ex eadē persona, sed eadem implet essentia.

\* videtur particula ex, vacare

2. In secundo capitulo ostenditur ineptū vanumq; cōmentum de processionibus quarundā virtutū ex Deo, quas habere cōperit, & quas essentia sua ipse p̄cesserit: in quo Arrianorū quoq; suffragantur errori dicentium qd pater filio prior sit, quia fuerit aliquando sine filio: & tunc pater esse cōperit, quando filiū genuit. Sed sicut illos catholica ecclesia detestatur, ita & istos, qui putāt vnquā Deo id quod eiusdem est essentia, defuisse. Quę sicut mutabilem, ita & proficientem dicere nefas est. Quām enim mutatur quod minuitur, tam mutatur etiā quod augetur.

3. Tertij verō capituli sermo designat quōd iidem impij asserant ideo vnigenitum dici filium Dei, quia solus sit natus ex virgine. Quod utiq; non auderent dicere, nisi Pauli Samosatēni & Photini virus haussissent, qui dixere Dominū nostrum Iesum Christū, antequā nasceretur ex virgine Maria, nō fuisse. Si autem isti aliud de suo sensu intelligi volunt, ne principium de matre dent Christo, asserāt necesse est nō vnū esse filium Dei, sed alios quoq; ex summo patre progenitos, quorū hic vnus sit natus ex fœmina, & hic ob hoc appelleretur vnigenitus, quia hęc nascēdi cōditionem alius filiorum Dei nemo suscepit. Quaquauerſum igitur se cōtulerint, in magnā tendunt impietatis abruptū, si Christum Dominum vel ex matre volunt habere principium, vel patris Dei vnigenitum diffitentur, cum & de matre is natus sit, qui erat Deus verbum: & de patre nemo sit genitus p̄ter verbum.

4. Quarto autem capitulo continetur, quōd natalē Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica ecclesia veneratur, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis, non verē isti honorent, sed honoratē se simulent, ieiunantes eodē die, sicut & die dominico, qui est dies resurrectionis Christi: Quod utique ideo faciunt, quia Christum Dominum in vera hominis natura natū esse non credunt, sed per quandam illusionem ostentatam videri volunt, quasi vera non fuerit, sequentes dogma Cerdonis atque Marcionis, & cognatis suis Manicheis per omnia concordantes. Qui (sicut in nostro examine detecti, atque conuicti sunt) dominicum diem, quem nobis saluatoris nostri resurrectio consecrauit, exigunt in mœrore ieiunij, soli (vt proditum est) reuerē

tia hanc continentia deuouentes, vt per omnia sint à nostrę fidei vnitate discordes: & dies qui à nobis in laetitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Vnde dignum est, vt inimici crucis Christi & resurrectionis, talem accipiant sententiam, qualem elegere doctrinam.

5. Quinto autem capitulo refertur, quōd animum hominis diuinę asserant esse substantię, nec à natura creatoris sui, cōditionis nostrę distare naturā. Quā impietatem ex philosophorum quorundam & Manicheorum opinione manātem catholica fides dānat, sciens nullam tam sublimē tamq; p̄cipuā esse facturā cui Deus ipse natura sit. Quod enim de se ipso est, id est quod ipse: nec id aliud est quam filius, & spiritus sanctus. P̄ter hanc autem summā Trinitatis vnā consubstantialē & sempiternā atq; incommutabilem deitatem, nihil omnīū creaturarum est, quod non exordio sui ex nihilo creatū sit. Non autē quicquid inter creaturas eminet, De⁹ est: nec si quid magnum est atq; mirabile, hoc est quod ille qui facit mirabilia magna solus. Nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo iustitia est, sed multi participes sunt veritatis & sapiētię atque iustitię: solus autem Deus nullius participationis dign⁹ est: de quo quicquid dignē utcunque sentitur, non qualitas est, sed essentia. In cōmutabili enim nihil accedit, nihil deperit, quia esse illi, quod est sempiternum, semper est proprium. Vnde in se manens innouat omnia: & nihil accipit quod ipse non dedit. Nimiū igitur superbi, nimiūq; sunt cęci, qui cum dicant humanā naturam diuinę esse substantię, nō intelligunt nihil se aliud dicere, quā Deum esse mutabilem, & ipsum perpeti quicquid potest naturę eius inferri.

psal. 71. 135.

6. Sexta adnotatio indicat eos dicere quōd diabol⁹ nunquam fuerit bonus, nec natura eius opificiū Dei sit, sed eum ex Ahar & tenebris emerſisse, quia scilicet nullū sui habeat authorem, sed omnis mali ipse sit principium atq; substantia, cum fides vera quę est catholica, omnium creaturarum siue spiritualium siue corporalium bonam confiteatur substantiam, & mali nullam esse naturam, quia Deus qui vniuersitatis est conditor, nihil non bonum fecit. Vnde & diabolus bonus esset, si in eo quod factus esse permaneret. Sed quia naturali excellentia male vsus est, & in veritate non stetit, non in cōtrariam transit substantiam, sed à summo bono, cui debuit adherere, desciiuit, sicut ipsi qui talia asserūt, à veris in falsa prouunt & naturam in eo arguunt, in quo spōte delinquent: ac pro sua voluntaria peruersitate damnatur. Quod utique in ipsis malum erit: & ipsum malum non erit substantia, sed pœna substantię.

Ioan. 8.

7. Septimo loco sequitur, qd nuptias dānant, & procreationē nascētū perhorrescūt: in quo (sicut penē in omnibus) cū Manicheorū pphanae cōcordat: ideo (sicut ipsorū mores probāt) coniugale copulam detestantes, quia nō est illic & libertas turpitudinis, vbi nec pudor matrimonij seruatur, nec spes sobolis.

8. Octauum eorū est, plasmationem humanorum corporum diaboli dicere esse figmentum: & semina cōceptionū, opera dæmonū in mulierum vteris figurari. Propterea resurrectionē carnis nō esse credēdā, quia concreatio corporis non sit congruens animę dignitati. Quę falsitas sine dubio opus diaboli est: & talia prodigia opinionum, figmēta sunt dæmonum, qui non in fœminarum ventribus formāt homines, sed in hęreticorum cordibus tales fabricantur erro-



res. Quod immūdisimū vitus, de Manichææ impietatis specialiter fonte procedēs, olim fides catholica deprehendit atque damnauit.

9 Nona autē adnotatio manifestat, quōd filios promissionis, ex mulieribus quidem natos, sed ex spiritu sancto dicant esse conceptos: ne illa soboles quæ de carnis semine nascitur, ad Dei conditionem pertinere videatur. Quod catholicæ fidei repugnans atque contrariū est, quæ omnem hominem in corporis animæque substantiam à conditore vniuersitatis formari atq; animari intra maternaviscera cōstitetur, manente quidem illo peccati mortalitatisq; contagio, quod in prolem à primo parente transcurrit: sed regenerationis sacramento subueniente, quo per spiritum sanctum promissionis filij renascuntur, nō in vtero carnis, sed in virtute baptismatis. Vnde & David, qui vtiq; erat promissionis filius, dicit ad Deū: Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me. Et ad Hieremiam Dominus ait: Prius quàm te formarē in vtero, noui te, & in vulua matris tuæ sanctificauit te.

10 Decimo autem capitulo referuntur asserere, animas quæ humanis corporibus inseruntur, fuisse in corpore, & in cœlesti habitatione peccasse, atque ob hoc à sublimibus ad inferiora delapsas, in diuersa qualitatis piicipes incidisse, & per aerias ac sidereas potestates alias duriores, alias mitiores, corporibus esse inclusas forte diuersa, & conditione dissimili: vt quicquid in hac vitariē & inæqualiter prouenit, ex præcedentibus causis videatur accidere. Quam impietatis fabulam ex multorū sibi erroribus texerūt: sed omnes eos catholica fides à corpore suæ vnitatis abscedit, constanter prædicans atque veraciter, quōd animæ hominum priusquam suis inspiraretur corporibus, nō fuere, nec ab vno incorporētur nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est creator & corporum. Et quia per primi hominis prauaricationem tota humani generis propago vitata sit, neminem posse à conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum, dicente Apostolo: Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque fœmina: omnes enim vnum estis in Christo Iesu. Quid ergo hic agunt cur sus siderum, quid figmenta fatorum, quid mundanarum rerum mobilis status, & iniqua diuersitas? Ecce tot impares gratia Dei facit æquales, qui inter quoslibet vitæ huius labores si fideles permanēt, misereri esse non possunt, Apostolicum illud in omni tēratione dicētes: Quis nos separabit à charitate Christi: tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptū est, quia propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnibus superamus in eo qui nos dilexit. Et ideo ecclesia, quæ corpus est Christi, nihil de mundi inæqualitatibus metuit, quæ nihil de bonis corporalibus cōcupiscit: nec timet inani strepitu fatorum grauari, quæ patientia tribulationum nouit augeri.

11 Vndecima ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis & animas hominum & corpora opinatur adstringi: per quam amentia necesse est vt homines paganorum erroribus implicati, & fauentia sibi (vt putant) sidera colere, & aduersantia studeant mitigare. Verum ista scētibus nullis in ecclesia catholica locus est: quoniam qui se talibus persuasionibus dedit,

à Christi corpore totius abscēdit.

12 Duodecimum inter hæc illud est, quōd sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis mēbra describunt: & qualitates interiorum præfulum in patriarcharū nominibus statuunt: quibus è diuerso signa siderea quorum virtuti corpora subiiciantur, opponūt. Et in his omnibus inextricabili se errore præpediunt, nō audientes dicentē Apostolū: Videte ne quis vos decipiat per philosophiā & inanem fallaciā secundū traditionem hominū, secundum elementa mundi, & non secundū Christū: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. Et iterū: Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorū quæ non vidit ambulās, frustra inflatus sensu carnis suæ, nō tenens caput, ex quo totū corpus per nexus & cōiunctiones subministratū & cōiunctum crescit in augmētū Dei. Quid ergo opus est in cor admittere, quod lex nō docuit, quod propheta nō cecinit, quod Euāgelij veritas nō prædicauit, quod Apostolica doctrina non tradidit? Sed hæc operata sunt eorū mentibus, de quibus Apostolus dicit: Erit enim tēpus, cum sanam doctrinā nō sustinebūt, sed ad sua desideria coaceruabūt sibi magistros. prurientes auribus: & à veritate quidē auditū auertēt, ad fabulas autē conuertentur. Nihil itaq; nobiscum cōmune habeāt, qui talia audent vel docere, vel credere, & quibuslibet modis nituntur adstruere quod substantiā carnis ab spe resurrectionis aliena sit: atq; ita omne sacramentū incarnationis Christi resoluunt, quia indignum fuit integrum hominem suscipi, si indignum erat integrum liberari.

13 Tertiodecimo loco positū est eisdē dicere, quod omne corpus scripturarū canonicarum sub patriarcharum nominibus accipiendū sit, quia illæ duodecim virtutes quæ reformationē hominis interioris operātur, in horū vocabulis indicentur, sine qua scientia nullam animā posse assequi vt in eam substantiā de qua prodiit, reformetur. Sed hæc impiā vanitatem despectui habet Christiana sapiētia, quæ nouit veræ deitatis inuolabile & incōuertibilem esse naturam: animā autem, siue in corpore viuētē, siue à corpore separatam, multis passionibus subiaccere. Quæ vtiq; si diuinæ esset essentia, nihil aduersi posset incidere. Et ideo ineffabiliter aliud creator est, aliud creatura. Ille enim semper idē est, & nulla varietate mutatur: hæc autem mutabilis est etiā nō mutata: quia vt nō mutetur, datum poterit habere, non proprium.

14 Sub quartodecimo verò capitulo, de statu corporis sentire dicuntur q̄ sub potestate siderū atq; signorū pro terrena qualitate teneatur: & ideo multa in sanctis libris quæ ad exteriorē hominē pertineāt, reperiri: vt in ipsis scripturis inter diuinā terrenaque naturā quædam sibi repugnet aduersitas, & aliud sit quod sibi vendicēt animæ præfules, aliud quod corporis cōditores. Quæ fabulæ ideo hisserunt, vt & anima diuinæ affirmetur esse substantiæ, & caro credatur malæ esse naturæ: quoniā & ipsum mundū cum elemētis suis, nō opus Dei boni, sed cōditionē mali profitentur authoris. Atq; vt hæc mendaciorū suorū sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia penē diuina cloquia sensuum nefandorū timmissiō violarūt.

15 De qua re quintidecimi capituli sermo conqueritur, & præsumptionem diabolicam meritō detestatur: quia & nos istud veracium testium relationē cōperimus, & multos corruptissimos eorum codices qui

qui canonici titulatur, inuenimus. Quomodo enim decipere simplices possēt, nisi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne vsquequaque sentirentur insuauiā, quæ essent futura mortifera? Curandum ergo est, & sacerdotali diligētia maximè prouidendū, vt falsari codices, & à sincera veritate discordes, in nullo vsu lectionis habeantur. Apocryphæ autē scripturæ, quæ sub nominibus Apostolorum, multarum habent seminarium falsitatum, nō solum interdiciendæ, sed etiam penitus auferendæ sunt, atque ignibus concremandæ. Quæuis enim sint in illis quædā quæ videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis: & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, vt mirabili narratione seducto laqueis cuiuscunque erroris inuoluant. Vnde si quis episcoporū vel apocrypha haberi per domos nō prohibuerit, vel sub canonicorū nomine eos codices in ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticum se nouerit iudicandum: quoniam qui alium ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat.

16 Postremo autē capitulo hoc prodidit iusta querimonia, quod Distinctionis tractatus, quos secundū Priscilliani dogma cōscripsit, à multis cū ueneratione legerētur: cum si aliquid memoriæ Distinctionis triuendū putant, recuperationē eius magis debeant amare quàm lapsum. Non ergo Distinctionis, sed Priscillianum legunt: & illud probant quod errans docuit, non quod correctus elegit. Sed nemo hoc impune præsumat: nec inter catholicos cēseatur, quisquis vtitur scripturis non ab ecclesia solummodo catholica, sed etiam à suo authore dānatis. Non sit peruersis liberum simulare quod fingunt: nec sub velamine nominis Christiani, decretorū imperialium statuta declinent. Ideo enim ad ecclesiā catholicam cum tāta cordis diuersitate conueniant, vt & quos possunt suos faciant, & legum seueritatē, dum se nostros metiuntur, effugiant, faciunt hoc Priscillianistæ, faciūt hoc Manichæi: quorū cum istis tam fœderata sunt corda, vt solis nominibus discreti, sacrilegiis autem suis inueniatur vni: quia et si vetus testamentū, quod isti se suscipere simulant, Manichæi refutant: ad vnū tamen finem vtrorūq; tendit intentio, cum quod isti recipiendo corrumpunt, illi abdicādo impugnat. In execrabilibus autē mysteriis eorum, quæ quāto immundiora sunt, tanto diligentius occultantur, vnum prorsus nefas est, vna est obscœnitas, & similis turpitudō. Quā etsi eloqui erubescimus, sollicitissimis tamen inquisitionibus indagatā, & Manicheorum qui cōprehensi sunt, cōfessionibus detectā, ad publicam fecimus peruenire notitiam, ne vno modo possit dubium videri, quod in iudicio nostro (cui non solum frequētissima præsentia sacerdotum, sed etiam illustrium viroꝝ dignitas, & pars quædam senatus ac plebis interfuit) ipsorum qui omne facinus perpetrarant, ore referatur est: sicut ea quæ ad dilectionem tuam nunc direximus, gesta demonstrant. Quod autem de Manichæorū fœdissimo scelere, hoc etiā de Priscillianistarū incæstissima cōsuetudine olim cōpertum, multumq; vulgatum est. Qui enim per omnia sunt impietate sensuum pares, non possunt in sacris suis esse dissimiles. Discussis itaq; omnibus, quæ libelli series cōprehendit, & à quibus cōmonitorij forma non discrepat, sufficienter (vt opinor) ostendimus quid de his quæ ad nos fraternitas tua retulit, censeamus, & quā non sit ferendam si tam propheta

nis erroribus etiam quorundam sacerdotum corda consentiunt, vel (vt mitius dixerim) non resistunt. Qua conscientia honorem sibi debitum vendicant, qui pro animabus sibi creditis non laborant? Bestiæ irruunt, & ouium septa non claudunt. Fures insidiātur, & excubias non præterdunt. Morbi crebescunt & remedia nulla prospiciunt. Cum autem etiam illud addunt, vt his qui sollicitius agunt, cōfessiones detrectēt, & impietates olim toto orbe damnatas, subscriptionib⁹ suis se anathematizare dissimulēt, quid de se intelligi volunt, nisi quōd de numero fratrum non sunt, sed de parte hostium?

17 In eo verò quod in extrema familiaris epistolæ tuæ parte posuisti, miror cuiusdam catholici intelligentiam laborare, tanquam incertum sit, an descendere ad inferna Christo, caro eius requieuerit in sepulcro, quæ sicut verè & mortua est, & sepulta, ita verè est die tertia resuscitata. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi Euāgelista subiungit. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiam David Prophetæ prædixerat, loquens sub persona Domini saluatoris, & dicens: Insuper & caro mea requiescet in sepulcro, & die tertia resuscitabitur. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud.



(quod absit) obstiterit quominus possit celebrari generale concilium Gallicia, saltem in vno conueniat sacerdotes: quibus congregatis fratres nostri Hydacius & Ceponius imminebant, coniuncta cum eis instantia tua, quatenus de prouinciali conuentu remedium tantis vulneribus afferatur.

*Epistola nonagesima septima eiusdem ad Leonem Augustum.*

*Capita Epistola sequentis.*

*De blasphemis Nestorij & Eutycheis, eorumque digno anathemate.*

*Quod in vna Domini Iesu persona, gemina sit deitatis & humanitatis asserenda natura.*

*De capitulis fidei ex sanctorum patrum libris collectis.*

*LEO ROMÆ ET VNIVERSALIS catholice ecclesie Episcopus, Leonis semper Augusto salutem,*

**R**omisisse me memini, venerabilis Imperator, in causa fidei, de qua clementiam tuam noui pie esse sollicitam, pleniorē humilitatis meae dirigendum esse sermonem: quē nunc (auxiliante Domino) fideli occasione perfoluo: vt sancto pietatis tuæ studio vtilis (quātum arbitror) deesse non possit instructio. Quauis enim sciem clemētiam tuam humanis instructionibus non egere, & syncerissimā de abundantia spiritus sancti haurisse doctrinā: officij tamen mei est & parere quod intelligis, & prædicare quod credis: vt ignis ille quem Dominus veniens misit in terram, motu crebræ moderationis agitarus, sic cōcalescat, vt ferueat: & sic inflammetur, vt luceat.

*Luca 12.*

1 Magnas enim caligines Eutychiana heresis Oriētis partibus inferre molita est, & ab illa luce quæ (sicut Euangelium loquitur) lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehendunt, imperitorum oculos tentauit auertere. Cūque ipsa in suam reciderit cæcitatem, nūc in discipulis recrudescit, quod in authore defecit. Nō longo namq; temporis intervallo catholica fides, quæ est singularis & vera, cuiq; nihil addi, nilve minui potest, à duobus est hostibus appetita, quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emerit, qui ecclesie Dei duas hæreses sibi met contrarias inferre voluerunt, vt vterq; à prædicatoribus merito damnaretur: quia insanum nimis & sacrilegum fuit, quod varia falsitate ambo senserunt. Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginem Mariam, non Dei, sed hominis tantūmodo credidit genitricem esse: vt aliam personā carnis, aliam faceret deitatis. Nec vnum Christū in verbo Dei & carne sentiret, sed separatim atq; seiuictim alterum filium Dei, alterum filium hominis prædicaret: cum manēte illa incōmutabili verbi essentia, quæ ei cum patre & spiritu sancto intēporalis atq; coæterna est, ita intra virginea viscera verbū caro sit factū, vt per id, quod ineffabile est sacramentum, vno conceptu, vnōq; partu, secundum veritatem vtriusq; naturæ, ea virgo & ancilla Domini esset, & mater. Quod etiam Elisabeth (sicut Lucas Evangelista declarat) intellexit, & dixit: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me. Eutyches quoq; codē percellatur anathe-

*Luca 1.*

mate, qui per impios veterū hæreticorū volutatus errores, tertiu Apollinaris dogma delegit, vt negata humanæ carnis atq; animæ veritate, totum Dominū nostrū Iesum Christum vnus asserat esse naturā: tāquam verbi deitas ipsa se in carnē animāq; cōuerterit: & cōcipi ac nasci, nutriti & crescere, crucifigi, ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cœlū, & in patris dextera (vnde ad iudicādos viuos & mortuos veniet) considerare, diuinæ tantum essentia fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis recipit veritate: quoniam natura vnigeniti, natura est patris, natura est spiritus sancti: simulque impāssibilis, simul est incommutabilis sempiterna Trinitatis indiuisa vnitas, & consubstantialis æqualitas. Vnde si ab Apollinaris perueritate Eutychianus quisque defecit, ne conuincatur deitatem pāssibilem sentire atque mortalem, & tamen verbi incarnati, id est verbi & carnis vnā audet pronunciare naturam, manifestē in Valentini & Manichæi transit insaniam: & mediatorē Dei & hominum, hominem Iesum Christum simulatoriē credit omnia egisse, nec humanū in ipso corpus, sed phāsticam corporis oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur, & aliarum assertionum sacrilegia concordiis per totum mūdum beatorum patrum dudum sunt damnata sententiis, nō dubium est eam vos fidem prædicare atque defendere, quam sancta synodus Nicæna confirmauit, dicens: Credimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, visibilibus & inuisibilibus factorem: & in vnum Dominū Iesum Christum filium Dei, natum de patre vnigenitum, hoc est de substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, vnus substantiæ cum patre (quod Græci dicunt homouision) per quem omnia facta sunt, siue quæ in cœlo, siue quæ in terra. Qui propter nos & propter nostram salutem descendit de cœlo, & incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit ad cœlos, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritu sanctum. In qua professione hoc euidentissime continetur, quod etiā nos de Domini incarnatione confitemur & credimus, qui ad salutem humani generis reformandam, veram carnem nostræ fragilitatis non de cœlo secū detulit, sed in vtero virginis matris assumpsit.

2 Quicunq; ergo sunt ita obcæcati, & à lumine veritatis alieni, vt verbo Dei à tempore incarnationis, humanæ carnis denegent veritatē, ostendant in quo sibi Christianorum nomen vsurpent, & cum Euangelio veritatis qua ratione concordent, si per beatæ virginis partum aut caro sine deitate, aut deitas orta est sine carne Sicut enim negari non potest (Euangelista dicente) quod verbū caro factum est, & habitauit in nobis: ita negari non potest (B. Paulo Apostolo prædicante) quod Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quæ autem reconciliatio esse posset, qua humano generi propitiaretur Deus, nisi omnium causam mediator Dei hominumq; susciperet. Qua verò ratione veritatē mediatoris impleteret, nisi qui in forma Dei æqualis est patri, in forma serui particeps esset & nostri: vt mortis vinculū, vnus prauaricatione contractum, vnus morte (qui solus morti nihil debuit) solueretur. Effusio enim pro iniustis sanguinis iusti Christi, tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad pretium, vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullū diaboli

*Ioan. 1. 2. Cor. 5.*

*Rom 5.* boli vincula retinerēt: quoniam sicut apostolus ait: Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Et cum sub peccati præiudicio nati, potestatem acceperint ad iustitiam renascendi, validius factum est *† domum.* *†* bonum libertatis, quam debitum seruitutis. Quam itaque sibi huius sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in saluatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati: dicant quo sanguine sint redempti. Quis est (vt ait apostolus) qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis? Aut quod vnquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus & æternus pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis, imposuit? Quauis enim multorum sanctorum in conspectu domini pretiosa mors fuerit, nullus tamen in fontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt iusti non dederunt coronas: & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non, dona iustitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt: nec alterius quisquam debitum suo sine per soluit: cum inter filios hominū vnus solus dominus noster Iesus Christus, qui verè erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quib<sup>9</sup> ipse dicebat: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Fides enim vera iustificat impios, & creans iustos, ad humanitatis suæ tracta *† participium.* *†* participem in illo acquirit salutem, in quo solo homo se inuenit innocentem, liberum habens, per gratiam dei de potentia eius gloriarī, qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphauit. Licet ergo in vno domino Iesu Christo vero dei atque hominis filio, verbi & carnis vna persona sit, quæ inseparabiliter atque indiuisè communes habeat actiones, intelligendę tamen sunt ipsorum operum qualitates: & syncera fidei contemplatione cernendum est, ad quæ prouehatur humilitas, & ad quæ inclinatur altitudo diuinitatis. Quid sit quod caro sine verbo non agit, & quid sit quod verbum sine carne non efficit. Sine verbi enim potentia nec conciperet virgo nec pareret: & sine veritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent magi puerum stella indice declaratū & sine veritate carnis non iuberetur in Aegyptum trāsferri puer, & ab Herodis persecutione subduci. Sine verbi potentia non diceret vox patris missa de cœlo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite, & sine veritate carnis non protestaretur Ioannes: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia non fieret reintegratio debilibus, & viuificatio mortuorum: & sine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine verbi potentia non se dominus patri profiteretur æqualem: & si ne veritate carnis non idem diceret patrem esse maiorem, cum catholica fides vtrumque suscipiat, vt rūque defendat, quæ secundum confessionem b. apostoli Petri, vnum Christum dei viui filium, & hominem credit, & verbum. Quauis itaque ab illo initio quo in vtero virginis verbum caro factum est, nihil vnquam *† in vtraque forma corporis.* *†* inter vtranque formam diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea vnus personæ totius *†* temporis actiones, ea ipsa tamen quæ inseparabiliter facta sunt, nulla commixtione confundimus: sed quid cuius formæ sit, ex operum qua-

litate sentimus *†*. Dicant ergo isti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma ligno crucis dominus maiestatis Christi<sup>9</sup> affixus sit, quid iacuerit in sepulchro, & reuoluto monumento lapide, quæ tertia die caro resurrexerit, & *† Ibidem.* *†* in quo post resurrectionem suam non credentes quos *† quæ.* *†* dam discipulos arguebat, & hæsitacionem cunctantium confutabat, quum diceret. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et apostolo Thomæ: Infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli esse incredulus, sed fidelis. Qua vtrique manifestatione corporis sui iam hereticorum mendacia destruebat, vt vniuersa ecclesia, Christi imbuenda doctrinis, hoc sibi non dubitaret credendum, quod apostoli susceperant prædicandum. At si in tanta lucis veritatis tenebras suas hæretica obduratio nō relinquit, ostendat vnde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi per mediatorem dei & hominū hominem Iesum Christum non potest perueniri. Si cut enim ait B. Petrus apostolus, non est aliud nomē datum hominibus sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri: nec est redemptio captiuitatis humanæ, nisi in sanguine eius, qui dedit semetipsum redemptio nem pro omnibus: & qui (sicut prædicat b. apostolus Paulus) cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo: sed semetipsum exinanivit formam serui accipiēs, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomē quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Cum ergo vnus sit domin<sup>9</sup> Iesus Christus, & veræ deitatis, veræque humanitatis in ipso vna prorsus eademque persona sit: exaltationem tamen qua illum sicut doctor gentium dicit, exaltauit deus, & donauit illi nomen quod super omne nomē excellit, ad eam intelligimus pertinere formam quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento.

In forma quippe dei æqualis erat filius patri: & inter genitorem atque vnigenitum nulla in essentia erat discretio, nulla in maiestate diuersitas: nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat verbo, quod ei patris munere redderetur. Forma autem serui, per quam impassibilis deitas sacramentum magnum pietatis impleuit, humana humilitas est: quæ in gloriam diuinā potestatis euectæ est, in tanta vnitate, ab ipso conceptu virginis, deitatis & humanitatis conferta, vt nec sine homine diuina, nec sine deo agerentur humana. Propter quod sicut dominus maiestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est deo, dicitur exaltat<sup>9</sup>, quia inseparabiliter manēte vnitate personæ, vnus atque idem est & totus hominis filius propter carnem, & totus dei filius propter vnā cum patre deitatem. Quicquid enim in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui quæ non habuit conferrentur. Nam secundum potentiam deitatis indiffert<sup>9</sup> ter omnia quæ habet pater, etiam filius habet: & quæ in forma serui à patre accepit, eadem in forma dei etiam ipse donauit. Secundum formam enim dei, ipse & parte vnum sunt: secundum formam autem serui non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius

*Acto. 4.*

*1. Timo 2.*

*Phil. 2.*

*Ioan. 10.*

*Ioan. 5.* eius qui misit eum. Secundum formam dei, sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Secundum formam serui, tristis est anima eius usque ad mortem. & idem ipse est (sicut ait apostolus) & diues & pauper. Diues, quia (euangelista dicente) in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Pauper vero, quia propter nos verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quæ autem est eius exinanitio, quæque paupertas nisi formæ seruilis acceptio? per quam verbi maiestate velata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est. Nam quia captiuitatis nostræ resoluendi origina vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis, nostræque naturæ, quem peccati præiudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus præordinatum: ita est in plenitudine præfinito temporis factum ut multis modis significata promissio, in diu expectatum veniret effectum: nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus semper fuerat nunciatum. In magno autem sacrilegio se transari hæreticorum manifestat impietas, transari cum sub specie deitatis honorandæ, humanæ carnis in Christo denegant veritatem: & religiose existimant credi, si dicatur in saluatore nostro verum esse quod saluat, cum ita secundum promissionem omnia secula percurrentem mundus sit deo reconciliatus in Christo, ut nisi verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro saluari. Omne enim sacramentum fidei Christianæ, magno (ut hæretici volunt) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio puratur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus de nostri in Christo corporis veritate, quia omnes apostoli, apostolorumque discipuli, & præclari ecclesiarum quique doctores, qui ad martyrii coronam, vel ad confessionis meruere gloriam peruenire, in huius fidei lumine splenduerunt, consonis vbiq; sententiis intonantes, quod in domino Iesu Christo deitatis & carnis vna sit consistenda persona. Quæ autem rationis similitudine, quæ diuinorum voluminum portione, hæretica impietas se existimat adiuuari, quæ veritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non prophetia præcinere, non euangelista docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quærant per omnem seriem scripturarum, quo tenebras suas fugiant in quo verum lumen obscuret, & per omnia secula ita veritatem inueniunt coruscantem, ut magnū hoc & mirabile sacramentum ab initio videant creditū, quod est in fine completū. De quo cum sanctarum litterarum nulla pars sileat, sufficit quædam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur, & sincera intelligentiæ luce perspicatur, quod in filio dei, qui se incessabiliter filium hominis & hominem profiteretur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum. Et autem pietas tua cum venerabilium patrum prædicationibus nos concordare cognoscat aliquantas eorum sententias huic credidi subiiciendas esse sermoni. Quibus si digneris attendere recensitis, non aliud nos prædicare reperies, quam quod sancti patres nostri toto orbe docuerunt: nec quemquam ab illis nisi solos impios hæreticos discrepare. His igitur, gloriosissime & venerabilis imperator,

quanta potui breuitate perstrictos, cum inspirata tibi diuinitus fide, etiam nostram prædicationem vnitam esse cognosce, nec in aliquo nos ab euangelica apostolicaque doctrina, vel à catholica professione symbolica discrepare: quoniam sicut docet b. apostolus Paulus, magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Quid igitur tuæ utilius est salutari, quid tuæ congruentius potestati, quam ut paci ecclesiarum domini tua constitutione prospicias, & in omnibus tibi subditis dei dona defendas, neque vlla ratione patiaris per inuidiam diaboli ministros ipsius in cuiusquam scire perniciem ut qui hoc sancto temporali emines regno, in æternum merearis regnare cum Christo.

3 Sancti Hilarij Pictauiensis episcopi & confessoris, in libro secundo inter cætera: Vnum igitur hoc est immobile fundamentum, vna hæc felix fidei petra, Petri ore confessi: Tu es, Christus filius dei viuus tanta in se argumenta sustinens veritatis, quæ peruersitatum quæstiones, & infidelitatis calumniæ mouebuntur. Iam in cæteris dispensatio voluntatis paternæ est, Virgo, partus, & corpus: postque crux, mors, inferi, salus nostra est. Humani enim generis causa dei filius natus ex virgine est & spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famularis: & sua, dei videlicet inumbrante virtute, corporis sibi initia conseruit, & exordia carnis instituit, ut homo factus ex virgine, naturam in se carnis acciperet, perque huius admixtionis societatem, sanctificatum in eo vniuersi generis humani corpus existeret: ut quemadmodum omnes in se, per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, ita rursum in omnes ipse per id quod eius est inuisibile referretur. Dei igitur imago inuisibilis pudorem humani exordij non recusauit, & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omnes naturæ nostræ contumelias transcurrit. Quid tandem dignū à nobis tantæ dignationis affectui repèdetur? Inenarrabilis à deo originis vnus vnigenitus deus, in corpusculi humani formam sanctæ virginis vtero insertus acrescit. Qui omnia continet & intra quæ, & per quæ cuncta sunt, humani partus lege profertur: & ad cuius vocem archangeli atque angeli tremunt, cælum & terra & omnia huius mundi resoluentur elementa, vagitus infantis auditur. Qui inuisibilis & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderandus, cuius est obuolutus. Hæc si quis indigna deo recolat, tanto se maioris beneficii obnoxium confitebitur, quanto minus hæc dei conueniunt maiestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est: sed nos eguimus ut deus caro fieret & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis vnus, membra vniuersæ carnis incoheret. Humilitas eius, nostra nobilitas est, contumelia eius, noster honor est. Quod ille est deus in carne consistens, hoc nos vicissim in deum ex carne renouati.

Item libro nono inter cætera: Nescit plane vitam suam, crescit, qui Christum Iesum, ut verum deum, ita & verum hominem ignorat. Et eiusdem periculi res est, Christum Iesum vel spiritum deum, vel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo (inquit) qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui est in cælis. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui est in cælis. Hæc verbum

1. Tim. 3.

lib. 2. de fide vel de trinitate. Matt. 16.

Hilar. ubi supra.

Matt. 10.

bum caro factum loquebatur, & homo Iesus Christus dominus maiestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ constitutus, & illo ipso inter deum & homines mediatoris sacramento vtrinque vnus existens, dum ipse ex vnitatis in id ipsum naturis, naturæ vtriusque res eadem est, ita tamen, ut neutro careret in vtroque, ne forte deus esse homo nascendo desineret, & homo rursum deus manendo non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est deum & hominem prædicare, verbum & carnem confiteri, neque deum nescire quod homo sit, neque carnem ignorare quod verbum sit. Item eiusdem in eodem libro inter cætera: Natus igitur vnigenitus deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporis in semetipso prouecturus in deum hominem, hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit, ut se filium dei credi doceret, & hominis filium prædicari admoneret. Loquens & gerens homo vniuersa quæ dei sunt: loquens deinde & gerens deus vniuersa quæ hominis sunt, ita tamē, ut in illo ipso vtriusque generis sermone nunquam nisi cum significatione & hominis locutus & dei sit. Item alio loco in eodem libro inter cætera: Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes, hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturam diuinam infirmitatē mentiantur: & quia vnus atque idem est loquens omnia quæ loquitur, de semetipso omnia eum locutum esse contendunt. Nec sanè negamus, totum illum qui eius manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Iesus Christus & homo & deus est, & neque cum homo, tum primum deus, neque cum homo, tum non etiam & deus, neque post hominem in deo non totus homo, totus deus: vnus atque idem necesse est dictorum sacramentum eius esse, quod generum. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem à deo, dei tamē atque hominis discernes sermonem. Et cum deum atque hominem in tempore dicta diiudica. Cum verò ex homine & deo rursum totius hominis, totius etiam dei tempus intelligis, si quid aliud ad demonstrationem eius temporis dictum est, tempori coaptato quæ dicta sunt: ut cum aliud sit ante hominem deus, aliud sit homo & deus, aliud sit post hominem & deum totus homo, totus deus: non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum, alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium iam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Iesus Christus transiens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ locutus est, non tamen omittens naturæ suæ esse, quod deus est. Nam tametsi in partu ac passione & morte, naturæ nostræ res peregerit res tamen ipsis omnes virtute naturæ suæ gessit & reliqua.

Item alio loco in eodem libro inter cætera: Videtur ita deum & hominem prædicari, ut mors homini, deo verò carnis excitatio deputetur? Non tamen ut alius sit qui mortuus est, & alius sit, per quem mortuus resurgit. Spoliata enim caro Christus est mortuus: & rursum Christum à mortuis excitans, idē Christus est, carne se expoliatus. Naturam dei in virtute resurrectionis intellige: dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint vtraque, suis gestis naturis, vnum tamen Christum Iesum cum memento

locutus.

gerens.

esse, qui vtrumque est. Item post pauca: Hæc igitur demonstranda à me paucis fuerunt, ut vtriusque naturæ formam tractari in domino Iesu Christo meminissimus, quia qui manens in forma dei, formam serui suscepit, ipse diuinitatem nequaquam amisit.

Item sancti Athanasij Alexandrinæ ecclesiæ episcopi & confessoris ad Epictetum Corinthiorum episcopum. Quomodo autem vel dubitare ausi sunt qui dicuntur Christiani, si is dominus qui ex Maria virgine processit, filius quidem de substantia & natura dei est: id verò quod est secundum carnem, ex semine David est, & carne sanctæ Mariæ?

Item sancti Ambrosij episcopi & confessoris Mediolanensis ecclesiæ, quod misit ad imperatorem Gratianum, in libro secundo de fide, inter cætera: Vnde illud quod lectum est, dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus: sed quia idem deus, idem homo, per diuinitatem deus, per susceptionem carnis homo, Christus Iesus dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia confors vtriusque naturæ, id est humanæ atque diuinæ, in natura hominis subit passionem: ut indiscretè & dominus maiestatis dicitur esse qui passus est, & filius hominis, sicut scriptum est: Qui descendit de cælo. Item alio loco in eodem libro inter cætera: Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones: quia regnum dei, sicut scriptum est non in persuasionem verbi est, sed ostensione virtutis. Seruemus distinctionem diuinitatis & carnis. Vnus in vtroque loquitur dei filius, quia in eodem vtraque natura est. Et si idem loquitur, non vno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam dei, nunc hominis passionem. Quasi deus loquitur quæ sunt diuina, quia verbum est: quasi homo dicit quæ sunt humana, quia in ea substantia loquebatur. Item eiusdem in libro de incarnatione domini contra Apollinaristas: Sed dum hos redarguimus, emergunt alij, qui carnem domini dicant & diuinitatem vnus naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomere? Iam tolerabiliores sunt Artiani, quorum per istos perfidiæ robur adolefcit: ut maiore contentione asserant patrem & filium & spiritum sanctum vnus non esse substantiæ quia isti diuinitatem domini & carnem, substantiæ vnus dicere tentauerunt. Item infra: Et hic mihi frequenter Nicæni concilij tractatum se tenere commemorant. Sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed dei verbum vnus substantiæ cum patre esse dixere. Et verbum quidem ex paterna processisse substantia, carnem autem ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicæni concilij nomen obtenditur, & noua inducuntur, quæ nunquam nostri sensere maiores? & reliqua. Item eiusdem ad transarum episcopum inter cætera: Vnde pulchrè apostolus eiusdem verbi repetitione vsus est, dicens de domino Iesu Christo: Cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Quid est, in forma dei, nisi in plenitudine deitatis, in illa perfectionis diuinæ expressione? Ergo cum esset in plenitudine diuinitatis, in illa perfectionis diuinæ expressione? Ergo cum esset in plenitudine diuinitatis, exinaniuit se, & accepit plenitudinem naturæ & perfectionis humanæ. Sicut deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in vtraque forma. Vnde & David dicit: Speciosus forma præ filiis hominum

deus qui dem de.

ca. 4.

Ioan. 3.

Ephef. 4. 1. Cor. 4.

qui quasi

ca. 6.

eodem lib. cap.

ad Iræneum. lib. 7. epistoliarum epist. 47. phil. 2.

psal. 44.



*Pfal. 44.* minum. Concluditur Apollinarista, nec quod se ver-  
 tat haber: suis clauditur retribus. Ipse enim dixit,  
 formam serui accepit, non seruus lectus est. Iterum  
 ergo interrogo: Quid est in forma dei? Respondit, in  
*Galat. 4.* natura dei. Sunt enim, ait apostolus, qui non sunt natu-  
 ra dei. Quæro quid sit, formam serui accipiens: Sine  
 dubio perfectionem naturæ & conditionis ut dixi,  
 humanæ, ut esset in hominum similitudine. Et pul-  
 chrè non carnis sed hominum dixit similitudinem,  
 quia in carne eadem est. Sed quia sine peccato erat  
 solus, omnis autem homo in peccato, in specie homi-  
 nis videbatur. Vnde & propheta ait: Et homo est, &  
 quis cognoscit eum? Homo secundum carnem, sed  
 ultra hominem secundum diuinam operationem.  
 Denique cum leprosum tangeret, homo videbatur,  
 sed ultra hominem cum mûdaret. Et cum Lazarum  
 mortuum fleret, mortuum quasi homo flebat: sed su-  
 pra hominem erat cum mortuum vinctis iuberet pe-  
 dibus exire. Homo videbatur cum penderet in cru-  
 ce, sed supra hominem cum referatis tumulis mor-  
 tuos suscitaret. S. Augustini episcopi Hipponen-  
 sis ecclesiæ ad Dardanum, inter cætera: Noli ita  
 que dubitare ibi nunc esse hominem Christum, vnde  
 venturus est: memoriterque recole, & fideliter tene  
 Christianam confessionem, quoniam resurrexit à  
 mortuis, ascendit in cælum, sedet ad dexteram pa-  
 tris: nec aliunde quam inde ad iudicandos venturus  
 est viuos & mortuos.  
 Et sic venturus est illa angelica voce testante, quem  
 admodum est ire visus in cælum, id est in eadem for-  
 ma carnis atque substantia, cui profecto immortalitatem  
 dedit, naturam non abstulit. Item eiusdem in  
 epistola ad Velusianum inter cætera: Nunc verò ita  
 inter deum & homines mediator apparuit, ut in vni-  
 rate personæ copulans vtranque naturam, & solita  
 sublimaret in solitis, & insolita solitis temperaret. I-  
 tem eiusdem in expositione euangelij secundum Io-  
 annem, inter cætera: Quid igitur heretice, cum Chri-  
 stus sit deus & homo, loquitur ut homo, & iam ca-  
 lumniaris deo? Ille in se naturam commendat huma-  
 nam, tu in illo audes deformare diuinam? & iterum  
 infra: Agnoscamus geminam substantiam Christi,  
 diuinam scilicet qua equalis est patri: humanam, qua  
 maior est patre. Vtrumque autem simul non duo, sed  
 vnus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas de-  
 us. Sicut enim vnus est homo rationalis & caro: sic  
 vnus est Christus deus & homo: ac per hoc Christus  
 est deus, anima rationalis & caro Christum in his om-  
 nibus, Christum in singulis confitemur. Quis est  
 ergo per quem factus est mundus? Christus Iesus,  
 sed in forma dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifi-  
 xus? Christus Iesus, sed in forma serui. Item eiusdem  
 cuius supra: Quis non est derelictus in inferno? Chri-  
 stus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrexerit tri-  
 duo iacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed in carne  
 sola. Dicitur ergo in his singulis Christus: verum hæc  
 omnia, non duo vel tres, sed vnus est Christus. Ideo ergo  
 dixit: Si diligeretis me, gauderetis vti que, quia vado  
 ad patrem: quoniam naturæ humanæ gratulandum  
 est eò quod sic assumpta est à verbo vnigenito, ut im-  
 mortalis constitueretur in cælo: atque ita fieret terra  
 sublimis, ut in corruptibilis puluis sederet ad dexte-  
 ram patris. S. Ioannis Constantinopolitani episcopi  
 & confessoris in homilia de cruce & latrone: Sed  
 cur cum cruce veniat, videamus: scilicet, ut hi qui e-  
 um crucifixere, suæ sentiant dementia cæcitatem.

Et ideo impudentiæ eorum signum portatur. Ideo  
 propheta ait: Tunc lamentabuntur omnes tribus ter-  
 ræ, videntes accusatorem, & agnoscetes peccatum.  
 Et quid mirum est si crucem portans adueniet, quan-  
 do & vulnera corporis ipsa demonstrat? Tunc enim  
 (inquit) videbunt, quem transfixere. Et sicut post re-  
 surrectionem, Thomæ voluit diffidentiam confuta-  
 re, & illi clauorum loca monstrauit, & lateris vulne-  
 ra declarauit, & dixit, Mitte manum tuam, & vide,  
 quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me  
 vides habere: sic & tunc ostendit vulnera, crucem-  
 que demonstrabit, ut ostendat illum se esse, qui fue-  
 rat crucifixus. Item eiusdem in homilia de ascensio-  
 ne domini: Nam sicut duobus iurgio separatis, vnus  
 in medio positus, altercantium litem discordiamque  
 dissoluit, ita & Christus fecit. Deus nobis iuste irasce-  
 batur, & nos contemnebamur iratum, & clementem  
 dominum declinabamus: & se medium Christus in-  
 gessit, & sociavit vtramque naturam, & nobis quod  
 imminet supplicium, ipse sustinuit. Item eiusdem  
 in eadem homilia inter cætera: Christus igitur no-  
 stræ naturæ primitias obtulit patri: & oblatum do-  
 num miratus est pater. Quod tanta dignitas offere-  
 bat, & quod offerebatur, nulla macula fœdabatur.  
 Nam & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis  
 fecit esse participem: & quod plus est, ad partem suæ  
 dexteræ collocavit. Cognoscamus quis ille est qui  
 audiuit, Sede ad dexteram meam. Quæ natura est,  
 cui dixit, Esto meæ particeps sedis. Illa natura, quæ  
 audiuit, Terra es, & in terram ibis. Item eiusdem in  
 eadem homilia inter cætera: Quo sermone vtar, quo  
 verbo dicam, reperire non possum. Natura fragilis,  
 natura contempta, & omnibus monstrata deterior,  
 omnia vicit, omnia superauit, & omnibus hodierna  
 die meruit excellior reperiri. Hodie angeli vota diu  
 desiderata receperunt: hodie archangeli, quod mul-  
 to tempore cupiebant, inspicere valuerunt. Naturam  
 nostram in sede dominica ipsi immortaliter fulgentem  
 gloria prouiderunt. S. Theophili episcopi Alexan-  
 drini de epistola paschali, quam per Aegyptum de-  
 stinauit: Cuius rei testis est ille qui loquitur: Omnes  
 declinauere: simul inutiles facti sunt. Et propheta  
 Christi auxilium deprecantes: Domine inclina cœ-  
 los tuos, & descende. Non ut mutaret locum in quo  
 omnia sunt: sed ut propter salutem nostram carnem  
 humanæ fragilitatis assumeret. Paulo apostolo eadē  
 continente: Cum esset diues, pro nobis pauper factus  
 est, ut nos illius paupertate ditaremur: venitque in  
 terras: & de virginali vtero, quæ sanctificauit, egres-  
 sus homo, interpretationem nominis sui Emmanuel  
 id est nobiscum deus, dispensatione confirmans,  
 mirum in modum cœpit esse quod nos sumus: & non  
 desinit esse quod erat: sic assumens naturam nostram,  
 ut quod erat ipse, non perderet. Quamquam enim  
 Ioannes scribat, Verbum caro factum est, id est aliis  
 verbis, deus homo factus est: verbum tamen non est  
 verum in carnem, quia nunquam deus esse cessauit.  
 Ad quem & spiritus sanctus loquitur: Tu autem i-  
 dem ipse es. Et pater de cælo contestatur & dicit: Tu  
 es filius meus dilectus, in quo mihi bene compla-  
 cui. Ut & homo factus, nostra confessione permane-  
 re dicatur quod fuit priusquam homo fieret, Paulo no-  
 biscum eadem prædicante: Iesus Christus heri & ho-  
 die, idem ipse & in æternum. In eo enim quod ait, ip-  
 se, ostendit eum pristinam non mutasse naturam, nec  
 diuinitatis suæ imminuisse diuitias: quia propter nos  
 pauper

Zacha. 12.

† pupuge-  
 runt.

Matt. 3.  
Mar. 2.  
Luca. 3.

† Cappa-  
 docia.

Pfal. 109.  
Matt. 22.

Gen. 3.

Pfal. 13.

Pfal. 143.

2. Corin 8

Mat. 1.

Ioan. 1.

Hebra. 1.

Mat. 3.

Marci. 1.

Luca. 3.

Heb. 13.

pauper effectus, plenam similitudinem nostræ condi-  
 tionis assumpserat. Item eiusdem in alia epistola pa-  
 schali contra Origenem inter cætera: Vnus filius, pa-  
 tris nostrique mediator, nec equalitatem eius amisit  
 nec à nostro consortio separatus est. Inuisibilis deus  
 & visibilis homo forma serui absconditus, & domi-  
 nus gloriæ confessione credentium comprobatus.  
 Neque enim priuauit eum pater naturæ suæ nomine  
 postquæ pro nobis homo & pauper effectus est: nec  
 in Iordane fluuio baptizatum, altero appellatum voca-  
 bulo, sed filium vnigenitum, Tu es filius meus dile-  
 ctus, in quo mihi bene complacui. Nec similitudo  
 nostra in diuinitatis est mutata naturam: nec diuini-  
 tas in nostræ naturæ versa est similitudinem. S. Gre-  
 gorij episcopi Nazianzeni in homilia de epiphania, in-  
 ter cætera: Cum ergo processisset ex virgine deus, in  
 ea quam assumpserat humana natura, vnam è duobus  
 sibi inuicem contrariis existens carne & spiritu, ali-  
 ud in deum assumitur, aliud deitatis gratia præstat. I-  
 tem infra: Missus est quidem, sed ut homo. Duplex  
 enim erat in eo natura. Inde denique & laborauit ex-  
 itinere, inde & esuriit & sitiuit, & contristatus est &  
 fleuit humani corporis lege. S. Basilij episcopi & cap-  
 padocis: Cum ergo quædam in Christo ita videmus  
 humana, ut nihil à communi mortalium fragilitate  
 distare videantur: quædam ita diuina, ut nulli alij ni-  
 si illi ineffabili naturæ conueniant deitatis, hæret hu-  
 mani intellectus angustia: & tanta admirationis stu-  
 pore perculsa, quod declinet, quid teneat, quod se ver-  
 tat, ignorat. Si hominem putet, deuictio mortis regno  
 cum spoliis redeuntem à mortuis cernit. Propter quod  
 cum omni metu & reuerentia contemplanandum est,  
 ut in vno eodemque ita vtriusque naturæ veritas de-  
 monstretur, vt neque aliquid indignum & indecens  
 de diuina illa & ineffabili substantia sentiat: neque  
 rursum quæ humanitas gesta sunt, falsis illusa imagi-  
 nibus æstimetur. S. Cyrilli episcopi Alexandrini.  
 Homo nominatus est, cum sit natura deus, dei patri  
 verbum: quoniam similiter ut nos sanguini commu-  
 nicauit & carni. Sic enim in terris apparuit, non amit-  
 tens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam  
 in sua ratione perfectam. Item eiusdem in libro qui  
 dicitur Golia: Vnus igitur est & ante incarnationem  
 deus verus, & qui in diuinitate mansit, & in qua erat,  
 est & erit. Non transdiscernendum igitur vnum domi-  
 num Iesum Christum in hominem seorsum, & seorsum  
 in deum, sed vnum eundemque Iesum Christum  
 esse dicimus: non ignorantes differentias naturarum  
 sed eas inconfusas inter se seruantes. Item cuius su-  
 præ: Dicitur nanque tanquam aliud in alio inhabi-  
 tare, id est diuinam naturam in humanitate non per-  
 pessam commixtionem, ut esset quod non erat. Quic-  
 quid enim in alio habitare dicitur, non ipsum sit  
 tale quale est id in quo habitat, sed aliud in alio  
 magis intelligitur. At verò in verbi natura & huma-  
 nitatis nobis solam differentiam designat diuersitas  
 naturarum. Vnus enim ex vtraque intelligitur Chri-  
 stus. Ergo inconfusione (vt ante dixi) seruata, inhabi-  
 tasse ait verbum in nobis. Scit enim vnum esse filium  
 vnigenitum, carnem factum & hominem. Item cu-  
 ius supra ad Nestorium: Ait igitur sancta & magna  
 synodus ipsum qui est ex deo patre natus naturaliter  
 filium vnigenitum, deum verum de deo vero, lumē  
 de lumine, per quem & cum quo omnia fecerit pa-  
 ter, hunc descendisse, incarnatum esse, & hominem  
 factum, passum esse, resurrexisse tertia die, & ascen-

† id quod  
discer-  
nendo.

† Certū est

† quod.

habetur tē-  
pore Ephe-  
sini conc.  
sub Celest.  
papa.

disse rursus ad cœlos. Hæc nos sequi verba debe-  
 mus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, con-  
 siderantes quid sit incarnatum esse, & hominem fa-  
 ctum dei verbum. Non enim dicimus quod dei natu-  
 ra conuersa vel immutata, facta sit caro: nec quod in-  
 totum hominem, qui est ex anima & corpore trans-  
 formata sit, sed illud magis, quod carnem animatam  
 anima rationali, sibi copulauerit verbum: & substan-  
 tialiter, ineffabiliter & irreprehensibiliter factus sit  
 homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non  
 da tantummodo voluntate, sed nec assumptione so-  
 la personæ, sed quod diuersæ quidem naturæ in vnū  
 conuenerint, vnus tamen ex ambabus Christus &  
 filius, non euacuata aut sublata diuersitate naturarū  
 per coniunctionem, sed quia simul nobis effecerunt  
 vnum deum, & Christum, & filium, id est diuinitas  
 & humanitas, per arcanam illam ineffabilemque co-  
 pulationis adunationem. Itaque is qui ante secula o-  
 mnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter  
 dicitur procreatus in tempore. Non quia diuina ipsi  
 us natura de sacra virgine sumpsit exordium: nec quod  
 propter seipsam opus habuit secundo nasci post illam  
 natiuitatem quam habebat ex patre (est enim ineptū  
 & stultum hoc dicere, quod is qui ante omnia secu-  
 la est consempiternus patri, secundæ generationis  
 egerit ut esse inciperet) sed quia propter nos & pro-  
 pter nostram salutem, naturam sibi copulauit humanam  
 & processit ex muliere, idcirco dicitur esse natus car-  
 naliter. Neque enim prius natus est homo commu-  
 nis de sancta virgine, & tunc demum habitauit in eo  
 verbum, sed in vulua vteroque virginali transiit  
 cum carne coniunxit, & sustinuit generationem carnalem:  
 carnis suæ natiuitatem, suam faciens. Sic illum dici-  
 mus & passum esse, & resurrexisse, non quia deus ver-  
 bum in sua natura passus sit aut plagas, aut clauorum  
 transfixiones, aut alia vulnera suscepit (deus nan-  
 que incorporealis extra passionem est) sed quia cor-  
 pus illud quod ipsius proprium factum est, transiit  
 est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. In-  
 erat enim in eo corpore quod patiebatur, deus qui  
 pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius in-  
 telligimus. Immortale enim & incorruptibile est na-  
 turaliter, & vita, & viuificans dei verbum. Sed quia  
 corpus ipsius proprium, gratia dei, iuxta Pauli vocē,  
 pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur  
 mortem passus esse pro nobis. Non quod in se mor-  
 tem esset expertus, quantum ad ipsius naturam perti-  
 net (infamia est enim hoc vel sentire, vel dicere) sed  
 quod (vt supra diximus) caro ipsius mortem gusta-  
 uit. Ita & resurgente carne, ipsius rursus resurrectio-  
 nem dicimus, non quia in corruptionem ceciderit  
 (quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Ita Chri-  
 stum vnum & dominum confitemur, non tanquam  
 hominem cum verbo coadorantes, ne diuisionis quæ-  
 dam species inducatur, sed vnum iam & eundem a-  
 dorantes: quia non est alienum à verbo corpus suum  
 cum quo etiam ipsi adfident patri: Nec hoc ita dici-  
 mus, quasi duobus filiis adfidentibus, sed vno cum  
 carne per vnitatem, quasi talem copulationem factam  
 per substantiam, aut quasi transibilem, aut quasi pa-  
 rum decoram voluerimus accipere, in id incidimus  
 vt duos filios esse dicamus. Necesse est enim discer-  
 nere, & dicere hominem separatim fuisse sola filij ap-  
 pellatione honoratum: & rursus verbum quod est  
 ex deo, & nomine & veritate filium dei: sed discer-  
 nere in duos filios non debemus vnum dominum  
 Iesum

† ab in

† pupuge-  
 runt.

† primum.

† se cum  
carne.

† hoc susti-  
nit.

† deus.

Hebr. 1.

† ipse.

† impa-  
vel impos-  
vel prepa-  
sibilem.

† in homi-  
ne in.



Iesum Christū. Neque enim id adiuuat rectā fidei rationē: licet nonnulli nescio quā phibeant copulationem personarum. Nō dixit enim scriptura, verbum dei personam hominis sibi assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem ostendere est, dei verbum similiter ac nos participacionem habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrū proprie suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abiecta nec deposita deitate, aut generatione illa quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis, deum, quod erat. Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse comperimus. Ideo illi non dubitauerunt sanctam virginem dicere theorocon: non quod verbi natura deitasque in sancta virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatū anima rationali, cui substantialiter adunatum dei verbum, carnaliter natum esse dicitur.

HILARIUS.

**H**ic pontifex, natione Sardus, anno domini 463. papa in ordine 46. electus, decreuit ne pontifices sibi successores eligerent: quod decretum ad omnes gradus ecclesiasticos pertinet. Idem tres vniuersales synodos comprobauit, Nicenam, Ephesinam & Chalcedonensem. Extat eius decretalis epistola, quinque capitulis absoluta, quam in Concilio Romano sub eo celebrato videre est, vt ne hic repetatur, Extant & duæ epistolæ Ascanij metropolitani simul & vniuersorum episcoporum quæ Tarraconensis prouinciæ ad hunc Hilarium, quarum priore petebat factum suum ab apostolica sede probari, quod (petentibus id prouincialibus) Nundinarij cuiusdam episcopi Barchinonensis iudicium secuti fuerant, qui moriens successorem sibi in episcopatu constituerat Ireneum quendam. Altera petebant iidem, Syluani cuiusdam episcopi Calaguritanum temeritatem coerceri, qui in locum legitime creati episcopi, inuiti ac nolentis, alium submisserat.

Quibus Hilarius per sequentem epistolam respondit, cuius hæc sunt capitula.

1. Vt nullus sine consensu episcopi metropolitani episcopus ordinetur.
2. Vt nullus episcoporum relicta propria ecclesia ad aliam transcat.
3. Vt Ireneus remotus à Barchinonensi ecclesia, ad propriam reuertatur.
4. De remouendis episcopis qui illicitè ordinati sunt: & ne in vna ecclesia duo episcopi habeantur.
5. De damnatione Irenei, si ad suam ecclesiam non reuertatur.

**H**ilarius episcopus Ascanio & vniuersis episcopis Tarraconensis prouinciæ. Postquam literas vestræ dilectionis accepimus, quibus præsumptiones Syluani episcopi Calagurensum ecclesiæ retundi peristis: & rursus Barchinonensem quæritis nimis illicita vota firmari, honoratorum & possessorū Turialsonensium, Cascantensium, Calaguritanorū, Virgiliensium, Triciensium, Legionensium & Ciuitatensium, cum subscriptionibus diuersorum lite-

ras nobis constat ingestas: per quas id quod de Syluano querela vestra deprompserat excusabatur. Sed reprehensione iustissima, eorum pariter iusta allegatio non carebat: quia præter conscientiam metropolitana ni fratris & coepiscopi nostri Ascanij, nonnullis ciuitatibus ordinatos claruit sacerdotes. Vnde quoniam quicquid ab alterutra parte est iudicatum, omnium videmus perueritate confusum, temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere quod gestum est, vt nihil deinceps contra præcepta B. apostoli, nihil contra Nicenorum canonum constituta tentetur.

Capitulum primum.

**H**oc autem primum iuxta eorumdem patrum regulas volumus custodiri, vt nullus præter notitiam atque consensum fratris nostri Ascanij metropolitani aliquatenus cōsecratur antistes: quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc trecento-

rum decem & octo sanctorum patrum definiti authoritas: cui quisquis obuias tetenderit manus, eorum se consortio fatetur indignum, quorum præceptionibus resultauit.

2. In quorum contumeliam, à superbo spiritu etiam pars illa contemnitur, qua vetatur ne quis relicta ecclesia ad alteram transire præsumat. Quod nimis improbè, cōniuentibus, & (vt doleatur grauius) vobis asserentibus, Ireneus episcopus conatur admittere, qui nostra authoritate roborari cupitis, quos maxime de rebus illicitis magna indignatione probatis accendi. Lectis ergo in conuentu fratrum, quos natalis mei festiuitas cōgregat, literis vestris quæ de ordinandis episcopis secundum statuta Canonum vel prædecessorum meorum decreta sunt, prolata sententia, gestorum, quæ pariter direximus, tenore discetis.

3. Vnde remoto ab ecclesia Barchinonensi, atque ad sua remisso Ireneo episcopo, sedatis per sacerdotale modestiam voluntatibus quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant quod non licet, obtinere: talis protinus de clero proprio Barchinonensis episcopus ordinetur, quem te præcipuè, frater Ascani, oporteat eligere, & debeat cōsecrare: ne si similiter forte factum fuerit, non sine obiurgatione tui maxime nominis retundat nostra præceptio, quod in iniuriam dei, à quo specialiter sacerdotaliū est gratia dignitarum, didicerimus admissum. Nec episcopalis honor hæreditarium ius putetur, quod nobis sola dei nostri benignitate Christi confertur.

4. Ordinatos ergo nunc episcopos (qui licet te ignorante prouecti sunt, cum suis authoribus meruerunt submoueri) hac ratione firmamus, si nec viduarum maritus fuerit quisquam, & in vnus virginis nuptias ac vota conuenerit, sicut & legalia constituta precipiunt, dicendo: Sacerdotes virginem vxorem accipiāt, non viduam, non repudiatam, secundum quod etiam beatus apostolus Paulus, doctor gentium, de his qui fieri desiderant sacerdotes, propria institutione non tacuit, dicens: Vnius vxoris virum. Cuius sanè tenore sententiæ ita informati esse debetis, fratres charissimi, vt inter cætera quæ cauenda sunt, hæc studeatis præcipuè custodire, quæ cognoscitis ante vniuersa mandari. In quibus etiam præcipiendum est, ne duo simul sint in vna ecclesia sacerdotes

1. q. 7. c. quoniam quid.  
1. Tim. 3. b  
Heb. 10. b  
Nic. cō. c. 4. & 6.

Sardic. cō. ca. 1. & 2.

quod

7 q. 1. c. Remoto.

taliter.

retundatur.

nec in secunda coniugis.  
Leui. 21. c  
Eze. 44. f

1. Tim. 3. a

perspicuum.

cerdotes, nec literarum ignarus, aut carēs aliqua parte membrorum, vel etiam ex pœnitentibus aliquis ad sacrum ministeriū profus sinatur accedere. Nec tantum putetis petitiones valere populorum, vt cū his parere cupitis, voluntatem dei nostri, quæ nos peccare prohibet, deseratis. Cuius indignatio ex hoc grauius commouetur: quia benignitas eius, dum fiunt illicita per eos qui sunt interpretes placationis, offenditur.

5. Vt autem omnia, secundum hæc quæ scripsimus corrigantur, presentes literas Traiano subdiacono nostro veniente direximus. Quod si Ireneus episcopus ad ecclesiam suam, deposito improbitatis ambitu, redire neglexerit, quod ei non iudicio sed humanitate præstabitur, remouendum se ab episcopali consortio esse cognoscat. Deus incolumes vos custodiat, fratres charissimi.

Eiusdem Hilarij epistola ad Veranum, Leontium & c.

Vt qua aduersus privilegia ecclesiarum contra canones à pontificibus per obreptionem imptata sunt nullius sint roboris: & quod nullus sacerdos in alterius prouincia ius sibi usurpet

**D**ilectissimis fratribus Verano, Leontio & Victurio episcopis Hilarius papa. Mouemur ratione iustitiæ, quæ licet ab omnibus qui recta sapient, debeat custodiri, tamen præcipuè dominis sacerdotibus non est temere negligenda, quorum cæteros informari conuenit institutis. Frater igitur & coepiscopus noster Ingenuus Ebredunensis, Alpium maritimarum prouinciæ Metropolitanus, semper honore subnixus, in præiudicium suum, sicut annexa declarat querimonia, quædam nos, petente fratre & coepiscopo nostro Auxamio, statuisse commemorat, quæ vniuersis in hac eadem causa defensionibus contraherent. Si quidem relationibus in nostro iudicio recensitis, quas frater & coepiscopus noster Veranus ad sanctæ memoriæ decessore meum cum cæteris prouinciæ sacerdotibus misit, & apostolicæ sedis quæ tunc directa fuerat, patefacta responsione manifestatum est nihil postea debuisse tentari, nec ad iniuriam synodaliū regularum quicquam per obreptionem quæ proximè facta est, oportere constitui. Nam licet ex hoc etiam quod à nobis est elicitum, cenfeatur infirmum, qui ex ipso insinuatum est exequi voluisse, qui meruit: tamen ne odio vel gratia moueamur, quæ in causarum disceptationibus esse non debet, ita vestræ charitati cognitionem adnexæ querimoniæ delegamus, vt nihil aduersum venerandos canones, nihil contra sanctæ memoriæ decessoris mei iudicium valeat, quicquid obreptum nobis esse constiterit. Nolumus nanque, fratres charissimi, ecclesiarum priuilegia, quæ semper sunt seruanda, confundi: nec in alterius prouincia sacerdotis, alterum ius habere permittimus: quia per hoc non minus in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones, quam in iniuriam ipsius domini profilitur: cum expectatio fructus nostri ministerij, non in latitudine regionum, sed in acquisitione ponitur animarum. Habeat itaque pontificium frater & coepiscopus noster Ingenuus pro-

uincia suæ, de cuius dudum ab apostolica sede est illicita cessione culpatus: & custoditis omnibus quæ super ecclesiis Cemeliensis ciuitatis, vel castelli Nicenensis, sicut diximus, sanctæ memoriæ decessoris mei definiuit autoritas, nihil ecclesiarum iuri noceat quod in alterum memoratorum à prædicto fratre ad excludendam cupiditatem quendam modum prohibuit ambitionis alienæ, proximè est episcopatus consecratus: sed statuta correctionis forma permaneat, vt ad vnus antistitis regimen prædicta loca reuertantur, quæ in duos diuidi nō decuit sacerdotes. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

Eiusdem Hilarij epistola ad Ascanium episcopum.

**D**ilectissimo fratri Ascanio Hilarius episcopus. Diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam ob hoc ad fastigium sacerdotale prouexit, vt mandatis ipsius inhaerentes, & in quadam sacerdotij eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. Vnde directis per Traianum subdiaconum nostrum literis, ad monemus, vt quæ malè sunt facta, corrigantur. Et miramur admodum, dilectionem tuam Barcinonensium petitiones non solum nulla autoritate retudisse, verum etiam directis ad nos literis, consummationem prauis desiderij postulasse, adhibendo in epistolarum proemio concilij mentionem, tanquam culpæ minuerentur excessus per multitudinem imperitorum, cum si etiam sub significatione vnusquisque sui nominis tecum pariter retulisset, & subscriptiones proprias factas singuli commodassent, dilectionem tamè tuā, rei de qua displiceret, summa tangebatur: quia pro loco & honore tibi debito cæteri sacerdotes docendi fuerant, non sequendi.

Vnde sicut in generalibus literis indicaui, Ireneus ad propriam reuertatur ecclesiam, & Barcinonensibus de suo clero protinus consecratur antistes, cui tamen statuta canonum & apostolica præcepta concordent. Et licet hi qui propter notitiam atque consensum tuæ dilectionis ordinati sunt sacerdotes, cum suis debuerint authoribus submoueri: ne quid tamen in tanta necessitate decernamus aucterum: eos qui episcopi facti sunt, ita volumus permanere, vt in apostolicis præceptionibus & statutis sanctorum patrum non reperiatur obnoxij: ac deinceps nihil quod contra disciplinam ecclesiasticam veniat, sicut hæcenus factum est perpetretur. Tuæ sollicitudinis est, frater charissime, omnia debita tibi autoritate tueri, & illicitis non modò non præbere assensum sed etiam cuncta quæ contra regulam facta repereris, coercere: atque ante omnia sola vnitate decernimus, Ireneum ad ecclesiam suam redire compelle. Ad quam sponte potius redire debet, si a sacerdotali consortio non metuit separari. Nec vnus ecclesiæ duo esse permittantur antistes: quod opportunius suprascripti subdiaconi fieri delegimus instantia: quem etiam pro conseruanda ecclesiæ disciplina commeari ad Hispanias, dispositionis nostræ fecit autoritas. Deus autem incolumen te custodiat, frater charissime.

Decretum Hilarij papæ iuxta Gratianum, quod in prioribus non ponitur.

Corpus Christi in singulis portionibus singuli totum accipiunt.

de cōf. d. 2. Vbi pars est. Exo. 16. d.



Bis pars est corporis, est & totum. Eadem ratio est in corpore domini, quæ in manna, quod in eius figura præcessit: de quo dicitur: Qui plus collegerat, non habuit amplius: neque qui minus parauerat, habuit minus. Non enim est quantitas visibilis in hoc estiman da mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

Item aliud eiusdem decretum.

Si quis contentiosus est in ecclesia dei, is notetur vsquequo se corrigat.

SIMPLICIUS.



Simplicius, Tiburtinus, anno domini 471. pontifex 47. statuit ne quis ad sacerdotium inuitus cogeretur, neve quis clericorum possessionem sacerdotij ab homine prophano susciperet. Huius epistolæ hoc ordine sequuntur.

Epistola prima Simplicij papæ ad Zenonem Spalensem episcopum de commissa vice apostolica sedis.



Dilectissimo fratri Zenoni Simplicius. Plurimorum relatu comperimus, dilectionem tuam feruore spiritus sancti ita te ecclesiæ gubernatorem existere, vt naufragij detrimenta, deo auctore, non sentiat. Talibus idcirco gloriantes iudiciis, congruum duximus, vicaria sedis nostræ te autoritate fulciri, cuius vigore munitus, apostolicæ institutionis decreta vel sanctorum terminos patrum, nullo modo transcendendi permittas: quoniam digna honoris remuneratione cumulandus est, per quem in his regionibus diuinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem cultodiat, frater charissime.

Eiusdem epistola secunda ad Ioannem Ra uennatem episcopum.



Implicius episcopus Ioanni episcopo Rauennati. Si quis esset inuitus ecclesiasticæ disciplinæ, vel si quid apud te sacerdotalis modestiæ teneretur nunquam plebiles perpetrarentur excessus: à quibus si nullo te paternarum regularum poteris continere præcepto, saltem sanctæ memoriæ prædecessoris tui fueras reuocandus exemplo: qui cum minus deliquisset faciendo presbyterum inuitum, senserat tamen dignum pro tali vsurpatione iudicium. Vbi ista didicisti, quæ in fratrem & coepiscopum nostrum Gregorium, non electione sed inuidia perpetrasti? quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atque vexari, vt ei honorem tantum nõ per animi tranquillitatem, sed per amentiam (sicut dicendum est) irrogares? Neque enim talia potuissent fieri

sanitate consilij. Nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod dignum est. Nam pri uilegiũ meretur amittere, qui permessa abutitur potestate. Sed vna nos ratio facit esse sententiæ mollior is, quam maluimus te, fratre & coepiscopo nostro Proiecto referente, cognoscere, non nostris literis propter opprobrium publicare. Nam scandalum cuius author agnosceris, ita moderatio nostra compe scuit, vt frater & coepiscopus meus Gregorius (quẽ non prouectum constat esse, sed pulsum) nullam cau sam (sicut petiit) tecum habiturus, Mutinensem gu bernet ecclesiam, & contubernium spiritalis, quod fortiri non oportebat inuitum, nõ recuset amplecti. Cui si quid negocij forsitan emergerit, nostrum ex eo vel contra eum petatur examen. Necesse est etiam quas (faciente te) compellitur sustinere, hac de finitione consulemus, vt refuso prædio quod ante an num tibi datum esse commemorat, atque ad acle siam Rauennatam reuerso, possessio in Banoniensi 30. solidorum reddituum liberorũ sine dubitatione tradatur, in diem scilicet vitæ eius, saluo proprietatis iure Rauennatis ecclesiæ, ad quam post prædicti obitum reuertetur. Quod si non fuerit nostris paren tum constitutis, quid post transgressionem maneat contumacem, ipse perpendis. Denunciamus autem, quod posthac quicquam tale præsumpseris, & ali quem seu episcopum seu presbyterum seu diaconũ inuitum facere fortẽ credideris, ordinationes tibi Rauennatis eccle. vel Aemiliensis noueris auferẽdas.

Eiusdem epistola tertia ad Florentinum, Equitium & Seuerum, episcopos.



Simplicius episcopus Florentio, Equitio & Seuero episcopis. Relatio nos vestræ dilectionis instruxit, & gestorum series plenius intimauit, Gaudentium A ufiniensis ecclesiæ sacerdotem, contra statuta canonum ac nostra præcepta ordinationes il licitas perpetrasse, quarum illi totam penitus auferri præcipimus potestatem. Scripsimus enim ad Seuerũ fratrem & coepiscopum nostrum, vt (si necesse fue rit) ipsa in supradicta ecclesia, consideratis patrum regulis, hoc fungatur officio, quo ille abusus esse cõ uictus est, ita vt hi qui illicitè ab eodem sunt proue cti, ab ecclesiasticis ministeriis sint remoti. Simul eti am de redditibus ecclesiæ, vel oblatione fidelium, quid deceat nescienti, nihil licere permittat, sed sola ei ex his quarta portio remittatur. Dux ecclesiasticis fa bricis, & erogationi peregrinorum & pauperũ pro futuræ ab Onagro presbytero sub periculo sui or dinis ministrentur: vltima inter se clericis pro singu lorum meritis diuidatur. At verò ministeria eccle siæ quæ alienata comperimus, reparare præsumptor prædicti fratris compellatur instantia: cui etiam hoc specialiter præcipimus imminere, vt tres illas portio nes quas per triennium dicitur sibi ratummodo vindicasse, restituat.

Eiusdem epistola quarta, ad Acacium.



Dilectissimo fratri Acacio Simplicius. Cogitationum ferias non habemus: nec enim quiescere nos causã permittit, quã si relinquamus, Christo domino nostro, cuius interest, in excusabiles sumus. Et mirum est di

lectionẽ tuã tot emensis tẽporibus, & tot opportuni tatibus inde venientibus nihil nos de Alexandrina, quã grauius quatitur, instruere voluisse, cũ monere te nec increpatio nostra deliterit, vt participata solici tudine literas meas apud Christianissimũ principẽ p sentibus tuæ dilectionis psequeris alloquiis: & in stituti veteris memor, in orthodoxorum defensionem nobiscũ sic semper incumberes, ne quisquã nõ strũ Christiana plebe peunte reatũ deditiois incur rat. Vnde hortamur dilectionẽ tuã, vt opportunè at que importunè pijs auribus insinuare non desinat, quatenus Alexandrinæ ecclesiæ pax optata reddatur celeriter vigilantia tuæ prouentus inducatur.

Rescriptũ Acacij ad Simplicium vrbis Romæ archiepiscopũ.

2. Cor. 2. g

Domino sancto patri archiepiscopo. Simplicio Aca cius. Sollicitudinẽ omnium ecclesiarũ secundũ aposto lum circũferẽtes, nos indefinenter hortamini, quan uis spõte vigilãtes, ac præcurrẽtes: sed vos diuino ze lo sollicitos demonstratis, statũ Alexandrinæ ecclesiæ certius requirẽtes, vt p paternis canonibus suscipia tis laborẽ pijsimo stillãtes sudore pro his, sicut sem per est approbatũ. Sed Christus deus noster, qui dili gẽtibz se, in bonũ cooperatur, nostris cogitationibus insidẽs, & vnã nobis in his mentẽ atque eandem gloriã esse cognoscẽs, omnẽ victoriam ipse perficit, cõsortes nos cũ tranquillissimo principe faciens, & Timotheũ quidẽ decessorẽ, spiratẽ pcellas, & eccle siasticã tranquillitatẽ (sicut apparuit) conturbantẽ, vi tã subtraxit humanã, dicens ei: Tace, & obmutesce. Petrũ quoq; qui ab Alexandria more pcellẽ surrexe rat, dissipauit, atque in tãternã fugã (sancto spiritu flante) conuertit, vnũ ex his qui olim fuerãt damna ti. Sicut enim in nostris tã archiuis vel cõciliis inuen tum est, & de nostris scriiniis si dignamini requirere, poteritis agnoscere, quẽ de eodẽ subsequuta, ab Ale xadrinũ episcopo Romã ad alterutrum sunt relata. Qui Petrus noctis existẽs filius, & opẽtũ diei lucentiũ alienus apparẽs, omnino tenebras ad latrocinium peragendũ congruas quẽsiuit: earũq; cooperator, ve niẽs media nocte, adhuc iacẽte cadauere illi qui pa ternos canones subuerterat, insepulto, subrepsit in sedẽ, sicut ipse arbitratus est, vno & solo presente, & eo, qui consors illius insitebat insanix, ita vt ppter hoc maioribus suppliciis subderetur: nec, quod spera bat, effectum est. Sed ille quidẽ de se ex parte vel mi nima tãdicã, nusquã penitus omnino cõparuit. Timo theus autẽ paternorũ canonũ custos, qui Davidicæ mãsuetudinis exẽplo subditus, & vsque in finẽ pa tiẽs, atq; potestati ppriã restitutus à Christo, ppriã sedis honore lætatur: & spiritaliũ filiorũ voces acci piens, gratiã curationis expectat, multiplicato in se honore à Christo principe sacerdotũ: ppter quẽ & tolerãtiã coronã sibi met relegauit. Attẽti igitur o ret vestra beatitudo & pro Christianissimo impera tore, & pro nobis ipsis. Nihil enim pretermittitur eo rum quæ ad custodiam ecclesiasticã respiciunt disci plinã. Vniuersam fraternitatem quæ vobiscum est in Christo, ego & qui mecum sunt salutamus & alta manu. In domino ora pro nobis iustissime pater.

Felix tertius.

Felix tertius, Romanus, pōtifex 48. creatur anno domini 486. hic cũ in Africã episcopi multi & ps byteri rebaptizãtũ, cõgregata frequente synodo multorũ episcoporũ, quid de hoc sētiret, ita eis ppo suit: Cõmunis dolor & generalis est gemitus quod in tra Africã rebaptizatos etiã episcopos, psbyteros

diaconosq; cognouimus quẽ res sine dubio ad vestrẽ quoq; puenit sanctitatis notitiã. De quo quid obseruari debeat, ordinare nos cõuenit. Proinde vt mani festa sit super hoc nostra sentẽtia, quẽ nobis sunt visa recitẽtur. Et recitauit Anastasius diaconus.

Dilectissimis in Christo fratribz, vniuersis episcopis p diuersas puincias cõstitutis: Qualiter in A phricanis regionibz astutia diaboli seuerit in popu lũ Christianũ, atq; in id multiplice deceptione prur perit, vt nõ modò vulgus incautũ, sed ipsos quoq; in mortis profunda demerserit sacerdotes, nullũ nõ or bis gemuit, nulla terra nesciuit. Vnde in graui mero re positi, dissimulare nõ possumus pereuntũ atq; à no bis exigẽdarũ discrimẽ animarũ. Quapropter cõpetens adhibẽda est talibus medicina vulneribz: ne im matura curãdi facilitas, mortifera capitis peste nihil p̄sit, sed segnius tãtracta pnicies, reatu non legitimæ curationis inuoluat pariter saucios & medentes.

Capitulum primum.

In primis itaq; veniẽtis ad vos, & remediũ postu lãtis, sollicitè discutienda est p̄fessio & p̄sona decep ti, vt medela possit cõgruẽs exhiberi. Et qui, satisfactur deo per p̄nitentiã, se rebaptizãtũ legitimè do luerit, vtrũ hoc facinus tãcõcurrerit, an impulsus accesserit, requiratur: sciẽs qd se decipiat ipse, qui fal lit: nihil per nostrã facilitatẽ tribunalis, tã excelsũ iudi cio derogari, cui illa sunt rata, q̄ pia, quæ vera, quẽ iu sta sunt: & aliter necessitatis, aliter tractanda est ratio volũtatis. Deterior est autẽ causa illius qui forte p̄tio sollicitatũ est vt p̄iret. Nihil enim intẽtatũ relin quit inimicus: cui ne de sua liceat gaudere captura, succurrẽdũ est irretitis, & cõterẽdus est venãtis la queus, vt infucarũ lamẽtantibus lapsũ, tã iustitiẽ mo deramine, q̄ cõpũctioe pietatis, ad aulã quã relique rant, sit regressus. Nec pudeat forsità aur pigeat indi geat in dictis ieiuniorũ gemituũq; tẽporibz obedire, aut aliis obseruantia salubrioris obrẽperate p̄ceptis quia humilibz datur gratia, nõ supbis. Sit ergo r̄tinã suã dolore p̄stratũ, quisquis in Christo fieri q̄rit ele ctus: & p̄tã dispositionis nostrẽ mysteriũ qd vestrã se cõuenit charitatẽ. Nec alicui fas est velle vel posse tãscẽdere causas eius qui cõtra apostolicã doctrinã ad iterationẽ se baptismatis nimis infastã dedit: vel ei qui aliquibz argumẽtis excusandũ callidè p̄ priũ putauerit esse cõsensum. Sacerdotali vigore & humanitate tractemus, vt in eis fides (quẽ nisi est vna iã nulla est) adiutorio domini iudicis ad salutẽ sine nostrã opationis offensionẽ reparetur: quia cũ pec catoris à nobis satisfactio protrahitur, nõ p̄ter laudẽ nostrã atq; l̄titiã, m̄s ei ad veniã purgator inueni tur. Et ideo memineritis, hanc super his nos habere sententiam, vt seruata discretione peccatum, nõ eadem cuncti qui lapsi sunt lance pensentur: quoniam maioris castigationis exigendus est vsura, cui do mus domini commissa fuerit disciplina.

2 Vt ergo ab ecclesiẽ summiratibz inchoemus, eos quos episcopos, presbyteros vel diaconos fuisse con stiterit, & seu optantes forsitan seu coactos, lauacri illius vnici salutarisq; claruerit fecisse iacturam, & Christum (quem non solum dono regenerationis, verum etiã gratia percepti honoris induerãt) exuif se, cum constet neminẽ ad secundã tinctionẽ venire potuisse, nisi se palã Christianũ negauerit, & profes sus fuerit se esse paganũ. Quod cũ generaliter sit in omnibz execradũ, multo magis in episcopo. psbyteris diaconibus auditu saltem dictũq; probatur horren dum.

dum. Sed quia idem dominus atque saluator clemētissimus est, & neminem vult perire, vsque ad exitus sui diem in pœnitentia, si respiscunt, iacere conueniet: nec orationi non modo fidelium, sed nec catechumenorum omnimodis interesse: quibus cōmunio laica in morte reddēda est. Quā rē diligētius explorare vel facere pbatissimi sacerdotis cura debebit.

†redhibenda. Nic. conc. ca. 41. de cō. d. 4. Eos quos.

3 De clericis autē & monachis, aut puellis dei, aut secularibus, seruari p̄cipimus hūc tenorē quē Nicœna synodus circa eos qui lapsi sunt vel fuerint, seruandū esse cōstituit: vt scilicet qui nulla necessitate, nullius rei timore aut periculo se vt rebaptizētur, hēreticis impiē dederunt, si tamē eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes sint: septē autē annis subiaceant inter pœnitentes manibus sacerdotū: duobus t̄ autē annis oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantūmodo t̄ secularibus in oratione sociari. Nec cōfundatur deo colla submittere, qui nō eū timuit abnegare. Quod si, vt pote mortales, intra metas p̄scripti temporis cœperit vitā finis vrgere, subueniendum est imploranti, & seu ab episcopo qui pœnitentiam dederit, seu ab alio, qui tamen datam esse probauerit, aut similiter à presbytero viaticum abeunti de seculo non negetur.

†etiam. †popul. ar. bus.

4 Pueris autē, quib⁹ quod adhuc t̄ imberbes sunt t̄ à pubertate vocabulū est, seu clericis, siue laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur ætatis, aliquādiu sub manus impositione detētis, reddenda cōmunio est: nec eorū expectanda pœnitētia quos excipit à correctione cēlura. Quod est à nobis prouidēdē constitutū, ne hi quibus in terreni labe cōtagij plus minusve restat ad vitā, dū adhuc in pœnitentia sunt, pœnitēda cōmittant. Quod si ante p̄finitū pœnitētiæ tēpus desperatus à medicis, aut euentibus mortis pressus iudiciis, recepta quisquā cōmunionis gratia conualescit, seruemus in eo quod Nicœni canones ordinauerūt, vt habeatur inter eos qui in oratione sola cōmunicāt, donec impleatur spatium tēporis eidē p̄stitutū. Nec catechumenos nostros, qui sub tali professione baptizati sunt, t̄ p̄ter mittimus: quia non est causa dissimilis (sicut iudē sancti canones ordinauerunt) eius qui quolibet modo Christū, quē semel cōfessus, abiurarit trib⁹ annis inter audietes sint, & postea cū catechumenis p̄mittantur orare p̄ man⁹ impositionē cōmunionis catholice gratiā p̄cepturi: exceptis sanē tantūmodo episcopis, psbyteris, & diaconibus, quos solo mortis suæ tēpore reconciliandos esse iam diximus. Ceteros, id est seu clericos siue monachos, seu t̄ laicos vtriusque sexus personas, quos \* violentia ac periculis coactos iterationē baptismatis subisse constiterit, vel qui aliquo commento huius se facinoris piaculo dixerint non teneri, his pœnitentiam per triennium durare decreuimus, & per manus impositionem ad societatem recipi eos sacramenti.

†innestes vel impubes. †a puritate.

Nic. conc. ca. 13.

†prætermissus.

Nic. conc. ca. 14. Locus obsecratus.

1 q. 7. Qui t̄ qualibet orate.

tē, vel sub manu positū sacerdotis, aut eū qui recōciliatū se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio & literis, ad cui⁹ p̄tinet parochiā, presbyter aut episcop⁹ in ciuitate suscipiat. Quod si aliqua dissimulatione negligitur, culpa t̄git etiā clerū qui in locis in quibus hoc minus curatum fuerit, commoratur. His itaq; rite dispositis, & ad ecclesiarū vestrarū notitiā nostra deliberatione platis, parere vos cōuenit: quibus licet ad animarū reparationē nihil deesse videatur, tamē si cui noui aliquid, & quod p̄terire nos potuit, fuerit reuelatū, secundū beatum apostolum Paulum, tacente priore fideliter insinuet: I. Cor. 14. f. qui spiritus vbi vult spirat, maximē cum sua causa tractatur nec nos pigebit audire: & liquæ sunt omissa, non arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare Deus custodiat vos, dilectissimi fratres.

1. Cor. 14. f. Ioan. 3. b

Epistola eiusdem ad Acaciū Constantinopolitanū episcopum qua eum condēnat propter Eutybianorum communionem. Felix episcopus sanctæ eccle. catholice urbis Romæ Acacio.

Multarū transgressionū reperitis obnoxius, & in venerabilis cōcilij Nicœni cōtumelia sæpe versatus, alienarū tibi puinciarū iura temerariē vindicasti. Hēreticos & peruasores, atque ab hēreticis ordinatos, & quos ipse dānaueras, atque ab apostolica sede petisti dānari, non modō cōmunioni tuæ recipiendos putasti, verū etiā aliis ecclesiis (quod nec de catholicis fieri poterat) p̄sistere fecisti, atq; etiā honorib⁹ quos nō merebatur, auxisti. Testatur hoc Ioānes, quē à catholicis Apameę nō receptū, pulsumq; de Antiochia, Tyriis p̄fecisti: & Humeri⁹ tūc de diaconio deiectus, atque Christiani nominis appellatione priuatus, à te etiā in presbyterij p̄uictus officium. Et quia si hæc minora tibi viderētur, in ipsam doctrinā apostolicā veritatē ausus tuos & supbiā terendisti, vt Petrus, quē dānatū à sanctę memorię decessore meo ipse retuleras, sicut testantur annexa, beati euangelistę sedem te iubente rursus inuaderet, & fugatis orthodoxis episcopis & clericis, sui proculdubio similes ordinaret: pulsoque eo qui illic fuerat regulariter constitutus, captiuam teneret ecclesiā. Cuius tibi aded grata persona est, & ministerium eius acceptum, vt episcopos & clericos plurimos orthodoxos tūc Cōstantinopolim venientes detegaris affligere, & apocrifarios eius confouere, atque anathematizantem eundem Petrum Chalcedonensis decreta cōcilij, & violentem sanctę memorię Timothei sepulturā sicut ad nos certiores tunc quoq; nuncij detulerunt, por Mesenum & Vitalem crederes excusandū: nec eum laudare desineres, & multis efferre p̄coniis, ita vt damnationē ipsius, quam antē retuleras, veram non fuisse iactares. Tantum autem perseueras in hominis defensione pueri, vt quondā episcopos, nunc verō honore & cōmunione priuatos, Vitalem atque Mesenum, quos ad eius expulsionem specialiter miseramus, sublato, custodię passus fueris mancipari: & ad promissionem quā tibi cum hēreticis haberetur exinde productos, sicut eorum professionibus patet factum est, ad hēreticorum tuamque communionem, contempta, quæ vel gentiū iure seruari debuit, legatione, pertraheres, p̄amiisque corrumperes: & in læsionem beati Petri apostoli, à cuius sede profecti fuerant, non solum inefficaces redire faceres, sed etiam impugnatorem omnium quę fuerant mandata, monstrares. In quorum deceptionem, tuam nequitiam prodidisti, & à libello fratris & coepiscopi mei Ioannis, qui te grauissimis obiectionibus impetuit, in Apostolica secundū canones respōdere diffidēs obiecta firmasti, Felicē quoque defensorē fidelissimū nobis, necessitate faciēte serius subsecutum, in dignū tuis censuisti oculis. Eos quoq; tecū literis cōmunicare testatus, quos constat hēreticos. Quid enim sunt aliud, qui post obitū sanctę memorię Timothei ad ecclesiā sub Petro redeunt, vel qui se ex catholicis eidē tradiderunt, nisi q̄ Petrus, qui ab vniuersa ecclesia atq; à te fuerat iudicatus? Habe ergo cum his quos libenter amplecteris portionem ex sententia p̄senti, quam per tuæ tibi direximus ecclesię defensorum: sacerdotali honore & cōmunionem catholicam, nec non etiam à fidelium numero segregatus, sublato tibi nomen & munus ministerij sacerdotalis agnosce sancti spiritus iudicio & apostolica per nos autoritate damnatus, nec iam anathematis vinculis t̄ eruentus.

†exuend⁹

d. 10. certū est hoc.

24. q. 1. Acacius non fuit.

Eiusdem Felicis decreta duo ex Gratiano. PRIMVM.

In ecclesiasticis causis regia voluntas sacerdotib⁹ est postponenda. Certū est hoc rebus vestris esse salutare, vt cū de causis dei agitur, iuxta ipsius constitutionē, regiā voluntatē sacerdotibus Christi studeatis subdere, nō p̄ferre: & sacrosanta p̄ eorū p̄sules potius discere, quā docere: ecclesiasticam formā sequi, non huic, humanitas obsequendo, iura p̄figere: neque in eius sanctionibus velle dominari, cuius clementiæ deus voluit tuæ piæ deuotionis colla submittere: ne dum mensura cœlestis dispensationis exceditur, eatur in contumeliam disponentis.

SECUNDVM.

Non vlt̄ra eum procedere oportet, quid in hēreticis damnatā incidit. Acacius nō fuit noui vel p̄prij inuētor erroris, vt in eū noua scita p̄diceret: sed alieno facinori suā cōmunionē miscuit. Itaq; necesse est vt illā recideret iusta læce sententiā, quā cū suis successoribus p̄ cōiunctiā synodalē suscepit author erroris.

GELASIVS I.

Gelasius, natione Apher, anno domini 494. pontifex in ordine 49. creatur. hic Manichæos vrbe Roma expulsi, eorumque scripta publicē combussit. Inter alia preclara facinora scripsit & epistolam ad episcopos per Lucaniam & Brutios ac Siciliam constitutos, cuius hi sunt tituli.

- 1 De institutis ecclesiasticis moderatē pro temporis qualitate dispositis.
- 2 Vt ubi nulla perurget necessitas, constituta patrum iniurata seruentur.
- 3 Vt cum defuerint clerici, de monachis eligantur.
- 4 Si de laicis eligantur ad clerū, quantū tēporis obseruetur.
- 5 De dignis aliisque personis, qui ad ministerium clericatus nullatenus applicantur.
- 6 Vt ab episcopis sine p̄ceptione papæ noua basilica non dedificentur.
- 7 Vt nulla p̄cia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur.
- 8 De presbyteris, vt nihil de his quæ sunt episcoporum, p̄sumant.
- 9 Vt diacones mensuram propriam iuxta patrum decreta custodiant.
- 10 Quod diaconi in presbyterio residere non possunt.
- 11 Quod apostolica sedes paternis canonibus pio studio deuotique custodiat.
- 12 Vt p̄ter paschale tempus vel Pentecostes nemo baptizare p̄sumat.

- 13 De presbyterorum & diaconorum ordinationibus certis temporibus celebrandis.
- 14 De virginibus sacris, quando velentur.
- 15 Vt vidua non velentur.
- 16 Vt serui obtentu religionis non suscipiantur in clerum, vel in monasterium.
- 17 Vt clerici nullas negociationes inhonestas & turpia lucrifectentur.
- 18 Vt nemo literas nesciens, vel aliqua parte corporis imminutus, ad clerum promoueat.
- 19 De his qui seipos abscondunt.
- 20 De criminosis, vt ad clerum non prouebantur.
- 21 Quod t̄ demoniis aliisque passionib⁹ irretitis, t̄ ministeria t̄ demoniacis. sacra tractare non liceat.
- 22 Quod hi qui sacris virginibus se sociant, & fœdera incesta commiserunt, communicare non possunt, nisi publicam pœnitentiam gesserint.
- 23 Quod vidua (vt supra dictum est) non velentur: sed si professam continentiam proposito mutato calcauerint ipsa pro se rationem deo reddant.
- 24 Quod secunda coniugia secularibus non negentur: quibus tamen ad clerum minime venire conceditur.
- 25 Vt si quis suscepit ecclesiā propria desertorē, & in aliquā prouexerit dignitatem, vterque subiaceat sententię quam canones p̄fixerunt.
- 26 De laicis vel monachis qui premium ordinantur, vt dātem & accipientem Simonis magi crimen inoluat.
- 27 Vt nulla basilica sub defunctorum constituta nomine, deducatur.
- 28 De feminis vt sacris altaribus non ministrent, vel aliquid ex his quæ virorū sunt officii deputata p̄sumant.
- 29 De redditibus ecclesiæ vel oblatione fidelium vt quatuor portiones fieri debeant.
- 30 Vt episcopus, presbyter & diaconus qui contra hæc constituta fecerit, sui honoris periculo subiaceat.

Epistola Gelasii papa.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis p Lucaniam & Brutios & Siciliam constitutis, Gelasius. Capitulum primum.

**E**cessaria rerū dispensatione cōstringimur & apostoli. sedis moderamine cōuenimur, sic nononū paternorū decreta librare, & retro p̄tulū decessorūq; nostrorū p̄cepta metiri, vt quæ p̄sentū necessitas temporū restaurādis ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligētī quātū potest fieri, tēperemus: quo nec in totū formā veterū videamur excedere regularū, & t̄ reparandis militiæ clericalis officijs, quæ per diuersas Italię partes ita belli famisque consumpsit incurso, vt in multis ecclesiis (sicut fratris & coepiscopi nostri Ioānis, Rauennatis ecclesię sacerdotis, frequenti relatione comperrimus) vsquequaque deficiente seruitio t̄ ministrorum, nisi remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus antiquitus interualla p̄fixa remaneant (sine quibus administrari nequeant) sacris ordinibus ecclesię funditus destitutæ: atque in plurimis locis, per inopiam competentis auxilij, salutare subsidium redimendarum desit animarum: nosque magno reatu, si tanto t̄ coarctante periculo non aliquatenus t̄ consulemus, innecti. Priscis igitur pro sui reuerentia manentibus cōstitutis, quæ vbi nulla vel rerum vel temporum perurget angustia, regulariter conuenit custodiri, eateenus ecclesiis quæ vel cunctis sunt priuatæ ministris, vel sufficiētibus vsque aded despoliatæ seruitijs, vt plebi.

†dispositione.

1 q. 7. Necessaria.

†for. & t̄

†ministeriorum.

†exhortante

†consulante

d. 55. p̄. scilicet.



plebibus ad se pertinentibus diuina munera supplere non valeant, tam instituendi quam promouendi clericali obsequij sic spatia dispensanda concedimus.

d. 77. si quis de religio. c. 5. seq.

3 Ut si quis etiam de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus, ad clericale munus accedat, in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo graui facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortassis vxorem nec à marito relicta fortitus ostenditur: si pœnitentiã publicã fortassis non gessit, nec vlla corporis parte vitiatu apparet: si seruili aut originariã non est conditioni obnoxius: si curiã iã probatur nexibus absolutus: si affectus est literas, sine quibus vix fortassis ostiarij possit implere ministeriũ: vt si his omnibus quæ sunt prædicta, fulcitur, cõtinuò lector vel notari, aut certè defensor effectus, post tres menses existat acolythus, maximè si huic ætas etiam suffragatur: sexto mense subdiaconi nomen accipiat: ac si modestæ cõuersationis, honestæque volũtatis existit, nono mense diaconus, cõpletoque anno sit presbyter: cui tamen quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta præstitisse deuotio.

d. 77. c. 5. para. siue ro lucius.

4 Si verò laicus quispiã ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitus in singulis quæ superius cõprehensa sunt, huiusmodi debet examinare personam, quantum inter mundanam religiosamque vitã constat esse discriminis: quia vtique cõuenientia ecclesiã ministeria reparanda sunt, non inccõuenientibus meritis ingerenda: tãtoque magis quod sacris aptum possit esse seruitiis, in corũ quærendum est institutis, quantum de tempore quo fuerant hæc assequenda, decerpitur: vt morũ habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit: nec p occasione supplede pecuniã clericalis, vitia potius diuinis cultibus intulisse iudicentur, nec legitime familiarit computemur, pcurasse compendia: quorũ p motionibus, sup anni metas, sed menses nihilominus subrogamus: quoniã (sicut dictũ est) distare cõuenit inter psonã diuino cultui deditã, & de laicorũ conuersatione venietẽ. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, vt illis ecclesiis quibus infestatione belorũ vel nulla penitus vel exigua remãserunt ministeria, renouetur: quatenus his deo ppitio restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogãdis canonũ paternorũ verus forma seruetur: nec cõtra eos vlla ratione præualeat, q pro accidentis defectus remedio puidetur, nõ aduersus scita maiorũ noua lege pponitur cæteris ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas nõ simili clade vastatas, pristinã faciẽdis ordinationibus cõuenit tenere sententiã. Quo magis hac opportunitate cõmoniti, obseruatiã venerãdorũ canonũ ppesi delegam, singulorũ graduũ cõsciẽtias admonetes, ne in illicitos prorũpere moliantur excessus.

treputemur.

quisquã d. 50. Non confidat.

intra dispositionis mandato. de cõ d. 1. Basilicas. 1. q. 1. Bap-

5 Nec fas esse cõfidat quisquis pontificium, bigamos, aut cõiugia fortiẽtes ab aliis derelicta, siue quolibet post pœnitentiã, vel sine literis, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiẽ publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla tẽporis cõgruẽtis expectatione discussos, diuinis seruitutibus applicare ministeriis: neq, p suo libitu iura studeat aliena peruadere absque sedis apostolicæ iusta dispositione mandante.

6 Basilicas nouiter institutas, non petitis ex more præceptionibus dedicare nemo audeat: nec ambiat sibi met episcopi vindicare clericos potestis alienæ. 7 Baptizãdis consignandisque fidelibus p̄cia nulla

presbyteri p̄figant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiãt renascẽtes: quoniã quod gratis accipimus, gratis dare madamur. Et ideo nihil à p̄dictis, p̄sus exigere moliantur, quo vel paup̄tate cogẽte deterriti, vel indignatione reuocati, redẽptionis suę causas adire despiciãt: certũ habẽtes, q qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissã non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprij sint honoris.

tiz. andis. Matt. 10. 4. Tiure.

8 Nec minus etiã psbyteros vltra modũ suũ tendere phibemus: nec episcopali fastigio debita, sibi met audacter assumere: nõ cõficiẽdi chris̄matis, nõ cõsignationis p̄tificialis adhibẽdæ sibi met accipere facultatẽ: nõ, p̄sente quolibet antistite, nisi fortasse iubeatur, vel orationis vel actionis sacre supplede sibi p̄sumat esse licetiã: neq, sub ei aspectu, nisi iubeatur aut sedere p̄sumat, aut t venerãda tractare mysteria. Nec sibi meminerit vlla ratione cõcedi, sine summo p̄tifice, subdiaconũ aut acolythũ ius habere faciẽdi nec profus addubiter, si quicquã ad episcopale ministeriũ specialiter p̄tinentis, suo motu putauerit exequendũ, cõtinuò se psbyterij dignitate & sacra cõmunionem priuari. Quod fieri necesse est censeamus, si eius p̄fule deferente huiusmodi fuerit preuaricatio comprobata: nec iplo eius episcopo à culpa cõniuentiã & vltione vacaturo, si immoderata facientem dissimulauerit vindicare.

d. 95. Presbyteros.

venerabilia.

9 Diaconos quoq, propriã cõstituim seruare mẽsurã, nec vltra tenorẽ paternis canonib deputatum quippiã tẽtare. Nihil eorũ suo ministerio p̄mittimus applicare, quẽ primis ordinibus propriẽ decreuit antiquitas. Absque episcopo vel presbytero baptizare non p̄sumat, nisi p̄dictis fortassis officiis longius constitutis, necessitas extrema compellat. Quod & laicis Christianis facere plerumque conceditur.

d. 93. Diaconos propriam. Nic conc. ca. 18.

10 Eos nõ in psbyterio residere cũ diuina celebratur, vel ecclesiã habetur quicqu; tractat. Sacri corporis p̄rogationẽ sub cõspectu p̄tificis seu presbyteri, nisi his absentibus, ius non habeant exercendi.

hos Nic. con. ca. 14.

11 Cũ enim decreta venerabiliũ sanctorũ nos quoq, magnopere custodire nitamur, ac sine eorũ dispendio, etiã illa quẽ pro alicuius vtilitatis cõpendio fortasse videãtur laxanda, t credamus: cũque nobis cõtra salutariũ reuerentiã regularũ cupiamus temere nihil licere, & cũ sedes apostolica superior his omnib fauete domino, quẽ paternis canonibus sunt p̄fixa, pio deuotoque studeat tenere proposito: satis indignũ est, quenquã vel p̄tificũ vel ordinũ subsequentiũ, hanc obseruatiã refutare, quã B. Petri sedẽ & sequi videat, & docere: satis conueniens sit, vt torum ecclesiã in hac sibi met obseruatione cõcordet, quã illic vigere conspiciat, vbi dominus ecclesiã totius posuit principatũ, dicẽte scriptura: Ordinate in me charitatẽ & ite: Omnia certo ordine fiãt. Atq, iterũ psalmista p̄dicante: Circũdate Siõ, & cõplectimini eam: narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite t domos eius, vt enarretis in progenies alteras, quoniam hic est deus deus noster in æternum, & ipse reget nos in secula. Hic proculdubio, qui in ecclesiasticarum narratur altitudine dignitatum, & in cuius virtute bonis operibus corda ponenda sunt, gradibus vtique distributis, cunctis deus noster & rector populis p̄dicãdus est Christianis, vbi nemo sibi met aliquid iam existimet imminutum, cũ & vniuscuiusq, perfectio ni nil deperit, & conueniẽter retinendo quod cœlesti dispẽ

de cõ d. 1. Basilicas.

dicamus cedamus.

deo.

Matt. 16. Cant. 2. 4. 1. Cor. 14. Psal. 47. gradus.

Locus obscurus.

collatũ.

constat. 1. q. 1. Et si illa.

De cõ d. 4. Baptizãdis

d. 75. ca. 5.

20. q. 1. De uotis.

non ante 25. annos, nisi.

d. 54. Gene r. l. u.

1. Tim. 6. a

phania

d. 88. cõf. quẽ q. ca. apo ca. 44

Nic. cõ

si dispensatione donatũ est, pariter nobis & cognoscibile deũ fieri, & tribuit esse rectorẽ. Nã & si quid indulgetur de tẽporũ quantitate, moribus aggregata strenuitate p̄satur: si vitã iã proposito cõtinetur, q protelata fuerat etate curãdũ, dummodo illa nullatenus dissimulata subrepãt, quorũ qlibet sibi inesse claruerit, meritò clericalibus in sulis reprobabilẽt cõuincat esse psonã. Et si illa nõ nõquã sinẽda sunt, quẽ, si ea tẽrorũ cõstet itegritas, sola nocere nõ valeãt: illa tamẽ sunt magnopere p̄cauedã, q recipi nisi manifesta decoloratione nõ possunt. Ac, si ea ipsa quæ nullo detrimento aliquoties indulgẽda credũtur vel rerũ tẽporũq, cogit intui, vel acceleratẽ p̄uisionis respectu excusat: quãto magis illa nullatenus mutilãda sunt, quẽ nec vlla necessitas, nec ecclesiã p̄tore extorquet vtilitas.

12 Baptizãdi sibi quispiã passim quocumque tẽpore nullam credat inesse fiduciam, præter Paschale festum, & Pentecostes venerabile sacramentum, excepto duntaxat grauissimi languoris incurfu, in quo verendum est ne morbi crescẽte periculo, sine remedio salutari fortassis egrotãs exino p̄uẽtus abscedat.

13 Ordinationes etiã psbyterorũ & diaconorũ, nisi certis tẽporibus & diebus exerceri nõ debẽt, id est, quarti m̄sis ieiunio, septimi, & decimi, sed & etiam quadragesimalis iniriij, ac mediana quadrages. die, sabbati ieiunio circa vesperã nouerint celebrandas. Nec cuiuslibet vtilitatis causa seu psbyterũ seu diaconum his præferre qui ante ipsos fuerint ordinati.

14 Deuotis quoque virginibus, nisi aut in Epiphaniarum die, aut in albis paschalibus, aut in apostolorum natalitiis sacrum minime velamen imponatur t nisi forsitan (sicut de baptizãte dictum est) graui languore correptis, ne sine hoc munere de seculo exeant, implorantibus non negetur.

15 Viduas autẽ velare p̄tificũ nullus attẽret, q nec auctoritas diuina delegat, nec canonũ forma p̄stituit. Nõ est ergo penitus vsurpadũ eis: quia sic ecclesiastica sunt cõferẽda p̄dia, vt nihil cõmittatur illicitũ

16 Generalis etiã querelẽ vitãda p̄sumptio est, quæ p̄modũ causantur vniuersi, passim seruos & originarios, dominorũ iura possessionũq, fugiẽtes, sub religiofã conuersationis obtentu vel ad monasteria sese cõferre, vel ad ecclesiãticũ famulatũ, cõniẽtib quoq, p̄sulib in differẽter admitti quẽ modis omnibus est amouẽda p̄nicies, ne p Christiani nominis institutũ aut aliena puadi aut publica videatur discipli. subuerti, p̄cipuẽ cũ nec ipsa ministerij clericalis hac obligatione fuscari cõueniat dignitatẽ, cogaturq, p̄ statu militatiũ sibi cõditioneq, iurgare, aut videri (q absit) obnoxia. Quib sollicita cõpeteter indiciõne prohibitis, quisquis episc. psbyter aut diaconus, vel eorũ qui in monasteriis p̄esse noscũtur, huiusmodi psonas apud se tenẽtes, nõ restituedas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ seruituti, vel religiofis cõgregationib putauerint applicãdas, nisi volũtate fortã dominorũ, sub scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima trãfãctione cõcessas, periculũ se honoris proprij nõ ambigãt cõmunionisq, subituros si sup hac re cuiusquã verax nos q̄rela pullauit. Magnis quippe studiis secũdũ beatũ apostolũ p̄cauedũ est ne fides & disciplina domini blasphemetur.

17 Consequens fuit, vt illa quoque quæ de t̄ Pice-d. 88. cõf. nunc prætereunda putaremus, id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis & lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes euangelicam

lectionẽ qua ipse dominus negociatores è tẽplo verberatos flagellis afferitur expulisse: nec apostoli verba recolẽtes, quibus ait: Nemo militas deo, implicat se negociis secularibus. Psalmistã quoq, David surda dissimulãtes aure cãtant: Quoniã non cognoui negociationes, introibo in potentias domini. Proinde huiusmodi aut ad indignis posthac quãstibus noverint abstinedũ, & ab omni cuiuslibet negociationis ingenio vel cupiditate cessandũ: aut in quocunq, gradu sint positi, mox à clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam iam domus dei, domus orationis & esse debet, & dici: ne officina negociationis & spelunca potius sit latronum.

ci. ca. 17. Laodic. ca. 15. Matt. 21. b. 2. Tim. 2. a. Psal. 70.

14. q. 4. Clerici.

d. 36. Illiteratos.

seruitiis.

1. q. 7. si qui vel propria.

Nicena. sy no. ca. 1. in ca. apo. ca. 23.

18 Illiteratos quoque & nõnulla parte corporis imminutos, sine vilo respectu ad ecclesiãticũ didicim venire seruitiũ. Quod simul antiqua traditio, & apostolicã sedis verus forma nõ recipit: quia nec literis carẽs sacris esse potest aptus t officiis, & vitiosum nihil profus deo offerri legalia p̄cepta sanxerũt. Itaq, de cõterio modis omnibus hæc vitetur, nec quisquã talis suscipiatur in clerũ. Si qui verò vel temeritate propria vel incuria p̄sidentium ante suscepti sunt, in his in quibus cõstituti sunt locis eatenus p̄seuerent, vt nihil vnquam promotionis accipiant, latitque habeãt hoc ipsum sibi pro nimia miseratione p̄missum.

19 De his autẽ qui se ipsos abscedũ, paternos canones euidenter sequẽda posuerũt quorũ tenorẽ sufficiat incidisse. Dicũt enim talia p̄petrãtes, mox vt agniti fuerint, à munere clericali debere eos secludi.

20 Comperimus etiam, horredis quibusdã criminibus implicatos, totã discretionẽ submota, nõ solũ de factis atrocibus necessariã pœnitudinẽ nõ habere, sed nec aliqua correptione penitus succedẽte, ad diuinũ ministeriũ honorẽque contendere, nõnullos autem in ipsis ordinibus cõstitutos, grauibus delinquentes facinoribus, nõ repelli: cũ t mader apostolus nemini citò manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis, & maiorum veneranda cõstituta pronunciant. Huiusmodi etiã si fortẽ subreperint, tam qui ante peccauerunt, detectos oportere repelli, quam sacre professionis oblitos præuaricatoresq, sancti propositi, proculdubio submouẽdos.

apostolus clamat. 1. Tim. 5. d. Nic. conc. ca. 9. 10.

21 Vsq, adeo sanẽ comperimus illicita quæque prorumpere, vt t dæmoniis aliisque passionibus t̄ irretitis ministeria sacrosancta tractate tribuatur. Quib si in hoc opere positis aliquid propriẽ necessitatis occurrat, quis de sua ac fidelĩũ salute confidat vbi ministros ipsos curationis humanæ tanta perspererit calamitate vexari? Atque ideo necessario remouendi sunt, ne quibuslibet pro quibus Christus est mortuus, scandalum generent infirmis. Postremò, si corpore sauciatum fortassis aut debilem nequam sancta contingere lex diuina permittit: quanto magis doni cœlestis dispensatores esse non conuenit (quod est deterius) mente percussos?

d. 35. vsq, adeo. t dæmonia cis similibusque. Tirreticos.

22 Virginibus autẽ sacris temere se quosdã sociare cognouim, & post dicatũ deo propositũ, incesta fœdera sacrilegaq, miscere. Quos protinẽ æquũ est à sancta cõmunionem detruði, & nisi p publicã probatãq, pœnitentiã omnino nõ recipi: sed his certe viaticũ de seculo trãseũtib, si tamẽ pœnituerint, nõ t negari.

23 Nã de viduis sub nulla benedictione velãdis superius latẽ sufficiẽterq, p̄diximus. Quæ si p̄pria voluntate

negetur. 27. q. 1. d. viduis sue

Teim. lūrate p̄fessā pristini cōiugij castitatē mutabili mēte calcauerūt, periculū earū inrererit, quali deū debeāt satisfactiōe placare, quia (iuxta apostolū) primā fidē irritā fecerūt. Sicut enim si se forsitā cōtinere nō poterāt, secūdū apostolū, nullatenus nubere vetabātur: sic, habita secū deliberatione, p̄missam deo pudicitiaē fidē debēt custodire. Nos autē talibus nullū laqueū debemus iniicere, sed solū adhortationes p̄mij tempiterni p̄nāsq; p̄ponere diuini iudicij: vt & nostra sit absoluta cōfictiō, & illarū p̄ se rationem deo reddat intētio. Cauēdū est quippe, quā de earū moribus actibusque Beatus Paulus apostolus testatur: quod plenus exponere praterimus: ne sexus instabilis non deterreri quam admoneri videatur.

1. Cor. 7 g 24 Secundas nuptias sicut secularibus inire cōceditur, ita post eas nullū ad clericale sinitur venire collegium. Alia est enim humanā fragilitati generaliter concessa licentia, alia debet esse vita diuinarum rerum seruitio dedicata.

Nic. cō. ca. 25 Quisquis propriā defertor ecclesiā, nullis extantibus causis ad aliam putauerit transeundum, temereque susceptus fuerit & promotus: reuendendum canonum vel ipse, vel receptor eius atque promuector constituta non effugiet, quā de huiusmodi p̄sumptoribus p̄fixere seruanda.

20. & An tioch. ca. 3. 26 De monachis laicisq; in prima copiosius p̄ceptio huius parte digestū est, quē vel quatenus his p̄ rerū tēporūq; necessitate cōcessa sint: vel quē admodū ubi nullus necessitatis interesse p̄batur, nō nisi vetus institutio debeat custodiri. Quos verō cōstitit indignos meritis, sacrā mercatos esse p̄tio dignitatē conuictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes quā dantem pariter & accipientē dānatio Simonis quā sacra lectio testatur, inuoluit.

27 De locorū cōsecratione sanctorū quauis superiorū stricū fuerit cōprehensum, nobis quoq; patefactū est, q̄ absq; p̄cepto sedis aposto. nōnulli factas eccle. vel oratoria sacrare p̄sumāt: hoc sumus tamē t̄ iudicio detestabiliore p̄moti, q̄ in quocūque nomine de functorū, & (quātū dicitur) nō omnino fidelīū, cōstructiones adificatas sacris t̄ p̄cessionibus audacter t̄ instituere memorātur. Quē quoniā tā acerba, tā dura sunt, vt eadē vix noster ferre possit audit, si t̄ verē Christianitatis affectus in illis regionib⁹ fuerit & si xus est, & districti⁹ ista q̄rat, & à quib⁹ fuerint gesta prodātur: quoniā sicut latētib⁹ in hac atrocitate nominib⁹, nō extat in quē sētētia debita p̄feratur ita cū manifestis fuerit documētis exposit⁹, quē tāti sce

28 Nihilominus impatiēter audiuius rātū diuinā rerū subisse despectū, vt fœminā sacris altaribus ministrare ferāt, & cūcta quē nō nisi virorū famulatu deputata sunt, cui nō cōpetit exhiberi, viso q̄ omnīū delictorū quē sigillatim p̄strinxim⁹, noxa omnis & crimē eos respicit sacerdotes, qui vel ista committūt, vel cōmittētēs minime publicādo, prauis excessib⁹ se fauere significant: si tamē sacerdotū iā sint vocabulo nūcupādi, qui delegatū sibi religionis officū sic prosternere molūt, vt in puerfa queq; prophanaq; t̄ procliuēs, sine vllō respectu regulē Christianē p̄cipitia funesta sētēt. Cūq; scriptū sit, Minima q̄ spnit, paulatim decidit, qd est de talib⁹ existimādū, qui immēsis ac multiplicib⁹ prauitatē molib⁹ occupati ingētē ruinā multimodis impulsioib⁹ ediderūt, quē non solū ipsis videatur obruere, sed & eccle. vniuersis mortiferā, si nō sanēt, inferre p̄niciē:

† professio nibus. † instruere † reuera. † effugiet. † declines.

Locus ob scurus.

Nec ambigāt qui hęc ausi sunt exercere, sed etiā qui hacten⁹ siluerūt, sub honoris proprii se iacere dispēdio, si nō quāta possint celeritate festinēt vt lethalia vulnera cōpetētī t̄ medicina sanēt. Quo enim more teneāt iura p̄tificū, qui p̄tificialib⁹ excubiis eatenus iniūcta dissimulāt, vt cōtraria domui dei, cui p̄sident, potius operētur: Qui quātū apud dominū possent, si ei nō nisi cōueniētia procurarēt: rātū quid mereātur aspiciāt, cū execrabili studio sētēt aduersa. Et quasi magis hęc regula sit qua ecclesiē debeāt gubernari, si quicquid est ecclesiasticis inimicū regulis p̄petratur, cū & si cognitos habeat canones vnusquisq; p̄tificū, intemerata debuerit tenere custodia. Et si forsitā nesciebat, cōsulere fidēter oportuerit ignorantē. Quo magis excusatio nulla succurrit t̄ ignorantibus: quia nesciens, proposuit seruare quod nouerat: nec ignorans curauit nosse quod gereret.

29 Quatuor autē tā de t̄ redditu q̄ de oblatione fidelīū, prout cuiuslibet ecclesiā facultas admittit, sicut dudū rationabiliter est decretū: cōuenit fieri portiones: quarū sit vna p̄tificis, altera clericorū, pauperū tertia, quarta fabricis applicāda. De quib⁹ sicut sacerdotis intererit integrā ministris ecclesiā memoratā depēdere quātitatē: sic cler⁹ vltra delegatā sibi summa nihil insolēter nouerit expetendū. Ea verō quæ ecclesiasticis adificiis attributa sūt, huic operi veraciter p̄rogata, locorū doceat instauratio manifesta sanctorū: quia nefas est, si sacris edib⁹ destitutis, in lucrū suū p̄sul impendia his designata cōuertat. Ipsam nihilomin⁹ adscriptā pauperib⁹ portionē, quāuis diuini rationibus se dispensasse monstratur esse videatur: tamen iuxta quod scriptū est, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est: oportet etiam p̄tenti testificatione p̄dicari, & bonæ famæ p̄conis non taceri.

30 Quapropter nec clericorū quispiā se hui⁹ offensa futuri cōfidat immunē, si in his quæ salubriter se quēda deprōpsumus, siue episco. siue presbyterū siue diaconū viderit excedētē, nō protinus ad aures nostras deferre curauerit, probationibus dūtaxat cōpetēt exhibitis, vt t̄ t̄gressiois vltio fiat, & cæteris interdicitio delinquēdi. Sin verō, modis omnibus erit vnusquisque pontificum ordinis & honoris elisor, si cuiquam clericorum vel ecclesiā totius auditui hęc putauerit supprimenda.

Epistola eiusdem ad Siculos. 1 De bene regendis rebus ecclesiā ab episcopis. 2 De tricenali p̄scriptione.

Elasi⁹ & c. episcopis in Sicilia cōstitutis. P̄sulū autoritas nostrorū emanauit, vt facultates ecclesiā episcopi ad regendū habeant potestātē, ita tamē, vt viduarū, pupillorū atq; pauperū, necnō & clericorū stipendia distribuere debeāt. Hoc eis etiā statuim⁹ dari, q̄ hacten⁹ decretū est. Reliquū sibi episcopi vindicent, vt (sicut antē dixim⁹) p̄grinorū atque captiuorum largitores esse possint. 2 Illud etiā annecti placuit, vt si (q̄ absit) facultates ecclesiā, necnō & diœceses quæ ab aliquibus possidētur episcopis, iure sibi vindicent, q̄ tricenalis lex cōcluserit, quia & filiorum nostrorum principū ita emanauit autoritas, vt vltra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus exclusit.

Extat & Tomus quidē huiusce Gelasij de vinculo anathematis super acta Concilij Chalcedonensis grauis ille quidem, sed principio admodum corrupto, prolixitate nimia fastidiosus: proinde summa duntaxat

† medicina. † Locu ob scurus. † Terrātib⁹. † creditu. 29 q 2. quatuor autem.

Mat. 5. b 2. q. 7. qua propter in ca. apo. ca. 40. 41. & in Antioch. ca. 25.

duntaxat eius capita hic describuntur. Primum, Chalcedonensem synodum admittendam illam quidem, sed excepto illo decreto de Constantino. ecclesiā p̄minentia p̄ Romana sede apostoli. cui & Vicarij sedis apostolicæ repugnarunt.

Secundo videtur conuenire cum Hieronymo de obseruantia legalium quam Petrus simulavit inquit enim sic: Sanctus Petrus primus apostolorum, sic existimans noui testamenti gratiam p̄dicandam, vt à legis veteris non recederet institutis, quædam per simulationē legitur inter Iudæos gentilesq; gessisse. Galat. 2

Tertio, dicit illud Matthæi de peccato in spiritum sanctum, & illud Ioannis 5. Est peccatum ad mortē & c. de eo peccato intelligēdum, quod vsque ad mortem durat. Nam nullum est, inquit peccatū pro quo aut non oret ecclesiā remittendo: aut quod, data sibi diuinitus potestate, desistentibus ab eodem, non possit absoluerē, vel p̄nitentibus relaxare: cui dicitur: Quæcūque ligaueris & c. Loquens etiam de vinculo anathematis, dicit quod ecclesiastica sententia reos tantum & p̄uaricatores obligat. Matt. 12.

Quarto, habet etiā, q̄ quæcūque cuiusque synodi acta nisi per Romanum pontificem confirmentur, nullum habeant robur. Totum, inquit, in sedis apostolicæ positum est potestate. Ita quod firmavit in synodo sedes apostolica, hoc robur obtinuit: quod refutauit, habere non potuit firmitatem: & sola rescindit q̄ p̄ter ordinem congregatio synodica putauerat vsurpandum.

Quinto dicit quod comminationes quæ sunt in sacris literis, sunt intelligendæ quādiu permanerint in statu rationis quo sunt. Sic, inquit, Tyrus & Biryton, Gaza & Aegyptus pronuntiatæ sunt peritura, quas postea per euangeliū nouimus esse saluatas. Perierūt itaq; duplici modo, aut p̄manētes in eo quo talē sententiā susceperūt, aut deficiētes ab eo quod tales fuerāt, & t̄ incipiētibus esse quo nō tales fuerāt. Hier. 47. c Hier. 44. per to. † Sidon. Luca. 10. c

Sexto in illo Esatē q̄ de gēte Iudeorū pemptoriē veluti p̄nunciatū est, Claude oculos eorū, & obtura aures eorū, & c. correctio & emēdatio interdicitā nō stratur, & resipiscēdi quoq; spes p̄sūs absconditur: de quo tamē populo apostolos & ecclesiā primitiuā nouimus p̄cessisse, & tot millia hominū vna die baptisate fuisse saluata. Ecce & in p̄sūtētib⁹, qualis est illa sententiā p̄mulgata, p̄māsit: nec ad correctionem p̄sūs venire sanitatis admitti sūt, sed adiudicati sūt in sua nequitia perire: & manēte diuina sententiā, nō p̄ ipsorū p̄p̄riā emēdatiōē, suoq; intellectu vel motu, suaq; virtute vel possibilitate cōuersi sunt vt sanaretur, sed p̄ gratiā dei sanati sūt, vt cōuerterētur. Ne cōuertātur, inquit, & sanē eos: ne sua spē, ne suis operibus vtiq; quibus cōfidebatur: ne suā iustitiā sētātes, iustitiæ dei nō debeāt esse subiecti: de suis vicib⁹ cōfidētes, nō diuinā se misericordiæ illuminationiq; subdētes. Et ideo inhibetur eis sup̄bē p̄sumptionis effectus, nō cōuertātur suis intētioibus, suis visibus vt putarāt: & sanē eos: ne eorū quasi meritis ex p̄p̄ria facultate veniētib⁹, saluatix gratia daretur, atque ita gratia iā nō esset gratia, si nō gratis data esset immeritis, sed merces tanquā meritis restituta. Nō ergo ipsi cōuertātur, & sanē eos: sed sanati per gratiā, qualiter ad humilitatē Christi cōuertātur agnoscat. Ita in vtrifq; hoc est, & in eo p̄manētibus in quo talem sententiā perceperunt, & in saluatis exinde, sententiā dominica fixa permanit: & tamen cū p̄manente sic eis miro genere sanitas introducta est, vt illa sen-

Esā. 6. c Acto. 2. g Rom. 10. d

16. q. 3. P̄sulū autho. 13 q. 2. Facultates eccle. 16. q. 3. p̄sulū autho. para. item Gelasius.

tentia nō mutata videretur, sed eadē p̄durāte, sanitas nō eorū confidentia, sed diuino munere p̄ueniret.

Dicit insup, eos qui humanis reb⁹ moderādis ac iudicādis p̄fecti sunt, de iis p̄ quos diuina ministrantur, nō debere iudicare. Nā licet ante Christi aduētū quidā figuraliter, adhuc tamē in carnalibus actibus cōstituti, pariter reges existerēt, & pariter sacerdotes, q̄ sanctū Melchisedec fuisse sacra prodit historia (q̄ in suis quoq; diabol⁹ imitatus est, vt pote qui sem p̄ quē diuina cultui cōueniretur, sibi met tyrannico spiritu vēdicare cōtēdit, vt pagani imperatores iidē & maximi p̄tifices dicerēt) tamē cū ad verū ventū est eūdē regē atq; pontificē vltra sibi nec impator p̄tificis nomē imposuit, nec p̄tifer regale fastigiū vēdicauit. Quāuis enim mēbra ipsi⁹, id est veri regis atq; p̄tificis, secūdū participationē naturæ, magnificē vtrūq; in sacra generositate sumpsisse dicāt, vt simul regale gen⁹ & sacerdotale subsistat: tamē Christus memor fragilitatis humanæ, q̄ suorū salutis congrueret, dispēlatione magnificā tēperauit: & sic adionib⁹ propriis dignitatibusq; distinctis officia potestatis vtriusq; discreuit, suos volēs medicinali humiliter saluati, nō humana supbia rursus intercipi, vt & Christiani impera. pro æterna vita p̄tificibus indigerēt, & p̄tifices pro tēporaliū curu rerū imperialibus dispositionib⁹ vterētur: quatenus spiritualis actio à carnalib⁹ distaret incurribus: & ideo militans deo, minimē se negociis secularib⁹ implicaret: ac vicissim nō ille rebus diuinis p̄sidere videretur, qui esset negociis secularib⁹ implicatus: vt & molestia vtriusq; ordinis curaretur, ne extolleretur vtroq; sūfultus: & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Quibus omnibus rite collectis, satis, euidenter ostenditur, à seculari potestate nec ligari prorsus nec solui posse, pontificem.

Extat & elegās eiusdē Pelag. epist. ad Faust. magistrū fungētē legationis officio Cōstāri. in qua docet nullum absolui posse ab errore praterito, nisi respiscat. Remitti culpa de praterito potest, correctione sine dubio subsequente, nam si deinceps finitur mansura perueritas, non est benignitas remittendis, sed contentientis assensio.

Docet inde, solum pontificem posse hereticos dānare sine aliorū cōsensu: immo & quemlibet episcopum hoc posse. Et quod non opus est noua damnatione ei qui in errore iam alias condemnatū incidit. Appellationes etiam omnes ad ecclesiā Romānam licere deferri ab ipsa verō nunquam appellari posse, sacrorum canonum statutis.

Misit & aliā epist. hic Gelasius ad Anast. augustū in qua & fidei zelū, & charitatē erga p̄ximos argute demōstrat, sic dicēs: Duo sunt impator Auguste, quib⁹ principaliter hic regitur mūdus, autoritas sacra p̄tificū, & regalis potestas. In quib⁹ rātō graui⁹ est p̄odus sacerdotū, quāto etiā p̄ ipsi⁹ t̄ regib⁹ hominū in diuino sunt examine rationē reddituri. Nosti etenim fili clemētissime, q̄ licet p̄sideas humano generi dignitate, rerū tamē p̄sulibus diuinarū deuotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis t̄ expectis, inque sumendis cœlestibus sacramentis, eis que vt competet disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius quam p̄esse.

Extat insup alia eiusdē epistola ad episc. Dardaniæ de Petri Alexandrini & Acacij Constantinopolitani episcoporū iusta damnatione p̄r sedē apostolicā factā, q̄ Eutychianæ pestilentiæ cōmunicarent, Xxx 4 ac faue.

24. q. 2. Legatur. 24. q. 1. Anare sine aliorū cōsensu. immo & quemlibet episcopum hoc posse. Et quod non opus est noua damnatione ei qui in errore iam alias condemnatū incidit. Appellationes etiam omnes ad ecclesiā Romānam licere deferri ab ipsa verō nunquam appellari posse, sacrorum canonum statutis. Misit & aliā epist. hic Gelasius ad Anast. augustū in qua & fidei zelū, & charitatē erga p̄ximos argute demōstrat, sic dicēs: Duo sunt impator Auguste, quib⁹ principaliter hic regitur mūdus, autoritas sacra p̄tificū, & regalis potestas. In quib⁹ rātō graui⁹ est p̄odus sacerdotū, quāto etiā p̄ ipsi⁹ t̄ regib⁹ hominū in diuino sunt examine rationē reddituri. Nosti etenim fili clemētissime, q̄ licet p̄sideas humano generi dignitate, rerū tamē p̄sulibus diuinarū deuotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis t̄ expectis, inque sumendis cœlestibus sacramentis, eis que vt competet disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius quam p̄esse.

Extat insup alia eiusdē epistola ad episc. Dardaniæ de Petri Alexandrini & Acacij Constantinopolitani episcoporū iusta damnatione p̄r sedē apostolicā factā, q̄ Eutychianæ pestilentiæ cōmunicarent, Xxx 4 ac faue.

ac, frueret: ex qua & Gratianus duo decreta citat, vnum (de quo & supra) quod repeti non possunt que 30. annis quiete possessa sunt. Alterum, quod non oportet ab eorum elemosynis abstinere, post mortem, quibus in vita communicare non destitimus.

Aliam etiam scripsit epistolam ad Euphemianum in qua sanctissime & doctissime illum cohortatur ad unitatem fidei catholicæ, & ut Petrum & Acacium hæreticos habeat.

Ordo librorum veteris testamenti, quem sancta & catholica Romana suscipit & veneratur ecclesia, digestus à Gelasio papa cum septuaginta episcopis.

- 1. *Genesis liber.*
- 1. *Exodi liber.*
- 1. *Leuitici liber.*
- 1. *Numeri liber.*
- 1. *Deuteronomij liber.*
- 1. *Iesu Naue liber.*
- 1. *Iudicum liber.*
- 1. *Ruth liber.*
- 4. *Regnorum libri.*
- 2. *Paralipomenon libri.*
- 1. *Psalmodum centum quinquaginta liber.*
- 3. *Salomonis libri.*
- 1. *Prouerbiorum Ecclesiastes & Cantica Canticorum.*
- 1. *Item Sapientia liber.*
- 1. *Ecclesiasticus liber.*
- 1. *Item ordo prophetarum.*
- 1. *Esaia liber.*
- 1. *Hieremia liber.*
- 1. *Cinoh, id est de lamentationibus suis lib.*
- 1. *Ezechielis liber.*
- 1. *Danielis liber.*
- 1. *Osea liber.*
- 1. *Amos liber.*
- 1. *Michea liber.*
- 1. *Iohel liber.*
- 1. *Abdia liber.*
- 1. *Iona liber.*
- 1. *Naum liber.*
- 1. *Abacuc liber.*
- 1. *Sophonia liber.*
- 1. *Aggei liber.*
- 1. *Zacharia liber.*
- 1. *Malachia liber.*
- 1. *Item ordo historiarum.*
- 1. *Iob liber.*
- 1. *Tobie liber.*
- 1. *Esaia liber.*
- 1. *Hester liber.*
- 1. *Judith liber.*
- 1. *Machabæorum lib.*
- 1. *Item ordo scripturarum noui & æterni testamenti.*
- 4. *Euangeliorum libri.*
- 1. *Secundum Mattheum liber.*
- 1. *Secundum Marcum liber.*
- 1. *Secundum Lucam liber.*
- 1. *Secundum Ioannem liber.*
- 1. *Actuum apostolorum liber.*
- 14. *Epistola Pauli numero.*
- 1. *Ad Romanos epistola.*
- 2. *Ad Corinthios epistola.*
- 1. *Ad Galatas epistola.*
- 2. *Ad Thessalonicenses epistola.*

- 1. *Ad Ephesios epistola.*
- 1. *Ad Philippenses epistola.*
- 1. *Ad Colossenses epistola.*
- 2. *Ad Timotheum epistola.*
- 1. *Ad Titum epistola.*
- 1. *Ad Philemonem epistola.*
- 1. *Ad Hebraeos epistola.*
- 1. *Item Apocalypsis Ioannis liber.*
- 7. *Item canonicæ epistolæ numero.*
- 1. *Iacobi apostoli epistola.*
- 2. *Petri apostoli epistola.*
- 3. *Ioannis apostoli epistola.*
- 1. *Iude Zelotis, apostoli epistola.*

Eiusdem Gelasii decretum cum 60. episcopis habitum de apocryphis scripturis.

**I**nter propheticas, euangelicas atque apostolicas scripturas, quibus ecclesia catholica per gratiam dei fundata est, illud etiam intimandum putamus, quod quauis vniuersæ per orbem catholicæ ecclesiæ vnus thalamus Christi sit, sancta tamen Romana catholica & apostolica ecclesia, nullus synodis synodi constitutis cæteris ecclesiis prælata est, sed euangelica voce domini & Saluatoris nostri primatum obtinuit. Tu es Petrus, inquit, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo clauas regni cælorum, Et quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueris super terram erunt soluta & in cælis. Cui data est etiam societas beatissimi Pauli apostoli vasis electionis: qui non diuerso (sicut hæretici garrunt) sed vno tempore, vno eodemque die gloriosa morte cū Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt, talemque omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima Petri apostoli sedes, Romana ecclesia, non habens maculam neque rugam, nec aliquid huiusmodi. Secunda autem sedes, apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius discipulo & euangelista consecrata est. Ipseque à Petro apostolo in Aegyptum directus, verbum veritatis prædicauit, & religiosum consummauit martyrium. Tertia verò sedes apud Antiochiam eiusdem beatissimi Petri apostoli nomine habetur honorabilis, eò quod illic priusquam Romam venisset habitauit: & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. Et quauis aliud fundamentum nullus possit ponere præter id quod positum est, qui est Christus Iesus, tamen ad ædificationem nostram eadē sancta Romana ecclesia post illas veteris vel noui testamenti quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas &c. Require quæ sequuntur, apud Gratianum distinctione 15. ca. Sancta Romana ecclesia.

**A**NASTASIUS II. **I**c Anastasius anno domini 498. pontifex in ordine 50. creatur, hic & paucò tempore sedit, nempe vix annis duobus, & à Nestorianis corruptus, viscerum egestu pœnas luit, vt ferunt. Scripsit is decretalem epistolam ynā ad Anastasium Augustum, cuius hi sunt tituli: **Quod**

- 1. *Quod pro Christo fungatur legatione, dum pro pace precatur ecclesia.*
- 2. *Quod non sit temere iudicandum de his qui ad Dominum migraverunt.*
- 3. *Et specialiter in ecclesia nomen taceatur Acacij.*
- 4. *Quod magnopere contentio sit cauenda.*
- 5. *Et Alexandrinos imperator admeat ad fidem sinceram & ad pacem redire catholicam.*
- 6. *Admonetur imperator vt constitutis sedis Apostolicæ obtineat.*
- 7. *Quod eos quos post damnationem suam vel baptizauit vel ordinauit Acacius, nulla portio lesionis attingat.*
- 8. *Quod mali bona ministrando, sibi tantummodo noceant, nec ecclesiæ sacramenta commaculent.*

EPISTOLA ANASTASII PAPÆ ad Anastasium Augustum.

**I**loriosissimo & clemētissimo filio Anastasio Augusto, Anastasius episcopus. Exordium pōtificatus mei, primitus oblata populis pace, pronuncio & confidenter pro fide catholica humilis pietati tuæ precator occurro, in quo primum mihi diuinum fauorē propinquasse confido: quod nunc consonantia in me augustissimi nominis tui non dubium præstat auxiliū: vt sicut præcellsum vocabulum pietatis tuæ per vniuersas gentes toto orbe præfulget, ita per ministeriū humilitatis meæ, sicut semper est, sedes B. Petri in vniuersali ecclesia assignatum sibi à Domino Deo teneat principatum. Nec propter vnum mortuum diutius tunica illa saluatoris desuper contexta per totum, malæ sortis patiat incertum: quæ sola in discissionem pro firmitate sui venire non potuit, serenitate tuâ præcipuè rempublicam gubernante. Cui etiam in priuata vita tantum circa sinceræ religionis studiū fuit, vt (sicut fama certissima celebravit) nemo magis vel inter præcipuos sacerdotes, præfixas à sanctis patribus regulas ecclesiæ custodisse dicatur. Quod sanctum cum maiestate imperij creuisse confidimus.

1. Legatione itaque fungimur quod Christo, nec eos propter offensionem vel scandalū patiamini publicè nominari, quorum merita vel actus illum iudicem latere non possunt, in cuius iam sunt iudicio constituti. Nec illic se potest interfere in corpore mortali adhuc temeraria præsumptio, in quo non solum confessio facit aperta merita singulorum, sed etiam silentij ipsius non potest latere secretum. Nanque & prædecessor noster papa Felix, & etiam Acacius, illic proculdubio sunt, vbi vnusquisque sub tanto iudice non potest perdere sui meriti qualitatem.

2. Itaque monente nos beatissimo Paulo, ne quod sit offendiculum in ecclesia, dum, quod facere non possumus, de his qui iam transierunt, iudicare conemur, obseruandum esse tranquillitas tua cognoscat. Ait enim de his qui de rebus ad Deum solum pertinentibus iudicare præsumunt: Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus resurrexit à mortuis, vt & viuorum & mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scri-

ptum est enim: Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Monet igitur B. Apostolus ne de his nobis præsumamus iudiciū de quibus nemo potest melius vel verius iudicare quàm Deus: nec sibi in hoc quispian temerarios ausus vsurpet, & propter hoc pax atque vnitas ecclesiæ dissipetur. Nam & in Regnorum libro dicitur: Non quomodo videt homo, videt & Deus: quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde. Item in Paralipomenon libro primo. Et nunc, ð Salomon, scito Deum patrum tuorum, & serui illi in corde perfecto, & animo volente: quoniam omnia corda scrutatur Deus, & omnē cogitationem nouit. Item in Ezechiele: Hæc dicit Dominus Deus. Sic dixistis domus Israel, & cogitationes spiritus vestri ego noui. Vnde & de Domino iudice dicitur in Euangelio: Sciens autem Iesus cogitationes eorum, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris?

3. Precamur itaque clementiam vestram, vt specialiter nomen taceatur Acacij, vt quod multis ex causis scandalum vel offendiculum ecclesiæ concitauit, speciali appellatione taceatur, cum (sicut diximus) in generalitate sacerdotum, vniuscuiusque meritum illum iudicem latere nō possit, qui nouit quid cuique tribuendum sit pro æstimata dispensatione meritorum, cui soli cogitationes quoque manifestæ sunt. Quantos verò excessus atque præsumptiones habuerit Acacius, ne clementiæ tuæ suggerere per singula fortasse videatur onerosum Cresconio vel etiā Germano fratribus & coepiscopis meis, quos misimus ad serenitatem tuam, de causis singulis Acacij, qualis fuerit, instructionem plenissimam dedimus clementiæ vestræ specialius recensendam, si hoc pietati tuæ placuerit curiosius indagare, ne in aliquo suggestionibus nostris veritas detuisse videatur: vt pro diuina sapientia vestra perspicuè videre possitis, nō superbia vel elatione, sedis Apostolicæ in Acacium talem processisse sententiam, sed facinoribus certis, quantum nos extra illud iudicium, quod solum falli non potest, æstimamus, zelo magis diuinitatis extortam.

4. Nos verò humiliter supplicantes, controuersiam in ecclesia remanere nolumus, cum magis vitanda contentio sit, sicut dicitur in Prouerb. Odium suscitatur contentio. Omnes autem qui non contendunt, protegit amicitia. Nam & Apostolus ad Corinthios: Cum sint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Item ad Philippenses: Si qua ergo consolatio in Christo, si qua allocutio charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera & miserationes, implete gaudium meum, vt id ipsum dicatis omnes, eandem charitatem habentes, nihil per contentionem &c.

5. Hoc tamen præcipuè in sinu serenitati tuæ, gloriosissime & clementissime fili Auguste, vt cum causæ Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris, ad catholicam & sinceram fidem eos auctoritate, sapientia, diuinisque vestris monitis redire faciatis. Nam quid tenendum sit in religione catholica, secundum diffinita patrum, & prædicationem omnium sacerdotum qui in ecclesia floruerunt, si hoc quoque præceperitis, scientibus in memoriam transmittendo

\*cōsequēter

†salutaris

\*ne

Rem. 14. b

\*cordis

Mat. 9. a

\*cōtētiōes

Prou. 10. b

1. Cor. 3. a

Philip. 2. a

\*solatium



mittendo renouabimus, ignoratibus ad discendum pro officio nostræ instructionis offeremus, vt nulla extra hæc ingeniorum iactantia vel prauitas audiat.

Exod. 15 d

6 Illud verò peculiarius pro amore imperij vestri & beatitudine quæ consequi poterit regnum, pro Apostolico officio predicamus, vt (sicut decet, & spiritus sanctus dicat) monitis nostris obedientia præbeatur, vt bona omnia vestra rempublicam consequantur, sicut in Exodo promittitur: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quæ placent ei, feceris corâ ipso, & obedieris præceptis eius, & custodieris omnem iustitiam eius: omnem infirmitatem quam importauit Ægyptiis, nõ importabo in te. Ego enim Dominus sum, qui saluum facio te. Et illic iterum tuba potentissima canitur: Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus postulat à te aliud, quàm vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis eius, & diligas eum, & seruias Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, custodire præcepta Domini Dei tui, & iustitias eius, quas ego mando tibi: Hæc me suggerentem frequentius, non spernat pietas tua, ante oculos tuos habens Domini in Euangelio verba: Qui audit vos, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Et qui me spernit, spernit eum qui me misit. Nam & Apostolus concinens saluatori nostro ita loquitur: Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit spiritum sanctum suum in nobis, Pectus clementiæ vestræ, sacrarium est publicæ felicitatis, vt per præstantiam vestram, quam velut vicarium Deus præsidere iussit in terris Euangelicis Apostolicisque præceptis non dura superbia resistat, sed per obedientiam, quæ sunt salutifera compleantur.

Luc. 10. e

1 The. 4. b

7 Nam secundum ecclesiæ catholicæ consuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscit, quod nullum de his, vel quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes, siue leuitas secundum canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptismum quod procul fit ab ecclesiâ, siue ab adultero, vel à fure fuerit datum, ad percipientem munus peruenit illibatum, quia vox illa quæ per columbam sonuit omnem maculam humanæ pollutionis excludit qua declaratur, ac dicitur: hic est qui baptizat in spiritu sancto & igne. Nam si visibilis solis istius radij, cum per loca scædissima transeunt, nulla contractus inquinacione maculantur, multo magis illius, qui istum visibilem facit, virtus, nulla ministri indignitate cõstringitur. Nam & Iudas cum fuerit sacrilegus, atque fur, quicquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce. Scribæ (inquit) & Pharisei super cathedrâ Moysi sedent, quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Quicquid ergo ad hominem perfectum quilibet in ecclesiâ minister officio suo videtur operari, hoc totum contineri implendo diuinitatis effectum, ita ille per quem Christus loquitur, Paulus affirmat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. A Deo autem non queritur, quis vel qualis prædicet, sed quem prædicet, vt inuidis etiam bene prædicare Christum confirmet,

quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso predicare non desinit.

8 Ideo ergo & hic Acacius, cuius nomen dicimus esse reticendum, malè bona ministrando, sibi tantum nocuit. Nam inuolabile sacrum quod per illum datum est, aliis perfectionem suæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit. Quod cum ita sit aliquorum in ratum se extendit curiosa suspitio, vt imaginentur, prolato à papa Fælice, iudicio, postea ineffaciter in sacramentis quæ Acacius vsurpauit, egisse ac perinde eos metuere, qui vel in cõsecrationibus, vel in baptisimate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur. Meminerint in hac quoque parte similiter tractatum præualere superiorem, quia non sine vsurpatione nominis sacerdotij, adiudicatus hoc egit: in quo virtutem suam obtinètibz mysterijs, in hoc quoque aliis, rea sibi persona non nocuit. Nam ad illud pertinuit, quod tuba Davidica canitur: Veruntamen Deus conquassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantiu in delictis suis. Nam superbia semper sibi, non aliis, facit ruinam quæ vniversa scripturarum cœlestium testatur authoritas sicut etiam per spiritum sanctum dicitur in Prophetis: Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Vnde cum sibi sacerdotis nomen vindicauerit, condemnatus, in ipsius verticem superbiæ tumor inflatus est: quia nõ populus, qui in ministerijs donum ipsius sitiebat, exclusus est: sed anima sola illa quæ peccauerat, iusto iudicio propriæ culpæ erat obnoxia. Quod vbiq; numerosa scripturarum testatur instructio. Vnde remotis hominum studiis siue versutiis, in hac adhuc præfenti fragilitate positurum, secundum preces nostras annisu & autoritate imperiali offerte Deo nostro vnam catholicam ecclesiam & Apostolicam: quia hoc solum est in quo non solum in terris, sed etiam in cœlo triumphare possit.

\*sacerdotij aut nominis sacri Psal. 87.

Psal. 100.

Decreta duo eiusdem Anastasii ex Gratiano.

- 1 Sanè Thessalonicenses episcopi & c. require apud Gratianum 16. q. 7. hoc ipso principio.
- 2 Qui potest obuiare & c. require item apud Gratianum 23. q. 3. hoc ipso principio.

DES Y M M A C H V S.



6 Hic pontifex in ordine 51. Anno Domini 499. creatus est, non sine contentione tamen. Nam competitorum is habebat Laurentium quendam: & ordinatus est ipse quidem in basilica Constantiniana, Laurentius autem in basilica beatæ Mariæ ex qua causa separatus est clerus, & diuisus est senatus aliis alias partes sequentibus. Tandem vt pax iniretur, & vnio fieret, constituerunt patres, vt ambo Rauennam pergerent ad iudicium regis Theodorici. Qui dum ambo introissent Rauennam, hoc iudicium æquitatis inuenerunt, vt qui primo ordinatus fuisset, vel vbi pars maxima cognosceretur, ipse federet in sede Apostolica. Quod tandem æquitas in Synnacho inuenit, & cognitio veritatis. Hic Manichæos vrbe expulit, & eorum codices & simulacra combussit. Hic constituit, vt omni die dominico, & natalitijs martyrum, hymnus, Gloria in excel. diceretur. Extat

Extat eius Epistola decretalis ad Cæsarium quendam, cuius hæc sunt capitula.

1. Vt res ecclesiæ non alienentur, sed clericis vel aut peregrinis in usum tantummodo largiantur.
2. Vt nullus honorem præmijs accipiat.
3. Vt raptos viduarum vel virginum ab ecclesiâ communione pellantur.
4. Vt viduæ vel virgines quæ in sacro proposito diu fuerunt vltra non nubant.
5. Vt nullus per ambitionem accedat, & de decreto clericorum vel ciuium episcopum eligentium.



1 Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus. Hortatur nos equitas postulationis, desiderio tuæ fraternitatis gratanter annuere de singulis quæ ab Apostolica sede concedi supplicat, quod à patrum cautela & prouisione non discrepat. Et quauis ecclesiasticæ penè regulæ omnia cõprehendant, tamen superfluum esse non credimus nunc quæ sunt sæpius interdita repetere.

\*dicta

16. q. 1. Possessiones.

1 Possessiones igitur quas vnusquisque ecclesiæ proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis vel distractionibus vel sub quocunque argumento non patimur, nisi forsitan aut clericis honorem meritis, aut monasterijs religionis intuitu, aut certè peregrinis si necessitas largiri suaserit, sic tamen, vt hæc ipsa nõ perpetuo, sed temporaliter perfuantur.

2 Illud magnopere commonens, vt ij qui non Dei gratia, sed promissione rerum ecclesiasticarum præmissa ad sacerdotium conantur accedere, desiderio talium reprimantur effectu. Qui autem ab huiusmodi se intentione non cohibent, vindictis canonum sciant se sine dubitatione subiiciendos: ne facile ad sacerdotium permittantur accedere, quibus & gradus & tempora constituta sunt per quæ ad hanc dignitatem debeant aspirare: quia quicumque sine statuto promouetur, non facile caret offensa, & sine experimento non potest quis electionis obtinere sententiam.

36. q. 2. Raptos.

3 Raptos verò viduarum vel virginum, ob immanitatem tanti facinoris detestamur, illis vehementius persequendo, qui sacras virgines vel volentes vel inuitas matrimonio sociare tentauerint: quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate à communione suspendi præcipimus.

27. q. 1. ne que vi.

4 Neque viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito diuturna obseruatione permanserunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quos annis plurimis in monasterijs atatem peregisse contigerit.

1. q. 1. Nullus ita.

5 Nullus itaque per ambitum ad episcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic excessus in laica conuersatione culpetur, quis dubitet quod religiosi & Deo seruentibus inducat opprobrium: Si quis episcopatum desiderat, data pecunia potentes personas suffragatrices minime adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum clericos vel ciues subscribere adhibito cuiuslibet generis timore compellat, vel præmijs aliquibus hortetur. Decretum sine visitatoris præsentia nemo conficiat, cuius testimonio clericorum ac ciuium possit vnanimitas declarari. Hortamur itaque, vt pro catholicæ religionis intuitu, &

ecclesiarum pace, hæc vniversi fideles deuota mente custodiant: quia non est dubium præuaricatores interdictorum talium iuxta venerandos canones propriæ communionis subire iacturam. Hæc tamen ad omnium episcoporum volumus perferri notitiam. Deus te incolumem custodiat charissime frater.

DE HORMISDÆ.



6 Hic pontifex in ordine 52. Anno Domini 513 in sedem Petri sublimatus est: huic cum Anastasius Imperator Eutychianæ hæresi communicans parere nollet, sed magis imperare, fulmine diuino percussus est, & obiit. Huius pontificis extant epistolæ aliquot decretales: quarum prioris hi sunt tituli.

1. Aduersus Nestorij & Eutychetis blasphemias.
2. De mysterio Trinitatis, quid persona, quid designent substantia.
3. De diuinitate & humanitate Domini nostri Iesu Christi.



6 Loricissimo atque clementissimo filio Iustino Augusto Hormisda episcopus. Inter ea quæ ad vnitatem ecclesiæ (propter quam Deus clementiæ vestræ elegit imperium) in literis contulistis, hoc quoque, venerabilis imperator, cura fidei (cui multipliciter vos studere declarastis) adiecit, vt aliquorum preces perferenda ad humilitatis meæ notitiam iungeretur, quibus vel quid quæstionis oriretur agnoscerem, vel ad submouendum propositæ cõsultationis ambiguum, responsum à me religiosæ sententiæ cõueniens adderetur. Legi omnia sollicitudine quàm decebat: & licet ad respõsi plenitudinem sufficere potuisset, si illa tantum quæ ab authoribus sunt definita, rescriberem: tamen vt religiosi propositi vestri remunerare affectum, non subtrahendum credidi mei quoque sermonis obsequium.

\*scientia

1 Quid enim est quod emergentibus Nestorij & Eutychetis venenis, paterna omisit instructio? Penè omnes impietates cum inuentoribus tam nefandorum dogmatum, conuenientia in vnum synodica decreta presserunt: nec vltius remansit locus vllus, tam diris perfidiæ feminibus amputatis, aut Christum Dominum nostrum credere sine carnis fuisse veritate, aut eundem non & Deum & hominem, de materni vteri intemperata fecunditate produisse, cum alter dispensationem qua saluati sumus, negando, quantum in se est irritam faceret: alter opinione contraria, sed impietate consimili, in eodem Domino nostro Iesu Christo potestatem diuinam à vera humanitate secluderet: neque ille recordatus quia palpan dam carnem suam Christus ostenderit: neque ille Euangelij memor, verbum carnem factum esse dicentis, cui vox Domini indeficienter in sonare debuerat, qua dixit & docuit: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis, qui est in cœlo. Sæpe hæc & multis præcedentium sunt comprehensa sententiis: sed nec clementia vestra (licet iam dicta sint) fastidiosè poterit repetita cognoscere nec nobis pudor est, ea quæ sunt à prædecessoribus nostris prædicta, reuoluere. Neque enim possibile est vt sit diuersitas prædicationis, vbi est vna forma veritatis.

Luc. 2. 4. f. Ioan. 1. b

Ioan. 3. b

ritatis. Nec ab re iudicabitur alienum, si cum his cū quibus conuenimus fide, congruamus & dogmate. Reuoluantur piis mansuetudinis vestra auribus decreta synodica, & beati papæ Leonis conuenientia sacra fidei constituta: eadem inuenietis in illis, quæ recentueritis in nostris. Quid ergo est? Post illū fontem fidelium statutorum, quid amplius, si tamē fidei terminos seruat, quamlibet curiosus scrutator inquirat? Non opus est aut adiectione plenis, aut \* instructione perfectis: nisi fortē mauult quisquam dubitare quā credere, certare quā nosse, sequi dubia, quā seruare decreta.

\* instructione

Deut. 6. a

2 Nam si Trinitas Deus, hoc est pater, & filius, & spiritus sanctus, Deus autem vnus, specialiter legislator dicēte, Audi Israel: Dominus Deus tuus, Deus vnus est: qui aliter habet, necesse est aut diuinitatem in multa diuidat, aut specialiter passionem ipsi essentia Trinitatis impingat, & (quod absit à fidelium mētibus) hoc est aut plures deos more prophanā gētilitatis inducere, aut sensibilem pœnam ad eam naturam quæ aliena est ab omni passione, transferre. Vnum est sancta Trinitas: non multiplicatur numero, nec crescit augmento: nec potest intelligentia cōprehendi: aut hoc quod Deus est, discretionem seiungi. Quis ergo illi secreto æternæ impenetrabilisq; substantiæ, quod neque vlla visibilia vel inuisibilia creaturarum potuit inuestigare natura, prophanam diuisionē tentet ingerere, & diuini arcani mysterium reuocare ad calculum moris humani? Adoremus patrem & filium & spiritum sanctum, indistinctam distinctē, incomprehensibilem & inenarrabilem substantiam Trinitatis: vbi etiā admittit numerum ratio personarum, vnitas tamen non admittit essentia separationem: ita tamen, vt seruemus diuinæ propria naturæ, seruemus propriamque personæ: vt nec personis diuinitatis singularitas denegetur, nec ad essentiam hoc quod est proprium nomen, transferatur. Magnum est sanctæ incomprehensibile mysterium Trinitatis. Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus, Trinitas indiuisa. Et tamen notum est quia proprium est patris vt generaret filium: proprium filij Dei, vt ex patre patri nasceretur æqualis: proprium spiritus sancti, vt de patre & filio procederet sub vna substantia deitatis.

1. Petr. 1. a  
Ioan. 1. b

3 Proprium quoque filij Dei, vt iuxta id quod scriptum est, in nouissimis temporibus verbum caro fieret, & habitaret in nobis: ita intra viscera sanctæ Mariæ virginis genitricis Dei vnitis vtrisque, sine aliqua confusione naturis, vt qui ante tempora erat filius Dei, fieret filius hominis, & nasceretur in tempore, hominis more matrisvulvam natus non aperiens, & virginitatem matris deitatis virtute non soluens. Dignum planē Deo nascente mysteriū, vt seruaret partum sine corruptione, qui conceptum fecit esse sine femine: seruans quod ex patre erat, & representans quod ex matre suscepit. Nam iacens in præsepio, videbatur in cœlo: inuolutus pannis, adorabatur à magis: inter animalia editus, ab angelis nunciatur: vix egressus infantiam, annuncians mysticam sine institute doctrinam: inter rudimenta annorum puerilium, edens cœlestium signa virtutum. Idem enim Deus & homo, non (vt ab infidelibus dicitur) sub quarta introductione personæ, sed ipse Dei filius Deus & homo, idem virtus & infirmitas, humilitas & maiestas, redimens & venditus, in cruce positus, & cœli regna largitus, ita nostræ infirmitatis parti-

iceps, vt possit interimi: ita ingenitæ potentia Dominus, nec possit morte consumi. Sepultus est, iuxta id quod homo voluit nasci: & iuxta id quod pater erat similis, resurrexit: patiens vulnerum, & saluator ægrorum: vnus defunctorum, & viuificator abentium: ad inferna descendens, & à patris gremio non recedens. Vnde & animam quam pro communi cōditione posuit, pro singulari virtute & admirabili potentia mox resumpsit. Hæc ita esse, nec vllam dubitationem oportere recipere, id est, ne Dominus noster Iesus Christus aut inter corporis passionem Deo non esse crederetur, aut ne Deus tantum, non etiam homo, inter opera mirabilium stupenda virtutum, proposito nos duorum Apostolorum \* informauit exemplo, Deum esse se Christum Dominum nostrū, Petri fide: hominem, Thomæ dubitatione declarās. Quid enim intererat, vt quem se homines dicerēt, discipulos suos vellet inquirere, nisi vt respondente Petro, Tu es Christus filius Dei viui, \* fateretur, nō hoc de carne & sanguine proditum, sed patre Deo inspirante reuelatum: vt per testimonium laudate re sponsonis, fides patefieret veritatis? Quid etiam intererat, vt apparente post resurrectionem Domino, Thomas tantum aut abesset cæteris, aut solus ambigeret, nisi vt mundus crederet, quod ambigens discipulus explorasset: vt dum vnus manib' se pateretur tangi, ab vniuersitati fidelium \* quis esset, possit agnosci? Non ergo ad explorandum discipulum interposita est dubitatio, sed quæ sita posteritatis instructio. Anne aliud expectat quod se idem Dominus Cleopha cum alio discipulo, cum ad Emmaum tendētes de se loquerentur, inseruit? Et quanquam de resurrectione Domini, per mulieres quæ primæ ad monumentum conuenerant, agnouissent, tamen vt per eorum dubitationem daret futuris seculis credendi firmitatem, incipiens à Mose & omnibus prophetis, oportuisse Christum pati, & ita intrare in gloriam suam interpretatus, ostendit & per passionem humanam naturam, & diuinā in eo esse per gloriam multiplicibus hæc sanctorum scripturarū insinuat exemplis: nec apud religiosam conscientiam tuam, venerabilis imperator, tanquam ignota dicuntur: fides enim ipsa quæ à te constanter asseritur, tibi hoc reddit numeris, vt sensibus tuis & affectum sui inserat, & scientiam per quam diligentius asseratur, infundat. Et tamen interest dispensationis mihi creditæ vt ego quoque vel apud scientes nota non taceam: vt succedente sibi per vices temporum catholicorum prædicatione sensuum, quod indeficienter asseritur, sine fine credatur. Latius hæc quæ ad deitatem humanitatemque Domini nostri Iesu Christi pertinent, & in eo vnitas duas sine confusione naturas, potui secundum veterum definita differere, si esset aduersus eos qui his dissentiant, disputandum. Sed cum in manibus omnium sint & synodica constituta, & beati papæ Leonis dogmata, perstrinxisse potius pauca quam euoluere, credidi cōuenientius vniuersa. Nūc verò agnoscere satis est & cauere, ita proprietatem & essentia cogitandam, vt sciatur quid personæ quid nos oporteat deferre substantiæ. Quæ qui indecenter ignorant, aut callida impietate dissimulant, dum omittunt quid sit proprium filij in Trinitate, tendūt inuidias vnitati. Sed si, quæ prædicata sunt, validis teneantur fixa radicibus, nec à paterna traditione receditur, & constanter quæ stionibus obuiatur.

Eiusdem

Eiusdem Hormisdæ Epistola ad Episcopos per Hispaniam constitutos: cuius hæc sunt capita.

- De sacerdotibus iuxta instituta canonum ordinandis. 1.
- Vt pro episcopatu premium non accipiantur. 2.
- De concilio per annos singulos celebrando. 3.



Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Hispaniam constitutis Hormisdæ. Benedicta Trinitas deus noster, qui per misericordiam suam Romanæ reip. per vniuersas partes suæ pacis tranquillitate diffusa, nobis quoque viam demonstrandæ circa nos inuicem charitatis indulget, vt qui cohæremus firmitate fidei, iungamur quoque votiua iucunditate colloquij, quo facilius dum per literam ministeria ad vos vsq; per tendimus, etiā corda vestra ad religiosum cultū Apostolicis admonitoribus incitemus: & diem dilectionis nostræ pignus reddimus velut quoddam debitū, plenum circa Deum monstremus affectum. Iungamus igitur, dilectissimi fratres, continuas & humiles preces, & Dominum nostrum oris & cordis lacrymis supplicantes, iugi deprecatione poscimus, vt & institutione & opere illi cuius esse membra cupim', hæreamus: nec vnquam ab illa via quæ Christus est, deuo tramite declinemus: ne ab eo iustē, quem nos impiè relinquimus, deseramus. Quod cum superni fauoris auxilio ea nobis potest ratione contingere, si Apostolica dogmata, si patrum madata seruemus.

Ioan. 14. c

Esai. 18. a

Dist. 61.  
In sacer.

1. Tim. 3. a

Dist. 61.  
Nō nega.

\* non

Dicit enim Dominus noster: Qui diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diligit eū: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et licet hæc possint generaliter dicta sufficere, vt vel declinemus errata, vel custodiamus catholica constituta: tamen quia Ioannis fratris & coepiscopi nostri nobis insinuatione vulgatum est, contra canonū reuerentiam nonnulla præsumi: periculum quod doctoribus imminet de taciturnitate, declinās, & prophetica voce compunctus, qua dicitur, Loquere, ne taceas: generalibus edicendum credidi constitutis.

1 Vt in sacerdotibus ordinādis, quæ sunt à patribus præscripta & definita, cogitatis: quia sicut est caput ecclesiæ Christus, Christi autem vicarij sacerdotes: sic & in eligēdis his curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse conuenit, quos præesse necesse est corrigēdis: nec quicquam illi deesse personæ, penes quam est religionis summa, & substantia disciplina. Estimet quis precium dominici gregis, vt sciat quod meritum constituendi deceat esse pastoris. Hoc ita fiet, si non sacerdotij gradus saltu quodam passim laicis transferantur. Longa debetuiam suam probatione mōstrare, cui gubernacula cōmittuntur ecclesiæ. Non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites tuos probatos sibi quarunt instituta fidelia. Discere prius quisq; debet antequam doceat, & exemplum religiosæ cōuersationis de se potius aliis præstare, quàm sumere. Emendatiorem esse conuenit populo, quæ necesse est orare pro populo. Longa obseruatione religiosus cultus tradatur, vt luceat, & clericalibus obsequiis erudendus inseruiat: vt ad venerandi gradus summam perductus, qui sit fructus humilitatis ostendat. † Nec leue nec vacuum, quod nec apud veteres quidem, nisi Leuitici generis viri ad sancta admittebantur altaria ne pessimè, meritis contemptis, aut precio aut præ-

sumptione ad sacros cultus impar accederet. Tunc migrabant per illam prærogatiuam familiarum ad instituta cultorum: nunc est doctrina pro genere.

Quod illis fuit nasci, hoc nobis imbui. Illos tabernaculo dabat natura, nos altaribus parturit disciplina. Nec tamen de laicis consecrari in hibemus, sed nec de penitentibus quisquam quidē ad huiusmodi gradum prophanus temeratur adspret. Satis illi postulatū sit venia. Qua conscientia absoluat reū, qui se peccata sua populo scit teste confessum? Quis enim quē paulō antē vidit iacentem, veneretur antistitē? Preferens miserandi criminis labem, nō habet lucidam sacerdotij dignitatem.

\* perferēs

2 Hoc quoque ad præmissa coniungimus, ne benedictionē, quæ diuina esse creditur, per impositionem manus, quis precio comparet, \* quoniam ante oculos esse conuenit, quod Simon spiritum sanctum volens redēptione mercari, Apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde quis nō vile putat esse, quod venditur? Istā sacerdotibus ordinādis reuerentiam seruet electio, vt in gravi murmure populorum diuinū credatur esse iudiciū. Ibi enim Deus, vbi simplex sine prauitate cōsensus. Verū nec hanc quidem partem sollicitudinis & admonitionis omittimus, ne vel ille se à culpa tēstimet alienum, qui etsi ipse quidem ad redēptionem liber, inuitauerit benedictione mystica sacerdotem, & tamen ad alterius redempti voluntatem, vel spōte in hoc vel necessitate cōsenserit.

\* priora  
\* cui

Quid prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? Proculdubio cōtra mandata cōmittit & qui habet peccatū proprium, & qui peccatum sequitur alienū, In cassum animus resistit cupiditati si nō resistit & timori. Aduersus hæc facilius, deo adiuuante, prouidebitur, si circa metropolitanos priuilegia à sanctis patribus cōstituta, permaneāt: si metropolitani circa parochias suas ordinem suū ea qua decet veneratione custodiāt: vt nec electio præsulis empta detur pretiis, & nec obsequentis sit quæ sita operibus: sed ita fixa habeantur in cordibus, quem admodum releguntur in scripturis. Si nulla sint in tēplis emptionum semina, nulla erunt fomenta discordiæ: sed regnante charitate, sub illa quam nobis promisit Deus & retribuit, pace viuatur.

\* implorā  
dum esse

† existimet

3 Ob hoc, patres, prouidentia qua spiritus sanctus cultores suos cōpungere dignatus est, incitati, bis in anno per parochias singulas concilia haberi debere docuerunt, vt in vnū iuxta salubris institutionis dogmata cōgregati, pro ecclesiasticis causis tractandis liberè cōuenirent: vt si iuxta votū vniuersa cōsistunt, Deum iūctis vocibus, qui præstat desiderata, collaudent. Difficile est enim, vt cuiusquā cor prauis sic cogitationibus induretur, vt à se patiatur culpā fieri, cum nouerit se iudiciū subiturum esse concilij. Præcinctos ad hanc viam semper lumbos habeat, scientes rationem actuum suorum esse reddendā. Suspendatur ab illicitis per formidinē, & qui nequiverint per pudorem. De cōueniendo bis in anno, notū est canones sanctos cōstituisse, & præfinitum quidem, si possibile est, inuolabiliter conuenit custodiri. Sed si aut temporū necessitates, aut emergentes causæ hoc nō patiūtur impleri: semel saltem, quanuis non licuerit, sine vlla excusatione præcipimus cōuenire. Hæc, fratres charissimi, & alia quæ patrū regulis cōtinentur, in labiis & in cordibus nostris indiuisa retractatiōe meditetur, &, sicut scriptū est, narremus ea filiis nostris, vt ea meditetur in cordibus suis, sedētes in do-

psal. 77.  
mo,







2 De ecclesiaru cōsecratione quoties dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existūt in quibus cōsecratio sciatur, absq; vlla dubitatione scitote eas esse cōsecrādas: ne talis trepidatio faciat deteriora- tionem: quoniā non mōstratur esse iteratū, quod ne- scitur factū. His, fratres, testimoniis scripturarū Apo- stolica autoritate cōfirmatis, cōsultis vestris breuiter respōdisse satisfaciat. Vobis tamē prauidentum est, & omnibus p̄dicandū, vt illicita nō agantur, & Domini p̄cepta cōseruentur, & fideliter peragan- tur. Rogamus autē vos, fratres (vt dicta Apostoli re- plicemus) corripite inquietos, cōsolamini pusillani- mes: & reliquavsq; ad finē ca. 1. ad Thessalonicēses. 5

Extat & alia eiusdem Felicis epistola ad Sabinam quam illustrem mulierē epistola, ad Dei timorē ex- hortatoria, cōflata penē tota ex primo cap. Ecclesia- stici & quarto: vt nō sit hic necesse repeti.

DE BONIFACIUS SECVNDVS.

**I**c Bonifacius anno Domini 525. pontifex 55. creatur, nō sine cōtentione cum Dio- scoro quodā, quæ 29. demum die morte Dioscori sublata est. Scripsit epistolam ad Eulalium Alexandrinū episcopum de recōciliatio- ne Carthaginen. ecclesie, ostendēs per diuinā sapiē- tiam optimē cōstitutum, vt maiora minoribus sub- dantur, & omnes episcopi episcopo Romano: vnde & desumptū est illud decretū quod est apud Gratia- num dist. 89. Ad hoc diuinæ dispensationis prouiso gradus diuersos & ordines cōstituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberēt, & potiores minoribus dilectionē impenderent, vna cōcordiæ fieret ex diuersitate contextio, & rectē of- ficiōrum gereretur administratio singulorum. Neq; enim vniuersitas alia poterit ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentia ordo seruetur. Quia verō quæq; creatura in vna eadēq; æqualitate gubernari vel viuere nō potest, cœlestiū militariū

\*exemplar nos m- struit

\* exempla nos instruunt: quia dum sint angeli, sint & archāgeli, liquet quia nō æquales sunt, sed in potesta- te & ordine (sicut nostis) differt alter ab altero. Si er- go inter hos qui sine peccato sunt, constat istam esse distinctionē: quis hominum abnuat libenter illorum se dispositioni submittere? Hinc enim pax & chari- tas mutua se vice cōplectuntur, & manet firma con- cordia, ac in alterna & Deo placita dilectione synce- ritas. Quia igitur vnum quodq; salubriter tunc com- pletur officii, cum fuerit vnus ad quē possit recurri, p̄positus: vota nostra charitatem tuam latere nolu- mus: ne qui particeps fuit sollicitudinis, gaudiorū fru- ctus reddatur extorris. Et ideo Carthaginēsem eccle- siam ad cōmunionem nostrā redisse (Domino propi- tiantē) tradentibus significamus alloquiis, & māda- torum quæ legatis nostris dedimus, seriem in omni- bus fuisse cōpletam. De qua parte vt ad dilectionem tuā plenius perficere gaudiū perueniret, libelli Eula- lij fratris & cōsacerdotis nostri Carthaginensis epi- scopi, & Iustini clemētissimi principis Orientis sa- crarum literarū exempla pariter credidimus destina- da: iudicātes nihilominus per Orientis partes pluri- mos episcopos sic fecisse. Superest vt à nobis compe- rentibus precibus diuinitas exorata cōcedat quate- nus de aliarum quoq; ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea verō quæ significare curauimus, in eorū sacerdotū qui fraternitati tuæ vicini sunt, cura- bis perferre notitiā: vt & ipsi de affectu tantæ rei gra-

tias nobiscū cœlestis misericordiæ beneficiis referre nō cessent. Aurelius enim p̄fatē Carthaginen. ec- clesie olim episcopus, cū collegis suis (instigāte dia- bolo) superbire tēporibus p̄decessorū nostrorum Bonifacij atq; Cœlestini contra Romanā ecclesiam cœpit: sed vidēs se modo peccatis Aurelij Eulalij à Romanæ ecclesie cōmunionē segregatū, humiliās recognouit se, t̄pacē & cōmunionem Romanæ ec- clesie petēs, subscribendo vnā cum collegis suis, dā- nauit Apostolica autoritate omnes scripturas quæ aduersus Romanæ ecclesie priuilegia factę quoquo ingenio fuerunt.

\*mare pec- cantis \*peccasse

Subditur hic exemplar precum Eulalij episcopi Carthaginen. & Iustini p̄dicti principis, pro recō- ciliatione suæ ecclesie, in quo se submittit Ro. p̄tifi- ci, asserens esse verā salutem in Romana ecclesia, & veram fidem, & non extra illam, & anathematizat omnes hæreticos qui oppositum tenent, & statuti Romani pontificis contradicunt.

DE IOANNE SECVNDVS.

**I**oannes, qui & Mercurius, pontifex 56. anno Domini 533 in sedē Petri sublimatur tēporibus Athalrici regis, & Iustiniani im- peratoris, qui imperator misit fidē suā in scripto sub chirographo proprio ad sedē Apostolicā per episcopos Hypatiū & Demetrium cum ingenti bus donis auri, argēti, & gemmarū. Scripsit episto- lam vnā ad Valeriū quendā episcopū, qua docet filiū in diuinis esse æqualem patri, cōgestis multis & pro- batissimis sacrarum literarum testimoniis.

DE AGAPETVS PRIMVS.

**P**ontifex iste anno Domini 533 creatus est, in ordine Paparum quinquagesim⁹ septimus. Hic à Theodato rege Gotho- rum Constantinopolim legatus missus, Iustinianū imperatorem ab Arrianis in Cōstantinopolitana synodo (vbi mortuus est) auer- tit: de cuius vita ac morū sanctimonia Gratianus di- cit: Agapetus papa, vas catholicum, Euāgelica tuba, p̄co iustitiæ, sacra altaris sedisq; velamina sacrile- gis t̄ Antini Euty chiani infecta fabulis, suis catholi- cis precibus deleuit. Eius hæc est epistola ad eundē Anthemium Constantinopolitanum episcopum.

\* Anthemius, vel Anthymum

De duabus naturis in vno Christo.

**A**gapetus Anthemio episcopo salutem. Multo gaudio essem repletus, si te talē circa ecclesie pacem, & gloriosissimi imperatoris atq; populi doctrinā repe- rissē, qualem te in primordio esse au- diui. Sed nunc quia didicimus à reuerendis, fratrib⁹ te cōtra statuta patrū, imperatorem & reliquos popu- los docere, ita vt negata humanæ carnis atq; animæ veritate, tantū Dominum nostrum Iesum Christum vnus asseras esse naturā, tanquā verbi deitas ipsa se in carnē animāq; verterit: & tanquam cōcipi ac na- sci, nutrirī & crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cœlū, sedere ad dexteram patris, venire ad iudicādos viuos ac mortuos diuinę tantū voluntatis fuerit, quæ nihil horū in se sine carnis recipit veritate: quæ natura, vnita naturā patris, natura est spirit⁹ sancti, simulq; impassibilis, simulq; incōmutabilis, sempiternæ Trinitati indiuisa vni- tas, & vnus voluntatis æqualitas. Vnde si aliquis ma- læ voluntatis homo, aut infidelis quisq; desciscit, ne cōuincatur deitate passibilem sentire atq; mortale, & tamen verbi incarnati, id est, verbi & carnis vnā ausus

ausus fuerit pronunciare naturā, manifestē in aper- tam & Deo odibilem transit insaniam, qui mediato- rem Dei & hominum, hominem Iesum Christum, simulatoriē credit omnia egisse, nec verū in ipso cor- pus, sed phantasticam eius corporis speciem, oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia quoniā olim fides catholica detestatur, & talia asser- tionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata sententiis, non dubium est eam nos fidem p̄dicare atq; defen- dere, quā sancti Apostoli docuerūt, & hactenus eor- um suorumq; successorum sequens sancta hæc Ro- mana & Apostolica ecclesia doctrinam, tenuit ac te- net, docuit & docet. Si quidam enim ita sunt obca- cati, & à lumine veritatis alieni, vt verbi Dei à tēpo- re incarnationis denegent veritatē: ostēdant in quo sibi Christianum nomen vsurpent, & cum Euange- lio veritatis qua ratione concordent, si per virginis partum aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest (Euangelista di- cente) quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis: ita negari non potest (beato Apostolo Paulo p̄dicante) q̄ Deus erat in Christo mundum recō- ciliās sibi. Quæ autem reconciliatio esse potest qua humano generi repropitiaretur De⁹, si hominis cau- sam mediator Dei & hominum non susciperet? Qua verō ratione veritatem mediatoris implet, nisi quia qui in forma Dei equalis est patri, in forma serui par- ticeps esset & nostri: vt mortis vinculum vnus p̄- uariatione cōtractum, vnus morte, qui solus morti nihil debuit, solueretur? Effusio enim iusti sanguinis Christi, tam fuit diues ad precium, vt si vniuersitas ca- ptiuorum in redemptorem suum crederet, nullū dia- boli vinculum retineret: quoniam (sicut Apostolus ait) vbi abundauit peccatum, superabundauit & gra- tia. Et cum sub peccati p̄iudicio nati, potestatiē ac- ceperint ad iustitiam nascēdi: validius factum est donum libertatis, quā debitum seruitutis. Quam ita- que sibi in huius sacramēti p̄sidio spem relinquūt, qui in saluatore nostro negant humani corporis ve- ritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, quo san- guine sunt redempti? Quis est (vt Apostolus ait) qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiā Deo in odorē suauitatis? aut quod vnquā sacrificiū fuit sacratius, quam quod verus & æternus pontifex altari crucis per immolationē suæ carnis imposuit? In conspectu Domini p̄ciosa mors iustorum fuit: nullius tamen insontis occisio, redemptio fuit mū- di. Acceperunt iusti, nō dederunt, coronas. De forti- tudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, nō dona iustitiæ. Singulares quippe in singulis mortis fuerūt, nec alterius quisquā debitum suo sine persoluit: cū filius hominis, vnus solus Domin⁹ noster Iesus Chri- stus, qui verē agnus erat immaculat⁹, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, om- nes sunt etiā suscitati. De quibus ipse dicebat: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Fides etenim iustificās impios, & creās iustos, ad hu- militatis retracta participiū, in illo acquirit salutē, in quo solo homo se inuenit innocentē, liberum habēs per gratiā Dei de eius potentia gloriari, qui cōtra ho- stem humani generis in carnis nostræ humilitate cō- gressus, his victoriā suam tribuit, in quorum corpore triumphauit. Licet ergo in vno Domino nostro Iesu Christo vero Dei atq; hominis filio, verbi & carnis

Ioan. 1. b

2. Cor. 5. d

Roma. 5. d

Ephes. 5. a

Psalm. 115.

Ioan. 12. c

vnā persona sit, quæ inseparabiliter atq; indiuisē ha- beat actiones cōmunes, intelligendæ tamen sunt ip- sorum operum qualitates. Et sic veræ fidei cōtempla- tione cernendum est ad quæ prouehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo deitatis: quid sit quod caro sine verbo non agit, & quid sit quod ver- bum sine carne non efficit. Sine verbi enim potentia nec cōciperet virgo, nec pareret, & sine veritate car- nis obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia nō adorarent Magi puerū stella indice de- claratum: sine veritate carnis nō iuberetur transferri in Ægyptum puer, & ab Herodis persecutione sub- duci. Sine verbi potētia non diceret vox patris missa de cœlo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi be- ne cōplacui: ipsum audite. Et sine veritate carnis nō protestaretur Ioannes: Ecce agnus Dei: ecce qui tol- lit peccata mundi. Sine verbi potentia redintegratio nō fieret debiliū, & viuificatio mortuorū: & sine veritate carnis nec cibus ieiuno, nec somnus neces- sarius esset fatigato. Postremò sine verbi potentia nō se Dominus patri profiteretur æqualem & sine veri- tate carnis non idē diceret patre se esse minorem: cū catholica fides vtrumq; suscipiat, vtrumq; defendat, quæ secundum confessionem B. Petri Apostoli, vnū Christum Dei viui filium, & hominem credit & ver- bum. Christus verò Deus noster ita inter Deum & hominem mediator apparuit, vt in vnitae personæ copulans vtranq; naturam, & solita sublimaret inso- litis, & insolita solitis temperaret. Quid igitur? Cū Christus sit Deus & homo loquitur homo, & calum- niaris Deo? Ille in se naturam cōmendat humanam, tu in illo audes deformare diuinā? Gemina ergo est substantia Christi, diuina scilicet, qua æqualis est pa- tri: humana verò, qua minor est patre. Vtrumq; autē simul, non duo, sed vnus Christus, ne sit quaternitas, non Trinitas, Deus. Sicut enim vnus est homo in ani- ma rationali & carne, sic vnus est Christus Deus & homo: ac per hoc Christus deus, anima rationalis & caro. Christum in his omnibus, Christum in singu- lis confitemur. Deus te conuertat in bonum, frater, & rectæ fidei normam te in omnibus tenere & docē- re concedat. Amen.

Luc. 1. c Luc. 2. a

Matt. 2. b

Matt. 3. d

Ioan. 1. d

Ioan. 10. f

Ioan. 14. b

DE VIGILIIS.



**V**igilius patria Romanus, circa an- num Domini 537 sub Iustiniano im- peratore pontifex 59 creatus, quod restitutioni hæreticorum quorum- dam damnatorum consentire nol- let, flagris est immaniter cæsus, & iniecto in collum eius fune tāquam latro per totam urbem vsque ad vesperam tractus: tandem carceri inclusus, & pane & aqua aliquandiu miserē passus, in exilium cum sequacibus suis actus, cum tandē ho- stium pacatis animis in patriā redire permitteretur, in reditu Syraculis in Sicilia ex calculo moritur. Vi- xit autem in pontificatu tum Romæ tum alibi annis 17. menses sex, dies 26.

Capitulorum sequentis Epistola tituli.

De Priscillianistis, qui ab esu carniū se subtrahunt. x. Detri- 777

- De trina renascentium mense. 2.
- De his qui ab Arrianis iterum rebaptizantur. 3.
- De ecclesiarum restoratione in fabricis vel dedicatione quid sit observandum. 4.
- De pasche festiuitate, & precum ordine, ac missarum solenniis. 5.
- Quod in nomine Trinitatis debeat baptizari. 6.
- Quod B. Apostoli Petri, Romana scilicet ecclesia sedes, sacerdotalis mater sit dignitatis, atque ecclesiastica magistratura. 7.



Illustissimo fratri Euthero Vigilus. Directas ad nos tue charitatis epistolas, plenas catholicæ inquisitionis sollicitudine, gratâter accepimus, benedicentes Dei nostri clemenciâ, quia tales in extremis mundi partibus dignatur tuis oibus, uidere pastores, per quos & pacis valeant salutaribus abudare, & ab antiqui hostis rapacitate seruari, ut insidias nequeant eius subreptionis incurere. Vnde certum est, quia promissæ vos beatitudinis gratia subsequatur, quando à vobis celestium perfectio doctrinam tam votiuam sciscitatione perquiritur. Scriptum est enim: Beati, qui scrutatur testimonia eius: in toto corde exquisit eum. Hoc igitur frater charissime, propositum tuæ cõsultationis totamente tractâtes, de te quoque, prouenire tã cõtendim, qui regulâ catholicæ fidei isdem studeas tenere vestigiis, quibus eam in Apostolica fide cognoscis esse fundatâ. Et quâuis sonus eorum toto orbe diffusus, & vsq; ad fines orbis terræ verba eorum distesa, dilectionis tuæ corda Christo probauerint esse fidelia, tamen si quid ex his in ecclesia quæ tuæ gubernationi (deo auxiliante) commissa est, necdum plena luce claruerit, ad eundem fontem de quo illa salutaris manauit lympha, recurratis, id est, quod debita charitate sumus amplexi, quia fiducialiter de his, vnde apud eos obseruantiam esse dixistis, ambigua, nostra voluntis responsione firmari. Quapropter dilectione tuâ in Domino salutâtes, de lingulis quid iuxta catholicâ disciplinâ teneat apostolicæ sedis autoritas, subiectis aliquibus etiam sanctarum capitulis regularum te credimus instruendum.

1 Ac primû de his quos Priscillianæ hæresis indicat si vitis inquinati, sancta & cõueniente religioni catholice eos detestatione iudicas arguedos, qui ita se sub abstinentiæ simulate prætextu ab eis videtur carniui submouere, vt hoc execrationis potius animo quâ deuotionis, probetur efficere. In qua re quia nefandissimis Manichæis esse cõsimiles approbantur, iustè patrû venerabilium cõstitutis ab hac superstitione sub anathematis sunt interminatione prohibiti, quâdo aliquid ciborum contagione carniui credunt esse pollutum: quia de his omnibus quæ ad humanum victum misericordia Dei cõsulit, nihil catholicis esse iudicatur immundum. Sic enim Titum doctor gentium Paulus monet Apostolus, dicens: Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum mens & cõscientia. Deum confitentur se nosse factis autem negant, abominabiles & increduli, & ad omne opus bonum reprobis. Similiter & alio in loco ad Timotheum de huiusmodi cauendis erroribus prædicauit, dicens: In nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrina-

nis demoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam cõscientiam, prohibentes nubere, & abstinentes à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Hæc igitur sequentia patrum venerabilium constituta specialiter eos censuerunt esse dandos, qui cum carnibus abstinerent, ea quoque credebant esse vitanda, quæ carnibus fuisse videbantur admixta. Nam & ipse Dominus noster Iesus Christus ita præmonuit dicens: Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quæ procedunt de ore, hæc sunt quæ coinquinant hominem. Quapropter nec abstinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos qui execrantur Domini creaturam, recipimus in nostra societate.

2 De baptismo quoque, solenniter adimplendo, similiter quid Apostolicæ vel sanxerit vel obseruet autoritas, in subiectis tua charitas euidenter agnoscat. Illud autem nouelli esse iudicamus erroris, quod cum in fine psalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur, Gloria patri & filio, & spiritui sancto: aliqui (sicut indicas) subducta vna syllaba cõiunctiuâ, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, dicendo, Gloria patri & filio spiritui sancto. Quauis ergo ipsa nos ratio euidenter doceat, quia subducta vna syllaba, personam filij & spiritus sancti, vnam quodammodo esse designent, tamen ad errorem talium cõuincendum sufficit quod Dominus Iesus Christus designans in inuocatione Trinitatis credentium debere baptismum celebrari, dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ergo cum non dixerit, in nomine patris & filij spiritus sancti, sed equalibus distinctionibus patrem & filium & spiritum sanctum iusserit nominari: constat illos omnino à doctrina Dominica deuiare, qui aliquid huic voluerint cõfessionis derogare. Qui si in errore permanerint, socij nobis esse non possunt.

3 De his etiâ qui baptismatis gratia salutaris accepta, apud Arrianos iterum baptizati, profundè vraginis sunt morte demersi, quid per singulos ordines vel ætates antecessorum nostrorum decreta censuerunt quæ multiplici sunt digesta ratione, è nostro scrinio releuata capitula his subiecta direximus. In quibus tamen illud speciali charitate etiâ conuenit obseruari, vt quia pro peccatis plurimis in gentibus iniquitas ipsa surrexit, in æstimatione fraternitatis tuæ aliorumque pontificum per suas dioceses relinquatur, vt si qualitas & pœnitentiæ deuotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque, remedio sit vicina. Quorum tamè recõciliatio non per illam impolitionem manus quæ per inuocationem spiritus sancti fit, operatur, sed per illam qua pœnitentiæ fructus acquiritur, & sanctæ communionis restitutio perficitur.

4 De fabrica verò cuiuslibet ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda, & si in eo loco cõsecrationis solennitas debeat iterari, in quo sanctuaria non fuerint, nihil iudicamus officere, si per eam minime aqua benedicta iactetur, quia cõsecrationem cuiuslibet ecclesiæ in qua spiritus sancti ara non ponitur, celebritatem tantum scimus esse missarum. Et ideo si qua sanctorum basilica à fundamētis etiam fuerit innoquata, sine aliqua dubitatione, cum in ea missarum fuerit celebra-

celebrata solennitas, totius sanctificatio cõsecrationis implebitur. Sic verò sanctuaria quæ habebat, ablata sunt, rursus earum repositione, & missarum solennitate reuerentiam sanctificationis accipiet.

\*al. 10.

5 Pascha verò futurum nos (si deus voluerit) Cal. Maiarum die celebraturos esse cognoscite. Ordinem quoque precum in celebritate missarum nullo nos tempore, nulla festiuitate significamus habere diuisum, sed semper eodè tenore oblata Deo munera cõsecrare. Quoties verò paschalis, aut ascensionis Domini, vel Pentecostes, & Epiphaniæ, sanctorumque Dei fuerit agenda festiuitas, singula capitula diebus apta subiugimus, quibus cõmemorationem sanctæ solennitatis, aut eorum faciamus quorum natalitia celebramus: cetera verò ordine consueto prosequimur. Quapropter & ipsius canonicæ precis textum direximus subter adiectum, quæ (Deo propitio) ex apostolica traditione suscepimus. Et vt charitas tua cognoscat quibus locis aliqua festiuitatibus apta cõnectes, paschalis diei preces simul adiecimus. His igitur fraternitatis tuæ inquisitioni responsis, Deum nostrum quantum possumus exoramus, vt omnibus catholicæ religionis ecclesiis circa vniuersos quos fideles sibi efficit, gratiæ sua dona multiplicet, & ab omnibus insidiis spiritualis hostis atque carnalis cunctos populos suos redigere dignetur immunes. Significatur etiâ beatorum Apostolorum vel martyrum (sicut speramus) sancto nos affectui tuo direxisse reliquias, præsumentes fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adiuuandam.

\*diuersi

\*Sic

Mat. 28. d

6 Si quis episcopus aut presbyter iuxta præceptum Domini non baptizauerit in nomine patris & filij & spiritus sancti, sed in vna persona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus patribus, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, proiciatur de ecclesia Dei.

7 Nulli vel tenuiter sentiendi vel pleniter sapiendi dubium est, quod ecclesia Romana fundamentum & forma sit ecclesiarum: à qua omnes ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignorat: quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio, beato tamè Petro cõcessum est vt ceteris præmereret: vnde & cephas vocatur, quia caput est & primum omnium Apostolorum. Et quod in capite præcessit in membris sequi necesse est. Quamobrè sancta Romana ecclesia eius merito Domini voce cõsecrata, & sanctorum patrum autoritate roborata, primatum tenet omnium ecclesiarum: ad quæ tam summa episcoporum negotia, & iudicia atque querelæ, quæ & maiores ecclesiarum quaestiones quasi ad caput semper referenda sunt. Nam & qui se scit aliis esse præpositum, non molestè ferat aliquem esse sibi prælatum. Ipsa namque ecclesia quæ prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, vt in parte sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudine potestatis. Vnde omnium appellantium Apostolicam sedem eorum iudicia, & cunctarum maiorum negotia causarum eidem sanctæ sedi reseruata esse liquet, præsertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consilium: cuius tramitis si quis obuiare tetauerit, sacerdotum causas se non suo honoris sui periculo apud eandem sedem nouerit redditurum. Data Calend. Martij. Vuisiliano & Ioanne viris clariss. consulibus.

PELAGIUS PRIMVS.



Elagius primus, natione Romanus pontifex 60, anno Domini 556. sub Iustino imperatore creatus, mox accusatus est, quod malorum Vigilij papæ prædecessoris causa fuisset non parua: qui crimen

depulsurus, tenens euangelia, & crucem super caput suggestum ascendit, & coram toto populo iuravit se nullum malum Vigilio intulisse, & sic populo satisfecit. Hic temporibus Totilæ Gotthi ecclesiæ Dei magno præsidio fuit. Horas 7 Canonicas instituit. Mortuorum memorias missæ adiecit. Hæreticos seculari potestati coercendos statuit, qui ad sanitatem reuocari non possent. Quadragesimali tempore sacerdotibus hora 9. sacrificare cõcessit. Item ordinauit vt qui promouendus est in sancta ecclesia, ab ostiario vsq; ad gradum episcopatus, neque per aurum neque per aliquas promissiones proficiat (quod simonia cum est) sed si quis est doctus in opere Dei, bonam vitam habens, non per dationem, sed per bonam conuersationem ad primum gradum perueniat. Sedit annos 11. menses 10. dies 8. in basilica beati Petri Apostoli sepultus 6 no. Martias.

Eiusdem Epistola ad Vigilium episcopum, qua multis testimoniis probat patrem & filium vnum esse Deum, & spiritum sanctum ab eis non esse discretum.



Elagius episcopus Vigilio coepiscopo salutem. Gaudeo fidei deuotione tuâ, quod religiosum studium & diuinum officium dignanter impendis, & maximè quod fidei inimicos emularis, Apostolicæ sedis quærens exemplam. Didici sanè tam per latorum literarum tuarum, quæ & per literas tuas, quod sint quidam penes vos, qui dicentes garrunt, qualiter pater & filius vnus potest esse Deus, cum præter patrem alius non sit Deus, qui dicitur ingenuus atque inuisibilis? Hi sanè, si scirent donum Dei, & veræ fidei regulas intelligerent, nequaquam talia musitarēt. Sed quia non habent mundum cor, quo videre secreta Dei, & intelligere mysteria valeant diuina, mutanda sunt prius corda eorum per pœnitentiâ, vt intelligere postmodum, & capere lumem veritatis possint: quibus tamè ad eorum & multorum illuminationem, corrigendo talium errorem, Apostolica autoritate respondendum est ita: Quomodo vos patrem & filium vnum profiteri non vultis? Eos enim nos vnum & verum Deum à prophetis & Apostolis ostendimus prædicatum: à quibus etiam spiritum sanctum credimus non esse discretum, Esaiâ propheta dicente: Ego sum Deus, & non est alius præter me. Et: Per me ipsum iuro, quia exiit ex ore meo veritas, & sermo meus non auertitur: quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua iurabit per Dominum, dicens: Iustitia & gloria ad eum veniet. Et vt hoc in testimonio patrem simul & filium cognoscas fuisse, Paulum audi dicentem: Vt in nomine (inquit) Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua cõfiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris omnipotentis. Quod si iste filius minor est patre suo, ergo minorata est gloria patris in filio. Et vbi est quod in Salomone scriptura loquitur dicens: Sicut etiam in conspectu eorum, inquit, magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus: quoniam non est Deus præter te, Domine. Diligenter attende, & agnosce filium esse qui magnificabitur in iudicio, dum venerit viuos & mortuos iudicare. Item Esaiâs: Audite, domus Iacob, & residuum domus Israel, qui egredimini ex vtero meo, & erudimini à puero vsque ad senectutem. Ab initio ego sum, & quousque senescatis, ego sum. Ego vos feci, & ego sustineo. Ego remittam,

Esai. 45. d

\*reuerteretur

Phil. 2. b

Ecol. 36. d

Esai. 46. d



*Esa. 46. c* & ego suscipiam, dicit Dominus. Et iterum: Ego sum Dominus Deus, & præter me non est alius Deus, annuncians nouissima priusquam fiant, & statim consummata sunt. Itē alibi: Audi me, Iacob, & Israel quē ego feci: Ego sum Dominus Deus tuus, & nō est ali⁹ præter me. Itē alibi: Ego sum Dominus Deus tuus, primus: & ego nouissimus, & in ea quæ superuētura sunt in nouissimo, ego sum. Itē alibi: Ego sum Deus, qui te creauī, qui te adiuui, & communiui dextera mea. Et vnitate patris & filij assignās, loquitur dicēs: Ego testis vester, dicit Dominus Deus: & puer me⁹, tu, quē ego elegi, vt sciatis & credatis quia ego sum. Ante me nō fuit alius Deus, & post me nō erit. Vnū hæretice elige de duobus. Aut fatere patrē & filium vnum Deū: aut si solum patrem Deum esse contendis, ergo tibi Dominus Iesus Christus Dei filius nō erit Deus, quia scriptum est: Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit. Si secundum te ita est, cur Apostolus talia prædicat, & eundem filium, Deum super omnia benedictum insinuat? Quorum patres inquit, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula? Item Esaias dicit: Dominus Deus Israel, qui liberauit eum de Ægypto: Ego sum primus, & ego post hæc: & præter me non est Deus sicut ego sum, qui stet & vocet, & præparet mihi, ex quo hominem feci in seculo. Itē alibi: In te est Deus, & nesciebamus, Deus: & nō est alius Deus præter te. Tu enim es Deus, & nesciebamus: Deus Israel saluator. Vnus Deus non sunt pater & filius: Quis est hic Deus, in quo esse dicitur? Deus, præter quem alium Deum non esse Propheta sæpe numero singulari protestatur. Et Hieremias: Hic Deus noster, ait, & non applicabitur alter ad eū, qui inuenit omnem scientiæ viam, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & inter homines conuersatus est. Et in Salomone: Miserere nobis Deus omnium, & ostende nobis lumen miserationis, & immitte timorem tuum super gentes quæ non exquisierunt te, vt cognoscant quia non est alius Deus nisi tu. Item ibi: Domine Deus Israel, non est tibi similis in cælo sursum, neque in terra deorsum. Et Psalmo 17. Quoniā quis Deus præter Dominum, aut quis Deus præter Deum nostrū? Et in Genesi: Et pluit Dominus à Domino ignem & sulphur super Sodomam & Gomorram, & euertit ciuitates illas. Si solus pater Deus est, quis pluit ignem & sulphur à Domino, vt supradictas ciuitates euertere: quæso responde. Et in Deuteronomio: Dominus solus deducebat eos, & non fuit cum illis Deus alienus. Et Paulus Apostolus: Vnus Deus qui iustificat circumcisionē ex fide, & præputium per fidem. Et ad Corinthios. Deus erat in Christo mundo reconcilians sibi & iterum: Non est Deus nisi vnus. Et ad Galatas: Mediator autem vnus non est: Deus autem vnus est. Et vnitatem patris & filij & spiritus sancti demonstrans, Ephesius scribēs, ita confirmat: Sufferentes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. Si enim prædicti hæretici vnitatem fidei voluerint simpliciter corde recipere, ex hoc iam testimonio in vno spiritu possunt simul patris & filij vnitate condiscere. Patrem igitur (vt ipsi se dicunt inuenisse in diuinis literis) genitum propriè positū nec legere possunt penitus, nec probare. Sed quia id-

ipsum fides exigit Christiana, absq; vlla dubitatione ingenuus creditur: qui tamen secundum seriem scripturarum, in filio à se genito vsus esse monstratur. Apostolus verò Paulus missionem filij Dei in spiritu sancto longe ante conspiciens, Romanæ ecclesiæ *Roma. 8. a* scribens, hæc testatus est, dicens: Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, De⁹ filium misit in similitudinē carnis peccati, & de peccato damnauit peccatū in carne, vt iustitia legis impleretur. Cernis ne quoniā filius non secundū deitatem à patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer & piè pro nobis assumere nō dedignatus est? Nam quod semetipsum exinanita maiestatis suæ potentia idem se filius miserit, Apostolus cōtestatur dicens: Semetipsum exinanauit, formam serui accipiens. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Et Esaias: Nō legatus, neq; angelus, sed ipse Dominus veniet, & saluabit eos. Item ibi: Palam apparui non quærentibus me. Et in Hieremia: Dereliqui domum meam: dimisi hæreditatem meam, & veni, & factus sum illis in opprobrium. Et in Michæa: Ecce Dominus veniet, & commouebuntur montes sub eo. Et in Zacharia: *Zach. 2. d* Gaude & exulta filia Sion, quia ecce ego venio, & commorabor in medio tui, dicit Dominus. Et Apostolus ad Timothæum: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Et Malachias: Ecce subito veniet in templum suum Dominus quem vos quæritis, & angelus testamēti quem vos vultis. Et in Euangelio: Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Item: Quid nobis & quid tibi Iesu fili Dei? venisti ante tempus perdere nos? Itē ibi: Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Item ibi: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Item ibi: Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Nūquid in his tātis ac talibus testimoniis quibus se filius Dei à semetipso venisse testatus est, poteris dicere, ab alio & nō à semetipso venisse, dum manifestum est, eum qui carnem nostrā dignatè assumpsit, voluntarie & non ab alio missum aduenisse? Nā qui in patre manens, ubiq; potentia sua consistit, vbi à patre mitteretur, omnino habuit. Scimus enim quoniam nulla pars cælorum ac terra à conspectu patris excipitur, vbi secundum eos à patre filius mitteretur. Interim verò det operam (quantum fieri potest) tua dilectio, vt omnibus ecclesiæ filiis innotescat quid contra impium sensum secundum Euangelicam doctrinam & Apostolicam prædicemus: quia licet plenè, quæ semper fuisset atque esset catholicorum sententia, scripserimus: tamen nunc quoque ad confirmandas omnium mentes non parum exhortationis addimus. Memor enim sum, me sub illius nomine ecclesiæ præsidere, cuius à Domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides omnes quidē hæreses destruit, sed maximè impietatem præsentis erroris expugnet. Et aliter mihi non licere, quàm vt omnes conatus meos ei causæ in qua vniuersalis ecclesiæ salus infestatur, impendam. Ne autem aliqua negligentia occasione scripta ad vos non potuerint peruenire, exemplaria eorundem nunc mittenda celsimus: vt nullo modo fidei quam defendimus, prædicatio vestræ doctrinæ notitiæ subtrahatur. Data quinto nonas Maij Ioanne & Narsete viris clariss. consulibus.

*Philip. 2.*

*Esa. 33. d*

*Esa. 65. a*

*Hier. 12. b*

*Mich. 1. a*

*Zach. 2. d*

*1. Tim. 1. d*

*Mal. 3. a*

*Matt. 9. b*

*Mar. 2. c*

*Mar. 1. c*

*Luc. 19. d*

*Ioan. 10. b*

*Ioan. 3. b*

*Matt. 16. c*

*Ca. 1. \*deuotam*

*\*solis*

*Neoc. cō. ca. 13.*

*Ioan-*



**IOANNES III.**  
Ioannes tertius, Romanus, pōtifex 61. anno Domini 563 sub Iustino iuniore imperatore, sedit annos 12. menses 11. dies 26. Sub hoc papa Armeni Christiani facti sunt. Is basilicā Apostolorum Philippi & Iacobi Romæ à Vigilio papa inchoatā absoluit, martyrum sanctorū cœmeteria instaurauit, & vt oblationes & amulevel luminaria in eadem cœmeteria per omnes Dominicas de Lateranis ministrarentur: hic & Narsetes iram Romanis perniciem extremam munitatis sapientia sua pacauit. Scripsit & decretalem epistolā ad Gallia & Germaniæ episcopos, qua  
*Primum chorepiscopos quosdam temerarios olim iam damnatos arguit quod nimium sibi sumerent auctoritatē in impositione manuum.*  
*Deinde monstrat Clementem 1. post B. Petrū sedem Apostolicam rexisse, idque tradente sibi ipso Petro.*  
*Tertio tradit quanta cura atque sollicitudo illi subeūda sit, qui gregem Christi pascat.*  
Ioannes episcopus vniuersis episcopis per Germaniæ & Galliæ provincias cōstitutis, in Domino salutē. Optaueram (siquidē Charissimi) p nostri charitate collegij omnes Domini sacerdotes in vna deuotione persistere, nec quenquā prohibita gratia aut fauore sacerdotum seclari, aut à via recta discedere. Et quanquā credam⁹ dilectionē vestram ad omne opus bonū esse t̄ paratā, vt tamen efficacior fiat, cōgruum nobis visum est literis sedis Apostolicæ (vt antecessorū quoq; nostrorum vestigia imitemur) vos monere præcepta diuina & Apostolicæ sedis instituta viriliter peragere, & prohibita non tangere, sed cauere: nec cuiquā liceat vnquam doctrinā patrū deferere, & sacerdotali honore gaudere. Perlatū est ad sedē Apostolicā, emersisse & denuo reuiuiscere prohibitum & fundit⁹ extirpatū ram à S. Damaso quàm à S. Leone viris Apostolicis, atq; ab vniuersis synodali auctoritate episcopis, reprehensibile atq; oppidō inolitum vsus, eò quod quidā chorepiscopi, qui & à prædictorū antecessorū sanctorum Apostolicorū patribus & viris Apostolicis, & ab ipsis siue à nobis sunt prohibiti (sicut corū hætenus testantur decreta) vltra modū suum progredientes, donū sancti spiritus per impositionem manuum tradant, & alia, quæ solum pontificibus debentur, cōtra fas peragant præsertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorū speciem in ecclesiā gerunt, legatur donū spiritus sancti per manus impositionem tradidisse. Quod autē solis Apostolis eorum successoribus proprij sit officij tradere spiritum sanctum, liber actuum Apostolorū docet. In cōcilio verò Cæsariensi ita de chorepiscopis habetur scriptum: Chorepiscopi quoq; ad exemplū & formam septuaginta videntur esse: vt cōministri autem propter studium quod erga pauperes exhibent, honorentur. Si enim meliores sanctioresq; sanctis Apostolis esse putatis, facite quæ illi nō fecerunt, & superextollite vos illis. Si verò eiusdē ordinis estis, & æquiparare vos vultis illis, nolite ea agere quæ illi non egerunt, sed imitamini (prout melius potestis) exempla & vestigia eorū. Illi autē præcipiente Domino, illisq; denunciante vt illi & successores eorum tantummodo per manus impositionem traderent spiritū sanctum, nulli vnquā ex septuaginta tradere spiritū sanctum per manus impositionē permisertunt, eis quorum ty-

pum (vt prædictū est) chorepiscopi antequam prohibiti essent, gerebant in ecclesiā, scientes illicitū fore, dantes successoribus corū exemplum, nevnquā talia præsumerent. Vnde in actibus Apostolorū scriptum est: Cum audissent Apostoli qui erāt Hierosolymis, quia accepit Samaria verbū Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannē. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperēt spiritū sanctum. Necdum enim in quenquā illorum venerat, sed baptizati tantū erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritū sanctum. Non ergo (vt iam dictū est) aliquem ex septuaginta, licet pauci essent Apostoli, ad hoc opus perficiendū direxerūt, sed Petrum & Ioannē Apostolos per manus impositionem tradere spiritū sanctum miserunt: quorum vicem episcopi in ecclesiā gerunt, & nō chorepiscopi, qui septuaginta discipulorū formā ante prohibitionem eorum gerebāt. Quod illi nō fecerunt, vos facere nolite: ne dissimiles eis, & indigni eorū successionē & ministerio esse videamini: quia (vt ait Dominus in Euāgelio) qui non est mecū, aduersum me est: & qui nō colligit mecum dispergit. Si autē Petrus princeps Apostolorū adiutores sibi asciuit Linum & Cletum, nō tamen potestatem pontificij, aut ligandi aut soluedi eis normā tradidit, sed successori suo sancto Clementi, qui sedem Apostolicā post eum, & potestatem pontificalem, tradente sibi B. Petro, tenere promeruit. Linus verò & Cletus ministrabant exteriora, princeps autē Apostolorū Petrus verbo & orationi insistebat, quæ nō incongruè ad traditionē spiritus sancti per manus impositionē, pertinent. Vnde & in actibus Apostolorū scriptum habetur: Non est æquum, nos relinquere verbū Dei, & ministrare mēsis. Quapropter septuaginta electi sunt discipuli qui exteriora peragerēt: ipsi verò Apostoliverbo & orationi insistebat, inde & in Euāgelio secundū Lucā scriptū est ita: Post hæc autē designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suā in omnem ciuitatē & locum quò erat ipse venturus. Et dicebat illis: Mēsis quidē multa, operarij autē pauci. Rogate ergo Dominū mēsis, vt mittat operarios in messem suā. Ite: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū neq; peram, neq; calceamenta: & neminē per viam salutaeritis. In quæcunq; domum intraueritis, primum dicite, &c. quæ illic sequitur, vsq; dico vobis quia Sodomis &c. Et in Matthæo Euangelista scriptum est: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporū. Estote ergo prudentes sicut serpentes, &c. vsq; ibi: Qui autem per seuerauerit vsque in finem &c. Linū nanque & Cletum nihil legitur vnquam ex pontificali ministerio egisse potestatiue, sed quantum eis à beato Petro præcipiebatur, tantum solummodo agebant. Nam & in canone legitur Nicæno: Episcopum nanque conuenit, maximè quidem ab omnibus qui sunt in prouincia episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, à tribus tamen omnimodis in idipsum concurrentibus, & absentibus quoque pari modo decernentibus, & per scripta consentientibus, tūc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur, per vnāquāque prouinciam metropolitano tribuatur episcopo. Omnia quoque maxima concilia affirmant eum, nō esse episcopū, qui minus quā tribus episcopis auctoritate etiam metropolitani fuerit factus episcopus. Ideoque  
Yyy 3 illos

*Act. 8. c*

*Luc. 11. c*

*8. q. 1. Si autē Petr⁹*

*ca. 2.*

*Clemēs. se*

*cund⁹ à Pe*

*tro pōti.*

*Act. 6. a*

*72 disci-*

*pulorum*

*officiam.*

*Luc. 10. b*

*Nicæ. cōc.*

*ca. 4.*



illos quos chorepiscopos vocatis, quia ab vno (vt au-  
diuimus) fuit episcopo, episcopos non esse, nec ali-  
quid de pontificali priuilegio agere debere, perspi-  
cuum est: quoniã si nomen nõ habent, quomodo of-  
ficium possunt \* habere? Si ergo episcopi non sunt,  
& presbyteri (quorũ vicem gerunt, quia ad exemplũ  
& formam 70 olim fiebant) esse despiciunt, quid e-  
runt? Profecto quod ratione caret, aut nihil, aut parũ  
prorsus est. Si quis de his amplius, & quod fieri non  
debeat, voluerit scire, legat prædictorũ Apostolico-  
rum decreta, & ibi reperiet: de quibus aliqua & hic  
inferere dignũ duximus. Si enim desideramus esse  
discipuli, ipsius imitemur vestigia, vt de nobis dica-  
tur: Ego sum pastor bonus, & agnosco oues meas, &  
voco eas nominatim, & cognoscunt me meã. Et ite-  
rum, monente dominicã vocis imperio, quo beatissi-  
mus Apostolus Petrus trina repetitiõne mysticã san-  
ctiõnis imbuitur, vt Christi oues, qui Christũ amar,  
diligenter & cum magna cura pascat, quoniã ipsius  
sanctã sedis cui per abundantiam diuinã gratiã præsu-  
mus, ipsius amore & reuerentia cohortamur, vt tan-  
tã superstitionis, quã nullius (vt sæpe dictum est) ful-  
citur autoritate, periculũ, quantum possumus, de-  
clinemus, ne beati magistri nostri Petri lummi Apo-  
stoli dilectio qua se amatorẽ Dei esse testatus est, va-  
na inueniatur in nobis: quoniã omnis negligẽter pas-  
cens toties cõmendatum sibi dominicũ gregem, cõ-  
nincitur summum nõ amare pastorem, nec eius velle  
se discipulum fieri, cuius exempla negligit imitari.  
Nam gratia prorsus maior acquiritur, si de commis-  
sis ouibus lucrum offerat Domino sollicitudo pasto-  
ris. Nam & beatum Iacob, qui pro vxoribus diu ser-  
uierat, dixisse meminimus: Viginti annis fui tecum:  
oues tuã & caprã steriles nõ fuerunt: arietes gregis  
tui non comedi: nec captum à bestia ostẽdi tibi: ego  
damnum omne reddẽbã: & quicquid furto perierat,  
à me exigebas. Die noctuq; æstu vrebã & gelu: fu-  
giebat somnus ab oculis meis. Si igitur sic laborat &  
vigilat, qui pascit oues Laban: quanto labore quãtis-  
que vigilis debet intẽdere, qui pascit oues Dei? Sed  
in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit  
ouibus animã: & adiuuet nos, vt de his qui nobis cõ-  
missi sunt, fructũ \* multiplicem, ac mensurã superes-  
fluentem ad æterna gaudia reportare concedat, tan-  
tusq; nos B. Petri Apostolorum principis amor ac-  
cendat, vt in ouili ipsius cui omnes creature sunt tra-  
ditã, omnes taliter errantes, & illicita atq; prohibita  
præsumentes, sanctis vestris studiis summo redinte-  
grare cum desiderio festinetis, qualiter animã pre-  
cioso Christi sanguine redemptę, eorũ non depereãt  
deceptione. Restat etiã, quod per ostium hi nequa-  
quam subintrarũt, quia nõ habebant ostiũ per quod  
ingererentur: quia (vt dictũ est) si nec episcopi sunt  
& plus quã presbyteri esse ambiũt, per quod ostiũ  
intrabunt? cum hi tantum duo ordines in ecclesia le-  
gantur, nec amplius ad pastorale officiũ aliquod pat-  
tet ostium, per quod pastor intret. Audite, fratres, nõ  
me, sed ipsam dicentem veritatẽ: Qui non per ostiũ  
in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & la-  
tro. Cum etiam egregius prædicator dicat: Funda-  
mentum aliud nemo potest ponere præter id quod  
positum est: prædicta duo fundamenta in ecclesia tã  
tummodo posita inueniantur: quicquid amplius in  
his positũ inuenitur, stare nullatenus poterit. Et ideo  
cum omnibus suis fundamentis, actionibus atq; ra-  
dicibus vt euellatur necesse est, ita vt amplius pullu-

lare nec germinare valeat. Non ergo generet, & non  
faciat vobis, fratres, toties repetita locutio fastidium  
quia summa necessitas est sapius prohiberi, quod to-  
ties illicitẽ vsurpatur: & quoniã veritas sapius exagi-  
rata magis splendescit in lucem: & quod toties repe-  
tendo admonetur, minus vsurpatur. Super his enim  
multa iam ab antecessorib⁹ nostris dicta sunt, à qui-  
bus ipsi, sicut nunc à nobis ita olim ab ipsis damnati  
& prohibiti sunt. Ideo sapius repetentes, omnes mo-  
nemus vt vitentur huiusmodi, & à talibus se absti-  
neant, qui noluerint vnã cum eis à sacerdotali mini-  
sterio vt rebelles fieri alieni. Quod ita demum pro-  
bare poterimus, si tales extirpare, & non fauere de-  
certaueritis: & ita in postmodum de tali re querela  
cessabit: quia contumeliã studio fir, quicquid inter-  
dictum toties vsurpatur. Omnia hæc decretalia, &  
cunctorum decessorum nostrorum constituta, quã  
de ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata  
sunt disciplinis, ita vobis, & omnibus episcopis ac  
cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere  
mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi  
deinceps nouerit denegari: quoniam occurreret ver-  
itas, si falsitas displiceret. Et merito nos qui summa  
ecclesiã tenere debemus gubernacula, causa respi-  
cit, si silentio faueamus errori. Data \* 14. Calendas  
Augusti Iustiniano sexto & Narsete viris clarissimis  
consulibus.

BENEDICTVS I.

**B**enedictus primus natione Rom. pō-  
tifex 62. tẽpore Tiberij secundi cir-  
ca annum Domini 576. creatur, qui  
& sedit annos quatuor, mēsem vnũ,  
dies 28. His solitudine & dolore  
contabuissẽ scribitur, cum & vrb̄  
Roma & tota Italia belli & famis extremã calami-  
tatibus opprimeretur.

Huius extã epistola Decretalis ad David episco-  
pum, qua probat ex sacris literis summam Trinita-  
tem vnitatem esse. Ea hæc est.

**R**euerendissimo fratri episcopo David  
Benedictus sa'urem in Domino. Re-  
spondere literis vestris plenius cogita-  
ui: sed cum hoc meditarer, tãtus me do-  
lor tetigit, vt magis flere quã aliquid  
dicere delectatus sim. Sed ne funditus remaneret,  
pauca vobis rescribere curavi, ad potiora vos tempo-  
ra congruẽ inuitans. Quod autem literã tuã testes  
sunt quosdam intra prouinciã Beticã esse, qui dice-  
rent neminẽ veraciter posse probare trinitatẽ vnita-  
tem fieri, cum neq; tres vnũ, neq; vnũ in tribus pos-  
se quenquã propriẽ approbare: quas ob causas (dile-  
ctissime fili) cõsulta tibi Apostolicã sedis misimus,  
vt aut his eos ad rectã fidẽ conuerti facias: aut ab  
ecclesia, antequam pestis hæc latius diuulgetur, re-  
pellas. His, frater, scripturarũ testimoniis vnitatẽ tri-  
nitatis agnosce &c. (Quã hic sequebantur, repeten-  
da sunt ex decretali prima Alexandri papæ primi.)  
Cãterũ frater charissime, quã tua cõtinebant scri-  
pta, ex subiectis sententiis maximẽ omnia poteris col-  
ligere. Necesse est, frater charissime, ad sepe diui-  
num, vbi humanum cessat auxilium. Et vt iuxta A-  
postolum dicamus, licet verba replicemus quã ipse  
Timotheo scribit dicẽs: Ecclesia Dei viuũ, colũna &  
firmamẽtũ est veritatis. Et manifestẽ magnũ est pieta-  
tis sacramẽtũ, q̄ manifestatũ est in carne iustificatũ  
est

1. Cor. 4. ab ed

3. Iustino in morte.

est in spiritu, apparuit angelis, prædicatũ est in genti-  
bus creditũ est in mundo, assumptũ est in gloria. Spi-  
ritus autẽ manifeste dicit, quia in nouissimis tẽpori-  
bus discedet quidã à fide, attẽdentes spiritibus erro-  
ris, & doctrinis dæmoniorũ, in hypocrisis loquentiũ  
mendaciũ, & cauteriatã habentiũ suam conscientiã,  
prohibentiã nubere, abstinere à cibis quos Deus crea-  
uit ad percipiendũ cum gratiarũ actione fidelibus,  
& his qui cognouerũt veritatẽ: quia omnis creatura  
Dei bona, & nihil reiiciendũ quod cum gratiarũ a-  
ctione percipitur. Sãctificatur enim per verbũ dei, &  
orationẽ &c. vsq; ad fin. capi. vbi legitur. Hoc enim  
faciẽs, & te ipsum saluum faciẽs, & eos qui te audiũt.  
Fame enim nimis affligitur popul⁹ Roma. qua clade  
atq; aliis anxietatib⁹ vexatus, longã epistolã minimẽ  
scribere valui. Tẽpore cõgruo denuo (si necesse fue-  
rit) mitte: & ea quã desideraueris, sume. Deus te in-  
columem custodiat, frater charissime. Amen. Data  
\* 4. nonas Aprilis \* Iustiniano & Libio viris clariss.  
consulibus.

PELAGIUS SECVNDVS.

**P**elagius secundus, Romanus, primatũ  
in Romana ecclesia obtinet 63. anno  
salutis part. 383. sedit annos decẽ, men-  
ses duos, dies decẽ. Hic q̄ iniussu Mau-  
ricij tum imperãtis ei dignitati inaugu-  
ratus esset, (nec enim tum pontifex sine imperatoris  
autoritate creari poterat) Gregoriũ diaconũ, post-  
ea põtificem, ad placandũ imperatorem misit, excu-  
sans tum diluuij similitẽ quondã imbrium inundatio-  
nem quã per ea tempora vrbem Romam penẽ de-  
merferat: tum quod Longobardis hostibus vias om-  
nes obsidentibus Roma nullus egredi poterat, qui  
veniam inaugurandi impetraret.

Huius extã epistolã decretales quatuor, quarum  
priorẽ definiẽt generales synodos nõ posse cõuocari  
nisi autoritate Apostolicã sedis, nullãq; synodum  
ratã esse: quẽ nõ fuerit huius autoritate fulta nemi-  
nẽque debere se vniuersalẽ episcopum nominare.  
Deinde quot ciuitates vnaqueque prouincia habeat.  
Tertio, maiores & difficiliõres quẽstiones ad sedem  
Apostolicã semper esse referendas. Quarto, pon-  
tificum accusatores ac calumniatores, vt patrum in-  
uatores ac mactatores habendos esse.

Epistola prima.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis qui il-  
licita vocatione Ioãnis Cõstantinopolitani episcopi  
ad synodũ Cõstantinopolim cõuenerunt, Pelagius.  
Manifesto, sicut optauimus, per gratiam Dei lumine  
Euãgelicã veritatis, ab vniuersali ecclesia pernicio-  
sissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudem⁹  
ĩ domino: sed nõ modico cõtristamur mœre, quia  
ea quã olim calcata fuerant, & funditus dãnata, nec  
vnquã fieri debuerãt, rediuuius radicibus germinant  
atq; pullulant. Et quoniã multa, quã pœnitudinẽ pos-  
sunt generare, proueniũt: necesse est ea cassare, quã  
cõtra ordinem & omnẽ autoritatẽ facta esse nolcũ  
tur. Vnde, fratres, reiecta penitus audacia, quã cõtra  
Apostolicã sedem, & cõtra ipsam Domini saluato-  
ris vocẽ, qua dictũ est, Tu es Petrus, & super hanc pe-  
tram ædificabo ecclesiã meam, sumpta est disputãdi  
cõtra Domini præcepta vana errantiũ corda cõqui-  
escant, nec liceat defendi, quod nõ liceat agere. Re-  
latum est ergo ad Apostolicã sedẽ, Ioannem Cõstan-  
tinopolitanũ episcopum vniuersalẽ se subscribere,  
vosq; ex hac sua præsumptione ad synodũ cõuocare

Matt. 16. c

\* scribere

1. Tim. 3. d

generalẽ: cum generalĩ synodorum cõuocandi au-  
thoritas, Apostolicã sedi B. Petri singulari priuile-  
gio sit tradita: & nulla vnquã synodus rata legatur,  
quẽ Apostolica autoritate nõ fuerit fulta. Quapro-  
pter quicquid in vestro conuenticulo (quia synodus  
taliter præsumpta esse nõ potuit) statuistis, ex autho-  
ritate S. Petri Apostolorũ principis, & Domini salua-  
toris voce, qua B. Petrus potestãtẽ ligandi atq; soluẽ-  
di ipse saluator dedit: quẽ etiã potestãtẽ in successori-  
bus eius indubitãter trãsiuit, præcipio omnia quẽ ibi  
statuistis, & vana & cassata esse, ita vt deinceps nun-  
quam appareãt, nec \* ventilentur. Etenim ipse salua-  
tor B. Apostolo Petro tanquam ipsa per se veritas lo-  
quitur, dicens: Quãcunq; ligaueris super terram,  
erunt ligata & in cœlo: & quãcunq; solueris super  
terrã, erunt soluta & in cœlo. Multis, denuo Apos-  
tolicis & canonicis atque ecclesiasticis instrumur re-  
gulis, nõ debere absque sententia Rom. pontif. con-  
cilia celebrari: quapropter (vt iam dictũ est) rectẽ nõ  
conciliũ, sed vestrum conuenticulũ vel conciliabu-  
lum cassatur: & quicquid in eo actum est, irritũ habe-  
tur & vacuum. Vos quoque deinceps videte vt nul-  
lius hortatu talia præsumatis, si Apostolicã sedis cõ-  
munionẽ carere non vultis. Modo verò ideo suspen-  
ditur vltio, vt locum possit habere correctio. Præde-  
cessoris verò Ioannis, & ipse Ioannes, non semel sed  
sãpissime epistolas atque libellos ppria manu sub-  
scriptos, sanctis antecessorib⁹ nostris miserunt, qui-  
bus corã Domino protestati sunt, nihil vnquã proter-  
uẽ contra Apostolicã sedẽ agere, nec de illius aut  
aliorũ priuilegiis quicquã vsurpare. Qui hætenus in  
archiuo sanctã Romanã ecclesiã sub sigillis ac chi-  
rographis eorum roborati, habentur integri. In ipsis  
enim epistolis vel libellis, anathematis vinculo se &  
successores eorum cõstrinxerunt, si vnquam aliquid  
cõtra eos præsumpissent, aut contra Apostolicã vel  
vlius alterius episcopi sedem quicquã aduersi quo-  
quo modo essent molliti. Idcirco eos nõ est necesse  
excõmunicare aut anathematizare: quia ipsi anathe-  
matis vinculo propriis manibus professiones suas  
suaque scripta roborando cõstrinxerunt. Sciat se ta-  
men & ipse Ioannes, nisi errorẽ suum citò correxe-  
rit, à nobis excõmunicandũ fore, & Apostolicẽ se-  
dis atque omniũ sanctorum episcoporum cõmunionẽ  
carere. Vniuersalitatẽ quoque nomen, quod sibi il-  
licite vsurpauit, nolite attendere, nec vocatione eius  
ad synodũ absque autoritate sedis Apostolicã vn-  
quam venite, si Apostolicã sedis & cãterorũ episco-  
porum cõmunionẽ vultis frui. Nullus enim patriar-  
charũ hoc tam prophano vocabulo vnquam vtatur:  
quia si summus patriarcha vniuersalis dicitur, patri-  
archarum nomen cãteris derogatur. Sed absit hoc  
absit à fidelis cuiusque mẽte, hoc sibi velle quempiã  
arrogare, vnde honorẽ fratrum suorum imminuere  
ex quantulacũque parte videatur. Quapropter cha-  
ritas vestra neminẽ vnquã suis in epistolis, vniuersa-  
lem nominet, ne sibi debitũ subtrahat, cum alteri ho-  
norẽ offert indebitũ. A duersariis nãque noster dia-  
bol⁹, qui cõtra humiles seuiẽs, sicut leo rugiẽs circuit  
quãrens quẽ deuoret, non iam (vt cernimus) caulas  
circuit, sed ita validẽ in quibũdã ecclesiã necessariis  
mẽbris dentẽ figit, vt nulli sit dubiũ quia nisi vnani-  
miter (fauẽte domino) cũctorũ puidã pastorũ turba  
cõcurrat: omne (q̄ absit) citi⁹ ouile dilaniet. Perpẽdi-  
tis fratres charissimi quid è vicino subsequatur cum  
& in sacerdotibus erũpunt tam peruersã primordia.

Dist. 99. Null⁹ patriar.

1. Pet. 5. c

*Iob. 41. d* Quia enim iuxta est illi de quo scriptum est, ipse est rex super vniuersos filios superbi (quod nō sine graui dolore dicere cōpellor) dum frater & coepiscopus noster Ioannes mādata dominica, & Apostolica precepta regulasq; patrū despiciēs, cum per elationem præcurrere conatur in nomine, vestra beatitudini indicet omnipotēs Deus, quā graui cōsiderationis huius gemitu torqueor, quod ille quondā mihi notissimus, ille omnibus dilectus, ille qui elemosynis orationibus atq; ieiuniis videbatur occupatus, ex eo quo scētebat cinere, ex ea quā prætendebat humilitate, iactantiam tantā sumpsit, ita vt vniuersa sibi tentet ascribere, & omnia quæ soli vni capiti coherent, videlicet Christo, per electionē pompatici eiusdē Christi sibi studeat mēbra subiugare. Nec mirū quod ille tentator, qui initiū omnis peccati scit esse superbiam, & tunc ea in primo homine ante omnia vsus est, & nunc eam in quibusdā hominibus ponit in fine virtutum: & qui aliquatenus bonis vitæ studiis videbatur crudelissimas manus eius effugere, eis in ipsis metis boni operis, & in ipsa quodammodo apponat perfectionis cōclusionē tendiculū. Vnde magnopere orandum est, & omnipotēs Deus assiduis precibus implorandus, vt hūc à mente illius auertat errorē, hoc ab vnitāte atq; humilitate ecclesiæ malū superbiam & cōfusionis amoueat, & fauente Deo omnibus viribus cōcurrendum, atq; prouidendū, ne in vnius veneno sermonis viuētia in Christi corpore membra moriatur. Si enim dici hoc licenter permittitur, honor patriarcharū omnium negatur, & fortasse is in errore perit, qui vniuersalis dicitur, & nullus iam episcopus remāssisse in statu veritatis inuenitur. Oportet ergo vt cōstanter ac sine preiudicio seruetur sicut accepistis ecclesiā, & nihil sibi in vobis hęc tētatio diabolica vsurpationis ascribat. State fortes, state securi, scriptaq; vniuersalis nominis falsitate nec dare vnquā nec accipere præsumatis. Omnes episcopos curæ vestræ subiectos, ab huius adulationis iniquatione prohibete, vt vniuersa vos ecclesia patriarchas non solum in bonis operibus, sed etiā in veritatis autoritate cognoscat. Siqua autē forsitan aduersa subsequantur, vnanimiter persistētes, etiā moriendo debemus ostēdere quia in damno generalitatis nostrū specialiter aliquid nō amamus. Dicamus cum Paulo: Mihi viuere Christus est, & mori lucrū. Audiamus quod primus omnium Apostolorū dicit: Si quid patimini propter iustitiā, beati eritis. Mihi enim credite, quia honorem quem pro prædicāda suscepimus veritate, si necessitatis causa exigat, securius pro eadem veritate relinquimus quā tenemus. Orate, fratres, vt honor ecclesiasticus nostris diebus non euacuetur, nec vnquam Romana sedes, quæ instituenta Domino caput est omnium ecclesiarum, priuilegiis suis vnquam careat aut expolietur. Cōfidimus autē de vobis charissimi meliora atq; viciniōra salutis, quia neq; mors neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instātia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia (magistro gentiū docente) poterit nos separare à charitate Domini nostri Iesu Christi, & quæ in ipso est recta fide. Nolite itaq; amittere confidentiā vestram, quæ magnam habet remunerationē. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes aduersariōrū, quatenus fidem intemperatam vsq; in finem cōseruantes, repromissionem percipiamus quā repromisit his qui legitimè certare deproperant. Adhuc enim modicū qui venturus est ve-

niet, & nō tardabit. Ecce enim iudex ante ianuā assit coronas hilariter promittens his qui pro eo passionibus submittuntur. Quod si quis se subtraxerit, non placebit animæ meæ, sed cadet de promissione propter negationē. Nos autem nō sumus subtractionis filii in perditionē, sed fidei in acquisitionem animæ. Propter quod assumite arma Dei, vt possitis resistere in die malo aduersus omnes inimicos sanctæ Dei ecclesiæ, & vestros: & induite lorica m iustitiæ, calcatei pedes in præparationem Euangelij pacis, in omnibus assumentes: scutū fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis accipite, & gladiū spiritus, quod est verbū Dei, per omnem orationē & obsecrationem radicati & fundati in solatio fratrum pro Christo Iesu Domino nostro. Sed & nunc, fratres, cōmendamus vos omnes Domino, & verbo gratiæ eius, qui potest perficere & dare hæreditatē vobis cum omnibus sanctis. Ipse autē Deus pacis & cōsolationis det vobis id ipsum sapere in alterutrū, vt vobis inuicem succurratis, & nō sitis diuisi: vt vnanimis vno ore & vno corde honorificemus eum in concordia & consolatione fratrum, qui potens est cōfirmare vos secundū Euangeliū eius, & iuxta reuelationē mysterij æternis tēporibus taciti, quibus vobis futurorū gaudiorū largienda sunt munera. Sūm opere etiā cōsiderare debetis, quod his qui fratribus inuident, eosq; dānare aut perdere cupiūt, per se & sua dogmata destruntur. Dicit enim dominus: Omne regnū in se diuisum, nō stabit: & omnis lex & scientia aduersum se diuisa, nō stabit. Ideoq; necesse est vt cōcorditer salubres suscipiatis hortatus: & nihil per cōtentionem agētes, sed ad omne studiū deuotionis vnanimis & Apostolicis cōstitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentissima canonū decreta violari, quatenus & Nicænorū canonū statuta, & quæ à nobis vel à prædecessoribus nostris sunt prouide & salubriter decreta, intemerata permaneāt in futuro. Et in Apocalypsi Dominus per Ioānē loquitur dicens: Nolite timere, ego sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorū. Et habeo clauas mortis & inferni. Et paulō post: Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradiso dei mei. Itē idem: Esto fidelis vsq; ad mortē, & dabo tibi coronā vitæ. Et iterum: Qui vicerit, & custodierit vsq; in finē opera mea, dabo ei potestātē super gentes, & reget illas in virga ferrea: & tanquā vas figuli cōfringentur. Itē idem: Ecce sto ad ostiū, & pulso. Si quis audierit vocē meā, & aperuerit mihi ianuā, introibo ad illū, & cœnabo cū illo, & ipse mecū. Qui vicerit, dabo ei sedere mecū in throno meo, sicut & ego vici, & cōfedi cū patre meo in throno eius. Vos fratres si nō vultis cum eo dānari, quia non solū qui faciūt, sed qui cōsentiūt faciētibus, rei sunt: hortamini eū & monete recedere à p̄fatis illicitis: & memor sit vnde exciderit, & agat p̄nitentiā, & prima opera faciat. Sin min⁹, nō mea loquar verba, sed ipsa domini saluatoris quæ p̄ predictū Ioānē in iā dicto libro locutus est, replicās aio: Veniā & mouebo cādelabrū tuum de loco suo, nisi p̄nitentiā egeris. Ipse enim magis tenet doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalum corā filiis Israel, sicut iste docet vos scandalizare sanctā matrem ecclesiā, & vniuersum cœtū tam sacerdotū quā religiosorū Christianorū atque fidelium. Vnde & in supradicto libro continetur ita: (semper enim potius vos verbis Domini

ni saluatoris ferire, & instrui cupio, quam meis, licet & ipsa apostolica autoritate sint p̄deribus plena) Noui opera tua nouissima plura peiora prioribus. Sed habeo aduersus te quia permittis mulierē Iezabel, quæ se dicit prophetam, docere, & seducere seruos meos: fornicari, & māducare de idolothytis. Et dedi illi tēpus vt p̄nitentiā ageret, & non vult p̄nitere à fornicatione sua. Ecce ego mitto eā in lectū & qui mœchantur cū ea, in tribulationē maximā, nisi p̄nitentiā egerint ab operibus suis: & filios ei⁹ in terficiā in morte. Et scient omnes ecclesiæ quia ego sum scrutans corda & renes: & dabo vniciq; vestrū secundū opera vestra. Hęc, fratres, valde cauēda sunt, & præcepta domini, atque sanctæ sedis apostolicæ, quæ vice domini saluatoris legatione fungitur, monita fideliter amplectenda & peragenda.

*Apoc. 2. f* De cætero, fratres, super prouinciæ causa, vnde sedem apostolicam dudum cōsulere voluistis, videtur nobis sufficienter tractatum à sanctis prædecessoribus nostris. Sed quia denuo nostrā mediocritatē de eadem re interrogare dignum duxistis, scitote certā prouinciā esse, quæ habet decē vel vndecim ciuitates, & vnum regem, & totidē minores potestates sub se, & vnum episcopū, aliosque suffragatores decem vel vndecim episcopos iudices, ad quorū iudicium omnes causæ episcoporū & reliquorū sacerdotum, ac ciuitatum causæ referantur, vt ab his omnibus iustē consona voce decernantur: nisi ad maiore auctoritatem fuerit ab his qui iudicandi sunt, appellatum. Vnde non oportet vt degradetur vel dehonoretur vnaquæque prouincia, sed apud semetipsam habeat iudices, sacerdotes, & episcopos singulos, videlicet iuxta ordines suos. Et quicumque causam habuerit, à suę iustis iudicibus prouinciæ, & nō ab externis, nisi iudicatis (vt iā prælibatū est) à iudicatis fuerit appellatum.

*Cap. 3.* Si verò in qualibet prouincia ortæ fuerint quæstiones, & inter ipsius prouinciæ episcopos discrepare cœperit ratio, atque inter ipsos dissidentes non conueniat, ad maiorem tunc sedem referantur. Et si illic facile & iustē non discernuntur: vbi fuerit synodus regulariter congregata, & canonicè & iustē iudicentur. Maiores verò & difficiles quæstiones (vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedē apostolicam semper referantur.

*Cap. 4.* Cæterum sanctorum patrum statuta sequētes, synodali autoritate omnes qui aduersus patres armantur, vt patrū inuasores & mactatores, infames esse cēsemus: quoniā ea vulnera quę fomentis non sanantur, ferro abscindi vel curari necesse est. Vnde fratres, cessent iniustæ æmulationes, cessent insidię, cessent falsæ criminationes: ne infirmus quisquā, propter quem Christus mortuus est, talibus laceretur insidias: ne ouis pretio Christi redēpta lupinis à fratre facietur morsibus. Meritò ergo causa nos respicit, si talibus fauere cœperimus. Corripiantur semper talia, nec illis qui hæc exercere conātur, aut patribus vel fratribus insidiantur, liberè loqui concedatur, aut p̄ voluntate sermo proferri permittatur. Liqueat omnino quoddam conuicant illis, qui talia eos loqui permittunt: quoniā occurreret veritas, si falsitas & calūnia displiceret, vel odium. Desinat igitur falsitas in cessare veritatem: desinat suspicio quæ iustē repellit, in fidari: desinat odium & inimicitia perseque patres vel fratres: desinat conspiratio, quæ ab omnibus est repudianda, infestare magistrōs. Horum igitur vitiorum authores vel patratōres non sunt in accusatio-

ne pontificū recipiendi, sed penitus repellendi: quoniā iubēt canonica decreta patrū, vt accusatio vel testimonium eorum qui odio quoslibet insequuntur, vel qui inimici aut suspecti habentur, nullo modo recipiantur. Quorum statuta & nos firmantes, eadem omnibus inuolabiliter futuris temporibus tenere censemus. Quicquid autem super hac causa patres nostri decernendum duxere dignum, vt cōdecet necesse est cum labefactari vel infirmari cœperit, apostolica denuo autoritate firmari ac renouari, fratribusque dari. Data Calend. Mart. indictione. 15.

*Eiusdem Pelagij secundi, epistola decretalis secunda, in qua tractatur an & quatenus liceat episcopo de vna ciuitate in aliam transire.*



Dilectissimo fratri Benigno archiepiscopo Pelagius episcopus. Lectis fraternitatis tuæ literis, vigore fidei tuæ, quem dudum noueram agnouimus, cōgratulantē dilectioni tuę ad custodiēdum gregem Christi, pastoralem curā vigilanter impendis, & pro tibi subditis sollicitus existis. Ad nostrā enim lætitiā & benefacta perueniūt: & si aliqua secus quā oportet prouenerint, non modico nos mœrore conturbant. Magnā enim gratulationē diuina cōcedit gratia, quādo tribuit inter nos & salutaris disciplinæ normā literis cōferre, & prouenire ad pacificorū studia facit præoptata. Exigit ergo dilectio tua consulta sedis apostolicæ, si licitū foret episcopū transire aut mutari de ciuitate ad ciuitatē, dū quidā canones (vt tibi videtur) hoc fieri prohibeant. Significasti etiā literis tuis quę eam fratrum nomine & actu dei seruū, causa utilitatis te velle mutare in locū & ciuitatē defuncti: licet quidam dicat hoc fieri nō licere, nisi cōsensum sedis apostolicæ habuisses. Quapropter scias, frater dilectissime, aliud est causam necessitatis & utilitatis, & aliud causam p̄sumptionis, & propriæ volūtatis. Nō ergo mutat sedē, qui non mutat mentem, id est qui nō causa auaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel suæ electionis, migrat de ciuitate ad ciuitatem, sed causa necessitatis aut utilitatis mutatur. Nā plurimorū utilitas, vnius utilitati aut volūtati p̄ferenda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari: sicut aliud est ministrare, & aliud ministrari. Vnde dominus in euāgelio loquitur dicens: Nō veni ministrari, sed ministrare. Quod enim in canonibus legitur, nō debere episcopū de ciuitate ad ciuitatem trāsire vel transferri: non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, aut autoritate maiorū hoc agūt, sed de his qui auaritiæ ardore in flammamati spōte sua profiliunt, & potius ambitioni quā utilitati ecclesiæ seruire, & vt dominationē agant nō sistere cupiunt. Vnde & in subiectis canonibus cōtinetur: Si aliquis extiterit temerarius, qui forsitan excusationem afferat, quod populi literas acceperit, & ideo migrauerit, dū manifestū sit, p̄mio & mercede paucos qui syncerā fidē nō habent, potuisse corrūpi, vt clamarent in ecclesia, & ipsū peteret viderēt, omnino has fraudes remouēdas esse censemus. His verbis & aliis multis exēplis liquet, nō de his dicere (vt paulo superius prælibatū est) quod pulsi, aut nō recepti à ciuib⁹, vel à quibuscunq; aut necessitate cogēte, vel autoritate maiorū trāsēunt de ciuitate ad ciuitatem: sed de his qui spōte profiliunt: aut temeritatis aut ambitionis, causa hoc

*7 q. 1. Sci- as frater dilectissime.*

*Matt. 10 d*



sa hoc faciūt. Nam aliud est sponte transire, & aliud est coactē aut necessitate venire. Vnde nō isti mutāt ciuitates, sed mutātur: quia non spēte sed coactē hoc agunt. Quis enim vnquā audet dicere, sanctū Petrū apostolorū principē non bene egisse quādo mutauit sedē de Antiochia in Romā? Aut quis eū negat ob id sanctū non esse, aut dignitatē aut meritū vnquam apostolatus tā in cœlis quā in terris perdidisse? Aut quis negat sanctos non esse multos alios episcopos, qui de ciuitatibus ad ciuitates trāsflati sunt, aut meritum pōtificatus pdidisse? Quorū nomina si cœperim enumerare, ante dies ptransier, q̄ hęc omnia cōscribere possem: & prolixior erit epistola q̄ necesse sit. Aut quis vnquā potest approbare sanctū non esse Alexandrū, qui Hierosolymā de altera ciuitate trāsflatus est? Aut sanctū Gregoriū Nazianzenū, qui in Nazianzo constitutus est? Aut sanctū Proclū, qui de Cyzico trāsflatus, & Constātinopoli inthronizatus est? Non ergo bene intelligūt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa vtilitatis aut necessitatis fieri posse quoties communis vtilitas aut necessitas p̄suerit. Nullum enim ex his, aut ex aliis qui meliori consilio mutauerunt ciuitates necessitate quadā vel vtilitate ecclesiastica, aut laica cōmunionē carere reperimus nec vllatenus vnquā fieri debet. Sententia verō quæ in Antiocheno concilio habetur, vt episcopus ab alia parochia nequaquā migret ad aliā, tota atque omnes sententiæ de ea re vim superius cōprehensam retinent, & nihil pretaxato modo translationibus episcoporum actis aut agendis nocent, sed magis robur eis ac donū saluatoris, quæ omnes canonicos superexaltat libros, autoritatē prestat. Tales autem quæstiones magis ex inuidia q̄ ex charitate aut vtilitate nasci videntur, cum ipsa per se veritas dicat: Si vos p̄secuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliā & reliqua. Huic ergo sententiæ nullus catholicorū vsquam cōtradidit, quæ non alterius, sed ipsius proprio domini ore prolata & firmata esse dinoscitur. Cui si aliquis contradixerit, non solum extorris, sed etiam anathematizatus ab ecclesia pellatur. Et dominus in euangelio alias dicit: Beati qui p̄secutionē patiuntur propter iustitiā, quis eos dānare potest? Et si ipse de ciuitate ad ciuitatē p̄pter p̄secutionem fugere p̄cepit, quiseos detrahare aut damnare p̄pterea audet vel potest, q̄ verbis dominicis obtēperant? P̄fecto is qui cōtradidit aut resistit, seipsū dānat, quia ori domini cōtumax & inobediēs existit. Vnde & ipsa p̄ se veritas dicit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo nō estis. Omnino oportet deo obedire plus q̄ hominibus. Et idcirco q̄ deo obedimus, & de ciuitate ad ciuitatē (ipso precipiente) p̄secutionis causa, id est necessitatis aut vtilitatis trāsimus, dānan di sumus? Non omnino, sed potius venerandi atque portandi: quoniam nec ipsi episcopis hoc imputari potest. † Qui his resistit, p̄fecto dei ordinationi resistit, & est infideli deterior: quia melius est non cognoscere viam veritatis, quam post agnitionem retrorsum abire. Nam & ipse dominus de loco ad locū secessit, id est transiit, Iudæis illum quærentibus. Fugiens ille quærentes & persequentes se, dedit nobis exemplum fugere persequentes se, & de ciuitate ad ciuitatem transire, dicens: Si vos per secu. fu. in v. ci. fu. in al. & cætera talia his similia: Nam si fugere malum est, persequi multo deterius. Hic quidemne mo-

riatur absconditur, hic autem persequitur vt occidat & vt fugiatur, precipitur. Et quia qui quærit occidere, preuaricatur legē, & magis fugiendi prebet occasionem: si fugā impropert persequentes, erubescant potius semetipsos, & quiescāt insidiari, & quiescent continuo fugientes. Nemo enim mitem fugit aliquādo, sed magis ferocem simul & callidum. <sup>2. Re. 22. 16</sup> Omnis enim qui gemitur, & vexabatur à Saul, fugiebat & veniebat ad David. Si ergo piissimus atq; iustissimus. David sciret peccatum esse, p̄secutionē fugientes & transeuntes de loco ad locum & de ciuitate ad ciuitatem, recipere, tales nequaquā reciperet, nec secū teneret, nec in aliis ciuitatib⁹ eos collocaret. Qui enim p̄sequuntur domini episcopos, eosque de ciuitatibus ad ciuitates transire compellunt, non eos tantum p̄sequuntur, quātum dominum nostrum Iesum Christum, cuius legatione fungūtur. Nec ipsi in hoc peccant episcopi, quoniā non sponte sed coactē hoc agunt: sed illi à quibus p̄sequuntur: nec ipsi episcopis hoc imputari potest, sed illis qui eos hoc agere cogunt. Sanctus enim protomartyr Stephanus lapidabatur, sed Iesus suscipiebat plagas. Ideoq; vniciq; p̄uidendū est ne aliquē iniuste p̄sequatur, iudicet, vel puniat: ne Iesum p̄sequatur, iudicet & puniat: Qui autem negant misericordiam faciendā fugientibus, ac necessitatem patientibus, ipsum Christū negant, qui est misericordia & veritas, & omnibus necessitatem patientibus subuenire iubet. Pauca sunt, frater, quæ asserui: sed quanta ex his pendeant, tua p̄ uidentia poteris æstimare. Quare hanc admittuntur maleuoli irūpere misericordiam? Cur ludere vanis intentionibus felicitatem? Excusationem iā non habet furor iste credentibus: nec interest quibus itinerebus ad mundi principem currat, qui à beneuolētia fratrum desciscit, aut necessitatē patientibus, misericordiam negat. Negat misericordiam, necessitatē patientibus, qui populis indigentibus diuinis† mysteriis, & non habentibus proprium episcopū qui eos instruat, causa vtilitatis atque necessitatis, ex alia ciuitate (licet minor sit) in eā quæ non habet episcopū, doctiorem vel vtiliorē meliori consilio non spontē transeuntem, sed maiorū exhortatione mutare, aut episcopū eiectum, & p̄secutionem patientē, causa vtilitatis aut necessitatis inthronizari non permittit. Apud veteres enim sine vlla differentia de vna ciuitate ad alteram migrabat episcopus dum vtilitas aut necessitas euocaret. Quapropter ipsam etiam regulam huic epistolæ placuit inseri vt mōstretur eos mēditos esse, qui episcopum non posse inthronizari dixerunt. Vnde & in canonibus legitur ita: Si quis episcopus ordinatus, ad parochiam in qua ordinatus est minime proficiscitur, non sua culpa, sed aut populo respiciente, aut propter aliam quālibet causam necessitate factam, hunc honore ministerioque participare, nec tantū misceri rebus ecclesiæ in qua collectas celebrat, sed sustinere quoq; quod prouinciæ synodus suo iudicio terminauerit, decernimus. Huic regulæ contradidit nullus potest, quæ etiam causa vtilitatis aut necessitatis inthronizari episcopum iubet, & mutari ac transire eum de ciuitate ad aliam ciuitatem non proprium habentem episcopum, finit. Pingues hostias litat diabolo, qui his resistere nititur aut misericordiam & vtilitatem ecclesiæ iam dictis negat, id est & episcopis, & populis. In vanum ergo contra simplices, qui hęc olim dicentes agere prohibuerunt, tendicula parabunt, cum his & aliis armati admini-

ti adminiculis, nouerint quid super his sit agendum & quid vitandū. Nimisenim armatus est, qui illa quæ aduersarius misericordiæ vtilitatis atq; cōcordiæ ministrat, tela contēnit. Sufficit ergo contra omnia iacula iurgiorū fidei nuda oppositio. Scio te non ignorare, frater memoratas canonū sententias, atq; euangelicas sanctiones nouas non esse, sed nostro eas assensui mancipari. Cur his contradicentes, & emigrationes episcoporum vtilitatis & necessitatis causa fieri prohibentes, vt sæpe dictū est, & non auaritiæ aut temeritatis, in perniciem sacerdotū ac populorū legendunt sacerdotale concilium? Cur lacerant sententiā in qua inspirante Christo oracula superna patuerunt & inter deū & homines interpres extitit lingua pōtificum? Et infra paulo post: Quapropter charissime his apostolicis fultus autoritatibus, multa episcopū causa necessitatis aut vtilitatis: sup quo cōsulere nos voluisti, & alios fratres nostros. Quibus hoc faciendum necessitas aut vtilitas compulerit, agere doce, quia hoc quod tibi soli scribimus, generaliter omnibus tenere mandamus: quia sicut potestatem habemus episcopos & sacerdotes regulariter titulare & ordinare: ita (vt prædictum est) causa necessitatis aut vtilitatis† habemus & mutare, ac de titulo ad titulum† translatare, licet de minori ad maiorē urbem mutandus sit. Hoc tamen summo opere p̄uidēdum est, ne causa arrogantiæ aut auaritiæ vnquam fiat, quia hi à predictis canonibus damnantur, non illi qui necessitate aut vtilitate, maiorū consilio, & sana ac pura & deo placita intentione hoc faciunt. Tu, frater, semper sectare iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, & mansuetudinem. Et infra. Deus autē impleat desiderium tuū, & ministerium tibi diuinitus collatum, secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesū domino nostro. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum. Amen. Data 13. die Augusti mensis indictione † 14.

*Epistola decretalis tertia, Pelagij papæ secundi ad vniuersos episcopos Italiae: in qua agitur de accusatoribus prælatorum suorum & episcopis quorum res detinentur, & de monachis.*



Illustissimis atque charissimis fratribus vniuersis episcopis, & cunctis specialiter per Capaniæ & Italię prouincias militantibus domino Pelagius salutem. Sollicitudinē omnium ecclesiarum (iuxta apostolum) circūferentes, diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, q̄ nos per dignationis suæ dominus misericordiam ad hoc fastigiū sacerdotale p̄uexit, vt mādatis ipsius in hærentes, in quadā sacerdotū eius specula constituti, p̄hibeamus illicita, & sequenda doceamus. Omnes, charissimi, qui volūt in Christo piē viuere, necesse est vt ab impiis & dissimilibus patiātur opprobria & despiciantur tanquā stulti & infani: qui ideo p̄sentia bona perdunt, vt inuisibilia ac sibi p̄futura acquirant. Sed hæc despectio & irrisio in ipsos retorquetur, dū & abundātia eorū in egestatē, & supbia eorū transierint in cōfusiōnē. Iusto enim iudicio datur plerūque potestas peccatoribus, quia sanctos eius p̄sequantur: vt qui spiritu dei iuuantur & aguntur, fiāt per laborū exercitia clariores. Et quāquam, fratres, ita se habeat, nō tamē sunt cōsentiendi, sed reprobādi, qui † p̄zlatos suos vel reprehendūt vel accusant.

Vnde canonica sanctorū patrū statuta, ne columna & senior sanctæ ecclesiæ vacillēt, sequentes ac roborantes, omnes infames, cūctosque suspectos, vel inimicos, & eos qui non sunt eorū gentis, vel quorū fides vita & libertas nescitur, & quæ non sunt bonæ conuersationis, vel quorū vita est accusabilis, ab omni accusatione episcoporum funditus submouem⁹. Similiter & omnes quos diuinæ leges mortuos appellant, submouendos esse ab eadē accusatione, & publicæ pœnitentiæ submittendos iudicamus. Neq; dū ecclesia alicuius episcopi aut possessiones vel res ab æmulis eius, vel à quibuscūque aliis non sua sponte detinetur, aliquid illi non debet aut potest à quoquā ante redintegrationem omnī rerū suarū obici, sed prius illi legibus redintegrandis sunt omnia: & postea, tēpore à patribus p̄finito sunt negocia vētilanda. Refutandi sunt etiā raptores, fures, sacrilegi, adulteri, & horū similes. Manifestū est enim, q̄ semp tales magis discordiā q̄ pacē sectantur. Nullus quoque monachus talia † vnquā arripiat, nec secularia aut ecclesiastica negocia p̄urbare p̄sumat: quia mortua in talib⁹ vox est eorū. Immobiles enim domin⁹ suos summos semper vult manere p̄dicatores, & nō à quibusdā temerari, sed sibi liberē & quietē famulari. Vnde & ipse ait: Qui vos t̄git, tangit pupillā oculi mei. Et quivos cōtristat, me cōtristat. Et qui fecit iniuriā, recipiet: & qui vos spernit, me spernit. Ita quoq; & plebibus, vel cæteris generaliter omnibus sunt timēdi, & ferēdi atq; venerādi pastores & p̄dicatores ecclesiæ, vt sub exercitatione bonæ voluntatis sustineantur tēporalia sperētur æterna. Augēt enim merita virtutis, q̄ p̄positū nō violat, sed augēt religionis. Caritas verō sēp hominē innouat. Et sicut malignitas veteres, ita dilectio nouos facit. Fides eorū qui deū visuri sunt, q̄ nō videt credit. Nā si videt, nō est fides. Credētī colligit meritū, vidētī redditur premiū. Tunc p̄ciosū pastoris diadema est, quādo suasioni eius grex ecclesiasticus, dū ad p̄bitatē graditur, nō repugnat. Ille sine fuco monitorē, & veridico ore diligit, qui eius instituta sectatur. Et mox infra: Statutus venerādi p̄sules sudoribus fructus est cū iudicio purissime reddēdus: vt in vtroq; cōgruus nitor, nec suscipiētē deuenistet, si indigno auctore p̄uenit: nec si cōferatur immerito, maculet largientē. Sit semp aduersus prauos & impios, atque seruorum dei persecutores libera vox & oris gladio feriantur, & redarguantur. Persequantur enim & repellantur, cōfundantur & auertantur: nec ledēdi piē viuenteis vllā habeāt facultatē. Plerūq; periculis plena sunt quæ vidētur esse tutissima. Videte quātis laborēt tales insidiis ideo absconditū esse nō licet q̄ † addim⁹. Iā † latebat nostra p̄secutio: manifesta misericordia est: circa p̄secutores & facinorosos seruata † distinctio. Rogo topori quietem tribuite cælestiū mandatorū: hostē quoq; depellite, ne cādidā cōuersatio vobiscū habitātū, fusca supueniētis cōragione violetur. Antē enim p̄uidēda sunt remedia, q̄ morbus increseat. Sanctorū quoq; apostolorū, & reliquorū † sacerdotū petamus exercitiū, & p̄dictorū p̄secutorū ora claudamus. Seculi cōuersatio, legū metu retinetur ecclesiastica quoq; custodia regularū frenis seruatur & regitur. Deus, charissimi semp p̄cul auertat inuidiā. Vos ergo armamini iuxta apostolū gladio spiritus, quod est verbū dei: & apostolicæ autoritatis clypeo: vt ecclesiasticæ fœcunditatis iura nulla sœuētis p̄cellē possint impulsione subuerti. Nullō vnquā p̄iudicio grauare quenquā sed inspicite

Mat. 10. c

Mat. 5. a

Ioan. 3. f

Acto. 5. e

† quoniam qui his.

† habes. † trāsferre

† al. 13.

1. Cor. 11 g

† pastores

3. q. 2. Cū ecclesia ali cūm.

2. q. 7. mil lus monachus talia. † vsquam.

Zacha. 2. c Mat. 10. d

† quod ad m⁹ & me lim forte, agimus. † latebrā † distinctio

† sanctorū

Ephe. 6. d



inspicite semper quæ regularum testimonio declarantur, & mox infra: Omnia vestra semper, fratres, in charitate fiant. Et detrahentes nolite detrahere quoniam detrahentibus detrahere non est bonum: ne ad ea quæ scripta sunt cōmoti, in iniuriæ certamē faciamus. Non debemus omnino timere opprobriū hominū, neque eorū exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis dominus iubet, p̄ Esaiā p̄phetā dicēs: Audite me, qui scitis iudiciū populus meus, in quorū cordibus lex mea est. Nolite timere opprobriū hominū, & blasphemias eorū ne timeatis: cōsiderātes quod in psalmo scriptū est: Nōne deus requirit ista? Ipse enim nouit occulta cordis & cogitationes talium hominū, quoniam vana sūt. Vana autē locut⁹ est vnusquisque ad p̄ximū suū. Labia dolosa in corde & corde locuti sunt mala. Sed disperdat domino vniuersa labia dolosa, & linguā magniloquā. Qui dixerūt, lin. no. mag. la. no. à no. f. q. no. do. est? Nā si hæc in memoria retinerent, minimē ad tantā p̄silitēt iniquitatē. Nō enim p̄ probabilē & paternā doctrinā hoc faciunt, sed vt suā exercent in seruos dei vindictā: Scriptū est nanque: Via stulti recta in oculis eius. Et sunt viæ quæ vidētur homini iustæ: nouissima autem earum deducunt ad mortem. Nos enim qui hæc patimur, iudicio dei hæc referuare debemus, qui reddet vnicuique iuxta opera sua. Qui etiam per ministros suos intonuit dicens: Mihi vindictam, ego retribuā. Vos enim in recta fide, ac pura & bona volūtate succurrite vicissim, nec aliquis à supplemēto fratris subtrahat manum: quoniam in hoc (ait dominus) cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionē habueritis adinuicē. Data Calē. Nouēb. indictione. 15.

*Eiusdem Decretalis epistola quarta, qua traditur quæ prefationes in missis Romano more cantentur.*



**D**elagius Romanæ ecclesiæ & apostolicæ sedis episcopus, vniuersis Germaniarū & Galliarū regionū episcopis. Cū in dei nomine in Roma. ecclesia synodū episcoporū siue cæterorū cōsacerdotū dei fidelīū cōgregatā habuissemus, & de ecclesiasticis statutis, vt sunt ab apostolis & sanctis patribus tradita, diligentius tractarem, supuenerē literæ vestræ: & vt magnæ essēt authoritatis, etiā viuæ voces præcesserūt, rogātes vt ordinē p̄fationū quā sancta Romana ecclesia hactenus haberet, nostris literis vobis remādarem. Tūc de vestra volūtate & studio tā bono multū gauisi sumus: & sacrū ordinē Romanū, sacraq; cōstitutā nostrorū antecessorū solerter relegētes, inuenimus has nouē p̄fationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas, q̄ lōga retro veritas in Romana ecclesia hactenus seruauit, vnā in albis paschalibus, aliā de ascensione domini, tertiā de Pentecoste, quartam de natali domini, quintam de apparitione domini sextā de apostolis, septimam de sancta trinitate, octauam de cruce, nonam de ieiunio & quadragesima tantummodo dicendam. Has prefationes tenet & custodit sancta Roma. ecclesia. Has tenēdas vobis mādam⁹.

*Gregorius primus.*

Gregorius i. natione Romanus circa annū domini 593. inuitus pontifex 64. creatur, sub Mauricio imperatore, seditq; annos 13. mēses 6. dies 10. Hic lumina ecclesiis dedit modū chori & psalmodiæ ordinauit, Litanias & p̄cessionē excogitauit, se seruū

seruorū dei dixit: & vetuit quæquæ generalē episcopū dici. Hic inter sanctos relat⁹ est: epistolas ei⁹ aliquot decretales excerptas ex Registro, hic subiunximus: quarum hæc prima est: lib. I. in Registro, epistola 41. *† hispalēsi Gregorius Leandro episcopo Hispaniarum, de Recharedo rege, & de trina mersione baptismi.*

Respondere epistolis vestris tota intentione voluissim, nisi pastoralis curæ ita labor me attereret, vt mihi magis flere libeat, q̄ aliquid dicere. Quod vestra quoq; reuerētia in ipso literarū mearū textu vigilanter intelligit, quādo ei negligēter loquor, quæ vehementer diligo. Tātis quippe in hoc loco huius mundi fluctibus quatior, vt vetustā putrescētē nauē quā regendā occulta dei dispēsatione suscepi, ad portū dirigere nullatenus possim. Nūc ex aduerso fluctus irruūt, nunc ex latere cumuli spumosi maris intumescunt, nūc à tergo tēpestas insequitur. Interque hæc omnia turbatus cogor modo in ipsum clauū aduersitātē dirigere, modo curuata nauis impetū fluctuū ex obliquo declinare. Ingemisco, quia sentio quod negligēte me crescit sentina vitiorū, & tēpestate fortiter obiāte, iā iamq; putridæ naufragiū tabulæ sonāt. Flēs reminiscor, quod p̄didi meæ placitū littus quietis: & suspirādo terrā cōspicio, quā tamen rerū uentis aduersantibus tenere nō possum. Si ergo me, frater charissime, diligitis, tuæ mihi orationis in his fluctibus manū tende, vt quo laborantē me adiuues, ex ipsa vice mercedis, in tuis quoq; laborib⁹ valētor existas. Ex plere autē loquēdo nullatenus valeo gaudiū meum, quod cōmunē filiū Recharedū gloriosissimū regē ad catholicā fidē integerrima agnouit deuotione cōuersū. Huius dū mihi p̄ scripta vestra mores exprimitis, amare me etiā quæ nescio fecistis. Sed quia antiqui hostis insidias scitis, quoniam bellū durū cōtra victores p̄ponit: nunc cōtra eundē solertius sanctitas vestra euigilet, vt bene cæpta p̄ficiat, nec se de p̄fectis bonis operib⁹ extollat: vt fidē cognitā vitæ quoq; meritū teneat, & quia æterni regni cuius sit, operibus ostendat: quatenus post multa annorū curricula de regno ad regnū transeat. De trina verò mersione baptismi nil respōderi veri⁹ potest, quā quod ipsi sensistis: quia in vna fide nihil officit sanctæ ecclesiæ cōsuetudo diuersa. Nos autē quod tertiō mergimus, triduanę sepulturæ sacramēta signamus: vt dū tertiō infans ab aquis educitur, resurrectio triduanī tēporis exprimitur. Quod si quis fortē etiā p̄ summæ trinitatis ueneratione existimet fieri, neq; ad hoc aliquid obstitit baptizādo semel in aquis mergere: quia dū in tribus p̄sonis vna substātia est, rep̄hēnsibile esse nullaten⁹ potest, infans in baptisate vel ter vel semel immergere: quādo & in tribus mersionibus p̄sonarū trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Sed quia nūc vsq; ab hæreticis infans in baptisate tertio mergebatur, sciendū apud vos esse non cenleo ne dum mersiones numerant, diuinitatē diuidāt: dū quod faciēbāt faciūt, se morē nostrū vicisse gloriētur.

*Ex lib. 7. Registri epistolarum D. Gregorij epistola 53.*

Gregorius Secundino seruo dei incluto. De insidiis antiqui hostis. De Chalcedonensi synodo omnimodē recipiēda. De Iba & Cyrillo. De ordinatione apostolicæ sedis. De sacerdotali officio post lapsum si p̄nitētia secuta fuerit, in pristinū gradū restituendo. De muneribus ab eo transmissis. De paruulorū animabus quæ sine baptismo moriuntur. Et de imaginibus transmissis.

Dilectionis tuæ scripta suscepi, quæ in meo sensu amoris

amoris melle condita sauerunt. O quanta aspiratio ne vitæ plena sunt, quæ per gratiā spiritus p̄feruntur. Nō eis cultus eloquētiæ, nō verborū typhus apparebat, sed solā veritatis atq; charitatis radicē tenētia, p̄ omne quod locuta sunt, cœlestis patriæ amorem flagrabant. In eis verò tua à me dilectio patere studuit, vt ad hanc libellū exhortatoriū scribere deberem. Sed scire te necesse est, fili charissime, quia tātis podagre doloribus, tātisq; curarū tumultibus premor, vt quāuis nunquā me aliquid fuisse reminiscar, valere tamē ne videā non esse qui fuerim. Quod autē tua se charitas & vltra ætatē quinquagenariā adhuc iuuenilibus desiderijs asserit subiacere, in hoc quoq; diuini oraculi implet p̄ceptū, quo scriptū est: Iustus in principio accusator est sui. Nec tamē dubito maiores te insidias hostis callidi p̄peti, qui maiora cōtra eū bella p̄parasti. Tanto quippe ille deceptionis molimina ardētius exquirat, quāto te cœlesti patriæ feruentius inhiare cognoscat. Et nos quidē qui vitā cū pluribus ducimus, etsi formidolosi ac timidi, tamē quia cōtra antiquū hostē bella p̄posuimus, quasi in acie stamus. Vos autē qui solitariā vitā ducitis, quid aliud q̄ monachos dixerim, qui feruore virtutis etiā ante aciem exire festinatis? Cur ergo eū non singulariter hostis impetat, à quo se impeti singulariter spectat? Et nos quidē qui inter homines viuimus, sæpe p̄ homines à callido hoste tentamur. Vos autē qui vitā p̄sentis extra hominū frequentiam ducitis, tanto maiora certamina pati necesse est, quāto ad vos ipse tentationis magister accedit. Neque enim vacare orationib⁹ ac laudibus dei sine aliqua interruptione tēporis potestis: quia etsi intentio cōtinuē p̄pria est, ipsa tamen humanitatis infirmitas ad semetipsam relabitur: vt aliquando fessa iaceat, atque ab studij exercitatione torpescat. Antiquus verò hostis mox vt ociosam mētem inueuerit, ad eam sub quibusdam occasionibus locuturus venit: & quædā ei de gestis p̄teritis ad memoriā reducit: audita quondā verba indecēter cogitationi resonat: & si qua dudū turpiter acta sunt, eorū species oculis cordis apponit: vt quæ de p̄sentibus non valet inquinare, de malis trāfactis violet. Et decepta mens sepe inde delectationē reparat, vnde diu iā se p̄ p̄nitentiā afflixit: ita vt verē cū psalmista dicat: Cōputruerūt & deterioratę sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Cicatrix quippe figura est vulneris, sed sanati. Cicatrix ergo ad putredinē redit quando peccati vulnus quod iā per p̄nitentiā sanatum est, in delectatione sui animū concutit. Sæpe quod nunquā fecimus, p̄ hostis callidi insidias cordis oculis videm⁹. Cūq; insensibiliter in hoc delectatio subrepat, quāuis iā plangat quæ fecerat, tædet tamē infelicē animū quædā non fecisse quæ plangat. Hæ sunt cordis nostri tenebræ, quas in hac vita volētes nolētesq; sustinemus. Quis contra hæc quærendus est, nisi adiutor in opportunitatibus in tribulatione? Valde autē libenter accepi, quod tua me charitas de sua dubitatione requisit, an Orientales ecclesiæ fidē atque doctrinā sanctæ memoriæ Leonis sequantur ne fortasse earū sensus inter semetipsas p̄ triū capitulorū defensione diuisus sit. Vnde certā dilectionē tuā esse desidero, quia prædictæ sanctissimæ Orientales ecclesiæ vno sensu, vna doctrina, fidē eiusdē sanctæ memoriæ Leonis tenent, sanctāque Chalcedonensem synodū ita nobiscū custodiunt atque venerantur, vt nullus esse episcopus reputetur, qui eiusdē synodi defensor sectatorque nō fuerit. Hinc est etiam,

quod quoties in quatuor præcipuis sedibus antistites ordinantur, synodales sibi epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctā Chalcedonensem synodū cū aliis generalibus synodis custodire fateantur: sicut & nos auerſamur atq; anathemate pleædos ducimus, qui fide eiusdē synodi aliquid minuerē, vel aliquid in ea addere præsumunt. Nam synodus quæ post eā generaliter facta est, idcirco à nobis recipitur quia eiusdē synodi in omnibus sequax, honorē illius authoritatēque custodit. Vnde necesse est vt dulcissima mihi tua dilectio in hoc quod præcipuē in bonis moribus viuit, quod se per abstinentiā affligit, quod doctrinæ dei vehementius insistit, hoc studiosius cogiter, ne errorem schismaticorū sequens, à sanctissima vniuersali ecclesia diuisa possit inueniri. Et quid tot labores proderunt, si in vnitatem fidei inuenta non fuerint, quæ ante dei omnipotentis oculos in bonis affectibus animam præcipuē custodit? Hinc enim dicitur: Vna est colūba mea, p̄fecta mea. Hinc ad Moyſen dominus dicit Est locus penes me, & stabis super petrā. Quis est locus qui nō sit in deo, dū cuncta ab ipso per quæ creata sunt continentur? Sed tamen est locus apud eum, videlicet sanctæ ecclesiæ vnitatis: in qua super petrā statur, dū cōfessionis eius humiliter soliditas tenetur. De quo loco subiungitur: Tunc videbis posteriora mea. In petra enim, id est in sancta ecclesia stantes, dei posteriora videbimus, quādo iā ea quæ in fine p̄missa sunt cœlestis patriæ gaudia cōtēplabimur. Peruersi autē homines, qui triū capitulorum occasione reperta, ecclesiasticā disciplinā fugiunt, de suis carnalibus actibus reprehendi pertimescunt, subesse sedis apostolicæ præceptis nolunt, & nos quasi de fide reprehendunt, quā ipsi nesciunt. Et dum neque in fide recti sunt, neque in bonis operibus intenti, student vt certare pro fide videantur. Sicque fit vt quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa grossescit, quæ quasi de zelo feruoris videri etiā laudabilis appetit. Sed iuxta hoc quod scriptū est, Ex operibus eorū cognosceris eos: vitæ eorū tua charitas attendat, & meritum intētionis aspiciat. Vt enim dilectioni tuæ de eadē re breuiter loquar, sancta Chalcedonensis synodus vsq; ad definitionē fidei & prolationē canonū de generalibus causis locuta est. Nā post prolotionē canonum specialia episcoporum certamina sopire curauit. Epistola verò quā in ea reuerētissimus Ibas denegat suā: quod in extrema parte synodi iaceat, agnoscis. Quæ videlicet epistola Nestorium inauditum, & inquisitione non facta damnatum asserit, Cyrillū verò in Apollinaris dogma cecidisse suspicatur. Et si totus superius textus prædictæ synodi legitur, quantum hæc epistola eidem synodi aduersetur, inuenitur: quia scilicet sancta synodus & Nestorium (sicut est) hæreticum denunciat, & beatum Cyrillum patrem catholicum venerat. Epistola ergo quæ illum defendit qui à synodo damnatus est, & illum accusat qui à synodo veneratur, proculdubio definitioni sanctæ synodi probatur aduersa. Sed quia eius defensores solent dicere, quod hanc Ibas eo tempore scripsit, quod adhuc Cyrillus propter duodecim capitula quæ necdū exposuerat, dubius habebatur, in ipsa hac epistola perp̄de: quia legitur quod inter Orientales episcopos & beatum Cyrillum pax fuerit celebrata. Si ergo post concordiam pacis, post satisfactionem amotæ dubitationis, hæc eadem epistola scripta est, constat quia non est catholica, quæ patrem catholicum, atque in toto synodi volumine laudatū,

† minime

Esai. 51.

Psalm. 93.

Psalm. 11.

Proph. 12.

Proph. 14.

Mat. 18. d.

Rom. 12. d.

de cō. d. 4. De trina. canone. 5. quartū Cōcilij toletani.

Proph. 18.

Canti. 6.

Exod. 33.

Mat. 7.

de cōf. d. 1. Inuenim⁹ has sed ibi dem Gelasio papæ ascribitur.

laudatū, hæreticū. Hæc paucis dixi, quia ex quibus p̄cipue causis hac in re dubitationē tua charitas habet in epistolis nō inueni. Et quia tua sanctitas hoc à nobis requisit, vt sibi de sacerdotali officio post lapsū resurgēdi authoritates scriberemus, dum se dicit de hoc canones diuerfos legisse, & diuerfas sententias inuenisse, alias resurgēdi, alias nequaquā posse: ideo generalissima quæ à Nicēno cōcilio incipiunt, cū reliquis quatuor inuenimus cōcordantia. Nā & nos p̄cedentes patres sequi debemus, qui authore deo à sacra doctrina illorū non discordamus. A capite itaq; incipiētes, vsq; ad quartū altaris ministrū hanc formā seruandam cognoscimus, vt sicut minorē maior p̄cedit in honore, ita & in crimine. Et quæ maior sequitur culpa, maiori plectatur vindicta, quæ post p̄nitentiā credatur esse fructuosa. Quid enim p̄dest triticū seminare, & fructū illius non colligere? Aut domū construere, & non illic habitare? Post dignā igitur satisfactionē credimus posse rediri ad honore, dicente p̄pheta: Nunquid qui cadit, non adiiciet vt resurgat? & Qui auersus est, non reuertetur? Et peccatori ait: In quacunque die conuersus ingemueris tunc saluus eris. Vnde & psalmista ait: Cor mundū crea in me deus, & spiritū rectū innoua in visceribus meis. Ne p̄iicias me à facie tua, & spiritum sanctū ne auferas à me. Dum enim petiit ne à domino proiiceretur pro culpa sua, alienā rex & propheta simul rapuisse vxorem tremefactus expauit: & p̄pheta indicante flagitium suum p̄nitentiā agens addebat: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Si enim cōdignā deo p̄nitentiā nō fecisset, nequaquā aliis p̄dicaret. Ait enim Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Dū enim peccata sua p̄pexit propheta mūdatus p̄ p̄nitentiā, non dubitauit, p̄dicando curare aliena: & sacrificiū de semetipso deo offerre studuit, cū dicebat: Sacrificiū deo spiritus contribulatus. Ad hoc ista sufficeret: sed omnis sententiā quo plus sacrę scripturę testimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim p̄pheta dicit: Nolo mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. De hoc peccātib; dicitur: Peccator in quacūq; die conuersus ingemuerit, saluus erit omnes iniquitates obliuioni tradentur. Si enim redēptor noster, qui peccatores nō perdere, sed iustificare venit, in obliuione peccantium delicta derelinquit, quis hominū condēnanda reseruat? cū apostolus dicat: Si deus iustificat, quis est qui condēnet? Ad fontē misericordię recurrentes, euāgelij p̄feramus sententiā: Gaudeo, inquit, super vno peccatore p̄nitentiā agente, magis q̄ sup nonaginta nouē iullis qui non indigent p̄nitentiā. Et ouē p̄ditā, nonaginta nouē non errantibus relictis, humero pij pastoris ad ouile reportatam dominus ipse testatur.

Si ouis perdita errans post inuentionem ad ouile humero reportatur, cur post p̄nitentiā ad ecclesię ministerium lapsus non reuocetur? Quid enim est grauius, aut carnale delictū admittere, sine quo pauci inueniuntur: aut dei filiū iureiurādō negare? In quo tamen hunc ipsum beatū Petrū apostolorum principē, ad cuius sacrū corpus indigni sedem? lapsum esse cognoscimus. Sed post negationē p̄nitentiā secuta est, & post p̄nitentiā misericordia data est: quia postea ab illo ab apostolatu deiectus nō est, qui antē quidē ipsum se negare p̄dixit. Tibi hæc fili charissime dicta sufficiant, vt illū quē cōspicis delicta fletu delere, in conspectū diuinitatis non dubites

misericiandi consequi: quia ille peccatorē reuersum non despicit, qui peccatores sanguine suo redimere venit.

De ordinationibus verò apostolicę sedis pontificū, vtrū post beatissimū virū Hormisdā aliqua sint addita, vestra charitas requirit. Sed vsq; ad Vigilij p̄p̄ tēpora, expositas ordinationes p̄sūlū esse cognoscas. A loem verò thymiamā, styracē & balsamū, sanctorū martyrū corporibus offerenda, latore p̄sentū deferēte trāsmisimus. In extremo verò epistolę quę fisti quid eis respondendū sit, qui dilectionē tuā de paruulorū animabus requirunt, qui sine baptismatis gratia moriuntur, dicens, si corpus originali tenetur culpa vnde anima quæ à deo datur, rea erit, quæ adhuc in actuali delicto corpori non cōsensit? Sed hac de re, dulcissima mihi tua charitas origianis peccati vinculis est obstricta. Hinc enim scriptū est: Nō est mundus in conspectu eius nec vnus diei infans sup terrā. Hinc David ait: In iniquitatibus cōceptus sum & in delictis peperit me mater mea. Hinc ipsa veritas dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non introibit in regnū cœlorū. Hinc Paulus ait: Sicut in Adā omnes moriūtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Cur ergo infans qui nihil cogit, in conspectu omnipotentis dei nō valet esse mūdus? Cur Psalmista ex legitimo cōtugio prolatus, in iniquitate conceptus est? Cur nisi qui mundatus aqua baptismatis fuerit, mundus non est? Cur in Adā omnis homo moritur, si originalis peccati vinculis non tenetur: Sed quia genus humanū in parente primo velut in radice putruit, & ariditatem traxit in ramis. Et inde omnis homo cum peccato nascitur, vnde primus homo permanere noluit sine peccato. De his autem subtilius & latius loqui debueram: sed dū me & t̄curarū tumultus premūt, & harū portitor vt laxari debuisset, importunus exitit, vnde multa debui, pauca locutus sum. Rogo autem omnipotentem deum, vt sua te gratia protegat, & beati Petri apostolorum principis intercessione à malis omnibus illūsum seruet, quatenus feruor cœlestis desiderij in tua mente quotidie ardentius crescat, vt semper nouus, & semper se ipso robustior ad cœlestia p̄mia multiplicius percipienda pertingas. Trāsmisi autem duos homiliariū codices, quas dixi in ecclesia dum adhuc loqui p̄ualerem: vt quia ipse te videre, tibi que sedule colloqui non possum, charitati tuæ vel p̄ ea que scribere valui, absens non sim. Exiguū quoque vestimentum transmittere studui, per quod tua charitas, quia Australi in animo calore feruet, foris à corpore Arcturi frigus repellat. Petro autem vt p̄ me orare enixius debeas: vt tuæ intercessionis ope & à malis p̄sentibus eripi, & æternis merear gaudiis p̄sentari. Imagines quas tibi dirigendas p̄ Dulci dū diaconū rogasti, misimus. Vnde valde nobis tua postulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione

diligis, cuius imaginem p̄ oculis habere desideras. Ab re non facimus, si per visibilia inuisibilia demonstramus. Sic homo qui alium videre ardēter desiderat, aut sponsam amans videre conatur, si con tigerit eam ad balneū aut ad ecclesiam ire, statim p̄ viā incedēti se p̄parat, vt de visione eius hilaris recedat. Scio quidē q̄ imaginem Saluatoris nostri nō ideo petis, vt quasi deū colas, sed ob recordationē filij dei in eius amore recalescas, cuius te imaginē videre consideras. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem ante illā prosternimur, sed ipsum adoramus quem per imaginem aut natum aut passum, sed & in throno sedētem recordamur. Et dū nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriā filium dei reducit, animū nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. Ideo que diximus tibi surtarias duas, imaginem dei Saluatoris, & sanctę dei genitricis Marię beatorūque apostolorū Petri & Pauli cōtinentes, per supra dictum filiū nostrum, & vnā crucem, clauim etiā pro benedictione à sanctissimo corpore Petri apostolorū principis, vt ipsum à maligno sis defensus, per cuius signū munitū esse credis: & ex eo te protegat, qui iuuenilia semp suggerit recordari: vt in bonis actibus perseuerans, alios in eius amorem accendas, propter quem te fecisti haberi, vt vitę huius mala quęque inimicus suggerit retroacta mētis prouētib; quasi facilius inardescas, pro cuius amore vitam etiā velis finire. Ipse quoq; te protegat vsque in finem, qui cunctum mundum dignatus est redimere, Iesus Christus dominus noster, qui viuuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Gregorius idem Leandro episcopo Hispaniarum.  
De laude charitatis.  
De honore sue prelationis.  
De pallio ad sacra tantum missarum solemniant rmissio.

lib. 7. Regi  
stri episto  
la. 125.



Anticitatis tuę suscepi epistolam soli charitatis calamo scriptā. Ex corde enim lingua tinxerat, q̄ in chartę pagina refundebat. Boni autē sapientesque viri cū legeretur affuerunt: quorū statim viscera in cōpūctiōne commota sunt. Cœpit quisq; amoris manu in suo corde te rapere: quia in illa epistola tuę mentis dulcedinē non erat audire, sed cernere. Accendebatur & mirabantur singuli: atque ipse ignis audientium demōstrabat qui fuerit calor dicentis. Nisi enim prius in se facies ardeant, aliū non succendunt. Ibi ergo vidimus quanta charitate tua mēs arserit, quæ sic & alios accendit. Vitam verò vestrā, cuius ego semper cum magna veneratione reminiscor, minime no uerat: sed eis altitudo vestri cordis patuit ex humilitate sermonis. Vitam autem meam cunctis esse imitabilem, illa vestra epistola loquitur. Sed quod non est ita vt dicitur, sit ita, quia dicitur: ne qui non solet mentiatur. Ad hæc autē breuiter cuiusdā bonę mulieris verba loquor: Nolite m̄uocare Noemi, id est pulchrā, sed vocate me Mara, quia amaritudine plena sum. Neque enim bone vir, hodie ego sum ille quem nos. Multū (fateor) exterius proficien do interius cecidi, neque de eorum numero esse pertimesco, de quibus scriptum est: Deiecisti eos dū alleuarentur. Cum alleuatur enim deicitur, qui honorib; perficit, & moribus cadit. Ego enim vias mei capitis sequens, summopere esse decreueram opprobriū ho

minum, & abiectio plebis: atq; in eius sortem currere, de quo rursus per psalmistam dicitur: Ascensus in corde suo disposuit in valle lachrymarum: vt videlicet tanto verius ascenderem, quanto per conuallem lachrymarum foris humiliter iacerem. At me multū nunc deprimat honor onerosus, cura innumera per strepunt: & cum sese ad deum animus colligit, hunc suis impulsibus quasi quibusdā gladiis scindunt. Nulla cordis quies est. Prostratū in infimis iacet, suę cogitationis pōdere depressum. Aut rara valde aut nulla hoc in sublimia penna cōtemplationis leuat. Torpet ignaua mens: & circūlatrantibus curis tēporalibus iā penē ad stuporē deducta, cogitur modo terrena agere, modo etiā quę sunt carnalia dispēfare. Aliquando vero fastidio exigente cōpellitur quædā etiā cum culpa disponere. Quid multa loquar? Victa suo pondere sanguinē sudat. Nisi enim sanguinis nomine culpa cēteretur, Psalmista nō diceret: Libera me de sanguinibus. Cū verò culpā culpīs iungimus, hoc quoque quod per aliū propheta dictū est implemus: Sanguis sanguinē retigit. Sanguis enim sanguinē tangete dicitur, cū culpa culpę adiungitur, vt iniquitatis cumulus multiplicetur. Sed inter hæc per omnipotentē deū deprecor, in p̄urbationis fluctibus lapsam tuę orationis manu me teneas. Quasi enim pro spero flatu nauigabam, cum tranquillam vitā in monasterio ducerē. Sed procellosis subitō motibus tēpe stas exorta, in sua p̄urbatione me rapuit & p̄perita tē itineris amisi: quia quiete perdita, mentis naufragiū ptuli: Ecce nunc in vndis versor, & tuę intercessionis tabulā quæro: vt qui in naui integra diues peruenire non merui, saltē post dāna ad littus p̄ tabulā reducat. De podagra verò molestia sanctitas vestra (vt scribit) affligitur: cuius dolore assiduo & ipse vehementer attritus sum. Sed facilis erit consolatio, si inter flagella quę patimur, quę fecimus ad memoriā delicta reuocemus, atque hæc non iā flagella sed dona esse cōspicimus, si quia carnis delectatione peccauimus, carnis dolore purgamur. Præterea ex benedictione beati Petri apostolorū principis palliū vobis transmissimus ad sola missarū solēniatē dū. Quo transmissio, valde debui qualiter vobis esset viuendū admonere. Sed locutionē supprimo, quia verba moribus anteitis. Omnipotēs de⁹ sua vos p̄tectione custodiat: atq; ad cœlestis remunerationē patrię cum multiplici animarum fructu p̄ducat. Ego autē quāra occupatione deprimar & debilitate breuis attestatur epistola in qua ei quē multum diligo, parum loquor.

Ex eodem libro quarto, supra epistola 126. eiusdem Gregorij.

De muneribus sancto Petro transmissis.  
Factum David ad memoriam reducit, qui aquam tanto periculo quæstam noluit bibere  
Crucem transmissit: in qua de ligno domini erat, & de capillis sancti Ioannis Baptista.

Tituli capitulorum sequentis epistole.

- 1 De laude Rechredi principis, quod per eum ad Catholicam fidem gens Gothorum conuersa est.
- 2 De muneribus beato Petro apostolo à memorato principe missis.
- 3 De constitutione eius aduersus Iudeos, quod auri domo non sit corrupta.
- 4 Vt principes humilitatem cordis habeant.

Psalm. 40.

Psalm. 50.

Ez. ec. 18.

Rom. 8.

Luca. 15.

Iob. 25. b

Ioan. 3.

† causarū.

Ruth. 1.

Psalm. 72.

Psalm. 83.

Psalm. 50.

Isa. 4.



- 5 *Vt principes corporis castitati studeant.*
- 6 *Vt principes moderati & miseres erga subiectos existant.*
- 7 *De clauis ostioli beati Petri, & de cruce domini missa, sive de pallio beato Leandro episcopo directa.*

Cap. 1.



Loriosissimo atque excellentissimo filio Recharedo Regi Gothorū atque Sueuorū Gregorius seruus seruatorum dei. Explere verbis excellentissime fili non valeo, quantum tuo opere, tua vita delector. Audita quippe noui diebus nostris virtute miraculi, quod per excellentiam tuam cuncta Gothorū gens ab errore Arianæ hæresis in fidei rectæ soliditate translata est, exclamare cum propheta libet: Hæc est immutatio dexteræ excelis. Cuius enim vel saxum pectus tanto hoc opere cognito non statim in omnipotentis dei laudibus, atque in tuæ excellentiæ amore mollescat. Hæc me (fateor) quæ per vos acta sunt, sæpe conuenientibus filiis meis dicere, sæpe cum eis pariter admirari delectat. Hæc me plerunque etiam contra me excitant, quod piger ego & inutilis tunc inerti ocio torpeo, quando in animarū cōgregationibus pro lucro cœlestis patriæ reges elaborant. Quid itaq; ergo in illo tremēdo examine iudici veniētū dicturus sum si tunc illuc vacuus venero, vbi tua excellentia greges post se fidelium ducet, quos modò ad veram fidei gratiā p̄ studiosam & continuā prædicationē traxit? Sed est mihi, bone vir, hoc ex dei munere in magna consolatione, quia opus sanctū quod in me non habeo, diligo in te. Cumque de tuis actibus magna exhortatione gaudeo: ea quæ per laborem tua sunt, per charitatē mea fiunt. De conuersione igitur Gothorū in vestro opere & in nostra exultatione libet cū angelis exclamare: Gloria ī excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ volūtatī. Nos enim (vt existimo) gratiarū amplius omnipotenti domino debitores sumus: qui etiam vobiscum nihil egimus, vestro tamen operi congaudendo participes sumus.

Psal. 76.

Lucæ. 2.

Cap. 2.

Prov. 15.

Gen. 4.

Beatus verò Petrus apostolorū princeps q̄ libenter munera excellentiæ vestræ susceperit, ipsa cunctis liquidò vita vestra testatur. Scriptū quippe est: Vota iustorū placabilia. Neq; enim in omnipotentis dei iudicio, qd̄ datur, sed à quo datur aspicitur. Hinc est enim quod scriptū est: Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autē & ad munera eius non respexit. Dicturus quippe quia dominus respexit ad munera, p̄misit sollicitē quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerūt. Vestrā itaque oblatio q̄ sit grata ostēditis, qui daturi aurum, prius ex cōuersione gentis subditæ animarum munera dedistis. Quod verò trāsmisso abbatibus, qui oblationē vestrā beato Petro apostolo deferrebāt, vi maris dicitis fatigatos ex ipso itinere ad Hispanias remeasse, non munera vestra repulsa sunt, quæ postmodū puenerūt: sed eorū qui trāsmissi fuerant, constantia est pbata, au scirent sancto desiderio obiecta pericula vincere, & in fatigatione corporis mente minime lassari. Aduersitas enim quæ bonis votis obicitur, probatio virtutis est, non indicium reprobationis. Quis enim nesciat q̄ p̄sperū fuit q̄ beat⁹ Paulus apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat? & tamen veniens naufragium pertulit. Sed nauis cordis in marinis fluctibus integra stetit.

Cap. 3.

Præterea indico quia creauit de vestro opere in

laudibus dei hoc q̄ dilectissimo filio Probino p̄bytero narrante cognoui, quia cū vestra excellentia cōstitutionē quandā contra Iudæorū perfidiā dedisset, hi de quibus plata fuerat, restitutiōem vestræ mentis inflectere pecuniarū summā offerendo moliti sunt, quæ excellentia vestra contēpsit: & omnipotentis dei placere iudicio requirens, auro innocentiam prætulit. Qua in re mihi David regis factum ad memoriā venit, cui dū concupita aqua de cisterna Bethlehemica (quæ inter hostiles cuneos habebatur) ab obsequentibus militibus fuisset allata, p̄tinus dixit: Absit à me, vt sanguinem iustorum hominum bibam. Quam quia fudit, & bibere noluit, scriptū est: Libavit eam domino. Si igitur ab armato rege in sacrificium dei versa est aqua contempta pensemus quale sacrificium omnipotenti deo rex obtulit, qui pro amore illius non aquam sed aurum accipere contempserit. Itaque fili excellentissime fidenter dicam, quia libasti aurum domino, quod cōtra eum habere noluisti.

I. Par. 11.

Cap. 4.

Lucæ. 14. & 18.

Ex. 18.

Eccl. 32.

Cap. 5.

1. Cor. 3.

1. Thes. 4.

Magna sunt hæc, & omnipotentis dei laudi tribuenda. Sed inter hæc vigilantia sunt studio antiqui hostis insidiæ cauenda: qui quanto maiora in hominibus dona conspicit, tanto hæc auferre subtilioribus insidiis exquirat. Neque enim latronculi in via cape re viatores vacuos expetunt, sed eos qui auri vascula vel argenti ferunt. Via quippe est vita præfens. Et tāto quisque necesse est vt insidiantes spiritus caueat, quanto maiora sunt dona quæ portat. Oportet ergo excellentiam vestrā in tanto hoc de conuersione gentis subditæ munere quod accepit, summo opere custodire prius humilitatē cordis, ac deinde munditiam corporis. Cū enim scriptū sit: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur: Profecto liquet quia ille veraciter alta amat, qui mentem suam ab humilitatis radice non defecat. Sæpe nanque malignus spiritus vt bona destruat quibus prius aduersari non valuit, ad operantis mentem post peractam operationē venit, eamque tacitis cogitationibus in quibusdā suis laudibus excurit, ita vt decepta mēs admiretur ipsa q̄ sint magna quæ fecit. Quæ dū p̄ occultū tumorē apud semetipsam extollitur, eius qui donū tribuit gratia priuatur. Hinc est enim q̄ p̄ prophetæ vocē contra supbientē animam dicitur: Habens fiducia in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo fiduciam quippe animam in pulchritudine sua habere, est in semetipsa de iusta actione præsumere. Quæ in suo nomine fornicatur, quādo in hoc q̄ rectè agit, nō conditoris laudē dilatarī appetit, sed suæ opinionis gloriā requirit. Hinc rursus p̄ prophetam scriptū est: Quo pulchrior es, descende. Anima etenim vnde est pulchrior, inde descendit, quādo ex virtutis decore quo exaltari apud deū debuit, ab ei⁹ gratia p̄ suā elationē cadit. Quid ergo in his agendū est, nisi vt malign⁹ spirit⁹ cū nobis ad eleuādā mentē reducit bona quæ egimus, nos semp̄ ad memoriā mala nostra reuocemus? quatenus & nostra cognoscamus esse quæ peccando fecimus: & solius omnipotentis dei munera, cum peccata declinamus.

Custodiēda est quoq; mūditiā corporis in studiis bonæ actionis: quia iuxta vocē prædicantis apostoli, Templū dei sanctū est, quod estis vos. Qui rursus ait: Hæc est enim voluntas dei, sanctificatio vestra. Quam sanctificationem quid dixerit, ostendens protinus adiunxit: Vt abstineatis vos à fornicatione: vt sciat vnusquisque uestrum suum vas possidere in sanctificatione & honore, & nō in passionib⁹ desiderij. Ipsa

Cap. 6.

Iacob. 1.

Cap. 7.

Ipsa quoque regni gubernacula erga subiectos magno sunt moderamine temperanda, ne potestas mentem surripiat. Tunc enim regnum bene regitur cum regnandi gloria animo non dominatur: Curandum quoque est ne ira surrepat. Ne fiat citius omne quod licet. Ira quippe etiam cum delinquentiū culpas exequitur, non debet menti quasi domina præire sed post rationis tergum velut ancilla famulari, vt ad faciem infla veniat. Nam si semel mentem possidens ceperit, iustum esse deputat etiam quod crudeliter facit. Hinc enim scriptum est: Ira viri iustitiam dei nō operatur. Hinc rursus dicitur: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Hæc autem vos authore deo omnia seruare non ambigo: sed occasione admonitionis exorta, bonis vestris actibus me furtiuè subiungo, vt cū non admoniti facitis, quando vobis admonens additur, iam non soli faciatis. Omnipotens autē deus in cunctis actibus vestris, cœlestis brachij extensione vos p̄regat, vobisq; & presentis vitæ p̄spera, & post multa annorum curricula gaudia concedat æterna.

Clauim verò paruulam à sacratissimo beati Petri apostoli corpore pro eius benedictione trāsmisimus in qua inest ferrum de cateniseius inclusum: vt quod collum illius ad martyrium ligauerat, vestrum ab omnibus peccatis soluat. Crucem quoque dedi lateri præsentium vobis offerendam, in qua lignum dominicæ crucis inest, & capilli beati Ioannis Baptistæ: ex qua semper solatiū nostri Saluatoris per intercessionē præcursoris eius habeatis. Reuerentissimo autem fratri & coepiscopo nostro Leandro pallium, à beati Petri apostoli sede trāsmisimus, quod & antiquæ consuetudini, & nostris moribus, & eius bonitati atque grauitati debeamus. Item in anagnostico ante longum tempus dulcissima mihi vestra excellentia Neapolitano quodam iuvene veniente mandare curauerat, vt piissimo imperatori scriberem quatenus pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter piæ memoriæ Iustinianum principē & iura regni vestri fuerant emissa, vt ex his colligeret quid vobis seruare debuisset. Sed ad hoc faciendum duæ res mihi vehementer obstiterunt. Vna, quia chartophylaciū prædicti piæ memoriæ Iustiniani principis tempore ita surripiente subito flamma incensum est, vt omnino ex eius temporibus penè nulla charta remaneret. Alia autem, quia (quod nulli dicendum est) ea quæ contra te sunt, apud temetipsum debes documēta requirere, atque hæc pro me in medium proferre. Ex qua re hortor, vt vestra excellentia suis moribus congrua disponat: & quæ ad pacem pertinet, studio se peragat: vt regni vestri tempora per longa sint annorum curricula in magna laude memoranda. Præterea trāsmisimus clauim aliam à sacratissimo beati Petri apostoli corpore: quæ cū digno honore reposita, q̄q; apud vos inuenerit, benedicēdo multiplicet.

*Eiusdem Gregorij ex libro supradicto epistola 39. In qua agitur de discordia sedanda, de detractioibus multorum non curandis, quibus etiam satisfaciendum, vnde plurima exempla proponit: & quod religionis gratia coniugia non soluantur. De his qui dicunt in baptismo omnia peccata non dimitti: & de his qui asserunt post penitentiam triennio factam licentiam esse peccandi: quos omnes anathematiz. at.*

Gregorius Theolista patricia.



Magnas omnipotenti deo gratias agere debemus, quod piissimi & benignissimi imperatores nostri tales de suo genere iuxta se propinquos habent, de quorum conuersatione nobis omnibus grāde sit gaudium.

Vnde & p̄ eisdem dominis quotidie nobis orādum est, vt eorū vita cū suis omnibus, prægēte cœlesti gratia, p̄ longa tēpora & tranquilla seruetur. Indico autē q̄ leuitate populi tumultū cōtra vos detractionis exortū nūciatibus quibusdā agnouit. Quia ex re excellentiā vestram audio fuisse nō modicū cōristatā. Quod si ita est, valde miror curvos qui cor fixistis in cœlo, verba hominū agitāt in terra? Bearusenim Iob cū amici eius qui ad cōsolandū eū venerāt, in increpationē profuissēt, ait: Ecce enim in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis. Qui enim vitæ suæ in cœlo testē habet, iudicia hominum in terra perimere non debet. Dux quoque bonorum Paulus dicit: Gloria nostra hæc est, testimoniū consciētiae nostræ. Qui iterū dicit: Opus suū p̄bet vnusquisque, & sic in semetipso gloriam habebit, & non in altero. Si enim laudibus lætamur, & vituperationibus frangimur, gloriam nostram non in nobis, sed in aliorum ore posuimus. Et fatuæ virgines in vasis suis oleum non sumpserunt, sapientes autem sumpserunt oleū in vasis suis cum lampadibus: Lampades quippe nostræ, bona sunt opera: de quibus scriptum est: luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Tunc autem oleum in vasis cum lampadibus sumimus, quando de bonis actibus nitore gloriæ non laudatibus proximis quærimus, sed hūc in testimoniū conscientie seruamus. In omne autem quod agim⁹, vel quod extra de nobis dicitur, recurrere ad arcana mentis debemus. Et si omnes vituperent, liber est tamen quem conscientia non accusat: quia si omnes laudent, liber esse non potest, si hunc conscientia accusat. Vnde de Ioanne veritas dicit: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitātā? Quod videlicet per negationem dicitur, non per cōfirmationem, cum subditur: Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Quauis enim iuxta veritatē euangelij, Ioannes vestimento aspero fuerit indutus: p̄ significationem tamen mollibus vestiti sunt, qui adulationibus ac laudibus delectantur. Negatur autem quia Ioannes arundo vento agitata fuerit, quoniam mentis eius fortitudinem nulla humani oris aura flecebat. Nos enim si laudibus erigimur, vituperationibus humiliamur, arundo vento agitata sumus. Sed absit hoc, absit à corde excellentiæ vestræ. Scio quia magistrum gentium studiose legitis, qui ait: Ego si hominibus adhuc placerem, Christi seruus non essem. Si qua tamen vel parua tristitia hac ex re menti vestræ exorta est, credo quod hoc fieri omnipotens deus benignè permisit. Neque enim electis suis in hac vita promisit gaudia delectationis, sed amaritudinem tribulationis: vt medicinæ more, per amarum poculum ad dulcedinem æternæ salutis redeant. Quid nanque dicit? Mundus gaudebit, & vos lugebitis. Super quam promissionem paulò post additur: Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Hinc iterum discipulis dicit: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Pen-



*Galat. 4.* fate queſo, vbi erit patientia ſi deest quod toleretur? Ego Abel eſſe non ſuſpicor, qui Cain non habuerit. Boni enim ſi ſine malis fuerint, perfecti eſſe boni nō poſſunt: quia minime purgantur. Ipſa autem malorū ſocietas, purgatio bonorū eſt. Tres in arca filij Noe fuerunt. Vnus irriſor patris extitit: qui etſi in ſe bene dictus fuit, maledictionis tamen ſententiam in filio ſuſcepit. Duos Abrahā priuſquā vxorem Cethuram acciperet, filios habuit: ſed tamen carnalis eius filius eſt reprobationis filium ꝑꝑecutus. Quod magnus doctor exponit, dicens: Sicut is qui ſecundum carnē eſt, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritū, ita & nunc. Duos Isaac filios habuit: ſed vnus qui ſpiritualis extitit, ante minas carnalis fratris fugit. Duodecim Iacob filios habuit: ſed vnum qui rectius viuebat, vn decim in Aegypto venderunt. In David propheta quia fuit quod purgari debuiffet, actum eſt vt perſecutionē per filij pateretur. Beatus Iob de ſocietate reprobū dicit: Frater fui draconū, & ſocius ſtruthio num. Ad Ezechielem dominus ait: Fili hominis, increduli & ſubuerſores ſunt tecū, & cum ſcorpionibus habitas. In duodecim apoſtolis vn⁹ reprobis mixtus eſt, vt eſſet cuius perſecutione vndecim tētarentur. Apoſtolorum princeps diſcipulis loquitur dicēs. Iuſtum Loth oppreſſum à nephandorū iniuria & cōuerſatione eripuit. A ſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans inter eos qui de die in diem animam iuſti iniquis operibus cruciabant. Paulus quoque apoſtolus diſcipulis ſcribit dicēs: In medio nationis praua & peruerſa, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continētis. Quia ergo ſcriptura teſte cognoſcimus in hac vita bonos ſine malis eſſe non poſſe: de ſultorū vocibus excellentia veſtra turbati nullatenus debet: maxime quia in omnipotentis dei miſericordia tunc certa fiducia eſt, quādo pro bono opere aduerſitatis aliquid in hoc mundo recipitur, vt plena merces in æterna retributione feruetur. Vnde in ſancto euangelio veritas dicit: Beati eritis cum aduerſum vos omne malum dixerint homines, mentientes, propter nomen meum. Qui in conſolatione noſtra, ſua in exemplum opprobria dignatus eſt, dicens: Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius? Sunt autem pluri qui vitam bonorum amplius quā debent laudāt & nequa elatio de laude ſurrepat, permittit omnipotens deus malos in obreſtationē & obiurgationem prorumpere: vt ſiqua culpa ab ore laudantiū in corde naſcitur, ab ore vituperatiū ſuffocetur. Hinc eſt ergo quod doctor gentium ſe in prædicatione curre teſtatur per infamiam & bonā famam. Qui etiam dicit: Vt ſeduciores, & veraces. Si ergo fuerunt qui malam famā Paulo imponerent, qui hunc ſeducorē vocarent: Chriſtus nūc Chriſtianus debet indignum ducere, pro Chriſto iniurias audire? Quanta autē virtutis præcurſor noſtri redēptoris fuit nouimus, qui per ſacrum eloquium non ſolum plus quam propheta, ſed etiam angelus vocatur, & tamen ſicut mortis huius historia teſtatur, poſt mortem à perſecutoribus eius corpus incēſum eſt. Sed quid iſta de ſanctis hominibus dicimus? De ipſo ſancto ſanctorum, id eſt de deo, qui pro nobis homo factus eſt, loquamur qui ante mortem iniuriam quia dæmonium haberet audiuit: poſt mortem vero à perſecutoribus ſuis ſeducor appellatus eſt, cum dicerent: Scimus quia ſeducor ille dixit, poſt tres dies reſurgam. Quanta ergo nos peccatores à lingua vel manibus iniquorum ho-

minum portare neceſſe eſt, qui in aduentu æterni iudicij iudicandi ſumus, ſi & ipſe tanta poſt mortem pertulit, qui & iudex venit? Hæc, dulciſſima & excellentiſſima filia, breuiter dixi, ne quoties ſtultohomines tibi derogare cognoſcis, qualibet vel paruula mentis triſtitia tangaris. Sed quia ſedari hoc ipſum ſultorum hominum murmur tranquilla ratione poſte: Peccatum credo, ſi bonum quod valet fieri, negligitur vt fiat. Nam cum placare inſanas mentes, atque ad ſalutem reducere poſſumus, ſcandalizare eos minime debemus. Sunt enim quædam ſcandala que omnino deſpicienda ſunt, quædam vero cum vitari ſine culpa poſſunt deſpicienda non ſunt, ne cum culpa feruentur. Quod ſacro euangelio teſtante cognoſcimus, quia cum veritas diceret, Non quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem: & diſcipuli reſponderent dicentes: Scis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt: protinus reſpondit: Omnis plantatio quā non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Et tamen cum tributum peteretur, prius rationem reddidit per quā tributum ſoluere non deberet, atque illico ſubiunxit: Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem illum ſumens da eis pro me & te. Quid eſt quod de ſcandalizatis dicitur: Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum: & aliis, ne ſcandalizētur à domino tributū ſoluitur, & etiā nō debetur. Quid eſt quod aliis ſcandalū eſſe ꝑꝑmiffit, aliis vero venire ꝑꝑhibuit: niſi vt nos doceret & illa ſcandala que nos ad peccata implicant, contemnere: & ea que placare ſine peccato poſſumus, modis omnibus mitigare. Veſtra itaque excellentia poteſt protegente domino prauorum hominum ſcandala cum magna tranquillitate declinare. Priores enim eorum vobis ſecretò vocandi ſunt, atque iſtis ratio reddenda: & peruerſa quædam capitula que teneri exiſtunt, coram iſtis ſunt anathematizanda. Quod ſi etiam (ſicut dicitur) dari à vobis anathema ſictē ſuſpicantur, etiam iureiurando firmandum eſt vos nunquam eadem capitula tenere, nunquā tenuiſſe. Nec vobis indignū videatur, tali eis modo ſatisfacere, ne de imperiali genere ſit cōtra eos aliq̄ in veſtra mēte ſtultitiam. Omnes etenim fratres ſumus vnus impatoris poteſtate cōditi, & ſanguine redēpti. Et ideo fratres noſtros quātūlibet pauperes & abiectos in nullo deſpicere debem⁹. Certè etenim Petr⁹ poteſtatē regni cœleſtis acceperat, vt quæq; in terra ligaret vel ſolueret, eſſent in cœlo ligata vel ſoluta: ſupra mare ambulauit: ægrotantes vmbra curabat: peccantes verbo occidebat: mortuos oratione ſuſcitabat. Et quia ex admonitione ſpiritus ad Cornelium gentilem fuerat ingreſſus, contra eum quæſtio à fidelibus facta cur ad gentiles intraret, & comediffet cum eis, cur eos in baptiſmate ſuſcepiffet. Et tamen idem apoſtolorum primus tanta donorum gratia repletus, tanta miraculorum poteſtate ſuffultus, querelæ fidelium non ex poteſtate, ſed ex ratione reſpondit, cauſam per ordinem expoſuit: quomodo vas quoddam velut linteum in quo quadrupedia terræ, & beſtiæ, reptilia atque volatilia inerant, de cœlo ſubmitti viderit, vocemque audivit: Surge Petre, occide & manduca qualiter tres viri venerint eum ad Cornelium vocātes: qualiter ſpiritus ſanctus hunc cum eis ire præceperit. Qualiter idem

idem ſpiritus ſanctus qui venire in baptizatos in Iudæa poſt baptiſmum conſueuerat, in gentibus ante baptiſmum venit. Si enim cū à fidelibus culparetur, auctoritatem quam in ſancta eccleſia acceperat atre diſſer, reſpondere poterat, vt paſtorem ſuū oues que ei cōmiſſæ fuerant, reprehendere non auderent. Sed ſi in querela fidelium aliquid de ſua poteſtate diceret, profecto doctor manſuetudinis non fuiſſet. Humili ergo eos ratione placavit: atque in cauſa reprehentionis ſuæ, etiam teſtes exhibuit, dicens: Venerunt autem mecum ſex fratres iſti. Si ergo paſtor eccleſiæ apoſtolorum princeps, ſigna & miracula ſingulariter faciens, non dedignatus eſt in cauſa reprehentionis ſuæ rationem humiliter reddere: quanto magis nos peccatores cum de re aliqua reprehendimur, reprehendoſes noſtros ratione humili placare debemus? Ad me etenim (ſicut noſtis) cum apud veſtigia domorum in regia vrbe demorarer, multi ex eis venire conſueuerant, qui de prædictis capitulis accuſabantur: ſed teſte conſcientia fateor, nunquam in eis aliquid erroris, aliquid prauitatis, aliquid de his que cōtra vos dicebantur, inueni vnde & eos opinione contempta familiariter ſuſcipere, & magis ab inſequentibus defendere curabam. Dicebatur nanque contra eos, quia ſub obtentu religionis coniugia ſoluerent & quia dicerent quod baptiſma peccata penitus nō auferret: & ſi de iniquitatibus ſuis quis in triennium pœnitentiam ageret, poſtmodum ei peruerſe viuere liceret. Et quia ſi compulſi aliquid de quibus reprehendebantur, anathematizare ſe dicerēt, anathematis vinculo nullo modo teneri. Et ſi ſunt qui certiffime talia ſentiunt vel tenent: quia Chriſtiani nō ſunt dubium non eſt. Eoſque & ego, & omnes catholici epiſcopi atque vniuerſa eccleſia anathematizamus: quia veritati contraria ſentiunt, contraria loquuntur. Si enim dicunt religionis cauſa coniugia debere diſſolui: ſciendum eſt quia etſi hoc lex humana conceſſit, lex diuina tamen prohibuit. Per ſe enim veritas dicit: Quæ deus coniunxit, homo non ſeparet. Quæ etiam ait: Non licet dimittere vxorē, excepta cauſa fornicationis. Quis ergo huic cœleſti legiſtatori cōtradicat? Scimus quia ſcriptum eſt: Erunt duo in carne vna. Si ergo vir & vxor vna caro ſunt, & religionis cauſa vir vxorem dimittit, vel mulier virū, in hoc mundo remanentem, vel fortaſſe ad illicita migrantem: quæ eſt iſta migratio vel conuerſio, niſi quia vna eademque caro eſt, & ex parte tranſit ad continentiam, & ex parte remanet in pollutione? Si vero vtrifque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accuſare? quando certum eſt quod omnipotens deus qui minora conceſſit, maiora non prohibuit? Et quidem multos ſanctorum nouimus cum ſuis coniugibus & prius continentem vitam duxiſſe, & poſtmodum ad ſanctæ eccleſiæ regimina migrari. Duobus enim modis ſancti viri etiam à licitis ſolent abſtinere. Aliquando vt merita ſibi apud omnipotentem deū augeant: aliquādo vero, vt antea vitæ culpas detergat. Tres enim pueri in regis Babylonici obſequium deducti, legumina ad veſcendum petentes, cibis regiis vti noluerunt: non quia culpa eſſet, ſi ea que deus creauerat ederēt. Noluerūt ergo ea ſumere que licebat, vt per continentiam virtus excreſceret. David vero qui alienā vxorē tulerat, & ꝑ ſua culpa valde fuerat flagellatus, aquā bibere lōgē ꝑꝑt de Bethlehemica ciſterna voluit, quā cū ei fortiffimi milites detuliſſent, bibere nō ꝑꝑuit, eaq; fundēdo domino

libauit. Licebat enim bibere ſi voluiſſet: ſed quia illiſcita ſe feciſſe meminerat, laudabiliter à licitis abſtinebat. Et qui prius ꝑ culpa ſua morietū militū ſanguinē fundi nō timuit, poſtmodū ſi aquā biberet, etiam viuētū militū ſanguinē ſe fudiſſe iudicauit, dicēs Nū ſanguinē iſtorum hominū qui ꝑꝑecti ſunt, & animarū periculū bibā? Proinde cum boni cōiuges aut meritū augere deſiderāt, aut antea vitæ culpas deſerere, vt ſe ad continentiam adſtringant, & meliorē vitam appetāt liceat. Si verò continentiam quā vir appetit, vxor nō ſequitur: aut quā vxor appetit, vir recuſat: diuidi cōiugiū nō licet, quia ſcriptū eſt: Mulier ſui corporis poteſtatē non habet, ſed vir: & vir, ſui corporis poteſtatē nō habet, ſed mulier. Si qui verò ſunt qui dicunt peccata in baptiſmate ſufficere tenus dimitti: quid eſt hac ꝑꝑdicatione infidelius, in qua ipſum fidei ſacramentū feſtināt ſoluere? in quo principaliter ad cœleſtis mūditiæ myſteriū anima ligatur: vt abſoluta radicit⁹ à peccatis omnibus, ſoli illi inhæreat, de quo ꝑſalmiſta ait: Mihi autē adhæreret deo, bonū eſt. Certè enim maris rubri tranſitus, figura ſancti baptiſmi fuit, in quo hoſtes à tergo ſunt mortui, ſed alij cōtra faciē in eremo ſunt inuenti. Sic quippe oēs qui in ſancto baptiſmate tinguntur, eorū peccata prærita omnia laxantur: quia eis velut Aegyptij hoſtes à tergo moriuntur. Sed in eremo alios hoſtes inuenimus: quia dum in hac vita viuimus, priuſquam ad ꝑꝑmiſſionis patriā ꝑꝑtingamus, multæ tētationes nos fatigāt, & ad terrā viuētū tendētibz iter intercludere feſtināt. Qui ergo dicit peccata in baptiſmate funditus nō dimitti, dicat in mari rubro Aegyptios veraciter mortuos, fateatur neceſſe eſt peccata in baptiſmate funditus mori: quia nimirū plus valet inſtabſolutione noſtra veritas, quā vmbra veritatis. In euangelio dominus dicit: Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Si igitur peccata in baptiſmate funditus minime dimittantur, quomodo is qui lotus eſt, mūdus eſt tot⁹? Totus enim mundus dici nō poteſt, cui de peccato aliquid remanſit. Sed nemo reſiſtit voci veritatis, quæ ait, Qui lotus eſt, mūdus eſt totus. Nihil ergo ei de peccati ſui contagione remanet, quem totū fatetur mundum ipſe qui redemit. Si qui autē ſunt qui dicūt, qui de peccato quolibet triēnio pœnitētia agēda eſt, & poſt triēniū in voluptatibus viuendū: iſti adhuc nec ꝑꝑdicamēta verę fidei, nec ſacræ ſcripturę teſtimonia nouerūt. Cōtra hos ꝑꝑdicator egregius dicit: Qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionē. Cōtra hos item dicit: Qui in carne ſunt deo placere nō poſſunt. Vbi diſcipulis ſubiūgit: Vos autē nō eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Hi quippe in carne ſūt, qui in carnalibus voluptatiſbus viuūt. Cōtra hos dicitur: Neque corruptio incorruptionē ꝑꝑſidebit. Si autē dicūt pauci temporis pœnitentiam cōtra peccatum debere ſufficere, vt iterum liceat ad peccatum redire: recitē eos paſtoris primi percutit ſentētia, qui ait: Contingit illis illud veri ꝑꝑuerbij: Canis reuerſus ad ſuū vomitum, & ſus lota in volutabro luti. Magna eſt enim contra peccatum virtus pœnitentiæ, ſed ſi quis in eadem pœnitentia perſeueret. Nam ſcriptum eſt: Qui ꝑꝑſeuerauerit vſque in finē, hic ſaluus erit. Hinc rurſum ſcriptum eſt: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid ꝑꝑroficat lauatio eius? Mortuum quippe eſt omne opus peruerſum, quod pertrahit ad mortem, quod vita iuſtitie non viuunt.

Baptizatur ergo à mortuo, & iterum tangit mortuū, qui praua opera quæ se meminit egisse deplorat, sed in eisdem se iterū post lachrymas implicat. Anima itaque quælibet eiusdem mortui lauatione non proficit, quæ hoc iterum faciendo quod planxit, nec per lamenta pœnitentiæ ad restitutiōem iustitiæ exurgit. Pœnitentiam enim verè agere, est commissa flere, sed iterum plangenda declinare.

Si verò sunt qui dicunt, quia compulsus quispiam necessitate, si anathematizatus fuerit, anathematis vinculo non tenetur: ipsi sibi testes sunt quia Christiani non sunt: quia ligamenta sanctæ ecclesiæ variis se existimant conatibus soluere, ac per hoc nec absolutionem sanctæ ecclesiæ quam præstat fidelibus, veram putant, si ligaturas eius veras esse atque valere non æstimant. Contra quos diutius disputandum non est quia despiciendi per omnia & anathematizandi sunt ut vnde veritatem fallere se credunt, inde in peccatis suis veraciter ligentur. Si qui sunt igitur qui sub nomine Christiano hæc quæ diximus errorum capitula aut prædicare audēt, aut taciti apud semetipsos tenere: hos proculdubio & anathematizauimus. Ex omnibus tamen capitulis, in eis (sicut dixi) qui ad me in vrbe regia venire consueverunt, nullum omnino errorem cuiuslibet prædicti capituli agnoui, sed neque fuisse existimo nam si fuisset, agnouissem. Quia verò sunt nonnulli fidelium, qui imperito zelo succeduntur: & sæpe dum quosdam quasi hæreticos insequuntur, hæreses faciunt: eorum infirmitati consulendum est: & sicut prædixi, ratione & mansuetudine placandi sunt. Illis quippe sunt similes, de quibus scriptum est: Testimonium illis perhibeo quod æmulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Vestrā itaque excellentia quæ in lætione, in lachrymis atque in elemosynis incessabiliter viuunt, eorum sicut petij, imperitiā placare māsuetis exhortationibus ac responsionibus debet: ut non solum de semetipso sed etiam de illis gloriam æternæ retributionis inueniat. Hæc me vobis dicere nimis ardor suasit: quia & in vestra lætitia me crescere, & in vestra tristitia me existimo minorari. Omnipotens deus gratia vos cœlesti custodiat, & salua domini nostri pietate, & piissimi domini tranquillitate, pro dominorum parvulorum nutrimento vitam vestrā longius extēdat.

*Eiusdem beati Gregorij responsiones ad interrogaciones Augustini episcopi Cantuariensis ecclesiæ.*

*Prima interrogatio Augustini.*

Quæro pater beatissime, de episcopis, qualiter cum suis cleris conuersentur. Vel de his quæ fidelium oblationibus accedunt altari, quantæ debeant fieri portiones.

*De ecclesiasticis obventionibus diuidendis. Ca. 1.*

*Responsio beati Gregorij.*

Qualiter episcopus agere debet in ecclesia, sacra scriptura testatur, quam te bene nosse non dubiū est, & specialiter beati Pauli ad Timotheum epistolæ, in quibus eum erudire studet qualiter in domo dei conuersari debuisset. Mos autem apostolicæ sedis est ordinatis episcopis præceptum tradere, ut ex omni stipendio quod accedit, quatuor fieri debeant portiones. Vna videlicet episcopo & familiæ, propter hospitalitatem & susceptionem. Alia clero. Tertia pauperibus. Quarta ecclesiis reparandis. Sed quia tua fraternitas monasterij regulis erudita, seorsum viuere non debet à clericis suis: in ecclesia Anglorum

(quæ auctore deo nuper ad fidem perducta est) hanc debet instituere conuersationem, quæ in initio nascens ecclesiæ fuit patribus nostris: in quibus nullus, eorum ex his quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

*Secunda interrogatio Augustini.*

Opto enim doceri, an clerici continere non valentes, possint contrahere: & si contraxerint, an debeant ad seculum redire.

*De clericis contrahentibus post clericatum. Cap. 2.*

*Responsio B. Gregorij*

Si qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius accipere: quia & de eisdem patribus de quibus præfati sumus, nouimus scriptum quod diuidebatur singulis prout cuique opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atque quid dū est, & sub ecclesiastica regula sunt tenendi, ut bonis moribus viuāt & canēdis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis cor & linguam & corpus deo auctore conseruent. Communi autem vita viuētibz, iam de faciendis portionibus, vel exhibēda hospitalitate, & adimplenda misericordia, nobis quid erit loquendum, cum omne quod superest, in causis piis ac religiosis erogandum est? domino & magistro omnium dicente, Quod superest, date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

*Tertia interrogatio Augustini.*

Cur cum vna sit fides, sunt ecclesiarum consuetudines tam diuersæ? Et altera consuetudo missarum est in Romana ecclesia, atque altera in Galliarum ecclesiis tenetur.

*De diuersis consuetudinibus diuersarum ecclesiarum non improbandis. Caput. 3.*

*Responsio beati Gregorij.*

**Q**uit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, ut siue in Romana, siue in Gallicanarū seu in qualibet ecclesia aliquid inuenisti quod plus omnipotenti deo possit placere, sollicitè eligas: & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc ad fidem noua est, institutione præcipua quæ de multis ecclesiis colligere potuisti infundas. Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt elige: & hæc quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem deponere.

*Quarta interrogatio Augustini.*

Obsecro quid pati debeat si quis aliquid de ecclesia extulerit.

*De penitentia furum, & restitutione ecclesiasticarum rerum. Ca. 4.*

*Responsio beati Gregorij.*

**O**c tua fraternitas ex persona furis perscrutari potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam qui habentes subdia, furtum perpetrant: & sunt alij qui in hac re ex inopia delinquant. Vnde necesse est ut quidam damnis, quidam verò verberibus: & quidam districtius, quidam verò leuius corrigantur. Et cum paulo districtius agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præstat qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus tenere

*Acto. 4.*

*d. 32. ca. si qui vero*

*item. 12. q. 1. c. quia tua para. si qui vero.*

*Luca. 11.*

*d. 32. c. Nouit.*

*Leuit. 8.*

*Gen. 2.*

*Ioan. 14.*

tenere disciplinā debemus, sicut boni patres carnali bus filiis solent: quos & pro culpis verberibus ferunt, & tamen ipsos quos doloribus affligunt, habere hæredes querunt: & quæ possident, ipsi seruāt, quos irati insequi videntur. Hęc ergo charitas in mēte serda est. Et ipse modus correctionis distat, ut mens extra rationis regulam omnino nihil faciat. Ad dis etiam quomodo ea quæ furto de ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit quod ecclesia cum augmento recipiat, quod de rebus terrenis videtur amittere, & lucra damnis quærat.

*Quinta interrogatio Augustini.*

Peto an debeant duo germani fratres singulas sorores accipere, quæ sunt ab illis lōga pgenie generata. Quod duo fratres possunt contrahere cum duabus sororibus. Ca. 5.

*Responsio B. Gregorij.*

Hoc fieri omnibus modis licet. Nequaquam enim in sacris eloquiis inuenitur, quod huic capitulo contradicere videatur.

*Sexta interrogatio Augustini.*

Vsq̄ ad quorū generationem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari: & noueris & cognatis si liceat coniugio copulari.

*Qui sint in contrahendo prohibiti gradus consanguinitatis & affinitatis. Ca. 6.*

*Responsio B. Gregorij.*

Quædam terrena lex in Romana rep. permittit ut suis frater siue soror seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius & filia misceatur. Sed experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare.

Vnde necesse est ut iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda quam diximus, à se omnimodo debet abstinere. Cū nouerca autem misceri, graue est facinus, quia in lege scriptum est: Turpitudinem patris tui non reuelabis. Neque enim turpitudinem patris filius reuelare potest: sed quia in lege scriptum est, Erūt duo in carne vna: qui turpitudinem noueræ, quæ vna caro cū patre fuit, reuelare præsumperit, profectō patris turpitudinem reuelauit. Cum cognata quoque misceri prohibitum est, quæ per cōiunctionem priorem caro fratris facta est. Pro qua re etiam Ioānes Baptista capite trūcatus est, & sancto martyrio coronatus. Cui non est dictum ut Christum negaret: nec pro Christi confessione occisus est, sed quia idem dominus noster Iesus Christus dixerat: Ego sum veritas: quia pro veritate occisus est Ioannes, pro Christo sanguinem fudit.

*Septima interrogatio Augustini.*

Declarari posco an sic turpiter coniunctis sit indi cēda separatio, & sacre cōmunis denegāda oblatio.

*Quod neophyti in gradu prohibito inuēti, nec separandi sunt nec sacra communione priuandi. Ca. 7.*

*Responsio beati Gregorij.*

**V**ia verò multi sunt in Anglorum gēte, qui dum adhuc in infidelitate essent, huic nefando coniugio dicuntur admixti: ad fidem venientes admonēdi sunt ut se abstineant, & graue hoc peccatū esse cognoscāt. Tremendum dei iudicium timeant, ne pro carnali delectatione tormenta æterni cruciatus incurrant. Non tamen pro hac re sacri corporis ac sanguinis domi-

ni communionem priuandi sunt, ne in eis illa vlciscivi deamur, in quibus se per ignorantiam ante lauacrū baptismatis altrinxerunt. In hoc enim tempore sancta ecclesia quædam per feruorem corrigit, quædam per mansuetudinem tolerat, quædam per considerationem dissimulat atque portat: ut sæpe malū quod auerfatur, portando & dissimulando cōpescat. Omnes autem qui ad fidem veniunt, admonendi sunt ne aliquid tale valeant perpetrare. Si qui autem perpetraverint, corporis & sanguinis domini cōmunionem priuandi sunt: quia sicut in his quæ per ignorantiam fecerunt, culpa aliquatenus toleranda est, ita est in his fortiter insequēda, qui nō metuunt sciēdo peccare.

*Ostaua interrogatio Augustini.*

Peto, si longinuitas itineris magna interiacet, ut episcopi facillè non possint cōuenire, an debeat sine aliorum episcoporum præsentia episcopus ordinari?

*Quot sunt necessarij episcopi in episcopi consecratione. Ca. 8.*

*Responsio Beati Gregorij.*

**T** quidem etiam in Anglorū ecclesia, in qua adhuc solus tu episcopus inueniris, ordinare episcopum non aliter nisi cum episcopis potes. Nā quando de Gallis episcopi veniūt, illi in ordinationem episcopi testes tibi assistant. Sed fraternitatem tuam ita volumus in Anglia episcopos ordinare, ut ipsi sibi episcopi lōgo interuallo minime disungantur: quatenus nulla sit necessitas ut in ordinatione conuenire non possunt. Pastorum quoque aliquorum præsentia quia valde est utilis, facillime debeant conuenire. Cum igitur deo auctore ita fuerint episcopi etiam in propinquis sibi locis ordinati, per omnia episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor episcopis fieri non debet. Nam in ipsis rebus spiritualibus, ut sapienter & maturè disponantur, exemplum trahere à rebus etiam carnalibus possumus. Certe enim dum coniugia in mundo celebrantur, coniugati quique vocantur: ut qui in via iam coniugij præcesserunt, in subsequēti quoque gaudio misceantur. Cur non ergo in hac spiritali ordinatione, qua per sacrum mysterium homo deo coniungitur, tales cōueniant, qui vel in profectu ordinati episcopi gaudeant, vel per eius studia omnipotenti domino preces pariter fundant?

*Nona interrogatio Augustini.*

Postulo etiam qualiter debemus cum Galliarum atque Britannorum episcopis agere.

*Qualiter metropolitanus in aliena provincia se habere debeat. Ca. 9.*

*Responsio Beati Gregorij.*

**I**n Galliarū episcopos nullam tibi auctoritatem tribuimus: quia ab antiquis prædecessorum meorum temporibus pallium Arelatenis episcopus accepit quem nos priuare auctoritate percepta minimè debemus. Si igitur contingat ut fraternitas tua ad Galliarum provinciā trāscat, cum eodem Arelateni episcopo debet agere qualiter si qua sunt in episcopis vitia corrigantur. Qui si forte in disciplinæ vigore tepidus existat tuæ fraternitatis zelo accendendus est. Cui etiam epistolas fecimus, ut cū sanctitatis præsentia in Gallis fuerit, ei ipse tota mēte subueniat: & quæ sunt creatoris nostri iussioni contraria, ab episcoporum moribus compe-

*d. 80. c. frat. ternitate.*

*25. q. 2. c. in Galliarum.*

*Rom. 10.*

*12. q. 2. c. Mos.*

*12. q. 1. c. Quia tua.*



scatis. Ipse autē autoritate propria episcopos Gal-  
liarum iudicare non poteris, sed suadendo, blan-  
diendo, bona quorum tua opera eorum imitationi  
monstrando, prauorum mentes ad sanctitatis studia  
reforma, quia scriptū est in lege: Per alienā messem  
transiens, falcem mittere nō debet, sed manu spicas  
conterere, & manducare. Falcē ergo iudicij mittere  
non potes in eā segetē quæ alteri videtur esse com-  
missa: sed per affectum boni operis frumenta domi-  
nica vitiorum suorum paleis expolia, & in ecclesiæ  
corpus monendo & persuadēdo quasi mādendo cō-  
uerte. Quicquid verō ex autoritate agendum est,  
cum prædicto Arelatensi episcopo agatur: ne præter  
mitti possit hoc quod antiqua patrum institutio in-  
uenit. Britannorum verō omnes episcopos tuæ fra-  
ternitati cōmittimus, vt in dōsi doceatur, infirmi p-  
suasione, roborētur, peruersi autoritate corrigantur.

*Obsecratio Augustini.*

Obsecro vt reliquæ sancti Sixti martyris nobis  
transmittantur.

*Concessio Gregorij.*

Fecimus quod petisti: quatenus populus qui in lo-  
co quondā S. Sixti martyris, corpus dixerūt venerari,  
quod tuæ fraternitati nec verū, nec veraciter san-  
ctum videtur, certa sanctissimi & pbarissimi marty-  
ris beneficia suscipiēs, colere incertē nō debeat. Mi-  
hi tamen videtur, quia si corpus q̄ a populo cuiusdā  
martyris esse creditur, nullis illic miraculis coruscet  
& neq; aliqui de antiquiorib⁹ existūt qui se a parētibus  
passionē eius audisse fateantur, ita reliquæ petisti  
seorsum condendæ sunt, vt locus in quo præfatum  
corpus iacet, modis omnibus obstruatur, nec permit-  
tatur populus certum deserere, & incertū venerari.

*Decima interrogatio Augustini.*

Si prægnans mulier debeat baptizari: aut postquā  
genuerit, post quātū tempus possit ecclesiam intrare  
Aut etiam ne morte præoccupetur q̄ genuerit, post  
quot dies hoc liceat sacri baptismatis sacramēta per-  
cipere. Aut post quantum temporis huic vir possit in  
carnis copulatione coniungi. Aut si menstrua con-  
suetudine tenetur, an ecclesiam introire ei liceat,  
aut sacre communionis sacramentū percipere. Aut  
vir suæ coniugi permixtus, antequam lauetur aqua,  
si ecclesiam intrare possit, vel etiam ad mysteriū sa-  
cre communionis accedere. Quæ omnia rudi An-  
glorum genti oportet habere comperta.

*Quod mulier prægnans & puer natus possit baptizari, &  
de concubitu, & menstruatū vitandis. Ca. 10.*

*Responsio beati Gregorij.*



Ec non ambigo fraternitatem tuam esse  
requisitam, cui etiam responsū ad-  
didisse me arbitror. Sed hoc quod ipse  
dicere & sentire potuisti, credo quod  
mea apud te volueris respōsione firma-  
ri. Mulier etenim prægnans cur non debeat baptiza-  
ri, cum non sit ante omnipotentis dei oculos culpa  
aliqua, fecunditas carnis?

Nam cum primi parentes nostri in paradiso de-  
liquissent, immortalitatem quam acceperant, recto  
dei iudicio perdidērunt. Quia itaque omnipotens  
humanum genus pro culpa sua funditus extinguere  
noluit, & immortalitatem homini pro peccato suo  
abstulit: & tamen pro benignitate suæ pietatis, fec-  
unditatem ei sobolis seruauit. Quod ergo natu-  
ræ humanæ ex omnipotentis dei dono seruātū est,

qua ratione poterit à sacri baptismatis gratia prohi-  
beri? Illi quippe mysterio in quo omnis culpa fundi-  
tus extinguitur, valde stultum est si donum gratiæ  
contradicere posse videatur. Cum vero enixa fuerit  
mulier, post quot dies debeat ecclesiam intrare, testa-  
menti veteris præceptione didicisti, vt pro masculo  
diebus 30. pro fœmina verō 66. debeat abstinere.

Quod tamen sciendum est quia in mysterio accipi-  
tur. Nam si eadem hora qua genuerit, auctura gratias  
intrat ecclesiam, nullo peccati pōdere grauat. Vo-  
luptas enim carnis, non dolor in culpa est. In carnis  
autem commixtione voluptas est: nam in prolis ge-  
neratione gemitus. Vnde & ipsi primæ matri omni-  
um dicitur: In doloribus paries. Si itaque enixā pro-  
hibemus ecclesiam intrare, ipsam ei pœnam suam in  
culpam deputamus. Baptizari autem vel enixam mu-  
lierem, vel hoc quod genuerit, si mortis periculo vt  
geretur, vel ipsa hora eadē qua gignit, vel hoc quod gi-  
gnitur, eadem qua natum est, nullo modo prohibe-  
tur: quia sicut sancti mysterij gratia viuētib⁹ atque  
discernētib⁹ cum magna discretionē prouidenda  
est, ita quibus mors imminet, sine vlla dilatione offe-  
renda est: ne dum adhuc tempus ad præbendum re-  
demptionis mysterium quæritur, interueniente pau-  
lulum mora, inueniri non valeat qui redimatur. Ad  
eius verō concubitus vir eius accedere non debet,  
quousque qui gignitur, lactetur. Praua autē in con-  
iugatorum moribus consuetudo surrexit, vt mulie-  
res filios quos gignunt, nutrire contemnunt, eosque  
aliis mulieribus ad nutriendum tradant. Quod vide-  
licet ex sola causa incontinentiæ videtur inuentum:  
quia dū se continere nolunt, despiciunt lactare quos  
gignunt. Hæ itaque quæ filios suos ex praua consue-  
tione aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis  
tempus transierint, viris suis non debent admisceri:  
quippe cum & sine partus causa cum in consuetis  
menstruis detinentur, viris suis misceri prohibean-  
tur, ita vt morte lex sacra feriat si quis vir ad mēstrua  
tam mulierem accedat. Quæ tamen mulier dum ex  
consuetudine menstrua patitur, prohiberi ecclesiam  
intrare non debet: quia ei naturæ superfluitas in cul-  
pam non valet imputari: & per hoc quod inuita pati-  
tur, iustum non est vt ingressū ecclesiæ priuetur. No-  
uimus nanque q̄ mulier quæ sanguinis fluxum patie-  
batur, post tergū domini veniēs, vestimenti eius sim-  
briam tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas reces-  
sit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter po-  
tuit domini vestimentum tangere, cur quæ menstrua  
um sanguinis patitur, ei nō liceat domini ecclesiam  
intrare? Sed dices: Illam infirmitas compulit: has ve-  
rō de quibus loquimur, consuetudo constringit. Per-  
pende autem frater charissime, quia omne quod in  
hac mortali carne patimur, ex infirmitate naturæ est  
digno dei iudicio post culpam ordinatum. Esurire  
nanque & sitire, estuare, algere, lassescere, ex infirmi-  
tate naturæ est. Et quid est aliud, contra famem ali-  
menta, contra sitim potum, contra æstum auras, con-  
tra frigus vestem, contra lassitudinem requiem que-  
rere, nisi medicamenta quædam contra egritudines  
explorare? Fœminis nanque & mensruis sui sangui-  
nis fluxus ægritudo est. Si igitur bene præsumpsit,  
quæ vestimentum domini in languore posita tetigit  
quod vni personæ infirmanti conceditur, cur non  
concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio  
infirmantur? Sanctæ autem communionis mysteriū  
in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si  
autem

*d. 5. c. Cū  
enixa.*

*Leuit. 12.*

*Gen. 3.*

autem ex vulneratione magna præsumere non præ-  
sumit, laudanda est: sed si percipiat, non iudicanda.  
Bonarum quippe mentium est, etiam ibi aliquo mo-  
do culpas suas agnoscere, vbi culpa non est: quia sæ-  
pe sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vnde etiā  
cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex cul-  
pa primi hominis factum est vt esuriremus. Menstrua  
enim consuetudo mulieribus nō aliqua culpa est, vi-  
delicet quia naturaliter accidit: sed tamen quod natu-  
ra ipsa ita vitiosa est, vt etiam sine volūtatis studio  
videatur esse polluta: ex culpæ venit vitio, in quo se  
ipsam qualis per iudiciū facta sit, humana natura co-  
gnoscat: vt homo qui spōte culpam perpetravit, rea-  
rum culpæ portet inuitus. Atque ideo fœminæ quæ  
cum semetipsas considerant in menstrua consuetu-  
dine, ad sacramentum dominici corporis & sangui-  
nis accedere non præsumunt, de sua recta considera-  
tione laudandæ sunt. Dum verō percipiendi ex reli-  
giosæ vitæ consuetudine, eiusdem mysterij amore ra-  
piuntur, reprimendæ (sicut diximus) non sunt. Sicut  
enim in veteri testamento exteriora opera seruaban-  
tur, ita in testamento nouo nō tam quod exterius agi-  
tur, quàm id quod interius cogitatur sollicita intē-  
tione attenditur, vt subtili sententia puniatur. Nam  
cum multa lex velut immunda manducari præcipiat  
in euangelio tamen dominus ait: Nō quod intrat in  
os, coinquinat hominem: sed quæ exeunt de corde,  
illa sunt quæ coinquinat hominem. Atq; paulo pōt  
subiecit exponens: Ex corde exeūt cogitationes ma-  
læ. Vnde vbertim indicatum est quia illud ab omni-  
potenti deo pollutum esse in opere ostenditur, quod  
ex pollutæ contagionis radice generatur. Vnde Pau-  
lus quoque apostolus dicit: Omnia munda mundis:  
coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundū.  
Atq; mox eiusdem coinquinationis causam annun-  
cians, subiūgit: Coinquinata sunt enim corū & mēs  
& conscientia. Si ergo ei cibus immundus non est,  
cuius mens immunda non fuerit: cur q̄ munda men-  
te mulier ex natura patitur, ei in immunditiam repu-  
tetur? Vir autem cum propria coniuge dormiens, ni-  
si lotus aqua intrare ecclesiam non debet: sed neq; lo-  
tus intrare statim debet. Lex autē veteri populo præ-  
cepit, vt vir mixtus mulieri, & lauari aqua debeat, &  
ante solis occasum ecclesiam non intrare. Quod in-  
telligi spiritaliter potest, quia mulieri vir miscetur,  
quando illicitæ concupiscentiæ animus in cogitatio-  
ne per delectationem coniungitur. Qui, nisi prius ignis  
concupiscentiæ à mente deferueat, dignū se cō-  
gregatione fratrū existimare non debet, quia se gra-  
uari per nequitiam prauæ voluntatis videt. Quauis  
enim de hac re diuersæ hominum nationes diuersa  
sentiant, atque alia custodire videantur, Romanorū  
tamen temper ab antiquioribus vsus fuit, post admix-  
tionem propriæ coniugis & lauacri purificationem  
quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululū reuerēter ab-  
stinere. Nec hæc dicentes deputamus culpā esse con-  
iugū: sed quia ipsa licita admixtio coniugū sine vo-  
luptate carnis fieri nō potest, à sacri loci ingressu ab-  
stinendū est: quia voluptas ipsa esse sine culpa nullate-  
nus potest. Nō enim de adulterio vel fornicatio, sed  
de legitimo cōiugio natus fuerat qui dicebat: Ecce  
enim in iniquitatibus cōcept⁹ sum: & in delictis pe-  
perit me mater mea. Qui enim in iniquitatib⁹ cōcep-  
tū se nouerat, in delicto se natū gemebat: quia portat  
arbor in ramo humore vitij quē traxit ex radice. In  
quibus verbis nō ipsam admixtionē coniugum, ini-

*Matt. 15.*

*Ibidem.*

*Ad Tit. 1.*

*Psal. 50.*

quitatē nominat, sed ipsā videlicet voluptatē admix-  
tionis. Sūt enim licita ac legitima, & tamē in eorum  
actu aliquatenus fœdamur: sicut sæpe irascēdo cul-  
pas insequimur, & tranquillitatē in nobis animi per-  
turbamus: & cū rectū sit q̄ agitur, nō est tamen app-  
babile q̄ in eo animus perturbatur. Cōtra quippe vitia  
delinquentiū iratus fuerat qui dicebat: Turbatus est  
præ ira oculus meus. Quia enim nō valet nisi trāquil-  
la mēs in cōtēplationis lucē se suspēdere, in ira suum  
oculū turbatū dolebat quia dū male acta deorsum in-  
sequitur, cōfundi tamē atq; turbari à summorū con-  
tēplatione cogebatur. Et laudabilis ergo est ira cō-  
tra vitii, & tamen molesta, quia turbatū se reatū ali-  
quē incurrisse æstimabat. Oportet itaq; legitima car-  
nis copula vt causa, plis sit, non voluptatis: & carnis  
cōmixtio, creātorū liberorū sit gratia, nō satisfactio  
vitiōrū. Si quis ergo suā cōiugē non cupidine volup-  
tatis captus, sed solūmodo liberorū creātorū gratia  
vitur, iste pfectō de ingressu ecclesiæ, seu de sumēdo  
corporis dominici s̄guinisq; mysterio, suo est relin-  
quēdo iudicio: quia à nobis p̄hiberi nō debet acci-  
pere, qui in igne positus nescit ardere. Cū verō nō a-  
mor p̄creāda sobolis, sed voluptas dominatur in o-  
pere cōmixtionis, habēt cōiuges etiā de sua cōmix-  
tione q̄ desleat. Hoc enim eis cōcedit sancta p̄dica-  
tio, & tamē de ipsa cōcessione metu animū cōcutit.  
Nā cū Paulus apostolus diceret, Qui se cōtinere nō  
potest, habeat vxorem suā: statim subiūgere curauit:  
Hoc autē dico secūdū indulgentiā, non secūdū im-  
periū. Nō enim indulgetur q̄ licitum & iustum est.  
Quod enim indulgeri dixit, culpā esse demonstrauit.  
Vigilati ergo mēte p̄slandū est q̄ in Sina monte do-  
minus populū abstinere à mulieribus præcepit. Et si  
illic vbi dominus p̄ creaturā subditā hominibus lo-  
quebatur, rāta p̄uisione est mūdicia corporis requisi-  
ta, vt qui verba dei p̄ciperēt, mulieribus mixti nō ef-  
sent: quāto magis qui corp⁹ domini omnipotētis ac-  
cipiūt, custodire in se mūditiā carnis debēt, ne ipsi in  
æstimabilis mysterij magnitudine p̄grauentur? Hinc  
etiā ad David de pueris suis p̄ sacerdotē dicitur, vt si  
à mulieribus mundi essent, panes p̄positionis acci-  
perent: quos omnino non acciperēt, nisi prius mundos  
eos David à mulieribus fateretur. Tunc autē vir qui  
post cōmixtionē coniugis lotus fuerit aqua, & iā  
sacre communionis mysterium valet accipere, cum  
ei iuxta præfinitā sententiam etiam licuerit intrare.

*Psal. 6.*

*I. Cor. 7.*

*Vndecima interrogatio Augustini.*

Quæro etiam si post illusionem quæ per somniū  
solet accidere, vel corpus domini quilibet accipere  
valeat: vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare.

*Quando nocturna pollutio celebrationem &  
communione impedit. Ca. 11.*

*Responsio beati Gregorij.*

Hunc quidē testamentū veteris legis, sicut in su-  
periori capitulo iā diximus, pollutū domino dicit: &  
nisi lotū aqua, etiā vsq; ad vesperā intrare ecclesiam  
nō concedit. Quod tamen specialiter ad illum po-  
pulum, spiritaliter autem intelligēs sub eodē intel-  
ctu accipiet quē præfati sumus: quia quasi p̄ somniū  
illuditur, qui tentatus immūdicia, vanis imaginibus  
in cogitatione inquinatur. Sed lauandus est aqua, vt  
culpas cogitationis lachrymis abluit. Et nisi pri⁹ i-  
gnis tētationis recesserit, reum se quasi vsque ad ves-  
perum cognoscat. Sed est in eadem illusionē valde  
necessaria discretio, quia valde subtiliter pensare de-  
bet ex qua re accidat menti dormiētis. Aliquādo enī



ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate, vel in firmitate: aliquando ex cogitatione cōtingit. Et quidē cum ex naturæ superfluitate vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illusio non est timenda: quia hæc animus nesciens prulisse magis dolendus est quā fecisse. Cū verò vltra modum appetitus gulæ in sumēdis alimentis rapitur, atq; idcirco humorum receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatū non tamen vsque ad prohibitionem percipiendi sacramenti ysterij, vel missarum solennia celebrandi, cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhiberi mysteriū pro eo quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nā si adsunt alij qui implere mysterium valent, illusio p crapulā facta, à perceptione sacri mysterij prohibere nō debet: sed ab immolatione sacri mysterij abstineri, vt arbitror, humiliter debet: si tamen dormientis mentē turpis imaginatione non cōcullerit. Nā sunt quibus ira plerūque illusio nascitur vt eorū animus etiā in somno corporis positus, turpi bus imaginationibus non fædetur. Qua in re ostenditur mens rea, non tuo vel suo iudicio libera, cū se et si dormienti corpore nihil meminit vidisse, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluuiē cecidisse. Si verò ex turpi cogitatione vigilātor oritur illusio dormiētis, patet animo suus reatus. Videt enim à qua radice inquinatio illa processerit, qui quod cogitauit sciens, hoc pertulit, nesciens. Sed pensandū est, ipsa cogitatio vtrum in suggestione, an delectatione, vel (quod maius est) peccati consensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatū, videlicet suggestione, delectatione, cōsensu. Suggestio quippe fit per diabolū, delectatio per carnem, consensus p spiritū: quia cum primam culpam serpens suggestit, Eua, velut caro delectata est, Adā velut spiritus consensus. Et necessaria est magna discretio, vt inter suggestionem delectationem & consensum iudex sui animus præsideat. Cum enim malignus spiritus peccatū suggerit in mēte si nulla peccati delectatio sequatur peccatū omnimodo ppetratū non est. Cū verò caro delectari cōperit, tunc peccatū incipit nasci: Si autē etiā ad cōfessionē ex deliberatione descēdit, tūc peccatū cognoscitur pfi. In suggestione igitur peccati semel est: in delectatione fit nutrimentū: in consensu perfectio. Et sæpe contingit, vt hoc q malign⁹ spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationē trahat, nec tamen animus eidem delectationi consentiat. Et cū caro sine anima delectari nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuit⁹: vt ei ex ratione contradicat, nec consentiat, & tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat. Vnde & ille cœlestis exercitus præcipuus miles gemebat dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuū me ducentem in lege peccati quæ est in membris meis. Si autem captiuus erat, minime pugnabat. Quapropter & captiuus erat, & captiuus non erat & pugnabat. Igitur legi mētis, lex quæ in mēbris est, repugnabat. Pugnabat autē: qua propter captiu⁹ nō erat. Ecce itaq; homo est, vt ita dixerim, & captiu⁹, & liber. Liber ex iustitia quam diligit captiuus ex delectatione quam portat inuitus.

DEVS DEDIT.

Hic pontifex ab aliis scriptoribus A deo datus vocatur. Is natione Romanus, adhuc subdiaconus, an-

no domini 671. ex monacho papa creatur 77. i ordi ne: seditque annos tres, dies viginti tres. Hic constituit secundam missam in clero. Tantā sanctitatis, vt cum eo tempore tanta velut lepræ clades in populo grassaretur, vt nullus mortuū suū posset cognoscere, hic obuium sibi quendam elephantiam morbo laborantē, o sculo suo solo curauerit. Hic decreuit, ne filius patrini puellam è sacro fonte à patre leuatam ducere in vxorem posset. Eiusdem extat fragmentum epistolæ cuiusdam ad Gordianum Hispanensis ecclesiæ episcopum, cuius summa est, vt coniuges qui proprios filios è sacro fonte susceperunt, separentur à mutua consuetudine. Sic autem habet.

Deus dedit episcopus sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ, Gordiano † Hispaniarū ecclesiæ coepiscopo, & fratri dilectis. Peruenit ad nos diaconus vester, vestræ sanctitatis epistolam ferens, quod quidam viri, etiā & mulieres, preterito sabbato paschali die, præ magno populorum incurfu nesciētes proprios suos filios suscepissent ex lauacro sancto. Cupis ergo scire, si pro tali accidente ratione debeāt viri & mulieres ad suū ppruū redire vsu, an non. Nos enim ex hoc tristitia mœsti, inquisiuimus priorū patrum nostrorum dicta. Inuenimus autem in archiuis huius apostolicæ sedis iā talia contigisse in ecclesia Iauriæ & † Etesorū, simulque Hierosolymæ, & etiam aliarū ecclesiarū, episcopis etiam earū ciuitatum ab hac apostolica sede volentibus scire si viri & mulieres rediret ad propriū torū. Beatæ memorie sanctissimi patres, Iulius, Innocentius, & Cælestinus, cum episcoporum plurimorum & sacerdotum † cōuentu in ecclesia beati apostolorū principis, phibentes talia, perscripserunt & confirmauerunt, vt nullo iam in coniugio se reciperent mulieres aut viri, qui quacunque ratione suos susceperunt natos, sed separent se, ne (suadente diabolo) tale vitium peccati inoleat per mundum, & vniuersorū error accrescat. Scitis quia quomodo sunt septem dona spiritus sancti, ita sunt septem dona baptismi à primo pabulo sacri salis, & ingressus sanctæ ecclesiæ vsque ad confirmationem spiritus sancti per chrisma. Ab hoc primo spiritus sancti dono vsque ad septimum, nullus Christianus suā commatrē in coniugio recipere debet: & qui præsumpserit, anathematis vinculo religetur in ppetuū, nisi pœnitentiā egerit digne. Mulieres verò cum separatæ fuerint pro hac illicita re, à propriis viris totam præcipimus recipere dotem quam in die nuptiali recepit: & post expletum annum recipiant alium virum, similiter & vir vxorem.

MARTINVS I.

**H**ic patria Tubertinus, anno domini 647. papa creatur. 74. sedit annos sex, mensem vnum, dies 26. Votū castitatis clericis suis imposuit. Multas à monothelitis hæreticis vexationes sustinuit, & tandem à Theodoro Italia exarcho captus ac vincus Constantinopolim mittitur, vbi in exilio moritur. Eius extat decretalis epistola, qua constituit, ne qui post ordinationem suam lapsi semel sunt, ac depositi, ad sacerdotij gradū redire possint. Ea hæc est.

Dilectissimo fratri A mando Martinus, fraternitatis tuæ studio pietatis cōgestā epistolā suscipiētes, animos nostros releuari cognoscim⁹: quippe quoniam huius seculi fluctuagas atque trāsitorias despi-

*Hispanensis.*  
30. 7. 1. peruenit ad nos.

*† Ephesorum.*

*† consensu*

cientem oblectationes, illa quæ perpetua & sublimia dona pro Domini Dei nostri obsequiis tribuuntur, appetere certum est. Ex relatione igitur latoris presentium, iuxta epistolæ fraternitatis tuæ tenorem, laborum tuorum certamen, ex quibus cœlestis patriæ ascensum humilitatis mentibus atque contritis corporibus, vobis futurorum gaudiorum largiēda sunt munera. Nam cum sit nulli comparationi omnino cōparandum, quod à creatore nostro pro bonis seruitiis recompensatur, dum breui atque paruo temporis spatio finiuntur labores quos pro dilectione ipsius sustinemus, consideratione refrigerij nos oportet libenti animo tolerare presentis vitæ angustias. Sed quantum nobis laborum nostrorū operatio magnam gaudij vbertatem inducit, tantum pro duritia sacerdotum gentis illius conterimur, quod postpositis salutis suæ suffragiis, atque redemptoris nostri seruitia contemnendo, vitiorum fœderibus ingrauantur, quibus ad præparandam salutem, quādoquidem tantum nos necesse est importunis prædicationibus imminere, quantum nos perfectæ negociationis creditorum nobis talentorum duplicat assignatio, atq; Dominicis vocibus ad suscipiendam eius requiem persuadet assertio. Suggestum est namq; nobis eo q presbyteri seu diaconi alique sacerdotalis officij, post suas ordinationes in lapsum inquinantur, & ppretea nimio mœrore fraternitatem tuā astringi, magisque velle te pastorale obsequium pro eorum inobedientia deponere, & vacationē ab episcopatus laboribus eligere, & silentio atque ocio vitam degeat, quā in his quæ tibi commissa sunt permanere, dicente Domino: Beatus, qui perseverauerit vsq; in finem. Vnde namque beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ? quia secundum Apostolicam prædicationem, omnes qui voluerint in Christo piè viuere, persecutiones patiuntur. Ideoque, frater charissime, nō vos afflictionum amaritudo à piæ mentis vestræ proposito coartet incedere, considerans, quanta pro absolute nostri & liberatione creator dominus noster pertulerit, quibusve contumeliis se afficiē dum tradiderit, vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Propterea nullatenus in huiusmodi peccato delinquentibus ad destructionem canonum exhibeat compassionem. Nam qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps iam depositus erit, nullūque gradum sacerdotij poterit adipisci: sed sufficiat ei, lamentationibus fletibusque assiduis quoadusque vixerit, in eadem pœnitentiā perdurare, vt commissum delictum diuina gratia extinguere valeat. Si enim tales quærimus ad sacros ordines promouendos, quibus nulla ruga, nullumque vitæ contagium præpediat, quanto magis si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & præuaricationis peccato deprehendatur obnoxius, omnino prohibendus est cum manibus lutulentis atq; pollutis mysteria nostræ salutis tractare? Sitque huiusmodi semper iuxta factorum canonum decreta in hac vita depositus: vt illum qui mentis interiora scrutatur, nullūque de ouibus errare congauit, dum aspexerit synceram pœnitentiā eius, in terribili iudicio habeat reconciliatum. Ideoque iterum hortamur charitatem tuam exemplo eius qui pro nobis pati & mori voluit, promptos vos in cunctis eius seruitiis permanere. Neq; nos pigeat temporales cruciatus pro Christi nomine sustinere, sed emolumenta futuræ remunerationis, huius seculi vexationes to-

*Matt. 10. c.*

*2. Tim. 3. c.*

*l. dist. Qui semel post.*

*l. dist. Si post ordinationem.*

lerare persuadeant. Scriptum namque est: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Tantum enim à nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequia commodare.

GREGORIVS II.



**H**ic patria Romanus, anno salutis 714. fit 89. pontifex sedit annos 16. menses 9. dies 11. sub Leone impe. 3. Iconomacho cuius subditos in apertam aduersus eum rebellionem perducit ob sublatas ab eo diuorum imagines. Huic & Germanorum conuersio ad Christi fidem, tribuitur, quos ipse magna frequentia Romam cōsuentes suis manibus baptizauerit. Huius extat epistolæ aliquot decretales, quas hic subiecimus.

*Vt à pontifice missi, ab episcopis prouincialibus & magnatibus digne recipiantur.*



**G**regorius seruus seruorū Dei, vniuersis reuerendissimis & sanctissimis fratribus coepiscopis, religiosis presbyteris seu diaconibus, gloriosis ducibus, magnificis Castaldis, Comitibus etiam, vel cunctis Christianis Deum timentibus. Sollicitudinem nimiam gerētes pro speculatione credita, quia in vmbra mortis aliquas gentes in Germaniæ partibus, vel plaga Orientali Rheni fluminis antiquo hoste suadente errare, & quasi sub religione Christiana idolorum cultura eos seruire cognouimus, aliquos verò qui necdum cognitionem Dei habentes, nec baptismatis sacri vnda sunt loti, sed comparatione brutorum animalium pagani factorem non recognoscunt, necessario pro vtrorumque illuminatione ad prædicandum rectæ fidei verbum, harum portitorem Bonifacium reuerentissimum fratrem nostrum episcopum ad easdem partes dirigere studiuimus, vt & illis prædicando verbum salutis, vitam prouideat sempiternam: & si quos forte vel vbicumque à rectæ fidei tramite destitisse cognouerit, aut astutia diabolica persuasos erroneos reperit, corrigat, atque sui educatione ad portum reportet salutis, eosque ex Apostolicæ sedis huius doctrina informet, & in eadē catholica fide permanere instituat. Cui hortamur ob amorem Domini nostri Iesu Christi, & Apostolorū eius reuerentiā, vt in omnibus solatiari nisibus totis debeat, eumque in nomine Iesu Christi recipiat, vt scriptum est de suis discipulis: Qui vos recipit, me recipit. Prouidentes insuper necessaria itineris eius, comites tribuētes, cibum etiam ac potum, vel si quo egerit largientes, vt vno labore & socia voluntate opus sibi creditum pietatis, & negocium salutis (an \* annūcto nitente Deo) perficiatur, atque præmia laboris percipere mereamini, deque conuersione errantiū merces vobis ascribatur in cœlis. Si quis itaque huic dei famulo ad illuminationem gentium ab hac Apostolica atque catholica Dei ecclesia destinato, assensum vel cursum præbuerit, exorantibus Apostolorū principibus, consortia mereatur sanctorum & martyrum Iesu Christi. Si quis vero (quod non optamus) aduersando, eius præpedire conatus fuerit laborē, aut cōtrarius extiterit ministerio sibi credito, successorūque

*† initium.*

*Rom. 7.*

*\* annūcto*

que eius eundem laborem intrantium, ex sententia diuina anathematis vinculo percussatur, & perpetuę damnationi subiaceat. Bene valete. Data Calendas Decemb. Imperate Domino piissimo Augusto Leone, à Deo coronato magno imperatore, anno septimo, sed & Constantino magno imperatore eius filio, anno quarto, indictione sexta.

*Epistola eiusdem ad vniuersum clerum & plebem Thuringia.*



Gregorius episcopus seruus seruorum Dei, clero, ordini, & plebi cõsistenti Thuringi, dilectissimis filiis in Domino salutem. Probabilibus desiderijs nihil attulimus tarditatis, fratrem iam & coepiscopum nostrum Bonifacium vobis ordinauimus sacerdotem: cui dedimus in mandatis, ne vnquam ordinationes presumat illicitas, ne bigamum, aut qui virginem nõ est sortitus uxorem, neq; illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut ex pœnitente, vel curię aut cuiuslibet conditioni obnoxium, notatumque, ad sacros ordines permittat accedere: sed si quos huiusmodi forte repererit, nõ audeat promouere. A phros passim ad ecclesiasticos ordines preterdentes nulla ratione suscipiat: quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati sapius sunt probati. Ministeria atq; ornatum ecclesię, vel quicquid illud est in patrimonio eiusdẽ, non minuere studeat, sed augere. De redditu verò ecclesię, vel oblatione fidelium, quatuor faciat portiones: quarum vnã sibi ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis nouerit reseruandam: de quibus diuino erit redditurus iudicio rationem. Ordinationes verò presbyterorum seu diaconorum, non nisi quarti, septimi & decimi mensium ieiunijs, sed & in ingressu quadragesimali, atq; mediãte vespere sabbati, nouerit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in paschali festiuitate & Pentecoste nouerit esse præbendũ, exceptis his qui mortis vigente periculo (ne in æternum percant) talibus oporteat remedijs subuenire.

*Epistola eiusdem ad clerum & plebem Thuringia.*

Insinuatam nobis magnificã in Christo fidei vestrę constantiam agnoscentes, quòd paganis cõpellentibus vos ad idola colenda, fide plena responderitis, magis velle feliciter mori, quàm fidem semel in Christo acceptam aliquatenus violare, nimia exultatione repleti, grates debitas persoluimus Deo nostro & redemptori, bonorum omnium largitori. Cuius gratia comitante, vos ad meliora & potiora optamus perficere, & ad cõfirmandum fidei vestrę propositum, sanctę sedi Apostolicę religiosis mentibus adhærere, & prout opus poposcerit sacrę religionis, à memorata sancta sede Apostolica spiritali omnium fidelium matre solatium quærere, sicut decet filios cohæredes regni à regali parente. Ministerio quoq; præsentis fratris charissimi Bonifacij, quem ad vos consecratum episcopum in sorte prædicationis destinauimus Apostolicis institutionibus informatũ ad instruendam fidem vestram, in omnibus volumus & hortamur obediens ei consentire, ad complementum in Domino vestrę saluationis.

*Eiusdem epistola ad Thuringos.*

Grego. ser. ser. Dei vniuerso populo Thuringorũ Dominus Iesus Christus filius Dei, Deus verus, de cœlo descendit, homo factus est pro nobis: pati & crucifigi dignatus est, & sepultus, tertia die resurrexit à mortuis, & ascendit in cœlos: discipulis etiam suis sanctis Apostolis ait: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ipse enim credentibus in se, vitam æternã promisit. Cupientes ergo vos in perpetuum nobiscũ gaudere, vbi finis nullus est, nec tribulatio, nec aliqua amaritudo, sed gloria sempiterna, ideo fratrem nostrum sanctissimum Bonifacium episcopum apud vos direximus, vt vos debeat baptizare, & fidẽ Christi docere, & ab errore ad viam salutis reducere, vt salutem habeatis, & vitam æternam. Sed vos ei in omnibus obedite, & sicut patrem vestrum illum honorate, & ad eius doctrinã corda vestra inclinate: quia illum non pro lucro aliquo temporali conquirendo direximus, sed pro lucro animarum vestrarum apud vos eum misimus. Diligite ergo Dominum, & in nomine eius baptismum suscipite: quia Dominus Deus noster, quod oculus hominis nunquam vidit, nec in cor hominis ascendit, præparauit diligẽtibus se. Iam recedite à malis operibus, & agite bene. Non adoretis idola, nec immoletis carnes: quia Dominus non recipit ista: sed in omnibus, secundum quòd vos frater noster Bonifacius docuerit, obseruate & agite, & salui eritis & vos & filij vestri in sempiternum. Facite ergo & domũ, vbi & ipse pater vester debeat habitare: & ecclesias, vbi debeatis orare vt Deus vobis indulgeat peccata vestra, & donet vobis vitam perpetuam.

*Epistola eiusdem ad Saxones.*

Gregorius papa vniuerso populo prouincię Saxonum. Sapientibus & insipientibus debitor sum, fa teor, charissimi, volens vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui verbũ exhortationis fidei Iesu Christi susceperunt, & qui adhuc suscepturi sunt, vt cõsolentur corda vestra instructa in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei patris Iesu Christi, vt ait egregius Apostolus, in qua sunt omnes thesauri sapientię & scientię absconditi. Hoc autem dico, quoniam prope est regnum Dei, vt nemo vos decipiat amplius in subtilitate sermonum, aut in quocunq; metallo vestram salutem quæratis, adorantes idola manu facta, aurea, argentea, ærea, lapidea, vel de quacunq; materia facta, qui falsidico nomine à paganis antiquitus quasi dij vocati sunt, in quibus dæmones habitare noscuntur. Quoniam omnes dij gentium dæmonia sunt, vt ait Propheta: Dominus autem cœlos fecit. Quicunq; autem in vobis susceperunt Christum Dominum nostrum, in ipso ambulent radicati, & superædificati, & cõfirmati fide, abundantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat amplius per philosophiam, & inanem fallaciam: Astutiores sunt enim filij tenebrarum quàm filij lucis. Discedite filij ab idolorum cultu, & accedite & adorate Dominum Deum nostrũ, qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quę in eis sunt: & vultus vestri non erubescant. Vnus enim Dominus hominum, volucrum, quadrupedum & piscium, qui est benedictus in secula seculorum. Expoliare ergo veterem, & induite Christum nouum, deponentes omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam: turpem

sermonem nolite de ore vestro producere. Ab idolorũ cultu recedite: iam enim aduersa sperasit dies. Nolite esse ociosi, sed potius operamini opus bonum, vt Christus habitet in vobis. Et quocunq; facitis in verbo aut opere, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum, respicientes gentilitatis sectam, scientes vos Deum habere in cœlis. Orationi instantes, ad Christum cor erigite: quoniam magnus est Dominus noster, & laudabilis nimis, & terribilis super oēs deos: qui vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Hoc autem commoneo, fratres, vt quicunq; voluerit ex vobis ad Christum conuerti, nullo modo eum prohibeatis, neq; per vim ei faciatis sculpilia adorare: quia Christus ipse Dominus viuit cũ Deo patre omnipotente in vnitãte spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amẽ. Charissimi, fidelem ministrum & cõseruum, misi ad vos Bonifacium fratrem & coepiscopum meum, ad hoc ipsum, vt cognoscat quę circa vos sunt, & consoletur corda vestra certę exhortationis verbo in Christo Iesu Domino nostro, vt à diabolica fraude liberati, mereamini ad optionis filijs aggregari, & vt ab æterna damnatione liberati, vitam habeatis æternam.

*Epistola eiusdem ad Bonifacium episcopum.*

Credita speculationis sollicitudine permoti, Euãgelica quoque institutione quę ait: Obsecrate Dominum meis, vt eiciat operarios in messẽ suam, tuam proinde reuerendam fraternitatẽ ad imitationem Apostolorũ (vt Domino iubente præcepti sunt, Euntes prædicate Euangelium regni. Gratis accepistis, gratis date) in partibus Hesperiarum ad illuminationem Germanię gentis in vmbra mortis sedentis dirigere præuidimus, lucrũ inde vt apportare deberes: quia seruus ille de negotio talenti (sicut scriptum est) fidus, in futuro authori assentis Deo fecisset. Quod quia ex obedientię munere ministerium verbi cernimus adolere, & prædicationis præconio populum infidelem (vt innotuisti) audiuius cõuertere, Domini potentię gratias referentes, vt ipse in quo bonum procedit, & ad agnitionem vult omnes venire veritatis, tibi optamus vt cooperetur, & à tenebris ad lucem populum illum suę potẽtię inspiratione reducat. Hinc enim vobis merces copiosa credimus quòd ab omnipotẽti Domino ascribatur in cœlis. Bonum enim certamen, si perseueraueris, possis cum Apostolo dicere, certauisti: cursum consummauisti: fidem seruauisti: sed vt coronam percipias laboris, insiste. Pollicetur enim Deus perseuerantibus in fine salutem. Nec te minã terreant, nec deiciant terrores, sed fixam in Deo tenens fiduciam, veritatis verbum denuncia: erit enim ex adiutorio diuino perfectio, tantum sit bonum in voluntate opus. Igitur quantos ab errore conuerteris, syllabarum tuarum recensito textu cognouimus, lati huberes Deo gratias agẽtes de lucro animarum exultamus. Porro pro episcopo illo qui nunc vsque desidia quadam in eadem gente prædicationis verbum disseminare neglexerat, & nunc sibi partem quasi in parochiam defendat, Carolo excellentissimo filio nostro, vt eum comescat suadentes, paternis literis scripsimus: & credimus quod hoc vetari præcipiat. Ipse verò opportune importunẽ prædicare quę sunt salutis nõ desinas. Igitur Thuringis, & Germanię populo, ea quę ad animã respiciunt utilitatem & salutem, scribere non omisimus: inter alia, vt construant episcopia, & ecclesias con-

dant, iniungentes. Ipse enim qui non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat, erit in omnibus daturus incrementum. Deus te incolumẽ custodiat.

*Epistola eiusdem ad Bonifacium episcopum.*

Reuerend. & sanctiss. fratri Bonifacio coepiscopo, ad illuminationem gentis Germanię, vel circumquaque in vmbra mortis morantibus gentibus in errore constitutis, ab hac Apostolica Dei ecclesia directo, Grego. ser. ser. Dei. Magna nos habuit gratulatio lectis sanctissimę fraternitatis tuę literis, cum in eis relecta serie fuisset repertum, Domini nostri Iesu Christi gratia plurimos te à gentilitate & errore ad verã fidei agnitionem conuertisse. Quod quia diuina institutione docemur in parabolis, cui quinque talenta credita fuerant, alia quinque fuisse lucratum, in talis commercij lucro cum tota plaudimus ecclesia: hinc iure tibi sacri pallij direximus munus: quod beati Petri Apostoli autoritate suscipiens induaris, atque inter archiepiscopos vnus Deo auctore præcipimus vt censearis. Qualiter enim eo vtaris, ex mandato Apostolico informatus cognosces, ita vt dum missarum solennia geris, vel episcopum te cõtingerit consecrate, illo tantummodo tẽpore eo vtaris. Quia verò turbas Domini gratia in eisdem partibus ad rectam fidem asseruisti conuersas, nequire te occurrere omnibus, & ea quę salutis sunt, impendere aut intimare, cum iam longe lateque gratia Christi eius fides in illis partibus propagetur, præcipimus vt iuxta sacrorum canonum statuta, vbi multitudo excreuit fidelium, ex vigore Apostolicę sedis debeatis ordinare episcopos, pia tamen contemplatione, vt nõ vilescat dignitas episcopatus. Presbyterum nanque quem præterito asseruisti anno ad nos aduenisse, nostroque iudicio fuisse à suis nefarijs absolutũ actionibus, credas, neque nobis confessiones aliquas fecit, nec à nobis, vt suos explicat libit, absolutus est: sed si eum extori deditum repereris, hunc Apostolicę sedis vigore, vt iuxta sanctorum canonum censuram corrigas præcipimus, & emendes, vel si quos fortasse tales inuenieris. Ille enim veniens, presbyter sum, ait: Commendatitias apud filium nostrum Carolum literas expetiisti. Nullam illi aliam cõcelsimus licentiam, quàm vitari si præue conuerteretur cum reliquis, volumus. Eisdẽmque quos à paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, vt denuo baptizes in nomine Trinitatis, mandamus. Interea agrestem caballum aliquantos adiunxisti comedere, plerosque & domesticum. Hoc nequaquam fieri deinceps sanctissime finas frater, sed quibus potueris (Deo iuante) modis per omnia compece, & dignam eis indictione penitentiam. Immundum est enim atque execrabile. Pro obeuntibus quippe consuluisse dignolceris si liceat oblationes offerre. Sancta sic tenet ecclesia, vt quisque pro suis mortuis vere Christianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriã faciat. Et quanuis omnes peccatis subiaceamus, congruit vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriã faciat, & intercedat: non tamen pro impijs, quanuis Christiani fuerint, tale quid agere licebit. Nam & eos qui se dubitant fuisse baptizatos, an non, vel qui presbytero Ioui maãtanti, & immolatitias carnes vescenti iunguntur, vt baptizentur præcipimus. Progeniem verò suam quẽmque vsque ad septimam obseruare decernimus generationem. Et si valueris, deuita ne amplius, cui mulieres obierint, duabus debeat copulari.

*\*impœnitentem*

*Quatuor portiones ex redditibus ecclesiasticis faciendã.*

*Colof. 3. c*

*Esai. 64. c*

*1. Cor. 2. c*

*Luc. 10. d*

*Mat. 28. d*

*Mar. 16. d*

*Mat. 10. d*

*Colof. 2. d*

*Mat. 3. d*

*1. Tim. 6. e*

*Colof. 2. b*

*Luc. 16. b*

*Psalm. 134*

*Colof. 3. b*

*\*exultamus*



DECRETA GREGORII III. PAPÆ.

lari. De his vero dicimus, qui patrem, matrem, fratrem aut sororem occiderint, vt toto vitæ suæ tempore corpus non suscipiant dominicum nisi tempore exitus pro viatico: Abstineat enim se & à carnis comestione & potu vini donec ad vixerit. Ieiunet secundam, quartam & sextam ferias, vt sic possit desens diluere commissum scelus. Nam & hoc inter alia discrimen agi in partibus illis dixisti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis suauendunt incipia. Hoc vt magnopere corrigere debeas, frater admonemus, nec finas fieri vltra. Scelus enim est, & impietas. Eis ergo qui hoc perpetraverunt, similem homicidæ indices pœnitentiam. Et quoties episcopum consecraueris, duo vel tres conueniant tecum episcopi, vt Deo sit gratum quod geritur, vt eis conuenientibus ipsique presentibus consecres. Hæc te frater charissime diligenter seruare volumus: & studio pietatis cœptum negocium salutis exequere, vt de lucro apportato valeas à Domino Deo nostro mercedem percipere in æterna beatitudine. Priuilegium verò iuxta quod petisti facientes, his iunctum direximus, optantes te Domini Dei nostri præsidio, de conuersione errantium Christo Deo nostro plenissimum atque integrum apportare lucrum. Deus te incolumem custodiat reuerentis. frater.

GREGORIVS III.



Gregorius tertius Syrus, anno Domini 731. fit papa 90. sedit annos 10, menses 8. dies 24. hic diuorum imagines maiori quàm vnquàm antea cultu obseruare iubet. Leonem tertium impera. Constantinopolitanum id facere recusantem, imperio simul & communionem fidelium priuat, & neglecto eo, Carolum Martellum Franciæ magnam principem contra Longobardos in Italiam vocat. Hic Canonico sacro missæ in celebratibus sanctorum hanc clausulam adiecit: Quorum solennitas hodie in conspectu tuæ maiestatis celebratur Domine Deus noster, toto orbe terrarum. Eius epistolæ decretales hæc sunt.



Gregorius episcopus seruus seruorum Dei, dilectissimis nobis omnibus episcopis venerabilibus presbyteris religiosis abbatibus omnium prouinciarum. Domino cooperante, & sermonè confirmante, præsens sanctissimus vir Bonifacius frater ac coepiscopus noster sicut à prædecessore nostro sanctæ recordationis Gregorio præfule in illis partibus missus fuerat prædicare verbum Dei, ita post multum temporis Domino cooperante anhelanti desiderio orationis causa liminibus sacris beatorum principum Apostolorum Petri & Pauli præsentandus aduenit. Qui perfecta oratione ad acceptum laborem (angelo Domini præuiante) à nobis est absolutus. Cui pro vestra omnium dilectione seu reuerentia & religiositate propter Christi amorem iuuamina impendere dignemini, dum & agnoscit quæ Dominus noster Iesus Christus inquit dicens: Qui susceperit Prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui susceperit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et si forsitan quis ex vestris ministris sese ipsi sanctissimo viro in ministerio exhortatio-

nis sanctæ catholicæ fidei adiungere voluerit, nullo modo prohibeatis charissimi. Magis autem concursus præbete, & ex vestro ouili adiutores ei tribuite, qui possint per Dei gratiam sufficienter gētibus ministrare verbum prædicationis, vt omnipotenti Deo nostro animas lucrifaciant: vt & vestra communitas boni operis portionem sortiatur, atque illi mereantur dominicam vocem audire: Vos qui dereliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Bene valete.

*Eiusdem epistola ad vniuersos optimates & populos Germaniæ, vel omnes in Orientali plaga constitutos.*

Quoniam prædecessor noster sanctæ recordationis Gregorius præful nutu diuino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam, præsentium portitorē literarum Bonifacium reuerentissimum fratrem nostrum ac coepiscopum ordinans, ad vos vsque destinavit, eumque regulam & normam Apostolicæ & catholicæ fidei Romanæ (cui Deo authore deseruimus) ecclesiæ edocens direxit, & post temporum spatia orationis causa ad limina beatorum principum Apostolorum sese præsentavit, & quæ ad salutem animarum pertineant, à nobis exposcit imbuimur: nos Deo fauente, (vt sacra docet scriptura) eum edocentes, ad vos charissimi remeandum absoluius, hortantes vos in Domino, vt digne suscipiatis ab eo verbū exhortationis, & episcopos vel presbyteros quos ipse ordinauerit per Apostolicam sibi datam auctoritatem, in ecclesiæ ministerio recipiatis: & quos forsitan deuiantes inuenerit à rectæ fidei tramite, seu canonica doctrina, eosque prohibuerit, à vobis nullo modo impediatur: & quod eis impositum fuerit, obediendo propter Deum suscipiant. Nam qui temerato extiterit ad obediendum, sibi ipsi damnationem acquirit. Vos autem charissimi qui in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis, abstinete & prohibete vosmetipsos ab omni cultu paganorum: non tantum vosmetipsos corrigentes charissimi, sed & subditos vestros. Diuinos autem vel sortilegos, sacrificia mortuorum, vel lucorum, vel fontium auguria, vel phylacteria, vel incantatores & veneficos, id est maleficos, & obseruationes sacrilegas quæ in vestris finibus fieri solebant, omnino respicientes, tota mentis intentione ad Dominum cōuertimini. Ipsum timete, adorate, & honorificate, sanctorum memoriis communicantes, vt ait Apostolus. Si enim fides vestra (Domino dicente) fuerit vt granum sinapis, dicetis monti huic, & transferetur. Ipse enim Dominus & saluator noster Iesus Christus in suo sacro eloquio inquit dicens: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Et iterum: Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo, qui est in cælis. Vnde & in alio loco promisit dicens: Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis. Et iterum: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Et vos charissimi facite fructus dignos, vt in die aduentus Domini nostri Iesu Christi videreas mereamini adipisci mansiones. Bene valete.

*Epistola eiusdem ad Baiarios in Alamania constitutos, Inggum, Luidonem, Ridoletum & Phosphilum ac Senadam.*

Catholi-

*Eph. 4. a*

Catholica & sanctorum patrum iubet auctoritas vt bis in anno pro salute populi Christiani seu exhortatione adoptionis filiorum synodalia debeant celebrari, & causarum canonicarum examinatio prouenire, vt vnique prout necessitas poposcerit, pia educatione subueniatur. Vnde secundum Apostoli doctrinam admoneo & hortor vos charissimi per misericordiam Dei, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, vt ministerium vestrum perfectum sit coram Deo. Opportunum nanque est: vos nosse fratrem ac coepiscopum præsentem Bonifacium, nostræ & agentem vicem cum digno & debito honore pro Christi nomine suscipere, & ministerium ecclesiasticum cum fide catholica secundum normam & morem sanctum catholicæ & Apostolicæ Dei ecclesiæ, cui (misericordia Dei præueniente) præesse videmur, sicut Apostolica auctoritate à nobis destinatus est ab eo suscipientes dignate, teneatis, & gentilitatis ritum & doctrinam vel venientium Britonum, vel falsorum sacerdotum hæreticorum, siue adulteros, aut vndeunque sint, reuertes ac prohibentes abiiciatis, & vt populū vobis à Deo commissum piis admonitionibus edoceatis, & à sacrificiis mortuorum omnino deuotetis, & iuxta quod fueritis à prædicto nostro consacerdote edocti, ita catholicam & Apostolicam doctrinam tenentes, Domino Deo & saluatori nostro placere festinetis. Et in quo vobis loco ad celebranda concilia conuenire mandauerit, siue iuxta Danubium, siue in ciuitate Augusta, vel vbiūque indicauerit, pro nomine Christi parati esse inueniamini, quatenus cognoscamus per eius mādatum de vestro conuentu, vt in diem aduentum Christi Iesu cum fructu boni operis ante eius tribunal assistere mereamur, dicentes: Ecce nos, & pueri quos dedi sti nobis, Domine, non perdidimus ex eis quenquā: vt & vos dominicam vocem audire mereamini dicētem: Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est ab origine mundi. Bene valete.

*Eiusdem epistola ad Bonifacium episcopum, de quo supra.*

Desiderabilem mihi à te missus Denual religiosus presbyter attulit nuncium, cum te sospitem narravit & in ministerio pro quo missus es fauente Deo proficere nunciauit. Detulit etiam à te missas literas, vbi indicasti, quod ager dominicus qui inculcatus iacebat, & spinarum aculeis ex infidelitate riguerat, vomere tuæ doctrinæ exarante semen verbi suscepit, & fertilem messem protulit fidelitatis. In eisdem literis quibusdam subnexusistis capitulis, sciscitando qualiter teneat vel doceat hæc sancta Apostolica Romana ecclesia. Bene nosti satis, quia beatus Apostolus Petrus & episcopatus principium extitit: & consulenti tibi de statu ecclesiæ, nō ex nobis quasi ex nobis, sed eius gratia qui aperit os mutorum, & linguas infantium facit disertas, qualiter tenere debeas Apostolici vigoris doctrinam, dicimus. Igitur in primis legatur, vt quora progenies propinquorum matrimonio copuletur. Dicimus quod oportuerat quidem, quandiu se agnoscerent affinitate propinquos ad huius copulæ non accedere societatem. Sed quia temperantia magis & præsertim in tam barbaram gentem, plus placet quàm districtio censura, concedendum est vt post quartam generationem iungantur. Nam quod posuisti, quod si mulier infirmitate correpta, non valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat

*Forte infirmitas hac ante ma-*

iugalis: bonum esset si sic per maneret, vt abstinentiæ trimoniū vacaret. Sed quia hoc magnorum est, ille qui se non reddiderat poterit continere, nubat magis: non tamen subsidij eā in dolo opem subtrahat ab illa cui infirmitas præpedit, & nō neā cōiudetabilis culpa excludit. De presbytero verò, vel gē, sed i- quilibet sacerdos à populo accusatus, si certi nō fuerint testes, qui crimini illato approbent veritatem, correpta, iusiurandum erit in medio, & illum testem proferat oppositū de innocentia suæ puritate, cui nuda & aperta sunt detur indi- omnia, sicque maneat in proprio gradu. Nam de hoc, lege mine qui à pontifice confirmatus fuerit, denuo illi c. 41. Cōi- talis reiterationo prohibenda est. In missarum solenniis *ly Triburi* obseruandum est quod Dominus noster Iesus Christi *consis*, & stus sanctis suis tribuit discipulis. Accepit nanque ca *Burchar-* licem, & dedit eis, dicens: Hic est calix noui testamē *dū libr. 17* ti in meo sanguine: hoc facite quotiescunque sumi- *ubi vide-* tis. Vnde congruum non est, duos vel tres calices in *tur olim* altario ponere cum missarum solennia celebrantur. *inu. uisist* De immolatiis autem escis cōsulisti, si à fidelibus *in quibus-* superductum fuerit viuifica crucis signum, edi lice- *dā ecclesiis* ret, an non. Illud sufficit respondere, quod beatus A- *dinortium* postolus dicit: Si quis dixerit quia hoc immolatiū *ppter for-* est, nolite edere, propter eum qui indicauit, & pro- *nicationē* pter conscientiam. Addidisti adhuc, quod si pater *vel infir-* vel mater filium filiamque intra septa monasterij in *mirate, q* infantia annis sub regulari tradiderint disciplina, *nūc nō ap-* vtrum liceat eis postquā pubertatis impleuerint an- *probat ec-* deuitamus: quia nefas est, vt oblati à parentibus deo *clesia.* filius voluptatis frena laxentur. Enimvero quosdam baptizatos absque interrogatione symboli, ab adulteris presbyteris & indignis factus es. In his tua dilectio teneat antiquum morem ecclesiæ: quia quisquis in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizatus est, rebaptizari minime liceat. Non enim in nomine baptizantis, sed in nomine Trinitatis huius gratiæ donum percepit. Et teneatur quod Apostolus ait: Vnus Deus, vna fides, vnus baptisima. Doctrinā verò spiritalem talibus studiosius vt impertias demandamus. Pro paruulis verò qui à parentibus subtrahiti sunt, & an baptizati sunt, an non, ignorant: hos vt baptizare debeas secundum patrum traditionem, si nō fuerit qui testificetur, ratio poscit. Leprosi autem, si fideles Christiani fuerint, dominici corporis & sanguinis participatio tribuatur: cum sanis autem conuiuia celebrare negentur. Adiecasti etiam, quod si pestifer morbus aut mortalitas in ecclesia vel monasteriis irrepserit: quos necdum tetigit, à loco fugiunt euitantes periculum: vnde fatuum hoc videtur. Non enim valet quisquam Dei effugere manus. In finem epistola continebat, quod sunt presbyteri seu episcopi multis vitiis itretiti, quorum vita in se ipsis sacerdotium maculat. Et si tibi liceret cum eis edere aut loqui? Nisi coerciti fuerint, dicimus vt hos ex Apostolica auctoritate redarguendo admonetas, & ad munitiam ecclesiasticæ disciplinæ reducas. Et si quidem obediunt, saluabunt animas suas, & ipse mercedem lucratus es: veruntamen colloctionem & mensam communem cum eis agere non recuses. Plerumque enim contingit, vt quos correctio disciplinæ tardos facit ad percipiendam veritatis normam, conuiuiorum sedulitas & admonitio blanda ad viam perducat iustitiæ. Id ipsum autem & in illis proceribus qui tibi adiutorium præstāt, obseruare debebis. Hæc frater charissime ex Apostolicæ sedis vigore scripsisse sufficiat, de reliquo implorates misericordiam Dei

*Tob. 11. a*

vt

*Idololat-  
ria & ce-  
citas Ger-  
manorū.*

*Sub hoc ce-  
lebrata  
quinta sy-  
nodus Ro-  
mana.*

*Mat. 10. d*

*Galat. 1.*

*Luc. 17. a*

*Mat. 22. d*

*Luc. 12. a*

*Ioan. 14. b*

*Mat. 7. a*

*Mat. 25. c*



vt qui te illis in regionibus vice nostra ex Apostolica autoritate peragere fecit, & in opacam sylvam lumina veritatis per os tuum micare prædestinauit, opitulationis suæ misericordissimum tribuat incrementum: quatenus de fructu operis & ipse valeas præmia percipere, & veniam peccatorum inuenire.

*Epistola eiusdem ad Bonifacium eundem.*

*Roma. 8. c* Doctus omnium gentium egregij Apostoli Pauli vox est dicentis: Diligentibus Dominum, omnia cooperantur in bonum. Agnoscens itaque in syllabis fraternitatis, tuæ innotuisti tam de Germaniæ gentibus quas sua pietate Deus noster de potestate paganorum liberauit, & ad centum millia animas in sinu sanctæ matris ecclesiæ tuo conamine & Caroli principis Francorum aggregare dignatus est, sed & in Baiouariorum prouincia quæ à te acta sunt agnoscens, datori omnium bonorum Domino Deo nostro extensis ad cælum palmis gratias retulimus, qui ianuam misericordiæ & pietatis in illis partibus Hesperii ad cognoscendam viam salutis, ostium misericordiæ aperuit, & misit angelum suum qui præparauit viam tuam ante te. Ipsi est gloria in secula seculorum. Amen. Igitur quia indicasti perrexisse te ad gentem Baiouariorum, & inuenisse eos extra ordinem ecclesiasticum viuentes, dum episcopos non habebant in prouincia nisi vnum nomine Viuilo, quem nos ante tempus ordinauimus, & quia cum assensu Orilo eorundem Baiouariorum, seu optimatum prouinciæ illius, tres alios ordinasse episcopos, & in quatuor partes prouinciam illam diuisisse, id est in quatuor parochias, vt vnusquisque suam habeat parochiam: bene & satis prudenter peregristi frater. Et quoniam Apostolicam præceptionem ex nostra vice implesti, & sicuti tibi præcepimus, ita peregristi: itaque non desinas frater reuerentissime, docendo eos sanctam catholicam & Apostolicam Romanæ sedis traditionem, vt illuminentur rudes, & viam salutis teneant, per quâ possint ad æterna præmia peruenire. Presbyteros verò quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint illi à quibus fuerint ordinati, & dubium est eos episcopos fuisse an non, qui eos ordinauerint, si bonæ actiōis & catholici viri sunt ipsi presbyteri, & in ministerio Christi omnique lege sanctæ edocti, apti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus accipiant, & consecrentur, & sic ministerio sacro fungantur. Illi verò qui baptizati sunt per diuersitatem & declinationem linguarum gentilitatis, tamē quia in nomine Trinitatis baptizati sunt, oportet eos per manus impositionem & sacri chrisimatis vntionem confirmari. Nam Viuilo episcopus à nobis est ordinatus. Et si aliquid excedit extra canonicam regulam, doce & corrige eum iuxta Romanæ ecclesiæ traditionem, quam à nobis accepisti. De concilio verò vt iuxta ripam Danubij debeas celebrare nostra vice, præcipimus fraternitati tuæ Apostolica autoritate ibidem præsentari, & in quantum Dominus tibi vires dederit, prædicare verbum salutis ne cesses, vt religio Christiana in nomine Domini crescat & multiplicetur. Nec enim habebis licentiā frater, p iure cœpti laboris in vno morari loco: sed confirmatis cordibus fratrum, & omnium fidelium qui rudes sunt in illis Hesperii partibus, vbi tibi dominus aperuerit viam, salutis verbum prædicare nõ desistas: & vbi locum inueneris necessarium, secundū canonicam regulam episcopos ordina ex nostra vice, & Apostolicam atque catholicam traditionē eos

teneri docebis. Ex hoc enim magnum mercedis præmium tibi præparabis, quoniam omnipotenti Deo nostro facies plebem perfectam. Non pigeat, dilectissime frater, itinera capere aspera & diuersa, vt Christiana fides longè lateque tuo conamine extendatur. Scriptum nanque est: *Acta & angusta via est, quæ ducit ad vitam. Operare itaque frater bonum opus quod cœpisti, vt in die Christi Dei nostri merearis dicere inter cælum sanctorum probabiliū patrum assisens: Ecce ego, & pueri quos dedisti mihi: non perdidisti ex eis quenquam. Et iterum: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum: vt subsequenter merearis vocē Domini audire dicentis: Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Deus te incolumen custodiat.*

ZACHARIAS PRIMVS.

**I**c Zacharias natione græcus, pontifex in ordine 91. anno Domini 741. creatur: seditque annos decem menses tres. Oleum hic pro lampadibus in templis arsuris excogitat. Idem Luithprandum ducem Spoletanum vrbem obsidentem, cum aliter non posset, castra petens reuerentia vultus permouit vt obsidionem solueret. Idem primus pontificum ausus Francos iuramento absoluere, (quo vero suo Regi Childerico obnoxij erant,) nobilium regni consensu, Pipino congnomento breui, regnum Franciæ sua autoritate confirmat. Hic & quatuor dialogorum libros Gregorij papæ de latino in Græcum transtulit.

Extat epistola Bonifacij episcopi apud Germanos legati Apostolici, ad hunc Zachariam, in qua requirit voluntatem sedis Romanæ in quibusdam quæ visa sunt illi necessaria ad confirmandam fidem Germanorum.

**N**otandum, Necessè habemus indicare paternitati vestræ, quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum correctis tres ordinauimus episcopos, & prouinciam in tres parochias discreuimus, & in alias tres vrbes in quibus constituti & ordinati sunt, scriptis autoritatis vestræ confirmari & stabiliri precantes desideramus, vt (si Dominus voluerit) per auctoritatem & præceptum sanctis iussionibus Apostolicis fundatæ & stabilitæ sint tres in Germania episcopales sedes, & vt præsentis vel futuræ generationes non præsumant vel parochias corrumpere, vel violare præceptum Apostolicæ sedis.

Secundum, Notum sit paternitati vestræ, quod Carlomannus rex Francorum me accersitum ad se rogauit, vt in parte regni Francorum quæ in sua est potestate, synodum inciperem congregare, quæ iam longo tempore, id est non minus quàm per 60. vel 70. annos calcata & dissipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter si hoc (Deo inspirante) veraciter implere voluerit, consilium & præceptum sanctæ vestræ autoritatis, id est Apostolicæ sedis habere & scire debeo.

Tertium, Deinde si inuenero apud illos diacones & presbyteros fornicarios & adulteros, & sic pro populo sacras oblationes offerre, volo habere præceptum

ceptum & conscriptum autoritatis vestræ, quid de talibus definiatis, & per responsum Apostolicum concinuantur & arguantur peccatores.

Quartum, Inueniuntur quidam inter eos episcopi, qui licet dicant se fornicarios vel adulteros non esse, sed sunt ebriosi, & incuriosi vel venatores, & qui pugnat in exercitu armati, & effundunt propria manu sanguinem hominum paganorum siue Christianorum. Volo scire sententiam vestram, quia seruus legatus Apostolicæ sedis esse dinoscor, & vnum sit verbum meum hic, & vestrum ibi.

Quintum, De vna re & consilium quærere, & licentiam petere necesse habeo, eò quòd venerandæ memoriæ prædecessor vester (sicut audistis) in præsentia vestra mihi præcepit, vt presbyterum post obitum meum (Deo volente) in ecclesiastico ministerio hæredem & successorem constituere deberē. Et hæc mihi, si Dei voluntas est, placet, sed modo debito: & nescio si fieri possit: quia postea frater illius, auunculum ducis Francorum occidit, & adhuc ignoramus qualiter ista discordia pacificari & finiri valeat. Ideo obsecro vt auctoritati vestræ licentia sit, vt cum consilio seruorum Dei de ista electione faciam quod nobis in commune pro Deo, & pro ecclesiæ vtilitate vel fructu spiritali, & defensione religionis optimū esse videatur, & mihi inspirare dignetur Deus, quia hoc non videtur posse fieri, si contrarius princeps fuerit.

Sextum: Quærere & interrogare paternitati vestræ consilium debeo de quadam confusione & scândalo prædicationis, quæ nuper ad nos veniens mentem nostram conturbauit, & sacerdotibus ecclesiarum verecundiam incutiebat, quia laicus quidam dicebat sibi ab Apostolicæ sedis pontifice sanctæ memoriæ Gregorio datam fuisse licentiam, vt in matrimoniū acciperet viduam auunculi sui, quæ & ipsa fuit vxor consobrini: & illa eo viuentis discessit ab eo, & isti viro in tertio gradu propinqua illius esse dignoscitur: qui nunc eam accipere desiderans affirmat sibi licentiam datam: & deinde votum vouit Deo castitatis, & velata fuit, & iterum abiecto velamine maritata. Tale enim matrimonium supradictus homo ab apostolica sede sibi affirmat esse concessum: quod non æstimamus verum: quia synodus & ecclesia in qua natus & nutritus fuit, talem copulam, & matrimoniū, maximum scelus, & incestum, & horribile flagitium & damnabile piaculum fieri ex auctoritate sanctæ scripturæ iudicabant. Quapropter paternitas vestra huius rei veritatem nobis indicare non dedigneur, vt ecclesiæ sacerdotibus vel populo Christiano inde scandala vel noui errores non oriantur & concrepant.

Septimum: Quia carnales homines idiotæ Germani, vel Franci, si iuxta Romanam vrbem aliquid facere viderint ex his peccatis quæ nos prohibemus, licitum & concessum à sacerdotibus esse putant, & dum nobis improprium deputant, sibi scândalum vitæ accipiunt, sicut affirmant se vidisse annis singulis in Romana vrbe, & iuxta ecclesiam sancti Petri in die vel nocte quando Calendæ Ianuarij intrant, paganorum consuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes ritu gentilium & cantationes sacrilegas celebrare, & mensas illa die vel nocte dapibus onerare. Quæ omnia eò quòd ibi à carnalibus & insipientibus ibi videntur, nobis hic improprium & impedimentum prædicationis & doctrinæ perficiunt.

Et si istas paganas paternitas vestra ibi in Romana vrbe prohibuerit, & sibi mercedem, & nobis maximum profectum in doctrina ecclesiastica perficiet. Hæc omnia Domine charissime propterea vobis nota facimus, vt vestræ autoritatis responsum talibus dare possimus, & per cautelam vestræ doctrinæ oues ecclesiæ non seducantur, sed lupi rapaces pereant.

*Epistola Zachariæ papæ ad Bonifacium episcopum.*

Sulcepimus fraternitatis tuæ literas, quibus petisti, vt per auctoritatem nostræ sedis, episcopales ibidem sedes firmentur. Sed tua sancta fraternitas pertractet maturè, si expedit, aut si loca, vel populorum turbæ, talia esse probantur, vt episcopos habere mereantur. Memineris quod in sacris canonibus precipimur obseruare, vt minime in villulas vel in modicas ciuitates episcopos ordinemus, ne vilescat nomen episcopi. Sed nos tuis literis prouocati, quæ proposuisti, absque mora cõcedi patimur, & statuimus per Apostolicam auctoritatem episcopales illic esse sedes, quæ per successionem episcopos mereantur, & populis præsent, atque in quibus verbū prædicationis subiectis infinuetur. Et nulli post hæc liceat hæc quæ à nobis sancita sunt, quoquo modo violare, quæ auctoritate beati Petri Apostoli firma esse decernimus.

De eo autem quod intimasti, quòd Carlomannus te rogauit, Respondemus quòd dum iuuantem Deo quæ à præfato filio nostro promissa sunt, ad effectum perducta fuerint, tuæque fraternitas memorato concilio confederit, si quos repererit episcopos presbyteros aut diaconos contra canones vel statuta patrum excessisse, id est in adulterio, vel si plures vxores habuerunt, aut si sanguinem Christianorum siue paganorum effuderunt, vel etiam aliis capitulis canonibus obuiaffe eos repererit tua sanctitas, nulla ratione Apostolica auctoritate permittas sacerdotio fungi, quia tales à suo proprio ore falsi nominantur sacerdotes, & peiores ac deteriores secularibus esse noscuntur, qui se neque à fornicationibus, neque à nefariis matrimoniis abstinere, neque ab hominum sanguinis effusione manus seruant innoxias. Quales se esse sacerdotes existimant, aut quid inde sentiunt, dicente Domino: Sacerdotes mei semel nubant: & Apostolus. Vnius vxoris: & hoc ante susceptum sacerdotium vti licitum est, nam à die suscepti sacerdotij, etiam ab ipso proprio coniugio prohibendi sunt.

Quomodo sacerdotio fungi cõsiderant, qui talibus sceleribus inuoluti esse monstrantur, vt neque seculares fideles his facinoribus obuolutos optemus? Quomodo non pertimescunt diuina mysteria contingere, aut quomodo ad orandum pro peccatis populi accedere præsumunt, dum sacri canones neque purum clericum cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis præcipiunt? Isti enim econtrario non solum post susceptum sacerdotium se abstinere ab vna vxore nolunt, imò luxuria obuoluti, peiora secularium scelera committunt, vt plures vxores habere præsumant, quibus nec vnam cõcessum est post susceptum ministerium attrahere. Sed ista paruipendentes, atque Deum ad iracundiam prouocantes, maiora committunt facinora, dum propriis manibus Christianos atque paganos homines necant. Et fit, vt quibus in remissionem peccatorum debuerit lauacrum regenerationis impendere, atque Christi sacramentum donare, ne in æternum perirent, eorundem sacrilegis manibus ipsi extinguantur. Quis enim sapiens

DECRETA NICOLAI I. PAPÆ.

fapiens habens cor, eos aſtimet ſacerdotes, qui neq; à fornicationibus abſtinent, neque ab effuſione ſanguinum manus ſeruauit innoxias? Quiſue eorum ſacrificiis Deum credat eſſe placatum, dicente Prophe- ta: Virum ſanguinum & dololum abominabitur Do- minus? Iſti nanque (vt præmiſi) ne ſacerdotio fungi patiantur, nec diuina contingere myſteria, commo- nemus.

7. q. 1. De eo autem. vel, petiſti vt cū no- ſtro.

Ad quintum, De eo autem quòd tibi ſucceſſorem conſtituere dixiſti & te iubente in tuo loco eligatur epiſcopus, hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem eccleſiaſticam regulam vel inſtituta patrum eſſe monſtratur. Sed volumus vt tibi mini- ſtret, & ſit in Euangelium Chriſti adiutor, dicente Apoſtolo: Si quis bene miniſtrauerit, gradum bonū acquirat. Nimiſ enim reprehendiſſibile manifeſtum eſt vt te viuente tibi alium ſubſtituamus. Sed hoc com- monemus, vt quandiu te diuina iuſſerit clementia ſuperſeſſe, ſine intermiſſione orare non ceſſes, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum quem ad ſuam gratiam perue- ſtra ſanctitatis induſtriam vocare voluit, irreprehen- ſibiliter regere valeat, atq; ad viam vitę elaborer per- ducere. Si autem cōtingat aliquem poſt tui tranſitus diem ſuperſeſſe, quē idoneum cognoueris, & in tua voluntate fuerit definitum, ea hora qua te de præſen- ti ſeculo migraturum cognoueris, præſentibus cun- ctis tibi ſucceſſorem designa, vt huc veniat ordinan- dus. Hoc nulli alij concedi patimur, quod tibi chari- tate cogente largiri cenſuimus.

1. Tim. 3. c

Ad ſextum. De illo autem qui viduam auūculi fui &c. Abſit hoc, vt prædeceſſor noſter ita præciperet. Nec enim ab Apoſtolica ſede illa diriguntur, quæ contraria eſſe patrum ſiue canonum inſtitutis perhi- bentur. Ideo admonere, adhortari, increpare eos fra- ter ne ceſſes, quatenus à tali ſceleſto recedant matri- monio, vt non in æternum pereant.

Ad ſeptimum. De calendis verò Ianuariis, vel cæ- teris auguriis, vel aliis diuerſis obſeruacionibus quæ gentili more obſeruati dixiſti apud beatum Petrum Apoſtolum, vel in vrbe Roma, hoc à nobis & omni- bus Chriſtianis deteſtabile & pernicioſum eſſe iudi- camus, dicente Deo: Non augurabimini, neque ob- ſeruabitis ſomnia. Et iterum: Non eſt augurium in Iſrael, nec obſeruatio in domo Iacob. Ita & à nobis cauendum eſſe cenſemus, vt nullis auguriis vel obſer- uacionibus attendamus, quia omnia hæc abſciſſa eſſe à patribus ſumus edocti. Et quia per inſtigationem diaboli iterum pullulabant à die qua nos (licet im- meritos) iuſſit diuina clementia Apoſtoli vicem ge- rere, illico omnia hæc amputauimus. Pari enim mo- do volumus tuam ſanctitatem populis tibi ſubditis prædicare, atque ad viam æternæ vitæ perducere, & cætera. Deus te incolumen cuſtodiat Reuerendiſ- ſime frater.

Leuit. 19. Num. 23

Exat & alia cuiusdem Zacharia Epistoła ad eundem Bonifacium.

Reuerendiſſimo fratri Bonifacio epiſcopo &c. Retulerunt quòd fuerit in eadem prouincia ſacer- dos qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, neſcienſ latini loquij, inſurgens linguā diceret: Baptizo te in nomine patria & filia & ſpiri- tu ſancta, ac per hoc tua fraternitas conſiderauit re- baptizare. Sed ſanctiſſime frater, ſi ille qui baptiza- uit, non errorem inducens aut hæreſim, ſed pro ſo- la ignorantia Romanæ locutionis inſurgendo lin-

quam baptizans dixiſſet, non poſſumus conſentire vt denuo baptizentur: quia quicumq; baptizatus fue- rit ab hæreticis in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti (vt tua fraternitas bene compertum habet) nul- lo modo rebaptizari debet, ſed per ſolam manus im- poſitionem purgari. Vale frater.

Synodum ſub Zacharia papa tempore Carlomani, habitam qua alio nomine vocatur Synodus Francica, reperies in claſſe conciliorum prouincialium.

SE NICOLAVS PRIMVS.



Nicolaus primus patria Romanus, pon- tifex \* 108. ſedit annos 9. menſes 6. \* 110 dies 21. ſub Ludouico 2. Germano cæ- ſare quarto, circa annum Domini 858. Hic pontifex ita ab eo imperatore ali- quando honoratus eſt, vt illi ad ſe in caſtra venienti obuiam profectus, vbi in conſpectū hominis venit, continuo ex equo deſilierit, & freno equi pontificij manibus officioſe apprehenſo, per mille paſſus pedes ipſe pontificem in caſtra ſua de- duxerit.

Eius hæc eſt Epistoła vna.

NICOLAVS EPISCOPVS SANCTÆ catholicæ & Apoſtolice Romanae eccleſiæ, omnibus vera religionis miniſtris, ac vniuerſis orthodoxæ fidei cultoribus ſanctiſſimis videlicet & reuerendiſſimis patriarchis, me- tropolitans, & reliquis epiſcopis, atque cunctis fidelibus, ca- tholicam duntaxat cum ſede beati Petri pietatem ſectanti- bus, ſanctæq; doctrinam nobiſcū defendentibus, per Aſiā ſcilicet & Libyam conſtitutiſ.



Væ apud Conſtantinopolitanā vr- bem paulò antè geſta ſint, vel etiam nunc gerantur, ſanctitatem ſeu reli- gionem veſtram nō credimus igno- rare: ſed qualiter zelo zelati pro do- mo Dei, ſollicitudinem omnium ec- cleſiarum ſecundū Apoſtolum circunferentes, nos de his depoſuerimus, breuiter charitati veſtrę his no- ſtris apoſtolatus literis intimamus. Et ne aliter ſyn- cera veſtra menti ſuaderi tentetur, vel aliter quod egimus, vobis ſubripiatur, veraci relatione & præſen- tibus vos ſyllabis edocemus. Igitur poſtquam quidā inuidiæ facibus accenſi, & ſuperbiæ faſtu arrogāter elati, more Iudæorum contra paſtorem propriū in- ſurrexerunt, & patriarcham ſuum, comminiſtrū vi- delicet noſtrum Ignatium ſanctiſſimum præfatæ vr- bis antiſtitem, ab eccleſia ipſa cui iure præſidebat, ty- rannice proiecerunt, \* Photium quendam ex foro \* Photini ac ſeculari militia & habitu, atque à palatinis educū ac ſubito tonſuratum, eidem contra ſacros canones eccleſiæ præfecerunt. Tunc cœpit ſcādalum & ſchi- ſma in iam dictā vrbe & in adiacentibus ſibi ciuita- tibus non modicum oboriri, aliis quidem Photij, p- motionem defendentibus, aliis autem hanc, tanquā \* nō conu- \* inconuicta & ſuperſtite Ignatio factam, merito de- \* cto teſtantibus. Tunc inito conſilio imperator Michael Hūc Bar- (qui & ipſe Bardæ patricij verſutiis ſuaſus, Photij dā paulo parti fauebat) ad Apoſtolatum noſtrum legatis cum poſt inter- epiſtolis deſtinatis, accuſationes quaſdam aduerſus fecit impe- Ignatium rator.

Ioan. 21. Luca. 22.

Id eſt ima- ginum im- pugnatori- bus.

Ignatium deferētibus, petiit vt à ſede apoſtolica miſ- ſos daremus, qui ſcandala illa ſedarent, & ſchiſmatica diſſiparent. Quo audito, quoniam (ſicut à deo in- ſpirata veſtra nouit prudentia) cunctarum Chriſti ouium cura conſtringimur, cū vices ipſius gerimus, cui ſpecialiter diuinitus dicitur, Paſce oues meas & iterum, Tu, inquit, aliquando cōuerſus, confirma fra- tres tuos: non potuimus diſſimulare, non potuimus negligere, quo minus viſitarem oues diſperſas & diſſipatas, vel quo minus cōfirmarem in fide & bo- nis moribus fratres noſtros & proximis. Et quia in- ter cætera quæ de ſchiſmate iam facto Conſtantino- politanæ eccleſiæ, hi qui miſſi fuerant teſtificabatur, maxime eandem eccleſiā ab Iſconomachis rediui- uam contentionem excitantibus aſſerebant vexari, Chriſtumque per ſingula conuenticula blaſphema- ri, duos epiſcoporum qui nobiſcum erant, quique ad hoc tantum perficiendum opus idonei nobis eſſe vi- debantur, Radoaldum ſcilicet & Zachariam, vna cū eccleſia quæ apud nos eſt, datis literis Conſtantino- polim, tantum nimirum piaculum execrantes, è late- re noſtro direximus: nihil eis penitus iniungētes, ni- ſi vt tantummodo cauſas Ignatij (qui antè de eccle- ſia pulſus, quam ab aliquo accuſatus extiterat) dilige- ter inueſtigarent, & ſedi apoſtolice plena & veraci relatione referrent. Photij verò conſecrationem nō ſolum minime admittendā eſſe decreuimus, verum etiam ipſis legatis noſtris, ne cum illo, niſi quaſi cum laico, vſque ad notitiam noſtram, communica- rent, frequente ac omnimoda iuſſione præcepimus: ſolum ſcilicet eis de venerabilibus domini noſtri Ie- ſu Chriſti, cuiusque gēitricis ſemper virginis Mariæ ac ſactorum ipſius imaginibus, quicquid quaſtio af- ferret, iuſte ac piè diſſimulare licentiam dantes. At illi euntes, ſpretis noſtris ac contemptis epiſtolis, ſibi à nobis coram tota eccleſia noſtra datis, immo poſt po- ſito honore dei, ſicuti poſtea clariuit, in contrarium verterunt omnia quæ ſibi fuerant imperata. Deniq; & cum Photio adultero, ac eccleſiæ inuafore, atque neophyto, quod ſibi multipliciter prohibitū fuerat, inter, ſacroſancta myſteria communicauerunt: & I- gnatium virum ſenem ac ſanctum, ac per duodecim annos innocenter eccleſiam dei regentem, & nobiſ- cum & vobiſcum atque cum vniuerſali & ortho- doxa eccleſia communicantem, Græcorum factioni p- nicioliſſimæ concinnantes, damnauerunt: & ſacer- dotalibus infulis expoliatum, ab eccleſiæ regimine modis omnibus expulerunt. Quæ ſanctæ veſtræ in Chriſto fraternitati & piæ generalitati, quia contra noſtram fuerint geſta diſpoſitionem, iam dudum ſi- gnificauimus. Porro præfati miſſi noſtri nil aliud re- nunciare, niſi depoſitum Ignatium, & Photium in ſede Conſtantinopolitana firmatum. Poſt duos verò dies legatus à nobis Imperialis, nomine Leo à ſecre- tis, ſuſceptus, duo volumina obtulit, quorum vnū de poſitionis Ignatij geſta continebat: alterum autem de ſanctis habebat imaginibus acta. Detulit præter- ea idem Leo imperiales literas, deprecantes quate- nus & in depoſitione Ignatij, & in confirmatione Photij, conſenſum præberemus, & ſubſcriberemus. At nos diuina docēte gratia, dum idem ad eſſet lega- tus, conuocata tota quæ apud nos eſt eccleſia, decre- uimus & ſtatuiſſimus, atque profeſſi ſumus coram ip- ſo & coram omni eccleſia dei, ſicut & profeſſemur, nos pro deiectione Ignatij, vel conſecratione Pho- tij nunquam conſenſiſſe, nunquam conſenſuros eſ- ſe. Et his ſepius dictis, & palam annunciatis, atque in

apoſtolatus noſtri epiſtolis taliter inſertis, & eidem Leoni à ſecretis, imperatori Michaeli vel Photio ad deferendum datis, hunc à nobis abſoluimus. His ita veſtræ ſynceræ religioni oſtenſis, quæ ſcripta per ſin- gula tempora pro hac re miſerimus, ſingulatim huic ſcripto inferius annexa demonſtrantur. Primo enim noſtri apoſtolatus habentur epiſtolæ ad Michaelem piſiſſimum imperatorem, & ad Photium eccleſiæ Conſtantinopoleos inuaforem, per Radoaldum & Zachariam tranſmiſſæ. Secundo loco continetur ſa- tisfactio noſtra, cuius textum veſtræ à deo conſer- uandę generalitati dudum tranſmiſiſſimus. Sed igno- rantes vtrum ad vos vſque fuerit delata, idcirco hæc vobis denuo mittendam exiſtimauimus: qua noſſe valeatis quæ fuerit ſuper hoc negotio noſtra volun- tas. Tertio loco poſita eſt epiſtola, quam per Leonē à ſecretis, imperialem videlicet legatum, de quo ſu- perius diximus, poſt reuerſionem miſſorum noſtro- rum ſæpe fato Michaeli Auguſto direximus, & ad Photium alterā. Præterea quæ ſubſequentur, eo ſunt ordine huic inſerta volumini, quo per ſingula tem- pora geſta vel miſſa fuiſſe noſcuntur.

At ne quid hic ſtudioſe lector nos calumniare q- epiſtolas eas de quibus modo Nicolaus pontifex me- minit, non adſcriperimus, ita habe, in magno illo Tomo ſecundo conciliorum eas etiam deſiderari, præter tertiam quæ eſt ad Michaelem Imperatorem Conſtantinopolitanum quam epiſtolam noluiſſimus omittere propter ſingularem doctrinam eius & pie- tatem: verum quia erat prolixiſſima eam quam apte fieri potuit, in hunc modum contraximus.

Nicolaus Episcopus ſeruus ſeruorum dei piſiſſimo & dilectiſ- ſimo filio ſuperatori gentium atque tranquiliſſimo imperato- ri Michaeli à deo protecto ſemper Auguſto.



Ropofueramus quidem antequam Mi- chael glorioſus protopſtarius legatus veſter Romā veniēs, epiſtolā nobis cla- ritatis veſtræ detuliſſet talia nobis ſcri- pta pmiſſos noſtros, quæ iā & parata e- rant, tranſmittere, qualia gratiſſimus filius à diligen- te patre, ac dei cultores imperatores, à ſedis apoſtoli- cæ præſulibus ſoliti erāt ſuſcipere. At vero præfato vi- ro pueniēte, epiſtolāq; nobis veſtrę glorię, quę tota blaſphemiis, tota erat iniuriis plena, porrigēte, muta- ta eſt in luctū cythara noſtra, & organū noſtrū in vocē ſilentii. Quoniā expeſtauiſſimus tanquā de bona vite vnaſ ſuſcepimus autē labruſcas. Ideoq; mutauimus ſtilū & oſtēſo vulnere cōgrua puidimus adhibe- re medicamēta. Putas Imperator nō bene facimusq- nos ab iniuriis ſcribētes inchoaueritis, nos ab oratio- nibus vos à cōuiciis in nos, immo cōtra primā & ma- giſtrā eccleſiarū omniū loquētes exordiū feceritis, nos in laudibus & in nomine domini ad potētiā ve- ſtrā ſermonē habituri os aperimus? Videmus enim gigātē Allophylū cōtra puerū ſanctū & citharcēdū noſtrū dauid, furore plēnū & blaſphemias eruſtantē primo impetu populo dei terrorē nō modicū intuliſ- ſe. Sed expeſta paululū, & ecce illū videbis in nomi- ne dñi pculſum: & iā dicto hymnidico & laudes & pſalmos ac orationes dñi maieltati humiliter effūdē- te gladio ſuo pſtratū. Et quidē nos iurias nobis ſpe- Iniuria pa- cialiter itrogatas & maxime p iuſtitia laborārib⁹ & à tienter fe- iuſtitia impugnatorib⁹ ingeſtas, libēter ferim⁹ diſci- rēda ſunt. puli enī ſumus illi⁹, de quo Apoſtolorū princeps ait: Qui cum malediceretur nō remaledicebat: & cū pa- 1. Pet. 2. teretur nō cōminabatur de talibus enim veritas lo- & quitur



quitur. Si patrem familias Beelzebub vocauerit &c. Subdit testimoniū Exo. 22 vbi sacerdotes dicuntur dij & Malach. 2. Angelivocatur perducitur preterea ex hist. eccle. lib. 10. ca. 2. historiā Cōstantini qui incēdit libellos accusatorios episcoporū subdit potius attendendū verbis quā factis sacerdotū, &c. quod habetur titulo de imperatoribus. ca. 9. nos leuitatis nomine laceſſandos opinamini vobis nihil nisi quod est salubre nihil nisi quod sit adeo acceptū offerre studēt? Scimus tamen nos à phreneticis quos portamus & spura perpeti & colaphis eādi & eis quod ad salutem pertinet, nihilominus exhibere. Nam & in eorū loco per abundantiam gratiæ Dei sedemus qui ppter veritatē laborantes à Cōstantinopolitanis sæpe talia pertulerūt qualia nunc nos ferre dinoscimur, quæ sufficiēter vbi oportunitas exegerit, ostēdemus in subditis. Neq; enim fas esse iudicamus, vt ad imitationē inferiorum ac infirmorum, tales nos sinamus credi, quales à vobis cernimur prædicari, exemplū sequentes saluatoris, qui cum à Iudæis, dæmoniū habes, audiverit: hoc humiliter dicens. Ego dæmoniū non habeo, refutavit. Ita quoq; nos, cum de nobis quæ vera non sunt audimus, veraci & rationabili responsione à nobis illa removere satagimus. Veruntamen, quæ ad ecclesiæ Romanæ iniuriam, quæ ad ipsius privilegiorum imminutionem, quæ ad sedis Apostolicæ præfulum derogationē scripsistis quanta possumus cōstantia retundemus, & nullis terroribus nec vllis detractionibus vestris repressi, quanta possumus virtute destruere, vtpote veritatis inimica, studebimus. Dixistis enim, quod nullus antecessorū nostrorum à sexta synodo meruerit à nobis quod nos meruisse dinoscimur. Quid tamen meruerimus, euidenter nullatenus indicastis, nisi forte literas prædicatorias hoc dicto velitis intelligi, nos à vobis nunc tantum meruisse suscipere à sexta synodo, propter aliquod dogma vel disciplinā quamlibet ecclesiasticā: & hoc dicitis quasi fuerit nostrū opprobrium, eo quod sedem Apostolicam in nullo querere antecessores vestri dignitati fuerint: cum magis fuerit eorū dedecus, quia per tot annorū curricula diuersarum hæreseon morbis languentes, medicinale remediū non quæsierint: quin potius medicinā sponte à nobis sibi porrectam quasi desperati, vel quali cor impenitēs gerētēs, ab ipsiſ facibus proiecerint dum tantæ salutis oblata ministros duplici modo interemerint. Quoniā aut participes illos sui erroris effectos, spiritaliter occiderunt, sicut tempore reuerēdæ memoriæ Canonis papæ contigit, qui post sextā synodū extitit: aut certe corporaliter illos non consentientes sibi necauerunt sicuti sub venerabili papa Gregorio factum est qui post sextā synodum fuit, quando pro zelo fidei & sanctarum imaginum reuerentia, religiosi viri ac Dei famuli directi in exilium missi sunt, & bona cōfessione, huius mundi finierunt vitam. Deniq; à sexta synodo imperatores aut hæretici, aut (licet perpauca) catholici fuerunt. Et hæretici quidē, si mittere ad nos dedignati sunt, nō est mirū. Nouerunt enim, per gratiā Dei se nos nunquā penitē sibi sociaturos: fuit autē, quādo nos sibi sæpe sociare tentātes cū magno sunt dedecore & opprobrio repulsi, & digna cōstantia à nobis, & nō à Cōstantinopolitana ecclesia, crebro retulsi. Quādo vero catholici fuerūt & piū dogma vel ecclesiasticā correctionē defendere voluerūt nostrū præsidium quæsierūt, sicut synodus sub Cōstantino & Hirene facta indicat, in cuius initio. i. epistola beatæ memoriæ præfulis Adriani, quātū idē pōtiffex

illā præsumptionē, qua ex laicis quidā subito tōsuratur & in episcoporū numerū exacerbare p̄siliūt, dānauerit, si diligēter inquisieritis, p̄fecto iuenietis. Si tū nō falsata, græcorū more, sed sicut à sede missa est Apostolica, penes ecclesiā Cōstantinopolitanorū hætenus p̄seuerat. Et epist. diuersæ sanctis. ponti. Leoni scilicet & Benedicto decessorib⁹ nostris missa, testatur. Ergo cū ita sint hæc, q̄ de multis prim cōmemorauim⁹, nō iā verū est illud, q̄ dicitur, à sexta synodo nō nos meruisse suscipere, q̄ nūc à vobis ipsi meruimus. Preterea scripsistis iussisse nos, quosdā, qui sub nobis existunt, mitti ad vos, q̄ lōge est à priorū imperatorū affectu, quorū sicut locū tenetis vtinam ita & pietatē sectemini. Quod lōge in quā est à p̄cipib⁹ ledis A post. reuerentiā obseruatis. Nō quippe hoc dicit Honorius qui reuerēdo p̄fili Bonifacio scribit, dicens: Petim⁹ vti quotidianis orationib⁹ apostolat⁹ eius studiū ac votū suū circa salutē atq; imperiū nostrū dignetur impēdere. Nō in quā hoc dixit Valētinian⁹ & Marciani pia dualitas, ad B. Leonē papā scribens: Et tuā in quies sanctitatē principatū ī episcopatu diuinę fidei possidētē, sacris literis in p̄cipio iustū credidimus alloquēdā, inuitates atq; rogātes, vt p̄ firmitate & statu nostri imperij æternā diuinitatē tua sanctitas deprecetur. Nō hoc dixit Iustinian⁹, qui dicit sancto papæ Ioāni, etiā p̄mulgatis legib⁹ id interferēs: Petim⁹ vestrū paternū affectū, vt vestris ad nos destinatis literis manifestū nobis faciatis, q̄ oēs q̄ p̄dicta re- In codice de summa Trini. I. Nos red- dentes. cte cōfirētur suscipit vestra sc̄ritas, & eorū q̄ iudaice ausi sunt rectā denegare fidē, cōdēnat. Et rur⁹: Petimus, inquit, vestrā beatitudinē orare p̄ nobis, & dei nobis acquirere p̄uidētā. Nō hoc dicit Cōstantin⁹, q̄ dono papæ scribens, etiā iurādo benignitatē & honorē circa sedē exibat A post. ī his verbis: Per deū, in quies oīpotētē nō est apud nos partis cuiuslibet fauor, sed æqualitatē vtriusq; partib⁹ cōseruabim⁹, nullatenus & necessitatē faciētes in quocūq; capitulo eis q̄ à vobis dirigūtur quoquo modo, sed & oī honore cū cōpetēti munificētia & susceptiōe dignos eos habebim⁹. Et si quidē vtriq; cōuenerit, ecce bene. Sin autē minime cōuenerit iterū cū oī humanitate eos ad vos dirigemus. Et post pauca: iuitare em & rogare possumus ad oēm emēdationē & vnitatē omniū Christianorū, ne celsitatē vero inferre nullaten⁹ volum⁹. Nō hoc ali⁹ Cōstantinus & Hirene Augusti dicūt, qui ad Adrianū papā scribētēs, aiūt: Rogam⁹ vestrā paternā beatitudinē, magis quidē dñs de⁹ rogat, qui vult oēs saluos fieri, & in agnitionē veritatis venire, vt & ipsam & nullā tarditatē faciat, sed ascendat huc. Et paulo post: Si nō potuerit, inquit, ascendere huc, eligat viros p̄ciosissimos, & dirigat vna cū syllabis &c. Imperator saltē nūc nō agnosceretis, q̄ à priorū imperatorū pietate in hac re differatis, & q̄ vox vestra ab eorū discrepet diuinit⁹ inspirata modestia? Illi quippe, petim⁹, iuramus ac rogam⁹, ecce sparsim ad sedis A post. p̄tules; sed pari pietate clamāt. Vos autē quasi nō māiuetudinis & reuerētię, sed soli⁹ imperij eorū heredes effecti, & in causa pietatis illos inuitari volētēs, præcepisse, iussisse, ac impasse vos, vt quosdā subiectos nostrorū ad vos mitterem⁹ asseritis in tāta vero furoris abūdātiā prupistis, vt linguæ latinæ iniuriā itrogaretis, hāc in epistolavestra barbaram & Scythicā appellantes, ad iniuriā eius qui facit eam. Omnis enim operis derogatio, ad opificis redundat iniuriam. O furorē, qui nec linguæ nouit parcere quam Deus fecit, Et quæ inter cæteras, in nomine Domini, hortante Apostolo, confitetur, quia Dominus noster Iesus Phil. 2. Chri-

Christus in gloria est Dei patris: & quæ cum Hebræa atque Græca, in titulo Domini à reliquis discretæ, insignem principatum tenens, omnibus nationibus prædicat Iesum Nazarenum Regem Iudæorum. Quem titulum multi Iudæorum corrumpere voluerunt, sicut vos nunc huius celeberrimæ linguæ tentatis insigne destruere, sed minime potuerunt. Scriptum quippe diuinitus in libro psal-morum fuerat, ne corrumpas tituli inscriptionem: indicat postea non esse latinos barbaros, defectum in græcis interpretibus qui quando est necesse non sensu sed violenter reddere conantur, è verbo adverbium. Istius cum dictione linguæ Constantinopolitana ecclesia lectionem Apostolicam & Evangelicam in stationibus fertur primitus recitare, sicque demum græco sermone, propter græcos vtique, ipsas lectiones pronunciare. Sed quia tantum hæc impietas ecclesiæ Constantinopolitanæ hætenus defuisse putatur vt tota ibidem nequitia suppleatur, hoc restat à vobis solummodo perficiendum. Verum de hoc nos respondisse sufficiat, non tam iniuriam linguæ defendere procurantes, quam mutatæ mentis vestræ inconstantiam exaggerantes. Ait autem prædictus Canon: Quoniam multi ecclesiasticum ordinem confundere ac subuertere volentes, amore inimicitiarum & calumniose causas quasdam contra dispensatores ecclesiarum orthodoxos Episcopos cōfingunt, nihil aliud quàm fœdare sacerdotum existimationes, & turbationes pacatorum populorum conficere conantes: propter quod placuit sanctæ synodo Episcoporum qui Constantinopolim concurrerunt, ne sine discussione admittantur accusatores, nec omnibus præcipiatur accusationes facere contra dispensatores ecclesiarum. Veniamus ergo & ad sanctam Chalcedonensem synodum, & quid nobis de Athanasio Perrenorum Episcopo referat, audiamus. Is enim Antistes tertio euocatus ad synodum, quia non occurrit, à patriarcha suo canonicè condemnatus extiterat. Sed solum, quia cum vocaretur ad synodum, quod inimicus suus esset ipse qui iudicabat, clamauit, à sancta Chalcedonensi synodo, ad causas exterminandas, referuatur. Et nisi denuo conuincatur, recipere ecclesiam propriam iudicatur. Veniat & Facundissimus noster papa Gelasius, hereticorum expugnator fortissimus & quod de Constantinopolitanis more solito tunc ægrotantibus dixit, etiam nunc nobis edisserat. Quæro, inquit, tamen ab his iudicium quod prætendunt vbi nam possit agitari? an apud ipsos, vt iidem sint inimici testes & iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi negocia. Quod si iudicio, vbi iidem sunt inimici qui iudices nec humana debent committi negocia: quanto minus diuina, id est ecclesiastica: qui sapiens est, intelligat. Et reuera hinc Iustinianus imperator pius legibus suis promulgasse dinoscitur, dicens: Liceat ei qui suspectum iudicem putat, antequam his inchoetur, eum recusare, vel ad alium recurratur. Nam quodammodo naturale est, suspectorum iudicium in insidias declinare & inimicorum iudicium semper velle refugere. Hinc sanctus Athanasius inimicorum sæpe declinauit insidias, hinc sanctus Ioannes Os aureum, concilij contra se cōgregati renuit intrare collegium. Quinetiā hinc & Psalmista David, & Helias eximius Prophetarum, Saulis vel Achab refugiūt prorsus insaniam. Quod autem hi, qui à iam fato fratre & cōministrō

nostro Ignatio depositi, excommunicati vel anathematizati fuerant, nullam aduersus eum damnationē intorquere poterint, ex prolato secundæ vniuersalis synodi capitulo declaratur, cum dicitur: Si vero ecclesiasticum fuerit crimen, quod episcopo illatum extiterit, tunc probari oportet accusantiū personas, vt primo quidem hæreticis non liceat accusationes contra orthodoxos episcopos pro ecclesiasticis negotiis facere. Quod subditi prælatos suos aut iudicare aut accusare aut etiam leniter reprehendere, nec debent nec possunt: idq; ex historia Davidis 1. Reg. 24. vbi habetur: David percussit cor suum eo quod oram chlamydis Saulis abscidisset. Sic inquit faciūt pia subditorum mentes, si quando contra prælatos suos vix sese pro infirmitate sua continere valentes, læuia quædā loquuntur eorū manifesta mala tenuiter mordentes, vtq; ad semetipsos redeunt, seq; vehementissimè, vel de tenuissima verbi laceratione reprehendunt: facta quippe præpositorum oris gladio ferienda nō sunt. Nam cum præpositis delinquimus eius ordinationi, qui eos nobis prætulit, obuiamus. Vnde Moses quoq; cum contra se & Aaron cōqueri populū cognouisset, ait: Nos enim quod sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed cōtra Dominū. Hinc etiam prædicator veritatis Paulus Apostolus subditis suis & quibus Christi Euangelium prædicabat, dicit: Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer: Hinc Sixtus Apostolicæ sedis antistes, Euphemium episcopū damnasse describitur, nihil aliud in depositione illius obiiciens, nisi q̄ Polichroniū Hierosolymitanum episcopum, pontificem suum, accusauerit. Et quidem Polichronius à legatis sedis Apostolicæ, eodē sedem Hierosolymitanā primam esse mendaciter affirmabat, & per simoniacam hæresin ordinationes fecisse probatus est, ecclesiæ priuatus est gubernaculis & vrbe eiectus. Sed & Euphemius nihilominus, quia hunc præsumptuose, licet veraciter, accusauerat, damnationi à synodo subactus est: & quoniam linguam suam contra sibi prælatum erexerat, anathema suscepit, adeo, vt Leo ecclesiæ Romanæ diaconus eiiceret, ita dicēdo: Ex te enim damnaberis, quoniā pontificem qui te cōsecrauit episcopū, cōdemnabas & accusabas. Qui cadens in terrā ante omne cōcilium episcoporū ibi cōfitebatur se peccasse, Abundio episcopo, misso ab vrbe Roma, dicēte: Nō licet quenquā accusare pontificē suum, quoniā iudex nō iudicabitur. Quo auditō Valētinianus Augustus (sicut apud nos scriptū habetur) cuius vos in hoc imitatores esse debetis, gauisus est in damnatione Euphemij episcopi, qui extitit accusator Polichronij pōtifficis sui. Cōsonat autē huic necessariæ sententiæ sanctus Syluester, & Magni Cōstantini baptizator Augusti, dicens: Neq; ab Augusto neq; ab omni clero neq; à regibus, neq; à populo iudex iudicabitur, haud dubiū quē ecclesiasticus allegat Syluestri statutū, vbi præcepit q̄ minore in gradu maiorē non iudicabit. Reprehensus est Ioannes tertiæ sedis archiepiscopus, quod Cyrillū secundæ sedis dānasset. Et Basilius Seleuciæ episcopus accusauit in Chalcedonensi synodo, quā 13. episcoporū cōcilio cōsenserat in condemnando Flauiano, addit & aliud argumentum, quo & tempore eius pontificis adhuc ea seruetur cōsuetudo in ecclesiis, vt nullus sacerdos maiore suo confacerdote non innuente, cuiuslibet rei benedicere sit ausus. Sed & anterior sacerdos stans ad pronuntiandum aliquam lectionem, benedictionem & 2 qui-

Ioan. 8.

Iniuria ab impe. con- stan. cōtra Rom. Pōr. multa.

Vide plati nam in scr gio. 1 Grego. 2.

Ioan. 19.

Psal. 36.

Inimici et suspecti in dices.

In codice de summa Trini. I. Nos red- dentes.

1. Tim. 2.

Im. mich. protertia.

Gelasius papa de Cōst.

1. Reg. 23. 3. Reg. 19.

Phil. 2. Chri-



quidem postulat. Sed ei quilibet inferior non audeat penitus benedicere, quia ad Hebræos legimus quod minor à maiore benedicatur: per quod inuenitur quantæ censuræ freno inferiores quique ad suos iudicandos præpositos coercendi sunt, si his nec benedicendum ius vllum obtineant, vt re vera appareat, quod non est discipulus supra magistrum. Et si ad benedicendum non est ius, quanto minus ad maledicendum? Quocirca minor non accuset nec maledicatur maiorem sacerdotem. Producit postea testimonium Anatholij Constantinopoli. Archiepiscopi, dicentis Dioscorum non esse damnatum à concilio propter fidem, sed quia excommunicauerat Dominum Leonem Archiepiscopum, citat præterea synodum Romæ congregatam per Theodoricum Gothum contra Symachum conclusam esse sedis Romanæ pontificem non subiacere iudicio inferiorum. Verum de hoc generaliter nos hucusque dixisse sufficiat. Cæterum vt calamum ad Constantinopolitanos præfules specialiter extendamus, aut nunquam omnino, aut certe vix eorum aliquis, sine consensu Roma. pontificis reperitur eiectus, qui tamen hæcenus inter depositos annumeretur, & non ab hæreticis vel tyrannis pulsus aut interemptus commemoretur. Denique vt ex his paucos commemoremus, nonne Maximus, postquam multum à Damaso papa (sicut eius ad diuersos Epistolæ missæ indicant) laboratum est, Constantinopoli pulsus est? nonne Nestorius? nonne Acacius? nonne Antemius, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, sedis Apostolicæ discurrentibus consultationibus ac decretis eiecti sunt? Cur ergo, cum ita sit, in solo Ignatio Petri memoriam despiciere, ac obliuioni tradere studuistis? nisi quia pro voto cuncta facere voluistis, constituentes synodum Ephesinæ secundæ crudelitate consimilem, quamuis ibi Alexandrinus erat, qui cum cæteris sibi sociatis cōpatriarchis, aduersus sanctum Flauinium agebat. Hic autem, vt de patriarchis omittamus, nec vnus episcopus ciuitatula, aut quilibet ignotæ personæ, aduersus tantum pontificem extitit sententiæ promulgator, quod non suffraganeis & subiectis eius fuit dicite quæsumus vbi nam legitis imperatores antecessores vestros, in synodalibus conuentibus interfuisse, nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quæ vniuersalis est, quæ omnium communis est, quæ non solum in clericos, verumetiam ad laicos & ad omnes omnino pertinet Christianos. Vos autem non solum synodo in causa sacerdotis collectæ interfuistis, verumetiam numerosa secularium millia forte ad videndum ei? opprobrium aggregastis, cum magis debueratis in hoc imitari Cōstantinum pium Augustum, de quo scriptum est, quod dixerit, quia si vidissem aliquem eorum, qui religioso circumamicti sunt habitu, turpitudinem aliquem operantem, chlamydem meam explicassem, & cooperuissem eum, ne videretur à quoquam: sed hoc in viro omnia hæc obliuioni traduntur, fit plausus de Dei Domini sacerdote, scurris & histrionibus. Sed ne sine autoritate canonica quicquam prosequi videamur, sancti Chalcedonensis concilij sanctiones ad memoriam reducamus, quæ ita decernunt: Si clericus habet causam aduersus episcopum proprium, vel aduersus alterum apud synodum prouinciæ iudicetur. Quod si aduersus eiusdem prouin-

ciæ metropolitanū, episcopus vel clericus habet querelam, petat primatem dioceseos, aut sedem regiæ vrbis Constantinopolitanæ. In quo hic tenor obseruandus est, vt si videlicet clericus aut episcopus aduersus metropolitanum habet querelam & tanta vergetur necessitate, vel si hoc graue non ferat, vbi cūque sit positus primatem dioceseos petat. Quod si iuxta Constantinopolitanam vrbem quisquam eorum constitutus, & solius præfulis eius iudicio velit esse contentus, petat eandem regiæ vrbem. Cum enim dixisset, petat primatem dioceseos, præceptū posuit eadem sancta synodus, regulamque constituit. Cum vero disunctiua coniunctione addidisset, aut sedem regiæ vrbis Constantinopolitanæ liquet profecto quia hoc secundum permissionem indulget. Ergo saltem nunc non videtis, ad maiora semper esse properandum? Et quanto magis ad potioris auctoritatis iudicium tenditur querimonia, tanto adhuc amplius maius culmen petendum est, quousque gradatim perueniatur ad eandem sedem, cuius causa aut à se negociorum meritis exigētibz in melius commutatur, aut solius Dei sine quæstione reseruetur arbitrio. Quem autem primatem dioceseos sancta synodus dixerit, præter Apostoli primi vicarium nullus penitus intelligitur. Ipse enim est primas, qui & primus habetur & summus. Quæ vixit, si locus exegerit, in subditis demonstrabimus. Si vero moueat, quia singulari numero dioceseos dictum est, sciendum est, quid rätundem valet dicere primatem dioceseos, quātum si perhibuisset, dioceseon. Plenæ sunt enim sanctę scripturę tali forma locutionis. Denique scriptum est, fons ascendebat à terra, irrigans vniuersam superficiem terrę. Qui enim nō ait, vnus fons ascendebat à terra, sed ait, fons autem ascēdebat à terra, pro numero plurali posuit singularem, vt sic intelligamus, fontes multos per vniuersam terram loca vel regiones proprias irrigantes, sicut dicitur miles, & multi intelliguntur: sicut dicta est locusta & rana in pelagis, quibz Ægyptij percussi sunt cum esset innumerabilis locustarum numerus & ranarum. Ita & hic dioceseon singulariter dixit, sed hæc propter vnitatem pacis & fidei pluraliter intelligi uoluit. Illud autem ridere libuit quod quasi ad maiorem firmitatem concilium aduersus Ignatium fratrem & comministrum congregatum, æqualis numeri cū sancta olim synodo in Nicæa à sanctis patribz celebrata fuisse perhibetis. Quod si ideo est admittendum, quia æqualis numeri cum sancta Nicæna synodo antistites habet: necesse est, vt aut septimam, aut octauam hoc synodum uociteris. Necesse est etiā vt tot in similitudine illius synodos colligatis, quot pro Nicæna synodi sequendis decretis constat fuisse concilia congregata: Quid autem proficit, solo numero conuenientium personarum sanctam synodum vos fuisse sequutos, & moribus hanc esse crudeliter persequutos: vtinam non esset tot numero, sed tamen existerent tales meritis quales erant quibus Christus aiebat: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri meo dare vobis regnum. Nō ergo totidem præfules sed merita non minora, synodum synodo possunt facere parilem: magisque illud aduertendum est, quia ibi contra vnus nuncupati presbyteri uesania, non solum multarum regionum pōtiffices, verumetiam & patriarchæ \* Hic vero non solum in alicuius presbyteri, verum etiam

Nicæa synodus secunda memoratur Methodi.

Gene. 2.

Exod. 10.

Cōcilij cōtra Ignatium.

Luca. 12.

Defectus hic est de sunt forte huiusmodi uerba Congregati fuerunt

etiam patriarchæ negocio, non solum nullus patriarcharum sed nec vllus alterius dioceseos inueniuntur est quisquam Episcopus sicut iam significauim. Numerus igitur pusillus nec obest, vbi abundat pietas: nec multiplex prodest, vbi regnat impietas. Quinimo quanto numerosior est congregatio malignorum tanto validior est ad sectandum suorum praua uotorum. Quatenus dixeritis, nō nostri eguise vos ad expugnandos hæreticos pro eo, quod iam fuerit huius mundi hæresis in Nicæa secundo conuocata synodo, & à magno Methodio deinde subuersa. Quasi non & ipsi secundo in Nicæa collectæ synodo Apostolica nostra sedes præcederet & prima contra male sentientes spiritalem sagittam emiserit. Et rursum: Quasi non & venerandæ memoriæ Methodius in Græcia persecutione feruente, hic apud beatum Petrum & apud nos, vbi olim Anathasius, vbi Paulus, vbi plurimi cum illis & præter illos vbi denique semper catholicis subuenitur, consequuti sunt requiem. Indicat postea non valere synodum sine autoritate pontificis, quod probat in negocio secundo synodi Ephesius quam uocat latrocinium: cunctis præfulibus & ipsis quoque patriarchis prolabentibus, nisi magnus Leo, imitator scilicet illius Leonis, de quo scriptum est: uicit leo de tribu Iuda, diuinitus excitatus, os aperiens, rotum orbem & ipsos quoque Augustos concuteret, & ad pietatem commoueret, religio catholica penitus corruisset. Nam & in causa sacrarum imaginum, ante sanctissimum Methodium, quinimmo & ante synodum in Nicæa sub Hirene congregatā, cum adhuc hoc schisma nouiter esset exortum & Constantinopolitanos pendē cunctos more pestilentia inuasisset, Romanos præfules Gregorius inter ceteros & Stephanus, conuocatis Episcopis occidentalium regionum, inueniuntur fortiter dimicasse, & hoc funditus condempnasse. Priuilegia inquam istius sedis vel Ecclesiæ perpetua sunt, diuinitus radicata atque plantata sunt: impingi possunt, transferri non possunt: trahi possunt uelli non possunt. Quæ ante imperium vestrum, fuerunt, & permanent (Deo gratias) hæcenus illibata, manebuntque post vos, & quousque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutata. Ita igitur priuilegia, huic sanctæ Ecclesiæ à Christo donata, à synodis non donata, sed iam solummodo celebrata & venerata, per quæ non tam honor quam onus nobis incumbit, licet ipsum honorem non meritis nostris, sed ordinatione gratiæ Dei, per beatum Petrum, & in beato Petro simul adepti nos cogunt, nosque compellunt omnium habere solitudinem Ecclesiarum Dei: cui sancto scilicet Petro addita est societas beatissimi Pauli Apostoli, uasis electionis, magistri ueritatis, cui iugiter imminabat omnium Ecclesiarum sollicitudo. Hi ergo tanquam duo luminaria magna cœli, in Ecclesia Romana diuinitus constituti, totum orbem splendore fulgoris sui mirabiliter illustrarunt, & occidens eorum præsentia, ueluti rutilante sole, tam per se nitorem dante, quam per discipulos suos, quasi quosdam radios lucis micante, factus est Oriens. Quique non postquam mortui sunt, Romam à principibus sunt delati, vt Roma Ecclesiæ maiorem conferrent priuilegiorum honorem: sicuti apud vos, non rationabiliter, sed potentialiter actum est, vi-

I. Corin. 15

Innocent. 116 Ca. 15.

Defectus hic est.

psal. 126.

Multis ex episcopis Cōstantino. hæretici.

ducit testimonium Esa. 26. de minis Sennacherib cuius minæ non fuerunt minores, & quarti Regum 19. 185 millia Assyriorum interfecta sunt. Quid superbit terra & cinis? Ne velit ampulla in aquis inflari, quia post pauillum & ecce non est. Quid gloriatur in malitia, qui potes est in iniquitate? Quid facturus est? Occisurus est (vt verbi gratia dicamus) hominẽ? quoniam nõ amplius habet quod faciat, hoc & vnus fungus malus facit. O Imperator, in hoc cene est redacta malitia hominis in iniquitate potentis, vt fungo malo comparatur? Heu quã inuilem potetẽ, heu superuacue gloriãtem. Quid sciuunt homines? quid mali fecimus nos? Certe non Cretã inuasimus, non Siciliam exterminauimus, non innumeratas Græcis subiectas provincias obtinuimus. Postremo non ecclesias sanctorum, interfectis numerosis hominibus ac suburbana Constantinopoleos, quæ & muris eius penè contigua sunt, incendimus & vere de istis nulla sit vltio qui pagani sunt, qui alterius fidei sunt, qui inimici Christi sunt, qui veritatis ministris iugiter aduersantur: & nobis, qui per gratiã Dei Christiani sumus, qui ex parentibus Christianis existim⁹ atq; catholicis, qui vnus eiusdẽq; fidei dogmata credimus q̄ ferui Christi vocamur, qui veritatis cultores, quantum possumus esse desideramus, minã præterduntur, terrores promittuntur etiam & nonnullã molestiã irrogantur. Et quoniã de persona Ignatij atque Photij nihil discretius atque mitius nec nõ & salubrius arbitramur, quã vt vterque Romam ad renouandum examen veniat, hoc magnopere volumus, & vt vos annuatis, salubriter admonemus. Porro si venire illi per se nequeunt, primo quidem ipsi cuius rei causa venire non valent, nobis per satisfactorias suas literas indicent. Verum quia sunt quidam ex his quos Romam venire præcipimus, qui nulla sua habentes solatia nisi aliorum freti subfidiis, omnino tantum iter arripere nequeant, idcirco quasi præsentialiter clementiam vestram exoramus, vt quibus egeat, ad tam difficile atque prolixum iter, pro dilectione Dei misericorditer præstare dignemini. Cum autem legati vestri venerint, mittite quæsumus & Epistolas authenticas, quas per Radualdum & Zachariam dudum Episcopos misimus, vestræ scilicet eminentiæ atque synodo, quæ tunc pro sacris imaginibus esse colligenda putabatur: quatenus si tales permanent apud vos, quales à nobis constat fuisse transmissas, apud nos inuestigentur: sicque de cætero falso dicentium, alia non scripserunt præter quæ misimus, labia conticescant. Si vero quædam habentur in eis incerta: quæ nos scribi non iussimus, nec mitti volumus, diligenter scrutemur, & cuius culpa sit actum reperiamus. Nihil præterea est quod vos auertere debeat (si placet, credite) quominus præfatos viros in nostram præsentiam dirigatis, ad inquirendam scilicet iustitiam & veritatem. Testis enim nobis est omnipotens Deus, quia non est in mente nostra quælibet intentio vel desiderium, nisi diligenter inuestigandi & inueniendi, quid æquitas vniciuque parti tribuat, & quid ecclesiæ præsentis statui & futuro conueniat. Non ergo putetis, nos aut Ignatio velle fauere contra iustitiam, aut Photium impugnare canonibus sibi non resistentibus: certe perfectorum Christianorum est non solum nulli velle nocere, verum etiam lædenti se malum pro malo non reddere.

Nolite nobis minas prætere, quoniam nec illas, Domino protegente, metuimus, nec per has præcepta vestra, nisi diuinis fuerint iussis ornata, faciemus. Parati autem sumus propter veritatem sanguinem nostrum effundere: & quidem plebem nobis diuinitus commissam, nec vobis, nec vlli vestrum, propitio Christo, trademus. Vestrum autem est considerare, vtrum quod meditamini, valeatis nec ne perficere. Cogitate itaque dies anti-quos, & annos æternos in mente habetote, & quid Imperatores, qui persequuti sunt ecclesias Dei, & maximè ecclesiam Romanam, id est, Nero, & Diocletianus, Constantius, Anastasius, & cæteri moris eorum, pertulerint, & vbi modo sint attendite diligenter: & quantum sit in ecclesia Dei execrabilis fama eorum, & nomen detestabile, sapienter aduertite. Quanta autem Dei cultorum Augustorum qui ecclesiam Dei exaltauerunt, & præcipue Romanam Constantini videlicet, & Constantis, Theodosij quoque maioris & Valentiniani, & cæterorum præconia vbique personent, & nomen eorum inter sacra mysteria imprætermisse commemoratur, attentius & sedulè recordamini, sicque nos audite illos inuitantes fatagite. Nolite quæ sua sunt vsurpare, nolite quæ ipsi soli commissa sunt velle surripere, scientes quia tanto nimirum à sacris debet omnis mundanarum rerum administrator esse remotus, quanto quemlibet ex catalogo clericorum & militantium Deo nullis conuenit negociis secularibus implicari. Denique hi, quibus tantum humanis rebus, & non diuinis, præesse permissum est, quomodo de his per quos diuina ministrantur iudicare præsumant, penitus ignoramus. Fuerunt hæc ante aduentum Christi, vt quidam typice reges simul & sacerdotes existerent. Quod sanctum Melchisedech fuisse sacra prodit historia, quodque in membris suis diabolus inuitatus (vt pote qui semper quæ diuino cultui conueniunt sibi met tyrannico spiritu vindicare contendit) vt pagani imperatores iidem & maximi pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est eundem regem atque pontificem vltra sibi nec Imperator iura pontificatus arripuit, nec pontifex nomen imperatorum vsurpauit. Quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, sic actibus propriis & dignitatibus distinctis, officia potestatis vtriusque discreuit, propriam volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna dimergi, vt & Christiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incurfibus: & ideo militans Deo, minime se negociis secularibus implicaret: ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus, vt & modestia vtriusque ordinis curaretur, nec extolleretur vtroque suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. His ita prælibatis sub cõspectu Dei, pure syncerèq; pietatè deprecamur, attestamur, exhortamur, vt petitionẽ nostrã non indignanter accipiatis. Rogam⁹ deniq; vt nos in hac vita potius audiatis deprecãtes, quã (q̄ absit) in diuino iudicio sentiatiscusantes. Et ideo nolite (precamur) irasci, si vos tãtũ dilig-

Prout. 27.

Argumentu totius tractatus.

Tres Cardinales simul missi Constantino-polim.

diligimus, vt regnum, quod temporaliter assequuti estis, velimus vos habere perenne: & qui imperatis seculo, possitis regnare cum Christo. Nam qua fiducia (rogamus) illic Dei præmia petaturi estis, cuius hic ecclesiæ detrimenta non prohibetis? Non sint grauiora, quæsumus vos, quæ pro vestræ salutis æternitate dicuntur. Scriptum legitis, meliora sunt vulnera amici quã fraudulenta ocula inimici. Deus omnipotens cor imperij vestri ad intelligenda quæ dicimus, clementer aperiat, & nobis obedire in his, de quibus scribimus, impetrare nutu intimæ inspirationis suæ dignetur, Christianissime & dilectissime fili.

Explicit Epistola.



Visquis autem hanc epistolam nostram Constantinopoli legerit, & Augustissimo filio nostro imperatori Michaeli, quicquam ex his quæ in ea scripta sunt, occultauerit, si locum apud illũ potest inuenire sufficientem, anathema sit. Quisquis etiam interpretatus eam fuerit, & ex ea quicquam mutauerit vel subtraxerit, aut superaddiderit, præter illud quod idioma Græcæ dictionis exigit vel interpretantis scientia intelligendi non tribuit, anathema sit. Hęc quidem, quæ hucusque per periochas no uem sunt scripta, prius acta, & à nobis per quosdam fraternæ generalitati vestræ intimanda sunt missa, præter epistolam illam Apostolatus nostri quam Michaeli excellentissimo Imperatori per quandam ipsius legatum, qui se protospatarium appellabat, nomine Michaelis, transmisimus. Postea vero cum cognouissemus quia penes hos, qui volunt sanis acquiescere monitis nihil solum scribendo proficibamus ratum duximus, per legatos nostros & iteratas literas eorum, quæ videbantur ecclesiæ profutura mandare, huius rei gratia direximus Constantinopolim Donatum sanctissimum episcopũ, & Leonem venerabilem presbyterum, atque filium nostrũ Marinum diaconum: quatenus hi qui liretis admoniti, parere refugiunt veritati, saltem verbis salutaribus conuerti, discant tandem diuinis institutionibus minime resultare. Quibus in scriptis dedimus, quæ habentur in subditis, quæque per tres periochas distinguenda fore decreuimus. Prima vtriusque harum est, quæ & decima huius est, periocha voluminis continens epistolã ad iam memoratum Augustum transmissam & alteram ad episcopos ac cæteros ordines Constantinopoli subiectos, secunda vero periocha est quæ huius corporis vndecimum complet locum, habens in se duas epistolas, vnã Photio, & alteram Bardæ fautori eius descriptam. Porro tertia est quæ & duodecima istius est codicis periocha, circumferens in se fratris & coepiscopi nostri Ignatio, & matris imperatoris atque vxori eius singulas missas epistolas necnon & epistolam vniformem, quã quibusdam claris vrbis Constantinopolitanæ senatoribus singularim mittendam atq; scribendam fore præuidimus. Hęc Nicolaus papa primus.

Decreta seu rescripta ipsius Nicolai quæ per Gratianum dispersa sunt: quoniam sunt & alia quaedam eiusdem decretorum quæ in Synodo Romana sub ipso habita continentur vt in classe conciliorum provincialium facile inuenies sectione prima.

RESCRIPTA NICOLAI PAPÆ huius nominis primi ex Gratiani volumine in vnũ collecta, & in viginti titulos partita. De constitutionibus ecclesiæ. Tit. 1.

1 Imperiali iudicio non possunt iura ecclesiastica dissolui: nec possunt imperatorum leges Euangelicis & Apostolicis atq; canonicis decretis, quibus postponendæ sunt, inferre præiudicium.

2 Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, vt traditiones quas antiquitus à patribus suscepimus, infringi patiamur.

De consuetudine. Tit. 2.

1 Mala consuetudo non minus quã perniciosa corrupta, abiicienda & vitanda est.

2 Nihil obsunt salutis credentium diuersæ pro loco & tempore constitutiones vel consuetudines, si illis canonica non obsistat autoritas.

3 Illi qui ante nos fuerunt, prouidam in ecclesiis consuetudinem tradiderunt: hodie quoque in Romana ecclesia (quæ magistra est omnium ecclesiarum) imprætermisse seruator, ita vt nullus sacerdos, maiore suo non minueret consecrate, cuiuslibet rei benedictionem dare nitatur. Sed anterior stans ad pronũciandam aliquam lectionem, benedictionem quidẽ postulat: sed ei quilibet inferior non audeat benedicere: quia in epistola ad Hebræos legitimus quod minor à maiore benedicitur.

De iudiciis. Tit. 3.

1 Inferior sedes potiore abfoluere, aut iudicio ligare nõ potest, nec propriis diffinitionibus subiugare.

2 Filios circa spiritualem patrẽ, vt discipulos erga magistrum, ita deuotos ac sobrios esse decet, vt nulla penitus temeritate ad eorũ vitã diuicandã, nec saltem tenuiter reprehendendã profiliant.

3 Non potest quisquam rite ab his qui inferioris ordinis vel dignitatis sunt, iudicialibus submitti diffinitionibus. Vnde factum est vt in concilio episcoporum nullus in Marcellinum papam qui tempore Diocletiani & Maximiani Augustorum idolis cõpulsus sacrificauerat, sed postea insignis martyr effectus est, sententiam proferre ausus fuerit, dum ei sæpissime omnes dicerent: Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio. Et iterum: Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam &c.

4 Acephalum liquet esse conciliũ, vbi de tanta persona agitur, & maiorum non expectatur sententia: cum nec in causa clericorum inferioris gradus, solus episcopi sui iudicium tantummodo postulandũ sit.

5 In tantum hanc præsumptionẽ sancti patres apud Chalcedonem detestati sunt, vt Dioscorum Alezandrinum antistitem inter cætera idcirco potissimum sine vlla restitutione damnauerint, quod ponens in cælum os suum, lingua eius trãscunte super terram, ex cõmunicationẽ in sanctum Leonẽ papã dictauit.

6 Omnes leges tam ecclesiasticæ quã vulgares & publicæ præcipiunt vt omnia sibi ablata restituantur ei qui suis est rebus expoliatus.

7 Quod suspecti & inimici, iudices esse nõ debeãt, & ipsa ratio dicat, & plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius & amabilius dare quis inimico potest, quã si ei ad impetẽdum commiserit, quem lædere forte voluerit?

8 Reuera iustus mediator non est, qui vno litigante, & altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidar.

9 Indicas Hermannam episcopum super quibusdã frequẽter fuisse accusatũ: p quib⁹, quia ex parte ipsi⁹

di. 10. c. 1. Ep̄ in concilio apud Conuincimũ cõgregati.

di. 8. c. mala. Eidem Ignaro.

di. 21. De-nique eidẽ Impe.

Heb. 7.

Ibi. c. Infe-rior. Ep̄o Cõstãtino-politano.

Ibi. c. Nũc autẽ. Eidẽ Impe.

Ibi. c. seq. Eidem.

Ibi. c. seq. Eidem.

2. q. 2. c. 2. Carolo regi Frãcorũ

3. q. 9. Re-nera. Gal-loni archi-ep̄o Senẽs.



persona deest, nos vni parti ad discrimē alterius credere proculdubio non possumus.

Ibi. c. fi. 15  
maro (for-  
teignaro)  
Rhemorū  
archiepo.

10 Necessē est secundum sacrarum scripturarū documentum, ac secundum iustitiam tramitem, & accusatum & accusatorem simul adesse: & vnā partem, quantacunque & qualicunque prædita sit autoritate, sic prorsus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium irrogetur.

4. q. 1. c. 2.  
Michaeli  
impera.

11 Hæreticis non licet accusationes cōtra orthodoxos episcopos pro ecclesiasticis facere negociis. Hæreticos autem dicimus tam eos qui olim ab ecclesia proiecti sunt, quàm qui post hoc à nobis anathemati zati sunt. Præter hos autem & eos qui fidem quidem sanam negant vel simulant confiteri.

4. q. 4. ca.  
fi. Eidem.

12 Contra ritum ecclesiasticum, contraque venerandas leges producit accusator vel testis de imperialibus & dibus, & cui imperari potest. Cum ad falsum testimonium dicendum quis adhibetur, fiunt suspecti, iudices, & lupi, custodes.

6. q. 4.  
Quod ben.  
Carolo re-  
gi Fræcorū  
239. 1. ait.  
Michaeli  
imp. Aug.

13 Quod bene semel definitū est, & interpositis iuramentis deliberatū, nulla debet iteratione (nisi fortassis vbi fuerit maior autoritas) retractari.

33. q. 2. hi-  
storia Ca-  
roli regi  
Fræcorū.

14 Ait Cælestinus papa, Orientalibus episcopis scribens: Si quis ab episcopo Nestorio, vel ab alijs qui cum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus vel exutus est seu antistitis seu clerici dignitate, in nostra hūc communione durasse & durare manifestum est. Nec iudicamus eum esse remotum: quia non poterat quenquam eius remouere sententia, qui iam se præbuerat ipse remouendum.

Ibi. ca. 51.  
ne. Eidem.

15 Historia ecclesiastica ab Eusebio Cæsariensi episcopo confecta, de muliere quadam quæ de castitate à marito accusabatur, ait: Præceptum est ab imperatore, lege lata, vt primo promitteretur ei rem familiarē diutius ordinare, tunc demum respondere obiectis. Hoc omnes leges tam ecclesiasticæ quàm vulgares publicæque præcipiunt. Si autem de mulieribus & secularibus viris hæc constituta sunt, multo magis ecclesiasticis hominibus & sacerdotibus sunt concessa.

dist. 22. c. 1  
Mediolane  
sibus.

16 Siue de coniugij fœdere, siue de adulterij crimine iudicium agendum sit, nulla ratio paritur Tebergam cum Lotario posse intrare certamen, nisi prius ad tempus fuerit reddita potestati, & consanguineis proprijs liberè sociata. Itaque etiam locus prouidendus est, in quo nulla vis multitudinis formidetur: ne sit difficile testes perducere vel cæteras personas quæ tam à sanctis canonibus, quàm à venerandis Romanis legibus in huiusmodi controuersis requiruntur.

dist. 79. c. 1  
ca. si  
quis. In co-  
cilio præsi-  
dens.

De Romana ecclesia, & sede Apostolica. Tit. 4.

1 Omnes siue patriarchæ cuiuslibet apicē, siue metropolis primatus, aut episcopatum cathedras, vel ecclesiarum cuiusq; ordinis dignitatem instituit Romana ecclesia. Illam verò solus ipse fundauit, & supra petram fidei mox nascentis erexit qui beato Petro, æternæ vitæ clauigero, terreni simul & cælestis imperij iura concessit.

2 Si quis pecunia, vel gratia humana, aut populari seu militari tumultu, Apostolicæ sedi sine concordia & canonica electione cardinalium eius ecclesiæ, ac dein de sequenti clerico rum religiosorum in thronizatur, nõ papa vel Apostolicus, sed apostaticus habetur: liceatque cardinalibus, & alijs clericis Deū rimentibus, & laicis, inuaforem illum anathematizare, & humano auxilio à sede Apostolica pellere.

3 Licet nunquam Apostolicæ sedis modus fuerit, di. 97. c. fi. absque signatis apicibus vnde cunque legationem suscipere, nos tamen sublimitatem vestram in nobilissimo viro ac strenuo legato vestro honorantes, eiusfimo grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones, nihilominus eum absque epistola vestra suscepimus.

Ludouico  
Imp.

4 Per principalem beatorum Apostolorum Petri & Pauli dextram & potestatem & ius habemus non solum in monachos, verum etiam in quoslibet clericos de quacunque diœcesi, cum necesse fuerit, ad nos conuocare, atque ecclesiasticis exigentibus oportunitatibus inuitare.

1. q. 1. et 9.  
7. 1. c. per  
princi. Mi-  
cha. Imp.

5 Arguta sapientia tua materiam depositionis aduersus Rotardum assumpsit, & ab itinere Apostolicæ sedis remouit, & continuatim Apostolicam sedem appellatam damnauit, & carcerali custodiæ mancipauit. Priuilegia tamen Apostolicæ sedis vos obliuioni tradere nullo modo debuissetis, quibus venerandi canones iudicia totius ecclesiæ ad hanc deferri iubent.

2. q. 6. Ar-  
guta. Rhe-  
mensi ar-  
chiepo.

6 Patet profecto, sedis Apostolicæ (cuius autoritate maius non est) iudicium à nemine fore retractandum, neq; cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Nec de eius iudicio canones vnquam præceperunt iudicari: sententiamque illius cōstituerunt non oportere dissolui, cuius potius sequenda decreta mandauerunt.

6. q. 3. Pa-  
ter. Micha-  
eli Imp.

7 Autoritatem venerabilium prædecessorum nostrorum sequuti, & nominatim beatissimi papæ & martyris Alexandri quinti à beato Petro, ab omnibus iuramentis & cuiuscunque modi obligationibus quibus illi sese coacti violentia impiorum obligauerunt, absoluiimus: & ne illa seruentur: vetuimus tam archiepiscopum Treuirensē, quàm eius præpositum, & omnes qui tunc temporis capti, se illis quoquo modo obligauerunt. Neque vllam eos proinde infamiam vel calumniam aut à suis bonis sequestrationem vnquam, auctore Deo & sanctis Apostolis, & nostris prædecessoribus sustinere permittimus, sicut per Prophetam Dominus dicit, Dissolue colligationes impietatis & c.

15. q. 6. c. 2  
Epis Gal-  
lia.

8 Nemini est de sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare permittimus, vnde licet propter Romanæ ecclesiæ primatum, Christi munere in beato Petro Apostolo diuinitus collatum.

17. q. 1. Ne-  
mini. Oib<sup>9</sup>  
epi.

9 Siquis dogmata, mandata, interdicta, sanctionis vel decreta pro catholica fide vel ecclesiastica disciplina, pro correctione imminentium vel futurorum malorum, à sedis Apostolicæ præfule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

35. q. 5. Si  
quis. Vni-  
uersali sy-  
nodo præsi-  
dens.

10 Sententiam Romanæ sedis non negamus posse in melius commutari, cum aut surreptū aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum vel temporum, seu grauium necessitatum dispensatione quædam ordinare decreuerit: quoniam & egregium Paulum Apostolum dispensatorie legimus quædam fecisse, quæ postea reprobasse legitur. Quod tamē obseruandum est, quando illa Romana videlicet ecclesia, disertissima consideratione fieri delegerit: non quando ipsa quæ bene sunt definita, retractare voluerit.

35. q. 9. Sē-  
tentia Mi-  
cha. Imp.

11 Ecclesia, id est catholicorum collectio, quomodo sine Apostolicæ sedis instituetur nutu, quando, iuxta sacra decreta, nec ipsa debet absque præceptione clefia,

De cōf. d. 1  
eccl. Clero  
& plebi  
Vienē. ec-  
cl. fia,

ptione papæ basilica nouiter construi, quæ ipsam catholicorū intra semet amplecti cateruā dignoscitur.

De decretis Romanorum Pontificum.

Tit. 5.

d. 11. c. 2.  
Michaeli  
Imp.

1 Quod à sedis apostolicæ rectoribus plena autoritate sancitur, nullius consuetudinis occasione remoueat.

2 Si Romanorum pontificum decreta, ceterorum opuscula tractatorum approbantur vel reprobantur ita vt quod vere sedes apostolica probauit, hodie teneatur acceptum: & quod illa repulit, hætenus inefficax habeatur: quanto potius ea quæ ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro varijs & multifarijs ecclesiæ necessitatibus, & fidelium moribus diuerso tempore scripsit, omni honore debet præferri & ab omnibus prorsus in quibuslibet necessitatibus vel oportunitatibus, discretionem vel dispensationem magistra reuerenter assumi & c.

d. 20. ca. fi.  
clero cō-  
stantinopo-  
litano.

3 Si decreta Romanorum pontificum non habetis, de neglectu atque incuria estis redarguendi. Si vero habetis, & non obseruatis, de temeritate estis corripendi & increpandi.

De imperatoribus. Tit. 6.

d. 10. c. 1.  
Michaeli  
imp.

1 Imperator suis reip. quotidianis administrationibus debet esse contentus, non vsurpare quæ sacerdotibus domini solum conueniunt.

d. 96. c. 7.  
binam Ei-  
dem.

2 Vbinā legitis, imperatores antecessores vestros synodalibus conuētibz interfuisse, nisi sorte in quibusdam vbi de fide tractatum est, quæ vniuersalis est quæ omnium communis, quæ non solum ad clericos, verum etiā ad laicos & ad omnes omnino pertinet christianos.

Ibi. c. seq.  
Denique  
Eidem.

3 Denique hi quibus tantum humanis rebus, non diuinis, præesse permittitur, quomodo de his per quos diuina ministrantur, iudicare præsumant, penitus ignoramus.

Ibi. c. cum  
ad verum  
Eidem.

4 Mediator dei & hominū, homo Christus Iesus, idem rex & pontifex, actibus proprijs & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusq; discreuit, vt Christiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur: quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incur sibus, & deo militans, minime se negocijs secularibus implicaret: ac vicissim non ille rebus diuinis præfidere videretur, qui esset secularibus negocijs implicatus.

Ibi. c. seq.  
Satis. eidē.

5 Satis euidenter ostēditur, à seculari potestate nec solui prorsus nec ligari pontificem, quem constat à principe Constantino deum appellatū: cum nec posse deum ab hominibus iudicari manifestum est.

1. q. 1. Non  
quales  
Eidem.

6 Non quales sacerdotes domini sunt, sed quid de domino loquantur, est vobis magnopere præuidendum. Nec in vicarijs beati Petri apostoli vobis est attendendum quid sint, sed quid pro correctione ecclesiarum, quid pro salute vestra fatagant. Nec enim illos diceris inferiores scribis & pharisæis sedentibus super cathedram Moyfi, de quibus dominus præcepit dicens: Quæcunque dixerint vobis, facite, & c.

Mat. 23.

De regibus. Tit. 7.

d. 63. Por-  
ro. Lotha-  
rio regi.

1 Relatum est nobis, quod quicunque ad episcopatum in regno tuo prouehendus est, non nisi fauentem tibi permittas eligi. Idcirco apostolica autoritate, sub diuini iudicij obtestatione iniungimus tibi, vt in Treuirensi vrbe, & Agrippina Colonia nullum eligi patiaris antequam relatum super hoc nostro a-

postolatu fiat.

2 Quæ Lotharius rex nepos vester fecit, accusatio ne non indigent. Manifesta enim sunt, teste apostolo, opera carnis, fornicatio, immunditia, & c. In manifestis enim calliditate accusantium non opprimitur reus, nec tergiversatione proprium crimen celatur cum culpa sub oculis omnium sponte se ingerat, atque ideo in talibus iudiciarijs ordo non requiritur.

2. q. 1. quæ  
Lotharius.  
Carolo re-  
gi franco-  
rum.  
Galat. 3.

3 Scelus quod Lotharius rex (si tamen rex veraciter dici possit, qui nullo salubri regimine corporis appetitus refrenat, sed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit) in duabus scilicet fœminis Teberga & Gualdrada commisit, omnibus manifestum est: sed dudum episcopos Terigaldum & Guntharium in tali facto eum habuisse tutores atque fautores, penè totus orbis vndique ad limina seu sedem conflens apostolicam, referebat. Igitur decernente nobiscum sancta synodo in præsentia depositi, & ab officio sacerdotali excommunicati, atque à regimine episcopatus alienati indubitater existunt.

Ibi. c. fi.  
Episc. per  
Gallia ita  
Isam &  
Germaniā  
constituim.

4 Præcipue Gualdradæ pellicis tuæ, & dudum à te repudiatæ, communionem declina. Excommunicata est enim, & vsque ad præsentiam nostram ab omnino contubernio Christianorum sequestrata. Quam obrem cauendum est, ne cum ea pari mucrone percellaris sententiæ, ac pro vnus mulierculæ passionem vincus & obligatus, ad perenne traharis exitum.

11. q. 3. Præ-  
cipue Lo-  
thario regi

5 Ita corporis tui moribus cedere consensisti, & relaxatis volupratum habenis, remetipsum in lacū miseræ & in lutum fecis prohibitu detecisti, vt qui positus fueras in gubernatione populorum, effectus sis ruina multorum. Probat hoc Teugaldi & Guntharij dudum episcoporum legitimus casus: qui pro eo quod re minime competenter erudierint, quinimmo quia præuaricationem tuam argumētis suis tegere, & sub quadam iustitiæ specie, fucatis quibusdam exquisitis adinventionibus æquitate obruere studuerunt, non sicut sunt apostolica depositi autoritate, & ab omni episcopatus regimine regulariter sequestrati.

Ibi. c. ita  
corporis.

6 Excellentissimus rex Carolus apostolatū non consuluit, quid agendum sit de his qui cum Engeltruda sæpe damnata communicant fœmina: quoniam eam cum communicatoribus suis & fautoribus pari vinculo anathematis constat esse adstrictā. Quapropter nunc beatitudini tuæ iniungimus, vt super hoc nostra autoritate fretus, curam de his sumere studeas. Et quia docta diuinitus sanctitas tua valde nouit, aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud quod de studio delinquitur, istudque posterius duobus prioribus distinctus esse puniendū idcirco solerter inuigilet, & cauta distinctione singulorum modos diiudicet: quatenus qui ex necessitate aut ignorantia delinquant, autoritate nostra per te absoluantur. Illos autem qui studio suo obligantur, & contemptu interdicta nostra postponunt, non nisi digna satisfactione præueniente volumus à te prorsus absolui.

Ibi. excel-  
lentissim<sup>9</sup>  
Ignaro rhe-  
morum ar-  
chiepiscopo

7 An non districta ultione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulterium Lamech & flagitium imitatus esse dinoscis? Quod dominus non nisi post septuaginta generationes suo salutifero aduētū deleuit, cum Cain patricidium septima generatione a quo abolitum sit cataclysmi, id est diluuij.

24. q. 3. an-  
non. Lotha-  
rio regi.

8 De patriarchis & archiepiscopis. Tit. 8.

1 Episcopis per Aemiliam non consecres nisi post electionem vel consensum cleri & populi.

d. 63. Episc.  
Ioāni rane  
nati archi.



3.9.6. hęc 2 Hęc est ordinatio dei patris tui, & hęc est lex ec-  
clesiæ matris tuæ, videlicet vt omnes episcopos re-  
gni tui ad Turonensem archiepiscopum mittere nõ  
detrices, ipsiusque iudicium postulare nõ dedigne-  
ris. Ipse est enim metropolitanus: & omnes episcopi  
regni tui, suffraganei eius sunt, sicut conscriptiones  
prædecessorum meorum euidenter ostendunt. Ne-  
que enim ecclesias dei, per discordias regum diuisio-  
nis aliqua damna pati necesse est, cum, quantum ex  
te est, pacem quam prædicat, seruare studeant in in-  
uicem & in omnes.

9.9.3. Con-  
questus est apostolatus nostro frater noster  
Sigidodus archiepiscopus Narbonensis, quod cleri-  
cos suos eo inuito ad iudicium tuum venire compel-  
las: & de rebus ad ecclesiam suam pertinentibus, eo  
inconsulto, quasi iure patriarchatus tui disponas: cū  
hoc neque antiquitas (cui sancti patres sanxerunt re-  
uerentiam) habeat, & autoritas sanctorum canonū  
penitus interdicit: nisi forte pro causis quæ apud  
terminari nõ possunt, ad te quasi ad patriarcham su-  
mum prouocauerint per appellationes: vel si episcop⁹  
suus decesserit, res ecclesiæ suæ iudicio tuo dispensa-  
re voluerint. Primates enim vel patriarchas nihil pri-  
uilegij habere præ cæteris episcopis, nisi quantum sa-  
cri canones concedunt, & prisca consuetudo illis an-  
tiquitus concessit, diffinimus.

11.9.3. Teu-  
gualdum. Omnis  
epis Gallie  
& Ger-  
maniae.  
4 Teugualdum Treuirensē & primatem Beligię  
prouinciæ, & Guntharium Agrippinæ Colonie ar-  
chiepiscopos nunc corā nobis & sancta synodo sub-  
gestorum in sinuatione, qualiter causam Lotharij re-  
gis & duarū mulierum eius, Tebergę scilicet & Gual-  
dradę, recognouerint & iudicauerint, scriptum su-  
per hoc propriis manibus roboratum offerentes, &  
sententiam quam à sede apostolica in Engeltrudam  
uxorem Bosonis, sanctissimus frater noster archiepi-  
scopus Modiolanensis Thado & cæteri episcopi no-  
stri petiuerunt emittendam, & nõ diuino succensi  
zelo sub anathematis attestacione canonicę protule-  
ramus, publice se viua voce violasse confitentes. In  
quibus omnibus inuenimus eos apostolicas atq; ca-  
nonicas sanctiones in pluribus excessisse, & equitatis  
normam nequiter temerasse, ab omni iudicamus  
sacerdotij officio manere penit⁹ alienos. Et ideo san-  
cti spiritus iudicio, & beati Petri per nos autoritate  
episcopatus exutos regimine consistere diffinimus.

d. 23. pter-  
ea Rodul-  
pho Bitur-  
censi archie-  
piscopo.  
1.9.1. Scilicet  
tuumus.  
Cap. 2.  
De sacris ordinibus. Tit. 9.  
1 Que in consecrationibus & ordinibus obseruan-  
da sunt, beati Innocentij papę canonica decreta, præ-  
sertim principia paginæ ad Decentium Eugubinum  
episcopum emisse, assatim edocebunt.

2 Simoniaci simoniace ordinati vel ordinatores,  
secundum ecclesiasticos canones, à proprio gradu  
decidunt. Simoniaci quoque simoniace à non simo-  
niacis ordinati, similiter ab officio male accepto re-  
moueantur. Simoniacos autem non simoniacè à si-  
moniatis ordinatos, misericorditer per manus im-  
positionem pro temporis necessitate in officio con-  
cedimus permanere.

d. 34. c. 1.  
Aluino ar-  
chiepiscopo  
Iansen-  
si.  
1 Episcopi ab omni bestiarum vel volucrum vena-  
tione penitus alieni existere, & ab immoderata filia-  
rum suarum familiaritate, vnde mala oriatur fama,  
abstinere debent. Nullum enim sanctum (vt ait bea-  
tus Hieronimus) venatorem legimus.

d. 43. c. 1.  
Michaeli  
2 Episcopis dispensatio cœlestis seminis iniuncta  
est. Vx si non sparserint: vx si tacuerint, sicut vas ele-

tionis formidat & clamat.  
3 Si qualibet ambiguitas vel aliqua fortasse super  
Suffredi examinatione, vel episcopatus abrenuncia-  
tione oborta fuisset contentio, ex more ad sedem a-  
postolicam referri conuenerat: & nostra in his om-  
nibus debuerunt cuncti decreta penitus expectare.  
Quod quia ommissum est hæcenus, dolemus. Dilectis  
simi igitur, gloriam vestram vehementer efflagito,  
vt iam dictus Suffredus episcopus proprio restituatur  
episcopo: & hic si aliquid reprehensione dignum  
gessit, postea vel correctione vel digna animadu-  
ersione diffiniatur.

4 Pontifices qui aliqua occupantur infirmitate vel  
ægritudine, abiiciendi non sunt: nec alij in loco eo-  
rum consecrandi sunt, nisi ex hac fuerint luce subtra-  
cti. Quod si de ministerio sibi concessio conuerun-  
tur, quæ licita sunt sacerdotes expleant. In his verò  
quæ his præsumere non licet, vicinorum vsq; ad re-  
cipiendum sanitatem episcoporum auxilia subro-  
gentur.

5 Episcopos verò qui dominici gregis suscipiunt cu-  
ram atque sollicitudinem, ab administratione eorum  
discedere non oportet, vt accepti alenti pulchritudo  
non debeat, sed certamen eorum salubriter augea-  
tur, & triplicetur fructus.

6 Sciscitaris, vtrum cum à Normannis de episco-  
pio depellaris, debeas de cætero in monasterio con-  
uerti. In quo scias charissime frater, quod si perni-  
ciosum est proetam in tranquillitate nauim desere-  
re, quanto magis in fluctibus? Vbi nõ dicimus quod  
persecutorum non fugiamus (maximeque pagano-  
rum) insidias, cum ad tempus seruiunt, & ob multitu-  
dinem delictorum nostrorum, nocendi facultatem  
diuinitus assequuntur, præsertim cum eis prodire vl-  
tro non debeamus: & multos prophetas & aposto-  
los, ipsum quoque dominum huiusmodi fugisse inse-  
cutores, luce clarius constat: sed quod præcipuè nos  
qui tanquam arietes ducatum gregibus præbemus,  
immo qui & horum pastores sumus deo autore, cū  
eis in periculis pro viribus persistere pro certo con-  
ueniat. Et cum tranquillitas reddita diuina fuerit pie-  
tate, sopitaque furentium infestatio, mox gregem p-  
quirere, & in vnum colligere, & eius animos cœle-  
stis patriæ pace, ac potissimum securitate prædicata  
sursum erigere debemus.

7 Reprehensibile valde constat esse, quod subintu-  
listi, dicendo maiorem partem omnium episcoporu-  
die noctu cum omnibus aliis fidelibus tuis contra pi-  
ratas maritimos inuigilare, & ob id episcopi impedi-  
antur venire: cum militum Christi sit, Christo serui-  
re: milites verò seculi seruiant seculo, secundū quod  
scriptum est, Nemo militans deo, implicet se negoci-  
is secularibus. Quod si seculi milites militię student  
quid ad episcopos & milites Christi pertinet, nisi vt  
vacent orationibus?

8 Porro gloria in excelsis deo, ab episcopis in cœ-  
na domini inter missarum solennia more nostro di-  
cenda est. Pallio verò apostolico eadem die vti, est il-  
lis licitum, quibus est ab apostolica sede permissum.

1 Nullus infamam audiat presbyteri quem scit con-  
cubinam indubitanter habere, aut subintroduciam  
mulierem.

2 Sacerdotes si in fornicationis ceciderint laqueū  
& criminis manifestus siue ostensus sit actus, sacer-  
dotij honorem habere non possunt, secundum cano-  
nicæ

Imp.  
6.9.3. De-  
nique.

7.9.1. Põti-  
fices Alui-  
no Iansen-  
si episcopo.

Ibi. c. eodē  
Eidem.

Ibi. c. scisci-  
taris. Hu-  
mfrido Mo-  
rimensis ec-  
clesiæ epō.

23.9.8. Re-  
prehensibi-  
le. Carolo  
regis fran-  
corum.

de cõf. d. 1.  
Porro Re-  
dulpho Bi-  
turcensi ar-  
chiepiscopo.

d. 32. Nul-  
lus omnib⁹  
episcopis.

d. 30. sacer-  
dotes. Caro-  
lo episcopo  
nicæ

magunt.  
eius  
suffrag.

2.9.1. No-  
tum sit. Ge-  
rard Turon-  
en. archie-  
piscopo.

13.9.8. ca-  
fi. Ad con-  
sultra Bul-  
garorum.

17.9.4. de  
presbytero-  
rum. Thad-  
doni archie-  
piscopo. me-  
diolanen.

d. 32. de illo  
Odoni vici-  
nen. archie-  
piscopo.  
d. 50. Cleri-  
cū. O. sual-  
do coepisco-  
po. Qua-  
drantino.  
Ibi. c. Hi  
qui arbo-  
rem.

nicæ institutionis autoritatem.  
3 Si presbyter aliquem percusserit, non ad mortem  
pro percussione penitentiam agat, & aliquanto tē-  
pore à missarum solenniis suspendatur. Si verò quali-  
cunque percussione eius, aliquis mortuus fuerit, nul-  
la ratione ministrare sacerdotis more debet. Quoni-  
am etsi voluntatem occidendi non habuerit, furor  
tamen & indignatio in omnibus, & præcipuè in dei  
ministris, multipliciter inhietur atque damnatur.

4 Presbyter iste dicit se falsis criminibus impetitū  
& ab ecclesia sua non conuictum neque confessum,  
irrationabiliter fuisse eiectum. Nam tua diligentia p-  
tres vices inquisitione facta, nulla in se neque de for-  
nicationis crimine, neque de homicidij confessione  
de quibus impetebatur, reperiri potuit culpa. Idcirco  
magno opere monemus reuerentiam tuam vt quæ  
te forte ignorante Gieziaca cupiditate peracta esse  
videntur, tuę fraternitatis censura celeri emendatio-  
ne corrigantur, scilicet restituendo ecclesiæ propriæ  
iam dictum sacerdotem, atque reddendo tua pieta-  
te pristinum quem perdidit honorem.

5 Sciscitantibus vobis, si à sacerdote, qui fuerit cõ-  
prehensus in adulterio, siue de hoc sola fama resper-  
sus est, debeatis communionem recipere, nec ne, res-  
pondemus: Non potest aliquis quantumcunque pol-  
lutus sit, sacramenta diuina polluere, quę purgatoria  
cunctarum contagionum existunt. Qualiscunque e-  
nim sacerdos sit, quæ sancta sunt, coinquinari non  
possunt. Idcirco ab eo, quousque iudicio episcopo-  
rum reprobetur, communicatio percipienda est: quoni-  
am mali bona administrando, se tantummodo ledūt  
Fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis  
verò lumen in tenebris administrat: & vnde aliis cõ-  
modum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Sumi-  
te ergo ab omni sacerdote intrepidi Christi myste-  
ria, quia omnia in fide Christi purgantur. Fides est e-  
nim quæ hunc mundum vincit. Et quia nõ dātis me-  
ritum, sed accipientis sit, dicente beato Hieronymo  
Ad credendum omni animæ baptismus est perfe-  
ctus, & in omni sacerdote corpus Christi est perfe-  
ctum.

6 De presbyterorum flagellatoribus & occisoribus,  
prædonibus scilicet, qui seculari brachio mini-  
me coercentur, iuxta præceptum domini placet, vt  
fraterno amore conueniantur secūdō & tertid. Qui  
requisiti si te non audierint, conueniente ecclesia, eos  
sacra communione priuare: atque si in sua obsti-  
natione permanentes, sacerdotalia monita fortè cõ-  
tempserint, ab ecclesię compage sub anathematis in-  
terdictione rescacare licentiam tribuimus.

De clericis. Tit. 12.

1 Clericus qui per ordines ecclesiasticos vsque ad  
subdiaconatum castè vixit, uxorem ducere non po-  
test. Nulla enim datur licentia, exceptis illis quibus  
ecclesiastica regula uxorem habere permittit.

2 Clericum qui paganum occiderit, non oportet  
ad gradum maiorem prouehi: qui carere etiam de-  
bet acquisito: homicida enim est. Nam discreti sunt  
milites seculi à militibus ecclesiæ, quibus militare se-  
culo non conuenit.

3 Hi qui arborem incidere videntur, si contigerit  
vt cadens arbor occiderit hominē, inculpabiles sunt  
atque innoxij: quia nec voluntate eorum nec deside-  
rio homicidium perpetratum est. Si verò aliqua cul-  
pa eorum vel neglectu, morientis hominis interitus  
cognoscitur aduenisse, abiiciendi sunt à gradu, & in

sacro ordine nullatenus suscipiendi.  
De votis monasticis. Tit. 13.

1 Fœmina quæ post obitum mariti sui sacrum vela-  
men super caput suum imposuit, & finxit se sub eo-  
dem velamine monialem esse, postea verò ad nupti-  
as redit, debet penitentiam agere de illusione nefan-  
da, & reuerti ad id quod spondidit.

2 Præfens clericus, nomine Lambertus, vnà cū pa-  
tre suo nomine Attho, quondam videlicet comite,  
nunc autem clerico, ad limina apostolorum propere-  
rans, adit præsentiam nostram, asserens qualiter idē  
pater eius in laicali adhuc ordine, in prædijs propriis  
ædificasset duo monasteria, voluntatem gerens, vt  
post suum decessum præfens eius filius Lambertus in  
locum eius succederet, quem infra teneram ætatem  
inter octauum & decimum annum constitutum, me-  
moratus pater proprio arbitrio absque regulari insti-  
tutione, extra omnem illius voluntatem, cucullā in-  
doit. Igitur post quoddam ipsius temporis spatium (vt  
ipse dicit) Salomon episcopus cum quibusdam aliis  
abique patris oblatione, vel abbatis precepta benedi-  
ctione, eundem Lambertum monasticum habitum  
induere fecit (vt ferunt) inuitum. Et sub hac occasio-  
ne, paterna seu materna hæreditate à fratribus suis  
priuatum esse, atque contra omnem (vt dictum est)  
voluntatem suam quasi regularem illum monachum  
pmanere voluit. Et infra: Quapropter consulte psal-  
mographi verba recolentes, quibus volūtate se deo  
sacrificare pronunciat, & voluntaria oris sui benepla-  
cita fieri in conspectu dei obsecrat: præsentem cleri-  
cum nomine Lambertum minime debere existima-  
uimus sub tali violentia fieri monachū. Quod enim  
quis non eligit, nec optat, profectò nõ diligit. Quod  
autem non diligit, facile contemnit. Nullū ergo bo-  
num nisi voluntarium. Idcirco dominus non feren-  
dam in via virgam per quam violentia vlli inferatur  
præcepit, & c.

3 Vidua quidem quæ capiti sacrum velamen impo-  
suit, si inter cæteras velatas fœminas in ecclesia ora-  
uerit, & oblationes cum illis obtulerit, si professā est  
se in eodem habitu permanere, spondens nunquam  
religionis velamen deponere, à religionis obseruan-  
tia discedere non præsumat.

De laicis. Tit. 14.

1 De presbyteris, vobis qui laici estis, nec iudican-  
dum est, nec de vita eorum quicquam inuestigandū  
sed episcoporum iudicio, quicquid id sit, est refer-  
uandum.

2 In scripturis narratur Cõstantinus imperator di-  
xisse: Verè si ppris oculis vidissem sacerdotem dei,  
aut aliquem eorum qui in monachali habitu circum-  
amicti sunt, peccantem, chlamydem meam expolia-  
rem, & cooperirem com, ne ab aliquibus videretur.  
Hoc dicimus, cautos vos reddere cupientes, vt si de  
domini sacerdotibus (qui iure patres animarum di-  
cuntur) aliquid contigerit vos audire, quod confu-  
sionem piis mentibus ingerat, non infrunitum, sed  
pudoratos filios Noe imitantes, patriam de reliquo  
verecundiam contegatis, vt affluentem (quemadmo-  
dum & illi) benedictione repleti moderante domi-  
no mereamini.

De ecclesiis. Tit. 15.

1 Nulla ædificia in atrio ecclesiæ ponantur, nisi tan-  
tum clericorum.

2 De rebus quæ semel deo contributæ atque dica-  
tæ sunt, & postea sub occasione concessionis princi-  
pum

d. 27. quod  
interroga-  
sti. Albi-  
no Vian-  
en. archiepi-  
scopo.

20.9.3.  
Præfens  
Omnibus e-  
pisc. in re-  
gno Ludo-  
uici.

psal. 11.

27.9.1. Vi-  
dua carolo  
epō Mag-  
tino, & e-  
ius suffra-  
ganis.

d. 28. c. fi.  
Ad consu-  
lta Bulga-  
rorum.

d. 96. In  
scripturis  
Ludonico.

Imp.

12.9.1. c.  
nulla exe-  
c. decretis.

12.9.2. De  
rebus ad o-  
pium

DECRETA NICOLAI I. PAPÆ

*ni viennē. archiepi- scopo.*  
 17. q. 4. Si autem inuaduntur atque diripiuntur, sancimus ut prius consularis principem ad rescandam tam præsumptiuam factionem, & cognoscendū utri sit illius concessio, an inualoris præsumptio. Quod si principis inordinata fuerit largitio, & ipse princeps sit pro emendatione redarguendus: si autem inualoris declaratur præsumptio, vsque ad emendationem excommunicationis sit vindicta coercendus.

*de cōs. d. 4. A quodā ad cōsultra Bulgaro rum. ca. 3. Acto 2. 10.*  
 1. A quodam Iudæo nescitis utrum Christiano, an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis: & quid inde sit agendum, consulitis. Hi profecto si in nomine trinitatis, vel tantum in nomine Christi (sicut in Actibus apostolorū legitur) baptizati sunt, vnum quippe idemque est, ut sanctus Ambrosius exponit, quia non illorum, sed eius est, rebaptizari non debent.

*de cōs. d. 4. A quodā ad cōsultra Bulgaro rum. ca. 3. Acto 2. 10.*  
 2. Catechismi Baptizandorum à sacerdotibus vniscuiusque ecclesiæ possunt fieri, sicut in hac sancta Romana ecclesia (cui deo autore ministeriū exhibemus nostri famulatus) solēniter fieri cōprobantur.

*de cōs. d. 4. A quodā ad cōsultra Bulgaro rum. ca. 3. Acto 2. 10.*  
 1. De viro nefando, Burgando nomine, qui rabie in sana commotus, diabolicis se irretire laqueis nō dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera & compita insidians, vobis in vestra ecclesiæ villa vnā cum clericis vestris manentibus, & populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, pa neque spiritualis verbi vacua hominum corda reficentibus, atque laudabile propria salutis desiderium habentibus, sancta apostolorum Petri & Pauli limina visitare, collectis malitię suę sequacibus, & iniquitatis complicibus, nefarias inuasiones & depredationes violentas inferre dæmoniaco ausu præsumpsit: & ut epistolæ vestrae textus eloquitur, sacrum altare, sacraque dominici corporis & sanguinis vasa, insuper & sanctum chrisma pollutis atripere manibus, quasi vilia, & ad communem vsum apra, præsumpsit: dilectio nos vestra consuluit, si ipse vel, qui cū eo in tam impio & iniquo scelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque, gratia tacti diuina, venire voluerint, quo eos pœnitentię vinculo constringatis, institutionis nostræ censuram exposcere curastis. De quibus tamen, si ita est, iubemus: cum ad pœnitentiā quandoque reuerti accelerauerint, vno anno extra ecclesiam dei consistere, cuius sacratissima vasa extra ritum fidei Christianæ diripiendo auferre nō dubitauerant. Secundò verò anno ante fores ecclesiæ sine communionemaneant. Tertio verò anno ecclesiam dei ingrediantur, & inter audientes assent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter natiuitatis & resurrectionis dominicæ dies. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus annis eorum fructuosus fuerit pœnitentię labor) communioni fidelium restituantur, totaque mentis intentione spondentes talia se vltius nunquam facturos, corpus & sanguinem domini suscipere mereantur, & vsque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine esu carniū & vini potatione ma-

*de cōs. d. 4. A quodā ad cōsultra Bulgaro rum. ca. 3. Acto 2. 10.*  
 1. De viro nefando, Burgando nomine, qui rabie in sana commotus, diabolicis se irretire laqueis nō dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera & compita insidians, vobis in vestra ecclesiæ villa vnā cum clericis vestris manentibus, & populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, pa neque spiritualis verbi vacua hominum corda reficentibus, atque laudabile propria salutis desiderium habentibus, sancta apostolorum Petri & Pauli limina visitare, collectis malitię suę sequacibus, & iniquitatis complicibus, nefarias inuasiones & depredationes violentas inferre dæmoniaco ausu præsumpsit: & ut epistolæ vestrae textus eloquitur, sacrum altare, sacraque dominici corporis & sanguinis vasa, insuper & sanctum chrisma pollutis atripere manibus, quasi vilia, & ad communem vsum apra, præsumpsit: dilectio nos vestra consuluit, si ipse vel, qui cū eo in tam impio & iniquo scelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque, gratia tacti diuina, venire voluerint, quo eos pœnitentię vinculo constringatis, institutionis nostræ censuram exposcere curastis. De quibus tamen, si ita est, iubemus: cum ad pœnitentiā quandoque reuerti accelerauerint, vno anno extra ecclesiam dei consistere, cuius sacratissima vasa extra ritum fidei Christianæ diripiendo auferre nō dubitauerant. Secundò verò anno ante fores ecclesiæ sine communionemaneant. Tertio verò anno ecclesiam dei ingrediantur, & inter audientes assent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter natiuitatis & resurrectionis dominicæ dies. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus annis eorum fructuosus fuerit pœnitentię labor) communioni fidelium restituantur, totaque mentis intentione spondentes talia se vltius nunquam facturos, corpus & sanguinem domini suscipere mereantur, & vsque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine esu carniū & vini potatione ma-

*de cōs. d. 4. A quodā ad cōsultra Bulgaro rum. ca. 3. Acto 2. 10.*  
 1. De viro nefando, Burgando nomine, qui rabie in sana commotus, diabolicis se irretire laqueis nō dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera & compita insidians, vobis in vestra ecclesiæ villa vnā cum clericis vestris manentibus, & populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, pa neque spiritualis verbi vacua hominum corda reficentibus, atque laudabile propria salutis desiderium habentibus, sancta apostolorum Petri & Pauli limina visitare, collectis malitię suę sequacibus, & iniquitatis complicibus, nefarias inuasiones & depredationes violentas inferre dæmoniaco ausu præsumpsit: & ut epistolæ vestrae textus eloquitur, sacrum altare, sacraque dominici corporis & sanguinis vasa, insuper & sanctum chrisma pollutis atripere manibus, quasi vilia, & ad communem vsum apra, præsumpsit: dilectio nos vestra consuluit, si ipse vel, qui cū eo in tam impio & iniquo scelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque, gratia tacti diuina, venire voluerint, quo eos pœnitentię vinculo constringatis, institutionis nostræ censuram exposcere curastis. De quibus tamen, si ita est, iubemus: cum ad pœnitentiā quandoque reuerti accelerauerint, vno anno extra ecclesiam dei consistere, cuius sacratissima vasa extra ritum fidei Christianæ diripiendo auferre nō dubitauerant. Secundò verò anno ante fores ecclesiæ sine communionemaneant. Tertio verò anno ecclesiam dei ingrediantur, & inter audientes assent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter natiuitatis & resurrectionis dominicæ dies. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus annis eorum fructuosus fuerit pœnitentię labor) communioni fidelium restituantur, totaque mentis intentione spondentes talia se vltius nunquam facturos, corpus & sanguinem domini suscipere mereantur, & vsque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine esu carniū & vini potatione ma-

*de cōs. d. 4. A quodā ad cōsultra Bulgaro rum. ca. 3. Acto 2. 10.*  
 1. De viro nefando, Burgando nomine, qui rabie in sana commotus, diabolicis se irretire laqueis nō dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera & compita insidians, vobis in vestra ecclesiæ villa vnā cum clericis vestris manentibus, & populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, pa neque spiritualis verbi vacua hominum corda reficentibus, atque laudabile propria salutis desiderium habentibus, sancta apostolorum Petri & Pauli limina visitare, collectis malitię suę sequacibus, & iniquitatis complicibus, nefarias inuasiones & depredationes violentas inferre dæmoniaco ausu præsumpsit: & ut epistolæ vestrae textus eloquitur, sacrum altare, sacraque dominici corporis & sanguinis vasa, insuper & sanctum chrisma pollutis atripere manibus, quasi vilia, & ad communem vsum apra, præsumpsit: dilectio nos vestra consuluit, si ipse vel, qui cū eo in tam impio & iniquo scelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque, gratia tacti diuina, venire voluerint, quo eos pœnitentię vinculo constringatis, institutionis nostræ censuram exposcere curastis. De quibus tamen, si ita est, iubemus: cum ad pœnitentiā quandoque reuerti accelerauerint, vno anno extra ecclesiam dei consistere, cuius sacratissima vasa extra ritum fidei Christianæ diripiendo auferre nō dubitauerant. Secundò verò anno ante fores ecclesiæ sine communionemaneant. Tertio verò anno ecclesiam dei ingrediantur, & inter audientes assent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter natiuitatis & resurrectionis dominicæ dies. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus annis eorum fructuosus fuerit pœnitentię labor) communioni fidelium restituantur, totaque mentis intentione spondentes talia se vltius nunquam facturos, corpus & sanguinem domini suscipere mereantur, & vsque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine esu carniū & vini potatione ma-

*de cōs. d. 4. A quodā ad cōsultra Bulgaro rum. ca. 3. Acto 2. 10.*  
 1. De viro nefando, Burgando nomine, qui rabie in sana commotus, diabolicis se irretire laqueis nō dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera & compita insidians, vobis in vestra ecclesiæ villa vnā cum clericis vestris manentibus, & populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, pa neque spiritualis verbi vacua hominum corda reficentibus, atque laudabile propria salutis desiderium habentibus, sancta apostolorum Petri & Pauli limina visitare, collectis malitię suę sequacibus, & iniquitatis complicibus, nefarias inuasiones & depredationes violentas inferre dæmoniaco ausu præsumpsit: & ut epistolæ vestrae textus eloquitur, sacrum altare, sacraque dominici corporis & sanguinis vasa, insuper & sanctum chrisma pollutis atripere manibus, quasi vilia, & ad communem vsum apra, præsumpsit: dilectio nos vestra consuluit, si ipse vel, qui cū eo in tam impio & iniquo scelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque, gratia tacti diuina, venire voluerint, quo eos pœnitentię vinculo constringatis, institutionis nostræ censuram exposcere curastis. De quibus tamen, si ita est, iubemus: cum ad pœnitentiā quandoque reuerti accelerauerint, vno anno extra ecclesiam dei consistere, cuius sacratissima vasa extra ritum fidei Christianæ diripiendo auferre nō dubitauerant. Secundò verò anno ante fores ecclesiæ sine communionemaneant. Tertio verò anno ecclesiam dei ingrediantur, & inter audientes assent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, præter natiuitatis & resurrectionis dominicæ dies. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus annis eorum fructuosus fuerit pœnitentię labor) communioni fidelium restituantur, totaque mentis intentione spondentes talia se vltius nunquam facturos, corpus & sanguinem domini suscipere mereantur, & vsque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine esu carniū & vini potatione ma-

neant pœnitentes.  
 2 De his verò qui pro criminibus pœnitentiam egerunt, & ad cingulum militiæ conuertuntur, constat eos contra sacras regulas agere: verum quia crimina non æqualia sunt, perhibes quoque alios horū propter nimiam habitudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad paganos fugisse: tibi hos committimus decernendum, nimirum qui loca & tempora religionis illius, & modum culpæ, necnon & pœnitentiam & gemitus hominum ad confessionem venientium præsens positus inspicere vales.

3 Interfectores suarum coniugum sine iudicio, cū non addis adulterarum, vel aliquid huiusmodi, quid aliud habendi sunt quam homicidæ: ac per ad pœnitentiam redigendi. Quibus penitus coniugium denegatur, exceptis adolescentulis, de quibus est beati Leonis papæ 25. regula decretalium, immo indulgentia obseruanda.

4 Latorem præsentium matricidam esse cognouimus: cui præcipimus, ut sub pœnitentiæ iugo permaneat, ita ut per annum integrum ecclesiā non ingrediat, sed ante fores basilicæ stans, orans & deprecans deum perseueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo verò anni circulo, introeundi in ecclesiam licentiam habeat, tantum inter audientes ster, sed nondum communicet. Completis autem trium annorum curriculis, sacra cōmunionis ei gratia cōcedatur. Oblationes verò non offerat, nisi prius aliorum septem annorum curricula expleantur. His autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum bibere præsumat, exceptis festiuis diebus atque dominicis, & à Pascha vsque ad pentecosten. Et quocumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiatur arma non sumat nisi contra paganos. Ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam vsque ad vesperam à propria & legitima coniuge non separetur, ne in fornicationis voraginem corruat: quod ne fiat optamus. Si autem ante annorum trium cursum finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & sanguinis domini nostri particeps fiat. Sin autem, ut supra statuim⁹ efficiatur. Tamen si illius conuersionem, & lachrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus & optimis operibus pullulare, humanius circa eum sollicitudo peruigil appareat, mitisque in omnibus demonstretur.

5 Si quis cum duabus sororibus fuerit fornicatus, aut cum his personis de quibus sancta scriptura prohibet, si dignam egerit pœnitentiam, & castitatis nō valuerit continentiam sustinere, liceat ei legitimam in coniugio vxorē accipere. Similiter & mulier quæ tali fuerit scelere lapsa, ut fornicationis non perducatur ad chaos. Sed hoc de laicis viris ac mulieribus solummodo statuimus.

1 Sufficiat solus secundum leges consensus eorum de quorum quarumque consensu & coniunctio nō sufficiat. Qui solus si defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.

2 Scripsit nobis Teberga regina, se regia dignitate vel maritali copula velle exui, & sola vita priuata esse cōtentā desiderare. Cui nos scripsimus, nō aliter hoc fieri posse, nisi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit. Nam licet sit scriptum. Quos deus coniunxit, homo non separet: deus tamen, & non homo, separet, quando diuini amoris intuitu, ex consensu vtriusque

triusque coniugis matrimonia dissoluuntur. Aliter autem fieri mutuum separationem vestram prohibemus.  
 3 Vbi non est consensus vtriusque, ibi non est cōiugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & econuerso, nihil faciūt, nisi vterque puerorū, postquam venerit ad annos discretionis, consentiat.  
 4 Nostrates tam mares quam fœminę non ligaturam auream vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt. Sed post sponsalia, quæ futura sunt nuptiarum promissio, fœdera quoque consensu eorum qui hæc contrahunt, & horum quorum in potestate sunt, celebrant. Et postquam arris sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitā desponderit, dotemque vtrique placitam sponsus eius, scripto pactum hoc continente, coram inuitatis ab vtraque parte tradiderit, aut mox, aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege diffinitum tale quid facere præsumant, ambo ad nuptialia fœdera perducuntur. Et primum in ecclesiam domini cū oblationibus quas offerre debent deo, per sacerdotis manū statuuntur, sicque demum benedictionem & velamē cœlestē suscipiunt.

5 Lotharius rex in cōmonitorio proficitur, Gualdradam se à patre præmissis dotibus accepisse, & sororem postmodum admisisse Huberti. Vbi primum diligenti inuestigatione inquirite. Et si eundem gloriosum regem prædictam Gualdradā præmissis dotibus coram testibus secundum legem & ritum quo nuptiæ celebrari solent, per omnia inueneritis accepisse, & publica manifestatione eadem Gualdrada in matrimonium ipsius admissa est, restat ut perscrutemini cur illa repudiata sit, vel filia Bosonis admissa est. Sed quia idem gloriosus rex metu Tebergam admisisse se dicit, metu vnus hominis tantus rex nō debuit contra diuinum præceptum in immane præcipitium mergi. In hoc certè se magis reprehensibile ostendit, in quo amorem dei amoris mundi postposuit, cum nec etiam occisores corporis sint timendi cōtra iustitiam hominem impellentes. Nihil itaq; vobis aliud præcipimus, manifestatione sua eodem rege conuictō, nisi ut secundum canonicam auctoritatem, nostra vice freti, causam illius diffiniatis, &c.

6 Quicquid mulier contra te cogitauerit, vel si te accusauerit, non est (excepta causa fornicationis) reiiicienda, vel odio profusus habenda.  
 7 Hi qui matrimonium sani contraxerunt, & vni ex duobus dementia aut furor aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem & causam cōiugialium solui non possunt: similiter sciendum est de his qui ab aduersariis excæcantur, aut membris truncantur, aut à barbaris excæti fuerint.  
 8 Inter hæc sanctitas vestra addere studuit, ut si cuius vxor adulterium perpetrauerit, vtrum marito illius liceat secundum mundanam legem eam interficere: sed sancta dei ecclesia mundanis nunquam cōstringitur legibus. Gladium non habet nisi spiritualium, quod non occidit sed viuificat.  
 9 Nec vxorem ducere, nec conuiuia facere in qua dragemali tempore, conuenire posse villo modo arbitror.

*De impedimentis matrimonij. Tit. 19.*  
 1 Nosse desideras, vtrum mulier quæ viri filium ex alia fœmina genitum de sacro fonte leuauerit, post se saloniā modum possit cum eodē viro copulari. Quos ideo

26 q. 7. de his.

† regionis.

33. q. 2. interfectores Radulpho Bituricen. archiepi-scopo.

Ibi. c. lato-re. Radulpho sancte ecclesie ar-gentora-ten-sis.

32. q. 2. Lothari. Ra-dualdo por-tuensi & Ioan. Sico-lien. epis.

32. q. 3. Quicquid ad cōsultra Bulgaro rum.

Ibi. c. seg. Ad cōsultra Bulgarorum.

33. q. 2. Inter hæc al-mino archie-piscopo Ia-nuensi.

33. q. 4. Nec vxorem. Ad cōsultra Bulgaro-rum.

30 q. 1. nos se saloniā

10. q. 2. c. 1

30. q. 5. No-strates.

32. q. 2. Lothari. Ra-dualdo por-tuensi & Ioan. Sico-lien. epis.

32. q. 3. Quicquid ad cōsultra Bulgaro rum.

Ibi. c. seg. Ad cōsultra Bulgarorum.

33. q. 2. Inter hæc al-mino archie-piscopo Ia-nuensi.

33. q. 4. Nec vxorem. Ad cōsultra Bulgaro-rum.

30 q. 1. nos se saloniā

coniungi posse decernimus, quia secundum canones no episcopus sacros, nisi amborum consensu, nullius religionis ob potestatem debet coniux dimittere cōiugem. Pertinet autem ad ingens vxoris exitium, quæ habens odio virum, vel infirmitatem eius non consideras, quasi causa pietatis operatur iniquitatem, maximè cum apostolus præcipiat: Nolite, inquiens fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus. ut vacetis orationi.

2 De his qui filiastrōs suos ad confirmationem coram episcopis tenet, id est qui filios vxoris suæ de priorum viro, dum chrismanantur ab episcopis, super se sustinent, si incitiētia (sicut asseris) fiat, licet sit peccatum, non tamen vsque ad separationem coniugij puniendum est. Lugeant tamen, & digna pœnitentia hoc diluente, domino dicant: Delicta ignorantia nostræ ne memineris.

3 Ita diligere debet homo eum qui suscepit ipsum de sacro fonte, sicut patrem. Itē, Est inter fratres & filios spirituales gratuita & sancta communio, quæ dicenda non est consanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas. Vnde inter eos arbitror non posse fieri quodlibet legale coniugium: quandoquidem nec inter eos qui natura, & eos qui adoptione filij sunt, venerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt. Item Si inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit, quanto potius à carnali oportet inter se contubernio cessare illos, quos per cœlestē sacramentum regeneratio sancti spiritus iungit? Longe ergo congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is quem diuina gratia potius quam humana volūtas, ut filius patris mei, vel frater meus esset, elegit: prudentiusque ab altera corporis commixtione secernimur.

4 Sciscitatur à nobis sanctitas vestra, si aliquas homo duas commatres habere valeat, vnam post alteram. In quo meminisse debet scriptū esse, Erunt duo in carne vna. Itaque cum constat quia vir & mulier vna caro per connubium efficiuntur, restat nimirū, verum compatrem cōstitui illi mulieri, cuius matrimonio assumpta vxor, commater esse videbatur.

5 Si quis cum matre fornicatus fuerit spirituali, anathematis (ut scitis) percutitur iētibus. Similiter & illum percutere promulgamus, qui cum ea quam de sacro fonte baptismatis suscepit: aut cum illa quæ ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit vncta, fornicationis perpetraverit scelus legitimam tamen si habuit, non dimittat vxorem.

6 De consanguinitate sua vxorem nullus ducat vsque post generationem septimam, vel quousque patella cognosci potest. Laicus vero vxorem simul & concubinam habens, non communicet ecclesiæ.

*De bellis. Tit. 20.*  
 1 Monomachiam in lege non assumimus, quæ preceptam fuisse non reperimus: cum hæc & huiusmodi sectantes, deum solummodo tentare videantur.  
 2 Quinetiam præfato fratri nostro, filiisque Treuirensis ecclesiæ illiusque defensoribus, hæc in mandatis dam⁹, ut spirituali simul & materiali gladio tādū malignos illos eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate possessiones, vel quæcunque res ecclesiasticæ hoc facto vel quocumque pacto distractæ seu direptæ sunt, reuocentur.

3 Omnium vestrum nosse volumus charitatē, quoniam quam quisquis (quod non oprantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortu⁹ fuerit, regna illi cœlestia minimè negabuntur.

Ibi. De his Radulpho Bituricen. archiepi-scopo.

30 q. 3. c. 1. ad cōsultra Bulgarorum.

30. q. 4. c. 1. Salomoni Cōstantien episcopo. Gene. 2.

33. q. 2. Si quis.

35 q. 2. de consanguinitate suffraganeis ecclesia A-malficana 2. q. 4. Monomachia. Ex eius decretis. 15 q. 6. c. 2. parag. qui etiam episcopus Gallia.

23. q. 5. Omnia niam exercitum exercitum.

23. q. 2. si  
nulla. ad  
consulere  
Bulgarorum

4 Si nulla vrget necessitas, non solum quadragesimali tempore, sed etiam omni tempore est à præliis abstinendum. Si autem inuitabilis vrget importunitas, nec quadragesimali tempore pro defensione tã sua quam patriæ seu legum paternarum est bellorũ præparationi procul dubio parcendum: ne videlicet deum videatur homo têtare, si habet quod faciat, & suæ ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcauet.

24. q. 3. illi  
li qui. Om  
nibus episcopis.

5 Illi qui peregrinos vel oratores cuiuscunque sancti siue clericos siue monachos vel scæminas aut inermes pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obuiauerint, anathematis vinculo feriantur, nisi dignè emédauerint. Pax verò illa, quam treugam dicimus, fideliter obseruetur, sicut ab archiepiscopis & episcopis vniuscuiusque prouinciæ constituta est. Qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur.

*Sub hoc pontifice celebratum est Roma Concilium 113. episcoporum, vbi Berengarius sacramentarius hæresiarcha iureiurando interposito recantauit: quod bis seruefecisse constat, & reuersum fuisse ad vomitum. Inuenies hoc concilium in prima sectione secunda classis, circa finem.*

FINIS.

PARISIIS EX CHAL-  
cographia Ioannis Sautier,  
Anno salutis Chri-  
stianæ

1555.

